dinandũ diuinũ cultũ. & tradidit ei exẽplar & deſcriptionẽ
tẽpli. & dedit ei lumẽ ꝓpheticum: vt intelligeret oia ꝙ̃ erãt
figurata in exemplari. vt ex illis myſterijs ꝓpheticis poſſet
ccdere pſalmos. ¶ Ad ſecũdũ eſt dicendũ ꝙ licet ꝓmiſſio
ęternitatis regni Dauid fuerit primo reuelata ipſi Nathã vt
ipſam manifeſtaret ipſi Dauid: tñ melius intellexit Dauid
illam ꝓmiſſionẽ per ſucceſſum tpis in lumine prophetico ꝙ̃
Nathan. imo Nathan intellexit in principio illã ꝓmiſſionẽ
de regno tẽporali & de Salomone. ſed Dauid in lumine ꝓ
phetico intellexit poſtea ipſam de Chriſto & eius regno æ-
terno. ¶ Ad tertiũ dicendũ ꝙ beatus Hieronymus in prolo
go allegato recitat ſolũ diuiſionẽ, quã doctores Hebræorũ
ſui tẽporis fecerũt de ſacra ſcriptura. Et ſic ſcđm opinionem
eorũ ponit Dauid inter agiographa. ſed poſtea in oib⁹ ſcri-
ptis ſuis appellat Dauid eximiũ ꝓphetã ſcđm opinionem
ſuã & toti⁹ eccleſię. ¶ Ad quartũ dicit̃ ꝙ licet Dauid nõ vi-
derit deũ ꝑ eſſentiam, nec fecerit miracula ſicut Moyſes: tñ
fuit maior propheta inquantũ clarius intellexit myſteria ſa-
crę ſcripturę in lumine prophetico ꝙ̃ Moyſes: quia Moyſes
in illa momentanea viſione non fuit ꝓpheta de futuro: ſed
ſolũ vidit vnitatẽ ſubſtãtialẽ vni⁹ dei, & emanationẽ omniũ
creaturarũ ab illo principio: quę quidem viſio data fuit ſibi
vt ſcriberet creationem mundi, & vnitatem vnius dei cum
certitudine ad annunciandum illi populo. et per eandẽ ra-
tionem data eſt ſibi virtus faciendi miracula: vt Pharao di-
mitteret illũ populũ: et popul⁹ crede: et Moyſen fuiſſe miſ-
ſum a deo. vt dictum eſt. vnde in his Moyſes fuit maior ꝙ̃
Dauid vt dictum eſt: ſed hoc accidit ꝓphetæ ꝙ faciat mira
cula, et videat deum per eſſentiam, ſed proprium cuiqꝫ pro-
phetæ: vt præuideat futura myſteria de Chriſto et eccleſia
in lumine prophetico. et in hoc Dauid ſuperexceſſit Moy-
ſen et omnes ꝓphetas: quia magis clare et diſtincte ꝑdixit
myſterium incarnationis, et omnia myſteria noſtrę redem
ptionis ꝙ̃ Moyſes et cæteri ꝓphetæ: intantũ ꝙ in quibuſdã
pſalmis magis videtur texere hiſtoriam ꝙ̃ prophetiam: et
magis videtur euangeliſta ꝙ̃ propheta: vt patebit exponen
do pſalmos. Et maxime in pſalmo. xxj. et. lxviij. et. lxxj. Et
hæc de ſecundo tractatu.

## Tertius Tractatus.

Quantum ad tertiũ tractatum de intel- F
ligentia ꝓphetiæ Dauid: erunt duo capitula. Nã
in primo ꝑmittent̃ q̃dam principia ſine quibus
nulla ps ſacrę ſcripturæ põt intelligi. In ſcđo aſſi-
gnabuntur decem regulę: quæ magnam partem conferunt
ad exponendam totam ſacram ſcripturam vtriuſqꝫ teſta.
¶ Quantum ergo ad primum eſt primo notandum: ꝙ poſt
ꝙ̃ tota ſacra ſcriptura veteris teſta. dicitur propoſitio ſiue
propoſitiones quæ aperiuntur in hoc libro. ex quibus infe-
runtur cõcluſiones propheticę de Chriſto & eccleſia: & etiã
morales & anagogicę: vt dictum eſt. Et quęlibet ſcientia ha
bet ſua propria principia: quæ dicuntur communes animi
conceptiones: per quæ principia probantur: & ad quę redu-
cuntur omnia probata in illa ſcientia: & in quorum virtu-
te eliciuntur omnes concluſiones illius ſcientiæ: vt patet
primo Poſteriorũ: Ideo in ſcientia huius libri pſalmorum. &
etiam in tota theologia viatoris, quæ eſt tota ſacra ſcriptu-
ra: ſunt aſſignanda aliqua formalia principia: ex quibus
dependet tota notitia & ſcientia huius libri & totius ſcriptu-
ræ: eo ꝙ tota ſacra ſcriptura continetur in hoc libro pſal-
morum: vt dictum eſt & magis patebit. Quibus principijs

eſt intelligere ea quę continentur in hoc libro,& quibus no
tis noſcuntur omnia in hoc libro contenta. & ideo dicuntur
principia intelligendi ſacram ſcripturam. ¶ Item eſt iterū
aduertendum: ꝙ ſicut in Metaphyſica eſt vnum principiū
cōiſſimū oībus ſciētijs: & vna maxima ꝓpoſitio quam ne
ceſſe eſt quēlibet docendum habere ſ. de quolibet eſſe vel
non eſſe. vt patet primo Poſteriorū. & quarto Meta. Ita in
tota theologia viatoris eſt vnū cōiſſimū principiū. qđ prę
ſupponit in tota ſacra ſcriptura vtriuſq; teſta. & in qualibet
eius parte ſ. ꝙ tota ſacra ſcriptura vtriuſq; teſta. eſt ab ipſo
deo tradita & reuelata, & ꝑ ſpm̄ ſctm̄ inſpirata. & ideo nul
lo modo pō mētiri. Hoc primū pricipiū ꝓponit beatus Pe
trus in ſua canonica ſcda cap. j. dicēs. Hoc primū intelligen
tes, ꝙ ois ꝓphetia ſcripturę ꝓpria interꝑtatione non fit. nō
em̄ volūtate humana allata eſt aliqn̄ ꝓphetia: ſed ſpū ſan
cto inſpirati locuti ſunt ſancti dei hoies. Hoc idē cōiſſimum
principium magis declarat Apoſtolus Paulus ad Hebrę. in
principio p̄ſupponēs ipſum tanq̄ primum dicens. Multifa
rie multiſq; modis olim loquēs deus patrib⁹ in ꝓphetis: no
uiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio quem conſtituit
heredē vniuerſorū ꝑ quē fecit & ſecula. In quib⁹ verbis aſſe
rit: ꝙ idē de⁹ q̄ locut⁹ eſt patrib⁹ in ꝓphetis in vet. teſta. ille
idē locutus eſt nobis in filio ſiue ꝑ filiū in nouo teſt. Ex quo
patet ꝙ tota ſcriptura vtriuſq; teſt. eſt a deo tradita & reue
lata & per conſequens non pōt mentiri nec falli. Et hoc eſt
primū principiū & cōiſſima ꝓpoſitio. quā neceſſe eſt quēli
bet fidelē, & quēlibet docendū habere in tota theologia vi
atoris. Hoc idē principiū p̄ſupponit Auguſtinus & doce. p̄
ſupponendum in primo de doctrina Chriſti, enumerās om
nes libros ſacri canonis: de quib⁹ nullum eſt dubium eſſe no
bis a deo traditos. quibus omnimodam fidem dicit eſſe ad
hibendā in primis. Et in qbus q̄rit veritas intemerata & in
concuſſa. & charitas dei & ꝓximi & tota ſalus noſtra & re
dēptio. ¶ Secūdū principiū eſt. ꝙ in diuinis eſt vna ſubſtā
tia & vnum eſſe: & vna eſſentia tribus perſonis diuinis rela
tiuis cōicata. Et ſic eſt vnus ſolus deus trinus in perſonis &
vn⁹ in ſubſtātia ſ. pater & fili⁹ & ſpūs ſctūs. q̄ multiplicatio
perſonarum fit: quia pater ab ęterno cōicat filio totā ſubſtā
tiā & eſſe & eſſentiā diuinā quā ipſe habet. & hoc ꝑ ęternā
gn̄ationē. & ambo eādē ſubſtantiā cōicant ſpūi ſctō ꝑ ſpira
tionē. Et ſic manet vnus ſolus de⁹ ꝑ vnā ſubſtantiā & eſſen
tiam: & tres pſonę multiplicatę ꝑ tres relatiōes & duas ema
nationes. Hoc principium docet Augu. primo de doctrina
chriſtiana, omni docēdo in ſacra ſcriptura eſſe p̄ſupponen
dū. Vñ quia Arriani carebāt hoc pricipio: ideo inciderūt in
nefādā blaſphemiā legēdo ſacras ſcripturas, ſeparātes diui
nas perſonas in ſubſtantia. Ideo dicit Augu. iij. de doctrina
chriſtiana: ꝙ neceſſe eſt nobis p̄ſupponere fidem trinitatis
ad intelligēdas ſacras ſcripturas noui ac vet. teſt. ¶ Tertius
principiū eſt ꝙ verbū diuinū qui eſt filius patris, ſcda pſona
in trinitate, aſſumpſit verā carnē humanā ex virgine Maria
ſimul cū aia rōnali ibidē creata. & ꝑ cōſequēs aſſumpſit ve
rā hūanitatē in vnitate ſuppoſiti: in qua ꝓ nobis poſſet pa
tita ꝙ Chriſt⁹ eſt, ver⁹ de⁹ & homo conſtans ex duab⁹ in
tegris naturis in vna pſona. Et ſic de Chriſto verificantur q̄
ſunt dei: & q̄ ſunt hominis. Nam iſta eſt vera: iſte hō creauit
mūdū. Et iſta: de⁹ paſſus eſt. demōſtrādo Chriſtū. Et ſic ē ve
rū ꝙ iſte hō dedit legē Moyſi & eduxit populū de ęgypto:
vt patet in canonica Iudę. c. vnico. & hoc rōe vnitatis pſonę
quia eadē eſt pſona. ¶ Quartū principiū. ꝙ ſicut verbum di
uinum aſſumpſit illā carnē & humanā naturam in vnitate ꝑ
ſonę vt in illa patereť: quę quidē pſona diciť vnus Chriſtus
deus & hō: Ita pariter ille Chriſtus aſſumpſit & vniuit & de
ſponſauit ſibi totam eccleſiā & vnitatē fideliū in vnitatem
corporis myſtici vt ꝑ illa patereť. ita ꝙ Chriſt⁹ & eccleſia di
ciť vnus hō myſticus & vn⁹ Chriſtus myſticus: cuius caput ē
Chriſtus verus: & corpus ſiue membra diciť tota eccleſia fi
deliū. q̄ per fidē & baptiſmū eſt iſti capiti vnita. & deſpōſa
ta. & ſic Chriſtus diciť ſpōſus & caput eccleſię. ¶ Vñ eſt ad
uertendū: ꝙ duo hoies ſunt capita & principia totius gn̄is
humani. vnus ſ. primus Adā fuit cauſa ois peccati & miſerię
& omnis mali. & alter ſ. Chriſt⁹ fuit cauſa omnis boni & ois
gratię. Nam ſicut ille ex illo peccato oēs interfecit & vegū
dedit: & captiuitati & morti & miſerię ſubiecit: ita Chriſt⁹ ex
ſuis meritis oēs a p̄dictis malis liberauit. Itaq; ſicut primus
homo fuit deſtructor & diſſipator totius generis humani ꝑ
ſuum peccatū & inobedientiā: ita Chriſtus ꝓpter ſuā obedi
entiam & meritū fuit liberator, & redēptor, & reſtaurator to
ti⁹ generis humani. Nec ab alio potuit genus humanū libe
rari: niſi a ſolo Chriſto mediatore dei & hominum. ¶ Itē ſi
cut Chriſtus eſt caput totius eccleſię & corpis myſtici, a quo
formaliter deſcēdunt oia genera gratiarū & meritorū in oia
mēbra ſua: ita eſt ſubiectū poenarū & punitiōis & iuſtifica
tionis oim noſtrorū peccatorū: quia dn̄s poſuit in eo iniqui
tates oim noſtrū. & languores noſtros ipſe tulit, & dolores
noſtros ipſe portauit: quo ad poenā. Eſa. liij. inquantū in eo
fuerūt punita oia peccata noſtra: & in eo fuimus omnes cō
ſepulti & crucifixi & mortui ad Ro. vj. Immo de⁹ pater fecit
ipſum Chriſtum ꝓ nobis peccatum. i. ſacrificiū ꝓ pctō. ij. ad
Corin. v. & ſic patet ꝙ Chriſtus nō ſolum eſt caput noſtrum
quo ad viuificanda, & mouēda ſua mēbra ꝑ gratiā & meri
ta: ſed eſt ſubiectum noſtrorū oim peccatorū, quo ad puni
tionem & poenā & iuſtificationem. Et iſto modo Chriſtus
oia peccata noſtra dicit eſſe ſua i multis pſalmis. & hoc quo
ad poenā: vt in ꝓcedēdo patebit. Nā nō ſolū poſt peccatum
Adę: ſed ab ęterno deus pater ꝓpoſuit nō ꝑ alium: ſed ſolis
meritis paſſionis & oratione Chriſti filij ſui genus humanū
reſtaurari: vt quod Adam pdidit: Chriſtus recuperaret. Hāc
ꝓpoſitionē & principiū ꝓbat Apoſtol⁹ ꝑ totū diſcurſum ad
Roma. vnde dicit ꝙ oēs in Adam peccauerunt & egent gra
tia dei. & ꝙ non poteſt nobis a patre gratia prouenire niſi
ꝑ Chriſtū: quē ꝑpoſuit ꝓpitiatorē ꝓ oibus & mediatorem
Et primę ad Corint. xv. diciť. ꝙ ſicut in Adā oēs moriunť:
ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. & ſic peccatum Adę
fuit cauſa aduētus Chriſti in carnē. ¶ Quintū principiū eſt.
ꝙ Chriſt⁹. eſt finis & veritas legis ad iuſtitiam omni credē
ti. ad Roma. x. Et per conſequens lex nihil aliud eſt niſi via
in Chriſtum. Item lex nihil aliud eſt niſi ſignum veritatis
complendę in Chriſto: quia tota lex & prophetę fuit veri
ficata in Chriſto: & per conſequens ſicut Chriſtus fuit finis,
ita fuit veritas legis. quia lex per Moyſen data eſt: gratia au
tem & veritas per Chriſtum facta eſt. Ioan. j. ¶ Ad cuius in G
tellectū eſt notandū ſcdm Aug. in libello: cur deus homo ꝙ
poſtq̄ deus decreuit a principio hominē pditum nō redime
re nec liberare niſi ꝑ Chriſtū filiū ſuū deū & hoiem: ideo illi
co eijciens ipſum de illa terreſtri paradiſo: dedit ipſi legem
naturę: per quā tenderet in Chriſtū redēptorē ſuū de virgine
naſciturū. Et hoc fecit deus vt Adā nō ꝓpter inſtantē miſe
riam deſperaret: ſed ꝓpter Chriſtum ſibi de ſua carne ꝓmiſ
ſum: ut de ſuo ſueq; poſteritatis remedio de lōginquo gau
deret. Et ſic ab Adam & ſua poſteritate fideliū ſemp dn̄i p̄
ſtolabatur aduētus. Vnde dicit ꝙ de⁹ Adam ex cine fecit pe
grinū: mittēs ipſum cū tota ſua poſteritate ad Chriſtum: vt
ab eo redimereť. Sed iſta lex continue accepit aliquā perfe
ctionē & augmentū ad maiorē eius explicationē. vt patet
ꝑ totū diſcurſum vete. teſt. Nā in Noe cepit q̄dā ſacrificia &
p̄cepta. Et in Abrahā cepit circumciſionem. Et in Moyſe p̄
cepta moralia & cerimonialia & iudicialia. Ex quo patet ꝙ
lex vetus nihil aliud fuit: niſi via in Chriſtum tanq̄ in ter
minū & finē: in quo ꝑfecit curſum & officium ſuum. & nihil
aliud fuit niſi ſignum veritatis cōpletę in Chriſto. Item ſe
cūdo patet. ꝙ lex vetus nō erat gratia ſui: ſed grā Chriſti fu
turi cuius erat via. Probatur: nam via & curſus non agitur
grā ſui, ſed grā termini & finis ad quē tēdit: quia ſignum nō

eſt gr̃a ſui: ſed gr̃a ſignificatæ veritatis. Tertio ſequit̃ ꝙ tota lex & q̃libet pars ſui eſt principaliter intelligēda & gloſſanda de Chriſto & eccleſia. Probat̃. quia tota lex vet⁹, & q̃libet ps ſui erat ſigna & figura & p̃nūciatio de Xp̃o & eccleſia: vt inquit Aug. cōtra Fauſtū. & lib. de Cathecizandis rudibus ergo pricipaliter eſt intelligenda de Chriſto & eccleſia cui⁹ erat via, & cui⁹ erat ſignū & figura & officiū. Quarto ſequit̃ ꝙ oēs patres & fideles vet. teſt. tendebant in Chriſtū: vt i eo acciperēt repromiſſiones: & per cōſequēs magis ſaluati ſunt per fidē Chriſti, q̃ p opa legis. quia nō exercebāt opa legis niſi ꝓteſtando fidē Chriſti futuri. Scd̃o eſt notandū. ꝙ ſicut deus remiſit Adam & oēs fideles vet. teſt. ad Chriſtū: vt ab eo redimerētur in primo aduētu: ita Chriſt⁹ remiſit ſuos ad ſecundum aduentū: vt ab eodē glorificarent̃. Nā ſicut p primum aduentū ꝓmiſſa eſt fidelibus per Chriſtū redemptio: ita nobis iam redēptis ꝓmiſſa eſt p eundē Chriſtū i. ij. aduētu gloria & beatificatio. iam eñ redēpti tēdim⁹ i Chriſtū vt glorificemur. expectamus. n. eū a nuptijs reuerſurū: vt patet p totū diſcurſum euāgelicū. Ex quo pꝫ. ꝙ vtraꝗ lex eſt via in Chriſtū & Chriſtus eſt finis vtriuſꝗ legis .ſ. ve. vt redemptor, & no. le. vt glorificator & beatificator. & ſic vtraꝗ lex eſt de Chriſto. Ideo dicit Caſſiodor⁹ & Hugo. ꝙ Chriſtus vt Chriſtus, eſt obiectū, & ſubiectū toti⁹ nr̃ę theologię & ſacrę ſcripturę. vñ dicit Augu. ſup Ioannē. ꝙ qui in tota ſacra ſcriptura & in qualibet eius p̃te nō intelligit Chriſtū nihil itelligit. ❡ Sextū principiū eſt: ꝙ Chriſt⁹ deus & hō nō ſolū ē caput & ſponſus eccleſię & finis vtriuſꝗ legis: ſed etiā eſt mediator dei & hoim. primę Timo. ij. Et ratio eſt. Nam poſtq̃ Chriſt⁹ tenet mediū inter deū & hoies inquātū hō: oportet etiā ꝙ ſit mediator in oib⁹. Nā licet inquantū deus ſit ęqualis patri: tñ eſt minor ſcd̃m humanitatē. Et inquantū homo eſt maior & melior omni hoie: tū ratione naturalis excellētiæ & vnionis ad verbū: tū quia inter oīs mortuos liber in natura & in pſona. tum quia plenus gr̃ę & veritatis. Ex quo patet ꝙ tenet mediū inter deū & hoies. & per conſequēs in

H oibus debet eſſe medius. ❡ Ad cuius euidentiā eſt notandū. ꝙ Chriſtus ſeptē modis eſt mediator & mediū inter deum & hoies. Nā primo medius eſt ꝓpitiator, & interceſſor, & recōciliator iter nos & patrē. ad Ro. iij. & v. Scd̃o eſt medius fideiuſſor: q̃a ꝓ oibus ſoluit pctm̃, & ſe obtulit hoſtiā deo placentē. ad Ro. xij. Tertio fuit medius interpres: quia nobis iterp̃tat⁹ eſt totā legē & ꝓphetas ſicut ꝓmiſſū fuerat Moyſi. Deute. xviij. Prophetā ſuſcitabo de medio fratrum tuorū ſimilē tui: & ponā verba mea in ore eius. loquet̃ꝗ ad eos q̃cunꝗ dixero tibi. & hoc ipleuit Chriſt⁹ Matth. v. exponēdo legē. Itē Lucę. xxiiij. incipiēs a Moyſe & prophetis interp̃tabatur duobus diſcipulis oīa q̃ de ipſo ſcripta erant. Vnde Ioannes vidit Apoca. v. librum ſcriptum intus & foris: & ſigillatum ſeptē ſigillis: quē nemo fuit dignus aperire: nec ſoluere ſeptem ſignacula eius: niſi ſolus agnus qui occiſus eſt: ille eñ accepit librum de dextera ſedentis & ſoluit ſignacula eius: vt patet ibidē. Ille etiā liber eſt liber legis & ꝓphetarū ſcript⁹ foris ſcd̃m ſenſum literalē. & ſcriptus intus ſecundū ſenſum ſpūalē & ꝓpheticū. cōtinens ſub ſeptem ſigillis ſeptē myſteria ꝓfūdiſſima de Chriſto & eccleſia .ſ. myſteriū incarnationis & p̃dicationis & paſſiōis & reſurrectionis, ſpūſſancti miſſionis & gentilium cōuerſionis & vltimæ glorificatiōis. Hęc ſeptem myſteria in lege veteri clauſa: ſolus Chriſtus nobis reſerauit. Et ideo dixit Ioan. xvij. Pater manifeſtaui nomē tuū hoibus. Item huius libri & maxime libri pſalmorū in quo tota ſacra ſcriptura continetur: ſolus Chriſtus habet clauē Dauid: q̃ aperit & nemo claudit. claudit & nemo aperit. Apo. ij. Ex quo patet ꝙ ſolus Chriſtus fuit ver⁹ interpres legis inter nos & patrē. Quarto Chriſtus dicitur medius diſpēſator & ꝓcurator & diſtributor bonorū patris. nā ipſe diſtribuit nobis bona gr̃arū & ſacramentorū: & finaliter bona glorię. vt patet Matth. xx. Nā pater dicet Chriſto procuratori & diſpenſatori ſuo: voca operarios, & redde illis mercedem de denario diurno. Quinto dicitur medius ductor: quia nemo venit ad patrē: niſi p Chriſtum. Ioan. xiiij. nec poteſt introire ouile ouium: niſi p Chriſtū q eſt oſtiū ouilis. Ioan. x. quia quos pater ab ęterno p̃deſtinauit. hos Chriſtus ex tp̃e vocauit & iuſtificauit. ad Ro. viij. Sexto. Chriſtus eſt medius iudex inter deū & hoiem. nam pater non iudicat quē q̃: ſed omne iudiciū dedit filio Chriſto: quia filius hoīs eſt. Ioan. v. Septimo. Chriſt⁹ eſt medius beatificator & glorificator: & ratio eſt. Nam ſicut eſt medi⁹ diſpenſator & dator gratiarū: ita eſt medius dator p̃miorū Item ſicut deus per Chriſtū vocauit, & iuſtificauit: quos ipſe ab ęterno p̃deſtinauit: ita oportet vt p Chriſtum iuſtificatos glorificet & beatificet & magnificet. Ex quibus omnibus patet ꝙ Chriſt⁹ in omnib⁹ eſt mediator dei & hominū quia eſt medius interceſſor & fideiuſſor & iterp̃tator & diſpenſator & ductor & iudex & beatificator: qd̃ eſt ſextū generale principiū: qd̃ neceſſe eſt quēlibet docendū habere i theologia: ſine quo ſacra ſcriptura nullo modo bene p̃t intelligi. ❡ Septimū principiū eſt: ꝙ ſicut Chriſtus eſt caput I eccleſię, & oim fideliū a quo deriuat̃ oīs virt⁹, & gratia in omnia mēbra eius: ita diabolus eſt caput & principiū oim malorū & omniū infideliū & obſtinatorū & perfidorū hominū: & oēs ifideles & obſtinati ſunt mēbra diaboli a quo ꝓuenit eis perſuaſiue oīs iniquitas & malitia. Vnde ſicut ex Chriſto & eccleſia fideliū conſtituit̃ vnū corpus myſticum tāq̃ ex capite & mēbris iuſtorum: ita ex diabolo & eccleſia ſiue ſynagoga ſathanę & obſtinatorū cōponitur vnum corpus diabolicū. Et ſic q̃ꝗ diabolus dicit̃ homo. Matthæi. xiij. Inimicus homo hoc fecit. & malus homo etiam dicitur Diabolus. Ioan. vj. Vnus veſtrum diabolus eſt. Quia etiam communicantur in eis idiomata ſicut in corpore Chriſti myſtico. Et etiam mali homines dicuntur filij diaboli. Ioan. viij. Vos ex patre diabolo eſtis.

## Secundum Capitulum.

QVantum ad ſecundum capitulum huius tertij tractatus eſt aduertendum: ꝙ ſicut liber K ſacrę ſcripturæ vete. teſta. dicitur propoſitio, ſiue propoſitiones ex quibus eliciuntur & inferuntur concluſiones euangelicæ: vt dictum eſt in primo tractatu: ita pariter dicitur liber ſcriptus intus & foris ſignatus ſeptem ſigillis ſub quibus latent & clauduntur ſeptem principalia myſteria euangelica noui teſtamenti ſcripta intus .i. ſub iſtis ſeptem ſigillis: ſcilicet myſterium trinitatis. incarnationis: & prædicationis Chriſti. & paſſionis & reſurrectionis: & legis euangelicæ publicationis: & vltimi iudicij & noſtræ glorificationis. Hæc enim myſteria erant ſigillata in veteri teſtamento ſub ſignis & figuris & vaticinijs in libro legis ſcripto intus & foris. & maxime latebant in libro pſalmorum. in quo tota lex & prophetæ continentur. quem librum nemo fuit dignus aperire, nec ſoluere ſeptem ſignacula eius niſi ſolus Chriſtus agnus qui occiſus eſt: vt patet Apocalyp. v. eo ꝙ ipſe ſolus Chriſtus habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit: & claudit & nemo aperit. Apocalypſis. ij. quam quidem clauem Chriſtus communicauit apoſtolis & diſcipulis in die Pentecoſtes: conferendo dona ſpirituſſancti: & communicauit beato etiam Auguſtino, & cæteris ſacris doctoribus ad aperienda myſteria ſacræ ſcripturæ. Et ideo ſicut fuerunt neceſſaria ſeptem principia aſſignata in primo capitulo huius tractatus: ad probandas propoſitiones ſacræ ſcripturæ veteris teſtamenti: ita pariter oportet aſſignari aliquas claues ad aperiendum librum ſacræ ſcripturæ ſcriptū intus & foris: & ad ſoluenda ſeptem ſignacula eius: & ad detegenda ſeptem myſteria euangelica in eo clauſa. Et ideo Thiconius Donatiſta poſt eius correctionem conatus eſt aſſignare ſeptem regulas: quas claues ignoratis impoſſibile

vocauit ad aperiendas oẽs ſcripturas: vt narrat Aug. iij. de doctrina chriſtiana: quas regulas correxit Aug. oſtendens in multis deficere, & in multis ſupfluere. Et ideo ex intẽſione & doctrina. Augu. in libris de doctrina chriſtiana, & in plęriſq; locis aſſignabimus decẽ regulas: quę magnam partẽ conferent ad intelligendas ſacras ſcripturas: & maxime myſteria clauſa in libro pſalmorũ: quorũ p'ria erit' de perſona & eſſẽtia. ſcda de Chriſto deo & hoie. tertia de Chriſto capite & eius corpore myſtico. quarta de natura & gratia. quinta de ſpũ & litera. ſexta de ſenſu verboꝝ in quo fiunt. Septima de vnitate legis & corpis myſtici. Octaua de diabolo & ei' corpe. Nona de ſpecie & gñe, ſiue de toto & pte Decima erit de tropis & figuris grammaticalibus.

Prima Clauis.

L PRima ergo regula eſt de eſſentia & perſona. Nã cũ de' ſit trinus & vnus: vt dictũ eſt in ſecundo principio: & vna perſona diſtinguatur ab alia realiter: vt inter ſe opponunt: ſed vt cõparãtur ad diuinã eſſẽtiã, ſunt vna ſubſtãtia & vn' de': ideo opera trinitatis adextra ſunt indiuiſa: quia tũc perſona nõ agit vt relatiua pſona: ſed vt deus & eſſentia. Et ſic talia opera dicuntur eſſentialia: quia oẽs tres perſonæ cõcurrunt puta ad creandũ & miſerendũ. Sed perſona cũ agit abintra comparata ad aliam: tunc agit vt perſona: & tunc diſtinguitur ab alia: vt generare cõuenit ſoli patri: & generari ſoli filio & ſpirare conuenit vtriq;: ſpirari vero cõuenit ſoli ſpiritui ſãcto. Et ideo eſt valde attendendũ in legendis & exponẽdis ſacris ſcripturis, qñ eſt actus eſſentialis, & qñ pſonalis. Vñ quando dicitur in principio Geñ. In principio creauit deus cęlum & terrã: ly deus ſtat eſſentialiter: eo q; creare eſt act' eſſentialis. Et ſic cõuenit toti trinitati inquantũ de'. Item qñ dicitur Exod. iij. Ego ſuȝ de' Abrahã: deus Iſaac: ly de' ſtat eſſentialiter. Sed qñ dicitur pſalmo. ij. Dñs dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. ly dñs ſtat pſonaliter: quia ꝓ pſona pñs tantũ. eo q; dicere & generare eſt actus pſonalis & notio ipſius patris. Et ly ad me ſtat pro perſona filij: ad quẽ loquit pater. Nã patrẽ dicere ad filiũ: fili' me' es tu. &c. nihil aliud eſt, niſi patrẽ dicẽdo filiuȝ generare: vt magis ibidẽ patebit. & p eandẽ rationẽ pſalmo. cix. cum dicitur. Dixit dñs dño meo: ly dñs ſtat ꝓ perſona patris: & ly dño pro perſona filij: quia opera trinitatis ſunt diuiſa abintra. Itẽ p eandẽ rationeȝ cũ dicitur pſalmo. xliiij. Sedes tua deus in ſęculũ ſęculi: ly deus ſtat pro pſona filij. ꝓpter illud quod ſequitur. Propterea vnxit te deus deus tuus. Nam ly deus primo memoratus, eſt vocatiui caſus: & ponitur ꝓ perſona filij qui eſt vnctus: & ly deus in ſcdo loco ponitur ꝓ pſona patris qui eſt vngens filium: & ſic memoratur deus pater vngens: & deus filius vnctus, & ĩpa vnctio q̃ eſt ſpũs ſanctus ab vtroq; procedens. q. d. O deus filij, propterea deus pater tuus vnxit te in ęternum. Ex quo patet q; ly deus vtrobiq; ſtat pſonaliter: & non eſſentialiter. Item Eſaię. xlviij. cũ dicitur. Et nũc dñs deus me' miſit me & ſpũs eius. ly dñs miſit, ſtat ꝓ pſona patris: & ly me, pro perſoa filij: & ly ſpũs eius: pro perſona ſpũs ſancti: & ſic exprimit totuȝ myſteriũ pſonaꝝ diuinarũ. Item Zach. ij. cũ dicitur, Exulta filia Siõ quia ecce ego veniã: & habitabo in medio tui. & tũc cognoſces q; dñs miſit me vt p̃dicarẽ tibi. ly dñs ſtat pſonaliter ꝓ perſona patris mittẽtis. & ly me pro perſona filij miſſi. & ſic in plęriſq; locis ſacrę ſcripturę exprimitur myſteriũ diuinarũ pſonarũ. Sed iudęi ceci & obſtinati ignorãtes & non p̃ſupponẽtes ſupradictũ ſcd̃m principiũ, pcipitantur in diuerſas & varias & falſas expoſitiones. Item Arriani ignorãtes ſupradictũ principiũ diuiſerũt ſubſtantiam diuinarũ perſonarũ: & ideo fidelis & prudens lector attendat tales locutiones quando ſunt eſſentiales & quando perſonales.

¶ Secunda Clauis.

SEcũda regula eſt de Chriſto deo & homine: ſiue de forma dei, & forma ſerui i Chriſto. M Vñ cũ Chriſt' ſit ver' de' & hõ. ſ. de', inquãtum habet naturã & formã dei: & hõ inquãtũ habet naturã ſiue formã hois in eadẽ pſona: iõ cõicant in eo idiomata vt dictũ eſt in tertio & quarto pricipio: & ideo debet aduertere fidelis lector, qñ Chriſt' loquit i forma dei, & qñ in forma hois: & qñ fit de eo locutio, iquãtũ eſt hõ, ſiue inquãtũ de'. Nã multa verificant de xp̃o, iquãtũ hõ tñ: vt ibi, In man' tuas dñe cõmẽdo ſpũ meũ. Itẽ ibi. Reſuſcita me & retribuã eis. pſal. xl. Et ſic vtrobiq; loquit Chriſt' in forma ſerui & iquãtũ hõ. Sed qñq; loquit in forma dei, & inquãtũ de': vt ibi. Clarifica me pater, ea claritate quã habui anteq̃ mũdus fieret. Ioã. xvij. Itẽ. ibi. Exiui a patrę, & veni in mũdũ. Ioã: xiiij. Itẽ ibi. Anteq̃ Abrahã fieret ego ſuȝ. Ioã. viij. Itẽ multa verificant de Chriſto rõe vtriuſq; naturę: vt ibi. Oia ſubiecisti ſub pedib' ei'. pſal. viij. Itẽ ibi. Sede a dextris meis. pſal. cix. Vñ oẽs tres modos cõphendit Apl's ad Phi. ij. Naȝ cũ dicit. Hoc enĩ ſentite in vobis qd̃ & in Chriſto Ieſu: qui cũ in forma dei eſſet: nõ rapinam arbitrat' eſt eſſe ſe ęqualẽ deo: hoc verificat de Chriſto vt de'. Sed poſtea cũ ſubdit, Humiliauit ſeipſuȝ obediẽs vſq; ad mortẽ: propter qd̃ de' exaltauit illũ: hoc verificat de Chriſto inquãtũ hõ: quia inquãtũ hõ ſe hũiliauit vſq; ad mortẽ: & inquantum homo ſuſcitauit pater: & exaltauit illũ. Sed totũ illud qd̃ ſequitur: Dedit illi nomẽ qd̃ eſt ſup omne nomen: vt in noie Ieſu omne genu flectatur: verificatur de Chriſto rõe vtriuſq;: quia inquãtũ de' & hõ habet vniuerſale dñiũ & principatũ, & ſimul adorat & glorificat hũanitas cum diuinitate vna latrię adoratione: quia vna eſt pſona in duab' naturis & ecõtra. Et ſic prudẽter aduertat lector tales locutiões in ſacra ſcriptura: qñ fiũt & verificant de Chriſto in forma ſerui. Vnde Arrius ignorans hoc principiũ & hanc regulã fuit turbatus & decept' in illa locutiõe Chriſti qñ dixit. Vado ad patreȝ: quia pater maior me eſt. Ioã. xiiij. Et ſic aſſeruit Arrius q; Chriſtus nõ erat cõſubſtãtialis patri. vnde neſciuit diſtinguere quõ fili' ẽ ęqualis prĩ ſcd̃ȝ diuinitatẽ: & minor prẽ ſcd̃m hũanitatẽ. Et quõ fili' loqbat ibi i forma ſerui, & inquãtũ hõ, & nõ inquãtũ de'. Ideo aduertat lector.

¶ Tertia Clauis.

TErtia regula eſt de Chriſto myſtico. ſ. de Chriſto capite & ei' corpe q̃ eſt ecclia, quam Chriſt' ſibi vniuit p fidẽ i vnitate myſtica: vt dictũ eſt i q̃rto pricipio. vñ tña eſt vnio Chriſti ad ſuã eccl'iam, quã ſibi vniuit p fidẽ & i charitatẽ, q; totaliter voluit p charitatẽ trãſformari i ſua mẽbra: itãtũ q; cõicãtur idiomata. ¶ Vñ Chriſt' qñq; ſe noiat pctõrẽ: & pctã mẽ- N broꝝ dicit eẽ ſua: nõ q; ipẽ fuit formalr pctõr quãtũ ad culpã: ſed quãtũ ad pœnã: qa ꝓ ſuis mẽbris pctõrib' pati voluit: & voluit i ſe aſſumere pœnã pctõꝝ mẽbroꝝ ſuoꝝ, & ſic pctã mẽbroꝝ ſuoꝝ dicit eẽ ſua: nõ quo ad culpã: ſed quo ad pœnã quã ꝓ eis voluit pati: vt mẽbra ſua a morte & pœna ppetua liberaret. Et ſic eſt aduertẽdũ quõ fiãt tales locutiões i ſacra ſcriptura: vñ Apl's Paul', & Aug. appellãt vnũ chriſtũ myſticũ, totũ aggregatũ ex Chriſto capite & tota ſocietate fideliũ mẽbroꝝ. Et ſic i toto iſto corpe ſiue xp̃o myſtico aſſignant tres naꝝ. ſ. vna diuia & ętna: alia hũana pſonalr verbo ex tpe vnita, & alia peccatrix & corrupta i Adã q̃ eſt Chriſto capiti myſtice vnita. q̃ qdẽ lȝ nõ ſit altera ſcd̃ȝ ſpẽm ab hũanitate Chriſti: tñ ẽ alia ſcd̃ȝ cõditionẽ, qa iſta libera, & imunis ab oi pctõ, non ex ope Adã traducta: illa aũt in Adã corrupta & ſauciata. ¶ Et iõ eſt aduertendũ. q; O qñq; tot' Chriſt' myſtic' itroducit ad loquẽdũ i pſalmis. Sȝ qñq; loquit rõe naturę diuię q̃ eſt i capite. vt ibi. Dñs dixit ad me fili' me' es tu, ego hodie genui te. Et qñq; loqt ratione hũanę naturę, libere & perſonaliter aſſumptę: vt ibi

Dñe nõ eſt exaltatũ cor meũ.& ibi. In capite libri ſcriptum
eſt de me:vt faciã volũtatẽ tuã.& ibi. Vide ſi via iniquitatis
in me eſt.quia tales locutiões nõ poſſunt verificari,niſi de
Chriſto vero pro hũanitate perſonaliter aſſumpta ſine ma
cula & ſine peccato:de quo dicit.Sol⁹ inter mortuos liber.
Sed quãdoq; loquit Chriſt⁹ in pſona mẽbrorum ſuorum:& ra-
tione naturę corruptę i mẽbris myſtice ſibi vnitis:vt ibi.Lõ
ge a ſalute mea verba delictorum meorum.& ibi.Non eſt ſani-
tas in carne mea a facie pctõrum meorum.& ibi.Delicta mea a
te non ſunt abſcondita.Quę quidẽ pctã dicit Chriſtus eſſe
ſua nõ quo ad culpã,ſed quo ad pœnã.Igitur Chriſtus ca-
put nõ ibi loquit in pſona ſui:nec ꝓ natura pſonaliter aſſũ-
pta:ſed in pſona mẽbrorum,& ꝓ natura eorum corrupta Quę
quidẽ mẽbra aſſũpſit Chriſtus in vnitate myſtica p fidez &
charitatẽ vt dictũ ẽ.Ideo talis charitas cogit ſic loqui Chri-
ſtũ ꝓ mẽbris ſuis.Et ideo prudenter aduertat fidelis lector
tales locutiones in tota ſcriptura maxime in libro Pſal.vbi
magis frequẽtãtur.Vnde quia cęci & obſtinati Iudęi igno
rant hoc principiũ & hanc regulã:ideo incidũt i pcipitia ir-
remeabilia.Naz qui hoc principio caret,impoſſibile eſt vt
poſſit attingere intelligentiã libri Pſalmorum.

¶Quarta Clauis.

P QVarta regula eſt de natura & gratia.Nã
dictum eſt in quinto principio q tota natura hu-
mana fuit corrupta in Adã:ſicut ꝓbat Aug.in lib.
de natura & gra,& de pfectione iuſtitię hois,& hyponoſti
con p oẽs quattuor rñſiones,& in oibus libris quos fecit cõ
tra Pelagianos:in quibus diſputat & probat q taliter fuit
tota natura humana ſiue caro in Adam corrupta & ſaucia
ta fomite peccati:q nullus hõ ex tali natura vitiata a pri-
mis parẽtib⁹ p libidinoſã gñationẽ traducta põt vitare pec
catũ,nec põt facere bonũ,nec implere diuina pcepta:niſi
talis natura ſic corrupta p grãm Chriſti ſanetur.Vnde dicit
ibi:& in homilia de publicano,& phariſæo:q nullum eſt
peccatũ qd fecit hõ,qd nõ faciat alter homo,niſi iuuetur a
deo,a quo factus eſt homo.Hoc idez dicit libro de nuptijs.
Hoc enim fundamẽtuz ſumit Aug.ab Aplõ ad Ro.vij.vbi
dicit Apls.Inuenio legẽ in membris meis repugnãtez legi
mentis meę:& qd nolo hoc facio &c.quis me liberabit a
corpore mortis huius?Et reſpondet dicens.gra Chriſti.Et
ſic dicit Apls q nos participamus duos homines.ſ.primuz
Adam,& Chriſtũ:quia ab illo traximus naturam corruptã
& omne malum & pctm:& a ſolo Chriſto oẽz gratiã.Vnde
dicit Apls.j.ad Corin.xv.Sicut in Adã oẽs moriũtur,ita &
in Chriſto oẽs viuificabũtur.Et ideo dicit Aug.in locis ſu-
pra allegatis:q aliter eſt loquendũ de natura hũana cor-
rupta in Adã:derelicta in ſeipſa:& aliter eſt loquenduz de
eadẽ hũana natura prout eſt adiuta p gratiã Chriſti in quo
libet hoie.Nã nullus hõ derelict⁹ in ſua natura corrupta ſi-
ne gra Chriſti põt vitare pctm.nec facere bonũ,niſi iuuet p
grãm Chriſti.qd non eſt intelligendũ abſolute & pciſe de
gratia gratum faciente.Nam multotiens aliquis peccator
exiſtẽs in vno peccato.ſ.in adulterio vel ſimplici fornicatio
ne:vitat aliqd pctm.ſ.homicidiũ aut furtũ:& nõ habet gra
tiã gratificãtẽ:ſed hoc nõ põt facere ſine aliqua gra ſpecia-
liter gratis data:vt in ſuis locis dicetur. Et ideo dicit Aug.
q aliquę propoſitiões ſiue locutiões verificantur in ſacra
ſcriptura de hoie ſecundũ naturã corruptã:quę nõ ſunt ve-
rę de pſona adiuta p gratiam Chriſti.Nã illa eſt vera ſcdm
Aplm.Oẽs declinauerũt,inutiles facti ſunt,nõ eſt qui faci
at bonũ.Sed hoc eſt intelligẽdũ ſecũdũ naturã corruptã &
vitiatam,inquantũ ſunt filij Adam:& ab eo habẽt naturã
vitiatã,niſi iuuarent p gratiã.ſed iſta nõ abſolute eſt vera:
qa multi adiuti p grãm Chriſti ſicut virgo Maria & Ioan.
bap.& ſanctus Nicolaus,& multi ſancti non cõmiſerunt
illa crimina & ſcelera q in illo pſal.xiij.ſcribũtur.ſ.Sepulcrũ
patens eſt guttur eorum:quia non fuerunt mẽdaces nec blaſ-
phemi,nec homicidę.& ideo additur ibi. Dñs reſpexit ſup
filios Adã,ſiue ſup filios hoim,ad denotandũ q oẽs hoies
inquantũ ſũt filij Adã & filij hoim,habẽt huiuſmodi vitia-
tã naturã:ſed cũ hoc ſtat q poſſunt pſeruari & liberari per
Chriſtũ a tali peſte.& ideo cõcluditur in fine pſal.Quis da
bit in Sion ſalutare Iſrael?q.d.Quis poteſt hoiem liberare
a talib⁹ criminib⁹?Rñdet q Chriſtus faciet hoc:cũ auerte-
rit captiuitatẽ &c.Et ideo dicit Aug.q ratione naturæ cor
ruptæ dicitur:Impulſus euerſus ſum vt caderẽ:ſed rõne na
turę p grãm adiutę dicitur:quid retribuã dño pro omnib⁹
quę retribuit mihi.Et iſta eſt vera per naturaz,oẽs in Adã
peccauerũt:quia oẽs in eo venũdati ſunt pctõ:quia oẽs fili-
os naturales ſuo pctõ obligauit.Sed iſta eſt vera p grãm,in
Chriſto oẽs viuificabunt. ¶ Et ideo eſt aduertendũ.q qdã
vocales locutiões ſunt intelligẽdę p notã ſufficiẽtię:vt iſta,
oẽs in Chriſto viuificabuntur.i.q paſſio Chriſti fuit ſuffici-
ens ſaluare oẽs,niſi qui obſtinatus reſiſtat. Et ſic ſunt intel
ligendę ſiles locutiões.Ex ſupradicto fundamento probat
Augu.lib. de natura & gratia:&.ij.de bap.paruulorum q ſo
lus Chriſtus eſt liber a pctõ per naturã:cęteri aũt ſũt obno
xij pctõ per naturã corruptã:ſed oẽs poſſunt liberari p graz
Chriſti pueniẽtẽ aut ſubueniẽtem &c. ¶ Eſt tñ aduerten Q
dũ.q humana natura tripliciter põt ſumi in ſcriptura.Vno
mõ pro ipſa eſſentia & natura ſpecifica.Scdo pro ipſa ſola
carne traducta ſucceſſione ex primis parentibus per libidi-
noſam gñationẽ.Tertio mõ ꝓ tota deſcẽdẽtia & gñatione
gim hoim deſcẽdẽtiũ ab Adã primo hoie p naturalez gña
tiõez.Primo mõ natura hũana reſpicit verbũ diuinũ & ide
am,ad cuius ſimilitudinẽ eſt ꝓducta:& ſic dicit valde bo-
na.Geñ.j.Secũdo aũt & tertio mõ dicitur natura humana
corrupta in Adã.Nã primi parentes tranſtulerunt in filios
carnẽ libidinoſam ex pctõ,in qua erat peccatũ ſeminaliter
& materialiter:ſicut ignis in ſilice,& mors in arſenico vene
noſo:q quidem caro ſic morbida morbo cõcupiſcentię per
ſolũ cõſortiũ creat pctm originale in aia:& per conſenſum
deliberatum creat actuale in voluntate.

¶Quinta Clauis.

QVinta regula ſiue clauis ad aperiendũ
librũ ſacrę ſcripturæ ſcriptũ intus & foris & ſigil
latũ ſeptez ſigillis:eſt rla de ſpũ & litera:de qua
fecit Aug.ſpecialez librũ.Quę quidẽ rla quia eſt
neceſſaria toti ſacrę ſcripturæ,& cuilibet eius parti:ideo nõ
põt eſſe breuis. ¶ Et ideo ſunt notãdę qdã doctrinæ ad ei⁹ R
explicationẽ.Quarũ prima eſt Auguſtini in primo de do-
ctrina chriſtiana:& adducit a magiſtro lib.j.diſtin.j.p funda
damento totius ſui operis.ſ.q in hoc differt ſacra doctrina
theologica ab oib⁹ ſcientijs hũanis nã ois ſciẽtia hũana vl
eſt rerũ vel ſignorum tm:ſed ſacra doctrina eſt rerũ & ſignorum
ſimul.Verbi gra:nã ſciẽtię rõnales ſicut eſt grãmatica & lo-
gica,ſunt ſignorum tm:nã grãmatica cõſiderat noia,& ver
ba,& ceteras partes orationis:ꝓut ſunt tm ſigna:quia tan-
tuz conſiderat hoc nomen homo,prout eſt cõis gñis,& ha
bet duas ſyllabas,primã breuẽ,& aliã indifferentez:& ꝓut
ſignificat ſubſtãtiaz a qua actus verbi egreditur:& prout ſi
mul cum verbo facit orõnẽ pfectã:& quo iſta orõ:homo eſt
aial:eſt orõ congrua:quia conuenit nomen cum verbo in
numero & in perſona & in debita rectitudine.Logicus autẽ
conſiderat eandẽ orõnem,prout poteſt eſſe propoſitio prę
miſſa cũ alia ad inferendã cõcluſionẽ:& prout cũ alia pro-
poſitiõe põt formare ſyllogiſmũ.Ex quo ptz.q iſtę duę ſcię
ſunt ſignorum tm:& ideo dicunt rõnales.Sed ſcię reales ſunt
rerũ tm.nam Phyſica cõſiderat hoiem ſignificatuz per hoc
nomẽ:inquantũ homo habet formam in materia:& com-
ponit ex aia rõnali,& corpe phyſico organico &c.Et ſic eſt
dicẽdum de Mathematica,q conſiderat formas pręter ma

teriã ſenſibilẽ. Et de Metaphyſica q̃ cõſiderat eſſentias re-
rũ ꝑter oẽm motuꝫ. Ex quo patet: ꝙ ois doctrina humana
vel eſt rerũ tantũ, ſignorũ tantũ. Sed doctrina theologica
ſcꝫ ſacra ſcriptura maxime vete. teſta. eſt ſimul rerum & ſi-
gnorum. & ponit exemplum Aug. de illo ligno qḋ moyſes
intinxit in aquis Marath & dulcorauit eas cum eſſẽt ama-
riſſimę: & reddidit eas potabiles filiis Iſrael: qui tribus die-
b⁹ ambulauerãt ꝑ ſolitudinẽ nõ inueniẽtes aquã: vt patet
Exod. xv. ꝑ qḋ ſignum ſignificabaꝛ & figurabaꝛ hũanitas
Chriſti ſeu lignũ crucis: nã cũ totũ gen⁹ hũanũ ambulaſſet
ꝑ ſolitudinẽ hui⁹ mũdi trib⁹ dieb⁹. ſ. in lege naturæ & in le-
ge Moyſi nõ reppit aquã ſalutarẽ grę. Et ſic ſitiens ꝑuenit
ad Chriſtũ in tertio die mundi. Chriſtus aũt intinxit huma
nitatẽ & carnẽ ſuã in aqua Iordanis ꝑ baptiſmũ: ꝑ cuius cõ
tactũ ꝑbuit virtutẽ regeneratiuã aquis baptiſmalib⁹: & re-
mouit oẽm amaritudinẽ peccati ab aĩa noſtra: & refecit fi-
deles ꝑ aquas baptiſmales dulcoratas ꝑ contactum carnis
Chriſti: & ꝑ intinctionẽ ligni crucis: quia nõ fit baptiſm⁹ ſi-
ne ſigno crucis & inuocatiõe ſanctę trinitatis. Ex quib⁹ pꝫ
ſcḋm Auguſtinũ ꝙ theolog⁹ fidelis dupliciter conſiderat il
lud lignũ & illud myſterium dulcoratiõis aquarũ Marath.
Primo prout fuit q̃dã res realiter geſta. Sc̄d̄o ꝓut illḋ lignũ
& illa dulcoratio fuit ſignũ & figura Chriſti & ſacramenti
baptiſmi: quia theologus fidelis: & verus chriſtianus nõ cõ
ſiderat illud lignũ nec illḋ myſteriuꝫ per ſe tm̃. ſed ꝓut fuit
figura & ſignũ Chriſti & baptiſmi noſtri. Et iſte modus cõ
ſiderationis eſt ſeruãdus a theologo & omni chriſtiano in
tota ſcriptura vet. teſt. nã nõ ſolũ cõſiderat creationẽ mun-
di ꝑciſe materialiter propter ſe: ſed ꝓut fuit ſignũ & figura
recreationis eccl̃ię ꝑ Chriſtũ faciẽdę: vt patebit pſal. ciiii.
Itẽ nõ conſiderat diluuiũ ꝑciſe ꝑ ſe: ſed prout per Noe fi-
gurabaꝛ Chriſtus qui erat fabricaturus arcã eccleſię in qua
oẽs fideles erãt ꝑ Chriſtũ ſaluãdi a diluuio & morte pc̃ti:
vt patebit pſal. xxxiiii. Et ſic conſiderat ſacrificiũ Abrahę,
inquãtũ figurabat ſacrificiũ Chriſti. & ſic cõſiderat ipſum
Iacob patrẽ. xii. patriarcharũ, inquãtũ figurabat Chriſtuꝫ
q̃ erat regeneratur⁹. xii. apl̃os ꝑ quos erat multiplicãdus to
t⁹ ppl̃s chriſtian⁹ ꝑ totũ orbẽ. Et ſic cõſiderat Moyſen edu
centẽ Iſrael de ęgypto, & dãtẽ legẽ, & ducentẽ illũ ppl̃ꝫ ꝑ
deſertũ, inquãtũ figurabat Chriſtuꝫ qui eduxit totũ genus
humanũ de miſerabili ſeruitute diaboli, & de tenebris pec
catorũ. Itẽ cõſiderat Ioſue introducentẽ illum ppl̃m in ter
rã ꝓmiſſam ꝑ aquã Iordanis ſup. xii. lapides, inquãtũ figu
rabat Chriſtũ qui introduxit fideles in eccl̃iam iſtã ꝑ aquã
baptiſmi: & ꝑ. xii. articulos fidei: vt patebit i pſal. lxvii. Itẽ
cõſiderat ipſuꝫ Dauid qui poſt multas ꝑſecutiões fuit ſubli
matus in regnũ: inquantũ figurabat Chriſtũ qui poſt labo
res & mortẽ & paſſionẽ & reſurrectionẽ accepit poteſtateꝫ
a patre ſup oẽs creaturas. Itẽ cõſiderat Salomonẽ qui ędifi
cauit tẽplũ, & fuit ita ſapiens ꝙ regina Sabba venit a fini-
bus terrę audire ſapientiã ei⁹: vt pꝫ. iii. Reg. x. & hoc iquã-
tũ figurabat Chriſtũ qui ędificauit eccl̃iam toto orbe diffu
ſam. Ad cui⁹ ſapiẽtiã & legem euãgelicã ſuſcipiendam ve-
nit totus populus gentilis nõ ſolũ ab auſtro, ſed ab oriente,
occidẽte, & aquilone. Vñ ꝙ illud myſterium Salomonis &
reginę Auſtri nõ ſit intelligendũ ꝑciſe literaliter de Salo-
mone & illa regina: ſed inquãtũ fuit ſignũ Chriſti & eccl̃ię,
pꝫ Matth. xii. Nã cũ Scribę & phariſæi peterẽt a Chriſto
ſignũ de cęlo: rñdit eis dicẽs. Gñatio adultera ſignũ q̃rit &
ſignũ non dabiꝛ ei: niſi ſignũ Ionę ꝓphetę. nã ſicut Ionas
fuit trib⁹ dieb⁹ & trib⁹ noctib⁹ in ventre Ceti: ſic erit filius
hois in corde terrę trib⁹ dieb⁹ & trib⁹ noctib⁹: & ecce pluſq̃
Ionas hic. Itẽ regina Auſtri venit a finib⁹ terrę audire ſapiẽ
tiã Salomonis: & ecce hic pluſq̃ Salomon &c. Ex dictis Sal
uatoris pꝫ. ꝙ myſteriũ Ione ꝓphetę nõ ſolũ ẽ intelligẽdũ
realiter pro illa hyſtoria: ſed prout fuit ſignuꝫ & figura ſe-
pulturę, & reſurrectiõis Chriſti. Et ꝙ myſteriũ reginę Au-
ſtri nõ ſolũ eſt intelligẽdũ ꝓ illa hiſtoria, ſed principaliter
ꝓut fuit ſignũ & figura, qualiter tota gẽtilitas erat vẽtura
ad fidẽ Chriſti & legẽ euãgelicã. Itẽ ſequiꝛ ſecundo ꝙ oia
geſta vet. teſt. nõ erãt gr̃a ſui, ſed gr̃a Chriſti & eccl̃ię, iquã
tũ erãt oia verificãda de Chriſto ꝓpter queꝫ gerebanꝛ. Et
ſic principaliter ſũt intelligẽda de Chriſto: ꝑ hoc quod ait
Chriſtus, ecce pluſq̃ Ionas, & pluſq̃ Salomõ hic. ¶ Ex quo S
vult innuere Saluator ꝙ ipſe eſt verus Salomõ, & verus Io
nas: quia illa myſteria ꝑamplius & ꝑfectius fuerũt impleta
in Chriſto q̃ in eis. Et quia tã Salomon q̃ Ionas ordinabã-
tur ad Chriſtũ: ſicut figura ad figuratũ & veritatẽ. & ſic eſt
dicenduꝫ ꝙ Chriſtus fuit verus Adã & verus Abel, & verus
Noe, & Abrahã, & Iſaac, & Iacob, & Moyſes, & Ioſue, &
Dauid, & Salomon &c. quia oẽs illi ſortiti ſunt talia nomi
na inquãtũ fuerũt figura Chriſti iuxta nois interꝑtationeꝫ.
Et iõ talia noia analogice dñr de Chriſto, & illis: ſicut hõ
pict⁹ nõ eſt verus hõ, ſed ſignum & figura veri hois. Et ſic
Chriſtus diciꝛ ver⁹ Dauid & verus Salomõ in tota ſcriptu-
ra. Ex quib⁹ oib⁹ pꝫ ꝙ oia geſta vet. teſt. principaliter ſũt
intelligẽda de Chriſto, cui⁹ ſunt ſignũ & figurę. Ex quib⁹
oib⁹ cõcludiꝛ ꝙ ꝑter ſenſuꝫ lr̃alẽ eſt q̃rẽdus principaliter ſẽ
ſus ſpũalis de Chriſto & eccl̃ia, ꝑ quẽ intelliguntur oia di-
uina myſteria de Chriſto & eccl̃ia, q̃ erãt clauſa & ſigillata
in geſtis vet. teſt. Et ideo oia geſta & legalia vet. teſt. erãt q̃
dã ſacramẽta: quia erãt ſigna ſacrarũ rerũ futurarũ in Chri
ſto & eccl̃ia quia intantũ dicebaꝛ ſacra ſcriptura, inquãtuꝫ
cõtinebat illa ſacramẽta. ¶ Et ideo dicit Origenes ſuper T
Matth. ꝙ ſicut hõ cõponiꝛ ex corpore & aĩa, ita ſcriptura
vet teſt. cõponiꝛ ex ſpũ & lr̃a: q̃a lr̃a eſt corp⁹: ſenſus aũt ſpi-
ritualis eſt aĩa ipſi⁹ literę. Et ſic ſenſus ſpũalis eſt principali
liter inquirendus in geſtis patriarcharũ, & in lege & ꝓphe
tis: & ideo dixit Chriſt⁹ iudeis. Ioã. v. Scrutamini ſcripturas
quia illę teſtioniũ ꝑhibent de me: & ſi moyſi crederetis, for
ſitam & mihi crederetis: q̃a ille de me ſcripſit. quaſi dicat:
ꝙ nõ ſolum geſta patriarcharuꝫ: ſed etiã oia cerimonialia
ꝑter ſenſum literalẽ ſunt ſpũaliter de me intelligenda. Iteꝫ
Luc. xxiiii. Chriſtus incipiens a Moyſe & prophetis interꝑ
tabaꝛ illis duob⁹ diſcipulis omnia q̃ de ipſo ſcripta erãt: q̃a
oportebat ipleri oia q̃ erãt ſcripta in lege & ꝓphetis & pſal
mis de ipo: vt Saluator inquit in eodẽ ca. Et ſic ꝑter ſenſuꝫ
literalẽ principaliter eſt q̃rẽdus ſenſus ſpiritualis de Chriſto
in ſcriptura vet. teſt. ad quẽ ſenſum ſpũalẽ Chriſtus interꝑ-
tatus eſt totã legẽ & ꝓphetas illis duobus diſcipulis. Item
Matth. v. ait Saluator. Non veni ſoluere legẽ aut prophe
tas: ſed adimplere. ſup qḋ ait Hieronymus: ꝙ quę minima
putantur in lege ſacramentis plena ſunt: & oia recapitulan
tur in euãgelio &c. ¶ Sc̄d̄o eſt notanduꝫ pro ſc̄d̄a doctrina V
ꝙ licet oia geſta & facta vet. teſt. ſint intelligenda ad du-
plicẽ ſenſuꝫ ſicut dictũ eſt in ꝑcedenti doctrina: tñ oẽs ꝓmiſ
ſiones patriarcharũ & oia vaticinia & ꝓphetię ꝓphetaruꝫ
ſunt intelligendę lr̃aliter de Chriſto & eccl̃ia. eo ꝙ oia lite
raliter fuerũt in eo impleta. nã lr̃aliter fuit impleta in Chri
ſto illa ꝓmiſſio Abrahę, In ſemine tuo bñdicentur oẽs gẽ-
tes. Geñ. xxii. & illa ꝓmiſſio facta ipi Iudæ. Geñ. xlix. Nõ
auferetꝛ ſceptrũ de Iuda &c. Itẽ illa ꝓphetia Eſa. vii. Ecce
virgo cõcipiet. & illa. egredietur virga de radice Ieſſe: & ſic
de ſingulis. Et ſic pꝫ ꝙ oia ꝓmiſſa patriarcharuꝫ & vatici-
nia ꝓphetarũ ſunt intelligenda literaliter de Chriſto & ec
cleſia. ¶ Sed eſt valde aduertendũ ꝙ ſicut patriarchę ha-
buerũt duplicẽ ſpm̃ in ſuis ꝓmiſſionib⁹, & prophetæ locu-
ti ſunt in duplici ſpũ in ſuis vaticiniis: ita illa promiſſa & va
ticinia fuerunt dupliciter impleta ad literam: & per conſe-
quens ſunt dupliciter ad literam intelligenda. exempli gr̃a
Nã Abrahã in illa ꝓmiſſione ſibi facta Geñ. xii. ſ. multipli
cabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenam quæ eſt
in littore maris &c. pręuidit in ſpiritu qualiter filii carnis
debebãt multiplicari, ſicut arena maris, & poſſidere terra-

poraliter illā materialē terrām promiſſam.ſ.terram Palę-
ſtinę:ſed filii promiſſionis, & ſpūs debebāt multiplicari,ſi
cut ſtellę celi,& poſſidere terrā viuentiū ęternalē.Quę qui
dem ꝓmiſſio literaliter impleta fuit.Nā filii carnis.ſ. Iudęi
poſſederūt illā terrā vſqꝫ ad Chriſtū:& Sarraceni q ſunt etiā
filii Abrahę ſunt multiplicati ſicut arena maris:& poſſidēt
illā terrā Chanaā:ſed chriſtiāi qui ſunt filii ꝓmiſſionis ipſi⁹
Abrahę ſcdꝫ ſpm̄,ſunt bn̄dicti in ſemine Abrahę.ſ.in Chri
ſto & poſſidēt terrā viuentiū figuratā p illā terrā materia-
lē,quam poſſederunt filii carnis. Item tota illa promiſſio
Gen̄.xlix.qn̄ dicit Iacob.Iuda:te laudabūt fratres tui &c.
partim fuit literaliter & materialiter impleta in Dauid qui
obtinuit ſceptrū regni:ſed totaliter & pfectius fuit impleta
in Chriſto.Itē ꝓmiſſio facta ipſi Dauid de ſucceſſiōe regni
in filio.ii.reg.vii.partim & imperfecte & tēporaliter fuit im
pleta in Salomone:ſed pfecte & ęternaliter fuit impleta in
Chriſto de regno ęterno. Iteꝫ ꝓphetia Eſai.xlv.de Cyro q
debebat relaxare captiuitatē,& reędificare ciuitatē Hie-
ruſalē,materialiter fuit impleta p Cyrū regē pſarū,qui rela
xauit illā tēporalē captiuitatem,& dedit licētiā reędifican
di ciuitatē materialeꝫ & tēplū:ſed pamplius & pfectius fuit
impleta in Chriſto,q relaxauit captiuitatē toti⁹ gn̄is hūani
& ędificauit eccl'iam toto orbe diffuſam:q̄ dicit̄ vera hierl'ꝫ
Et ſic illa prophetia eſt intelligenda materialiter de Cyro
rege Perſarū:ſed literaliter & finaliter eſt intelligenda de
Chriſto figurato p Cyrū. Et hoc accidit.nā Eſaias & cęteri
prophetę in ſimplici ſpū pręuidebant futuros euentus ma
teriales & tēporales illius populi & templi & ciuitatis:ſed
poſtea magis eleuati in duplici ſpū prophetico pręuidebāt
qualiter illa geſta tēporalia & materialia futura erāt figu-
ra Chriſti & eccl'ię. Et tūc habētes ſēſū ſpūalē ex illis geſtis
materialibus literaliter ꝓphetabāt & pdicebāt futura my
ſteria de Chriſto & eccl'ia. Sic ergo pariter Dauid eximi⁹
prophetarū cōtēplādo totā legē Moyſi, & Ioſue, & Iudicū
& cōtēplādo oēs promiſſiones factas patriarchis:& cōtem-
plando promiſſionē ſibi factā de regno filii ſui: & cōtēplā-
do oēs pſecutiones & proſperitates ſuas:& cōtēplādo etiaꝫ
deſcriptionem templi a ſpū ſancto ſibi traditam:tunc in du
plici ſpū & lūine ꝓphetico pcipiebat in illis ſenſū ſpūalē vl
tra lr̄alē:& ſic pręuidebat myſteria futura de Chriſto & ec-
cleſia. Et ſic accepto & pcepto ſenſu ſpūali illoꝝ myſterio-
rū accipiebat parabolā ſeu ꝓpoſitionē ex geſtis vet.teſt.in-
ferendo myſteria prophetice futura. Et ſic cōdebat literali
ter pſalmos de Chriſto & eccl'ia. Et ſic oēs pſalmi & omnia
vaticinia ꝓphetarū ſunt literaliter intelligenda de Chriſto
& eccl'ia. Sed miſeri iudęi non intelligentes nec pcipientes
hunc duplicē ſpm̄ ꝓphetię quē habuit Dauid & oēs alii ꝓ
phetę:& iō putantes ꝙ oēs prophetę locuti ſint in ſpiritu
ſimplici pcīſe de reb⁹ tēporalib⁹ & materialib⁹: inde eſt ꝙ
oīa dicta prophetia pcīſe itelligunt de illa Hierl'm & tēplo
& terra materiali:& de illa captiuitate Babylonię, vel de
iſta in qua modo ſunt, de qua fruſtra expectant liberari p
X falſum Meſſiā quē expectāt. ¶ Tertio eſt notandū.ꝙ non
ſolū in ſcriptura vet. teſt.ſed etiā in ſcriptura euangelica & i
omnibus geſtis & dictis Chriſti vltra ſenſum literaleꝫ eſt q̄
rendus ſenſus ſpiritualis,eo ꝙ oīa facta & dicta Chriſti ſūt
maxime ſacramenta:quia ſunt ſigna viſibilia & ſenſibilia
alicui⁹ rei ſacrę.i.ꝙ ſub aliq̄ forma ſenſibili cōtiebāt aliquā
reꝫ ſacrā inuiſibilē.Vn̄ ꝙ oīa geſta & facta Chriſti ſint q̄dā
ꝓfunda ſacramēta in quib⁹ p̄ter ſenſum literalem ſit q̄ren
dus ſenſus ſpūalis de rebus occultis:oſ̄dit Augu.p totus di-
ſcurſum ſup Ioan. & maxime homilia de miraculo. v.pa-
num Ioan.vi.vbi ait.ꝙ miracula quæ fecit Chriſtus,ſunt
q̄dā diuina opa,& ad intelligēdū deū,de viſibilibus admo
nēt hūanā mētem Et infra. Interrogem⁹ ipſa miracl'a qd no
bis loquant̄ de Chriſto.habēt.n.ſi intelligant̄,linguā ſuaꝫ.
Hoc eīn miraculū ſicut audiuimus q̄ magnum ſit:q̄ramus q̄
ꝓfūdū ſit & nō tm̄ in eius ſupficie delectemur:ſed etiā alti-
tudinē pſcrutemur.habet eīn aliquid intus qd miremur fo-
ris &c.Ex quibus verbis Auguſtini pꝫ:ꝙ in oībus geſtis &
factis Chriſti debem⁹ perſcrutari ſacramentū,qd latet ſub
ſupficie lr̄e. ¶ Et ideo Aug.q̄rēs ſenſum ſpūalē illi⁹ miracu Y
li oſ̄dit qualiter illi quinqꝫ panes hordeacei ſignificabant
quinqꝫ libros Moyſi,quos Chriſtus fregit,& in multas par
tes diuiſit:ex quibus extorſit quaſi infinitas veritates euā-
gelicas:quas collegit in.xii.cophinis,ex quibus Chriſtus ſa
tiauit oēs fideles.Et ita pariter.Aug.extorſit ſenſum ſpūa-
lem de miraculo ſex Hydriarū aq̄,quā Chriſtus cōuertit in
vinū.Ioā.ii.Et ſic pꝫ qualiter oīa geſta & facta Chriſti ſūt
q̄dā ſacramēta multo magis q̄ geſta & ſacramēta veteris le
gis.nā illa erāt tm̄ ſacrę rei ſignū.iquātū ſignificabāt futura
myſteria Chriſti & eccl'ię:ſed nō cōtinebāt de p̄ſenti illam
rē ſacrā:quā ſignificabāt de futuro:ſꝫ oīa geſta & facta Chri
ſti nō ſolū ſignificabāt gr̄am inuiſibilē:immo in pręſenti cō
tinebāt & efficiebant gratiā,quā ſignificabāt. Vnde ſana-
tio corporalis cæci nati ſignificabat ſanationeꝫ animę eiuſ
dē a peccato,quā Chriſtus de præſenti in eo effecit. Et hoc
idem ſignificabat ſanatio infirmi exiſtentis in probatica pi
ſcina. Ideo dixit ei:Vade amplius noli peccare, ne deteri⁹
tibi cōtigat.Hoc idē patet de paralyticis & omnibus quos
ſanauit:quia nullꝰ ſanauit in corpore:quin ſanaret in aīa:
& ita pariter oēs quos Chriſtus reſuſcitauit viſibiliter a mor
te corporali,reſuſcitauit etiā a morte ſpūali peccati.Vn̄ etiā
nō ſolū geſta Chriſti q̄ fecit erga alios,fuerūt ſacramēta cō
tinentia in ſe aliquod ꝓfundum & inuiſibile myſterium:ſꝫ
oīa q̄ facta ſūt i ſe fuerūt q̄dā maxima ſacramēta inuiſibilia.
Nā qn̄ Chriſtus fuit viſibiliter mortuus in cruce:tunc etiam
cum eo fuerunt cruci fixa & mortua omnia legalia & tota
lex & ꝓphetę.eo ꝙ ipſe erat finis & termin⁹ legis:ideo oīa
finierūt officiū & curſus ſuus in ei⁹ morte & paſſione:ideo
anteq̄ redderet ſpm̄ pr̄i,vidēs ꝙ oīa legalia & vaticinia ꝓ-
phetarū erant in ſe cōpleta:dixit:Cōſummatū eſt.in quoꝝ
ſignū velū tēpli ſciſſū eſt &c.Itē Chriſtus viſibiliter fuit ſepl'
tus:ſed tota lex cum eo fuit inuiſibiliter ſepulta ſimul cum
paſcha & ſabbato.Sed qn̄ Chriſtus reſurrexit,non reſurre
xit cū mortalitate & pęnalitatibus:nec cū paſcha & ſabba-
to:ſed relictis omnibus illis in ſepulchro ſurrexit ad nouam
vitā glorioſam ſimul cū die dn̄ica,& cū veritate euangelica
oſtendens oīa legalia manere mortua in ſepulchro:& am
plius nunq̄ reſurgere:& ideo illa legalia nō ſolū fuerūt tūc
mortua ęternaliter:ſed etiā ſunt mortifera oībus obſeruan
tib⁹ ea poſt publicationē euāgelii:vt inquit Augu. Iteꝫ nō
ſolum geſta & facta Chriſti ſunt ſacramēta cōtinētia & fa
ciētia aliquod inuiſibile p̄ter id qd videbat̄:de quibus eſt
ſemp q̄rendus ſenſus ſpiritualis:ſed etiā dicta Chriſti erant
maxima ſacramēta non ſolum cōtinentia & ſignificantia
ſecreta p̄ſētia:ſed etiā p̄terita & futura.Vnde in illa para-
bola de illo qui deſcēdēs ab Hierl'ꝫ in Hiericho incidit in
latrones &c.ibi ſignificat Chriſtus oīa mala q̄ traxit Adā
ex peccato,cū tota ſua poſteritate pegrināte vſqꝫ ad Chri-
ſtū.Et quō Chriſtus reppit ipſuꝫ hominē ſauciatum,& quo
modo erat ipſuꝫ ſanatur⁹ p mortē & paſſionem &c. Et ſic
pꝫ quō oīa geſta & facta & dicta Chriſti ſunt ſacramēta.
Et quō non ſolū ſeptē ſacramenta eccleſiaſtica, q̄ cōtinue
exercem⁹ in eccl'ia,cōtinent & efficiunt qd ſignificant:ſed
etiam oīa geſta & facta Chriſti continebant,& efficiebant
qd ſignificabant. Et ideo erant magis ſacramenta q̄ om-
nia geſta & legalia veteris teſta.Et per conſequens vltra
ſenſum literalē magis eſt quęrēdus ſenſus ſpūalis in iſtis q̄
in illis. ¶ Sed eſt aduertēdū ꝙ omnia geſta & dicta Chri-
ſti euāgelica ſil' ſūt veritates & ſacramēta.Sūt eni veritates
reſpectu veteris legis cōpletę in Chriſto:ſed ſunt ſacramē-
ta inquātū cōtinēt altiſſima & profunda ſecreta:& cōtinēt
gr̄am in pręſenti,& imediate ſignificant futuram gloriam

& inquãtũ ſub ſe cõtinẽt ſẽſuꝫ moralẽ & anagogicũ. Differt ergo lr̃a legis a lr̃a euãgelica. nã ſub illa ſignificabaẽ gr̃a futura noſtrę redẽptionis, q̃ iam impleta eſt per Chriſtũ: ſed ſub litera euangelica continetur gratia noſtrę redemptionis in pręſenti: & ſignificatur glorificatio noſtra futura.

Z ¶ Cũ ergo iſta myſteria q̃ latent in litera tam euangelica q̃ legalia, ſint inuiſibilia: oportet vt illuſtrẽtur ꝑ lumẽ ſpirituale ad hoc ꝙ fiant nobis viſibilia & nota. Vñ intantũ eſt neceſſarius literę iſte ſpirit⁹ ſiue lumẽ ſpũale: ꝙ dicit Origenes. ꝙ ſicut aïa dat vitã corpori, & corpus eſt mortuũ niſi viuificetur ꝑ aïam: Ita litera ſcripturę: maxime vet. teſta. de ſe eſt mortua, niſi viuificetur ꝑ lumen ſpũale quod eſt eius aïa, & dat ei vitã ſpũalẽ. Itẽ. ii. ad Corin. dicitur ꝙ litera non ſolũ eſt mortua ſine ſpũ: imo occidit legentẽ: niſi legat eam cũ ſpũ: quia litera occidit, ſpũs aũt viuificat: vñ quia iudęi legunt totũ teſtamentũ vetus ſine iſto ſpũ & lumine: ideo occidit eos litera & tanq̃ caeci offendũt in lapidem offenſionis & cadunt & cõfringuntur. Itẽ nõ ſolũ litera veteris legis occidit ſine ſpũ: ſed etiã litera euangelica in quibuſdã partibus occidit: niſi legatur cũ ſpũ. Vñ Arrius legendo ſine ſpũ illud Ioan. xiiii. Pater maior me eſt &c. icidit in hęreſim & mortẽ ęternam dicẽs filium non eſſe deum, nec conſubſtãtialẽ patri. Itẽ Manicheus legens ſine ſpirituali lumine dictũ ſaluatoris. Ioã. xiiii. Princeps mundi huius eiicietur foras & in me nõ habet quicq̃. dixit diabolũ eſſe creatorẽ & deũ huius mundi ſenſibilis: & ꝙ ſolus deus verus creauit ſolas naturas inuiſibiles. Et ſic poſuit duas animas in hoïe, vnaꝫ immortalem creatam a bono deo: & alteram corporalem creatã a principe tenebrarũ, & a malo deo qui eſt diabol⁹. Et ſic dicit ꝙ Chriſtus nõ erat hõ in re: ſed in ſola apparentia: ne cogeretur dicere: corpus Chriſti eſſe creatũ a diabolo. Et ſic dicit multa alia deteſtabilia ꝓ̃ſumens de ſuo ſenſu volẽs legere literã ſine ſpiritu. Et ſic eſt dicendũ de omnibus aliis hęreticis, quos occidit litera: eo ꝙ nõ legebãt eã cum ſpũ & lumine ſpũali. Et ideo dicit Augu. cõtra Donatiſtas. ꝙ in eadẽ bona lege veteri chriſtiani ſũt boni & viuificantur legẽtes eã cũ ſpũ: ſed iudęi ſũt mali & cadũt & occidũtur legẽtes eam ſine ſpũ. Et ſic eodẽ modo i lege euãgelica catholici ſunt boni: ſed hęretici ſunt mali & occiduntur volentes & ꝓ̃ſumẽtes eã legere ſine ſpiritu: quia ſpũs eſt ille qui viuificat literã ſicut anima corpus. ¶ Vñ eſt aduertendũ ſcḋꝫ eũdẽ Aug. in principio ſup Geñ. ꝙ ſicut aïa dat corpi triplicem vitã. ſ. vegetatiuã, ſenſitiuã, & intellectiuã: ita ſpiritus dat literę triplicẽ ſenſuꝫ. ſ. allegoricũ quo ad fidẽ ad credẽdum, & moralem ad diligendũ deũ, & ꝓximũ, & bñ operãdũ: & anagogicũ ad ſperandũ cęleſtia & æterna, & contemnẽdũ mũdana: & ſic ſacra ſcriptura vtriuſq; teſtamenti põt legi ad iſtum triplicem ſenſum pręter literalem.

¶ Sexta Clauis.

A SExta regula eſt de ſenſu' verborum in quo fiunt: & quẽ faciũt. Ad cuius euidẽtiã eſt notandũ ꝙ multe locutiones fiunt in ſacra ſcriptura maxime euangelica, q̃ videntur falſæ in ſenſu literali quem faciunt & generant in auribus carnalibus: tñ ſunt verę ad ſenſuꝫ in quo vel ad quẽ fiunt ſpiritualiter. Et ideo iſta regula licet coincidat cum ſuperiori cum poſſit in ea cõtineri: tñ meli⁹ eſt vt de talib⁹ locutionib⁹ fiat regula particularis expreſſa: vt magis imprimatur in mẽte ipſius legentis & audientis. Vnde illa ſcriptura & locutio & oratio Chriſti. Matth. xxvi. qñ dixit. Pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte. verũtñ nõ ſicut ego volo: ſed ſicut tu: fiat voluntas tua. Iſta quippe locutio vnum ſenſum facit in aurib⁹ corporis. ſ. ꝙ Chriſtus timuit in principio morteꝫ & deſyderabat fugere mortem. Et ſic rogabat patrem vt talem paſſionem trãſferret: & mutaret ſententiã ſuam: ſed in alio inſtanti tẽporis: quia Chriſtus vidit ꝙ voluntas patris erat vt pateretur tale gen⁹ mortis: ideo ſubdit: nõ ſicut ego volo: ſed ſicut tu: fiat voluntas tua. ſed iſte talis ſenſus eſt falſus: propter multa incõuenientia quę ſequerentur. Nã primo ſeq̃retur ꝙ petitio Chriſti eſſet idiſcreta: quia petebat illud qđ iã erat ipoſſibile: cũ ipſe ſciret ab ęterno fuiſſe a deo patre decretũ: vt ſic fieret. Itẽ ſeq̃retur ꝙ Chriſt⁹ retractabat ſuũ ꝓpoſitũ & ꝓmiſſũ. Nã Chriſt⁹ iã ſtatuerat, & ꝓmiſerat mori, & pati tale genus paſſionis, prout ipſe apoſtolis paulo ãte reuelauerat: quando dixit. Ecce aſcendimus hieroſolymã, & filius hominis tradetur ad crucifigenduꝫ & flagellandũ. Item ſequeretur ꝙ Chriſtus ꝓ illo inſtanti ꝑdidiſſet charitatẽ quã hẽbat erga genus hũanum. Item ſequeretur ꝙ volebat pro illo inſtanti facere falſas ſcripturas quæ de ipſo erant: & omnia iſta cedebant in maximũ inconueniens ſecundum talem ſenſum. Nam ipſemet dixerat ꝙ non venerat niſi ad faciendam voluntatẽ patris. Et ad hoc nat⁹ erat vt teſtionium ꝑhiberet veritati ſcripturarum: & ꝙ vnũ Iota nõ ꝓ̃teriret a lege de eo ſcriptũ. Et ideo eſt dicendum ꝙ talis locutio ad alium ſenſum facta eſt. ſ. vt Chriſtus notificaret nobis qualiter erat verus homo, & habebat verã carnẽ mortalẽ cõtra Manichęos. Et quomodo paſſio ſua erat doloroſa & terribilis: qa aliter non fuiſſet ita meritoria. Et ſic voluit oſtẽdere verã hũanitatem vltra diuinitatẽ. Et voluit diſtinguere in ſe duos appetitus: vnũ naturalẽ & ſenſitiuum: q horrebat & timebat mortẽ: & alium intellectiuũ, qui dicitur voluntas: q̃ ſemper fuit cõformis voluntati patris. Et ſic etiam in chriſto erãt duę voluntates. ſ. humana & diuina. Nã ſuã volũtatẽ hũanã ſubiiciebat & cõformabat diuinę. Et ſic talis oratio non facta eſt niſi ad exprimendum vtramq; naturã, & ad exprimendum dolorem intolerabilem ſuę paſſionis. Eſt ergo talis ſenſus huius oratiõis. O pater, licet caro mea & ſenſualitas horreat & timeat tam crudelem mortẽ & paſſionẽ: eo ꝙ oẽ ens appetit ꝑmanere: & omne aïal inquãtũ aïal deuitet & velit deuitare morteꝫ & ꝑniciem: tñ ego nolo cõformare voluntatẽ meã carni meę nec ſenſualitati: ſed volo conformare tuę voluntati. Et ſic oſtendit ꝙ voluntas ſua ſimul tempore condolebat carni, & conformabatur paternę voluntati: prout latius videbitur pſalmo. xx. & . xxi. quia ad hunc ſenſuꝫ dicitur illud. Clamabo per diẽ & nõ exaudies. Ex quibus ptꝫ ꝙ ſupradicta locutio nõ facta eſt ad ſenſum quẽ facit: ſed in quo fit. Itẽ illa locutio Matth. xx. vbi dicitur. ꝙ qui laborauerant in vinea ꝑ totam diem murmurabãt aduerſus patrẽfamilias: eo ꝙ laborãtes per vnã horã equales eis feciſſet. Et etiã illa verba filii obedientis, qui indignatus eſt aduerſus patrem, eo ꝙ filium ꝓdigum cum gaudio ad pœnitentiaꝫ recepiſſet. Luc. xv. Non ſunt talia verba exponenda ad ſenſum quẽ faciũt. Quia vbi eſt ſumma charitas in illa cæleſti patria inuidere fas non eſt: cum vnuſquiſq; iuſtus gaudeat de præmio alterius. Sed ſunt intelligenda verba ad ſenſum in quo fiunt. Nam ibi ſaluator in illis parabolis reſpondet tacitis q̃ſtionibus q̃ ab hominib⁹ carnalibus poſſent fieri. Nam in prima oſtendit Chriſtus ꝙ paſſiones huius mundi & labores non ſunt cõdigni illo denario ſummę beatitudinis. Ideo ſi eundem denariuꝫ dat primis & nouiſſimis: & ecõuerſo nulli facit iniuriam: quia vltra cõdignuꝫ vtriſq; ꝓ̃miũ & ſtipendiũ impendit. Ideo vtriq; debẽt cõtentari, & gr̃as agere. In ſecũda vero parabola oſtẽdit Chriſtus quomodo venia datur pœnitentibus ex ſumma dei miſericordia: & quõ de⁹ neminẽ vult perire: quia pro oïbus paſſus eſt: ideo gaudet de pœnitentia peccatoris. Itẽ oſtẽdit ꝙ nullus ex propriis viribus reſiſtit peccato & agit bonum: ſed ſolum ex gratia dei: ideo ita, immo magis debet agere gratias iuſtus q̃ peccator pœnitẽs. Et ſic iuſtus debet gaudere, & congaudere de pœnitentia pc̃tõris. Item illa verba Iob. iii. qñ dixit. Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua conceptus eſt homo: nõ ſunt intelligenda ad ſenſum quem faciunt. quia Iob ho-

mo iuſtus nõ malediceret creaturam dei ſine magno pctõ. ſed intendit Iob hunc ſenſũ.ſ. ꝙ pctm̃ originale in quo cõcipitur vnuſquiſq;, eſt adeo maledictũ: & tale pctm̃ non eſt a deo creatũ. ideo nõ cõputaẽ in dieb⁹ nec in mẽſibus anni nec inter creaturas dei: quia nõ creauit deus malũ nec peccatũ. Sed fuit a diabolo cauſatũ pſuadẽdo primis parẽtib⁹. Et ſic illud pctm̃ fuit cauſa oĩs mali: & ab illo peccato ꝓueniũt nobis oẽs infirmitates & oĩa mala. Itẽ loquitur etiam Iob cõditionaliter: ꝙ ſi hõ nõ haberet aliquod p̃mium de ſuis laborib⁹: & de patiẽtia ſua poſt hanc vitã: ſequereẽ ꝙ maledict⁹ eſſet dies cõceptiõis, & natiuitatis oĩm iuſtorum qui maxĩe vexantur pſecutionib⁹ & infirmitatib⁹ in hac vita. Et ſic ad hos ſenſus ſũt intelligenda verba Iob. Item ad hunc etiam ſenſum ſunt intelligenda verba Hieremię. xx. cap. qñ dixit. Maledicta dies in qua natus ſum: & dies in qua peperit me mater mea. quaſi dicat. Si tu dñe nõ retribuis p̃miũ iuſtis pro laborib⁹: & pœnas malis ꝓ pctis: ergo maledicta eſſet dies in qua natus ſum. Et ſic magna pars ſacrę ſcripturę vtriuſq; teſtamẽti eſt intelligẽda ad ſenſum in quo fit, & nõ quem facit. Nã aures ſpirituales mentis ſuſcipiũt ſenſum ſpiritualẽ & ſecretũ. Sed aures corporis nõ recipiũt niſi literã. de quib⁹ auribus ſpiritualibus dicit ſaluator Matth. xiii. Qui habet aures audiendi. i. intelligẽdi audiat ſcꝫ ſpũaliter & nõ carnaliter. i. intelligat ſenſum ſpũaleꝫ ad quẽ, & in quo verba ſpũalia fiunt. Itẽ Ioan. vi. Verba q̃ locutus ſum vobis ſpũs & vita ſunt. Spũs eſt qui viuificat. Caro aũt nõ prodeſt quicq̃. Et ſic patet ꝙ iſta ſexta regula pti continetur in p̃cedenti. Itẽ iſta propoſitio Crux adoratur, non eſt intelligenda ad ſenſum quem facit: quia nulla creatura per ſe adoratur. Sed eſt intelligenda ad ſenſuꝫ in quo fit, ſcilicet Chriſtus crucifixus adoratur.

## ¶ Septima Clauis.

B SEptima regula eſt de ſęculis ſiue de ætatibus vnius legis & eccl'ę, & de pegrinatiõe hoĩs myſtici per eam. ¶ Ad cuius intellectũ eſt notandũ ſcdm Auguſtinum Hyponoſticon. reſponſione. iii. & in plęriſq; locis. ꝙ ſicut in vtroq; teſtamento vnus ſemp fuit Chriſtus creditus: ita dicĩ vna & eadem eſſe fides patruꝫ vet. teſt. & noſtra. eo ꝙ vnitas fidei eſt ab vnitate obiecti crediti. Item ſicut fuit ſemp vna fides Chriſti: ita fuit & ſemp eſt vna lex in vtroq; teſtamẽto: quia vnitas legis ſumitur ab vnitate fidei. Sicut ergo in vtroq; teſtamento, ſemp vnus eſt Chriſtus credit⁹ & vna lex: ita ſẽp fuit vna eccl'ia: & vna ciuitas dei: & vnũ corpus myſticuꝫ ab Adã vſq; ad iudiciũ. Nã ciuitas dicitur vna inquãtũ eſt concors hoĩm multitudo vni⁹ legis conſenſu ſociata. ſicut ergo vnitas ciuitatis ſumitur ab vnitate legis: ita & vnitas eccl'ię & corporis myſtici ſumiẽ ab vnitate vnius legis & vnius fidei & vni⁹ capitis. i. Chriſti crediti. Et ſic in vtroq; teſtamẽto eſt conſiderandũ vnũ caput, qui eſt Chriſtus creditus, & vna fides, & vna eccl'ia ſiue vnum corpus myſticum cuius caput ſemp fuit & ſemper eſt Chriſtus. ¶ Et ideo dicit Grego. homilia de vinea. ꝙ ab Adam & Abel vſq; ad vltimuꝫ electuꝫ ſemp fuit vna vinea & vna eccl'ia: cuius palmites & membra fuerũt oẽs electi vtriuſq; teſtamẽti. & ſic Adaꝫ & Abel & Abrahã iã erãt mẽbra Chriſti & ciues huius ciuitatis. Nã licet Chriſtus nõdũ eſſet incarnat⁹: tñ iã erat Chriſt⁹ credit⁹: quia fides eſt illa q̃ cõpaginat mẽbra ſuo capiti.

C ¶ Et ſic dicit Aug. ꝙ tota eccl'ia fideliũ ẽ vn⁹ hõ myſticus expulſ⁹ a paradiſo terreſtri i Adã: quẽ hoĩeꝫ de⁹ remiſit ad Chriſtũ: vt ſanaretur ab eo. Et ſic iſte hõ myſtic⁹ pegrinat⁹ eſt per fidẽ in primo teſtamẽto vſquequo puenit ad Chriſtũ i quo & a quo accepit nobiſcũ repromiſſiões: vt ait Apl's ad Hebrę. xi. Quia omnes illi patres veteris teſt. nõ acceperunt repromiſſiones niſi nobiſcum. Ex quo pꝫ ſecundum Apl'ꝫ. ꝙ vna ẽ eccl'ia, & vna fides Chriſti: noui ac vete. teſt. Nã eadẽ fides Chriſti q̃ ſaluat nos: ſaluauit & illos: qa queꝫ nos credim⁹ iã veniſſe: & quem recepimus: illũ & eundem Chriſtũ: ipſi credebãt & expectabãt futurũ & in tali fide ſaluabanẽ: vt ait Aug. ii. contra aduerſarium legis & prophetarũ. & libro de nuptiis: & pꝫ. iii. ſniaꝝ diſt. xxv. ¶ Cõtra D aũt ſupradicta arguitur & videtur ꝙ lex vet⁹ & noua non ſit vna: imo altera: ꝑ hoc qđ dicĩ Hiere. xxxi. Ecce dies venient dicit dñs, & feriaꝫ domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouũ nõ ſcdm pactũ qđ pepigi cũ patrib⁹ eoꝝ cũ apprehẽdi manus eoꝝ, & educerẽ eos de terra Aegypti. Item Baruch. ii. Statuã illis teſt. alterũ ſẽpiternũ. Vnde ꝑ hũc tex. ꝓbat Apl's ad Hebræ. viii. Legẽ nouã eẽ alteram a veteri, & veterẽ iã p̃teriiſſe. Ad hoc rñdetur. ꝙ legẽ nouã & veterem eſſe vnam ſtat dupliciter. Vno modo vnitate eſſentiali. alio modo vnitate accidentali. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt valde aduertẽdũ: ꝙ in lege dei ſunt conſiderãda aliqua eſſẽtialia, & aliqua accidẽtalia. Vnde ea q̃ ſunt de eſſentia vnitatis legis ſunt ſex. ſ. vnitas legiſlatoris: vnitas ſpũs intelligẽtię ſiue intellect⁹: & vnitas veritatis: vnitas fidei & ſpei: vnitas termini cõis: & vnitas finis. Accidẽtalia aũt legis ſunt officia legalia. ſ. ritus ſacrificiorum & oblationũ: ſacrorũ & ſacramentorum & vniuiuerſaliter oĩm legaliũ cerimoniaruꝫ. Iſta aũt accidẽtalia ſiue officialia fuerunt mutata & abolita, & non ſemp fuerũt eadeꝫ in eadem lege. eo ꝙ accidens põt adeſſe vel abeſſe p̃ter corruptionẽ eiuſdẽ ſubiecti. Sed eſſentialia legis ſemp mãſerunt vna & eadẽ ꝙ ꝓbaẽ. Naꝫ ſemp fuit vnus legiſlator & cõditor vtriuſq; legis. Vnde dicit Augu. cõtra aduerſariũ legis & ꝓphetaruꝫ: ꝙ ſicut vnus eſt creator oĩm p̃teritoꝝ & futuroruꝫ: ita vnus fuit & eſt dator amboꝝ teſtamentorum. Nã ille idẽ de⁹ qui locutus eſt in vet. teſt. ꝑ ora ꝓphetarũ locutus eſt etiam in nouo teſt. ꝑ carnẽ aſſumptam, & ꝑ propriũ os: vt ait Apl's ad Hebrę. i. Multifarie multiſq; modis olim deus locutus patrib⁹ in ꝓphetis nouiſſime diebus iſtis locut⁹ eſt nobis in filio. Et ſic patet, ꝙ idẽ deus eſt cõditor vtriuſq; teſt. Iteꝫ ſicut fuit vn⁹ legiſlator: ita fuit vnus & idẽ ſpũs: quia idẽ ſpũs qui illuminauit mẽtes patriarcharum & ꝓphetarũ, illuminauit etiaꝫ Apl'os & oẽs chriſtianos, ꝓbatur. qa idẽ ille ſpirit⁹ qui fecit patriarchas p̃uidere futura myſteria de Chriſto & eccl'ia: illemet fecit apl'os cognoſcere illa myſteria eſſe de Chriſto ꝓphetata: & ideo apl'i & euãgeliſtę & doctores allegãt dicta patriarcharum & ꝓphetarum. Ideo dicit Auguſt. contra aduerſariũ legis & prophetarum. ꝙ antiqui patres eundẽ ſpm habuerũt nobiſcũ. Per eãdẽ etiã rationẽ eſt dicendũ ꝙ eandem veritatẽ habuerunt nobiſcũ de ſacra ſcriptura: quia eãdẽ veritatem euangelicã quam nos videm⁹ pręſentem & conſummatam, viderũt & ipſi futuram. Item per eãdẽ rationẽ habuerũt eandẽ fidẽ nobiſcũ de Chriſto & eccleſia: quia qđ credimus p̃teritũ & pręſens, ipſi crediderunt & expectarunt futurũ: vt ſupra dictũ eſt: quia eandem redẽptionẽ credebãt & eundeꝫ Chriſtum futurum. Itẽ ſicut fuit vna fides: ita fuit vnum obiectuꝫ fidei qui eſt Chriſtus: qui eſt termin⁹ cõis copulans vtrãq; legem, & faciẽs ex vtraq; vnã: quia Chriſtus fuit finis illius legis veteris: & principiuꝫ nouę legis. ¶ Vñ arguiẽ ſic. ſicut illa linea dicitur vna cui⁹ partes copulantur ad vnũ punctũ & terminum cõem: ita & illa lex dicitur vna, cuius partes copulantur ad vnũ terminum & obiectũ cõe. Sed lex vetus & noua ſunt huiuſmodi: quia copulantur ad Chriſtum qui fuit finis illius & principium hui⁹: ergo eſt eadẽ ratione termini & obiecti. Itẽ ꝑ eãdem rationẽ vtraq; lex dicĩ vna rõne finis: quia Chriſtus eſt finis vtriuſq;. Nã ſicut Chriſt⁹ eſt obiectũ & termin⁹ cõis ratiõe fidei: ita eſt finis vtriuſq; ratiõe ſpei. Nã ſicut Chriſtus fuit finis intentus, & ſperatus in illa: ita & in iſta. Nã eũdem Chriſtũ quẽ ipſi expectabãt redemptorem, nos expectamus p̃miatorem & glorificatorem. Et ſic vnus eſt finis vtriuſq; legis. Sed ꝙ ſit vna fides & vn⁹ Chriſt⁹ & vn⁹ finis

vtriuſq; legis. Probat Aug. contra Pelagianos hyponoſtis
con reſponſione.iii. dicēs vbi ait Apl's ad Timotheū: ſup
abundauit grā dñi noſtri Ieſu Chriſti cū fide & dilectione
q̄ eſt i Chriſto Ieſu. Eādē ergo fidē dixit q̄ ſalutē attulit, &
illis & nobis. Hāc aptiſſie demōſtrat Apl's ſcribēs ad Ga
latas dicēs. Priuſq̄ adueniret fides ſub lege cuſtodiebamur
cōcluſi in eandē fidem q̄ reuelāda erat. Eadem itaq; ſemp
tēporib⁹ tacitis erat in ſeruis dei p verbū: & reuelāda erat
in gentib⁹ & p icarnatū idē verbū. Quia vt idē ait Apl's ad
Hebrę. Heri & hodie & ipſe in ſęcula. tpa itaq; mutuata
ſunt nō fides: iuſtificatio igr̄ p fidē Ieſu Chriſti data eſt, da
tur & dabit̄. Ex dictis Auguſtini & hoc loco pt3 q̄ idē ē la
tor & cōditor vtriuſq; teſta. & idē Chriſt⁹ & eadē3 fides &
idē finis. Ex qb⁹ pt3. q̄ eſſentialia vtriuſq; legis ſunt eade3
& p cōſequens vtraq; lex eſt vna ſcd̄m eſſentialia, & ſic eſt
vna p eſſentiā. Sed eſt altera ſcd̄m accidētalia, & ſcd̄m offi
ciū: & ideo dicit Aug. cōtra aduerſariu3 legis & ꝓphetaꝝ
q̄ oia cerimonialia quę fiebāt in lege veteri erant officiū
reſpectu nouę. Vñ inquit q̄ iter officiū & finē hoc intereſt
Nā officiū eſt qn̄ facim⁹: ſed finis eſt ꝓpter quē facim⁹: &
ſic oia illa cerimonialia & legalia q̄ illi faciebāt, nō facie
bāt niſi ꝓpter Chriſtū. iō p ei⁹ aduentū oia fuerūt abdica
ta & abolita poſtq̄ impleuerūt officium & curſum ſuū quia
adepto fine ceſſat officium: & habitibus exiſtētibus in ma
teria ceſſat motus. Et ſic patet quomodo eſt vna: & quō eſt
altera. Et ideo reſpondetur ad auctoritates in contrarium
adductas. Nā deus p Hieremiam non intendebat dare al
teram leges ſcd̄m eſſētialia: ſed ſecundum accidentalia &
officialia & ſcd̄m ritus & cerimonias, inquātum oia illa de
bebant ceſſare. Et per hanc rationē pōt reſponderi ad oia
q̄ poſſunt fieri in contrarium. Ex quibus patet q̄ licet acci
dētalia & officialia legis ſint mutata p ſucceſſū tpis i aduē
tu Chriſti: tñ nō ſunt mutata eſſentialia legis. ſ. veritas & fi
nis & fides legis. Et ſic nō eſt mutata lex eſſentialiter. imo
manet cōfirmata & verificata. Vñ in hoc decipiunt̄ miſeri
& caeci iudęi neſcientes diſtinguere inter eſſentialia legis
& accidentalia: immo putant q̄ illa legalia accidētalia &
officialia ſunt de eſſentia legis: cū nō ſint data niſi ad officiū
& in ſignū futurę veritatis & finis: & nō grā ſui. Et ſic falſi
ficant legē: & faciunt ipſam mendacem poſtq̄ non reciplūt
eius veritatem. Ex quib⁹ ſequit̄. q̄ nos melius ſeruamus le
gem Moyſi q̄ iudęi: quia tenem⁹ & ſeruam⁹ veritatem eſſē
tialē legis: q̄ quidē veritas ſurrexit cū Chriſto: & ipſi repu
diata veritate eſſentiali ipſius legis ſeruāt & colunt accidē
talia q̄ iam ſunt mortua & abdicata poſtq̄ curſum ſuum cō
pleuerunt, q̄ non ſolum ſunt eis inutilia ſed etiā mortifera.
E ¶ Iterū eſt notandū Apoca. xxii. q̄ Chriſtus eſt alpha & o
id eſt prim⁹ & nouiſſim⁹. ſ. principiū & finis. & etia3 dicitur
mediū & via, Ioan. xiiii. Et ſic eſt principiū mediu3 & finis.
Eſt eñ principiū noſtrū p creationē. Itē eſt mediu3 noſtrae
redēptionis: quia mediator dei & hoīm. Itē eſt finis noſtrae
glorificationis. Ideo iſte hō myſticus pegrinatus eſt a prin
cipio mūdi vſq; ad primū aduentum Chriſti, tanq̄ ad me
dium: vt ſanaretur, & deo recōſiliaret̄. Sed mō peregrinat̄
a primo aduentu per legem euangelicam vſq; ad ſecundū
aduentum, tanq̄ in finē vltimū vt glorificetur. Et ſic iſte hō
myſticus exiuit a Chriſto p creationē: quia oia p ipm̄ facta
ſunt. Ioan i. & tranſiuit p ipſum p redēptione3: & tendit in
ipſummet Chriſtū per glorificationē. Et ſic ſemper eſt ide3
Chriſtus & idē hō myſticus qui cōtinuat̄ per vnū caput & p
F vnum medium. ¶ Sed dicit Aug. lib. de Cathecizandis ru
dibus. q̄ ſicut Iacob in ſuo ortu prius emiſit brachiu3 tenēs
planta3 fratris ſui Eſau, Et poſtea oſtēdit caput & exinde
totum reſiduū corporis: ita pariter hō myſticus prius oſten
dit & traxit ſiniſtrum brachium in veteri teſtamento: ſed in
aduentu Chriſti oſtēdit & traxit totum reſiduū corporis ſuc
ceſſiue. Ex quo pt3 q̄ ſicut iſte pegrinus eſt vn⁹ hō myſtic⁹
ab Adā vſq; ad iudiciū: ita eſt vna lex & via p quā pegrina
tus eſt. Itaq; ergo lex tota eſt vna ſcd̄3 eſſentialia: ſed altera
ſcd̄m accidētalia. eſt vna ſcd̄m finē: ſed altera ſcd̄m officiū:
eſt vna ſcd̄m veritatem: ſed altera ſcd̄m vmbrā & ſignum.
Itē vna ſcd̄m ſpm̄, ſed altera ſcd̄m literā. Eſt ergo dicendu3
q̄ iſte hō myſtic⁹, q per fidē pegrinat⁹ eſt ab Adam vſq; ad
Chriſtum: ſemp cōtinue in iſto itinere & pegrinatiōe acce
pit aliqua accidentalia illius legis. Nā in Adam & in Abel
accepit oblatiōes: & in Noe accepit aliquē modū ſacrificio
rū: & in Abrahā accepit circūciſionē: & in Moyſe accepit le
gē p̄ceptoꝝ cerimonialiū & caetera legalia, q̄ oia data ſunt
ei in figurā Chriſti futuri. Et ideo cū iſte hō myſticus puenit
ad Chriſtū, dimiſſis & abdicatis omnib⁹ ſupradictis accidē
talibus accepit veritatē & pfectionē illoꝝ, & repromiſſio
nē in Chriſto: & ſic iſte hō myſtic⁹ iā pfect⁹ in Chriſto p pri
mū aduentum adhuc pegrinat̄ in hac eccl'a, vſq; ad ſcd̄3 ad
uētū Chriſti, in quo eſt recepturus vltimā pfectionē corpis
& aię. ſ. gl'iam, & imortalitatē corporis, & felicitatē vtriuſq;
¶ Et ideo eſt aduertētū q̄ iſte hō myſtic⁹ & pegrin⁹ mltoti
ens introducit̄ ad loquendū in pſalmis. de quo verificant̄
diuerſę locutiones ſcd̄m diuerſitatem ſęculoꝝ ſiue ſtatuū
& ętatū ſuaꝝ. Nā aliqua verificant̄ de eo ꝓut pegrinabat̄
in ſtatu & aetate legis naturę: & aliqua verificant̄ de eo ꝓ
ſtatu ſub lege Moyſi: & aliqua ꝓut fuit in ſtatu grę. & etiā
q̄a iſta eccl'ia habuit mltos ſtat⁹ & ętates: iō multa verificā
tur de ea ſcd̄m diuerſos ſtat⁹ & ętates: vt patebit locis ſuis.
¶ Nā circūciſio dicitur data fędere ſempiterno. Gñ. xvii. G
Sed hoc eſt itelligendū ſcd̄m illā ętatē & ſęculum ab Abra
hā vſq; ad Chriſtu3. Nā aeternū dicitur ab aetate. Et ſic ęter
nū ſiue ſempiternū dicit̄ illud q̄d eſt ſemp cū aliqua ętate.
Et ſic circūciſio dicta fuit ſempiterna. nō ſimpliciter cū omi
tpe: ſed cū illa ętate ab Abrahā vſq; ad Chriſtum: quia fuit
ſempiterna illi ętati illius corporis myſtici & legis. Et ſic eſt
dicendum de p̄cepto ſabbati & agni paſchalis. Quorum
ętas fuit finita in Chriſto. Nā omnes Hebręi & Thalmudi
ſtę dicūt & appellāt tēpus Meſſię aliud ſęculum & aliā ęta
tē. Et etiā eſt dicēdū q̄ circūciſio & tota lex Moyſi eſt ęter
na rōe ſuę veritatis & ſui figurati. Nā ęternitas legis Moy
ſi cōtinuatur i veritate euāgelica, ſicut ęternitas regni Da
uid fuit cōtinuata in Chriſto. Ita ergo pariter iſte hō myſti
cus, & iſta lex continue relinquēdo iperfectiones accidenta
les accepit in Chriſto perfectiones eſſentiales in actu quas
ante habebat in potentia & in figura. Et ſic in ſcriptura ve
teris teſtamenti multa verificātur de iſta eccl'ia, ſiue corpe
myſtico ſcd̄m diuerſos ſtat⁹ & ętates: vt patet in pſalmis &
in canticis Salomonis. Ideo valde debet attēdere prudens
lector in huiuſmodi ſęculis & ętatibus legis & hoīs myſtici:
quia cum ſit vnus, plures habuit ſtatus & ętates & ſecula.
Nā totum tēpus veteris legis fuit tempus ſignificandi & fi
gurandi & deſyderandi: ſed tempus nouę legis fuit temp⁹
adimplendi & verificandi & recipiendi promiſſiones. Vñ
quando dicitur in canticis. Oſculetur me oſculo oris: verifi
catu de eccl'ia ſecundum ſtatum vet. teſt. quia tūc deſydera
bat aduentu3 Chriſti ſpōſi ſui. Sed cum poſtea dicitur. Quę
ſiui quē diligit aīa mea & inueni & tenui nec dimittā illu3.
Tunc verificatur de eccleſia ſecundum iſtum ſtatum illico
poſt aduentum chriſti prout ipſum recepit. Sed cum poſtea
dicitur. Quę eſt iſta q̄ progreditur, quaſi aurora conſurgēs
terribilis vt caſtrorū &c. tunc verificatur de eccleſia poſt re
ſurrectionem Chriſti, prout exiuit ad p̄dicandum euāgeliū
populo gentili. Sed cum poſtea dicit̄. Quae eſt iſta quę aſcē
dit de deſerto delitiis affluens innixa ſuper dilectum ſuu3:
Tunc verificatur de eccleſia ꝓ ſtatu temporis, in quo fuit ī
ſua maxima ꝓſperitate venerata per totum orbē terraꝝ.
Et ſic apparet p p̄dicta, qualiter vna & eadem eccleſia ha
buit diuerſos ſtatus & ętates de quibus fiunt diuerſę locu
tiones in ſacra ſcriptura: q̄s prudens lector debet fideliter

& cum tremore conſiderare:de quib⁹ datur hęc ſeptima re
H gula. ¶ Iterū eſt notandū:q ſicut iſta eccl'ia ſiue hoc corp⁹ myſticū habet tria diſtincta ſecula:ita etiā tria gñā mēbro rū. Nā qdā ſūt pura:ſicut eſt virgo Maria:q nūq peccauit, pro q de tota ecclia verificat illud. Tota pulchra es amica mea. Et qdā ſunt mēbra iā ſanata, p quib⁹ verificatur illd. Impulſus euerſus ſum:vt caderē:ſed dñs ſuſcepit me. Et qdam ſunt infirma q adhuc in aliquo peccato laborant. De quibus verificatur illud. Sana me domine qm̄ infirmus ſū. Et ſic multe locutiones verificantur de tota eccleſia ratiōe alicuius membri.quare aduertat lector.

¶ Octaua Clauis.

I Octaua regula eſt de diabolo & eius corpore, ſiue de membris eius. Vnde eſt notandū:q ſicut Chriſtus vniuit & incorporauit ſibi eccl'iam fideliū p baptiſmus & grām in vnitate myſtica:ita pariter diabolus vniuit ſibi infideles & hereticos & obſtinatos per peccatum. Quoꝝ quidē cōgregatio dicitur ſynagoga ſathane ſiue ecclia malignantiū. Et ſic oēs heretici & ifideles & obſtinati dicunt membra diaboli. Nā cū natura hois a deo ſit creata bona naturaliter:tñ diabolus inimicus ſeminauit zizaniā i ipa. Matth.xiii. Et ſic cū homo male agit: tunc in eo nō operatur deus:ſed diabolus:ſue malitia quam ſeminauit diabolus:vt inquit Auguſt.in ſermone vnius martyris.vbi ait. q qñ te pſequitur hō,noli attēdere:nec deſtruere naturā:nec aiam quā fecit & inſpirauit deus:quia non te pſequitur qd fecit deus:ſed malitia quam fecit h omo,quā malitiā perſuaſit hoi aſtutia ſathāe. Vñ intātū tenet diabolus & alligat & copulat ſibi peccatores & obſtiatos:q inter eos cōicantur idiomata tanq inter caput & membra.ita q hoies damnati nominātur nomine capitis ſui diaboli. Ideo Chriſtus appellauit Iudā diabolū. Ioan.vi.cum dicit. Vnus veſtrū diabolus eſt. Item Eſaię.xiiii.alloquitur ipſum Nabuchodonozor ſub noie diaboli dicens. Quō cecidiſti Lucifer,qui mane oriebaris? Item Ezech.xxviii. Alloquitur regem tyri eodē modo dicens. Tu ſignaculum ſimilitudinis I delitiis paradiſi fuiſti. Item econuerſo diabolus appellatur homo ſub nomie membroꝝ ſuorū qñqꝫ:vt Matth.xiii. Inimicus hō hoc fecit. Iteꝫ pſalmo.lv. Miſerere mei deus qm̄ cōculcauit me homo.i.diabolus. ¶ Sed eſt aduertendū q in ſynagoga ſathanę nō ſunt niſi mali:in eccl'ia autē Chriſti miſcentur multa mēbra diaboli cū bonis:& dicūtur mēbra Chriſti ſimulata:quae in ſecreto ſūt heretici,hypocritę. ¶ Eſt iterū aduertēdū:q ſicut oēs pfectiōes & virtutes pri⁹ verificant de Chriſto a quo primo deriuanſ:& ex cōſequēti de ei⁹ mēbris fidelib⁹:ita pari rōe oia mala prius intelliguntur & verificantur de diabolo a quo deriuantur & ſuggeruntur:& ex conſequēti de mēbris in quib⁹,& p quę diabolus operaſ. Vnde illud, Principes pſecuti ſunt me gratis. prius intelligitur de diabolis inſtigatoribus:& ex cōſequēti de tyrānis & hereticis & malignis &c.quos diabolus inſtigat cōtra iuſtos & fideles. Itē pſalmo.li.p Doech primo intelligiſ diabolus infeſtator & excitator. Et ex conſequenti intelliguntur omnes tyrāni pſecutores ecclię,& omnes maligni,& ſuſurrones,& ſeminatores zizanię.

¶ Nona Clauis.

Nona regula eſt de ſpecie & genere ſiue de toto & parte. Vnde cum pars ſit aliquid toti⁹ multotiens recipit denominationem totius:& econuerſo p ſinecdochen aut per metaphoram. Et ſic quandoq in ſcriptura cum nominatur vna ciuitas intelligitur totū regnū: aut tota prouincia,& quandoq totus mundus:vt cum dicitur memor ero Raab & Babylonis:intelligitur totus populus gentilis. Et ſic Aegyptus & Sodoma & Gomorra ponitur p toto pplo maligno:vt pꝫ in ep'la Iudę. Et ſic p Iudęā & Hierlm intelligiſ tota ecclia:vt ait Hiero.ad Marcellā. Itē hoc nō ſolū intelligiſ de toto & pte in loco:ſed etiam in tpe:vt Apocalyp.xix.cū dicit.q Angel⁹ ſiue Chriſtus alligauit ſathā & diabolum.M.annis:hoc intelligiſ p lōgū & magnū tēp⁹. Hęc etiā r'la intelligitur in numeris:vt cū dicitur in Apocalyp.xiiii. Vidi ſupra montem Sion,cxliiii.M. vbi ponitur numer⁹ determinatus p indeterminato. Item Gen.iiii. Quicunq occiderit Cain ſeptuplum punietur.i. multipliciter. Ibidē, Septuplum dabiſ vltio de Cain.de Lamech vero ſeptuagies ſepties.i.mlto pluries. Itē Matth xviii. ait Chriſtus Petro. Nō dico tibi ſepties:ſed ſeptuagies ſepties.i.infinities. Verūtñ aduertat lector:q tales nūeri nō ponuntur ſine ſacramēto. ¶ Vnde eſt aduertēdū:q licet hęc regula cōtineaſ ſub ſequēti:tñ melius eſt q fiat r'la ex pte expreſſa p opter magna ſacramēta & difficultates quę cōtinentur & inſurgunt ex talibus locutionibus &c.

¶ Decima Clauis.

Decima & vltima regula eſt de tropo & K grammaticalib⁹ figuris. ¶ Ad cuius euidentiaꝫ eſt aduertēdū:q lꝫ oēs ſpecies tropi & ſchematis reperiantur in ſacra ſcriptura,& maxime i libro pſalmoꝝ:tamē aliq maxime in hac regula ſunt notādę:eo q magis frequentanſ:& maiorē afferūt difficultatē. Quaꝝ prima eſt hyſterō pteron:quę cauſatur in ordine narrationis:de qua Tichoni⁹ fecit ſpecialē regulā. Nā ſępe in ſacra ſcriptura qdā narranſ nō eodeꝫ ordine quo geſta ſunt:ſed qñq per anticipationē aut poſtpoſitionē,aut p interpoſitionē q dicif parentheſis,aut p recapitulationē, aut p ſuppletionē. Vñ totū ſcdm capitulū Gen. ponit p recapitulationē & ſuppletionē eoꝝ,q pnarrata ſūt i prio capitulo de ipo Adam. Itē oia quę ſcribuntur in libro Deutero. ponuntur p recapitulationem. Item omnia quę ſcribuntur in duob⁹ libris Paralipomenon,ponuntur partim per ſuppletionem eorū q omiſſa ſunt in libris Regū:& partim per recapitulationē. Et ſic eſt dicendum de ſecundo libro Macha.quę ſūt qdam ſuppletiones eoꝝ q omiſſa ſunt in primo. Item pſal. lxxvii.p anticipationem prius narratur,q geſta ſūt in deſerto:q ſigna q facta ſunt in ægypto:vt ibidē patebit. Et ſic in ſcriptura eſt valde attendendū in ordine narrationis:ſi dicantur res anticipando aut recapitulādo aut interponēdo. ¶ In ſecundo loco huius regulę eſt valde notanda figura q dicitur metonymia:quia qñq immo frequenter ponitur cōtentū pro cōtinente & ecōuerſo:& artifex pro artificiato & ecōuerſo:& effect⁹ p cauſa:& ecōtra:& abſtractū pro cōcreto & ecōtra. Itē in ſcriptura multū frequentaſ metaphora.quia fit nois trāſlatio rōne pprietatis:vt non arabis cū boue & aſino. Et ſic ſimplex hō dicitur agnus. Ita frequentatur ſineptoſis in pſalmis : qñ mutatur perſona ~ ps.iiii. Cū inuocarē exaudiuit me deus iuſtitię meę:in tribulatiōe dilataſti mihi. Sed inter cęteras figuras frequentatur allegoria:qñ vnū ad literā dicitur:& aliud intelligitur. Et ſic tota ſcriptura a veteris teſt.eſt allegorica:quia non poniſ grā ſui:ſed gratia noui teſta.vt dictum eſt in quinta regula. Ad cui⁹ clatiorē euidētiam eſt notandū:prout dictum eſt in quinta regula:q oia geſta vet.teſt.nō erāt gratia ſui:ſed erant qdaꝫ figurę & picturę & ſigna & exēplaria & parabolę reſpectu noui.teſt. inqtātū figurabāt & ſignificabant & notificabāt & exēplificabāt & comparabāt aliqua alta futura myſteria in nouo teſt. Et ideo proceſſus & diſcurſus,quē facit intellectus fidelis & catholicus a teſtamento veteri in nouū:tāq a figura ad ſuū figuratū:& a ſigno ad ſignatū:& ab exemplari ad exemplatū:& a parabola ad ſuam veritatem euāgelicā:dicif pceſſus & diſcurſus allegoric⁹.eo q allegoria eſt tropica & cōuerſa locutio ab vno ad alterum: qñ p vnū aliud intelligiſ. Ex quo pꝫ q talis argumētatio & diſcurſus allegoricus reducif ad quartā ſpeciē argumentationis:q ſit p exemplus. Quattuor.n. ſunt ſpēs argumen

tationis:vt patet in Topicis,& in principio libri poſterioꝝ
ſcꝫ ſyllogiſm⁹, enthymema,inductio,& exēplū.Et ideo ta
lis diſcurſus allegoricus dicit̃ argumentatio exemplaris,in-
quantū extenditur & ampliatur a reb⁹ vet.teſta.ad myſte-
ria noui teſta.tanq̄ a figura ad figuratū:& a ſigno ad ſigna
tū,& a parabola ad veritatem,& ab exemplari ad exem-
platū,& a ꝓpoſitionib⁹ ad cōcluſionem. Et tali modo ar-
gumentationis.ſ.allegorico & exemplari, frequenter vſus
eſt Chriſtus:diſputando contra Iudęos inferendo veritates
euāgelicas ex geſtis vet.teſt.tanq̄ ex figuris & ſignis & pa-
rabolis & exemplis:procedendo a figura ad figuratum,&
a ſigno ad ſignatum.vnde Matth.xii.p myſterium Ionę ꝓ
phetę ꝓbauit myſterium ſepulturę & ſuę reſurrectionis cū
dixit.Generatio praua & adultera ſignum q̄rit & ſignū nō
dabitur ei,niſi ſignū Ionę prophetę:ſicut enim Ionas ſtetit
tribus dieb⁹,& trib⁹ noctib⁹ in vētre Ceti:ita erit fili⁹ hois
in ventre terrę.Ita p aduētū reginę Auſtri ad audiendā ſa-
pientiā Salomonis &c.ꝓbat Chriſtus & arguit aduentū po
puli gētilis ad fidē euāgelicā audiendam.Et ſic vtrobiq; ar
guit Chriſtus a figura ad figuratum.qđ ipſe declarat dicēs.
& ecce pluſq̄ Ionas & Salomon hic.quaſi dicat:illi fuerunt
figura mei.Ita a figura ad figuratū arguebat Chriſt⁹.Luc.
x.qn̄ ꝑ miſſionem Helię ad viduam in Sareptam:& p ſa-
natione Naamā Syri a lepra ꝓbauit conuerſionē & baptiſ
mū populi gentilis.Ita ſuam mortem & paſſionē & vniuer
ſalēꝫ redemptionē allegorice ꝓbauit Chriſtus qn̄ dixit:Si-
cut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto:ita oportet ex
altari filium hois.Ioan.iii.Itē Chriſtus docebat ſcribas &
phariſęos:vt procederent allegorice in ſcripturis a figura
ad figuratum,cū dicit.Scrutamini ſcripturas:quia iſſe teſti
moniū ꝑhibēt de me:quia Moyſes de me locut⁹ eſt. Ioā.v.
quaſi dicat.ꝙ oia ſacrificia & legalia fuerūt data in figuraꝫ
mei. Item tali argumentatione allegorica vſus eſt Ioan.
euangel.qn̄ dixit.Facta ſunt aūt hæc vt ſcriptura impleret̃
os nō cōminuetis ex eo.Ioan.xix.Item hoc gn̄e allegoricę
argumētationes frequētiſſime vtitur Apl's.maxime primę
ad Corin.x.qn̄ dicit.oēs patres noſtri ſub nube fuerunt.&
in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari &c. Iteꝫ ad Ga
latas.iiii.p Saram vxorem Abrahæ & p Agar ancillam ꝓ-
bat duo teſtamenta,& per Iſaac ꝓbat populū chriſtianum
eſſe filiū ꝓmiſſionis:& p Iſmael ꝓbat pplm Iudaicū poſt
Chriſtū eſſe filiū carnis tm̄ & foras eiectū cū ſynagoga ma
tre ſua.Et p iſtū diſcurſuꝫ allegoricū ꝓbat Apl's p totaꝫ epi
ſtolā ad Hebręos oia ſacramēta & ſacra & ſacrificia vete-
ris legis fuiſſe data in figurā de Chriſto & noſtra redēptio-
ne.Et hoc genere allegoricę argumentationis vtuntur oēs
doctores catholici. ¶ Eſt etiā aduertendū ꝙ nō ſoluꝫ Chri
ſtus & oēs apl'i & euangeliſtę vſi ſunt hoc genere allegori-
cę argumētatiōis in ſcriptura veteris teſta.ſed etiaꝫ ipſe Da
uid in ſuis pſalmis.nam pro maiori parte procedit prophe
tice a figura ad figuratum:& a ſigno ad ſignatum.nam ad
ducit geſta patriarcharū & prophetarum & myſteria legis
Moyſi.non gr'a ſui,ſed inquantum erant ſigna & figurę:&
prout in eis ꝓuidit in duplici ſpū futura myſteria de Chriſto
& eccl'ia.& ſic allegorice procedit a figura ad figuratum.
vt patebit per oēs pſalmos & maxime ps.xvii.&.lxxvii.vbi
manifeſte dicitur.Aperiam in parabolis os meum, loquar
ꝓpoſitiones ab initio.vbi p tranſlationem tabernaculi ab
Effraim in Hieruſalem:& per tranſlationē ſacerdotii a fi-
liis Heli in Samuelē:& p trāſlationem regni a Saul in Da-
uid:ꝓbat & infert prophetice trāſlationē regni & ſacerdo-
tii a ſynagoga in Chriſtū & eccl'iaꝫ:vt patebit ibi.Et nō ſo-
lū Dauid:ſed etiā Eſaias & cęteri prophetę ꝓcedūt frequē
ter iſto diſcurſu allegorico,inquantū prædicunt futura my
ſteria de Chriſto & eccl'ia:prout pręuiderunt ea in ſpiritu i
geſtis veteris teſta.& in quibuſdam ſignis & figuris Ex qui
bus patet.ꝙ argumentū allegoricum ſumens principium
ex myſteriis vete.teſta.licet nō ſit efficax cōtra iudęos pro
pter cōtrariā idiſpoſitionē:eo ꝙ occęcauit eos malicia eo-
rum ne intelligāt ſacramēta dei clauſa in litera: tm̄ eſt effi-
caciſſimū quātū ad veritatē in ſe & quo ad nos:quib⁹ datū
eſt noſſe myſteriū regni dei clauſum in litera veteris teſta.
Vnde quia ſpiritusſanctus qui illuſtrauit mentes apoſto-
loꝝ & doctorum vt cognoſcerent illa myſteria in ſcriptura
vet.teſta.figurata & per prophetas vaticinata i Chriſto &
eccl'ia eſſe cōpleta:idē illuſtrauit mentē Dauid ſpiritu pro
phetico vt cognoſceret eadem myſteria i Chriſto & eccl'ia
eſſe cōplenda.de quibus myſteriis ꝓpheticos cōdidit pſal-
mos.Ideo ex his patet ꝙ licet lumen euangelicū fuerit cla
rius & perfectius in.xii.apoſtolis & doctoribus q̄ lumen ꝓ-
pheticum in prophetis:tamen ex parte rei eadem eſt veri
tas & certitudo.nam ſicut apoſtolis fuerunt certa geſta euā
gelica quo ad veritatem eſſe completa.ita eadeꝫ geſta fue
runt certa & credita ipſis prophetis eſſe cōplenda in Chri-
ſto.Et ideo Dauid in ſuis pſalmis prædicit frequenter & p̄
nunciat futura myſteria de Chriſto & eccl'ia per verba de
præterito propter certitudinem prophetię oſtendens illa
eſſe certiſſima in veritate:ac ſi iam tunc fuiſſent completa:
& iſtuꝫ modum ſeruant etiam cęteri prophetę prout dictū
eſt in tractatu primo.Ex quibus omnibus patet qualiter ar
gumentum factū p diſcurſum & ꝓceſſum allegoricum a fi-
gura ad figuratum, aut a ſigno ad ſignatum, & a parabo-
la vet.teſt ad ſuam veritatem euangelicam ſibi correſpon-
denteꝫ:licet non ſit efficax contra cæcos iudæos:tamen eſt
efficax inter catholicos fideles,quibus datum eſt noſſe my
ſterium regni dei:vt dictum eſt. ¶ Sed eſt iterum aduerten
dum.ꝙ intellect⁹ fidelis dupliciter diſcurrit a ſcriptura vet.
teſt.ad nouum.vno modo allegorice a figura ad figuratuꝫ,
eo modo quo dictum eſt.Secundo modo per expreſſa pro
miſſa literaliter allegando promiſſiones expreſſe factas in
vet.teſt.& prophetias ꝓphetarum:ſicut frequenter faciūt
euangeliſtę.vt Ecce virgo concipiet.Matth.i.Item omnes
etiā iſtę decē regulę ſiue claues poſſunt reduci ad numeruꝫ
ſeptenarium iuxta numerū ſeptē ſigillorum:eo ꝙ ſexta &
ſeptima r'la reducuntur ad quintā de ſpū & litera:& nona
regula reducitur ad decimā:& ſic manēt ſeptē principales
claues ad aperiendum ſeptem ſigilla libri vete.teſtamenti.
Et ideo omnes noueꝫ regulæ ſupradictę poſſunt reduci ad
iſtam decimam regulam:quia oia dicunt̃ ſub aliqua gram
maticali & tropica figura:vel ſub aliquo tropo vel typo.
Ex omnibus ſupradictis patet qualiter prudens lector de-
bet vigilanter attendere in quolibet pſalmo quā propoſi-
tionem ꝓpheta Dauid nobis aperiat ſiue aperiendam ꝓ-
ponat.Et ex quo myſterio accipiat & ſumat parabolā & ꝓ
poſitionem ad prophetandum & faciendū pſalmū.i.a qua
figura ad quod figuratum allegorice ꝓcedat & diſcurrat.
Et in virtute cuius principii,& per quā regulā ps.ſit exponē
dus & intelligendus. Et in tali expoſitione quæ concluſio
euangelica inferatur & eliciatur.i.quod myſteriuꝫ de Chri
ſto & eccleſia explicet̃ in ipſo pſalmo,aut quę chorda pſal
terii euangelici pulſetur.quod idem eſt.

## Quartus Tractatus.

QVantum ad quartum tractatum eſt pri-
mo notandum.ꝙ vtriuſq; iuris profeſſores & docto-
res nō ſolum ad vitandā prolixitatem:ſed etiam ꝓ
pter neceſſitateꝫ faciunt ſpecialem tractatum & rubricam
de verborum ſignificationibus.Non ergo minus immo ma
gis neceſſarium arbitratus ſum anteq̄ deueniam ad expoſi
tionem pſalmorum p̄mittere ſpecialem tractatum de no-
minū ſignificationibus:quæ maxime in ſacra ſcriptura &
in hoc libro pſalmorum frequentantur: ne multiplex ite-
ratio in quolibet pſalmo legentibus inferat tedium. ¶ Ad

cuius euidentiam eſt aduertendũ ꝙ in tota ſacra ſcriptura
vet. teſt. & maxime in pſalmis aut deus loquitur pplo, aut
populus loquitur ad deũ. aut Meſſias loquitur ad patrem
o rans & petens ſalutẽ pro ſe & populo ſuo. Et qñq; popul⁹
q loquit ad deũ: aut petit Meſſiam redemptorez: aut petit
legem iuſtificantem. ſ. euãgelicam: aut conqueritur de dia
bolo & mẽbris eius perſequentibus eũ. Et ſic frequenter fit
ſermo de deo & de Meſſia in lege ꝓmiſſo: & de pplo dei,
& de locis in quib⁹ de⁹ dicit habitare, & de locis in qbus ha
bitabat, & fit frequẽs ſermo de lege promiſſa: & de diabo
M lo & membris ſuis ſiue de populo diaboli. ¶ Et ſic frequẽ
tantur ſeptem genera noim in hoc libro & etiã in tota ſacra
ſcriptura vet. teſt. ſ. nomina dei, & nomina populi dei, & no
mina localia dei, & nomina localia populi dei, & noia legis
& noia diaboli & populi eius. Quorum ſignificationes ſũt
diſtinguendę & explicãdę in hoc tractatu: in quo erunt. v.
capl'a. Nã i primo determinabitur de ſignificatiõibus no
minũ dei & Meſſię. In ſecũdo de noibus populi dei. In ter
tio de nominibus localibus dei & populi ſui. In quarto de
nominibus legis. In quinto de nominibus diaboli & popu
N li eius. ¶ Quantum ergo ad primum eſt notandũ. ꝙ licet
ſecundũ Hieronymũ ad Marcellam Hebręi decem nomi
nibus nominent deum: tamen duo ſunt nomina dei q̃ ma
xime apud eos frequentantur. ſ. el & adonai. el enim ſigni
ficat vniuerſaliter & cõiter deum. ſ. intelligibilẽ & ſpeculabi
lẽ & nõ ſenſibilẽ. Eſt verũ ꝙ reperitur multotiens eloim in
plurali in ſcriptura. tamen ſemper cum verbo ſingularis nu
meri. Vt in principio creauit eloim cælum & terram. Sed
dicunt Iudęi & maxime Rabbi Moyſes ꝙ eloim eſt ęqui
uocum ad deum ſingularem & pluralem. Sed hoc dicũt ex
ignorantia nõ percipiẽtes ſacramentũ literæ. Nã ibi eloim
non ſtat ſubſtantiue: ſed adiectiue: ſicut nos dicimus: diui
creauit cęlum & terram. i. tres perſonæ diuinæ. i. tota trini
tas ſiue deus trinus & vnus creauit cælum & terram: ad de
notandum ꝙ omnes tres perſonę concurrunt ad creandum
cælum & terram: quia opera trinitatis ſunt indiuiſa ad ex
tra. & talia ſunt ex tempore producta. Nam opera trinita
tis ab intra ſunt diuiſa & ęterna: ſicut productio ſiue gene
ratio filii & productio ſpiritus ſancti. Et ideo per hoc vo
luit ibi Moyſes explicare ꝙ creatio eſt operatio totius tri
nitatis ad extra facta ex tempore. Et ſic eloim ibi non ſo
nat deos: ſed tres diuinas perſonas in vna eſſentia & ſub
ſtantia. Et ſic in plęriſq; locis ſacrę ſcripturę ponitur eloim
nõ notificando pluralitatẽ ſubſtãtiarũ: ſed perſonarum. Et
ideo vbicunq; ponitur eloim ſemper apponitur verbũ nu
meri ſingularis: eo ꝙ talis actus eſt eſſentialis. Et ideo in
terpretes tã gręci q̃ latini vbicunq; inuenerunt in Hebręo
eloim traduxerunt deus in ſingulari. Sed quia pagani ap
pellant etiã deos idola ſua: ideo ad differentiam falſorum
deorum multotiens in ſcriptura dicitur deus exercituum.
deus cæli. & deus Iſrael. ad denotandum ꝙ iſte ſolus eſt ve
rus deus, & dii gentiũ ſunt dęmonia. ¶ Secũdo modo de⁹
in ſcriptura dicitur adonai: ſed reperitur ſcriptũ dupliciter.
Vno modo per proprias literas, ſcilicet aleph, daleth. Alio
modo cum quattuor literis, ſcilicet ioth, het, vau, he, quæ
quidem quattuor literæ, licet non ſonent tale nomen: ta
men Hebręi vbicunq; reperiunt nomen iſtarum quattuor
literarũ ſemp pronunciant adonai. qđ quidẽ nomen ſic ſcri
ptum ſignificat & denotat in deo quattuor effectus ineffa
biles & incõprehenſibiles. ſ. omnipotentiã: ſapientiã: miſe
ricordiã & iuſtitiã. Iſta enim quattuor ſunt nobis incompre
henſibilia. Nam de primo dicitur. Potens es dñe: & nõ eſt
qui reſiſtat tibi. De ſecundo. Sapientiæ eius non eſt nũer⁹.
De tertio. Miſerationes eius ſuper oĩa opera eius. De quar
to autem. Iudicia dei abyſſus multa. Et ſic dicunt ꝙ hoc no
men tetragrammaton ſignificat deum ineffabilem eo ꝙ
importat iſta quattuor ineffabilia. Sed omnes interpretes
tã gręci q̃ latini vbicũq; repperũt adonai ſcriptũ tã p iſtas
quattuor literas, q̃ per proprias literas, ſemper traduxerũt
dominum: ſed forſan melius fuiſſet appoſuiſſe aliquam dif
ferentiam: tum propter ſacramentum quod hoc nomen
tetragrammaton importat: tum quia hoc nomen adonai
ſic ſcriptum non poteſt poni niſi pro ipſo deo. Sed quando
ſcribitur propriis literis poteſt indifferenter ſignificare do
minum terrenum vel ipſum deum. Sic ergo eſt dicendum
ꝙ hęc ſupradicta duo nomia dei. ſ. el ſiue eloim & adonai
ſunt nomina dei magis frequentata in ſcriptura. ¶ Sed no O
mina Meſſię ſunt multo plura. nã pluribus nominib⁹ Meſ
ſias in lege promiſſus ſcribitur & nominatur. ſ. deus: domin⁹
tetragrammaton: verbum domini: nomen domini: ſaluta
re dei: dextera domini: brachium domini: ſanctus domini
ſanctus ſanctorum: iuſtus hęres: rex: ſacerdos: Chriſtus: fi
lius dei: Dauid: Meſſias. Et ſic omnib⁹ ſupradictis nomini
bus nominatur Meſſias Chriſtus: quorum quędaz ſunt ſibi
naturaliter propria: & quędam ab effectu, vt patet. Naz na
turaliter eſt deus & filius dei & dominus: ſed ab effectu di
citur ſalutare & dextera dei. Vñ Chriſtus Meſſias in aliqui
bus locis ſcribitur & appellatur deus. vbi iudęi non poſſunt
cõtradicere: immo confunduntur confiteri myſterium trini
tatis perſonarum diuinaruz: vt pſalmo. xliiij. Sedes tua de⁹
in ſęculũ ſęculi: propterea vnxit te deus deus tuus oleo lęti
tię. per quod denotatur myſterium trinitatis. ſ. deus vngẽs,
& deus vnctus: & ſpũſſanctus intellectus per oleũ quo fili⁹
vngitur quo ad humanitatem. Itez Meſſias etiam vocatur
deus Eſaię xlv. Tu es deus abſconditus. Itẽ. xlviij. Dñs mi
ſit me & ſpũs eius, hæc dicit dominus deus tuus ſanct⁹ Iſrl'.
Item Zach. ij. Dñs miſit me vt prophetarem vobis. vtro
biq; eni Meſſias dicitur deus & Meſſias. Nam Meſſias in
terpretatur miſſus. Item Meſſias in lege promiſſus multo
tiẽs in ſcriptura ſcribitur ſub nomine tetrãgrãmaton: id eſt
cum illis quãttuor literis ſcriptum per quod ſolus deus intel
ligitur: vt Hiere. xxiij. In diebus illis ſuſcitabo Dauid ger
men iuſtum. Et hoc eſt nomen qđ vocabunt eum dñs iu
ſtus noſter. Itẽ thre. iiij. Spũs oris nři Chriſtus dñs captus eſt
in pctis noſtris. Itẽ Eſai. ix. Vocabitur magni cõſilij angel⁹
dominus deus fortis. Vtrobiq; ponitur ſub nomie tetragrã
maton quod ſoli deo cõuenit: & in hoc manifeſte conuin
cũtur iudęi: quia Meſſias nõ ſoluz nominatur deus: ſed etiã
adonai. Itẽ dicit etiã verbũ dñi. p̃s. ciiij. Miſit verbum ſuuz
& ſanauit eos. Item dicitur nomen domini: vt Dñe dñs no
ſter q̃ admirabile eſt nomẽ tuũ in vniuerſa terra. Et Eſaię.
iij. Ecce nomen domini venit de longinquo. Item. lxij. Vti
nam dirumperes cælos & manifeſtares nomen tuum. Sed
quare Criſtus dicitur nomen domini: declarabitur pſalmo
viij. Item dicitur verbum dei patris. i. diffinitio. Nam diffi
nitio explicat totam eſſentiam diffiniti: ideo dicitur oratio
quid eſt eſſe rei ſignificans. Vnde intellectus concipiẽs eſſẽ
tiam rei ſiue rem per ſua eſſentialia format conceptum diſ
finitiuum: ideo gręci conceptum ſiue diffinitionem eſſen
tialem appellant logon id eſt verbum: ſed nomen notificat
rem per ſuos effectus. Et ſic dicitur candela a candendo: &
lucerna a lucendo: & indumentum ab induendo. vt inquit
Ariſtoteles. vij. Meta. ¶ Ex his ſequitur ꝙ Chriſtus vere
dicitur verbum dei & nomen dei. Dicitur enim verbuz dei:
quia eſt de tota ſubſtantia & eſſentia patris. & ſic explicat
totam eius eſſentiam: quia eſt primus & æternus concept⁹
patris quo intelligit ſe pater, & in quo ſunt omnes diuinę
perfectiones & ideę ęternę: ad quarum exemplar omnia
ſunt creata. & ſic Chriſtus inquantum deus vere dicitur ver
bum, quia eſt dictum a patre: & per quod loquitur pater:
& etiam Chriſtus inquantum homo dicitur verbum: quia
per ipſum nobis locutus eſt pater: nam ſicut per verbum lo
cutus eſt ad extra omnia creando: quando dixit. fiat lux:
ita poſtea per idem verbum incarnatum locutus eſt nobis

ferēdo legē euangelicā. & ſic vtroq; modo Chriſtus dicitur
verbum patris. ¶ Item dicitur nomē dñi dei patris inquā-
tum nobis notificauit quatuor mirabiles effectus ipſi⁹ pa-
tris poſtq̄ fuit incarnatus. ſc; oipotentiam in miraculorum
operatione. & qñ expoliauit infernū & reſurrexit. & aſcen-
dit in cęlū. Secundo notificauit ſapientiā patris in datione
legis. tertio miam in ſua paſſione. quarto iuſtitiā ſiue iudi-
ciariam poteſtatem in ſua aſcenſione: quæ magis oſtende-
P tur in generali iudicio. ¶ Et ideo Chriſtus ꝑprie dicit̃ no-
mē dñi tetragrāmaton notificans iſta quatuor ineffabilia
de patre, quæ oia cōprehenduntur ſub hoc noie Ieſus. Vn-
de hoc eſt nomē qđ deus non reuelauit patribus vete. teſt.
quia ſolus Chriſtus debebat ipſum nobis reuelare. Ideo cū
tāto affectu patriarchę & prophetę deſiderabāt vt veniret
nomē dñi ſcilicet Ieſus. quia hoc eſt nomen dñi tetragram-
maton. cuius interpretationem nullus potuit ſcire vſq; ad
aduentum Chriſti. nam ille quatuor literæ. ſ. Ioth. het. vau.
he. reddūt ſonum huius nominis Iothhetſua. i. Ieſus. Nam
Iothhetſua hebraice idē eſt q̄ ſaluatio ſiue ſaluator lati-
ne. Ideo Hierony. vbicunq; reperiit Iothhetſua in hebręo
tranſtulit Ieſus vel ſalutare in latinum. & hoc in plęriſq; lo-
cis. recte ergo Chriſtus appellat⁹ eſt Ieſus: quod eſt nomen
Q domini. ¶ Item ꝑpter ſupradicta Chriſtus etiā in ſcriptu-
ra dicitur dextera dei & brachiū dñi. eo ꝙ patet per ipſum
operatus eſt quatuor ſupradicta ineffabilia. Item Chriſtus
dicitur hęres inquātum recuperauit hæreditatē dei: ſc; ge-
nus humanū de poteſtate diaboli tanq̄ filius primogenit⁹
patris. Ite; dicitur ſanctus ſanctoꝝ: quia iuſtus & caput oīs
ſanctitatis & gratiæ a quo oēs gratię deriuant̃ ad ſua mem-
bra. Itē dicit̃ rex qa hęres patris. Itē dicit̃ ſacerdos quia ſe-
ipſum ſacrificium pro oibus obtulit: & oia ſacramēta eccli-
ſtica cōſtituit. Itē dicit̃ Chriſt⁹ quia oleo lętitię donorū ſpi-
ritus ſancti nō ad menſurā prę cęteris eſt vnct⁹ tanq̄ caput
vt ab eo deſcēderet vnctio ad ſua mēbra ꝑ participationē.
Et ſic fit vnus Chriſtus myſticus ex capite & mēbris. Etiā
cōmunicantur idiomata. Nā tota eccliа cū Chriſto dicitur
vnus Chriſt⁹. Eſt verū ꝙ analogice dicit̃ hoc nomen Chri-
ſtus de Chriſto capite & de eccleſia. Nā prius dicit̃ de Chri-
ſto vero capite. Et ex conſequenti de corpore myſtico. Et
etiam de quolibet fideli tanq̄ de mēſura & mēſurato. quia
Chriſtus eſt mēſura oim fideliū in iuſtificando. Item Chri-
ſtus dicitur etiā Dauid. Hiere. xxx. Seruient dño deo ſuo &
Dauid regi ſuo. Item Oſeę. iii. Reuertentur filii Iſrael & q̄-
rent dñm deū ſuum & Dauid regē ſuum. Vnde Chriſtus tri-
pliciter dicit̃ Dauid. vno modo quia erat futurus de gene-
re Dauid ſecundū carnem ſibi ꝓmiſſus. ſecūdo quia in mul-
tis Dauid fuit figura Chriſti pro maiori parte. tertio ꝑpter
nois interp̄tationē: quia Dauid iterp̄tat̃ manu fortis quod
proprie Chriſto cōuenit. Et ideo quādo ponit̃ Dauid in ti-
tulo pſalmoꝝ nō intelligit̃ ꝓpheta Dauid tanq̄ actor pſal-
mi illius. Sed intelligit̃ Chriſtus qui loquit̃ vel de quo fit lo-
cutio in illo pſalmo. Sic ergo eſt dicēdū ꝙ quotienſcunq; in
pſalmis & cęteris partib⁹ ſcripturę ponit̃ de⁹ ſiue dñs, quā-
doq; intelligit̃ pater ſiue tota trinitas. & quādoq; intelligit̃
Chriſtus Meſſias vt patebit in ſuis locis. ſed oia alia noia ſu-
pradicta ſcilicet verbum dñi: Nomen dñi: ſemꝑ verificātur
de Chriſto Meſſia in lege ꝓmiſſo: & ad hoc intēdat lector.

R In ſecundo capitulo huius quarti tractatus ex-
ponuntur noia populi dei: quæ magis in ſcriptura frequen-
tantur. quæ ſunt iſta. ſcilicet Iacob, Iſrael, ſemen Abrahæ,
filii Abrahę, ſiue Iſrael, ſiue Iacob, filii dei, popul⁹ dei, vi-
nea dñi, ciuitas dei, cōſiliū & congregatio iuſtoꝝ. eccleſia
dei, ſiue domus dei, qđ corpus myſticū ſiue hoiem myſticū
aut Chriſtum appellam⁹. De quibus per ſingula eſt dicen-
dum. Ad cui⁹ euidentiā eſt aduertendū ꝙ dicunt Iudæi ꝙ
totus populus dei dicit̃ Iacob & Iſrael. & ſemen abrahę. eo

ꝙ ſecundū carnē deſcēdit ab iſtis. Et ſic dicūt ꝙ nos teme-
re vſurpamus nomē Iſrael & Iacob. cū deſcēdamus a popu-
lo gentili. Sed hoc eſt irriſorie dictum. nam tunc tota gene-
ratio arabū ꝑ mūdū diffuſa diceret̃ ſemē Abrahę cū deſcē-
dat ab Abrahā ſecūdum carnē per Iſmael. & magna pars
populi gentilis qui deſcēdebat ꝑ Eſau a quo deſcendebāt
Syri & Idumęi gētiles & idolatrę. ¶ Et ideo eſt dicendum S
ſecūdū Augu. cōtra Fauſtū, & xvi. de ciui. dei. c. ii. ꝙ multa
noia ſunt impoſita antiquis patrib⁹ vete. teſt. quæ nō ſunt
impoſita a caſu nec humana volūtate: ſed ſolo dei pręce-
pto & inſpiratiōe, inquātū illi fuerūt imago & figura Chri-
ſti & ecclię. quia oia cōtingebāt illis in figura. Et ſic ipſum
Abrahā appellauit Abraham. i. patrē multarum gentium
inquantū in ſemine eius erant oēs gētes benedicēdę. & oēs
erant futuri filii eius ſecundū promiſſionē. & ſic Sarai voca-
uit Saram. i. riſum. eo ꝙ in Iſaac facta eſt repromiſſio de
Chriſto futuro: qui debebat afferre riſum & gaudiū vniuer-
ſo mūdo. Gene. xviii. & ideo qa in Iſaac facta eſt de Criſto
repromiſſio: eius filii per Iſaac deſcendentes dicti ſunt filii
repromiſſionis. Cæteri autē dicti ſunt filii carnis. rurſus Ge-
ne. xxv. quia facta eſt repromiſſio in Iacob, & nō in Eſau:
ideo filii Iacob dicti ſunt filii repromiſſionis. Et filii Eſau
filii carnis. & ſic tam filii Iſmael q̄ filii Eſau perdiderunt &
amiſerunt nomen filiationis Abrahę in ſcriptura. qđ fuit fi-
guratum primo in Iſmael qui fuit eiectus de domo Abra-
hę cum Agar ancilla matre ſua. ſecūdo in Eſau quē Iacob
expulit primo de ventre Rebeccę tenens plantā eius. Per
hoc fuit figuratum ꝙ filii ꝓmiſſionis ipſius Abrahę & Ia-
cob debebāt eiicere iudęos filios carnis de domo & ecclia
Chriſti in aduētu ſuo. & illis reprobatis & eiectis: filii pro-
miſſionis qui ſunt chriſtiani dedebāt ſuccedere & poſſide-
re hæreditatē promiſſam ipſi Abrahę & Iacob. Hoc ergo
preuidēs Rebecca in ſpiritu vocauit illum Iacob id eſt ſup-
plantatorem & luctatorem. ¶ Propter duo ergo Iſmael & T
Eſau cū filiis ſuis amiſerūt filiationē Abrahæ. Primo quia
fuerūt de domo eiecti. ſecūdo quia non ſecuti ſunt religio-
nem Abrahæ de cultu vnius dei: immo declinarūt ad ido-
la. Et intātū Iſaac dicit̃ filius Abrahę: inquātū māſit in do-
mo & ſecutus eſt religionē patris. Et ſic dicendo de Iacob
reſpectu Eſau. Eadem ergo ratione iudęi moderni amiſe-
runt filiationē Abrahę & Iacob. quia eiecti ſunt ab ecclia,
& non ſecuti ſunt religionē Abrahę nec Iacob. quia nō re-
ceperūt nec coluerūt Chriſtū illis ꝓmiſſum & expectatum.
& ſic chriſtiani manent veri filii Abrahę & Iacob ſcđm re-
promiſſionem. Primo quia eiecerūt iudæos de domo & vē-
tre eccleſię. Secūdo quia imitati ſunt Abrahā & Iacob reci-
piendo ipſum Chriſtum illis ꝓmiſſum & expectatū. Tertio
quia ſunt benedicti & regenerati in Chriſto qui eſt ſemen
Abrahę. Iudęi autē quia nō ſunt benedicti nec regenerati
in Chriſto: ideo falſo dicunt̃ filii & ſemen Abrahę. itē rur-
ſum quia Eſau vendidit primogeniturā ipſi Iacob pro cibo
carnali: ideo nō meruit habere hęreditatem: immo Iacob
ſucceſſit in hęreditate & noie filiationis. Per qđ fuit figura-
tum ꝙ nos debebamus ſuccedere iudęis in bonis ſpiritua-
libus: quia nobis primogeniturā vēdiderūt pro bonis tēpo-
ralibus quando Chriſtū contēpſerunt. & ſic perdiderūt no-
men filiationis ſimul cū primogenitura. ¶ Item ꝑ hoc ꝙ V
Iacob ſurripuit benedictionē dū Eſau iuit ad venandum ci-
bos: fuit figuratū qualiter nos debebamus ſurripere bene-
dictionem redemptionis & beatitudinis, dum iudæi va-
dunt post bona temporalia contemnentes bona ſpiritua-
lia Chriſti & eccleſię. Et ſic eccleſia ſucceſſit in hęreditate
& bñdictione, ſynagoga repudiata ſequente bona tempo-
ralia & cibos cerimoniarū. Ex quo patet ꝙ eccleſia Chri-
ſti vere dicitur Iacob: quia ſupplantauit & eiecit ſynago-
gam de ventre, & ſurripuit benedictionem, & ſic ſupplan-
tauit eam. Et ſic manifeſte patet etiā ꝙ Iacob non eſt no-

men naturę:ſed nomē gratię ex dono dei, Et ideo filii car-
nis ipſius Iacob non merent dici filii eius in ſcriptura. quæ
quidem ſcriptura non ſequitur carnem:ſed gratiam & ſpi-
ritum. & ſic nos ſumus veri Iacob, & filii eius. ¶ Item rur-
ſus. quādo Iacob rediēs de Meſopotamia luctatus eſt cum
angelo, nec voluit ipſum dimittere vſqꝫ quo benedixit ip-
ſum. & tūc angelus vocauit ipm Iacob Iſrael. & cętera. Ge
ne. xxxii. Vbi notantur ſeptem myſteria. Primo quia Iacob
tranſiuit vadum Iaboth. Secūdo vidit deum in forma viri.
Tertio luctatus eſt cum deo & tenuit ipſum fortiter. Quar
to emarcuit neruus ei⁹ femoris ſiniſtri & manſit claudus pe
de ſiniſtro. Quinto fuit benedictus & dilectus a deo. Sexto
mutauit deus ſibi nomen Iacob in Iſrael. Septimo vocatū
eſt nomen loci illius Phanael id eſt facies dei: eo ꝙ in eo vi
dit dominum facie ad faciem & ſalua facta eſt anima eius.
Per quæ quidem ſeptem myſteria figuratiua pręuidit Ia-
cob in ſpiritualia ſeptem myſteria futura de Chriſto & ec-
cleſia. Nam per primum pręuidit qualiter nemo poterat
peruenire nec intrare in eccleſiam Chriſti niſi tranſiret va
dum baptiſmale. i. per ſacramentum baptiſmi. Per ſecun-
dum autem pręuidit qualiter filius dei erat incarnandus &
debebat apparere mundo in forma humana. Per tertium
vero pręuidit & figurabatur qualiter filii iacob baptizati
debebant recipere Chriſtum & tenere ipſum fortiter per fi
dem. Per quartum vero pręuidit in figura qualiter filii Ia-
cob erant diuidendi in duas partes quarum vna debebat
manere clauda deuiando & claudicādo a veritate legis nō
recipiendo Chriſtum in lege promiſſum. altera autem de-
bebat manere recta Chriſtum & veritatem legis recipien-
do. Per quintum autem præuidit qualiter ille populus qui
Chriſtū erat recepturus: debebat ab eo benedici per eccle-
ſiaſtica ſacramenta, & dirigi per legem euangelicam. Per
ſextum vero pręuidit qualiter omnes qui in Chriſto erant
regenerandi & benedicendi & dirigendi: debebant vocari
nomine Iſrael. Per ſeptimum tandem præuidit in figura
qualiter in ſola eccleſia Chriſti erat deus videndus facie ad
faciem per fidem, & maxime in ſacramēto Euchariſtię: &
in ſola eccleſia erant fideles ſaluādi. per hoc quod dixit vi
di dominum facie ad faciem & ſalua facta eſt anima mea.
Ex ſupradictis patet ꝙ Iacob non dictus eſt Iſrael ſcd̄m
carnem & natiuitatem carnalem: ſed ſecūdum ſpiritum &
regenerationē & benedictionem ſpiritualem: & ideo filii
Iacob qui non receperūt benedictionem & baptiſmum &
regenerationē Chriſti: nō ſunt Iſrael nec filii ſcd̄m ſpiritum
ſed ſecundū carnem tantum: & non ſecundū fidem. ratione
cuius non dicuntur veri filii iſrael & Abrahę: quia propter
fidem vtiqꝫ ſortitus eſt tale nomē & facta eſt ſibi repromiſ-
X ſio de Chriſto futuro & dę hęreditate eiuſdem. ¶ Et ſic pa
tet ꝙ Iacob & Iſrael & ſemen Abrahę nō ſunt noīa naturę
nec carnis ſed gratię & ꝓmiſſionis. ideo cōueniūt ſoli eccle
ſię Chriſti. Et ſic patet quomodo populus chriſtian⁹ eſt ve
rus Iſrael. eo ꝙ habet ſupradictas ſeptē conditiones. Nam
Iſrael interpretatur vir videns deū facie ad faciē. vt legitur
ibidem. & etiā Iſrael interpretatur princeps fortis cum deo
vel directus a deo vel benedictus a deo. Et ſic cum popu-
lus chriſtianus videat deū per fidē & receperit Chriſtum &
tenet eum fortiter, & eſt benedictus & cōfortatus per eccle
ſiaſtica ſacramenta & directus per legem euangelicā: ideo
vere dicitur Iſrael. Et per conſequens populus iudaic⁹ fal-
ſo dicitur Iſrael. cum nullam ſupradictarum conditionum
habeat: immo totum oppoſitum fecit: quia non ſolum nō
recepit Chriſtū. ſed & ipſum crucifixit. & ſic non videt deū:
immo manet cęcus & maledictus. Nec etiā poteſt dici Ia-
cob: ſed Eſau. Primo quia eiectus ab vtero eccleſiæ. ſecun-
do quia vendidit primogenituram nobis. tertio quia amiſ-
ſit benedictionem ſanctorum. Ex quibus patet ꝙ populus
chriſtianus vere dicit Iacob & Iſrael: & ſemen Abrahæ ſe-
cundū promiſſionē & imitationē. Vnde occęcationē illius
populi reprehendit Eſai. vi. Cum dn̄s dicit. occęca cor po-
puli huius & aures aggraua. Item. xlii. Quis cęcus niſi ſer-
uus meus? & ſurdus niſi ad quē nūcios miſi? Et quis cęcus
niſi qui venūdatus eſt? Item. xliii. predicit populum genti
lem hęreditaturū nomē Iacob & Iſrael, dicens. Ab oriēte
adducā ſemen tuū, & ab aquilone cōgregabo. dicā aquilo
ni: da. & auſtro noli prohibere. affer filios meos de longin
quo, & filias meas ab extremis terrę: & oīes qui inuocāt
nomen meum & gloriā meā: formaui eum & creaui & feci
eum: educ foras populū tuū. oēs gentes congregatæ ſunt ſi
mul & collectæ ſunt tribus. Item. xliiii. Noli timere ſerue
meus Iacob & rectiſſime Iſrael quē elegi. effundā aquā ſu-
per ſitiētem, & flumina ſuper aridas. Et iſte dicit. dn̄e ego
ſum. & ille vocabiť nomine Iacob. & hic ſcribet manu ſua
dn̄o. & in nomine Iſrael aſſimilabitur. Item ibidē. lxv. Di
mittetis nomen veſtrum hæreditarium: & vocabo ſeruos
meos nomine alio. ¶ Ex ſupradictis patet, ꝙ populus iu- Y
daicus debebat amittere nomē Iacob & Iſrael: & manere
cęcus. & populus gētilis debebat ſuccedere in noīe & hęre
ditate & vocari noīe Iacob & Iſrael, & manu, & ore, & ſcri
pto ꝯfiteri deum, & Meſſiam in lege ꝓmiſſum. Ex quib⁹
patet ꝙ eccleſia Chriſti & populus chriſtianus eſt verus Ia
cob & verus Iſrael & verū ſemen Abrahę. ſicut ꝓbat apo-
ſtolus per epiſtolā ad Roma. ¶ Item populus chriſtianus Z
dicitur ciuitas dei inquātum eſt concors fideliū multitudo
conſenſu vnius legis euangelicę & vnius fidei & charitatis
ſociata. Item dicitur eccleſia inquātum eſt congregatio fi-
delium. Item dicitur corpus myſticum inquātum iungitur
vni capiti Chriſto per fidem & charitatē. Item dicitur vn⁹
homo myſticus inquantum peregrinatur ab Adam vſqꝫ
ad Chriſtum in primo & in ſecūdo aduētu. Item dicitur vi-
nea domini: quia ab Adā vſqꝫ ad vltimū electum quot ſan
ctos germinauit: tot palmites protulit ſecundum Grego-
rium. Et etiam quia Chriſtus expreſſit ex ea vinū ſacramē
torum in ſuo aduentu. Ex ſupradictis patet ꝙ vbicunqꝫ in
ſcriptura & maxime in pſalmis ſcribitur & ponitur Iacob:
aut Iſrael, aut ſemen Abrahę, aut ciuitas dei, aut domus
dei, aut hieruſalē, aut Syon, aut vinea domini: ſemp intelli
gitur eccleſia fideliū Chriſti: quia omnia illa nomina poſi
ta ſūt in vete. teſt. in figura Chriſti & eccleſię ſiue ppl̄i dei,
quia oīa figurabāt & ſignificabāt iſtam pręſentē eccleſiā.
Cauſa etiam quare tota eccleſia Chriſti dicitur Iſrael & Ia
cob ſiue filii Iſrael, eſt. Nā omnes nos deſcendimus ab apo
ſtolis per generationem ſpiritualem, & ſic ſumus filii apo-
ſtolorum ſecundū ſpiritū, ſed illi ſunt filii Iacob ſiue Iſrael
ſecūdum carnem & ſpiritum. ideo nos dicimur Iſrael & Ia-
cob ſiue filii Iſrael & ſemen Abrahę ſecūdum ſpiritū. Vn-
de ſicut ille populus fuit continuatus a Iacob vſqꝫ ad apo-
ſtolos per generationem carnalem: ita popul⁹ chriſtianus
& eccleſia fideliū cōtinuabitur a Chriſto & apoſtolis vſqꝫ
ad iudicium per generationem ſpiritualem.

In tertio capitulo exponuntur nomina loca-
lia ipſius dei & populi eius. Ad cuius intellectū eſt notan-
dum ꝙ quinqꝫ ſunt nomina locorum quæ maxime in pſal
mis frequentantur. in quibus deus dicitur habitare. ſcilicet
arca dn̄i: tabernaculū dn̄i, templū dn̄i, mons dn̄i, & cęlum.
¶ Vnde arca eſt quā dn̄s pręcepit fieri p Moyſen in mon- A
te Sinai ex lignis ſethim. vt patet Exod. xxvii. & xxxvii. In
qua conſiderantur quatuor, ſcilicet materia ex qua facta
erat: quia ex lignis ſethim, ſcilicet cypreſſi imputrefactibi-
lis. Secūdo ibi erant repoſitę duę tabulę diuinæ legis. Ter
tio virga Aaron. Quarto vrna ipſius mānę vt ait apoſtolus
ad Hebr. ix. In quibus quatuor figurabatur perſona Chri-
ſti qui eſt deus & homo, rex, & ſacerdos. Nam per lignum
Sethim notatur humanitas: per manna diuinitas: per le-

gem vero regnum.per virgam autē ſacerdotium figuraba-
tur.Et ideo arca dñi per prius verificabatur de ipſa huma
nitate & pſona Chriſti:q̄ de cæteris.eo ꝙ in ea habitat ver
bum per vnionem perſonaleꝫ.Secūdo arca dñi verificatur
de ſacramento euchariſtię in quo Chriſtus habitat & conti
neꝛ realiter & ſacramētaliter:& fit vnū ſacramētū ex Chri
ſto & accidentibꝰ ſacramentalibꝰ.Tertio verificaꝛ de bea
ta virgine.in cuius vtero virginali Chriſtꝰ.ix.menſibus ha-
bitauit.Quarto verificaꝛ de tota eccl'ia fideliū in qua Chri
ſtus habitat per myſticam vnionē:quā ſibi vniuit & deſpō
ſauit indiſſolubiliter ꝑ fidem quā ex lapidibꝰ viuis fabrica
uit .Quinto verificaꝛ de qualibet aīa iuſti quā deus inhabi
tat per gratiā.Sexto verificatur de qualibet eccleſia mate
riali in qua deus habitat ꝑ ſpiritualē dedicationē. eo ꝙ ec-
cleſię fabricanꝛ & dedicātur ad miniſtrāda eccleſiaſtica ſa-
cramenta & diuina officia celebrāda.Septimo arca dñi ve
rificatur de cælo empyreo:in quo deus habitat per gloriā.
Ex quibus patet ꝙ arca analogice dicitur de iſtis.vii.ſcd'm
prius & poſterius per ordinē ſcd'm ꝙ in eis maioreꝫ habet
vnionem.Et ideo arca dñi ꝑ prius verificaꝛ de humanitate
aſſumpta:qa pfectius habitat in hūanitate aſſumpta q̄ in
cęteris,quia pfectꝰ vniꝛ ei,& ideo magis vrificat illā q̄ cęte
ra tabernacula,& ſic arca dñi ꝑ ordinē verificaꝛ de cęteris.
B ¶ Item ꝑ eandē rationē tabernaculū dñi & tēplū dñi veri
ficanꝛ de.vii.ſupradictis ꝑ ordinē ſcd'm priꝰ & poſteriꝰ. Nā
tabernaculū ſiue tēpluꝫ dñi primo figurabat humanitatē
Chriſti.Et ideo primo de illa verificaꝛ.Et ideo Chriſtꝰ cor
pus ſuū tēplū appellat.Ioā.ii.qñ dixit:ſoluite tēplū hocꝰ &
in triduo reędificabo illd'.Et ideo ſubdit euāgeliſta:ꝙ hoc
dicebat de tēplo corporis ſui.Ideo Dauid in toto illo exē-
plari & tota illa deſcriptione tēpli ſibi tradita a ſpūſancto,
pręludit in ſpiritu totū myſteriū incarnatiōis & fabricatio-
nis eccleſię:vt ipſe Dauid ait primo Paralip.xxviii.ꝙ itel-
lexit oia q̄ erāt in loco exēplari ſibi tradito.Ideo totū illud
tēplū ꝑ Salomonē fabricatū vere fuit figura Chriſti ſcd'm
partes ſuas.Nā in illo tēplo erāt tria.quia in medio erant
ſctā ſāctoꝝ:ꝑ qd' figurabaꝛ diuinitas q̄ in Chriſto latebat.
ſc'do erat in illo tēplo atriū ſacerdotū per qd' figurabaꝛ aīa
Chriſti.tertio erat ibi atriū popl'i ꝑ qd' figurabaꝛ caro Chri
ſti.Et ſic totū illud tēplū recte figurabat pſonā Chriſti. Ex
tra autē cōiunctū cū tēplo erat porticus tēpli.per qd' figura
baꝛ totū corpꝰ myſticū eccl'ię.Ex quo patet ꝙ tēplū dñi in
ſcriptura prius verificaꝛ de humanitate Chriſti. & exinde
de ſex ſequētibus per ordinē.Hoc idē eſt dicendū de taber
naculo qd' fabricauit Moyſes.quia prius verificatur de hu-
manitate Chriſti. & inde de cęteris ſex ſupradictis.Itē per
eandē rationē mons dñi & cęlū per prius verificanꝛ de hu-
manitate Chriſti.& exinde de cęteris. Ex qbꝰ patet ꝙ qñ
nos legimꝰ iſta quinq; loca dei in vete.teſt.nō debemꝰ ſiſte-
re in litera:quia nō ponūtur gratia ſui vt frequēter dictum
eſt.Sed vt figurabant ſupradicta ſeptem loca ſpiritualia in
quibus deus vere dicitur habitare modis quibus dictū eſt.
& ſic ſpiritualiter & prophetice ſunt exponēda ſupradicta
quinq; noia localia dei in ſacra ſcriptura.& i hoc cōcordat
Rabbi Moyſes Deuteronomiū titulo de pœnitētia.ca.viii.
dicēs.ꝙ hoc eſt bonum poſt qd' nullū eſt bonū.& hoc deſi-
derarunt ſcire prophete. qd' bonum multis vocauerunt no
minibꝰ,que ſunt mōs d[illegible] & locus ſanctus eius.& locus ſan
ctuarii.& via ſancta.atria domini: templū domini: domus
domini:& porta domini.Item dicit ꝙ illud tēplum quod
deſcribit Ezechiel.xliiii.nō eſt intelligēdū de tēplo mate
riali:ſed ſpirituali & cęleſti.ex quibus patet ſecundū iſtum
ꝙ illa nomina locorū dei non ſunt intelligenda ad literam
C de illo tēplo materiali. ¶ In ſecunda parte huius capituli
exponentur nomina localia populi dei.Ad cuius intelligē
tiam eſt notandū ꝙ nomina locorū in quibꝰ habitat popu
lus dei,quę magis frequētanꝛ in ſcriptura:ſūt quinq;.ſcilicet
Hieruſalem,ſyon,iudęa,terra iſrael,& hæreditas dñi.Vn
de hieruſalē eſt ciuitas ſita in mōte ſyon:& mons ſyon eſt
in iudęa.ſ.in tribus & ſorte Iuda.Et iudęa eſt pars meridio
nalis totius terræ ꝓmiſſionis . Et ſic terra ꝓmiſſionis diciꝛ
tota terra a monte libano vſq; ad Berſabee:Et a mari me
diterraneo vſq; ad euphraten:licet totā nunq̄ poſſederūt
vt patet Ioſue primo & iudicū tertio. Verūtamē eſt aduer
tendū ꝙ hęc noia nō ſunt impoſita iſtis locis a natura nec
a caſu:ſed ex dei nutu & volūtate ꝓpter futura myſteria q̄
in ipſis locis erant futura & implenda.& hoc patet per eo-
rum interꝑtationes.Nā hieruſalem interꝑtatur viſio pa-
cis:& Syon iterꝑtaꝛ ſpecula ſiue ſpeculatio:& iudęa cōfeſ-
ſio. Quę quidē loca ſi ad literā ſumanꝛ tēporaliter, videꝛ
ꝙ falſo noie nominenꝛ.Nam in hieruſalem nunq̄ fuit viſa
pax terrena & tēporalis.ſed ſemꝑ litigiū & maxime hodie
quę eſt ſubiecta infidelibus.Et ideo eſt dicendū ꝙ ratio &
cauſa quare patriarche & ꝓphetę tantū cōmendarūt & de
ſiderarūt illam ciuitatē hieruſalē & ſyon & iudęam,nō fuit
propter ſitum:nec ꝓpter muros. Sed quia præuiderunt in
ſpiritu ꝓphetico,qualiter Chriſtꝰ in lege ꝓmiſſus erat in il
lam terrā & ciuitatē venturus:& in ea ꝑdicaturꝰ & miracu
la operaturus.& in mōte ſyon debebat inſtituere ſacramē-
tum euchariſtię:& in hieruſalem moriturus & ſepeliendꝰ
& reſurrecturus.& in mōte ſyon ſpiritum ſanctum ſuper di
ſcipulos miſſurus.Et ideo quia Chriſtus rex pacis in illa ci-
uitate nos debebat deo patri per ſuum ſanguinē reconci-
liare & pacificare:iuſte vocata eſt hieruſalem.Itē qa Chri
ſtus rex pacis in illa hieruſalem debebat fundare & ędifica
re & incipere ſuam eccleſiam in pace fundatā. Et ꝑ eandē
rationem ille mons dictus eſt Syon.i. ſpecula & cōtempla
tio.quia ibi apoſtoli debebāt recipere ſpiritū ſanctū & do
na gratiarū.per quę intellexerunt diuinas ſcripturas.& per
eandem rationem tota illa pars terræ dicta eſt iudęa.i.cō
feſſio,quia in ea Chriſtus erat naſciturus,& in ea angeli
debebant cōfiteri Chriſtū eſſe deum in ſua natiuitate can
tantes gloria in excelſis deo.Itē quia ibi magi Chriſtū cō-
feſſi ſunt ipſum eſſe deum & hominē offerētes tria mune-
ra, & latria ipſū adorātes.Et ſic patet ꝙ cōfeſſio de Chri-
ſto in iudęa facta eſt in ſua natiuitate & in oblatiōe templi
per Simeonē & Annā prophetiſſam.poſtea per apoſtolos
& ideo ex diuina prouidentia cecidit illa terra in ſortē iu-
da.& vocata eſt iudęa propter myſteria futura. ¶ Per ean D
dem rationē tota terra illa dicta eſt terra promiſſionis:qa
in ipſam erat venturus Chriſtus in lege ꝓmiſſus. & in ipſa
genus humanū debebat recipere repromiſſiōes.& ſic etiā
dicebatur hereditas domini:quia in ea recepimus heredi
tatē promiſſam.Et ideo dicit Hieronymus in epiſtola de
manſionibus.ꝙ cauſa quare patriarchę & ꝓphetæ deſide
rabant ſepeliri cum tanto affectu in terra promiſſionis:fu
it quia pręuiderunt in ſpiritu ꝙ Chriſtus erat ibi moriturꝰ,
& ſepeliendus & reſurrecturus.ideo deſiderabāt cū illo re
ſurgere ad vitā immortalē.Et ſic putāt multi doctores ꝙ
Adā & Abrahā & Dauid & multi ſancti vete.teſt.ſurrexe-
rūt cū Chriſto ꝓpter illā euangelicā ſentētiā.Multa corpa
ſanctoꝝ ſurrexerūt cū eo.Ex ſupradictis patet ꝙ nō a caſu
nec voluntate hūana,nec ꝓpter naturā locoꝝ fuerūt ipo-
ſita talia noia iſtis locis:ſed ꝓpter diuina myſteria q̄ erant
in eis futura:q̄ realiter fuerūt in eis ꝑ Chriſtū cōpleta.Sed
quia tota eccl'ia Chriſti īcepit in illis locis & fuit īſtituta in
hieruſalē,& exīde ꝑ totū mūdū diffuſa:ideo ꝑ totā ſcriptu
rā eccl'ia Chriſti noiatur his quinq; noibus.ſ. hieruſalem,&
ſyon,& iudęa,& terra ꝓmiſſiōi,& hęreditas dei.Nā eccl'ia
Chriſti incepit in illa ſancta ſocietate apoſtoloꝝ & diſci-
puloꝝ qui ſecuti ſunt Chriſtū ante paſſionē :& poſt reſurre
ctionē fuerūt congregati numero.cxx.in monte ſyon:vbi
oēs receperūt ſpiritū ſanctū,vt patet Actuū primo & ſecū
do.quam ſocietatē & eccleſiam Chriſtus in pace fundauit.

quia nunq̃ venit ad eos quin diceret:pax vobis:vt patet p
totum diſcurſum euangelicũ & maxime poſt reſurrectio-
nem:totus eni theſaurus hui⁹ ſocietatis fuit pax.Vnde di-
xit eis Chriſtus.Pacẽ meã do vobis.pacẽ meã relinquo vo-
bis.Vnde iſta ſancta ſocietas ſiue eccl'ia egreſſa ab illa hie
ruſalẽ diſperſa eſt per totũ orbẽ:ideo tota eccl'ia vere dicit
hieruſalem:qa ab illa ciuitate incepit:& ideo nomẽ ei⁹ re
tinet:ſicut flumina retinent nomẽ fontis vnde oriunt.vnde
Araxes ſic noiatur eo q̧ fluit a mõtib⁹ Arach ipſi⁹ Arme
niæ & Boryſthenes ſic noiat p totũ eo q̧ orit a mõte Bo
ry qui eſt pars ipſius riphæi.Et ſic pro maiori parte oia flu
mina retinent noia montiũ & locorum a quibus oriuntur.
E ¶ Propter duo ergo tota eccl'ia Chriſti dicit & denoiatur
Hieruſalẽ.Primo qa ibi fuit cõſtituta a Chriſto & incepta,
& inde orta & per totũ orbem diffuſa. Secũdo ꝓpter pro-
prietatem & nois interp̃tationem,quia ipſa eſt viſio pacis
in qua ſola Chriſtus videtur per fidem.Per eandem ratio
nem dicitur Sion:quia in ſola ipſa Chriſtus ſpeculat & cõ
templatur.Item per eandem rationem dicitur terra pro-
miſſionis & hæreditas domini:quia in ſola ip̃a recepimus
promiſſiones factas de Chriſto.& recepimus hęreditatem
hic per gratiã & in futuro per gloriã.Et ſic eſt dicendũ q̧
in ſacra ſcriptura iſta.v.noia verificant.primo de Chriſto.
ſecundo de eccleſia.nam Hieruſalem & Sion primo veri
ficãtur de pſona Chriſti & de ei⁹ humanitate.quia ip̃a aia
Chriſti primo videt deũ per eſſentiã,& in ip̃a humanitate
videtur deus in patria a beatis. Item pax primo reperitur
in ip̃a humanitate Chriſti in qua totum corpus cũ magna
cõcordia ſubiicitur & conformatur animę & anima deo.
ſecũdo ex cõſequenti in tota eccleſia:q̃ dicitur hieruſalem
propter rationes iã dictas. Tertio verificat hieruſalem de
ipſa virgine Maria:quia in ea maxime viguerunt ſupradi
ctę conditiones viſionis & pacis & ordinis. Quarto verifi
catur de anima cuiuſlibet iuſti.Quinto verificat de regno
cęleſti.& per eaſdem rationes ſecundũ ordinem,Sion pri-
mo verificatur de Chriſto.ſecundo de eccleſia.Et ſic eſt di
cendum de hoc nomine Iudęa.& terra viuentiũ:& hære-
ditas domini.& etiam de hoc nomine cęlũ.nam cęlum in
terpretatur clarum.& dicitur a claritate.Ideo prius verifi-
catur de Chriſto.ſecundo de eccleſia.tertio de virgine Ma
ria.quarto de qualibet anima iuſti.quĩto de cęlo empyreo
ſiue de regno cælorum,ſiue de curia beatorum.Sed hoc eſt
ſecundum ordinem ſucceſſionis. nam ſecundum ordinem
perfectionis:cęlũ prius intelligitur & verificatur de conſi-
ſtorio trinitatis.ſecundo de tota illa eccleſia triumphanti.
tertio de iſta militanti:quia illa eſt clara per gloriam.iſta p
F gratiam & fidem. ¶ Aduertat ergo diligenter prudens le-
ctor:quia iſta nomina nõ fuerunt impoſita illis locis gratia
ſui.ſed ratione futurorum myſteriorum de Chriſto & eccl'ia
ideo ad talem ſenſum ſunt exponenda.Vnde cum hoc con
cordat Rabbi Moyſes de ægypto in ſuo more.vbi dicit q̧
hoc eſt deſiderium deſideriorum quod cupiũt ſcire prophe
tę,ſcilicet ſcire & intelligere ſignificationes nominum lo-
calium terræ promiſſionis.quia per Hieruſalẽ inferiorẽ in-
telligenda eſt Hieruſalem ſuperior.Cum hoc etiam cõcor
dat illud quod legit in gloſſa Bereſſit Raba,vbi per Thal-
mudiſtas mouetur quæſtio.An deus ſiue eius Meſſias cum
venerit debeat eſſe acceptator pſonarum.ad quã quæſtio-
nem reſpõdent q̧ abſit.immo Meſſias cum venerit:ſalua
bit omnes confitentes deum corde & opere. quia ſic ſcri-
ptum eſt Hieremię.lx.In dieb⁹ illis ſaluabitur Iuda.id eſt
omnes gentiles deum confitentes qui dicentur Iuda.quia
ſic ſcriptũ eſt etiã Eſai.xlix.Dedi te in lucem gentium:vt
ſis ſalus mea vſq; ad fines terræ.Ex quibus patet q̧ nomi-
na ſiue loca ſupradicta non ſunt intelligenda etiam ſecun
dum Hebræos ſolum ad literam:ſed ſolũ ſpiritualiter pro
tota eccleſia,a ſolis ortu vſq; ad occaſum diffuſa. Vnde di-
cit Rabbi.Salo.Sup Zacha.ix.q̧ prophetę nõ ſunt locuti
niſi ad tẽpus Meſſię,quia nihil eſt ſcriptum in lege ve.gra
tia ſui:ſed omnia referuntur ad Chriſtum vt dictum eſt.

In quarto capitulo exponuntur nomina diui- G
næ legis. Ad cuius intellectum eſt aduertendum q̧ lex do-
mini ſcd'm q̧ habet diuerſos effectus & reſpect⁹ ita diuerſis
nominibus nuncupatur.Nam inquantum eſt a deo lata,&
inquantum ligat & obligat hominem:dicitur lex dñi. ſed
inquãtum eſt a deo prolata & ſcripta in tabulis,dicitur ſer-
mo domini ſiue eloquium domini.ſed inquantum prohi-
bet mala fieri dicitur pręcepta ſiue præceptum.inquantum
autem admonet bona fieri,dicitur mandatum ſiue mãda-
ta.Sed inquantum eſt teſtificata a deo & prophetis,dicitur
teſtimonium domini. Sed inquantum per legem cogno-
ſcimus voluntatem domini,dicitur voluntas domini. Sed
Inquantum fuit confirmata per mortem Chriſti teſtatoris,
dicitur teſtamentum domini.Sed inquantum iuſtificat ob
ſeruantes:dicitur iuſtitiæ ſiue iuſtitia domini.Sed operatio
nes quæ fiunt ſecundum iuſtitiam dicuntur iuſtificationes.
Sed punitiones & præmiationes quæ fiunt per iuſtitiã di-
cuntur iudicia domini.Inquantum vero ducit & dirigit ho
mines,dicitur via. Item inquantum eius ſcripta oĩa ſunt
impleta in Chriſto,dicitur veritas.Inquantum per le.ſum⁹
liberati dicitur miſericordia.Item inquantum deo pacifi-
cati:dicitur pax.Item dicitur arbor ſiue lignum vitę:& hoc
metaphorice.Nam ſicut Adam colẽdo illam arborem vi-
tę & comedendo eius fructum:iuxta pręceptum domini fu
iſſet pręſeruatus ab oĩ infirmitate & morte:& in tempo-
re ſuo collegiſſet & adeptus fuiſſet immortalitatem:& poſt
magnum tempus tranſlatus eſſet in vitam meliorem ſecũ
dum Auguſtinum:ita deus poſt lapſum dedit homini hãc
legem loco illius ligni vitæ:vt eam ſeruaret & coleret ex-
pectando ex ea fructum vitę.Et patres vete.teſta.eam ſer-
uarunt vſq; ad tempus Chriſti.Et ſic ex ea receperũt fructũ
in tempore ſuo.ſcilicet fructũ redemptionis. & ſic eandem
legem ſcd'm veritatẽ colentes nos expectam⁹ fructũ glorię.
Iſta arbor ſicut in primo aduentu Chriſti fecit fructũ gra-
tiæ & nrę redẽptionis:ita & in ſcd'o aduẽtu faciet fructũ glo
riæ.Item lex domini dicitur etiam vinea domini. Nam ſi-
cut vinea primo plantatur:& poſtea facit palmites & exin
de vuas:ex quibus expreſſis in torculari extorquetur vinum
in tempore ſuo:ita pariter Chriſtus in principio dedit legẽ
naturę quæ fecit folia in Noe & Abrahã.& ſic incepit face
re vuas in Dauid & ꝓphetis:quæ maturę fuerunt in aduen
tu Chriſti.Ex quibus Chriſtus expreſſit & extorſit vinum
eccleſiaſticorum ſacramẽtorum in torculari crucis.& ex ea-
dem lege ve.extorſit veritatem euangelicã:quam nos coli
mus & obſeruamus.ex qua extorquemus & extorquebi-
mus vinũ glorię in die iudicii & etiam in fine cuiuſlibet fi-
delis.ex quo patet q̧ lex diuina accõmodate dicitur vinea
dñi.Matthei.ii.&.xxii.Quę data eſt nobis ad colendũ.Itẽ
lex diuina dicitur etiam ſeges.nam ſicut frumẽtum primo
ſeminatur & poſtea creſcit in hærbam,& exinde in granũ
& vltimo in area cum ventilabro ſeparatur granum a pa-
leis:& granum reponitur in horreo ad ſuſtentandũ vitam
hominum:paleę vero cõburuntur igni & proiiciũtur beſti-
is ad comedendũ:pariformiter [illegible] in principio ſeminauit
legem poſt lapſum in Adam & Abel:quæ creuit in hærbã
in Noe & Abrahã.& incepit facere ſpicas in Moyſe:& ince
pit facere granũ in prophetis.quę quidem ſeges legis fuit
matura in Chriſto.vnde dicit Chriſt⁹ Luce.ix.meſſis quidẽ
multa.Item Ioã.iiii.Aſpicite meſſes quoniã albę ſunt: ſed
hanc meſſem Chriſtus meſſuit & in ſua area crucis tritura
uit.& vẽtilabro ſuo granũ euangelicę veritatis a paleis ce-
rimonialium & cęterorum legalium ſeparauit.& granũ ſa
cramẽtorum & legis euangelicę in horreo eccleſię pro no-

bis repoſuit.& paleas cerimonialiũ tradidit igni extingui-
bili.quia cerimonias & cętera legalia totaliter reprobauit
& eiecit & abdicauit.Et ſic ſicut iã recepimus granũ ſacra
mentorum:nũc expectamus granum glorię poſt hanc vi-
tam.Iudęi autem cęci & obſtinati adhuc comedunt folia
cerimoniarum ſine fructu.& bibunt ſiue comedunt vina-
ceũ ſine vino quod iam exinde expulſum eſt. & ita come-
H dũt paleas legaliũ ſine grano tanq̃ beſtię.℄ Et ſic pʒ quo
modo lex diuina ſiue ſacra ſcriptura noiatur iſtis.xx.nomi
nibꝰ:ſcilicet lex domini,verbum domini,eloquiũ domini,
ſermo domini,pręceptũ, mandatũ, teſtamẽtum,teſtimo-
nium,iuſtitia,iudicium,iuſtificatiões,via dñi,ſemita dñi,
veritas,miſericordia, pax,arbor ſiue lignũ vitę, vinea do-
mini:ager ſiue ſeges domini:& hoc ſcdm diuerſos reſpectꝰ
& effectus.Et ideo quandocunq; aliquod iſtoꝝ nominum
in ſacra ſcriptura ponitur ſemper eſt intelligẽda lex diui-
na:quę ſemper eſt diſtinguenda ſecundũ ſuas ætates vt di
ctum eſt tractatu.iii.regula.vii.veruntamen de vnoquoq;
iſtorum clarius dicetur in ſuis locis.

In quinto capitulo memorantur & exponun-
tur nomina diaboli & populi eius magis frequẽtata in ſa-
cra ſcriptura.vnde diabolꝰ dicitur quia diuiſus.quia ab ini
tio in veritate non ſtetit:ſed a deo diſceſſit.& ſicut ipſe fuit
diuiſus:ita fuit etiã diuiſor.quia hominem a deo per pecca
tum ſeparauit.& continue inter homines zizaniã ſemina-
uit.Matth.xiii.& a veritate diuinę legis nos ſeparare co
natur.Secundo dicitur ſathanas.i.cõtrarius & aduerſarius
quia ab initio nobis aduerſatur & inimicatur & omni veri
tati reſiſtit.Item dicitur peccator.quia ab initio peccat &
mẽtitur.Ioan.vi.Item dicitur exterminator Apocalyp.ix.
quia hominẽ extra terminos diuinę viſionis & beatitudi-
nis eiecit:& continue conatur extrahere.Item dicitur mors
Apoca.vi.quia hominem in mortem deiecit & actor mor
tis ipſe fuit.Et ſic hęc ſunt nomina diaboli magis frequen
tata.Dicitur etiam Belial & Leuiathã.nam Belial interp̃-
tatur aſcẽſus ſiue ſupbia.& Leuiathã terribilis & vaſtãs. Sʒ
nomina populi diaboli ſunt Sodome.ægyptus in epiſtola
Iacobi.eo q; tales ſunt occęcati in tenebris peccatoꝝ.Iteʒ
dicitur Babylon.quia confuſio.Apoca.xvi.Quia inter mẽ
bra diaboli non eſt ordo ſed horror & cõfuſio: cũ oĩes ſer
uiant vitiis & malis cupiditatibus.& ſic in eis non ratio ſed
ſenſualitas dominatur.Et ideo per talia nomina in ſcriptu
ra communiter populus ſiue membra diaboli aut hæretici
& infideles & mali intelliguntur.

## Tractatus quintus.

K IN quinto tractatu exponuntur ge-
neraliter & explicanẽ tituli pſalmorũ.Ad cuius
intellectũ eſt notandũ q; titulꝰ in pſalmis eſt cũ
ſacramẽto occulto aliquid ſignificãs p̃ſcriptio.
vnde per hoc q; dicitur p̃ ſcriptio,denotatur q; in tali titu-
lo deſcribũtur aliqui termini,ſiue q; talis fit per aliquos
terminos.Per hoc autẽ q; dicitur aliquid notificãs denota
tur q; illi termini ponuntur ad aliquid notificandum. Per
hoc autem q; additur cum aliquo ſacramento, denotatur
q; illi termini includunt aliquod ſacramentum de Chriſto
& eccleſia.Item ſecũdum alios,Titulus in pſalmis eſt quo
rundam terminorum ſacramentum pſalmi continentium
annotatio.quę quidem deſcriptio idem ſignificat cum ſu-
periori. ℄ Et ideo eſt notandum q; ſex p̃notãtur in titu-
lis pſalmoꝝ.nam talis titulus aut notificat nomẽ pſalmi.
aut perſonam aliquam:aut materiam pſalmi:aut modum
cantandi:aut inſtrumentum cum quo cãtabantur illi pſal-
mi:aut tempus in quo cantabantur.Nomina autem pſal-
morum ſunt octo.ſ.p̃s.canticum.hymnus. intellectus ſiue
eruditio,oratio, alleluia.pſalmꝰ cãtici. cãticũ pſalmi.Pſal-
mus dicitur quaſi ſermo laudatorius.Et ſic omnes genera
liter dicuntur pſalmi.Canticum dicitur inquantum canta
batur voce humana.Hymnus autẽ dicitur inquãtum dicit
laudem dei cum lętitia.Alleluia dicitur inquantum conti-
net laudes dei ſimpliciter.Vnde dicit Rabbi Abenazra in
prologo huiuſmodi,q; hęc eſt differentia inter hymnũ &
alleluia:quia hymnus dicit ſimpliciter laudẽ: ſed alleluia
dicit laudẽ ſimul cũ deo.Nam allelu,idem eſt quod lauda
te : ſed ia idem eſt quod deus, id eſt laudate deum.Et ſic
alleluia includit ſimul deum cum laude.Sed iſta ſunt ſatis
friuola:quia hoc idem dicit hymnus:niſi q; addit lętitiam
Sed alleluia dicitur inquantum in illo pſalmo narrantur
beneficia dei.Intellectus vero ſiue eruditio dicitur inquan
tum ille pſalmus continet aliquod myſterium profundum
a ſpiritu ſancto prophetice reuelatum. Oratio dicitur in-
quantum in illo pſalmo fit aliqua petitio. Canticum vero
pſalmi dicitur inquantum ille pſalmus cantabatur ſimul cũ
inſtrumento muſico.Sed erat iſta differentia. Nam quan-
do chorus cantorum incipiebat primum verſum pſalmi,&
inſtrumentum ſonabat verſum ſequentem,tunc dicebatur
canticum pſalmi.Sed quando inſtrumentũ incipiebat pſal
mum,& chorus ſequebatur ſecundum verſum:tunc dice-
batur pſalmus cantici.Et ſic patet q; iſta octo ſunt nomina
pſalmorum in titulis prænotata & non plura.Secundo pręe
notatur quandoq; in titulis aliqua perſona.Sed illa perſo-
na poteſt eſſe triplex.Nam quandoq; prænotatur & præ-
ſcribitur perſona actoris ipſius pſalmi. vt quando dicitur
pſalmus Dauid.Quandoq; autem perſona cantoris:vt cuʒ
dicitur ipſi Aſaph ſiue filiis Chore. Quandoq; vero perſo-
na de qua eſt pſalmꝰ.vt cum dicitẽ in Salomone vel Doech
pſalmo.li.Tertio in titulo quandoq; prænotatur materia
de qua eſt pſalmus ſiue ex qua eſt pſalmus.vt cum dicitur,
cum Dauid fugeret a facie Abſalon. Quarto prænotatur
quandoq; in titulo modus cãtandi.vt cum dicitur,in finẽ,
ſiue ad victoriam,ſiue ſuper octauam.quia tunc vnus cho-
rus conabatur ſuperare alium in eleuatione vocis.Sed hoc
non fiebat ſine ſacramento vt patebit ſuis locis. Quinto
quandoq; in titulo prænotatur inſtrumentum cũ quo pſal
mus cantabatur.vt cum dicitur, In organis Dauid. Sexto
quãdoq; in titulo pręnotatur & notificatur tẽpus i quo pſal
mus cantabatur.vt cum dicitur pro torcularibus, ſiue pri-
ma aut quarta ſabbati.Sed omnia iſta non fiebant ſine ſa
cramento vt patebit. & dicit Rabbi Abenazra q; quando
in titulis ponitur ad victoriam ſiue in finem aut canticum:
ſemper prænotabat aliquod futurum.Item dicit Camhy,
in prologo huius libri q; omnes pſalmi qui intitulantur ad
victoriã,ſiue in finem,ſiue in organis, loquunẽ de Meſſia
& ſemper denotãt aliquod myſterium profundũ.Item di-
cit ſecundo q; Dauid fecit oẽs pſalmos qui ſunt ſine titulo.
Item dicit tertio q; Dauid nõ ſolum fecit pſalmos in perſo
na ſui:ſed etiam in perſona aliorũ.ſcilicet in perſona Adã
hariſon,id eſt primi hominis,& in perſona Moyſi. Vnde
quando dicitur oratio Moyſi viri dei,nõ ponitur ibi Moy-
ſes q; fecerit pſal.iii.ſed q; fecit Dauid pſalmũ illũ in perſo
na ipſius Moyſi:inquantum introducit ipſum ad loquen-
dum.Et ſic eſt dicendum de pſalmo.xvii.qui intitulatur in
Salomone.Et ſic dicimus nos q; multi pſalmi ſunt facti in
perſona illius qui introducitẽ ad loquendũ:ſicut in pſal.iii.
&.xv.&.xx.& multi facti ſunt in perſona eccleſię ſiue corpo
ris myſtici:vt eſt p̃s.v.Et multi ſunt facti in perſona ipſius
Adę cũ ſua poſteritate fidelium,vt eſt pſalmus.vi. & .xii.
Et ideo debet diligẽter aduertere lector quę perſona itro-
ducitur ad loquẽdum in quolibet pſalmo,& cuius eſt vox
ſiue locutio:quia aliter non poteſt haberi vera intelligẽtia
pſalmi.Et etiam pręter perſonam actoris pſalmi eſt præ-
notanda & valde conſideranda perſona introducta ad lo
quẽdũ in pſalmo:ſicut in comœdiis & tragœdiis pręnotiſ-

tur & cōſideranť pſonę introductę:qa nuſq̄ loquiť auctor.
Ex quo patet ꝙ oēs particulę in titulis poſitæ ſunt valde
notādę,quia nulla poniť ſine magno ſacramento.Nā vbi-
cūq; poniť in finem prenotať ꝙ ille pſalmus dirigit nos in
Chriſtū qui eſt finis legis.Et ſic Dauid ꝑ illū pſalmū dirige
bat illū populū in Chriſtū Meſſiā futurū.quia in illo pſal-
mo loquebať ꝓphetice de Chriſto futuro quē ille populus
tanq̄ finē illius legis expectabat:in quē tēdebat & peregri
L nabať. ¶ Item ſunt etiā attēdēda & cōſiderāda inſtrumen
ta muſicalia q̄ noīantur in titulis & in pſalmis:quę ſunt.vii
ſcilicet Pſalteriū,Cithara,Tympanū,Chorus,Organum,
Cymbalū,Tuba.Quorū qđlibet nō poniť ſine ſacramen-
to.immo ſignificabat aliqđ myſteriū futurū de Chriſto &
eccl̄ia.Nā Pſalteriū eſt inſtrumentum muſicale quadrāgu
laris figurę altera parte lōgiori habēs decē chordas prici-
pales.Per qđ ſignificabať myſtice lex euangelica:q̄ primo
eſt quadrangularis.quia per quatuor euangeliſtas fuit ſcri
pta & teſtificata.Quorū duo ſunt maiores & de viſu.ſ.Ioā
nes & Matthę⁹.& duo minores de auditu.ſ.Lucas & Mar
M cus. ¶ Item ſecundo ꝙ lex euangelica habet decem chor-
das.ſ.quę continet in ſe decem euāgelica myſteria.ſ.primo
myſterium trinitatis.Secūdo myſteriū incarnationis & na-
tiuitatis.Tertio myſteriū p̄dicationis. Quarto myſterium
miraculorum operationis.Quito myſterium mortis & paſ
ſionis.Sexto reſurrectionis.Septimo aſcenſionis, Octauo
ſpiritus ſancti miſſionis.Nono gentilium vocationis & to-
tius eccleſiæ congregationis. Decimo futurę glorificatio-
nis.Hęc ſunt decē chordę pſalterii euangelici.Et hoc dicť
pſalterium decachordum figuratū ꝑ illud pſalteriū mate
riale cū quo cātabātur pſalmi leg.ve.Itē lex euangelica di
citur etiā moraliter pſalteriū decachordū inquātū continet
decē precepta moralia.Et ſic in hac eccl̄ia militāti cōtinue
cātam⁹ pſalterium morale ꝑ obſeruantiā decē p̄ceptorum
Sancti vero in cęlo cantant pſalterium anagogicum decē
fructuum & gaudioꝝ glorię & felicitatis.Item cithara quę
eſt triangularis figurę,Primo ſignificabat myſterium tri-
nitatis.ſ.tres perſonas diuinas in vna ſubſtantia & eſſen-
tia.Secundo ſignificabat vnam eccleſiā ſęptaꝫ triplici mu-
ru.ſ.fidei ſpei & charitatis.Nā in tota lege euāgelica nihil
pręcipitur niſi qđ credendū,quid agendū, quid ſperandū.
Itē ſignificabat anagogice ſtatū futurę beatitudiuis q̄ con-
ſiſtit in viſione & tētione & fruitione. Vnde xxiiii.chordę
ipſius citharæ triangularis ſignificabāt.xxiiii. ſeniores can
tantes,Sāctus,Sanctus,Sanctus,in cōſpectu agni. Itē ter-
tio tympanū ſignificabat myſteriū paſſionis Chriſti ſpecia
liter:quia fuit ꝑcuſſus.Idem quarto ꝑ organum ſpecialiter
ſignificabatur myſterium reſurrectionis. Item quinto per
chorum ſignificabatur myſterium glorificationis. Sexto ꝑ
tubam ſignificabatur myſterium aſcenſionis. Septimo per
cymbalum ſignificabatur myſterium vocationis gentiliuꝫ
& congregationis in vnam eccleſiam. Ideo quādo Dauid
aut ſacerdotes in templo cantabāt pſalmos cū pſalterio de
cem chordaꝝ,nihil aliud intelligebāt niſi vocare Chriſtū
vt veniret in carnem ad implenda illa decem myſteria euā
gelica.Et ſic eſt dicendum de cæteris inſtrumentis.Nos au
tem iam cantamus pſalterium euangelicum agendo gra-
tias pro beneficiis illis iam receptis.Ex quib⁹:patet ꝙ quā
do ponuntur in pſalmis & memorantur talia muſicalia in-
ſtrumēta:non debemus ſiſtere in litera materiali:ſed trāſi
re ad ſenſum ſpiritualem & ad myſteria euangelica quę ſi-
gnificabant illa materialia inſtrumenta. Item quando in
pſalmis,ſiue in titulo alicuius pſalmi ponitur aliquod tem-
pus in quo cantabantur,puta pro torcularibus,aut pro de
dicatione templi:tunc debemus recurrere ad myſteria il-
larum feſtiuitatum:puta quid ſignificabāt futurum in no-
uo teſtamento.Et ſic ſunt exponendi tituli, & etiam pſal-
N mi illius tituli:prout latius patebit in ſuis locis. ¶ Vlterius.

eſt tertio notandum ꝙ in Pſalterio .lxx.interpretū præter
titulos cōmunes reperiuntur quidā particulares tituli ſcri-
pti in rubeo qui dicuntur diapſalmata,& hoc ſub numero
vii.Et hoc in medio quorundaꝫ pſalmoꝝ,& quandoq; in
principio.De quo diapſalmate nulla eſt certitudo apud he
bręos.immo inter ſe multipliciter diſcordant. Nam quidā
dicunt ꝙ eſt mutatio metri.quidā autem ꝙ eſt cōmutatio
ſiue pauſatio cantus.quidam vero ꝙ eſt mutatio ſentētiæ.
Sed hoc non placet beato Hieronymo in epiſtola ad Mar
cellam.Sed dicit ꝙ vbi græci habent diapſalma literis ru-
beis.Hebręi habēt Sela qđ ſignificat ſemp. Et ſic Aquila
vbicūq; reperit ſela ſic ſcriptum ipſe traducit ſemp.lxx.vero
& Symmachus & Theodocion traduxerunt diapſalma.
Sed beatus Hieronymus ſequens Aquilam trāſtulit ſemp
in latinū in ſua traductione.Sed in veritate nullā videť im-
portare rationē.Nam quaſi in infinitis verſibus pſalmorū
reperitur hoc aduerbiū ſemp:vbi non ſcribitur diapſalma
tali modo literis rubeis:quia ſolum reperiuntur.vii.diapſal
mata ſic in rubeo ſcripta in medio pſalmorum. Et quando
q; bis aut ter in eodem pſalmo.Et ideo Augu.aliter dicit.
vnde dicit:ꝙ ſicut ſympſalma dicitur continuatio pſalmi
apud græcos:ita diapſalma dicitur diuiſio pſalmi,ſiue ma-
nifeſtę ſententiæ.Nā manifeſte videť ꝙ vbi poniť diapſal-
ma eſt diſtinctio,ſiue mutatio ſentētiæ in eodem pſalmo.
Et ſic Caſſiodorus ſequendo ſententiā Auguſtini,vbicūq;
repperit diapſalma ſemp fecit diuiſionē in litera ſui comē-
ti & in ſententia.Sed licet hoc ſit bene & vere dictuꝫ:quia
diapſalma realiter ſignificat diuiſionē pſalmi:tamen ad-
huc poſitio Auguſtini nō euacuat totā cauſam hui⁹ myſte
rii,quare hoc nomen diapſalma p̄ponať,ſiue interponať
literis rubeis,ſiue alteri⁹ coloris. ¶ Et ideo eſt aduertendū O
ꝙ ſi bene inſpexerim⁹ titulos pſalmorum,potius ꝑ maiori
parte denotāt modū cantādi q̄ materiā. Nā Dauid ordi-
nauit diuinuꝫ cultū in tabernaculo,& diſtribuit pſalmos in
propriis feſtiuitatib⁹:& ſic intitulauit eos:ſicut eccl̄ia nunc
intitulat hymnos appropriatos ſingulis feſtiuitatib⁹.& p̄-
cepit Dauid vt cantarenť illi pſalmi cū cæteris inſtrumētis
ſignificātib⁹ myſteria cōtenta in illis pſalmis.Et ſic in titu-
lo pſalmi memorabat inſtrumenta determinata cū quibus
pſalmi cantabanť.Et etiā explicabat modū cātādi vt ſupra
dictum eſt:vt vnuſq̄ſq; chorus ſciret ſcđm vices ſuas quem
pſalmū deberet cantare in qualibet feſtiuitate & per queꝫ
modū.& talis modus q̄nq; explicať in titulo. Et ſic Dauid
intitulauit pſalmos ſicut Terentius intitulauit ſuas comœ
dias,explicādo modū cantādi & pſonas & inſtrumēta cum
quib⁹ cantabanť;cū dicit Acta ludis megalenſib⁹ duab⁹ ti-
biis &c.Itē Dauid quādoq; diuidebat pſalmū quē cātabat
chorus in ſua feſtiuitate,& accipiebat vnā particulā pſalmi
abſciſſam alteri feſtiuitati cōmodatā & appropriatā quam
vocabat diapſalma. Et cātores in medio pſalmi vbi fiebat
talis diuiſio ſcribebant diapſalma in rubeo,vt cognoſcereť
diuiſio & diſtinctio illius particulę.Et ſic reperiunť.lxx.dia
pſalmata,id eſt diuiſiones in toto pſalterio ſcđm ritum can
tandi qui fiebat tūc in tēplo Salomonis.Quem modū etiā
nos ſeruam⁹ in aliquibus pſalmis,qa de toto pſalmo acci-
pimus quādoq; aliquā particulā,& cantamus illā in aliqua
hora.Nam de pſalmo.xxx.excepimus ſex primos verſus ſci
licet In te dn̄e ſperaui.Et ſic relicta ſcđa parte pſalmi cāta
mus primā ꝑticulā in cōpletorio.Et ſic prima particula pro
prie dicť diapſalma.i.ꝑtitio ſiue diuiſio pſalmi . Et ſic etiā
excerpimus & abſcindimus duos vltimos verſus de pſalmo
xxix.ſcꝫ. Domine refugiū: & dicimus eos cum Gloria pa-
tri poſt Precioſa in conſpectu dn̄i ad primā.Et ſic illa parti
cula & abſciſſio pſalmi dicitur diapſalma.& ſic etiam pſal-
mū.cxviii.Beati immaculati in via:qui habet.xxii. octona
rios diuidimus in. xl. partes ponendo duos octonarios in
qualibet ꝑte,& ponim⁹ eos p̄ia,& tertia,& ſexta, & nona

horis. Quæ quidē partitiones dicūtur diapſalmata. Et ſic
patet quid eſt diapſalma. Item per oppoſitum etiā eccle-
ſia latina facit aliqua ſympſalmata. i. continuationes mul-
torū pſalmorū. Nam quādoq; dicit duos pſalmos ſub vno
Gloria patri, vt in laudibus dicimus. Deus deus meus. &
Deus miſereat̄ noſtri ſub vno Glīa patri. Et poſtea in fine
dicimus tres pſalmos. ſ. Laudate dn̄m de cęlis. Et Cantate
dn̄o, & Laudate dominū in ſanctis ei⁹. ſub vno Glīa pr̄i. Et
iſta talia dicūtur ſympſalmata, ſiue apopſalmata. i. conti-
nuationes, ſiue appoſitiōes diuerſorū pſalmorꝫ. Itaq; ſicut
diapſalma eſt diuiſio, ſiue partitio pſalmi: ita ꝑ oppoſitū
ſympſalma, ſiue apopſalma eſt cōtinuatio, ſiue appoſitio
pſalmorum: quādo vnus pſalmus apponit̄ alteri: & conti-
nuat̄ cū eo. Et ſic patet quid eſt, aut qd ſignificat diapſal-
ma: quare lr̄is rubeis ſcribebat̄, qa ſignificabat diuiſionem
ſiue partitionē pſalmi factā in illa parte pſalmi ꝓpter cau-
ſas iam dictas. Sed qd dicendū ad beatū Hieronymū virū
tātę auctoritatis: qui dicit ꝙ Sela ſignificat ſemp? Ad hoc
reſpōdet̄ ꝙ hoc nomē Sela in hebręo erat tunc ęquiuocū
ad ſēp & ad ptitionē. Et ideo. lxx. cū Symmacho & Theo-
docione ceperunt vnā ſignificationē & verā. Aqla autē qa
ignorauit hāc ęquiuocationē cepit tantū vnā ſignificatio-
nem ſibi notā, & hūc ſecutus eſt beat⁹ Hieronym⁹. ❡ Vn-
P de eſt aduertendū ꝙ multa fuerūt in primo tēplo quātum
ad diuinū cultū: quę poſtea fuerūt ignorata in ſecūdo tem-
plo, vt ait Ioſephus: quia in ſcd̄o tēplo non fuit ſeruatus to-
taliter idem ritus cantandi pſalmos. immo multa fuerūt
omiſſa & ignorata ꝓpter deſtructionē primi templi & ciui-
tatis. quia cum magno labore reuocauit Eſdras ſacerdotes
& illum populū ad cultū diuinū in ſecundo tēplo: & ſic non
potuerūt oīa recuperare quę fiebāt in primo tēplo. Immo
dicit Ioſephus ꝙ non ſolum perdiderunt iudęi exiſtentes
in Babylonia cultū diuinū: & obliti ſunt ritus colendi deū:
ſed etiā obliti ſunt literas & linguā hebręā. & ideo Eſdras
alios characteres literarū repperit quib⁹ reſtaurauit & ſcri-
pſit legē, vt inquit Hieronym⁹ in prologo libri regū. Non
ergo eſt mirum ſi iudęi moderni poſt deſtructionē ſecundi
templi a finibus ſuis eiecti & per totum orbē diſperſi perdi-
derunt oēs ritus colendi deū antiquos, & linguā hebræam
& ignorant multas ſignificationes, & æquiuocationes vo-
cabulorꝫ. & ideo iter eos ſunt multę cōtradictiōes & diſcor
dię i literali expoſitiōe ſcripturę veteris teſtamēti. Et ideo
nulla fides eſt eis adhibenda. qa neſciunt quid dicunt pro-
pter longam obliuionē. Et ideo eſt magis credendum. lxx.
interp̄tibus & ipſi Ioſepho: qui fuerunt multo tēpore ante
deſtructionem ſecūdi templi: qui melius nouerūt ritus co-
lendi deum: & ſignificationes vocabulorum hebraicorum
q̄ Aquila & Thalmudiſtę quos ſequitur beatus Hierony-
mus in hac parte: quia Iudęi moderni multas ſignificatio-
nes vocabulorū ignorant, vt latius dicetur in ſequenti tra-
ctatu. Et ideo Iudęi iam neſciunt quid dicant in titulis pſal
morum: nec in cęteris ritibus antiquis.

## Tractatus Sextus.

QVātum ad ſextū tractatū quia totum
teſtamētum vetus eſt tractum ex hebręo in græ
cum & latinū, & multę & diuerſę ſunt huiuſmo-
di interpretationes: ex quibus eſt eligēda vna ad exponen
dum librum pſalmorū: ideo tria ſunt pręmittenda & viden
da in hoc ſexto & vltimo tractatu. Primo vnde habuit or-
tum lingua hebræa, & in quo differt a chaldęa & arabica
& ſyra. Secūdo qui fuerunt interpretes maioris auctorita-
tis. Et quę fuit cauſa diuerſitatis eorū. Tertio quæ eorum
interpretatio in libro pſalmorū ad exponendum nobis ſit
Q magis eligenda. ❡ Quantum ad primū eſt notandū ſecun
dū ꝙ dicit Albumaſar in ſuo introductorio: ꝙ Noe poſt



diluuiū deſcēdit a mōtibus Armenię & venit in Chaldæā
& quia vidit terrā aptam ad ſciētiā, eo ꝙ eſt ſita in quarto
climate: ideo decreuit in ea manere cū filiis ſuis & nepoti-
bus, quos docuit aſtronomiā, & artes mathematicas: & na
turalem philoſophiam. Poſtea chaldęi docuerūt arabes &
phenices. Sed arabes docuerunt ægyptios & æthiopes.
phenices autem docuerunt græcos, & græci latinos: & ſar-
mathas, Et ſic ſemp manent aliquę diuerſitates in literis
& linguis, & aliquę ſimilitudines in ſonis literarū. Ex qui-
bus patet ꝙ in prima ætate iam erant literę, vt dicit Liſan
der. Nam Enos incepit inuocare nomen dn̄i Gene. iiii. er-
go iam habebat literas quibus cōmendabat memorię ora
tiones quas conficiebat. Et ſic Noe nutritus in prima æta-
te iam ſciuit literas, quæ literę & lingua dicebātur natura-
les, eo ꝙ in lege naturæ fuerunt traditę. quas literas & lin-
guam Noe docuit filios & nepotes in ſecunda ætate poſt
diluuiū. Et ſic illa lingua naturalis cum literis durauit vſq;
ad Heber. & Falech. In cuius tempore facta eſt confuſio &
diuiſio linguarum in Babylonia. Vnde dicit Auguſtinus
xvi. de ciui. caplo. xi. ꝙ illa lingua naturalis manſit in He-
ber & filiis ſuis. ideo dicit̄ hebręa ab heber. Sed hebręi di-
cunt ꝙ illa lingua naturalis totaliter fuit extincta in illa cō
fuſione Babylonię. Sed in veritate hoc non eſt neceſſe ꝙ
illa lingua naturalis totaliter extingueretur, ſed ſufficit ꝙ
fuerit facta confuſio & mutatio ex illa lingua in multas ali
as per mutationē aliquarū literarum in principio dictionū
aut in fine. Et manſit aliqua ſimilitudo & diſſimilitudo in-
ter linguas maxime vicinas, vt patet manifeſte. Sed cū hoc
ſtat ſecundū Aug. ꝙ manſit illa lingua naturalis integra &
perfecta apud filios Heber & ſuos ſucceſſores, & iſta fuit li
gua Chaldaica, vt manifeſte patet. ❡ Ad cuius intelligen- R
tiam eſt aduertendum, ꝙ ſicut lingua Gallica & Hiſpana
cōueniunt cum Italica ſiue latina, eo ꝙ deſcendūt ab illa:
Nam Romani cogebant hiſpanos & gallos: quib⁹ domi-
nabantur, loqui more Romano: eo etiam ꝙ Romani ha-
bebant plures colonias in hiſpania & galliis &c. Et ſic tam
galli q̄ hiſpani loquuntur romanum quaſi in quibuſdā lite
ris & ſyllabis. Et ſic lingua hiſpana moderna nil aliud eſt
niſi lingua Romana obliquata. Et ideo hiſpani pro maio-
ri parte intelligūt linguam italicam & ecōtrario. eo ꝙ iſta
deſcēdit ab illa. Et etiā hiſpani intelligūt linguam gallicā,
eo ꝙ ambę deſcendūt & deriuant̄ ab italica & latina, Idē
ergo pariter eſt dicendū de lingua hebraica, & ſyra, & ara
bica. Nā quia omnes deſcēdunt a chaldaica: vt dicit Albu-
maſar, ideo oēs ſe intelligunt inter ſe, & oēs intelligunt faci
liter linguam chaldaicā, vt manifeſte patet intuentib⁹. Nā
pro maiori parte vocabula hebraica nō differunt ab arabi
cis & chaldęis niſi mutatis quibuſdā literis aliquādo in pri
cipio, aut in fine. Et ideo iudęi faciliter addiſcūt arabicum
propter vicinitatē linguæ. Sed cauſa quare lingua hebræa
deriuet̄ a chaldęa fuit ꝙ Abrahā vir chaldęus exiit a chal
dęa & meſopotamia, quę eadē eſt, & venit in terrā chanaā
quę eſt in ſyria citra euphratē, & ibi loquebat̄ chaldaice cū
filiis & familia ſua. Sed per longā tēporis morā illa lingua
fuit obliquata cōuerſando cū chananęis. Sed qa chananęi
& omnes ſyri vocabant hebręos omnes veniētes vltra flu
men euphraten: ideo omnes de familia Abrahæ loquen-
tes illa lingua appellabant hebręos, & illam linguam ap-
pellabant hebręam. Nam hebræus interpretat̄ tranſiens
peregrinus, veniens vltra. Sed quia Abrahā cum ſuis vene
rat vltra de chaldęa ideo appellabant ipſum hebręū cum
omnibus ſuis. Ideo dicitur Gene. xxiiii. ꝙ venit Abraham
hebræus, quaſi homo peregrinus veniens vltra euphratē.
Et ſic exinde om̄es ſunt dicti hebræi quaſi peregrini & vl
tra fluuiani & chaldæi. Ex quib⁹ patet ꝙ abrahā fuit chal
dęus, & lingua ſua quæ dicit̄ hebręa fuit chaldęa. Et ſic li
gua hebręa eſt ligua chaldęa obliquata, & aliq̄liter alte-

rata propter conuerſationē aliarū nationū. Itē quia Iſmael
filius Abrahę & Eſau filius Iſaac populauerunt arabiam:
ideo lingua arabica eſt ipſi hebraicę vicina & ſimilis. Et ſic
lingua ſyriaca, & arabica dicit̄ lingua chaldæa alterata &
obliquata, inter quas eſt tanta vicinitas, vt ait Hieronym⁹
in prologo galeato, ꝙ ſe adinuicem intelligunt. Nam to-
ta terra: quæ eſt vltra Iordanen, pertinet ad arabiam. Sed
ab hieruſalem vſqꝫ ad iordanē vix ſunt. xvii. miliaria. Inde
eſt ergo ꝙ beatus Hieronymus: ita in breui tempore didi-
cit ita pfecte literas & linguam hebręā, eo ꝙ habitauit in
terra promiſſionis ferme per. xl. annos: in qua terra omnes
vulgares loquebantur indifferenter arabice & ſyriace. Et
ſic Hieronymus iam practicus in lingua arabica & ſyriaca
faciliter tranſiuit in linguam hebręam & chaldaicā ꝓpter
vicinitatē linguarū. Nam ipſe prius nouit arabicū: nā im-
mediate ex arabico in latinū tranſtulit librum Iob: vt ipſe
ait in ꝓlogo eiuſdeꝫ libri. Et ſic patet ꝙ lingua hebręa nil
aliud eſt niſi lingua chaldaica quā Abrahā duxit in terraꝫ
chanaā ſiue Palęſtinā. Quę poſtea fuit obliquata propter
conuerſationē chananeorū. Etiam fuit magis obliquata,
dū ipſe populus deguit vltra centū annos in terra ægypti.
Et ſic in hac lingua ſcripſit Moyſes legē domini: ſiue pen-
tateuchum, & in eadē lingua fuit ſcriptū reſiduū ve. teſta.
& in eadem lingua fuit tota ſcriptura per Eſdram ſcripta
poſt captiuitatem Babylonis, ſed forſan non eiſdem chara
cteribus literarum, vt ait Hieroymus in prologo galeato
et ſic illa lingua & litera durauit & pſeuerauit vſqꝫ ad Chri
ſtum & deſtructionē ſecūdi templi. Sed poſtea iudei expul-
ſi a finibus ſuis & mixti inter alias nationes obliti ſunt illā
linguam & multas ſignificationes vocabulorum: nec ſciunt
alia vocabula hebraica niſi tantum illa quæ ponuntur in
ſcriptura. Et etiam ignorant magnam partem ſignificatio
num illorum. Sed quia poſt expulſionem iudæorum Syri
& Arabes inhabitarunt illam terram: ideo omnes vulga-
res loquebātur Arabice & Syriace indifferenter. Et ſic pa-
S tet vnde habuit ortū lingua hebręa & eius literę. ❡ Quā-
tum ergo ad ſecundū eſt dicendū, ꝙ cauſa & modus, qua-
re iſta ſacra ſcriptura puenit ad græcos & latinos, fuit iſta.
Nam ſecundum Ariſteum & Euſebium de præparatione
euangelica libro. viii. & Auguſti. xviii. de ciui. dei. cap. xlii.
& de doctri. chriſtiana. cap. x. Appropinquante tēpore ad
uentus Meſſię ſpirit⁹ ſanct⁹ cuius eſt ꝓuidere de eccl'ia ſua
regenda: pręuidēs futurā cęcitatem & obſtinationē Iudęo
rum, & conuerſionem gentilium, & ex omnibus linguis &
nationibus in vnam eccleſiam & fidē congregationē, tūc
per. ccl. annos ante aduentū Chriſti iniecit cupiditatē ani-
mo Ptholemęi Philadelphi regis ægypti habendi ſcriptu
ram, ſiue legē Iudæorū in ſua bibliotheca inter cæteros co
dices & facultates. Et ſic miſit nūcios ad Heleazarū ſacer-
dotē: qui miſit ei. lxxii. viros peritiſſimos in lingua hebræa
& chaldaica & gręca, qui interpretati ſunt totam ſcripturā
veteris teſt. ex hebręo in gręcū, nemine in aliquo diſcrepā
te: immo omnes in eandē ſentētiam fuerunt conformes &
conuenientes. quam interpretationē Ptolemæus repoſuit
in ſua bibliotheca & coluit cū maxima reuerentia. Et hanc
primam interpretationē vt ait Euſebius, procurauit ſpiri-
tus ſanctus ante aduentum Chriſti propter quinqꝫ. Primo
ne Iudęi poſt aduentum Chriſti in ſua ꝓteruitate & cęcita
te manentes ſcripturam vete. teſta. chriſtianis occultarent.
Secundo ne ipſam falſam & corruptam chriſtianis commu
nicarent. Tertio ne dicerent ꝙ chriſtiani ad ſuum libitum
falſam tranſtuliſſent. Quarto vt græci in quib⁹ vigebat ſciē
tia, ipſam haberent. eo ꝙ primi erant ad fidem conuer-
tendi. Quinto quia latini qui omnibus nationibus domi-
nabantur, erāt maxime fidē Chriſti amplexuri. Et ſic erat
neceſſarium vt ſcripturam ex gręcis iam interpretatā ha-
berent, & faciliter ex græco in latinum poſſent traducere.

❡ Sed quia ex conſequenti præuidit ſpiritus ſanctus ꝙ om T
nes chaldęi, & Perſę, & Medi, & Parthi, & arabes, & arme
nii & cæteri adiacētes populi & nationes erāt ad fidē Chri
ſti venturi: ideo in principio imperii Cæſaris Auguſti qua-
ſi. xlii. annis ante natiuitatem Chriſti ſuſcitauit Ionatham
Abenhuziel babylonicū in lege & ꝓphetis peritiſſimū. &
iſte tranſtulit totū teſta. vetus ex hebręo in chaldaicū. Sed
ſcripſit illam tranſlationem literis hebraicis quæ nō mul-
tum diſtant a chaldæis ſicut dictum eſt, quā traductionem
iudęi appellāt Targum. quæ trāſlatio magis exprimit ſen
ſum, quia magis fuit ſollicitus traducere ſenſum ex ſenſu
q̄ verbū ex verbo, eo quia illę linguę ſunt valde vicinę. imo
ponit talia vocabula quę magis explicāt & declarant ſen-
ſum ſicut facit magiſter hiſtoriarum apud nos intexēdo hi
ſtoriam vete. teſta. Vnde iſte Ionatham vbi nos habem⁹,
Dixit dn̄s dn̄o meo &c. ipſe trāſtulit: Dixit dn̄s verbo ſuo.
Quę tranſlatio apud hebręos eſt tantę auctoritatis ꝙ nul
lus fuit auſus cōtradicere ei tum ꝓpter viri peritiā & aucto
ritatē, tum ꝓpter eius ſanctitatē. Nā dicunt Iudęi ꝙ quan
do ille ſcribebat iſtā interpretationē ſi aliqua muſca deſcē
debat in chartam: tunc ignis deſcēdebat de cęlo & cōbure
bat illam muſcam ne ſibi inferret impedimētum, abſqꝫ le-
ſione chartę & manus illius. Sed quia iudęi moderni vide
runt hanc tranſlationem ita cōformē & fauorabilem fidei
catholicę. Nam vbicūqꝫ in ſcriptura ponitur vel nominat̄
Chriſtus ipſe trāſtulit Meſſia. vt ibi. Quare fremuerunt gē-
tes aduerſus dn̄m & aduerſus Meſſiam eius. Et quia ex ta
li tranſlatione multi Iudęi cōuertebātur ad fidem, & etiā
frequenter per eam chriſtiani cōuincebāt Iudęos in diſpu
tationibus. Ideo Rabini iudęorum occultarunt illā trāſla-
tionem, & maxime illam quæ facta eſt ſuper pſalteriū: nec
permittunt vt Iudęi ſimplices videant eam: etiā nec chri-
ſtiani propter cauſas iam dictas. Sed hæc tranſlatio habe-
tur in vſu apud chriſtianos chaldęos & perſas & medos &
parthos, & ęthiopes, & arabes, & armenios: eo ꝙ iſte na-
tiones vtunt̄ literis & lingua chaldaica in reb⁹ arduis & ſa
cris: ſicut Hiſpani & Galli & Italici vtūtur lingua grāma-
ticali latina in ſimilibus. Tempore autē Hadriani a natiui
tate Chriſti anno. cxliiii. poſtq̄ iudęi fuerunt expulſi a fini-
bus ſuis, & mixti extraneis nationibus & linguis: obliti ſūt
linguam hebręam, & antiquam: & ritum colēdi deum, &
ſignificationes vocabulorum hebraicorum. ❡ Et ideo qui V
dam proſelitus Ponticus nomine Aquila ex gentili factus
iudęus propter quādā pulchram iudęam filiam cuiuſdam
magni diuitis Rabini iudęorum, adhibuit ſtudium ſollici-
te literis hebręis & chaldęis vt placeret ſocero & cæteris iu
dęis propter lucrū. Et iſte ex hebręo in gręcū tranſtulit to-
tum vetus teſta. Sed quia iam nomen chriſtianorum inci-
piebat creſcere, ideo in multis peruertit ſcripturas. Et ideo
Theodocion chriſtian⁹ vtriuſqꝫ linguę perit⁹, vt cōfunde-
ret peruerſitatē huius Aquilę: idē vetus teſta. etiā in gręcū
traduxit. hoc poſtea idē fecit Symmach⁹. Sed quia iſti fue-
runt ſectatores Hebionitarū: ideo nō habiti ſūt in magna
auctoritate apud eccleſiam. ❡ Origenes autem omnium X
linguarum peritus, & ſacrarum ſcripturarum ſubtiliſſimus
indagator videns tantam diuerſitatem in tranſlationib⁹
gręcis, oēs trāſlationes habere procurauit: & ex omnibus
ſub aſteriſco & obelo vnam correctam confecit: oſtendens
editionem ipſorū. lxx. fuiſſe veriorē. & in hoc apparuit ad
mirabilis labor & ingenium. Origenis. Et ſic tota eccleſia
gręca vtebatur trāſlatione ipſorum. lxx. per Origenē cor-
recta, & aſteriſco & obelo notata. ❡ Tertio eſt iterū valde
aduertendum: ꝙ cauſa tantę diuerſitatis iſtarū tranſlatio
num eſt iſta. Nam chaldęi & hebręi & arabes nō habēt vo
cales in literis ſuis, ſed tantū conſonantes. Sed vtūtur qui-
buſdam punctis appoſitis, aut pręppoſitis literis conſonanti
bus loco vocalium: ſicut manifeſte videmus in literis ara-

bicis. Et ſic tota ſacra ſcriptura fuit ſcripta per Eſdrã ſine vocalibus & ſine punctis. Et ideo non ſciebant legere ſcripturam legis & ꝓphetarum ante aduentũ Chriſti: niſi magni magiſtri eorum ex longo ſtudio & conſuetudine, eo ꝙ vocabula ſic poſita erant multũ ęquiuoca, & poterant adduci ad diuerſos ſonos & ſignificationes per appoſitiones diuerſarum vocalium aut punctorum. Et ideo .lxx. interpretes ſpiritu ſancto inſpirati, & in lege, & prophetis peritiſſimi elegerunt proprias & veras ſignificationes vocabulorũ hebraicorum, & ſecundum illas ſignificationes interpretati ſunt totũ vetus teſt. Et ſic tranſtulerũt ex hebræo in grecum, & non ſolũ verbum ex verbo, ſed etiã ſenſum ex ſenſu. Ideo multis in locis aliquãdo mutarũt vocabula, & aliquãdo aliud addiderũt ad ſenſum explicandũ, & hoc fecerũt ex ſpiritus ſancti auctoritate: quia fuerunt veri ꝓphetę & pleni ſpiritu ſancto, vt ait Aug. xviij. de ciui. dei. ca. xliij. & Hieronymus ſecũdo prologo ſuper Paralip. Et ſic dicit Aug. ꝙ tanq̃ prophetę ſunt habendi. Et ideo cęteris interpretibus non eſt adhibenda tanta fides, maxime iudęis qui

Y ſemper conati ſunt auertere ſcripturas a vero ſenſu. ¶ Ad cuius intelligentiã eſt iterum aduertendũ: ꝙ poſt conuerſionem magni Cõſtãtini vidẽtes Rabini iudęorũ oẽs gentiles cũ tãta deuotione ad fidẽ Chriſti cõuerti p totũ orbẽ, & eccleſiam tanto fauore ꝓſperari: & etiã ꝙ infinita multitudo iudęorũ vidẽtes manifeſtã veritatẽ per experiẽtiã & miracula, pariter cõuertebant: & ſic deficiebant quęſt⁹ & redditus & tributa rabinorũ. Hac igitur iniquitate cõmoti magna multitudo rabinorum congregata fuit apud Babylonem ęgypti quę dicitur Cayre: vbi quãto magis caute potuerũt: conati ſunt falſificare & puertere ſcripturas a vero ſenſu & ſignificatione. Vnde cõfinxerunt ſupra .v. vel .vij. puncta loco vocaliũ. Nã loco ipſius, a, confinxerũt virgulã tranſuerſam quã Pathah appellant, & aliã quã camez vocant, & poſuerũt pro ipſo /a/ ſub qualibet cõſonãte. Et pro o poſuerũt vnũ punctũ ſupra, qđ holem vocant. Et pro /i/ ponũt pũctũ ſub cõſonãte, qđ hirich appellant. Et loco ipſius /e/ ponũt duo pũcta ſic facta :, quæ Sceua: vel tria ſic ∴ facta qđ Segol appellãt. Et loco ipſius /v/ ponũt tria ſic facta ⁖ q̃ ſeloſa necudoth vocãt. Et ſic hæc pũcta apponunt: vel ſupponũt in lr̃is cõſonãtib⁹ loco vocaliũ. Et ſic iſto modo deduxerũt oĩa vocabula ſacræ ſcripturę veteris teſt. ad ſonos & ſignificationes prout eis libuit & ad intentũ ſuũ: vbi erant manifeſta myſteria de Chriſto & eccleſia, puertẽdo ad eorũ intentũ. Et ſic dixerunt ꝙ tranſlatio ipſorum .lxx. in multis deficiebat. Quorũ punctorũ inuẽtores fuerũt Rauina & Rauaſſe, duo doctores eorũ. Ex quibus patet ꝙ ſcriptura vete. teſt. eo modo quo ſcripſit Eſdras, ita indiget interpretatione apud hebræos: ſic apud nos. Ex quibus etiã patet ꝙ tota ſcriptura quã hodie habẽt hebræi ſic pũctuata, eſt iam interpretata & ducta ad ſenſum & intentum eorum per illa pũcta. & ideo nulla fides eſt adhibenda ſcripturę hebraicę, ſicut hodie habẽt ſic interpretatam & punctuatã, immo ipſimet cõfitentur ꝙ potuit eſſe error in tali pũctatione & interpretatiõe. Et ideo ſcribũt omnino ſine punctis illam legem Moyſi: quã cum veneratione tenent repoſitam in ſynagogis eorũ: quã thorat appellãt. Illa eni Thorat eſt ſcripta omnino ſine pũctis, ſicut Moyſes & Eſdras ſcripſit eã. Et hoc faciunt vt ipſi dicunt ne poſſit miſceri aliquis error propter illa puncta poſita loco vocalium, quę poſſunt peruertere ad ſonum & ſenſum & ſignificationem vocabulorum. Item iſti Rabini non ſolum peruerterunt ſcripturas modo ſupradicto: ſed etiam cõfinxerunt libros Thalmud: in quibus ſcribuntur multa & falſa & digna irriſione & contra totam veritatem non ſolum ſacræ ſcripturæ: ſed etiam philoſophorum: & cõtra omnes rationem humanã. Et ideo quando Iudęi negant tibi interpretationem .lxx. vel Hieronymi, eo ꝙ nõ conuenit cũ ſua litera: dic ꝙ mentiuntur. immo ipſi habent interpretatam literam & falſo modo per illa puncta deductam. Sed dic eis ꝙ remoueant puncta, & reperient veritatem. Eſt verum ꝙ iam ignorant pro maiori parte ſignificationes vocabulorum: & etiam ipſa antiqua vocabula hebraica vt dictum eſt. immo manent per omnia cęci, ignari, & confuſi.

¶ Quãtum ad tertium articulum eſt aduertendum ꝙ tota eccleſia tam gręca q̃ latina vſq; ad tempora Theodoſij ſemper vſa eſt tranſlatione ipſorum .lxx. & illam colebat & venerabatur. Sed quia vt dicit Hieronymus illa tranſlatio venerat in tantã corruptionem ex vitio ſcriptorum, ꝙ vix vnus codex concordabat cũ altero: & ideo in quibuſdã eccleſijs gręcorum legebatur traductio Origenis, & in alijs traductio Luciani. Et ſic erat magna confuſio in eccleſijs græcorum. Sed maior confuſio erat in eccleſijs latinis propter diuerſitatem traductionum latinarum. Nam vnuſquiſq; doctor latinorum traducebat vetus teſtamentum ex græco in latinum, eo ꝙ omnes nouerant literas gręcas, intantũ ꝙ quot erant eccleſię, tot erant traductiones apud latinos: vt inquit Hieronymus. Ideo Paula & Euſtochium videntes tantam confuſionem inter eccleſias latinas rogarunt beatum Hieronymum hebraicarum & græcarum & latinarum literarum virum peritiſſimum, vt ad vitãdam talem confuſionem, vetus teſtamentum immediate ex hebræo interpretaretur & verteret in latinum. Et ſic rogatu earum trãſtulit pentateuchũ, & Ioſue, & librũ iudicũ, & libros regum. Sed rogatu Chromatij trãſtulit libros Paralipomenon, prout patet in prologo bibliæ. in qua traductione beatus Hieronymus tenuit iſtum modum. quia noluit ſequi literam iam per iudæos punctuatam: ſed voluit videre tranſlationem ipſorũ .lxx. & Origenis & omniũ aliorum. & ſic elegit ſignificationes & ſenſus prout ſibi melius & rationabilius viſum fuit. Et in quibuſdã non trãſtulit verbum ex verbo, ſed ſenſum ex ſenſu, ſicut ſæpius fecerunt .lxx. vt ipſe dicit in epiſtola ad Pammachium de optimo genere interpretãdi. Vnde Hieronymus nõ intẽdebat in tali interpretatione reprehendere .lxx. ſed vitia ſcriptorum & defectus, eo ꝙ vitio ſcriptorum & imperitia & negligentia, illa tranſlatio in multis locis erat vitiata, & quędã etiam erant omiſſa, quæ allegantur in ſcriptura noui teſtamenti, vt ipſemet inquit. ¶ Et ideo papa Damaſus & A etiam vniuerſalis eccleſia Romana bene acceptauit trãſlationem Hieronymi tanq̃ veram & catholicã. Sed noluit eccleſia vt traductio Hieronymi, nec aliqua alia pręferret, nec anteponeretur interpretationi ipſorum .lxx. immo voluit vt habeantur tanq̃ prophetę in omnibus quæ interpretati ſunt, & in his quæ addiderunt, eo ꝙ ſpiritu ſancto pleni locuti ſunt, vt ait Auguſtinus, xviij. de ciuitate dei. capi. xlii. & .xliii. Verũtamen paulatim cõſuetudo inoleuit in eccleſia: vt vnuſquiſq; pro maiori parte ſcriberet ex exemplaribus Hieronymi ad vitandam confuſionem aliarum editionum. Et ſic intantum celebrata fuit editio Hieronymi: ꝙ impræſentiarum, aut vix, aut in paucis bibliothecis latinis reperitur traductio ipſorum .lxx. immo per omnes eccleſias latinas celebratur traductio Hieronymi. De pſalterio autẽ fuit maior difficultas. Nam Damaſus papa propter confuſionem & corruptionem diuerſorum exemplarium latinorum, rogauit beatũ Hieronymum, vt ex græca editione ipſorum .lxx. traduceret pſalterium, & ſic correctum redderet latinis. Et ſic hoc pſalterium per Hieronymum primo ex gręco trãſlatum & correctum pręcepit Damaſus cantari in epiſcopatu Romano. Poſtea vero quia Sophronius frequenter diſputabat cum iudęis non acceptantibus, immo negantibus interpretationem ipſorum .lxx. ideo rogatu eius beatus Hieronymus traduxit pſalterium de verbo ad verbum ex hebræo iam punctuato & interpretato per Iudęos Thalmudiſtas. Et hanc tranſlatio-

nem bene acceptant Iudęi:eo ꝙ cõuenit cũ litera pũctua ta & interp̃tata. Sed eccleſia latina nõ renuit hanc trãſlationẽ.verũtñ noluit ꝙ cantaref in eccłia:eo ꝙ ẽ aliquãtulũ ſuſpecta, cũ ſit traducta ex hebręo iã iterp̃tato:& pũctuato & ad determinatas ſignificatiões ad libitũ iudęoꝝ p illa pũ cta, ab eis deducta. Et hoc dicif Pſalteriũ ſcđm hebraicam veritatẽ;nõ ꝙ illa traductio ſit magis vera q̃ traductio ipſorũ.lxx.Sed quia fideliter de verbo ad verbũ abſq; aliquo addito ſiue remoto ex hebręo iam punctuato ſit facta traductio. Et ideo Hebręi impoſuerunt illi tale nomẽ:ſcilicet Pſalterium Hieronymi ſcđm hebraicã veritatẽ. Poſtea vero quia traductio quã primo ad rogatũ Damaſi papę fecerat Hieronymus ex gręco in latinũ,vitio ſcriptoꝝ aut aſtutia maliuoloꝝ æmuloꝝ,iterũ fuerat corrupta: idõ Hieronymus ad inſtantiã Paulę & Euſtochii pſalteriũ ex gręca editione ipſoꝝ.lxx.vertit in latinũ.quod quidẽ pſalterium ſic emendatũ & correctũ receperũt oẽs ecclię gallicanę. Ideo dicif pſalteriũ gallicanũ. Et ſic oẽs eccleſię Italię, & Germanię,& Hiſpanię pariter ſunt ſecutę. Intantũ ꝙ oẽs eccleſię cantant hodie hoc pſalteriũ per Hieronymũ ex interp̃tatione gręca ipſoꝝ.lxx.in latinũ trãſlatũ:& emendatũ,& correctũ. Ex ſupradictis patet ꝙ beatus Hieronymus licet totum reſiduũ vete.teſta.fuerit interp̃tatus ex hebręo non punctuato in latinũ:tamẽ nullã interp̃tationẽ fecit de pſalterio,ſed ſolũ fecit trãſlatiões.ſ.duas ex gręco interp̃tato p lxx.& vnã ex hebręo iam interp̃tato & pũctuato vt dictũ

B eſt. ℭ Reperif ergo triplex tranſlatio ſiue triplex pſalteriũ tranſlatũ per Hieronymũ,ſcilicet pſalteriũ Romanum qđ primo trãſtulit ex gręco ad rogatũ Damaſi,qđ iã nõ eſt in vſu. Secundũ pſalteriũ qđ dicif Hieronymi ſcđm hebraicã veritatẽ,imediate ex hebręo in latinũ trãſlatũ:qđ quidem pſalterium licet reperiatur in multis bibliothecis antiquis, tamen in nulla eccleſia legitur,ꝓpter rationes iam dictas. Tertiũ dicitur pſalteriũ per.lxx.interpretatũ ex Hebręo in gręcũ,ſed ex gręco in latinũ per Hieronymũ tranſlatũ & emendatũ ſiue correctum.qđ quidẽ pſalteriũ p oẽs ecclias latinas cantaf & allegaf & celebraf:& apđ oẽs tã ſęclares q̃ eccleſiaſticos habef in vſu. Scđm ergo hãc cõmunẽ trãſlationẽ intẽdo ſequi pſalteriũ ipſius Dauid in pręſenti expoſitione. Eſt tamẽ verũ ꝙ vtrãq; trãſlationẽ ante oculos habere intẽdo. Et ideo vbi videbo aliquã contradictionẽ aut ſacramẽti occultationẽ in litera Hieronymi:aut concordabo trãſlatiões adinuicẽ,aut differẽtiã aſſignabo. Sed ſi fuerit ſola differentia in rebus abſq; cõtradictione ſententiæ: nullum intendo facere caſum aut mentionem.

## Prologi tam prolixi cauſę.

Non ergo quis miretur ſi antequã venirẽ ad expoſitionẽ Pſalmorũ:ita prolixũ pmiſi proemiũ & tractatũ:quia hoc viſum eſt mihi neceſſariũ:nõ ſolũ ad itelligẽtiã libri pſalmorũ & aliorum librorũ ſacri canonis:ſed etiã ad percipiẽdam mentẽ beati Auguſtini:& aliorũ ſacrorũ doctorũ:qui in virtute ſupradictorũ pricipiorum nobis ſacras ſcripturas expoſuerũt. Vnde neceſſe eſt prudẽtẽ & catholicũ lectorẽ pſcire ĩ quolibet pſalmo nõ ſolũ authorẽ pſalmi:ſed q̃ propoſitio vete.teſta.in illo pſalmo proponatur:& q̃ cõcluſio ſiue qđ myſteriũ noui teſta.nobis ex illa propoſitiõe aperiatur:& in virtute cuius principii talis veritas exquiratur. Et p quã regulam ille pſalmus exponatur. Et quid per nomina ſignificetur ſpiritualiter. Et quę ſacramenta per titulos importentur:& quomodo diuerſę tranſlationes concordentur:& adinuicem verificetur. Et ne oĩa ſimul iſta in quolibet pſalmo quęrerentur & iterarentur:ad vitandã prolixitatẽ & faſtidium:fuit neceſſe ex ſingulis in hoc prologo particularem & ſpecialem pręmittere tractatum.

## Proteſtatio authoris.

Verũtamen antequã deueniã ad expoſitionem huius libri:duo intendo cum proteſtatione pręmittere. Primum:ꝙ nõ intendo aliquid dicere nec aſſerere qđ ſit cõtra determinationẽ Romanę eccleſię:nec ſacrorum doctorum ab ea approbatorum:ſed oĩa mea in hoc opere & dicta idicẽda ſacroſanctę Romanę matri eccleſię ſubmitto corrigenda:ſub cuius fide & obedientia viuere & mori intendo.

## Intentio authoris.

Secundum eſt:ꝙ cũ ego non ſuſceperim hoc opus aggrediendum ad oſtentationẽ mei:ſed ad ſatiſfaciendum deuotioni & petitioni ſimplicium ſacerdotum & Chriſtianorum:Ideo in hoc opere non intendo diſputare materias: cum iam ſint ſatis digeſtę & examinatę per catholicos doctores tam modernos q̃ antiquos. Et ſic non intendo adducere diuerſitatẽ opinionum doctorum ſcholaſticorum:ne videar alicui eorum contradicere vel derogare. Sed ſolũ intendo ex doctrina ſacrorum doctorum antiquorum:ſecundum gratiã mihi deſup datam: veritatem & theſaurum euãgelicum in hoc ſacro agro libri Pſalmorum abſconſum & latentem in lucẽ fidelibus detegere & reſerare:& tãdem cęcitati & obſtinationi modernorũ Iudęorum obſtare:& eorum maledictis & vanis argumentis reſpondere & ſatiſfacere.

## Inuocatio authoris.

Ergo in nomine ſanctę trinitatis ad expoſitionem accedamus.

Finis prologi.

BEatus vir qui nõ abiit ĩ
conſilio ĩpiorũ: & in via
pctõrum non ſtetit: &
in cathedra peſtilentię
non ſedit.

¶ Iſte liber vulgariter appel
laẽ liber pſalmoꝝ Dauid in=
quãtũ oẽs gñaliter appellanẽ
pſalmi: qa cõtiet totã ſacrã ſcri
pturã vet. teſt. p modũ laudis,
vt dictũ eſt in prologo. Scdo dicitur liber hymnorũ Dauid,
& hoc ratiõe finis: eo ꝙ finis oim pſalmoꝝ eſt lętitia & gra
tiarũ actio ꝓ bñficio redẽptiõis, vt patebit. hymnus eñ di=
ciẽ cãtus lętitię. Tertio dr liber ſoliloquioꝝ Dauid. & hoc
rõne modi loquendi: eo ꝙ vel ſolus Dauid loquitur deo in
ſpũ & cõtẽplatiõe, vel introduciẽ Chriſt⁹ loquẽs ſol⁹ ad pa
trẽ, vel introduciẽ chorus myſtice loquens ad patrẽ vel ad
C Tihilim. i. librũ orõnũ. ¶ Sed q̃tũ ad diuiſionẽ huius libri
eſt aduertendũ: ꝙ liber pſalmoꝝ nõ põt ſufficiẽter & p̄ciſe
diuidi p partes & materias ꝓpter iã dicta in ꝓlogo, tracta
tu ſcdo. caplo prio. Et hoc ꝓpter q̃tuor. Prio qa pſalmi nõ
ſũt facti ſucceſſiue in eodẽ tpe: imo in diuerſis tpibus ꝓpter
diuerſas cauſas & occaſiões mouẽtes ip̃ȝ Dauid ad cõdẽdos
pſalmos: ſicut accidebat ſibi ex aduerſitatib⁹ aut ꝓſperita
tib⁹. Scdo qa pſalmi nõ ſũt ordinati & collocati in hoc vo=
lumine eo ordine quo fuerũt facti. Sed ſicut ſucceſſiue fue=
rũt cepti, vt ait Hiero. in prologo maiori. Tertio nõ poſſũt
diuidi per titulos: eo ꝙ inter pſalmos eiuſdẽ tituli interpo=
nũtur pſalmi alioꝝ tituloꝝ. Quarto nõ poſſunt diuidi per
materias: eo ꝙ q̃ꝗȝ multi pſalmi hñt eandẽ materiaȝ. Et
ideo opȝ vt vnuſquiſqȝ pſalm⁹ tanq̃ diuiſ⁹ ab altero, expo=
naẽ & diuidaẽ p ptes. ¶ Sic ergo ad expoſitionẽ pſalmi pri
mi accedam⁹: cui nullus titul⁹ p̄ponĩẽ in hebręo. Et ſic non
apparet actor hui⁹ pſalmi. Sed dicit beat⁹ Hiero. ſcdm opi
nionẽ quorũdã hebręoꝝ ꝙ Eſdras fecit hunc pſalmũ tanq̃
ꝓlogũ toti⁹ libri pſalmoꝝ, vt induceret oẽs fideles ad ſtu=
diũ diuinę legis. Tñ btũs Aug. & Origenes, & Baſilius, &
Caſſiodorus dicũt ꝙ Dauid fecit hũc pſalmũ cũ oib⁹ alijs.
Vñ dicit Baſili⁹ ĩ homil. primi verſ⁹ hui⁹ pſalmi: ꝙ Dauid
ſiue Eſdras q collegit oẽs pſalmos in hoc volumie, p̄poſuit
iſtũ pſalmũ in principio hui⁹ libri tanq̃ brauiũ & p̄miũ oi=
bus obſeruãtib⁹ diuinã legẽ. & vt inducat oẽs ad amorẽ ſa=
pientię diuinę legis, q̃ maxie in hoc volumine continẽ, eo
ꝙ ĩ hoc pſalmo explicaẽ & ꝓmittiẽ vera felicitas & btitudo
cõtẽplatorib⁹ diuinę legis & obſeruatorib⁹. Itẽ ip̃emet Hie
ronym⁹ in epl'a ad Paulinũ de oibus libris ſacrę ſcripturę
attribuit hũc pſalmũ ip̃i Dauid cũ dicit in deſcriptione viri
iuſti. Cum Dauid eũ arbori vitę q̃ eſt ĩ paradiſo cõpararet:
hoc itulit, In lege dñi volũtas ei⁹, & in lege dñi meditabiẽ
die ac nocte. Ex quo ptȝ ꝙ Dauid fecit hũc pſalmũ. Nec va
let euaſio quorũdã dicentiũ: ꝙ licet Dauid non fecerit oẽs
pſalmos: tñ tot⁹ liber pſalmoꝝ denoiaẽ a Dauid, tãq̃ a ma
iori parte. Sȝ hęc euaſio videẽ friuola. Nã Hieronym⁹ ĩ ma=
iori ꝓlogo pſalmoꝝ de mẽte doctoꝝ hebręoꝝ dicit ꝙ Da
uid nõ fecit niſi nouẽ pſalmos, ergo ſcdm illũ modũ loquẽ
di. Dauid minorẽ partẽ fecit. Et ſic tot⁹ liber nõ denoiareẽ
ab eo. Ex quo ptȝ ꝙ Hiero. ibi ſolũ locut⁹ eſt ſcdm opinio=
nẽ magiſtri ſui Barrabã, & quorũdã alioꝝ hebręoꝝ illius
tpis. Sed poſtea Hiero. locut⁹ eſt ſcdm veritatẽ: cũ in diuer
ſis epl'is & tractatib⁹ oẽs pſalmos diuiſiȝ allegat ꝓ ip̃o Da
uid, vt patebit. Ex dictis ergo Aug. & Baſilij ptȝ ꝙ Dauid
fecit hũc pſalmũ in quo ꝓmittiẽ vera btitudo cõtẽplatorib⁹
& obſeruatorib⁹ legis. ¶ Ad cui⁹ euidẽtiã eſt vlterius notã
dũ ꝙ oẽs ſapiẽtes in hoc cõueniũt, ꝙ vera btitudo eſt finis
oiȝ actuũ hũanoꝝ, vt ptȝ. j. Ethi. & ꝙ eſt bonũ p ſe ſufficiẽs
delectẽs habẽtẽ. & p cõſequẽs ꝙ eſt ſtat⁹ oiȝ bonoꝝ aggre
gatiõe pfect⁹, quo adepto nihil ẽ ãpli⁹ qd deſiderari q̃at,
vt cõcludit Boe. iij. de cõſolatiõe. Sed de iſto ſtatu pfecto &
beitudine in quo cõſiſtat: ſapientes diuerſimode loquunẽ
quo ad modũ, lȝ quo ad obiectũ oẽs cõueniãt in deũ. Nam
Peripatetici dicũt, ꝙ cõſiſtit in ſpeculatione ſũmi intelligi=
bilis & cęterarũ ſubſtãtiaꝝ ſeparataꝝ, vt ptȝ. x. Ethi. & . xij.
Metaphy. Sed Auicẽna & Algazel dicũt. ix. Meta. ꝙ vltia
btitudo & pfectio aĩę rõnalis eſt: vt fiat ſpeculũ intelligibi
le, & deſcribaẽ in ea forma totius. Et ſic recipiat formas oiȝ
intelligibiliũ vſqȝ quo iũgaẽ primo intelligibili quod eſt de⁹,
& fiat vnũ cũ eo, & tunc eſt in vltia pfectiõe & btitudine,
qa tũc prim⁹ intellect⁹ lucet in eo. Sed in veritate licet hoc
ſit bene dictuȝ: tñ nõ explicat totã eſſentiã btitudinis hois.
Nã itelligẽtia nõ ſolũ btificaẽ ĩ apprehẽſiõe & cõtẽplatiõe
ſũmi intelligibilis: ſed inquãtũ moueẽ ꝓpter ip̃m amatũ &
deſideratũ, vt patet. xij. Meta. Et ſic btitudo ꝓut conſiſtit
in cõtẽplatiõe, & cõtẽtatiõe, & delectatiõe, explet totũ de=
ſideriũ hũanũ & appetitũ. ergo nõ ſolũ ptinet ad apprehẽ
ſionẽ intus. Sed vltimate cõpleẽ & pficiẽ p volũtatẽ & amo
rẽ. Nec ſufficit ꝙ aĩa iũgaẽ primo intelligibili per itellectũ:
ſed neceſſe eſt, vt amore inhęreat ipſi per volũtatẽ, ad hoc
ꝙ appetitus & deſideriũ noſtrũ finiatur, & ſiſtat, & explea
tur. Nã licet de⁹ inquãtũ ens primũ & prima veritas: ſit pri=
mum & ſummũ intelligibile: tñ inquãtũ eſt ſummũ & ſuffi=
ciẽs p ſe bonũ: eſt ſummũ appetibile & amabile: & vt ſic, ſa
tiat appetitũ. Et ſic felicitat & btificat hoies & angelos, &
eſt eo fruendũ. Ideo ait Aug. primo de doctrina chriſtiana:
ꝙ frui eſt amore inhęrere alicui ꝓpter ſe. Et ſic ſolis diuinis
pſonis ẽ fruẽdũ quę nos beatos faciũt. inquãtũ in eis eſt vna
ſũma bonitas, & tñ fruimur cognitis quib⁹ volũtas delecta=
ta conquieſcat. ¶ Ex quo patet ꝙ tria ſunt de ratiõe btitu E
dinis, primo cognitio ſũmi boni, & ſic ait Chriſt⁹ Ioã. xvij.
Hęc eſt vita ęterna: vt cognoſcãt te ſolũ deũ verũ, & quem
miſiſti Ieſuȝ Chriſtũ. Scdo fruitio & poſſeſſio illius ſũmi bo
ni cogniti & apprehenſi. & hoc p inhęſionẽ volũtatis. Ter=
tio delectatio & quies & cõtẽtatio in illo ſũmo bono poſſeſ
ſo. Et in hoc cõſiſtit eſſentialiter btitudo. Et ſic nullũ aliud
eſſentiale põt ſibi addi nec deſiderari, licet aliquod accidẽ
tale poſſit addi & appeti. vt infra patebit. Ex his patet ꝙ
in hac vita nemo põt eſſe beatus in re, ſed ſolum in ſpe: in=
quantũ p bona opa q̃ hic facit expectat p̄miũ beatitudinis.
¶ Sed de modo inhęrendi & acquirendi hãc btitudinẽ fue F
rũt multę opiniões. Nã veri philoſophi dixerũt ꝙ p opatio
nes ſcdm morales virtutes. Sacerdotes aũt gẽtiliũ dicebãt,
ꝙ nemo poterat puenire ad illã btitudinẽ niſi per cultũ plu
rium deorũ, & ſic finxerunt cõplures ſupſtitiões, & ritus ne
fandos, & falſas doctrinas ad decipiẽdos & attrahẽdos po
pulos ad cultũ pluriũ deoꝝ: vt oſtẽdit Euſebi⁹ in quiqȝ pri=
mis libris de p̄paratiõe euãgelica. Et Lactãtius ĩ libris diui=
narũ inſtitutionũ. Et Aug. in primis decẽ libris de ciuitate
dei. Sed ſola ciuitas & populus dei diuino nutu & ſpũ ſan=
cto inſtructus a principio dicit: ꝙ via acquirẽdi p̄dictã bti=
tudinẽ nõ eſt niſi ſtudiũ & obſeruãtia diuię legis. Et rõ eſt:
nã ſicut pctm̃ p qd daẽ poena & miſeria aeterna, nihil alid
eſt niſi p̄uaricatio diuinoꝝ p̄ceptoꝝ, & oẽ dictum vel fa=
ctũ cõtra illud qd lex prohibet, vt inquit Augu. & Ambro.
ergo meritũ quo acquiriẽ btitudo nihil aliud eſt niſi cõtem
platio & obſeruatio diuinę legis. Et quia totum hoc fuit
reuelatũ ĩ ſpũ ip̃i Dauid: ideo fecit hũc pſalmũ & . cxviij. Iõ
Eſdras p̄poſuit ip̃ȝ tanq̃ brauiũ in principio libri pſalmoꝝ
vt ſupra dictũ eſt per Baſiliũ. ¶ Ad cuius maiorẽ euidẽtiaȝ
eſt Tertio notandũ ſcdȝ Aug. lib. cõfeſſionũ, ꝙ de⁹ creauit
hoieȝ: vt ip̃ȝ cognoſceret, & cognoſcẽdo amaret, & amãdo
frueretur. &c. & ſic beatificareẽ in tali fruitione. Sed voluit
deus ꝙ hõ non attingeret talem beatitudineȝ & p̄miũ niſi

pri⁹ operãdo mereref.Et ideo ĩ paradiſo terreſtri dedit ſibi
legẽ in principio valde leuem.ſ.vt operaretur & cuſtodiret
lignũ vitę, & coleret, & de oĩ ligno ederet ad vitã ſuſtẽtan
dam:ſed de ligno vitę ederet ad vitã ꝑpetuandã : & de oĩ
ligno ederet:pręter q̃ de ligno ſciẽtię boni & mali, & hoc
ſub cõminatione duplicis mortis, vt pꝫ Geñ.ij.Et ſic patet
ꝙ in illa lege erat duplex præceptũ.ſ.vnũ affirmatiuũ, &
aliud negatiuũ, vnde erat ꝓpoſitũ pręmiũ ſi obſeruaret &
obtẽperaret, & pœna ſi tranſgrederef.Sed quia pręuarica
ti ſunt primi parentes pręceptũ & legem dñi:ideo perdide
runt præmiũ & beatitudinẽ promiſſam, & inciderũt in poe
nã mortis & miſerię. Et ſic a paradiſo terreſtri in qua ad p̄
ſens felicitabantur, ſunt expulſi, & in hanc vallẽ lachryma
rum deſtinati. Et ſic cũ eſſent felices ciues illius ciuitatis per
obedientiam & obſeruantiã illius legis, facti ſunt exules &
miſeri peregrini propter inobedientiam. Sed quia deus eſt
ſumme bon⁹ & miſericors, miſertus eſt hoi veniã & miam
petenti .Et vt recuperaret felicitatẽ ꝓmiſſam in cęlo:quã
peccando amiſerat:voluit deus vt in hoc mũdo peregrinã
do nõ aliter q̃ per legẽ fidei ambulãdo, & ip̄aꝫ legẽ dei ob
ſeruãdo ad cœleſtẽ felicitatẽ ꝑueniret. Et loco originalis iu
ſtitię dedit ei iuſtitiã & legem quã nũc habem⁹, & per quã
ambulat hõ myſticus in hoc mũdo. Et ſic per hanc legem
ſiue in hac ambulauit Adã cũ tota ſua poſteritate fideliuꝫ
vſqꝫ ad Chriſtum, & ambulat in p̄ſenti vſqꝫ ad iudiciũ:vt di
ctũ eſt in ꝓlogo tractatu.iij.Ex quo pꝫ ꝙ tota lex dñi tam
in vet.teſt.q̃ in nouo data eſt nobis adeo ad colendũ & ob
ſeruandũ loco illius originalis iuſtitiæ quã homo debebat
ſeruare in paradiſo. Et iſta dicitur lex dñi & via peruenien
di ad verã btitudinẽ :q̃ ſcd̃m diuerſas ętates accepit maio
res perfectiões vſqꝫ ad Chriſtuꝫ, in quo accepit grãm & re
dẽptionẽ.nũc aũt iã nõ expectat niſi vltimũ terminũ & bti
tudinẽ. Et ſic dicif via dñi:per quã ꝑegrinamur ad vltimã
& verã beatitudinẽ. Hoc ergo myſteriũ p̄uidẽs & cõtẽplãs
Dauid in ſpũ, fecit hunc pſalmũ in quo cõparat legẽ dñi &
cultorẽ eius ipſi arbori vitę plantatę in paradiſo delitiaruꝫ
Nã ſicut ſi Adã ſeruaſſet p̄ceptũ dñi, & coluiſſet illã arbo
rẽ:vixiſſet in p̄ſenti felicitate inæternũ: & poſt longã vitã in
p̄ſenti fuiſſet abſqꝫ morte trãſlatus in meliorẽ & feliciorem
vitã æternã in cęlo:ita nos colendo legẽ dei & obtẽperãdo
eius p̄ceptis, quę quidẽ lex nobis loco illius arboris ad colẽ
dũ data eſt, obtinebim⁹ vitã grę in p̄ſenti & vitã gl'ioſam &
ęternã in futuro. Et ſicut Adã cõtẽnẽdo diuinã legẽ & arbo
rẽ vitę, guſtãdo de cibo vetito ꝑdidit vtrãqꝫ felicitatẽ, & in
cidit in vtrãqꝫ poenã mortis: Ita pariter p̄uaricator huius le
gis nõ ſolũ ꝑdit p̄fatã ꝓmiſſam felicitatẽ:ſed etiam incur
rit dãnationẽ ęternã. Vñ hoc myſteriũ & hãc ꝓpoſitionem
apperit nobis Dauid in hoc pſalmo. Eſt ergo dicendum ꝙ
Dauid ex myſterio ligni vitę plãtati in paradiſo accepit pa
rabolam & ꝓpoſitionẽ ad faciendũ hũc pſalmũ.i quo duo
principaliter facit. Nã primo oſtẽdit ꝙ lex dñi eſt via ꝑ quã
ꝑuenif ad verã btitudinẽ, & ꝑ quã daf felicitas æterna. Se
cũdo cõminaf poenã æternã & priuationẽ btitudis trãſgreſ
ſorib⁹ hui⁹ legis, ibi. Nõ ſic impij nõ ſic. Quo ad primũ aũt
duo facit:nã primo facit q̃d dictũ eſt. Scd̃o hoc ꝓbat per cõ
parationẽ & figurã ligni vitę plantati in paradiſo. In qua
etiam parte oſtendit iplicite in quibus conſiſtit eſſentialiter
G vera btitudo, ibi. Et erit tanq̃ lignũ. ❡ Quãtũ ad primũ eſt
primo notandũ.ſcd̃ꝫ Ariſt. prio Ethicoꝝ:ꝙ ſicut ſagittari⁹
nõ põt trahere recte, nec dirigere ſagittã in ſignũ niſi p̄ui
deat & cognoſcat ſignũ: Ita & nos nõ poſſum⁹ ꝑuenire ad
felicitatẽ, q̃ eſt finis oim actuũ hũanoꝝ:niſi p̄cognoſcam⁹
terminũ, & felicitatẽ, & viã ꝑueniẽdi ad felicitatẽ. Cũ ergo
finis noſter, & btitudo ſit poſſeſſio, & fruitio ſũmi boni q̃d
eſt deus: & via ꝑueniendi ad hanc beatitudinem ſit lex dñi
vt dictũ eſt: Ideo ſunt duo nobis p̄cognoſcenda. Primo de⁹
trinus, & vn⁹ creator, & redẽptor, & glorificator ſiue bea
tificator, qui vt ſic, eſt finis noſter &c. Scd̃o ip̄a lex diuina
ꝑ quã ſumus ad ip̄m finẽ ꝑuẽturi. Sed quia primũ eſt ſupra
humanã facultateꝫ naturaliter in hac vita:ideo opꝫ vt hoc
cognoſcamus & credam⁹ ꝑ fidẽ. Et ſic in hac fide ambula
uerũt p̄res antiq ab Adã vſqꝫ ad Chriſtũ. Et ſic fuit neceſſe
vt de⁹ reuelaret eis myſteriũ creatiõis & futurę incarnatio
nis & redẽptiõis Chriſti, i cui⁹ fide ſaluati ſũt i aduẽtu Chri
ſti. Et i eadẽ nos ambulamus:vt recipiam⁹ vltimũ terminũ
nrę btitudis. Et ſic ꝑ iſtã fidẽ & legẽ dñi diligim⁹ ꝓximũ, &
ꝑ ſpem ſcd̃m legẽ opamur, & viuim⁹, & meremur futurum
pręmiũ:aliter nõ. ❡ Ex quo pꝫ ꝙ lex diuina eſt illa q̃ do
cet quid ſit credẽdũ, & operandũ, & expectandũ. Et ſic eſt
neceſſaria p̄cognitio, & cõtẽplatio aſſidua diuinę legis. Et
ſic credẽdo ꝑ fidẽ dicimur fideles & veri, & opãdo dicimur
iuſti & boni, & licet nõdũ dicamur bti i re:tñ dicimur bti in
ſpe, qa iã de iuſtitia, & de cõgruo debef iuſtis, & fidelibus
iſta btitudo ex pacto ꝓmiſſa ꝑ Chriſtũ in lege euangelica.
❡ Scd̃o eſt notãdũ ꝙ ſicut tripl'r cõuenit ãbulare in via & H
lege dei, ad hoc ꝙ ꝑueiaf ad finẽ debitũ.ſ.credẽdo, & ope
rando, & ꝑſeuerando, & docẽdo:ita tripl'r contingit errare
circa legẽ dei.ſ.nõ credẽdo, aut nõ operãdo ſcd̃m legẽ:aut
nõ ꝑſeuerãdo:aut falſo mõ credẽdo & docẽdo. Primi.ſ.non
credẽtes, dicunf ifideles & ipij. Scd̃i dicunf iiuſti. Tertij di
cunf irriſores & heretici. Et ſic nullus iſtoꝝ põt ꝑuenire ad
terminũ btitudis. Nam quilibet iſtoꝝ deuiat a via iuſtitię.
Nã ifidelis nõ credẽdo nõ intrat viã veritatis. Et ſic deuiat
ĩ pricipio vię. Iniuſt⁹ aũt lꝫ credat:tñ exit a via i medio. hę
reticus aũt deuiat in fine vię. Et ſic nullus iſtoꝝ põt ꝑueni
re ad terminũ. Quia ad cõſtruendũ m'lta reqrũf:ſed ad de
ſtruendũ ſufficit vnũ, ſiue in vno deficere. Oportet ergo vt
obſeruator diuię legis recte credat: & ꝑſeuerãdo bñ opere
tur, & recte doceat, vt ait ſaluator Matt.v. Qui aũt fecerit
& docuerit, hic magn⁹ vocabif in regno cęloꝝ. Itẽ Iacobi
prĩo. Eſtote factores verbi & nõ auditores tñ.&c. q aũt per
ſpexerit i lege ꝑfecte libertatis: & ꝑmãſerit i ea, nõ auditor
obliuioſus fact⁹, ſed factor opis, hic beatus in facto ſuo erit.
❡ Ex quib⁹ pꝫ ꝙ ad hoc ꝙ quis ꝑueniat ad terminũ btitu I
dis:opꝫ ꝙ fiat pius & fidelis in credẽdo: & fiat iuſt⁹ i opan
do ſcꝫ legem, & ꝑficiat curſuꝫ vię i ꝑſeuerãdo & docẽdo:aut
aliter diceref ipi⁹, aut iniuſt⁹, aut peſtilẽs & hereticus. Hoc
aũt p̄uidẽs Dauid in ſpũ, dicit in pricipio hui⁹ pſalmi. Bea
tus eſt ille vir qui nõ abijt i cõſilio ipioꝝ.ſ.ifideliũ nõ credẽ
do, imo credẽdo, & i via pctõꝝ nõ ſtetit cõtra legẽ agẽdo,
imo operando ſcd̃m legẽ, & in cathedra peſtilẽtiæ nõ ſedit
falſo docendo & intelligendo. Vñ nota ꝙ vbi trãſlatio nr̃a
habet in cathedra peſtilentię, &c. litera Hieronymi habet
ſcd̃ꝫ hebraicã interp̄tationẽ i cathedra irriſoꝝ nõ ſedit, q̃d
idẽ eſt. Nã hęretici ꝑuerſe gloſſando ſcripturas, dicũf irriſo
res legis & veritatis diuię. Et ſic etiã dicũtur peſtilẽtes:quia
ſuo mortifero veneno cęteros ſauciãt & inficiũt. Nota etiã
ꝙ in hoc verſiculo ponuntur tria noia adiectiua.ſ.impioꝝ,
pctõꝝ, & peſtilẽtiũ, ſiue irriſoꝝ, & pariter ponũf tria noia
localia.ſ.i cõſilio, & i via, & i cathedra. Et ponunf etiã tria
verba.ſ.abijt, ſtetit, & ſedit. Sed nõ ſuꝑflue ponũf. Nã im
pij ſũt infideles, qa pietas ꝑtinet ad fidẽ, pctõres ſũt iniuſti
a via iuſticię declinantes & errãtes, peſtilẽtes vero ſunt hę
retici & obſtinati in pctõ. Sed cõſiliũ impioꝝ eſt falſa ſuꝑſti
tio paganoꝝ, Via pctõꝝ eſt via vitioꝝ. Cathedra peſtilẽ
tię ẽ falſa doctria hęreticoꝝ. Infideles ergo pagani recedẽ
tes a via veritatis abeũt i cõſilio ipioꝝ nõ credẽdo:pctõres
aũt & iniuſti ſtant & ꝑmanẽt i via vitioꝝ.ſ.i ſuꝑbia, & auari
tia, & luxuria. hęretici vero ſedẽt i falſis ſectis peruerſorũ
dogmatũ & erroꝝ, & ꝑmanẽt in ſuo pctõ & obſtinatione.
❡ Vñ i hac cathedra peſtilẽtię ſeu irriſoꝝ ſedit & legit pri K
mo, Sauciniacus, q prio apd Phœnices & ægyptios tradi
dit nephãdos rit⁹ colẽdi falſos deos. Et Muſęus, & Linus,
& Homerus apud græcos. Et Numa Pompilius apud Ro

manos In hac etiã cathedra peſtilẽtię ſedit Ariſtoteles cũ
dixit.viij.Phyſicoꝝ.& primo cæli & mundi, Mundũ eſſe
ęternũ. & cũ dixit.ij.de gñatiõe,reuolutiões celoꝝ eẽ eter-
nas,& quorũ ſubſtantia ſemel deperijt,impoſſibile eſſe ite
rũ redire.& per conſequẽs reſurrectionẽ eſſe impoſſibilem.
Itẽ in hac cathedra peſtilentię legit & ſedit commentator
Auerroys,cũ dicit eſſe vnicũ intellectũ oĩbus hoĩbus.iij.de
aĩa,cõmẽto.v.Itẽ Auicẽna:qui ponit datorẽ formarũ in cõ
cauo orbis lunę,& poſſe aĩas intellectiuas creare.& ſic in li
bro de diluuijs hoĩes poſſe naturalit̃ generari ex corruptio
ne p ſolam influentiam aĩæ a datore formarũ. Itẽ in hac ca
thedra ſedit Arrius cũ ſuis,qui dixit filium nõ conſubſtan-
tialẽ patri. Itẽ Neſtori⁹ qui aſſeruit duas pſonas in Chriſto.
Itẽ Eutichius qui poſuit vnicã naturam cũ vna perſona,&
ſic de cęteris peſtilentibus & irriſoribus hęreticis. ❡ Item
tot⁹ iſte verſus põt intelligi myſtice ſiue ꝓphetice de Chri
ſto,& p oppoſitũ de Adam. Nam Adam abijt in cõſilio i-
piorũ qñ perſuaſu diaboli diſceſſit a diuio p̃cepto,& come-
dere ꝓpoſuit fructũ phibitũ. Sed tũc ſtetit in via pc̃õrum
qñ actualiter comedit.Sed tũc ſedit in cathedra peſtilẽtię
quando ſuo peſtifero veneno omẽs poſteros ſauciauit. Hoc
idẽ eſt dicendũ de diabolo qui recedens ab amore dei con
uerſus ad amorẽ ſui magis dilexit ſeipm q̃ deum,nõ implẽ
do volũtatẽ dei,& ſic manſit obſtinat⁹ ſedens in cathedra
peſtilẽtię. Et ſic docet oẽs hęreſes & falſas ſectas. Sed Chri
ſtus fuit ille qui nunq̃ abijt in conſilio impiorum:quia nũq̃
receſſit:immo ſemp impleuit voluntatẽ patris,& nunq̃ ſte
tit in via pc̃õrum:quia pc̃m̃ non fecit nec inuentus eſt do-
lus in ore ei⁹,nec ſedit in cathedra peſtilentię:quia viã dei
in veritate docuit,quia eſt via veritas & vita.ideo aſcendit
in montẽ & ſedens docuit & declarauit legem. Matth.v.
Iſte etiam verſus poteſt exponi moraliter de quolibet fide
L li & iuſto. ❡ Nã pc̃m̃ habet,tres gradus ſcʒ ꝓpoſitũ,opera
tionẽ,& obſtinationẽ. Vñ quando quis ꝓponit peccare:tũc
abijt in cõſilio impioꝝ per cõſenſum ſiue conſentiendo cõ-
ſilio diaboli. Sed qñ operaẽ p effectũ:tũc iaʒ ſtat in via pec
catoꝝ cũ diabolo. Sed dũ manet obſtinatus & moritur in
M peccato:tũc ſedet in cathedra peſtilẽtiæ cũ diabolo. ❡ Duo
ergo intelligunẽ per ſeſſionẽ in cathedra peſtilẽtię.ſ.doctri
na hęreticoꝝ peſtifera,& impœnitentia obſtinatoꝝ:quia
ambo illi ſedent in cathedra peſtilentię:quia vterq; iſtorũ
inficit ſocios,iſte p falſam & peſtiferã doctrinã,& ille exẽ-
plo prauę vitę dat cęteris occaſionẽ & audaciã peccandi.
& ambo dicuntur irriſores diuinæ legis,ſcʒ ille falſo interp̃tã
do,& hic p̃uaricãdo & diuina p̃cepta & ſacramẽta eccliaſ-
ſtica cõtẽnẽdo. Vñ nota ꝙ ſicut eſt triplex gradus maloꝝ
hoim,ſcʒ ꝓponentiũ peccare,& peccantiũ,& obſtinatoꝝ:
ita ſunt tres gradus bonoꝝ.ſ.incipientiũ & proficientiũ &
pfectoꝝ. Et ideo iſte verſus debet legi & intelligi hypothe
tice ſic: Beatus vir qui nõ abijt in cõſilio impioꝝ:ſed man
ſit in cõſilio fideliũ & iuſtoꝝ,& in via pc̃õꝝ non ſtetit,ſed
in via iuſtorum pmanſit bene operando,& in cathedra pe
ſtilẽtię nõ ſedit:ſed in vera doctrina legis perſeuerauit. Iteʒ
licet aliquando abierit in cõſilio impioꝝ conſentiendo,&
ſteterit in via peccatoꝝ male operando:tamen non ſedit i
cathedra peſtilentię,quia finaliter pœnitẽtiã egit de pc̃tis.

**Sed in lege domini volũtas eius:& in lege eius meditabitur die ac nocte.**

❡ Notãdũ ſcd̃m Caſſiodorũ:ꝙ totus iſte pſalmus ꝓcedit p
ſyllogiſmos ſiue propoſitiones hypotheticas & duplices.
Nam ex negatiua infertur affirmatiua & ecõtrario. Vnde
quando in primo verſu dicit negatiue. Beatus vir qui non
abijt.&c.ideo ilico affirmatiue ſubdit. Sed in lege domini
fuit voluntas eius.&c. Quaſi dicat ꝙ beatus eſt vir qui non
receſſit a deo,nec a lege ſua:ſed opere & fide ſemp manet
in lege domini per cõtemplationem & operationeʒ. Vnde
quia non ſufficit ſolum non agere malum niſi quiſq; agat
bonum & operetur ſcd̃m legẽ: Ideo poſtq̃ dixerat: Beatus
vir qui non abijt.&c.i. qui non deuiauit a lege in propoſi-
to nec in facto.&c.protinus addit. Sed in lege dñi.id eſt ſẽ
per ille eſt beatus ſupple cuius volũtas eſt in lege domini,
& in ea meditabitur die ac nocte. Vnde notandũ ꝙ ſicut
ſupſtitio & infidelitas reddit hoĩeʒ infidelẽ & peccatorem
& peſtilentem: Ita lex diuina & eius aſſidua contemplatio
reddit ipſum pium,& fidelem,& cultorem vnius dei,& iu
ſtum,& pium,& ſaluum,& dignum vita ęterna. Ideo ſub-
dit: Sed in lege dñi voluntas eius &c. Iterum aduertendũ
ꝙ duo dicit de viro iuſto. Primo ꝙ voluntas eius ſit in lege
dñi. Secundo ꝙ in ea meditabitur.&c. Vnde per primum
intelligitur operatio ſecundum legem,per ſecundum vero
aſſidua contemplatio. Nam primo quis credit per aſſiduã
contemplationem,quod pertinet ad intellectuʒ. Secundo
diligit deum & ꝓximũ in affectu & i affectu,qd ptĩet ad vo
luntatem. Nam ex aſſidua contemplatione generatur fi-
des,& ex fide generatur charitas,& ex vtraq; naſcit̃ ſpes,
quia quod credimus bonum diligimus,& bonum futurum
creditum & amatum ſperamus. Quando ergo chriſtianus
baptizaẽ,& quando non conſentit diabolo:tunc non abijt
in conſilio impiorum:ſed fideliũ. Et quando voluntas ei⁹
manet in lege domini,tunc operatur ſecundum pręcepta,
& non ſtat in via peccatorum ſed iuſtorum,& cum contem
platur aſſidue in lege domini cum humilitate & charitate:
tunc non ſequetur falſas doctrinas,nec manebit obſtinat⁹.
Et ſic non ſedebit in cathedra peſtilentiæ, ſed veritatis &
ſalutis. Et ſic talis eſt beatus in ſpe,vt dictum eſt. ❡ Secun N
do eſt notandum ꝙ dies & nox tripliciter ſumitur in ſacra
ſcriptura. Primo tẽporaliter. Et ſic dies eſt p̃ſentia ſolis ſup
terram,& nox abſentia eiuſdẽ. Secũdo ſumit̃ moraliter. Et
ſic proſperitas dicit̃ dies,& aduerſitas nox. Tertio ſumitur
allegorice. Et ſic lex vetus dicitur nox, & lex noua dicitur
dies. Et ſic dicit Apl̃s ad Romanos.xiij. Nox pręceſſit,dies
autem appropinquabit.&c. Quomodocũq; ergo ſumatur
ſemp verificaẽ hoc dictũ,quia neceſſe eſt bonũ virum me-
ditari in lege dñi die ac nocte. Nam beatus vir qui medita-
tur in lege dñi die ac nocte tẽporali.i.per totum tẽpus vitę
ſuę. Nã tunc cognoſcet deum: & exẽplo bonorum cauebit
omne malũ,& faciet omne bonũ. Et ſic non abibit in con-
ſilio impiorum,nec ſtabit in via peccatoruʒ, nec ſedebit in
cathedra peſtilentię,ſed ſalutis.&c. Item beatus,qui medi
tatur in lege dñi die ac nocte,id eſt in ꝓſperitate & aduer-
ſitate. Nam cõſiderando iſta mundana eſſe tranſitoria,&
omnia cæleſtia eſſe æterna: quę non acquiruntur niſi p bo
na opera,& per patientiam in aduerſis. Et ſic exemplo ſã-
ctorum patrum patienter tollerabit aduerſa,& prudẽter di
ſponet proſpera. Et ſic nec extolletur in ꝓſperis:nec deſpe
rabit in aduerſis:ſed ęquanimiter feret vtraq;. Item beat⁹
qui meditatur in lege dñi die ac nocte.i.in teſtamento ve-
teri & nouo. Nã in teſtamento vete. intelliget oĩa myſteria
Chriſti & eccleſię fuiſſe figurata & prophetata: & in teſta.
no. eſſe cõpleta. Et ſic cõtemplãdo tã alta & profunda my-
ſteria: totaliter eleuabitur a mũdanis ad amoreʒ cęleſtium
intantũ ꝙ nõ abibit in cõſilio impiorum:nec ſtabit in via
peccatoꝝ.&c. Vnde ait Auguſtinus ad Voluſianũ, ꝙ tan-
ta eſt auctoritas & profunditas ſacrę ſcripturę ꝙ ſi diebus
ac noctibus quis vellet in ea cõtemplari:adhuc non ſuffice
ret paruã partem eius attingere,propter profunda & infi-
nita myſteria latentia in lege veteri,& reuelata per Chri-
ſtum in lege noua. Ideo ait ſaluator Matthęi.xiij. ꝙ omnis
ſcriba doctus in regno cælorum ſimilis eſt patrifamilias q
profert de theſauro ſuo noua & vetera: id eſt qui de vtroq;
teſtamento habet intelligentiam. Tota ergo intelligentia
iſtorum duorum verſiculorum quos explanam⁹: ſtat i hoc
ſcilicet ꝙ vera & futura beatitudo quam pdidit Adam non

recuperatur nec acquiritur in hac vita niſi per cõtẽplationẽ
& obſeruationẽ diuinę legis,& nõ p ſolas virtutes morales
ſicut dicebãt philoſophi,nec p cultũ pluriũ deorũ ſicut dice
bant poetę:nec per vitã voluptuoſam,ſicut dicebant Epi
curei & hæretici qui non credunt altam vitam futuraȝ,nec
beatitudinem bonorum,nec pœnam futuram malorum.
Et ſic ſoli fideles ſunt beati &c.

## Et erit tanq̃ lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum:quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.

❡ In hac ſecũda particula explicat pręmiũ beatitudinis ,p
miſſum obſeruatoribus diuinę legis cõparando diuinaȝ le
gem,ſiue ipſum Chriſtum,ſiue virũ iuſtũ ligno plantato i
O paradiſo. ❡ Vñ ſicut Adam cuſtodiendo & colendo illud
lignum vitę collegiſſet duplicẽ fructum. Primo enim con-
tinuaſſet vitã felicẽ in pręſenti abſq; aliqua miſeria. Secun
do fuiſſet trãſlatus in cælum ad vitã meliorem & æternaȝ,
per viſionem & fruitionẽ diuinę eſſentię,vt inquit Auguſti
nus ſup Geñ. Ita ergo pari ratiõe oẽs fideles obſeruatores
diuinę legis receperũt fructũ redemptionis in primo aduẽ
tu Chriſti. Et nos continue recipimus fructũ gratię in pręe
ſenti,& recipiemus fructũ glorię in futuro poſt hanc vitam
tranſlati in cælum. Et in ſcdo aduentu recipiemus vltimam
perfectionem recuperãdo corpora glorioſa per reſurrectio
nem. Et hoc eſt pręmium qđ Dauid promittit cultorib⁹ di
P uinę legis in hac ſecunda particula. ❡ Ad cuius intellectũ
eſt primo notandũ,ꝙ illud lignum vitę plãtatũ in paradi-
ſo quatuor figurabat:ſcilicet Chriſtum & legẽ diuinam,&
quẽlibet virum iuſtũ,& crucem Chriſti. Primo enim ſecun-
dum Auguſtinum primo libro contra aduerſarium legis &
prophetarum,figurabat Chriſtum. Nam quia Adam pdi-
dit illud lignum vitæ plantatũ in paradiſo a quo ſumebat
fructuȝ vitę:ideo deus pater in ſupplementum huius ligni
plãtauit aliud lignum.ſ.Chriſtũ in ventre virginis Marię,
qui dedit duplicẽ fructum in tempore ſuo. Nã primo dedit
nobis fructũ redẽptionis & gratiæ in præſenti. Scdo dat fru
Q ctũ glorię in futuro. ❡ Et ſic ſicut Chriſt⁹ dicitur lignũ vitę:
ita pariter virgo Maria,dicitur paradiſus delictarũ:in qua
lignuȝ verę vitę fuit plãtatũ & ex puris ſanguinibus forma
tũ.p quã currũt quatuor fluia gratię.& ab inſtanti ſuę crea-
tionis:vt dicitur cãticorũ quarto,Hort⁹ cõcluſus ſoror mea:
Hortus cõcluſus & fons ſignatus. Iteȝ Eſaię.xi. Egredietur
virga de radice Ieſſe.&c. Item cap̃.liij. Et erit ſicut virgultũ
coram eo,& ſicut radix de terra ſitienti.&c. Ex quo patet
ꝙ ſicut Chriſtus dicitur lignũ vitę:Ita virgo Maria dicit
paradiſus deliciarũ,in qua fuit plãtatũ illud lignũ, de quo
ligno vitę & paradiſo dicitur Apoca.ij. Vincenti dabo ede
re de ligno vitę qđ eſt in paradiſo.&c. Scdo illud lignũ pa-
radiſi figurabat diuinã legẽ. Nã ſicut de⁹ plantauit illũ li-
gnũ in paradiſo,vt Adã colendo illud ſumeret fructũ ad cõ
tinuãdã & ppetuandã vitã felicem,colligẽdo fructũ in tem
pore ſuo:ita poſt peccatum in ſupplementũ illius ligni de⁹
plantauit legẽ diuinã in ecclĩa ab Adã vſq; ad iudiciũ:quã
coluerunt patres antiqui in vete. teſta.& collegerunt ex ea
fructũ redẽptionis in temopre ſuo.ſ.in primo aduẽtu Chri-
ſti. Nã ſicut arbor germinat fructũ in tẽpore ſuo.ſ.i vere aut
in ęſtate:ita lex diuina vetus germinauit & fecit & peperit
fructũ.ſ.Chriſtũ in tempore ſuo,quãdo venit plenitudo tẽ
poris.ad Gala.iiij. Et lex euãgelica fecit aſſidue fruct⁹ gra
tię,& faciet fruct⁹ glorię in tẽpore ſuo poſt hanc vitam his
qui ſeruãt eã.de qua lege dicit Salomon. prouerbioruȝ.iij.
Lignũ vitę eſt his qui apprehenderũt eã,& qui tenuerũt eã
beati. Tertio illud lignũ vitę paradiſi figurabat quẽlibet
fidelẽ & hoĩem iuſtũ,qui eſt plãtatus ſecus decurſus aqua-
rũ baptiſmaliũ,& alioꝝ ſacramentoꝝ ecclię.qui quidẽ hõ
iuſtus facit fructus meritorũ & bonorum operuȝ in tẽpore
ſuo.ſ.in hac vita,dũ eſt tẽpus operandi & merẽdi. Et ſic hõ
iuſtus faciẽdo fruct⁹ meritorios colligit fruct⁹ gratię in hac
vita,& fructus glorię in futuro de ligno vitæ qui eſt Chri-
ſtus. Ex quib⁹ patet,ꝙ de quolibet iſtorũ triũ poteſt verifi-
cari iſte verſus,ſcilicet de Chriſto,& de diuia lege,& de ho
mine iuſto. Et primo verificatur de Chriſto. Vñ dicicit Da-
uid. Beat⁹ vir Chriſtus qui ſolus non abijt in cõſilio impio-
rũ.&c. Sed in lege dñi fuit volũtas eius:qui ſemper ipleuit
volũtatẽ patris. &c. Ideo eſt tanq̃ lignũ plantatũ,id eſt qđ
plantabit in vtero virginali,& in medio ecclĩe ſecus decur
ſus aquarũ gratiarũ,& donoꝝ,& oĩm virtutũ,& dabitur lo
co illius ligni paradiſi qđ Adã pdidit ,ppter pctm̃.quod q-
dẽ lignũ dabit fructũ in tẽpore ſuo,ſcilicet in primo aduen
tu dabit fructũ redemptionis & gratię.& in ſecundo aduẽ-
tu dabit fructum reſurrectionis & glorię.

## Et folium eius non defluet:& omnia quęcunq; faciet proſperabuntur.

❡ Ad cuius intellectũ eſt notandum:ꝙ illa arbor ſiue li-
gnũ vitę qui eſt Chriſtus,primo protulit folia:ſecundo pro
tulit fruct⁹. Folia enim eius fuerunt prędicatio & miracula.
Sed fructus fuerunt noſtra redemptio & glorificatio. Item
folia eius fuerunt eccleſiaſtica ſacramenta. Sed fructus fue-
runt res & effectus ſacramẽtorum,ſcilicet remiſſio culpę &
collatio gratię,quia ſacramẽta nouę legis ſunt viſibilis for
ma,inuiſibilis gratię. Nam illa viſibilis forma ſacramenti
eſt folium. Sed res ſacramenti & effectus quos facit,dicunt
fructus eius. Et hęc ſunt folia & fructus huius arboris vitæ q
eſt chriſtus.quam arborem vidit ioannes Apocalyp.vltio
plantatam in medio paradiſi eccleſię:cum dicit. Et oſten-
dit mihi angelus flumen aquę viuę ſplẽdidũ tanq̃ cryſtallũ
procedentem de ſede dei & agni in medio plateę eius. Et
ex vtraq; parte lignum vitę afferens fructus.xij.per ſingu-
los menſes reddens fructum ſuum. Et folia ligni ad ſaluteȝ
gentium. Et omne maledictum non erit amplius.&c. Vnde
dicit Auguſtinus,ꝙ illud flumẽ quod vidit Ioãnes,eſt gra-
tia ſpiritus ſancti irrigans totam eccleſiam.quod quidẽ flu-
men ſpiritus ſancti procedit a deo & agno,id eſt a patre &
filio, & illud ligniȝ eſt Chriſtus plantatus in medio ecclę:
faciens fructus ſacramentorum per ſingulos menſes & dies
in hac eccleſia,& folia huius ligni ſunt ſacramenta eccleſia
ſtica ad ſalutem noſtram & ad ſanandos noſtros lãguores
inſtituta,quę habent virtutem ex ſanguine agni. XII. au-
tem fruct⁹ quos facit hoc lignum vitę,ſunt:Charitas,Gau
dium,Patientia,Benignitas,Bonitas.&c. quos enumerat
apoſtolus ad Gala.v.quibus correſpondent alij.xij.in glo
ria. ❡ Et ideo valde miror de beato Hieronymo,qui in ex R
poſitione huius pſalmi negat per lignum vitę plantatum
ſecus decurſus aquarum.&c.poſſe intelligi Chriſtum,dixit
eniȝ ꝙ magis nobile non poteſt comparari minus nobili.
ergo Chriſtus non poteſt comparari illi arbori propter ma-
gnam diſtantiam nobilitatis. Sed parcat mihi reuerentia
tanti viri. Nam ipſemet Chriſtus ſe appellat lignum vitę i
locis pręallegatis, ſciľȝ Apoca.ij. &.xxij. Item appellatur
idem Chriſtus leo de tribu Iuda,& lapis angularis,& vitis
vera.&c. Ex quo patet ꝙ ratione proprietatis vere dicitur
Chriſtus arbor ſiue lignum vitę plantatuȝ in vtero virgina
li,& in eccleſia loco illius.&c. Dicit ergo Dauid ꝙ Chriſt⁹
erit tanq̃ lignum vitę quod plantatur ſecus decurſus aqua
rum ſpiritus ſancti in eccleſia,qđ dabit fructum redemptio
nis,& glorificationis in tempore ſuo. Et folium eius nõ de
fluet:in vanum ſupple:Sed quęcunq; faciet ſemper proſpe
rabuntur. Nã paſſio eius & ſacramenta eccleſiaſtica,q̃tum
ad ſe ſemper ſunt ſufficientia ad faciendum fructum & effe
ctum. Sed ſi aliquando non faciunt:hoc non eſt ex defectu
ſacramenti : ſed ex defectu recipientis : accedentis ficte ad
baptiſmum,vel ad confeſſionem & cætera. Et ita eſt de

predicatiõe Chriſti quę fecit fructũ ſcdm q̃ cecidit in terrã
bonã. Matthęi.xiij. quia act⁹ actiuorũ ſunt in patiente di-
ſpoſito.ij. de aia. Et ſic eſt dicendũ q̃ folia Chriſti nũq̃ de-
fluxerunt in vacuũ ratione ſui. Ex quo pz q̃ tota prima ps
hui⁹ pſalmi verificaꝛ de Chriſto qui eſt verũ lignum vitę.
S ¶ Scdo poteſt verificari de ipſa lege diuina. Nã quia dixit
ſupra Beat⁹ vir qui i lege dñi meditabiꝛ die ac nocte: ideo
ſequitur: & illa lex ſupple erit ſibi .ſ. viro iuſto tanq̃ lignuz
qđ plantaꝛ ſec⁹ decurſus aquarũ paradiſi. Nã ſicut Adã co-
lendo illud dignũ collegiſſet fructũ vitę: &c. ita vir iuſtus co
lendo legẽ diuinã & obſeruãdo eã: illa erit ſibi tãq̃ illud li-
gnũ: quia dabit ſibi fruct⁹ gr̃ę & glorię in tpe ſuo. quia lex
vetus in primo aduentu peperit & germinauit Chriſtuz &
noſtram redẽptionẽ. & in ſecundo germinabit reſurrectio
nẽ gñalẽ. & continue profert nobis lex euangelica fructus
gratię in pręſenti & fruct⁹ glorię in futuro. Et foliũ ei⁹ nũq̃
defluet: quia virtus ſacramẽtorũ nunq̃ deficiet i hac ecclia,
quia cõtinue fluit ex latere Chriſti. Et ecclia continue irri-
gatur ex flumine paſſionis Chriſti: a quo fluũt quatuor flu-
mina irrigantia quatuor partes terræ & ideo folia huius ar
boris nunq̃ defluent ſed ſemp proſperabuntur quo ad effe-
T ctum. ¶ Item .iij. iſta prima pars huius pſalmi poteſt verifi
cari de quolibet iuſto. Nã beatus vir iuſtus qui meditatur i
lege dñi die ac nocte. &c. quia talis erit tanq̃ lignũ. &c. Nã
ſicut illud lignũ vitę plantatũ ſecus decurſus aquarũ illorũ
q̃tuor fluminũ padiſi terreſtris nunq̃ pdebat folia: ſed ſemp
faciebat fructũ. &c. Ita pariter vir iuſtus & fidelis qui plan
tatur in eccleſia ſecus decurſus aquarũ baptiſmaliũ, & alio-
rum ſacramẽtoꝝ: dabit fructus meritoꝝ & bonorũ operũ
in tẽpore ſuo .i. huius vitæ. Et colliget fructus gr̃ę in p̃ſenti
& fructus glorię in futuro de ligno vitæ qui eſt Chriſtus. Nã
homo iuſtus faciendo fruct⁹ meritorũ colliget fructus gra-
tię & gloriæ ex ligno vitę qui eſt Chriſtus. vt dicitur Apo-
cal.ij. Qui vicerit dabo ei edere de ligno vitę qđ eſt in pa-
radiſo dei mei &c. Ex quo patet, q̃ tã homo iuſtus q̃ Chri-
ſtus dicitur lignum vitę, ſed aliter & aliter. Nam hõ iuſtus
facit fructus meritoꝝ bonorũ operũ. Sed Chriſtus facit fru
ctus p̃mioꝝ. & ideo ſubdi de viro iuſto, Et foliũ eius nõ de-
fluet, quia opera iuſti viri in charitate facta nunq̃ defluent
in vacuũ, immo quęcũq; faciet proſperabũtur, & facient fru
ctus meritorios: qa diligentib⁹ deũ oĩa cooperanꝛ in bonũ.
V ¶ Itẽ quarto illud lignũ vitæ paradiſi figurabat etiã crucẽ
dñi: quę data eſt nobis loco huius ligni. quę quidẽ crux fe-
cit prio fructũ noſtrę redẽptionis prout fuit plantata i mõte
Caluarię. Sed poſtea plantata in medio ecclię facit fructus
eccleſiaſticoꝝ ſacramẽtoꝝ per ſingulos dies & menſes. Fo
lia vero huius arboris ſunt eccliaſtica ſacramenta. Fructus
autẽ eius ſunt effect⁹ ſacramẽtoꝝ .ſ. collatio gr̃ę & remiſſio
culpę. ¶ Vnde ſacramẽta & eoꝝ effectus dicuntur folia &
fruct⁹ crucis ꝓpter duo. prio quia eoꝝ virtus ꝓcedit ex paſ
ſiõe Chriſti. Scdo q̃ nunq̃ cõferꝛ ſacramentũ ſine ſigno cru
cis. Et ideo accõmodate iſti duo verſiculi poſſũt verificari
de ipo ligno crucis. &c. quia crux dñi erit cultoribus diuinę
legis tanq̃ lignũ, id eſt loco illius ligni quod plãtatũ eſt ſec⁹
decurſus aquarũ in illa paradiſo. &c. qđ dabit eis in tpe ſuo
fructũ redemptionis. &c. Et hoc eſt illud lignũ vitę qđ vidit
X Ioannes Apoca.ij. de quo ſupra dictum eſt. ¶ Eſt vlterius
notandũ ſcdm Aug. q̃ bene merito Chriſtus cõparatur illi
ligno ſiue arbori vitę, & etiam ipſe vir iuſtus cõparatur cul
tori ligni vitę, quia vltimũ qđ expectatur ab arbore diciꝛ
fructus, & vltimus vſus dicitur frui. Naz ideo agricola colit
agrũ & arborẽ: vt finaliter inde colligat fructum & fruatur
eo, & ſic quieſcat in eo. Ita a ſimili nos fideles colimus legẽ
diuinã & ipm Chriſtũ obſeruãdo legẽ: vt hic colligam⁹ fru
ctus gr̃ę, & in fine fruct⁹ glorię. & ſic vltimũ qđ expectam⁹
ex cultu Chriſti & obſeruãtia diuinæ legis eſt vltima felici-
tas & beatitudo, & vt fruamur toto Chriſto .ſ. eius diuinita



te cũ hũanitate. Et ſic Chriſtus eſt veruz lignũ vitę, ex quo
expectam⁹ & colligimus fruct⁹ vitę, & nos ſumus veri culto
res qui fruimur fructibus Chriſti. Sed etiam vnuſquiſq; iuſt⁹
dicitur lignũ vitę vt dictũ eſt: inquãtum facit opera viua &
non mortua, ſcilicet fructus bonorũ operũ dignos vita ęter
na. Et ſic ſicut nos exigim⁹ a Chriſto fructus gratię & glię:
Ita Chriſt⁹ exigit a nobis fruct⁹ bonoꝝ operũ. Et iõ ęcclia
fidelium dicitur arbor vitæ vt dictum eſt. Ex qua Chriſtus
continue exigit & colligit fructus fidei & charitatis & bo-
norũ operũ. ¶ Ex quo patet q̃ ſynagoga Iudęorũ non fuit Y
tanq̃ lignum plantatum ſecus decurſus aquarum qñ venit
Chriſtus: quia non fecit fructum in tẽpore ſuo, quia quãdo
Chriſtus exegit fructũ ab ea: non retulit ſibi fructũ fidei: qa
non recepit ipm. Sed fuit tanq̃ ficulnea ſterilis in qua Chri
ſtus non repperit fructũ. Ideo maledixit eaz Chriſtus in fi-
gura. Matthęi.xxj. Et ideo continuo aruit. Et ſic patet, q̃
lex Moyſi fecit fructũ p Chriſtũ in apl̃is & cęteris recipiẽti-
bus Chriſtum. Sed non fecit fructũ in Iudęis obſtinatis, qa
ſine Chriſto lex Moyſi non poterat facere fructũ. Et ſic ma
net ſynagoga Iudęorũ ſterilis & arida in ſempiternũ & ma
ledicta p Chriſtum. Ideo Iudęi non colligunt ex ea niſi ma
ledictionem & damnationẽ, quia oratio eorũ vertitur i pec
catum. Pſal.viij. Ideo ſequiꝛ. Nõ ſic impij. &c. Ex oĩbus ſu-
pradictis patet, q̃ tota beatitudo & p̃mium qđ ꝓmittitur
cultorib⁹ diuinę legis: eſt fruitio ligni vitę qui eſt Chriſtus.

Nõ ſic impii non ſic: ſed tanq̃ puluis quẽ proii-
cit ventus a facie terrę.

¶ Poſtq̃ ſuperius propheta promiſit beatitudinẽ cultorib⁹
diuinę legis. Quæ quidẽ beatitudo conſiſtit in fruitione li-
gni vitę qui eſt Chriſtus. Nũc aũt in hac ſcda parte cõmina
tur poenã & priuationẽ beatitudinis infidelibus & trãſgreſ
ſoribus diuinę legis. Ideo primo cõminaꝛ poenã & ſupplici
um. Scdo cõminaꝛ priuationẽ ęternę felicitatis: ibi Ideo nõ
reſurgũt impij. ¶ Quantũ ad primũ, quia ſuperius dicit q̃ Z
vir fidelis & iuſtus colẽs legẽ erit tanq̃ lignuz ferens fructũ:
Et q̃ foliũ .i. bona opatio ei⁹ nõ defluet. &c. Ideo dicit hic,
q̃ oppoſitũ erit de viris impijs & iniuſtis, quia viri impij nõ
erũt ſic tanq̃ lignũ faciẽtes fructũ meritoriũ i tempore ſuo,
nec folia eorũ erũt fixa. immo fluent & proijcientur a facie
dei tanq̃ puluis q̃ proiicit ventus a facie terrę. Et ſic opera
eorũ erunt vacua & vanæ abſq; meritis. immo digna poena
ęterna. Et ratio eſt. Nã ideo iuſti cõſequentur beatitudinẽ
cęleſtẽ, eo q̃ contẽpſerũt iſta terrena & vana, & dilexerũt
cęleſtia quę ſunt firma & æterna. Et ſic operati ſũt opera
firma & iuſta. Et ſic meruerunt pręmium æternuz. Sed qa
iniuſti & impij abeuntes a deo, & a lege diuina, & contem
nentes cęleſtia dilexerunt terrena & corruptibilia & vana,
& abierunt poſt ſuperbiam & auariciam, & ſic opera eoruz
fuerunt vana & caſſa: Ideo in vanum ceciderunt & effluxe
runt opera eoꝝ abſq; fructu meritorum. ¶ Ad cuius intelle A
ctum eſt notandũ ſcdm Ariſtotelẽ.iiij. meteororum: q̃ hu-
midũ eſt cauſa compactionis & continuitatis & tenacitatis
in rebus mixtis naturalib⁹. Et ſic quę ſunt arida ſine humi
ditate faciliter reſoluunꝛ & effluũt in pulueres. Nã calor na
turalis decoquit partes humefactas & cõnectit & cõpactat
eas ad inuicem. & hoc videmus in arboribus. Nã in ęſtate
exit calor naturalis ad exteriora & connectit partes humi-
das: & ſic retinentur folia in arbore fixa. Sed adueniẽte au
tumno & recedente calore continentis, tunc calor natura-
lis retrahitur ad interiora, & tunc reſoluitur humidũ in par
tibus exterioribus. Et ſic cadunt folia: & ventus agitat illa
& proijcit a facie terræ. Ita pariter accidit in corpore myſti-
co ecclię. Nam membra Chriſti humectãtur per fidẽ & vi-
ridificantur p charitatẽ. Et ſic ignis ſiue calor charitatis cõ
nectit mẽbra ſuo capiti Chriſto, & inter ſe tanq̃ folia arbo-
ri, & ſicut palmites in vite, vt patet Ioannis.xvj. Et ſic folia



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

eorum.i. opera radicãtur & ſolidantur per fidem & chari
tatem formatam,& ſic non defluunt,immo faciunt fructꝰ
meritorios & proſperantur in p̄mio. Sed ſi deficit eis talis
fides aut charitas:tũc decidũt a corpe Chriſti myſtico ſicut
folium ab arbore.Et ſic etiã opera eoꝝ effluunt in vanũ.
&ſic etiã ſacramẽta eccleſię & bona opera quæ facit eccl'ia
non proficiunt eis.Et ſic etiam ipſi impij tanq̃ vani & inu
tiles proijciẽtur a facie dñi in iudicio cũ dicetur eis. Ite & di
ſcedite a me maledicti in ignes æternũ.Matth.xxv. Et ſic
patet,ꝙ Iudęi obſtinati & oẽs iniuſti & impœnitentes nõ
erũt tanq̃ lignũ vitę.&c.Sed tanq̃ ficulnea arida & maledi
cta,ex qua ceciderũt folia,& ꝓijciet eos ventus diuinę vin
dictę:ſicut ventus proijcit puluerem a facie terrę.

## Ideo non reſurgunt impii in iudicio:neq; pec-catores in concilio iuſtorum.

❡Hic cõminatur eis priuationẽ futuræ beatitudis. Ad cu
B iꝰ intellectũ eſt notandum:ꝙ illud lignũ vitę plantatum in
paradiſo duo principaliter conferebat cultori ſuo Adę ſiue
primis parentibus.Nã primo pręſtabat vitã perpetuã ſine
aliqua miſeria in præſenti,præſeruãs ab omni infirmitate
& triſtitia.Et cõferebat immortalitatẽ:quia poterant non
mori edendo eius fructũ.Scdo poſt lõgã durationẽ fuiſſent
trãſlati in vitã meliorẽ in cęlũ æternũ vbi æternaliter frue
rentur deo viſo & amato.&c.Et ideo poſtq̃ datus fuit Chri
ſtus in ſupplementum huiꝰ ligni perditi:oportuit vt peram
plius & perfectius conferret ſuis cultoribus oĩa bona quæ p
diderunt primi parentes amittẽtes illud lignum.Et ſic etiã
oportet vt recuperemus immortalitatem & libertatem ab
omni miſeria:& viſionem diuinæ eſſentię:& perfectaꝫ bea
titudinẽ:& felicitatẽ per fruitionẽ ligni vitę qui eſt Chriſtꝰ.
Et ideo Chriſtꝰ tanq̃ verus reparator & redẽptor hũanę na
turæ oĩa ſupradicta nobis recuperauit.Nã primo per ſuam
mortẽ & paſſionẽ nos a culpa & poena æterna liberauit &
ſanauit:conferẽdo vim purgatiuã et ſanatiuã ſacramentis.
Secũdo recuperauit nobis imortalitatẽ: & nos liberauit ab
oĩbus miſerijs corporalibꝰ p ſuã reſurrectionẽ. Tertio nobis
eſt adeptꝰ ſummã beatitudinẽ & diuinã viſionẽ & fruitionẽ
in cælo per ſuã aſcenſionẽ. Et ſic voluit Chriſtꝰ ꝙ illico libe
raremur ab oĩ peccato p ſuã paſſionẽ & eccl'iaſtica ſacramẽ
ta: & ſlico poſt hanc vitam facta oĩ poenitentia debita euo
laremꝰ ad cælũ & poſſideremꝰ illã perfectã felicitatẽ. Sꝫ no
luit vt oẽs poſſideremus illã immortalitatẽ & ipaſſibilitatẽ
corporis vſq; ad fineꝫ ſęculi in illa generali reſurrectione.
& tunc erit homo in ſua vltima pfectiõe.& hoc factũ eſt p
pter maius bonũ,vt inquit Augu.xiij.de ciuita.cap̄.iiij. Nã
ideo reliquit nobis Chriſtus iſtas poenalitates,vt ſint nobis
in meritũ,quia ſi hoĩes nõ relicti eſſent mortales & paſſibi
les:non fuiſſet victoria & corona martyrũ:nec erant merita
& patientia viroꝝ perfectorũ & iuſtoꝝ.Ideo iſtę poenalita
tes ſunt bonis bonę & malis malę.Sed in die iudicij omẽs
iuſti reſurgent cum corporibus glorioſis & immortalibus:&
tunc erunt perfecte beati.& tunc habebunt ſuum pręmiuꝫ
perfectum,& erunt beati in corpore & aĩa. Et hoc p̄miũ
dabitur iuſtis in retributionẽ obſeruãtię diuinæ legis:quia
tanta eſt virtus & perfectio illius ligni vitę qui eſt Chriſtꝰ:
ꝙ etiã corpora mortua ſuſcitabit in nouiſſimo die:& ſic ſi
mul corpus glorificatũ fruetur cũ aĩa.qd p̄miũ minime ha
bebũt impij & infideles & iniuſti,quia nõ reſurgẽt ad glo
riam cũ iuſtis in iudicio.Ideo ſubdit Dauid:ꝙ nõ reſurgẽt
impij in concilio & ſocietate iuſtorum. Et ratio eſt.

## Quoniam nouit dominus viam iuſtorum:& iter impiorum peribit.

❡Dominus nouit & acceptauit viã & bona opera iuſtoꝝ:
quia ſcd̃m legem dei fuerũt facta. Et ideo dedit eis pfectũ
pręmiũ & felicitatẽ quo ad corpus & aĩam.Sed iter impio
rũ peribit:eo ꝙ vita ipſoꝝ nõ fuit ſcd̃m legẽ dei: imo con
tra legẽ,eo ꝙ abierũt & receſſerunt a lege & via dei,& ſte
terũt in via pctõꝝ & diaboli,& finaliter ſederũt in cathe
dra peſtilẽtiæ & obſtinationis, decedẽtes abſq; finali pœ
nitẽtia.& ĩfideles mortui ſũt ĩ ſua ĩfidelitate.Et iõ ſicut via
legis diuinæ & p̄ceptoꝝ duxit fideles & iuſtos ad illã ſum
mã beatitudinẽ:ita via pctõꝝ duxit impios & infideles in
infernũ. ❡Sed hic occurrunt tria dubia.Primũ:ꝙ cum ſum C
ma beatitudo ſit bonũ ſufficiens quo adepto nihil eſt am
plius quod deſiderari queat:vt iquit Boetius:cũ ergo aĩ
mę ſãctoꝝ nondũ recuperauerint corpora immortalia &
glorioſa:ſequiꝛ ꝙ nondũ ſunt perfecte beatę:quia adhuc
reſtat aliquid qd̃ deſiderari queat,quia adhuc deſiderãt
recuperare corpora glorioſa.Secũdũ dubiũ eſt de eo quod
hic dicitur:ꝙ non reſurgunt impij in iudicio:cũ ap'ls dicat:
ꝙ oẽs reſurgemus & erimꝰ ante tribunal Chriſti. Et Dañ.
xij.ꝙ infernus & mare & terra dabunt mortuos ſuos.&c.
Tertium dubiũ eſt de eo qd̃ dicit.Quoniam nouit dñs viã
iuſtorum.cum deus ęque nouerit bonos & malos:quia oĩa
aperta ſunt oculis eius.❡Reſpondetur ad primum:ꝙ hãc
quęſtionem mouet Auguſti.xij. ſuper Geñ.circa finem,&
adducitur a magiſtro.iiij.ſenten.diſtin.xlix.Vnde dicit Au
guſt.hanc eſſe difficilem quæſtionem.Et dicit quẽdam ap
petitum naturalẽ ineſſe cuilibet animę ſeparatę admini
ſtrandi & recuperandi corpus: quo retardatur quodãmõ
ne tota intẽtione pergat in illud ſummũ cęlũ:donec ille ap
petitus quieſcat.Et tamẽ aĩa non deſiderat recuperare cor
pus mortale & graue quale dimiſit.Sed immortale & im
paſſibile & glorioſum vt ſecũ fruatur & ſit ei ad gloriaꝫ qd̃
fuit ad ſarcinam.Hanc ergo quęſtionem partim relinquit
Augu.indeciſam.quia affirmat talem appetituꝫ ineſſe aĩę:
vt illud corpus ſit ſibi ad maiorem gloriã propter cõſortiũ
& ſocietatem.Sed non videtur ſoluere an illud deſideriuꝫ
tollat aliquid de eius beatitudie aut impediat.Sed ad hoc
reſpondent doctores ſcholaſtici & moderni ſecundum eũ
dẽ Auguſtinũ,ꝙ ſunt duo cõſiderãda in ipſa beatitudie.ſ.
vnum qd eſt principale & eſſẽtiale,& illud eſt viſio & frui
tio ſũmi boni ſecure poſſeſſi:quia fruimur deo bono & co
gnito:in quo voluntas delectata conquieſcit.Aliud autem
immo multa alia poſſunt eſſe accidentalia & acceſſoria &
minus principalia:puta ſcire aliqua futura per reuelationẽ
ſuperiorum:& habere plures conſortes & ſocios in illa feli
citate.Et habere corpus glorioſum in conſortium ad fruen
dum illo ſummo bono.Vnde primum pręmium eſſentiale
ſcꝫ videre & frui illo ſũmo bono & eſſentia diuina:nunq̃ au
getur neq; minuitur beatis in illa cæleſti gloria:quia vni
cuiq; datur ſecundum menſuraꝫ meritorum & luminis glo
rię & charitatis.Sed pręmium accidentale continue auge
tur beatis in patria vſq; ad diem iudicij:quando deus erit
omnia in omnibus & recuperabunt omes ſua corpora.Et
ſic finietur appetitus accidẽtalis beatoruꝫ,quia tunc indu
entur ſtolis albis.&c.& erunt in vltima ſui perfectione acci
dẽtali.Nã fruenꝛ toti toto Chriſto. Nam per aĩam fruẽtur
ip̄a diuinitate ſeu diuinis pſonis,& per potentias corpora
les glorificatas fruenꝛ humanitate Chriſti.Et ſic oẽs poten
tiæ tã intellectuales,q̃ ſenſitiuę beatificabunꝛ,vt lquit Au
guſtinus.xxij.de ciuitate capitulo penultimo & vltimo. Et
ſic patet reſpõſio ad difficultateꝫ.Nã oẽs aĩę beatoꝝ ſunt
perfecte beatę,q̃tum ad beatitudinẽ eſſentialẽ,quia nihil
eſt eſſentiale qd̃ amplius deſiderari queat,quia oẽs fruun
tur vna eſſentia diuina ĩ tribus perſonis & ecõuerſo,& vno
ſummo bono.Sed poſſet deſiderari aliquod accidẽtale qd̃
auget beatitudinẽ eoꝝ accidentalem,quia quotidie deſi
derant cõuerſionẽ pctõꝝ:quia gaudium coraꝫ angelis dei
eſt in cælo ſuper vno peccatore poenitentiaꝫ agente. Et ſic
cõtinue deſiderãt recuperare corpora gl'ioſa,vt ſimul fruã

tur cũ corpore & aïa. Vnde ſicut homo exiſtens in carne la
borauit & paſſus eſt propter Chriſtum in carne: ita marty-
res deſiderãt recuperare illa corpora glorioſa, vt ſint eis in
conſortiũ ſuę fruitionis. Sed hoc deſideriũ non tollit eorũ
beatitudinem eſſentialẽ, nec in aliquo impediuntur, quia
bonum finitum & accidẽtale nõ põt impedire bonũ infini
tũ & eſſentiale. Ad ſcdm dubiũ reſpõdet ꝙ ſaluator iã hoc
ſoluit Ioãnis. v. cũ dicit: ꝙ oẽs qui in monumẽtis ſunt reſur-
gent. Sed nõ ęqualiter. nã qui bona egerunt reſurgẽt in re
ſurrectionẽ vitæ, quia reſurgẽt ĩ corpus glioſum & immor-
tale ĩ vitã ęternã. Sed qui mala egerũt in reſurrectionẽ iudi
cij & dãnatiõis. Nã corpora eorũ erũt paſſibilia. Et ideo di-
cit apl's primę ad Corin. xv. ꝙ oẽs reſurgemus q̃tum ad re-
ſurrectionẽ primã. Sed non oẽs immutabimur quo ad ſecũ
dã & glorioſam reſurrectionẽ. Sed ſoli iuſti ſupple. Iteʒ oẽs
hoies tam boni q̃ mali reſurgent in iudicio. Sed non oẽs re
ſurgent in cõſilio & ſocietate iuſtorũ, quia oẽs mali reſurgẽt
in cõcilio & ſocietate impiorũ diabolorũ. Et hoc eſt qđ intẽ
dit dicere hic propheta: ꝙ ideo propter cauſas ſupradictas
impij nõ reſurgent, ne ꝑ pctõres in cõcilio & ſocietate iu-
ſtorũ ad gloriã & vitã ęternã: ſed ad mortẽ & pœnã ęternã
quia illud nõ erit reſurgere, ſed cadere & mori. Ad tertium
eſt dicendũ ꝙ duplex eſt notitia dei. Vna dicitur notitia di
ſcretionis qua oia nouit tam bona q̃ mala. De qua notitia
dicit pſalmo. xciij. Dñs nouit cogitationes hoim, qm̃ vanę
ſũt. &c. Altera dicitur notitia acceptatiõis & approbatiõis
qua acceptat & approbat ſola bona, & neſcit mala, de qua
dicit fatuis virginib⁹, neſcio vos. Matth. xxv. Et de hac no-
titia dicit hic ꝓpheta, Qm̃ nouit dñs. i. acceptauit & appro
bauit viã & opa iuſtorũ. ¶ Ex omnibus his patet, ꝙ tota
ſententia & intelligentia huius primi pſalmi ſtat in hoc ꝙ
ſolus cultor & obſeruator diuinæ legis eſt beat⁹. qđ ꝓbat,
quia ſola lex diuina eſt via acquirendi verã beatitudinem.
qđ ꝓbat: quia vera beatitudo cõſiſtit in fruitiõe ligni vitæ
qui eſt Chriſtus, qui datus eſt nobis in ſupplementũ huius
ligni vitę qđ pdidit Adam in paradiſo. Sed ſola lex diuina
nos docet peruenire ad Chriſtum qui eſt finis legis. igitur
ſolus cultor diuinę legis erit beatus, & faciet fruct⁹ merito
rum, & colliget fructus pręmiorũ in tempore ſuo. i. poſt hãc
vitã: & hoc de ligno vitę qui eſt Chriſtus. Ex hoc ſequitur
ꝙ impij & infideles & iniuſti nõ erũt beati, nec colligent hu
iuſmodi fruct⁹. ideo nõ reſurgẽt ad vitã glioſam in iudicio:
quia Chriſtus ſolis cultoribus ſuis cõmunicabit beneficium
glorioſę reſurrectionis: quia ſolam viam iuſtorum nouit &
approbauit. Et ſic iter & via impiorũ peribit vt dictum eſt.
Et hęc eſt ꝓpoſitio quã aperit Dauid nobis ĩ hoc pſalmo.
D ¶ Ex toto ergo iſto pſalmo poſſunt colligi. x. cõcluſiones.
¶ Prima cõcluſio. ꝙ ſolus cultor diuinę legis eſt beat⁹. ꝓ-
batur, qa ſola diuina lex eſt via pueniendi ad beatitudinẽ.
¶ Secunda cõcluſio, ꝙ nullus impius ſiue ĩfidelis, aut pec
cator, aut hęreticus põt eſſe beatus. ꝓbatur: quia quilibet
talis agit contra legem.
¶ Tertia cõcluſio, ꝙ nullus obſtinatus & finalis impœni-
tens poteſt eſſe beatus. probatur: quia talis ſedet in cathe-
dra peſtilentię.
¶ Quarta cõcluſio, ꝙ ſol⁹ obſeruator diuinę legis erit tãq̃
lignum vitę faciens fructus meritorios.
¶ Quinta concluſio, ꝙ ſolus Chriſtus eſt verũ lignũ vitæ,
a quo ſumuntur fructus fruibiles, & quo eſt vere fruendus.
a quo obiecto fruibili nõ excluditur pater & ſpirit⁹ ſanct⁹.
Item etiam ipſa crux dicitur lignum vitę.
¶ Sexta concluſio, ꝙ quilibet iuſtus non ſolum eſt tanq̃ li
gnum vitę inquantũ agit opera vitę: Sed etiam dicitur cul
tor ligni vitę inquantum fruitur Chriſto.
¶ Septima cõcluſio, ꝙ ſynagoga Iudęorum non eſt tanq̃
lignum vitæ, ſed ficulnea arida & maledicta inquantum in
ea Chriſtus non reperit fructum.

¶ Octaua concluſio, ꝙ ſoli iuſti reſurgent in iudicio ad vi-
tam glorioſam.
¶ Nona concluſio, ꝙ licet deus nouerit oia notitia diſcre-
tionis, tamẽ ſola opera iuſtorũ nouit notitia approbatiõis.
¶ Decima concluſio, ꝙ iter impiorum ſemper peribit, eo
ꝙ deuiat a lege diuina.

Quare fremuerunt gẽtes: & populi me-
ditati ſunt inania?
Aſtiterunt reges terrę: & principes cõ
uenerũt in vnum: aduerſus dominum & aduer
ſus Chriſtum eius.

¶ Iſte pſalmus apud hebręos eſt omnino ſine titulo. Et iõ
quidã eorũ dixerũt eſſe eũdẽ pſalmũ cũ primo. Et ſic ex titu
lo non apparet materia, nec actor hui⁹ pſalmi. Sed Ra. Sa
lo. in pricipio gloſſę huius pſalmi conat aſſignare materiaʒ
& auctorẽ cũ dicit, ꝙ magiſtri antiq expoſuerũt hunc pſal
mũ de rege Meſſia. ſ. de Chriſto in lege & prophetis ꝓmiſ
ſo. Sed ad intellectũ planum & literalẽ & propter reſpon-
ſionem ad hęreticos, exponendus eſt de ipo Dauid. Et vo
cat hęreticos: cõuerſos de iudaiſmo ad fidẽ Chriſti: q cũ ſen
tẽtia hui⁹ pſalmi cõuincebãt Iudæos. Et ſic Ra. Salo. mutã
do verã ſentẽtiã antiquorũ gloſſat hũc pſalmum de Dauid
& de victoria quã habuit de Philiſtęis ſcripta. ij. reg. v. ca.
Ex verbis hui⁹ Rabini manifeſtantur tria. Primo quia ipſe
cõfitet, ꝙ Dauid fecit hunc pſalmũ. Scdo ꝙ oẽs antiqui ad
literã expoſuerũt ipm de Chriſto Meſſia. Tertio ꝙ ficto &
iniquo modo gloſſat ipm de Dauid: quia non propter ve-
ritatẽ gloſſat ipm: ſed vt cõtradicat Chriſtianis & fugiat eo
rũ argumẽta, eo ꝙ manifeſte ab eis cõuincebat. Ex quo pa
tet, ꝙ licet q̃tum ad primũ & ad ſecundũ, dicat veritatẽ: ta
men q̃tũ ad tertiũ ipſemet cõfitet ſe eſſe mendacẽ & falſuʒ
& puerſum gloſſatorem. Et ſic patet, ꝙ nec in gloſſa huius
pſalmi, neqʒ in cęteris ſcripturis eius eſt ei aliqua fides ad-
hibenda. ¶ Omiſſis ergo & reiectis fictiõib⁹ & deliramẽ
tis modernorũ Iudęorũ, ſequẽdo auctoritatem ſpiritus ſã
cti exponendus eſt iſte pſalmus de Chriſto & ei⁹ regno, &
iudiciaria poteſtate. Vnde legit actu. iiij. ꝙ oẽs apli vna vo
ce dixerunt, Domine qui ſpiritu ſancto dixiſti per os Dauid
patris noſtri pueri tui: Quare fremuerunt gentes: & populi
meditati ſunt inania: Aſtiterũt reges terrę: & principes cõ
uenerũt in vnum: aduerſus dñm & aduerſus Chriſtum ei⁹:
Conuenerunt vere in ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerũ
Ieſum quem vnxiſti, Herodes & Pilatus. &c. Item infra ca.
xiij. dixit Paulus, Deus ſuſcitauit Ieſum ſicut in pſalmo. ij.
ſcriptum eſt. Dñs dixit ad me filius meus es tu, ego hodie
genui te. Itẽ ad Hebręos primo hãc allegat auctoritatem
de Chriſto. ¶ Ex dictis ergo apoſtolorũ patʒ, ꝙ Dauid fecit
hũc pſal. de morte, & paſſiõe, & diuinitate, & regno Chriſti
Et ſic apparet auctor & materia huius pſalmi. Scdo ſequi
tur ꝙ iſte pſalmus eſt ſecũdus in nũero diſtinctus a priori.
qđ eſt cõtra eos qui dicũt ꝙ iſte pſalm⁹ eſt idẽ continuatus
cũ priori. Tertio ſequitur, ꝙ Dauid non fuit cauſa principa
lis huius pſalmi nec aliorũ. Sed ipſe ſpiritus ſanctus qui loq̃
batur p os Dauid. Sed Dauid eſt cauſa inſtrumentalis mo
ta a ſpiritu ſancto: vt dictum eſt in prologo. ¶ Sed quia di B
ctum eſt in prologo: ꝙ omnia geſta patriarcharũ & omnia
myſteria veteris teſta. fuerunt quędã figuræ & ſigna & pi-
cturę myſteriorũ noui teſta. i quib⁹ pręuidit Dauid oia my
ſteria futura de Chriſto & eccl'ia: Et ex quibus aſſũpſit ar-
gumẽtũ & propoſitionẽ & parabolã ad cõdẽdos pſalmos.
Et dictum eſt etiam quomodo Dauid in quolibet pſalmo
aperit nobis aliquã propoſitionẽ & infert prophetice ali-
quã cõcluſionẽ euangelicã, aut pulſat aliquã chordaʒ pſal-
terij euangelici: Ideo eſt quęrendum in huius pſalmi expo
ſitione, primo: in quo myſterio veteris teſt. pręuidit Dauid

uid myſteriũ paſſiõis Chriſti de quo tractatur ĩ hoc pſalmo. Ad cuius intelligentiã eſt aduertendũ: ꝙ in pluribus locis potuit Dauid ꝓuidere. Nã primo hoc ꝓuidit in ſua ꝑſecutione & exaltatione. Nã per hoc ꝙ Saul cũ ſuis cõplicibus abſq; demeritis ꝑcedẽtibus cõſpirarũt in mortẽ ipſius Dauid: ſed finaliter poſt multas ꝑſecutiones diſſipatis oib⁹ inimicis Dauid fuit in regnũ exaltatus: præuidit Dauid in ſpiritu qualiter principes ſacerdotũ & ſcribę & phariſſęi ſimul cũ Herode debebãt conſpirare in mortem Chriſti, ſed finaliter Chriſtus poſt reſurrectionẽ debebat aſcẽdere in cælũ, & accipere vniuerſalẽ poteſtatẽ ſuper oẽs creaturas, Iudęis manentib⁹ cõfuſis. Et hoc myſteriũ cãtat Dauid ꝓphetice in hoc pſalmo. Sed licet Dauid in ſupradicta cõiuratiõe ipſi⁹ Saul facta contra ipſum potuit præuidere coniurationẽ Iudæorũ futuram cõtra Chriſtum: tamẽ hanc clarius & euidẽtius præuidit in cõiuratione fratrũ facta contra Ioſeph. de qua habetur Gene. xxxvij. vt poteſt patere diligenter contẽplãti totum diſcurſum ipſius Ioſeph. Vnde per hoc ꝙ Iacob diligebat Ioſeph prę cęteris fratribus propter puritatẽ & ſapiẽtiã ſuam, pręuidit Dauid in ſpiritu qualiter deus pater debebat diligere Chriſtũ filiũ ſuũ prę cæteris filijs hoĩs. Matth. & Lucę. iij. Itẽ per hoc ꝙ fratres oderũt Ioſeph eo ꝙ magis diligebatur a patre: præuidit Dauid qualiter ſcribę & phariſſęi & ſacerdotes debebãt odire Chriſtum, eo ꝙ erat diligẽd⁹ a deo ꝑ ſigna miraculoꝝ. Itẽ ꝑ hoc ꝙ fratres cõſpirarũt in mortem Ioſeph, eo ꝙ accuſauerat eos apud patrem de crimine peſſimo inuidię fraternę charitatis: & quia prædixerat exaltationẽ ſuam per ſõnium: præuidit Dauid in ſpũ qualiter Scribę & phariſſęi & ſacerdotes debebãt cõiurare & cõſpirare in necẽ Chriſti: eo ꝙ p̄dicabat cõtra eorũ ſuperbiã & ſimulationẽ & auaritiã, & quia p̄dicebat exaltationẽ ſui regni per vaticinia ꝓphetarũ. Item per hoc ꝙ Simeon & Leui cõmouerũt alios fratres ad mortẽ Ioſeph, dicẽtes ecce ſomniator venit, venite occidamus eũ &c. pręuidit Dauid qualiter Scribę & phariſſęi de tribu Simeon, & principes ſacerdotũ de tribu Leui debebãt coniurare cõtra Chriſtũ, & concitare alios aduerſus eũ: vt patet ꝑ totũ diſcurſum euangelicum. Item per hoc ꝙ Ioſeph fuit poſit⁹ in ciſterna: & tñ inde exiuit viuus: ꝓuidit ĩ ſpũ qualiter Chriſtus erat mortuus ſepeliẽdus in ſepulcro: tamẽ exinde erat viuus reſurrectur⁹ ad vitã glorioſam. Item ꝑ hoc ꝙ fratres intinxerunt tunicã Ioſeph in ſanguine hœdi. &c. præuidit Dauid qualiter caro Chriſti erat intingenda in ſanguie ſuo qui eſt agnus ſine macula. Item per hoc ꝙ fratres vęndiderunt Ioſeph Iſmaelitis. &c. præuidit Dauid qualiter Chriſtus erat tradẽdus & vẽdẽdus ꝑ Iudã. Itẽ ꝑ hoc ꝙ vxor Putifaris accuſauit Ioſeph de adulterio apud viruꝫ, eo ꝙ noluit conſentire voluptati ſuę. &c. præuidit Dauid qualiter ſynagoga Scribarũ & phariſſęoꝝ debebat accuſare & perſequi Chriſtũ, eo ꝙ nõ debebat cõſẽtire auaritię & ſupbię & prauis morib⁹ eorũ. immo debebat exprobrare mala opa eorũ. vt patet Matth. xxiij. & ꝑ totũ euãgeliũ. Itẽ ꝑ hoc ꝙ ad ꝑſecutionẽ Ioſeph primo moti ſunt & cõuenerũt fratres ſui Iſraelitę, & ipſi tradiderũt ipm gẽtilib⁹ Iſmaelitis: per hoc præuidit Dauid in ſpũ qualiter Iſmaelitę & Iudęi debebãt tradere Chriſtũ Pilato gentili ad flagellandũ & crucifigẽdũ. Itẽ ꝑ hoc ꝙ Ioſeph poſt exitũ de carcere accepit principatũ a Pharaõe ſup totã ęgyptũ: ꝓuidit Dauid in ſpũ qualiter Chriſtus poſt reſurrectionẽ & exitũ de ſepulcro eſſet in cęlum aſcenſurus, & accepturus a patre vniuerſaleꝫ poteſtatẽ ſup totũ mũdũ. Itẽ ꝑ hoc ꝙ fratres Ioſeph volẽtes cõtradicere diuinę volũtati quã Ioſeph notificauerat eis ꝑ ſõniũ de futura eius exaltatione, cũ mala eorũ volũtate & intentione impleuerũt voluntatẽ dei, quia ſi nõ vẽdidiſſẽt eũ Iſmaelitis: nõ fuiſſet ꝓfect⁹ in ægyptũ, nec ꝑ cõſequẽs fuiſſet exaltatus in principatũ. per oĩa iſta præuidit Dauid qualiter Iudęi volentes impedire voluntatem dei & oĩa myſteria patriarcharũ & vaticinia ꝓphetarũ, & opa noſtrę redẽptiõis, & volẽtes ĩpedire ĩperiuꝫ Chriſti ne dñareť ſup eos &c. ipſi aũt cũ mala eoꝝ volũtate impleuerũt voluntatẽ dei & verificarunt oẽs ſcripturas, & diſpoſuerũt viã ad exaltationẽ regni Chriſti, ipm occidẽdo. Nã quia Chriſt⁹ humiliauit ſeipſum vſq; ad mortẽ: ideo pater exaltauit illum &c. ad Philip. ij. Itẽ ꝑ hoc ꝙ cõſiliũ iniquum fratrũ factũ cõtra Ioſeph fuit caſſũ & vanũ, eo ꝙ putantes fugere ei⁹ dominiũ, inciderunt in ſeruitutẽ ſub ditione & poteſtate eius qđ vitare cupiebãt. &c. per hoc ꝓuidit Dauid qualiter cõiuratio & cõſpiratio Iudęorũ facta cõtra Chriſtum debebat eſſe caſſa & vana. nam poſt mortẽ erãt reſurrectur⁹ & in cęlũ aſcẽſur⁹, & vniuerſalẽ poteſtatẽ accептur⁹. Et ſic Scribę & phariſſęi & oẽs Iudęi debebãt manere deluſi & cõfuſi in conſilio ſuo: quia Chriſtus regnauit ſup eos, & diſſipauit, & diſperſit eos in ſeruitutẽ per vniuerſũ mũdũ. Et ſic inciderũt in ſeruitutẽ quã vitare putabãt & cupiebãt. immo ipſimet diſpoſuerunt viaꝫ ad ſeruitutem ſuam: ſicut fecerunt Simeon & Leui & cæteri fratres conſpirantes contra eũ.

F ❡ Vnde nõ ſolum Dauid, ſed etiam patriarcha Iacob præuidit in ſpũ oĩa ſupradicta futura myſteria de Chriſto figurata in perſecutione & vęnditione ipſius Ioſeph. Et ideo ante obituꝫ ſuum vocauit omnes filios: vt prædiceret eis oĩa quę erant futura in generationib⁹ ſuis in nouiſſimis diebus. id ẽ in tpe Meſſię ſicuţ gloſſat Rabi Moyſes Gerundenſis. Geñ. xlix. Et ſic qñ deuenit ad Simeon & Leui, vidẽs in ſpiritu qualiter Scribę & phariſſęi deſcendentes de Simeon & ſacerdotes de Leui debebãt conſpirare ĩ mortẽ Chriſti, & cõcitare populũ cõtra eũ, ſicut Simeõ & Leui pricipaliter conſpirarunt contra Ioſeph & concitarunt alios. ideo dixit Iacob: Simeon & Leui vaſa iniquitatis: in concilium eorum non veniat aĩa mea, & in cœtu eorũ non ſit gloria mea, quia in furore ſuo occiderũt virũ, & in voluntate ſua ſuffoderũt murum. quaſi dicat: Sicut Simeon & Leui fuerunt fratres & vaſa iniquitatis ad coniurandum & conſpirandum in morteꝫ non ſolum contra Sichem: ſed etiã contra Ioſeph dicendo ecce ſomniator venit: venite occidamus eũ. &c. Ita pariter Scribę & phariſſęi & ſacerdotes deſcendentes de Simeon & Leui conſpirabunt in mortem Chriſti Meſſię venturi dicentes: Expedit vt vnus moriať ꝓ populo. &c. & ita cõgregabunť & faciẽt conſiliũ cõtra eũ, vt eũ morti tradant. &c. Et ideo ſubdit Iacob: In conciliũ eoꝝ non veniat aĩa mea: quia maledictus furor eoꝝ: qm̃ pertinax: & idignatio eoꝝ, quia dura & crudelis & iniqua erit contra Chriſtũ. Diuidã eos in Iacob. &c. Et ſic etiã patriarcha Iacob, poſtq̃ prædixit iniquũ conſiliũ & cõiurationẽ Phariſſęorũ & ſcribarũ ſup Simeon & Leui: allocutus eſt Iudã ꝓ Chriſto prędicens mortẽ & paſſionẽ & exaltationẽ regni Chriſti ſup vtrumq; populũ: prout ꝓuidit per myſteriũ ipſi⁹ Ioſeph. vnde ait. O Iuda, te laudabunt fratres tui. manus tuę in ceruicibus inimicoꝝ tuoruꝫ: adorabunt te filij patris tui &c. quaſi dicat, o Chriſte de tribu Iuda, fratres tui apoſtoli & cæteri conuerſi de Iudaiſmo laudabunt te, & adorabunt te, ſicut adorauerunt & laudauerunt Ioſeph fratres ſui: qñ viderunt ipm regnantem: & manus. i. poteſtas tua erit ſuper ceruices inimicorum tuorũ, tam Gẽtilium q̃ Iudęorũ, qui perſecuti ſũt te. ſicut Ioſeph fuit dñs eorum qui vęndiderũt eũ & perſecuti ſunt eũ. Et tu Chriſte de tribu Iuda eris catulus leonis in vincendo diabolũ, quia ad prædã repetendã aſcendiſti in crucem: & ibi accubuiſti, vt leo & quaſi leęna paratus ad prędam. quia quando fueris exaltatus in cruce, oĩa trahes ad teipſum. Et ſubdit. Quis ſuſcitabit eũ? quaſi dicat nullus niſi pater. ſꝫ quia poſt reſurrectionẽ erat Chriſtus regnatur⁹: ſicut Ioſeph poſt exitum de carcere: ideo ſequitur non auferetur ſceptruꝫ de Iuda. &c. ſed quia erat regnaturus ſuper vtrũq; popolũ, ideo ſubdit, Erit expectatio gentiũ ligãs ad vineam pullum ſuum, id eſt populum gentilem: & ad viteꝫ

aſinā ſuā.i.populū Iudaicū. Sed quia hoc regnū erat Chri
ſtus acceptur⁹ ꝑ mortē & reſurrectionē:ideo ſubdit. Laua
bit in vino ſtolā.i.humanitatē ſuā,& in ſanguine vuę palliū
.i.carnē ſuam:ſicut veſtis Ioſeph fuerat iniuncta in ſangui
ne hœdi. Ex ſupradictis ergo patet,qualiter Iacob p̄dixit
totum myſteriū cōſpirationis Chriſti ſup Simeon & Leui.
Et p̄dixit totū myſterium reſurrectionis Chriſti,& exalta
tionis regni eius in pſona ipſius Iuda,ꝓut p̄uiderat figura
tiue i myſterio venditiōis Ioſeph,& exaltatione regni ei⁹.
Q̄uo aūt Simeon,& leui fuerint principales coniuratores
& concitatores cōtra Ioſeph.& q̄uo ꝓbet q̄ Scribę & pha
riſſęi deſcēderint de Simeon:dicet in fine expoſitionis hu
ius pſalmi. ¶ Dauid ergo qui poſtq̄ quieuit a bellis die,ac
nocte contēplabatur in lege dn̄i:vt dictū eſt in ꝓlogo,tra
ctatu.ij,cōtemplando totū myſterium,& diſcurſum vendi
tionis Ioſeph.& exaltationis principatus eius:& contēplā
do vaticinia patriarchę Iacob,quæ dixerat ſuper Simeon
& Leui:& ſup Iuda de Chriſto:præuidit in ſpū qualiter ſi
cut Simeō,& Leui inique,& ex inuidia cōiurauerāt in mor
tem Ioſeph:ita Scribæ & phariſſęi de tribu Simeon:& pri
cipes ſacerdotū de Leui debebāt conſpirare in mortem cō
tra Chriſtū Meſſiā ſuū:& tradere ipſum in manus Pilati vi
ri gentilis ad crucifigendū. Sed ſicut fratres Ioſeph fuerunt
fruſtrati in ſuo iniquo conſilio:quia poſt vēditionē & exitū
carceris fuit exaltatus in principē totius ægypti:& exinde
fuit dn̄s fratrū ſuoꝝ &c. Ita p̄uidit Dauid,q̄ Scribę & pha
riſſęi debebant deludi,& fruſtari in conſilio ſuo. Nam Chri
ſtus poſt mortē erat reſurrecturus de ſepulcro,& acceptur⁹
vniuerſale dn̄ium,nō ſolū ſup Iudęos,ſed etiam ſup pplm
gentilē,& in cęlo,& in terra,& in inferno:& debebat eſſe
vniuerſalis iudex oim. Oia ergo ſupradicta per ordinē p̄ui
dens Dauid in ſpū,inde aſſumpſit parabolā & ꝓpoſitionē
ad faciendū iſtū pſalmū. ¶ In quo tria principaliter facit:
nam primo p̄dicit iniquū cōſiliū & cōſpirationē Scribarum,
& phariſſeorum:& ſacerdotū cōtra Chriſtū,& qualiter man
ſerunt deluſi & fruſtrati in ſuo conſilio per reſurrectionem
Chriſti. Secūdo predicit exaltationē regni Chriſti,& iudi
ciariam eius poteſtatē:quā maxime oſtendet in finali iudi
cio. Tertio exhortatur oēs reges,& principes,& populos:vt
recipiant Chriſtū in eius aduētu,& ſeruēt eius legē euāge
licam,& timeant eum tanq̄ dn̄m & iuſtū iudicem. Secūda
ibi. Tunc loquetur ad eos. Tertia ibi. Et nunc reges intelligi
G te. ¶ Quantū ergo ad primū eſt aduertēdū,q̄ cauſa quare
principes,& phariſſęi moti ſunt ad conſpirandū in necem
Chriſti,fuit inuidia & timor,ne perderent regnū,& ſacer
dotiū,& locū,& gētē. Et ne pderēt redditus,& p̄bendas,&
oblationes. Et ideo dixerunt in conſilio:ſi hūc dimittimus
venient Romani,& tollent locū noſtrū & gētem. Ioan.xj.
Et reſpōdit Caiphas. Expedit vobis vt vnus homo moria
tur pro populo,& nō tota gēs pereat. Io.xj. Et ſic accuſarūt
ipſum apud Pilatum. Sed cū Pilatus non inueniſſet cauſam,
miſit eum ad Herodē tetrarchā. Sed Herodes remiſit eum
ad Pilatum. Sed cū Pilatus vellet eum dimittere:tot⁹ cœt⁹
Iudæorum clamauit,Crucifige crucifige:quia ſi hūc dimit
tis non es amicus Cęſaris:& tunc Pilatus crucifixit eum. Et
ſic oēs iſti tres conuenerunt in vnum aduerſus Chriſtum.ſ.
Herodes,& Pilatus,& cōuētus ſacerdotū,& phariſſeorum.
Et vnuſquiſq; iſtoꝝ motus fuit ex timore. Nam Pilatus ti
mebat,ne pderet ꝓcurationē. Et Herodes timebat pdere
tetrarchiā:eo q̄ Iudæi accuſabāt Chriſtū q̄ cōmouiſſet to
tam Galileā vſq; in Hieruſalē:& ſic timuit perdere Gali
leā. Sacerdotes vero timebāt perdere locū & ſacerdotium.
Scribę & phariſſęi timebāt perdere iudiciariā poteſtatē:qa
ſedebant ſup cathedrā Moyſi docētes,& iudicātes cauſas.
Et ſic tam Pilatus,q̄ Herodes,& Iudæi putantes euadere
hæc pericula oēs conſpirauerunt in mortem Chriſti:& cō
uenerunt aduerſus dominum,& aduerſus Chriſtum eius.

Et ſic occiderunt eū putātes eum totaliter de terra delerē,
ne amplius eis noceret. Verūtamen aliter q̄ putabant:imo
totū oppoſitum euenit eis:quia inciderunt in illa pericula:
immo maiora q̄ vitare putabant:quia Chriſtus ſurrexit ad
gloriā immortalē:& accepit poteſtatē a patre in cælo,& in
terra:& Pilatus perdidit procurationē,& ſceptrū,& mor
tuus eſt in exilio apud Viennā in Gallia:& Iudæi perdide
runt locū:& ſacerdotium:& fuerunt expulſi a finibus ſuis,
& diſperſi,& captiui per mundū,& in magna parte trucida
ti,& templum,& ciuitas incenſa,& deſtructa. Et etiam He
rodes miſerabiliter finiuit dies ſuos. Et ſic patet q̄ omnes
iſti tres fuerunt fruſtrati a deſyderio ſuo:& conſilium eorū
fuit caſſum & vanum & fatuum:quia nō potuerunt imple
re deſyderium & votum ſuum:immo totū oppoſitum acci
dit eis. Et ſic manſerunt & manēt deluſi. ¶ Hæc ergo om
nia ſupradicta præuidens Dauid in ſpiritu dixit. Quare.i.
ad quid fremuerunt gētes.i.commoti ſunt Pilatus & ſui mi
lites qui erant gentiles,qui commoti ſunt cum magno fre
mitu & tumultu ad crucifigēdum Chriſtū? Et quare ſimili
ter populi Iudæorum,meditati ſunt inania conſilia,cogitan
tes occidere Chriſtū,& putantes euadere pericula? Et ſimi
liter qualiter aſtiterunt reges terræ.ſ.Herodes,& principes
ſacerdotū,& Scribæ & phariſſæi,qui regebant populū iu
dicantes iudicia:& ideo dicuntur reges in ſcriptura:conue
nerunt in vnū conſpirando aduerſus Ieſum Chriſtū eius.i.
per deum conſtitutū & miſſum? quaſi dicat.q̄ in vanū la
borauerunt:quia nō eſt conſiliū contra dn̄m. Et ideo deſy
deriū eoꝝ fuit fruſtratū & vanū. Et ſic ad nihilū valuit im
mo magis nocuit:quia in vindictā mortis Chriſti vnuſquiſ
q̄ eorum in ſuo ordine punitus eſt:vt ſupra dictum eſt. Et
ſic Meditati ſunt inania & vana:quia inaniter & fruſtra la
borauerunt. ¶ Et nota q̄ tripliciter populi Iudæorū medi H
tati ſunt inania & vana. Primo quia Chriſtus venit ad libe
randū eos a ſeruitute:& ad dandū eis regnū æternū:& ipſi
putabant q̄ veniebat ad auferendū eis regnū,& ſacerdo
tiū & bona temporalia:cum vellet dare cæleſtia. Secun
do quia putarūt ipſum per mortē totaliter extinguere:ne
haberet poteſtatē ſup eos. Sed ipſe ſurrexit ad altiorē vitā:
& accepit poteſtatē a patre in cęlo,& in terra,& in inferno.
Tertio quia per mortē eius putabant euadere ſupradicta
pericula temporalia,& inciderūt in maiora & ſpiritualia.
Nam non ſolum perdiderūt ſacerdotium & ciuitatem ter
renam:ſed etiam cæleſtē:& non ſolūmodo pdiderunt vitā
temporalem:ſed etiam æternam,& non ſolūmodo incide
runt in perpetuam captiuitatem corporalem,ſed etiā ſpiri
tualem. Et ſic patet quomodo meditati ſunt inania.

Dirumpamus vincula eorum:& proiiciamus
a nobis iugum ipſorum.

Qui habitat in cęlis irridebit eos:& dominus
ſubſannabit eos.

¶ Iſte verſus omnino continuatur ſuperioribus:tamen di
uerſimode adaptatur ſecūdū q̄ pōt eſſe vox diuerſoꝝ. Nā
vno modo ſcdm Aug.& Caſſio. poteſt eſſe vox Iudæoꝝ:&
tūc eſt ſenſus:qualiter populi Iudęoꝝ meditati ſunt inania
& vana conſilia dicentes:ſi hūc dimittimus venient Roma
ni & tollent locū noſtrū & gentē,ergo ne iſta perdamus,oc
cidamus Chriſtū:vt dirumpamus vincula & ſubiectionē eo
rum.ſ.Romanoꝝ,& proiiciamus a nobis iugum ipſoꝝ.i.ne
veniamus ſub indignationem,& incurram⁹ in captiuitatē,
& in iugū ipſoꝝ. Itē dixerūt etiam,occidam⁹ Chriſtum:&
dirūpamus vincula eoꝝ.ſ.Chriſti,& aplo꜀ꝝ:qui volunt im
ponere nobis vincula noua,& legē nouā euangelicā,pro
hibendo ne vendamus in templo oues & columbas,& cę
tera pertinentia ad ſacrificia,& oblationes,& improperāt
nobis peccata legis volendo nos ſubiicere ſuæ legi,& iugo
euāgelico:ergo ꝓiiciamus a nobis iugum ipſoꝝ Chriſtum

occidēdo & apl'os exterminādo. Ideo ſubdit ꝓpheta: ꝙ li
cet talia cōſilia meditati fuerit ipſi populi iudęoꝝ: tñ dñs
deus qui habitat in cęlis irridebit eos poſt reſurrectionem
non adimplendo votū & deſyderiū eoꝝ: & etiā ſubſanna-
bit eos multipliciter puniendo. ¶ Alio modo iſte verſicu-
lus pōt eſſe vox ipſoꝝ apſoꝝ & totius eccl'ię, vt ſit ſenſus:
Vt populi iudęoꝝ meditati ſunt inania: volentes occidere
Chriſtū, & nolētes recipere legē euāgelicā: vt retinerēt nos
ſub vinculis cerimoniarū, & ſub iugo legis iportabili. Di-
rūpamus ergo vincula & onera importabilia ſacrificioꝝ
& cerimoniarū eoꝝ. Et ꝓijciam⁹ a nobis graue iugū ipſo-
rū, & recipiamus legē euangelicam libertatis & gratię, quę
abſoluit & liberat ab oī iugo, & vinculis legis, & graui ſer-
uitute, & tributo Scribarū & phariſęoꝝ, qui imponūt no
bis onera importabilia. Quia iam dñs qui habitat in cælis
irridebit, & ſubſannabit eoꝝ cōſiliū infatuādo, & ſupradi
I cta vincula dirūpendo. ¶ Vnde nota ꝙ tria vincula diru-
pit Chriſtus, & triplex iugū abiecit a nobis ꝑ paſſionē, & re
ſurrectionē ſuā. Primo, vincula cerimoniarū veteris legis.
Scdo, vincula tyrannica & iugū ſacerdotū. Tertio, vincula
malipolij, & cōiurationis, & cōſpirationis eoꝝ factæ cōtra
ipſum: quia manſerunt deluſi & ſubſannati. Vñ eſt aduer-
tendū, ꝙ hęc ē differētia iter irridere, & ſubſannare. Nam
irridere idē eſt q̄ quaſi ꝑ riſum illudere. Sed ſubſannare
idem q̄ naſum rugare. q̄ totū hoc impletū eſt in Iudęis.
nam omnes irrident eos & rugant naſum improperantes
eis exilium & maledictionem propter mortem Chriſti.

Tunc loquetur ad eos in ira ſua: & i furore ſuo
conturbabit eos.

¶ Hęc eſt ſcda pars in qua deſcribit regnū Chriſti & iudi-
ciariā poteſtatē ſibi traditā ꝓuenientē Chriſto iure hęredi
tario ex naturali filiatiōe, & ex merito paſſionis. Vñ q̄a di
ctū eſt ſuperi⁹, ꝙ cōſiliū iudęoꝝ māſit infatuatū & deluſuꝝ
per reſurrectionē Chriſti: & q̄uo dñs irriſit, & ſubſannauit
eos in hac vita: nūc aūt in iſta parte oñdit ꝓpheta ꝙ ma-
gis erunt deluſi, & confuſi iudęi in die iudicij, qñ videbunt
Chriſtū venientē in ptāte magna, & maieſtate: & videbūt
eū quē crucifixerūt, & pupugerūt, & in quem tranſfixerūt,
q̄uo erit de⁹, & hō, & rex, & iudex eoꝝ, qui loquet̄ ad eos i
ira ſua, & in furore ſuo: poſtq̄ noluerunt recipere eū in ſuo
primo aduētu, qñ venit ad eos cū benignitate & hūilitate.
K ¶ Ad cui⁹ intelligētiā eſt aduertēdū, ꝙ Chriſt⁹ in iudicio
nō ſolūmodo examinabit facta noſtra: ſed etiā examina-
bit ſeipſum oſtēdēdo veritatē ſuę humanitatis, & diuinita
tis: & oñdet veritatē legis euāgelicę: & q̄uo oīa q̄ dixit & fe
cit erant vera: & q̄uo oīa quę erāt ſcripta in lege veteri fue
rūt impleta in ipſo in primo aduētu: ex quo poterāt iudęi
cognoſcere: ꝙ ipſe erat ver⁹ Meſſias ꝓmiſſus in lege. Sed
quia occęcauerat eos inuidia, & auaritia, & malitia eorū:
Ideo nō potuerunt intelligere ſacramēta veteris legis, q̄ in
Chriſto fuerunt aperta & cōpleta & verificata. Sed in iſto
ſecūdo aduētu iſta nō poterunt negare: quando videbunt
Chriſtū in poteſtate magna, & maieſtate: & ſic ſe videbūt
magis deluſos & cōfuſos: quia videbūt Chriſtū eſſe deum,
& verū Meſſiam quē in primo aduētu negarūt, & putarūt
eſſe purū hominē. Et hoc eſt q̄d dicit in hoc loco ꝓpheta:
vñ dicit ꝙ tūc in iudicio Chriſt⁹ in lege ꝓmiſſus loquetur
ad eos. ſ. ad Iudęos incredulos, nō in benignitate ſicut i pri
mo aduētu: ſed loquet̄ ad eos in ira ſua increpādo, & ipro-
perando eis iniquitatē eoꝝ & finalē obſtinationē, nō reci
piendo eos āplius ad pœnitentiā: imo in furore ſuo cōtur-
babit eos ferēdo ſentētiā dānationis ꝑpetuæ. Et oñdet ma-
nifeſte ſuā vniuerſalē poteſtatē, & q̄uo ipſe eſt vniuerſalis
rex, & iudex cōſtitut⁹ a deo patre, & quomodo ē ver⁹ filius
dei: & dicet hæc verba ſequentia ſcilicet

Ego autem cōſtitutus ſum rex ab eo ſup Sion
montem ſanctum eius: prędicans pręceptum
eius.

¶ Quaſi dicat. Ego veni in prīo aduētu cū charitate & hu
militate: & prędicaui in ciuitate Hieruſalem voluntatē pa
tris mei ferendo legē euangelicā: in mōte Sion impleui fi-
guram de agno paſchali: & inſtitui ſacramētū euchariſtię:
& ꝓbaui ꝑ ſcripturas & miracula me fuiſſe Meſſiam in le-
ge ꝓmiſſum, & noluiſtis me recipere. immo me occidiſtis.
Et iterum prędicaui legē meā euāgelicā ꝑ apoſtolos & do
ctores: & vocaui vos ꝑ ꝑdicatores, & noluiſtis venire. Sed
vos videtis nunc qualiter ego ſum miſſus a patre: & quali-
ter ſum conſtitutus rex ſuper Sion montem ſanctum eius. i.
ſuper totam eccleſiam toto orbe diffuſam: & non ſolū mi-
litantem: ſed etiam triumphantem: quia data eſt mihi po
teſtas in cælo & in terra. Nam ſicut fui prędicans pręceptū
& legē eius ſup Sion terrenam a quo ſumit exordiū, & vo-
cata eſt Hieruſalem & Sion tota eccleſia toto orbe diffuſa:
ita data eſt mihi poteſtas in cęlo, & in terra, & i Hieruſalē
militanti & triumphāti. Verūtamē ne putet aliquis: ꝙ hoc
regnū ꝓueniat mihi ex adoptione: imo dico vobis ꝙ pro-
uenit mihi ex natura & iure hæreditario: quia non ſum fi-
lius adoptiuus ſed naturalis. Nam

Dominus dixit ad me: filius meus es tu: ego
hodie genui te.

¶ Domin⁹ pater dixit ad me filius me⁹ es tu: quia ego ho-
die genui te. Nā inquātū de⁹ es genui te in hoc die ęternita
tis, & inquātū hō genui & formaui te in hoc die gratię. Nā
ſicut tota ęternitas dicitur vna dies ſine pricipio & fine, &
ſucceſſione, in qua generatur verbum æternum: Ita totum
tempus gratiæ dicitur vna dies, in cuius principio genitus
& ortus eſt Chriſtus: in quo die oīa regenerant̄. Dixit ergo
dominus pater ad me: Poſtq̄ tu es filius meus naturalis,

Poſtula a me & dabo tibi gentes hęreditatem
tuam: & poſſeſſionem tuam terminos terrę.
Reges eos in virga ferrea: & tanq̄ vas figuli cō
fringes eos.

¶ Poſtula a me regnū mundi tibi naturaliter de iure debi-
tum. Et poſtq̄ Iudæi noluerunt te recipere in dominum:
Ego dabo tibi gentes. i. populum gentilem in hæreditatē
tuam. Et dabo tibi omnes terminos terræ in poſſeſſionem
tuam, & iſti erunt tibi in populum, & tu eris eis in dominū
& ſaluatorem. Et quia Iudæi noluerunt venire, nec te reci
pere: Ideo reges eos in virga ferrea & crudeli, & dura puni
endo eos temporaliter & æternaliter. Et cōfringes eos tāq̄
vas figuli. Nam per Romanos deſtrues eorum ciuitates &
regnum. Et vna pars trucidabitur, & alia in ſeruitutem per
mundum diſpergetur. Et ſic in præſenti & in futuro pœna
æterna punietur. Et nota ꝙ Chriſtus non ſolum modo re L
xit Iudęos in virga ferrea, & tanq̄ vas figuli confregit eos:
Sed etiam confregit totum populum gentilem. Nam quoſ
dam confregit temporaliter & æternaliter. ſ. Neronem, &
Domitianū, & Diocletianum: alios autē aliter tanq̄ vas fi
guli confregit. Nam ſicut figulus qñ ex maſſa formauit ali
q̄d vas, & poſtea efficit̄ tortū & inutile: nūc cōfringit illud:
& ex eadē maſſa reficit aliud rectū & bonuꝫ, Ita fecit Chri
ſtus de ppl'o gētili. Nā vidēs ipſum in idolatria & pctīs de-
prauatū, confregit in eo infidelitatē & vitia, & reddidit, &
refecit ipſum rectū ꝑ baptiſmū mūdādo, & ꝑ legē euāgeli-
cā rectificādo & iuſtificādo. Et ſic ex eadē maſſa de torto
fecit rectum & vtilem. Et etiā cōfractis Iudæis inutilibus,
ex eiſdem filijs Adam. ſ. gentilibus fecit eccleſiam. Et ſic di
cit Dauid ꝓpheta, ꝙ Chriſtus loquet̄ ad Iudæos & infide
les in iudicio, & oſtēdet ſe eſſe verū deū & Meſſiam in lege

¶ Sed reſtat dubiū quare Saul appellatur cuſi. Ad quod H reſpondet̄, q cus ſiue chuſi interp̄tatur niger. Ideo æthio pes dicuntur cuſi. quia nigri. Vnde Saul hic dicitur niger, nō a nigredine corporis, ſed a nigredine aīæ, quia fuit de nigratus odio ex liuore inuidiæ contra Dauid abſq; ratio ne: & datus in obſtinatum & reprobū ſenſum cōtra deū & conſcientiā ſuā pſequēdo Dauid, vt patet p diſcurſum libri ſecundi Reg. Et ſic intitulatur niger nigredine peccati. Nā mos & cōſuetudo Iudæorū eſt vt oēm rem malam & puer ſam & nociuam appellent nigram. Et ſic dicūt iſtam nigrā febrem: iſtū nigrū chriſtianū &c. Eſt ergo ſenſus q Dauid fe cit hūc pſalmū allegādo ignorātiā & innocētiā ſuā ppter verba cōmuniatoria ipſi⁹ Saulis ira & inuidia denigrati cō tra ipſum Dauid. Et ſic ſcdm iſtā hiſtoriā & intellectū Iu dęi moderni gloſſant hūc pſalmū de ipō Dauid literaliter. Sed in veritate nō eſt inſiſtēdū p̄ciſe in tali expoſitiōe lira li. quia nō explicat intelligentiā pphetæ. nec fuit iſta p̄ciſa ei⁹ intentio vt ſępius dictū eſt: nec ſunt tacenda myſteria q̄ latent in hoc pſalmo: nec omnino cōuenit litera ſequēs cū præfata expoſitione. Nam Dauid non conſueuit petere vī dictam. imo orare p Saul. nec peteret iudicari ſcdm inno centiā ſuā, quia nullus excuſat̄ a peccato. immo ipſe rogat deum ne intret ſecū in iudiciū. pſalmo. cxlij. Et ideo eſt di cendū q Dauid p ſupradicta verba Saulis & p falſa crimi na ſibi impoſita p̄uidit in ſpū qualiter ſynagoga & popu lus Iudæorū erat denigrādus ex inuidia cōtra Chriſtum. Et quomodo debebat iponere ſibi falſa crimina. dicēs. Hic di xit: poſſum deſtruere tēplū dei & in triduo reędificare illd. Et q cōmouit totum populū a Galilea vſq; in Hieruſalē. Et q feciſſet cōiurationē contra Cæſarem, vt ſe regem face ret &c. Et p̄uidit etiā Dauid quō per talia falſa crimina ille populus erat Chriſtū crucifixurus. Sꝫ ppter illud peccatum in fine erat deſtruēdus & diſpgendus. Sed Chriſtus erat re ſurrecturus & in celū aſcēſurus & regnaturus. Et de hoc my ſterio fecit hunc pſalmum. & tradidit ipſum leuitis publice cantandū in tēplo. Ex quo patꝫ, q Dauid fecit iſtū pſalmū pro Chriſto & eccl'ia. Nā ſi tantū feciſſet eū de ſeipſo: tunc non p̄cepiſſet ipſum publice in tēplo cantari, niſi inquantū cōtinet pphetiā de Chriſto & eccl'ia, vt ſępius dictū eſt. Eſt ergo ſenſus huius tituli. q Dauid fecit hūc pſalmū p igno rantia & innocētia Chriſti Meſſiæ futuri ſup verba cuſi. ſ. crimina falſa ipſi⁹ ppl'i iudaici pctō inuidię denigrati & ob ſtinati: qui Chriſtū falſo de ſupradictis criminib⁹ accuſauit ſiue falſo erat accuſaturus. cuſi dico filij gemini. ſ. filij aſini ni, nō filij dexteræ. Nam gemini eſt æquiuocum ad aſinū, & ad dexterā. Nā licet ille pplus fuerit fili⁹ dexterę, inquā tum viuebat in fide Chriſti Meſſię futuri: tn̄ poſtq̄ nō rece perūt ipſum in ſuo aduētu: iam nō dicūtur filij dexterę. ſed filij aſinini. i. ſine ſenſu & intellectu legis & pphetarū. imo cęci & filij ſeruitutis, quia dorſum eorū ſemp eſt incuruatū ſicut aſinus ad onera portāda. Et ſic iſte pſalmus explicat Chriſti innocētiā: & punitionē Iudęorū propter falſa crimi na q̄ Chriſto impoſuerūt. ¶ In quo pſalmo Dauid itrodu cit Chriſtū loquentē & excuſantē ſe apud patrē de falſo cri mine ſibi impoſito. in quo quatuor facit. Nam primo petit liberari de pſecutione Iudæorū p reſurrectionē. Scdo alle gat ſuā innocentiā. Tertio petit vltionē de Iudæis. Quarto pmittit ſe agere gratias. Secunda ibi. Dn̄e ſi feci iſtud. Ter tia ibi. Exurge dn̄e. Quarta ibi. Cōfitebor dn̄o. Quantū ad primū ergo Chriſtus vt homo dicit ad patrē. O dn̄e per re gimē vniuerſale: & deus meus p creationē ſecūdum huma nitatē & ſpiritualē obediētiā: Ego ſemper in te ſperaui om ni humano auxilio poſtpoſito. ideo ſaluū me fac in capite & in membris. & libera me ex omnibus Iudęis perſequen tibus me. Libera dico in capite per reſurrectionem. Et in membris eripiendo eccleſiam a tyrannis & infidelibus.

Nequando rapiat vt leo amnimam meã:dum non eſt qui redimat:neq; qui ſaluum faciat.

¶ Nequãdo.i.ne aliquãdo leo.ſ.diabolus aut infernus rapiat animã vt leo:& ipſam retineat ſicut cæteros pctõres. dum pro poſtq̃ vel qa,nõ eſt ali⁹qui redimat genus humanum neq; qui ſaluũ faciat ipſum:niſi tu principaliter qui es deus & creator. Et ex cõſequẽti ego p morte & paſſionẽ in virtute diuinitatis. Nam ſi ego non eſſem liber nõ poſſem aliquos ſaluare:nec pro alijs pati. Et ideo oportet ꝙ ſim ſolus inter mortuo⁊ liber a peccato & p conſequẽs ab inferno:& ꝙ ſuſcites me vt poſſim cõmunicare mẽbris meis merita paſſionis & beneficium reſurrectionis.

Domine deus meus ſi feci iſtud:ſi eſt iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala:decidam merito ab inimicis meis inanis.

Perſequatur inimicus animam meam:& comprehendat: & conculcet in terra vitam meam: & gloriam meam in puluerem deducat.

¶ Hic allegat ſuam innocẽtiã & ſe eſſe liberum ab omni peccato.non ſolũ ab his quæ ſibi Iudæi impoſuerunt:ſed ſimpliciter ab omni peccato:ideo ait Dñe deus ſi ego feci iſtud peccatũ & crimẽ qd mihi imponiť a Iudæis.ſ.ꝙ ꝓhibuerim dari cenſum Cæſari:& ſim blaſphemus &c. & ſi ſit etiam quæcũq; alia iniquitas & iniuſtitia & peccatũ in manibus & operationibus meis: Et ſi redd di mala Iudæis retribuentibus mihi mala pro bonis: quia ego ſanaui filios eorum & mortuos ſuſcitaui & viam ſalutis eis oſtendi. Et ipſi pro talibus bonis retribuunt mihi mala falſa crimina imponendo. Si talia ergo egi:decidam ex tali merito inanis & victus & vacuus ab inimſcis. ¶ Sed hic videť dubiũ ꝙ Chriſtus velit adiurare ſeipſum & periurare. quia videť ꝙ hoc ſit contra dignitatem ſuam & reuerentiam. ¶ Et ideo eſt notandum ſcdm Aug. ꝙ paſſio Chriſti ideo fuit tãtæ efficatiæ & virtutis ad redimendũ hominem & delendum omnino peccatum quia fuit in homine innocente & libero ab omni peccato. quia aliter fuiſſet inanis & vacua illa paſſio:nec Chriſtus potuiſſet vincere diabolũ:ſi primo ipſe fuiſſet victus & ſeruus diaboli per peccatum. & per cõſequẽs non potuiſſet nos liberare nec ſeipſum. Nam vt ait Auguſti. contra Arrium ſi verbum diuinum eſſet factum & creatũ:nõ potuiſſent omnia fieri per ipſum. quod eſt contra illud. Oia per ipſum facta ſunt. Ita pari ratione ſi Chriſtus verbum caro factum fuiſſet obnoxius peccato tunc nõ potuiſſet alios liberare. Ideo hic ſe oſtendit liberũ ab omni peccato. & ſub typo & figura adiurationis & pœnæ rei, oſtendit ꝙ ſi eſſet peccator cecidiſſet inanis & victus ſine fructu paſſionis. Nam dictum eſt in prologo tractatu primo:ꝙ quilibet propheta habet ſuam linguam & modũ proprũ loquendi. inter quos Dauid habet extraneum & exquiſitum modũ loquendi. Nam prędicit futura myſteria de Chriſto & eccleſia quandoq; per verba de præterito propter certitudinẽ prophetię. quandoq; per modũ orãdi:ad oſtendendum ꝙ omnia facit pater per filium. quandoq; loquitur per modũ adiurationis vt oſtẽdat ꝙ ſi Chriſtus fuiſſet peccator & reus in his quę ſibi imponebantur: tũc ſua paſſio nõ fuiſſet efficax ad delẽda oia peccata. Eſt ergo ſenſus. Dñe ſi feci iſtud qd mihi iponiť:& ſi eſſet iniquitas & aliqd peccatũ in manibus meis:& nõ eſſem liber ab omni peccato:tũc decidiſſem inanis & victus ab inimicis,quia nõ potuiſſem ſuperare diabolũ. Et paſſio mea eſſet inanis & ifructuoſa,qa tũc inimicus.ſ.diabolus pſecut⁹ fuiſſet animã meã,& cõculcaſſet aiam meam in terra calce peccatorum,ſicut vitã alio⁊ hominũ cõculcauit. & tunc tota gloria mea & fama eſſet deducta in puluerẽ & ad nihilũ ſine fructu redẽptiõis. Et ſic iſta verba ſupradicta nõ ſunt intelligẽda ad ſenſum quẽ faciũt:ſed ad ſenſũ in quo fiunt ſicut dictũ eſt in ꝓlogo tractatu tertio & regula ſexta. Vnde ꝓpheta per modũ adiurationis pręedicit puritatẽ & innocẽtiam Chriſti per quã meruit deſtruere noſtra peccata.

Exurge domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.

¶ In hac tertia parte petit vltionẽ. ¶ Vnde eſt notandũ ſcdm Hilarium & Augu. ꝙ Chriſtus filius dei omnia quæ facit per ſe attribuit patri:eo ꝙ non ſolũ inquantũ homo ſed inquantum deus quicquid habet:habet a patre. Nam inquantũ deus ab ęterno quicquid habet naſcẽdo accepit. & inquantum homo ex tempore in incarnatione accepit omnem virtutẽ a patre,ideo quicquid facit attribuit patri: & ſic dicit Doctrina mea non eſt mea:ſed ei⁹ qui miſit me patris &c. Ioan. vij. Et ideo Chriſtus quia loquiť hic inquantum homo:& reſurrexit in virtute diuinitatis: Et ideo hanc reſurrectionẽ & virtutẽ attribuit patri. ideo ait o dñe pater. Exurge.i.fac me a mortuis reſurgere. Exurge dico,i. ira contra Iudæos & obſtinatos. nam reſurrectio mea erit gaudium & gloria fidelibus. Sed infidelib⁹ erit ira & mors & punitio. Item exurge quia hucuſq; ſediſti expectando populum iudaicũ per. xl. annos poſt paſſionẽ meam:ſed quia manſerunt obſtinati & ad pdicationẽ apoſtolo⁊ noluerũt conuerti: ideo exurge in ira tua cõtra eos. Primo temporaliter eos deſtruẽdo:& per mundũ diſpergendo. Et ſecũdo æternaliter condẽnando. Et exaltare.i.oſtende potentiam & rigorẽ in finibus inimico⁊ meo⁊ iudæo⁊:eos ab omnibus finibus terræ promiſſionis exterminando & expellendo & trucidando per exercitum Romanorum. K

Et exurge domine deus meus in pręcepto qd mandaſti: & ſynagoga populorum circundabit te.

¶ In hebræo habetur promiſſum quod promiſiſti. ſcilicet per prophetas:per quos prædixiſti punitionẽ Iudeorũ. Et etiã iſta poteſt eſſe vox eccleſiæ ad Chriſtũ dicẽtis. Exurge dñe Ieſu Chriſte in præcepto qd promiſiſti:quãdo fleuiſti ſuper Hieruſalẽ dicens. Circundabunt te inimici tui vallo. & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem. Lucę. xix. quaſi dicat imple illud dictum & prophetiam quam ibi dixiſti. & manda & præcipe Romanis, vt veniant contra Hieruſalem ad vindicandam mortem tuam. quia ſynagoga id eſt congregatio omnium populo⁊ gentilium circundabit te. & veniẽt tecum ad deſtruendam Hieruſalem. Itẽ ſynagoga id eſt congregatio omnium populorum, ſcilicet Romano⁊ & alio⁊ gentiliũ circũdabit te in verum Meſſiam recipiendo. & ſic iudęis reprobatis & abdicatis dabis hęreditatẽ gratię & glorię populo gentili ad fidẽ cõuerſo.

Et propter hanc in altum regredere:dominus iudicat populos.

¶ Propter hanc ſynagogã.i.eccleſiã ex populo gentili cõgregatam,regredere ad protegẽdũ eam. Vel etiã regredere in cælũ vnde deſcẽdiſti propter hanc eccleſiã populorũ ad fidem conuerſorũ,vt des eis hęreditatẽ in regno cælorũ. quia tu ſupple es dñs qui iudicat populos.i.ad quẽ pertinet iudicare populos & dare vnicuiq; ſecundũ opera ſua. ¶ Dominus iudicat. Hic proprie incipit verſus & ſententia in hebræo. Vnde ait Chriſtus ad patrem. O pater quia tu es ille dominus:qui iudicas populos:ideo

Iudica me domine ſecũdum iuſtitiam meã: & ſecundum innocentiam meam ſuper me.

¶ Quaſi dicat. tu ſcis iuſtitiã meã quia nulli iniuriam feci. Et tu ſcis innocẽtiã meã,quia nulli nocui. ergo fac vt opera

mea mereantur:& non permittas me amplius iniuſte pati. Sed redde mihi premium iuſtitię & innocẽtiæ meæ. Et fac vt conſumaẽ & deſtruatur nequitia peccatoꝝ iudæoꝝ, vt cum viderint me iam ſurrexiſſe & in cęlos aſcẽdiſſe, & iudiciariam poteſtatem ſuper oẽs accepiſſe: tunc confundatur & conteratur nequitia & malitia eoꝝ. Item confundaẽ nequitia eorũ cum. i. quoniam tu qui es deus ſcrutans renes & corda hominũ, diriges iuſtum filiũ tuũ in cælo: & etiã quãdo diriges eccleſiam tuã & ꝓſperabis in terra. Item tu qui es deus iuſtus ſcrutans corda & renes & ſcis iuſtitiã & innocentiam meam: noſti malitiam eorum: ergo fac vt

Conſumetur nequitia peccatorum & diriges iuſtum: ſcrutans corda & renes deus.

¶ Eorum conſumetur nequitia & diriges iuſtũ. id eſt exaltabis Chriſtum tuum cũ ſua eccleſia, & hoc facies, qa ſemper ſperaui in te qui es

Iuſtum adiutorium meum a domino: qui ſaluos facit rectos corde.

¶ Ex his verbis patet, ꝙ iſte pſalm⁹ nõ poteſt exponi pręciſe ꝑ Dauid, quia ille nõ poteſt dicere iudica me ſcd͂m iuſtitiã & innocẽtiam meã, quia hoc ſoli Chriſto cõuenit qui nunꝗ peccauit nec potuit peccare. Et nota ꝙ Chriſtus nõ ſolũ petit hic vltionẽ pro ſe cõtra Iudæos: ſed etiã pro mẽbris ſuis cõtra tyrannos ꝑſequẽtes eccleſiã. quę tota ſimul ratione capitis & ꝑfectoꝝ mẽbroꝝ dicitur colũba ſine macula in cãticis: & dicĩ non habere maculã neqꝫ rugam. Et ideo poteſt eſſe vox eccleſiæ ad Chriſtũ caput ſuũ dicentis. Exurge domine in ira tua contra Iudæos: & ciuitateꝫ Hieruſalem in ꝓcepto qd͂ mãdaſti & prędixiſti. Lucę. xix. quãdo fleuiſti ſuper ciuitatẽ Hieruſalẽ & dixiſti. Circũdabunt te inimici tui vallo, & nõ relinquent in te lapidem ſuper lapidem. Veniant ergo Romani & tollant & auferant eis locum & gentem ac ſacerdotium & deſtruant ciuitatẽ & templum &c. Etiam deſtrue tyrannos & proſterne populũ gẽtilem a ſuperbia ſua &c.

Deus iudex iuſtus fortis & patiens: nunquid iraſcitur per ſingulos dies?

¶ Hic exhortatur Iudęos & gentiles & omnes peccatores ad pœnitentiã ſub cõminatiõe: quæ eſt principalis intẽtio huius pſalmi. Vnde dixit: o Iudæi peccatores, licet deus ſit iuſtus in iudicando & patiens in expectando peccatorem ad pœnitentiã: tamen nunquid iraſcitur per ſingulos dies .i. nunquid videmus ꝙ quotidie iraſcitur & cum ira punit impœnitentes & obſtinatos: ſicut puniuit Pharaonem & Saulem & Achitophel & multos alios? quaſi dicat ſic. Et ideo dico vobis Iudæis: ꝙ

Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum vibrauit: arcum ſuum tetendit & parauit illum.

¶ Niſi conuerſi fueritis ad Meſſiam Chriſtum & recepe ritis eum, cauete quia iam gladium ſuuꝫ vibrauit, id eſt exercitum Romanorum contra vos pręparauit, & arcum ſuum & ſententiã iræ ſuæ pręparauit: & tetendit contra vos.

Et in eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus effecit.

¶ Et in eo parauit ſagittas ſuas: quę ſunt vaſa & inſtrumẽta mortis, & ſagittas ſuas effecit ſimiles fulminibus ardentibus. quaſi dicat deus eſt paratus ad mittendum fulmina irę & ſententię ſuę contra vos. Conuertimini ergo qa ſatis vos p. xl. annos expectauit. Aliter autem mittet contra vos

L. ſententiã quã pręparauit. ¶ Vnde nota ꝙ ſicut homo quãdo ꝓcedit ad bellum, vel quando vult ferire feram: primo in domo extendit arcũ ſeu balliſtam: & poſtea ponit ſagittam: & quãdo videt opportunitatẽ trahit & ferit ceruũ: Ita pariter deus primo per aliqua tẽpora expectauit Iudæos: ſed quia vidit ꝙ nõ cõuertebanẽ incepit vibrare gladiũ ſuum cõuertẽdo Hieruſalẽ: imittendo ſeditiones & bella inteſtina; immo etiã viſus eſt gladius igneus ꝑ annũ ſupra Hieruſalẽ, vt ait Ioſephus. Sed vidẽs Chriſtus ꝙ nondũ etiam cõuertebanẽ: ꝑmiſit vt rebellaret ciuitas Hieruſalem cõtra Neronẽ. Et tunc Nero incepit tẽdere arcũ ſuũ & ꝓparare exercitũ contra Hieruſalẽ & miſit ducẽ Veſpaſianum. Sed poſtꝗ Veſpaſianus factus eſt imperator & Titus filius ſuus manſit dux exercit⁹: & incepit obſidere Hieruſalẽ: tũc incepit ponere ſagittas ſuas in arcũ. Sed completis. xlij. annis poſt paſſionẽ Chriſti vidẽs Titus obſtinationẽ Iudæorum tunc ſagittas ſuas ſimiles fulminib⁹ ardẽtibus effecit: & totaliter euertit & incendit ciuitatẽ. Effecit etiã ſagittas ſuas ex fulminibus ſiue ferris ardentibuꝫ. Quam obſtinationeꝫ & vaſtationem præuidens Dauid ſubdit.

Ecce parturit iniuſtitiam: concepit dolorem & peperit iniquitatem.

¶ Ecce parturit. i. licet deus iſtũ ppl͂m ad pñiam ꝑ multa ſigna inuitaſſet vibrãdo gladiũ cõminationũ & tendendo arcũ & ponẽdo ſagittas vt dictum eſt, tamẽ ipſe ppl͂s in ſua malitia occęcat⁹: ſicut ſemel cõcepit dolorẽ & odiũ contra Chriſtũ: ita ſemp ꝑturiuit iuſtitiã ap͂los ꝑſequẽdo: & continuo peperit inıq̃tatẽ in ſua obſtinatione ꝑſeuerando. Et ſic

Lacum aperuit & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit.

¶ Lacũ aperuit cũ cõtra imperatorẽ rebellauit. & ſic ipſemet procurauit ſibi cauſam ſui interitus. Et ſic incidit in foueam quã fecit: quia ipſemet ſe vallauit & incluſit in feſto paſchæ, vt ait Ioſephus. & ibi periјt totus populus. Et ſic

Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet.

¶ Conuertetur & cõuerſus eſt dolor & deſtructio ei⁹ i verticẽ ipſius. i. in Hieruſalẽ quę erat vertex & caput toti⁹ iſrl͂ & terrę ꝓmiſſionis. Et ſic iniquitas ei⁹ deſcẽdit in verticem ipſius. i. in Hieruſalẽ. Sed totũ etiã hoc põt referri ad excidiũ ſpũale. Vnde poſſet quis quęrere vnde accidit illi ppl͂o tale exterminiũ & excidiũ. Reſpõdet ꝓpheta dicens, quia accepit dolorẽ & odiũ contra Chriſtũ dolore inuidiæ Et iõ frequenter parturijt iniuſtitiã ipſum Chriſtũ accuſando & perſequendo, & falſa crimina imponẽdo: & peperit iniquitatem ipſum crucifigẽdo ſine cauſa & aliquo demerito. Et ſic iſte populus lacũ aperuit cõtra Chriſtũ tractãdo & cõſpirãdo in eius morte. Sed incidit in foueã quã fecit. Nam ipſi crucifixerũt eum timẽtes ne venirent Romani & tollerent locũ ſuũ & gẽtẽ, & ne perderẽt reddit⁹ oblationũ & ſacerdotiũ. Et ſic putãtes euadere occidẽdo ipſum inciderũt in foueã quam timebãt. Nam Chriſtus reſurrexit & regnauit poſt mortẽ: & abſtulit eis ſacerdotiũ & regnũ tẽporale & ſpirituale. Et ſic inciderũt in ruinã quã vitare putabant. Et ſic iniquitas cõuerſa eſt in caput & in verticẽ ipſi⁹. Nam non ſolum perdiderunt regnũ & ſacerdotium: ſed etiam intelligentiam ſcripturarũ. & manent cæci & obſtinati & priuati vita & regno æterno. Et hęc eſt iniquitas quę deſcendit in verticem & intellectũ eorum, quia non poſſunt veritatem percipere. Et ſic totus iſte pſalmus poteſt exponi etiã prophetice de tyrãnis perſecutorib⁹ eccleſiæ Chriſti tẽpore martyrum. Et etiã poteſt exponi moraliter de quolibet peccatore in peccato obſtinato. cui Chriſtus & ꝓpheta cõminaẽ niſi egerit pœnitentiã: contra quos pc͂tõres Chriſtus quotidie vibrat gladiũ flagella immittẽdo. Item tẽdit arcũ bella tẽporalia permittẽdo: & peſtilentiã & famẽ ſup ppl͂os & regna deducẽdo. Sed in finẽ ſi nolũt agere pœnitentiam ardẽtibus fulminib⁹ eos in inferno ꝑcipit cruciari.

Confitebor domino ſecundum iuſtitiam eius: & pſallam nomini domini altiſſimi.

¶ In hac tertia parte Chriſtus promittit ſe agere grãs prĩ poſt reſurrectionẽ & alia beneficia recepta. Ideo ait: Poſtq̃ recepero ſupradicta bñficia, ego cõfitebor dño patri: ſcdm iuſtitiã eius. Primo quia puniuit inimicos meos. Scdo quia retribuit mihi præmiũ reſurrectionis & vniuerſalis iuriſdictionis. Et ideo pſallã nomini dñi altiſſimi celebrando feſtiuitates. ſ. natiuitatis & paſſionis & reſurrectionis & aſcenſionis, in quibus agam gratias pro ſupradictis beneficijs receptis. Et nota etiã q̄ iſte pſalmus põt exponi pro quolibet defũcto exiſtẽte in purgatorio: inquantum poteſt liberari ab illis poenis per ſuffragia ecclię. & ideo ecclia cantat iſtũ pſalmum in agenda defunctorũ in pſona cuiuſlibet defuncti & oim aliorũ exiſtẽtiũ in purgatorio, eo q̄ adhuc ptinẽt ad iſtã eccliam inquãtũ diſceſſerũt cũ poenitentia & charitate & adhuc non peruenerunt ad terminum patrię.

DOmine dominus noſter: q̃ admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.

¶ Huic pſalmo ſcdz. lxx ꝑponitur talis titulus, ſcilicet In finẽ ꝓ torcularibus pſal. Dauid. Scdm vero Hieronymũ. Victori ꝓ torcularib⁹, pſalm⁹ Dauid. ꝓ cui⁹ tituli declaratione dicit rabi Eliezer cũ ſuis ſequacibus q̄ Dauid fecit hũc pſalmũ agẽs gratias de reruz creatiõe in qua de⁹ ſubiecit primo homini oia creata. ſed qa talis creatio facta fuit in ſeptimo mẽſe. ſ. tẽpore torculariũ: ideo dicit̃ in titulo pro torcularibus. Sed iſta opinio deficit tripliciter. Primo quia creatio facta eſt in pricipio tẽporis, & in primo mẽſe anni. ſed Martius ſiue Aprilis fuit principiũ in mẽſib⁹ anni, vt ptz Exo. xij. & Leui. xxiij. & nũeri. xxvij. ergo creatio non eſt facta in mẽſe ſeptimo. ſed in primo. Itez ſcdo deficit iſta opinio: quia litera & ſententia huius pſalmi aliq̃d aliud myſteriũ explicat ꝑter creationẽ. Tertio deficit quia aufert dignitatem ꝓphetię huic pſalmo: qđ eſt cõtra intẽtũ ꝓphetę. Et iõ eſt alia opinio quorundã alioꝝ hebręorũ thalmudiſtarũ dicentiũ q̄ Dauid in hoc pſalmo ꝑdicit victoriã regis Meſſię, quã debet habere de toto Romano imperio, q̃ intelligũt p ly torcularibus. Et iſti fũdant̃ ſup illđ Eſa. lxij. Quis eſt iſte qui venit de edom tinctis veſtibus de boſra: quare rubrũ eſt veſtimentũ tuũ. vnde dicunt q̄ iſte q̃ venit de edom eſt rex Meſſias qui ſolus calcabit torcular: q̃ debet ſubijcere totũ romanũ imperiũ, qđ intelligũt p edõ. Nam Iudæi moderni omẽs romanos & latinos appellant edom: qđ interpretatur rubeus. vnde dicunt q̄ Meſſias ab eis expectatus erit dñs tẽporalis. & ſubijciet omnes nationes & ſpecialiter romanorũ imperiũ cum magna effuſione ſanguinis chriſtianorũ. quia ſicut calcãs vindemiã in torculari intingit pedes & manus & veſtes ex guttis vidmię calcatę: ita pariter Meſſias intinget pedes & manus & veſtes ex ſanguine romanorũ & oim chriſtianorũ vſquequo obtineat victoriam & totũ orbẽ ſubijciat. Et ideo Eſaias vidẽs in ſpiritu Meſſiam venientem de romano imperio cum victoria in Hieruſalem tinctis veſtibus & aſperſum ſanguine romanorum & chriſtianorum, dicit. Quis eſt iſte qui venit de edom. i. de romano imperio cũ triumpho & victoria veſtibus tinctis de boſra. i. de ſanguine rubro romanorum? Et tunc ipſe Meſſias reſpondet dicens. Torcular calcaui ſolus. quaſi dicat: ideo Venio rubeus tinctis veſtibus ſanguine rubro: quia ego ſolus calcaui imperium romanorum ſicut calcans in torculari. &c. Et ſic dicunt iſti q̄ hoc idem præuidit Dauid in ſpiritu. Ideo fecit hunc pſalmum in quo prædicit futurã victoriã & vniuerſale dñium Meſſię futuri: & ideo intitulauit ipſum pro torcularibus. Sed licet iſta poſitio ſit valde extorta & extranea totaliter a titulo hui⁹ pſalmi, tñ quantum ad auctoritatẽ quam adducit aliqualiter & partim dicit verũ, & partim dicit falſum & blaſphemat. Nã dicit verum per hoc qđ dicit, q̄ per illum qui venit de edom intelligitur rex Meſſias in lege promiſſus: ſed blaſphemat inquantũ qđ eſt præteritum expectat futurũ. Nã Chriſtus filius dei verbũ incarnatũ venit in mundũ: & ipſe ſolus calcauit vindemiam in torculari crucis. & aſperſit veſtẽ humanitatis in ſuo ſanguine. Nã primo calcauit vindemiam ſacrę ſcripturę ex qua expreſſit & extorſit veritatem legis & ꝓphetarum & vinũ euangelicũ: & repoſuit ipſum in cellario eccleſię ad ſalutẽ & vitam fidelium. Secundo calcauit carnẽ ſuã per mortẽ & paſſionẽ: ex qua expreſſit vinũ ecclíaſticorum ſacramẽtoꝝ in premiũ noſtræ redẽptionis. ſed quia in cruce fuit victor & nõ fuit victus: quia diabolũ vicit & calcauit ſimul cum populo iudaico: ideo non dicit fui calcat⁹, ſed torcular calcaui ſolus. Item tertio calcauit infernum & ligauit diabolum. Quarto calcauit & ſubiecit totũ mundũ & imperium romanorum & omnes reges mundi. Item dicunt verum: inquantũ dicunt q̄ Meſſias aſperſus ſanguine erat totum orbem ſubiecturus: ſed dicunt falſum inquantũ dicunt: q̄ ſanguine alieno erat aſpergendus. immo ſãguiẽ proprio erat mundum redempturus. Et ſic patet eoꝝ ineptia & cęcitas & ignorãtia: qa iſta poſitio nihil facit ad ꝓpoſitũ huius tituli.

¶ Et ideo reiectis eorum fictionibus & M
eorũ mendacijs: pro vera intelligentia huius pſalmi & eius tituli eſt primo notandũ: q̄ totũ tempus gratię & ſeptimæ ætatis, in qua ſumus, fuit figuratũ in lege per ſeptimũ mẽſem qui dicebatur mẽſis & tẽpus torcularium: eo q̄ tũc colligebantur & torquebant̃ vindemię in torcularibus: in quo ſeptimo menſe celebrare ꝑcepit deus tria feſta. ſ. feſtũ tubarũ in memoriã ſacrificij ipſius Abrahę. & feſtũ propiciationis in decima die, & feſtũ tabernaculoꝝ in. xv. die in memoriã peregrinatiõis p deſertũ: qñ filij iſrael habitabãt in tabernaculis. Et voluit deus q̄ illa tria feſta celebrarentur in ſeptimo mẽſe tẽpore torcularium. Primo q̄ myſteria illoꝝ trium feſtorũ erant implẽda in hac ſeptima ætate in qua ſumus. Nã in hac ſeptima ętate fuit immolatus Chriſtus figuratus per ſacrificiũ Abrahę: vbi & per qđ fuit facta generalis propiciatio & redemptio: & finita fuit tota pegrinatio. in quo tẽpore fuit expreſſa & extorta tota vindemia ſacrę ſcripturę & extortum vinũ euãgelicũ & repoſitum in cellario eccleſiæ. Et ſic totum tempus gratię & tota iſta ſeptima ætas dicitur ſeptimus menſis mundi & tempus torculariuz ſpiritualium, quia continue extorquemus vinum ſacramẽtorum ex cellario eccleſię & ſacre ſcripturę: prout latius patebit pſalmo. lxxx. & in queſtione finali totius operis.

¶ Scdo eſt notandũ q̄ totum deſiderium patriarcharum, N
& ꝓphetarũ, & fideliũ veteris teſt. fuit ſcire virtutes & pfectiones & videre effectus nominis dei adonai. qđ illis quatuor literis ſcribebat̃ in lege & prophetis. qđ quidẽ nomen de⁹ nulli voluit reuelare in veteri teſt. vnde dicit deus Moyſi. Exodi. vj. Nomen meũ adonai non indicaui eis. ſed deus promiſit omnibus prophetis reuelare nomen ſuum in mundo vniuerſo per Meſſiã filium ſuũ: Ideo omnes patriarchę & ꝓphete deſiderabant tanto tempore videre aduentum Chriſti: vt reuelaret mundo & declararet illud nomẽ ſuum oibus ignotũ. Ideo Eſaias. lxij. clamabat dicẽs. Vtinam dirumperes cælos & deſcẽderes: vt notũ fieret nomen tuum. &c. pręuidẽs ergo Dauid in ſpiritu qualiter in iſta ſeptima ætate erat Chriſtus venturus & implere debebat oia quæ erant figurata per ſeptimũ menſem p myſterium torculariũ & illorũ triũ feſtoꝝ: & quõ nomen dñi debebat dilatari & magnificari per vniuerſam terraz: & Chriſtus regnare p totũ orbẽ: Ideo fecit hunc pſalmum de vniuerſali dominio Chriſti, & de dilatatiõe nominis eius per totũ orbẽ. Et pręcepit ipſum cantari tẽpore torculariũ in menſe ſeptimo, eo q̄ ille erat figura huius temporis gratię, in quo omnia illa ſũt impleta. Eſt ergo ſẽſus tituli ꝑpoſiti q̄ Dauid fecit hũc

pſalmum dirigens nos in Chriſtũ qui eſt finis legis: & pcepit ipſũ cãtari cũ toto conatu vocũ vſq; ad vltimũ punctũ: eo q cũ magno affectu vocabat Chriſtum vt veniret ad regnandũ & manifeſtandũ nomẽ ſuum in vniuerſa terra. Et voluit vt cantaref in tẽplo p torcularib⁹.i.in tẽpore torculariũ propter figurã iam dictaʒ. In quo quidẽ pſalmo duo pricipaliter facit Dauid: nam primo admiratur magnificẽtiã & virtutes illius nois dei: q̃ erant manifeſtandę in vniuerſa terra p aduentũ Chriſti. Scdo explicat cauſas ſuæ admirationis ibi. Qm̃ eleuata eſt magnificentia. Quantũ ergo ad primũ eſt notandũ, q nomẽ propriũ dñi magis frequentatũ in ſacra ſcriptura: qđ hebręi pronũciẽt adonai, vt dictũ eſt in prologo, dicitur admirabile & ineffabile propter myſteria mirabilia q̃ in eo ſignificabat. Et ideo ſcribebaf quatuor literis hebraicis i hebræo. ſ. ioth. he. vau. he. Et hoc propter quatuor myſteria pſonalia: & alia quatuor eſſentialia: q̃ continet & notificat illud nomẽ in deo: ſignificata per illas quatuor literas. Nã iſta litera ioth interp̃tatur pricipiũ. Ideo ſignificat patrẽ in diuinis q eſt principiũ oim pſonarũ nõ de pricipio. he vero interp̃taf eſſe. ideo ſignificat verbũ ſiue filiũ per quẽ facta ſunt oia & a quo habet eſſe. vau aũt interp̃tatur ipſe ſiue virt⁹. ideo ſignificat ſpiritũ ſanctũ: qui ſpirat oẽs virtutẽ & motũ oib⁹ rebus. vltia vero litera. ſ. he, ſignificat humanitatẽ filij iunctã verbo. Et ideo bis ponif he, in hoc noie: ad notandũ q illa litera he, bis ſumpta denotat duas naturas in vna pſona. Et licet ſint duę naturę i Chriſto, tñ nõ manet niſi vna pſona. Et notanter ſcdm he ponitur in vltimo loco, ad denotandũ q licet tres perſonæ diuinę ſunt ab æterno: tñ incarnatio facta eſt vltimate ex tẽpore. & illa humanitas ita eſt iũcta pſonaliter filio: q nõ cæteris pſonis. Ex quo patet q p illas quatuor literas ſignificabatur myſteriũ trinitatis & incarnationis ſimul. Significabãt eñ tres pſonas diuinas & hũanitatẽ aſſũptã i verbo. Et ſic ſignificabãt ſupradicta quatuor myſteria pſonalia in diuinis. ❡ Itẽ illę eędẽ quatuor literę ſignificabãt alia quatuor ineffabilia myſteria eſſẽtialia. ſ. ſummã omnipotẽtiã, ſummã ſapientiã, ſummã miam, & ſummã iuſtitiã. Et ideo iſtud nomẽ dicebaf ineffabile & mirabile apud patres vet. teſta. quia nunq̃ ſupradicta myſteria fuerũt ſcita nec reuelata patrib⁹ ve. teſt. niſi ſub quibuſdam figuris. Ideo dixit de⁹ Moyſi. Exo. vj. q nomẽ adonai nõdũ reuelaui eis. &c. Vñ tria ſunt p̃nunciata in ve. te. de hoc nomine dei quatuor literarũ. Primo q Meſſias in lege promiſſus debebat habere hoc nomen: & debebat vocari illo nomine patrib⁹ incognito. vt patet Hiere. xxiij. Ecce dies venient & ſuſcitabo Dauid germẽ iuſtũ & ſapiens: & rex erit: & faciet iudiciũ & iuſtitiã in terra. Et hoc eſt nomẽ q vocabũt eũ: dñs iuſt⁹ nr̃ &c. Vbi ly dñs ſcribif quatuor literis: qđ ſoli deo conuenit. Et oẽs hebręi dicũt: q iſte eſt rex Meſſias: ergo nomẽ Meſſię eſt illud nomẽ dei tetragrammaton. ſ. quatuor literarũ. Scdo aſſerit ſacra ſcriptura, q nõ ſolũ Meſſias debebat vocari hoc noie dei quatuor literarũ: ſed etiã realiter eſſe illđ nomẽ dei: quia Meſſias nihil aliud debebat eſſe niſi nomẽ dei. Eſa. xxx. Nomẽ dñi veniet de lõginquo. &c. p qđ nomẽ inteligif rex Meſſias. ❡ Scdo q ſol⁹ rex Meſſias debebat notificare & manifeſtare & declarare illud nomen dei. Et q nomẽ toti mũdo debebat eſſe notũ: & q oẽs gẽtes debebant ipm venerari & inuocare. Eſa. lxiiij. Vtinam dirumperes cęlos & deſcẽderes & notũ fieret nomen tuũ. Itẽ pſalmo. xcv. Cãtate dño & bñdicite noi ei⁹: annũciate inter gẽtes gloriã ei⁹. Et ſic aſſerunt oẽs Iudæi & moderni q ſolus rex Meſſias debet hoc nomen dñi quatuor literarũ mũdo declarare. & q ſoli illi q erũt i ſęculo Meſſię ſcient pprietates & virtutes hui⁹ nominis. Et ideo excõmunicãt & anathematizant oẽs p̃ſumẽtes declarare proprietates & ſecreta huius nois: cum hoc pertineat ad ſolum Meſſiam. Et iõ ponitur prima cõcluſio, q Chriſt⁹ ſaluator noſter habuit illud nomẽ quatuor literarũ tanq̃ nomẽ propriũ. Qđ probatur. Nã iſte literę ioth. he. vau. he. p̃poſitę in illo noie ſi recte cõbinef cũ ſuis pũctis appoſitis reddũt & ſonãt hoc nomẽ iohesſua. qđ græce declinaf. ieſos. & latine Ieſus: qđ interp̃taf ſaluator, ſiue ſalutare, ſiue ſaluatio. Et ideo vbicũq; reperif ioſua, ſiue iohesſua, oẽs interp̃tes traduxerũt, ſaluator, ſiue ſalutare, ſiue Ieſus, qđ idẽ eſt: vt pʒ in tranſlatione Hierony. Ex quo pʒ, q Ieſus eſt realiter nomen quatuor literarũ ſcdʒ ppriũ ſonũ. Scda cõcluſio, q Ieſus nõ nominaliter tñ, ſed realiter eſt ipʒ nomẽ dei ſicut phetę p̃dixerũt, probatur. Primo q in Ieſu Chriſto realiter ſunt illa ſupradicta quatuor myſteria pſonalia. Nã in eo eſt verbũ cũ humanitate pſonaliter iuncta, & in eo eſt pſona pr̃is. licet non incarnata: cũ ſit eiuſdẽ ſubſtantiæ. & p eundẽ modũ eſt pſona ſpũs ſancti. quia pater eſt in verbo & ſpiritu ſancto, & ecõuerſo. Et Chriſt⁹ cõtinet illa quatuor pſonalia myſteria. Et p eãdẽ rõnẽ alia quatuor myſteria eſſẽtialia. imo ipſe Chriſtus eſt realiter oipotẽtia, & ſapiẽtia, & mia, & iuſtitia, ergo ſequif q Ieſus realiter eſt nomẽ dei tetragrammatõ. Scdo hoc idẽ pbatur ratiõe. Nã ſcdm Ariſto. vij. Meta. inter diffinitionẽ quã gręci vocãt verbũ, & nomẽ intereſt. Nã diffinitio ſiue verbũ explicat totã ſubſtãtiã & eſſẽtiã rei diffinitę, & ideo daf p eſſentialia. Sed nomẽ notificat rẽ p ſuos effectus. Et ideo veſtimentũ dicif a veſtiẽdo, & lucerna a lucendo &c. Ideo dicit Aug. q verbũ diuinũ qui eſt fili⁹ explicat totã ſubſtãtiã & eſſentiã diuinã ab æterno. Sed vt deus pater poſſet nobis loqui & notificare ſua ſecreta, induit verbũ ſuũ carne. Et ſic verbũ dei æternũ factuʒ eſt nomen: per qđ nomẽ, & p quẽ Chriſtũ deus pater locutus eſt nobis diebus iſtis: Et notificauit ſua ſecreta. Et ſic eſt dicendum, q Ieſus Chriſtus vt incarnatus: eſt verũ nomen dei realiter. ❡ Tertia concluſio, q ſolus Ieſus notificauit toti mundo ſupradicta q̃tuor myſteria tã pſõalia q̃ eſſẽtialia. Probaf primũ. Nã ſolus ipſę notificauit nobis myſteriuʒ trinitatis: cũ dixit. Cũ venerit paraclitus quem mittet pater in nomine meo &c. ❡ Itẽ notificauit nobis hũanitatẽ verbo iunctaʒ, cum dixit Pater maior me eſt, & notificauit vnitatẽ eſſentialem cum dixit, pater & ego vnum ſumus. ❡ Scdo notificauit toti mũdo illa quatuor myſteria eſſentialia. primo diuinã oipotentiã in ſua natiuitate & vita ſua per miraculoꝝ operationeʒ mortuos ſuſcitando &c. Itẽ notificauit ſuã ſapientiã in legis donatiõe & ecclię conſtructiõe, & fundatiõe, & ſpũs ſancti miſſione. Itẽ notificauit ſuã miam in ſua paſſione: p quã facta fuit copioſa redẽptio, totũ propriũ ſanguinẽ largiendo. Itẽ quarto notificauit ſummã iuſtitiã & iudiciariã poteſtatẽ in die aſcẽſiõis: quãdo ſedit a dextris dei. quã quidẽ iuſtitiã magis notificabit i finali iudicio: quãdo veniet cũ poteſtate magna & maieſtate &c. Ex qbus patet q ſolus Ieſus ſaluator noſter fuit ille q notificauit oia myſteria & ſecreta & virtutes huius nois dei quatuor literaruʒ. qđ quidẽ nomen magno ope & affectu deſiderarũt ſcire & intelligere oẽs patriarchę & pphetę ve. te. Immo dicũt oẽs doctores hebręorũ q totũ deſideriũ patriarcharũ & pphetarũ fuit ſcire & intelligere virtutes & pprietates illius nois qđ ſolus Meſſias debet mũdo notificare. ❡ Ex qb⁹ etiã pʒ, q ſol⁹ Ieſ⁹ Chriſtus eſt verus Meſſias in lege pmiſſus, eo q ſupradicta mirabilia mundo notificauit. Itẽ ſequif q hoc nomen Ieſus, eſt illud nomẽ dei: qđ p illas quatuor literas importatur & ſignificatur. Primo quia in hoc noie Ieſu illę quatuor literę cõtinenf & ipm vocaliter ſonant, vt dictũ eſt. Scdo quia in virtute huius nois Ieſus facta ſunt ſupradicta quatuor mirabilia i vniuerſa terra, vt patebit p ſingula. ❡ Hoc autẽ prȩuidẽs Dauid in ſpũ dicit. O dñe Ieſu Chriſte qui es dñs noſter, q̃ id eſt q̃tum, eſt, & erit admirabile nomen tuum in vniuerſa terra. quaſi dicat q hoc nomen dei quatuor literis ſcriptum quod nos adonai proferimus, cuius vocem & myſteria & proprietates ignoramus ſed ſcire deſideram⁹

qđ quidē nomē adonai in ſola iudęa & terra promiſſionis nunc inuocať & noiatur. Iſtud inquā nomē in tuo aduentu erit admirabile in vniuerſa terra, eo quia tūc manifeſtabiť ei⁹ ꝓpria vox & ſon⁹ qđ eſt Ieſus. i cuius virtute & ſono fiēt & manifeſtabunť oia ſupradicta q̄tuor myſteria: tā pſonalia: q̄ eſſentialia, in vniuerſa terra, quia a ſolis ortu vſq; ad occaſuȝ inuocabiť, & venerabitur nomē tuum qđ eſt Ieſus.

Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cęlos.

¶ Quia dictū eſt ſuperius ꝙ hoc nomē dei Ieſus debebat eſſe admirabile in vniuerſa terra, eo ꝙ in eius aduentu & virtute debebant mūdo manifeſtari illa quatuor dei myſteria. ſ. ſumma dei oipotentia, & ſapientia, & mia, & iuſtitia: Ideo in hac ſcda parte hoc oſtendit p ſingula. Nam primo probat ꝙ Ieſus notificauit toti mūdo dei oipotētiā. & hoc in miraculoꝝ operatione. Scdo oſtendit dei ſapientiam in legis datione & ecclię conſtructione. Tertio qualiter oſtēdit ſummam dei miam in morte & paſſione. Quarto ſummā dei iuſtitiam ſiue iuriſdictionē, & hoc in ſua reſurrectione & aſcēſione. Secunda ibi. Qm̄ videbo cælos. Tertia ibi. P Quid eſt homo. Quarta ibi. Gloria & honore. ¶ Quātum ad primū eſt aduertendū, ꝙ in duobus fuit mūdo notificata oipotentia & magnificētia huius nois Ieſus: Primo miraculoꝝ operatiōe, quia oia elemēta & oēs cęli obedierūt Chriſto i noie ſuo. Scdo quia duodecim hoīes ruſtici & plebei cōuicerūt primo pplm iudaicū inimicū Chriſti. & cōuicerunt etiā ppl'm gentilē. & vltimo deſtruxerūt diabolum vltorē & executorē diuinæ iuſtitiæ. Et totū hoc fecerūt apoſtoli & diſcipuli p ſuā prædicationē & in virtute huius nois Ieſus, In quibus myſterijs fuit notificata omnipotentia & magnificentia dei & eius nois Ieſus. Dicit ergo Dauid, o dn̄e deus noſter bene admirable eſt nomē tuū Ieſus in vniuerſa terra. qm̄ in hoc noie oipotētia & magnificentia tua eleuata eſt ſuper oia elemēta, in miraculoꝝ operatiōe, qa mare & venti obedierunt noi tuo. qm̄ Ieſus pręcepit & imperauit ventis & mari: & liberauit Petrum & filios Zebedei &c. Itē quando ſuſcitauit Lazarum & cæteros de morte ad vitam. Itē quādo ſanauit cęcū natū & cæteros ægrotos. Itē qn̄ imperauit dęmonibus & eiecit eos de corporib⁹ obſeſſis. Itē imperauit toti elemento terrę quando tremuit in ſua morte & reſurrectione. Itē imperauit inferno quādo in ipſum deſcendit & ſathanam alligauit, & purgatoriuȝ, & limbum expoliauit, & portas eius ęreas confregit &c. Itē magnificentia & omnipotentia ipſius Ieſu non ſolū eſt eleuata ſuper elementa & ſuper infernū: ſed etiaȝ ſuper cęlos. Nam in ſua natiuitate non ſolum omnia terreſtria: ſed etiā cęleſtia dederunt ſignū ſuę magnificentiæ. Naȝ ilico facta eſt multitudo cæleſtis exercitus clamantium & dicentium Gloria in excelſis deo &c. & angelus annunciauit gaudiū magnuȝ paſtoribus &c. Lucę. ij. Item noua ſtella apparuit in cælo quę magos ad Chriſtum adorandum perduxit. Itē in Chriſti paſſione ſol fuit obſcuratus & luna. Itē in die aſcēſionis cælos penetrauit. Et ſic cęli & angelorū agmina obedierunt ei. Ex quo patet ꝙ eleuata fuit Chriſti magnificentia non ſolum ſuper infernum & omnia elementa: ſed etiaȝ ſuper cælos & angelos. Et ſic fuit magnificatum hoc nomē Ieſus ſuper oēs cælos.

Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos: vt deſtruas inimicum & vltorem.

¶ Ad cuius maiorē euidentiā, eſt aduertendū ꝙ hoc nomē dei Ieſus, Primo fuit mirabibile & magnificatū p ipſummet Ieſum in miraculoꝝ operatiōe: & hoc in ſola terra ꝓmiſſionis. Scdo fuit magnificatū in cælo. primo in Chriſti natiuitate p cantū angeloꝝ. Scdo in cęlo per ſtellę ductū & apparitionē. Tertio in ſūmo cęlo p aſcenſionē: qn̄ angeli xp̄m in dn̄o recipiētes clamabāt dicentes. Quis eſt iſte qui venit de edom tinctis veſtib⁹ de boſra? hic formoſus in ſtola ſua &c. Eſa. lxij. Et ſic nomē Ieſu fuit magnificatū ſup cælos per angelos vt dictū eſt. Tertio vero hoc nomen Ieſus fuit magnificatū ex ore infantium & lactētiū. ſ. per apl'os & ſimplices, in vniuerſa terra: qn̄ in noie Ieſu conuicerunt inimicum populum iudaicum & gentilem, & conuerterunt noia idoloruȝ. Et ſic deſtruxerunt: nō ſolū inimicū: ſed etiā diabolū vltorē & executorē diuinę vindictę. ¶ Ad cuius intelligentiā eſt Q notandū ſcdm Aug. xxij. de ciuitate dei, ꝙ tria non ſolū mirabilia: ſed etiā impoſſibilia reputabantur apud philoſophos ante Chriſti aduentū. Primum erat ꝙ deus poſſet fieri hō. Scdm ꝙ hoc poſſet mūd⁹ credere, maxie philoſophi. Tertio ꝙ hoc myſteriū poſſent credere philoſophi ex doctrina & perſuaſione piſcatorum & plebeiorum. ¶ Ex hoc ergo arguit Aug. myſteriū incarnationis eſſe verum. Nam nos videmus ꝙ non ſolū mundus: ſed maiores philoſophi puta Dionyſius ariopagita & cęteri hoc crediderunt: & hodie pro maiori parte oēs credūt. & oēs iſti crediderūt ad prędicationē & pſuaſionē apl'oꝝ qui fuert ruſtici & piſcatores. ergo ſequitur ꝙ poſtq̄ iſta duo quę reputabātur magis impoſſibilia ſunt vera, vt patet intuenti: ſequitur ergo ꝙ primum eſt verum, ſcȝ ꝙ deus factus eſt homo. Hoc ergo p̄uidens Dauid in ſpū dicit, O dn̄e multū admirabile eſt nomē tuū in vniuerſa terra. qm̄ ex ore infantiū & lactētiū, qui fuerunt apl'i, perfeciſti laudē. i. confirmaſti & auctorizaſti nomen tuū & laudē in vniuerſa terra, quādo miſiſti eos ad prędicandū euangeliū omni creaturę. ¶ Et appellat apl'os in R fantes inquātū fuerunt primitię, & infantia & exordiū eccleſię. Et etiam vocat eos infantes, quia ipſe docuit eos loqui. Nam in principio neſciebant niſi linguaȝ mundanā & groſſam: & ideo quando loquebatur eis cęleſtia: non poterāt intelligere: nec capere, vt patet Ioā. vj. quādo dixerūt: durus hic ſermo & quis poteſt eū audire? Ideo reſpōdit Ieſus. verba q̄ ego loquor ſpūs & vita ſunt &c. Et ita dicit Vos adhuc ſine intellectu eſtis. Sed veniet ſpūs veritatis & docebit vos omnem veritatem. Item: non enim vos eſtis q loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri &c. Ex quo patet, ꝙ Chriſtus docuit eos loqui in die pētheco. qn̄ miſit eis ſpiritū ſanctum & dedit dona gratiarū. & ideo vocat eos infantes. Itē vocat eos lactentes, quia Chriſtus lactauit eos lacte ſuę ſapientię: & prædicationis: cum ante eſſent idiotę & ignari. Ideo ait Petrus loquēs de hoc lacte Chriſti, primę Petri. ij. Quaſi modo geniti infantes lac concupiſcite. Et ſic frequēter apl'i & diſcipuli Chriſti appellantur pueri, vt patet Eſa. viij. Ego & pueri mei &c. Itē Chriſt⁹ vocat eos pueros. Ioā. vltimo di. Pueri habetis pulmentū &c. Ex quo patet ꝙ grāde miraculū fuit in vniuerſa terra, ꝙ apoſtoli infantes & lactentes & ſimplices in puritate & ſanctitate magnificarēt & dilatarent nomen Chriſti p totum orbem: & ſubijcerent Chriſto principes & reges & imperatores & philoſophos. Vnde dicit Auguſt. ꝙ non per philoſophum piſcatorē: ſed per piſcatorem lucratus eſt philoſophū & imperatorem. Et ſic tanto fuit maius mirabile nomen Chriſti, quāto per ſimpliciores hoīes magnificatum eſt. Item hoc idē impletum fuit ad literā in die ramis palmarū: quando non ſoluȝ apl'i, ſed etiā pueri hebręorū clamabāt oſanna filio Dauid: bn̄dictus qui venit in nomine domini. Vnde cū phariſęi dicerēt Chriſto: increpa diſcipulos &c. Reſpondit Chriſtus allegās hāc ſcripturā dicēs. Nunquid legiſtis: quia ex ore infātium & lactentiū pfeciſti laudē? Vnde hic Chriſtus nō ſolū pueros hebræorū vocat & appellat infantes & lactētes: ſed etiā apl'os & cęteros diſcipulos. Nam ſicut infans & lactēs neſcit de ſe loqui: niſi ſicut mater docet & facit ipſuȝ loqui: Ita illi apoſtoli & pueri non a ſe loquebantur: ſed per ſpiritū ſanctū qui in eis loquebať, & imittebat in eis lac diui-

nę ſapientię:& impellebat eos ad loquẽdũ & dicendũ Be
nedict⁹ qui venit &c. Vnde illemet ſpũs ſanctus qui poſuit
lac ꝓpheticũ in ore Dauid, vt in hoc pſalmo diceret ex ore
infantiũ & lactentiũ &c. & pſalmo. cxvij. O dñe ſaluũ me
fac: O dñe bene proſperare benedict⁹ &c. ille ſpiritus ſctũs
mouit linguas illorũ puerorũ & apłorũ in die in ramis pal-
marũ, vt cãtarẽt benedictus qui venit &c. & implerent hãc
prophetiã. ¶ Hoc ergo ꝓuidens Dauid in ſpũ dicit hic. Ex
ore infantiũ & lactentium perfeciſti laudẽ. Et ibi. o dñe ſal
uũ me fac benedictus qui venit &c. ¶ Sed ſubdit hic pro-
pter inimicos tuos. Nã Dauid præuidit in ſpũ: ꝙ laus apo-
ſtolorum & puerorũ fuit ad maiorẽ cõfuſionẽ & damnatio
nẽ & inexcuſationem ſcribarum & phariſæorum. Nã apłi
ignari legis & prophetarum, & illi pueri ignari literarum
cognouerunt & confitebantur Chriſtũ eſſe verum Meſſiaꝫ
in lege promiſſum: & recipiebant ipſum cantando prophe
tiam de Meſſia in ſcriptura. ſ. oſanna. i. ſaluos nos fac. & be
nedictus qui venit &c. pſalmo. cxvij. & ipſi phariſęi in lege
periti negabãt Chriſtũ liuore inuidię percuſſi & occæcati.
Nã per hoc poterant cognoſcere Chriſtum fore Meſſiã: &
apłos & pueros, non loqui a ſe: ſed a ſpũ ſancto. Et quia cõ
feſſio iſtorum puerorum & apłoꝝ fuit ad condẽnationem
Iudæorũ: ideo ait propheta & ſubdit: Propter inimicos. i.
ad confuſionẽ inimicorũ tuorũ iudęorum ꝑfeciſti laudẽ ex
ore infantiũ &c. Vt deſtruas inimicũ. Sed quia ex tali obſti
natione & peccato ille ppłs ꝑpetrauit homicidiũ & mortẽ
Chriſti, propter ꝙ peccatũ fuit ciuitas & regnum deſtructũ
& ſacerdotiũ ablatũ: ideo ſequitur: Vt deſtruas inimicuꝫ. ſ.
populum iudæorum in peccato obſtinatorũ. Item ſequitur
S & vltorẽ. ¶ Ad cuius intelligentiã eſt notandũ ꝙ diabol⁹
fuit & eſt vltor dei & executor diuinę vindictę. Nam poſtq̃
Adã peccauit cõtra deũ, quaſi vęnundedit ſeipm & oẽs po
ſteros in poſſeſſionẽ diaboli. eſt verum ꝙ diabolus nõ poſ-
ſidebat genus hũanum tanq̃ verus dñs: ſed tanq̃ vltor diui
nę iniurię & executor diuinę ſentẽtię. Et ſic cruciat malos
in inferno, & cruciabat oẽs, tẽporaliter bonos, & æternali-
ter malos. Et ſic cruciat hodie de⁹ malos chriſtianos ꝑ infi
deles tẽporaliter. Ex quo patet, ꝙ diabolus vere dicitur vl
tor diuinę iniurię, quia executor eſt diuinę ſententię. Et ſic
poſſidebat totũ populũ per idolatriã: & totũ genus hũanũ
per peccatũ. Sed apoſtoli infantes, & lactentes, ꝑficientes
laudes Chriſti & magnificãtes nomen eius ꝑ totũ orbẽ de
ſtruxerunt vltorẽ, ſcilicet diabolũ deſtruendo idololatriaꝫ
& pctm̃ per ꝓdicationẽ & baptiſmũ. Et ſic ergo Chriſt⁹ de
ſtruxit inimicũ ppłꝫ iudæorũ ꝑ rõanos: & deſtruxit diabolũ
vltorẽ diuinę iniurię per prędicationẽ apoſtolorũ. Dicit er-
go Dauid. O dñe Ieſu admirabile eſt nomẽ tuũ in vniuer-
ſa terra. Qm̃ ex ore infantium & lactentiũ. ſ. apoſtoloruꝫ &
doctorum perfeciſti & auctorizaſti & dilataſti laudem no-
minis tui propter inimicos. i. ad confuſionem & deſtructio-
nem eorum. Et explicat dicens, vt deſtruas inimicum popu
lum iudæorum, & diabolum vltorem.

## Quoniam videbo cęlos tuos: opera digitorũ tuorum: lunam & ſtellas quę tu fundaſti.

¶ In hac ſecunda parte oſtendit qualiter nomẽ Ieſus fuit
ad oſtẽſionẽ ſummę ſapientię quã notificauit in legis da-
T tiõe & ecclię fũdatiõe & cõſtructiõe. ¶ Ad cui⁹ intelligẽtiã
eſt notãdũ: ꝙ ſicut deus pater creauit mũdũ ꝑ verbũ tanq̃
per principiũ formale: Ita pariter recreauit & cõſtruxit to-
tam eccliaꝫ ſuã ꝑ idẽ verbũ incarnatũ ꝑ principiũ formale.
Et ſic totus Chriſtus deus & homo caput ecclię, mediator
dei & hoiꝫ, cõparatus ad patrẽ dicitur cõſtruxiſſe eccleſiã,
tanq̃ principiũ formale. Et ſic pater tanq̃ principiuꝫ primũ
dicitur conditor & redemptor ecclię per filium ſuum incar
natum, tanq̃ per principium formale; & ideale ſiue exem-
plare. Et ſic fili⁹ appellat patrẽ redẽptorẽ frequẽter i ſacra
ſcriptura, vt pſal. xxx. Redemiſti me dñe de⁹ veritatis &c.
Sed Chriſtus deus & homo frequentius appellatur redem
ptor in ſacra ſcriptura, quia tanq̃ pricipiũ formale. Sed rur-
ſus quia i Chriſto ſũt duę naturæ. ſ. verbũ & hũanitas: Ideo
licet ad opera redemptiõis & eccleſię cõſtructiõis tota illa
pſona concurrat tanq̃ vnũ principiũ indiſtinctũ: tñ ſi cõpa
retur humanitas paſſa ad verbũ, non eodẽ modo cõcurrit.
Nã verbuꝫ concurrit tanq̃ principiũ principale & virtuale:
& humanitas tanq̃ principium inſtrumentale coniunctuꝫ:
ſine quo non facta eſt redẽptio, nec ecclię cõſtructio. Et ſic
dicit Damaſcenus, ꝙ illa hũanitas fuit ſemp immediatum
& coniunctum inſtrumentũ non ſolum in paſſione: ſed etiã
in multoꝝ miraculoꝝ operatione & in legis datione: oĩa
de⁹ pater: immo tota trinitas loq̃baẽ ꝑ hũanitateꝫ filij. Vñ
ad vocẽ filij ſuſcitabãtur mortui & mitigabaẽ mare, & obe-
diebãt venti, & inſtruebanẽ apoſtoli, & ad flatũ ei⁹ recepe-
runt poteſtatẽ dimittendi peccata &c. Et ſic patet, ꝙ hũa-
nitas fuit inſtrumẽtũ coniunctũ, & immediatũ diuinitatis in
fundatione & conſtructione ecclię. Sed totus Chriſtus de⁹
& homo dicitur vnũ pricipiũ actiuũ & formale reſpectu to-
tius operis ecclię. Et ſic Ieſus Chriſtus dicitur eccleſiaꝫ cõ-
ſtruxiſſe & formaſſe. Et ſic cõcediẽ ꝙ illud verbũ dei filius
qui in principio creauit cælũ & terrã. ſ. cælũ & terram & lu-
nã, & ſtellas materiales: illud idẽ verbũ incarnatum poſtea
creauit eccleſiã & cælos & ſtellas ſpirituales & oĩa ornamẽ
ta eccleſiæ. ¶ Ad cuius euidẽtiã eſt vlterius notandũ, ꝙ to V
ta ecclia dicitur vnus mundus myſticus & ſpiritualis & con
ſtructus ad inſtar huius mũdi materialis: cui⁹ cæli ſunt apłi,
& ſtellę ſunt doctores & pręlati. Et luna eſt totus populus
ſimpliciũ. Sol autẽ huius mundi eſt ipſe Chriſtus, a quo ſu-
munt lumẽ & influentiam oẽs apłi & doctores & populus.
Et ſic Chriſtus ſe habet in hoc ſpirituali mundo velut ſol q
oĩa illuminat & vegetat & creat & nutrit: & habetur vt fa-
bricator huius mundi ſpiritualis. Elemẽta huius mundi ſũt
eccleſiaſtica ſacramenta &c. Hunc ergo mũdũ ſpiritualem
dicit Dauid, ꝙ Chriſtus fabricauit in virtute ſui nois. Et iõ
propheta nõ facit mentionem de ſole in hac recreatione:
quia ipſe Ieſus eſt ſol hui⁹ eccleſiæ. ideo non creauit ſeipſũ
ſed fũdauit cęlos. i. apoſtolos & ſtellas. i. doctores: & lunã. i.
totum populum fideliũ. Hoc ergo præuidens Dauid & cõ
tẽplans in ſpiritu dicit, o domine Ieſu q̃ admirabile erit no-
men tuum in vniuerſa terra. Nam in tuo aduentu oſtendes
& notificabis tuam ſummã ſapientiam in toto mundo in le
gis datione & eccleſię conſtructione. Naꝫ ſicut nunc video
iſtos celos & lunam & ſtellas & cætera opera hui⁹ materia
lis mũdi: quę in principio tu fundaſti: Ita pariter tunc in ad
uentu tuo videbo cælos ſpirituales, ſcilicet apoſtolos, & lu-
nam ſcꝫ totũ populũ fideliuꝫ, & ſtellas. ſ. doctores & homi-
nes ſanctos & perfectos, & opera manuum & digitorũ quę
tu fundaſti in fabricatiõe huius mundi myſtici & ſpiritualis
quæ eſt eccleſia tua, quæ quidẽ opera manuuꝫ & digitoꝝ
tuorum ſunt eccleſiaſtica ſacramenta. ¶ Ad cuius intelle-
ctum eſt notandũ, ꝙ Chriſtus fabricauit iſtos cęlos. i. apo-
ſtolos inſtruendo eos ante paſſionem & poſt reſurrectionẽ:
quãdo aperuit eis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Et in
die pẽtheco. quãdo miſit eis ſpiritũ ſanctũ, vbi receperunt
oĩa dona gratiarũ, et ſic facti ſunt cęli & ſtelle huius mun-
di ſpiritualis. Lunã aũt. ſ. totũ populũ fideliũ regñauit & fa
bricauit ꝑ baptiſmũ & cætera ſacramẽta. Opera digitorum
ſuorũ. ſ. eccleſiaſtica ſacramẽta fũdauit primo in ſuo baptiſ-
mo: vbi contulit aquis virtutẽ regeneratiuã ꝑ ſuum conta-
ctum &c. Scdo in ſua paſſione, quãdo ex eius latere exiuit
ſanguis & aqua in remiſſionem peccatorum, vnde oĩa iſta
ſacramenta traxerunt & receperunt virtutem.

## Quid eſt homo ꝙ memor es eius: aut filius hominis quoniam viſitas eum?

¶ In hac tertia parte Dauid admiratur miam & charita-
tẽ dei patris & humilitatẽ filij in myſterio noſtrę redẽptio
nis. Vñ eſt aduertendũ & notandũ ſcdm Aug. & Greg. ꝙ
in hoc deus pater oſtẽdit maxime ſuam charitatẽ & miã
circa hoies: quia vt ipm redimeret: filiũ ſuum tradidit. Et i
hoc oſtẽſa eſt ſimul mia, & obediẽtia filij, qa vt patri obe-
diret, & hoi miſereref & miſeriã hois ſubleuaret, ſeipſũ ſpõ
te obtulit morti & paſſioni, & qđ maximũ eſt, cũ eſſet de⁹,
fact⁹ eſt hõ, vt hoiem redimeret. Vñ Chriſtus cũ eſſet deus
oblitus eſt ſuę dignitatis & deitatis vt eſſet memor noſtræ
fragilis & miſeræ humanitatis. In hoc ergo oſtendit tam
pater q̃ filius ſuã ineffabilẽ miam & charitatẽ, quia memor
fuit hois lapſi. qui eſt tam paruę dignitatis & infim⁹ inter
creaturas intellectiuas: & ingrat⁹ & rebellis cõtra deũ. Nã
cõmuniter res digniores & ſuperiores obliuiſcuntur & con-
tẽnunt inferiores. Sed de⁹ non oblitus: immo memor hois:
factus eſt filius hois: carnẽ aſſumendo vt hoiem redimeret
& liberaret. & hoc vult dicere hic Dauid. Nam præuidit in
ſpiritu qualiter deus, licet ꝑ magna tẽpora permiſit hoiem
affligi in poteſtate diaboli: tñ non totaliter debebat ipm
obliuiſci. immo memor miſerię & fragilitatis eius debebat
X in carnari: & pro hoie pati & ipſum liberare. ¶ Ex quo pa
tet ꝙ maiorẽ charitatẽ & miam oſtẽdit homini q̃ angelo.
Nã hoiem aſſumpſit & redemit, & non angelum. Et ideo
valde admiratur Dauid dicens. O dñe quid eſt homo: &
quã dignitatẽ habet in ſe, ꝙ ſic es memor eius: eius carnẽ
aſſumendo, cũ ſit in fimę naturę & miſeræ & idignę: & nõ
aſſumpſiſti: nec redemiſti angelum cum ſit nobilioris natu
rę? quaſi dicat: hoc eſt admirabile & incõprehenſibile ex-
cedẽs humanã intelligentiã & facultatẽ, qa memor es ho-
minis & oblit⁹ es angeli. aut quid eſt ſupple fili⁹ hois Chri-
ſt⁹: q eſt verus de⁹: qm̃ viſitas eũ ꝑ mortẽ & paſſionẽ ꝓpter
hoiem: & vt per ipm hoiem redimas & liberes? quaſi di-
cat: qđ meruit homo vt ꝓ ipſo Chriſtũ affligas? ¶ Ad cu-
ius intelligentiam eſt notandũ, ꝙ Adã in chaldeo & he-
breo idem eſt qđ terra rubra. Et ſic vbicunq; in ſcriptura in
chaldęo & hebręo ſcribitur Adã: in latino habetur homo:
qđ idem eſt. Nã homo dicitur ab humo quod eſt terra, eo
ꝙ Adã ſiue homo fuit formatus ex terra. Et ideo pro maio
ri parte vbi in ſcriptura ponif homo intelligitur Adã cum
tota ſua poſteritate: & quãdo in ſcriptura ponitur filius ho
minũ vel filij hoim: intelligunf filij Adã, & ita reperif apđ
hebræos. Nam Adã nunq̃ dicitur filius hois nec fili⁹ hoĩ:
quia non fuit genitus ab homine: ſed a deo formatus: ideo
dicitur filius dei per creationem & non per generationem.
Y ¶ Sed oẽs deſcẽdẽtes ab Adã dicuntur filij Adã: ſiue filij
hoim: eo ꝙ ſunt geniti ex hoie maſculo & ex hoie fœmia.
Sed quia Chriſtus licet ſcdm carnẽ deſcẽdat ab Adã: tñ nõ
ꝑ naturalẽ gñationẽ, quia nõ ex maſculo & fœmina ſimul
ſicut cæteri: ſed ex ſola Maria virgine opere ſpiritus ſancti,
ideo Chriſtus non põt dici filius hoim: ſed filius hois: qa eſt
filius Marię: quæ eſt homo fœmina: quia hoc nomẽ homo
eſt cõis generis ad maſculum & fœminã ſiue ad virũ & mu
lierẽ. Et ideo Chriſtus propter duo dicitur filius hois: in ſcri
ptura. Primo quia eſt filius ipſius Adam ſcđ; carnẽ nõ deſcẽ
dens per gñationẽ naturalẽ ex viro & muliere. Scđo quia ẽ
filius ſolius virginis. Et ſic ſortitur hoc ſpeciale nomẽ. Et iõ
vbicunq; in ſcriptura ponitur homo, intelligitur Adam cũ
tota ſua poſteritate, & vbi ponitur filij hoim, intelliguntur
ſolũ deſcẽdẽtes ab Adã per naturales generationẽ ex viro
& fœmĩa. Et per filiũ hois intelligitur ſemper Chriſtus de⁹
& homo ſiue inquantum homo. Dauid ergo præuidens q̃li
ter de⁹ pater miſertus & memor ipſius hominis ſcilicet ipſi⁹
Adã: cum tota poſteritate, vt ipſum liberaret, debebat mit
tere verbum diuinũ filiũ ſuum: & facere ipſu; filiũ hois car
nem ex virgine aſſumendo vt in ipſa pateretur, & flagella
retur: & crucifigeretur pro hoie: quam rem non erat factu-

rus pro angelo lapſo. Ideo admiratur Dauid dicens. O dñe
pater: quid eſt homo ſcilicet Adam cũ tota ſua poſteritate:
& quid tibi meruit ꝙ ita memor es ei⁹: filiũ tuũ i carnẽ mit-
tẽdo, aut quid eſt: aut quid demeruit filius hominis, ſcilicet
filius virginis: qm̃ ſic viſitas & affligis eũ dura morte & paſ
ſione & famę & ſiti & cæteris hũanis defectibus: cũ ipſe ſit
deus & innocẽs ſine peccato. Itẽ cũ ſit deus maior angelis

Minuiſti eum paulominus ab angelis: gloria
& honore coronaſti eum: & conſtituiſti eum ſu
per opera manuum tuarum.

¶ Minuiſti eum paulominus ab angelis faciendo ipſum fi
liũ hois & mortalẽ & paſſibilẽ pro hoie. In hebręo habef.
Quid eſt hõ qm̃ memor es eius aut fili⁹ Adã qm̃ viſitas eũ.
vñ Chriſtus ſemp ſe noiat filiũ hois. i. filiũ Adam: eo ꝙ ex
Adã accepit carnẽ vt ipſum redimeret cum ſua poſteritate.
¶ Hic eſt aduertendũ ꝙ Dauid admiraf non ſolu; ꝓpter Z
vnum: ſed propter multa. Primo quõ filius dei cum ſit deus
maior illis angelis, factus eſt homo: & quomodo eſt poſſibi
bile. Scđo quare verbũ aſſumpſit hoie; qui eſt infimę na-
turę: & non angelũ qui eſt nobilioris naturę. Tertio quare
fuit meõr hois & oblitus eſt angeli: quia hoiem redemit &
non angelũ: cũ vterq; eſſet peccator & rebellis. Quarto qua
re voluit ſic viſitare. i. affligere Chriſtũ talib⁹ tormentis: &
tali genere paſſionis: cum eſſet innocens. Quito quia videf
ꝙ per talẽ incarnationẽ eſſet factus Chriſtus minor ange-
lis in dignitate & poteſtate. Iſta quinq; admiraf Dauid de
myſterio incarnationis & paſſionis Chriſti non ex defectu
fidei: quia iſta in ſpũ præuidebat: Sed admirabatur ineffa-
bilẽ dei miam & charitatẽ qua; cõprehẽdere non poterat.
¶ Vnde nota ꝙ tria tangunf in his tribus particulis. Prio
mia patris qui memor & miſertus hois perditi filiũ propriũ
morti tradidit: cum dicit Quid eſt homo ꝙ memor es ei⁹.
Secũdo notatur patientia & obedientia filij qui paſſus eſt
talibus tormentis viſitari & affligi: vt patri obediret & ge-
nus humanu; liberaret: per hoc ꝙ ſubdit: Aut filius hois:
qm̃ viſitas eũ. Tertio notatur eius filij hũilitas: quia hũilia
uit ſeipm formã ſerui accipiens: per hoc ꝙ ſequitur: Minui
ſti eum paulominus ab angelis. Et ſic ta; in patre q̃ in filio
notificata fuit mundo, & in vniuerſa terra ſumma dei mia
ꝑ myſterium paſſionis. ¶ Gloria & honore. Hic Dauid in
hac quarta parte admiratur diuinam iuſtitiã & ꝓmiu;: qđ
Chriſtus conſecutus eſt ex meritis ſuę paſſiõis: & tantę obe
dientiæ & hũilitatis. ¶ Ad cuius euidentiam eſt primo ad A
uertẽdũ ſicut dictũ eſt in prologo tractatu ſcđo: ꝙ duo ho-
mines dicũtur principia generis hũani, ſcilicet Prim⁹ Adã
qui eſt principiũ oim hominũ carnaliũ ꝑ gñationẽ natura
lem: & ſecũd⁹ Adã ſcilicet Chriſtus: qui eſt principiu; oim
hoim ſpiritualiũ ꝑ baptiſmalẽ regenerationẽ. vnde oia quę
prim⁹ Adã ꝑdidit per inobedientiam: recuperauit Chriſt⁹
per ſuam humilitatẽ & obedientiã implendo voluntatem
dei patris. Vnde deus cõſtituerat Adã ſuper oia opera crea
ta, vt pręſideret & dñaretur piſcibus maris & volucribus cę
li, vt patet Geñ. ij. Sed propter peccatum & inobedientiã
fuit eiectus a tali honore & dñio. Ideo deus pater cõſtituit
Chriſtum filiũ ſuum inquantum homo: qui patri obedien
do recuperauit oia q̃ prim⁹ Adã perdiderat. Et ſic deus pa
ter ſubiecit Chriſto oia ſub pedib⁹ ei⁹. ſ. oues & boues & vo
lucres cęli & piſces maris. Et hoc eſt qđ miratur Dauid in
hac parte dicẽs. Quid eſt homo. &c. quaſi dicat: qđ meruit
hõ ſcilicet prim⁹ Adã, ꝙ memor es eius, cũ ſit peccator, aut
qđ demeruit fili⁹ hois. ſ. Chriſtus qm̃ taliter viſitas eum per
mortẽ & paſſionẽ: cũ fuerit innocẽs ſine peccato? & cur mi-
nuiſti ipm paulominus ab ãgelis cũ ſit maior angelis: qa
licet ſcdm deitatẽ ſit immortalis & impaſſibilis: tamen ad-
huc ſcđ; hũanitatẽ nõ merebatur mortem, quia nõ ex ope
Adã natus eſt, nec peccauit in illo nec in ſe. Verũtamẽ licet

minueris ipſum ab angelis ip̄m morti ſubijciendo, tamen
poſtea propter realē obedientiā feciſti ip̄ꝫ maiorē angelis.
B Nam oia ſubiecisti ſub pedibus ei⁹ &c. ❡ Scđo eſt vlterius
notandū, ꝙ tria principaliter meruit Chriſtus ꝓpter ſuam
paſſionem & obedientiā & hūilitatē ad patrē, & ꝓpter im-
menſam charitatē erga genus humanū. Nā primo meruit
liberare totā humanā naturā de poteſtate diaboli: & hoc
offerendo ſuā vitā & ſanguinē ꝓ nobis in p̄tiū. Scđo meruit
immortalitatē & reſurrectionē ꝓ ſe & membris ſuis: & hoc
ratiōe ſuę obediētię & charitatis, quia ꝓpter nos fuit viſita
tus. Tertio meruit vniuerſale dominiū & iudiciariā poteſta
tē ſup hoies & angelos in cælo & in terra & in iferno: & me-
ruit vniuerſaliter dñiū ſup cęlos & oia elemēta, & oēs crea-
turas tam rationales q̄ irrationales: & hoc quia exinaniuit
& minuit ſeip̄m paulo minus ab angelis: & humiliauit ſe fa
ctus obediens patri vſq; ad mortem. ad Ephe. ſcđo. Ex qui
bus patet ꝙ maius fuit meritū Chriſti: q̄ pctm̄ ipſi⁹ Adami
quia plura recuperauit Chriſtus p ſuam paſſionem & humi
litatē q̄ pdidit Adā per pctm̄. Nā Adā ſolū pdidit dominiū
& poteſtatē quā habebat tm̄ ſup creaturas irrationales &
aialia bruta. Sed Chriſtus adept⁹ eſt poteſtatē & dominiū
nō ſolūmodo ſuper hoies & aialia bruta: ſꝫ etiā ſup oēs an-
gelos & dęmones: & ſup oēs cęlos & oia elementa, vt ipſe
dicit Matthęi vltimo. Data eſt mihi omnis poteſtas in cæ-
lo & in terra &c. Hoc ergo præuidēs Dauid in ſpiritu dicit.
O dn̄e pater q̄ admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa ter-
ra, quantum ad iuſtitiam & æquitatē. Nam licet minueris
filium tuū Ieſum paulomin⁹ ab angelis faciēdo ip̄m filium
hois mortalē, & paſſibilē: & viſitaueris & cruciaueris eū du
ra morte & paſſiōe ꝓ hoie liberādo: tamē ꝓpter merita ſuę
humilitatis & mortis tribuiſti ei iuſtū pręmiū. Nam primo
Gloria & honore coronaſti eū, quia ip̄m de morte ad vitaꝫ
glorioſam ſuſcitaſti, qđ pertinet ad gloriā. Scđo in cælū re-
cepiſti: & ī dextera tua collocaſti: & vniuerſalē poteſtatē in
cælo & in terra, & in inferno ei tradidiſti: & tanq̄ regem ho
minū & angelorum coronaſti: qđ ptinet ad honorē. Vnde
nō ſolū cōſtituiſti ipſum ſup creaturas rationales: ſed etiam
conſtituiſti eum ſup omnia opera manuum tuarum. Nam

## Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: oues & bo- ues vniuerſas: inſuper & pecora campi. Volucres celi & piſces maris: qui perambulant ſemitas maris.

❡ Omnia creata ſubieciſti ſub pedibus & poteſtate eius. ſ.
oues & boues vniuerſas: & inſuper ſubieciſti ſibi oia pecora
cāpi, & oēs volucres cęli, & oēs piſces maris qui perambu-
C lant & natant ſemitaꝫ maris. ❡ Ad cuius intellectū eſt ad-
uertendū, ꝙ oia iſta aialia & etiā elemēta fuerunt realiter
& literaliter ſubiecta virtuti nois Chriſti & eius poteſtati:
nā mare & vēti obedierūt ſibi: ante & poſt reſurrectioneꝫ:
& etiaꝫ piſces obedierunt ſibi: nā in virtute & p̄cepto Chri
ſti apl'i laxarūt rete & ceperunt magnā multitudinē piſciū,
vt patet Luce. v. & Ioan. xxj. Sed etiā iſta locutio prophetę
intelligitur metaphorice. Nā per oues & bones nō ſolū in-
telligit beſtias, ſed etiā rōnales creaturas per huiuſmodi in
tellectas. Nā per oues intelligit populos, & ſtatus iferiores
hominū: & per boues intelligit reges principes & maiores:
& per pecora campi intelligit gentes barbaras quæ ad mo
dum pecorum viuebant, campos & nemora peragrātes: ſi
cut ſunt ſcythę & ęthiopes per deſerta iugiter errantes. & p
piſces intelligit habitātes in inſulis maris: & per pambulā-
tes ſemitas maris intelligit nauigantes. Itaq; nulla regio:
nulla habitatio, nulla hoim cōditio ſecludiť a Chriſti & ei⁹
nois poteſtate. Itē per volucres cæli intelligit angelos qui
ceciderūt de cælo: & etiā bonos qui in cęlo manſerūt. Ange
li enim dicuntur volucres a volādo & a velocitate intelligē

tię & virtutis. Omnia ergo pater ſubiecit ſub pedibus & po
teſtate Chriſti etiaꝫ inquantū homo eſt: & hoc ab inſtanti
ſue cōceptionis. Sed hoc magis apparuit in ſua vita per mi
raculoꝝ operationeꝫ. Sed multo magis fuerunt manifeſta
in ſua reſurrectione & aſcēſione. Sed multo maxime mani
feſtabitur executio ſuę poteſtatis in finali iudicio. Ideo Da
uid in fine huius pſalmi admirādo virtutes & poteſtatē hu
ius nominis Ieſu, propter omnia ſupradicta admirando cō
cludit ꝙ in principio p̄miſit dicens.

## Domine dominus noſter: q̄ admirabile eſt no- men tuum in vniuerſa terra.

❡ Tota ergo ſententia & argumentū huius pſalmi conſi-
ſtit in hoc: qm̄ Dauid prędidēs myſteria huius nois Ieſus q̄
in eius aduentu debebant in vniuerſo mundo manifeſtari:
ideo cū admiratiōe dicit. O dn̄e dn̄s noſter q̄ admirabile eſt
nomē tuū &c. Nā primo erit admirabile in potentia & ma
gnificētia. ꝓbatur. Qm̄ eleuata eſt magnificētia &c. Scđo
erit admirabile in ſapientia. Qm̄ videbo cęlos &c. Tertio
erit admirabile in miſericordia: nam quid eſt homo ꝙ me
mor es eius &c. Quarto eſt admirabile in iuſtitia: quia glo-
ria & honore &c. ❡ Eſt tandeꝫ notandum ꝙ iſte pſalmus
legiť in officio virginis: eo ꝙ eſt mater ipſius Ieſu qui diciť
filius hois. Itē quia cū ipſa ſit minor angelis ſcđm naturaꝫ:
tn̄ per grāꝫ fuit eius magnificentia ſup oēs cęlos eleuata: &
gloria & honore hoim & angeloꝝ regina coronata: & ex
ore infantiū & lactētiū bn̄dicta & p oēs gentes beatificata:
q̄ ſingulari gratia præuēta inimicū & vltorem diabolū de-
ſtruxit & ſuperauit: cui Ieſus filius eius oia ſubiecit & ſuppe
ditauit. Itē iſte etiā pſalmus legitur in feſtiuitatibus marty-
rū & cōfeſſoꝝ: eo ꝙ ſūt pricipes regni Chriſti: & regnant cū
eo ꝓpter merita martyrij aut laboris. Et ſic eoꝝ magnificē
tia eſt eleuata ſup cęlos: & Chriſtus in cęlo gloria & hono-
re coronauit eos: & ſubiecit oia ſub pedibus eorū. nam ipſi
iudicabunt cum Chriſto. xij. tribus iſrael in die iudicij.
❡ Ex toto iſto pſalmo poſſunt recolligi quinq; concluſiōes: D
quarū Prima eſt: ꝙ in aduentu Chriſti fuit manifeſtū & ad
mirabile in vniuerſa terra illud nomē dei adonai, qđ in ve-
teri teſtamento per illas quatuor literas ſcribebatur.
❡ Secunda concluſio, ꝙ hoc nomen Ieſus eſt illud nomen
qđ illis quatuor literis ſcribebatur.
❡ Tertia cōcluſio, ꝙ Ieſus Chriſtus verbū incarnatū mani
feſtauit in vniuerſa terra ſignificatū nois dei tetragramma
ton. ſ. trinitatē diuinarū pſonarum & myſterium incarnatio
nis. ſ. duarum naturarum in vna perſona.
❡ Quarta cōcluſio, ꝙ Ieſus Chriſt⁹ manifeſtauit in vniuer
ſa terra pfectiōes eſſentiales quas ſignificabat illud nomē
dei tetragrāmaton. ꝓbatur. nā Chriſt⁹ primo p ſe & ex cō-
ſequēti p ſuos apl'os manifeſtauit oipotētiam dei in vniuer
ſa terra p operationē miraculorū. Scđo manifeſtauit dei ſa
pientiā in fundatione eccleſię, & datione legis euāgelicę.
Tertio manifeſtauit dei miam in morte & paſſiōe & in pec
catorū remiſſione. Quarto manifeſtauit dei iuſtitiam: quia
pater omnia ſubiecit ſub pedibus ei⁹, & tradidit ſibi iudicia
riam poteſtatem & ditionē ſuper omnes creaturas.
❡ Quita cōcluſio, ꝙ nomē Ieſus qđ ē nomē dei, p aduētū
Chriſti fuit manifeſtatū & magnificatū nō ſolū in vniuerſa
terra: ſed etiā in cęlo & in inferno: quia in noie Ieſu oē ge-
nu flectitur &c. ❡ Scđ cōtra p̄dictas cōcluſiones & cōtra to E
tā ſupradictā expoſitionē arguūt Iudæi moderni dicentes,
ꝙ hoc nomē Ieſus nō eſt nomē dei tetragrāmaton: nec illđ
nomē dei admirabile in vniuerſa terra: de quo loquiť Da-
uid in hoc pſal. qđ erat manifeſtāduꝫ in aduētu Meſſie. vn̄
arguūt primo ſic. illud nomen fuit ignotū & icōprehēſibile
patriarchis & ꝓphetis: ſed eſt manifeſtādū p ſolū Meſſiā in
lege promiſſū: qa tūc erit nomen nouū qđ os dn̄i noiauit,
vt patet Eſa. lxij. ſed hoc nomen Ieſus eſt nomen antiquū

& notũ patriarchis & prophetis: quia multi vocati ſunt hoc
nomine Ieſus, puta Ieſus filius naue. qui introduxit iſrael i
terram promiſſionis: & Ieſus filius Ioſedech ſacerdos ma
gnus, qui ædificauit ſecundũ templũ, & Ieſus filius Sirach,
qui renouauit ſapientiã: ergo hoc nomen Ieſus non eſt illud
nomen dei tetragrammatõ. ¶ Secundo arguunt ſic. Nam
illud nomen dei adonai debet comprehendere totam pfe
nitudinem diuinitatis: & totum pelagus diuinarum perfe-
ctionum & virtutum. Et ideo dicitur ineffabile & incõphẽ-
ſibile, quia eſt nomẽ omnipotentię & virtutis, in cuius vir-
tute Meſſias debet detegere oẽs theſauros abſconditos, &
ſubijcere ſibi totũ orbẽ, & cogere angelos & dæmones ve-
nire ad ſuum imperiũ. immo dicunt ꝙ in virtute huius nois
ſuſcitabit mortuos, & conuertet ferrum & ſtannum in argẽ
tum & aurum, & mutabit montes ex vno loco ad alium: qa
cum manu capiet montem Sinai & montem Tabor, & iũ-
get eos cum monte Sion, & ſuper eos reędificabit magnã
& nouam hieruſalem pro ſuis Iudæis. Sed nos videmus ꝙ
ad inuocationez huius nominis Ieſus nihil horum fit, ergo
ſequitur ꝙ non eſt illud nomen adonai.

¶ Tertio arguunt ſic. Nã illud nomẽ dei in aduentu Meſ-
ſię debet dilatari & magnificari a ſolis ortu vſq; ad occaſũ,
vt patet Malach. primo. Sed hoc nomen Ieſus non eſt ma
gnificatũ nec notũ apud ſarracenos, nec iudęos, nec apud
indos, nec manifeſtũ in aliquibus partibus mũdi: igitur nõ
eſt illud nomen dei manifeſtum & admirabile in vniuerſa
terra, nec eſt adhuc manifeſtum.

¶ In oppoſitũ eſt ſaluator. Ioan. xvij. qui dixit, Pater mani
feſtaui nomẽ tuuz hoibus &c. ¶ Reſpõdeo. In hac quæſtio
ne erunt duo articuli. Nam in primo eſt videndum an poſ-
ſit eſſe aliquod nomen ita ſufficiens & proprium: quod com
prehendat & notificet totam eſſentiam & plenitudinem
deitatis cum omnibus perfectionibus ſuis. In ſecundo ve-
ro videbitur an poſſit reperiri aliquod nomẽ vocale: ita pro
prium ad notificandũ deũ & Meſſiam in lege promiſſum:
ſicut eſt hoc nomẽ Ieſus. Quantum ad primũ eſt notandũ
ſcd̃z Ariſtoteleꝫ ſcd̃o de anima. & ſeptimo Metaphyſicę. ꝙ
intellectus noſter in ſui prima operatione apprehendendo
rem per ſua eſſentialia format conceptum diffinitiuum rei
intellectę abſq; cõpoſitione & diuiſione, quia in tali appre
henſione nec dicit rem eſſe nec non eſſe: niſi ſoluꝫ quicquid
eſt ſecundũ eſſẽtiã ſuã. quem quidem cõceptũ græci appel-
lant logon. i. verbum. per quem conceptuꝫ res dicitur nota
tantum ipſi intelligenti. Et dicit Aug. ſuper Ioan. & Auicẽ-
na in logica ſua, ꝙ ad hoc ꝙ talis conceptus ad extra noti-
ficetur cæteris: oportet ꝙ induat vocẽ: & tũc per vocem no
tificatur cæteris. Et tunc conceptus ſiue diffinitio mentalis
efficitur nomẽ, quaſi notamẽ: qa vt ſic cæteris notificatur.
Ideo dicit Ariſto. primo perihermenias: ꝙ nomia & voces
ſunt notę earũ quę ſunt in anima paſſionum. i. ipſorum cõ-
ceptuum & cogitationũ. Iteꝫ quarto & ſeptimo Metaphy.
dicit ꝙ nomẽ ſignificat diffinitionẽ. Ex quo patet ꝙ nomẽ
vocale in ſe includit conceptum ſimul & vocẽ, quia nomen
non eſt aliud niſi cõceptus notus ꝑ vocẽ, ſiue vox explicans
& notificans conceptum & verbum mentis. Ita ergo dicit
Auguſt. xv. de trinita. ꝙ ſicut nos ꝑ ſimplicẽ intelligentiaꝫ
formam⁹ conceptũ diffinitiuũ de tota eſſẽtia rei, qd̃ dicitur
verbum explicans totam eſſentiam rei: Ita pariter deus ab
ęterno intelligendo ſe, dicit verbũ de tota memoria ſua fœ
cũda: & per cõſequens de tota eſſentia & ſubſtãtia ſua diffi
niens & cõphendẽs totã eſſentiã & ſubſtantiã ſuam, & ple-
nitudinem ſuę deitatis, & pelagus oim ſuarum ꝑfectionuꝫ.
Nã cum illud verbum ſit de tota ſubſtantia ipſius dicentis,
in eo ſunt & apparent oẽs diuinę ꝑfectiones & ideę oim re
rum. Et ſic deus pater per illud verbũ diffinit & comphen-
dit ſeipm ſecundũ totã plenitudinẽ ſue deitatis & perfectio
nis. Et ſic infinite ſeipſum comprehẽdit & diffinit. Ex quo
patet, ꝙ illud verbum non põt eſſe finitum, nec tẽporale,
nec ſucceſſiuũ: ſed æternũ, quia pater nunꝗ fuit ſine tali ver
bo. Ideo dicit̃ Ioan. primo. ꝙ in principio erat verbum, &
deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Rur-
ſus quia in tali verbo ſunt ideę oim rerum: a quo dependẽt
ſecundum ſuum eſſe: iõ pater ſolo verbo dicẽdo ad extra oia
creauit ex tẽpore. Et iõ ſubdit euãgeliſta, ꝙ oia ꝑ ipm facta
ſunt &c. Dicit vlterius Augu. ꝙ ſicut verbum noſtrum, ſiue
conceptus ad hoc ꝙ notificetur ad extra, & notificet rem,
oportet ꝙ efficiatur nomen induendo vocẽ, quia aliter eẽt
nota ſoli intelligenti: Ita pariter deus pater, vt notificaret
nobis verbum & filium ſuum, & volũtatẽ ſuã toti mundo ĩ
duit verbũ ſuũ carne, & fecit ipſum nomẽ: per quod nobis
locutus eſt. Et Chriſtus ſic verbum incarnatũ factuꝫ nomẽ
notificauit nobis diuina myſteria, quę vſq; ad illud temp⁹
mundo fuerant occulta. Ideo ſubdit euangeliſta, ꝙ verbũ
caro factũ eſt: & habitauit i nobis. Et vidim⁹ gloriã ei⁹ &c.
& ſic patet qualiter verbum dei æternum factuꝫ eſt nomẽ,
temporaliter & nouiter carnẽ aſſumẽdo. ¶ His habitis po
nitur prima cõcluſio. ſ. ꝙ nullus conceptus creatus põt cõp
hendere, nec explicare, nec diffinire deũ ſecundũ totã eſſẽ-
tiã & ſubſtantiã, & plenitudinẽ ſuę deitatis & perfectionis.
Probatur. quia nullũ finitũ põt comprehendere nec ambi-
re aliquod infinitũ: ſed deus quo ad plenitudinem deitatis
& perfectionis, eſt infinitus, ergo eſt incõprehenſibilis & in
diffinibilis a quocũq; finito. minor patet, maior ꝓbat̃. Nã
diffinire nil aliud eſt ꝗ rem ſecundum totam eſſentiam cõ-
prehẽdere & ãbire, & cõcludere, & terminare. Et ideo phi-
loſophus ſcd̃o poſteriorũ diffinitionem appellat terminum
rei: eo ꝙ claudit rẽ diffinitam, & terminat, & ambit ſecũdũ
totam ſuam eſſentiam. Hoc idẽ dicit Augu. xij. de ciuitate
cap̃. lxxx. ꝙ quicquid ſcitur ſcientis ſcientia cõprehẽditur,
& ſcientis cõprehenſione finitur &c. Ex quo patet ꝙ ſolus
deus per verbum ſuũ ſeipſuꝫ poteſt diffinire, eo ꝙ illud ver
bum eſt ſibi conſubſtãtiale & infinitũ & coæternum: et qa
ſolus deus de ſe poteſt dicere & ꝓducere tale verbũ ſui ipi⁹
diffinitiuũ. immo deũ dicere verbũ de tota ſubſtãtia ſua: nil
aliud eſt niſi ſeipſuꝫ diffinire ſcd̃m plenitudinẽ ſuę deitatis.
¶ Scd̃a cõcluſio, ꝙ Ieſus Chriſtus ſaluator noſter. ſ. illa per
ſona ꝗ nos redemit, eſt nomen dei patris. probatur. Nã illa
ꝑſona eſt verbũ incarnatũ factũ nomẽ induendo carnẽ: per
q ꝗ nobis pater notificauit ſuã volũtatẽ, & ſuam oipotentiã
& ſapientiã & miam & iuſtitiã: & notificauit nobis totũ my-
ſteriũ trinitatis & incarnationis, ergo eſt nomen dei. Nã ſi-
cut conceptus humanus ſiue verbũ internũ notificat nobis
reꝫ ꝑ ſuã eſſentiã, & ꝑ ſuos effectus ꝑ vocẽ ſibi iũctã: Ita ver
bum dei notificauit nobis per carnẽ & hũanitatẽ myſteria
dei occulta vt dictũ eſt. Vnde ſicut nomen noſtrum vocale
cõtinet in ſe cõceptum: Ita humanitas Chriſti quaſi induit
verbũ: & ſic verbũ carne indutũ notificauit mundo oia ſu-
pradicta. Vnde ſicut nomẽ noſtruꝫ vocale nil aliud eſt niſi
verbũ indutũ voce ſeu habens vocẽ: Ita Chriſtus nihil aliud
eſt niſi verbum dei habẽs carnẽ, vel verbũ in carne, vel ver
bũ caro ꝑſonaliter factũ. Ioã. primo. Qui quidẽ Chriſtus de
clarauit nobis legẽ & prophetias tanꝗ verũ nomẽ dei pris.
quia lex ꝑ Moyſen data eſt: gr̃a aũt & veritas per Chriſtuꝫ
nobis facta & manifeſtata eſt. Ex ſupradictis patet ꝙ nul-
lum nomẽ vocale vel ſcriptũ, nec aliquis hũanus cõceptus,
nec creatus poteſt diffinire deum ſecundũ eſſentiã & pleni
tudinẽ deitatis, & ꝑfectionis: quia oĩs talis cõceptus eſt crea
tus & finitus. Et per cõſequẽs talis conceptus ꝑ nullã vocẽ
humanã indutus poterit notificare deũ ſcd̃m totam ſuam
eſſentiã & ſubſtantiã, nec ſcd̃ꝫ plenitudinẽ ſuę deitatis, nec
ſcd̃m pelagus oim ſuarũ rerũ & perfectionum: quia hoc cõ
uenit ſoli verbo incarnato. qd̃ eſt ꝓpriũ nomen dei vt di-
ctũ eſt. Scd̃o ſequit̃, ꝙ ꝑſona Chriſti. ſ. verbũ incarnatũ, eſt
illud nomẽ dei qd̃ os dñi nominauit. Eſa. lxij. quia prio ab

æterno eſt verbũ a patre dictũ, & ſapientia quæ ex ore altiſſimi prodijt: qui cũ patre & ſpiritu ſancto fuit cũcta cõponẽs. Prouer. viij. & ex tẽpore eſt a patre noiatũ. i. caro factũ. Nam patrem filiũ noiare nil aliud eſt q̃ verbũ in carnẽ mittere. Item ſequitur ꝙ illud nomẽ dei quod ꝑ illas quatuor literas ſignificabatur, non eſt aliquod nomen vocale, nec ſcriptum, ſed realis perſona Chriſti, ſcilicet verbum incarnatum. q̃d quidem nomen deſiderarunt ſcire & cognoſcere, & videre patriarchę & ꝓphetę & oẽs fideles veteris teſta. in quo expectabant ſaluari & liberari. vñ non expectabant aliquod nomen vocale vel ſcriptum, ſed filiũ dei in quo & ꝑ quẽ erant oẽs ſaluãdi. Vnde qñ Eſaię. xxx. dicit: Nomen dñi veniet de longinquo &c. nõ intendebat dicere ꝙ aliq̃d nomen vocale vel ſcriptũ deberet venire de longinquo cęlo: ſed pſona Chriſti. ſ. verbum in carnem. Item nomen vocale non eſt nomẽ: q̃d os dñi nominauit: quia ex ore dei nõ exit aliquod accidens: ſed intẽdit dicere, ꝙ os dñi ab æterno produxit verbum dei, & ex tempore miſit ipſum in carnem. Hoc idẽ dicitur Eſa. xlv. vnde dicit pater ad filiũ arcana ſecretorum: Vt ſcias quia ego dominus, qui voco nomẽ tuum deus iſrael propter ſeruũ meũ Iacob, & Iſrael electũ meum, & vocaui te noie tuo & aſſimilauit te &c. quæ quidẽ verba non poſſunt intelligi niſi de ſolo Chriſto Ieſu, quem pater noiauit & deũ vocauit, cui theſauros abſcõditos ſacrę ſcripturę & cęleſtis gloriæ reuelauit, & cui dedit nomen q̃d eſt ſuper oẽ nomen &c. de quo dicit̃ Apocal. xix. ꝙ Chriſtꝰ habet nomẽ ſcriptũ in diademate, q̃d nemo nouit niſi ip̃e. Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine, & vocabatur nomẽ eius verbũ dei &c. Ex quo patet, ꝙ pſona verbi incarnati ẽ nomẽ dei incõprehenſibile, ꝙ nemo nouit niſi ipſe: quia ſicut ſolus deus ſe diffiniuit illo verbo æterno: ita ſe nominauit illo nomine: ſcilicet verbo incarnato ſignificato per illd̃ nomen tetragrammaton veteris legis: & per hoc nomẽ Ieſus nouę legis. ¶ Ex ſupradictis patet eſſe ſtultam & vanã cupiditatem & ſolertiam modernorũ iudęorum, circa intelligentiam & inquiſitionem & declarationez illius nois dei quatuor literarũ: qui videntes tot & tanta ſcripta in lege & prophetis de illo nomine, continue quærunt & inueſtigant declarationem illius. Vnde dicunt ꝙ eſt vnum nomen vocale & ſcriptũ ſignificatũ per illas q̃tuor literas ioth. he. vau. he. quod non nouit niſi Moyſes, cum quo fecit illa miracula: & Salomon, cum quo ſciuit omnes ſciẽtias & acquiſiuit multas diuitias. Alij autem dicunt ꝙ nullus antiquoruz potuit ſcire illud nomẽ: ſed ſolus rex Meſſias quam falſo expectant, debet ſcire illud: cum quo reuelabit theſauros abſcõditos & ſubijciet ſibi totum orbem. Alij autem dicunt ꝙ Ieſus nazarenus furatus eſt illud nomen ſcriptum a necromãticis & magis ęgypti. Et ideo cũ illo nomine ſuſcitabat mortuos, & ſanabat ęgrotos, & faciebat cætera miracula. Et iõ exinde fuit inſecta cupiditas omnibus rabinis & magiſtris: iudæorum inquirendi hoc nomen & proprietates eius. quod nomen ſemãmeforas appellant: cum quo putant detegere theſauros abſcõditos, & tranſmutare plumbum & cuprum & cætera metalla in argentum & aurum. Et ſic inuocãt dęmones, vt doceant illud nomen. Et ſic omnes rabini eoruz ſunt necromantici decepti a diabolo. Sed q̃ ſit ſtulta & vana talis opinio de ſe eſt manifeſtuz. Nam primo iſti decipiũtur circa ſubſtantiã nominis dei. & iſti quęrunt vnum nomẽ vocale vel ſcriptum: quod ſolum eſt in aere vel charta. Secundo errant circa tempus: quia q̃d iam venit & factum eſt quęrunt futurum, quia iam venit Chriſtus: qui eſt veruz nomen dei: & reuelauit theſauros abſconditos ſacræ ſcripturę & regni cælorum, & confregit portas & vectes ferreos inferni, & liberauit oẽs de ſeruitute inferni & peccati. Etiam mutauit montes: quia humiliauit principes & reges & imperatores: & direxit praua in directa & aſpera in vias planas &c. Item errant circa modum inquirendi hoc nomen. Nam hoc nomen & eius proprietates non quęrunt̃ niſi per fidem, & ſpem, & charitatem, & humilitatem: & ipſi quærunt ipſuz ex proprio conatu & per artes magicas. Itẽ errãt circa finem & effectum eius. Nã deus pater promiſit: & miſit ipſum ad ſaluandum, & liberandũ a ſeruitute peccati: & ad dandam gloriam in futuro & regnum cælorum. Et ipſi deſiderant ipſum ad diuitias corruptibiles acquirendas: & theſauros temporales detegendos: & dñium tẽporale adipiſcendũ: & opera magica: & deteſtabilia facienda. Ex quibus manifeſte patet eoꝝ deceptio & vana & ſtulta cupiditas & ridenda ſollicitudo circa inquiſitionem eius. & hoc de primo articulo. ¶ Quantum autem ad ſecundum articulũ eſt primo notãdum ſecundum philoſophum. vij. metaphyſicę, & ſecundo poſteriorũ: ꝙ ſicut illa, eſt melior & pfectior diffinitio quæ magis explicat diffinitum: Ita illud nomen eſt melius & conuenientius & magis propriũ: quod manifeſtius notificat rem. Et ideo ſi eſt aliquod nomẽ notificãs rem non ſolum quo ad eſſentialia: inquantum nomen ſignificat diffinitionẽ: ſed ſi notificat quo ad rei effectus: illd̃ erit magis proprium & ſufficiẽs: quia ſicut proprium eſt diffinitioni diffinire rem quo ad eſſentialia: ita propriũ eſt nomini notificare rem quo ad eius effectus, & ſcdm omnẽ modum notificandi poſſibilem: quia nomen dicitur a notificãdo. Ex quo patet ꝙ illud nomen erit magis proprium deos quod plura & magis propria notificat nobis de deo: non ſolum quo ad eſſentiam: ſed etiam quo ad eiꝰ effectus.

¶ Secundo eſt notandũ ꝙ iſta quatuor ſe habẽt ꝑ ordinẽ. ſcilicet eſſe, viuere, ſiue vita, & ſaluere ſiue ſalus, & ſaluare ſiue ſaluator. Vnde eſſe dicit actuz eſſendi ſiue durationẽ. Vita autem dicit eſſe cum vitali operatione: quia viuere viuentibus eſt eſſe. Salus autem dicit vitam cum integritate ſine defectu. Saluare autem ſiue ſaluatorem eſſe dicit actũ ſaluãdi, ſcilicet cæteris rebus vitam dare. Et ſic ille qui dat ſalutem & ſaluat: ille idẽ dat vitã & eſſe. Et qui dat vitam & ſalutẽ & eſſe: neceſſe eſt vt de ſe habeat ſalutez & vitã & eſſe, quia vnum ꝑ ordinem includit aliud, & vltimum includit oia tria per ordinem ꝓcedentia. Sed cum in deo nullum ſit accidens, nec aliquod dependens: ideo eſſentialiter eſt quicquid habet: & ſic deus eſſentialiter eſt ſua ſalus & vita & eſſe. etiã eſt cauſa oim ſalutis & vitę & eſſe, & per conſequens quia ſolus de ſe poteſt dare ſalutem: ideo eſſentialiter eſt ſaluator, id eſt quia ad ipſum ꝑtinet ſaluare & dare ſalutem & vitam integram rebus a ſe creatis.

¶ His ergo habitis ponit̃ prima cõcluſio. ſ. ꝙ eſſe ſimpliciter & ꝑ ſe: eſt ꝓpriũ ip̃i deo. ꝓbatur. Nã deus eſt primum neceſſe eſſe a nullo dependẽs & dans eſſe omnibus rebus, ergo ſoli deo eſt propriũ eſſe. Hãc cõcluſionẽ ꝓbat Auicenna & Algazel in ſua metaphy. & philoſophus ſcdo & quinto & decimo metaphy. Et ideo dixit dñs Moyſi Exodi. iij. Ego ſum qui ſũ. dic filijs iſrael. qui eſt miſit me ad vos. Hoc eſt nomen meũ memorabile inęternuz. Hoc idem probat Augu. xij. de ciuitate dei. cap̃. ij. & in pleriſq; locis.

¶ Secũda cõcluſio, ꝙ viuere & vita eſt proprium ipſi deo. q̃d ꝓbat̃ ꝑ eandẽ rõnẽ. Nã ſi ſolus deus viuit & eſt vita per eſſentiã ſuã, & dat oibꝰ vitã & viuere, ergo ſibi eſt propriuz vita & viuere. hanc concluſionẽ ꝓbat philoſophus. xij. metaphy. dicens ꝙ eſſe & vita & volũtas dicunt̃ de deo eſſentialiter, vt ipſe eſt ſua vita. Et ſic oibus rebus dat vitã: & oia viuunt in ip̃o. patet Ioan. j. quia q̃d factum eſt in ipſo vita erat. Itẽ in ip̃o mouemur & ſumus. Actu. xvij. Et ideo quia deus per ſe viuit & dat cæteris vitã: hinc eſt ꝙ deus ſemper iurat ꝑ vitam ſuã dicẽs. Ezech. xviij. Viuo ego. nolo pctõris mortẽ &c. Ideo fideles ve teſt. iurabant ꝑ vitã dei. Vñ primi Reg. xiiij. dixit Saul: viuit dñs ſaluator iſrl̃. Ionathas abſq; retractatione morietur &c. Et ſic iurabant omnes fideles ve. teſt. Ex quo patet, ꝙ vita & viuere eſt propriuz ip̃i deo.

¶ Tertia cõcluſio, ꝙ ſalꝰ & ſaluare ẽ ꝑ ſe ꝓpriũ ip̃i ſoli deo

probaſ: quia ſolus deꝰ p ſe viuit vita integra ſine defectu & ſine termino: quia duratio ſua eſt interminabilis vitę, tota ſimul & perfecta poſſeſſio: libera ab omi infirmitate & miſeria & defectu. Vnde nulla duratio alioꝝ dicitur ꝓprie vita. nam duratio hominū, & oim animaliū, & plantaꝝ tendit ad interitū. ergo nō eſt ꝓprie nec ſimpliciter vita: ſed tātum ſcꝫ aliquid. Itē duratio angeloꝝ, licet non tendat ad interitū: tñ hoc non habent angeli a ſe: ſed a deo: & iō deo volente poſſunt deficere ſcdm Platonē in Timæo. Et ideo ſoli deo eſt propriū viuere, & cęteris ad libitū vitā cōmunicare. Et ſic oēs per talē vitā integrā q̄ diciſ ſalus: deū imitari deſyderāt. Ideo ſemp amicis ſalutē optamus dicēdo: Salus ſit tibi a deo: & ſalue amice. i. viue in æternū. Et ſic dicebat Paulꝰ ad Coloſſeñ. iiij. Salutat vos Lucas medicus. i. ſalutem & vitā æternaꝫ vobis optat. Itē Terentius in Eunucho. Plurima ſalute Parmenonē ſuū ipertit gnaro. Et ideo quia ſolus deus eſt ſua ſalus & vita integra: hinc eſt ꝙ ſibi dicitur in hymnis: Sit ſalus illi decꝰ atq; virtus &c. Et quia ſolus ipſe deus poteſt dare talē ſalutē. ſ. vitam integram ſine defectu: hinc eſt ꝙ i tota ſcriptura diciſ Saluator, & ſalutare, & ſalus noſtra. Et ſic patet qualiter iſta quatuor per ordinem ſe includūt: & ſunt ꝓpria ipſi deo. ſ. eſſe: viuere: ſalus ſiue ſaluere, & ſaluare, ſiue ſaluatorem eſſe.

❡ Quarta cōcluſio. licet ſupradicta quatuor noia. ſ. eſſe, & vita, & ſalus, & ſaluator ſint propria ipſi deo: tamē vltimuꝫ nomen. ſ. ſaluator eſt magis ꝓpriū & ꝓpriſſimū ei: & magis accommodatū. Prima pars eſt probata p tres cōcluſiones ſupradictas. Secunda pars probatur. nam licet eſſe & vita & ſalus ſint propria ipſi deo: tñ abſq; cōtradictione poteſt cōmūicare, & cōmunicat ea cæteris creaturis. Nā oibꝰ cōmunicat eſſe tam animatis q̄ inanimatis: & ſolis animatis cōmunicat vitam ſeu viuere: & ſolis rationalibus, & intellectualibus cōmunicat ſaluteꝫ. ſ. vitam integrā & ęternam & beatam: ſed nulli purę creaturæ cōmunicat ꝙ poſſit ſaluare. ſ. dare ſalutem & vitā, & eſſe: quia hoc ſoli deo conuenit, cū ſit oia iſta per eſſentiā. Et ſic deꝰ iſta nō poſſet dare alicui purę creaturę: niſi faceret ipſam deum, quod eſt impoſſibile. Et ideo hoc nomē Ieſus. i. ſaluator eſt nomē ſoliꝰ dei ꝓprium. Et ſoli filio ipſum cōmunicauit: eo ꝙ ſeipſum factus obediens vſq; ad mortem crucis humiliauit. ideo pater dedit ſibi hoc nomen quod eſt ſup omne nomen &c. ad Phili. ij. Quod quidē nomē intantū diciſ magis proprium deo, inquātum in ſe cōtinet oēs alias pfectiones, & eſt puris creaturis incōmunicabile quantū ad ſuum ſignificatū quia nulla creatura poteſt ſaluare. i. dare eſſe, & vitaꝫ & ſalutē. ſ. vitam integram: & felicē ſine defectu. Et quia ſoli filio ſuo hoc nomen pater potuit cōmunicare: quia quicquid filius habet: habet a patre: Ideo ſub tali nomine ſalutis ſiue ſaluatoris promiſit ipſum mittere in mundum: vt patet in toto teſtamento veteri. vnde Eſaię. xij. In illa die haurietis aquas de fontibus ſaluatoris. Itē capitl'o. xxv. Saluator ponetur in ea &c. Item capitulo. xxxvj. Dabo in Sion ſaluteꝫ. Itē capitulo. lxiiij. Ego propugnator ad ſaluandū. Iteꝫ ſub tali nomine receptus eſt Chriſtus in nouo teſtamento. vnde Matth. j. Vocabis nomen eius Ieſum: ipſe eñ ſaluum faciet populū ſuū a peccatis eoꝝ. hoc idem Lucę. j. Itē ſub tali noie ſaluatoris recepit ipſum Simeon in vlnas ſuas dicēs. Nunc dimittis &c. Quia viderūt oculi mei ſalutare tuum. Item ipſe Chriſtus ſe noiat ſaluatorē. Ioan. iij. cū dicit. Nō eñ miſit deus filiū ſuū in mundū vt iudicet mūdum: ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Ex quibꝰ pꝫ, ꝙ Ieſus. i. ſaluator eſt nomē magis propriū: quia magis conuenit & pertinet ad Chriſtum inter cętera noia: quia ſibi ſoli cōuenit & nulli alteri, & magis explicat officiū eiꝰ q̄ cętera noia: quia primo & principaliter venit ad ſaluandū oēs, & dādū vitaꝫ ęternā: qa hoc nomen Saluator duo explicat ſimul. ſ. redēptionē & glorificationem. Nam Ieſus ſiue Saluator eſt dator ſalutis. i. vitę integrę ſine defectu & miſeria. Quarto excludit & abijcit mortē & oēm miſeriaꝫ: & dat vitā felicē q̄ ſoli deo cōuenit. ❡ Ex quibus pꝫ, ꝙ pater & ſpiritus ſanctus non excluduntſ ab hoc noie Ieſus. Nam ſicut pater eſt ęternus & vita integra: ita pariter eſt ſaluator, & dator ęternę vitę: & ſic eſt dicēdū de ſpū ſancto: quia ſaluator pater, & ſaluator filius, & ſaluator ſpūs. ſanctus, non tres ſaluatores: ſed vnus ſaluator, & vna ſalus, & vna vita ęterna. Sed hoc nomē Ieſus, & ſaluator: intātū attribuitur filio inquātū per ipm in hūanitate facta eſt noſtra redēptio & ſalus: & inquātū eſt mediator & verbū & incarnatuꝫ. Quia ſicut tota trinitas creauit nos, ita ſaluauit nos: & ita diciſ ꝙ pater redemit nos per filium. immo quia pater de ſe, & a ſe habet hoc nomen ſaluatoris: ideo donauit ipſum filio: quia pater dedit filio hoc nomen Ieſus, qđ eſt ſuper omne nomen. ad Philip. ij. & ſic hoc nomen conuenit toti trinitati. Et hęc ē cauſa quare in primitiua ecclia baptizabāt apoſtoli in nomine Ieſu. Actu. ij. eo quia hoc nomē cōpetit toti trinitati: ſed ex nutu ſpūs ſancti, poſtea baptizarūt in noie patris & filij, & ſpūs ſācti: iuxta formā ſibi traditā a Xp̄o Matth. xxviij. & Mar. vltimo. ad explicationē trinitatis diuinaruꝫ perſonarū: & vt obuiarent pfidię Arrianoꝝ & Iudęoꝝ. Et ſic patet qualiter hoc nomē Ieſus eſt magis proprium ipſi deo: quia magis & plures perfectiones explicat: quia explicat creationē, & redēptionē, & glificationē. Et ſic explicat totū intētū ſacrę ſcripturę: quia nil aliud intēdit tota ſacra ſcriptura vtriuſq; teſtamēti: niſi oſtēdere deū eſſe vnū primū principiū ęternū trinum & vnū, & creatorē, & redēptorē, & glorificatorē. Nā ſi deus eſt prima ſalus, & vita integra, & æterna, & dator ſalutis, & vitę ſine defectu: ergo eſt creator, & redēptor, & glorificator. Et pꝫ etiam quō licet hoc nomē Ieſus, & ſaluator cōpetat toti trinitati: tñ attribuiſ filio: eo ꝙ tota trinitas operata eſt p eum noſtrā redēptionē tanq̄ per mediatorē: vt dictum eſt in ꝓlogo tractatu. iij. & diceſ pſalmo. xvij. Et qa per ipm Chriſtū manifeſtatum eſt hoc nomen Ieſus in vniuerſa terra: quia ipſe manifeſtauit myſterium trinitatis, & creationis, & redēptionis, & glorificationis: ideo vere dicitur Ieſus & nomen dei. ❡ Sed contra oia prędicta arguitur: nam dictuꝫ eſt in toto primo articulo, ꝙ nomen dei non eſt vocale nec ſcriptū: ſed eſt ipſa perſona filij. ſ. verbū incarnatū: qđ patres veteris teſta. expectabant. In hoc aūt ſecūdo articulo diciſ ꝙ nomen magis ꝓprium deo eſt hoc nomē Ieſus habens tres ſyllabas: ergo cōtradictio in verbis. ❡ Ad hoc reſpondetur ꝙ deus habet duo noia. ſ. vnū quo ipſe nominat ſe: & alteruꝫ quo nos nominamꝰ eū. Nomē quo deꝰ noiat ſe: eſt verbū incarnatū. ſ. ipſa pſona filij. Nam inquātū verbū, eſt ab æterno dictū a pr̄e, & eſt cōceptꝰ quo pater diffinit ſe: vt dictuꝫ eſt. Sed inquantū incarnatū, eſt nomē quo pater ſe: & per quē filius manifeſtauit ſeipſum mūdo, & per quem locutus eſt nobis pater nouiſſime diebꝰ iſtis ad. Heb. j. Ideo ait Saluator. Ioan. xvij. O pater manifeſtaui nomē tuum hoibus &c. Et ſic patet qualiter filius incarnatus eſt nomen, quo deꝰ pater noiat ſe nobis. Sed hoc nomē Ieſus habēs tres ſyllabas, eſt nomē vocale vel ſcriptū, quo noiamus deū, & ſpecialiter illā pſonā incarnatā ipſius filij: ſicut patres antiqui noiabāt ipſum p illud nomen quatuor lr̄arū: qđ idē eſt qđ Ieſꝰ. Nā illę quatuor lr̄ę. ſ. ioth. he. vau. he. ſi recte combināſ tur in Hebręo cū ſuis punctis, reddūt hoc nomē Ioheſſua Hebraice: qđ idem eſt qđ Ieſos gręce, & Ieſus. i. ſaluator latine. Et ſic hoc nomen Ieſus, eſt quo nos nominamus illaꝫ perſonam Chriſti: eo ꝙ ſignificat ſaluatorem, & redemptorem, & glorificatorem: quem omnes patres vete. teſta. expectabant: vt veniret ad ſaluandum & redimēdum genus humanum. Ideo tantope deſiderabant ſcire proprietates illius nominis tetragrāmatō: nō rōne ſigni, ſed rōne ſignificati: qa ſignificabat Meſſiam in lege ꝓmiſſum. Et illi

tantū habebāt literas hui⁹ nois Ieſus.ſ. ioth.he.vau.he.in illo noie:ſed nō habebāt ſonū:q̄a nō ꝓnūciabāt,niſi adonai:& ſic nōdū habebāt propriū ſonū:nec ſciebāt ꝓpriū ſignificatū:quia neſciebāt ꝓprie q̄d ſignificabāt illę quatuor literę.Et ideo vtrūq; deſyderabāt ſcire.ſ.ſonū ꝓpriū illius nois quatuor literarū:& ſignificatū eius.Sed nobis quibus datū eſt noſſe myſteriū regni dei:deus reuelauit in nouo teſt.ſonū illius nois tetragrāmatō:q̄n Gabriel dixit virgini Mariæ.Ecce cōcipies & paries filiū,& vocabis nomē eius Ieſum.Et hoc idē reuelauit angelus in ſomnijs ipſi Ioſeph dicēs:Vocabis nomē eius Ieſum.& reuelauit etiā eius ſignificatū cum ſubdit.Ipſe eñ ſaluum faciet populū ſuū a peccatis eorū. Sed hoc magis reuelauit nobis Chriſt⁹ cū realiter prædicauit & dedit legē euāgelicam,& pro nobis paſſus eſt:& reſurrexit &c.per quam paſſionē nos realiter ſaluauit & redemit:& ſic fuit notū nomē dei in mundo per Chriſtum,& diuulgatū in vniuerſa terra per apoſtolos,& factū eſt admirabile in cælo &c. ¶ Sed reſtat adhuc difficultas.Nā apl'i & ſancti viri in hoc noie Ieſu faciebāt ſigna & miracula:vt p₃ per totū diſcurſum actuū apoſtolorū:ergo ſequitur q̄ virtus faciendi miracula erat in illis tribus ſyllabis breuibus huius nominis Ieſus. ¶ Ad hoc reſpondetur q̄ virt⁹ faciēdi miracula nō erat real'r in illo noie triſſyllabo:niſi tanq̄ in ſigno:ſed illa virtus erat realiter in eius ſignificato:ſcilicet in illa perſona filij,& verbo incarnato,& in tota trinitate:quam quidē perſonā Chriſti apoſtoli inuocabant ſub illo noie.Sed cauſa quare Chriſtus magis faciebat miracula inuocatus ſub illo noie,erat:quia illud nomen magis notificat dignitatem Chriſti,& oēs eius perfectiones & eius poteſtatē:quia eſt nomē oīpotētiæ,& ſapiētiæ,& miſericordiæ,& poteſtatis,& iuſtitię,vt dictū eſt.Et ideo vult q̄ q̄n nominamus ipſum ſub hoc noie Ieſu:oīne genu flectatur &c. Et ſic voluit deus eligere magis hoc nomen q̄ aliud;vt in ei⁹ prolatione deum adoremus:ſicut voluit eligere crucē:vt in illo ſigno adoremus ipſum.Et ſic patet qualiter perſona Chriſti.ſ.verbum incarnatum,eſt nomen dei,quo ipſe noiat ſeipſū: & hoc nomē vocale Ieſus: eſt illud nomē quo nos deū nominamus:ſpecialiter pſonā filij attributiue,eo modo quo dictū eſt. ¶ Sed nunc reſtat rñdere ad argumēta Iudæorum in principio adducta.Ideo ad primum q̄n dicitur q̄ hoc nomē Ieſus iam fuit notū in vete.teſta.ergo non eſt illud nomē dei &c. Reſpōdetur, q̄ licet hoc nomen vocale triſſyllabum Ieſus fuerit notum in veteri teſt.tamē verbum incarnatum q̄d eſt verum nomen dei quo deus nominat ſeipſum:nunq̄ fuit notum nec manifeſtum in vete.teſt.vſquequo deus venit in carnē:nec etiā nomē dn̄i tetragrāmaton fuit notū,quo ad eius ꝓpriū ſonum,& eius propriū ſignificatū:vſquequo per angelū fuit Marię & Ioſeph expſſum & reuelatū:vt dictū eſt.Itē hoc nomē Ieſus valde æquiuoce dicitur de Ieſu naue,& de Ieſu Chriſto.Nam de illis tribus.ſ.Ieſu naue,& de Ieſu filio Sirach,& de filio Ioſedech dicebatur hoc nomē Ieſus tanq̄ de figura,inquantū fuerūt figura Chriſti:ſed de Chriſto dicitur Ieſus tanq̄ de veritate figurata per illos:ſicut ęquiuoce dicit̄ hō de hoie picto,& de hoie vero & viuo. ¶ Ad ſecundū autē cū dicit̄,q̄ per illud nomē dei erāt faciēda miracula,quod nō videmus fieri hodie ad inuocationē huius nois Ieſus &c. Reſpondet̄ q̄ Ieſus Chriſtus,qui eſt nomen dei iam fecit infinita miracula in vita,& in morte,& in reſurrectione:vt patet per totū diſcurſum euāgelicū.Et apl'i iam fecerunt infinita miracula cum inuocabāt eū ſub hoc nomine Ieſu:vt patet in actibus apl'orum,& in eccleſiaſtica hiſtoria,& in geſtis martyrū,& aliorū ſanctorum:eo q̄ tunc erant neceſſaria miracula pro fidei fauore.Et Chriſt⁹ iam mutauit & conuertit ferrum & cuprū in argētum & aurum,q̄n populū gētilē ad fidē cōuertit:& cōuertit ferrū,& ſtannum veteris legis in aurum,& argētum euangelicum, & detexit theſauros euangelicos qui latebant in ſcriptura veteris teſta.& hoc in nomine Ieſu:& in eius virtute ſuſcitati ſunt mortui & ſanati ægroti & mitigatū mare &c.Et iā ædificauit nouam Hierl'm.ſ.eccl'iam,& dñatus eſt toti orbi:vt patebit p̄s.xviij.&.lxxj. Cauſa aūt quare nūc nō fiūt tot frequētia miracula ſenſibilia,eſt:quia nūc non ſunt ita neceſſaria.Vñ duplici ex cauſa tunc fiebant ſenſibilia miracula.Primo ꝓpter exigētiā tēporis:vt infideles videntes miracula mouerētur ad credēdū & venirēt ad fidē Chriſti. Secundo hoc accidebat,propter feruētē fidē,& charitatē,& ſanctitatē apoſtolorum,& martyrū inuocātium Chriſtū ſub hoc nomine:& ſic fiebant miracula,ꝓpter augmētum chriſtianæ religionis.Solo ꝓpter fidē inuocantiū.ſed quia chriſtiana religio iam fuit dilatata p vniuerſum orbē:ideo nō ſunt neceſſaria miracula ſenſibilia & corporalia:ſed miracula neceſſaria & ſpūalia iugiter fiūt ad inuocationē huius nois Ieſus.Nam iugiter remittūtur peccata i baptiſmo & pnīa & extrema vnctione:& iugiter cōfertur gratia in oībus ſacramētis,& in oronibus eccl'iæ ad inuocationē huius nois:ſed hoc nō percipiunt miſeri Iudęi & infideles. ¶ Ad tertiū autē rñdetur,q̄ hoc nomē Ieſus iam fuit magnificatum,& dilatatum,& p̄dicatū per totū orbē a ſolis ortu,vſq; ad occaſum,& ab aquilone in Auſtrū:quia in oēm terrā exiuit ſonus & p̄dicatio apoſtolorū:& totus populus venit ad fidē poſt conuerſionē Conſtantini imperatoris:ſed poſtea ſarraceni deuiauerūt a fide.Verūtamē adhuc nomen Ieſu eſt magnificatū inter eos,& in Alcorano eorū,& nomen virginis Mariæ.q̄ autē Iudęi nō credāt:nec venerentur hoc nomē dei quod eſt Ieſus:hoc accidit ex cęcitate & maledictione eorū:ſicut iam ꝓphetatū eſt p oēs ꝓphetas. Vñ de Iudæis & infidelibus pſequētibus hoc nomē dñi,dicitur Eſa.lij.Q̄m ablatus eſt populus me⁹ gratis,dñatores ei⁹ inique agūt dicit dñs:& iugiter tota die nomē meū blaſphemat̄.Sed de populo chriſtiano ſubdit ꝓpheta.Propter hoc ſciet populus meus nomen meum in die illa:quia ego qui loq̄bar,ecce adſum &c.Ecce ergo qual'r iudęis manētibus cęcis & reprobatis:nomē dñi tetragrāmatō:q̄d eſt Ieſus:fuit admirabile & magnificatū in vniuerſa terra p aduentū Chriſti:prout Dauid ꝓphetizauit in hoc pſalmo.

COnfitebor tibi dñe in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.
Lętabor & exultabo in te:pſallam nomini tuo altiſſime.
In conuertendo inimicum meum retrorſum: infirmabuntur & peribunt a facie tua.
Quoniam feciſti iudicium meum & cauſam meam: ſediſti ſuper thronum qui iudicas iuſtitiam.

¶ Titulus:In finē ꝓ occultis filij p̄s.Dauid.Ex titulo apparet q̄ Dauid fecit hunc pſalmū dirigēs nos in Chriſtum & tēpus Meſſię,qui eſt finis legis:quapropter cantabat̄ ad victorias vocū.Sed reiectis vanis modis dicēdi iudęorum: eſt aduertēdū ꝓpter id q̄d addit̄, pro occultis filij:q̄ licet ad totā trinitatē ptineat iudicare:eo q̄ opa trinitatis ſunt indiuiſa ad extra:tñ filio attribuitur iudicium,inquantum homo:ſicut ipſa redemptio:eo q̄ eſt mediator dei & hominū:vt dictum eſt in ꝓlogo.Et eo q̄ fuit miſſus ad ferēdam legē euāgelicā.ergo ad eū ſpecialiter ptinet iudicare obſeruatores legis & tranſgreſſores,tribuēdo vnicuiq; premium ſcd̄m opera ſua.Quā quidē iudiciariam poteſtatem adeptus eſt filius ꝓpter ſuā humilitatē & patiētiam:vt dictum eſt pſalmo p̄cedēti. ¶ Verūtñ eſt attēdēdū q̄ triplex F
legit̄ de Chriſto iudiciū.ſ.iudiciū diſcretionis,& ſecretionis

& diſcuſſionis ſiue publicę examinationis & retributionis.
Nam primū iudiciū.ſ.diſcretionis fecit Chriſtus in prio ſuo
aduētu qn̄ dedit legē euangelicā:in qua diſcreuit & ſepara
uit granū a paleis,& veritatē ab vmbra legali,annullādo
cerimonialia,q̄ erāt figura legis & veritatis euāgelicę:quia
lex p Moyſen data ē:gratia aūt & veritas p Chriſtū facta
eſt.Ioan.j.Diſcreuit etiā inter verā & falſam religionē:eli
gendo fideles in eccleſiā ſuā:& ſic aſcendēs in cælū ſedit a
dextris dei:vbi accepit iudiciariā poteſtatē a patre:p quā
totum iſtum ſtatū iudicat in occulto & in ſecreto:ſed in vni
uerſali iudicio iudicabit in publico.Et ideo omne iudiciuꝫ
quod facit Chriſtus ab aſcēſione vſqꝫ ad finē mundi:voca
tur iudiciū ſecretionis:eo ꝙ eſt nobis ſecretū & occultū:eo
ꝙ non videmus iudicē oculis corporeis.Et etiā quia iudica
ta ſunt nobis occulta:quia neſcimus diſcernere quomodo
ſunt iudicati illi,qui ab hac vita diſceſſerunt.ſ.an ſint dam
nati an ſaluati.Sed ſolū gn̄aliter ſcimus:ꝙ ſoluꝫ boni chri
ſtiani ſaluanꝭ,qui cū charitate diſceſſerūt.& ſunt etiā no
bis occultę punitiones maloꝝ & p̄mia bonoꝝ.Itē videm⁹
in hac vita bonos affligi:& malos tēporaliter proſperari:
quod nō fit ſine occulto iudicio. ¶ Itē videmus ꝙ licet ma
li ad tēpus ꝓſperenꝭ:tn̄ multi eoꝝ,vel in vita puniūtur,vel
mala morte finiūtur.Et iō oīa iſta iudicia q̄ Chriſt⁹ facit in
hoc tēpore dicunꝭ occulta:de quibus dicꝭ ꝙ cathedrā te
net in cælis,qui occulte & manifeſte iudicat in terris,de q
bus iudicijs occultis eſt materia huius pſal.de quibus dicꝭ
in titulo,p occultis filij.i.ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū de oc
cultis iudicijs & punitionibus Chriſti filij dei:quę facit prę
cipue de malis affligētibus bonos in hac vita:quia nullum
bonū irremuneratū:& nullū malū impunitū.Et etiā iudi
ciū finale dicꝭ occultū,inquātū ei⁹ tēpus eſt nobis ignotū.
G ¶ Scdo eſt notandū ꝙ Dauid præuidit in ſpiritu oēs per
ſecutiōes,quaſ paſſura erat eccl'ia a primo aduētu vſqꝫ ad
ſecūdum:& præuidit etiā oēs punitiones,& vltiones quas
Chriſtus debebat ſucceſſiue facere de perſecutoribus & af
flictoribus eccl'iæ ex ſuo occulto & iuſto iudicio.Nam licet
Chriſt⁹ pmiſerit ad tēpus ſuā eccl'iam ab infidelibus & ma
lis affligi:tn̄ in fine ſemp puniuit malos:& exaltauit,& li
berauit bonos.de quib⁹ pſecutionibus & punitionibus Da
uid fecit hūc pſalmū.Sed eſt aduertēdū ſcd'm Aug.ꝙ qua
tuor principales pſecutiones erat paſſura eccleſia a primo
aduētu Chriſti vſqꝫ ad ſecūdū.Primo pſecutionē iudæorū
in apl'is.Scdo pſecutionē tyrānoꝝ tpe martyꝝ.Tertio per
ſecutionē hęreticoꝝ,& prauoꝝ hoim:in qua nunc ſumus.
Quarta erit perſecutio Antichriſti.Sed in oīnibus his:licet
Chriſtus permiſerit eccl'iam ſuā ad tēpus affligi per malos:
tn̄ ſemp finaliter liberauit eccl'iam & puniuit malos.Naꝫ
poſt primā pſecutionē puniuit Iudæos & Romanos.In ſe
cūda puniuit tyrānos impatores & cęteros pſecutores mar
tyrū diuerſis pœnis:vt ptꝫ de Nerone & Domitiano & Dio
cletiano &c.Et liberauit eccl'iam.In tertia puniuit hæreti
cos,& videm⁹ quotidie prauos & malos puniri poſt longā
ꝓſperitatē.Quarto puniet Antichriſtū & ſuos ſequaces an
teq̄ Chriſt⁹ veniat ad vniuerſale iudiciū.Et de iſtis quatuor
iudicijs occultis fecit Dauid p̄ſentē pſalmū.Cauſa ergo fi
nalis & intētio Dauid in hoc pſalmo eſt deterrere & incute
re timorē malis:vt timeāt diuinū iudiciū,& deſiſtant a pec
catis,& inducere bonos ad patiētiā in aduerſis:quia nullū
bonū irremuneratū,& nullū malū impunitū.Duo ergo pri
cipaliter agit.Nā primo dicit ſe velle cōfiteri mirabilia iu
dicia dei.Scdo icipit narrare p ſingl'a ibi:Increpaſti gētes.
H ¶ Quantū ad primū eſt aduertēdū,ꝙ cōfiteri idē eſt qd̄
veritatē ſpōte fateri:& hoc cōtingit dupliciter.Nā aut cō
fitemur facta noſtra aut facta dei.primo mō nō poſſumus
cōfiteri niſi peccata:quia in actib⁹ nr̄is vt nr̄i ſunt:nō inue
nitur niſi peccatū ſcd'm Aug.Si quid boni agim⁹:illud nō
eſt ex nobis tanq̄ ex nobis:quia oīnis ſufficientia noſtra ex
deo eſt ſcd'm Apl'm.Et ideo talis cōfeſſio volūtaria dicꝭ cō
feſſio peccatoꝝ:& hoc ptinet ad pn̄iam.De hac aūt cōfeſ
ſione dicetur pſal.xxxj.Dixi confitebor aduerſum me &c.
¶ Cōfeſſio aūt de deo eſt triplex:quia aut cōfitemur eius
excellētiā & oīpotētiā:vtputa ipſum eſſe trinū & vnum &
oim creatorē & incarnatū & redēptorē &c.Et tūc dicꝭ con
feſſio fidei:de qua agit ſaluator Matth.x.Qui me confeſſ⁹
fuerit corā hoībus,cōfitebor & ego eū &c.Aut confitemur
eius bonitatē & miam.Et ſic narram⁹ & allegam⁹ eius no
bis collata beneficia:& talis dicꝭ cōfeſſio bn̄ficioꝝ:& per
tinet ad grarū actiones & ad laudes.Et de hoc Dauid fecit
plures pſalmos:qui incipiūt a cōfeſſione:puta Cōfitebor,
aut Cōfitemini dn̄o qm̄ bonus &c.Itē de hoc fecit oēs pſal
mos alleluiaticos,& hymnos de laudib⁹ dei memorādo bn̄
ficia.Tertio aūt poſſumus cōfiteri iuſtitiā dei narrando ei⁹
iudicia iuſta occulta aut manifeſta:& hęc dicꝭ cōfeſſio iu
ſtitię,& iudicioꝝ occultoꝝ:& ineffabiliū & tremēdoꝝ dei:
& de hac materia eſt iſte pſalmus.ideo ait ꝓpheta Dauid.
Cōfitebor tibi dn̄e in toto corde meo.i.nō ſolū ore:ſed to
to corde tibi ſponte manifeſtabo,& ꝓfitebor oīa mirabi
lia & tremēda iudicia tua.Vn̄ licet nō poſſim nec ſufficiam
narrare oīa mirabilia in numero in hoc pſalmo:tn̄ narra
bo oīa mirabilia iudicia tua in gn̄e quę factur⁹ es,ſiue feci
ſti in eccl'ia a primo aduētu vſqꝫ ad ſcd'm.Et licet iſta narra
tio iudicioꝝ dei ſit ad terrorē maloꝝ & prauoꝝ peccatoꝝ:
tn̄ eſt ad exultationē iuſtoꝝ:vt habeāt etiā patiētiā in ad
uerſis:& ne deſperēt in pſecutione:ſed expectēt p̄miuꝫ de
ſua patiētia:& credant futurā punitionē ſuoꝝ perſecutoꝝ.
Ideo ſubdit Dauid in pſona eccl'iæ & cuiuſlibet iuſti:ego lę
tabor facie,& exultabo in geſtu i te o dn̄e altiſſime:& pſal
lam tibi grās agēdo de p̄mio bonoꝝ & punitione maloꝝ.
Lętabor dico in cōuertēdo inimicū.i.quia cōuertiſti inimi
cum meuꝫ retrorſum.ſ.diabolū & mēbra ei⁹.Litera Hiero
nymi habet Gratulabor in te:& pſallaꝫ noī tuo,vt reuerſi
ſunt inimici mei retrorſum & corruerūt & perierūt ante te,
& ſic eſt litera plana.Nota ꝙ inimicus eccl'ię eſt prio dia
bolus in capite:& ex cōſequēti mēbra eius.Mēbra aūt dia
boli prio fuerūt iudęi.Scdo tyrāni.Tertio hęretici.Quarto
erit Antichriſtus cū ſequacib⁹ ſuis.hos Chriſtus cōuertit re
trorſum,& fecit retrocedere qn̄ eis abſtulit vires & debili
tauit & infirmauit,& abſtulit arma in quibus cōfidebant.
Ideo ſubdit ipſe:inimicus diabolus,& mēbra eius infirma
buntur in aduētu tuo primo & ſcd'o:& peribūt a facie tua.
Nam diabolus fuit infirmatus,& eiect⁹ p baptiſmū & mor
tem,& paſſionē Chriſti.& mēbra eius.ſ.iudęi,& tyranni,&
Antichriſtus fuerūt primo puniti in hoc mundo tēporali
ter:& in alio ęternaliter cum diabolo.

Increpaſti gentes & periit impius:nomen eo
rum deleſti in ęternum & in ſeculum ſeculi.

¶ Hęc eſt ſecunda pars in qua explicat & narrat p ſingula
occulta Chriſti iudicia,p manifeſtas punitiones tēporales
malorū,& inimicorū eccl'ię p iudiciū ſecretionis.Et tria fa
cit:nā primo prædicit punitionem in hoc mundo tempo
ralē pſecutorum eccl'ię tam Iudęoꝝ q̄ gentilium.Secundo
punitionem æternam in inferno omniuꝫ peccatorum im
pœnitētiū ſiue obſtinatoꝝ.Tertio punitionē Antichriſti &
ſuoꝝ.Scd'a ibi:Cognoſceꝭ dn̄s iudicia faciēs.Tertia Exur
ge domine. ¶ Quantū ad primū eſt aduertēdū ꝙ duplici
ter puniuit Chriſt⁹ populū gentilē,& etiā iudęos.Primo de I
ſtruendo in eis errorem & ſuſcitando fidē:vt inquit Augu
ſtinus.Et ſic deſtruxit in eis,& exterminauit diabolum.Se
cūdo puniuit & deſtruxit obſtinatos in corpore & anima.
dicit ergo:O dn̄e Ieſu chriſte,tu increpaſti gētes & etiā Iu
dęos gentiliter viuētes.& hos increpaſti p prædicationem
apoſtoloꝝ:in quibus conuerſis periit diabolus impius,qui
eis dominabaꝭ:quia deſtruxerunt oīa idola q̄ adorabant.

Et ſic deleſti nomẽ eoꝝ in ſęculũ ſęculi: quia nõ vltra nominantur gẽtiles: ſed chriſtiani. vt pꝫ Za. xiij. In illa die deſtruã oia noia idoloꝝ, & nõ noiabũtur vltra. Et oẽs ſpiritũ immũdũ auferã &c. Itẽ nõ ſolũ deſtruxiſti ſuperſtitionẽ gẽtilium: ſed etiam deleſti regnũ & ſacerdotium Iudæorum, & legalia, & cerimonialia: quia non erunt amplius in memoria quo ad effectum: vt patet Eſa. lxxxvj. Item non ſolum deleſti gentiles, & Iudæos ſpiritualiter vt dictum eſt: ſed etiam temporaliter.

Inimici defecerunt frameę in finem: & ciuitates eorum deſtruxiſti.

¶ Nam frameæ. i. arma & poteſtates inimici. ſ. populi Iudæorum defecerũt in finem. i. finaliter, & ęternaliter: & ciuitates eoꝝ. ſ. Hierlm, & cęteras ciuitates Iudęę, & Galilææ deſtruxiſti per Titum & Romanos in vindictam mortis Chriſti. Et etiam deſtruxiſti ciuitates gentilium obſtinatoruꝫ. Nã miſiſti peſtilẽtias & guerras & ſtrages inter eos: & hoc in vindictã ſanguinis martyrũ: vt patet in octauo & decimo, & vndecimo eccleſiaſticę hiſtorię. Vnde licet Chriſtus ad tempus permiſiſſet gẽtiles perſequi chriſtianos: tñ in fine reges chriſtianoꝝ deſtruxerũt complures ciuitates paganoꝝ, & ſubiecerũt eos. Vñ Carolus magnus vaſtauit totã Saxoniã: & interfecit oẽs paganos vltra ętatẽ ſeptem annoꝝ. Itẽ legitur ꝙ multę ciuitates paganoꝝ fuerũt fulminatę, & ſubmerſe, & terræmotu ſubuerſæ: & viſcerali & etiã externo bello deſolatæ: quę oia facta ſunt iuſto dei & occulto iudicio in vindictam ſanguinis martyrum. Et ſic

Periit memoria eorum cum ſonitu: & dominus in ęternum permanet.

¶ Memoria illorum obſtinatorũ periſt cum ſonitu & ſtrepitu armorum, & clãgore tubarum: & tamen dñs. i. nomen Chriſti in æternum permanet ſtabile, & firmum cum eccleſia ſua. Nam ipſi conati ſunt delere nomen Chriſti: & tñ ipſi deleti ſunt, & fides Chriſti manet ſtabilis & inconcuſſa: & ſic diabolus fuit extinctus & deletus in ſe & in mẽbris ſuis. Nam primo fuit electus foras per baptiſmum a conuerſis. Scđo fuit deſtructus in mẽbris obſtinatis. Nam principes facti chriſtiani obtinuerunt ciuitates gentilium: & comminutis idolis conſecrarũt Chriſto tẽpla eoꝝ. Et ſic periit memoria diaboli cum ſonitu ꝑdicationis apoſtolorum & doctorum. Et etiã periſt memoria obſtinatoꝝ cum ſonitu diuinę punitionis & ſententię. Et non ſolũ periit memoria ſupradictorum infidelium: ſed etiã memoria diuitum & magnorũ principũ chriſtianorũ periſt cum ſonitu campanarũ & cymbalorum. Nã cũ moriẽ aliquis magnus diues malus: cõmuniter fit magnus ſonus campanarũ & exequiarũ. Et ſic periit memoria eius: quia nihil dignũ memoria dimittit in mundo. Sed memoria iuſti nunq̃ peribit, quia in memoria æterna erit iuſtus. Et ſic patet ꝙ Chriſtus deſtruxit omnes malos & infideles, & oẽs impœnitẽtes. & ratio eſt. Nam ipſe in die Aſcẽſionis aſſumpſit iudiciariam poteſtatem: ſedens ad dextram patris: & tunc

Parauit in iudicio thronum ſuum: & ipſe iudicabit orbem terrę in ęquitate: iudicabit populos in iuſtitia.

¶ Parauit thronum ſuum in iudicio: & ideo iudicabit populos in æquitate & iuſtitia: & hoc in occulto. quia ſicut eſt iudex iuſtus: ita nullus bonum relinquet irremuneratum, & nullum malum impunitum.

Et factus eſt dominus refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus in tribulatione.

¶ Factus eſt refugium pauperis populi chriſtiani vexati & afflicti, & factus eſt adiutor eius in opportunitatibus & in tribulatione perſecutionum. ¶ Et nota ꝙ Dauid in toto libro pſalmorũ vocat & appellat populũ Chriſtianũ pauperem: eo ꝙ lex euangelica contẽnit omnes diuitias mundanas propter regnuꝫ cęlorum. Matth. v. Item non ſolum fuit adiutor populi chriſtiani cõtra perſecutores paganos: ſed etiã eſt adiutor in tribulatione & perſecutione cuiuſlibet pauperis chriſtiani iuſti cõtra oppreſſiones diuitũ. Nã licet Chriſtus ad tẽpus permittat malos proſperari: & bonos perſequi: tamen in fine liberat eos, & punit malos. Et ſic Chriſtus liberauit eccleſiam de manu Tyrannorum. Et ideo vt iuſti non deſperent in perſecutione, ſequitur.

Et ſperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquiſti quęrentes te dñe.

¶ Et ſperent in te qui nouerunt nomen tuum, quod eſt Ieſus. cui proprium eſt ſaluare. Ideo non dereliquiſti quęrentes te domine. quaſi dicat. quia proprium eſt tibi ſaluare: cum ſis Ieſus: ideo non dereliquiſti quęrentes & ſperantes in te. Vnde nota ꝙ iſta prophetia fuit impleta tẽpore Conſtantini: quando deus dedit pacem eccleſiæ per conuerſionem gentilium & quotidie impletur: quia frequẽter Chriſtus punit malos, & liberat iuſtos ſua poteſtate.

Pſallite domino qui habitat in Sion: annũciate inter gentes ſtudia eius.

¶ Hic Dauid prædicit feſtiuitates: quas eccleſia incepit celebrare in memoriam ſanctorum martyrum, poſtq̃ ceſſauit perſecutio tempore Conſtantini. Vnde eccleſia lætatur in cęlebrando memorias martyrum: & etiam in punitione tyrãnorum & perſecutorum eccleſię: ideo Dauid exhortatur fideles ad laudem dei, dic. pſallite o vos chriſtiani cantate & agite gratias domino Ieſu Chriſto qui habitat in hac Sion per gratiam, & in ſuperiori per gloriam, & annunciate ſtudia eius: id eſt legem euangelicam, & triumphos martyrum in eccleſia celebrando eorum feſtiuitates: & hoc annunciate inter gentes ad fidem conuerſis.

Quoniam requirens ſanguinem eorum recordatus eſt: non eſt oblitus clamorem pauperum.

¶ Non eſt oblitus clamorem pauperum martyruꝫ: immo eſt requirens ſanguinem eorum de manu tyrãnorum: quia quia in vindictam ſanguinis martyrum puniuit Nerones, & Domitianum, & Diocletianum, & cęteros tyrannos.

Miſerere mei domine: vide humilitatem meã de inimicis meis.

¶ Hic forſan eccleſia liberata a tyrannis, ſiue de manu tyrannorum per Conſtantinum: poſtea petit liberari de prauitate & perſecutione hęreticorũ. Vnde dicit: miſerere mei o dñe Ieſu Chriſte, & libera me de inimicis meis hęreticis Arrianis & cęteris qui ſurrexerunt contra me poſt Conſtãtinum, & vide humilitatem meã: & hoc dicit: quia eccleſia non vicit tyrannos & hęreticos cum armis: ſed cum humilitate & auctoritate ſacrę ſcripturę. Miſerere mei, dico:

Qui exaltas me de portis mortis: vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filię Sion.

¶ Qui exaltas inquit me de portis mortis. Nam fuit perſecutio eccleſię ꝑ Arrianos: quę quaſi ſuparet ꝑſecutioneꝫ tyrãnoꝝ: vt ait Rufinus. xij. eccleſiaſticę hiſtorię: ideo Chriſtus exaltauit & liberauit eã de portis & interitu mortis & totalis deſolationis: cũ miſit Athanaſiũ, & Baſiliũ, & Ambroſium, & Hilariũ, & Hieronymũ, & Auguſtinũ ad defendẽdum eam de prauitate hæreticorum. Vnde omnes iſti extincto mendacio hæreticorum: annunciarunt laudationes Chriſti & veritatem ſcripturarum in portis filię Sion. Lęę

cleſiæ toto orbe diffuſæ:vt patet intuenti illam perſecutionem.& ideo ſubdit eccleſia.

Exultabo in ſalutari tuo:infixę ſunt gentes in interitu quem fecerunt.

In laqueo iſto quem abſconderunt:comprehenſus eſt pes eorum.

¶ Exultabo in ſalutari tuo.ſ.in nomine Ieſu:quia ſupple gẽtes.i.gentiles & hęretici infixi:& ſubmerſi ſunt in itenitu quẽ fecerũt & aſtruxerũt cõtra me.Nam peccator & populus gẽtilium & coetus hęreticorum comprehenſus eſt in laqueo quẽ abſconderunt:quia ipſi quęrebant & machinabantur laqueum mortis cõtra fideles:ſed ipſi cõprehẽſi ſunt in morte.Nam Nero interfecit ſeipſum,& Domitian⁹ interfectus eſt a ſenatu:& Diocletianus grandi & turpi plaga eſt percuſſus:& Arrius cum ſuis complicibus,qui cũ falſa expoſitione,& intelligẽtia ſcripturarũ volebat fidem & eccliam cõfundere,ipſe in ſuo mendacio confuſus,& interẽptus,& a diabolo ſuffocat⁹ eſt:& crepuit medius:vt ait Ambro.Item tota illa beſtia ſectę Arrianorum,quę ab inferis extulerat caput,poſtea triceps facta in ſe contra ſe confuſa eſt:& ſic in laqueo quẽ abſconderat contra eccleſiam ipſa cõprehenſa eſt. Et ſic cõmuniter videmus pedes peccatorum cõprehenſos in laqueo quem parant contra iuſtos.Et ſic cognoſcetur dominus iudicia faciens:quia vnuſquiſq; peccator comprehenſus eſt in operibus manuum ſuarum.

Cognoſcetur dominus iudicia faciens:in operibus manuũ ſuarũ cõprehenſus eſt peccator.

Conuertãtur peccatores in infernum:omnes gentes quę obliuiſcuntur deum.

¶ Licet iſte verſus poſſit adaptari cũ ſententia ſuperiori:tamẽ eo q; hic interponitur vel præponitur diapſalma:videtur q; cõprehendat aliud genus ſentẽtię.Nã ſuperius locutus eſt,& prædixit punitionem temporalẽ perſecutorũ eccleſiæ.Hic aũt in hac ſecũda parte prædicit punitionem ſpiritualẽ oim peccatoꝝ obſtinatoꝝ poſt hanc mortem in inferno. Nam ſi peccatores in hac vita non conuertuntur nec corrigũtur per punitiones tẽporales:ſed moriũtur impoenitentes:tunc comprehẽduntur in malis operibus manuum ſuarũ: & ſic conuertunt̃, & deſtinãtur in infernũ in ęternũ.Poteſt etiã dici:q; poſtq̃ ſuperius propheta prædixit iudicium & punitiones tẽporales perſecutorum Chriſti & eccleſiæ:hic eorum prædicit perpetuam damnationẽ factam in inferno.Et ſic duplici poena puniũtur.Dicit ergo Dauid:Dominus Ieſus Chriſtus non ſolum cognoſcet̃ iudex & faciens iuſtitiam temporaliter in hac vita:ſed etiam poſt hanc vitam:immo cognoſcetur Chriſtus faciens iudicia & punitionem de obſtinatis poſt mortem.Nam ipſe cõprehendet peccatorem in operibus manuum ſuarum:quia veniet ad eum ſicut fur,& in illo ſtatu condẽnabit eum ad poenam perpetuã.Ideo ſequitur:conuertant̃.i.cõuertẽtur,& deſtinabũtur peccatores in infernũ.ſ.oẽs gẽtes & carnaliter viuẽtes q̃ obliuiſcũtur deũ.Nã hac aĩa aduerſione percutitur peccator:vt moriẽs obliuiſcat̃ ſui:qui dum viueret oblitus eſt dei:vt inqt Aug.Sed per oppoſitũ erit de iuſtis.

Quoniam non in finem obliuio erit pauperis:patientia pauperũ non peribit in finem.

¶ Deus nõ in finẽ & ęternaliter oblit⁹ es paupis iuſti:nec patiẽtia paupeꝝ peribit:imo ꝓmiabit̃:qa ſicut nullũ malũ impunitũ:ita nullũ bonũ irremuneratũ.Ideo ſicut mali ęternaliter cõuertunt̃ in ifernũ:ita iuſti deſtinabunt̃ in gloriã cęleſtẽ.Pctõres ergo qui in vita ſua noluerũt cõuerti ad deũ,nec dimittere pctã:ideo cõprehenſi ſunt in malis opibus. Et ſic poſt mortem cõuerſi ſunt i infernuꝫ.i.deſtinati ſunt in infernũ.Vñ licet talia iudicia facta de dãnatis & improbis,& impoenitentibus poſt mortem ſint nobis occulta quantum ad euidentiam:tamen ſunt nobis certa quantũ ad fidem:quia credimus omnes impoenitentes æterna dãnatione puniri ilico poſt vitã ad infernum.

Exurge domine non cõfortetur homo:iudicẽtur gẽtes in cõſpectu tuo.

¶ In hac tertia parte ꝓdicit perſecutionem eccleſiæ futuram tpe Antichriſti,& duo facit. Nã primo prædicit ꝓdictam perſecutionem.Secũdo petit vltionẽ de Antichriſto,& ſequacibus ſuis,ibi.Exurge.Dicit ergo O dñe Ieſu Chriſte exurge ne videaris dormire.Poſtq̃ permiſi regnare Antichriſtum:veni ne confortetur:nec ꝓſperetur amplius homo.ſ.Antichriſtus qui eſt homo purus:licet faciet ſe deuꝫ,& iudicentur gẽtes in cõſpectu tuo. Primo occulto iudicio temporaliter.Sc'do in publico & vniuerſali iudicio,æternaliter puniendo.quaſi dicat:accelera aduẽtum tuum & veni ad iudiciũ:ne cõfortetur & ꝓſperetur per longũ tẽpus iſte homo iniquitatis Antichriſtus:& non permittas ipſum diu regnare:ſed abbreuientur dies illi:ne deficiant electi i qa Antichriſtus tentabit delere omnes electos:& trahere ipſos ad hæreſim ſuam.ergo veni ad iudicium &c.

Cõſtitue dñe legiſlatorem ſuper eos:ſciãt gẽtes quoniam homines ſunt.

¶ Cõſtitue,& oſtẽde te legiſlatorẽ ſup eos:& ſciant oẽs gẽtes:qm̃ Antichriſt⁹,& ſui hoies carnales & voluptuoſi ſũt & nõ ſpũales.Nã in prio aduẽtu tu veniſti cũ humilitate & dediſti legẽ euãgelicã,ſed cõtẽpſerũt eã,& noluerũt ſeruare eã,nec tibi credere:imo putarũt te eſſe hoieꝫ purũ,& nõ deũ:ideo oñde te verũ legiſlatorẽ in iudicio ſup eos,& ſciant oẽs gentes,& cognoſcant qm̃ homines ſunt & carnaliter viuẽtes. ¶ Nota q; multi referũt ly legiſlatorẽ ad Antichriſtuꝫ:vt ſit ſenſus:O dñe Ieſu Chriſte, poſtq̃ Iudæi, & pctõres carnales,& obſtinati noluerũt te recipere,nec legẽ tuã ſeruare:ideo conſtitue Antichriſtũ pſeudolegiſlatoreꝫ ſup eos:& pmitte eũ regnare ſuper eos in poenã peccati:& ſciãt & cognoſcãt,qm̃ hoĩes carnales ſunt,& ita puniantur &c. Ioã.v.Ego veni in noie patris mei,& noluerũt me recipere:veniet autẽ alius in noie ſuo & illũ recipiẽt.Et ſic vterq; ſenſus poteſt eſſe verus & applicabilis literæ.

Vt quid domine receſſiſti lõge:deſpicis inopportunitatibus in tribulatione?

Dum ſuperbit impius incenditur pauper:cõprehenduntur in conſiliis quibus cogitant.

¶ Hic dat cauſam ſui clamoris & q̃relę & petitionis.Nam qa dixit Exurge.i.ne videaris dormire,& ne pmittas amplius regnare hoieꝫ iniqtatis:Iõ ſequit̃:Vt quid.i.quare receſſiſti tã diu lõge a populo & eccña tua:pmittẽdo ipſaꝫ crudeliter cõcuti,affligi,& vexari,& cõculcari p Antichriſtũ. Et deſpicis populũ chriſtianũ,& quẽlibet iuſtũ in opportunitatibus & tribulatione pſecutionis.i.dãdo opportunitatẽ Antichriſto & ſceleratis:vt ipſũ pſequant̃ & tribulẽt.Nam dũ antichriſt⁹ & qlibꝫ ipi⁹ ſupbit:& in ſupbiã eleuat̃ p potẽtiã ſibi pmiſſam, tũc paup ppl's chriſtian⁹, & qlibet iuſtus incẽditur,& affligit̃,& vexat̃. ¶ Cõprehẽdũtur in cõſilijs. Hic incipit ſnĩa,quia i Hebręo habet̃ capiant̃ in cõſilijs.iõ eſt ſenſus.O dñe fac vt Antichriſtus & maligni non amplius affligãt iuſtos nec regnẽt.Sꝫ capiãtur & cõphẽdant̃ in cõſilijs qbus cogitãt:& ſimili poena plectãtur & puniãtur.

Quoniam laudatur peccator in deſyderiis animę ſuę:& iniquus benedicitur.

Exacerbauit dominum peccator.ſecundũ multitudinem irę ſuę non quęret.

¶ Qm̃ Antichriſt⁹ & qlibet obſtinatus laudat̃ & gloriatur

in deſiderijs aiç ſuæ, & iniquus benedicit. Nã oēs ſequaces ſui laudãt & magnificant eũ adulãdo. Et ſic peccator in tali ꝓſperitate elatus exacerbauit & ꝓuocauit dñm & côtẽpſit: & ſic ſcdm multitudinẽ irę. i. ſupbię ſuę non q̃ret deus: vel deus non q̃ret eum dando ſibi gratiam: quia deus exacerbatus & iratus non dabit ſibi gratiam. Et ſic manebit in ſua obſtinatione & ſuperbia induratus. Ideo ſequitur.

Non eſt deus in conſpectu eius: inquinatę ſunt vię illius in omni tempore.

Auferuntur iudicia tua a facie eius: omniũ inimicorum ſuorum dominabitur.

¶ Non eſt de⁹ in cõſpectu ei⁹: inquinate ſunt vię & operationes illius in omi tẽpore: nõ male operando: ſed male cæteris cõſulendo: quia ab infantia ſua fuit poſſeſſus a diabolo. Et ſic ergo nõ habẽdo deũ in cõſpectu eius: nec iudicia ei⁹ præ oculis, & permiſſus a deo in ſua obſtinatione & poteſtate omnium inimicorum ſuorum iuſtorũ, dominabitur. i. dominari permittetur. Et ſic deceptus

Dicit enim in corde ſuo: non mouebor a generatione in geneartionem ſine malo.

¶ Dicit. i. dicet in corde ſuo elatus: non mouebor ab hac generatione ſine malo. i. noo perdam dominium & poteſtatem ſuper hanc generationem ſine malo & pœna eorũ quaſi dicat nullus poterit mihi reſiſtere ſine maximo dãno ſuo. Et non eſt mirũ q iſta dicat antichriſtus. Nam cũ viderit oia ſibi bene ad votũ ſuũ ſuccedere, putabit deũ nõ curare nec prouidentiã habere de iſtis inferioribus. Et blaſphemabit cõtra deũ; quia forſan erit illius ſectæ & opinionis q dicũt deũ nõ eſſe: nec curare iſta inferiora. Ideo ſequitur

Cuius maledictione os plenum eſt & amaritudine & dolo: ſub lingua eius labor & dolor.

¶ Cuius maledictione. i. blaſphemia, & amaritudine. i. ꝓuocatione ad irã cõtra deum, & dolo cõtra homines os plenum eſt: ſub lingua eius non erit niſi labor & dolor. i. crudelitas contra iuſtos & tormenta. Et ſic

Sedet in inſidiis cum diuitibus in occultis: vt interficiat innocentem.

¶ Sedet. i. ſedebit cũ diuitib⁹ ſequacib⁹ ſuis, quos diuites efficiet de bonis pauperũ raptis in occultis: vt iterficiat oẽm innocentẽ & iuſtũ. Et ſic ſedebit in ꝓſperitate temporali.

Oculi eius in pauperem reſpiciunt: inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua.

Inſidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum.

In laqueo ſuo humiliabit eum: inclinabit ſe & cadet cum dominatus fuerit pauperum.

¶ Oculi ei⁹ in paoperẽ fidelẽ reſpiciũt, & inſidiaꝛ: & parabit inſidias in abſcõdito cũ aſtutia: ſicut facit leo in ſpelũca ſua. Nã ſicut leo inſidiaꝛ in ſpelũca ſua: vt rapiat p̃dam ad comedẽdũ: ita Antichriſt⁹ cũ ſuis iſidiabiꝛ rape. i. ad rapiẽdũ pauperẽ & ſpoliãdõ & interficiẽdũ eũ. Nã ſicut auceps abſcõdit ſe in tugurio, & cadit iclinat⁹ in terrã ne videaꝛ ab auib⁹: & ſic capit eas in laqueo & retiaculo ſuo: Ita iſte malignus humiliãdo ſe: quaſi cadẽs in terrã cũ ſuis pſuaſionibus capiet eũ. ſ. pauperẽ. Et hoc cũ dominatus fuerit pauperum. Et hoc faciet iſte miſer filius perditionis: quia putabit deum iſta non reſpicere nec curare. Ideo ſequitur.

Dixit enim in corde ſuo oblitus eſt deus: auertit faciem ſuam ne videat in finem.

¶ Sed forſan melius eſt, q ly in laqueo ſuo referaſ ad punitiones Antichriſti, & cuiuſlibet maligni: vt ſit ſenſus. Sed dum iſte malignus Antichriſtus inſidiatur, vt rapiat pauperem populum chriſtianũ: tunc de⁹ humiliabit eum quia cadet cum dominatus fuerit pauperũ. Nam poſtq̃ de⁹ permiſerit regnare iſtum filium perditionis, & ſedere in tẽplo tribus annis cum dimidio: tunc deus interficiet ipſum ſpiritu oris ſui. Et ſic cadet in terram. ſcdę ad Theſſa. j. Et tunc apparebit eius iniquitas & deluſio: qui ante dixerat in corde ſuo, oblitus eſt deus: ne videat nec curet iſta inferiora: immo ipſe & omnes iniqui cognoſcent iuſtum dei iudiciũ, per experientiam. Et ideo ſequitur.

Exurge domine deus: & exaltetur manus tua: ne obliuiſcaris pauperum.

¶ Exurge domine deus: & exaltetur manus. i. potẽtia tua. i. veni ad iudicium cum poteſtate magna & maieſtate, & ne obliuiſcaris pauperum: ſed fac vltionem de perſecutoribus eorum. Nam

Propter quid irritauit impius deũ? dixit eñi in corde ſuo: non requiret.

Vidẽs quoniam tu laborem & dolorem conſideras: vt tradas eos in manus tuas.

¶ Propter quid impius Antichriſtus & quo iure irritauit & contempſit deum, & dixit in corde ſuo, deus non requiret iſta ſcelera de manu mea: putans te non eſſe verum deum & iuſtum iudicem. vidẽs quoniam tu conſideras laborem, & dolorem malorum, vt tradas eos in manus tuas. Nam deus permittit malos regnare ad tempus, vt finaliter tradat eos in manus ſuas ad puniendum. Sed tamen conſiderat & vindicat laborem & dolorem quem pauperibus intulerunt. Et ideo ſequitur.

Tibi derelictus eſt pauper: orphano tu eris adiutor.

Contere brachium peccatoris & maligni: quęretur peccatum illius & non inuenietur.

¶ Tibi derelict⁹ eſt pauper ad defendẽdũ & liberãdũ: & orphano tu eris adiutor: qa nõ deſeres eũ ſine auxilio. Quia in fine pſecutionis duplici pœna punies Antichriſtũ: & oẽs oppreſſores pauperũ. Nã primo cõteres & franges brachiũ & poteſtatẽ Antichriſti, & cuiuſlibet maligni. Scdo q̃retur & examinabiꝛ pctm̃ eius. Et ſic iſte malignus non inueniet ſcript⁹ in libro vitę: nec numerabiꝛ inter electos: ſed numerabitur in infernũ. Et ſic peribit ꝓſperitas & regnũ Antichriſti, & oim tyrãnoꝝ ſimul cum corpore & anima. Sed

Dominus regnabit in eternũ & in ſęculum ſęculi: peribitis gentes de terra illius.

¶ Dñs Ieſus Chriſtus regnabit in ęternum poſt iudiciũ cũ iuſtis & electis & pauperibus, cuius regni non erit finis. Et vos gentes: id eſt infideles homines terreni peribitis æternaliter de terra viuentium. Quoniam

Deſyderium pauperũ exaudiuit dñs: pręparationem cordis eorũ audiuit auris tua.

¶ Dominus exaudiuit deſyderium pauperum: eo q contẽpſerunt terrena, & deſyderauerunt cæleſtia, & preparationes cordis eorum audiuit auris tua, eo q non p̃parauerunt neq; ædificauerunt magnas domos in terra: ſed per bona opera pręparauerunt perpetuas manſiones in cælo: & paſſi ſunt perſecutiones propter iuſtitias. Et ideo auris tua exaudiuit præparationes cordis eorum.

Iudicare pupillo & humili: vt non apponat vltra magnificare ſe homo ſuper terram.

¶ Iudicare. i. ad iudicandõ iniurias factas pupillo & hũili vt hõ iniqtatis Antichriſt⁹ & quilibet alius iniquus non ap-

ponat nec pſumat, nec addat vltra ſe magnificare ſup terrā: quia vltra non regnabunt tyranni & iniuſti ſup terrā: ſꝫ in inferno ęternaliter cruciabuntur. ¶ Eſt etiam aduertendum ꝙ totus iſte pſalmus pōt exponi de iudicijs q̄ Chriſtꝰ facit quotidie de tyrānis & opꝑſſorib9 pauperū: quos licet deꝰ permittat ad tēpus ꝓſperari: tñ finaliter videmus eos in bonis & perſonis mala morte perire.

IN dño cōfido: qūo dicitis animę meę transmigra in mōtem ſicut paſſer?

¶ Titulꝰ i finē pſalmꝰ ipſi Dauid. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit iſtū pſalmū dirigēs nos in Xp̄m q eſt finis legis: ſed de materia dicūt Iudæi moderni: ꝙ Dauid fecit hūc pſalmū, qñ fugiēs a facie Saul abijt i ſpelūcā odolā vltra Iordanē, vbi cōgregati ſunt quadrigēti viri de tribu & cognatiōe ſua, & factꝰ eſt eoꝝ priceps cui dixit Gad: noli manere in p̄ſidio: ſꝫ ꝓficiſcere in terrā Iuda: quia deus erit tecū. Ecōtra aūt pſuadebāt cognati ſui, ne rediret i Iudęā: qa Saul q̄rebat ipm interficere: vt pꝫ. j. Reg. xx. ca. Et Dauid voluit magis obedire ipſi Gad ꝓphetæ, q̄ ſuaſioni cōſanguineoꝝ. De quo aduētu & regreſſu in Iudæā: dicūt Iudęi ꝙ fecit hūc pſalmū, quaſi dicat ad cōſāguineos. Ego in dño cōfido: cur ꝓhibetis me redire in Iudęā? quia dicitis, Fuge a facie Saul, & trāſmigra in mōtē, ſicut paſſer fugiēs ſagittariū trāſmigrat in mōtē: quia Saul iā parauit ſagittas ſuas in pharetra, q̄rēs te iterficere. Iō fuge ad mōtes: & ne reuertaris in Iudęam &c. Et ſic iſto mō Iudęi lr̄aliter exponūt iſtū pſalmū de illa fuga: & reditu ipſiꝰ Dauid in Iudęā ad p̄ceptū Gad ꝓphetę. Sꝫ manifeſte pꝫ talē expoſitionē eſſe inutilē, nō explicantē aliq̄d ſacramētū: cū Dauid nō minus ſit ꝓpheta in hoc pſalmo: q̄ in cęteris: maxime quia per hūc pſalmū dirigit nos in Xp̄m: qui eſt finis legis: vt apparet i titulo p̄poſito. Et ideo eſt dicēdū: ꝙ ſupradictus reditꝰ Dauid i Iudęā, nō eſt p̄ciſa & pricipalis materia huiꝰ pſal. Sꝫ fuit materia exēplaris & figuratiua, iquātū Dauid p̄uidit i ſpū, ſpōtaneū aduētū Xp̄i in Hierl̄m ad mortē & paſſionē: & p cōſequēs ſpōtaneā oblationē aplōꝝ & martyꝝ ad martyriū ſuſcipiēdū ꝓ Chriſto. ex illa ergo fuga, accepit Dauid parabolā, & ꝓpoſitionē ad faciendū pſalmum. ¶ Ad cuius intelligētiā eſt notandū, ſicut habetur Matth xvj. ꝙ cū Chriſtus eſſet in partibꝰ Tyri & Sidonis: incepit oñdere diſcipulis myſteriū ſuę paſſionis. Et primo qūo oportebat eum ire Hieroſolymā & ibi multa pati a ſenioribus &c. Cuiꝰ acceſſum volēs ꝓhibere Petrꝰ dixit. abſit a te dñe: nō erit tibi hoc. cui rñdit Chriſtꝰ: vade ſathana: quia mihi ſcādalū es. Et tūc Chriſtus cōuerſus ad oēs diſcipulos dixit. Si qs vult poſt me venire abneget ſemetipſū, & tollat crucem ſuā & ſequaꝛ me &c. Itē legiꝛ Ioā. x. ꝙ cū Iudęi voluiſſent Ieſum app̄hēdere: exiuit de manibꝰ eoꝝ & abijt trās Iordanē, vbi ſolebat Ioānes baptizare iuxta ſpeluncā odolā, ad quā fugerat Dauid a facie Saul: vt ſupra dictū eſt: & ibi māſit Ieſus p aliquot dies &c. Sed cū eſſet ibi, venit nūciꝰ ex parte Marthę & Magdalene, notificās qualiter Lazarus ifirmabaꝛ ad mortē: & tūc dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Lazarus amicꝰ noſter dormit: iō eamꝰ in Iudęā: vt a ſomno excitē eū. cui dixerunt diſcipuli. Rabi nūc querebāt te Iudęi lapidare: & iterū vadis illuc? Ex quibꝰ pꝫ, ꝙ diſcipuli multotiēs conati ſunt ꝓhibere Ieſum ne rediret in Iudęā, ad patiēdū pro nobis. Sed Ieſus magis voluit obedire, & ſatiſfacere patris volūtati: q̄ piæ & humanę ſuaſioni diſcipuloꝝ. Sed venit in Iudęā, & ſuſcitauit Lazarū: vt pꝫ Ioan. xi. & poſtea paſſus eſt ꝓ nobis. Ex ſupradictis patet ꝙ illa fuga Dauid a facie Saul fuit propria figura Chriſti. Nam ad eundē locū trans Iordanē ad quem fugit Dauid: vbi cōgregati ſunt qoadringēti viri &c. ad eundē etiā locuꝫ fugit Chriſtus cū diſcipolis ſuis a facie Phariſſęorū, ad quē venerunt & congregati ſunt multi. Ioan. x. Itē ſpontaneus reditus ipſius Dauid in Iudeam ex p̄cepto Gad prophete, fuit etiā figura reditus, & aduētus ſpōtanei ipſius Chriſti in Iudęā & Hieruſalē contra ſuaſum diſcipulorum. Oīa ergo iſta pręuidēs Dauid in ſpiritu, per illā figurā & reditum fecit hunc pſalmum: in quo introduxit Chriſtum loquentem. in quo duo facit. Nam primo increpat diſcipulos ſuos ꝓhibētes ipſum venire in Hierl̄m ad patiendū pro nobis. Scd̄o p̄dicit futurā punitionē & dānationē ſuoꝝ crucifixorum ex iuſto dei iudicio ibi: Dñs in tēplo ſancto ſuo. Quantum ergo ad primum videns diſcipulos ſuos prohibētes ipſum venire in Hieruſalē ad patiendū, increpat eos dicens. O modicę fidei: neſcitis ꝙ ego in dño confido qui liberabit me per reſurrectionē: & puniet Iudęos per ęternā damnationē? quomodo ergo timentes dicitis animę meę, non vadas ad Iudæam: quia ibi te volebant lapidare: ſed tranſmigra in montem. i. fuge ad montem. Sicut paſſer fugit ſagittarios, volentes ipſum interficere.

Quoniam ecce peccatores intēderunt arcum: parauerunt ſagittas ſuas in pharetra vt ſagittent in obſcuro rectos corde.

¶ Peccatores & maligni. ſ. pricipes ſacerdotū & phariſſæi parauerūt ſagittas ſuas in pharetra. Nā ſicut auceps intendit arcū ſuum & parat ſagittas ſuas in pharetra ad ſagittādum paſſeres: Ita Iudęi intenderunt arcum ſuę poteſtatis, & malitię, & p̄parauerunt ſagittas ſuas in pharetra. i. machinati ſunt falſa teſtimonia & crimina contra te & tuos in occulto. ſ. ꝙ tu dixiſti deſtruā tēplum hoc & in triduo reædificabo illud: & ꝙ ꝓhibuiſti dari cēſum Cęſari &c. Et oēs has ſagittas parant in occulto: vt poſtea ſagittent & feriāt rectos corde. ſ. te & oēs diſcipulos tuos & iuſtos. Ideo caue ne vadas illuc. quaſi dicat Chriſtus: oīa iſta dicitis animę meę putantes me retrahere ex timore mortis. Sed magis volo obedire patri meo, & compati toti generi humano, q̄ vobis ꝓnunc cōplacere: quia in dño patre meo cōfido qui liberabit me per reſurrectionē, & totum genus humanum per meam paſſionē, & puniet Iudęos crucifixores meos ad ęternā damnationē. Et ideo Chriſtus conuerſus ad patrem dicit. O pater oia ſupradicta dicunt diſcipuli mei ex quadā pia dilectione & compaſſione.

Quoniam quem feciſti deſtruxerūt: iuſtus autem quid fecit?

¶ Iniqui Iudęi deſtruxerūt & interfecerūt iuſtū filiū tuuꝫ, quē tu tā magnis donis pfeciſti verbo tuo vniēdo, & oia dona gratiarū nō ad menſuram tribuendo, & mediatorē dei & hominuꝫ conſtituendo: quid ergo mali fecit iſte iuſtus filius tuus, quem ita grauiter per Iudæos tractari permittis, cum ſit iuſtus ſine peccato &c?

Dominus in templo ſancto ſuo: dominus in cęlo ſedes eius.

¶ In hac ſcd̄a pte p̄dicit punitionē crucifixoꝝ ſuoꝝ. I qua duo facit. Nā prio allegat deū eſſe iuſtū iudicē. Scd̄o ex iuſto dei iudicio p̄dicit dānationē, & punitionē ſuoꝝ pſecutorum. ibi. Pluet ſup peccatores. Dicit ergo: licet iudęi occiderunt iſtū iuſtū ſine pc̄tō: tñ nō euadēt punitionē: qm̄ dñs deus ſedet in tēplo ſancto ſuo, in cælo: & quia eſt dñs & iuſtꝰ iudex: ideo ſedes eius iudiciaria eſt in cælo. Et notanter ponitur ibi dñs bis. Nā dñs i tēplo ſancto ſuo referꝛ ad patrē: ſed per ly dñs in cęlo ſedes eiꝰ: intelligiꝛ filius. Qui ſedēs a dextris patris accepit iudiciariā poteſtatē. & ideo dicit Dauid ꝙ dñs pater eſt in tēplo ſancto ſuo: & dñs filiꝰ: & ſedes eius eſt in cęlo. q. d. ꝙ licet Iudęi iudicauerint Chriſtū falſo modo, & occiderint iniuſte: tñ ſicut deus pater eſt in tēplo ſancto ſuo: ita dñs Chriſtus eius filius eſt a dextris patris: qa in cælo eſt ſedes eius iudiciaria, & ſic iudicabit eos: q̄ ipſum iudicarunt, & interfecerunt iniuſte. Vnde

## Oculi eius in pauperem reſpiciunt: palpebrę eius interrogant filios hominum.

℄ Oculi eius reſpiciunt in quēlibet pauperē oppreſſum iniuſte, & paſſum iniuriā: vt puniat oppreſſores ſuos & vindicet ipſum. Et palpebrę eius: eo ꝙ oia ſunt nuda & manifeſta oculis eius, interrogāt filios hominū carnaliter viuētes. Et dn̄s Ieſus Chriſtus iudex vniuerſalis: nūc in iudicio occulto: & in fine mundi iudicio manifeſto:

## Dominus interrogat iuſtū & impium: qui autem diligit iniquitatem odit animam ſuam.

℄ Interrogat iuſtū & impiū. i. examinat cauſam: & diſcutit inter iuſtū & impiū. Et ſic tribuit vnicuiqꝫ ſcd̄m opa ſua. Sꝫ quia dixit, ꝙ dn̄s iterrogat iuſtū & ipiū. i. pc̄tōrē: poſſet aliquis dubitare quare vocat pc̄tōrē impiū. Ad hoc rn̄det & ſubdit, ꝙ ois peccator eſt impius & crudelis. Nam pc̄tōr eſt ille qui diligit iniquitatē: ſed talis odit aiam ſuaꝫ & abhorret: offerēs eā ad mortē ppetuā & ęternam: ergo eſt ſibi ipius & ſęuus & crudelis. Et eſt valde aduertēdū ꝑpter hoc qđ ait: Palpebrę ei⁹ interrogāt filios hoim. Nā hęc eſt differētia inter iudicē ꝓuidū, prudentē, & tardū. Nam iudex groſſus & tardus ꝓcedit pambages & longam locutionem & interrogationē verborum & circuitionē. Sed iudex prouidus & prudēs in ſolo aſpectu iudicat, & cognoſcit: & apprehendit veritatē inter iudicādos: & quaſi in ſolo aſpectu & colore: & facie cognoſcit reū. Et ſic dicit ꝓpheta ꝙ deus ꝓuidus iudex nō indiget lōga interrogatiōe & circuitu: ad cognoſcendam veritatē Nam in ictu oculi faciet iudicium. Vnde palpebrę eius, & ſolus aſpectus interrogant filios hominum, & cognoſcūt iuſtum & impiuꝫ: quia oia nuda ſunt oculis eius. Et ideo eſt prouiſum, ne quis cęcus poſſit eſſe iudex, vt poſſit iudicare per colorē & mutationem faciei & alterationem &c. Duo ergo habet Chriſtus in iudicio. Prio, ꝙ eſt iuſtus. Secūdo, ꝙ prouidus & prudens &c.

## Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis ſulphur & ſpiritus procellarū pars calicis eorum.

℄ Hic p̄dicit punitionē & deſtructionē Iudęoꝝ ꝑpter pec-
L catū mortis Chriſti. ℄ Vn̄ eſt notādū: ꝙ de⁹ nō pōt oſndere maiorē irā pc̄tōri, q̄ nō dare ſibi grām: & dimittere eum in adinuētionibus ſuis. Nam ex natura ſua corrupta & viciata ſemp ruit in diuerſa ſcādala & diuerſos laqueos: poſtq̄ nō habet p̄ſeruatorē. Ita iudęi obſtinati poſt mortē Chriſti ruerunt in diuerſa ſcandala: & inciderūt in diuerſos laq̄os: per illos. xl. annos: vt ait Ioſeph⁹ de bello Iudaico. Nā prio inter eos fuerūt maxime diſcordię & ſeditiones, & cōmiſſa ſunt multa homicidia. & furta, & rapinę. Scdo cōmouerūt rebellionē cōtra Romanos: vn̄ euenit obſidio & deſtructio. ergo ſeditiones, & rebellio fuerūt eis laquei, quos de⁹ pluit eis de cęlo pmittēdo eos ruere i iſta ſcādala. vn̄ euenit eis deſtructio & iudiciū. Vn̄ quatuor mala fuerūt inflicta illis iudęis. Prio laquei & occaſiones ſcādali. ſ. rebellio, & obſidio p Romanos. Scdo ignis, quia ciuitas fuit incēſa. Tertio ſulphur tormētoꝝ & balliſtaꝝ trahētiū lapides cōtra muros ex īpetu pulueris ſulphurei: quas bōbardas vulgariter vocāt. Quarto fuit ſpūs ꝓcellaꝝ vētoꝝ & fulminū de cęlo: vt ait Ioſeph⁹. Multa fulgura & ſigna viſa ſūt in cęlo ſupra ciuitatē illis dieb⁹. Et ſic oia iſta mala realiter & corpaliter fuerūt iudęi paſſi. Sꝫ vltra hāc poenā tpalē patiunt̄ in iferno ęternaliter laqueos, & catenas perpetuę captiuitatis: & ignē, & ſulphur, & ꝓcellā ęternā: ad quā manifeſte mittet eos Chriſtus in iudicio finali cū dicet. Ite maledicti in ignē ęternū &c. Dicit ergo, ꝙ eo ꝓ Iudęi occiderūt Chriſtū iuſtum: iō in punitionē illius peccati: pluet dn̄s ſup eos laq̄os ſcādali: vt dictū eſt: & ignis, ſulphur, & ſpiritus ꝓcellarum erunt pars & portio calicis, & punitionis eorum.

## Quoniam iuſtus dominus: & iuſtitias dilexit: ęquitatem vidit vultus eius.

℄ Hic aſſignat cauſam quare de⁹ puniet eos ſic: & dicit ꝙ ideo deus ſic puniet: quia eſt iuſtus & ſemp dilexit iuſtitias: Et iō vultus & veritas ſuæ iuſtitię videt & ęquitatem & illā āplectit̄. Cū ergo iuſtitia ſit virtus q̄ tribuit vnicuiqꝫ qđ ſuū eſt, & ſcd̄m opa ſua: Iō deus puniuit Iudęos iuxta iniquitatem ſuam: & tribuet bonis ſcd̄m merita eoꝝ. Totus etiam iſte pſalmus exponit̄ in perſona toti⁹ ecclię, q̄ tēpore tyrānorū fugiebat p mōtes. Sed licet ad tēpus pmiſerit de⁹ eaꝫ affligi: tn̄ poſtea iuſto iudicio puniuit tyrānos & pſecutores. Nam primo puniuit Iudęos & poſtea tyrānos. ſ. Neronem & Domitianū, & Diocletianū & cęteros. Et iō iſte pſalm⁹ legitur in feſtiuitatibus martyrum, eo ꝙ cōfidentes in domino, & ſequētes Chriſtū, ſe martyrio ſpōte Chriſto obtulerunt. Et ſic quilibet martyr poteſt dicere verba hui⁹ pſalmi, & tota eccleſia ſimul cum capite ſuo.

## SAluum me fac domine quoniam defecit ſanctus: quoniam diminutę ſunt veritates a filiis hominum.

℄ Huic pſalmo p̄ponit̄ talis titulus. ſ. In finē: pſalmus Dauid pro octaua. Ex quo titulo apparet, ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū dirigēs nos in Chriſtū qui eſt finis legis. Et ꝙ cātabat̄ in tēplo gradatim eleuādo vocē: vſqꝫ ad octauū pūctū, vel quia cātabat̄ cū inſtrumēto muſico octo chordaruꝫ: eo ꝙ hō myſticus introduct⁹ ad loquendū in pſalmo expectabat liberari in octauo die ab omni ignorantia, & peſtifera doctrina. ſ. in die reſurrectionis, q̄ erit octaua dies mūdi: vt dictū eſt pſal. vj. De materia aūt huius pſalmi dicūt quidā Hebręi & catholici, ꝙ Dauid fecit hūc pſalmū, vidēs ingratitudinē Ciuiū Ceilę, q voluerunt ipſum tradere in manus Saul. ij. Reg. xxiij. Iō ait Dauid. Saluū me fac deus: qm̄ defecit ſanctus. quaſi dicat: quia iā nulla eſt ſanitas nec fides in hoībus: quia diminutę ſunt veritates a filijs hoim. ſ. a ciuibus Ceile &c. Et ſic gloſſant lr̄aliter totū iſtū pſalmuꝫ de Dauid cōquerēte de illa ingratitudine: de qbus petit vltionē &c. ℄ Sed talis intelligētia & expoſitio nullo mōvidet̄ cōuenire literæ huius pſalmi: nec detegit theſaurū latentē in hoc pſalmo: cū in medio eius dicat̄: Propter miſeriā inopū & gemitū pauperū: nunc exurgam dicit dn̄s &c. Item Eloquia dn̄i eloquia caſta &c. ℄ Ideo dimiſſis modis dicēdi iudęorum, eſt dicendū, ꝙ Dauid conſiderans mores hominū eſſe corruptos ꝑpter ſuperſtitionem gentilium: & p̄uidens in ſpiritu ſcripturam ſacrę legis fore deprauandam ante aduentum Chriſti per falſas traditiones ſcribarum & phariſęorum & Saduceorum: Ideo fecit hunc pſalmum: in quo petit liberari a tali peſtifera doctrina per aduētū Chriſti, & doctrinā, & veritatē euāgelicā. ℄ Duo ergo facit. nā primo oſtēdit oēs mores hoim eſſe corruptos ex falſa ſupſtitione gentiliū: & oēm doctrinā eſſe deprauatā ante aduētū Chriſti. Scdo p modū petitiōis p̄dicit mūdū eſſe liberādū a tali peſte p Chriſtū, & legē ei⁹ euāgelicā: ibi. ꝑpter miſeriā. ℄ Quantū aūt ad primū eſt dicēdū, licet ꝙ ſit diffici- M
le loqui de veritate: vt patet ſcdo Metaphy. tn̄ quātū ad p̄ſens ſpectat, eſt aduertēdū ſcd̄m Aug. xv. de tri. & ſup Ioā. ꝙ cum Chriſtus ſit prima veritas, inquantum eſt verbū patris, ideo eſt metrum, & menſura, & cauſa omnis veritatis, & per conſequens eſt dicendum ꝙ ipſe eſt prima iuſtitia. & cauſa ois iuſtitię: & prima ſanctitas, & cauſa ois ſanctitatis. Et ſic dicit̄ veritas verificās, & iuſtitia iuſtificans, & ſanctitas ſanctificās: quia docuit oēm veritatē. Sed q̄a ois veritas & iuſtitia, & ſanctitas ipſi⁹ dei lucet & manifeſta eſt p Chriſtū in vtroqꝫ teſtamēto: primo patriarchis & ꝓphetis in vete. teſta. ſcdo per ſeipſum in nouo: ſicut pluries dictum eſt: ideo eſt dicēdū ꝙ tota ſacra ſcriptura vtriuſqꝫ teſtamen

dicitur veritas & iuſtitia & ſanctitas,inquātū iſta tria mani
feſtanẽ in ipſa ſacra ſcriptura,vel inquātū deus lucet in ſcri=
ptura ꝑ veritatē & iuſtitiā & ſanctitatē,vel inquātū deus ꝑ
legem diuinā verificat & iuſtificat & ſanctificat hoies.Iſta
ergo tria ſe cōſequūtur ꝑ ordinē.ſ.veritas:& iuſtitia:& ſan=
ctitas.Nā veritas eſt q̄dā adequatio,& cōformitas hois fi=
delis ad deū ꝑ fidē articuloꝝ.Et iuſtitia eſt q̄dā adequatio
hois iuſti ad deū ꝑ obſeruātiā diuinoꝝ ꝓceptoꝝ & māda=
torū.Et ſanctitas eſt q̄dā adequatio,& cōformitas hois ad
deū ſcd̄m ordinē toti⁹ diuinę legis:quia homo intātū dicitẽ
verax & fidelis,inquantū adequat & cōformat intellectū:
& inhęret ꝑ fidē cōcredēdo articulis fidei.Et intantū dicitẽ
iuſt⁹,inquātū cōformatẽ diuinę volūtati obſeruādo manda
ta.Et intantū dicitẽ ſanctus inquātū cōformatẽ & cōfiguratẽ
deo ꝑ eccl̄iaſtica ſacramēta:& inquantū ordinat vitā ſuam
in deū ſcd̄m ordinē diuinæ legis.Quia ſanctus dicitẽ q̄ſi bñ
ordinat⁹,de ſancio ſancis ſanxi ſanctū ctu.Sācire enim idē
eſt qd̄ bñ ordiare:Ideo ille qui bene ordinat vitā ſuā i deū
ſcd̄m legē.i.credēdo articulis,& diligendo deū in ſe & pro
pter ſe:& diligendo proximū in deo & propter deū:ille ta=
lis dicitẽ ſanct⁹.i.bñ ordinat⁹:quia ſeruat ſpeciē & modū &
ordinē in credēdo,& diligēdo deū & ꝓximū,& ponēdo &
cōſtituendo ſpē ſuā in deo tanq̄ in fine vltiato. ¶ Ex ſupra
dictis ſequitẽ prio,ꝙ q negat Chriſtū:negat oēm veritatez.
ꝓbatẽ:quia Chriſtus eſt verbū patris,& prima veritas,& cā
ois veritatis,& ſanctitatis,& iuſtitię:& ſic qui negat Chri=
ſtū,negat totā legē diuinā,quę a Chriſto tradita ē i vtroq;
teſtamēto:vt dictū eſt in ꝓlogo,tractatu.iij. Vnde Chriſt⁹
ad hoc venit in mundū,vt declararet veritatē, q̄ latebat in
lege vete.quia lex ꝑ Moyſen data eſt:ſed veritas & gr̄a per
Chriſtū facta eſt:vt oſtēſum eſt in nouo teſta.Ideo Chriſtus
dixit Pilato.Ioan.xix.Ad hoc nat⁹ ſū,& ad hoc veni in mū
dū:vt teſtimoniū perhibeā veritati.ois enim qui eſt ex veri
tate audit vocē meā.Et ſic patet,ꝙ qui negat Chriſtū,ne=
gat oēm veritatē.Itē ſequitẽ ſcd̄o,ꝙ q negat Chriſtū,& eius
legē euāgelicā,negat deū patrē,qui in Iordane,& in mōte
Thabor teſtificatus eſt de Chriſto dicēs:Hic eſt filius me⁹
dilectus,ip̄z audite.vñ dicitẽ.j.Ioā.v.Qui credit in filiū ha=
bet filiū dei in ſe:qui non credit,mēdacē facit eū:quia non
credit teſtionio qd̄ teſtificat⁹ eſt deus de filio ſuo.Et ſic pa
tet qualiter qui negat Chriſtū:negat oēm veritatē & iuſti=
tiā,& ſanctitatē,& totā ſacrā ſcripturā vtriuſq; teſtamēti:q̄
tota eſt de ipſo Chriſto.& etiā qui negat Chriſtū facit deū
patrem mendacē:vt dictū eſt. ¶ Scd̄o eſt notādū ꝙ cū iſta
tria.ſ.veritas & ſanctitas & iuſtitia:cōueniāt in vno mō gñā
li:iquātū dicūt quādā ęquationē & cōformitatē hois ad de=
um:per obſeruationē diuinę legis:Ideo cōmunicant idio=
mata ſibi adinuicē in ſacra ſcriptura.nā q̄nq; noie veritatis
intelligitur iuſtitia:vt pſal.cxviij.Oia mādata tua veritas.
Item ibidē.Principiū verborū tuorū veritas.Itē Eſa.xxxix.
Non expectabūt qui deſcendunt in lacū veritatē.i.iuſtitiaz
tuam.Et ſic patet,ꝙ oia quę ſcribuntur in lege:dicuntur q̄=
dam veritates,& quędam iuſtitię,& quædā ſanctitates,eo
ꝙ iſta reddunt hoiem verum:& iuſtum:& ſanctum:quia or
dinant ipſum in deum & debitum finez.Et ideo ita dicitur
mendax qui declinat a mandatis in quibus conſiſtit iuſti=
tia:ſicut qui declinat ab articulis.vñ primę Ioan.ij.Qui di
cit ſe noſſe deū:& mandata eius non cuſtodit:mēdax eſt:&
in hoc veritas non eſt.Pariter etiā dicitur maledictus & nō
ſanctus qui declinat a mādatis dei.pſal.cxviij. Et ſic patet
qualiter iſta tria communicāt ſibi nomina in ſacra ſcriptu=
ra.Et ita Dauid per veritates intelligit oīa iſta tria.ſ.fidem
articuloꝝ,& obſeruantiā ꝓceptorū,& gratiā ſacramētoꝝ:
& ordinē charitatis.Et hæc eadē tria etiā intendit per ſan=
ctitatē:quia ſanctitas includit veritatem & iuſtitiam,& ecō
uerſo:quia nō ſolū dicitẽ hō verus inquātū credit:ſed etiam
inquātū ꝑ fidē opatẽ:nec dicitẽ iuſtus ſoluz inquātū bñ opatẽ:

ſed inquātū operatẽ ꝑ fidē ordinādo vitam in deū:vt pate=
bit pſal.xiiij. ¶ His habitis eſt dicendū ſcd̄z Aug.ſup Gen̄.
ad literam:& etiam.xj.de ciuitate.ca.xiij.&.xiiij.&.xv.ꝙ
non ſolum homo,ſed etiam diabolus fuit creatus a princi=
pio cum tali veritate,& ſanctitate,& iuſtitia:quia de⁹ ſimlẽ
fuit cōdēs naturā,& largiēs gratiā:& ꝑ cōſequens cognouit
deū trinū & vnū creatorē &c.& ꝓpoſita eſt ſibi lex iuſtitiæ,
quam ſi ſeruaſſet fuiſſet beatus.de qua lege dicetur pſalmo
lxxxj.Sed quia non ſeruauit illā legē iuſtitiæ:ideo dicit Sal
uator Ioā.viij.ꝙ in veritate non ſtetit ab initio:ideo men=
dax eſt & pater eius,inquantuz deuiauit ab illa veritate &
diuina lege.& ſic cecidit:vt patebit pſal.lxxxj.Eodē modo
tenetẽ,ꝙ Adam primus homo fuit creatus in eadē veritate,
& iuſtitia,& ſanctitate:quia ante peccatum cognouit deuz
trinum,& vnū,& creatorē oim,& gubernatorem:& ꝓuidit
deum incarnandū,& futurum glorificatorē.Et fuit ſibi po=
ſita lex iuſtitiæ:in cuius obſeruantia promiſſa erat ſibi cæ=
leſtis felicitas:cui legi per aliquod tēpus fuit ſubordinatus
& obediens:& per cōſequēs fuit iuſtus & ſanctus:eo ꝙ deo
erat cōformis ꝑ intellectū & voluntatē:& in hoc cōſiſtebat
eius originalis iuſtitia,& veritas,& ſācitas:ſed peccādo de
fecit & cecidit ab illa veritate & ſanctitate:& per cōſequēs
non ꝑmanſit in veritate,& iuſtitia,& ſanctitate,in qua fuit
creatus.Et ſic perdidit iuſtitiā originalē:& diminuit verita
tem,quam deus in ipſo impreſſerat.Et ſic mētitus eſt a ve=
ritate & iuſtitia:& diminuta fuit in eo omnis veritas,& iu=
ſtitia,& ſanctitas,quando defecit,& deuiauit a diuino prę
cepto.Et ſic fuit in eo tota natura corrupta,& oēs potētiæ
fuerunt vulneratę & debilitatę.Et ſic fuit etiā cauſa omnis
mēdacij,& peccati in ſuis poſteris:quia continue omis veri
tas,& ſanctitas,& iuſtitia,fuit in eis diminuta vſq; ad Chri=
ſtum.Et ſic poſtq̄ iſte Adam ſanctus & iuſtus defecit & pec
cauit:continue veritates & iuſtitię fuerunt diminutę a filijs
hoim:per ſucceſſionem temporis vſq; ad Chriſtum,qui re=
ſtaurauit oēm veritatem,& iuſtitiam,& ſanctitatem.Vnde
licet Adam non potuit diminuere veritatē primā eſſentia=
lem in eo:quia ſemper manſit imago dei in eo:tamen di=
minutę ſunt in eo veritates & iuſtitię dei:quia non habuit
tam claram cognitionem de rebus diuinis,ſicut ante pec=
catum:vt communiter tenetur:& hoc propter impedimen
tum paſſionuz & carnis corruptę:nec habuit libertatē & fa
cultatē de ſe ad ſeruandam legē dei:& declinandū a malo,
& faciendum bonum propter eandē corruptionem.Ex qb⁹
patet,ꝙ ſicut Adā defecit a ſanctitate,& iuſtitia erga deū:
ita in eo fuit diminuta ſanctitas,& ordo partium inferiorū
ad ſuperiores:quia corrupt⁹ fuit totus ordo,& natura in eo,
& lāguor concupiſcentię inflictus in carne &c.prout magis
patebit pſal.xiij.Sed iſte veritates iam fuerunt magis dimi
nutę in Caim,q̄ſi occęcatus inuidia cum dolo vocauit fratrē
ſuum Abel in agrum,& interfecit eum.Gen̄.iiij.Et ideo ait
ſibi deus.Quare iratus es,& cur concidit facies tua?nonne
ſi bene egeris recipies:ſin autem male:ſtatim peccatum in
foribus aderit?Sed ſub te erit appetitus eius,& tu dn̄aberis
illi &c.Ex quibus verbis oſtendit deus,ꝙ Caim defecerat,
& deuiauerat a veritate cognitiua & legali,quam deus in
mente & ratione eius impreſſerat,pro cuius ꝓuaricatione
erat ſibi pœna infligenda.Sed magis iſtę veritates fuerunt
diminutę a filijs hoim carnalibus:qñ filij dei.ſ.filij Seth,in
ſtructi in lege dñi naturali,videntes filias hominum deſcen
dentes a Caim,ꝙ eſſent pulchrę,acceperūt eas in vxores:
ex quibus nati ſunt gigantes.i.homies carnales & terreni,
qui diditi carnalibus voluptatib⁹,totaliter obliti ſunt legē
dei,intantum ꝙ corrupta eſt vniuerſa caro:& multiplica=
ta fuit malitia hoim ſuper terram:& ſic deus deduxit dilu=
uium ſuper omnem carnez,ſolo Noe ſaluato cum vxore,&
filijs &c.Gen̄.vj.Itez magis diminutę ſunt veritates a filijs
hominum cum Zoroaſtes relicta vera ſciētia & regimine

ſui creatoris declinauit ad falſas artes magicas: quæ nullaꝫ in ſe continent veritatē: ſed mendacium & dolum, in cuius tēpore Nēbroth cū ſequacib⁹ putās fugere ditionē & dñiū dei decreuerūt fabricare turrim in babylonia. Sed iam magis ſunt diminutę veritates a filijs hoīs: cū Ninus rex Aſſyriorum fecit fabricare ydolū. i. ſtatuaꝫ Beli patris ſui & fecit ipſam ab omnibus venerari, intantū ꝙ diabolus itrauit ſtatuam: & cœpit loqui & dare reſponſa in ea. Et ſic oēs reges fabricauerunt ſtatuas filijs & patribus ſuis defunctis: intantum ꝙ idolatria diffuſa, & multiplicata fuit per totū mundum: vt ptꝫ Sap̄. xiiij. ❡ Sed adhuc magis fuerunt diminutę veritates a filijs hoīm: cum inceperunt ſuperſtitiones & nefāda ſacrificia in ægypto: & monſtra multoruꝫ deorum. Et ſic nefandę & deteſtabiles ſupſtitiones: & artes diffuſæ ſunt p totum orbē. vnde intantū verus deus fuit eis ignot⁹ & cōtēpt⁹, & diabolus veneratus: ꝙ cōpellebat patres immolare filios & filias ſibi, & conſtitui, & celebrari ludos ſcenicos & turpes ipſi Baccho & Veneri & deæ Veſtę & priapo: & multa alia deteſtabilia ſunt cōmiſſa: q̄ ſolus Chriſtus eiecit de mūdo cū diabolo actore eoꝝ: vt ꝓbat Euſebius ī quinto & ſexto de ꝑparatione euangelica. Sed iam magis fuerunt diminutę a filijs hoīm qñ Scribæ & phariſęi peruerterunt veram intelligentiā legis: trahentes legem & ꝓphetas ad ſuū falſum ſenſum: & occęcati inuidia & malitia negarūt Chriſtū: qui eſt prima veritas legis: & crucifixerūt eum: qui erat in lege promiſſus ad declarandum legem & prophetas: & ad liberandū de iugo legis, & de captiuitate peccati. Et ſic ſimul crucifixerunt ſibi veritatē cū Chriſto. Ideo quia nullo modo veritas lucet in eis: manent occęcati ne itelligāt ſacramēta dei. Oia ergo ſupradicta ꝓuidēs Dauid in ſpiritu clamat ad Chriſtum in ꝑſona hoīs myſtici: vt veniat ad liberandū eum de talibus ſuperſtitionib⁹ & mēdacijs & deteſtabilibus moribus: & de tali cęcitate Iudęoruꝫ. Ideo dicit, O dñe Ieſu Chriſte veni in carnem: & ſaluū me fac. Nam poſtq̄ ſanctus Adam defecit & peccauit: diminutę ſunt veritates a filijs hoīm. Nam Adam fuit creatus ſanctus & in gratia: ſed qñ peccauit: defecit gratia in eo, & oīs ſanctitas: & ſic poſtea diminutę ſūt veritates. ſ. cognitio veri dei & legis diuinę. Vel poteſt ſic cōſtrui. O dñe Ieſu Chriſte ſaluum me fac. Nā poſtq̄ Adam peccauit ſup. defecit ſāctus, id eſt omnis ſanctitas & iuſtitia: quia perdidit originalem iuſtitiam, & gratiā, & oia ꝓmia quæ conſequebantur illaꝫ originalem iuſtitiam, qm̄ ex inde ſucceſſiue diminutę ſunt ſupradictę veritates a filijs hoīm ſucceſſoribus Adam vſqꝫ ad Chriſtum: quia diminuta fuit diuina cognitio, & fides, & obedientia & cognitio diuinę legis. ꝓbatur: nam

## Vana locuti ſunt vnuſquiſqꝫ ad proximum ſuū labia doloſa in corde: & corde locuti ſunt.

❡ Vnuſquiſqꝫ locutus eſt vana documenta, & exempla ad proximum ſuum: nam locuti ſunt labia doloſa in corde. i. ꝑ labia doloſa in corde. i. aliud habendo in corde, & aliud in labijs. Et ideo corde locuti ſunt mendaciū ſup. vnde corde & corde. i. duplici corde locuti ſunt. Vnde Caim per labia doloſa & duplici corde locutus eſt ad Abel fratrem ſuum quādo dixit: Egrediamur foras: ſed interfecit eum in agro. Item duplici corde & lingua doloſa & mēdacij locutus eſt ad deum: cum dixit: nunquid cuſtos fratris mei ſum? ❡ Itē vana locuti ſunt homines terreni, & filij hominū cū dixit alter ad alterum: venite faciamus nobis ciuitateꝫ: & turrē, cuius culmen ꝑtingat vſqꝫ ad cælū: & celebremus nomē noſtrum anteq̄ diuidamur in vniuerſas terras. Geñ. xj. Iteꝫ vana locuti ſunt, & lingua doloſa, & duplici corde omnes inuentores artium magicarum: & oēs arioli, & hydromātici: & geomātici: & iuētores ſupſtitionū, & falſorū deorū: vt patet Sap̄. xiij. & xiiij. Item vana & falſa duplici corde, & lingua doloſa locuti ſunt ad proximum ſuum falſi iudices & aduocati, & cauſidici: quia propter lucrum detinēt litigia, & deſtruunt pauperes & viduas & pupillos. ❡ Item vana locuti ſunt omnes poetę, qui ad demulcendas aures hoīm confinxerunt falſa figmenta de falſis dijs. ❡ Item vana locuti ſūt & duplici corde oēs oratores, & ſcriptores, & poetę, q̄ vt cōplacerent principibus & magiſtratib⁹: & conſequerentur fauores eorum: multa falſa ſcripſerunt in hiſtorijs & libris ſuis, ſicut Homerus de gręcis, & Titus Liuius de Romanis: & Quītus Curtius de Alexandro: & Herodotus de regibus Perſarum &c. Item vana, & labijs doloſis, & duplici corde locuti ſunt Scribę, & phariſęi ad Chriſtū: cum dicebant: Magiſter ſcimus quia verax es &c. ❡ Item vana locuti ſunt cū dixerūt. Si hunc dimittim⁹ venient Romani & tollēt locū nrm̄ & gētē. Ioā. xj. Et ideo ſubdit ꝓpheta dicēs.

## Diſperdat dominus vniuerſa labia doloſa: & linguam magniloquam.

❡ Diſperdat dñs vniuerſa labia doloſa ſupradicta tam Iudęroū, q̄ gētilium, & hęreticorum, & linguam magniloquā id eſt poetarū & oratorum magna mendacia loquentium.

## Qui dixerūt liguā noſtrā magnificabimus: labia noſtra a nobis ſunt: quis nr̄ dñs eſt?

❡ Qui dixerunt inter ſe linguam noſtraꝫ cū ornatu & ſchemate verboꝝ magnificabim⁹ inter gētes. i. ꝑ linguā nr̄am, & ꝓpter eloquētia erim⁹ magnificati ꝑ totū mundū: quia labia noſtra a nobis ſunt, & non adeo: quia non eſt deus ꝓpter naturā: nā quis noſter deus eſt? quaſi diceret, null⁹ deus eſt: nec habem⁹ hoc donū niſi a natura. Vnde Tulli⁹, Quītilianus, & Liui⁹, & Salluſtius, & cęteri oēs oratores & poetę, ꝓpter linguā ſuā, & eloquentiā putabant magnificari ī mūdo: & ꝑ famā inęternum viuere. vñ ait Ouid. in fine. xv. Metamor. Iāqꝫ opus exegi: qd̄ nec Iouis ira nec ignis Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas. Quaqꝫ patet domitis Romana potentia terris, Ore ferar populi. perqꝫ oia ſęcula fama: Si quid habent veri vatum ꝓſagia viuam. Sed peiores fuerunt Scribę & phariſęi: qui volentes dilatare fimbrias & filateria ſua cōfidentes de proprio ingenio noluerunt intelligere: ſed falſo modo gloſſare ſcripturas: nec voluerunt audire veritatē a Chriſto, nec ipſum recipere: imo negauerunt eum corā Pylato dicentes: non habemus regē niſi Cęſarem. Et quando dixerunt: Hunc autem neſcimus vnde ſit. Et cū dixerūt: Quis noſter dñs eſt? quaſi dicerent: Iſte Ieſus nazaren⁹ nō eſt dñs, nec Meſſias noſter. Et ideo tūc Ieſus clamādo dixit eis. Et me ſcitis: & vnde ſim ſcitis. Ioā. vij. Itē Ioā. v. dixit eis: Scrutamini ſcripturas: quia illę teſtimoniū perhibēt de me: quia Moyſes de me locutus eſt &c. Ex quo patet, ꝙ qñ Iudęi negauerunt Chriſtū lingua doloſa, & duplici corde locuti ſūt. Et ſic maxime diminute ſunt veritates in eis, & ab eis: quia negauerunt ipſum Chriſtum qui eſt prima veritas per eſſentiam. Et negarunt veritatē legis & ꝓphetaꝝ: & ꝑ cōſequēs negarūt oēꝫ veritatē. Et ideo dixit eis Chriſt⁹. Vos a p̄re diabolo eſtis: ille eñ ī veritate nō ſtetit. Et ideo cū loquitur, de ꝓprijs loquit̄: q̄a mēdax eſt & pater eius. Ioā. viij. Ex hoc innuit Chriſtus, ꝙ ſicut diabolus nō ſtetit in prima veritate in pricipio qñ peccauit: Ita pariter Iudæi qñ negauerūt Chriſtuꝫ receſſerūt a p̄ria veritate: & ꝑ conſequens receſſerūt ab omni veritate. Et ſic iā nō loquūtur niſi mēdaciū, qñ de lege loquūtur: q̄a totam legem faciūt mēdacē, expectando alium Meſſiam: quia poſtq̄ errauerunt ab vtero: non loquunt̄ niſi falſa. Ex quibus patet, ꝙ ꝓpheta nō ſolū dicit veritates eſſe diminutas ī populo gētili: ſed multo magis in populo Iudaico qñ negauerunt Chriſtum, & veritatē ſcripturarū voluerunt occultare corrūpendo ſacrā ſcripturā cum ſuis falſis gloſſis. Sꝫ magis ſunt in eis diminutæ veritates, quando Mair idumę⁹ ſimul cum phariſæis confinxit, ꝙ Moyſes accepit duas

as leges a deo in mõte Sinai.ſ.vnã in ſcriptis,quã oẽs habemus,& alterã ore ten⁹,quã miſna appellãt:i qua cõtinẽtur oẽs deteſtabiles traditiões phariſſeoꝝ, & multa alia erronea. ¶ Itẽ etiã magis diminutę ſũt veritates a filijs hoiꝫ,qñ rabini iudæoꝝ cõgregati in Babylonia cõpoſuerũt ſcripturã ipſius Thalmud:in quo confirmãt oẽs traditiones phariſſęorũ,& ipſius miſna:quibus addi debent multa abominabilia & horrenda:vt patebit pſal.liij.

## Propter miſeriam inopum & gemitum pauperum:nunc exurgam dicit dominus.

¶ Hęc eſt.ij.ps:in qua quaſi cõſolatorie p̄dicit Dauid qualiter Chriſt⁹ in ſuo aduẽtu debebat liberare totũ mundũ de p̄dictis miſerijs:& depellere oẽꝫ deceptionẽ,& mẽdaciũ,& ſupſtitionẽ,& dare legẽ euãgelicã:cõtinẽtẽ & docẽtẽ oẽꝫ veritatẽ.

N ¶ Ad cui⁹ intellectũ eſt notãdũ:ꝙ añ aduentũ Chriſti mũdus nõ ſolũ erat in miſeria & captiuitate peccati:ſed etiã laborabat i duplici miſeria corporali & tẽporali:vt oſtẽdit Euſebius p totũ quintũ librũ de p̄paratiõe euãgelica.& Lactãtius in libris diuinarũ inſtitutionũ. Nã dęmões cogebãt patres immolare filios:vt patet de Agamennonę,q immolauit,& ſacrificauit filiã dijs:vt haberet ꝓſperos vẽtos. Et Pyrrhus immolauit Aſtyanactẽ filiũ Hectoris ad ſepulchrũ Achillis &c. Itẽ dęmones in nũſis ſuis ſemp pſuadebãt bella inter principes & finitimos:& perſuadebãt rebelliones populoꝝ cõtra reges ſuos:& ſeditiões inter ciues:vt fierẽt cędes & homicidia:eo ꝙ oẽs illi iplebãt iferñũ:& multa enormia,& turpia cõtra bonos mores & naturã perſuadębãt Et nõ ſolũ in pp̃lo gẽtili regnabãt iſtę ſupſtitiones:ſed etiã ꝓ maiori pte i pp̃lo Iudaico: vt ptꝫ p totũ diſcurſum libri Iudicũ & reguꝫ. Et vltra hoc regnabat in pp̃lo iudaico multiplex miſeria:naꝫ ſacerdotes,& ſcribę,& phariſſęi opprimebãt paupęres,& pupillos,& comedebãt domos viduarũ:& cũ violentia & tyrannide regebãt pp̃lm,ducentes & gloſſantes falſo legem,& ꝓphetas ad libitũ & lucrũ ſuũ:vt iproperabat eis Chriſt⁹ Matth.xxiij.dicens. Vę vobis Scribę & phariſſęi hypocritę &c. Et ideo Chriſtus in ſuo aduentu non ſolũ liberauit fideles vete.teſt.de limbo inferni:ſed etiã liberauit pp̃lm gẽtilẽ ab illa miſerabili ſeruitute diaboli totam idolatriã deſtruendo:& bella & ſeditiones per legẽ,& baptiſmum auferendo. Et etiã liberauit pauperes de pp̃lo iudaico a miſerabili iugo ſcribarũ & phariſſęorũ,et a iugo legis iportabili. Et hoc eſt qđ dicit ꝓpheta. vnde ait. Dñs me⁹ Ieſus Chriſtus dicit mihi in ſpũ ex reuelatiõe ſup. Ego exurgã.i.in carne apparebo,& veniã in mundũ ꝓpter miſeriam inopũ,& propter gemitum pauperũ.i.vt liberes,& releuem inopes a miſeria,& paupes a gemitu, hoc eſt vt liberem victos de limbo inferni,& inopes gẽtiles a miſerabili ſeruitute diaboli,& a nefãdis ſupſtitionibus,& deteſtabilibus morib⁹. Et vt liberẽ pauperes de populo Iudaico a gemitu & oppreſſione ſcribarum & phariſſeorum. Et omẽs pctõres a miſerabili ſeruitute peccati. Et nota ꝙ Dauid in hoc verſiculo refert reuelationẽ,& promiſſionẽ quã habuit de ſaluatore mũdi.q.d.dñs ꝓmiſit mihi per reuelationẽ,ꝙ ipſe exurgeret apparendo in mundo ad liberandũ pauperes a gemitu:& inopes ab omni miſeria ſupradicta. Iteꝫ reſurrexit Chriſt⁹ a mortuis,& miſit ſpꝫ ſanctũ in ap̃los:qui p totũ orbẽ legẽ euãgelicã p̄dicauerũt,& idola deſtruxerũt,& deteſtabiles ſupſtitiones gẽtiliũ deleuerunt:& falſas traditiões Scribarũ,& phariſſęoꝝ detexerũt.ideo dicit ꝓpter miſeriã iopũ & gemitũ pauperũ nũc exurgã &c. Ideo ſequitur & ſubdit propheta in pſona totius corporis myſtici.

## Ponam in ſalutari:fiducialiter agam in eo.

¶ Ponã ſpẽ & fidẽ meã in iſto ſalutari & ſaluatore meo Ieſu Chriſto:cũ venerit in carnẽ:& recipiã eũ tanq̃ ſaluatoreꝫ & Meſſiã. Et recipiã legẽ ſuã euãgelicã:quã ipe ore ſuo p̄dicauit,& in cordibus hoim ſcripſit. Et dat rõneꝫ quare vult recipere Chriſtum & ponere fidem & ſpem in Chriſto ſaluatore & lege euangelica. Vnde ait.

## Eloquia dñi eloquia caſta:argentum igne examinatũ:probatum terrę purgatum ſeptuplũ.

¶ Ad cui⁹ intellectũ eſt notandũ ꝙ quinq; pfectiões memorat & attribuit legi euãgelicę. Primo quia oia q̃ ſunt in lege euãgelica ſũt eloq̃a dei.i.ꝙ ẽ a deo ꝓlata,eo q̃a Chriſtus lator eius eſt ver⁹ de⁹ & prima veritas. Scdo ꝙ oia verba q̃ ſũt ĩ lege euangelica ſũt caſta.i.vera abſq; mendacio. Tertio,ꝙ tota lex euãgelica eſt argentũ igne examinatũ. Quarto,ꝙ eſt multipliciter probatum. Quinto ꝙ eſt terrę purgatũ ſeptuplũ. Nota ꝙ in quibuſdã exẽplarijs etiã antiquiſſimis repit̃ verſus iſte ſic ſcript⁹. Eloq̃a dñi eloq̃a caſta:argẽtũ igne examinatũ,ꝓbatũ ter repurgatũ ſeptuplũ.& ſic eẽt vitiũ ſcriptoꝝ q ſyllabã re diuiſiſſet a ly purgatuꝫ,& iũxiſſẽt ad ly ter. Aug. th & cęteri poſtillatores exponũt ſcđꝫ ꝙ noſtra nunc habẽt pſalteria &c. Vnde p iſta quinq; vocabula in hoc verſiculo poſita:oſtẽdit ꝓpheta quinq; pfectiones legis euãgelicę:& quinq; differẽtias quib⁹ differt a ceteris ſciẽtijs. Nã prio dicit ꝙ lex euãgelica ſũt eloquia dñi:p q̃ oñdit̃ pria dignitas ei⁹:quia ẽ a ſolo deo tradita. Et p cõſequẽs nõ põt mẽtiri. Et ẽt oñdit̃,ꝙ lex euãgelica differt ab oibus ſcientijs hũanis tã practicis q̃ ſpeculatiuis q̃ ſũt ab hoibus inuẽtę. Per hoc aũt q̃ ſ dr̃.ij.eloq̃a caſta:oñdit ꝙ lex euãgelica eſt veriſſima & caſtigata ab omi mẽdacio.nã caſt⁹ dr̃ de caſtigo caſtigas:& ſic dr̃ caſta & correcta & caſtigata ab oi mẽdacio & vitio:quia caſtigat oia vitia,inquãtũ ꝓhibet oẽ vitiũ,& docet oẽm virtutẽ. p qđ differt ab oi ſcia & ſcriptura ſupſtitioſa:& ab oib⁹ artib⁹ magicis:q̃ oẽs ſunt mẽdaces & adulterinę,docẽtes oẽ mẽdaciũ,& deteſtabiles & prauos mores:de quibus ſupradictũ eſt. Et iõ oẽs ſequẽtes illas magicas artes dñt adulteri in ſacra ſcriptura,eo ꝙ deuiant a caſtitate,& veritate ſacrę ſcripturę. Tertio lex euãgelica dr̃ argẽtũ igne examinatũ. Et hoc m̃ltiplicitet. Prio quia fuit tradita a Chriſto:ſed poſtea fuit examinata,& digeſta igne ſpũs ſcti in die Pẽtheco.qñ venit ſpũs ſctũs ſuper ap̃los & diſcipulos in linguis igneis:& ſuggeſſit eis omnia q̃ Chriſtus dixerat eis. Itẽ fuit examiata igne charitatis ap̃lorũ & martyrũ:q oẽs mortui ſũt ꝓ lege euãgelica defẽdẽda. Itẽ fuit examiata igne miracloꝝ. Itẽ fuit examiata igne inſpirationis:quia igne ſpũs ſancti iſpirati doctores ipſã elucidarũt & declararũt. p hoc ergo differt ab oibus ſcientijs hũanis:quia in ſolo lumine int⁹ agẽtis ſũt traditę & gloſſatę p hoies ſęculares. licet hoc nõ fiat ſine cõi iſluxu ſupiori. Quarto dr̃ ꝙ eſt argẽtũ ꝓbatũ:q̃a lex euãgelica multipliciter fuit approbata:nã prio fuit p̄nũtiata p pñarchas & ꝓphetas:& fuit ꝓmiſſa Moyſi. Deut.xviij.cũ dixit dñs. ꝓphetã ſuſcitabo de medio fratrũ tuoꝝ:loq̃turq; ad eos oia q̃ dixero illi.i.dabit legẽ euãgelicã ſuo ore ꝓlatã. Scđo fuit p̄dicta,& ꝓbata,& deſyderata per Dauid in oibus pſal.maxĩe pſal.cxviij.vbi dicit. Legẽ põe mihi &c. Itẽ Eſaię.ij. De Siõ exibit lex,& verbũ dñi de Hierl̃m. Iteꝫ Hiere.xxxj. Dabo legẽ meã in cordibus eorũ,& in viſceribus eorũ ſcribã eam. Itẽ fuit approbata per deũ patrẽ qñ dixit. Hic eſt fili⁹ me⁹ dilect⁹ ipſum audite.i.legẽ eius audite & recipite. Vltio fuit approbata per innumera miracula. Ex quibus patet ꝙ lex euãgelica eſt argentũ multipliciter probatũ & examinatũ p authentica teſtimonia. Et ſic patet veritas,& dignitas,& auctoritas ei⁹. Et iõ hęc eſt cã quare fiducialiter eſt acceptãda lex euãgelica:& eſt viuẽdũ in ea. Prĩo,q̃a eſt a dño Ieſu Chriſto ꝓlata. Scđo,q̃a eſt caſta & vera. Tertio,q̃a tanq̃ argẽtũ igne examiatũ. Quarto,q̃a eſt tãq̃ argẽtũ purgatũ & ſeparatũ a terra & rubigine. Quinto,dicitur argentũ terrę purgatũ & ꝓbatũ ſeptuplũ. p qđ non ſolũ differt ab oibus ſcientijs hũanis:ſed etiam a ſcriptura vete.teſt. Ad cuius intelligentiam eſt notandum,ꝙ ſicut lex euangelica dicitur

oleũ expreſſum ab oleis vete. teſt. & ſeparatũ ab amurca ce
rimoniarũ: & dicitur vinũ expreſſum ab vuis vete. teſta. &
ſeparatũ a vinacio cerimoniarũ. Et dicitur granũ trituratũ
ex ſegete vete. teſta. ſeparatũ a paleis cerimoniarũ p vẽtila
brũ Chriſti: vt dictũ eſt in ꝓlogo tractatu primo. Ita pariter
dicit̃ argẽtũ igne ſpũs ſancti examinatũ & ꝓbatũ, & terræ
purgatũ ſeptuplũ. Nã ſicut lex euãgelica erat in vete. teſta.
tãq̃ oleũ in oliua: & vinũ in vuis: & granũ in ſpica: Ita erat i
eadẽ lege veteri, & in cerimonijs tanq̃ argẽtum in minera
mixtum cũ terra. Vñ ſicut argentũ effoſſũ a minera nõ põt
purificari & ſeparari a terra: & purgari a cæteris metallis vi
lib⁹ cũ quib⁹ eſt mixtũ, niſi cũ igne materiali & magno ar=
tificio & ſtudio & labore: Ita myſteria euãgelica q̃ erãt clau
ſa & mixta, & tecta ſub terrenis, & materialibus & ſenſibili
b⁹ cerimonialib⁹ vete. teſta. nõ poterãt ſeparari & purifica=
ri & purgari ab illa terra cerimoniarũ: niſi p laborẽ & mor
tẽ & paſſionẽ, & doctrinã Chriſti: & per ignẽ & lumen ſpiri
tus ſancti: qui oia illa cerimonialia figuratiua in ſe cõpleuit
& cõſummauit, & veritatẽ eorũ nobis aperuit, cũ incipiens
a Moyſe & prophetis interp̃tatus eſt duobus diſcipulis oia
quę de ipſo ſcripta erant. Et cum clauſo hoſtio introiuit ad
diſcipulos, & aperuit eis ſenſum & ſcripturas: & oia myſte=
ria q̃ erãt ſcripta in lege, & prophetis: & pſal. de ipſo. Lucę.
xxiiij. Et ſic purgauit myſteria euãgelica a terra cerimonia
rum igne paſſionis, & lumine ſuę doctrinę. Et ſic hoc argẽ=
tũ euãgelicũ fuit igne examinatũ & ꝓbatũ, & terrę. i. ex ter
ra, & a terra cerimoniarũ purgatũ & purificatũ: non ſemel
tantũ: ſed ſeptuplum. i. ſepties p Chriſtuꝫ. Nam primo fuit
purificatũ p ſuã p̃dicationẽ & doctrinã. Scđo per morteꝫ &
paſſionẽ. Tertio poſt reſurrectionẽ qñ aperuit eis ſenſum &
ſcripturã. Quarto, qñ aſcendit in cælũ, & p̃cepit vt irent ad
p̃dicandũ euãgeliũ per vniuerſum mundu. Quinto qñ mi=
ſit ſpm ſanctũ in die pẽtheco. Quia tunc data ſunt apl'is do
na ſpũs ſancti quibus intellexerũt oẽs ſcripturas. Sexto fuit
hoc argentum examinatũ & ꝓbatuꝫ & purgatũ per doctri
nam aplicã in epl'is Pauli, & Petri, & Ioannis, & Iacobi, &
Iudę: & in actib⁹ apl'oꝝ: & in Apocalypſi. Septio fuit exa=
minatum, & declaratũ p eccl'iaꝫ, & ſactos doctores qui fue=
rũt illuſtrati lumine, & igne ſpũs ſancti. Et ideo Augu. & cę
teri ſacri doctores reliquerũt nobis q̃dã principia & doctri
nalia, & quaſdã regulas ad intelligendas ſacras ſcripturas:
vt ſciremus ſeparare argẽtum euãgelicum ex terra cerimo=
niarũ: quando legimus ſcripturas veteris teſta. Et ideo non
debent mirari lectores fideles huius operis: quia tot princi
pia & regulas premiſimus, & tot doctrinas in prologo: qa
abſq; illis impoſſibile eſt vt lector perfecte & integre poſſit
ſeparare myſteria euangelica a terrenis cerimonijs vete. te
ſta. & extorquere veritates euangelicas ex lege & prophe=
tis. Naꝫ ſi humana ſollicitudo indiget tanto ſtudio & labo
re, & artificio, & tot inſtrumẽtis ad purgandũ & purifican=
dum argentũ & aurũ, & ſeparandum ipſum a terra & rubi=
gine & cæteris ſpurcitijs & ſordibus: ergo multo maiori ſtu
dio & labore, & maiori igne ſpũali, & pluribus pricipijs, &
regulis, & doctrinis indiget fidelis lector cũ legit ſcripturaꝫ
vete. teſta. ad extorquẽdas & ſeparandas veritates euange
licas ab illis terrenis, & materialibus cerimonijs, & ab illa
materiali literatura, & ab ænigmatib⁹ ꝓphetarũ: quia oia
illa ſeptẽ pricipia, & decẽ regulę p̃poſitę in tertio tractatu,
& oẽs doctrinę p̃miſſę in toto reſiduo ꝓlogi non ſunt niſi q̃
dam ſpũalia inſtrumẽta, & adiumenta ad extorquendũ, &
purgandum, & purificandum argẽtũ euangelicũ a terra ve
te. teſt. Et hoc eſt qđ intendit dicere Dauid in hoc verſu: vñ
ait. Ego ponam totam ſpem, & fidem meam in ſalutari. i.
in ſaluatore meo Ieſu: cum venerit in carnem. Et fiducialiṫ
ter. i. cũ confidentia agam in eo. i. omnia opera faciam ſcđꝫ
p̃cepta, & ſecundum legem ſuam euangelicã: eo ꝙ talia p̃=
cepta ſunt eloquia dñi. i. a deo prolata. Et ſunt eloquia ca=
ſta & veriſſima abſq; mendacio: quia docẽt oẽꝫ veritatẽ &
virtutẽ, & ꝓhibẽt oẽ vitiũ & mẽdacium. Et nõ ſunt eloquia
adulterina & adulatoria, ſicut eloquia oratorũ, & poetarũ,
& artium magicarũ: & ſicut ſupſtitiões gentiliũ: q̃ continẽt
omne mẽdaciũ. Itẽ eloquia Chriſti euãgelica ſunt argentũ
igne ſpũs ſancti examinatũ & probatuꝫ. Et terrę. i. ex terra
purgatũ, & purificatũ ſeptuplũ: p Chriſtũ, & p apl'os, & do=
ctores, ꝓut dictũ eſt. Et etiã purgatũ, & purificatum ſeptu=
plum, & ſepties p illa ſeptẽ principia, & per decem regulas
in prologo, tractatu tertio p̃miſſas: ſine quibus pfecte, & in
tegre nõ põt intelligi ſcriptura vete. teſta. nec ex ea argen=
tũ euãgelicũ extorqueri: vt dictũ eſt ibi. & ly ſeptuplũ ponit̃
ꝓ multipliciter indeterminate: quia multis modis, & exẽ=
plis, & multis doctrinis, et p multos doctores lex euangeli=
ca fuit examiata, & probata, & purgata, & elucidata: qua=
ſi dicat concludendo, ꝙ poſtq̃ lex euangelica eſt ita vera &
pfecta: ideo fiducialiter agam, & viuam in ea, & operabor
ſecundum eius p̃cepta. Deinde cum dicitur

## Tu domine ſeruabis nos: & cuſtodies nos a ge neratione hac in ęternum.

¶ Petit & reſumit qđ in principio incepit petere. ſ. liberari
p Chriſtũ ab omni mẽdaci, & deteſtabili ſupſtitiõe gẽtiliuꝫ,
& gñatione magoꝝ, & necromãticorũ, & obſeruatoꝝ ſyde
rũ, & a praua gñatione prauorũ iudicũ & cauſidicoꝝ, & a
fermẽto, & falſa doctrina, & malitia ſcribarũ, & phariſęo=
rũ: de quibus dictũ eſt in prima pte. de quibus miſerijs & af
flictionib⁹, & dolis, & deceptionibus nemo poterat mundũ
liberare, niſi ſolus Ieſus Meſſias in lege promiſſus. Ideo ait
propheta. Tu dñe Ieſu Chriſte qñ veneris in carneꝫ, ſerua=
bis & cuſtodies: & liberabis nos in ęternuꝫ ab hac praua &
deteſtabili gñatiõe magoꝝ, & ſupſtitioſorũ, & maleficoꝝ,
& deceptorũ, & de miſerabili ſeruitute dęmonũ, & a praua
& falſa doctrina, & fermento ſcribarũ & phariſęorum: qui
negarunt Chriſtum, & eius legem euangelicam, & falſifi=
cauerunt ſcripturas legis, & prophetarũ: in quibus Chriſt⁹
promittitur & figuratur. Et ſubdit.

## In circuitu impii ambulant: ſecundum altitu= dinem tuam multiplicaſti filios hominum.

¶ Oẽs iſti impij ambulãt non recte p viã veritatis: ſed i cir
cuitu p deuia mẽdacia: vt decipiant ſimplices nõ intrantes
viã veritatis. vñ prio ambulãt in circuitu oẽs magi, & necro
mãtici deuiãtes a prima veritate qui eſt de⁹: & q̃rẽtes auxi=
lia a ſpiritib⁹ imũdis & mendacibus: quia diabol⁹ ab initio
in veritate nõ ſtetit. Et iõ mẽdax eſt, & pater, & dux oĩs mẽ
dacij, & ſemper ãbulat in circuitu: qũo decipiat hoieꝫ: & fa
cit ipſum deuiare a via veritatis & rectitudinis: & p conſe=
quẽs oẽs ei⁹ ſequaces ambulãt p eũdẽ circuitũ extra cẽtrũ
veritatis. Scđo in circuitu ãbulabãt oẽs ſacerdotes gẽtiliũ,
q cũ ſuis ſupſtitiõib⁹ ꝓpter lucrũ decipiebãt populum. Ter
tio in circuitu ambulãt oẽs poetę, & adulatores, & paſſiona
ti rerũ geſtarũ ſcriptores: qui ad demulcendas aures audiẽ
tiũ multa mendacia ſcripſerõt. Et ſic in eodem circuitu am
bulãt oẽs qui legunt & terunt tempus legẽdo eorũ ſcripta.
Itẽ in circuitu ambulãt oẽs ſarraceni & infideles & hęre=
tici cũ ſua doloſa & ĩpura & execrabili doctrĩa. Itẽ in circui
tu ãbulãt oẽs falſi iudices & cauſidici: q cupiditate lucri fal=
ſo & obliquo modo interp̃tando leges detinent ſimplices
populares & pauperes & viduas in lõgo litigio: vſq; quo de
ſtruunt & expoliant eos. Itẽ in circuitu ambulant impij &
cęci Iudæi extra cẽtrũ veritatis euãgelicę: qui vt defẽdãt ꝓ
teruitatẽ & obſtinationeꝫ ſuam: falſo gloſſant ſacram ſcri=
pturam veteris teſta. retrahentes eam a vero ſenſu ſpiritua
li: confingentes enormia & execrabilia & irridenda men=
dacia de Meſſia: quem fruſtra & falſo expectãt. vt patet p
totum diſcurſum Thalmud, & in gloſſis eorum. de qb⁹ om

nib⁹ dicit ꝑpheta: tu dñe Ieſu chriſte ſeruabis & cuſtodies nos in ęternū ab hac gñatione impioꝝ: qm̄ oēs iſti ipij ambulāt in circuitu per deuia mendacia extra centrū veritatis euāgelicę doctrinę. Nā euāgelica doctrina eſt centrū & menſura ois veritatis: eo ꝙ eſt tradita a Chriſto, qui eſt prima veritas ſimpliciter. Et ſic Iudęi moderni vſq; ad veſperā mundi: vt canes circuibunt ciuitatē euangelicā nō valentes intrare ſanctuariū veritatis euāgelicę. pſal. lviij. Ex ſupradictis pʒ, qualiter Chriſtus qui eſt pria veritas reparauit oēs veritates q̄ fuerant diminutę a filijs hoim. Vn̄ ſicut ſol per ſuos radios pellit oēs tenebras, & illumiat totū hemiſphęriū: ita Chriſtus ſol iuſtitię p radios legis euāgelicę fugauit & extinxit: non ſolum tenebras pctōꝝ & ignorātię: ſed etiā fugauit oia mēdacia, & ſupſtitiones, & execrabiles ritus gētiliū, & fermētū phariſſęoꝝ. ⁋ Deinde cū dicit. Scd̄m altitudinē tuā multiplicaſti filios hoim: Rn̄det cuidam tacitę q̄ſtioni, quā faciebat Porphyri⁹ contra chriſtianos: & q̄ nūc cōtinue fit p curioſos. Vn̄ dicunt: ꝙ ſi ita eſt ꝙ magici, & necromātici, & ſyderū obſeruatores, & oēs ſupſtitioſi, & gentiles, & ſarraceni, & iudęi moderni, oēs ambulant in circuitu per deuia mendacia extra centrū veritatis: & ꝙ ſoli chriſtiani boni ambulāt in via rectitudinis & veritatis per legē euāgelicā: ergo quare deus pmiſit multiplicari p mūdū ſupradictos infideles in tam magno numero? quia ſemp fuerunt: & ſunt in mundo plures infideles q̄ fideles. Itē ſi Chriſtus ſolus erat liberaturus mūdū ab huiuſmodi infidelitate & pctō, ergo quare diſtulit tm̄ aduentū ſuū? Itē ſi ſoli Chriſtiani ambulāt per viā rectā: ergo quare deus pmittit multiplicari iudęos, & ſarracenos, & hęreticos, & oēs alios infideles: cū ſint in maiori nūero q̄ Chriſtiani? Et ſic apparet ꝙ paucos ſaluauit Chriſtus: quia plures ſunt dānati q̄ ſaluati. Ad hoc rn̄det propheta: ꝙ nemo pōt hoc arcanū cōprehēdere in hac vita: quia hoc ptinet ad ſolā altitudinē & profūditatē ſapientię & ſciētię dei. ideo dicit Dauid. O dñe, nēo q̄rat ſolutionē hui⁹ q̄ſtiōis in hoc mundo: qm̄ tu multiplicaſti. i. multiplicari permiſiſti filios hoim. ſ. carnales, & terrenos, & infideles: ſcd̄m altitudinē tuā. i. ſcd̄m ꝓfūdū & altū ſecretuʒ, & arcanū ſapientię tuę inacceſſibilis, & incōphenſibilis. Dicat ergo chriſtiana hūilitas. O altitudo diuitiarū ſapiētię & ſciētię dei &c. Lr̄a vero Hiero. hʒ: In circuitu impij ambulāt cū exaltati fuerint viliſſimi filiorū hoim. & tūc eſt ſenſus ꝙ ipſi mali & puerſi hoies nō exaltātur nec multiplicāt diuitias: nec acquirunt dignitates ambulādo p viā iuſtitię: ſed in circuitu extra iuſtitiā. i. per rapinā & doluʒ &
P cum adulationibus & cęteris illicitis. ⁋ Ex toto ergo iſto pſal. & dictis in eo poſſūt recolligi. xij. concluſiones.

⁋ Prima, ꝙ ille dicitur verus qui adęquat, & confirmat, & ſubijcit intellectū ſuū credibilibus in lege dn̄i reuelatis: ſiue ille qui cōformatur primę veritati q̄ eſt deus: quæ quidē prima veritas manifeſtatur in lege domini.

⁋ Scd̄a, ꝙ ille eſt vere iuſtus. qui cōformat volūtatē ſuā diuinę volūtati: & adęquat opationes ſuas diuinis p̄ceptis.

⁋ Tertia, ꝙ ille eſt vere ſanctus: qui recte ordinat vitā ſuā viuendo ſcd̄m legem dn̄i p fidem, & ſpem, & charitatem.

⁋ Quarta, ꝙ qn̄ Adam peccauit, defecit & deuiauit a pria veritate & iuſtitia & ſanctitate: in quibus conſiſtebat originalis iuſtitia in qua fuit creat⁹: & per conſequens diminuta fuit in eo veritas & iuſtitia.

⁋ Quinta, ꝙ poſtq̄ Adā peccauit, continue & ſucceſſiue fuerunt diminutę veritates a filijs hoim vſq; ad Chriſtum: & p conſequēs diminutę fuerūt iuſtitię & ſanctitates. quia poſtq̄ homines pdiderūt fidem: inceperūt incidere in deteſtabiles ritus, & ſuperſtitiones, & falſas opiniones, & prauos mores in populo gentili.

⁋ Sexta, ꝙ non ſolum in populo gentili fuerunt diminutę veritates & iuſtitiæ: ſed etiā i pp̄lo Iudaico p falſas traditiones Scribarum, & phariſſęorum, & Saducęorum. Et multo magis per falſam fictionem & fermētū Thalmudiſtarum.

⁋ Septima, ꝙ ſolus Chriſtus in ſuo aduentu deleuit & eliminauit falſas ſupſtitiones gentilium, & detexit fermētum phariſſęorū, & ſaducęorū, & reſtaurauit veritatē depditā: & verificauit legē & ꝑphetas. Et hoc per radios lucidos legis euangelicę.

⁋ Octaua, ꝙ lex euangelica eſt caſta & inuiolata & ſeptuplum igne ſpūs ſancti examinata & purgata: & ideo in ſola ipſa eſt viuendum, & ſecundum ipſam operandum, & in ſola ipſa eſt ſpes & fiducia ponenda.

⁋ Nona, ꝙ ſol⁹ Chriſt⁹ cuſtodiuit & liberauit mūdū a praua gñatiōe idolatrarū, & paganoꝝ, & iudęoꝝ, & īfideliū.

⁋ Decima, ꝙ ſicut ſoli catholici ambulant per viā rectitudinis, & veritatis, & iuſtitię: ita omēs impij, & infideles ambulant in circuitu extra viam & centrum veritatis.

⁋ Vndecima, ꝙ hoc arcanū. ſ. quare de⁹ permittit impios & infideles, & peccatores multiplicari: eſt ſoli deo cognitū ſecundum altitudinem ſuæ ſapientiæ.

⁋ Ex ſupradictis infert. xij. cōcluſio. ſ. ꝙ iſte pſalm⁹ nō eſt fact⁹, nec cōmode, nec debite pōt exponi literaliter de prodimento ciuiū Ceile machiato cōtra Dauid: ſed eſt factus, Q
& eſt exponēdus de diminutione & corruptione hūanę naturę facta in Adā ꝓpter peccatū: quæ erat p ſolum Chriſtū reſtauranda p gratiā & p legē euangelicā: eo modo quo dictū eſt. qd̄ non ſolū ꝓbatur ex ſacra ſcriptura vtriuſq; teſtamenti: ſed etiam ex gloſſis & dictis Thalmudiſtarū & magiſtroꝝ Hebræoꝝ. ⁋ Ad cuius ꝓbationē eſt aduertendū, ꝙ iſta dictio Toldach in Hebręo idē eſt ꝙ gñatiōes latie, quę quidē dictio vbiq; ſcribit̄ diminute, p ſola puncta ſyllabicata: p̄terq̄ in duob⁹ locis. ſ. Gen̄. ij. vbi dicit̄: Iſtę ſunt gñationes cęli & terrę &c. & Ruth vlti. cap. vbi dicitur: Iſtę ſunt gñatiōes phares &c. In qbus duob⁹ locis iſta dictio toldach ſcribitur perfecte cū omnibus ſuis literis integre. Vbi quęrit Rabi Salmay: quæ eſt cauſa quare dictio toldach in oibus alijs locis ſcribit̄ diminute: praeterq̄ in his duobus locis? Ad quod reſpondet ꝙ cauſa eſt hæc. Nam in pricipio oia fuerunt creata in plenitudine perfectionis ſuæ: ſed quādo peccauit Adam primus homo: omnia fuerunt corrupta & diminuta, & maxime generatio humana. Et dicit vlterius, ꝙ iſta corrupta & diminuta, non reuertentur ad perfectuʒ & integrum ſtatum & diſpoſitionem, donec veniat filius Phares & Dauid. ſ. Chriſtus Meſſias in lege promiſſus. Vnde dicit ꝙ iſta dictio toldach: ideo Gen̄. ij. ſcribitur integre cum omnibus ſuis literis: quando dicitur: Iſtę ſunt gñationes cęli & terrę &c. eo ꝙ Adam nondū peccauerat: ideo oia erāt pfecta, & integra in ſua natura. Sed quia poſtq̄ Adā peccauit omnia fuerunt corrupta & diminuta: ideo vbicūq; ponitur poſtea hęc dictio toldach: ſcribitur diminute: vt Gen̄. v. vbi dicitur: hę ſunt gñatiōes Adaʒ. Et Gen̄. vj. hę ſunt gñationes Noe. Et Gen̄. xxv. hæ ſunt gñationes Iſmael & generationes Iſaac & Iacob &c. ſemp iſta dictio toldach ſcribitur diminute: ad denotandū ꝙ tota humana generatio erat corrupta in oibus illis. Sed poſtea Ruth vltimo quādo dicitur: Iſtę ſunt gñationes Phares: iſta dictio toldach ſcribitur integre: per quod denotatur ꝙ tota generatio humana corrupta & diminuta in Adā: debebat reſtaurari, & reintegrari, & refici per Chriſtum in lege ꝓmiſſum filium Phares & Dauid. Ex quibus patet ꝙ iſte Rabi Salmay in ſuis dictis concordat cum Dauid in hoc pſal. ſecundum predictam expoſitionem: quia nihil aliud intēdit predicere Dauid in hoc pſal. niſi ꝙ qn̄ Adam defecit a prima veritate, & iuſtitia, & ſanctitate: tunc tota humana natura fuit in eo corrupta & diminuta: & ſic ſucceſſiue diminutę fuerunt omnes veritates a filijs hoim. Sed quia humana natura nō poterat reſtaurari, niſi per Chriſtum: ideo Dauid vocat eum: vt veniat ad ſaluandum genus humanum a peſte ſupradicta: prout dictum eſt.

**V**Squequo domine obliuiſceris me in finē? vſquequo auertis faciē tuā a me?

¶ Titulus: Victori ſiue in finem pſal. ipſi Dauid. Ex titulo apparet, ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū dirigēs nos in Chriſtum qui eſt finis legis & verus Dauid: victor contra diabolum. qui quidē Chriſtus ſiue Dauid in mundo expectabatᷣ Saluator, & redēptor. In quo pſal. propheta in perſona ipſius Adā & totius corporis myſtici cōqueritur de lōga mora Chriſti, & lōga ſua captiuitate. ideo exclamat: vt Chriſtus in breui veniat ad illuminandum, & liberādū ipſ de captiuitate diaboli, & cæcitate tenebrarum. Vñ eſt aduertendū, ꝙ licet iſte pſal. ſit paruus in litera tñ eſt magnꝰ in ſententia, & virtute, & vtilitate: eo ꝙ ſub eiſdē verbis explicat Primo, deſyderium patriarcharū de aduentu Chriſti. Scdo ſtatū pctōris pœnitētis, deſyderantis per gratiam iuſtificari, & a pctō liberari. Et ſic iſte pſalmus eſt ſimul ꝓpheticus & pœnitentialis: & ſic oportet ꝙ dupliciter exponatur. Primo prophetice. Scdo moraliter. R

¶ Quantum ad primū ſenſum tria facit Dauid in hoc pſal. Nam primo dolendo de longa mora aduentus Chriſti, explicat miſerabilē ſtatum ſuum. Scdo petit liberari. Tertio promittit ſe gratias acturus. Scda ibi. Reſpice & exaudi me. Tertia ibi. Ego autē in mia tua ſperaui. ¶ Quantū ergo ad primum eſt notandū, ꝙ ante aduentū Chriſti totū genus humanū erat in triplici miſeria cōſtitutū. Primo: quia erat ꝓiectum a facie dei propter pctm̄ Adę, & per cōſequēs extra gratiā. Scdo: quia erat ſubiectū diabolo ꝓpter pctm̄, & idololatriā. Tertio: quia diu expectauerat Chriſtuſ & nondū veniebat: iō Dauid in perſona totius gn̄is humani deflendo lōgā miſeriā ſuā: & longā morā Chriſti, cupiens liberari ait. Vſqquo dn̄e obliuiſceris me in finē. i. deducere me ad te q es finis legis: & finis oīs miſeriæ? qa ꝑ te debet finiri oē pctm̄ & omis miſeria: quia in tuo aduentu finē accipiet pctm̄, & ducetur iuſtitia ſempiterna. Daniel. ix. ergo Adā myſticus cupiens liberari per Chriſtū futurū dicit. Vſquequo dn̄e obliuiſceris me in finē. i. obliuiſceris venire: vt des finē legi, & ducas iuſtitiā? Et vſquequo auertis faciē tuā & grāſ a me, differēdo aduētū tuū? Et vſquequo exaltabitᷣ diabolus inimicus ſup me? quia toti mūdo dn̄atᷣ: & poſſidet genꝰ hūanū in hoc ſęculo ꝑ idololatriā & pctm̄. Et in inferno oībꝰ dn̄atᷣ ꝑ pœnā ſēſus, aut dāni. Et qa hō ſēp erat i tali q̄rela & meditatiōe cōſiderando ſuū miſerū ſtatū: & quia erat ꝓiectus a facie dei, & captiuus in poteſtate diaboli: iō affligebatᷣ in mēte, ex continua meditatione in nocte, & affligebatᷣ in corde, & corpore ex cōtinuo dolore & timore pœnę. Ideo ſubdit.

Q̄ diu ponam conſilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem?

¶ Q̄ diu ponā cōſilia in aia mea. i. vertā & agitabo cogitationes in mente, & ponā, & patiar dolorē in corde ꝑ dieſ. i. per totam vitam meam timendo pœnam, & expectando te: vt liberes me? Quia dum tu tardas: diabolꝰ ſemper dn̄atᷣ in mundo. Ideo o domine

Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſup me? reſpice & exaudi me domine deus meus.

¶ Vſquequo exaltabitur ſup me? qa in toto orbe adoratᷣ: & colitᷣ a paganis: vſqquo tu venias & eijcias eū foras. ergo vſquequo tm̄ tardas? Reſpice et exaudi me dn̄e deus meꝰ. Hic exponit ſuam petitionē petendo liberationem dicens. O Chriſte dn̄e deus meus: qa hucuſqꝫ auertiſti faciē tuā et oblitus es mei: ideo nūc reſpice miſerando & gratiam conferendo: & exaudi me tuū aduentum accelerando. Et

Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus pręualui aduerſus eum.

Qui tribulant me exultabunt ſi motus fuero: ego autem in miſericordia tua ſperaui.

¶ Illumina oculos meos. i. aīam meā cæcam & ignotantē & tenebroſaſ, & falſa ſupſtitiōe ſeductā: & in tenebris pctōrū obrutā. Et hoc facies per legē euangelicā & eccleſiaſtica ſacramenta: Ne vnq̄ obdormiā in morte peccati, & ignorātię in qua ſum. Ne inimicus meus diabolus dicat aliquādo: nec poſſit gloriari dicendo. Ego ꝑualui aduerſus eum. ſ. aduerſus hoiem in æterna eum captiuitate poſſidendo. Nam ſi ego motus fuero ab hac vita ſine fide euangelica & charitate: tunc inimici mei diaboli qui tribulant me, in quorū poteſtate ſum, tunc exultabunt æternaliter me cruciando, & in poteſtate ſua poſſidendo. ergo veni, ne differas & noli tardare, vt liberes me. ¶ Ego auteꝫ. Hic promittit ſe gratias acturum poſtq̄ fuerit liberatus & redemptus poſt aduentum & paſſionem Chriſti: & hoc in exhibendo Chriſto verum cultuſ. ¶ Vnde nota, ꝙ verus Chriſti cultus conſiſtit in tribus principaliter. S Primo interius in fide ſpe et charitate. Nā fides eſt in intellectu, & ſpes, & charitas in volūtate. Secunda pars cultus diuini conſiſtit in laudando deuꝫ id eſt cōfitendo eum ore coram hominibus: & agendo gratias beneficiorū, ſiue ex beneficijs receptis. Tertio in bene operando erga proximū. Vnde primo credimus & diligimꝰ deū & ponimus ſpē noſtrum in eo: & hoc ꝑtinet ad actū interiorē animę. Secūdo ex hoc prorumpimus in laudes eiꝰ, et verā adorationē. Et exinde operamur opera miſericordię erga ꝓximū. Et hoc ſeruat eccleſia. Nā primo pręcipit etᷣ dat fidē, et ſpē, & charitatē, et dona ſpūs ſancti per ſacramenta eccleſiaſtica. Secundo ordinauit officia eccleſiaſtica, quæ ſepties i die deo cantamꝰ. Et ordiauit feſtiuitates in quibus cantamus beneficia, quæ Chriſtus nobis exhibuit per ſuam incarnationem, & natiuitatem, & paſſionem, & reſurrectionem, et aſcenſionem, et predicationem. Et ſic prædicamus in eccleſia omnia beneficia Chriſti agēdo gratias: et quotidie recommemoramꝰ paſſionē Chriſti: & offerimus Chriſtū mediatorē dei, et hoim in ſacramēto euchariſtię. Et in his conſiſtit ſecunda pars diuini cultus. Tertio operando opera miſericordię erga ꝓximū, ꝓpter deū. quę eſt tertia pars diuini cultus. ¶ Hoc ergo ꝓuidens Dauid in ſpiritu dicit. O Chriſte veni in carnē, & illumina oculos mētis meę, ꝑ tuā legē euangelicā: Ne vnq̄ obdormiā &c. Naꝫ dęmones qui tribulāt me exultabūt. i. exultarent ſi motus fuero a ſtabilitate fidei, & ſine redēptione in hac vita: aūt pro ſed: ſed quia ꝑ fidē & ſpē meę redēptionis intendo ſaluari (in qua oēs antiqui ſaluabantur. quaſi dicat. ꝙ ſi motꝰ fuero & receſſero ab hac vita ſine redēptione: tunc diaboli exultabunt) ergo veni ad liberandum me &c. Ideo ſemp in miſericordia tua ſperaui: quia tu per miſericordiam tuā & paſſionem me ſaluabis. Et cum fuero a te per paſſionem ſaluatus: & cum repoſueris & cōſtitueris me in lege gratię: tunc reddam tibi verum cultum.

Exultabit cor meum in ſalutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit mihi: & pſallam nomini domini altiſſimi.

¶ Primo exultabit cor meuꝫ, in ſalutari & redēptione tua ex firma fide, & ſpe, & charitate. Et hoc quo ad primā partem diuini cultus: quia gaudebo & exultabo me eſſe a te & per te redēptum. Et ſic dolor quem in corde habebam ex ſtatu miſerię conuertetur mihi in gaudium & exultationeſ per aduentum tuum. Secundo cantabo domino patri: qui bona tribuit mihi mittendo filium ſuum. Et ſub eodem cultu & adoratione, cātabo laudes dn̄o Ieſu Chriſto filio ſuo q tribuit mihi bona. ſ. beneficia incarnatiōis, & natiuitatis, & legis euangelicę, & paſſionis, & redemptionis: &c. Et ſic confitebor ipſum verum deum, & predicabo publice per

vniuerſum mūdū beneficia recepta:& celebrabo officia in feſtiuitatibus ſepties in die &c. Tertio adimplebo legē ſuā bene operando erga proximum. Et ſic ergo tripliciter colā ipſum:ſcilicet ore,& opere,& vita contemplatiua,& actiua. Et ſic tripliciter agam gratias pro beneficijs a deo receptis in ſuo aduentu. ¶ Sed quia intentio Dauid in hoc pſalmo non ſolum eſt prophetica:deſyderando & predicando aduentum Chriſti:vt expoſitum & dictum eſt:ſed etiam intentio eius fuit deducere nos ad veram poenitentiam exēplo ſui:Ideo iſte pſalmus eſt moraliter exponendus ꝓ quolibet peccatore poenitente. Vnde forſan Dauid fecit hunc pſalmum poſt peccatum adulterij Berſabeę,quod per annum celatum tenuit:vt patebit pſalmo.l. Ideo deflet ī hoc pſalmo miſerabilē ſtatum ſuum:& longam moram in illo peccato,per quod fuit ſeparatus per annum a gratia dei,& a ſpiritu prophetico. Ideo in hoc pſalmo agens poenitentiā duo facit. Nam primo deſcribit totū proceſſum,& diſcurſuȝ verę poenitentię. Secundo vero diſcurſum,& proceſſum ſtatus gratię poſt poenitentiam:in quo homo ſatiſfacit peccato:ibi:Ego autem in miſericordia tua ſperaui &c. Quantuȝ ad primum eſt notandum ſecundum Auguſt. libro de vera & falſa poenitentia,ꝙ poenitentia eſt quædam dolentis vindicta:puniens in ſe quod dolet commiſiſſe. Gregorius vero dicit ꝙ poenitentia vera:eſt peccata præterita cōmiſſa plāgere,& plangenda iterum non committere. Et ſic omnes aſſignant tres partes poenitentię.ſ.contritionem,& confeſſionem,& ſatiſfactionem. Sed in prima parte multa præcedunt.ſ.ad contritionem. Nam proceſſus poenitentiæ debet correſpondere proceſſui peccati:quod ſimiliter conſiſtit in corde,& ore,& opere. vnde in prima parte multa continentur. Nam quis primo proponit peccare:ſed cognitio p̄cedit propoſitum. Naȝ primo homo conſiderat,& cognoſcit apparens bonum ad quod conuertitur. etiam habet cognitionem dei,& legis eius:a quibus auertitur. Et poſtea conuertitur ad commutabile ſibi apparens bonum. Primo ergo auertiť ab incommutabili ſibi cognito bono ex lege ſibi data. Secundo conuertitur ad commutabile ſibi apparens bonum:& proponit peccare. Et hic dicitur primus gradus peccati,ſcilicet in corde,per quod ilico perdit gratiam dei homo in qua erat. Secundo ſequitur locutio per os vel effectus & opus peccandi. Tertio ſequitur proſecutio. Et iō oportet ꝙ tripliciter poeniteat.ſ.corde per contritionem,& ore per confeſſionem:& opere per ſatiſfactionem. Sed qa propoſitum peccandi præceſſit cogitatio (Nam ideo diciť peccatum:quia propoſitum & voluntarium:ita ideo diciť propoſitum & voluntarium quia præcognitum:ita pariter vera cōtritio diciť quę eſt præcogitata & pręcognita) ideo duo vel tria pręcogitantur ante contritionem:Nam primo peccator conſiderat deum quem offendit:& a quo ſeparatus eſt:& gratiam quam perdidit:& legem contra cuius p̄ceptum & iuſtitiam fecit. Secundo conſiderat vilitatē peccati,& miſerabilem ſtatum in quo eſt:& deteſtatur peccatum & reuertitur ad deum.& tunc conuertitur in corde verſando ſupradicta. Et ſic dolet ſe contra deum peccatum cōmiſiſſe. Et iſte eſt primus gradus poenitentiæ:& ſic in eodē gradu & ſtatu proponit duo. Primo dimittere peccatuȝ. Secundo confiteri. Tertio nunq̄ ampliꝰ committere. Et ſic ꝑficitur primus gradus poenitentiæ:& ſequitur ſecundus.ſ.cōfeſſio peccati apud eccleſiam ſi adeſt facultas & opportunitas. Tertio ſequitur poſt confeſſionē ſatiſfactio & bona operatio in ſtatu gratiæ. Et hunc ordinem ſeruat hic Dauid:& docet ſeruare omnem poenitentem. Nam cōuerſus ad ſe:& videns miſerum ſtatum ſuum,ſeparatum a gratia dei:eo ꝙ a deo fuerat auerſus:& deꝰ ab eo:& ſubtraxerat gratiā ꝓpter peccatum:& permiſit per longum tempus manere in ipſo:ideo dicit Dauid ad deum. O domine vſquequo obliuiſceris me in finē:permittendo me tādiu manere in pctō? Et vſquequo,& q̄diu auertis faciem tuam me ſubtrahēdo gratiam? Secundo conſiderando peccatū & miſerum ſtatū ſuum dicit,q̄diu ponam conſilia in anima mea.i.cogitabo peccatum in quo ſum tam deteſtabile & abhominabile:& hucuſq; non potui nec volui exire? Tertio ex hoc ſequitur dolor & contritio in corde:ideo ait:q̄diu ponam dolorem in corde meo per diem.i.continue dum recordatus fuero peccati,& offenſę dei. Et ſic ſequitur deteſtatio peccati,in quo diabolꝰ dn̄abatur ſibi cum dicit:vſquequo exaltabiť,& dominabitur diabolus inimicus meus ſuper me poſſidendo me per peccatum? Et hæc eſt vera confeſſio:quia confitetur peccatum ſuum,& proponit dimittere,& amplius nō committere:ideo petit liberari per gratiam gratificantem dicens:Reſpice dando gratiam,O domine deꝰ meus poſtq̄ ꝑ tantum tempus auertiſti faciē tuam a me propter meum peccatum,& exaudi me:dando veniā & dimittēdo culpā. Et illumina oculos mētis meæ. Ne vnq̄ obdormiā in morte .i.ne moriar in mortali pctō:quia tunc eſſet peccatum obſtinationis & finalis inpoenitētiæ,qd non dimittitur in hoc ſęculo nec in alio:pro quo non eſt orādum. Et gloriaretur diabolus ſe præualuiſſe aduerſum me. Et ideo nequādo,id eſt aliquando inimicus meus diabolus dicat:ego præualui aduerſus eum:tu propter miſericordiā,illumina oculos meos lumine tuæ gratię,mihi pręteritam culpam remittendo:ne amplius ſimilia peccata committam. Nam ſi motus fuero ab hac vita,& deceſſero ſine poenitētia:tunc dęmones qui tribulant me tentando per peccatum:exultabunt:& poniť futurum indicatiui pro coniūctiuo:eo ꝙ Hebræi carent optatiuo & coniunctiuo:vt frequenter dictum eſt,quaſi dicat. Si decederem ſine poenitentia tunc exultarent inimici mei dæmones.

T ¶ Ego autem. Hic deſcribit ſtatum gratię in quo fit vera ſatiſfactio:nā ſicut ſtatus peccati habet tres gradus,ſcilicet malum propoſitū,& executioneȝ & ꝓſecutionem:quia corde,ore,& opere,peccator offēdit deū: Ita pariter in ſtatu gratię iuſtꝰ tripliciter deo ſeruit,ſcilicet corde per fidem,& ſpem,& charitatem. Secundo ore deuȝ laudando,& de beneficio remiſſiōis peccati adepto,& poenitentia facta gratias agendo. Tertio bona opera per charitatem exercendo,& pro reatu & peccato quondaȝ cōmiſſo plene ſatiſfaciendo. Et iſta tria tangit Dauid in hac litera. Vnde dicit primo:ego autem poſtq̄ egero veram poenitentiam,& mihi fuerit remiſſa culpa,& illuminatus fuero per gratiam:tūc in miſericordia tua ſperaui:id eſt ſperabo,& hoc per fidem veram & ſpē:ex quibus ſequitur charitas & vera exultatio in corde. Nam ſicut cum eram in peccato delectabar in eo:ita poſt actam poenitentiam delectabor in ſtatu gratię per fidem,ſpem,& charitatem. Et ſic exultabit cor meum in ſalutari tuo.i.in ſalute animæ meę,quam ꝑ poenitentiam acquiſiui:& tūc delectabiliter ſeruiaȝ deo. Primo in vita contemplatiua deum laudādo,& gratias agendo pro beneficijs receptis. Et ſic cantabo domino qui tanta bona tribuit mihi culpam remittendo:& gratiam cōferendo. Secundo pſallam nomini domini altiſſimi bn̄ operando erga proximum:& pro peccato ſatiſfaciendo. Vnde nota,ꝙ tria ponuntur in hoc verſiculo.ſ.exultatio cordis: per quaȝ intelligitur ſtatus & gaudium:fides & ſpes & charitas dei & proximi. Secundo ponitur cantus per quem intelligitur gratiarum actio:& vita cōtemplatiua. Tertio ponitur pſallere per quod intelligitur bona operatio ad laudem dei & vtilitatem proximi:quæ eſt obſeruatio decem p̄ceptorum.

V ¶ Ex toto iſto pſalmo poſſunt recolligi quatuor concluſiones. Quarum prima eſt,ꝙ deus obliuiſcitur peccatorem:& auertit faciem ſuam ab eo ſubtrahendo gratiā propter peccatum. Vnde peccator non peccauit:quia deꝰ ſubtraxit gratiam:ſed ideo deus ſubſtraxit gratiaȝ:eo ꝙ homo peccādo abiecit eam. Et ſic deus non eſt cauſa peccati: ſed iſte homo qui peccando adiecit gratiam.

¶ Secũda concluſio, ꝙ oppoſitum accidit in iuſtificatione
pctõris: quia collatio gratię p̄cedit abiectionem culpę. Nã
ideo peccator conuertitur et iuſtificatur: quia deus illumi-
nat eũ gratiam conferendo. Ideo Dauid in perſona pœni
tentis petendo gratiam gratificantem dicit: Illumina ocu-
los meos &c. ¶ Tertia concluſio. ꝙ ſi peccator non egerit
pœnitentiam in vita: ſed moritur obſtinatus: tunc diabo-
lus dicitur victor & præualuiſſe aduerſus eum: eo ꝙ tenuit
hominem in peccato vſq; ad terminum, & non reliquit ip-
ſi locũ pœnitẽtię. ¶ Quarta concluſio, ꝙ tria recuperat, &
conſequitur homo per pœnitentiã. Primo lætitiam in cor-
de recuperando charitatem. Secundo cantat domino gra-
tias agendo: quia euaſit perpetuam damnationem. Tertio
libere operatur meritorie ſecundum diuina mandata.

DIxit inſipiẽs in corde ſuo: nõ eſt deus.
¶ Titulus in finem pſalmus ipſi Dauid. Ex titu
lo patet, ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum dirigens
nos in Chriſtum qui eſt finis legis: & liberator &
ſaluator iſrael: vt patebit in fine huius pſalmi. Sed de ma-
teria huius pſalmi dicit Rabi Salo. ꝙ Dauid fecit hũc pſal
mũ præuidens deſtructionẽ Hieruſalez faciendã p Nabu-
chodonozor: & captiuitatẽ Iudæorum in Babylonia. Et di
cit ꝙ iſte inſipiens qui dicit in corde ſuo non eſt deus: fuit
Nabuchodonozor, & populus Chaldæorum, qui dixit, ꝙ
deus Iſrael non erat verus deus: quia non potuit Iudæos li
berare de manibus ſuis. Et ideo Nabuchodonozor, & oẽs
Chaldæi corrupti & abominabiles facti ſunt. Et iſto modo
Rabi Salo. & multi rabini Iudæorum literaliter pręciſe ad
hunc ſenſum gloſſant iſtum pſalmum. ſed manifeſte patet
talem expoſitionem eſſe inutilem & inanem. Primo quia
ſequeretur ꝙ iſte pſalmus nõ pertineret ad ſacram ſcriptu
ram: cum talis expoſitio non explicet aliquod ſacramentũ
de Chriſto & eccl'ia. Scdo non dirigeret nos in Chriſtum
qđ eſt contra titulum præpoſitum huic pſalmo. Tertio qa
expoſitio non eſt ſufficiens non explicans intelligentiam
pſalmi in quo dicitur, ꝙ deus de cælo proſpexit non ſolum
ſuper Babylonios: ſed ſuper omnes filios hominum & oẽs
declinauerũt &c. ergo non ſolum Chaldæi &c. Et ideo Caſ
ſiodorus exponit hunc pſalmum de populo Iudæorum: q
dixit in corde ſuo ꝙ Chriſtus non erat deus: & ideo incur-
rit omnes corruptiones, & maledictiões in hoc pſalmo me
moratas. Sed etiam iſta præciſe expoſitio facta de ſolis Iu
dæis videtur inſufficiens propter hoc ꝙ dicitur ꝙ deus re-
ſpexit ſuper omnes filios hominum: & non ſolum ſuper Iu-
dæos: Sed omnes declinauerunt &c. Et ideo Beatus Augu
ſtinus non ſolum exponit pſalmum de Iudæis: ſed etiam
de populo gentili, & de quibuſdam philoſophis, qui nega
runt deum eſſe creatorem mundi, & iuſtum iudicem, & re-
tributorem: nec habere prouidẽtiam de actibus humanis:
nec poſuerunt vnum deum: ſed plures. Et ideo negato hoc
primo principio proruperunt in omnem corruptionem: &
omnia ſcelera in hoc pſalmo memorata. Sed cum reue-
rentia tanti viri: adhuc expoſitio & præfata cauſa præciſe
aſſignata non videtur eſſe ſufficiens: nec videtur euacuare
totam ſententiam, & intelligentiam huius pſalmi: vñ Apo
ſtolus ad Romanos tertio per ſcripturam huius probat nõ
ſolum gentiles ſed etiam Iudæos, & omnes homines fuiſſe
corruptos in Adam. Vnde dicit. Cauſati: id eſt argumentati
ſumus Iudæos & græcos omnes ſub peccato eſſe. & intelli-
git per græcos omnes gentiles & barbaras nationes: & oẽs
filios Adam: vt patet intuenti. Et ſic ex fundamento huius
pſalmi profert illam vniuerſalem ſententiam: Oẽs in Adã
peccauerũt. Ex quibus verbis apoſtoli videtur innui, ꝙ ille
inſipiens, qui dixit in corde ſuo non eſt deus: per quez & cu-
ius peccato omnes homines ſunt corrupti, & incurrunt oĩa
ſcelera in hoc pſalmo memorata, fuit ipſe Adam: qui di-
xit in corde ſuo non eſt deus. Sed hæc ſententia apoſtoli, &
intelligẽtia videtur nimis dura & extranea, ſcilicet ꝙ Adã
dixerit in corde ſuo deum non eſſe: & ꝙ aliquo modo ne-
gauit deum: cum fuerit creatus in tanta ſcientia & ſapien-
tia, cui deus commiſerat gubernationem omnium creatu-
rarum inferiorum: & qui omnibus propria nomina impo-
ſuerat ſecundum proprias naturas. Et ſic ſciuit deum eſſe
omnium creatorem & gubernatorez &c. Itẽ ex textu Geñ.
non habetur ꝙ Adam negauerit deum quando peccauit:
immo poſt peccatum fugit a facie dei ex timore & confuſio
ne: & per conſequens ſemp confeſſus eſt, & nouit ip̄z eẽ deũ
& dñm. In oppoſitũ vĩ lr̃a hui⁹ pſalmi ſcdm itentionẽ apl'i.
¶ Ad cuius intelligentiam eſt valde aduertendum, ꝙ ali- X
quem negare deum ſtat dupliciter vno modo directe & aſ-
ſertiue. alio modo indirecte. Primo modo Adam non nega
uit deum directe & aſſertiue: quia ſemper cognouit deum
eſſe creatorem & dominum: vt dictum eſt. Sed ſecundo mo
do poteſt dici ꝙ negauit deum indirecte & dubitatiue, in-
quãtum putauit aliquid ineſſe ſiue deeſſe deo: quod eſt cõ
tra eius maieſtatem, & immenſam ſapientiam, ad quod
ſequebatur deum non eſſe deum: quia putauit deum eſ-
ſe inuidum, & finitum in ſapientia. quod probatur. Nam
quando Adam credidit diabolo dicenti ſibi. Nequaq̃ mo
riemini, ſed eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum. &c.
tunc Adam putauit tria de deo. Primo deum eſſe menda-
cem in verbis non facientem quod comminabatur. Secun
do putauit eum eſſe inuidum, eo ꝙ timebat ne Adam ſi-
bi equipararet in ſcientia. Tertio putauit deũ eſſe finitum
cum de facto ipſe Adam præſumpſit deo parificari: vt ait
Augu. ꝙ Adam & Eua volentes rapere diuinitatem per-
diderunt felicitatem. Ex quibus ſequebatur deuz non eſſe
deum: quia iſta tria ſequebantur ex verbis diaboli. Ex qui-
bus ſequebatur deũ nõ eſſe deum. Vnde diabolus fecit deũ
mendacem dicendo: Nequaq̃ moriemini. Et fecit eum in-
uidum: cum ſubdit: Scit eni deus, ꝙ in quocũq; die comede
ritis ex eo: aperientur oculi veſtri: & eritis ſicut dij ſcientes:
id eſt ęquales in ſcientia. Ex quibus ſequebatur non ſoluz
deum eſſe finitum: ſed etiam inuidum: & per conſequẽs ſe-
quebatur non eſſe deum. Et ſic Adam credendo diabolo
& vxori inducitur in eoſdem errores: licet indirecte. Sed gẽ
tiles & quidem philoſophi magis directe negarunt deum,
dicentes deũ nõ habere curam, nec prouidentiã de actib⁹
humanis. Sed Iudæi magis directe negarunt deum, negan
do Chriſtum eſſe deum & Meſſiam in lege promiſſum: vt
patebit. Tres ergo inſipientes negarunt deuz. Primo Adã
indirecte dubitando de eius veritate & infinita ſapientia.
Secundo populus gentilis negando eius vnitatem & pro-
uidentiam & iuſtitiam. Tertio populus Iudaicus negando
Chriſtum eſſe verum deũ & Meſſiam. Triplicem ergo cor
ruptionem præuidit & vidit in ſpiritu Dauid conſideran-
do omnes ſtatus hominum. Nam primo vidit vniuerſalez
corruptionem humanæ naturæ factam & etiam prouenien
tem ex peccato ipſius Adam. Secundo vidit corruptionem
morum totius populi gentilis, & omnium barbararum na-
tionum prouenientem ex negatione iuſtitię & prouidentię
diuinę de rebus humanis. Tertio præuidit corruptionem
populi Iudaici venturam ex negatione Chriſti in lege pro
miſſi. Tripliciter ergo exponetur iſte pſalmus ſecundum ꝙ
Dauid fecit ipſum de ſupradicta corruptione. Nam primo
exponetur de corruptione totius humanæ naturę facta in
Adam & iuxta intelligentiam apoſtoli. Scđo exponetur de
corruptione totius populi gentilis negantis diuinam proui
dentiam & iuſtitiam: & hoc ſecundũ expoſitionem Augu.
Tertio exponeť de corruptione populi Iudaici negantis
Chriſtũ eſſe deum & Meſſiam. ¶ Quãtũ ergo ad primam Y
expoſitionẽ eſt aduertendũ ſicut dictũ eſt in ꝓlogo: ꝙ duo
hoĩes fuerũt principia gñis humani. Primus enim Adam

fuit principium carnalis generationis omnium hominum & cauſa corruptionis humanę naturę & om̄is mali & peccati. Secundus Chriſtus fuit principiū ſpiritualis regenerationis & ſalutis omnīū hominū: quia ſicut in Adam om̄es moriūtur: ita & in Chriſto om̄es viuificātur. primę ad Corin. xv. Hoc ergo præuidēs Dauid in ſpiritu fecit hunc pſalmum in quo duo facit. Nam primo oſtēdit primum genus humanū eſſe corruptū propter peccatū ipſius Adam. Secundo oſtendit Chriſtū eſſe iudicem omnium & ſaluatorē ibi: Nonne ſcient. ℂ Quātū ad primuȝ eſt aduertendū ſecundū Auguſti. ij. libro de nuptijs: ꝙ illud peccatum quod primū hominē mutauit in peius, multo grandius fuit: q̄ iudicare poſſumus. ideo ab omni naſcente trahitur: quia totum genus infecit humanū. Cauſa autē tantę grauitatis illius peccati fuit multiplex circūſtantia, vt inquit Auguſti. in enchiridio: quia quaſi omnia genera peccatoꝝ fuerunt illi peccato annexa: ſed maxime fuit ibi blaſphemia & ſacrilegium & crimē lęſæ maieſtatis: inquantū putauit & dubitauit deum eſſe mēdacem & inuidū: & temere pręſumpſit rapere diuinitatē: vt ſupradictum eſt. Ex quo patet, ꝙ indirecte negauit deum eſſe. ex quo deteſtabili peccato: ipſe fuit corrupt⁹ & tota ſua generatio in eo. Et hoc eſt quod dicit Dauid in hac prima parte huius pſalmi. Vnde ait, ꝙ Adam factus inſipiens credēdo diabolo dixit in corde ſuo non eſt deus: non aſſertiue & directe: ſed dubitatiue & cōſecutiue: quia hoc ſequebatur ex ſua dubitatione & præſumptione. Et ideo ex grauitate tā grandis peccati perdidit totam hæreditatē: non ſolū quam poſſidebat in illa terreſtri paradiſo: ſed etiam futuraȝ felicitatē ſibi promiſſam in cælo. Et ſicut perdidit illam originalē iuſtitiam qua voluntas ſua erat diuinæ volūtati conformis & ſubiecta: Ita pariter perdidit obediētiam ſenſualitatis ad rationē: quia ilico caro ſua fuit languore & vitio cōcupiſcentiæ ſauciata & omnes potentiæ vulneratæ: & tota natura corrupta. Et ſic caro ilico inſurrexit ad luctandum aduerſus ſpiritum. Quam quidē corruptionē & languorem & morbum tranſmiſit in omnes filios per carnalem generationē: & illi filij Adam tranſmiſerunt illam corruptionē acceptā a patre filijs eorum. Et ſic ſucceſſiue corruptum & infectum fuit totum genus humanum ex illo peccato primi parētis qui dixit in corde ſuo non eſt deus &c. Et ideo ſubdit.

Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis: non eſt qui faciat bonum: non eſt vſqȝ ad vnum.

ℂ Omnes inquit filij Adaȝ corrupti & abominabiles deo facti ſunt in ſtudijs ſuis & cogitationibus & operibus, intātum ꝙ non eſt aliquis eorum qui naturaliter faciat bonū nec eſt bonus naturaliter vſqȝ ad vnum. Et notanter dicit propheta: ꝙ corrupti ſunt & abominabiles. Nam omnes filij Adam fuerunt facti corrupti in ſe, inquantū traxerūt naturam corruptam a parētibus. Et ſic ſunt proni ad om̄e malum, & fragiles ad om̄e bonuȝ faciendum. Sed fuerunt deo facti abominabiles & odioſi filij irę: quia Adaȝ om̄es poſteros vændidit & obligauit ſuo peccato: & ad pœnam & damnationem ſui peccati. Et ſic omnes incurrerunt indignationem dei & condemnationem & pœnā. Sed quia non ſolum fuerunt deo abominabiles propter peccatum parētum: ſed etiam om̄es fuerunt in natura corrupti: ideo nō eſt qui faciat bonū: nec eſt bonus vſqȝ ad vnuȝ. Sed eſt aduertendum ꝙ ly vſqȝ ad vnum dupliciter poteſt poni: & intelligi. Vno modo incluſiue: Et ſic eſt ſenſus ꝙ inτantuȝ om̄es filij naturales ipſius Adā ſunt mali: quia nullus eſt naturaliter qui faciat bonū. nec ſit bonus: & iſte ſenſus eſt verus. Secundo poteſt poni exceptiue ly vſqȝ ad vnum: ꝙ ſit ſenſus: inter omnes homines non eſt qui naturaliter ſit bonus præter vnum. ſ. Ieſum Chriſtū: eo ꝙ nō eſt ex opere Adā natus: & ideo nō deſcēdit per generationē naturalē: licet ceperit carnē ex Adam. Et ideo Adā nō potuit ipſuȝ venundare nec obligare ſuo peccato. Et ſic ſolus Chriſtus eſt inter mortuos liber: & inter malos naturaliter bon⁹. Et ideo ad maiorem confirmationem dicit Dauid.

Dominus de cęlo proſpexit ſuper filios hominum: vt videat ſi eſt intelligens aut requirens deum.

ℂ Dominus deus proſpexit de cęlo ſuper om̄es filios hominum & filios ipſius Adam: vt videat. i. videret: & ꝓſpicit quotidie: vt videat ſi inter eos ſit aliquis intelligens aut requirens deum. i. ſi ſit aliquis qui totum intellectū & ſtudium adhibeat ad intelligēdum deum: vt poſſit ipſum ſuper omnia diligere: aut adhibeat totum conatum & volūtatem ad requirendum deum per bona opera propter regnum dei adipiſcendum. Sed

Omnes declinauerunt: ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum: non eſt vſqȝ ad vnum.

ℂ Omnes ſimul declinauerunt a via iuſta & recta, & a diuina voluntate ad ſcelera & peccata nefanda: & omnes ſimul facti ſunt inutiles & debiles ad bene operandum. Intantum ꝙ non eſt aliquis inter eos qui faciat bonū, nec eſt bonus naturaliter aliquis vſqȝ ad vnū incluſiue, ſiue exceptiue, vt ſupradictum eſt, præter vnū qui eſt Chriſtus. Naȝ ſi ly vſqȝ tenetur incluſiue: tunc naturaliter nullus eſt bonus de filijs naturalibus ipſius Adam. Si autem ly vſqȝ tenetur exceptiue, excluditur & excipitur Chriſtus qui non eſt naturaliter filius Adam, vt dictū eſt. ℂ Sed contra hoc Z arguit Iulianus dicēs ꝙ hūana natura eſt de ſe bona: quia omnia quæ fecit deus erant valde bona, ergo naturaliter homo eſt bonus. ℂ Ad hoc reſpōdet Aug. ꝙ humana natura dupliciter poteſt intelligi. vno modo pro eſſentia hominis vel natura ſpecifica. Et ſic omnis natura naturaliter eſt bona: quia ad ſimilitudinē boni exemplaris & a bono deo eſt facta & creata. Secūdo modo ſumitur ꝓ ipſa generatione humana. ſcilicet inquātum eſt collectio omnīū hominum deſcendentiū ab Adam per generationē naturalē & libidinoſam: quia ſicut dicitur natura ęneadū ab æneа, & natura fabiorum a Fabio, & graccorum a Gracco: ita dicitur natura & generatio humana ab Adam primo homine: quia Adam hebraice idem eſt quod homo latine. Et ſic tota humana natura, ſiue humana generatio fuit in Adam corrupta & vitiata a peccato, & ſic dicitur mala. Et per conſequens omnes trahentes illam humanam naturā ab Adam, dicuntur naturaliter mali & corrupti. Ex quo ſequitur ꝙ ſolus Chriſtus eſt naturaliter bonus: eo ꝙ nō trahit talem naturam ab Adam per generationē: ſed ex opere ſpiritus ſancti.

Sepulchrum patens eſt guttur eorū: linguis ſuis doloſe agebant: venenum aſpidum ſub labiis eorum.

Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt: veloces pedes eorum ad effundendū ſanguinem.

Contritio & infelicitas in viis eorum: & viam pacis non cognouerunt: non eſt timor dei ante oculos eorum.

ℂ Quia ſuperius dixit in generali qualiter ex peccato ſpi-

ſius Adam omnes homines fuerunt corrupti & declinarunt ad omnia ſcelera ex tali corruptione percuſſi & excitati: ideo hic explicat & magis particulariter exprimit ſcelera in quæ omnes inciderunt & proruperunt, quaſi morbo quodam hæreditario. Vnde dicit ꝙ primo ceciderũt in fœtidam blaſphemiam contra deum: Ideo guttur eoꝝ fuit euomens fœtidas blaſphemias: ſicut ſepulcrum patẽs & apertum emittet fœtorem ex cadaueribus putridis. quaſi dicat ꝙ ſicut cadauera putrida emittũt illum fœtorem de ſepulcro: & ſunt cauſa illius fœtoris: Ita corpus hominum eſt ſepulcrum corruptionis contractæ ex Adam in generatione. Et ſic ex tali corruptiõe euomit blaſphemias & omnia peccata. Item ſicut ſepulcrum continet in ſe illa cadauera putrida: ex quibus emittet abominabilem fœtorem: ita non ſolum corpus eſt ſepulcrum illius morbi & corruptionis: ſed etiam anima eſt ſepulcrum malarum cogitationum & iniquoꝝ propoſitorum. Ex quibus malis homo euomit blaſphemias & omnia alia ſcelera: vt ait ſaluator. Matthæi. xv. ꝙ ex corde exeũt blaſphemiæ & homicidia & furta &c. quæ coinquinant hominẽ. Et ideo ſubdit Dauid ꝙ ex tali corruptione non ſolũ procedunt blaſphemiæ contra deum: ſed etiam contra proximũ. Nam homines ſic corrupti linguis ſuis doloſe agebant. i. doloſe loquebantur ad deceptionẽ proximorũ. quia blandis verbis decipiunt proximos. & ſic ſunt mẽdaces & doloſi. Tertio ſunt detractores accuſando: & falſa crimina proximis imponendo. Et ſic in labijs eorum reperitur venenũ aſpidum. i. venenum inuidiæ & detractionis & infamationis: quoruꝫ os eſt plenum maledictione: quia ſunt maledici cõtra deũ & proximũ: & eſt plenum amaritudine. i. odio & zizania. Et ſic pedes eorum ſunt veloces ad effundendum ſanguinem: quia non ſolum effundunt ſanguinem proximorum propria manu ex ira & odio: ſed etiaꝫ ſeminando zizania concitant alios ad effundẽdum ſanguinem. Et ideo ex tali odio & inuidia & ſuperbia ſemper eſt contritio & infelicitas. i. litigium, prælium, diſcordia, & triſtitia, & bella inteſtina & infelicia in vijs & operationibus eorũ: quia nunq̃ cognouerũt viam pacis: ſed diſcordiæ: cuius cauſa eſt: quia

A non eſt timor dei ante oculos eorum. ¶ Ex quibus patet, ꝙ defectus timoris dei eſt cauſa omnium ſupradictorum malorum. quod prouenit ex corruptione & praua concupiſcentia inflicta in carne ex illo primo peccato. Nam ex illa praua & corrupta concupiſcẽtia prouenit omnis inordinatus appetitus. Nam primo prouenit appetitus propriæ excellentiæ quæ dicitur ſuperbia: non compatiens maiorẽ neqꝫ æqualẽ: & venit homo taliter corruptus vſqꝫ ad contemptũ dei: non timens eius iudiciũ. & per conſequẽs magis contẽnit & deſpicit proximum: & quia non patitur maiorem & æqualem: exinde prorumpit in inuidiã: non patiens proſperitatem proximi: & exinde in homicidium, & ex tali etiam inuidia ſeminat diſcordias & zizaniam inter proximos. Et ex tali ſuperbia & inuidia prorumpit in auaritiam & omnem rapinam & furtum & vſurã ad ſuſtinendum ſtatum ſuum vt nulli ſubijciatur: ſed omnes ſibi ſubijciat. Iteꝫ ex illo vitio & corruptione carnis prorumpit in luxuriam & accidiã. Ex quibus patet, ꝙ ex illa corruptione inflicta in Adaꝫ proueniunt omnia genera vitiorum & omnia ſcelera deteſtabilia in totũ genus humanũ: vt demonſtrat Dauid in hac prima parte huius pſalmi. & apoſtolus per totam epiſtolã ad Romanos. ¶ Sed contra ſupradicta videntur eſſe duo dubia. quorũ primum eſt contra literam. Nam iſti tres verſus vltimi ab illo loco Sepulcrum patens eſt guttur eorum &c. non reperiuntur in hebræo. & ideo dicunt: ꝙ chriſtiani interpoſuerunt eos, vel lxx. interpretes addiderunt eos in græca interpretatione. Ad quod reſpondetur ꝙ ipſa veritas confundit eos. Nam manifeſtũ eſt ꝙ. lxx. interpretes fuerunt vltra ducẽtos annos ante aduẽtum Chriſti. & ideo nullam habuerunt cauſam & paſſionem aliquid addendi vel remouendi in græca interpretatione: ſed interpretati ſunt prout repererunt in hebræo. Et hoc confirmatur. Nam apoſtolus Paulus in lege & ꝓphetis doctor & magiſter: qui hebraica textura vtebatur, allegat hos tres verſus ſimul cum verſibus præcedẽtibus, ad Romanos. iij. Et ideo eſt potiꝰ credẽdũ, ꝙ Thalmudiſtæ amputauerunt hos tres verſus ab hoc pſalmo: eo ꝙ in eis ꝓphetice memoratur & explicatur tota correctio & maledictio Iudæis inflicta: eo ꝙ negauerunt & crucifixerunt Chriſtum: vt patet in tertia expoſitione. ¶ Secundo dubitatur contra totã prædictam ſententiam & expoſitionem, in qua dictũ eſt ꝙ omnes homines fuerunt corrupti in Adam. Vnde arguit Pelagius ex fundamentis ſacræ ſcripturæ, ꝙ multos iuſtos commendat ſacra ſcriptura: qui non perpetrarunt talia ſcelera & peccata qualia in hoc pſalmo explicantur. ſicut fuit Abel, Noe, Abraham, Iſaac, & Iacob, & Iob, & Daniel in teſta. vete. Et in nouo Zacharias, & Ioannes, & Simeon, & Anna, & Ioſeph ſpõſus Mariæ, quos omnes iuſtos ſine peccato & querela vtriuſqꝫ teſtamenti ſacra cõmendat auctoritas. Ex quibus patet, ꝙ peccatum ipſius Adam, nec omnibus poſteris fuit imputatum, nec omnes in eo fuerunt corrupti. B

¶ Sed hanc peſtiferam opinionẽ exterminauit Auguſtinus ab eccleſia reſpondens ad huiuſmodi argumenta in libro de natura & gratia, & de baptiſmo paruulorum, & in om̃ibus libris quos contra Pelagianos confecit. ¶ Ad cuius intelligentiã eſt valde aduertendũ ſecundũ Auguſtinũ ꝙ duo ſunt conſideranda in peccato ipſius Adaꝫ. Primo obligatio naturæ, quia omnes filios naturales & poſteros obligauit & vændidit peccato ſuo. Et hoc dicitur in nobis peccatũ naturæ: quia omnibus nobis fuit imputata pœna illius peccati: & ad illam fuimus omnes obligati & vænundati. Et de tali peccato naturæ dicit Paulus apoſtolus, ꝙ omnes in Adam peccauerunt in natura: ſed nõ in perſona, quia nullus noſtrũ ibi perſonaliter erat &c. Vnde ſic exponit Auguſtinus hanc auctoritateꝫ. ij. de baptiſmo paruuloꝝ, & hyponoſticon reſpon. ij. Secũdo eſt conſideranda natura corrupta quaꝫ Adam tranſmiſit in poſteros per generationẽ ſucceſſiue, quæ quidẽ cauſat omne peccatũ in anima. Nam per ſolam vnionẽ & conſortium cauſat originale in anima, quia illa anima in puris naturalibus in illa carne vitiata creata & infuſa ilico obligatur peccato & ſententiæ ipſius Adæ: eo ꝙ ex carne & anima reſultat vna naturalis perſona: & ideo tota perſona obligatur. Iteꝫ poſtea illa met caro corrupta per conſenſum in adultis cauſat mortale & veniale in eadẽ anima, inquantum caro ſemper luctatur aduerſus ſpirituꝫ. Vnde volũtas per ſoluꝫ conſenſuꝫ indeliberatũ contrahit veniale. ſed per conſenſum deliberatuꝫ contrahit actuale & mortale. Ex quo patet, ꝙ om̃e peccatum prouenit ex illa carne corrupta in om̃es hoĩes per libidinoſaꝫ generationẽ tranſmiſſa. ¶ Sed eſt vlterius aduertenduꝫ ꝙ iſta natura corrupta ſiue totus homo habens iſtam naturaꝫ corruptã, qui dicitur ſauciatus & vulneratus per conſortiuꝫ talis naturæ, dupliciter poteſt conſiderari ſecũdũ Auguſtinuꝫ in locis prædlegatis. vno modo in ſe ſine aliquo adiutorio derelicta. alio modo per gratiam Chriſti adiuta. Primo modo dicit Auguſtinus ꝙ eſt impoſſibile ꝙ quis in ſola tali natura derelictus poſſit peccata vitare, aut aliquod bonum agere. Et ratio eſt. Nam illa corruptio taliter vitiauit & vulnerauit om̃es potẽtias: ꝙ voluntas ſiue liberuꝫ arbitriũ manet taliter claudicatũ & debilitatum & infirmum ex tali languore & pondere carnis vitiatæ, ꝙ ſemper trahitur in præceps ad omnia mala: ſicut trahitur vna ſtatera a pondere lapidis niſi apponatꝫ aliud põdus in alia oppoſita. Quod quidẽ vitiũ carnis & pondus licet non tollat totaliter co-

gnitionẽ peccati: tamẽ tollit poteſtatẽ reſiſtẽdi niſi per gratiam liberũ arbitrium adiuuetur. De quo vitio dicit apoſtolus ad Roma.vij. Inuenio legẽ in mẽbris meis repugnãtem legi mẽtis meæ: ideo quod nolo id ago: & quod volo id non facio. Vnde non ego id facio: ſed quod habitat in me peccatum. Ex quo patet, ꝙ talis lex & corruptio membrorum: licet non tollat totaliter cognitionẽ & affectum: tamẽ tollit effectum. Sed quia talis voluntas non poteſt adiuuari niſi per gratiam Chriſti, ideo ſubdit apoſtolus. Quis me liberabit de morte corporis huius? Et reſpondet ipſemet dicẽs. Gratia Chriſti me poteſt liberare. Ex quibus patet, ꝙ voluntas adiuta per gratiam Chriſti poteſt liberari ab huiuſmodi pugna: & vincere carnẽ & omne peccatum. & hoc eſt ꝙ dicit Dauid in hoc pſalmo. ꝙ licet omnes homines prout ſunt corrupti in Adam ſint proni ad ſupradicta ſcelera: & nullo modo poſſint ea vitare ex proprijs viribus: tamen per gratiam Chriſti adiuti & præuẽti non ſolum poſſunt ſupradicta ſcelera vitare: ſed etiã ea bona quæ ſunt ſupra hominẽ facere, & omnia mala ſuperare, & bene operari, & ſupradicta neceſſitate liberari. Ex ſupradictis fundamẽtis reſpondet Auguſtinus ad argumẽta Pelagianorum dicẽs, ꝙ licet Abel, Noe, & Abraham, & Ioannes bap. vitauerunt peccata ſupradicta, hoc tamẽ nõ fecerunt in proprijs viribus: ſed ex gratia Chriſti adiuti & liberati. Sed ſi fuiſſent i ſua natura corrupta ſine gratia derelicti: non ſolum ſupradicta: ſed peiora ſcelera commiſiſſent. Eſt verum ꝙ nullus ſanctorum ſupra dictorum potuit vitare originale peccatum quod anima contrahit per conſortium ex carne corrupta. a qua regula fuit excepta beata virgo Maria, vt Auguſti. ait ibidẽ. vt declarabitur pſalmo. xlv. Et ideo dicit Augu. libro de ſancta virginitate, ꝙ nullus ſanctus debet in ſe gloriari de ſua iuſtitia: ſed de gratia dei. Et ideo dicit ꝙ magis tenetur iuſtus qui nunq̃ peccauit q̃ pœnitẽs cui dimiſſa ſunt multa: quia plura peccata ſunt dimiſſa iuſtis q̃ peccatoribus. Nam licet iuſtis non ſint dimiſſa peccata quæ nõ cõmiſerunt: tamẽ ſunt dimiſſa peccata quę feciſſent niſi per gratiam fuiſſent pręuenti. Et ſic dicit Auguſtinus ꝙ magis tenetur diligere deum virgo q̃ corrupta. Vnde ait. Deputate vobis tanq̃ omnino eſſe dimiſſum quicquid mali a vobis nõ eſt regẽte illo cõmiſſum. Nam quiſquis ab initio pmanet pudic⁹, ab illo regitur. Et quiſquis impudicus eſt ab illo deſeritur. Hoc idẽ dicit Auguſtinus in homilia de peccatrice cum ait, ꝙ nõ eſt peccatum quod fecit homo, quin faciat alter homo niſi adiuuet ab illo a quo factus eſt homo. Et in hoc patẽt veritas huius pſalmi, & pręfatę dubitationis, & hui⁹ primę expoſitiõis.

C ❡ Quãtum vero ad ſecundam expoſitionẽ eſt aduertendum ſecundum Auguſti. ꝙ ſicut in ſcientijs ſpeculatiuis eſt dare vnum principium a quo generaliter habẽt virtutẽ omnia probata in illa ſciẽtia, vt patet primo poſteriorum: quo ignorato deſtruitur, & ignoratur tota illa ſciẽtia: Ita pariter in actibus humanis eſt dare vnum primum principium a quo ſumunt virtutẽ & diriguntur omnes actus humani. quod quidẽ principium eſt deum eſſe iuſtum iudicem omnium actuum & operationum humanarum: & præmiatorem bonorum, & punitorẽ omnium malorum. Ex quo ſequitur illud generale. nullum bonum irremuneratũ, & nullum malum impunitum. quo principio negato deſtruũtur & corrumpuntur omnes mores & omnes actus humani: quia qui non credit tali principio ilico contemnit deum nõ timens eius iudicium. Et ſic cadit & prorũpit in omnia ſcelera deteſtabilia. Secundo eſt notandum, ꝙ gẽtiles quatuor modis negarunt iſtud ſupradictum principiũ. Nam quidam eorum totaliter negarunt deum eſſe. Sed omnia prouenire a caſu & fortuna. Quidam autẽ crediderunt & coluerunt plures deos. Et ſic negabant deum eſſe, eo ꝙ negabant vnitatẽ & eſſentiam vnius dei. Quidam autẽ alij negabant deum habere curam & prouidẽtiam de actibus humanis: & ſic negabant deum eſſe iuſtum iudicẽ. & cætera. Quidã autẽ alij aſſerebant animã eſſe mortalẽ: & p conſequens negabant illud principium: nullum bonum irremuneratum. & nullum malum impunitum. Ex quibus patet, ꝙ omnes iſtæ ſectæ negarunt illud primum principium ſcilicet deum eſſe iuſtum iudicẽ &c. Et inde eſt ꝙ gentiles ante aduẽtum Chriſti negantes illud principium traditi ſunt in reprobum ſenſum & in paſſiones ignominiæ, & in corruptionẽ & illa ſcelera deteſtabilia quæ narrat apoſtolus ad Romanos primo. Vidẽs ergo Dauid totũ populũ gentilẽ eſſe corruptum in ſuo tẽpore propter negationem huius principij: dicit in prima parte huius pſalmi, ꝙ quando inſipiens populus gentilis dixit & aſſeruit in corde ſuo ꝙ non eſt deus, vel ꝙ deus non eſt vnus & iuſtus iudex remunerator bonorum & punitor maloꝝ: ꝙ tunc omnes illius ſectæ deum contẽnentes nec deũ timentes corrupti & abominabiles & odibiles deo facti ſunt: intantum ꝙ non fuit nec eſt qui faciat bonum: nec eſt bonus ex eis vſq; ad vnũ incluſiue: id eſt ꝙ nec vnus eoꝝ fuit bonus. Et ſic deus proſpexit de cælo ſuper omnes filios hominum, & filios terrenos, ſi reperiretur aliquis intelligẽs deum quantu; ad fidem & deuotionem & dilectionem: aut requirens deum in ſuis operationibus. Sed non fuit vſq; ad vnum illorum, id eſt nullus fuit qui faceret bonum. Et non ſolum non ille populus gẽtilis: ſed etiam nullus malus chriſtianus fuit qui faceret bonum, carẽs illo principio, quod eſt timor domini. Et ſic omnes gẽtiles & mali chriſtiani contemnẽtes dei iudicium intantum ſunt corrupti ꝙ guttur eorum eſt factum ſicut ſepulchrum patens & fœtens & prorumpens in blaſphemias contra deum, & in dolum contra proximum &c. Exponuntur autem iſti tres verſus ſicut in prima expoſitione. ❡ Quantum vero ad tertiam expoſitionem eſt D
notandum prout dictum eſt in prologo, ꝙ vnum de principalibus principijs ſacræ ſcripturæ veteris teſta. erat ꝙ filius dei erat incarnandus, & in paupertate & humilitate venturus: & per mortẽ & paſſionẽ ſuam mundum a peccato liberaturus. qui quidẽ Chriſtus erat filius totius legis, ad quem omnia legalia ordinabantur. De cuius aduẽtu omnes prophetę fuerant locuti. Ex quibus patet, ꝙ quando negarunt Chriſtũ eſſe deũ & Meſſiam in lege promiſſum: tũc negarũt totam legẽ & prophetas. Et ſic fecerunt deum mendacẽ in ſuis promiſſis. & per conſequẽs negarunt deu; eſſe deum. Negato ergo iſto principio ſcil; Chriſtum eſſe Meſſiam: intantum corruptus eſt ille populus iudæorum: ꝙ prorupit in ſcelera deteſtabilia & perpetrauit deteriora q̃ populus gẽtilis. Nam primo deum & hominẽ interfecit: & deum & totam legem mendacẽ fecit: & in tantã cæcitatem & inſaniam deuenit: ꝙ poſt publicationẽ euangelij nullum deũ colit. quod probatur. quia non intendit colere deum trinum & vnũ: nec incarnatum: immo blaſphemat & execrat talẽ deum. Sed nullus alius deus eſt niſi trinus & vnus & incarnatus, ergo nullum adorat. Et ſic facta ſunt nouiſſima huius populi peiora prioribus. Matth. xij. & Lucę. xj. Hoc ergo pręuidẽs Dauid in ſpiritu dicit in hac prima parte huius pſalmi: dixit inſipiens populus iudaicus in corde & in lingua ſua: Chriſtus non eſt deus: nec Meſſias in lege promiſſus. Et hoc dixit iſte inſipiẽs populus: eo ꝙ vidit Chriſtu; pauperem: & cum humilitate venientẽ: & eorum ſuperbiã & auaritia; deteſtantẽ. Et ideo negato iſto principio omnes iudæi facti ſunt corrupti in ſe & abominabiles deo: & odioſi: intantum ꝙ vſq; ad vnum eorum incluſiue non eſt qui faciat bonum. Vnde dominus de cęlo proſpexit ſup omnes iſtos filios hominum tanq̃ homines carnaliter viuentes poſt aduentum & paſſionem, vt videret ſi eſt aliquis intelligens deum per fidẽ & veram intelligentiam legis, aut requirens deũ per operationẽ bonam.

Sed omnes declinauerunt a via veritatis & fidei,& a vera
intelligẽtia ſacrę ſcripturę:immo peruerterũt verũ ſenſum
& intelligẽtiã ſcrip turę ad falſum ſenſum. Et ſic facti ſunt
inutiles:quia oõnes & ſacrificia eoꝝ ſunt eis inutilia,quia
nihil eis proſunt:immo nocent quia mortifera.Et ſic non
eſt aliquis eoꝝ qui faciat bonũ: nec eſt aliquis bonus vſqꝫ
ad vnum incluſiue.quaſi dicat ꝙ nullus eoꝝ eſt bonus nec
vtilis:immo malus & peruerſus in credendo & operando.
Vnde ex tali puerſione & corruptione proruperunt in om
nia ſcelera nefanda & deteſtabilia.Naꝫ primo ſepulcrũ pa
tens eſt guttur eoꝝ blaſphemiam perpetrãdo,quando vo
cauerunt Chriſtum voracẽ & dæmonium habentẽ.Secun
do linguis ſuis doloſe agebant,quando volentes ipſum ca
pere in ſermone dixerunt:ſi licebat dari cenſum Cęſari,an
non.Tertio fuit venenũ aſpidũ ſub labijs eorum.quãdo di
xerunt. Nos audiuimus eum dicentem: poſſum deſtruere
templum hoc manufactum & in triduo reædificabo aliud
non manufactum &c.Item os eorum fuit plenum amaritu
dine & maledictione cum dixerunt.Audiſtis blaſphemiã.
Et maledixerunt:& eorum pedes fuerunt veloces ad effun
dendum ſanguinem:cum dixerũt:crucifige crucifige & cę-
tera.Item fuit contritio & infelicitas in vijs eorum:& viam
pacis non cognouerunt:quando dixerunt.Si hunc dimitti
mus venient Romani & cætera.Ideo expedit vt vnus ho-
mo moriatur &c.Sed quia oĩa iſta fecerunt Iudæi ex de-
fectu timoris & fidei negãdo Chriſtum eſſe deum & Meſ-
ſiam & ſaluatorẽ:ideo ſubdit:Non eſt timor dei ante ocu-
los eorum.Quia ſi crediddiſſent ſcripturæ timuiſſent deum
& recepiſſent Chriſtum: & timuiſſent.& ſi timuiſſent regẽ
gloriæ iuſtum non crucifixiſſen t.Ex quibus patet,ꝙ in pe
iora ſcelera ceciderunt Iudæi q̄ gentiles. Ideo omnia ſcele
ra ſupradicta manent in populo Iudæorum iure hæredita
rio.Ad quam ſentẽtiam & maledictionem ipſimet ſe obli
garunt,quando dixerũt:Sanguis eius ſuper nos & ſuper fi
lios noſtros.Ex quo patet,ꝙ ſicut Adam in peccãdo obli-
gauit ſe & omnes poſteros ad poenã mortis:Ita pariter Iu
dęi Chriſtum crucifigẽtes obligarunt ſe & ſuos poſteros ad
perpetuam maledictionẽ & vindictam mortis Chriſti.Et
ſic omnibus imputaꝛ homicidium Chriſti.& oẽs ſunt blaſ-
phemi:& doloſi & mẽdaces & ſuſurrones:& maledici:& la
trones:& peiores q̄ idolatræ:quia nullũ deum adorant:im
mo verum deũ deteſtantur & maledicũt.Et ſic ſicut gẽtiles
in colẽdo plures deos:& negando diuinam iuſtitiam & ꝓ-
uidentiam addiderunt corruptionem ſupra corruptionem
inflictam in Adam:Ita Iudæi negando Chriſtum addide
runt ſupra corruptionem populi gentilis.Et ſic ſunt corru
pti triplici corruptione.Item eſt aduertendũ,ꝙ omnia ſu-
pradicta non ſolum ſunt intelligenda prophetice de popu
lo gentili & iudaico:ſed etiam de omnibus malis chriſtia-
nis: qui non credunt diuinam iuſtitiam & prouidentiam:
nec credunt reſurrectionem:quia tales non timẽtes dei iu-
dicium:audent omnia ſcelera perpetrare.

❡Ex ſupradictis patet,ꝙ tres fuerunt inſipientes negan-
tes deum.Primo enim negauit Adam deum indirecte vo-
lendo rapere diuinitatẽ.per quod peccatum totum genus
humanum fuit in eo corruptũ in bonis naturalibus:& pri-
uatum bonis gratuitis:eo modo quo dictum eſt. Secundo
negauit deum populus gentilis falſos deos adorando.pro-
pter quod peccatum vltra corruptionem naturæ fuit ma-
gis corruptus in moribus & incidit in deteſtabiles paſſio-
nes & ignominias.ad Roma.primo. Tertio negauit deuꝫ
populus iudæorũ:quãdo ex certa ſcientia & malitia & in-
uidia negauit Chriſtum in lege promiſſuꝫ:& crucifixit eũ.
propter qupd peccatum vltra corruptionẽ naturę,& vltra
poenam populi gentilis incurrerunt Iudæi omnes maledi-
ctiones contentas & memoratas in hoc pſalmo.&.cviij.

E ❡Sed contra ſupradicta arguere poſſent quidam catho-
lici.Nam licet gentiles & Iudæi negauerunt deum prout
dictum eſt:tamẽ non eſt dicẽdum ꝙ Adam negauerit deũ
conſentiendo vxori.Quia vt ait Auguſti. de verbis apoſto
li:Adam nõ fuit ſeductus nec credidit verbis ſerpentis:ſed
comedit fructuꝫ:vt complaceret vxori ne deſtitueretur eiꝰ
ſolatio &c. Ad hoc autem reſpondetur, ꝙ in hoc videtur
Auguſti.contradicere ſibi propter hoc ꝙ fuit ſupra allega
tum.ſ.ꝙ Adam & Eua volentes rapere deitatem perdide
runt felicitatem:& ideo reducenda ſunt verba Auguſti.ad
quoddam ſanum medium.ſ.ꝙ Adam non credidit aſſerti
ue verbis ſerpentis.nec credidit nec inhæſit firmiſſime pręcepto nec comminationi dei annuendo & complacendo
vxori.Et ſic eſt dicẽdum ꝙ hæſitauit in vtroqꝫ. Et ideo di
xit ſibi deus:Quia audiſti vocem vxoris tuæ & comediſti
de ligno:ex quo præceperam ne comederes &c.Quaſi di-
cat.quia magis credidiſti vxori & ſerpenti q̄ mihi:ideo hæ
ſitaſti & dubitaſti &c.Et ſic patet,ꝙ ille cõſenſus Adę nec
fuit vera & expreſſa negatio, nec firma confeſſio dei:ſed
fuit indirecta negatio inquantum ex verbis dialoli ſeque-
batur deum eſſe mendacẽ & inuidum & finitum: & per cõ
ſequẽs ſequebatur ipſum non eſſe deum.Ita pariter eſt di-
cendum de Moyſe quando non paruit deo.numeri.xx.im
mo diſtinxit in labijs ſuis.pſalmo.ciij.Ideo dixit dominus
ſibi & Aaron.Quia non credidiſtis mihi:vt ſanctificaretis
me &c.Item hoc idem fecit Zacharias pater Ioannis ba-
ptiſtæ.Lucę primo.cui dicit angelus.quia nõ credidiſti ver
bis meis&c.Ex quibus patet,ꝙ iſti duo non negarunt:nec
contempſerunt deum directe:nec crediderunt firmiſſime:
ſed viſi ſunt hæſitaſſe & dubitaſſe.Ita ergo poteſt dici de
Adam:qui magis paruit & credidit verbis vxoris q̄ præce-
pto & comminationi diuinæ: ex quo ſequebatur deũ eſſe
mendacem &c.Et ideo ſicut Moyſes & Zacharias fuerũt
puniti ſolũ in perſonis propter illam inobediẽtiam:ita pa
riter Adam fuit punitus in perſona & in tota ſua natura &
generatione prout dictum eſt.

Nonne cognoſcent omnes qui operantur ini-
quitatem: qui deuorant plebem meam ſicut
eſcam panis?
Dominum non inuocauerunt:illic trepidaue
runt timore vbi non erat timor.
Quoniam dominus in generatione iuſta eſt:
conſilium inopis confudiſtis: quoniam domi
nus ſpes eius eſt.

❡Poſtq̄ ſuperius propheta deſcripſit triplicem corruptio-
nem prouenientẽ ex trina negatione dei:nũc vero in hac
parte volens eliminare ſupradictas falſas & deteſtabiles
opiniones duo facit.Nam primo demonſtrat Chriſtum eſ
ſe verum & iuſtum iudicem & præmiatorem bonorum &
punitorem malorum. Et hoc contra negantes diuinam iu
ſtitiam & prouidẽtiam.Secundo oſtẽdit Chriſtum eſſe ſal-
uatorem & redemptorem & liberatorẽ omnium de capti-
uitate & peccato & corruptione inflicta in Adam.& hoc cõ
tra Iudæos negantes Chriſtũ:ibi.Conſilium inopis confu-
diſtis. ❡Quantum ergo ad primum:quia dictum eſt ſupe
rius ꝙ gentiles negato primo principio,ſcilicet ꝙ deus eſt
iuſtus iudex retributor bonorum & punitor malorum: &
ſic poſtpoſito dei timore proruperunt in omnia ſcelera:
Ideo dicit hic propheta,ꝙ omnes iſti qui in vita negarunt
& noluerunt cognoſcere deum eſſe iuſtum iudicem, tunc
in die iudicij hoc ſcient & cognoſcẽt per experientiã:quia
videbunt Chriſtum deum & hominẽ venientẽ cũ poteſta-
te magna & maieſtate:& ſedebit in concilio iuſtoꝝ & ſan-
ctorum,& puniet omnes ſupradictos iniuſtos & ſceleratos.

Et ſic tribuet vnicuiq; ſecundum opera ſua:quia iuſtis dabit gloriã & malis poenã ęternã.Et nominat hic propheta quatuor generationes improbo℞ quos Chriſtus condẽnabit.ſ.iniquos,tyrannos:infideles & ſeminatores diſcordię. & quaſi ſub his quatuor comprehẽdit omnia genera malorũ hoim de quibus ſupra dixit.Dicit ergo:nonne omnes iniuſti qui operanť iniquitatẽ contra deũ & ꝓximũ? & intẽdit per operãtes iniquitatẽ omnia genera peccato℞.Item oẽs tyrãni & raptores q deuorãt plebẽ meã & domos pauperum ſicut qui deuorant eſcam & cibũ panis.Itẽ oẽs infideles & mali chriſtiani qui deũ nõ inuocauerũt:immo deũ contẽpſerunt.Itẽ oẽs ſeminatores diſcordię qui trepidauerunt timore vbi non erat timor:id eſt qui non cognouerũt viam pacis:ſed poſuerunt & ſeminauerũt contritionem & infelicitatẽ & diſcordiam inter proximos:quorũ pedes fuerunt veloces ad effundẽdu; ſanguinem.oẽs ergo iſti ſcilicet iniuſti & tyranni & infideles, & ſeminatores diſcordiæ ſiue iracundi & inquieti:qui non cognouerunt deum eſſe iuſtum iudicẽ:nec timuerũt eius iudicium:Nonne oẽs iſti cognoſcẽt qm̃ dñs Ieſus Chriſtus deus & homo eſt:& habitat in generatione iuſta.i.diligit iuſtos & reprobat & reprobabit omes ſupradictos iniuſtos?quaſi dicat. immo certe: quia duæ negationes interrogatiue poſitę æquipollẽt vehemẽti affirmationi:quaſi dicat ꝓpheta,ꝙ oẽs ſupradicti ſcelerati qui in hac vita negarunt deũ eſſe iuſtum iudicem omniũ actuũ humano℞:ex quo contẽnentes iudicium dei perpetrarũt oia ſcelera ſupradicta in prima parte:cognoſcent per experiẽtiam & videbunt Chriſtum in iudicio generali,& etiã in particulari,poſt hanc vitã eſſe verũ iudicẽ dantem iuſtis gloriam:& iniuſtis poenã æternã. Et eſt aduertendum:ꝙ hęc particula ſupradicta nõ ſolum intelligitur de gẽtilibus negãtibus diuinã iuſtitiam & ꝓuidẽtiam: ſed etiã de iudæis negãtibus Chriſtũ.Nam ipſi ſacerdotes & Iudęi qui operabanť iniquitatẽ propter ſuperbiã & auaritiã:deuorabant plebẽ ſicut eſcam panis comedendo domos viduarũ & imponẽtes cęteris ſimplicibus & pauperibus onera grauiora.Matth.xxiij.Qui quidem Iudæi deu; non inuocauerũt:nec habuerũt deũ pręoculis:qñ Chriſtũ crucifixerunt.Sed trepidauerunt timore: vbi non erat timor:quãdo dixerunt expedit vt vnus moriať pro populo: q̄ tota gens pereat.venient Romani & tollent locũ noſtrũ, & gentẽ.Hoc aũt dicebãt:quia trepidabant timore:vbi nõ erat timor:quia nõ habebãt cauſam timẽdi.Nam ille qui veniebat ad dandũ eis regnum cęleſte:non volebat eis auferre bona temporalia:quę ipſi perdere timebant.Et ideo oẽs iſti Iudęi qui Chriſtũ negauerũt:& in tot ſcelera proruperunt & ceciderũt:poſtea per experiẽtiam cognouerũt ipſum eſſe verũ deũ & Meſſiam & iuſtũ iudicẽ:& hoc cognouerunt per effectũ qñ audierũt Chriſtum reſurrexiſſe,& in cęlos aſcẽdiſſe, & ſpiritũ ſanctũ in apoſtolos miſiſſe:& quãdo Petrus & oẽs apoſtoli in die pẽteco.tria milia hoim cõuerterũt ad fidẽ Chriſti.Sed magis cognouerũt Chriſtũ eſſe verũ iudicẽ per oẽs illos.xl.ãnos:in quibus paſſi ſunt infinitas tribulationes & diſcrimina.& finaliter per Romanos ciuitas fuit incẽſa & ipi trucidati & captiui.Sed poſtea Iudęi hoc magis p ſucceſſionẽ tẽporis cognouerũt p conuerſionẽ totius populi gẽtilis ad fidẽ Chriſti.Sed magis cognoſcent hoc in iudicio finali quando veniet in poteſtate magna &c.quia tũc videbũt & aſpiciẽt quẽ cõfixerũt & pupugerunt:Zacha.xij.& Ioan.xix. ¶ Cõſiliũ inopis.Hic incipit verſus & ſentẽtia in hebręo.vbi Dauid oſtẽdit ſpecialiter contra obſtinatos Iudæos Chriſtũ eſſe verũ deũ & Meſſiam in lege ꝓmiſſum,& ſaluatorẽ totius generis humani. in quo ſumus liberati ab omni peccato & ſententia data in

F Adã. ¶ Ad cuius intelligẽtiam eſt notandũ:ꝙ duplex fuit cauſa quare Iudęi nõ receperũt:ſed contẽpſerũt Chriſtũ & eius doctrinã euangelicã.Prima fuit qa Chriſtꝰ venit pauper & delectus ſcdm opinionẽ eo℞.quia ipſi expectabant ipm̃ venire cũ poteſtate tẽporali:vt eos tẽporaliter liberaret de poteſtate & ſubiectiõe romano℞:& oẽs tẽporaliter ꝓſperaret:ſicut ipſi erant carnales & tẽporales:& ideo vidẽtes eũ ſic pauperẽ & delectũ:ipm cõtẽpſerũt.Scḋa cauſa fuit:quia eius euãgelica doctrina erãt cõtraria moribus & deſiderio & ſtudio eo℞.Nã ipſi quęrebãt dignitates & diuitias tẽporales in hoc mũdo:Chriſtus aũt prędicabat contra eo℞ ſupbiam & auaritiã & ſimoniã & vſura;:& ſuadebat amare cęleſtia:& relictis & contẽptis rebꝰ mũdanis,ponere ſpẽ in deo & futura beatitudine.Et hęc fuit cauſa quare nõ ſolũ ipm contẽpſerũt:ſed etiã crucifixerũt & ſuã euãgelicã doctrinã repudiauerunt: & execrauerunt.Hoc ergo ꝓuidẽs Dauid in ſpũ increpat Iudæos dicẽs.O Iudæi cæci & carnales vos cõfudiſtis.i.cõtẽpſiſtis & irriſiſtis conſiliũ & doctrinã euãgelicam Chriſti inopis & pauperis.i.qm̃ venit inops & paup & delectus.Et etiã cõtẽpſiſtis eũ:qm̃ dñs eſt ſpes eius.i.quia poſuit & pręcepit poni totam ſpem in dño: bonis mũdanis contẽptis.Et ſic hac duplici de cauſa contẽpſiſtis eum & conſiliũ eius. Sed dicatis mihi o cæci.

Quis dabit ex ſion ſalutare iſrael? cum auerterit dominus captiuitatem plebis ſuę:exultabit Iacob & lętabitur iſrael.

¶ Quis dabit ex ſion ſalutare iſrael:niſi ſolus Chriſtus ſupple quẽ vos ſpreuiſtis?quaſi dicat:nullus aliꝰ poterit dare ſaluationẽ toti iſrael:niſi ſolus Chriſtus Meſſias in lege ꝓmiſſus:quia iõ diciť Ieſus,quia ſaluator.Nam ſicut primus Adã oẽs hoies ſuo pctõ & corruptioni ſubiecit:ita ſolus iſte Ieſus oẽs poterit liberare.Iõ ſubdit:cũ dñs Ieſus auerterit captiuitatẽ plebis ſuæ per mortẽ & paſſionẽ & p doctrinã euangelicã:tunc exultabit Iacob & lętabitur iſrael.ſ.populus chriſtianus:cum viderit ſe p Ieſum Chriſtũ liberatu; & redẽptum de captiuitate diaboli & ab omi pctõ:qḋ traxit ex Adam. ¶ Sed hic ſunt duo dubia:primo quare doctri- G nam & legẽ euangelicã Dauid appellat conſiliũ.Secundo quare populũ chriſtianũ appellat Iacob & Iſrael.Ad primum diciť ꝙ Dauid appellat legẽ euangelicã conſiliũ ratione modi:ad differẽtiam le.ve.eo ꝙ lex vetus data fuit cũ grandi cõminatione:& per modũ p̄cepti ſub cõminatione mortis:vt patet in pleriſq; locis.Sed lex euangelica data eſt a Chriſto p modũ conſilij.Vnde dicit:Si vis ad vitã ingredi ſerua mãdata moralia tantũ.Et ideo lex euangelica dicitur lex libertatis & gratię.Illa autẽ diciť lex ſubiectionis & ſeruitutis.Ad ſecundũ eſt dicẽdum ſicut iam dictum eſt in ꝓlogo tractatu.iiij. ꝙ populus iudæo℞ moderno℞ iam pdidit nomẽ Iacob & Iſrael ſcḋm rem & veritatẽ: & ſolus populus chriſtianus eſt verus Iacob,& Iſrael:ſcḋm rẽ & nois interp̄tationẽ.Nam Iacob dictus eſt Iacob eo ꝙ prio ſupplãtauit & eiecit Eſau fratrẽ ſuũ de vtero matris. Scḋo quia ſurripuit fratri primogeniturã.Geñ.xxv.Tertio quia ſurripuit illi benedictionẽ.Geñ.xxvij.qḋ factũ eſt in figura inquantũ populus chriſtianus debebat ſupplantare populum iudæo℞ & ſynagogã in aduẽtu Chriſti.Nam primo populus chriſtianꝰ recipiẽdo Chriſtum ſupplantauit & eiecit ſynagogã ab hęreditate & vtero eccl̃ię Chriſti.Secũdo ſurripuit ſibi primogenituram:quia iudęi ꝓ bonis tẽporalibus cõtẽpſerũt hęreditatẽ Meſſię:& redẽptionẽ Abrahæ & toti legi ꝓmiſſam.Et hãc primogenituram chriſtianis renũciauerunt & reliquerũt.Tertio quia populus chriſtianus ſibi ſurripuit benedictionẽ & ſalutẽ recipiendo legem euangelicã & baptiſmũ.Et ſic patet,ꝙ populus chriſtianꝰ ſiue tota eccl̃ia vere diciť Iacob.Et ꝓpter eaſdẽ cauſas vere etiã diciť Iſrael.Nam Iacob ſortitus eſt nomẽ Iſrael ꝓpter quatuor.Prio quia vidit deũ facie ad faciẽ.Scḋo quia fuit directꝰ a deo.Tertio quia fuit bñdictus a deo.Quarto quia fuit fortis cũ deo:quãdo luctatꝰ eſt cũ angelo nolens

ipſum dimittere: quouſq; bñdixit eũ. Et ſic ꝓpter hęc qua-
tuor myſteria vocat⁹ eſt Iſrael: vt pꝫ Geñ. xxxiij. Quę oia
quatuor myſteria impleta ſunt i pplo chriſtiano. Nã ſolus
ille videt deũ p fidẽ, & eſt bñdictus per baptiſmũ: & dire-
ctus p legẽ euãgelicã: & eſt fortis cũ deo: quia in virtute ſa-
cramétoꝝ diabolũ ſupauit. ex qb⁹ pꝫ, ꝙ iuſte hęreditauit
hoc nomẽ Iacob & Iſrael. Et patet etiam, ꝙ ipſa ſynago-
ga iuſte pdidit iſta duo noia: poſtq̃ negauit Chriſtũ. Iõ iam
nõ eſt Iſrael ſed cęca: neq; Iacob: quia vẽdidit primogeni-
turã: & hęreditatẽ Chriſti & bñdictionẽ p reb⁹ tẽporalib⁹:
& non ſolũmodo pdidit iſta ſupradicta: ſed etiaꝫ manet ei
poena inflicta ipſi Adę in prima corruptiõe: & incurrit oẽs
maledictiões & ignominias populi gẽtilis: eo ꝙ nullũ deũ
adorat. Tertio incurrit oĩes ſupradictas maledictiões ex
homicidio & negatiõe Chriſti. A quib⁹ oĩb⁹ maledictiõib⁹
poterat ſaluari ſi Chriſtũ recepiſſet. Ex quo pꝫ ꝙ ſynago-
ga renũtiauit nobis nomẽ Iacob, & ſimiter iuri hęreditario
Et ideo dicit Dauid, ꝙ cũ Chriſt⁹ auerterit captiuitatẽ ſuę
plebis chriſtianę in ſuo aduẽtu: tũc exultabit ver⁹ Iacob &
lętabiť Iſrael. i. ꝙ pplus chriſtian⁹ in Chriſto ſaluatus & li-
berat⁹ exultabit: quia fact⁹ eſt Iacob ſupplãtando ſynago-
gã. & intercipiẽdo hęreditatẽ & bñdictionẽ. Et lętabiť qa
factus eſt Iſrael deũ p fidẽ vidẽdo. ecõtrario ſynagoga plo-
rabit & vlulabit: quia pdidit nomẽ Iacob & Iſrael: & nobis
H dimiſit hęreditariũ. Eſa. lxv. ¶ Ex toto iſto pſalmo poſſũt
recolligi. v. cõcluſiones. Pria ꝙ ex pctõ ipſius Adã qui ne-
gauit deũ indirecte & tacite tota ſua gñatio fuit corrupta.
¶ Scda cõcluſio, ꝙ tot⁹ ppľs gẽtilis fuit magis corrupt⁹ &
incidit in deteſtabiles ignominias: eo ꝙ magis directe ne-
gauerit deũ colẽdo plures deos. ¶ Tertia cõcluſio, ꝙ ppľs
iudaicus magis directe negauit deũ & fecit ipm mẽdacẽ &
inuidũ: quãdo negauit Chriſtũ & ſcripturas: & ideo maio-
res maledictiones & corruptiones icurrit. ¶ Quarta cõclu-
ſio, ꝙ tã Iudæi q̃ gẽtiles potuerũt cognoſcere deũ eſſe iuſtũ
iudicẽ: quando poſt paſſionẽ & aſcẽſcionẽ ſic eos puniuit. ſꝫ
hoc magis cognoſcẽt in die iudicij vidẽtes eũ cũ poteſtate
& maieſtate. ¶ Quinta cõcluſio, ꝙ ſolus Ieſus Chriſt⁹ ſal-
uator liberauit Iacob & Iſrael, ſcilicet populũ chriſtianuꝫ a
ſupradicta corruptione & captiuitate & maledictione.

DOmine quis habitabit in tabernaculo
tuo: aut quis requieſcet in monte ſan-
cto tuo?

¶ Titulus, Pſal. Dauid. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit
hũc pſalmũ. Sed de materia hui⁹ pſal. altercãtur hebræi in-
ter ſe. Nã quidã dicũt ꝙ Dauid q̃rit a deo quis erit dignus
habitare in terra ꝓmiſſionis: & ꝙ dñs rñdet qui ingrediť
ſine macula &c. Alij aũt dicũt ꝙ poſtq̃ Dauid tetendit ta-
bernaculũ dñi iuxta domũ ſuã: vt habeť. ij Reg vj. tũc vo-
luit eligere ſacerdotes iuſtos & bonos ad cultũ diuinum. Et
ideo ad hoc voluit cõſulere dñm vt ſibi reuelaret qui eſſent
digni habitare & miniſtrare cultũ diuinũ in tabernaculo.
Et ſic dicit: Dñe quis habitabit: & tũc dñs reſpõdet: qui in
grediť &c. ¶ Sed licet lřa poſſet applicari ad hũc ſenſũ: ta-
mẽ nõ eſt ſufficiẽs expoſitio: nec euacuaret intellectũ hui⁹
pſal. cũ Dauid nõ fuerit min⁹ ꝓpheta i hoc pſal. q̃ i cęteris.
Itẽ quia ſacerdotes ve. leg. forſan nunq̃ fuerũt in tãta perfe
ctione & iuſtitia vt hic memorať. & ideo eſt aliter dicẽduꝫ,
ꝙ cũ lex Moyſi nõ eſſet pfecta niſi inquãtũ erat via ducẽs
in Chriſtũ tanq̃ in finẽ legis: ideo quicqd in lege ve. præci-
piebať, erat figura nouę legis: in qua pfectio expectabať.
Nã ſicut lex euãgelica dirigit nos imediate i regnũ cęloꝝ:
ita lex vetus dirigebat in Chriſtũ, a quo expectabat habe-
I re perfectionẽ & dirigi in regnũ cęloꝝ. ¶ Vnde oẽs illę cõ
ditiões quas ponit Moyſes de ſacerdotib⁹ offerẽtib⁹ in tẽ-
plo Leui. xj. ſ. ꝙ ſacerdos aut leuita non ſit gibboſus nec lip



pus nec claudus &c. ſed ſit ſine macula in carne &c. per ea
figurabatur quales debebãt eſſe in aia ſacerdotes no. teſt.
qui ſacrificiũ in euchariſtia erãt oblaturi. Itẽ p illas cõditio-
nes & ꝓprietates quas debebãt habere ꝓ quibus ſacrificia
offerebanť, ſcriptas in capitulo ſequẽti, figurabanť cõditio-
nes fideliũ no. teſt. p quib⁹ offerť agnus imaculat⁹ in altari:
q debẽt eſſe mũdi, veraces, nõ doloſi &c. eo ꝙ pertinẽt ad
regnũ cęloꝝ. Ex quib⁹ pꝫ excellẽtia & præeminẽtia legis
euãgelicę ſupra legẽ ve. qꝫ ꝓuidẽs Dauid in ſpũ fecit hunc
pſal. In quo p ea q̃ ſcripta ſunt in lege ve. ꝓuidit Dauid qua
les erãt futuri & debẽt eſſe nõ ſolũ ſacerdotes & miniſtri no
ui teſta. ſed etiã fideles qui debent habitare in hac eccĺia
per gratiã & in futura p gloriã. Nã illud tabernaculũ & tẽ-
plũ vete. leg. ſignificabat prophetice eccĺiam militantẽ: &
anagogice triũphãtẽ. Duo ergo facit Dauid i hoc pſal. Nã
primo ponit interrogationẽ ad Chriſtũ. Scdo ponit Chriſti
reſpõſionẽ. ibi: Qui ingrediť ſine macula. Quantũ ergo ad
primũ eſt aduertẽdũ, ꝙ eccĺia militãs eſt via i qua peregri
namur ad altitudinẽ cęli, & ad patriã in qua ſumus ppetuo
mãſuri: & debemus quieſcere ꝓpter merita q̃ in hac ſum⁹
adepti. & ideo hęc eccĺia in ſcriptura diciť tabernaculũ: qđ
figurabať per tabernaclm Moyſi qđ fuit mobile p deſertũ:
q filij Iſrael ſeq̃banť: ſed tẽplum Salomonis figurabat pa
tria & mõtẽ ppetuũ & immobilẽ patrię. Et ſic p tabernacu
lũ in ſcriptura intelligiť pręſens eccĺia: eo ꝙ hic peregrina
mur & nõ habem⁹ ciuitatẽ manentẽ. Sed p mõtẽ dñi intel
ligiť cęleſtis patria. Dicit ergo Dauid ad Chriſtũ. O dñe Ie
ſu Chriſte Meſſia future, quis habitabit aut quis erit dign⁹
habitare in tabernaculo tuo. ſ. in hac eccĺia per gratiã: aut
quis requieſcet. i. merebiť requieſcere in monte ſancto tuo
. ſ. in cęlo p gl'iam? q. d. quib⁹ meritis tui fideles & membra
merebũtur tecũ i cęlo quieſcere & felicitatẽ illã poſſidere?

Qui ingreditur ſine macula: & opatur iuſtitiã.
Qui loquitur veritatem in corde ſuo: qui non
egit dolum in lingua ſua.
Nec fecit proximo ſuo malum: & opprobriũ
non accepit aduerſus proximos ſuos.
Ad nihilũ deductus eſt in conſpectu eius ma-
lignus: timentes autem dominum glorificat.

¶ Hic propheta introducit Chriſtũ ſiue ſpiritũ ſanctum re
ſpondentẽ ſuæ interrogationi. vnde reſpondet Chriſtus &
dicit. Ille habitabit in tabernaculo hui⁹ eccĺię per gratiaꝫ:
& in cęlo p gl'iam: qui ingrediť & qui ambulat ſine macula
& operať iuſtitiã. ¶ Ad cui⁹ intelligẽtiã eſt notãdũ ꝙ totũ K
meritũ noſtrũ conſiſtit in iuſtitia & operatione ſcđm iuſti-
tiã. & p conſequens in operatione ſcđm virtutẽ erga deũ &
proximũ. Sed iuſtitia preſupponit mũditiã & puritatẽ. Sed
talis mũditia cõſiſtit in declinãdo ab oĩ malo. Et iõ opor-
tet ꝙ anteq̃ quis operetur iuſtitiã, ſit ſine macula. Et ſic p-
fecta iuſtitia chriſtiani cõſiſtit in declinãdo a malo & faciẽ
do bonũ: quia vltimũ ꝓſupponit primũ. Ideo primũ meri-
tum beatitudinis eſt mundũ ſe cuſtodire abſtinẽdo a malo.
Poſtea ſequiť operari bonũ: ideo ait Gregori⁹ ꝙ nõ ſufficit
mala nõ agere: niſi quiſq; ſtudeat bonis operib⁹ inſudare.
Et ideo oportet ꝙ prius ſit mũdicia in corde: & poſtea lu-
men veritatis in operatione. Hoc ideꝫ patet Iacobi. j. & in
pſal. xxxiij. Ideo dicit ꝙ ille merebiť habitare in hoc taber
naculo p grãm: & requieſcere in illo mõte cęleſti per gl'iaꝫ:
qui in hac via ingrediť. i. ambulat ſine macula & operatur
iuſtitiã. Nã ãbulãdo ſine macula excuſat poenã infernalẽ.
Sed operãdo iuſtitiã mereť gl'iaꝫ cęleſtẽ. Vnde pſal. cxviij.
Beati imaculati in via: qui ambulant in lege dñi &c. Sed
quia diceret aliqs tu Chriſte dicis ꝙ ille habitabit &c. qui
ingrediť ſine macula & operať iuſtitiã: Ego iã ſcio ꝙ ingre
di ſine macula eſt abſtinere ab omni malo: & ſe immacula

tum cuſtodire.Sed neſcio quid eſt operari iuſtitiā:& in qui
bus cōſiſtit opatio ſcđm iuſtitiā:& q̄ & quot ſūt de rōne iu=
ſtitię:& qs eſt ille q operaꝛ iuſtitiā.Ad hoc reſpōdet Chri=
ſtus:ꝙ ille q operaꝛ iuſtitiā eſt q loquiꝛ veritatē i corde &c.
L ¶ Ad cuiꝰ intelligentiā eſt notādū ſcđm doctrinā & ſentē=
tiā ſaluatoris.Matth.v.ꝙ niſi iuſtitia chriſtiani abundaue
rit pluſq̄ iuſtitia ſcribarū & phariſęoꝝ:nunq̄ intrabit in re
gnū cęloꝝ.Nam in duobꝰ abūdat & ſupereminet iuſtitia
euangelica ſupra iuſtitiam ve.le.ſ.in corde & ligua ſiue lo
cutione.Nam illa ſolum prohibebat manū & operationē
malā:ſed iſta prohibet animū & linguā & manū.ſ.ꝓpoſitū
& locutionē & opationē malā.Et ideo ait Chriſtus:Nō ſo=
lum qui occidit & qui percutit gladio:ſed etiā qui iraſcitur
in corde & dixerit ore fratri ſuo fatue:reus erit gehēne &c.
Et qui viderit mulierē ad cōcupiſcēdū eā:iam moechatꝰ eſt
in corde ſuo.Ex quo patet ꝙ vera iuſtitia eſt in lege euāge
lica:quia totū iuſtificat.ſ.aiam:& linguā:& manū.Et ſic iu
ſtitia vera cōſiſtit in corde & locutiōe & opatiōe exteriori.
& hoc tā in ꝓceptis affirmatiuis q̄ in negatiuis.Et in hoc ꝓ=
ſtat & pręcellit lex euāgelica leg.ve.Ideo vult Chriſtus ꝙ
iſta tria veniant & correſpōdeāt adinuicē.ſ.cor & lingua &
effectus ad bonum:ne quis habeat aliud in operatione &
aliud in lingua,nec aliud in lingua & aliud in corde:& ecō
trario:eo ꝙ operatio ſiue locutio intātum eſt mentoria ſi=
ue demeritoria:inquātum voluntaria. quia locutio & ope=
ratio ſumunt menſurā & meritū a corde & voluntate ſiue
intētione.Nam lingua & manus ſunt inſtrumēta volūtatis:
cū volūtas ſit primū mouēs in agibilibus. Et ſic quia totū,
ſcilicet aia & corpus debet beatificari in patria:ideo opor=
tet totū hoīem quo ad aiam & corpus iuſtificari.Dicit ergo
Chriſtus ꝙ ille mereꝛ habitare in tabernaculo eccliae huiꝰ
per gratiā,& in mōte cęleſti p gl'iam:qui primo loquiꝛ ve=
ritatē in corde ſuo.Scđo qui nō egit dolum in lingua ſua.i.
qui nō aliud tenebat in corde & aliud in lingua:ſed cōfor=
mat linguā cordi.Tertio qui nō fecit malū,nec nocuit ꝓxi=
mo ſuo in facto.& ſic nō nocet ꝓximo nec corde, nec lin=
gua,nec facto.Et hęc eſt prima pars iuſtitię,q̄ ꝓhibet oīe
malū cōtra ꝓximū.ſ.corde & ligua & ope.i.ꝙ nemo offen
dat ꝓximū corde,malū cogitādo cōtra eū:nec lingua ipm
in ꝓſentia vituperādo:& conuitia inferēdo:nec ope lędēdo.
Scđa vero pars iuſtitię cōſiſtit in veritate de ꝓximo abſen=
te quo ad laudes & vituperia.& hoc conſiſtit in duobus.ſ.
in audiendo laudes aut vituperia alterius:aut dicendo.Vn
de in vtrūq; & circa vtraq; contigit errare:& primo in au=
diēdo.Nam qui vult audire opprobria de ꝓximo iuſto,vel
non audire virtutes eius:valde peccat & agit cōtra iuſtitiā.
Ideo iuſtū eſt rephēdere maliloquos:& non accipere op=
probria nec audire aduerſus ꝓximos ſuos.Et ideo ait Da=
uid ꝙ ille mereꝛ habitare & requieſcere &c.qui nō accepit
.i.nō vult audire opprobriū aduerſus ꝓximos ſuos:immo re
prehēdit maliloquos.& eſt quędā virtus moralis quam po
nit Ariſtoteles in fine quarti ethicoꝝ:quę diciꝛ indignatio
de malo &c.Scđa pars veritatis cōſiſtit in laudibꝰ bonorū
& vituperādo malū.Et per oppoſitū maxima iniquitas eſt
laudare malos:& detrahere & mordere bonos.Vñ Eſa .v.
Vę qui dicūt bonū malū:& malū bonū.q̇d maxime accidit
habitātibus in domibus regū & principum. Ideo ait ſalua=
tor Matth.xj.Qui mollibus veſtiūtur.i.adulatores & detra
ctores in domibus regū ſunt.Et ideo Chriſtꝰ volēs oſtēdere
q̄ iuſtū eſt cōmendare & laudare virtuoſos in abſentia:cō=
mendauit Ioannē baptiſtā corā populo:cū dixit:quid exi=
ſtis in deſertū videre?&c.Et ideo vtrūq; docet Chriſtus ibi
.ſ.ꝙ debemus virtuoſos ſiue virtutē laudare:cū cōmēdauit
Ioannē.Scđo docet ꝙ nō debemus vitioſos laudare nec ea
ꝑpēdere:immo vilipēdere:cū dicit arundinē vento agitatā:
& qui mollibꝰ veſtiunꝛ i domibꝰ regū ſūt. Ideo nuſq̄ legitur
ꝙ Chriſtus laudauerit vitioſos.Nam de diabolo dicit Ioā.
viij.Ille in veritate nō ſtetit:& mēdax eſt.Itē de Herode di
xit.Dicite vulpi illi.Luc.xiij.Itē phariſęis dixit Mat.xxiij.
Vę vobis &c.& Vos ex patre diabolo eſtis:Ioan.viij.Dicit
ergo hic Chriſtꝰ p os Dauid ꝙ ille mereꝛ habitare &c.qui
non accepit opprobriū nec audire voluit aduerſus ꝓximos
ſuos:& ille qui glorificat & cōmēdat & laudat timētes deū
.ſ.iuſtos & bonos.Et in cuius cōſpectu malignus ad nihilū
deductus eſt.i.qui nō laudat nec cōmēdat,nec exaltat ma
lignos & adulatores:ſicut faciūt mali principes.Ex quo pa
tet ꝙ iuſtus aliter ſe habeꝛ circa bonos & aliter circa ma=
los.Nam bonos glorificat & cōmendat, nec opprobrium
de eis vult audire.immo defendit eos.malos aūt nō laudat
imo vituperat & rephendit & deprimit & annihilat,id eſt
in eis vitium reprehendit & annihilat.

## Qui iurat proximo ſuo & non decipit:qui pe=
## cuniam ſuam non dedit ad vſuram:& munera
## ſuper innocentem non accepit.

¶ Hic ponit tertiā partē iuſtitię quę cōſiſtit in cōmutatio= M
nibus. ¶ Vnde eſt aduertēdum,ꝙ tripliciter quis pōt lęde
re ꝓximū in cōmutationibus.Primo in ꝓmiſſis nō reddēdo
debitū ſeu ꝓmiſſum.Scđo accipiēdo vltra ſortem aut debi
tum per vſurā.Tertio accipiēdo munera a pauperibus vltra
debitū ne vexenꝛ:ſicut accidit.quia pauperes dant mune=
ra creditoribus:ne vexentur:quod eſt quaſi vſura cum ſit
vltra debitū.vnde p oia iſta tria cōmittiꝛ iniuſtitia contra
proximū:quia inde lęditꝛ.Dicit ergo Chriſtꝰ ꝙ ille operaꝛ
iuſtitiā & mereꝛ habitare in tabernaculo &c.Qui iurat ꝓxi
mo.i.quādo nō decipit eū in ꝓmiſſis:imo reddit debitum
ꝓmiſſū ſiue mercedē.& etiā ille qui nō dedit pecuniā ſuā
ꝓximo ad vſurā:immo charitatiue mutuat pecuniā nō acci
piēdo vltra ſortē.& etiā ille qui nō accepit munera ſup cre=
ditorē innocētē & pauperē:imo gratis expectat & tollerat
eū.Itē etiā ly munera ſup innocētē nō accepit,poteſt refer=
ri ad malos iudices,q ꝓ muneribꝰ fauēt iniuſtis cōtra pau=
peres & innocētes. Vnde iſti tales dicunꝛ vēdere iuſtitiam.
¶ Sumiꝛ ergo ſufficientia iuſtitię iſto modo.nam cum iu=
ſtitia ſit virtus ad alterū:vt patet.v.ethicoꝝ:totiēs contin=
git iniuſtum facere:quotiēs contingit ꝓximo nocere ſiue lę
dere.Sed contingit tripliciter ꝓximū lędere.ſ.in pſona:aut
in fama:aut in bonis tēporalibus.In pſona aūt cōtingit tri
pliciter lędere.ſ.corde aut lingua aut operatione. Ideo di=
cit:qui loquitur veritatē i corde ſuo:nec egit dolū i lingua
ſua,nec fecit ꝓximo ſuo malū. In fama aūt ſiliter tripliciter
etiā cōtingit proximū lędere.Primo volēdo audire oppro
Vt os meū nō loquat̄. i. nō loqueret̄ verba hoīs: ſed ver-
ba dei & verba labioꝝ tuorū. Nam qui loquitur verba ho
minū. i. ad nutū & obſequiū hoīm, loquit̄ verba mēdacia &
doloſa & adulatoria: ſed ego nolui talia verba loq: nec ho-
minib⁹ placere & adulari: imo volui Iudęos & phariſęos
corrigere & exprobrare: quia malui implere volūtatē tuā,
o pater q̄ volūtatē hoīs. Ideo propter verba labiorū tuorū
. i. quia impleui verba labiorū tuorū: prædicādo eis verita-
tē: iō cuſtodiui. i. ſuſtinui vias duras. i. dura tormēta & ꝑſecu
tiōes Lr̄a Hieronymi habet: Cuſtodiui vias latronis. qđ idē
eſt. Nam Chriſtus pœnas debitas latrōi ſuſtinuit: quia fuit
flagellatus & crucifixus inter duos latrones, propter verita
tem prędicandā. ſ. quia magis voluit prædicare verba dei
q̄ verba hoīs. i. quia maluit corrigere & reprehēdere q̄ adu
lari & blandiri: & ideo paſſus eſt pœnas duras. Ex om-
nib⁹ ſupradictis patet, q̄ iſta oratio & iſta verba nō poſſūt
verificari de aliquo puro homie niſi de ſolo Chriſto, vt de
mōſtrat Augu. ij. de bapt. paruuloꝝ: quia omnis homo mē
dax & pctōr niſi ſol⁹ de⁹ mediator dei & hominū hō Chri
ſtus Ieſus de debito, & mater ſua per grāz. Et ſic ſolus Chri
ſtus pōt itrare innocens in iudicium ante patrem & dicere
verba ſupradicta. Et ideo ſolus eſt ipſe mediator & pōt in-
terpellare ꝓ membris: & per iuſtitiā ſuam pōt petere apđ
patrē ſua mēbra iuſtificari: qđ nulli alteri hoim conuenit.

Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: vt non mo
ueantur veſtigia mea.

Hęc eſt ſecūda pars: in qua poſtq̄ Chriſtus allegauit iu-
ſtitiā & examinauit innocentiam ſuā cui⁹ intuitu pater cæ-
leſtis cōfert ei oīa bona: nūc explicat ſuā petitionem. vnde
duo petit. Nam primo petit gratiā & fortitudinē pro mem
bris ſuis. ſ. ꝓ fidelibus: vt ſint fortes & cōſtātes & patientes
in aduerſis. Scđo vt liberent̄ de manu ꝑſecutoꝝ ibi: A reſi-
ſtentibus dexterę. Vnde nota q̄ cū Chriſt⁹ ſit caput eccl'ię
ſiue corporis myſtici: & nos ſumus eius mēbra: tamen iſta
mēbra nō eūdē actū habent neq; eodēmodo mēbra dicun
tur. Nā alios dedit Chriſt⁹ i eccleſia apoſtolos & alios euā-
geliſtas: alios doctores: alios ſimplices. Ideo apoſtoli dici-
tur vno modo pedes Chriſti: eo q̄ Chriſtus per apoſtolos
ambulauit & p̄dicauit euangeliū p̄ vniuerſum mundū. Iō
apl'i dicuntur euangelizantiū. p. &c. Eſa. lij. & ad ro. xij. cæ-
teri aūt fideles dicūtur veſtigia Chriſti: quaſi impreſſio reli
cta ex doctrina & p̄dicatiōe apl'oꝝ. Sed q̄a apl'i nō potue-
rūt ꝑfici in tali p̄dicatiōe: nec fideles cōuerti nec ſuſtinere ꝑ
ſecutionē niſi ex grā Chriſti pro eis interpellātis: vt pz Lu.
xij. Ego ꝓ te oraui Petre ne deficiat fides tua: ideo ꝓphe-
tice orat hic Chriſt⁹ ꝓ oībus mēbris, vt apoſtoli dirigantur
in tali p̄dicatiōe: & fideles ppl'i cōuertant̄, & perſecutiones
vbiq; cōſtanter tollerēt & patiant̄. Dicit ergo Chriſt⁹: o pa
ter perfice greſſus. i. apl'os & diſcipulos & doctores meos in
ſemitis tuis euangelicis p̄ ſeptē dona ſpūs ſācti in die pēthe
co. vt itelligāt ſcripturas & cōſtāter p̄dicēt veritatē: & ꝑfice
eos ſignis & miraculis & exēplo vitę & doctrię: vt veſtigia
mea. ſ. populi ſimpliciū nō moueantur nec titubēt a fide: ſz
ad ipſam veniant, vt in ipſa firmiter figant̄ & ꝑmaneāt. q̄a

Ego clamaui quoniā exaudiſti me deus: incli
na aurē tuam mihi & exaudi verba mea.

Ego clamaui in horto & in menſa rogando pro eis. iō tu
deus exaudiſti me: ideo inclina ſemp aurem tuam & exau-
di verba mea: quaſi dicat: ſicut exaudiſti me in capite me
reſuſcitādo, exaudi me nūc in membris. ſ. fidelib⁹ eos cōuer
tendo. Itē ſicut exaudiſti me eos conuertendo: exaudi me
nunc eos de perſecutoribus liberando: &

Mirifica miſericordias tuas: qui ſaluos facis ſpe
rantes in te.

Mirifica.i.fac mirificas in eis miſericordias tuas:nos mira-
biliter a periculis liberando:qui ſaluos facis ſperātes in te:
idest ſicut conſueuiſti ſaluos facere ſperantes in te puta ſi-
cut ſaluaſti filios iſrael de ægypto & in mari rubro: & per
totum deſertum & in terra promiſſionis tempore Ioſue &
iudicum &c. Sic ergo cuſtodi me in membris meis de per-
ſecutione tyrannorum & hæreticorum,& ab omnibus re-
ſiſtentibus dexterę & potentię & voluntati tuę,& de reſi-
ſtentibus mihi qui ſum dextera:cuſtodi me dico vt pupillā
oculi.Nam ſicut pupilla oculi habet a natura plures tuni-
cas neruoſas & palpebras ad ſui cuſtodiaꝫ:ita tu da mihi,
id eſt membris meis dona gratiaꝝ ad eorum cuſtodiam &
defenſionem.Sicut pupilla oculi non patitur puluerē neq;
aliquam feſtucam:Ita tu pater non permittas hæreſes in
eccleſia neq; ſciſmata:ſed ipſam redde non habentem ru-
gam neq; maculam,neq; aliquid huiuſmodi.

A reſiſtentibus dexterę tuę cuſtodi me:vt pu-
pillam oculi.

Sub vmbra alarum tuarum protege me:a fa-
cie impiorum qui me afflixerunt.

Inimici mei animam meā circundederunt adi-
pem ſuum concluſerūt:os eorum locutum eſt
ſuperbiam.

Proiicientes me nunc circundederunt me:ocu-
los ſuos ſtatuerunt declinare in terram.

Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prędam:
& ſicut catulus leonis habitans in abditis.

¶ Cuſtodi me ab omnibus hęreticis & ſciſmaticis reſiſten-
tibus dexterę tuę.Item protege me ſub vmbra & influen-
tia alarum tuarum:ſicut gallina fouet & protegit pupillos
ſuos ſub alis ne miluus rapiat eos:ita tu protege me a fa-
cie impiorum iudęorum & tyrannorum & hæreticorum:q
me afflixerunt & eccleſiam meam multis perſecutionibus
infeſtarunt & animam meam.i.eccleſiam meam circunde-
derunt ſicut leo rugiens fideles occidendo.Et hoc fecerunt
ex abundantia bonorum tēporaliuꝫ & poteſtate terrena,
quia erant diuites & potentes.Ego autem cum meis diſci-
pulis eram ſimplex & pauper. Nam ipſi cōcluſerunt adi-
pem ſuum,id eſt pingues diuitias congregarūt.Et ideo cę-
teros contemnentes,os eorum locutum eſt ſuperbiam cō-
tra me rapiendo bona:& inferendo opprobria:& ſic proii-
cientes me a domo mea circundederunt me verberibus &
plagis.Et ſtatuerunt declinare in terram.i.ad bona tempo-
ralia ſpiritualia relinquendo.Et ſic circundederunt me:ſi-
cut leo paratus ad prædam circundās ouem vt laniet eam:
Ita ipſi circundederunt fideles meos interficiendo & bo-
na diripiendo.Et nota ꝙ tota iſta perſecutio verificatur de
Chriſto capite.Nam Iudæi circundederunt eum & multo-
tiens iniurijs affecerunt & ad terram in horto deiecerunt
& ligauerunt:& trahentes per terram ad Annam & Cai-
phā deduxerunt:& finaliter flagellarunt & crucifixerunt.

Exurge domine pręueni eum & ſupplanta eū:
eripe animam meam ab impio:frameam tuam
ab inimicis manus tuę.

¶ In hac tertia parte primo Chriſtus petit vltionem & pu-
nitionem de inimicis.Secundo petit præmium ſuę paſſio-
nis.ibi Ego autem.

¶ Quantum ad primum eſt notandum,ꝙ tam Iudæi qui
perſecuti ſunt Chriſtum in capite:q̄ gentiles qui perſecuti
ſunt eum in membris:fuerūt puniti licet diuerſimode. Nā
Iudæi rebellantes contra Romanos per.xl.annos paſſi ſūt
multa diſcrimina & ſeditiones,vt ait Ioſeph⁹ i libro de bel-
lo iudaico.Sed in fine.xl.annorum in feſto paſchę fuerunt
obſeſſi per Romanos. Et fuerunt incluſi & præuenti non
ſolum ciues Hieruſalem:ſed etiam omnes qui venerāt ad
feſtum ex diuerſis partibus.& tandem poſt lōgam obſidio-
nem & cędem & cladem fuit capta ciuitas & fuerunt truci-
dati decies centena milia:ſecundum Ioſephum & totidem
capti:& ciuitas incenſa cum templo:& a fundamentis euer-
ſa:& captiui fuerunt venditi & diſperſi per mundum:& ſic
fuit ablatum a Iudæis ſacerdotium & ſacrificium & regnū.
& hoc eſt quod dicit Chriſt⁹ p os Dauid:O pater exurge a
longa patientia:quia iam expectaſtū eum populum per.xl.
annos & noluit venire ad pœnitentiam:ſed ſemper perſe-
uerauit obſtinatus in ſua malitia contra Chriſtum & eccle-
ſias:quia lapidauit Stephanum:& occidit vtrūq; Iacobuꝫ
& relegauit Paulum &c.Ergo exurge & præueni eum in fe-
ſto paſchę incluſum ne poſſit fugere.Nam ſicut ipſi præue-
nerūt me in feſto paſchę:quia ex parte noctis ceperunt me
in horto &c.ita tu præueni iſtum populū p Romanos & de-
ſtrue ciuitatē & ſupplāta populū iſtū a ſedib⁹ ſuis:& diſper-
ge ipm p mūdū:& eripe aiam meā.i.me & eccleſiaꝫ meam
ab hoc pplo ipio & crudeli qui me crucifixit:& eripe & au-
fer frameā.i. gladiū ſacerdotalem & ſceptruꝫ temporale a
Iudæis inimicis manus tuę.ſ.ab inimicis filij tui qui eſt ma-
nus & dextera tua:cui volunt reſiſtere.Et tu

Domine a paucis de terra diuide eos in vita eo-
rum:de abſconditis tuis adimpletus eſt venter
eorum.

¶ Dn̄e diuide & diſpde eos de terra ſua a paucis.i.ex pau-
cis.quaſi dicat licet ipſi ſunt pauci reſpectu aliarum natio-
num:tamen ex paucis diuide eos in multas partes.& diſp-
ſi per oēs partes mūdi ſeruiant cęteris nationibus in oſten-
ſionē ſui ſceleris,& i memoriā meę paſſiōis:vt in vita eoꝝ
patianẗ tēporaliter in hoc mundo:& poſt mortem æterna-
liter in inferno. ¶ Deinde ibi:in vita eoꝝ.incipit alia ſen- H
tentia.vbi reſpōdet tacitę quæſtioni.Nam diceret aliquis:
ſi Iudæi & oēs infideles ſunt ita maledicti quomodo ergo
abūdāt diuitijs tēporalib⁹ & ꝓle filioꝝ?Ad hoc reſpōdet
Chriſtus,ꝙ hoc fit occulto dei iudicio.Et tamen bene pōt
reddi aliqua ratio,eo ꝙ ſunt diuerſi fines inter fideles &
infideles.Nā Iudæi & omnes infideles ponūt ſuum finem
& totam ſpem & felicitatem in hoc mundo non expectan-
tes aliam gloriam præter diuitias & res mūdanas. Et ideo
noluerunt Chriſtum recipere qui præcipiebat temporalia
contemni:& cęleſtia deſiderari:& ideo apponūt totum de-
ſiderium ſuū in pecunijs & diuitijs congregandis:cōmittē-
tes vſuras & dolos abſq; timore futuri iudicij.Et ideo de ne-
ceſſitate oportet ꝙ abūdent bonis temporalibus.Et ſic ſu-
ſtinentur a principibus mundi propter munera quæ recipi-
unt ab eis.Sed finaliter expoliant eos.Et etiam videm⁹ ꝙ
populi inſurgunt contra Iudæos & expoliant domos eoꝝ
& quandoq; interficiunt eos:Et ideo viuunt in continuo ti-
more:& ſic diuitiæ vertuntur in detrimentuꝫ eorum.Chri-
ſtiani vero quia timēt diuinū iudicium:& viuūt ſecūdū euā-
geliū ex iuſto labore ponētes ſpē ſuam in bonis cæleſtibus:
ideo non curant congregare theſauros in terra:ſed in cœlo
ſecūdū conſiliū Chriſti:quia ibi expectant beatificari. Di-
cit ergo Chriſtus in perſona ſui & membrorum:o pater tu
permittis vt iſti Iudęi & homines mūdani habeant aliquā
felicitatem in hoc mundo licet cum damno ſuo. Nam ven-
ter.i.appetitus eorum adimpletus eſt de abſcōnditis tuis.i.
de bonis temporalibus.

Saturati ſunt filiis:& dimiſerunt reliquias ſu-
as paruulis ſuis.

¶ Saturati ſunt.i.abũdauerũt filijs in copia prolis:& dimi ſerũt poſt mortẽ reliquias ſuas.i.bona relicta paruulis ſuis, quaſi dicat:licet iſti hoies mũdani abundauerint diuitijs & copia filiorũ:& reliquerit filijs magnã hereditatẽ ex male acquiſitis,ꝓpter qd patiũt pœnã æternã in inferno:tamẽ ego volui magis viuere pauper in hac vita q̃ rapere bona aliorꝫ:vt vitarẽ pœnã æternam:& cum mea paupertate ac quirerẽ diuitias cęleſtes.Et ideo ſubdit.

Ego autem ĩ iuſtitia apparebo conſpectui tuo: ſatiabor cum apparuerit gloria tua.

¶ Ego aũt in iuſtitia mea.i.quia iuſte vixi in hac vita:ideo iuſtꝰ apparebo conſpectui tuo.i.ante faciẽ tuã.in cuiꝰ viſione cõſiſtit tota noſtra felicitas & fruitio.Et tũc cũ apparuerit gloria tua:ego ſatiabor fruendo illa ſumma deitate:& illo ſummo bono:quo adepto nihil eſt amplius qd deſiderari queat.Ex quibꝰ patet,ꝙ decepti fuerũt Iudæi & cæteri hoĩes mũdani qui poſuerũt ſpẽ ſuam in rebus terrenis & corruptibilibꝰ:quas breui tẽpore poſſederunt & ſecũ deferre non potuerunt:ſed paruulis ſuis cum magna dãnatione eorꝫ reliquerũt.Et notanter dixit.De abſcõditis tuis adimpletus eſt vẽter eorũ.Nã bona tẽporalia dicuntur abſcõdita vel de abſcõditis dei:eo ꝙ occulto dei iudicio ꝑmittunt etiã mali iſta poſſidere in dãnationẽ ſui.Et ideo deus q̃ñq; non permittit iuſtos bona tẽporalia poſſidere ne eis male vtãtur & damnentur.Ex quo patet,ꝙ pauptas eſt ſalubris & vtilis iuſtis:ſicut copia diuitiarũ eſt reprobis damnabilis & nociua.Ex quibꝰ omnibus patet,ꝙ Chriſtus introductꝰ ad loquendũ in iſto pſalmo petit liberari in ſe & in mẽbris ſuis de perſecutiõe malorꝫ:& orat ꝓ eccleſia ſua,vt in paupertate ſeruetur in hac vita tollerando perſecutiones malorum:vt poſſit ſatiari bonis æternis in regno cælorum.

DIligam te domine fortitudo mea:do-
1. minus firmamentum meum & refugi-
um meum & liberator meus.
Deus meus adiutor meus:& ſperabo in eum.
Protector meus & cornu ſalutis meę:& ſuſce-
ptor meus.
Laudans inuocabo dominũ:& ab inimicis me-
is ſaluus ero.

¶ Huic pſalmo in.ij.reg.cap̃.xxij.ꝑponitur titulꝰ ſub hac forma.ſ.Locutꝰ eſt aũt Dauid dño verba carminis huius in die qua liberauit eũ de manu oim inimicorꝫ ſuorum,& de manu Saul.& ait:Diligã te dñe &c.Et ſic Dauid proſequitur totũ iſtũ pſalmũ vſq; in finẽ i toto illo capitulo. Sꝫ quia iſte pſalmꝰ datus eſt ad cantandũ in tẽplo cũ toto conatu vocũ cũ cæteris pſalmis:ideo Dauid ſiue cantores addiderũt poſtea in principio tituli hãc particulã.ſ.in finem puero ſuo Dauid,qui locutus eſt verba carminis huiꝰ &c. Et i hoc conueniunt.lxx.& ipſe Hieronymꝰ in ſuis tranſlationibus. Ex quo titulo habeẽ ꝙ Dauid fecit hunc pſalmũ in ſenectute in fine bellorꝫ ſuorũ:poſtq̃ dedit ſtudiũ cultui diuino: vt patet per totũ diſcurſum primi & ſecũdi regum.Nam ſecundi Regũ.xxij.inſeritur totus iſte pſalmꝰ cũ ſuo titulo.Et ideo dicit Rabi Salo.cum cæteris iudęis modernis:ꝙ propter nullam aliam cauſam fecit Dauid iſtuꝫ pſalmum:niſi quia epilogat totũ diſcurſum vitæ ſuę agendo gratias deo: quia liberauit ipſum de omnibus perſecutionibus ſuis:& dedit ſibi victoriã ſuper omnes iĩmicos ſuos:vt videtur ſonare litera totius pſalmi.& ſic omnes iudæi moderni exponunt iſtum pſalmum præciſe literaliter de Dauid & regno ſuo. Et eos ſequuntur quidem catholici in expoſitione ſua.Sed manifeſtum eſt,ꝙ talis præciſa literalis expoſitio non ſolũ eſt inutilis chriſtianę religioni:ſed etiã de ſe eſt manifeſte falſa.Et hoc propter quinq;.Primo quia tollit dignitatem propheticam ab ipſo Dauid,& ab hoc pſalmo:quia vt ſic non pertineret ad ſacrã ſcripturã:nec locutus eſſet Dauid i ſpiritu prophetico in hoc pſalmo:nec pręcipiſſet ipſum cãtari i tabernaculo & templo cũ cęteris pſalmis:ſicut pluries dictum eſt.Secundo quia in tranſlatione chaldaica huius tituli dicitur:ꝙ locutꝰ eſt Dauid in prophetia verba carminis huius &c.Tertio:quia finito pſalmo ſequitur immediate.ij.Re.xxiij.Hęc ſunt verba nouiſſima quæ dixit ꝓpheticę Dauid filius Iſai egregius pſaltes Iſrael:cui conſtitutum eſt de Chriſto dei Iacob.& ſequitur infra.Dñs per me locutus eſt:& ſpiritus dñi per linguaꝫ meam.&c.vbi manifeſte oſtenditur Dauid locutũ eſſe ꝓphetice in hoc pſalmo & in cæteris.Quarto,quia ea quæ narrantur in hoc pſalmo nõ videnẽ cõuenire ipſi Dauid filio Iſai.quia ipſe non fuit liberatus ex ęgypto nec in mari rubro:ſicut memoraẽ i hoc pſalmo.Itẽ nõ poteſt cõuenire ipſi Dauid illud qd dicitur: Et retribuet mihi dñs ſcdm iuſtitiã meã,& ſcdm puritateꝫ manuũ mearũ &c.quia hoc ſoli Chriſto cõuenit:qa Dauid nõ cõſueuit allegare iuſtitiã & puritatẽ ſuã:cum dicat pſalmo.cxlij.Nõ intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo dñe:quia apud te non iuſtificabiẽ oĩs viuens &c.Quinto hoc idẽ ꝓbatur ꝑ Rabi Cãhi magiſtrũ eorũ:qui dicit,ꝙ oẽs pſalmi qui intitulantur In finẽ,ſiue Ad vincentẽ,loquũtur de rege Meſſia. Et latent in eis multa & profundiſſia myſteria de rege Meſſia.Ex quibꝰ oĩbus patet,ꝙ Dauid in hoc pſalmo nõ minꝰ fuit propheta q̃ in cęteris:nec loquiẽ pricipaliter de ſe ipſo: ſed de Chriſto in lege promiſſo.Et ideo pro vera intelligẽtia huius pſalmi & tituli eius,eſt aduertendũ:ꝙ Dauid ꝓpheta poſtq̃ quieuit ab omnibus bellis & incepit dare operã diuino cultui & ſtudio ſacrę ſcripturę cõſiderãdo afflictionem filiorũ iſrael dũ erãt in ægypto,& quomodo fuerũt liberati & educti per Moyſen ex præcepto domini & quomodo fuerũt liberati in tranſitu maris rubri Pharaone cũ exercitu ſuo pereuntibus,in ſignis & portentis: Et quomodo poſtea Ioſue introduxit illũ populũ in terraꝫ ꝓmiſſam etiam cũ magnis ſignis & portentis:præuidit Dauid in ſpũ qualiter Chriſtus in lege ꝓmiſſus debebat liberare totum genus humanũ de ſeruitute peccati.& educere fideles veteris teſta.de limbo inferni & introducere eos in terrã viuentiũ patrię cęleſtis.& hoc ꝑ morteꝫ & paſſionẽ & reſurrectionem ſuam.Ideo ſcdꝫ Dauid cõſiderando & cõtẽplando totũ diſcurſum vitæ ſuę:& magnas ꝑſecutiones ſuas:& qualiter fuit liberatus de Saul & abſalon:& finaliter obtinuit victoriã de omnibus inimicis ſuis & obtinuit totũ regnũ ſuper oẽs tribꝰ iſrael:& ſubiecit & fecit ſibi tributarios Amonitas & Moabitas & Syros & cæteros finitimos de populo gentili:in tali cõtẽplatione ꝑuidit in ſpũ qualiter Chriſtus poſt mortẽ & paſſionẽ & reſurrectionẽ debebat obtinere regnũ totius orbis:& qualiter ꝑ apl'os & martyres & doctores debebat ſibi ſubijcere totũ populũ gentilem:& repudiato populo iudaico & diſſipato,debebat fieri caput totius populi gentilis ad fidẽ cõuerſi.Ex omnibus ergo ſupradictis contẽplatis.& cõſideratis.Dauid aſſumpſit parabolã & propoſitionẽ ad faciendũ iſtum pſalmũ de triũpho & regno Chriſti vniuerſali.Eſt ergo ſenſus titulus huius pſalmi:ꝙ Dauid ꝓphetice locutus eſt verba carminis huius : poſtq̃ liberauit eũ dñs de manu Saul & oim inimicorũ eius &c.quaſi dicat ꝙ Dauid i cõtẽplãdo qualiter deꝰ liberauit ipm de manu Saul & oim inimicorũ eius,pręuidit in ſpũ qualiter Chriſꝰ poſt multas ꝑſecutiones & mortem & paſſionem & reſurrectionem debebat liberare totũ genus humanũ de ſeruitute peccati:& patres de limbo inferni:& poſtea erat adeptꝰ totũ regnũ mũdi:& regnaturus ſup oẽs iĩmicos ſuos. Et exinde accepit Dauid parabolã & ꝓpoſitionem ad faciendum hunc pſalmuꝫ:& dedit illum cantoribus ad cantandũ in tẽ-

plo in finē & ad victoriam vocum: eo ꝙ lex vetus vocabat
Chriſtum cum omni conatu: vt veniret ad redimēdū, & li-
berandū genus humanū: & vt acciperet imperiū toti⁹ mū-
di. In quo quidē pſalmo Dauid introducit Chriſtū inquā-
tum eſt homo ad loquēdū & agēdū gratias patri de regno
mūdi, & triūphis ſibi collatis: & de bñficijs a patre receptis
pro ſe & mēbris ſuis. In quo pſalmo Dauid in pſona Chri
ſti ſeruat modum boni rhetoris & oratoris diuidendo ſiue
partiēdo ſuū carmē in tres partes principales. Nam primo
præmittit procemiū ſiue pręfationē: in quo breuiter, & in
gñali cōplectitur totā materiaꝫ dicēdoꝝ: agens gratias in
cōmuni de omnibus beneficijs receptis a patre. Secundo
proſequitur narrationē ſuā explicando in ſpecie & particu
lari omnia beneficia recepta. Tertio concludit pſalmum
& carmen ſuū gratias expreſſas agēdo. Secunda ibi: Circū
dederunt me. Tertia ibi. Viuit dominus & benedictus.

I ℭ Quantū ergo ad primū eſt notandū ſecūdū Auguſtinū
ꝙ Chriſtus in hoc pſalmo loquitur in forma ſerui, inquan-
tum homo: & vt pſona cōmunis & caput eccleſię: & ſic vt
plurimuꝫ loquitur in perſona totius corporis myſtici & mē
brorū, inquantū non ſolum pro ſe, ſed pro ſuo etiaꝫ corpo-
re myſtico accepit a patre beneficia in hoc pſalmo memo
rata. Et ideo cum procemiū ſit breuiloquiū dicēdoruꝫ, ſub
nouem vocabulis complectitur, & refert omnia beneficia
quæ accepit a patre pro ſe & mēbris, vt captet beniuolētiā
in exordio, & pręfatione ſuę narrationis: ſub quibus nouē
vocabulis ſubſtantiuis & adiectiuis appellat patrem tanq̄
beneficum, & benefactorē ſuum. Vnde primo vocat pātrē
fortitudinem: inquantum recepit ab eo vires ad triūphan
dum de mundo & diabolo. Secundo vocat eum firmamē
tum: inquantum in eo fundantur oīa: & in eo mouemur
& ſumus. Tertio vocat eum refugium: inquantum in oīni-
bus tribulationibus ad eum refugimus. Quarto vocat euꝫ
liberatorem: inquantum per reſurrectionē pater eum &
nos ab omni miſeria & paſſione liberauit. Quinto vocat
eum deum & dominum: quia creator eſt & rector. Sexto
vocat eum adiutorē: inquantum præbuit nobis auxilia ſa-
cramētorum contra diabolum. Septimo vocat ipſum pro-
tectorem: ratione donoꝝ ſpiritus ſancti & gratiarū & vir-
tutum quibus continue nos protegit. Octauo vocat eū cor
nu ſalutis: inquantum propter humilitatem exaltauit illū:
& dedit illi nomen &c. Nono vocat eum ſuſceptorem: in-
quantum eum a dextris in cælo recepit & collocauit.

ℭ Dicit ergo Chriſtus ad patrem, O domine pater ego ſi
mul cū mēbris meis diligam te, & teneor te ſemp diligere:
& tibi gratias agere propter bñficia quæ a te recepi. Pri-
mo quia tu ſemp fuiſti, & eris fortitudo mea dando mihi,
& mēbris meis fortitudinē & vires ad reſiſtēdū diabolo, &
inimicis meis, & ad debellandū eos. Itē ſecūdo, quia tu es
dñs & firmamentū meū. & tertio es refugiū meū. Et quar
to liberator meus. Et quinto adiutor: & ideo ſperabo in
eum. ſ. patrem meum. Sexto eſt deus pater protector meus
Septimo cornu & victoria & honor meæ ſalutis. Et octa-
uo eſt ſuſceptor & glorificator meus. Nono eſt dñs meus
per creationem & gubernationē: inquantū ego ſuꝫ homo.
Et ſic propter iſta nouē ego laudans cum fiducia inuoca-
bo eum tanq̄ dominū & fortitudinē & protectoreꝫ &c. Et
ſic ſemper ſaluus ero ab inimicis meis: immo de omnibus
inimicis meis, & toto mundo triumphabo.

Circundederunt me dolores mortis: & torrē-
tes iniquitatis conturbauerunt me.
Dolores inferni circundederunt me: pręoccu
pauerunt me laquei mortis.
In tribulatione mea inuocaui dominū: & ad
deum meum clamaui.
Et exaudiuit de templo ſancto ſuo vocē me-
am: & clamor meus in conſpectu eius introi-
uit in aures eius.

ℭ Hæc eſt pars narratiua huius carminis: in qua Chriſtus
explicat particulariter in ſpecie bñficia quæ a patre rece-
pit & accepit in pſona ſua, & mēbroꝝ ſuorum. In qua duo
principaliter facit. Nam primo explicat beneficiū huma-
næ redēptionis & liberationis: quod Chriſtus adeptus eſt a
patre ex iuſtitia per ſuā puritatē, & mortē, & paſſionē. Se-
cundo explicat vniuerſale dominiū ſup totū mundū, & ſu-
per omnes inimicos ſuos, quod Chriſtus meruit adipiſci, &
accipere a patre propter ſuam obedientiam & humilita-
tem. quæ quidē ſecūda pars incipit. xxxvij. verſu ibi: Retri
buet mihi dominus &c. In prima autē parte tria facit. Naꝫ
primo explicat miſerias & infirmitates, in quibus iacebat
fauciatum genus humanū ante aduētum Chriſti: quas tra
xerat ex Adā. Et hoc dicit per parabolā & figurā afflictio-
nis & ſeruitutis in qua erant filij Iſrael in ægypto. Secundo
prædicit & explicat librationē, & redēptionē totius gene-
ris humani de ſeruitute peccati: & hoc ꝑ figurā liberatiōis
Iſrael de ægypto: & de oppreſſione, & periculo tranſitus
maris rubri. Tertio oſtēdit qualiter hanc victoriā adeptus
eſt Chriſtus ex iuſtitia ꝑ ſuā puritatē & humilitatē. Secūda
ibi. Commota eſt. Tertia ibi. Et retribuet mihi dominus,

ℭ Quantū ad primū eſt notandū ſcd̄m Augu. in hoc pſal, K
& prout dictū eſt in prologo: ꝙ tanta eſt vnitas Chriſti ad
ſua mēbra myſtica, ꝙ cōmunicantur idiomata. Et iō Chri
ſtus oīa pctā noſtra & afflictiones, & miſerias, & infirmi
tates noſtras, quas traximus ex Adā, dicit eſſe ſuas quan-
tum ad poenā. Vñ eſt aduertēdū, ꝙ ſeptē modis contingit,
vt quis aliena dicat eſſe ſua. Primo modo tanq̄ aduocatus,
nam aduocatus cauſam quā aduocat dicit eſſe ſuā. Secun-
do procurator cauſam ſui principalis dicit eſſe ſuā: quia ꝓ
illo laborat, & litigat, & recipit redditus, & ſoluit credito-
ribus: & agit omnes actus in pſona illius. Tertio fideiuſſor
debitū alterius dicit eſſe ſuū: eo ꝙ ſe obligauit ſoluere pro
illo. Quarto caput dolores mēbroꝝ dicit eſſe ſuos. vnde di
cit. Doleo pedē aut brachiū. Quinto vir aut ſponſus cauſaꝫ
vxoris aut ſponſæ dicit eſſe ſuā, & ꝓ ipſa ſumit bellū. Sexto
pater aut mater cauſam filioꝝ dicit eſſe ſuā. Septimo do-
minus aut rex cauſam vaſſallorū dicit eſſe ſuā & pro eis aſ
ſumit bellum, & quandoqꝫ pro eis intrat duellū, & ſingu-
lare certamē pro iniuria eoꝝ vlciſcēda, aut pręda repeten-
da. His ergo ſeptē modis Chriſt⁹ oīa pctā & oīnes infirmi-
tates, quas traximus ex Adā, dicit eſſe ſuas: nō quo ad cul-
pam: ſed quo ad poenā & ſolutionē: inquantū pro omnib⁹
his paſſus eſt: & exoluit poenā. Nam tanq̄ fideiuſſor & ꝓ-
curator & aduocatus ſe voluit obligare ſoluere pro nobis,
& defendere cauſam noſtrā. Et tanq̄ caput & pater & ſpō-
ſus condoluit doloribus & infirmitatibus noſtris. Et tanq̄
verus dñs, & hæres patris cū diabolo congreſſus ſuā hære-
ditatē repetiuit & liberauit, & iniuriaꝫ paternam vltus eſt
& vindicauit: & de diabolo triumphauit. Et ideo dicitur li
liberator & liberatus propter rationes ſupradictas. Dicitur
enim liberator in capite, & liberatus in mēbris: quia in eo
oēs fuimus liberati. Et ſic eſt verū dicere, ꝙ dolores noſtræ
mortis circūdederūt Chriſtū in Adā: & nr̄a pctā circūdedē
ſūt eū in cruce: quia pro doloribus, & pctis nr̄is mortu⁹ eſt.
Dicit ergo Chriſtus in pſona ipſius corpis myſtici afflicti
in Adā, & in pſona fideliū exiſtentiū in limbo inferni. Be-
ne poſſim dicere, ꝙ pater eſt fortitudo mea, & refugiū, &
protector, & liberator meus: quia ipē liberauit me ex oib⁹
infirmitatibus, & tribulationibus, quas in membris meis
traxi ex Adam. Nam primo in Adam circundederunt me
dolores mortis: quia propter pcm̄ Adæ factus fui morta-
lis incurrendo neceſſitatem moriendi: & fui condemnatus

ad duplicem mortem:ſcilicet corporis & animę.Secundo
torrentes iniquitatis conturbauerũt me.Nam ſicut tẽpore
pluuiarum torrentes decurrentes cum impetu rapiunt om
nia quæ ſunt in ripis:ita poſtq̃ Adam peccauit:torrentes
iniquitatis eius rapuerũt omnia bona mea gratuita & vul
nerauerũt,& debilitauerũt omnes potẽtias:& ſauciauerũt
ſenſualitatem,& carnem veneno concupiſcẽtię,& fomitis
peccati:& ſic fracta & deſtructa ſępe & ripa,& muro ori-
ginalis iuſtitiæ manſit liberum arbitrium claudicatum:&
manſit corrupta tota natura & caro mea,& iudiciũ per-
uerſus & vires peruerſę:& totus ordo peruerſus:quia quod
nolo quandoq; hoc ago:& quod volo non hoc facio:quia
caro quę deberet obedire:inſurgit aduerſus ſpiritum:& ſic
poſſum dicere,ꝙ torrentes iniquitatis ipſius Adæ contur
bauerunt me,& peruerterunt totum ordinem in me.Item
tertio,dolores inferni circundederunt me:quia fui ad pœ
nam inferni deſtinatus.Etiam dolores inferni,& ſanctoꝝ
patrũ qui erãt in limbo,circũdederũt me.Et præoccupa-
uerũt me laquei mortis ipſius peccati originalis:in cuꝰ la-
queo omnes filij Adam fuerunt capti & alligati.Et ideo
in tot & tantis tribulationibus & afflictionibus conſtitutꝰ
inuocaui dominum patrem:& ad deum meũ clamaui per
patriarchas & ꝓphetas,& oẽs fideles veteris teſta. vt me
de hac peſte liberaret.ſed tandẽ ipſe pater exaudiuit vo-
cem meam de tẽplo ſancto ſuo.ſ.de cælo empyreo,& de
cõſiſtorio trinitatis:& ſic clamor meus fuit in cõſpectu eiꝰ:
& introiuit & penetrauit aures eius intantũ,ꝙ miſit filiũ
ſuũ in carnes ad liberandum me per mortẽ & paſſionem.
¶ Eſt tamen rurſus aduertendum,ꝙ Chriſtus in ſupradi-
ctis non ſolum loquitur in perſona membrorum & ſui cor
poris myſtici:ſed etiam in perſona ſui inquantum caput:
quia ipſe inquantũ caput fuit circundatus doloribus mor-
tis, & doloribus inferni,& torrentibus iniquitatis &c.ſed
diuerſimode.Nam mẽbra Chriſti.ſ.nos fuimus circunda-
ti omnibus illis quantũ ad culpam & pœnam:ſed Chriſtꝰ
nõ fuit circũdatus nec vulneratus,niſi quo ad pœnã tan-
tum:propter culpam noſtram:inquantũ pro omnibus no-
bis,& propter culpam noſtram paſſus eſt: vt nos a culpa
& pœna liberaret.Et ſic poteſt dicere Chriſtus,ꝙ dolores
noſtræ mortis circundederunt eũ in hac vita,& in horto,
& in cruce:quia vt nos a morte perpetua liberaret:paſſus
& crucifixus eſt.Et ſic etiam circundederunt eum dolores
inferni:quia vt nos ab inferno liberaret:in cruce paſſus eſt
& ſic in toto iſto pſalmo Chriſtus quandoq; loquiẗ in per
ſona capitis tantum:quandoq; in perſona mẽbroꝝ: quan
doq; in perſona totiꝰ.ſ.capitis & corporis:ſed diuerſimo-
de:vt dictum eſt & patebit. Ideo aduertat lector:quia iſte
pſalmus eſt valde difficilis ad extorquendam veritatẽ la-
tentẽ in eo. ¶ Iterum autem eſt aduertẽdum ꝙ ſupradi-
cti quatuor verſus poſſunt referri ad afflictionẽ filioꝝ iſrael
quam patiebantur in ægypto:inquantum illa ſeruitus &
afflictio ſignificabat ſeruitutẽ peccati:in qua erat totũ ge-
nus humanũ propter peccatum Adæ.Nam ſicut omnes
Hebræi qui erant in ægypto iam concipiebantur, & na-
ſcebantur in ſeruitute:propter quam affligebantur,& tri-
bulabãtur ab ægyptiis:ita oẽs filij Adam concipieban-
tur,& naſcebãtur in ſeruitute peccati originalis,& poſtea
in adulta ætate affligebantur cæteris peccatis actualibus.
Ideo ſicut filij Iſrael clamabant ad dominum:vt libera-
ret eos ex illa ſeruitute & afflictione & dolore:ita pariter
patriarchæ & prophetæ,& fideles veteris teſtamenti cla-
mabant ad dominũ:vt omnes a peccato liberaret.Et ſicut
clamor filiorum Iſrael penetrauit & introiuit ad aures dei:
& deus exaudiuit eos de monte ſancto ſuo:& miſit Moy-
ſen qui eduxit & liberauit eos:ita pariter deus audiuit cla
morem patriarcharũ & prophetarũ:& miſit Chriſtum fi-
lium ſuũ:qui per mortẽ,& paſſionẽ,& reſurrectionẽ libera
uit genus humanũ a peccato, & eduxit patres ſanctos de
limbo &c.Hoc ergo ꝓuidẽs Dauid in ſpiritu in illo myſte-
rio ſeruitutis ægyptiacæ:dixit.Circũdederunt me dolores
mortis &c. Et ſic explicat clamorẽ patriarcharuꝫ & ꝓphe-
tarum Chriſtũ petentium & vocantiũ,per figurã afflictio-
nis filiorum Iſrael exiſtentiũ in ægyptiaca ſeruitute.Vnde
accepit Dauid parabolã & propoſitionẽ ad prędicenduꝫ,
& prophetice explicandũ captiuitatẽ totius generis huma
ni ſub poteſtate diaboli:& omnium ſanctorum patrum in
tenebris limbi inferni:& explicat oẽs miſerias:quas tra-
xit genus humanum ex Adam:& oẽs pœnas quas Chri
ſtus paſſus eſt pro illo peccato.Nam ſicut illud peccatum
comprehẽdit nos omnes,quo ad culpam & pœnam de iu
re naturę corruptæ:ita illud peccatum comprehẽdit Chri
ſtum quo ad pœnaꝫ tantum:non de iure naturę,cui Chri-
ſtus non obligabatur: ſed quia voluntarie ex charitate
has pœnalitates,& pœnas voluit pro nobis aſſumere.Et
hoc explicat Dauid i hac pte:qa Chriſtꝰ dicit ꝙ illud pec-
catum comprehẽdit ipſum quo ad pœnam tantũ:& oĩa
ſua membra quo ad culpam & pœnam.

## Commota eſt & contremuit terra:fundamen ta montium conturbata ſunt & cõmota ſunt: quoniam iratus eſt eis.

¶ In hac parte explicat modũ liberationis & redẽptionis
generis humani:& quomodo Chriſtus triũphauit de dia-
bolo:& hoc per figuram liberationis Iſrael de ægypto &
de mari rubro:eo ꝙ illa liberatio fuit figura gñalis redem
ptionis.Nam ſcd̃m apoſtolum Iudam in canonica ſua,idẽ
Ieſus qui eduxit Iſrael de Aegypto:liberauit totum genus
humanũ de ſeruitute peccati.Nam Chriſtus ſicut tunc li-
berauit nos in figura:ita poſtea nos liberauit i re:quia om
nia contingebant illis in figura.j.Corint.x.Et ideo eſt ad-
uertendum ſcd̃m Leonẽ papam in ſermone de paſſione:&
ſcd̃m Auguſtinũ ꝙ cum Chriſtus ſit agnus occiſus ab origi
ne mundi.Apocal.xiij.inde eſt ꝙ in figura iam fuit occi-
ſus in Abel,& vexatus in Abraham,Iſaac,& Iacob: & af-
flictus in ægypto:& in mari rubro:& in Dauid,& in oĩ-
bus patriarchis & prophetis, & in omnibus membris ſuis
veteris teſtamenti inquantum erant figura eius:ſed poſtea
Chriſtꝰ fuit paſſus oĩa illa realiter in ſe:quæ illi paſſi ſunt
in figura,& fide Chriſti futuri:quia quod paſſus eſt figura
liter in illis:poſtea paſſus eſt realiter in ſe:& quod paſſus
eſt realiter in ſe,paſſus eſt poſtea in membris ſuis noui te-
ſtamẽti:quia propter Chriſtum martyres paſſi ſunt tormẽ
ta & pſecutiones.Vnde Chriſtus iam factus immortalis &
impaſſibilis adhuc dicebat Actu.vj.Saule Saule quid me
perſequeris &c. Et ideo quia illa afflictio filiorum Iſrael
& illa liberatio fuit figura afflictionis & paſſionis Chriſti:
& liberationis gñis hũani.& quia ibi fuit Chriſtus in figu
ra afflictus:& corpus myſticum Chriſti liberatum:& in fi-
gura redẽptũ:Ideo Chriſtus ſe dicit ibi afflictũ & liberatũ.
ſcilicet afflictũ in ſe:& liberatum in mẽbris.Et ideo volen
do explicare myſteriũ noſtrę redẽptionis:adducit figura-
liter liberationẽ filioꝝ Iſrael de Aegypto & mari rubro.
Et ſic vtiẗ figura pro figurato,& ſigno ꝓ ſignato:quia ꝑ
afflictionẽ ſeruitutis tẽporalis illorum:intelligit,& expli-
cat afflictionem & ſeruitutem peccati totius gñis humani
Et per liberationẽ temporalẽ illoꝝ,intelligit vniuerſalem
redẽptionem factam per Chriſtũ.& ſic vtiẗ figura pro fi-
gurato:ſicut frequẽter facit Dauid in pſalmis.Et hoc ideꝫ
faciunt omnes prophetæ:ſed miſeri & cęci iudęi hoc cape
re non poſſunt.Et ideo in hoc pſalmo,& in cęteris locis ſa
cræ ſcripturę dicunt multa inepta,& falſa implicantia con
tradictionem:vt patet.Dauid ergo in perſona Chriſti al-
ludẽdo ad liberationem iſrael:& vtẽs figura pro figurato

dicit in hac parte, ꝙ ſicut in illa liberatione cõmota eſt & contremuit terra, & facta ſunt ſigna, & ꝓdigia in mari rubro in illa liberatione: ita multo maiora facta ſunt p Chriſtũ in inferno, & toto mundo in noſtra redemptione. Ideo ait: ꝙ ſicut tunc quando clamauit Iſrael in illa tribulatione maris rubri vidẽs ſe oppreſſum a Pharaone inter montes, & mare clamauit ad dominũ: & dñs exaudiuit eũ immittendo tẽpeſtatẽ in mare: quia tunc cõmota eſt, & contremuit tota terra Aegypti, & fundamẽta montium cõturbata & commota ſunt: quoniam deus eſt iratus eis, immittendo decem plagas ægyptijs.

Aſcẽdit fumus in ira eius: & ignis a facie eius exarſit: carbones ſuccenſi ſunt ab eo.

¶ Fumus illarum decẽ plagarũ aſcendit per totã terram Aegypti, & ignis exarſit cõburẽdo oẽs arbores, & plantas & fructus terrę ęgypti, intantum ꝙ ſicut carbones ſuccẽſi ſunt ab eo: vt pꝫ in Exo. a ſexto capitulo vſqꝫ ad vndecimum. Sed forſan totũ hoc poteſt referri ad ſolã tẽpeſtatẽ factã in mari rubro ſuper Pharaonẽ & exercitũ eiꝰ: & tunc eſt ſenſus ꝙ dum Pharao ꝑſequeret̃ illũ populũ: vt teneret ipſum anguſtiatum, & oppreſſum inter montes & mare: tunc ille populus in illa tribulatione clamauit ad dominum: & clamor introiuit in aures eiꝰ, & ſic exaudiuit eos de cælo &c. Nam tunc Moyſes ex præcepto dei percuſſit aquas: q̃ diuiſę ſunt prębẽtes iter: & ſic tranſiuit ille ppłus illęſus ad aliã partẽ littoris. Sed cum Pharao cuꝫ exercitu ſuo perſequeret̃ eos per aridã inter aquas diuiſas: tũc cõmota eſt, & contremuit terra circunquaqꝫ, & fundamenta montium commota ſunt quoniam dominus iratus eſt de ęgyptijs: & ilico mota eſt tẽpeſtas in aere & in mari. Nam ignis exarſit a facie domini id eſt fulmina ignea apparuerunt in aere & in mari: & ipſi ægyptij fuerunt combuſti, & ſuccenſi ab eo. ſ. igne, vel a deo quaſi carbones.

Inclinauit cęlos & deſcendit: & caligo ſub pedibus eius.

Et aſcendit ſuper cherubin & volauit: volauit ſuper pennas ventorũ.

Et poſuit tenebras latibulum ſuum: in circuitu eius tabernaculum eius: tenebroſa aqua in nubibus aeris.

Prę fulgore in conſpectu eius nubes tranſierunt: grando & carbones ignis.

Et intonuit de cęlo dñs: altiſſimus dedit vocem ſuã: grando & carbones ignis.

¶ Deinde explicat actorem huiꝰ tẽpeſtatis: & dicit ꝙ deꝰ inclinauit cęlos & deſcẽdit: quia ille angelus qui ducebat caſtra: qui deũ rep̃ſentabat: & p quẽ miracula faciebat: poſuit tabernaculũ in illa nube, & aqua tenebroſa mittẽs fulmina & coruſcationes: & ſic nubes ardentes, & grando, & carbones ignis tranſierunt ſuper ægyptios.

Et miſit ſagittas ſuas & diſſipauit eos: fulgura multiplicauit & conturbauit eos.

¶ Dominꝰ miſit ſagittas ſuas fulmineas, & diſſipauit eos, & multiplicauit fulgura, & coruſcatiões, & cõturbauit eos. & tunc fuit tanta motio & agitatio vẽtorum, ꝙ mare aperuit ſe, intantuꝫ ꝙ terra apparuit arida in medio maris.

Et apparuerunt fontes aquarum: & reuelata ſunt fundamenta orbis terrarũ.

¶ Id eſt apparuerunt loca vbi ſituabantur aquæ, quę quidem terra eſt fundamentum, & centrum totius orbis terrarum. Et conuerſus ad deum dicit.

Ab increpatione tua domine: ab inſpiratione ſpiritus irę tuę.

¶ O domine tota illa tempeſtas facta eſt ab inſpiratione ſpiritus. i. venti irę & ſentẽtię tuę: quia miſiſti ſup eos terribiles vẽtos qui cauſarunt hanc tempeſtatem. Et nota propter illud quod dicit Apparuerunt fontes aquarum &c. ꝙ in profundo & ſolo maris manant, & bulliunt multi fontes aquarum dulcium: qui fontes tunc apparuerũt in apertione ſilius maris. Deinde cum dicit:

Miſit de ſummo & accepit me: & aſſumpſit me de aquis multis.

¶ Deſcripta tempeſtate, & diſſipatione ęgyptioꝝ memorat liberationem Iſrael dicẽs in ꝑſona illius populi: ꝙ dominus miſit auxilium de ſummo cælo, & aſſumpſit, & liberauit me de illis multis aquis maris rubri: quia tranſiui illæſus: & non ſolum liberauit me de illis aquis: ſed etiaꝫ eripuit me de ægyptijs inimicis meis fortiſſimis & armatis, cum ego eſſem inermis. qui quidem inimici oderunt me, & cõfortati ſunt ſup me: quia fortiores me erant: & ſic pręuenerunt me in die afflictionis, dum eram in ægypto, mihi onera importabilia imponendo: & tamen dominus factus eſt ꝓtector meus: quia liberauit me de illis anguſtijs & deduxit me in latitudinẽ p loca ſpatioſa vſquequo introduxit me in terrã promiſſam. & hoc nõ fecit ex meis meritis: ſed ex gratia: qm̃ me voluit eligere in populũ ſibi peculiarem. ¶ Ex ſupradictis pꝫ, ꝙ hæc litera non poteſt intelligi de ipſo Dauid: quia ipſe non fuit liberatus in mari rubro. Et ideo eſt dicẽdum ſicut prius, ꝙ Dauid nõ adducit iſtam hiſtoriã gratia ſui: ſed figuraliter prout in illa præuidit in ſpiritu totum myſteriuꝫ noſtræ redẽptionis factæ per Chriſtũ: vt patebit in litera ſequenti: & ſic ponit figuram pro figurato ſecundum cõſuetudinem ꝓphetæ: & ideo videndum eſt totum myſterium figuratum: de quo principaliter intendit loqui propheta in perſona Chriſti. Vnde ait Chriſtus caput noſtrum: ꝙ ſicut tunc dolores inferni, & laquei mortis circundederunt Adam & totum genus humanum quando peccauit in eo: ita nunc in paſſione circundederunt omnia illa mala: non quo ad culpã: ſed quo ad pœnam. Item ſicut patres veteris teſtamenti clamabant: vt ſanarentur: ita ego clamaui in cruce apud patrem: vt ſanarem & liberarem eos. Item ſicut ille populus Iſrael oppreſſus in ægypto, & in mari rubro, clamabat ad dominum: vt mitteret eis auxilium de cælo: ita pariter clamabant fideles, & ſancti patres veteris teſtamenti ad dominum in tenebris inferni, vt mitteret eis ſaluatorem qui eos liberaret. Item ſicut deus exaudiuit vocem illorum filiorũ Iſrael, & miſit eis Moyſen ad liberandũ eos: ita pariter deus exaudiuit voces patriarcharum, & prophetarum, & miſit eis Ieſum ſaluatorem ad redimendum eos. Item ſicut deꝰ inclinauit cælos, & deſcendit ponendo vel mittendo illum angelum clauſum in illa nube inducentem illam tempeſtatem ſuper mare rubrum: & liberauit filios Iſrael: & fulminauit & ſubmerſit ægyptios: ita pariter deus pater miſit filiuꝫ ſuum latentem in nube humanitatis. In cuius morte & paſſione tota terra mota eſt, & factę ſunt tenebrę ſup vniuerſam terram ab hora ſexta vſqꝫ ad nonam. Vnde aia Chriſti deſcendit ad inferos, & miſit ſagittas ſuas, & fulmina ſuę poteſtatis: & ignis inferni fugit a facie eius, & diſſipauit dęmones, & damnatos, & conturbauit eos. & abſtulit eis prędam expoliãdo limbũ, & purgatoriũ. Et iſto modo liberauit fideles veteris teſta. & debellauit diabolũ & triũphauit de eo. Itẽ ſicut tunc miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit ægyptios: ita poſt paſſionẽ ſuam miſit multas plagas in Hierſm p illos. xl. annos, & finaliter miſit exercitũ Romanorũ: & diſſipauit oẽs iudęos in vindictã ſuę mortis. Itẽ ſicut in mari rubro dñs intonuit ſuper mare, & ſup

ęgyptios, & aperuit mare, & trāſierūt Hebręi illęſi ſubmerſis ægyptijs: ita pariter in die pēthecoſtes dn̄s intonuit ſup collegiū aploꝝ, & ſup mare ſacrę ſcripturę, & fecit duodecim vias, qui ſunt duodeci articuli fidei, ꝑ quos trāſeūt oēs fideles per mare ſacrę ſcripturę. Itē ſicut ille vētus aperuit mare, & diuiſit aquas: & apparuerūt fōtes aquarū, & reuelata ſunt fundamenta orbis terrarū: de quibus fontib⁹ dulcib⁹ biberūt filij Iſrael in illo tranſitu: ita pariter in die Pēthe. qn̄ itonuit dn̄s, & aperuit aplis mare ſcripturarū diuiſit aquas amaras cerimoniarū, & legaliū, & apparuerūt tūc fontes aquarū dulciū. ſ. duodecim articuli fidei, & oīa myſteria, & ſacramēta no. teſt. q̄ ſub illis aquis amaris latebāt. De quibus fontibus dulcibus, & eccliaſticis ſacramētis oēs fideles noui teſt. bibūt & reficiūtur. Itē ſicut poſtq̄ tranſiuit ille ppl's illęſus, per illas duodecim vias: reuerſæ ſunt aquæ ſuper ægyptios cū illa terribili tēpeſtate, & ſuffocauerunt, & diſſipauerūt eos: Ita pariter poſt publicationē euangelij: poſtq̄ iudęi noluerūt Chriſtū recipere: nec voluerūt de fontib⁹ dulcib⁹ bibere: reuerſę ſunt aquę ſalſę & amarę cerimoniarū & legaliū vete. teſta. & ſuffoacuerūt, & occęcauerūt, & diſſipauerūt eos: intātū q̄ circūciſio, & cętera legalia nō ſolū ſunt eis inutilia: ſed etiā mortifera. Sed populus Chriſtian⁹ qui trāſiuit inter aquas ꝑ articulos fidei, fuit liberat⁹ per Chriſtū: quia aperuit ſibi mare ſacræ ſcripturę. Ideo Chriſt⁹ in perſona hui⁹ ppl'i Chriſtiani agēdo gratias dicit. Dn̄s pater miſit filiū ſuū de ſummo caelo in carnē, & accepit me per incarnationē in vnitatē ſuppoſiti, & aſſumpſit corpus meū myſticū in vnitate myſtica: & ſic liberauit me de aquis multis. i. de ſupradictis tribulationibus. Et nota q̄ filius inquātū homo poteſt dicere q̄ verbū diuinū accepit eū: eo q̄ accepit illā hūanitatē in vnitatē ſuppoſiti & perſonaliter. Sed quia tot⁹ Chriſt⁹ accepit eccleſiam ꝑ fidem in quadā vnitate myſtica: ideo in perſona mēbrorum poteſt dicere, q̄ accepit eū tali vnitate myſtica, & liberauit ipſum de aquis multis. Et ideo ſicut liberauit illū populum de multis aquis maris rubri: ita liberauit ſuos fideles veteris teſtamenti de aquis tenebroſis limbi & purgatorij. Et ideo ſubdit Chriſtus in perſona membrorum.

**Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis: & ab his qui oderunt me: quoniam confortati ſunt ſuper me.**

**Pręuenerunt me in die afflictionis meę: & factus eſt dominus protector meus.**

**Et eduxit me in latitudinem: ſaluum me fecit quoniam voluit me.**

¶ Eripuit me de diabolis iimicis meis fortiſſimis, qui oderūt me ab initio: qn̄ cōfortati ſunt ſup me: quia in limbo captū me tenebāt. & ꝑuenerūt me. & captiuauerūt me ī die afflictionis meę. i. in die pc̄ti. Sed ly in die afflictionis meæ pōt ordinari cū lr̄a ſequēti: vt ſit ſenſus. q̄ dn̄s fact⁹ eſt ꝓtector meus, & adiutor in die afflictionis meę, dū eſſet in limbo & purgatorio. nā exinde eduxit me in latitudinem & libertatē: & ſaluū me fecit, non meis meritis: ſed per gratiā, qn̄ voluit me redimere. Itē totū hoc dicit̄ in pſona toti⁹ eccleſię noui teſt. quia eduxit eā de pc̄tō, & de ergaſtulo culpę in latitudinē gratię, & ex meritis ſuę paſſionis ſaluauit eam. Et ſic patet qualiter Chriſtus in pſona mēbroꝝ agit gratias patri, ꝓ redēptione gn̄is hūani adducēdo figuram ſupradictam.
L ¶ Sed cōtra fundamētū pōt argui. Nā dictū eſt ſupra: q̄ Ieſus Chriſtus qui liberauit populum Iſrael de Aegypto: ipſemet poſtea liberauit totū gen⁹ humanū de poteſtate diaboli. Sed in tota iſta parte videt̄ Chriſt⁹ agere grās: eo q̄ pater redemit, & liberauit genus humanum, ergo falſa eſt tota expoſitio. Ad hoc reſpōdet̄ q̄ eſt grande myſteriū, q̄ caeci & miſeri Iudaei nō poſſunt capere: eo q̄ cecidit ſuper eos ſpūs irę dei. ¶ Ad cuius intelligētiā eſt aduertēdū: q̄ cū in Chriſto ſint duę naturæ, diuina. ſ. & humana, noſtra redēptio erat in diuinitate, tanq̄ in principio poteſtatiuo & virtuali: ſed in hūanitate Chriſti, tāq̄ in principio meritorio. quia ptās, & auctoritas relaxādi captiuitatē, & pc̄tā erat in pr̄e: ſed merita erāt in humilitate filij, & in tota pſona: eo q̄ illa redēptio facta eſt ꝑ merita paſſionis Chriſti, inquātū Chriſt⁹ obtulit ſuā paſſionē ꝓ gn̄e hūano, & pater acceptādo illā paſſionē in p̄tiū, relaxauit captiuitatē. Et iō Chriſtū inquantū homo eſt: mūdū redimere, nihil aliud fuit, niſi ſuā paſſionē patri pro nobis offerre. & patrē gen⁹ humanū liberare: nil aliud fuit, q̄ paſſionē Chriſti in p̄tium acceptare, & pro illo p̄tio captiuitatē relaxare. Et ideo in tali redēptione Chriſt⁹ agit gratias patri: eo q̄ voluit paſſionem ſuā in p̄tium acceptare. Et ſic filius ſemp attribuit opus redēptionis patri ſuo nō ſolū in redēptione: ſed in omnibus alijs, eo q̄ quicquid habet filius habet a patre: vt magis patebit in parte ſequenti. M

**Et retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam: & ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.**

**Quia cuſtodiui vias domini: nec impie geſſi a deo meo.**

**Quoniā omnia iudicia eius in cōſpectu meo: & iuſtitias eius non repuli a me.**

**Et ero immaculatus cum eo: & obſeruabo me ab iniquitate mea.**

¶ Et retribuet. Poſtq̄ ſupius explicauit modū redēptionis gn̄is humani, ꝑ figurā liberatiōis Iſrael de Aegypto, & in mari rubro: hic explicat & oñdit quo iure, & quib⁹ meritis potuit liberare gen⁹ humanū, & cōgredi cū diabolo, & adipiſci hęreditatē & regnū mūdi. Ad cui⁹ intelligētiā eſt notādū ſcd̄m Aug. xj. de trini. ca. xiij. q̄ diabolus nō fuit ſuperandus potētia, ſed iuſtitia. ¶ Sed eſt aduertēdū ſcd̄m Ariſto. v. Ethi. q̄ cū iuſtitia ſit ꝑpetua volūtas tribuēs vnicuiq; qđ ſuū eſt: ideo duplex eſt iuſtitia. Vn̄ dr̄ legalis: alia dicit̄ iuſtitia particularis. Iuſtitia legalis conſiſtit in operationib⁹ q̄ fiunt ſcd̄m legē: ſiue iuxta legē. Nā iuſtitia dicit̄ a iuxta. Et illa operatio dicit̄ iuſta, q̄ fit iuxta legē: eo q̄ nō deuiat a lege nec a volūtate legiſlatoris, qui intendit ciues facere bonos. Et ſic iuſta dicit̄ ois virtus. Iuſtitia vero particularis eſt duplex. Vna dicit̄ cōmutatiua, q̄ fit in cōmutationibus, & vēditionib⁹ q̄ cōſiſtit in ꝓportione, & ęqualitate cōmutatoꝝ: quia tūc cōmutatio dicit̄ iuſta, qn̄ fit iuxta medium rei ſcd̄m ꝓportionē arithmeticā. ſ. q̄ vnū cōmutatū nō excedat alterū in p̄tio: vt dicit̄. v. Ethi. Iuſtitia autē diſtributiua fit in diſtributione dignitatū & p̄mioꝝ, & bonoꝝ cōmunium, iuxta meritū, & ꝓportionē meritoꝝ, ſcd̄m menſurā & ꝓportionē laboꝝ & virtutū. & hoc fit cōparādo res, & pſonas ſcd̄m ꝓportionē geometricā: vt ptꝫ ibidē. Eſt ergo triplex iuſtitia. ſ. legalis: cōmutatiua, & diſtributiua. Et ideo ſcd̄m hanc triplicē iuſtitiā: Chriſt⁹ adeptus eſt totū genus humanū in hæreditatē: & hoc triplici iure liberauit & adeptus eſt genus humanū cū tota hęreditate paterna. ſ. iure legali, & commutatiuo, & diſtributiuo. ꝓbatur. Nam de iure legali & hæreditario proueniebat, & pertinebat ad eum tota hęreditas patris. Et per conſequēs iuſte potuit aſſumere bellū, & cōgredi cū diabolo ꝓ iniuria vlciſcēda, & preda repetēda: ergo iuſte debellauit diabolū, & expoliauit infernū: & liberauit prędā. ſ. fideles vet. teſt. quos iniuſte, & tyrānice poſſidebat. Scđo potuit liberare genus humanū iure cōmutatiuo, ſiue ſcd̄m iuſtitiā cōmutatiuam. probatur: quia iuſtum pretium obtulit patri ꝓ relaxatione illius captiuitatis. Nam obtulit ſeipſum, quod erat p̄tiū

infinitū. Primo, quia deus & homo. Scđo, quia innocēs ſi-
ne macula & pctō. Et iō ſolus potuit auferre pctm̄, & eſſe
p̄tium pro pctō ratione puritatis. Vñ ait Augu. ſup Ioan. &
pſal. l. q ſolus ille infans innocēs eſſe potuit qui nō ex ope
Adam natus eſt. Et rurſus ſolus ille agnus tollit pctā mūdi
qui pctm̄ non fecit: nec inuētus eſt dolus in ore eius. Et iō
quia Chriſtus nunq̄ fuit obnoxius pctō in natura nec in p-
ſona: ideo ſolus potuit eē p̄tium cōueniēs, & iuſtū p pctō to
tius generis humani. Tertio adeptus eſt Chriſtus totū ge-
nus hūanū in hęreditatē ſcđm iuſtitiā diſtributiuā: ex qua
meruit totū principatū mūdi in p̄miū laboꝝ ſuoꝝ, & obe
diētiæ & humilitatis: eo q ſemp impleuit, & fecit volunta-
tē patris. Et ſic p3, q tota iuſtitia Chriſti conſiſtebat in tri
bus. ſ. in natura: quia filius naturalis. ſcđo in puritate & in-
nocētia: quia oīno ſine pctō. Tertio in humilitate & obe
diētia: quia humiliauit ſeipſum factus obediēs vſq3 ad mor
tem. ad Phil. ij. Et ideo propter hanc triplicē iuſtitiā, iuſte
potuit Chriſtus liberare genus humanū, & adipiſci princi-
patū totius mūdi i hæreditatē. Et hoc oñdit Dauid in hac
particula. Vñ ait Chriſtus: dñs pater quia eſt iuſt' iudex re-
tribuet mihi hæreditatē gñis hūani ſcđm iuſtitiā meā: quia
ſcđm iuſtitiam legalē mihi debetur: & iuſte acquiſiui ea3:
quia ſum filius naturalis: & ideo iuſte potui congredi cum
diabolo pro p̄da repetēda, & pro iniuria patris vlciſcēda.
Et ſic iure potui gen' humanū liberare: & de diabolo triū
phare. Itē etiā pater retribuet mihi ſcđm puritatē manuu3
mearum: quia purū ſacrificiū, & p̄tium pro gñe humano ſi
bi obtuli in cruce, qui pctm̄ nō feci &c. Et p cōſequēs ſcđm
iuſtitiā cōmutatiuā pater relaxauit captiuā hæreditatē, &
retribuit mihi eam. Tertio modo pater retribuit mihi hāc
hæreditatē ſcđm iuſtitiam diſtributiuā: eo q fui humilis &
obediēs patri: quia ſemp cuſtodiui vias, & p̄cepta dñi: nec
aliquid impie geſſi: nec feci alienū a deo meo: nec quod eſ-
ſet contra eius voluntatatē & legē: nec iuſtitias eius repuli
a me: immo ſemp legē ei' ante oculos habui, & opere ſerua
ui. Et iō ſemp ero immaculatus, & purus ſine peccato corā
eo: & obſeruabo me purum ab iniquitate mea.

Et retribuet mihi dominus ſecundum iuſti-
tiam meam: & ſecundum puritatem manuū
mearum in conſpectu oculorum ejus.

¶ Hęc eſt ſcđa pars totius narrationis. Nā poſtq̄ Chriſtus
oñdit qualiter ex ſupradicta triplici iuſtitia meruit libera
re genus humanū de ſeruitute diaboli & tenebris pcti: nūc
in hac ſcđa parte oſtēdit quomodo p eandē iuſtititiā. ſ. pro
pter puritatē & obediētiam, & humilitatē meruit diſſipa-
re pplm̄ iudaicū, & inimicos ſuos, & ſubijcere ſibi pplm̄ gē
tilē: & ſic meruit regnū, & principatū toti' mundi. Vñ duo
facit in hac ſecunda parte. Nam primo in gñali præmittit
concluſionē intētam. Secūdo exequitur de intēto: oſtēden
do quibus armis fuit armatus a patre, & quibus armis ar-
mauit diſcipulos ſuos ad debellandu3, & ſubijciēdum ſibi
O totū orbē. ibi. Quoniā quis deus p̄ter deū noſtrū. ¶ Quā-
tum ad primum eſt aduertēdum: q cū deus p naturam ſit
excelſus & iuſtus, & oia alia ſint infima reſpectu ſui: Ideo
humilia reſpicit: & alta, & ſuperba a longe cognoſcit. Et
ſic officium ſuum eſt humiliare, & deprimere ſuperbos, &
exaltare humiles: & parcere ſubiectis, & debellare ſuper-
bos. Et ſic in primordio mundi debellauit, & deiecit dia-
bolum appetentē exaltari vltra meritum & naturā ſui. Et
ſic depreſſit Adā ppter inobedientiam & rebellionē. Sed
quia Chriſt' ſeipſum humiliauit, vſq3 ad mortē factus obe
diens: ideo pater exaltauit illum, & dedit illi nomē &c. ad
Phil. ij. Et ſic patet qňo deus rñdet vnicuiq3 ſcđm iuſtitiā
ſuam. & ideo dicit metaphorice ſupbus cū ſupbis: humilis
cū humilibus: eo q amplectit humiles, & abijcit, & depri-
mit ſupbos. Et ſic ergo p eandē iuſtitiā Xps rñdit vnicuiq3
& iſte timor ponit hoiem in ſtatu pfectiſſimo:& ideo dicitƭ
ſanctus,quia ſanctificat hoiem.etiā ordinat ipſum in deū:
quia ſanctus dicitur bene ordinatus.Vñ ita ſe habent p or-
dinē iſti quinq̄ timores.Nam ſcds timor eſt perfectior pri-
mo,& tertiꝰ ſcdo,& quartꝰ tertio:& quintꝰ eſt pfectior oi-
bus:eo ꝙ vnuſquiſq̄ aliorꝫ habet aliquod ꝓpriū intereſſe.
& ſic patiƭ aliquē defectū ſcdm magis & minus.Sed nō eſt
negandū,quin primi timores ſint boni.Nā bonum eſt ti-
mere offendere deum:ne quis ęternaliter damnetur:q dr̄
timor ſeruilis.Sed talis non eſt meritorius. Et melius eſt ti-
mere deum ne pdamus felicitatē ęternā.Sed iam eſt meliꝰ
timere offendere deū ne perdamus eius amorē:qd perti-
net ad timorem caſtum.Sed forſan eſt melius timere offen
dere deū:ne ſimus ingrati de tantis bñficijs receptis:quia
magis accedit ad quintū:quia videƭ ꝙ timeamꝰ ipꝫ per ſe,
& propter ſe.Sed abſq̄ dubio quintꝰ timor eſt pfectiſſimus
& ordinatiſſimꝰ:quia ſeruat ſpeciē modū & ordinem.Et iō
dicitƭ ſanctꝰ,& pficit & ſanctificat hoiem.Qui quidē timor
cōtinet quaſi timorē filialē,& caſtū,& gratū:& ideo vel eſt
idē qd ipſa charitas:vel conſequitur charitatem.& ideo di-
cit ꝓpheta:ꝙ iſte timor ſanctꝰ manet in ſęculū ſęculi.q qui
dē timor eſt effectus legis euāgelicę.Nā ſola obſeruātia le-
gis conſtituit hoiem in iſto ſancto timore.Ex quo patet,ꝙ
obſeruantia legis euangelicę ſanctificat hoiem:quia cōſti-
tuit hoiem in ſtatu perfectiſſimo.Et ſic lex euangelica dici
tur ſancta:quia ordinat hominem ad deū:ſiue quia ordi-
nat charitatem & timoreꝫ dei in ipſo homine:qd idē eſt.&
hęc eſt intentio prophetę in hac particula. Septimo dicit
propheta,ꝙ lex euangelica dicitur iuſtificata in ſemetipſa
ratione iudiciorū:eo ꝙ iudicia facta in ipſa ſunt iuſtificata
in ſemetipſa. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt aduertendum B
ꝙ tria poſſumus intelligere per iudicia euangelica.Nā pri-
mo actum iudicandi:quem fecit Chriſtus in multis ad eum
venientibus.Secundo p̄mia tributa eis talibus iudicijs.Ter
tio promiſſa obſeruatoribus legis euāgelicę.Quōcunq̄ aūt
intelligantur & ſumantur iſta tria iudicia:ſemper ſunt iu-
ſtificata in ſemetipſa.Nam primo oia iudicia q̄ Chriſtus fe
cit fuerunt iuſtificata:quia nullus venit ad eū petens veniā
de peccatis:quin abiret iuſtificatus & ſanatus:vt patet de
Magdalena,cui dimiſſa ſunt peccata multa:quoniam di-
lexit multum.Et ideo Chriſtus iudicauit inter eam & pha-
riſęum,oſtendens quomodo eſt iuſtum dare veniā petēti,
ponēs exēplū de duobus debitoribus.Et ſic Chriſtus man-
ſit iuſtificatus in ſuo iudicio:& Magdalena abijt iuſtificata
in ſua poenitentia:vt ptꝫ Lucę.vij.Itē iuſtuꝫ fuit iudiciū qd
Chriſtꝰ fecit de adltera,ſiue iter adulterā,& phariſęos a c-
cuſātes eā de adulterio.Nā poſtq̄ ipſa ꝓmiſit nō peccare:di
xit ipſi:nec ego te cōdēnabo:vade,& āpliꝰ noli peccare.Ioā.
viij. Et miſit eam iuſtificatam.Et ſic eſt dicendū de Cana-
nea & latrone.& tale iudicium de poenitentibus commiſit
Petro,& toti eccleſię cū dixit,ꝙ non ſolum remittat pctā
ſepties poenitētibꝰ:ſed ſeptuagies ſepties.Matth. xviij.Ex
quibus patet,ꝙ talia iudicia q̄ fecit Chriſtꝰ,& præcepit fie
ri in ecclīa de poenitentibus,ſunt iuſtificata ſemp in ſemet
ipſa:quia humilitas,& poenitentia iuſtificat hoiem,& me-
retur veniam. ¶ Secundo talia iudicia ſunƭ iuſtificata,ratio
ne promiſſionū.nam Chriſtus neminem fallit in promiſſis:
quia ſemper eius promiſſa fuerunt impleta:quia ſemper de
dit & dabit gloriam promiſſam obſeruatoribus legis:vt pa
tet de apliſ& martyribꝰ:per quos non ſolum ante:ſed etiā
poſt morteꝫ Chriſtus oſtendit multa miracula:per quæ poſ
ſumus credere eos obtinere gloriam & felicitatem promiſ-
ſam. Et ſic Chriſtus et lex euangelica manet vera,& iuſtifi
cata in ſuis iudicijs & promiſſis.Ideo dicit propheta,ꝙ iu-
dicia domini.i.lex ęuangelica quantum ad ſua iudicia & ꝓ
miſſa,eſt vera & iuſtificata in ſemetipſa:quia omnes poeni
tentes iuſtificat,& omnia promiſſa cōplet:quia omnibus
obſeruatoribus ſuis p̄bet gratiam in p̄ſenti:& gloriam pro
miſſaꝫ in futuro.Tertio dicitur iuſtificata:quia p̄miat vltra
condignum,& punit citra condignum.
¶ Ex ſupradictis patet,ꝙ ſi lex euangelica eſt ſic iuſtifica C
ta in ſemetipſa,ꝙ ſemper dat veniam poenitentibus iuſti-
ficās eos per grām:& nunq̄ fallit in promiſſis:ſed tribuit fe
licitatem promiſſaꝫ obſeruatoribꝰ ſuis:& præmiat vltra cō
dignum:ſequitur ergo,& ſubdit & concludit propheta:ꝙ
iudicia legis euangelicę ſunt

Deſyderabilia ſuper aurum & lapidem precio
ſum multū:& dulciora ſuper mel & fauum.
Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea:in cuſtodien-
dis illis retributio multa.

¶ Deſyderabilia ſup.i.magis q̄ aurū:& ſup oēꝫ lapidē p̄tio
ſum:& ſunt dulciora guſtui ſpirituali:ſup.i.magis q̄ mel &
fauū.Etenim.i.propterea certe ſeruus tuus chriſtianus cu-
ſtodit ea.ſ.oia iudicia,& p̄cepta legis euāgelicę. Primo qa
ipſa ſūt iuſta de ſe,& faciūt hoiem iuſtū.Scdo:quia in cuſto
diendis illis datur retributio multa & magna:quia datur
ęterna felicitas in eis. ¶ Per ſupradicta ergo patent ſepteꝫ
perfectiones legis euangelicę.ſ.quia eſt immaculata,fide
lis,recta,lucida,ſancta,iuſtificata,& deſyderabilis.

Itē explicat ꝓpheta ſeptē effect⁹ legis euāgelicę: cum dicit
ꝙ cōuertit aīas: & p̄ſtat ſciētiā paruulis: & lætificat corda:
& illuminat ocl'os mētis: & ſanctificat: & iuſtificat: & vltio
retribuit p̄miū ęternū & infinitū. ℂ Ex p̄miſſis ſex ſequitur
vltimū. Nā ſi ipa habet tres ꝓprietates & pfectiōes & effe
ct⁹, ſequitur ꝙ lex euāgelica eſt ſup oia deſyderabilis & ſer
uāda: & i ea totū noſtrū deſyderiū, & ſpes eſt conſtituēda.
ℂ Ex ſupradictis ſeptē cōditionibus & perfectionibus: pꝫ
differentia & eminētia legis euāgelicę ſupra legē veterem.
Nā illa in pluribus poti⁹ conuertebat corpus q̄ aīam: quia
nō ꝓhibebat aiꝫ explicite: ſed manū. Scḋo illa nō p̄ſtabat
ſapientiā in ea latētem: ſed literam & ſenſum apparentem.
Tertio illa nō lætificabat corda: ſed corpora in copia cibo
rū, & tēporalū ꝓmiſſoꝝ. Quarto illa nō illumiabat ocl'os
mentis: ſed corporis tantū de præſenti. Quinto illa nō ſan
ctificabat hominē timore caſto & grato & ſancto: ſed timo
re ſeruili & formidine poenę. Sexto illa nō iuſtificabat nec
dabat veniā ſimpliciter poenitentib⁹, nec eos expectabat:
ſed illos poena aut morte corporali puniebat etiam de cō-
digno: & etiā vltra cōdignū quātū ad apparentiā vt de col
ligente ligna in ſabbato. Nūe. xv. & de Oza qui ſolum te-
tigit arcā dñi. ij. Reg. vj. & de Ozia q̄ p̄ſumpſit adolere in-
cenſum. iiij. Reg. xv. Et. ij. Paralipomenon. xxvj. Septimo
quia illa nō promittebat niſi bona tp̄alia. Ex quibus oībus
patet ꝙ lex euāgelica in oībus ſupeminet veteri. Et iō dicit
ꝓpheta, ꝙ ſola iſta eſt per ſe deſyderabilis: & ꝙ bona que
ꝓmittuntur & danť in lege euāgelica tā in p̄ſenti q̄ in futu
ro: ſunt deſyderabilia ſup aurū, & lapidē p̄tioſum: & ſuper
oēs diuitias q̄ ꝓmittebātur & dabanť in veteri lege. Et bo
na glorię q̄ danť in futuro: ſunt dulciora ſup mel, & oēs ci-
bos veteris legis. ibi. n. ꝓmittebať copia lactis & mellis tpa
lis: hic aūt fruitiꝰ cęleſtis & æternalis: qa nec oculus vidit,
nec auris audiuit: nec in cor hois aſcēdit: q̄ p̄parauit de⁹ di
ligētib⁹ ſe. Eſa. lxiiij. & . j. ad Cori. ij. Et iō cōcludit ꝙ i cuſto
diēdis illis mādatis Chriſti dať retributio mlta in cęlo ſup.

**Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me dñe: & ab alienis parce ſeruo tuo.**

ℂ Poſtq̄ ſuperi⁹ explicauit pfectiōes, & fruct⁹, & p̄mia le-
gis euāgelicę: nūc i hac tertia pte petit gratiā: vt valeat hāc
legē euāgelicā obſeruare: ſine q̄ nec lex pōt obſeruari, nec
D peccatum vitari. ℂ Ad cuius intelligentiam eſt notandum
ſcḋm Aug. de natura & gr̄a, & contra Pelagianos in oibus
tractatib⁹ ſuis: ꝙ cauſa quare null⁹ homo pōt vitare pecca-
tū: nec implere diuina p̄cepta, niſi p gr̄am Chriſti fuerit ad
iutus: eſt duplex. vna ſe tenet ex parte noſtra: alia ratione
trium impugnatoꝝ. Cauſa prima eſt corruptio nr̄ę naturę.
Nā ſicut dictū eſt pſal. xiij. taliter fuit corrupta caro, & natu
ra, & ſenſualitas noſtra in Adā: ꝙ oēs potētię fuerūt debili
tate, & vulneratę: intantū ꝙ hō māſit ꝓnus ad cadendū in
oē vitiū, & difficilis, & infirm⁹ ad reſiſtendū: & magis diffi-
cilis ad reſurgendū, eo ꝙ liberū arbitriū noſtrū manet clau
dicatum. Sicut homo claudus, quem impoſſibile eſt recte
ābulare niſi ſanetur. Vn̄ ſicut hō claudus ſemp cadit ad ptē
pedis lęſi & eſt ꝓnus ad illā inclinari, & nō ad aliā: ita libe
rū arbitriū noſtrū ita eſt ꝓnū ad cadendō ad ptē pc̄ti: ꝙ nō
ad ſeruādū p̄cepta diuia. Et hęc eſt pria cā ex pte nr̄i. Scḋa
cauſa eſt triplex rōne triō impugnatoꝝ, q cōtinue ſuggerūt
& impugnāt ad malū. Prim⁹ ſuggeſtor & impugnator dici
tur intriſecus & occultus: q̄ eſt cōcupiſcētia in carne: & ſen-
ſualitate nr̄a ex pc̄tō primoꝝ parentū inflicta. Quę duo fa
cit. Nā prio infirmat & debilitat oēs potentias vt dictū eſt.
Scḋo inſurgit & luctať aduerſus ſpm̄, infligēs in eo oēm in-
ordinatū appetitū. A qua quidē cōcupiſcētia oia mala oriū
tur: vt inquit Aug. de verbis apl̄i. Nā prio iſta cōcupiſcētia
infligit appetitū ꝓprię excellētię in honoribus: cui volūtas
conſentiens nō patitur maiorē nec ęqualē. Et ſic incidit in
pc̄tm̄ ſupbię, & p cōcupiſcentiā carnis incidit in gulā & lu-
xuriā. Et ex cōcupiſcentia bonoꝝ fortunę, incidit in auari-
tiam. Et ex appetitu vindictę: incidit in irā & odiō. & ſic de
ſingl'is. Et iſte diciť impugnator, & ſuggeſtor intrinſecus: q
multis noib⁹ noiať. diciť. n. cōcupiſcētia: inquātum excitat
aiam ad oēm appetitū inordinatū: vt dictuꝫ eſt. Scḋo diciť
fomes ois peccati. Tertio dicitur lex mēbroꝝ. Quarto diciť
tyrānus. Quinto langor & morbus, & corruptio naturæ: in
quātū infirmat & deſtruit vires naturæ. Sed p̄ter iſtū ſugge
ſtorē intrinſecū: ſunt duo alij ſuggeſtores exteriores: quorū
primus eſt diabolus: qui ſemp ab initio tentat hoiem, q ex
ſua aſtutia habet infinitos modos: & parat infinitos laq̄os
ad capiendū hoieꝫ. de quo dicit ſaluator Mat. xij. ꝙ ſi nō
pōt hoiem capere in vno laq̄o: aut eijcere p vnū pc̄tm̄: tunc
aſſumit ſeptē alios ſpūs nequiores ſe, & ingreſſi habitāt in
hoie. Tertius impugnator eſt mundus, qui non habet pau-
ciores modos & vias ad proſternendū hoieꝫ. qui quidē mū
dus impedit hoiem ad bn̄ agenduꝫ: & ſollicitat ad oia ma-
la: tū rōne vxoris aut filioꝝ aut amicorū: vt eis cōplaceat:
& eos ſuſtineat. vn̄ dicit Apl's. j. ad Corin. vij. ꝙ vir ſollicit⁹
eſt mūdo, quō placeat vxori & ecōuerſo. Itē ipſi inimici in
citant hoiem ad iracūdiā, & oē malū ex inuidia & alia cā.
Vnde naſcitur odiū, & homicidia, & cętera hmōi. Ex ſupra
dictis patet, ꝙ impoſſibile eſt hoiem ſic in natura corruptū
& infirmū, poſſe reſiſtere iſtis trib⁹ impugnatoribus abſq
auxilio: cū impugnent ipſum intus, & extra, & in occulto &
in publico. Et hoc eſt qḋ dicit propheta. O dn̄e Ieſu chriſte
adiutor meus, & redēptor meus, da mihi gratiaꝫ vt poſſim
legem euangelicam ſeruare: & delicta & peccata vitare.
Nā delicta quis intelligit. i. quis poteſt intelligere & diſcer
nere, & p̄cauere, & enumerare tot genera delictorū & pec-
catorū, & tot modos tētationū & ſuggeſtionū: cum habea-
mus tres impugnatores: vnū intrinſecū & occultū, quę dici-
tur concupiſcētia, q̄ nos ſemp impugnat in occulto & duos
exteriores & alienos. ſ. mūdū & diabolum: qui nos exterius
impugnant: & in publico incitāt modis infinitis ad oia ma
la ꝑpetranda? quaſi dicat, nullus poterit reſiſtere tot & tan
tis tentatoribus: nec p̄cauere delicta, niſi p tuā gr̄am fuerit
adiutus. Et ideo tu dn̄e munda me ab occultis peccatis me
is: & ab alienis parce ſeruo tuo. ℂ Ad cuius intelligentiam E
eſt notandum: ꝙ peccata poſſunt dici tripliciter aliena &
occulta. Vno modo: quia ab occulto impugnatore ſcilicet
interiori concupiſcentia ſunt ſuggeſta & illicita vel illecta:
aut in ſolo propoſito ſunt commiſſa: aut in ſecreto ſunt per
petrata. Itē p oppoſitū peccata dicunť aliena, qn̄ ſuggeſtio
ne alienorum impugnatorum. ſ. mundi, & diaboli ſunt cō-
miſſa, aut ex propoſito in effectum, & in perſonā alienam
ſunt cōpleta & deducta: ſicut ſunt furta: homicidia: oppro-
bria, & adulteria, & cætera huiuſmodi: aut quādo ex occul
to in publicum ſunt manifeſtata & diffamata: quia iam tūc
alios ſcandalizant, & offendunt aures eorum. Ab iſtis ergo
peccatis tam occultis q̄ alienis petit mundari & liberari cū
dicit. Ab occultis meis munda me domine. i. a peccatis q̄
in occulto & in ſecreto, aut in ſolo propoſito, aut ab occul-
to impugnatore & cōcupiſcentia ꝓpria cōmiſi: & pce mihi
ſeruo tuo ab alienis delictis, q̄ ex alienis impugnatoribus,
aut in perſonas alienas aut in publico perpetraui. Vnde no
tanter dicit & petit ab occultis mundari: & ab alienis ſibi
parci. Nā pc̄tā occulta nō in effectū cōſummata: aut in ſecre
to cōmiſſa, ſine lęſione ꝓximi: p ſolaꝫ poenitentiā occultā
poſſunt deleri & mundari. Sed pc̄tā aliena in effectū cōtra
ꝓximū cōmiſſa, non remittuntur, niſi per reſtitutionem rei
ablatę, aut remiſſionē iniuriæ. Et ideo ſubdit.

**Si mei non fuerint dn̄ati tūc immaculatus ero: & emundabor a delicto maximo.**

Si mūdaueris me ab occultis meis: & pepceris mihi ab alie

nis: tũc non dñabũtur mei iſti tres ĩpugnatores: imo ego ſuperabo, & vincã eos p grãs & pœnitentiã. Et ſi iſti tres impugnatores mei nõ fuerint dñati: immo fuerint victi p pœnitentiã: tũc ego ero immaculatus & purgatus: & mundabor a delicto maximo. ❡ Ad cui⁹ maiorẽ intelligentiã eſt F
notãdũ, ꝙ licet oẽ delictũ dicaꝛ magnũ, inquãtũ cõtra deũ cõmittiꝛ: tñ pctm̃ finalis impœnitẽtię & obſtinationis dicitur maximũ: eo ꝙ poſt mortẽ nõ põt p pnĩaꝫ deleri: qa nõ ampli⁹ eſt loc⁹, nec tẽpus pniç. p quo pctõ nõ eſt orandus: vt ait Ioã. i pria canonica ſua, cap. v. qđ quidẽ pctm̃ poſtq̃ non remittiꝛ in hoc ſęculo p culpã: nõ remitteꝛ in alio per pœnã. Mat. xij. Et iõ tale pctm̃ nõ põt euitari niſi p pñiam pnĩam factã in vita. Iterũ eſt aduertendũ, ꝙ diabolus nõ dr̃ dñator nec victor: niſi p pctm̃ finalis impœnitẽtię: eo ꝙ quotidie vinciꝛ p pœnitẽtiã factã i vita. De hoc ergo delicto maximo: p qđ diabol⁹ dr̃ dñari obſtinatis & ĩpœnitẽtib⁹: dicit ꝓpheta: Si mei non fuerint dñari iſti tres impugnatores mei. ſ. caro, mũdus, & diabolus: immo victi p pœnitẽtiã factã in vita: tũc ero imaculat⁹, & emundabor. i. euadã a delicto maximo finalis ĩpœnitẽtię. Sed quia poſt factã pnĩaꝫ, oẽs oratiões & cętera bona q̃ hõ facit in ſtatu gratię ſunt deo placita & accepta: ideo ſubdit.

## Et erũt vt cõplaceant eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in cõſpectu tuo ſemper.

❡ Et erunt, inquit, vt cõplaceant. i. poſtq̃ fuero mũdatus p pœnitentiã: tũc meditatio cordis mei. i. oẽs cogitatiões, & eloquia oris mei, & cętera bona q̃ fecero: erũt iuſte, & ĩ charitate facta: vt cõplaceãt. i. ſint chara, & placita, & accepta in cõſpectu tuo ſemper. Sed quiã oia ſupradicta ſine gratia peragere non potero: ideo ſubdit.

## Dñe adiutor meus: & redemptor meus.

❡ Rogo te dñe Ieſu: vt poſtq̃ dediſti mihi legẽ euãgelicã: ſis adiutor meus gratiã ꝑuenientẽ conferẽdo ad ſeruandũ eam, & ad reſiſtendum tribus impugnatoribus: & ſis redẽptor meus gratiam ſubuenientẽ conferẽdo: & a peccatis occultis, & alienis mihi parcendo. Et nota ꝙ tota cõſtructio, & ſententia tertię partis huius pſal. põt incipere ab hoc vltimo verſiculo: vt ſit ſenſus. O dñe Ieſu Chriſte adiutor me⁹ & redemptor meus: da mihi gratiã: ſup. quia delicta quis ĩtelligit. i. quis poterit vitare, & reſiſtere propter rationes iã dictas? Ideo ab occultis meis mũda me &c. ❡ Ex toto iſto pſal. pñt recolligi. xj. cõcluſiones. ❡ Prima cõcluſio, ꝙ lex euangelica fuit per oẽs partes mundi audita & publicata. ❡ Secunda concluſio, ꝙ Chriſtus ſol iuſtitię qui ab ęterno ſummo patre proceſſit: temporaliter venit in carnem, & pacto curſu noſtrę redemptionis regreſſus eſt in cęluꝫ vnde deſcendit. ❡ Tertia concluſio, ꝙ Chriſtus non proceſſit ex Maria virgine, tanq̃ ex thoro maritali & corrupto: ſed tãq̃ ſponſus de thalamo virginali ipſam virginem relinquẽdo. ❡ Quarta concluſio, ꝙ Chriſtus ſol iuſtitię p aduentuꝫ, & curſum ſuum fugauit noctem veteris legis & peccati: & cauſauit dieꝫ gratiæ in eccleſia militãti. ❡ Quinta concluſio, ꝙ ſicut lex euãgelica habet ſeptẽ perfectiones: quia eſt immaculata, & fidelis, & recta, & lucida, & ſancta, & vera, & iuſtificata: Ita facit ſeptẽ ſalubres effectus. ſ. quia conuertit aiãs: & præſtat ſapientiam paruulis: & lætificat corda, & illuminat oculos mentis: & ſanctificat, & complet ꝓmiſſuꝫ, & iuſtificat hominem. ❡ Sexta cõcluſio, ꝙ lex euangelica propter omnia ſupradicta eſt per ſe deſyderabilis, magis q̃ lex vetus: eo ꝙ illa ſolũ promittebat & dabat temporalia: iſta autem vitam & felicitatem ęternam. ❡ Septima concluſio: ꝙ nemo poteſt implere legem euangelicam: nec vitare peccata: niſi per gratiam Chriſti fuerit adiut⁹. ❡ Octaua cõcluſio: ꝙ nẽo poteſt ab occultis peccatis mũdari: nec ab alienis liberari; niſi per gratiã ſubueniẽtem fuerit ſubleuatus. ❡ Nona cõcluſio, ꝙ nemo poteſt mundari, & liberari a delicto maximo finalis impœnitentię: per qđ diabolus dñatur: niſi per pœnitentiam factã in hac vita preueniẽtẽ ipſam mortem. ❡ Decima cõcluſio, ꝙ orones & cętera bona non ſunt deo placita & accepta: niſi poſt actã pœnitentiam in ſtatu gratię. Vndecima cõcluſio, ꝙ ſola lex euãgelica pfecte iuſtificat hoieꝫ. ꝓbaꝛ: qa mũdat, & rectificat, & ſanctificat, & gratificat, & fructificat ad gloriam.

## EXaudiat te dñs in die tribulationis: protegat te nomen dei Iacob.

❡ Titulus: In finẽ pſal. Dauid. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hunc pſalmũ dirigens nos in Chriſtũ: qui eſt finis legis & victor & triũphator: ſicut ſupra dictum eſt pſal. xvij. Sed pfidus Ra. Sa. qui ſemp conaꝛ puertere ſcripturas, & retrahere a vero ſenſu ad ſuã pfidiã: dicit ꝙ Dauid fecit hũc pſalmũ in ſua ſenectute: qñ Ioab, & cæteri armigeri dixerũt ipſi Dauid, ne ampli⁹ exiret ad bellũ cum eis, ne occideret ab inimicis, & extingueret lucernã in Iſrł: ſed oraret pro ſuo exercitu: quia magis vinceret orationib⁹ q̃ armis: vt patet. ij. Reg. xxj. Et ſic literaliter exponit hũc pſalmũ de Dauid, & de illa hiſtoria. Sed talis expoſitio ſic lĩaliter ꝑciſa nõ ſolũmõ eſt inutilis: ſed etiã falſa, faciens iniuriã ꝓphetę, & non explicãs verũ myſteriũ, & intelligẽtiã hui⁹ pſal. quia Dauid nõ fuit min⁹ ꝓpheta, nec minus illuſtrat⁹ de Chriſto futuro i hoc pſal. q̃ in cæteris. Vñ ipſemet Ra. Sa. dicit ſup Zachariã cap. ix. ꝙ oẽs ꝓphetę nõ ſunt locuti niſi ſup annos redemptoris, & in dies Meſſię. Ex quo pꝫ, ꝙ in tali lĩali expoſitiõe videꝛ ſibijpſi contradicere. Iõ reiecta oi iudaica pfidia exponend⁹ eſt iſte pſal. de Chriſto & ęccłia: ad quẽ intellectũ legit ipſum ecclia. ❡ Ad cui⁹ in H
telligentiã eſt notandũ, ꝙ ſex memoranꝛ in ſcriptura vete. teſt. de Chriſto Meſſia in lege ꝓmiſſo. Prio, ꝙ debebat eẽ de⁹ & hõ. Rex & ſacerdos. Scdo ꝙ debebat eſſe legiſlator, & ferre legem nouã. Tertio, ꝙ ipſemet debebat eſſe hoſtia & ſacrificiũ. Quarto, ꝙ debebat eſſe paſtor populi ſui. Quinto, ꝙ regnum ei⁹ debebat eſſe glorioſum in corpore & aia. Sexto, ꝙ expoliato inferno debebat aſcendere in cælũ victor & triũphator: & accipere vl'em, & iudiciariã poteſtatẽ. Hęc aũt oia ꝑuidẽs Dauid in ſpũ confecit plures pſalmos, de quoꝝ nũero ponunꝛ hic ſex p ordinẽ. Nam pſalmũ ꝑcedentẽ fecit de Chriſto legiſlatore, & publicatione, & perfectione legis euãgelicę. Iſtũ autẽ pſal. xix. fecit de ſacerdotio & triũpho Chriſti. pſalmũ vero ſequentẽ fecit de eius regno glorioſo: & pſalmuꝫ. xxj. fecit de hoſtia & ſacrificio Chriſti. In. xxij. ꝑdicit Chriſtũ futurũ paſtorem ecclię. In. xxiij. ꝑdicit regnũ vniuerſale eiuſdẽ. In hoc ergo pſal. Dauid ꝑdicit ſacerdotiũ Chriſti, vocando Chriſtuꝫ: vt acceleret aduentũ ſuum: vt veniret ad liberandũ nos per ſuum ſacrificiũ: & iõ dedit ipſum ad cantandũ in templo ad victoriam vocum ad denotandũ, ꝙ fideles vete. teſt. cũ magno deſyderio, & clamore expectabãt, & vocabãt Chriſtum: vt veniret ad liberandum eos. Duo ergo facit Dauid in hoc pſal. Naꝫ prio vocat Chriſtũ: vt veniat ad ſacerdotiũ: & offerẽdum ſacrificiuꝫ: p qđ triũphauit de diabolo. Scdo ꝑdicit qualiter cõicauit apłis & ecclię ſacerdotiũ ſuũ & poteſtatẽ per quã triũphauit de toto populo gentili: & ſubiecit totũ munduꝫ. ibi: Lętabimur i ſalutari tuo. vel ibi: In potẽtatib⁹ ſalus dexterę eius. Quantũ ad primũ eſt notandũ ſicut dictũ eſt in ꝓlogo: ꝙ ſicut Adã per ſuũ pctm̃ oẽs ad pœnã, & captiuitateꝫ obligauit & vendidit, & a deo ſeparauit: ita deus pater ſtatuit: vt ab illo pctõ nõ poſſem⁹ ſibi recõciliari, nec redimi, niſi p interceſſionẽ, & ſacrificiũ vnius iuſti, & innocentis mediatoris Ieſu Chriſti: in cuius virtute, & mentis nr̃ę opatiões eſſẽt deo gratę: & acceptę & iõ Chriſt⁹ voluit icarnari & ꝓ nobis ieiũare, & labores tolerare, orare, & ſeipꝫ i ſacrificiũ pro nobis patri offerre. qđ pertinet ad officium ſacerdotis.

I ¶ Nā tria ptinēt ad officiū ſacerdotis. Primo pro pplo ad
deū interpellare & orare. ideo dicitur mediator inter ppl̄ꝫ
& deū. Scdo ptinet ad ſacerdotē ſacrificiuꝫ offerre, & ſic dī
ſacerdos. Tertio legē ponere & cōſtituere: & ſic dicit̄ pōti-
fex, quaſi leges & poſitionē faciēs: p quā ppl̄s iuſte viuat,
& in deū dirigat̄. Et ideo Chriſt⁹ voluit aſſumere nomē, &
officiū ſacerdotis, & pontificis: vt p nobis cōpleret oīa iſta.
Hoc ergo puidēs Dauid in ſpū, vocat Ieſum ad ſacerdotiū
dicēs. O dn̄e Ieſu chriſte in lege promiſſe accelera aduen-
tū tuū, & veni ad exercendum officiū veri ſacerdotis: qd eſt
p pplo orare, & ſacrificiū offerre, & legē ponere. iō veni vt
dn̄s pater exaudiat te in die tribulationis. ſ. mortis & paſſio
nis: qn̄ p nobis orabis in mēſa, & in horto, & i cruce: vt tūc
nomen dei Iacob, qd eſt Ieſus, protegat te: & deus pater

Mittat tibi auxilium de ſancto: & de Sion tuea
tur te.

¶ Mittat tibi auxiliū de ſctō. i. de altiſſimo ſanctuario ſuo:
K & de Sion triūphanti tueatur, & defendat te. ¶ Ad cuius
intelligētiā eſt notandū q Chriſtus ter orauit p gn̄e hūa-
no: & p nr̄a reſurrectiōe: in qb⁹ trib⁹ oronib⁹ ſemp pr̄ miſit
ſibi auxiliuꝫ de caelo ſancto ſuo. Nā primo orauit corā toto
pplo anteq̄ caperet̄: qn̄ dixit Pater clarifica filiū tuū: quia
tunc audita eſt vox patris de cęlo dicētis: Clarificaui & ite-
rū clarificabo. Ioan. xij. Itē qn̄ orauit in horto: miſit pater
auxiliū & tuitionem de ſancto, qn̄ miſit ſibi angelum q cō
fortaret eū annūcians ſibi fructū ſuę paſſionis: & ſuā & no-
ſtrā reſurrectionē. Et etiā audiuit ipm in cruce, qn̄ ſol, & lu
na, & tota terra oſtēderūt ſe cōpati ſibi. Ex quib⁹ oib⁹ ptꝫ,
q Chriſtus ſemp fuit exauditus pro ſua reuerētia: vt magis
patebit. Et iterū eſt notādū q nomē dei tetragrammatō,
quo Chriſtus fuit ptector & victor, dicit̄ nomē dei Iacob:
eo q nomē Ieſus in quo conſiſtit tota nr̄a ſalus & redēptio
fuit pmiſſum ipſi Iacob & ſemini eius: & illud nomē acce-
pit Ieſ⁹ a patre, p qd fuit victor & triumphator. ad Philip.
ij. Dedit illi nomen qd eſt ſup oē nomē &c. Deinde ſubdit.

Memor ſit omnis ſacrificii tui: & holocauſtum
tuum pingue fiat.

¶ Cū dicit Memor ſit ois ſacrificij: vocat Chriſtum vt offe
rat ſeipſum in ſacrificiū p nobis in cruce: & inſtituat ſacra-
mētū euchariſtię in memoriā ſuę paſſionis. ideo ſubdit. O
dn̄e Ieſu Chriſte veni ad paſſionē: vt dn̄s pater ſit memor
& acceptor totius ſacrificij tui: accipiēs ipſum in p̄tium nr̄ę
redēptionis, & holocauſtū tuū igne charitatis totuꝫ crema-
tum & conſumptū, fiat pingue & ſufficiens & copioſum ad
ſatiſfaciendū pro nobis. Nā ſicut holocauſta q̄ fiebant in ve
teri lege ex agno matutino & veſpertino: q̄ in figura tui of-
ferebantur: quanto magis erant pinguia, tanto altius fum⁹
eorū aſcendebat in caelū: ita ſacrificiū tuū o Chriſte tantum
erit pingue & copioſum, & igne charitatis cōcrematum, q
totus ſanguis tuus haurietur, & euacuabit̄, & effūdet̄ in re-
dēptionē p nobis, intantū q fum⁹ & odor illius charitatis
& obediētię penetrabit caelos: & introibit in aures patris: &
ſic pater tribuet tibi ſcdm cor & deſyderium tuum relaxan
do debitū gn̄is humani. Deinde ſubdit.

Tribuat tibi ſecundum cor tuum: & omne con
ſilium tuum confirmet.

¶ Tribuat tibi. Vocat Chriſtū ad dandā legē euāgelicam.
O chriſte veni ad mortē & paſſionē: vt pater tribuat tibi ſe-
cūdū cor & deſideriū tuuꝫ oia quę petieris: & confirmet oē
conſiliū tuū. i. totā legē euāgelicā in qua tradūtur conſilia
ad dirigendū hoiem in deum. Et notanter appellat conſi-
liū, ad differētiā legis veteris: eo q illa data eſt cū cōmina-
tione poene per modū p̄cepti: iſta autēꝫ data eſt cum amo-
re & benignitate, per modum conſilij, & cum promiſſione
glorię. Deinde cum dicit,

Lętabimur in ſalutari tuo: & in nomine dei no
ſtri magnificabimur.

¶ Prędicit propheta fructū & effectū paſſiōis Chriſti i hac
ſcd̄a parte. ¶ Ad cuius intelligentiā eſt notandū: q duo fe L
cit Chriſt⁹ p ſuū ſacerdotiū & mortē & paſſionē. Nā primo
nos a morte & captiuitate liberauit. Secundo ſacerdotium
& poteſtatē quaꝫ accepit a patre: apl̄is & eccl̄ię cōicauit. p
qd ſacerdotiū & poteſtatē de mūdo & diabolo triūphauit.
& hoc eſt q dicit in hac ſecūda parte. Vn̄ dicit prio. O dn̄e
Ieſu Chriſte bn̄ pater tribuet tibi ſecūdū cor tuū: quia debi
tū noſtrū relaxabit p ſacrificiū: & paſſionē tuam: & reſurre
ctionē tibi tribuet: & cōſiliū tuū cōfirmabit. Et ideo tūc a ta
li debito liberati, & p legē tuā cōfirmati lętabimur in ſalu
tari tuo. i. in ſaluatiōe, & redēptione facta. Itē lętabimur i
ſalutari tuo. i. hoc noie Ieſu, qd eſt nomē dei noſtri. Et ideo
in iſto noie dei noſtri magnificabimur & exaltabimur. Et
hoc ego dico: qm̄ ego Dauid cognoui, & in ſpū prophetico
puidi nūc p cōtēplationē: qm̄ dn̄s pater fecit ſaluū Chriſtuꝫ
ſuū, ipſum a mortuis reſuſcitando: & etiā fecit ipſum ſaluuꝫ
. i. ſaluatorē cōſtituit: & exaudiet illū pro nobis de cęlo ſan
cto ſuo. Et dirigēs Dauid verba ſua ad Chriſtum dicit. Im-
pleat dn̄s petitiōes tuas. & ordinatur cū litera ſupiori: vt ſit
ſenſus. O dn̄e Ieſu chriſte poſt paſſionē & reſurrectionē læ-
tabimur in ſalutari tuo, & in noie dei nr̄i magnificabimur.

Impleat dn̄s oēs petitiones tuas: nunc cogno-
ui quoniā ſaluum fecit dominus chriſtū ſuum.

¶ Lętabimur inqt i ſalutari tuo: quia impleuit dn̄s oēs pe-
titiones tuas. & ponit̄ optatiu⁹ p futuro indicatiui, ſecundū
cōſuetudinē pphetarū. & ideo ſubdit cauſā quare prophe-
ta p̄dixit oia ſupradicta de Chriſto & nr̄a redēptione: quia
ego cognoui: qm̄ dn̄s pater faciet ſaluuꝫ Chriſtum ſuum: &

Exaudiet illum de cęlo ſancto ſuo: in potenta-
tibus ſalus dexterę eius.

¶ Exaudiet inquit illum de cęlo ſancto ſuo relaxando de
bitū gn̄is hūani, & ipm a mortuis reſuſcitando. In poten-
tatibus ſalus dexteræ eius. Hic incipit verſiculus & ſenten-
tia. Nā poſtq̄ ppheta vocauit Chriſtū ad ſacerdotium & ſa
crificiuꝫ, & oñdit fructū & vtilitatē mortis & paſſionis: hic
oſtēdit qualiter Chriſtus cōicauit apl̄is ſuis ſuū ſacerdotiū
& poteſtatē ad mundū & diabolum debellandū. ¶ A cui⁹ M
intelligentiā eſt aduertendū, ſicut dictum eſt pſalmo. xvij.
q Chriſtus inquātū homo, oia q̄ habet accepit a patre, &
ea cōicauit diſcipulis ſuis. Vn̄ quadruplici virtute eos ar-
mauit. Primo eccl̄iaſtica poteſtate. ſ. virtute ſeptē ſacramen
torū: in quib⁹ cōſiſtit ſacerdotiū, & eius poteſtas. Secundo
virtute donorū ſpūs ſancti. Tertio dedit eis hoc nomen Ie-
ſus in clypeū & protectionē. Quarto legē euangelicā, tanq̄
lanceā, & ſagittā, & gladiū ad ferienda corda hominū: quę
oia cōtinent̄ in hoc noie Ieſu qd eſt nomē omnipotētię, &
ſapientię, & ſalutis, & iuſtitiæ: vt dictū eſt pſal. viij. Hęc er-
go quatuor arma tradidit Chriſtus diſcipulis ſuis: quib⁹ to-
tū mundū debellarunt & ſubiecerūt. Et hoc eſt qd dicit Da
uid: cū ait potentatibus. dicit ergo: Ego cognoui in ſpiritu:
qm̄ ſaluum faciet dn̄s Chriſtum ſuum. i. in ſaluatorem con
ſtituet: & cognoui in ſpiritu: q ſalus dexterę eius quod eſt
hoc nomē Ieſus, continens omnia quatuor ſupradicta, erit
cōmunicatum in potentatibus. i. in apoſtolis factis potenti
bus, & fortibus, & armatis in poteſtate huius nominis. & iō
cum hoc nomine vincemus & debellabimus totum orbē,
& potentiam populi gentilis.

Hi in curribus & hi in equis: nos autem in no-
mine domini dei noſtri inuocabimus.

**Ipſi obligati ſunt & ceciderunt:nos autem ſurreximus & erecti ſumus.**

ℭ Hi in curribus.Hi.i.q̄dā virtutes & reges in curribus pugnabunt contra nos.Et hi.i.alij pugnabunt in equis,& in copia equorū & armorū,Nos autem in ſolo noīe dei noſtri quod eſt Ieſus,inuocabim⁹:quia illo noīe ſum⁹ armati.Et ideo ipſi principes & imperatores cōfidentes in ſuis currib⁹ & equis,obligati & victi ceciderūt ſub pedibus noſtris.Nos aūt qui ante eramus pauperes,& ſubiecti,& afflicti:ſurreximus a pſecutione,& erecti,& exaltati ſumus:& eos iugo fidei ſubiecimus,& diabolū principē hui⁹ mūdi deſtructis idolis foras eiecimus.quæ oīa fecimus in virtute huius noīs Ieſus,Et ſic de diabolo & mundo triumphauimus.Vltimo autem propheta conuerſus ad deum patrem dicit.

**Domie ſaluum fac regem:& exaudi nos in die qua inuocauerimus te.**

ℭ O dñe ſi tot & tāta bona debēt fieri in aduentu hui⁹ regis:ideo ſaluū fac regē & ſaluatorē:& ſaluū fac eū p reſurrectionē,& exaudi nos in die gratię,in qua inuocauerimus te:quia tunc inuocabimus te in noīe eius:quod eſt Ieſus, in quo ſperamus ſaluari. ℭ Ex toto ergo iſto pſalmo poſſūt
N recolligi quatuor cōcluſiones. ℭ Prima cōcluſio,ꝙ Chriſt⁹ ſemper fuit exauditus in ſua oratione & ſacrificio pro nobis quia pater tribuit ei ſecundum deſyderiū ſuum. ℭ Scda cōcluſio ꝙ Chriſtus fuit ver⁹ ſacerdos offerēs pingue,& copioſum ſacrificiū pro nobis. ℭ Tertia cōcluſio ꝙ Dauid pręuidit in ſpū ꝓphetico totū myſteriū ſacerdotij Chriſti,& nrę redēptiōis. ℭ Quarta concluſio,ꝙ apoſtoli ſolo noīe Ieſu armati debellarunt totū orbē,& triumphauerunt de mundo & de diabolo:quia principe huius mūdi foras eiecto:oēs infideles Chriſto ſubiecerunt.

**DOmine in virtute tua lętabitur rex:& ſup ſalutare tuū exultabit vehemēter. Deſyderium cordis eius tribuiſti ei:& voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.**

ℭ Titulus in finē,ſiue ad victoriā pſal.Dauid.Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hūc pſalmū dirigēs ipſ & nos in Chriſtum:qui eſt finis legis,& victor,& triūphator:vt dictū eſt. Sed de materia huius pſal.dicit Ra.Salo.ꝙ antiqui magiſtri gloſſarunt pſalmū ſecundū ſil' cū iſto viceſimo de rege Meſſia:Sed propter hęreticos melius,& conuenientius exponitur de ipſomet Dauid,& de regno eius:& appellat hęreticos conuerſos ex iudaiſmo ad fidē Chriſti:& appellat antiquos magiſtros omnes qui eum præceſſerunt,& maxime Thalmudiſtas. ℭ Ad cuius intelligentiā eſt notandū:
O ꝙ doctores ſiue ſcriptores iudęoꝝ reperiunt in quadruplici nūero.Nā q̄dā p̄ceſſerunt aduētū Chriſti.Alij aūt fuerūt tēpore Chriſti vſq; ad deſtructionem ſecundi tēpli.Alij aūt fuerunt poſt deſtructionem ſecūdi templi tempore magni Conſtantini.Cæteri autem fuerunt poſt tempora Heraclij imperatoris.Ante vero aduentum Chriſti non reperiūtur, niſi opera Ionathā Abenuziel.qui xviij.annis ante aduentū Chriſti tempore octauiani traduxit totū teſtamentum vetus ex Hebręo in Chaldęū transferendo ſenſum ex ſenſu:exponēdo vocabula quę quidē ſcriptura dr̄ Targū & eſt tantę auctoritatis apud Hębreos:ꝙ nullus auſus eſt contradicere.Iſte enim exponens,& interp̄tans pſalmum ſecūdum dicit.vt quid fremuerūt gentes &c.aſtiterūt reges terre:& principes conuenerunt in vnū,aduerſus dñm & Meſſiam Chriſtum eius.Item cum dicit.Dominus dixit ad me filius meus es tu &c.ſubdit.Iſti duo pater & fili⁹ ſunt tres.i. vna tertia perſona.ſ.ſpiritus ſanctus ꝓcedit ab eis:& hi tres ſunt vnū:ſ.vna ſubſtantia & vna eſſentia & vnus deus.Vñ dicūt Iudæi ꝙ tunc facta eſt vox de cælo dicēs.Quis eſt hic qui ſecreta mea vult gentibus reuelare?cui Ionathas rñdit. Ego dñe hoc facio propter reuerentiā tuā.Et ſic dicunt magiſtri Hebræorū ꝙ Ionathā Abenuziel fuit doctus,& inſpiratus a ſpū ſancto in toto Targo Et iō tota ſua interp̄tatio & expoſitio habetur tanq̄ textus apd Hebręos:cui nullus ē auſus cōtradicere.Et ſic Ionathā exponit & interp̄tatur totum iſtū pſalmū.xx.de rege Meſſia,& regno eius glorioſo. Et ſic pro maiori pte interp̄taſ oēs alios pſalmos. Tpe aūt Chriſti paulopoſt floruit Ioſephus filius Matthię.qui multo tempore Athenis phię operā dedit.hic in.xviij.libro antiquitatū de Chriſto tale teſtimoniū ꝓhibet dicens:ꝙ tpe Tyberij Cæſaris fuit in iudęa Ieſus vir ſapiens.ſi virū fas eſt noīari:erat eñ operū mirabiliū effector:et verus doctor legis,et plurimos tam de iudęis,q̄ gentilibus habuit ſectatores.Chriſtus hic erat.hic poſtq̄ ex inuidia noſtrę gētis iudęorū tradit⁹ & crucifixus eſt,apparuit rurſus tertia die viuus:ſicut hæc,& multa alia prophete de eo in carminib⁹ dixerūt &c.In quib⁹ verbis Ioſeph⁹ cōfiteſ prio ꝙ Ieſus erat Chriſtus & Meſſias in lege promiſſus.& ꝙ erat pluſq̄ hō:ꝓpter miracula & doctrinā ſupra facultatē hūanā. Tertio ꝙ poſt mortē reſurrexit & regnauit ſpūaliter.Quarto ꝙ Dauid in pſal:& cæteri ꝓphetę locuti ſunt de regno Chriſti & reſurrectiōe.Eodē mō tpe apl'oꝝ fuit Philo:diſertiſſimus iudæorū:qui in libro de vita cōtēplatiua dicit mirāda de Chriſto & eius diſcipulis & ſanctiſſima vita eorū.Et ſic Hebræi moderni bñ habent in magna veneratione ſcripta Ioſephi & Philonis.Sed nō audent in publicū ꝓpalare:eo ꝙ tales teſtimonium p̄bent de Chriſto.In tertio ordine antiquorum Hebręoꝝ fuerūt Thalmudiſtę poſt tempora Cōſtātini de quib⁹ dictū eſt in ꝓlogo,tractatu.vj.Iſti videntes ꝙ taliter conuincebanſ a doctoribus Chriſtianoꝝ p ſcripturas pſalmoꝝ & ꝓphetarū·ꝙ regnū Meſſię hui⁹ mundi nō erat tēporale:ſed ſpūale:eo ꝙ prio debebat morſē pati & poſtea reſurgere & regnare:Ideo volentes defendere perfidiā conati ſunt confingere duos Meſſias in lege promiſſos,Vnū vocatū Benioſeph de tribu effraim & aliū Bendauid.i.filiū Dauid de tribu Iuda:& dicūt ꝙ iſte Meſſias Benioſeph debet cōgregare oēs duodecim tribus Iſrael ex oib⁹ partibus mūdi & ducere in Hierl'm.Sed poſtea veniēt Gog,& Magog,& pugnabūt cōtra Meſſiā Benioſeph & vincent,& occidēt eū ignominioſe cū toto ppl'o ſuo.& ſic de iſto Meſſia exponunt Thalmuldiſtę oēs paſſus ſcripture facientes mēſionē de morte & paſſione Chriſti Meſſię & maxime illud Za.xij.tūc erit planctus magnus in Hierl'ꝫ:& lugebūt eū: quaſi mortē primogeniti &c.Et ſubdūt magiſtri iudæoꝝ: ꝙ poſt mortē Meſſię Benioſeph:ſurget Meſſias Bēdauid, & regnabit in vniuerſo mūdo:quia ſic ſcriptū eſt pſal.ij.Poſtula a me & dabo tibi gentes hęreditatē tuā,& poſſeſſionē tuā terminos terrę.Itē dicūt iſtū Meſſiā nunq̄ moriturū: ſed inęternū regnaturū:immo reſuſcitabit Meſſiā Bēioſeph cū toto ppl'o,qui cecidit cū eo i bello Gog & Magog.Et ſic Meſſias Bendauid cum ſuis viuet inęternū:quia tunc dicet dño deo:Dñe da mihi vitam:cui rñdebit deus:Vitā petis a me,cū adhuc nō dixiſti hęc:etiā ꝓphetauit de tēpr̄ tu⁹ Dauid.pſal.xx.Vitā petij a te:& dediſti ei longitudinē dierū inęternū & vltra. ℭ Ex quib⁹ patet,ꝙ quicquid dicant de confícto Meſſia Benioſeph:tñ in hoc oēs magiſtri antiqui Hebręoꝝ cōuenīūt:ꝙ pſal.ſcdꝰ,& iſte pſal.xx.ſūt facti ab ipſo ꝓpheta Dauid ꝓphetādo de Chriſto filio ſuo vero Meſſia i lege ꝓmiſſo,& regno ei⁹ glioſo:Iō pſtd⁹ Ra.Sa.vidēs ſe cōuictū a doctorib⁹ chriſtianoꝝ,p dicta iſtoꝝ ātiquoꝝ: coactus eſt negare oēs antiquos,& dicere ꝙ licet antiqui expoſuerunt iſtos duos pſalmos de Rege Meſſia:tñ ꝓpter hęreticos conuenientius exponuntur de Dauid rege Iſrael.Sed iſtę ꝓteruus cęcus corpore,& anima manifeſte cecidit in tria inconuenientia:prio,quia cōtradicit expoſitiōi & interp̄tationi ipſius Ionathā,cui nullus eorum fuit auſus

cõtradicere vſq; in hodiernū diē. Itē nõ ſolū cõtradicit Philoni & Ioſepho: ſed etiā cõtradicit ſupradictis antiquis magiſtris thalmudiſtis. Et ſic īcidit in excõicationē ſcđm oēs hebręos. Scđm inõueniēs eſt: quia ipſemet fatet̄ ſe nõ exponere iſtos pſal. ſcđm veritatē. ſʒ tāq̄ cõuict⁹ a xp̄ianis vt tetrahat eos a vera expoſitione nõ ſolū chriſtianorum: ſed etiā antiquoꝝ hebręoꝝ. Tertiū incõueniēs eſt, ꝙ lr̄a iſtorū duoꝝ pſal. nullo mõ põt cõuenire ipſi Dauid. Naʒ Dauid non eſt ęternaliter genit⁹ a deo, nec poſſedit populuʒ gētilē vſq; ad terminos terrę. pſal. ij. Nec regnū ei⁹ fuit glorioſū, nec vixit i ſcđm ſcl̄i ſicut dicit̄ in hoc pſal. xx. Ex quib⁹ pʒ, ꝙ relicta ꝑfidia ipſi⁹ Rab. Sa. & ſequēdo veritatē in ſe & doctrinā antiquoꝝ hebræoꝝ. ſ. Ionathā, & Philonis, & Ioſephi: exponēd⁹ eſt iſte pſal. ꝓphetice ad lr̄aʒ de Chriſto & regno ei⁹ glioſo: qđ ꝓuidēs Dauid i ſpū fecit iſtū pſal. in quo duo facit. Naʒ prio ꝓdicit & deſcribit regnū glioſum, Scđo punitionem & vltionē ſuoꝝ ꝑſecutoꝝ ibi: Inueniatur

p manus. ¶ Quantū ad primū eſt notandū, ꝙ tota glia & lętitia regni Chriſti cõſiſtit in trib⁹: prio quia pater cõpleuit deſideriū & petitionē ſuā in oib⁹: quia in oib⁹ fuit exaudit⁹ ꝓ ſua reuerētia, vt dictū eſt pſal. p̄cedēti. Scđo cõſiſtit i glorificatione ſui corpis: quia tūc aīa dicit̄ dn̄ari toti corpori poſt reſurrectionē. Tertio in glia aīæ q̄ reſultat ex viſiõe diuinæ eſſentiæ. Tria ergo facit in prima parte. nā primo ꝓdicit gloriā regni Chriſti inquantū pater cõpleuit totum deſideriū ſuū remittendo debitū gn̄is hūani: & triūphādo de diabolo ꝑ mortē & paſſionē: vt dictū eſt pſal. p̄cedenti. Scđo ꝓdicit gliam corpis Chriſti quā adept⁹ eſt ꝑ reſurrectionē. Tertio ꝓdicit gliam quā adept⁹ eſt in ſua aſcēſione. Scđa ibi: qm̄ ꝓueniſti. Tertia ibi: qm̄ dabis eū in bn̄dictionē. ¶ Quātū ergo ad primū dicit Dauid ad deū patrē. O dn̄e pater ego ꝓuidi in ſpū qualiter rex Meſſias Xp̄s fili⁹ tu⁹ poſt paſſionē & reſurrectionē lętabitur in virtute tua. i. propter virtutē & bona quæ ſibi tribuiſti: ꝙ oia bona a te accipiet: ideo exultabit vehemēter in ſalutari & ſaluatiõe & redēptione: quā facies ꝑ eū: & exultabit ſup ſalutare tuū .i. ſup hoc nomē Ieſus: qđ eſt nomē ſalutis: qđ ſibi dabis in hęreditatē: cū quo de oibus triūphabit: & ꝑ qđ oia meruit & potuit. Iõ in duobus exultabit. Primo quia in omībus cõpleuit tuā voluntatē. Scđo, quia deſideriū cordis ei⁹ tribuiſti ei: & nõ fraudaſti eū in volūtate, & in omībus petitionibus labiorum eius: quia omīa q̄ deſiderauit & petiſt adimpleſti. Naʒ tria deſiderauit. Primo noſtrā redēptionē. Scđo ſuā & noſtrā reſurrectionē. Tertio gloriam animę pro nobis quę omīa tria ſibi tribuiſti. Deinde ſubdit.

Quoniam pręueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pręcioſo.

Vitam petiit & tribuiſti ei: longitudinem dierum in ſęculum & in ſęculum ſęculi.

Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam & magnum decorem impones ſuper eum.

¶ Cū dicit, qm̄ ꝓueniſti, ꝓdicit gliam corpis Chriſti quā adeptus eſt ꝑ reſurrectionē. q̄ qdē glia cõſiſtit in quatuor. ſ. in imortalitate & claritate: agilitate & ſubtilitate. q̄ ſunt dotes corpis glioſi: & dicūtur quatuor lapides coronę corporis glioſi. qua corona quatuor lapidū p̄tioſoꝝ, prio de⁹ pr̄ coronauit filiū i reſurrectiõe. qua etiā corona ipſe Chriſtus ſpõſus coronabit ſuos i gn̄ali reſurrectione. De hac ergo corona corpis, dicit Dauid. O pr̄ bene tribuiſti filio tuo deſideriū cordis & gliam corpis: qm̄ tu ꝓueniſti eū in oib⁹ bn̄dictionib⁹ ante paſſionē: nā primo in bn̄dictiõe & grā: qa nõ ex ope Adā ſʒ ex ſolo ope ſpūs ſcti cõcept⁹ & oib⁹ donis & bn̄dictionib⁹ ſpūs ſcti non ad mēſurā fuit replet⁹ &c. Et ſic ipſum talib⁹ bn̄dictionib⁹ ꝓueniſti in ſua creatione & conceptione: ꝙ nulli pc̄tõ fuit obligatus nec ſubiect⁹ i perſona nec in natura: ſʒ ſolus fuit iter mortuos liber. Et ſic iaʒ tūc coronaſti eū corona oim grāꝝ & bn̄dictionū. Sed poſt paſſionē in ſua reſurrectione poſuiſti in capite ei⁹. ſ. hūanitate per quā eſt caput eccl̄iæ, coronā glioſam de lapide p̄tioſo. ſ. quatuor lapides p̄tioſos & p̄tioſas dotes cõtinētem: quarū lapidū prim⁹ eſt imortalitas & vita æterna. Hāc vitam petijt Chriſt⁹ fili⁹ tuus a te qn̄ dixit, clarifica me pater. Ioan. xij. & xvij. Sed tu pr̄ tribuiſti ei hāc imortalitatē: qa tribuiſti ei lõgitudinē dieꝝ in ſeculū ſeculi. i. vitā ęternā: qa iā vltra nõ morieт̄, nec mors vltra ſibi dn̄abit̄. Scđa dos fuit glia & claritas. hāc etiā dediſti ei: qa magna eſt glia ei⁹ i ſalutari & ſaluatore Xp̄o tuo. ipones etiā ſup eū magnū decorē: ꝑ quē itelligit̄ agilitas & ſubtilitas: & ipones etiā gloriā: ꝑ quā intelligunt̄ oēs q̄tuor lapides p̄tioſi & dotes hui⁹ coronę corpis ipſi⁹ Xp̄i. quapropter magna eſt glia Xp̄i in ſalutari. i. ex ſaluatiõe tua. i. quā in nr̄a redēptiõe ſibi tribuiſti. ex quib⁹ quatuor reſultat glia toti⁹ corpis. Deide ſubdit.

Quõniā dabis eū in bn̄dictionē in ſęculū ſęculi: lętificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

¶ Cū dicit, qm̄ dabis. explicat duo dona q̄ Chriſt⁹ accepit a pr̄e rõne toti⁹ hūanitatis. Nā prio accepit dotes aię. ſ. viſionē diuinę eſſentię: & fruitionē, & ꝑpetuā lętitiā, & gaudiū. in quib⁹ cõſiſtit tota felicitas & beatitudo, vt dictuʒ eſt pſalmo. xv. Sʒ hanc gliam accepit Chriſtus a pricipio ſuæ cõceptiõis ꝑ vnionē verbi: de quo ſemp aīa Chriſti habuit viſionē matutinā: & ꝑ cõſequēs fruitionē & gliam ꝑfectaʒ eſſentialē. Sʒ poſt reſurrectionē accepit Chriſtus a pr̄e executionē oſtēſam: & poteſtatē cõicandi gliam corpis & aīæ ſuis mēbris & oib⁹ fidelib⁹: qa ꝑ mortē & paſſionē meruit vt oia ſupradicta nobis poſſet cõicare. & hoc eſt qđ ait ꝓpheta in iſto loco. vn̄ ait: O pater tu tribuiſti filio tuo regi noſtro deſideriū cordis ei⁹: qm̄ dediſti eū in bn̄dictionē, ſcʒ dulcedinis. i. in bn̄dictioneʒ oim gentiū: vt poſſet oēs alios bn̄dicere: & gliam corporis & aīæ cęteris cõicare, ꝓut fuit Abrahę ꝓmiſſum. ſ. in ſemine tuo bn̄dicētur omēs gentes. Geñ. xxij. Deinde exprimit gloriam aīæ: & etiā totius: cuʒ ſubdit: Lętificabis eū in gaudio cum vultu tuo. i. in viſione vultus tui. Ex qua ſiue in qua viſione reſultat & cõſiſtit tota beatitudo. Oia ſupradicta. ſ. gloriā corpis & aīæ accepit Chriſtus a patre in pręmiū ſuę paſſionis, vt eā nobis cõicaret. & quia in oibus his pater cõpleuit deſideriū Chriſti vt dictū eſt prius: ideo concludit ꝓpheta. O pater oia ſupradicta tu feciſti & compleuiſti in filio tuo. Cur hoc?

Quoniam rex ſperat dn̄o: & in miſericordia altiſſimi non commouebitur.

¶ Eo ꝙ rex Meſſias Chriſt⁹ ſperat. i. poſuit ſpeʒ ſuā in te noſtrā ſalutē deſiderādo: & poſuit ſpem in mia altiſſimi. Iõ nunq̄ deſideriū ſuū cõmouebit̄ nec fruſtrabit̄. Sed ſemper īplebit̄ & nūq̄ deficiet. Et ly i mia dupl'r põt ordinari indifferēter: vt ſit ſēſus. qn̄ rex Chriſt⁹ ſperat i dn̄o & in mia altiſſimi, iõ nunq̄ cõmouebit̄. aut ſic. qm̄ rex ſperat i dn̄o patre: iõ nõ cõmouebit̄ nec fruſtrabit̄ in mia altiſſimi: qa ſemper mia altiſſimi ipleuit deſideriū ei⁹ vt patʒ. ¶ Sed cõtra Q
ꝓdicta arguit̄. & videt̄ ꝙ pater nõ ſemp ipleuit deſideriū Chriſti: nā ipſe orauit in cruce ꝓ trāſgreſſorib⁹: & tñ nõ oēs ſunt ſaluati: qa maior ps in ſua infidelitate ꝑmanſit. Scđo arguit̄, ꝙ Chriſtus nõ adept⁹ eſt gliaʒ corpis & aīæ: nec meruit eā ꝑ paſſionē: qa hāc habuit & meruit a pricipio ſuę cõceptiõis, ꝓpter vnionē verbi in quo videbat vultū patris & ſemp fruebat̄. Tertio videt̄, ꝙ lapides pręcioſi coronæ Chriſti nõ ſunt, nec dicātur dotes in eo: cū ipſe ſit ſpõſus eccleſiæ & non ſponſa. Quarto videt̄, ꝙ in Chriſto nūq̄ fuerit ſpes: quia ſemp faciliter videbat verbū &c. ¶ Ad primū dicendū, ꝙ ſicut in deo aſſignat̄ duplex volūtas. i. du-

plex ordo volũtatis.quarũ vna dicit̃ antecedẽs:qua vult
oẽs hoies ſaluos fieri:quã magiſter ſentẽtiarũ vocat volun
tatẽ ſigni:& altera dicit̃ volũtas cõſequẽs,quã magiſter ap
pellat volũtatẽ bñplaciti:qua vult iuſtos ſaluare & impœ=
nitẽtes dãnare:Ita pariter in Chriſto q̃ in oibus fuit cõfor=
mis patri:ponebat̃ duplex deſideriũ.ſ.antecedẽs q̃d reſpi=
ciebat diuinã miaꝫ & paſſionẽ ſuã:quo deſiderabat paſſio
nẽ ſuã oib⁹ ꝓdeſſe.Et erat in eo deſideriũ cõſequẽs reſpi=
ciẽs diuinã ꝑ̃deſtinationẽ & iuſtitiã & obſtinationẽ malo=
rũ:quo voluit diuinę iuſtitię & ꝑ̃deſtinatiõi cõformari.Et
hoc deſideriõ dicebat̃ deliberatũ.De primo deſiderio di=
cit Chriſtus Matth.xxij.Hieruſalẽ hieruſalẽ quotiẽs volui
cõgregare filios tuos:ſicut gallina cõgregat pullos ſuos ſub
alis & noluiſti. Et Lucę.xxuj.Pater ignoſce his,qa neſciũt
q̃d faciũt.De ſcđo vero dicit ſaluator Io.xvij.Pater nõ pro
his rogo tm̃:ſed ꝓ oib⁹ qui credituri ſunt.Ex quo ptꝫ,ꝙ nõ
rogabat niſi ꝓ fidelib⁹ & ꝑ̃deſtinatis.& hoc deſiderium
Chriſti ſemꝑ fuit impletũ.Vñ ſicut volũtas pr̃is antecedẽs
nõ eſt neceſſe ꝙ ſemꝑ impleat̃:ſed ſemꝑ implet̃ voluntas
cõſequẽs: Ita pariter nõ fuit neceſſe impleri deſideriũ ãte=
cedẽs Chriſti:ſꝫ ſcđꝫ ſemꝑ fuit impletũ.Et de hoc dicit pro
pheta,Deſideriũ cordis e⁹ tribuiſti ei &c. ❡ Ad ſcđꝫ reſpõ
detur ſicut dictũ eſt pſal.xv.ꝙ totaꝫ gloriã corporis & aiæ
habuit Chriſtus poteſtatiue,& meruit a principio ſuæ con=
ceptionis ratiõe vnionis.Nã nõ ſolũ oñdit glĩam aiæ ante
paſſionẽ:ſed dotes & glĩam corporis.Nam ſubtilitatẽ oſtẽ
dit in ſua natiuitate:quia ex clauſo vtero virginis exijt:&
claritatẽ oſtẽdit in ſua transfiguratione.& agilitatẽ qñ ſuꝑ
aquas ſiccis pedibus ambulauit:& impaſſibilitatẽ quando
miſerũt lapides in eũ iudęi &c.Ex quo ptꝫ:ꝙ ꝑ ſuã paſſio=
nẽ nõ meruit ꝓ ſe:ſed ꝓ nobis:& ſic gloriã reſurrectionis
non acquiſiuit poteſtatiue ꝓ ſe:ſed ꝓ nobis:& ſic nõ paſſus
eſt vt mereret̃ pro ſe:ſed vt ſatiſfaceret ꝓ nobis & mereret̃:
eo ꝙ diabolus nõ erat ſuperãdus ꝑ potẽtiã:ſed ꝑ iuſtitiam:
vt inquit Aug.Vnde ſi Chriſt⁹ voluiſſet,abſq; morte & paſ
ſione potuiſſet fieri imortalis. ❡ Ad tertiũ dubiũ eſt dicen
dũ,ꝙ ſi ꝑ̃dictę dotes cõparent̃ ad Chriſtũ inquantũ eſt ca
put & ſpõſus ecclĩę:tũc nõ dicuntur dotes niſi forte actiue:
inquantum ipſe tanq̃ ſpõſus ecclĩæ cõmunicat nobis in ba=
ptiſmo cũ ꝑ fidẽ ſibi deſpõſamur:& tunc in nobis dicũtur
verę dotes:quia iam nobis promittunt̃ ꝓ futura reſurre=
ctione:quia tũc poſſidebim⁹ eas,vt ptꝫ Apoca.xxj.Gaude
te & exultate: quia venerũt nuptię agni:& tũc abſterget
oẽm lachrymã &c.Sed ſi iſtę dotes exiſtẽtes in Chriſto cõ
parẽtur ad patrẽ,vel verbũ a quo anima Chriſti eas habꝫ
per vnionẽ ꝑſonalẽ:tũc nõ incõuenit quin dicant̃ dotes a
verbo donatę:quia verbũ ſe habet vt ſponſus,& humani=
tas Chriſti vt ſpõſa.Cãticoꝝ.iij.Videte filię hierlm̃ regeꝫ
Salomonẽ in diademate quo coronauit euꝫ mater ſua in
die deſponſationis ſuæ.Ex quo ptꝫ,ꝙ incarnatio fuit q̃dã
deſponſatio in qua verbũ deſpõſauit & vniuit ſibi ſuppoſi
taliter illã humanitatẽ:quã muniuit multiplici dote & la
pide ꝑ̃tioſo.Et ſic iſto modo iſti lapides ꝑ̃tioſi poſſunt di=
ci dotes in hũanitate Chriſti.Sed ſi cõparent̃ ad ecclĩam
& mẽbra inquãtũ Chriſtus eſt ſponſus ecclĩæ,& cõicat iſta
ipſi eccleſiæ ſpõſę ſuę:tũc in Chriſto non dicunt̃ dotes:ſed
fons gratiaꝝ & pricipiũ.Sed inquãtũ ſũt mẽbris donatę &
toti ecclĩæ cõicatę:tunc dicũtur verę dotes.Nam ſicut ver
bum cõicat eas hũanitati Chriſti:ita Chriſtus cõicat eas ec
cleſię ſponſę ſuę. ❡ Ad quartũ dubiõ eſt dicendũ,ꝙ ſpes
prout eſt quędã virt⁹ theologica de bonis futuris nõ viſis:
non fuit in Chriſto:quia ab inſtanti ſuę creationis aia illa
ſemꝑ nouit in verbo ſuã reſurrectionẽ futurã.Et ideo firmi
ter & certiſſime expectabat eã.& nõ ſolũmodo videbat &
expectabat ſuã reſurrectionẽ:ſed etiã noſtrã redẽptionem.
Et ideo talis ſpes in Chriſto nõ dicebat̃ ſpes quæ eſt virtus
theologica:ſed aliquid maius ſupra ſpem & fidem.

Inueniatur manus tua omnibus iĩmicis tuis:
dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.
Pones eos vt clibanum ignis in tempore vul
tus tui:dominus in ira ſua conturbabit eos &
deuorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes:& ſemen eo
rum a filiis hominum.

❡ Poſtq̃ ſuperius ꝓpheta explicauit & ꝑ̃dixit glĩam quã
Chriſtus adeptus eſt ꝓ ſe & ſuis in ſua reſurrectione:nunc
in ſcđa parte ꝑ̃dicit vltionẽ & punitionẽ ꝑſecutoꝝ Chriſti,
& victoriã eius contra eos.Ideo dicit,o Chriſte rex noſter,
inueniat̃ manus tua vltrix & nocẽs oibus inimicis tuis cru=
cifixoribus obſtinatis. Et dextera.i.poteſtas tua inueniat
& puniat oẽs qui te oderũt,tã in capite q̃ in mẽbris.& du=
plici pœna punies eos:primo in aia:quia pones eos vt cli=
banũ & furnũ ignis i tẽpore vult⁹ tui.i.in die iudicij quãdo
pręſentialiter venies manifeſt⁹ i poteſtate magna & maie
ſtate:quia tũc dñs cõturbabit eos cũ dicet.Ite maledicti in
ignẽ æternũ.Et ignis infernalis deuorabit eos.Quãtũ vero
ad corpus ꝑdes fructũ eoꝝ.i.filios de terra:& eoꝝ poſteri
tatẽ delebis a filijs hoiꝫ.& hoc facies ꝑ Titũ & Romanos:
quia partẽ eoꝝ cõſumes igne & fame & gladio:& partem
diſꝑdes in captiuitatẽ ꝑpetuam.Et tali pœna punies eos:

Quoniã declinauerũt in te mala:cogitauerũt
conſilia quę non potuerunt ſtabilire.

❡ Ipſi declinauerunt in te mala,conuitia & opprobria &
falſa teſtimonia & flagella &c.Et cogitauerunt contra te
cõſilia quę nõ potuerũt ſtabilire,nec firmare,nec ꝓbare:
nã ſtatuerũt te occidere & annihilare & abijcere iugũ tuũ
a ſe.Sed oppoſitũ accidit eis quãdo ꝑ romanos fuerũt de=
ſtructi:& dediſti eos in captiuitatẽ corporis & animę.

Quoniam pones eos dorſum:in reliquiis tu=
is pręparabis vultum eorum.

❡ Qm̃.i.ꝓpterea pones eos dorſum,ꝓijciens eos retro a
facie tua:& ꝑ̃parabis vultũ eoꝝ in reliquijs tuis.i.cũ diabo
lis a te relictis & reiectis.quaſi dicat,ꝙ ſicut tu poſuiſti ele
ctos tuos in bñdictionib⁹:& lętificabis eos in gaudio cum
vultu tuo:ita per oppoſitũ iudæos & oẽs obſtinatos pones
retro in maledictionib⁹,ꝓijciẽs eos a facie tua:& prępara
bis vultũ eoꝝ in reliquijs.i.inter dæmones a te relictos &
reiectos:vt cũ magna triſtitia & dolore videãt horribiles
pœnas ſuas. Et nota,ꝙ ꝓpheta appellat dæmones reli=
quias dei:eo ꝙ fuerunt reliquię bonoꝝ angeloꝝ.Nã ele=
ctis illis illi fuerunt relicti & reiecti.Deinde ſubdit.

Exaltare domine in virtute tua:cantabimus
& pſallemus virtutes tuas.

❡ Cũ dicit:Exaltare dñe,vocat regẽ Chriſtũ Meſſiã,vt ac
celeret aduẽtũ ſuũ vt cõpleat oia ſupradicta.Ideo dicit,o
rex veni in carnẽ & reſurge poſt mortẽ & paſſionẽ,& exal=
tare in virtute tua in die aſcẽſiõis.Et tũc cãtabim⁹ & pſal=
lem⁹ virtutes tuas i hac ecclĩa feſtiuitates celebrãdo.& ex
altare etiã i virtute tua i die iudicij:& facta vidicta de obſti
natis,cãtabim⁹ & pſallem⁹ virtutes tuas i ecclĩa triũphãte.

DEus deus meus reſpice in me:quare
me dereliquiſti?lõge a ſalute mea ver
ba delictorum meorum.

❡ Huic pſal.ſcđm.lxx.præponit̃ talis titulus.ſ.i finẽ pſal.
Dauid,ꝓ ſuſceptione vł aſſũptione matutina.& tũc eſt ſen
ſus ꝙ Dauid fecit hũc pſalmũ dirigẽs nos in Chriſtũ qui eſt
finis legis,pro ſuſceptione mortis & paſſionis:& ꝓ reſurre
ctione:ꝑ quã ſummo mane reaſſumpſit corpus glorioſum.

Secundum vero Hieronymum. Victori Dauid pſalmus ꝓ
cerua matutina. & tunc eſt ſenſus ꝙ Dauid filius Iſai fecit
hunc pſalmū dirigēs ipſum ipſi Meſſiæ, Dauid in ſcriptu-
ra nominato. & hoc fecit pro cerua matutina: ꝑ quam in-
telligitur humanitas Chriſti. Nam ſicut cerua magis tēpe
ſtiue inter cætera animalia ſe recludit in latibulo ad dor-
miēdum: ſed ſummo mane prę cæteris ſurgit & ſaltat exiēs
a latibulo: Ita pariter Chriſtus depoſit⁹ de cruce hora añ
occaſum ſolis repoſitus & clauſus eſt in ſepulcro. Sed ſūmo
mane ante ortum ſolis ſurrexit & ſaltauit ab eo: & orto iaꝫ
ſole apparuit Magdalenę, & poſtea cæteris apoſtolis.

R ¶ Sed ad maiorem euidētiam eſt aduertēdum, ꝙ Chri-
ſtus in hoc titulo huius pſalmi dicitur cerua matutina ra-
tione ſimilitudinis. Nam ſicut cerua abundat copia lactis
prę cæteris animalib⁹: qđ multo labore & periculo acqui
rit, & præ cæteris eſt ſollicita circa hinnulos alēdos & cuſto
diendos. Nam ſummo mane ſurgit ad lactandos eos. Ita
pariter Chriſt⁹ quaſi ſine menſura abundauit copia lactis
meritorum ſuæ mortis & paſſionis. & valde fuit ſollicitus
circa filios ſuos fideles liberādos & alēdos. Et ſummo ma
ne poſt triduum ſurrexit de ſepulcro ad lactandū lacte glo
riæ quos eduxerat de limbo, & lacte gratiæ meritorū ſuæ
paſſionis quos liberauerat & redemerat a peccato. Vnde
ratione copiæ huius lactis doctrinę & ſacramētorum non
ſolum Chriſtus: ſed & eccleſia & ſacra ſcriptura dicitur cer
ua Prouer. v. vbi ait. Cerua chariſſima & gratiſſim⁹ hinnu-
lus: vbera eius inebrient te & in amore eius delectare iugi
ter &c. Ex quo pꝫ, ꝙ ſacra ſcriptura & Chriſtus & eccleſia
dicuntur cerua in ſcriptura. Ex quo patet, ꝙ Dauid nō te-
mere appellat Chriſtū ceruam matutinam in titulo huius
pſalmi. a quo eccleſia traxit copiam lactis gratiaruꝫ & ſa-
cramētorum. Contēnēdi ergo ſunt Rabini iudæorū qui ex
poſuerunt hunc pſalmū de populo iudæorū afflicto ſub Aſ
ſuero tēpore Heſter. Et etiā Theodorus hęreticus codēna
tus eſt i cōcilio Toletano: qui expoſuit ipſuꝫ pro Dauid re
ge iſrael. Et ideo magis eſt credēdum euāgeliſtis qui alle-
gant ſcripturam huius pſalmi pro Chriſti paſſione. Mat-
thei. xxvij. & Ioan. xix. allegant illud Diuiſerunt ſibi veſti
mēta mea & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem: eſſe di-
ctum de Chriſto per prophetiaꝫ. Itē Matthæi. xxvij. dicit
ꝙ Chriſtus in cruce dixit principium huius pſalmi. i. heli
heli lamazabatani. qđ interpretatur deus deus meus qua
re me dereliquiſti. Ex quo patet, ꝙ idē Chriſtus qui incar
natus pendēs in cruce dixit iſta verba hui⁹ pſalmi, ille idē
per os Dauid ante incarnationē dixit eadeꝫ verba. Et ſic
vtrobiq; loquitur Chriſtus in pſalmo & euangelio: in pſal
mo prophetizando, & in euangelio veritatē cōpletam ma
nifeſtando. Et ideo Dauid in hoc pſalmo magis videtur te
xere hiſtoriam de paſſione Chriſti q̄ prophetare. Prępuidēs
ergo Dauid in ſpiritu totum myſterium paſſionis & reſur-
rectionis Chriſti, & exordium, & profectū, & proſperitatē
eccleſiæ, introduxit Chriſtum ad loquēdum: & fecit hunc
pſalmū. in quo principaliter tria facit. Nam primo expli-
cat totum myſterium ſuæ paſſionis apud patrem per mo-
dum querelæ. Secundo petit liberari per reſurrectionem.
Tertio ꝓmittit agere gratias poſt beneficia recepta. Se-
cūda ibi: Tu autē domine. Tertia ibi. Narrabo nomē tuū.
Quantum ad primum tria facit. Nam primo conqueritur
ſe eſſe derelictum a patre. Secundo conqueritur ſe eſſe con
temptū & irriſum a iudęis & militibus. Tertio conqueritur
ſe multipliciter afflictum. Secunda ibi. Ego autē ſum ver-
mis. Tertia ibi: Circumdederūt me vituli multi. ¶ Sed an
teq̄ veniamus ad expoſitionē totius pſalmi: ſunt præaduer
tēda & præſupponēda quędā principia cum ſuis regulis in
prologo prænotata. Nam cum Chriſtus ſit in omnib⁹ me-
diator dei & hominū: ideo in eo reperiuntur duæ mirabi-
les vniones. ex quibus fiūt mirabiles locutiones & intelle-
ctu difficiles. Nam primo humanitas Chriſti vnitur verbo
diuino vnitate perſonali. Et ſic in Chriſto ſunt duæ natu-
ræ in vna ſola perſona. Et ſic Chriſtus habens duas natu-
ras in vna ſola perſona: eſt perfectus deus & perfectus ho-
mo. Et ideo ratione iſtarum duarum naturarum cōmunicā
tur idiomata vtriuſq; naturæ, quia verificantur de eo: ea q̄
ſunt dei & ea quæ ſunt hominis. Et ſic de Chriſto verifica
tur ineffabiles locutiones quæ vidētur contrarię ad ſenſuꝫ
quē faciunt in auribus corporis: & tamē ſunt verę & catho
licę ad ſenſuꝫ in quo fiunt. Vnde de Chriſto verificatur: ꝙ
eſt creator & creatura, & creator & non creator: & ꝙ eſt ę-
ternus & temporalis: & verificatur de eo ꝙ iſte homo crea
uit mundum: & iſte deus eſt mortuus & paſſus &c. quia in-
quantum homo eſt paſſus: & inquantū deus creauit mun-
dum. Sic etiā in illo triduo mortis Chriſti de eo verificātur
ineffabiles locutiones. Primo, ꝙ aīa Chriſti fuit realiter a
corpore ſeparata. Et ſic fuit vere mortuus: & tamē tam aīa
q̄ corpus erant verbo perſonaliter vnita: & per conſequēs
anima & corpus erāt vna pſona: quod eſt mirabile dictu. ſ.
ꝙ anima & corpus nō eſſent in ſe & inter ſe vn⁹ homo nec
ſpecifice vnita: & ꝙ eſſent vna pſona in vno tertio. ſ. in ver
bo. Et propter hoc magiſter ſententiarum & multi magni
viri conceſſerūt, ꝙ Chriſtus fuit homo in triduo, iſto modo
ꝙ non erat homo in ſe poſtq̄ anima nō informabat corp⁹:
immo realiter erat ſeparata. & ideo licet in ſe aīa & corpus
nō eſſent vnus homo: tamen, in verbo in quo perſonaliter
vniebantur erant vnus homo. Et ſic ſcdm iſtos verbū erat
homo: eo ꝙ habebat animā rationaleꝫ: & corpus ſibi per-
ſonaliter vnituꝫ: licet inter ſe vnū ab altero eſſet ſeparatū.
Sed iſte homo vere dicebatur mortuus. Quā quidem con-
cluſionē plures magni viri non volunt concedere: eo ꝙ vi
detur dicere oppoſitū in adiecto. ſ. ꝙ ſit homo & mortu⁹.
Et ideo hoc relinquatur determinationi eccleſię. Sed vl-
tra iſtā vnionē eſt altera vnio facta inter Chriſtū & eccle-
ſiā, inquantū Chriſtus aſſumpſit eccleſiam non in vnitate
pſonali: ſed vnitate myſtica & ſacramētali. De qua vnio-
ne & deſpōſatiōe dicit apl's. ſ. ad Corin. vj. & ad Ephe. iiij.
Erunt duo in carne vna. Hoc ſacramētū magnuꝫ eſt: dico
in Chriſto & eccl'ia. Et iō propter hanc mirabilē vnionē:
etiam inter Chriſtuꝫ verū & mēbra ſui corporis myſtici cō
municantur idiomata: & de ipſo toto Chriſto: & de capi
te ꝓ toto corpore myſtico, & quolibet mēbrorū cauſantur
& verificant̄ mirabiles cōcluſiones: quæ vidētur falſę: im-
mo etiā deteſtabiles, & offendere pias aures ſi intelligant̄
ad ſenſum quē faciunt in aurib⁹ corporis: niſi pie intelligā-
tur ad ſenſum, in quo fiūt in auribus mētis fideliū. Vñ ſub
tali ſenſu & prętextu ipſe Chriſtus ſe dicit peccatorē & de-
relictū a patre: & peccata ſuorū dicit eſſe ſua. Vñ eſt valde
aduertēdum, ſicut dictum eſt pſalmo. xvij. ꝙ ſeptē modis
Chriſtus dicit peccata noſtra eſſe ſua: nō quo ad culpam:
quia nec peccauit in Adam nec in ſe: ſed quo ad pœnam.
inquantū pro peccatis noſtris voluit pati. Vñ primo mo-
do peccata noſtra dicit eē ſua inquantū aduocatus. Secū-
do inquātum procurator. Tertio inquantū fideiuſſor: eo
ꝙ obligauit ſe cauſam noſtrā aduocare & defēdere: & de-
bitū pro nobis ſoluere & ſatiſfacere. Quarto tanq̄ pater ꝓ
filijs. Quinto tanq̄ caput ꝓ corpore & mēbris. Sexto tanq̄
ſponſus ꝓ ſpōſa. Septimo tanq̄ dñs ꝓ vaſſallis & ſeruis. Et
etiā Octauo tanq̄ paſtor pro grege: quia vnuſquiſq; iſto-
rum obligat̄ defendere cauſam ſibi aſſumptā, ad quam ſe
obligauit. Iō Chriſtus his oībus noībus appellat̄ in ſcriptu-
ra reſpectu noſtri. Et ideo hæc eſt cauſa quare Chriſt⁹ pec
cata noſtra dicit eſſe ſua: & loquitur in pſona eccleſię ſpō-
ſę ſuę. His ergo prę ſuppoſitis aduertat lector: ꝙ Chriſtus
per totū pſalmū loquitur inquantū homo in forma ſerui:
& non ſolū loquit̄ inquantū Chriſtus verus & perſona pri
uata: ſed etiā pſona cōmunis, & inquātum caput & ſpon-

ſus,& dominus,& paſtor,& aduocatus,& procurator:& fi
deiuſſor pro ſua eccl'ia & corpore myſtico ſibi vnito. Et iō
Chriſtus in hoc pſalmo procedit per modum orationis &
petitionis. Nam primo de ſe prędicit prophetice paſſionē
& futuram reſurrectionē ſuam. Sed deprecatiue petit pro
ſuis mēbris redemptionē & reſurrectionē. ſiue petit omnia
mēbra ſua in ſe redimi & reſuſcitari. Et ſic non ſolū pecca
ta noſtra: ſed etiam dolores noſtros dicit eſſe ſuos. Et ideo
eſt tertio aduertēdum, ꝙ duplex dolor reperitur in nobis
ſcꝫ dolor paſſionis & compaſſionis. Vnus ergo dolor paſſio
nis dicitur quando caput dolet ex propria paſſione cere
bri vel hemicranei vel alicuius particulę capitis: quia tunc
caput dicit, heu patior. Alter dicit̄ dolor cōpaſſionis: vt qñ
malū eſt in pede vel in brachio: quia tunc caput cōpatitur
pedi vel alteri mēbro: & tunc dicit caput, heu patior in pe
de &c. Et talis dolor dicit̄ cōpaſſio. Ita pari modo in Chri
ſto capite noſtro fuit: & erat duplex dolor in illo triduo. ſcꝫ
paſſionis prout patiebat̄ in corpe ſuo & in illa carne aſſum
pta & apta ad patiēdum. Alter fuit dolor cōpaſſiōis: quia
pro nobis patiebatur. Et ſic non ſolū patiebat̄ & triſtaba
tur in propria carne ex verberibꝰ & flagellis: ſed multo ma
gis cōpatiebatur nobis & miſerię & captiuitati noſtrę pro
pter pct̄m̄. Et magis compatiebat̄ in ſuis mēbris vulnera
tis & afflictis a diabolo. Et ſicut quandoqꝫ accidit ꝙ homo
patitur in capite & in aliquo mēbro: ſed caput magis con
dolet mēbro q̄ ſibiipſi, ſi in mēbro eſt fortior egritudo: Ita
pariter Chriſtus in triduo magis condolebat & cōpatieba
tur mēbris ſuis q̄ ſibi: eo ꝙ erat maior infirmitas mēbroꝝ
q̄ ſua. Nam ſua erat corporalis: noſtra autē ſpiritualis: & il
le patiebatur in corpe, nos vero in aīa. Et ſic magis cōdo
lebat & cōpatiebat̄ nobis q̄ ſibi. Et iō Chriſtus in hoc pſal
mo magis loquitur vt caput & pſona cōmunis, q̄ vt pſona
priuata; & ſic verba huiꝰ pſalmi magis intelligēda ſunt ad
ſenſum in quo fiunt, q̄ ad ſenſum quē faciunt: quia ſicut in
paſſione non ſolum patiebatur in ſe: ſed cōpatiebatur ma
gis nobis: ita non ſolum conqueritur apud patrē de paſſio
ne ſua: ſed de compaſſione & miſeria noſtra. Chriſtus ergo
non ſolū inquantū homo pro ſe: ſed etiā inquantum caput
eccl'iæ pro ſuis mēbris conqueritur ſe eſſe a patre derelictū
& non exauditum. Vñ ait. O deus p vniuerſalē creationē,
& deus meus per ſpecialem fauorē & conſeruationem: re
ſpice in me. quare me dereliquiſti longe a ſalute & vita
mea? quia pmiſiſti me a iudęis affligi & occidi. Et ſic non
fuiſti propitius ſaluti & vitæ meæ. immo longe factus es a
ſalute mea: quia totaliter in poteſtate iudæorū me dereli
quiſti: & morti & paſſioni me obtuliſti.

Deus meus clamabo per diem & nō exaudies:
& nocte & non ad inſipientiam mihi.

¶ Clamabo per diē in cruce verba delictorum meorum in
pſona mēbrorum meorum peccatorum: & clamabo cla
more magno dicēs verba ſupradicta, ſcꝫ heli heli lamaza
bathani. i. deus deus meus quare me dereliquiſti. Et etiam
clamabo in cruce p diē. i. in die paſſionis, dicēs. Pater igno
ſce his quia neſciunt quid faciūt. Et deſiderans ſalutē om
nium dicam in cruce: ſitio. Item non ſolum in die: ſed etiā
in nocte pręcedēte clamabo: pater ſi poſſibile eſt tranſeat
a me calix iſte. & tamen in omnibus his non exaudies me
nec exaudiſti. Nam me a Iudæis affligi, & flagellari, & ir
rideri, & crucifigi, & occidi permiſiſti, & pauci de iudæis &
crucifixoribus meis pro quibus oraui ſunt ſaluati. nec etiā
omnes gētiles ſunt ſtatim conuerſi: quia per cētum annos p
maiori parte pmanſerunt in ſua ſuperſtitione eccleſiā pſe
quendo & affligēdo. ergo ſequitur ꝙ non in omnibus me
exaudiſti: & per conſequēs me aliquando dereliquiſti. qua
re ergo me dereliquiſti & me non exaudiſti?

Tu autem in ſancto habitas: laus Iſrael.



¶ Laus & deus iſrael qui tanq̄ iuſtus iudex habitas in ſan
cto cęlo & ſolio tuo iudiciali, ſcis ſupple ꝙ hoc non contin
git, nec accidit, nec debet imputari mihi ad inſipiētiam &
culpam & delictum. ſ. ꝙ patiar hāc afflictionē & mortē, &
ꝙ ſim derelictus & non exauditus a te: quia tu qui habitas
in ſancto ſcis ꝙ ego nunq̄ peccaui, nec inuētus eſt dolus in
ore meo. ergo non mereor pati hanc afflictionem: nec me
reor contemni nec derelinqui a te. Et nota ꝙ iſti tres ver
ſus non ſolum ſunt difficiles in ſentētia ad intelligēdum: ſꝫ
etiā ſunt difficiles in contextura literæ ad ordinandū par
ticulas adinuicem. nec niſi vix repperi conuenientiam in
ter doctores in ordinatione particularum iſtoꝝ trium ver
ſuum. Nam quidam ordinant ly longe a ſalute mea cum
ly verba delictorum meorum. vt ſit ſenſus. O deus quid de
reliquiſti me? quia verba delictorum meorum, ſcilicet pa
triarcharum & prophetarum & omniū fidelium peccato
rum ſunt longe a ſalute mea: quia omnes clamant ꝙ de
beo mori & expectant meā paſſionē. Nam peccata mem
brorum meorum exigūt ꝙ moriar. Item litera Hierony.
habet Longe a ſalute mea verba rugitꝰ ſiue clamoris mei.
quaſi dicat: ꝙ verba rugitus & clamoris quæ feci tā in cru
ce q̄ in horto ſunt longe a ſalute mea. quia non ſunt audi
ta. immo clamabo per diē & non exaudies: & non eſt ſilē
tium mihi quaſi dicat: non fuit mihi ſilentium in toto illo
die & nocte paſſionis: ſed ſemper clamaui & tamē nō ex
audiſti: O pater. quaſi dicat: inuanū laboro & clamo. Quę
quidē litera Hieronymi licet magis clara: tamen plura &
altiora ſacramēta continet tranſlatio ipſorum. lxx. vt patꝫ
in prima expoſitione. Itē ly reſpice in me, quod eſt in no
ſtra tranſlatione, non reperit̄ in hebræo. Sed forſitan. lxx.
voluerunt ſupplere, ad denotandū ꝙ Chriſtus in breui de
bebat liberari de illa afflictione. conqueritur ergo dicens.
O deus deus meus reſpice in me cito liberando. Nam qua
de cauſa dereliquiſti me & receſſiſti longe a ſalute mea?
probo ꝙ dereliquiſti. Nam non clamabo verba mea. i. pec
cata mea. Sed verba delictorum meorum. i. membrorum
meorum peccatorum. quaſi dicat: in cruce & in horto non
deflebo, nec patiar, nec clamabo pro peccatis meis: ſed p
peccatis mēbrorum meorū: & tamen non exaudies me in
tali clamore: Sed hoc non erit mihi ad inſipiētiam nec ad
culpam: quia tu laus iſrael qui habitas in ſancto ſolio iudi
ciali, ſcis ꝙ nunq̄ peccaui nec mereor hanc afflictionem.
Deinde ſubdit

In te ſperauerunt patres noſtri: ſperauerunt
& liberaſti eos.

Ad te clamauerūt & ſalui facti ſunt: in te ſpe
rauerunt & non ſunt confuſi.

¶ Cum dicit In te ſperauerunt patres noſtri, reddit cauſā
ſuę iuſtę querelæ arguens a minori. Nam ſi pater exaudi
uit patres vete. teſta. & exaudiuit & liberauit eos de tribu
lationibꝰ ſuis: ergo multo magis debebat liberare filiū &
exaudire in tali tribulatione: eo ꝙ erat filius naturalis &
iuſtus & innocēs. Sed oppoſitū fecit pater: quia non exau
diuit eum. immo dereliquit eum in poteſtate iudęorum &
permiſit ipſum irrideri & multipliciter affligi. Et ideo pri
mo probat & oſtendit qualiter deus exaudiuit & liberauit
patres antiquos. Secundo qualiter permiſit ipſum cōtem
ni & irrideri. Tertio probat qualiter ipſe eſt filiꝰ naturalis
& iuſtus & innocens. Quarto qualiter permiſit ipſum mul
tipliciter affligi. & in hoc conſiſtit tota ſentētia & intelligē
tia huius primæ partis principalis. Secūda ibi. Ego autem
ſum vermis & non homo. Tertia ibi. Quoniam tu es qui
extraxiſti. Quarta ibi. Circumdederunt me vituli. ¶ Quā
tum ad primum ergo dicit. O pater qui habitas in ſancto
bene habeo ius querelę. Nam omnes patres noſtri ſpera
uerūt i te & clamauerūt, & tu exaudiſti & liberaſti eos de

afflictione ęgypti de mari rubro. Vnde clamauerunt ad te multociens in deſerto de terra promiſſionis cum tribularētur. Et ſic clamauerunt & ſperauerūt in te: & tamē nō ſunt confuſi nec fruſtrati in ſua petitione: quia ſemper liberaſti eos: aut per Moyſen: aut per Ioſue: aut per iudices: aut per reges: aut ꝑ Zorobabel de Babylonia: aut ꝑ Machabęos de Antiocho. Ego autem non fui exauditus: ſed fui reputatus tanq̄ vermis & non homo: & tanq̄ opprobrium hominum & abiectio plebis: quia fui multipliciter contēptus & triſus. Nam omnes videntes me ſic a te derelictū & abiectum, multipliciter deriſerūt me. primo in domo Caiphæ & Annæ dando mihi alapas. deinde in domo Pilati me arundine percutiendo, & dicendo: prophetiza nobis Chriſte quis eſt qui te percuſſit. Item videntes me in cruce derelictum & abiectum locuti ſunt labijs dicēdo: Alios ſaluos fecit & nō poteſt ſeipſum saluū facere: ſi filius dei eſt deſcēdat nunc de cruce & credemus ei. Item mouerunt caput dicendo: aue rex iudæorum: & vah qui deſtruis tēplum dei, & in triduo illud reædificas &c. Et ſic dixerūt: ſi Ieſus nazarenus ſperauit in eum, ſcilicet in deum, ergo ſaluum faciat eum liberando de cruce: quoniā vult eū. i. poſtq̄ diligit deus pater tanq̄ filium naturalē ſicut ipſe dicit. Ex his verbis patet qualiter Chriſtus dicit & conqueritur ſe eſſe derelictum a patre in poteſtate iudæorum & confuſum & nō exauditum: & inde moti ſunt iudæi ad irridēdum & illudēdum ei poſtq̄ viderunt ipſum nō exauditum. & ſic putarūt totaliter ipſum a deo abiectum & derelictum. ideo hoc ei improperabant in cruce vt dictum eſt. Nam ideo iudæi irridebant eum: quia putabāt ipſum a deo derelictum. & de hoc conqueritur hic Chriſtus. Ex quo pꝫ ꝙ Dauid hic magis videtur texere hiſtoriam euangelicam q̄ prophetiam.

S ¶ Et nota ꝙ licet Chriſtus fuerit verus homo quo ad naturam, tamen quo ad generationem fuit vt vermis. Nam ſicut vermis generatur ex terra ex ſola influentia cæleſti: ita Chriſtus fuit genitus in vtero virginali ſine patre carnali ex puris ſanguinibus, ſolo opere ſpiritus ſancti. Ideo dicit Chriſtus

Ego autem ſum vermis & non homo: opprobrium hominum & abiectio plebis.

Oẽs videntes me deriſerūt me: locuti ſunt labiis & mouerunt caput.

Sperauit in domino eripiat eum: ſaluum faciat eum quoniam vult eum.

¶ Ego autem ſum vermis & nō homo. i. genitus ad modum vermis, & non per coitum ad modū hominis. & ideo ſicut Chriſtus nō habuit patrem carnalem in terris: Ita nō habuit defenſorem. Deinde cum dicit Quoniā tu es: oſtēdit ſe eſſe vnicum filium naturalem & iuſtuꝫ ſine peccato. Nam ſicut ſupradictum eſt, Chriſtus nullum habuit aliuꝫ patrem in terris niſi ſolum deum: qui opere ſpiritus ſancti formauit ipſum in vtero virginali. Ex quo patet ꝙ eſt filius dei naturalis ratione perſonę & ratione formationis. Secundo ſequitur ꝙ Chriſtus eſt iuſtus ſine peccato naturæ & perſonæ: quia non ex opere Adam natus eſt: ſed ex opere & virtute ſpiritus ſancti. Et ideo ſicut nulli peccato erat obnoxius: ita nullius pœnæ erat reus. Ex quo pꝫ, ꝙ non erat derelinquēdus a patre: ſed in omnibus exaudiēdus. Et hoc eſt quod dicit hic. O pater tu nō debes me derelinquere: nec orationem & perſonam meam contēnere: quia ſum filius tuus naturalis: & iuſtus ſine peccato.

Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre ſpes mea ab vberibus matris meę: in te proiectus ſum ex vtero.

¶ Tu es ille qui extraxiſti me de ventre & vberibus matris meę: & nullus alius pater carnalis extraxit me: quia nō habeo patrem carnalem in terris. Et ideo ex vtero matris meę proiectus ſum in te ſolum. i. tibi ſoli & nulli alteri datus ſum filius. Et ideo ſubdit.

De vētre matris meę deus meus es tu: ne diſceſſeris a me.

¶ Tu ſolus es deus meus a principio conceptionis de ventre matris meæ: quia in eodē inſtanti in quo fui creatus fui verbo perſonaliter vnitus: & ſic ſimul fui creatus & aſſumptus: & per conſequēs nulli peccato obnoxius: ergo poſtq̄ tu es pater meus naturalis: & ego filius iuſtus ſine peccato: ne diſceſſeris a me & ne derelinquas me.

Quoniam tribulatio proxima eſt: quoniam non eſt qui adiuuet.

¶ Quoniā tribulatio proxima eſt mihi: & quoniam nullꝰ alius eſt qui adiuuet niſi tu qui es pater meus. ergo ne diſceſſeris a me: & ne derelinquas me in agone paſſionis: ſed exaudi me. Ex ſupradictis patet, ꝙ de duobus conqueritur Chriſtus. Primo: quia pater dereliquit eum. Secundo, ꝙ non exaudiuit eum. Tertio, quia cum eſſet filius naturalis & iuſtus ſine peccato, ꝑmiſit eum derideri & affligi.

T ¶ Sed contra prędicta arguitur. & videtur, ꝙ Chriſtus nūq̄ fuit a patre derelictus ſicut ipſe conquerit̄. Nam ipſemet dicit. Ioan. vij. Pater ſemper mecuꝫ eſt: & ita me ſolum nō dereliquit. Item contra illud quod dicit ꝙ non fuit exauditus in ſua oratione, arguitur. Nam apoſtolus dicit ad heb. v. ꝙ Chriſtus in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſq; ad eum qui poſſit illum saluū facere a morte cum clamore valido & lachrymis offerens exauditus eſt pro ſua reuerētia. Et ſic videt̄, ꝙ quando dixit: Pater ſi poſſibile eſt trāſeat a me calix iſte: & quando cum clamore valido dixit heli heli. &c. i. deus deus meus quare dereliquiſti me: tūc fuit exauditus. contra illud quod dictum eſt pſalmo pręcedēti, ſcꝫ Deſideriū aiæ tribuiſti ei &c. Tertio videtur, ꝙ iniuſte & fruſtra conqueratur Chriſtus apud patrem in toto iſto pſalmo: quia ab initio ſciebat omnia quæ vētura erant in eum: & traditus eſt ſponte, quia ipſe voluit. Eſaię. liij.

¶ Ad iſta tria dubia reſpondetur: ſicut dictū eſt in pręambulis expoſitionis huius pſalmi, ꝙ propter iſtas duas vniones quæ reperiuntur in Chriſto. ſ. humanitatis ad verbuꝫ & capitis ad mēbra, communicantur idiomata. Iō in ſcriptura fiunt mirabiles & ineffabiles locutiones: quæ vidētur non ſolum falſæ: ſed etiam contrariæ ad ſenſum quem faciunt: niſi intelligantur ad ſenſum in quo fiunt.

¶ Ad primum eſt ergo dicēdum, ꝙ Chriſtum a patre eſſe derelictum ſtat dupliciter. Vno modo in mēbris. Et ſic manifeſtum eſt ꝙ totum ſuum corpus myſticum: & totum genus humanū fuit derelictum & abiectum in poteſtate diaboli in Adam. quæ derelictio durauit vſq; ad Chriſtū. Et iſto modo Chriſtus dicit ſe derelictum propter delicta ſuorum mēbroꝝ. loquitur hic tanq̄ caput: quia ſponſus & paſtor & aduocatus & procurator & fideiuſſor. iō pctā noſtra dicit eſſe ſua: non quo ad culpam: ſed quo ad pœnā: quia pro nobis debitum ſoluit & ſatiſfecit. Secundo modo talis derelictio poteſt intelligi de derelictione perſonali. ſcilicet ꝙ fuerit derelictus in pſona. Sed hoc poteſt etiam dupliciter itelligi. Vno modo ꝙ fuerit derelictꝰ in verbo quātum ad vnionē perſonalem: & quantum ad gratiam. & talis locutio eſt falſa: quia verbum nunq̄ reliquit animam in inferno: nec corpus in ſepulchro: quia vtriq; fuit ſemp vnitum: quia qd̄ ſemel aſſumpſit nunq̄ reliquit, vt dictum eſt pſalmo. xv. & per conſequēs nunq̄ reliquit humanitatem quo ad gratiā: quia ſemp Chriſtꝰ fuit plenꝰ gratia. De tali ergo derelictione dicit Chriſtꝰ. Ioā. vij. Pater ſemp mecuꝫ eſt & nunq̄ me reliquit ſolum. Secundo talis perſonalis de-

relictio poteſt intelligi quãtum ad pœnam & paſſionẽ. Et ſic eſt dicẽdũ, ꝙ pater dereliquit eum in poteſtate iudæorum in illo triduo ad mortem & paſſionem perferendam. Et ideo dicit Chriſtus Iudæis, Hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum. Matth. xxvj. Item filius fuit derelictus in triduo inquantum omnes potentiæ relictæ ſunt vnaqueq; in ſua operatione: ne aliam impediret, vt ait Damaſce. libro tertio. Nam ſicut pars intellectiua ſumme fruebatur: ita pars ſenſitiua ſumme dolebat & affligebat. Ergo Chriſtus dicit ſe eſſe derelictum in mẽbris quantum ad culpas: & in perſona non quantum ad perſonalẽ vnionẽ & gratiam: ſed quantũ ad pœnam pro nobis ſoluẽdam.

❡ Ad ſecundũ dubium eſt dicẽdum, ꝙ myſteriũ illius orationis Chriſti quando dixit: pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte. ẽ ita grãde & ineffabile: ꝙ licet multi doctores conati fuerint ipſum declarare: tamẽ ſemper remanet aliqua difficultas. Et ideo videtur mihi ſemper recurrendum ad ſupradictam regulam de ſenſu verborũ in quo fiunt: & non quem faciunt quandoq; in ſacra ſcriptura. Nam ſi talis locutio intelligatur ad ſenſum quẽ facit in auribus corporis, eſſet manifeſte falſa. Nam ſonat, ꝙ Chriſtus prius timẽdo mortẽ, rogauit patrem, vt tranſiret calix paſſionis a ſe, vt non pateretur mortẽ tam horribilem: Sed poſtea videns volũtatẽ patris voluit ſibi conformari & obedire, & dixit fiat voluntas tua &c. ſed ſic cũ tali diſcurſu tẽporis itelligatur, eſſet locutio falſa. Primo: qa Chriſtus ab initio ſciuit, ꝙ deus ſic determinauerat: & hoc ipſe apoſtolis reuelauerat: & ad paſſionẽ venerat: cum ſecreto dixit diſcipulis: Ecce aſcẽdimus Hieroſolymã: & filius hominis tradetur &c. Et ſic oratio ſua fuiſſet fruſtra & idiſcreta orando cõtra voluntatẽ & determinationẽ patris: & cõtra id quod retractari non poterat. Itẽ ſequeretur, ꝙ pro tunc Chriſtus perdidiſſet charitatẽ erga genus humanũ: quia ſciebat ꝙ aliter non poterat redimi: niſi per ſuas paſſionẽ. Eſt ergo intelligẽda illa oratio & petitio Chriſti ad
V ſenſum in quo fuit facta. ❡ Ad cuius intelligẽtias eſt aduertẽdum, ꝙ voluntas Chriſti duobus erat vnita. Nã primo erat vnita verbo perſonaliter: & paternæ voluntati ꝑ charitatẽ & gratiam. Et ſic per talẽ vnionẽ ſemper fuit cõformis diuinæ voluntati. Secundo erat vnita appetitui ſenſitiuo eſſentialiter inquantum radicaliter ambæ iſtæ potentiæ fundabantur in eſſentia & ſubſtantia animæ: & iõ voluntas per talem vnionẽ ſemper compatiebatur appetitui & carni in omnibus tormentis & afflictionibus. Et ſic in tota illa paſſione Chriſtus ſimul fruebatur & patiebatur. Nam reſpectu diuinæ viſionis fruebatur volũtas, & reſpectu carnis patiebatur. Ita pariter inquantum erat verbo vnita perſonaliter & per gratiam: ſemper fuit cõformis diuinæ voluntati: & obediẽs in omnibus: nec fuit aliquod inſtans, in quo voluntas Chriſti non conformaretur diuinæ voluntati. Vnde quia caro Chriſti & appetitus ſenſitiuus qui dicitur quædam volũtas naturalis, vehemẽter dolebat & patiebatur in tormẽtis: ideo naturaliter exhorrebat & timebat mortẽ: quia om̃e animal naturaliter appetit permanere: & mortẽ perniciemq; deuitare nititur. Ideo caro ſiue appetitus ſenſitiuus perſuadebat voluntati, vt ſe retraheret a tali paſſione & morte, quia vt dictũ eſt, om̃es potẽtiæ derelictæ ſunt in ſuis proprijs & naturalibus operationibus: ſed voluntas Chriſti licet compateretur carni in tali dolore: tamen nolebat ſequi eius appetitum & ſuaſionem: ſed totaliter decernebat & deliberabat implere & ſequi voluntatẽ patris. ſ. pati pro nobis cum magna obediẽtia & charitate. & hoc eſt quod dicitur Lucę. xxij. ꝙ cœpit tedere & pauere quantũ ad carnẽ: & factus eſt in agonia quantũ ad totum: quia caro ſuadebat, & volũtas compatiẽdo carni non conſentiebat: ſed voluntatẽ patris adimplere firmiter ſtatuebat. Et tunc dixit: Pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me &c. Quæ quidẽ oratio & locutio non fuit mortis excuſatiua: ſed naturalis timoris & vehementis doloris expreſſiua: volens oſtẽdere ſe veram carnẽ habuiſſe: & pro nobis vehementem dolorem ſuſtuliſſe: & ſe oſtendere patri paratum obedire. Et ad talẽ ſenſum prolata fuit illa oratio. Cuius ſenſus eſt iſte. O pater licet caro infirma naturaliter exhorreat & timeat mortes, & ſi poſſibile eſſet vellet hunc calicẽ paſſionis tranſire & excuſare: tamẽ ego nolo condeſcendere & parcere carni: nec conformare voluntatem meam cum appetitu ſenſitiuo: ſed cum tua voluntate. Nam licet caro ſit infirma, tamen ſpiritus promptus eſt ad obediendum tibi, & patiẽdum pro genere humano. Et ideo non fiat ſicut ego volo, id eſt ſicut caro ſuadet: ſed ſicut tu vis & præcipis: & ab æterno præordinaſti & per ora prophetarum prædixiſti. Ex quo patet, ꝙ volũtas Chriſti ſimul compatiẽdo carni & ſenſualitati obediebat & conformabatur paternæ voluntati, cui erat vnita ꝑ charitatẽ & gratiam. Et ſic illa locutio ſiue oratio Chriſti non fuit mortis excuſatiua, ſed compaſſionis ad carnẽ, & conformitatis ad paternam voluntatẽ expreſſiua. & hic eſt principalis ſenſus huius orationis. Sed præter ſupradictum ſenſum adhuc illa oratio continet tria alia myſteria: quia explicat duplex deſiderium in Chriſto. ſ. deſiderium antecedens quo deſiderauit & voluiſſet calicem ſuæ paſſionis ad omnes homines tranſiſſe: & omnes ſaluaſſe. Sed ex cõſequenti oſtendit deſiderium & voluntatem deliberatam qua voluit tantum ſaluare prædeſtinatos & pœnitentes.

Tertio per illam orationẽ dedit nobis doctrinam vt diſcamus carni non condeſcendere: ſed diuinæ voluntati obedire. Quarto dedit doctrinam omnibus martyribus & omnibus fidelibus: vt ex proprijs viribus non præſumant aggredi mortem abſq; diuino auxilio inuocato. Ex ſupradictis patet quid ſit dicendum ad argumẽtum. Nam Chriſtus in illa oratione non poſtulauit mortem & paſſionem fugere: ſed oſtendit ſe infirmitati carnis non condeſcẽdiſſe: ſed patri obediſſe & redemptionẽ pro omnibus poſtulaſſe: & ſic exauditus fuit pro ſua reuerentia, & ſua petitio deliberata ſemp fuit completa. ❡ Ad tertium dubium & argumẽtum eſt dicẽdum per eandẽ regulam & rationem, ꝙ querela quam Chriſtus videtur facere in iſto pſalmo, non eſt indignatiua: nec iniurię deputatiua: ſed patris & filij charitatis expreſſiua & admiratiua: quia vult oſtendere ꝙ tanta fuit charitas patris erga genus humanum, ꝙ proprio filio non pepercit: ſed pro nobis ipſum morti tradidit. & tanta fuit obediẽtia filij ꝙ maluit patri q̄ proprię vitę complacere. & hoc nobis manifeſtat vt nos ſibi magis reddat obligatos. Ex dictis in primo dubio patet: ꝙ patrẽ filium derelinquere, nihil aliud fuit niſi ipſum morti tradere: & iudæis poteſtatẽ, vt ipſum affligerent, concedere. Itẽ ex ſecũdo dubio patet, ꝙ Chriſtum vt calix ab eo tranſiret patrẽ rogare: nihil aliud fuit niſi compatiendo carni ſimul patri obedire. Itẽ ex tertio patet, ꝙ Chriſtum per modum querelę ſuam afflictionem apud patrem exponere, nihil aliud fuit q̄ charitatem patris erga genus humanum admirari & explicare.

Circundederũt me vituli multi: tauri pingues obſederunt me.

Aperuerunt ſuper me os ſuum: ſicut leo rapiens & rugiens.

Sicut aqua effuſus ſum: & diſperſa ſunt omnia oſſa mea.

Factum eſt cor meum tanq̃ cęra liqueſcens in medio ventris mei.

¶ Chriſtus in hac parte explicat ſuam afflictionē: & quaſi hiſtorice texit diſcurſum ſuę paſſionis, incipiens a captione vſq; ad mortem incluſiue. ¶ Ad cuius intelligentiā eſt notandū, ꝙ Chriſtus quatuor nominibus appellat iudæos perſecutores: appellat enim vitulos, tauros, canes, & leones. Vnde per vitulos intelligit miniſtros: qui eū cū petulantia ceperunt: & appellat tauros ipſos principes & phariſęos, a pinguedine & potentia. Leones autē appellat eoſdē propter iracundiam & furiam cum qua in ipſum irruerūt. Canes vero eos appellat a mordacitate & latratu: quia ſemper contra ipſum latrarunt & momorderunt. Dicit ergo Chriſtus: o pater: quare me dereliquiſti in poteſtate iudæorū? quoniā multi vituli circundederūt me in horto & ligauerūt me: & trahētes per terram ad Annam & Caipham me duxerunt: & ibi tauri pingues.i. principes ſacerdotum, ſcribę, & phariſęi qui dicuntur tauri propter potentiam & ſacerdotiū: & dicuntur pingues a pinguedine diuitiarum & munerum & oblationū: iſti tauri pingues & iſti vituli.ſ. eorum miniſtri obſederunt me in domo Annę & Caiphę: & ibi aperuerunt ſup me os ſuū ſuperbi & iracūdi: ſicut leo rugiens: conuitia & opprobria inferendo & falſa crimina imponendo & blaſphemū appellando. Vnde ſicut leo rugiens & rapiens trahit prædam per terram & lacerat & laniat: Ita me trahebāt per terrā cędēdo ſpuēdo, colaphizando & capillos euellendo, intantum ꝙ ſicut aqua effuſus ſum & omnia oſſa mea diſperſa.i. tracta ſunt ſuper terram: quia ex nimio labore & afflictione perfuſus ſum ſudore ſicut aqua: quia intātum abundauit in me ſudor, ꝙ videbar perfuſus in toto corpore ſicut aqua madidus. Item ſicut aqua immunda effunditur & proijcitur extra domū: ita ego fui effuſus & proiectus ſuper terraꝫ tanꝗ inutilis & deſpectus. Item non ſolum oſſa mea materialia & perſonalia fuerunt diſperſa: ſed etiam omnia oſſa mea myſtica.i. omnes apoſtoli fuerunt diſperſi: quia me relicto omnes fugerunt. Et ſic in tali afflictione factū eſt cor meū tanꝗ cera liqueſcens in medio ventris.i. corporis mei. Naꝫ ſicut cęra liqueſcens a calore ignis, non poteſt reſiſtere: ita ego ex nimio labore debilitatus non poteram ei reſiſtere: nec ſuper pedes meos ſtare. Nam

X

**Aruit tanꝗ teſta virtus mea: & lingua mea adhęſit faucibus meis: & in puluerē mortis deduxiſti me.**

¶ Exhauſtis omnib⁹ viribus cordis tota virtus mea aruit & exſiccata fuit tanꝗ teſta. Nam ſicut teſta nucis, vel cuiuſlibet fructus aret: & ſiccatur exhauſto humore: ita totū corpus meum aruit: & factum eſt macilentum naturalibus viribus exhauſtis. Et ſic frequēter cadebam in terram: eo ꝙ ſpiritus vitales deficiebāt in corde, & motiui in muſculis, & animales deficiebant per totum corpus: & ſic non ſolum non poteram me ſuſtētare ex defectu virtutis ſed nec etiam poteram loqui: & ideo adhęſit lingua mea faucib⁹ meis. Et vlterius non fuiſti contentus de tanta afflictione: ſed etiam in puluerem mortis deduxiſti me, concedens Iudæis poteſtatem vt me crucifigerent. Nam mane facto

**Quoniam circundederunt me canes multi: conſilium malignantium obſedit me.**

¶ Circūdederunt me canes multi.ſ. iudæi mordaces & cōtra me latrantes tanꝗ canes, & conſiliū malignātium ſcribarum & phariſęorum obſedit me. De quo conſilio malignantiū dixit Iacob. Gen̄.xlix. Simeon & Leui vaſa iniquitatis bellantia: in conſilio eoꝝ non veniat anima mea &c. eo ꝙ ſcribæ & phariſęi erant futuri de Simeon, & ſacerdotes de Leui: vt patuit pſalmo.ij. Ideo ait Chriſtus per os Dauid: Circundederunt me canes multi: conſilium malignantium obſedit me. & facto cōſilio tradiderunt me Pōtio Pilato præſidi: & tāꝗ canes latrantes & rabidi dixerūt crucifige crucifige eū: quia ſi hunc dimittis non es amicus Cæſaris. Vnde Pilatus timens accuſationē populi, me flagellatum ad crucē & mortē deſtinauit. In qua cruce

**Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia oſſa mea.**

**Ipſi vero conſiderauerunt & inſpexerunt me: diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: & ſuper veſtē meam miſerunt ſortem.**

¶ Foderunt & clauis perforarunt & penetrarūt manus & pedes meos: & extendentes & trahentes brachia mea & pedes meos ſupra crucē ad loca clauorū, dinumerauerunt & delocauerunt & diſiunxerunt omnia oſſa mea: ipſi vero iudæi inſpexerunt me & conſiderauerūt me mortuū: & ſic deſpexerunt. Item ipſi gentiles & miniſtri circundantes crucē viderunt me nudū in cruce pendentē: & conſiderauerunt & putauerunt me eē a deo deſpectū & abiectū: & ſic deſpexerūt me: & tunc milites & miniſtri Pilati diuiſerunt ſibi veſtimēta mea: vnuſquiſq; partē ſuam diripiendo: & ſuper veſtē meā miſerunt ſortē. ¶ Ad cuius intelligētiam eſt aduertendū, ꝙ Chriſtus habebat duas veſtes ſcilicet exteriorē, quam palliū vocabant: quæ totū corpus ſuperi⁹ tegebat: & habebat tunicaꝫ inconſutilē, qua iuxta carnē interius tegebatur. Milites ergo diuiſerunt ſibi in partes veſtimēta exteriora ſcilicet pallium, vt ait Ioan. euange. Sed non diuiſerunt tunicam interiorē: eo ꝙ erat inconſutilis deſuper contexta per totum: ſed miſerunt ſortē ſuper eam: & ſic vnus militum accepit eam tantum in ſortē. Quod totū factum eſt in maximū myſteriū & ſacramentū: quia per illa veſtimēta ſignificabatur totuꝫ myſteriū ſacræ ſcripturæ veteris teſtamēti. Nā per illa veſtimēta ſuperiora ſignificabatur litera vete. teſta. Et per tunicam inconſutilē ſignificabatur veritas euangelica clauſa & contecta ſub litera ſuperficiali. Nam ſicut pallium tegebat tunicam inconſutilem tangentē carnē Chriſti: ita litera ſuperficialis veteris teſtamēti tegebat legē euangelicā & om̄ia myſteria paſſionis Chriſti, & eccleſiaſtica ſacramēta, in quibus realiter & virtualiter Chriſtus continetur. Et ſic lex euangelica dicitur tunica inconſutilis Chriſti deſup contexta per totum, continēs realiter Chriſtū in ſacramētis. Et ideo veſtimēta ſuperiora fuerunt diuiſa & lacerata: ad denotandū ꝙ lex Moyſi quantum ad literaꝫ fuit ꝑ partes rupta & lacerata & diuiſa ꝑ hæreticos & infideles: quia vnuſquiſq; eorū habet ſuam partem. Vnde ſarraceni habēt circunciſiones & quaſdam lotiones: & quidam alij hæretici adhuc ſeruant ſabbatum & quædam alia cerimonialia. Et etiam Iudæi moderni & thalmudiſtæ lacerarunt illam veſtē veteris teſtamēti trahētes in partes ſuas: puta Abenazdra Cordubēſis, & Ra. Salo. & Rabi Moyſes de ægypto, qui gloſſant illā legē ad ſenſus contrarios: & ſic magnū ſchiſma eſt inter eos. Sed tunicā incouſutilē.ſ. legē euangelicam: nullus vnꝗ potuit lacerare: nec portæ inferi aduerſus eam potuerūt prępualere: quia veritas euāgelica ſemꝑ manet incōcuſſa, fundata ſupra firmam petram. Sed etiam eſt aduertēdū, ꝙ illa tunica inconſutilis non cecidit in ſortē alicui Iudęo: ſed vni militum qui erat de populo gentili: ad denotanduꝫ ꝙ ſors euangelica & fructus paſſionis non cecidit in populo iudæorum: ſed in populo gentili ad fidem conuerſo: & etiam quia ſortes prædeſtinationis nō ceciderūt niſi in pręclaris Chriſtianis, vt dictum eſt pſalmo.xv. Y

**Tu autem dn̄e ne elongaueris auxilium tuū a me: ad defenſionem meam conſpice.**

Erue a framea deus animam meam:& de manu canis vnicam meam.

Salua me ex ore leonis:& a cornibus vnicornium humilitatem meam.

¶ Hæc eſt ſecũda pars pricipalis hui⁹ pſalmi:in qua Chriſtus petit liberari per reſurrectionẽ:quę fuit finis omnium afflictionum. Vnde dicit: Tu autẽ dñe pater ne elongaueris.i.ne differas auxiliũ tuum a me:ſed cito cõſpice ad deſenſionem meã tertia die me ſuſcitãdo:& tu deus erue animam meã a framea & gladio mortis.ſ.ab illa ſententia data in Adam:in qua dictum eſt:puluis es & in puluerem reuerteris:& erue vnicam animã meam de manu canis infernalis:ne detineat eã in inferno:ſicut detinuit alios ꝓpter pctm̃ ipſius Adam. Et ideo canis infernalis nõ poteſt animã meã iure detinere:eo ꝙ eſt vnica & ſola nulli peccato obnoxia,nonſolum in pſona:ſed nec etiã in natura:eo ꝙ ex opere Adã natus non ſum. Et ideo ſum ſolus inter mortuos liber a morſu canis ifernalis. Et libera me etiã de ore leonis tartarei ne deuoret & abſorbeat me:& libera etiaꝫ humilitatẽ meam a cornibus vnicornium. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt notandum,ꝙ Chriſtus tribus nominibus appellat infernum ſiue diabolum:appellat enim ipſuꝫ canem,& leonem,& vnicornem,& hoc ratione proprietatũ iſtorum trium animaliũ.eſt enim diabolus & infernus immundus & obſcœnus per luxuriã, & mordax,& latrans ꝑ auaritiam ſicut canis. Item diabolus eſt iracundus & inuidus ſicut leo:& eſt ſuperb⁹ & elat⁹ ſicut vnicornis:qui non patitur priorẽ nec æqualẽ in itinere:ſed vult ꝙ omnia animalia ipſum poſt tergũ ſequanť:nec patitur etiã cõſortem ſecũ in latibulo. Cũ ergo diabolus oĩa ſupradicta vitia hominibus ſuadeat:nõ debet de iure cruciare:nec in inferno detinere:niſi ſolos immundos,& luxurioſos,& auaros,& inuidos,& iracundos,& ſuperbos. Ex quibus pꝫ,ꝙ infernus de iure nõ poterat Chriſtũ detinere:cũ ab omnibus ſupradictis vitijs eſſet liber & immunis:immo erat mundus & mitis & humilis.hoc eſt ergo qđ allegat Chriſt⁹ apud patrem dicens. Erue vnicã animã meã ſine peccato de manu canis:eo ꝙ eſt vnica ſine peccato:& libera me de ore leonis,& a cornibus vnicorniũ:quia mitis ſum & humilis corde. Eſt vlteri⁹ aduertendũ,ꝙ Chriſtus in hac parte nõ ſolum petit ſupradicta prophetice in perſona ſui:ſed etiaꝫ deprecatiue orat patrẽ in pſona mẽbrorum,vt liberet fideles ſuos a ſupradictis vitijs:& de pœnis inferni per paſſionem ſuam & eccleſiaſtica ſacramenta.

Narrabo nomen tuum fratribus meis:in medio eccleſię laudabo te.

A ¶ Hæc eſt tertia pars principalis:in qua Chriſtus promittit agere gratias poſt beneficia recepta. ¶ Ad cuius intelligẽtiam eſt notandũ,ꝙ quatuor fecit Chriſtus in ſuo aduẽtu,& poſt reſurrectioneꝫ ſuam. Primo:quia ipſe manifeſtauit nomen dei in ſua prędicatione:& aperuit apoſtolis ſenſum & ſcripturas,vt patet Lucę.xxiiij. & miſit eos ad prędicandũ per vniuerſum orbem. Matth. vltimo. Secũdo:quia vna eccleſia fuit adunata ex iudęis & gẽtilibus.immo tot⁹ populus gentilis venit ad fidem. Tertio:ꝙ nomen dei fuit laudatum a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum. Quarto:ꝙ ſolum & verum ſacrificium.ſ.euchariſtia,fuit oblatum in vniuerſali eccleſia a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſuꝫ, ceſſantibus cerimonialibus & idolatria. Dicit ergo Chriſtus:o pater poſtq̃ incarnatus ero narrabo nomẽ tuum fratrib⁹ meis aplis,primo in menſa anteq̃ patiar. Vnde Ioan.xvij. Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus. Item Ioan. xvj. Vos autem dixi amicos:quia quæcunqꝫ audiui a patre meo nota feci vobis. Sed magis narrabo nomẽ tuũ fratribus meis:quando aperiã eis ſenſum & ſcripturas poſt meaꝫ reſurrectionẽ:& mittam eos ad ꝑdicandũ euãgeliũ omni creaturæ. Et ſic laudabo te o pater annũciando mirabilia & ſecreta tua in medio eccleſiæ. Primo apoſtoloꝝ & diſcipuloꝝ. Secundo in medio toti⁹ eccleſię ex gẽtibus congregatę:& ideo oĩe ſemen Iſrael non ſolũ ſecũdũ carnẽ:ſed etiã ſcdm ſpiritum & promiſſionem timeat.i.tunc timebit eum.ſ.deũ patreꝫ:qm̃ nõ ſpreuit neqꝫ deſpexit orationẽ mei pauperis:immo exaudiuit me:quia me reſuſcitauit:& paſſionẽ meam in ſalutẽ mẽbroꝝ meorum acceptauit:& regnum cælorum & poſſeſſionem mihi donauit. Et ideo

Qui timetis dominũ laudate eum: vniuerſum ſemen Iacob glorificate eum.

Timeat eum omne ſemen Iſrael:quoniã non ſpreuit neqꝫ deſpexit deꝑcationẽ pauperis.

Nec auertit faciem ſuam a me:& cum clamarem ad eum exaudiuit me.

¶ Oĩes conuerſi qui timetis deũ:laudate eum,& vniuerſum ſemen Iacob ſcdm ſpiritum & promiſſionẽ glorificate eũ manifeſte longe lateqꝫ cõfitẽdo:& timeat eũ omne ſemen Iſrael.i.omnes deũ per fidẽ vidẽtes &c. Et nota ꝙ notanter dicit narrabo.i.manifeſtabo nomẽ tuũ:quia oẽs patres vete.teſta. Expectabant Chriſtũ vt eis literis manifeſtaret nomẽ dei quod eſt Ieſus:vt patuit pſalmo octauo.

Apud te laus mea ĩ eccleſia magna:vota mea reddã in conſpectu timentiũ eum.

¶ Hic promittit ſe vota ſacramẽtoꝝ oblaturuꝫ:& maxime ſacramẽtum euchariſtię,quod dicitur votuꝫ & ſacrificium laudis:eo ꝙ de ſe eſt bonũ & laudabile:& acceptabile de opere opato apud patrẽ. Ideo ait. O pater tunc apud te erit laus mea in eccl'ia magna:a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum:quia vota mea reddaꝫ.i.eccl'iaſtica ſacramẽta in conſpectu omniũ fideliũ timẽtiũ eum:ſed inter cætera vota offeram ſacramẽtum euchariſtię ſub ſpecie panis & vini. Vñ hoc ſacrificium non offeretur in eccleſia parua qualis erat Hieruſalẽ terrena:in qua ſola offerebantur ſacrificia vete. leg. Sed hoc ſacrificium offeretur in eccleſia magna:a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum in memoriam paſſionis.

Edent pauperes & ſaturabuntur:& laudabũt dominũ qui requirunt eum:viuent corda eorum in ſęculum ſęculi.

¶ Pauperes chriſtiani qui terrena contemnunt,& gẽtiles qui ante fuerant pauperes ſine vera lege & ſacrificio:tunc edent hoc ſacramentum in quo offeretur vera caro & ſanguis Chriſti mediatoris. Et ſic ſaturabũtur ſaturitate ſpirituali:quia reficietur eorum anima & conſciẽtia. Et ſic laudabunt dominũ oĩes fideles qui requirunt eum:& corda eorum viuẽt in ſæculum ſæculi. Nam ille cibus non dat vitam tẽporalem:ſed ſpiritualem & æternã. Nam ſicut ego viuo propter patrem:ita qui manducat me ipſe viuet propter me. Ioan.vj. Nam licet corpus moriatur tẽporaliter:tamen anima viuet in ęternum.

Reminiſcentur & conuertentur ad dominũ:vniuerſi fines terrę.

¶ Et tunc vniuerſi fines terræ,id eſt gentiles qui habitant per omnes fines terræ:reminiſcẽtur & cognoſcẽt deum & conuertentur ad dominum prædicatione apoſtolorum & martyrum & doctorum.

Et adorabunt in conſpectu eius:vniuerſę familię gentium.

Quoniã dñi eſt regnũ:& ipſe dñabitur gẽtiũ.
¶ Vniuerſę familię gẽtiũ adorabũt in cõſpectu ei⁹:quia in
hoc ſacramẽto adorabũt veũ deũ execrata & abiecta idolo
latria:qñ tot⁹ ppl's gentilis eſt & erit regnũ dñi:q ante fue=
rat regnuȝ diaboli:quia princeps huı⁹ mũdı eijcieẽ foras p
hoc ſacrificium euchariſtię:& ipe deus dñabitur gentium
omnium. Et ſic poſt conuerſionem magni conſtantini

Manducauerunt & adorauerunt omnes pin=
gues terrę:in conſpectu eius cadent omnes qui
deſcendunt in terram.

¶ Omnes pingues terrę.i.oẽs diuites & reges & principes
conuerſi ad deũ mãducauerũt & adorauerũt hoc ſacramẽ=
tũ:& oẽs qui deſcẽdũt in terrã.i.oẽs mortales qui ſepelien=
dı ſunt in terra,cadẽt & ꝓcident in facies & curuabũt ge=
nua in conſpectu huius ſacramenti:qñ videbunt in mani=
B bus ſacerdotũ. Et ſic adorabunt eum. ¶ Ad cui⁹ intelligen
tiam eſt aduertendũ,ꝙ notãter dicit mãducauerũt & ado
rauerũt ad exprimendũ excellẽtiã hui⁹ ſacrificij ſup ſacrifi
cia & ſacramẽta vete.leg. Nã in hoc ſacramẽto cõtineẽ rea
liter totus Chriſt⁹ deus & hõ & tota trinitas:in illis aũt non
niſi figuraliter. Vñ mod⁹ & ordo quo exiſtit deus in hoc ſa
cramẽto,eſt iſte. Nã primo ibi exiſtit verũ corpus Chriſti.ſ.
caro cũ neruis & oſſib⁹:& hoc p ſe ex vi ſacramẽti & conſe=
crationis. Nã in hoc ſolũ trãſſubſtantiaẽ ſubſtantia panis ſi
cut ſonãt verba. Scđo eſt ibi immediate ſanguis Chriſti per
immediatã concomitantiã. Tertio eſt ibi aia Chriſti infor=
mans & actuãs corpus p cõcomitantiã ad totũ. Quarto eſt
ibi verbũ dei icarnatũ toti hũanitati Chriſti pſonaliter vni
tũ.ex cõſequenti eſt ibi tota deitas quę plene eſt in verbo:
& ex conſequenti eſt ibi pſona patris cõmunicãs verbo to=
tã deitatẽ a quo originaliter filius habet quicqd habet:&
ex conſequenti eſt ibi ſpũs ſanctus ab vtroqȝ procedens. Ex
quo pȝ,ꝙ filius nõ eſt ibi ſine patre:nec ſpũ ſctõ ꝓpter in=
ſeparabilẽ cõſubſtãtialitatẽ:qa aliter eſſet cẽſendus. Arria=
nus & non catholicus oppoſitũ cõcedẽs.& hæc eſt cã qua=
re adoraẽ hoc ſacramentũ,& nõ ſacrificia vet.leg. quia de⁹
habet ſpecialẽ modũ exiſtendi in hoc ſacramento:& ideo
dicit Dauid Adorauerũt.&c. in quo adoraẽ de⁹ in trinitate.

Et aia mea illi viuet:& ſemẽ meum ſeruiet ipſi.

¶ Hic finaliter propheta Dauid i ſpũ ſub fide & ſpe Chri=
ſti futuri tã lętaẽ in hoc ſacramento dicẽs. Aia mea tunc.i.in
lege gratię viuet illi.ſ.Chriſto per hoc ſacramentũ. Nã ſicut
nos viuim⁹ i re per hoc ſacramẽtũ:ita Dauid & oẽs patres
viuebãt in ſpe:qa eadẽ eſt fides. Et iõ ſequiẽ: Semẽ meũ.ſ.
Maria & Ioſeph:& apli q erũt de ſemine meo ſecundum
carnẽ:& etiam ſcđm ſpiritũ,ſeruiet ipſi Chriſtu.

Annunciabitur domino gñatio ventura:& an
nunciabunt cęli iuſtitiam eius populo qui na=
ſcetur:quem fecit dominus.

¶ Generatio vẽtura q̃ cõuerteẽ, ãnũciabit.i.cõfitebiẽ dño
& cęli.i.apli annũciabũt iuſtitiã ei⁹.i.legẽ euangelicã iuſti=
ficantẽ ipſi populo qui naſcetur per baptiſmuȝ:quẽ pplm
dñs fecit & regenerauit ſibi. Et nota ꝙ etiam iſti duo vlti=
mi verſus poſſunt eſſe verba ipſius Chriſti continuando ad
p̄cedentia,vt patet. Et ſic iſte pſalmus magis videtur hiſto
ria euangelica q̃ prophetia. Sed cęci iudęi nõ merentur pci
pere nec guſtare:ideo nos agamus gratias deo. Et nota ꝙ
Chriſtus ſiue Dauid maxime poſt Chriſti paſſiones memo
rat ſacrificiõ euchariſtię:eo ꝙ fit in memoriã paſſionis:&
quia maxime in eo rep̄ſẽtatur paſſio Chriſti. Et ideo Chri
ſtus ꝓmittit,ꝙ ſi pater reſuſcitat ipſum relinquet hoc mẽo
riale & quotidianum ſacramentum in memoriam paſſiõis.
C ¶ Ex iſto pſal. poſſunt recolligi xiiij.concluſiones:quarum
prima eſt,ꝙ Chriſtus dupliciter conqueritur ſe a patre de=
relictũ. ¶ Primo in mẽbris:quia ab Adã vſqȝ ad Chriſtum
totũ genus humanũ erat a deo abiectum & relegatũ. Scđo
in pſona:inquãtũ pr̄ pmiſit ipm a iudæis affligi & crucifigi.
¶ Scđa cõcluſio,ꝙ Chriſt⁹ in hoc pſal.& qñ dicit,pater ſi
poſſibile eſt &c. nõ intẽdebat mortẽ & paſſionẽ pro nobis
excuſare:ſed ſuã obedientiã explicare:inquantũ maluit prĩ
obedire q̃ infirmitati carnis & ꝓprię vitę parcere & cõde
ſcendere. ¶ Tertia cõcluſio.ꝙ pr̄ intantũ dr̄ filiũ nõ exau
diſſe:inquãtũ ei⁹ afflictiõi nõ pepcit. ¶ Quarta cõcluſio,ꝙ
licet deſideriũ antecedẽs in Chriſto nõ ſemp fuit ipletũ:ta
mẽ ei⁹ volũtas cõſequẽs & petitio deliberata ſemp fuit ex
audita & cõpleta. ¶ Quinta cõcluſio,ꝙ Chriſtus in horto
& in cruce nõ orauit,nec clamauit ꝓ ſe:ſed ꝓ delictis mem
broꝵ ſuoꝵ ꝓ quib⁹ paſſus eſt mortẽ:iõ dicit,nõ ad inſipiẽ
tiã & culpã mihi. ¶ Sexta cõcluſio,ꝙ Chriſtus in tota pria
pte hui⁹ pſal. nõ intẽdit ꝓpriã iniuriã exigere & diſputare:
ſȝ charitatẽ pr̄is admirari:q vt ſeruũ liberaret filiũ natura=
lẽ & iuſtũ & innocentẽ iudęis tradidit occidendũ. ¶ Septia
cõcluſio,ꝙ ſacerdotes & phariſęi tanq̃ tauri pigues & leo
nes rugientes & canes mordaces obſederunt Chriſtũ.i.ex
inuidia & auaritia & malitia. ¶ Octaua cõcluſio,ꝙ Chri=
ſt⁹ i ſua paſſiõe oñdit verã carnẽ & hũanitateȝ:qa multiplr̄
fuit afflictus:& finaliter foderũt manus & pedes ei⁹ & lat⁹.
vñ exiuit ver⁹ ſanguis. vñ iudęi cõſiderauerũt & iſpexerũt
& cognouerũt Chriſtũ eſſe verũ hoiem. ¶ Nona cõcluſio,
ꝙ veſtimẽta Chriſti exteriora fuerũt in ptes ſciſſa & diuiſa:
ſed tunica incõſutilis interior nõ fuit ſciſſa:ſed cecidit in ſor=
tẽ vni militũ de pplo gentili:ad denotandũ ꝙ tunc fuit la=
cerata veſtis & ſupficialis lr̄a vete.teſt. ſed tunica interior.ſ.
veritas euãgelica ſub lr̄a clauſa:tunc fuit manifeſtata & in=
tegra & inconcuſſa:quæ non cecidit in ſortem ſynagogę:
ſed pplo chriſtiano ex pplo gentili ꝓ maiori pte conuerſo.
¶ Decima cõclo,ꝙ ſicut Chriſt⁹ fuit liber ab oĩ pctõ tã ori
giali q̃ mortali:qa aia ſua fuit vnita ſine pctõ & ſine culpa:
& fuit hũilis & mitis:ita fuit liber a framea & ſententia mor
tis data in Adã & a morſu canis & ab ore leonis & a corni=
bus vnicorniũ infernaliuȝ:qa ſicut fuit liber ab oĩ culpa ita
etiã ab oĩ pœna infernali. ¶ Vndecia cõclo,ꝙ Chriſt⁹ loq
tur in hoc pſal. nõ ſolũ in pſona priuata:ſȝ tanq̃ caput & ſpõ
ſus & aduocatus. ideo etiã orat ꝓ mẽbris vt liberenẽ a cul=
pa & pœna canis:& leonis & vnicorniũ infernaliũ:& hoc p
ſuã paſſionẽ & ecclaſtica ſacramẽta. ¶ Duodecia cõclo,ꝙ
quatuor fecit Chriſt⁹ in ſuo aduentu. Nã prio nomẽ dei pa=
tris tetragrãmatõ.ſ.oĩpotentiã,& ſapiẽtiã,& miam,& iuſti
tiã dei patris i ſeipſo fratribus ſuis aplis & chriſtianis mani=
feſtauit & narrauit & declarauit. Scđo nomẽ dei pr̄is in ma
gna eccla toto orbe diffuſa fecit laudari:& de bñficijs nati
uitatis & incarcationis & reſurrectionis feſta celebrari. Ter
tio inſtituit ſacramentũ euchariſtię ad ſpũalem refectionẽ
pauperũ chriſtianoꝵ. Quarto congregauit totũ pplm gen
tilẽ ad adorandũ deũ in hoc ſacramento. ¶ Decimatertia
concluſio,ꝙ aia fidelis chriſtiani viuit ſpũaliter in refectio
ne huius ſacramenti. ¶ Quartadecia cõcluſio,ꝙ cęli.i.apli
& diſcipuli annunciauerũt iuſtitiã chriſti & hui⁹ ſacramẽti:
& totã legẽ euãgelicã pplo gentili de nouo regenerato. Et
etiã cęli.i.p̄lati ecclię & doctores & ſacerdotes annũciabũt
iuſtitiã legis euangelicę toti populo regenerãdo per baptiſ
mũ & eccleſiaſtica ſacramenta vſqȝ ad diem iudicij.

DOminus regit me & nihil mihi deerit:
in loco paſcuę ibi me collocauit.

¶ Titul⁹ pſal. Dauid. ex titulo apparet,ꝙ Da=
uid fecit hũc pſal. Sed de cã mouẽte Dauid ad faciendũ hũc
pſalmũ,& de materia ei⁹:diſcordãt magiſtri hebreorũ inter
ſe. Nã quidã dicũt ꝙ Dauid fecit hũc pſalmũ in pſona ppli
iſrael redeuntis de captiuitate babylonię in terram Iuda:
quę eſt fertilior & abundantior q̃ babylonia. Et ideo agit

gratias quia venit in terrā fertilē & amœnā. Alij dicunt ꝙ
Dauid fecit hunc pſalmū pro ſeipſo agēs grās, ꝙ deus redu
xerat ipm in iudęā qñ fugerat a facie Saul in ſpelūcā Odo
lā. primi Reg. xxvj. & ideo dicit: grās ago dño quia dñs re
git & direxit me & collocauit me in loco paſcuę & fertilita
tis. ſ. in iudęa &c. Sed manifeſte vtriq; iſto℞ mentiunſ. prio
quia babylonia ſine ꝓportione eſt fertilior & magis aquo
ſa q̄ tota terra promiſſionis. Ideo in reditu captiuitatis iu
dęi paſſi ſunt famē & pœnuriā, vt pꝫ primo Eſdrę. Itē qa
in tota terra promiſſionis: & maxime in terra Iuda non eſt
tanta vbertas quanta hic memoraſ: cū ſit terra lapidoſa &
inaquoſa p̄ter ripā iordanis in galilea. Itē iſte pſal. cōputa
tur iter ſacras ſcripturas ſicut cęteri: ergo cōtinet ſacramētū
de Chriſto & ecclia ſicut frequēter & ſæpi⁹ dictū eſt. Iō ad
ei⁹ intelligētiā eſt aduertēdū: ꝙ licet tota terra iuda, ab hie
ruſalē vſq; ad Cades & Berſabee verſus meridiē ſit ꝓ maio
ri parte inaquoſa & ſterilis: tñ inter cęteras ciuitates & vil
las Bethleē eſt magis fertilis: eo ꝙ eſt magis irrigua & abū
dans aquis fontalibus: maxime quia habet vnū magnū fō
tē manātē ex mōtanis iudę ꝓpe domū Zacharię. Qui qui
dē fons irrigat maiorē partē territorij: & inde eſt ꝙ abūdat
paſcuis & vino & frumēto & oleo plus cæteris terris iudeę.
Et ideo ante vocata fuit effrata. i. fertilis. Sed tēpore Ruth
dicta eſt Bethleē, id eſt dom⁹ panis: eo ꝙ poſt longā famē
abundauit pane plus cęteris vrbibus iuda: & hoc ꝓpter ma
D iorē copiā aquarū. ¶ Et ideo Bethleem maxime gerit ty
pum & figurā Chriſti & ecclīæ. Primo quia in ea naſcitur⁹
erat Chriſt⁹ qui eſt panis viuus, q de cælo deſcēdit. Scdo qa
ſignificabat vbertatē ſacramentorū ecclē quę cōficiuntur
ex aqua & pane & vino & oleo vt patebit. Scdo eſt notan
dū: ꝙ ſicut Bethleē gerit typū ecclę ꝓpter dictā fertilitatē:
& eo ꝙ Chriſtus erat in ea naſciturus: ita Dauid gerebat fi
gurā Chriſti. Prio: quia fuit nat⁹ in eadē Bethleē vbi Chri
ſtus erat naſcitur⁹. Scdo, quia ꝓ maiori parte habuit oēs ꝓ
prietates Chriſti: quia prio paup & paſtor & paſſ⁹ pſecutio
nes iniuſte: & vltio ſublimat⁹ in regē &c. Et ideo eſt auertē
dū, ꝙ anteq̄ Dauid vngereſ primo in regē cuſtodiens oues
patris ſui erat ignar⁹ oim iſto℞ & vir ſimplex Sed poſtq̄ vn
ctus eſt. p Samuelē, ilico direct⁹ eſt ſpūs dñi i Dauid: & ade
ptus eſt ſpm̄ corporalis fortitudinis: & adept⁹ eſt ſpm̄ ꝓphe
tię: vt ait Ioſephus: & ilico fecit aliquos pſalmos: dū paſce
ret oues: qđ ꝓbatur. Nā cū ſpūs nequā vexaret & agitaret
Saulē dixit quidā de pueris. Noui Dauid filiū Iſai bethlee
mitem ſcientē pſallere cithara: & dñs eſt cum eo. Et ſic ve
nit ad regem: qui cū pſalleret cythara diſcedebat ſpūs ne
quā vt patet primo Reg xvi. Ex quo patꝫ, ꝙ Dauid pſalle
bat aliquos pſal. quos cōdiderat. Nam diabolus nō fugie
bat ſonū citharæ. ſed virtutē pſal. quos Dauid cātabat cum
cithara. Et ſic eſt credendū ꝙ Dauid fecit aliquos pſal. dū
paſceret oues anteq̄ eſſet gener regis: inter quos vnus fuit
iſte. Vnde poſtq̄ Dauid adept⁹ eſt ſpm̄ ꝓphetię poſt primā
vnctionē: iam ſpūs & animus ſuus totaliter fuit directus &
eleuatus in deū. Vidēs ergo ſe paſtorē gregis & vnctū in re
gē & natū in Bethleē: & cōtēplans terrā Bethleē irriguam
& fertilē: & cōſiderans oues quas paſcebat: & baculū queꝫ
gerebat: quo ſuſtentabatur & regebat oues: tūc præuidit in
ſpū qualiter Chriſtus qui eſt panis viuus erat in Bethleē na
ſcitur⁹: & quō Chriſtus in lege promiſſus erat futurus verus
paſtor ouiū fideliū & rex vniuerſalis & dñs: qui oues ſuas
debebat in loco paſcuę collocare: & ibi eas per ſuos p̄latos
regere & paſcere. ꝑuidit etiā ex fertilitate ipſius Bethleem
totā fertilitatē futurā ecclię & oim ſacramēto℞: qbus oues
Chriſti reficiunſ & paſcunſ: & p illū fontē irrigantē totam
terrā Bethleē: ꝑuidit fontē aq̄ baptiſmalis ecclię. Itē etiam
p illū fontē irrigantē totā terrā Bethleē: ꝑuidit in ſpū qua
liter ex latere Chriſti debebat exire ſāguis & aqua. Ex quo
fonte erat tota ecclia irriganda, per ſeptē riuulos ecclaſti

corum ſacramētorum. Et per abūdātiā & copiā paſcuorꝫ
præuidit cętera ſacramenta: puta per copiam panis & vini
præuidit ſacramētū eucharistię: & p copiā olei ꝑuidit oleū
chriſmatis & cathecumino℞ & infirmorū ad ſananda vul
nera pctō℞: & p baculū & virgā paſtoralē ꝑuidit legē euā
gelicā: quæ eſt virga ad dirigendū nos p ſemitas vitę, & eſt
baculus ad ſuſtentādū ne cadam⁹ in vmbras mortis. Et ſic
Dauid præuidens oia iſta in ſpū: cōmotus eſt a ſpū ſācto ad
faciendū iſtuꝫ pſal. Sed quia Eſdras præuidit in ſpū, ꝙ oia
eccliaſtica ſacramenta debebāt trahere & ſumere virtuteꝫ
ex paſſione & latere Chriſti: ideo collocauit hunc pſalmū
immediate poſt præcedentem: eo ꝙ ibi prędixerat Dauid
totū myſteriū paſſionis Chriſti: a qua paſſione habēt virtu
tē oia ſacramēta. de quibus agiſ in hoc pſal. in quo Dauid
duo facit. Nā primo gaudet iā in ſpe qualiter Chriſtus ver⁹
paſtor repoſuit ſuū gregē fideliū in piguiſſimo agro ecclię:
in quo paſcitur paſcuis vberrimis eccliaſtico℞ ſacramēto℞.
Scdo prædicit effectū & fructū: quē fideles conſecuturi ſunt
ex refectione iſto℞ ſacramento℞. Qui quidē fruct⁹ eſt grā
& mia in p̄ſenti & vita ęterna in futuro: ibi. Et mia tua ſub
ſequetur me. ¶ Quantum ergo ad primum dicit Dauid in
perſona corporis myſtici: Gratias ago & lætor in ſpe Chri
ſti futuri: qm̄ dñs meus Ieſus Chriſtus regit, id eſt reget &
paſcet me & erit mihi paſtor & rector: qa ibi in loco paſcuę
collocauit me, id eſt deduxit & introduxit me in eccliam:
in qua eſt copia paſcuę & bono℞ ſpūaliū: quib⁹ aia reficiſ.
Nā nec ſynagoga, nec lex Moyſi me potuit reficere, nec iu
ſtificare cum eſſet ſterilis. Sed Chriſtus in lege promiſſus, q
eſt panis viuus & verus rector & paſtor, collocauit me in ec
cleſia ſua q̄ eſt locus verę paſcuę: ſicut ego præuidi in ſpū p
officiū regni & paſtoratus mihi cōmiſſi: & per fertilitatē ter
rę Bethleem vbi ego paſco oues meas: per quā ego præui
di in ſpū vbertatem & copiam bonorum ſpūalium ecclīæ
Chriſti ſicut dictum eſt. Litera Hieronymi habet: Dñs pa
ſcet me in paſcuis herbarum: & tunc litera eſt plana.

## Super aquam refectionis educauit me: animā meam conuertit.

¶ Hic incipit enarrare bona ſpūalia: ſiue paſcua huius ec
clię. ¶ Vnde eſt aduertendū, ꝙ paſcua ſiue bona ecclę: q̄
dam ſunt doctrinalia: ſicut ſunt præcepta & cōſilia euāge
lica: & q̄dā medicinalia ſicut ſunt eccliaſtica ſacramēta quę
ſimul reficiūt & ſanāt. Nā primo baptiſmus ſanat a pctō &
viuificat a morte. Scdo cōfirmatio roborat aim cōtra tēta
tiones. Tertio pœnitentia reſuſcitat a morte & pœna æter
na. Quarto euchariſtia nutrit & dat ſpūalē vitā. Quinto ex
trema vnctio ſanat oia venialia vulnera q̄ remanent poſt
pœnitētiā: & iō hæc bona principaliter enumerat. dicit er
go Dauid. bñ dico, ꝙ dñs meus Ieſus Chriſt⁹ collocauit me
in loco paſcuę bono℞ ſpūaliū. Naꝫ primo ipſe educauit &
nutriuit me: & viuificauit ſup aquā baptiſmaleꝫ refectiōis:
qa cū eſſē mortuus pctō originali: ipe regenerauit & refecit
me per aquā baptiſmalem. Scdo cū eſſē lōge a deo p pctm̄
mortale: ipe aiam meā cōuertit per ſacramētū pnię. Tertio
cū eſſē extra viā iuſtitię i regiōe vmbrę mortis & ignorātię.

## Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitię: propter nomen ſuum.

¶ Deduxit me p ſemitas iuſtitię: dādo ſcꝫ mihi ꝑcepta euā
gelica moralia & cōſilia. & hoc fecit nō meis meritis: ſꝫ ꝓpſ
nomē ſuū qđ eſt Ieſ⁹. i. ſaluator: qa ad hoc venit i mūdum.

## Nam & ſi ambulauero in medio vmbrę mortis: non timebo mala: quoniam tu mecum es.

¶ Si ambulauero in medio vmbrę mortis. i. inter peccato
res & diabolos tentatores non timebo mala. id eſt tētatio
nes & perſecutiones eorum: quoniam tu mecum es: auxi

lum gratię:largiendo:quod probo.Nam quarto

**Virga tua & baculus tuus:ipſa me cōſolata ſūt.**

¶ Dediſti mihi virgam.i.diſciplinā euangelicā ad dirigendū in hac vita vt incedā recta via ad vitā ęternā:& dediſti mihi baculū fortitudinis:& alioꝝ donorū ſpūs ſancti ꝑ ſacramentum confirmationis:quo baculo ſuſtētor ne cadā, & reſiſtam tentationibus.Et virga tua euangelica & baculus tuus fortitudinis:ipſa duo ſcilicet virga & baculus me cōſolata ſunt dirigendo & roborando.Quinto

**Paraſti in conſpectu meo mēſam:aduerſus eos qui tribulant me.**

¶ Paraſti menſam euchariſtię in conſpectu meo:aduerſus omnes inimicos tam viſibiles q̄ iuiſibiles:qui tribulāt me. Nam per hunc cibum primo ego reficior:& deperdita gratia in me reſtituitur:& capiti meo Chriſto reiūgor:& ſimul cū eo ſpūali vita viuo:& contra inimicos fortior efficior.Et etiā paraſti in cōſpectu meo mēſam ſacrę ſcripturę aduerſ⁹ tentationes.Nam per documenta ſacrę ſcripturę poſſumt tentationes cauere:ſicut Chriſtus cum dictis ſcripturę reſpōdebat tentatori diabolo:vt patet Mat.iiij.Sexto

**Impinguaſti in oleo caput meū:& calix meus inebrians q̄ pręclarus eſt.**

¶ Impinguaſti in oleo caput meū.ſ.aīam & conſcientiam quae eſt caput totius corporis.Nam tibi fui impinguatus & vnctus oleo ſacramentali.Primo oleo cathecuminorum in baptiſmo ad ſanādum originale.Secundo chriſmate ſalutis ad robur & peritiam in confirmatiōe.Tertio oleo infirmorum in extrema vnctione ad ſanandum vulnera q̄ per ſenſus corporeos perpetrauerā:ſed per iſtas tres ſacramentales & viſibiles vnctiones fui intus in aīa impinguatus & dilatus oleo letitię & grę inuiſibilis ſpūs ſancti.Septimo finaliter loquendo,q̄ ꝑclarus eſt & fructifer calix meus inebriās in amore tuo:quē dediſti mihi in ſacramento altaris:queȝ calicē dimiſiſti mihi in memoriā tuae paſſiōis:quaſi dicat. tam praeclarus & memorabilis eſt iſtę calix tuę paſſionis & euchariſtię:ꝙ nullum ſacramentū eſt ipſi cōparabile in dignitate.Nā in hoc ſacro conuiuio corpus Chriſti ſumitur & recolitur memoria toti⁹ paſſiōis:cum in eo ſit realiter Chriſtus cum tota virtute ſuę paſſiōis:& in eo futurę glorię nobis pignꝰ daſ.O ergo q̄ ꝑclar⁹ & mēorabilis & dign⁹ eſt calix iſte:inebriās aīaȝ:releuās eā a mūdanis & totaliter eam fūgēs deo,& per amorē in deū conuertens.qa aīa magis eſt vbi amat q̄ vbi informat.Nā amor trāſformat amātē i amatū.Quē quidē effectū facit iſte ꝑclarus calix & contemplatio ei⁹:qa tm̄ iebriat alaȝ ꝙ trāſformat eā i deū.a quo qdē calice paſſiōis hn̄t virtutē oīa alia ſacramēta eccliaſtica.qſi dicat.o q̄ ꝑclarus eſt calix iſte paſſiōis Chriſti:qa ab eo fluxerūt virtualiter oīa eccliaſtica ſacramēta. Nā prio rigauit eccliam aqua baptiſmalis refectiōis.Scđo ditauit eaȝ cęteris paſcuis & bonis ſacramentalibus & ſpiritualibus.Ex quib⁹ pcȝ q̄tū ē vber & fertilis ī paſcuis ſpūalib⁹ iſte ager ecclię in quo Chriſt⁹ nos collocauit:ꝙ in eo tot & tātis & tā ꝑclaris bonis & cibis & fructib⁹ ſpūalib⁹ fruamur & paſcamur.

**Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitę meę.**

¶ Poſtq̄ ſuperius enumerauit eccliaſtica ſacramenta nobis data in ſpūalē refectionē:hic ꝑdicit fructū & effectū oim ſacramētoꝝ quē ex eis cōſequimur:qui eſt mīa & grā in praeſenti & vita eterna in futuro.Dicit ergo ꝙ tantę virtutis eſt refectio iſtorū ſacramentorū:ꝙ ex eis mīa tua ſubſequetur me dans gratiā in praeſenti omnibus diebus vitę meę.

**Et vt inhabitem in domo domini:in longitudinem dierum.**

¶ Vt poſt hanc vitā habitē in domo domini in regno cęlorū in lōgitudinē dierū.i.in aeternū:& cōſequar vitā ęternaȝ. quaſi dicat:ꝙ ſicut cibus corporalis dat vitā corporalē:ita cib⁹ ſacramētoꝝ dat vitā ſpūalē.ſ.gratiā in ꝑſenti & vitā in futuro aeternā.Et nota ꝙ eccłia dicit hūc pſal.in agēda defunctoꝝ i pſona cuiuſlibet defuncti exiſtentis in purgatorio inquantū poſtq̄ receſſit ab hac vita cū refectione ſacramentoruȝ poenitentię & euchariſtię deſiderat exire a poenis & habitare in domo dn̄i:& paſci & frui pabulo glię in ęternū.

**Domini eſt terra & plenitudo eius:orbis terrarū & vniuerſi qui habitant in eo.**

¶ Titulus pſal. Dauid in prima ſabbati.ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hūc pſalmū,& tradidit eū cātatorib⁹,vt cātareſ i prima ſabbati.ſ.prima die poſt ſabbatū q̄ eſt dies dn̄ica.& ratio eſt.Nā in hoc pſal.memoraſ vniuerſale regnum & ptās quā adept⁹ eſt Chriſt⁹ in die reſurrectiōis. Nā ſicut in die dn̄ica de⁹ creauit mūdū & oīa q̄ ſunt in eo ſcđm mētē Aug. Ita Chriſtus in die dn̄ica reſurrexit : & in ſe renouauit oīa,& adeptus eſt vniuerſale dn̄iū & ptātē,vt ipſe ait Mat. xviij.Data eſt mihi oīs poteſtas in cęlo & in terra &c.qđ ꝑuidens Dauid ī ſpū fecit hunc pſalmū in quo tria facit.Naȝ primo oſtēdit & ꝑdicit totū regnū mūdi de iure deberi ipſi Chriſto.Scđo apoſtrophat ad principes inferni:vt recipiāt ipm tanq̄ dn̄m & adaperiāt ſibi portas inferni. Tertio apoſtrophat ad principes cęli,vt recipiāt eū tanq̄ dn̄m & triumphatorē in die aſcēſionis.Scđa ibi. Attollite portas. Tertia ibi. Attollite portas,Quātū ergo ad primū dicit. Tota terra habitabilis & plenitudo ei⁹.i.oīa q̄ ī ea cōtineneſ.ſ.aīalia & plantę & mineralia,eſt poſſeſſio dn̄i nr̄i Ieſu Chriſti:eo ꝙ eſt deus & hō.& nō ſolū terra:ſed etiā tot⁹ orbis terrarū & vniuerſi qui habitant in eo.ſ.cęli & aſtra & elementa & vniuerſi angeli qui habitāt in cęlo:& hoīes qui habitant in terra.& dęmōes q̄ habitāt i iferno ſub terra:oīa hęc ſūt ſub poteſtate & ditione dn̄i nr̄i Ieſu Chriſti.Deinde cum dicit,

**Quia ipſe ſuper maria fundauit eum: & ſuper flumina pręparauit eum.**

¶ Probat dupłr qđ dicit.ſ.ꝙ Chriſt⁹ ſit vniuerſalis dn̄s totius orbis terrarū.Primo inquantū deus.Scđo etiam inquātū hō.ibi.Quis aſcendet.Probat ergo prio ꝙ Chriſt⁹ ſit domin⁹ orbis inquantū de⁹:eo quia fundauit eū ſup maria & ꝑparauit & diſpoſuit eū ſup flumia. ¶ Ad cui⁹ intelligentiā eſt aduertendū:ꝙ ſcđm naturā & ordinē elementoꝝ terra eſt inferior quia grauior,vt patet.iiij.cęli:& prio metheororū.Et ꝑ conſequens aqua q̄ eſt ſupra terrā deberet naturaliter circuire vndiqȝ totam ſupficiem terrę:eo ꝙ eſt leuior q̄ terra & grauior aere,Sed diuina prouidentia in primordio creationis diuiſit aquā ab aquis:& apparuit arida vt ꝑberet habitationē hoib⁹ & beſtijs.Quae quidē diuiſio aquarū nil aliud fuit niſi ꝙ taliter diſpoſuit terrā ꝙ eleuauit multos montes in ea:inter quos montes manſerunt valles:per quas currunt aquę manantes a fontib⁹ ex radicibus & lateribus mōtiū:q̄ cōgregātur in fluia ꝑ valles decurrentia vſqȝ ad inferiores partes terrę:ex qua cōgregatione fiūt maria. & ſic facta ſunt maria in depreſſiorib⁹ partib⁹ terrę ex congregatione flumīnū:& ſic māſerunt mōtes eleuati altiores ſupra maria & flumia q̄ ſunt in vallibus & locis inferiorib⁹. & ſic dicimus ꝙ Barchinona:& Genua:& Caieta:& Neapolis ſūt ciuitates ſitę ſupra mare.eo ꝙ terra & montes in quib⁹ fundanſ ſūt altiores q̄ mare.& eadē ratiōe dicim⁹ ꝙ Roma eſt cita ſupra Tyberiȝ:& florētia ſupra Arnū:& Valentia ſupra Thuriū fluuiū.Sed de hac diſpoſitione terrę latius diceſ pſal.ciij.Propter ergo ſupradicta dicit Dauid ꝙ ideo Chriſt⁹ eſt vniuerſalis dn̄s orbis terrarum:eo ꝙ ipſe fūdauit eum ſup maria eleuādo mōtes & colles manentibus aquis in depreſſioribus partibus terrę:& ꝑparauit & diſpo

fuit ſup flumina eodẽ mõ:quia ripę ſunt altiores currentib⁹ fluminibus p valles depreſſiores vſq₃ ad maria.quaſi dicat ꝙ ꝗuis aqua deberet cõtinere terrã:tñ terra cõtinet aquas & oia maria & paludes & flumia in vallib⁹ & ptib⁹ depſſioribus & decliuiorib⁹,ſicut vas continet aquam,vt latius patebit pſal.ciij.& i hoc maifeſtat̃ diuia ꝓuidẽtia & ſapiẽtia.

Quis aſcẽdet in montem domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius?

❡Hic probat ꝙ Chriſtus inquantum homo eſt dñs totius orbis:& non ſolum terrę:ſed etiam cæli.Vñ mouet quandã ꝗſtionem dicens.Ego bene credo ꝙ Chriſtus inquantũ de⁹ eſt dñs totius orbis:Sed eſt dubiũ:ſi inquantum homo poſſit eſſe dñs cęli.Nam quis vnq̃ hoim aſcẽdit in montẽ dñi.i. in cęlũ empyreũ:qđ cõiter in ſcriptura dicit̃ mons dñi?aut quis homo ſtabit in loco ſancto dñi:cũ cælu₃ ſit purum & i corruptibile:& homo immundus & corruptibilis? Ad hoc reſpõdet Dauid: Innocens manibus & mundo corde aſcendet & erit dignus aſcendere cælum.ſup. ❡Ad cuius intelligentiã eſt primo notandũ ſcđ₃ Aug.ꝙ hęc ꝗſtio.ſ.an corp⁹ hũanũ poſſit in cælo collocari,iã fuit agitata & verſata inter philoſophos. Ideo.xxij.de ciuitate a caplo.x.vſq₃ ad finẽ libri ꝓbat cõtra Platonicos,& porphiriũ qualiter corp⁹ humanũ,l₃ ſit elementatũ:tñ virtute diuina poteſt reduci ad talẽ diſpoſitionẽ ꝙ nõ mutata ſubſtãtia efficietur quaſi ſpũale:intantũ ꝙ totaliter ſequetur aiam & ſubijciet̃.& ſic vbi volet ſpũs ibi protinus erit & corpus:Et hoc idẽ dicit in lib.de ſpũ & aia,cap.ix.quã grãm & dignitatẽ adeptus eſt nobis Chriſtus in ſua reſurrectiõe.Sed tñ quare hoc Chriſt⁹ meruit & vniuerſale dñiũ,aſſignat apl's.prio p ſuã hũilitatẽ ad Phili.ij.Hũiliauit ſemetipm fact⁹ obediens vſq₃ ad mortem.ꝓpter qđ deus exaltauit illu₃ & dedit illi nomẽ ſuper oẽ nomẽ vt in noie Ieſu oẽ genu flectat̃ cęleſtiũ terreſtriũ & infernoꝝ &c.Scđam cauſã aſſignat quia fuit innocẽs & mũdus ſine pctõ p naturã:quia pctm̃ non fecit:nec inuent⁹ eſt dolus in ore eius.Et ſic Chriſtus qa ſcđ₃ naturã fuit mũd⁹ & innocẽs ſine pctõ:ideo meruit aſcẽdere cęlũ:ſicut aſcẽdiſſet Adã mutat⁹ in vitã meliorẽ ſi nõ peccaſſet.Et dico ꝙ Chriſtus fuit mũdus & ſine pctõ ſcđm naturã:qa l₃ ſponte ſuſcepit īfirmitates nr̃s & naturã mortalẽ apta₃ ad patiendũ: tñ nõ traxit naturã corrupta₃ fomite peccati ſicut nos.iõ dicitur ſolus innocẽs & inter mortuos liber ſcđm naturam.ſ₃ rõne hũilitatis & obedientię ad patrẽ non ſolũ meruit habere mãſionẽ in cęlo:ſed etiã habere vniuerſale dñiũ & poteſtatẽ in cælo & in terra & in inferno.Et ideo Dauid reſpõdens ad illã quęſtionẽ factã per philoſophos,ſcilicet Quis aſcendet in montem domini &c.dicit.

Innocens manibus & mundo corde:qui nõ accepit in vano animam ſuam:nec iurauit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet benedictionem a domino:& miſericordiam a deo ſalutari ſuo.

❡Chriſtus innocẽs manibus & mũdo corde meret̃ aſcẽdere in cælũ:& hr̃e vniuerſale dñium:eo ꝙ nõ accepit i vanu₃ aiam ſuã:nec foedauit eã pctõ faciendo eã vanã & fruſtratã ſuo fine:ſicut pctõres qui accipiũt aia₃ in vanũ:cũ eã applicãt ad iſta tẽporalia vana & friuola.& ſic fruſtrant & priuãt eã ſuo debito fine.Et ſic Chriſtus nõ accepit in vanum aiam ſuã:nec iurauit in dolo proximo ſuo:immo ꝓhibuit teſtimoniũ veritati:& ſic fuit innocẽs & mũdo corde & verax:& iõ ꝓpter iſta tria meruit regnare vniuerſaliter in cęlo & in terra.Pſal.xliiij.Intẽde ꝓſpere ꝓcede & regna:ꝓpter veritatẽ & mãſuetudinẽ & iuſtitiã &c. Et iõ ſeqt̃ hic.ſ. Chriſt⁹ innocẽs & mũd⁹ corde & verax accipiet bñdictionẽ cęleſte₃ a dño & miam a deo pr̃e ſalutari ſuo. Nã Chriſt⁹ a patre habuit vt ſit ſaluator: quia hæc.i. talis gñatio eſt quęrentiũ eũ:& quęrẽtiũ faciẽ dei Iacob.i.ꝗrentiũ hic deũ per grãm:& in futuro p facialẽ viſionẽ & per gloriã.Sed eſt aduertendũ ꝙ in his ſupradictis quatuor verſib⁹ latet magnũ ſacramẽtũ.Prio p hoc qđ ait Quis aſcẽdet in mõtẽ. Scđo p hoc qđ ſubdit.Hic accipiet.Tertio p hoc qđ addit̃. hæc eſt gñatio ꝗrentiũ faciẽ dei Iacob. ❡Ideo eſt notandũ,ꝙ qñ Iacob vidit in ſõnis ſcalã ſtantẽ in terra:cuius ſummitas attingebat cęlũ,& vidit angelos aſcendentes & deſcendẽtes per eã,& vidit dñm innixũ ſcale dicentẽ.Ego ſũ de⁹ Abrahã deus Iſaac &c.& tibi dabo terrã hãc & ſemini tuo:& dilataberis ab oriente in occidente₃ &c.& bñdicent̃ in te oẽs trib⁹ terrę:vt pt₃ Geñ.xxviij.tũc p illã ſcalã cognouit deum incarnandũ.Nã ſicut eadẽ ſcala ex vna parte tãgebat cælũ & ex altera terrã:ꝓuidit ꝙ Chriſtus futurus de genere ſuo erat futurus deus & homo.Ideo vidit deũ innixũ ſcalę.Et p promiſſionẽ ſibi factã,& p ãgelos aſcẽdẽtes p ſcalã,ꝓuidit ꝙ nõ ſolus Chriſtus deus & hõ erat in cęlum aſcenſurus:& erat dñs cęli:ſed etiam omnes filij Iacob ſcđm ſpm̃ & promiſſionẽ,qui debebant iplere mundum a ſolis ortu vſq₃ ad occaſũ:& ab aquilone ad auſtrũ,erãt aſcẽſuri in cęlũ p illa₃ ſcalã qui eſt Chriſtus:& habituri mãſionẽ in cęlo p Chriſtũ Et ꝓuidẽs ꝙ nemo poterat effici mẽbrũ Chriſti:nec aſcẽdere in cælũ cũ Chriſto:niſi mũdaretur per aquã baptiſmalẽ & vngeret̃ oleo ſpũs ſancti:vt efficeret̃ innocẽs manibus & mũdo corde:Ideo poſtq̃ ſurrexit a ſummo effudit oleũ ſup lapidẽ oſtendẽſq₃ oẽs eram⁹ baptizandi & vngẽdi in lapide xp̃o Ieſu.Et ideo dixit:vere dñs eſt in loco iſto:& nõ eſt hic aliud niſi dom⁹ dei & porta cęli &c.Legẽs ergo Dauid iſtã viſionẽ Iacob,& ꝓuidẽs p eã:ea quæ ſupradicta ſunt de Chriſto & eccl'ia:ait.Quis aſcẽdet in mõtẽ dñi.i.qs eſt ille figurat⁹ p ſcalã Iacob aſcẽdẽtẽ vſq₃ ad cælũ?& reſpondet iſte eſt Chriſtus deus & hõ ſupple, Innocẽs manibus.i.iuſtus in operibus & mũdo corde:qui nõ accepit in vano aiam ſuam applicãdo eam ad vana tẽporalia:nec iurauit in dolo ꝓxio ſuo:immo pctm̃ nõ fecit:nec inuentus eſt dolus in ore eius: Iſte aſcẽdet in mõtẽ dñi tanq̃ dñs:quia de⁹ & homo p ſcalã figurat⁹.Et quis aſcẽdet p illã ſcalã:& qui ſunt aſcendẽtes p illã ſcalã cũ Chriſto in cęlũ? Rñdet:innocens manib⁹.i.ois Innocens per poenitentiã,& mũdo corde &c.quaſi dicat ꝙ oẽs regenerati p baptiſmũ & purgati per poenitentiã,vt dictũ eſt aſcendẽs cũ xp̃o i mõtẽ dñi. ❡Itẽ eſt vlteri⁹ notãdũ vt legit̃ Gene.xxvii.ꝙ Iacob ſubripuit benedictionem,dũ Eſau iret ad venandũ:quia Iacob induct⁹ & coopt⁹ pellib⁹ caprinis & ſimulat⁹:fuit bñdict⁹ a patre:& pater in ſpũ pręuidit myſteriũ incarnationis,& ꝓuidit verbũ incarnãdũ & mortali carne induendũ:& ideo dicit:ecce odor filij mei:ſicut agri pleni quẽ bñdixit dñs &c. Itẽ legit̃ Geñ.xxxij.qualiter Iacob luctat⁹ eſt cũ angelo & noluit ip₃ dimittere vſq₃ quo fuit benedictus ab eo:ideo dicit ſibi dñs:nequaq̃ vocaberis Iacob:ſed Iſrael.i.vidẽs deũ,aut fortis cũ deo & directus & benedictus a deo.In vtraq₃ viſiõe ꝓuidit Dauid ꝗliter reprobata ſynagoga ſolus ppl's chriſtian⁹ debebat ſubripere primogeniturã & bñdictionẽ p Chriſtũ,& videre deũ & vocari Iſrael:quia ſolus populus Chriſtianus eſt directus a deo per legẽ euangelica₃:& videt deũ p fidẽ:& eſt a deo bñdict⁹ p baptiſmũ:& videt faciẽ dei Iacob:qa videt deu₃ facie ad faciẽ:& ſalua facta eſt aia eius.Hoc ergo ꝓuidens Dauid dicit,ꝙ non ſolum Chriſt⁹ per naturam:ſed corpus ſuũ myſticũ q eſt ppl's chriſtianus,innocens manibus & mũdo corde p ſacramẽtalẽ ſctificationẽ aſcẽdet i mõtẽ dñi cũ Chriſto capite ſuo:& ſtabit in loco ſancto eius. Et hic talis accipiet benedictionẽ ſpũalẽ a dño figuratam per benedictionem Iacob factam a patre & ab angelo.Nam

Hęc eſt generatio quęrentium eum : querẽtiũ faciem dei Iacob.

¶ Hęc talis eſt illa gñatio q̄rentiũ dñm.i.iſti ſunt figurati p Iacob qui tenuit angelũ donec fuit a deo bñdictus & vidit faciẽ dei Iacob: quia vidit deuʒ facie ad faciẽ. & ita oẽs iſti videbũt hic deũ p fidẽ: & in futuro facialiter p gloriam. Ex quibus ptʒ, ꝙ ſolus Chriſtꝰ mereť de iure aſcẽdere in cęlũ. Sed oẽs fideles mereńť aſcẽdere p grãm inquãtũ efficiũtur mẽbra Chriſti & purificanť p ſctificationẽ baptiſmaleʒ & pœnitẽtialẽ. Vñ qđ cõuenit capiti Chriſto p naturã: hoc idẽ cõuenit mẽbris p grãm: vnde mẽbra Chriſti quaſi violẽter rapiũt cælũ: vt ait Chriſtus Matth.xj. Regnũ cælorꝫ vi patitur & violẽti rapiũt illud. vñ Hieronymꝰ & Chryſoſtomꝰ. Grãdis quippe violẽtia eſt rapere p grãm & pœnitentiã: qđ quis nequeat attigere p naturã. Sed eſt aduertendũ ꝙ licet in his tribꝰ. ſ. in innocẽtia opis, & mũditia cordis & cogitatiõis, & veritate oris, cõſiſtat tota iuſtitia hois vt latiꝰ dictũ eſt pſal.xiiij. tñ nullꝰ hõ inuẽtꝰ eſt vſq; ad pręſentẽ diẽ quin peccauerit in aliquo p̄dictorũ niſi ſolus Chriſtus p naturam & virgo Maria per gratiã. vt ait Aug. in libro de natura & gratia: & de natura paruulorũ: & de perfectione iuſtitię hois. Hoc idẽ approbat Hieronymus in altercatione contra Pelagianos. Et ſic ſolus Chriſtus reperitur innocẽs manibus & mundo corde & verax per naturã: & virgo Maria per grãm. Et ſic iſto modo ſolus Chriſtus meretur aſcendere cælũ & habere vniuerſale dñiũ in orbe: cæteri aũt oẽs peccauerũt in aliquo prædictorꝫ: & electi fuerũt p ſctificationẽ baptiſmalẽ & pœnitentiã liberati. & ideo vnuſquiſq; eorũ poteſt dici innocens manibus & mundo corde. Nam peccata deleta per pœnitentiã & baptiſmũ reputãtur apđ deũ tanq̄ non facta: quia Beati quorũ remiſſę ſunt iniquitates: & quorꝫ tecta ſunt pctã. & ſic vnuſquiſq; eoruʒ põt dici innocens &c. Ex quibꝰ patet, ꝙ ſolus Chriſtus eſt vere dñs orbis terrarꝫ: & vniuerſalẽ hʒ ptãtẽ in cælo & in terra: non ſolũ vt deꝰ, quia vt ſic creauit oĩa: ſed etiam vt hõ innocẽs.

Attollite portas principes veſtras: & eleuamini portę ęternales: & introibit rex glorię.

¶ Poſtq̄ Dauid oſtendit Chriſtũ de iure eſſe dñm vniuerſalẽ totiꝰ orbis tã in cęlo q̄ in terra: & p cõſequẽs in inferno: iõ hic apoſtrophat ad pricipes inferni, vt aperiãt portas Chriſto qñ venerit ad repetendã prædã: & cognoſcant ipʒ tanq̄ dñm: quia p̄uidit in ſpũ qualiter Chriſtus erat in infernum deſcenſurus: & debebat rũpere portas æreas & vectes ferreos cõfrigere: & limbũ & purgatoriũ ſpoliare: & captiuitatẽ ſanctorꝫ patrũ liberare: & cũ eis i cęlũ aſcẽdere & ad dexterã pris ſedere: & inęternum cõregnare. Ideo Dauid apoſtrophat ad diabolos principes inferni dicens: O principes inferni attollite veſtras portas infernales.i. aperite eas. & o portæ æternales.i. æternarũ pœnarũ eleuamini & date locũ: & introibit Chriſtꝰ rex glię cũ venerit ad expoliandũ infernũ & repetendã prædã. Cui reſpondent diaboli.

Quis eſt iſte rex glorię? dominus fortis & potens: dominus potens in pręlio.

¶ Quis eſt iſtę rex glię: qui auſus eſt venire ad domũ nrãm & loca pœnarum: ad quę nulli iuſto fas eſt accedere? Ad quos rurſum Angeli miniſtri & comites Chriſti dicunt. Iſte rex glię eſt Chriſtꝰ dñs fortis & potẽs opere & ſermone corã deo & oĩ pplo in potẽtia miraculorꝫ, & dñs potẽs i p̄lio: qa vicit vos in ara crucis: & proprio ſanguine mercatus eſt genꝰ hũanũ: & ſatiſfecit pro pctõ primorꝫ parentũ & ſuorꝫ poſteriorꝫ: & placauit patrẽ p ſuã hũilitatẽ: & deiecit veſtrã ſupbiã. Et ideo tanq̄ victor & triumphator venit ad repetẽdam hęreditatem ſibi debitam: quam tyrannice diu tenuiſtis. Ideo attollite portas veſtras. Et quia data eſt ipſi vniuerſalis poteſtas in cælo, & in terra, & in inferno: iõ non venit tanq̄ reꝰ ſicut cæteri: ſed tanq̄ iudex iuſtus & triũphator.

Attollite portas principes veſtras: & eleuamini porte eternales: & introibit rex glorie.

¶ Hic p̄d cit ingreſſũ Chriſti in cælũ ad ſuſcipiendã iuriſdictionẽ cæleſtis patrię, tanq̄ dñi cæli: ideo Dauid apoſtrophat ad naturã angelicã, vt aperiat cælũ & recipiat Chriſtũ tanq̄ vniuerſalẽ dñʒ. & dicit in pſona angelorꝫ Chriſtuʒ comitantiũ in die aſcenſiõis cũ tota captiuitate: o principes cęleſtis exercitꝰ attollite.i. aperite vr̃as cęleſtes portas: & o portę æternales cæli eleuamini & date locũ: & itrabit Chriſtus rex glię. Quos principes cęleſtes interrogant.

Quis eſt iſte rex glorie? dominus virtutum ip̄e eſt rex glorię.

¶ Quis eſt iſte (aiunt) rex gloriæ qui auſus eſt igredi cæluʒ: cũ ſit clauſuʒ oibus hoibus propter peccatum primorũ parẽtũ: & qui auſus eſt incedere iſta via nullius hois adhuc trita veſtigio? Quibus rñdet comitatꝰ Chriſti. Iſte eſt Chriſtꝰ dominꝰ oim virtutũ cæleſtiũ: quẽ ꝑpter ſuas virtutes.ſ. qa eſt innocens manibꝰ & mundo corde: & verax: & quia hũiliauit ſemetip̄m patri factus obediens vſq; ad mortẽ: mortem aũt crucis: pater exaltauit & dedit illi nomen qđ eſt ſup oẽ nomẽ: vt in noie Ieſu oẽ genu flectať cęleſtiũ terreſtriũ & infernorꝫ: & quia iã expoliauit infernũ victor & triũphator: & venit cũ præda: ideo ip̄e de iure eſt rex glię. quapropter attollite portas &c. Ex quibus patet, ꝙ totũ dñiũ o. bis terrarũ eſt ipſius Chriſti: Primo quia ipſe creauit orbẽ: & hoc inquantũ deus. Scđo quia innocẽs & mũdus verax & humilis: & hoc inquantũ hõ. Sed nota ꝙ non ſolũ recreauit & fũdauit eccl̃iam ſup maria & aquas baptiſmales: ſed etiã ſup flumina aquarũ ſapientię: quę ſunt doctrina & p̄cepta euãgelica, ꝑparauit & diſpoſuit eã: quia ab eccleſia fluunt flumina aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam. Ioan.vij.

¶ Ex toto iſto pſal. poſſunt recolligi quatuor cõcluſiones. H

¶ Prima cõcluſio, ꝙ Chriſtus triplici ratiõe de iure eſt dñs totius orbis terrarũ. Primo quia creauit totũ orbẽ: & hoc inquantum deus. Scđo quia regenerauit & recreauit eccl̃iaʒ: & hoc inquantũ ſponſus & caput. Tertio inquantũ iuſtꝰ & innocens. ¶ Scđa cõcluſio, ꝙ nullus põt aſcẽdere celuʒ cũ Chriſto niſi efficiatur iuſtus & innocens & mẽbrum Chriſti per gratiam. ¶ Tertia cõcluſio, ꝙ Chriſtꝰ tanq̄ dñs & triũphator cõfregit infernũ & expoliauit limbũ & purgatoriũ. ¶ Quarta concluſio, ꝙ Chriſtus tanq̄ rex & dñs angelorꝫ & omnium creaturarum cum triũpho intrauit cęlum reportans captiuitatem antiquam.

AD te dñe leuaui aĩam meã: deus meus in te confido: non erubeſcam.

¶ Titulꝰ in hebręo: Ipſi Dauid. ſcđm vero.lxx. In finẽ pſal. Dauid. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hunc pſalmũ dirigens nos in Chriſtũ, qui eſt finis legis. ¶ Ad cuius intelligentiã eſt notandũ ſcđm Aug. libro Cur deꝰ hõ: I ꝙ qñ Adã fuit expulſus a paradiſo terreſtri: & pdidit non ſolũ illã pręſentẽ felicitatem: ſed etiam futurã beatitudinẽ quę fuerat in cælo ſibi promiſſa: tunc ne de ſe & ſua poſteritate videreť deſperare: fuit ſibi Chriſtꝰ de ſua carne ꝓmiſſꝰ: qui ip̄m cũ poſteritate de captiuitate diaboli liberaret: & viã in cælũ demonſtraret: & finaliter ad cæleſtẽ beatitudinẽ introduceret: & ſic deus dedit legẽ ſacrificiorꝫ & oblationũ ipſi Adã & filijs ſuis: per quã eos in Chriſtum dirigeret. Quę quidẽ lex ſemp creuit per ętates ſuſcipiendo incremẽtum in Noe, & Abrahã, & Moyſe vſq; ad Chriſtuʒ: vbi cõpleuit curſuʒ ſuũ. Ex quo ptʒ, ꝙ lex vetꝰ nihil aliud fuit niſi quędã via dirigẽs in Chriſtũ tanq̄ in finẽ immediatum: & ideo nuſq̄ petit regnũ cęlorũ: ſed ſemp petit Chriſtum Meſſiam futurũ qui doceat viam in regnũ cælorũ. Et ideo ſicut lex vetus dicitur via in Chriſtũ: ita lex euãgelica dicitur via in regnũ cælorꝫ: & ideo Chriſtus diciť oſtiũ. Ioã.x. & diciť via veritas & vita. Ioan.xiiij. Nã ſicut patres vete. teſt. ſem-

per rogabant vt deus dirigeret eos vſq; ad Chriſtum per illam legem: ita nos rogamus vt dirigat nos per legem euāgelicam vſq; ad eundem Chriſtum vt in eo glorificemur in ſcdo aduentu. Hoc ergo prauidens Dauid in ſpū fecit hūc pſal. in quo introducit Adam myſticū loquentem: & cū tota ſua poſteritate fidelium peregrinantem per iſtam viam diuinę legis: qui in vete. teſt. ſēper orabat & vocabat Chriſtum, vt ipſum in hac via dirigeret vſq; ad eum: & daret ſibi legem euangelicam in cælum dirigentē. Et ideo Dauid fecit iſtum pſalmum per ordinē alphabeti ad denotandū q; lex ſucceſſiue proceſſit ab imperfecto ad perfectū. Nā ſicut puer incipiendo primam literā alphabeti: & diſcurrendo vſq; ad vltimā ſemper creſcit & proficit in doctrina vſq; ad vltimam literam: Ita homo myſticus peregrinando per legem ſemper profecit vſq; ad Chriſtum: in quo accipit vltimā perfectionē illi⁹ legis: quę fuit vniuerſalis redemptio & veritas euangelica. Nunc autem peregrinatur per legeʒ euangelicam vſq; ad ſecundum aduentum Chriſti: in quo recipiet vltimam perfectionē & vitam æternam: & hoc eſt qd̄ intendit Dauid in hoc pſal. in quo quatuor facit. Nam primo iſte homo myſticus petit dirigi in lege vete. vſq; ad Chriſtum. Scdo petit liberari a veteri pctō per Chriſtum i ſuo aduentu. Tertio petit legem euāgelicā p quam iuſtificetur. Quarto petit fructum legis euangelice. ſ. fruitionē vitę æternę. Scda ibi. Reminiſcere. Tertia ibi. Dulcis & rect⁹ Quarta ibi. Quis eſt homo qui timet dñm. ¶ Quantuʒ ad primū dicit iſte peregrinus. O dñe Ieſu Chriſte Meſſia futu re: poſtq̄ fui eiectus a paradiſo ſemp ad te leuaui aiam: mētem: & ſpē meā, ſemp orando vt venias ad liberandum me cū tota mea poſteritate. O ergo deus meus fac vt non erubeſcam: nec cōfundar fruſtra expectando aduentum tuum.

Neq; irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi qui ſuſtinent te non confundentur.

¶ Hoc eſt, neq; diaboli inimici mei & īfideles irrideāt me dicētes q; fruſtra cōfido i te: & in vanū te expecto ſaluatorē & liberatorē: eteni ꝓ certe quia ego ſcio q; non confundentur vniuerſi qui expectant te: immo tu liberabis eos in aduentu tuo. Sed

Confundantur oēs iniqua agētes ſuperuacue.

¶ Id eſt confundanť oēs īfideles agentes ſupuacue & fruſtra iniqua: & ꝑpetrātes mala cōtra me: quia oēs idololatrę & infideles agentes iniqua contra me & volentes me delere de mūdo fruſtrabūtur deſiderio ſuo: quia veniet Chriſt⁹ & expoliabit limbū inferni: & exterminata idololatria eijciet foras principem huius mundi: & ſubijciet ppl̄m gentilem qui me conabatur deſtruere. Ergo tu dñe Ieſu Chriſte

Vias tuas domine demonſtra mihi: & ſemitas tuas edoce me.

¶ Demōſtra mihi vias tuas & pręcepta: & doce ſemitas. i. cōſilia legis tuę: & dirige me i veritate tua: ne declinē a dexterā neq; ad ſiniſtrā: qa tu es de⁹ Ieſus ſaluator meus: iō ſuſtinui & ſperaui te ſtota die. i. a pricipio mūdi vſq; ad aduentū tuū. i. expecto te videre veritatē legis. Et ideo notāter dicit

Dirige me in veritate tua & doce me: quia tu es deus ſaluator meus: & te ſuſtinui tota die.

¶ Dirige me in veritate. qa duo conſiderare debem⁹ in lege veteri. ſ. literā ſupficialē & veritateʒ clauſā in litera Hāc ergo veritatē petit intelligere: & in ea dirigi per aduentum Chriſti quia iam habebat literam tunc de pręſenti.

Reminiſcere miſerationum tuarum domine: & miſericordiarum tuarum quę a ſęculo ſunt.

Delicta iuuentutis meę: & ignorantias meas ne memineris.

¶ Hic petit liberari a peccato & ſaluari p Chriſtū in aduētu ſuo & dicit: Dñe ne memineris delicta iuuentutis meę. i. pctā q̄ ego cōmiſi in mea iuuentute, & principio in paradiſo terreſtri. ꝓpter q̄ ego fui expulſus. & ne memineris ignorantias meas. i. pctā quæ per ignorantiā craſſam cōmiſi. Sʒ reminiſcere & recordare miſerationuʒ & miſericordiarum tuarū quæ a ſęculo & principio per diſcurſum tēporis ſunt: quia feciſti miaʒ cū Noe. liberādo de diluuio: & cum Abraham & Iſaac & Iacob liberando de Laban & Eſau: & cum filijs Iſrael liberando de ægypto: & per totū deſertū & terram promiſſionis tempore Ioſue & iudicum. ¶ Et nota q; Dauid per delicta iuuentutis intelligit pctā primoꝝ paren K tū q̄ fuerūt cauſa nr̄ę miſerię. & dicit delicta in plurali: eo q; illi pctō multa pctā fuerūt ānexa: puta furtū, ſupbia, homicidiū ſacrilegiū: vt iqt Aug. i libro Enchiridij. Itē vocat etiā delicta iuuētutis pctm̄ originale vniuſcuiuſq;: eo q; a cōceptione & natiuitate & iuuentute contrahitur. Item p ignorantias intelligit corruptiones naturę & fomitē cōcupiſcētię: nam taliter fuit natura corrupta & vulnerata in Adaʒ, & oēs potentię vulneratę, q; eſt ꝓna ad malū, & īfirma & difficilis ad bonū: & iudicat bonum malum: & malū bonū: & talis ignorantia diciť pœna pcti & pctm̄ ſimul: & p taleʒ ignorantiā cōmittunť oia pctā. quia ois malus eſt ignorans iſto modo. & ideo ait Ignorantias meas ne memineris. Sed

Secundum miſericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam domine.

¶ Quaſi dicat. non velis reſpicere peccata mea: ſed miam & bonitatem tuam.

Dulcis & rectus dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

¶ Hic petit legē euāgelicā: & enumerat pfectiōes eius. Vñ dicit. dñs Ieſus Chriſt⁹ in aduentu ſuo veniet dulcis & rect⁹ & māſuetus. Ideo ꝓpter hoc qa dulcis & rect⁹, dabit legeʒ euāgelicā i hac via deliquētib⁹. & qa dulcis & māſuetus: iō

Diriget manſuetos in iudicio: docebit mites vias ſuas.

¶ Diriget manſuetos: & docebit ap̄los & diſcipulos mites vias ſuas qa nō cōgregabit ſupbos & elatos: ſʒ mites & māſuetos: & non docebit ſupbiam ſed hūilitatē & manſuetudinē: quia mitis eſt & humilis corde. & dicit Diriget manſuetos in iudicio, nō examinatiōis: ſed diſcretionis: quia in primo aduentu Chriſtus neminē iudicauit: ſed diſcreuit veritatē a lr̄a: & euāgeliū a cerimonialibus: & virtutes a vitijs &c. Et bene diciť q; in lege euangelica diriget manſuetos. Nā

Vniuerſę vię dñi mia & veritas: requirentibus teſtamentum eius & teſtimonia eius.

¶ Vniuerſę vię & p̄cepta & cōſilia dñi euāgilica nihil eliđ ſunt niſi mia & veritas. Nā nihil aliud doceť niſi mia. Naʒ primo Chriſtus ꝓpter nimiā charitatē & miaʒ incarnatus eſt: & ꝓ omnib⁹ paſſus & mortuus eſt. Et ſic p̄dicauit miaʒ & charitatem erga ꝓximū. Et hāc miaʒ operat⁹ eſt cęteros illuminando, infirmos ſanando, & mortuos ſuſcitando: & tandē finis toti⁹ legis euāgelicę eſt mia & charitas. de qua mia & eius operibus petet Chriſtus iin die iudicij. Itē vniuerſę vię dñi ſunt veritas: quia docente omnem veritatem. Et etiā diciť lex euāgelica veritas legis veteris: vt dictū eſt. Et ſic in aduentu Chriſti mia & veritas obuiauerūt ſibi: & iuſtitia & pax oſculatę ſūt. & ideo dicit q; oēs vię & p̄cepta dñi ſunt mia & veritas requirētib⁹ & cōtemplantibus & ſeruantibus teſtamentum eius: quia non pręcipitur nec legiť in euangelio niſi miſericordia & veritas requirentibus teſtamentum & teſtimonia eius. Et ideo ſubdit Dauid.

Propter nomen tuum domine propiciaberis peccato meo: multum eſt enim.

¶ O domine Ieſu tu propiciaberis & miſereberis peccato meo propter nomen tuũ, qđ eſt Ieſus. Nam Ieſus idem eſt qđ ſaluator: ergo ſi tibi eſt propriũ ſaluare & miſereri: ergo ſecundum officiũ & virtutes nominis tui propiciaberis peccato meo: quia multuꝫ & magnum eſt peccatum meum: iõ indiget magno medico & ſaluatore & multa miſericordia. Et ſic tibi ſoli cotiuenit ſecundum proprietatem nominis, quia non eſt aliud nomen ſub cælo in quo nos ſaluari oporteat. Item Multũ eſt enim: poteſt referri ad nomẽ Chriſti: quia multuꝫ eſt potens & magnum.

**Quis eſt homo qui timet dominum? legẽ ſtatuit ei in via quã elegit.**

¶ Hic enumerat fructus legis euangelicę in futuro. Nam ſicut per legem euangelicam conſequimur miſericordiam & veritatem & indulgentiam peccatorũ: ita in patria conſequemur fruitioneꝫ. Vnde dicit: ꝙ ſi quis eſt qui timeat dominũ: Dñs ſtatuit & firmauit ei talem legeꝫ in hac via quã elegit. i. Chriſtus ſtatuit omni homini timenti deũ ꝙ ſi ſeruauerit eam non fruſtrabitur nec decipietur: immo

**Anima eius in bonis demorabitur: & ſemẽ eius hęreditabit terram.**

¶ Anima eius demorabitur in bonis patrię poſt hanc vitam, & illis bonis fruetur: & ſemen eius. ſ. ſemen Chriſti. i. omnes fideles per baptiſmuꝫ regenerati hęreditabunt terram viuentium.

**Firmamẽtũ eſt dñs timentibus eũ: & teſtamẽtũ ipſius vt manifeſtetur illis.**

¶ Tale firmamentum & promiſſum eſt omnibus timentibus eum: & teſtamentuꝫ ipſius Chriſti, & memoriale eſt vt manifeſtetur illis. i. omnibus fidelibus. id eſt tale teſtamentum firmauit Chriſt⁹ & dimiſit, vt manifeſtaretur omnib⁹ chriſtianis per apoſtolos & doctores: ꝙ omnes timẽtes deũ & ſeruãtes legem domini habebunt præmium in cælo. qđ erit quia anima vniuſcuiuſq; iuſti timentis deũ & ſeruantis legem euangelicam demorabitur æternaliter in bonis cæleſtibus. & illis fruetur & ſemen eius. ſ. Chriſti, hæreditabit terram viuentium. Et ly ſemẽ poteſt referri ad quẽlibet timentem deum. Nam ſemẽ iuſti dicuntur omnes ſequaces & imitatores eius. Et ſic nos ſumus ſemen apoſtolorum & omniũ iuſtorum: & ſequimur eorum iuſtitiam & doctrinaꝫ. & ideo dicit Dauid ꝙ anima timentis deum & ſeruantis legem demorabitur in bonis cæleſtibus: & ſemẽ eius. ſ. omnes imitatores hæreditabunt terram viuentiũ &c. quia tale teſtamentum firmauit Chriſtus & ſtatuit cum dixit Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata.

**Oculi mei ſemper ad dominũ: quoniã ipſe euellet de laqueo pedes meos.**

¶ Poſtq̃ ſuperi⁹ orauit Chriſtũ Adã, vt dirigeret in lege domini & liberaretur a pctõ, nũc orat Chriſtum, vt in aduentu ſuo liberet eũ a fomite & cauſis & pœnalitatib⁹ peccati.

¶ Vnde eſt aduertendũ, ꝙ Adã peccãdo non ſolũ incurrit peccatũ in aia: ſed etiã multa incommoda in corpore, quæ cauſant pctm̃ in anima. Nã ilico fuit priuatus omni libertate & ſubiectus neceſſitati & miſerię multipliciter. Naꝫ ante caſum tanta erat libertas in voluntate ꝙ poterat ſtare in gratia & non cadere in aliqđ pctm̃ ſi voluiſſet: quia in nulla parte erat lęſuꝫ liberũ arbitriũ: immo erat ęquale ad vtrũlibet: quia nullum erat intrinſecum impedimentum. quia tota ſenſualitas erat ſubiecta rationi. Secundo poterat nõ mori ſi voluiſſet & non infirmari comedendo de ligno vitę quod ad libitum poſſidebat. Tertio erant ſibi tam fauorabilia elementa ꝓpter aſpectum cęli ꝙ non ſentiebat frigus neq; intenſum calorẽ. Quarto: quia omnes beſtię erant ipſi ſubiectę & nulla ipſi poterat nocere: neq; aliquis humanus inimicus poterat aduerſari. fuiſſet enĩ perpetua pax & concordia inter homines: & conformitas volũtatum: poſtq̃ hõ erat conformis diuinę voluntati. quia oĩa ſupradicta erant in pręmium originalis iuſtitię. Sed peccante Adam omnia ſupradicta perdidit: & omnia quę erant libera, facta ſunt neceſſaria. Nã ſicut añ habuit libertatem ſtandi & nõ peccandi ſi voluiſſet: nunc perdita illa libertate habet neceſſitatem peccandi. quia taliter fuit corrupta natura & ſenſualitas in Adã & percuſſa fomite concupiſcentię, ꝙ ilico fuit facta rebellis rationi: & prona ad omne malum: & liberum arbitrium fuit lęſum & claudum. Et ſic ſempe caro pugnat aduerſum ſpiritum: intantum ꝙ ſi liberum arbitrium non confortaretur & iuuaretur gratia dei: de neceſſitate traheretur ad libitum carnis & ſenſualitatis. Et ſic q̃ erat libera a diaboli poteſtate: eſt nunc ipſi ſubiecta. hoc eſt ꝙ poteſtatem quam ratio habebat ante ſupra ſenſualitatem & carnem: habet nunc diabolus: niſi ratio & voluntas ſiue liberum arbitrium iuuetur per gratiam ad reſiſtendum diabolo: & trahendam ſenſualitatem ad ſe, & defendendam a diabolo ne vincatur tentatione. Et ita pariter totuꝫ corpus incurrit neceſſitatem moriendi: & patiẽdi miſerias & tribulationes ab inimicis viſibilibus & inuiſibilibus: & fuit ſubiectuꝫ elementis & motibus cęlorũ. Et ſic omnis libertas verſa eſt in neceſſitateꝫ. neceſſitas enim dicitur de necto nectis: qđ idem eſt qđ ligo ligas: quia homo manet obligatus ad omnes ꝑdictas miſerias. Et ideo orat Chriſtuꝫ vt veniat ad liberandum ipſum a præfatis miſerijs tam interioribus q̃ exterioribus & viſibilibus per paſſionẽ &c. Dicit ergo Adã myſticus: oculi mei ſemper erunt eleuati ad dominum Ieſũ Chriſtum Meſſiam futurum: vt ipſe euelalt & eruat pedes meos. i. ſenſualitatem, de laqueo diaboli & fomite concupiſcentię. Nam ſicut caro ſiue ſenſualitas illaqueatur conſentiendo tentationi diaboli: ita voluntas illaqueatur ſi conſẽtit concupiſcentię & ſenſualitati. A tali ergo laqueo non poteſt homo liberari niſi gratia Chriſti, vt iquit apoſtolus ad Roma. vij. Ergo Chriſte

**Reſpice in me & miſerere mei: quia vnicus & pauper ſum ego.**

¶ Reſpice in me. i. reſpice iſtas infirmitates & multiplices laqueos, & miſerere mei dando gratiã p baptiſmuꝫ & alia ſacramẽta & dando grãm ꝓuenientẽ & operantẽ & cooperantẽ: qm̃ ego ſum inops, id eſt ſine ope & auxilio: & fact⁹ ſum pauper & expoliatus oĩbus bonis gratuitis, quãdo deſcendens ab Hieruſalẽ in Hierico incidi in latrones qui nõ ſolũ expoliauerunt: ſed etiam percuſſerunt & plagis affecerunt & ſemiuiuum reliquerunt. Et ſic

**Tribulationes cordis mei multiplicatę ſũt: de neceſſitatibus meis erue me.**

¶ Tribulationes cordis mei multiplicatę ſunt: quia multiplici plaga fui ſauciatus. Naꝫ expoliatus omni libertate: incidi in ſupradictas calamitates & neceſſitates. ergo de iſtis neceſſitatibus erue me per gratiam & eccl'iaſtica ſacramẽta in tuo aduentu: & tandem

**Vide humilitatẽ meã & laborẽ meũ: & dimitte vniuerſa delicta mea.**

¶ Vide hũilitatem. i. deiectionem meã, & laborem meũ, id eſt infirmitates meas: & etiã vide hũilitateꝫ & laborem. i. pœnitẽtiã & cõtritionẽ meã: & dimitte vniuerſa delicta mea per ſupradictas neceſſitates cõmiſſa. Nam ideo dicũtur delicta: quia ex tali infirmitate & neceſſitate cõmiſſa. Vnde concupiſcentia & prędictę infirmitates dicuntur neceſſitates, vno modo: quia perdita libertate obligati ſumus ad ea ſiue ab eis: alio modo quia ſunt quidaꝫ laquei ad nectendam & ligandam & trahendam volũtatẽ & rationeꝫ. Et ideo a talibus neceſſitatibus interioribus orat liberari.

Reſpice inimicos meos quoniam multiplicati ſunt:& odio iniquo oderunt me.

Cuſtodi aĩam meam & erue me:non erubeſcã quoniam ſperaui in te.

¶ Hic petit liberari ab inimicis & neceſſitatibus exterioribus:ideo ait:Reſpice inimicos meos tam viſibiles q̃ inuiſibiles:quoniã multiplicati ſunt.nam multifarie tentat diabolus & multipliciter tribulat & perſequitur hominẽ.Etiã amplius fuit afflictus populus dei ab Adã vſq; ad Chriſtuȝ:& exinde vſq; ad iudicium.Nam eccleſia ſæpe & ſẽper fuit impugnata a iuuentute ſua:& exoſa prauis & infidelibus:& ideo ſubdit.Odio iniquo oderunt me.Nam ſemper iniqui oderunt iuſtos:& infideles fideles.& quare oderũt me odio iniquo?quia

Innocentes & recti adhęſerunt mihi:quia ſuſtinui te.

¶ Quia inquit innocens & recti adhęſerunt mihi:& quia ſuſtinui te.i.ideo oderunt me:quia defendebã innocẽtiam & rectitudinem iuſtitię.Et quia poſui totaȝ ſpem meam in te,relicta ſpe mundana.

Libera deus Iſrael: ex oĩbus tribulationibus ſuis.

¶ O Deus libera Iſrael.i.populum fideleȝ ex omnibus tribulationibus ſuis tam interioribus q̃ exterioribus.de quib' ſupradictum eſt.Ex quibus patet ꝙ Dauid non orat in hoc pſalmo pro ſe tantum & pro ſuis tribulationibus,de quib' iam fuerat liberatus:ſed orat Chriſtum prophetice pro toto Iſrael.i.pro toto Adaȝ & corpore myſtico.Et ſic tota eccleſia orat pro iſto ſtatu:vt liberet filios ſuos a prædictis tribulationibus & neceſſitatibus in Adam perpetratis.Et quilibet peccator orat moraliter Chriſtum caput ſuum in hoc pſalmo,vt liberet eũ a prædictis neceſſitatibus & peccatis perſonaliter commiſſis,& dirigatur in lege euangelica. Et ſic põt exponi prio ꝓphetice.Secũdo moraliter.Et ſic etiã eccleſia dicit hunc pſalmum in agenda defunctorum:orãs,vt liberet eos ab illis tribulationib' & pœnis purgatorij.

IVdica me domĩe quoniã ego in innocẽtia mea ingreſſus ſum:& in domino ſperãs non infirmabor.

¶ In hebręo nullus alius titul' præponitur niſi ipſi Dauid ad denotãdum ꝙ Dauid fecit hunc pſalmuȝ dirigẽs ipſum ipſi Dauid.ſ.Chriſto futuro Dauid frequenter in ſcriptura nominato,vt ſæpius dictum eſt:eo ꝙ in ſolo Chriſto fuerunt reperte perfectiones & virtutes in hoc pſalmo memoratę.

M ¶ Ad cuius intelligentiam eſt notandum,ꝙ cum Chriſt' ſit caput & ſponſus eccleſię,& rex & ſacerdos:oportuit vt acciperet a patre plenitudineȝ gratiarũ & virtutum:vt de eius plenitudine oẽs acciperemus gratiã pro gratia. Et ſic fuit principiũ & origo omniũ gratiarũ:vt ſuis mẽbris cõmunicaret,& in omnibus luceret:& in eo tanq̃ i ſpeculo & exemplari omnes aſpicerent.Et ideo inquantu rex fuit exemplar & regula omniũ regum.Et inquantũ ſacerdos fuit norma & exemplar omniũ ſacerdotũ.Et inquantum caput eccl'ię fuit norma & regula omniũ membrorum fidelium. Et ideo Chriſtus accepit a patre & habuit in ſe decẽ perfectiones & virtutes vt ſuis mẽbris cõmunicaret.Nam primo fuit Chriſtus innocens & manſuetus in conuerſando. Scdo in oĩbus habuit deum prę oculis. Tertio caſtus & mundus corde & carne.Quarto miſericors erga delinquentes propter infirmitatem & fragilitatem eorũ.Quinto nunq̃ conſenſit conſilio vanitatis:nec habitauit cum iniquis. Sexto non dilexit prauos:immo eos exprobrauit,dicens:vę vobis Scribę & Phariſęi. Matth.xxiij. Septimo erga deum fuit mundus & iuſtus.Octauo in audiendo & loquendo de rebus diuinis & de lege diuina aſſiduus. Nono circa cultum diuinum,et in viſitando templum dei fuit ſollicitus. Decimo in omnibus actibus ſuis diuinum auxilium iplorauit.Hę ſunt deceȝ conditiones,quas quilibet rex debet habere vt bene regat regnum ſuum:& quilibet pręlatus & ſacerdos,vt bene regat eccleſiam ſuam & gregem ſibi commiſſum:& quilibet fidelis vt bene regat ſeipſum,erga deuȝ & proximum.ſ.vt ſemper ſit deo gratus & acceptus,& cum cæteris iuſte & cum charitate poſſit conuenire & conuerſari.Has ergo debet petere a Chriſto vnuſquiſq; rex & ſacerdos & fidelis:eo ꝙ Chriſtus habet eas formaliter & per excellentiam a patre.Hoc ergo prępuidens Dauid in ſpiritu fecit hunc pſalmum:in quo introduxit Chriſtũ loquentem & petentẽ iſtas decem perfectiones a patre:vt poſſet ſuis mẽbris communicare.Vnde ait tanq̃ rex & ſacerdos & caput eccleſię.O domine pater iudica me iudicio diſcretionis,& elige me a prauis ſegregando.quaſi dicat:gratias tibi ago quoniam elegiſti & ſegregaſti me ab omni prauitate:quoniam primo ingreſſus ſum in hunc mundum in innocentia & ſanctitate mea,& non cum prauitate & malitia. Secũdo ideo ſperãs in domino nunq̃ infirmabor:immo ſemper ero ſtabilis in omni bono.Et ſic ſemper habeo deum prę oculis ſperando in eo. Tertio

Proba me domine & tenta me:vre renes meos & cor meum.

¶ Id eſt da mihi munditiam carnis & cordis.Quarto

Quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt:& complacui in veritate tua.

¶ Miſericordia tua ante oculos meos eſt.quia ſemp fui miſericors omnibus qui ad me venerunt compatiens eorum infirmitatibus & fragilitatibus,vt patet de Chananea & adultera,& per totum diſcurſum euangelicum.Et ſic ſemp cõplacui tibi in miſericordia & veritate. Quinto

Non ſedi cum conſilio vanitatis:& cum iniqua gerentibus non introibo.

¶ Nunq̃ ſedi cum conſilio vanitatis.i.nunq̃ volui ſocietatẽ malorum ſuperboruȝ:nec introibo cum gerentibus iniqua negocia:immo fugi eoruȝ ſocietateȝ.quaſi dicat auaros & iniquos nolui in ſocietate mea:ſed humiles & iuſtos elegi apoſtolos,& diſcipulos. Sexto

Odiui eccleſiam malignantium:& cum impiis non ſedebo.

¶ Odiui & abieci eccleſiã & congregationem iudęoruȝ & omnium aliorum malignantium & inuidorum:& non ſedebo cum impijs.i.cum hęreticis & infidelibus:ſed catholicis & fidelibus.Nec ſedebo cum crudelibus:ſed cum mãſuetus & mitibus.Septimo

Lauabo inter innocentes manus meas:& circũdabo altare tuum domine.

Vt audiam vocem laudis:& enarrem vniuerſa mirabilia tua.

¶ Lauabo manus meas & operationes meas inter innocentes & mundos:& circundabo altare tuum domine.quaſi dicat:ego cuſtodiam corpus & cor meum ab omni ſorde & ſpurcitia vt mundus & innocens poſſim introire altare tuum:& digne offerre orationes & oblationes & ſacrificiũ te acceptabile:& vt digne & deuote audiam vocem laudis tuę:quia non eſt ſpecioſa laus in ore pctõris:& digne enar

rem,& enumerare poſſim mirabilia tua:quia cuiꝰ vita deſpicitur,neceſſe eſt vt eius prędicatio,& correctio contemnatur.ergo neceſſe eſt:vt ſim mundus,& innocens:vt poſſim alios docere,& corrigere.Octauo.

Domine dilexi decorem domus tuę:& locum habitationis g'orię tuę.

℄ Quia ſemp fui ſollicitus ad cultum diuinũ,& ad templũ ędificandũ,& viſitandum,& venerandum.Nono.

Ne perdas cum impiis deus animam meam: & cum viris ſanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates ſunt:dextera eorum repleta eſt muneribus.

℄ Id eſt:ne permittas me cuꝫ crudelibus,& homicidis, & iracundis ſociari:nec cum eis condemnari:Sed fac ꝙ ſim mitis,& humilis corde.Decimo non permittas me ſociari cũ auaris & falſis iudicibꝰ:in quorũ manibus ſunt iniquitates.i.quia inique & iuſte iudicant,& dextera eorum plena eſt muneribus.i.quia acceperunt munera pro iudicio. Et ſic pecunia corrupti ſunt acceptores perſonarum,& inique iudicant condẽnando innocentẽ:& abſoluẽdo reum & nocentem amore vel odio vel pecunia.Et ideo concludit Chriſtus:licet iſti falſi iudices,& oẽs maligni,& impij velint falſe iudicare,& inique agere:

Ego autẽ in innocentia mea ingreſſus ſum redime me & miſerere mei.

℄ Autem pro ſed,ego ingreſſus ſum in hunc mundum in innocentia,& puritate mea ſine peccato:vt poſſim innocentiam,& perfectiones,& oẽs virtutes mẽbris meis communicare & docere:vt ad me omnes aſpiciãt,& diſcant ex me.Et ideo redime me,& miſerere mei in membris meis, id eſt vt mea membra participent ſupradictas pfectiones.

Pes meus ſtetit in directo:in eccleſiis benedicam te domine.

℄ Quia pes meus.i.intentio mea ſemper ſtetit firma in directo.i.in via recta diuinoꝝ pceptoꝝ.Et ideo benedicam te in eccleſijs,& cõgregationibus fidelium.Ex ſupradictis patet,ꝙ ſolus Chriſtus ſine defectu habuit ſupradictas.x. perfectiones & conditiones,tanq̃ verus rex,& ſacerdos,& caput & ſpõſus eccleſiæ.Et ideo oẽs reges terrę,debẽt has virtutes a Chriſto petere:vt bene & recte regãt regnũ ſuũ: & oẽs plati,& ſacerdotes:vt bene regãt eccleſiam,& gregem ſibi cõmiſſum:& vnuſquiſq; fidelis vt bñ regat ſeipm, & ſic vnuſquiſq; iſtoꝝ debet dicere hunc pſalmũ.Hoc ergo puidens Dauid iam petebat oia iſta forſan a Chriſto: vt iuſte & bene poſſet regere regnum ſuum.

Ominus illumĩatio mea:& ſalus mea: quem timebo.

Dominus protector vitę meę:a quo trepidabo.

℄ Huic pſalmo præponitur talis titulus in Hebræo.ſ.ipſi Dauid,ſine aliquo additamento.In biblijs autem noſtris reperitur ſic.In finẽ pſ. Dauid priuſq̃ liniretur.Sed forſan hoc additũ eſt ab aliquo ſcriptore latino:eo ꝙ dicit Hieronꝫ.in plogo huius libri ꝙ Dauid fecit hũc pſalmum poſt mortẽ Saulis,anteq̃ vngeret in regem:& ſic poſſet indifferenter intelligi de ſecunda vel tertia vnctione. ℄ Et ſic dicunt quidam Hebræi,& etiam catholici ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum,poſtq̃ adeptus eſt regnum.Vnde dicũt ꝙ qñ deus pmouet aliquẽ ad aliquã dignitatem:cõiter dat ſibi gratiã:vt poſſit exequi,& regere illã,& miniſteriũ ſibi cõmiſſum.Et ideo Dauid deuote ſe pparauit ad recipiẽdũ illam gratiam.Et ideo fecit hunc pſalmũ,in quo tria facit.



Nam prio petit conſtãtiã cõtra ipediẽtes.Scdo petit gratiam vt diligenter ampliet cultũ diuinũ.Tertio petit pſeuerantiã:vt dictũ finẽ cõſequatur.Et ſic tam hebręi q̃ qdã catholici lraliter exponũt iſtuꝫ pſalmũ p ipo Dauid iuxta ſententiã ſupradictã.Sed licet litera huiꝰ pſalmi poſſet aliquo modo ſniæ ſupradictę applicari:tñ talis pciſe lralis expoſitio non euacuaret intentũ pphetæ.quia Dauid non fuit minus propheta in hoc pſalmo, q̃ in cæteris.Et ideo eſt aduertenduꝫ,ꝙ qñ Dauid fluctuabat in perſecutione Saulis,multotiẽs vouit deo,& pmiſit i corde ſuo:ꝙ ſi deꝰ liberaret euꝫ ab illa perſecutione,& ſublimaret ipſum in regnũ:ꝙ ipſe ędificaret tẽplũ dño,& reponeret arcã i eo: & ordinaret,& ampliaret diuinũ cultũ.Et ideo poſtq̃ adeptus eſt regnũ poſt mortẽ Saulis ilico decreuit adimplere votũ de templo ędificando:ſed quia fuit ſibi prohibituꝫ, & fuit ſibi facta pmiſſio de templo,& eccleſia ędificãda p Chriſtũ:ideo in contẽplatione illius pmiſſionis fuerũt ſibi factæ multę reuelationes de diſcurſus,& profectu eccleſię Chriſti.Inter quas reuelationes puidit in ſpiritu,qualiter poſt redẽptioneꝫ,& liberationẽ gñis humani,eccleſia Chriſti erat paſſura multas afflictiones,& perſecutiones p imperatores,& tyrãnos:ſed finaliter p cõuerſionẽ Cõſtantini liberata,debebat ſublimari ſup oia regna mũdi & habere libertatẽ ædificãdi eccl'ias per oẽs partes mũdi,quas reges,& imperatores debebãt multis diuitijs ornare,& ditare,& diuinũ cultũ ampliare.Hoc ergo puidẽs Dauid in ſpũ,in pſona totiꝰ eccleſię fecit hũc pſalmũ:in quo tria facit.Nam primo iſte homo myſticꝰ agit deo grãs,ſe p Chriſtum eſſe liberatũ nõ ſolũ de poteſtate diaboli:ſed etiã de pſecutione tyrãnoꝝ & infideliũ.Scdo cupit implere deſyderiũ ſuũ de eccl'ia p Chriſtum ędificanda,& de cultu diuino ampliando:& de eccl'ijs cõſtruendis,& reparãdis tẽpore Cõſtantini.Tertio petit in tali diuino cultu,& pſperitate per diuinũ auxiliũ pſeuerare & cõſeruari.Scda ibi:Vnã petij.Tertia ibi:Exaudi dñe. ℄ Dicit ergo eccl'ia,Multa mala paſſa ſum ab infidelibus tẽpore legis & pphetarum & etiã a diabolo expectando Chriſtũ redẽptorẽ:Sed nunc poſtq̃ redẽptor meus venit in carnẽ,& dedit mihi lumẽ ad intelligendã ſcripturã,& dedit mihi eccl'iaſtica ſacramẽta ad delenda peccata: & poſtq̃ dñs meus Ieſus Chriſtus eſt illuminatio mea,tollẽdo omnem ignorãtiã & cęcitatẽ,& eſt ſalus mea tollendo omne peccatũ:ergo queꝫ amplius timebo?q.d.nullum.Itẽ poſtq̃ dñs Ieſus Chriſtus eſt protector vitę meę in perſecutione tyrannoꝝ ad repellẽdos eorum incurſus,a quo trepidabo?quaſi dicat a nullo:quia talibꝰ armis donoꝝ ſpũs ſancti,& ſacramẽtoꝝ muniuit me, ꝙ nullũ amplius timebo:immo dũ ipſi inimici mei tyranni nocentes.i.volentes me diſſipare appropiant ſuper me: vt edant carnes meas:ipſi infirmati ſunt,& ceciderunt victi.Vnde hoc dicit ppheta propter Diocletianum,& Maximianũ & alios tyrannos:qui volebãt cogere chriſtianos & martyres ad adorãda idola:ſed dũ hoc chriſtiani recuſabãt:tũc tyrãni adhibebãt eis tormẽta itollerabilia,& etiã dabãt ipſos martyres leonibus,& cæteris feris deuorãdos: ſed finaliter oẽs illi tyranni mala morte perierũt,& eccleſia pualuit:& tota gentilitas conuerſa eſt ad fidẽ,poſt conuerſionẽ Conſtantini:vt patet per totum diſcurſum eccleſiaſticę hiſtorię.Dicit ergo iſte homo myſticus.

Dum appropiant ſuper me nocentes:vt edãt carnes meas.

Qui tribulãt me inimici mei:ipſi ĩfirmati ſunt & ceciderunt.

℄ Q. d. cũ iſti inimici mei nocẽtes,appropiãt,& adhibẽt beſtias feras:vt edãt carnes meas:eo ꝙ nolebã Chriſtũ abnegare,tũc ipi infirmati,& victi p Chriſtũ ſupati ceciderũt a dignitate,& ſupbia ſua,& dñio.Nã Nero & Domitianꝰ

ſeipſos interfecerunt:& Maxẽtius,& Diocletianus,& Dacianus,& maximianus,victi ciderunt,& miſerabili morte perierunt. Et oẽs alij principes populi gẽtilis a ſua ſuperbia ciderũt,& colla iugo fidei ſubiecerunt. Itẽ iudei Chriſti crucifixores,& apoſtoloꝶ pſecutores a regno,& ſacerdotio ciderũt,& ciuitas eoꝶ fuit deſtructa,& p Romanos templum fuit incenſum,& ſic ipſi qui ante erant ſuperbi & mundanis diuitijs repleti fuerunt infirmati,& diminuti,& in contemptum,& abominationem dediti:& in ſubiectionem,& captiuitatem per totum mundũ diſpſi. ℂ Dicit ergo iſte homo myſticus. Si dñs meus Ieſus Chriſt⁹ fuit illuminatio mea mihi dando legem euangelicam,quę tollit omnẽ ignorantiam,& delet omne peccatum,& fuit ꝓtector meus me a captiuitate diaboli liberando:& fuit adiutor meus contra potentiam tyrannorum,& regũ,& imperatorum.& eos vici,& ſuperaui:ergo deinceps

Si conſiſtant aduerſum me caſtra:non timebit cor meũ.

Si exurgat aduerſum me pręlium:in hoc ego ſperabo.

ℂ Si conſiſtant aduerſum me caſtra dęmonioꝶ,& omniũ inimicorũ eccleſię,iam non timebit cor meum. Et ſi exurgat aduerſum me totum prælium hereticorum,& ſarracenorum,& antichriſti,& cęteroꝶ prauorum,non timebo eos,quia in hoc redẽptore meo ego ſperabo & confidam. Nam ſicut liberauit me de poteſtate diaboli,& dira perſecutione tyrannorum,& imperatorum,qui toti mundo dominabantur,& eos fidei ſubiecit: Ita a fortiori cum ei⁹ auxilio,& gratia,& fortitudine liberabit me de quacunqꝫ futura perſecutione,& ſic nullum timebo.

Vnam petii a dño:hanc requiram:vt inhabitẽ in domo dñi oĩbus diebus vitę meę.

ℂ In hac ſcđa parte iſte homo myſticus petit proficere in cultu diuino poſtq̃ liberatus eſt de poteſtate diabali per paſſionẽ Chriſti,& liberatus eſt de pſecutione tyrannoruꝫ per eius gratiam,& auxilium. Vñ dicit. poſtq̃ ego fui illuminatus & liberatus per paſſionẽ domini mei Ieſu Chriſti:& fui liberatus a pſecutione tyrannorum,& ſubieci,& ſuperaui eos cũ auxilio diuino:iam intẽdo & deſydero quieſcere,& vacare diuino cultui,& contemplationi,& augere diuinum cultum,& ædificare eccłias. Et ideo vnam gratiam,& vnam petitionem petij a domino Ieſu Chriſto:& hanc requiram ſemp,& in hac petitione pſeuerabo:ſcilicꝫ vt inhabitẽ in domo domini. ſcꝫ in eccleſia omnibus dieb⁹ vitæ meę:quam eccleſiam Chriſtus conſtituit,in qua ſola,ſolus deus adoratur,& per fidem videtur. Et ideo deſydero habitare in ea.

Vt videam voluntatẽ domini:& viſitem templum eius.

ℂ Quia in iſta ſola eccleſia declaratur voluntas domini p legem euangelicam. Et in ſola eccleſia ſaluantur fideles per eccleſiaſtica ſacramenta. Nam extra ipſam eccleſiam Chriſti nulla eſt ſalus nec medicina,nec p̃mium,nec meritum:quoniaꝫ dominus meus Ieſus Chriſtus,quãdo me ad fidem vocauit:& gratia baptiſmali regenerauit:

Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo:in die malorũ protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.

ℂ Tunc abſcõdit me,& vallauit me in tabernaculo ſuo intra muros eccleſiæ,qui ſunt,ſpes,fides:& charitas. Et protexit me in abſcondito tabernaculi ſui in die malorum.i.
O in tempore perſecutionum. ℂ Vnde in triplici die malorũ protexit Chriſtus fideles ſuos in abſcondito,& gremio tabernaculi ſui. Primo,in die malorum peccati originalis:quando per baptiſmum introducit eos in eccleſiam liberãdo de poteſtate diaboli. Secundo in die malorum peccatorum mortalium:quando per poenitentiaꝫ eos reconciliat & etiam quando per confirmationem armis donorũ ſpiritus ſancti,contra dæmonum incurſus eos armat:& armatos protegit. Item proteget etiam eos in die malorum ſcilicet in die iudicij,quia oẽs & ſoli qui repentur in gremio eccleſiæ,ſaluabuntur:cæteri autem extra gremium eccleſiæ reperti in ignem æternum deſtinabuntur. Item Chriſtus protexit eccleſiam in die malorum,& tẽpore tyrannorum. Et iõ iſte homo myſticus agit gratias Chriſto:quia ꝓtegit ipſum in tabernaculo eccleſiæ in iſto triplici die malorum.i.de triplici periculo,puta ingreſſu huius mundi,& progreſſu,& egreſſu. Et ideo ſubdit.

In petra exaltauit me:& nunc exaltauit caput meũ ſuper inimicos meos.

ℂ Ego teneor ſupple gratias agere deo:quoniaꝫ in petra qui eſt Chriſtus exaltauit me,& fundauit me,& dignificauit me membrum Chriſti faciendo,& mihi nomẽ Chriſtiani largiendo,quod eſt nomen dignius ſuper omne nomẽ. Et ſic exaltauit caput meum,& nomẽ,& dignitatẽ,& honorem ſuper omnes inimicos meos:quia non ſolum me fecit digniorem eis:ſed etiam omnes mihi ſubiecit. Et ideo gratias agendo

Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis:cantabo & pſalmum dicã domino.

ℂ Circuiui eccleſiam toto orbe diffuſam:& cantabo Chriſto meo hoſtiam vociferationis,id eſt offeram deo patri hoſtiam & ſacrificium euchariſtiæ,cum vociferatione,& confeſſione laudis,& dicam domino,& cantabo pſalmum in laudem,& honorem ſui,pro vniuerſis beneficijs receptis. Nam conſtituam,& celebrabo dies feſtos in eccłia,in memoriam incarnationis,& natiuitatis,& paſſionis,& reſurrectionis,& aſcenſionis domini mei Ieſu Chriſti,& ſingulis feſtiuitatibus dedicabo,& cantabo propria officia:in quibus explicabũtur myſteria ſupradicta,& bñficia mihi collata,& offeram ſacrificium euchariſtię quod in lege veteri fuerat figuratum. Quæ omnia ſupradicta fuerunt impleta poſt conuerſionem Conſtantini:vt dictum eſt pluries,qui ædificauit,& ampliauit eccleſiam,& diuinum cultum per totum orbem.

Exaudi dñe vocẽ meã qua clamaui ad te:miſerere mei & exaudi me.

Tibi dixit cor meũ:exquiſiuit te facies mea:faciẽ tuã dñe requirã.

ℂ In hac tertia parte petit eccleſiam conſeruari,& pſeuerare in diuino cultu per auxilium gratiæ. Vnde ait. Exaudi domine vocẽ meam qua clamaui ad te,& miſerere mei in collata proſperitate conſeruãda,& exaudi me:quia ſemper peto in orationibus meis:vt peccatores conuertas:vt proficiant,& proficiẽtes conſerues,vt perficiãt,& totam eccleſiam liberes ab inimicis:vt tibi in pace & quiete deſeruiat. Vnde hoc tibi ſemper dixit & orauit cor meum:& facies.i.conſciẽtia mea ſemper exquiſiuit te:& ſic requirã ſemper faciem tuam:vt oſtẽdas mihi auxilium miſericordiæ tuæ. Et ideo rogo

Ne auertas faciẽ tuã a me:ne declines in ira a ſeruo tuo.

ℂ Ne auertas faciem tuam,id eſt gratiam & auxilium tuum a me:& ne declines in ira a ſeruo tuo,id eſt ne velis mę

repellere ꝓpter aliquod pc̄tm̄ cõmiſſum: Sed da mihi gratiam: vt reuertar ad te per gratiam p̄ueniētem: & maneaȝ in te per gratiam cooperantem & perficientem.

## Adiutor meus eſto ne derelinquas me: neqꝫ deſpicias me deus ſalutaris meus.

¶ Eſto adiutor meus: & ne derelinquas me: quia ſi tu dereliqueris me gratiam ſubtrahēdo aut negando: tunc ruā & p̄cipitabor in omne maluȝ: ergo tu qui es deus ſalutaris & redēptor meus: ne derelinquas me: qm̄ nullū alium habeo redemptorem & adiutorem.

## Quoniā pater meus & mater mea dereliquerunt me: dn̄s autē aſſumpſit me.

¶ Primus pater meus Adam, & mater mea Eua, & etiaȝ parētes qui me genuerunt, dereliquerunt me nudū, & bonis gratuitis expoliatum, & plagis impoſitis ſauciatum & vulneratum: Quoniā in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis cõcepit me mater mea: & ſic in ptāte diaboli derelictus, & captiuus, & venū datus: ſed dn̄s meꝰ Ieſus Chriſtus liberauit me, & redemit me, & aſſumpſit me in adoptionē filioꝝ, & mēbruȝ ſuum me fecit per paſſionē ſuam & per baptiſmuȝ regenerauit me. Itē pater meus populus gētilis, & mater mea ſynagoga dereliquerunt me: quia relictis idolis gētilitatis, & relictis cerimonijs ve.le. ex duobus populis in vnam ecclīam congregauit me. Et ſic ipſe Chriſtus factus eſt caput meum, & ego membra eius. Et ideo iſte homo myſticus conuerſus ad Chriſtuȝ dicit. O domine poſtq̄ iam liberaſti me, & aſſumpſiſti me de poteſtate diaboli, & de perſecutione tyrannorum.

## Legem pone mihi domine in via tua: & dirige me in ſemita recta propter inimicos meos.

¶ Pone mihi legē in via tua. i. da gratiam: vt valeam legē tuam obſeruare. Quia ſine gratia tua, nemo poteſt maluȝ vitare, nec bonum operari: & ideo Dirige me in ſemita recta tuç euangelicæ doctrinæ, ne deuiem a lege tua, & ne recedam a volūtate tua, & fac hoc propter inimicos meos tam viſibiles q̄ inuiſibiles, qui me a tua lege conantur auertere. Et ideo da mihi gratiam, vt eorum poſſim incurſus pellere. Et

## Ne tradideris me in animas tribulantiū me: quoniam, inſurrexerunt in me teſtes iniqui: & mentita eſt iniquitas ſibi.

## Credo videre bona dn̄i: in terra viuentium.

¶ Ne tradideris me. i. ne tradi pmittas in aīas. i. in deſyderia iſtoꝝ inimicoꝝ tribulantiū me: qm̄ teſtes iniqui inſurrexerunt in me. Primo teſtes iniqui contra caput meū Chriſtum falſa crimina imponēdo. Secundo contra eius mēbra dicēdo ꝙ erant Magici, & Necromantici: vt pȝ in eccleſiaſtica hiſtoria, & hiſtorijs ſanctoꝝ martyrum, & virginū: & tamē mētita eſt iniquitas iſtoꝝ inimicorum ecclīç: quia præualuit veritas, & euanuit iniquitas. Et iō dicit iſte homo myſticꝰ: lȝ iſti inimici inſurgerent in me, falſa crimina imponēdo: tamē ego opprobria patiēter tolerabam, recordatus illius promiſſionis, & doctrinæ magiſtri mei Chriſti qui dixit. Beati eritis cum maledixerint vobis hoīes, & pſecuti vos fuerint. & dixerit oē malū aduerſum vos mētiētes ꝓpter me: gaudete, & exultate, qm̄ merces veſtra copioſa eſt in cælis. ꝓpter hanc ergo ꝓmiſſionē: quia credo videre bona dn̄i mihi ꝓmiſſa in terra viuētium, p redēptorē meū Chriſtum: iō patiēter paſſus ſum opprobria, & ſupradicta tormēta mihi illata, & crimina mihi falſo impoſita.

## Expecta dominum viriliter age: & confortetur cor tuum: & ſuſtine dominum.

¶ In hoc vltimo verſiculo ꝓpheta Dauid exhortat̃, & cõcludēdo cõfortat ſeipſum, & oēs fideles ad pferēdas oēs perſecutiões ꝓpter Chriſtū & veritatē: vt ponant ſpem, & fiduciā in eo omnibus tribulationibus. Vn̄ dicit: O tu fidelis expecta dn̄m Ieſum Chriſtum, & cõfide, & pone fiduciā, & ſpem in eo in omnibus tribulationibus ſicut ego feci, & age viriliter ſuſtinēdo, & defendēdo fidem Chriſti, & veritatem: & confortetur cor tuum contra tyrannos & inimicos, & ne deficias, & ſuſtine dominū. i. pone ſpē in eo: quoniam ipſe liberabit te ſicut liberauit me. Nam lȝ ad tempus pmittat iuſtos affligi, tamē finaliter liberat eos de manibus inimicorum. Itē non confidas nec p̄ſumas de tuis viribus, & tua iuſtitia: ſed pete gratiam. ¶ Totus etiam iſte pſalmus poteſt exponi moraliter de quolibet poenitēte, q agit gratias ſe p poenitētiā eſſe illuminatum, & a pc̄tō liberatum: & petit gratiā: vt intra gremiū ecclīæ ſaluetur & cõſeruetur p auxiliū gratiæ. Itē pōt etiā exponi ꝓ quocūqꝫ in tribulationibus afflictio: qui petit illuminari & liberari. Itē poteſt etiam exponi pro quocunqꝫ fideli exiſtente in purgatorio: qui agit gratias ſe ab hoc ſçculo cū poenitētia diſceſſiſſe, & a culpa liberatum fuiſſe, & petit liberari p ſuffragia eccleſiæ, & petit videre bona domini in terra viuētiū, lȝ in gloria cæleſti, liberatus ab illis poenis. Et ideo eccleſia cantat hunc pſalmum in agēda defunctorum. Itē vnuſquiſqꝫ fidelis poteſt dicere etiam quotidie hunc pſalmum vt deus conſeruet ipſum in gratia, quam in baptiſmo, aut per poenitentiam ſemel accepit.

## AD te domine clamabo: deus meus ne ſileas a me: nequando taceas a me: & aſſimilabor deſcendentibus in lacum.

¶ Titulus, Ipſi Dauid. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum: ſed de materia eius eſt varius modus dicēdi apud Hebræos, & quoſdam catholicos. Nam quidā dicunt ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum petēs liberari de pſecutione ipſius Saul. Alij dicunt, ꝙ fecit hunc pſalmū qn̄ fugit a facie Abſalon: & aſcēdēs in montē oliuaꝝ, & conuertens faciē ſuam verſus Hieruſalē, extollebat manus ſuas verſus locum, vbi erat tabernaculū, & orabat deum, ne traderet̃ in manus inimicorum. Et iō dicit: Exaudi vocē meā dū extollo manus meas ad tēplū ſanctū tuū. & ſic exponunt iſtū pſalmū lr̄aliter, p̄ciſe de illa pſecutione: Sed lȝ illa potuerit eſſe cauſa: vn̄ Dauid cepit occaſionē ad faciēdū iſtū pſalmum: tamē non eſt ſiſtēdū in tali pręciſa lr̄ali expoſitione: ſed eſt trāſeundū ad ꝓpheticam intelligētiā. Et iō eſt dicēdum ꝙ Dauid in tali pſecutione præuidit totum myſteriū paſſionis, & reſurrectionis Chriſti. Et iō fecit iſtū pſalmū in quo tria facit. Naȝ primo in pſona Chriſti petit liberari ab inferno, & ſepulcro, p glorioſam reſurrectionē. Secūdo petit vltionē de crucifixoribus Iudęis, prędicendo eorum dānationē, & ſuæ ciuitatis deſtructionem. Tertio agit gratias de bn̄ficio reſurrectionis adepto. Secūda ibi. Da illis. Tertia ibi. Benedictus dn̄s. ¶ Dicit ergo Chriſtus ad patrem. O dñe pater ego clamabo ad te pro me, & toto genere humano in mēſa, qn̄ rogabo pro oibus mēbris meis. Ioā. xvij. & etiā clamabo in horto p trinā orationem rogando pro omnibus fidelibus. Rogo ergo ne ſileas & ne taceas a me: immo annue & concede ꝙ me reſucites a mortuis, ne aſſimiler deſcendentibus in lacum. Vn̄ nota, ꝙ ſicut rn̄dere, & annuere petenti, eſt facere vel promittere: Ita tacere & non reſpondere petēti, eſt quaſi negare. Et ideo Chriſtus petēs reſurrectionē a patre dicit ne ſileas: & nequando taceas. i. non renuas nec neges: ſed fac qd peto. i. reſuſcita me a mortuis, & libera me, & per paſſionem & reſurrectioneȝ meam libera fideles a peccato. Et nota ꝙ illud aduerbiuȝ ne iteratur, & præponit̃ illi verbo aſſimilabor, & ponit̃ futurū indicatiui ꝓ optatiuo: quaſi dicat nequādo taceas. & ne aſſimiler deſcendētibus in lacū. Nam ſi tu non reſuſcitaueris me, ero ſimilis deſcēdentibus in lacum: quæ poena

mihi non debeť: quia ego ſum ſolus inter mortuos liber. Et ſic non ſum debitor mortis: ſed imunis: quia nõ peccaui in Adã. Sed volo ſponte mori ꝑ oībus meis mẽbris: vt faciã volũtatẽ tuã. Sed nõ debeo in inferno manere, nec corpus meum incinerati: reſuſcita ergo me ad vitam glorioſam: & nõ ero ſilis alijs pctõribus deſcẽdentibꝰ in lacũ inferni. naꝫ licet deſcẽderim in infernũ: tñ nõ ex debito: nec vt ibi maneã ſed vt limbũ, & purgatoriũ expoliẽ, & cęteros liberẽ.

Exaudi domine vocem deprecationis meę dũ oro ad te: dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum.

Ne ſimul tradas me cum peccatoribus: & cũ operantibus iniquitatem ne perdas me.

Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo: mala autem in cordibus eorum.

¶ Exaudi ergo domine vocem depcationis meæ: dũ oro ad te in menſa, & in horto, & dum extollo manꝰ meas extenſas in cruce ad templum ſanctum tuum. i. maieſtatem diuinitatis tuę orãdo ne ſimul tradas me. i. membra mea cum peccatoribus, & ne perdas me cum operantibus iniqtatem ad damnationem perpetuam deſtinãdo. Qui quidem peccatores operantes iniquitatem ſunt ſcribę & phariſſęi, qui loquuntur pacem cum proximo ſuo. ſ. mihi, qui eram proximus eorum de tribu ſua, & loquebantur mihi cum pace ſimulata, & doloſa dicẽtes: Magiſter ſcimꝰ, quia verax es, & viam dei in veritate doces &c. Et tamen mala erant in cordibus eorum: qui hoc dicebant: vt me caperẽt in ſermone, & me poſſent accuſare. Et ſic impoſuerunt mihi crimen lęſæ maieſtatis: puta ꝙ eram rebellis Cæſari, & ſeminabam ſeditionem in populo.

Da illis ſecundum opera eorum: & ſecũdum nequitiam adinuentionum ipſorum.

Secũdum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipſis.

Quoniam non intellexerunt opera domini: & in opera manuum eius deſtrues illos: & non ędificabis eos.

¶ Hic petit vltionẽ de crucifixoribus pdicendo eorum deſtructionem dicẽs: O dñe pater poſtꝗ ſupradicti iudęi ita doloſe, & inique ꝓceſſerũt cõtra me, & volũt manere obſtinati in ſua iniquitate & cæcitate: ergo da illis debitã, & meritam pœnã ſcdm opera eorũ: quia fuerunt homicidę: & ſecundũ nequitiã adinuẽtionũ ipſoꝝ, qa cũ iniquitate & dolo, & mẽdacio, & falſo crimine ꝓcurarũt mihi mortẽ: & tribue illis pœnaꝫ ſcdm opera manuũ eoꝝ: & redde retributionẽ eoꝝ ipſis. nam pœna debita eoꝝ eſt: vt ſicut ipſi voluerunt me de terra delere: ita deleanť de terra viuẽtium, quãtũ ad aiam, & expulſi a ſedibꝰ eoꝝ vadãt diſpſi, & captiui p mundũ, quãtũ ad corpus. Itẽ redde retributionẽ eorũ ipſis. i. redde eis oẽs maledictiones, ꝗ ſcribunť in lege & prophetis, cõtra eos qui nõ erãt recepturi Chriſtũ in lege promiſſum: qm̃ iſti iudęi nõ intellexerunt opa, & miracula ꝗ ego feci, per ꝗ poterãt cognoſcere me eſſe Meſſiã in lege ꝓmiſſum ſicut ſcriptũ erat in lege & ꝓphetis. Quã ſcripturã nõ itellexerũt, eo ꝙ excęcauit eos malitia eoꝝ, ne intelligerẽt ſacramẽta dei. Et ideo in opera manuum eius. i. ſcdꝫ opera ipſiꝰ ppli deſtrues illos, & nunꝗ reędificabis eos. Nã licet ante multotiẽs fuerint deſtructi, puta p Chaldeos, & Antiochũ: tñ reędificaſti eos p Neęmiam, & Machabęos. Sed in iſta tertia deſtructione facta p Romanos, in vindictã mortis Chriſti, nunꝗ reędificabis eos: ſed vſqꝫ ad conſummationem, & fineꝫ ſæculi pſeuerabit ſtatuta deſolatio Danielis. ix. & ſic nunꝗ erit tertium templum.

Benedictus dominus: quoniam exaudiuit vocem deprecationis meę.

Dñs adiutor meus & protector meus: & in eo ſperauit cor meum & adiutus ſum.

Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea cõfitebor ei.

Dominus fortitudo plębis ſuę: & protector ſaluationum chriſti ſui eſt.

¶ In hac tertia parte Chriſtꝰ agit gratias patri: qa fuit exauditus pro ſua reuerentia: quia recuperauit vitã gl'ioſam pro ſe, & ſuis membris per reſurrectionẽ. Vnde dicit. Benedictus dominus deus pater meus: qm̃ exaudiuit voceꝫ deprecationis meę, & fuit adiutor & protector meus. Et ideo cor meũ ſperauit in ipſo, & adiutus ſum ſicut petebã. nam caro mea quæ erat mortua in ſepulcro, refloruit per reſurrectionẽ ad vitã floridã & glorioſam. Et ideo ex tota volũtate mea, & toto corde, & affectu, confitebor ei cõfeſſione laudis, memorando & referendo oĩa beneficia recepta: tã redemptionis, ꝗ reſurrectionis: qm̃ ipſe eſt fortitudo plebis ſuę, & ꝓtector ſaluationũ Chriſti ſui. i. oĩm membroꝝ filij ſui: quia per paſſionẽ eius oẽs fideles liberauit a maledicto peccati, & debito pœnæ æternæ. Deinde cum dicit,

Saluum fac populum tuum domine: & benedic hęreditati tuę: & rege eos & extolle illos vſqꝫ inęternum.

¶ Chriſtus rogat patrem, vt recipiat eius mortem & paſſionem & ſanguinẽ in prætium & redemptionem populi ſui, & recipiat eos in hac eccleſia p gratiã, & in futura p gloriã. Vnde ait. O domine pater ſaluum fac populum tuum, meam paſſionem pro eius redemptione acceptando, & benedic hęreditati tuę, quam tanto labore acquiſiui, & recuperaui, eam a maledicto peccati, & a ſententia data in Adaꝫ abſoluẽdo: & poſtꝗ iſte populus eſt hæreditas tua: rege eos in hac eccleſia per legẽ euangelicam, & eccleſiaſtica ſacramenta in gratia conſeruando. Et poſt hanc mortalem vitã extolle, & exalta eos vſqꝫ inęternum vitam & felicitatem æternam in cælo eis conferendo.

Afferte domino filij dei: afferte domino filios arietum.

¶ Titulus, pſalmꝰ Dauid in cõſummatione tabernaculi. Ex quo titulo apparet ꝙ Dauid fecit iſtuꝫ pſalmũ in cõſummatione tabernaculi vel tẽpli qd̃ pcepit ædificari p Salomonẽ. Hiero. autẽ dicit ꝙ Dauid fecit iſtũ pſalmũ in cõſummatione tabernaculi lignei: qd̃ ꝓpe domum ſuam conſtruxit, & in eo arcã recondidit: & ꝙ inuitat om̃es fideles ad cultũ diuinum: qui fiebat in illo tabernaculo. Sꝫ Ra. Sal. & cõter oẽs Hebręi dicunt, ꝙ Dauid in hoc pſalmo inuitat etiã totũ populum ad offerẽduꝫ oblationes, & oẽs ſacerdotes ad offerẽdũ ſacrificia: & oẽs Leuitas ad cantandũ pſalmos, & laudes in tẽplo p Salomonẽ ędificando poſt eã cõſummationẽ. Rabi autẽ Cãhi Barchinonẽſis dicit in gloſſa huiꝰ pſalmi, ꝙ Dauid puidens in ſpũ mirabilia ꝗ facturꝰ erat rex Meſſias in ſuo aduẽtu, fecit hũc pſalmũ in quo inuitat oẽs iudæos: vt ſequanť eũ in ſuo aduẽtu & offerant ſacrificia in tẽplo qd̃ debet ędificari in Hierl'm. Et dicit ꝙ ille Meſſias debet facere cũ voce ſua mirabilia, ꝗ ſcribunť in hoc pſalmo. Et ſic gloſſat ipſum de Meſſia, quem falſo, & fruſtra expectant moderni iudæi. Ex quibꝰ patet manifeſte, ꝙ iſte obſtinatus partim dicit verum, inquantũ dicit, ꝙ Dauid puidens mirabilia quę facturꝰ erat Meſſias fecit hunc pſalmũ: & ꝙ Dauid inuitat oẽs fideles

vt recipiāt Meſſiā in ſuo aduētu. Sed mētiũt & blaſphemat,
inquātū expectat futurū, qđ iam eſt impletū & ꝑteritū: qa
Ieſus Meſſias in lege ꝓmiſſus iā venit, & fecit oia q̄ in iſto
pſalmo memorant. Relicto ergo mēdacio recipiamꝰ veri-
tatē, exponēdo iſtū pſalmū de Ieſu Chriſto redēptore nr̄o
in lege ꝓmiſſo, q in ſuo aduētu oia mirabilia, q̄ in iſto pſal.
continent, fuit opatus. Ad cuiꝰ intelligētiā eſt notandū, ꝙ
duo inter cętera ꝑuidit Dauid i ſpū in illo exēplari, & de-
ſcriptiōe tēpli ſibi tradita. ſ. Paralip. xxviij. Nā prio ꝑuidit
in ſpū, & itellexit qualiter Chriſtus in ſuo aduētu debebat
ędificare eccl'iam toto orbe diffuſam, figuratā p illud tem
plū materiale, q ipē ꝑcipiebat ædificare. Scđo puidit, ꝙ
in ſola eccl'ia verū ſacrificiū euchariſtię erat offerēdū, figu
ratū p agnū, q in lege mane, & veſpe imolabat in quo ſa-
crificio Chriſtꝰ deꝰ, & hō erat colēdus, & adorādꝰ. Tertio
ꝑuidit pꝰ miracula facta in lege vete. per Moyſen qualiter
Xp̄s in lege ꝓmiſſus debebat opari multo maiora mira-
cula in virtute nois dei i eccl'ia p ipſum ædificāda. Tria er-
go facit Dauid i hoc pſal. quē fecit ꝑuidēs in ſpū tria ſupra
dicta. Nā prio inuitat oēs fideles: vt recipiāt Chriſtū in ad
uentu tanq̄ verū deū & hoiem, & exhibeāt ſibi honorē la
trię. Scđo aſſignat rōnes quare Chriſto debet latria, ꝓbās
ipm fore deū p ſeptē mirabilia q̄ erat operaturꝰ in ſuo ad-
uentu in virtute nois ſui maiora, q̄ vnq̄ fuerit facta in vete.
teſt. Tertio reſumit exhortationē prio factā exhortādo oēs
fideles: vt exhibeāt deo honorē latriæ ꝓ bñficijs receptis.
Scđa ibi: Vox dñi ſup aquas. tertia ibi: In tēplo eiꝰ oēs dicēt
P gloriā. ¶ Quātū ad primū eſt aduertēdū, ꝙ latria eſt cultꝰ
ſoli deo debitꝰ rōne ſumæ oipotētię, & maieſtatis, & ſapiē
tiæ, & bonitatis, & in munere, & cōfeſſione laudis, & ado-
ratione cōſiſtens. Et ſic de iure ꝓpter ſeipſum debet deo
ipa latria. Sꝫ adhuc etiā Xp̄o & deo pr̄i reſpectu nr̄i debe-
mꝰ, & tenemur exhibere latriā ꝓpter tria pricipalia bñfi-
cia recepta. Nā primo tenemur exhibere adorationē pro
bñficio creatiōis, in quo recipimus eſſe ſimpliciter. Scđo te
nemur offerre oblationes, & ſacrificiū ꝓ bñficio redēprio
nis. Tertio gloriā, & honorē, & laudes ꝓ bñficio nr̄ę glori-
ficationis, & rōne victorię & triūphi quē Chriſtus obtinuit
de mūdo & diabolo. Et ideo Dauid primo inuitat fideles:
vt tribuant Chriſto, & deo patri primam ſpeciē latriæ, quę
eſt oblatio, & ſacrificiū ꝓ bñficio, & memoria nr̄æ redem
ptionis: & vt ſimꝰ pticipes ſuæ paſſionis. ¶ Vñ dicit. O filij
Q dei p fidē, & baptiſmū regenerati afferte dño Ieſu Chriſto
honorē latrię: q̄ cōſiſtit in tribꝰ. ſ. in oblatione, & laudis cō
feſſione, & adoratione. Et primo offerte, & afferte dño Ie
ſu Chriſto filios arietū. i. agnos ad ſacrificiū. i. afferte ſacri-
ficiū euchariſtię, in quo offert Chriſtꝰ filiꝰ dei p agnos, qui
in lege mane, ꝙ veſpere imolabant. figuratus. hoc ergo ſa
cramētū, & agnū offerte in euchariſtia. ¶ Ad cuius intelle
ctum eſt notandū, ꝙ in ſacramēto altaris ꝓprie offertur
humanitas Chriſti verbo vnita ꝓ pctō totius populi: vt ipē
Chriſtus ſit mediator inter nos & patrē. Et ſic tale ſacrifi-
ciū nō dr̄ ꝓprie offerri Chriſto ſed patri. ſed totus populus
offert ſeipſum Chriſto & patri: quia ibi offerimꝰ totā aiam,
& cor cōtritū & humiliatū, & in tali caſu vnuſquiſq; fidelis
dr̄ agnus oblatꝰ & de talibꝰ agnis dicit etiā ꝓpheta: Affer
te dño filios arietū. q. d. ꝓpheta. O vos ſacerdotes q eſtis fi
lij dei dedicati ad miniſteriū ſacerdotale, nō ſolū offeratis
in tēplo Chriſtū, qui eſt agnus imaculatus: Sed etiā offer-
te dño filios arietū. i. oēs fideles tanq̄ agnos: quia ſicut ꝓ
toto populo offertis patri ſacrificiū euchariſtię: ita etiā of-
feratis deo oēs fideles: & vnuſquiſq; fidelis offerat ſeipſū.
Itē etiā p illos agnos filios arietū intelligunt oēs martyres
qui in eccl'ia ꝓ Chriſto fuerunt immolati. ¶ Nam ſicut in
cruce ſeipſum pro nobis obtulit immolatū: ita pariter oēs
martyres Chriſto, & patri ſeipſos obtulerūt imolādos. qui
quidē martyres fuerunt figurati p illos agnos, & arietes, &
qui in lege immolabantur: vt magis patebit pſal. l. De ta
libus ergo agnis dicit etiā ꝓpheta: Afferte dño filios arie
tum. Et hæc eſt vna ſpecies latrię ſoli deo debita, quæ dici
tur oblatio & ſacrificiū. Secūda pars latriæ eſt cōfeſſio lau
dis, & oratio, & glorificatio pro bñficijs receptis: & hāc di-
cit propheta: ꝙ fideles exhibeant Chriſto in ſuo aduen-
tu. Vnde dicit.

**Afferte domino gloriam & honorē: afferte domino gloriam nomini eius: adorate dominū in atrio ſancto eius.**

¶ Afferte dño Ieſu Chriſto gloriā, & honorē ipſius laudā-
do, & glorificādo: & afferte gloriam noi ſancto eiꝰ, qđ eſt
Ieſus, eo ꝙ nos ſaluauit & liberauit, & quia eſt nomē oipo
tētiæ & ſapiētię &c. Et iō tenemini ipm laudare, & glorifi
care: q̄ eſt ſcđa ſpecies latriæ. Tertia ſpecies eſt adoratio, q̄
nō ſolū fit cū genu flexione: ſꝫ etiā cū ꝓcidētia & ꝓſtratio-
ne: q̄ ſoli deo debet ꝓpter bñficiū creationis. & hanc dicit
ꝓpheta: vt fideles exhibeāt Chriſto & patri eo ꝙ eſt verꝰ
deus. Et ideo ſubdit, Adorate dñm Ieſum Chriſtū in atrio
ſancto eius. i. in ſua humanitate, q̄ eſt tabernaculū, & atriū,
& tēplū diuinitatis, in quo verbū habitat p vnionē pſona-
lem. Itē adorate dñm in atrio ſancto eiꝰ. i. in eccl'ia toto or
be diffuſa, quam ipſe ędificauit & ſanctificauit. Ex quibus
patet, ꝙ propheta in his duobus verſiculis explicat omnes
tres ſpecies latrię ſoli deo debitas, q̄ ſunt oblatio, & glorifi
catio, & adoratio. ¶ Ad cuius declarationē eſt notandū, R
ꝙ iſta quinq; ſe habēt p ordinē. ſ. Rereri, Honorare, Lau
dare, Glorificare, & Adorare. Rereri eſt reputare aliqđ
bonū maius in altero, q̄ in ſeipſo. Honorare eſt exhibere
reuerētiam in teſtimoniū virtutis, quā in altero reputamꝰ.
Laudare eſt honoratū alijs cōmēdare. Glorificare aūt, eſt
laudes honorati large lateq; ꝑconizare. Adorare vero eſt
reuerēdū, honorādū, laudādū, glificādū, colere ꝓpter emi
nētiam oipotētię, & ſanctitatis, & omi ſpe & fiducia poſt-
poſita ſe totū illi ſubijcere. Ideo adoratio dicit diuinꝰ cul-
tus oia quatuor ſupradicta cōprehendens. Et ſic tale obſe-
quiū exhibet cū oblatione & cōfeſſione laudis, & ꝓſtratio
ne. ¶ Vlterius eſt aduertēdū, ꝙ notāter dictū eſt in textu,
Afferte dño gloriā noi eius. Nā p ly nomini eius intelligit
Ieſus qđ eſt nomē dei patris quatuor literarū: ad denotan
dum, ꝙ vnica adoratione adoratur Chriſtꝰ cū patre: eo ꝙ
eſt nomē eius ſimul cum ſpū ſancto eo ꝙ eſt amor vtriuſq;.
Et ſic vnica adoratione & latria coluntur tres pſonę: eo ꝙ
vnica diuinitas, & oipotētia, & æqlis maieſtas repit in tri-
bꝰ, ratione cuiꝰ debet eis latria. & iō adorādo Ieſum Xp̄m,
adoramꝰ patrē, cuiꝰ Ieſus eſt nomē. nā ſicut Ieſus eſt verbū
dei ita eſt nomē dei, qa nomē dei nil aliud eſt niſi verbū in
carnatū ſiue hūanatū: vt dictū eſt i ꝓlogo, & pſal. viij. Et iō
vbicūq; ponit nomē dei q̄tuor lrarū i ve. te. ſemp intelligit
Ieſus Chriſtꝰ q eſt nomē dei pr̄is explicās ſenſibilr eiꝰ oipo
tētiā, & volūtatē, & ſapiaꝫ, & miaꝫ, & iuſtitiā. Et iō nouēde
cim vicibꝰ mēorat nomē dei q̄tuor lrīs ſcriptū in hoc pſal. p
qđ ſemp itelligit Ieſus Chriſtꝰ. Iō dicūt iudęi ꝙ vicies repiē
ſcriptū nomē dñi i hoc pſal. cōputādo cū cæteris ly noi eiꝰ,
quia idē eſt qđ dñs, ſiue adonai, quod eſt nomen dei.

**Vox domini ſuper aquas: deus maieſtatis intonuit: dñs ſuper aquas multas.**

¶ Poſtq̄ ſuperius ꝓpheta inuitauit oēs fideles ad recipiē-
dum Chriſtum in ſuo aduētu, & ad exhibēdū ſibi honorē
latrię, eo ꝙ eſt deus & nomē dei: nunc in hac ſecūda parte
probat per rationes & effectus, qualiter Chriſtus eſt deus,
& illud nomē dei qđ expectat in lege. ¶ Ad cuiꝰ intelligē-
tiam eſt prio notādū, ꝙ ſicut totꝰ Ieſꝰ deꝰ & hō dicit nomē S
dei: vt dictū eſt pſal. viij. ita ſola hūanitas prout eſt vnita

verbo dr̃ vox dñi. & rõ eſt. nã ſicut nomẽ nihil aliud eſt, niſi verbũ cũ voce: ita Ieſus Chriſtus, nihil aliud eſt, niſi verbũ incarnatũ, ſeu verbũ habẽs humanitatẽ. Itẽ ſicut vox nr̃a nihil aliud eſt, niſi vehiculũ verbi, p qđ verbũ mẽtale ſecretũ fit notũ alijs. & ſenſibiliter manifeſtũ: vt ait Auicenna: Ita pariter dicit Aug. ꝙ hũanitas Xp̃i fuit vehiculũ & inſtrumẽtũ: per quã verbũ diuinũ inſtrumẽtaliter, & ſenſibiliter notificauit mundo voluntatẽ patris legẽ euangelicã ꝑferẽdo, & per quã inſtrumẽtaliter, & ſenſibiliter oſtẽdit, & notificauit oĩpotẽtiã dei patris, miracula faciẽdo, & notificauit miam pro nobis patiẽdo. Et ideo dicit Leo, ꝙ humanitas Chriſti erat inſtrumẽtũ, p qđ verbũ diuinũ miracula faciebat. Ex quo pꝫ, ꝙ ſicut totus Xp̃s vere dr̃ nomẽ dei: ita humanitas verbo vnita dr̃ vox dei, ad cuꝰ vocẽ, & p̃ceptũ miracula fiebãt. Et ideo in hoc pſalmo vicies noiaꝛ nomẽ dei ſcriptũ quatuor literis in hebræo, p qđ ſemp intelligitur Ieſus Chriſtꝰ, qui eſt nomen dñi: & ſepties noiaꝛ vox dñi p quã intelligiꝛ hũanitas Chriſti, p cuꝰ vocẽ verbũ operabatur, & fecit ſeptẽ mirabilia in hoc pſalmo memorata. Nã ſicut añ incarnationẽ deus clamabat, & loq̃batur p ora ꝓphetarũ, vt inquit Aug. Ita in nouo teſta. locutꝰ eſt nobis per os propriũ & hũanitatẽ verbo vnitã: vt inquit apl̃us ad heb. j. Et ſic per vocẽ dei intelligiꝛ etiã verbũ incarnatũ, ſiue humanitas verbo vnita. de qua voce dicetur pſal. xciiij. Hodie ſi vocẽ eius audieritis. Scdo eſt notandũ, ꝙ tota ſcriptura veter. teſta. pro maiori parte nil aliud clamat, niſi ꝙ Chriſtus in lege ꝓmiſſus debebat notificare, & manifeſtare mundo nomẽ dei, & virtutes eiꝰ, qđ quidẽ nomen nunq̃ fuit manifeſtũ alicuiꝰ patriarcharũ, aut ꝓphetarũ, cũ quo noie, & in virtute cuꝰ ipſe Chriſtus rex Meſſias debebat facere maiora miracula, q̃ vnq̃ fuerunt facta in ſeculo priori. & ita hodie Iudęi moderni aſſerunt, ꝙ ſolus Meſſias quem ipſi expectãt, debet facere maiora miracula cũ noie dei tetragrãmatõ: qđ ſemiforas appellant, q̃ quæ fuerint ſcripta in lege & prophetis. Ex quorũ dictis manifeſte confitẽtur Meſſiaꝫ fore deũ. nam nullus poteſt poſſidere illud nomẽ, niſi ſolus deus, cum ſit nomẽ oĩpotentiæ. ❡ Sed reiecta cęcitate iſtoꝝ, inquantũ expectant futurũ, qđ iam eſt impletũ per Ieſum Chriſtum: eſt dicendũ ꝙ præuidẽs Dauid mirabilia, quæ Chriſtus ad ſolã vocẽ & p̃ceptũ erat facturus, appellat ipm nomen dñi, & vocẽ dñi ꝓpter ſeptẽ mirabilia q̃ fecit in mundo, in hoc pſalmo memorata, in quibus oñdit ſuã oĩpotẽtiã & deitatẽ, ꝓpter qđ debeꝛ ſibi adoratio latrię: q̃ quidẽ mirabilia fuerũt figurata i veteri lege facta p Moyſen i ductu illiꝰ ppl̃i. Quoꝝ primũ mirabile Xp̃i fuit inſtitutio baptiſmi: qui accepit virtutẽ regeneratiuã ad ſolã vocẽ dei patris, & contactũ carnis Chriſti, & influentiã virtutis ſpũs ſancti. qđ quideꝫ mirabile & ſacramẽtũ fuit figuratũ p tranſitũ Iſrael per aquas maris rubri: vt ait Apl̃us j. ad Corin. x. ſed iſtud mirabile fuit maius illo. Nã in illo tantũ ſunt liberati filij Iſrael a morte corporali. Sed p baptiſmũ liberatur totus mũdus a morte, & captiuitate ſpũali: & hoc eſt qđ dicit ꝓpheta. Vnde ait. Adorate dñm Ieſũ Chriſtũ in atrio ſancto eius qm̃ ipſe erit vox dñi ſup aquas baptiſmales. Et ſic erit vox dñi, & nomen dñi tetragrãmaton. qđ ꝓbo. Nam dñs deus maieſtatis intonuit vocem ſuã ſup ipſum dicẽs: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Itẽ filiꝰ ibidẽ ſup aquas iordanis intonuit vocẽ ſuam: qñ dixit Ioanni: Baptiza me. quia ſic oportet impleri omnẽ iuſtitiam. Item ibi intonuit ſpiritus ſanctus, qñ apparuit in ſigno colũbæ. non ꝙ ſit alia vox patris, & alia filij. Sed vna eſt vox virtus & potẽtia oim triũ perſonarũ: quia pater loquiꝛ per filiũ in ſpiritu ſancto: quia potentia, & virtus omniũ trium perſonarũ manifeſtatur per humanitatem filij tanq̃ per vocẽ: vt dictuꝫ eſt: & ſic iſta vox cecidit ſup aquas iordanis: & contulit vim regeneratiuã omnibus aquis elementaribꝰ. Et ideo dicit ꝙ dñs deꝰ maieſtatis intonuit ſuper aquas multas: Ad denotandum, ꝙ non ſoluꝫ collata eſt virtus regeneratiua ipſis aquis mundi ad purgãdum peccatum: eo ꝙ omnes ſunt vnum elementum. Ex ſupradictis patet, ꝙ non per ſolã aquã perficitur baptiſmus: ſed per inuocationẽ totius trinitatis: cuiꝰ forma eſt. Ego te baptizo in noie patris, & filij, & ſpiritusſancti. Ideo eni ibi apparuit pater in voce, filiꝰ in carne, ſpiritꝰ ſanctꝰ in ſigno colũbæ. Item ſequitur ſecundo: ꝙ baptiſmus non poteſt pſici ſine aqua, eo ꝙ ibi tota trinitas fuit ſuper aquas. Tertio ſequiꝛ ꝙ maius myſteriũ, & magis mirabile fuit inſtitutio baptiſmi, & maioris virtutis fuit illa vox dñi, q̃ cecidit ſuper aquas baptiſmales in Iordane, q̃ illa quæ cecidit ſuper mare rubrum. Nam iſta liberauit totũ genus humanũ a morte & captiuitate æterna: illa autẽ ſolũ liberauit filios Iſrael a morte, & captiuitate temporali: quæ multitudo fuit parua reſpectu multitudinis omnium fidelium per baptiſmuꝫ Chriſti regeneratorum. Deinde cum dicit,

## Vox dñi in virtute: vox dñi in magnificentia.

❡ Adducit ſcdm exemplũ & mirabilẽ operationẽ, quã fecit Chriſtus ſup oẽm humanã facultatẽ ad ſolam vocem & p̃ceptũ in operatione miraculoꝝ, in quibus oñdit ſuã diuinitatem, & ſe eſſe nomẽ & vocẽ dñi: & verũ Meſſiam in lege promiſſum. per quã vocẽ in virtute cõprehẽdit oia miracula q̃ fecit Chriſtꝰ. Nã ad ſolã vocẽ & p̃ceptũ Chriſti ceſſauerunt vẽti, & quieuit mare. Vñ dixerũt circunſtantes: quis eſt hic? quia mare & venti obediunt ei. Item ad ſolã vocẽ, & p̃ceptũ ſuſcitauit Lazarũ dicens. Lazare Lazare exi foras. Ioã. xj. Itẽ ad ſolam vocẽ & imperiũ ſuſcitauit filiũ viduę, & filiã Archiſynagogi, & ſanauit ægrotos, & mundauit leproſos &c. Ex quibꝰ patet, ꝙ iſta vox Chriſti facta ſup mortuos, & ægrotos, & in oibus miraculis fuit maioris virtutis, quantũ ad effectum q̃ illa vox facta ſi ꝑ ægyptum, q̃ induxit illas decẽ plagas. Nam illa occidebat, & iſta ſuſcitabat mortuos. Item illa inducebat morbos, & tempeſtates: & iſta mitigabat ventos, & ſanabat omnes infirmitates. Et ideo dicit ꝓpheta, ꝙ Ieſus Chriſtus fuit vox dñi in virtute. i. in cuiꝰ virtute debebant fieri, & fuerũt facta multa miracula, in quibus Chriſtꝰ oſtẽdit ſuã diuinitatẽ & omnipotẽtiam. ❡ Deinde cũ dicit. Vox dñi in magnificẽtia adducit tertiũ exẽplũ, & opus mirabile qđ fecit Chriſtus p ſuam mortem, & paſſionem, & reſurrectionem, quando triumphauit de diabolo, & expoliauit infernum, & deduxit totam prædam, & liberauit totum genus humanum: quando dixit: redemiſti me domine deus veritatis. quę quidem vox fuit maioris virtutis: & maioris triũphi, q̃ vox facta in ægypto: quãdo Moyſes, & Iſrael expoliauerũt Aegyptios. Nam illa vox ſolum expoliauit ęgyptum bonis tẽporalibus, & liberauit ſolum populũ a captiuitate temporali: ſed vox Chriſti facta in paſſione, & reſurrectiõe expoliauit infernum, & liberauit omnes fideles, qui ibi detenti fuerant ab Adam vſq; ad Chriſtũ: & etiam liberauit oẽs fideles futuros in maiori numero ſine proportiõe. Ex quo patet, ꝙ illa vox Chriſti fuit facta cum maiori magnificẽtia & triumpho. quod præuidens Dauid in ſpiritu dicit: ꝙ Chriſtus fuit vox domini in magnificentia, & triũpho, ſupple in noſtra redemptione, & inferni expoliatione. Deinde cum dicit

## Vox domini confringentis cedros: & confringet dominus cedros Libani.

❡ Hic adducit q̃rtũ exẽplũ, & opꝰ mirabile, qđ fecit Chriſtus ad ſolã vocẽ, & p̃ceptũ, qñ deſcẽdit ad inferos dicens. Attollite portas pricipes veſtras &c. quia tũc portas ęreas & vectes ferreos confregit: & confregit oẽs principes inferni: & alligauit ſathanã, & abſtulit ſibi prędam, & arma in q̃bus cõfidebat &c. Et iõ Chriſtus fuit vox dñi confringẽtis cedros. i. ſuperbos principes inferni. Item Chriſtꝰ fuit vox

dñi cõfringentis cedros,qñ ad ſolã prędicationẽ aplõꝝ cõminuit,& confregit oĩa idola mũdi,& confregit,& ſubiecit oẽs reges,& imperatores,& principes mũdi.Ex quibus patet ꝙ iſta vox ſine ꝓportione fuit maioris virtutis:quãtũ ad effectũ:q̃ illa vox quã intonuit dñs ſup Pharaonẽ,& exercitum eius in mari rubro.Nam illa ſolum confregit,& diſſipauit Pharaonẽ cum exercitu ſuo:Iſta aũt vox Chriſti confregit,& diſſipauit totum infernum,& diſſipauit oĩa idola mũdi,& oẽs ritus deteſtabiles,& nefandas ſupſtitiones populi gentilis.Et ideo dicit propheta ꝙ Ieſus Chriſtus fuit nomen & vox dñi confringentis cedros.i.principes inferni. Et etiam vox domini facta per prædicationẽ apoſtoloꝝ cõfregit,& cõfringet cedros libani.i.principes mũdi ſuperbos per cedros libani figuratos.

## Et cõminuet eas tanq̃ vitulum libani:& dilectus queadmodum filius vnicornium.

¶ Et cõminuet eas ſicut vitulũ Libani.q.d.ꝙ ſicut altiſſimę cedri Libani ꝓſternunƭ & cõfringunƭ cũ ſecuri ferrea: Ita pariter oẽs reges & principes terrę fuerũt ꝓſtrati & cõfracti cũ ſecuri euangelica,& p̄dicatione apoſtoloꝝ.Item ſicut armẽta vituloꝝ qui paſcebanƭ in mõte Libano,ſucceſſiue diminuebanƭ,& iugulabãtur pro ſacrificijs,& pro cibo ad comedendum vſq; ad conſumptionem:Ita Chriſtus cõminuit,& proſtrauit oĩa idola,& oẽs principes mũdi.Sed dilectus populus chriſtianus fuit liberatus & ſaluatus ſicut filius vnicornũ. ¶ Ad cuius intelligẽtiã eſt notandũ ꝙ vnicornis habet talẽ naturã & virtutẽ in cornu ſuo ꝙ fugat oĩe venenũ ad tactum ſuum.& ideo oĩa aĩalia ſequuntur ipſum:nec audent bibere aquas in Aethiopia niſi vnicornis prius intingat cornu in aquis:eo ꝙ in Aethiopia ſunt multę aquę venenoſę.Sȝ vnicornis tãgẽdo aquas cũ cornu ſuo mundat eas a veneno:& ſic ſecure bibũt animalia:aliter multa alia aĩalia pereũt,niſi bibant in ſocietate vnicornis:& bibant aquas,quas vnicornis mũdauit. Et iõ ꝓpheta Dauid in hac particula cõparat Ieſuȝ Chriſtum filiũ dei cũ pplõ ſuo ipſi vnicorni.Nã ſicut vnicornis ex tactu ſuo mũdat aquas a veneno,& p̄bet aquis vim purgatiuam veneni & ſanatiuam:Ita Chriſtus p ſuũ contactũ in baptiſmo p̄buit vim purgatiuã,& ſanatiuã peccati & regeneratiuã,& renouatiuã ad vitã ſpũalẽ,intingendo cornu ſuũ.i.hũanitatẽ in ipſis aquis baptiſmalib⁹. In quo cornu,& carne erat vnita virtus diuina vnione pſonali. Quæ quidẽ aqua baptiſmalis ex contactu,& illa virtute Chriſti recepta ſanat oẽm languorẽ aiæ:& fugat oĩe venenũ peccati.Et ſic eſt dicendũ de oĩbus ſacramẽtis,q̃ receperũt virtutẽ ex cornu virtutis Chriſti.Et etiã Chriſtus intinxit cornu ſuę crucis in oĩbus ſacramẽtis.Et ſic habuerũt ſacramẽta virtutẽ purgatiuã,& ſanatiuã oĩs pcti. Et ideo ſicut oĩa animalia ſequunƭ vnicornẽ vt ſecure bibãt aquas ſine veneno:Ita totus populus chriſtianus ſequiƭ Chriſtũ,vt operetur ſcdm legẽ ſuã ſine peccato.Vñ ſicut aĩalia quę bibũt aquas venenoſas extra ſocietatẽ vnicornis:oĩa pereunt & moriũtur ex illo veneno:Ita oẽs infideles qui ſunt extra eccleſiam & ſocietatẽ Chriſti,pereunt & moriũtur ex veneno pcti:quia aliter hoĩes non poſſunt liberari,niſi in virtute paſſionis Chriſti fuerint ſanati a pcti veneno qđ biberũt in Adã:& in ſeipſis,niſi ex cõtactu cornu Chriſti & virtute paſſionis ei⁹.Solus ergo Chriſt⁹ põt dici iſto mõ vnicornis:quia ſolus nunq̃ bibit venenũ pcti.Et p ſuũ cõtactũ liberauit alios.Sed ſolus pp̃lus chriſtianus dr̃ fili⁹ vnicornis: eo ꝙ eſt liberatus a Xp̃o,qui eſt ver⁹ vnicornis:& ab eo regenerat⁹ & ſanat⁹.Et hoc eſt qđ dicit hic Dauid ꝙ cũ Xp̃s ad vocẽ ſuã,& pręceptũ cõfregit oẽs cedros,& oĩa idola,& oẽs infideles ſupbos:ſolus pp̃ls chriſtianus ſibi dilect⁹ euaſit illęſus & ſaluat⁹:queadmodũ filius vnicornis.i.ſicut illa ſocietas aĩaliũ manet illęſa & ſanata a veneno per contactum & ductũ vnicornis:ita populus Chriſti manet ſaluat⁹ & liber.Et etiã hoc dicit:quia vnicornis etiã liberat filios ſuos puulos ab illa aqua venenoſa.Nam ipſe primo intingit cornu in aquis:& poſtea facit bibere filios ſuos ſine periculo.Et ita Chriſtus intingẽdo humanitatẽ ſuã in aquis liberauit oẽs filios adoptiuos.Et ideo totus ppl's chriſtianus deo dilect⁹ dicitur liberatus a patre,& capite ſuo Chriſto,ſicut filius vnicornis.Ex quibus pȝ ꝙ maioris virtutis fuit iſta vox Chriſti facta cõtra diabolũ & idola,q̃ vox facta cõtra Pharaonẽ & exercitũ eius.& hoc eſt intelligẽdũ quo ad effectũ reſpectu noſtri:quia reſpectu dei ęqualis virt⁹ fuit. Vñ ſicut vnicornis in ſuo ducatu liberat & ſaluat filios,& omnia animalia ipſum ſequẽtia:Ita Chriſtus p baptiſmuȝ ſaluat omnes ſequẽtes ſe.Item ſicut ille populus Iſrael deo dilectus:tunc tranſiuit mare illęſus ſicut fili⁹ vnicornium pereũtibus ægyptijs:Ita populus chriſtianus Chriſto dilectus tranſit illęſus,& mũdus per aquas baptiſmales:pereũtibus iudęis & cęteris infidelibus.

## Vox domini intercidẽtis flammam ignis:vox domini concutientis deſertum:& commouebit dominus deſertum Cades.

¶ Hic adducit quintã operationẽ & bñficiũ Chriſti q̃ fuit miſſio ſpũs ſancti in diſcipulos.Nã ſicut añ incarnationeȝ dedit legẽ Moyſi inter flãmã ignis inducendo tonitrua,& fulgura tremẽte toto mõte:vt pȝ Exo..xix.Ita pariter Xp̃s poſt ſuã aſcẽſionẽ qñ miſit ſpm̃ ſcm̃ in diſcipulos,fact⁹ eſt repẽte ſonus de celo tanq̃ aduenientis ſpũs vehemẽtis,& apparuerũt diſptitę linguę tãq̃ ignis:ſeditq; ſupra ſingulos eoꝝ:vt pȝ Act.ij.Et ſic ſpũs ſanct⁹ dedit ſeptẽ dona grãꝝ,cũ quib⁹ intellexerũt apl̃i oĩa myſteria clauſa i lege & prophetis.Vñ ſicut in mõte Sinai de⁹ dedit legẽ Moyſi,quaſi clauſam & nubibus velatã:Ita in mõte Sion dedit apl̃is intelligẽtiã,& aperuit eis ſenſuȝ totius legis & ꝓphetaꝝ.Ex quo pȝ,ꝙ vox Chriſti facta in monte Sion p miſſionẽ ſpũs ſancti fuit maioris virtutis,q̃ vox facta in monte Sinai.Nã ibi data fuit lex clauſa & velata ſub illis cerimonijs & myſterijs:ſed hic fuit nobis reuelata,& aperta eius intelligentia & veritas:quia maioris virtutis eſt apire intelligẽtiã,& veritatẽ legis.& hoc eſt qđ dicit hic Dauid:ꝙ vox dñi Ieſu Chriſti itercidẽtis flammã ignis fuit in mõte Sion:qñ miſit ſpm̃ ſanctũ in apl̃os linguis igneis interciſis & diſptitis.Nã Chriſt⁹ ſiue vox tunc intercidit,& diuiſit flammã ignis intelligẽtię ſacræ ſcripturę,& flammam ignis charitatis oĩb⁹ diſcipulis,ſingulis prout voluit diuidendo dona gratiarũ. Et hoc eſt viſum in ſigno:quia ſupra ſingulos eorum apparuerunt diſptitę linguę tanq̃ ignis.Et in hoc oſtẽdit Chriſt⁹ ſuã oĩpotẽtiam,& diuinitatẽ.& ſic fuit Chriſtus vox dñi intercidẽtis & diuidẽtis flammã ignis in miſſione ſpũs ſancti. Deinde ſubdit.Vox dñi concutiẽtis deſertũ. ¶ Hic adducit propheta ſextũ mirabile opus Chriſti:quod fecit p prędicationẽ aplõꝝ:qua voce totũ mundũ cõmouit.Nã ſicut añ incarnationẽ ad ſuã vocẽ,& p̄ceptũ fuit cõmotũ totum deſertũ Cades,& terra aperta eſt:& deglutiuit Dathã,& Abiron,& Chore,cum oĩbus ſequacibus:& ſolũ fuerũt ſaluati oẽs q noluerunt ſequi cõiurationẽ eoꝝ;Ita vox Chriſti in p̄dicatione aplõꝝ intonuit & cõmouit totũ deſertuȝ huius mũdi,& cõcuſſit totã terrã,& cõminuit oĩa idola,& proſtrauit omnes principes mundi:inter quos infernus deglutiuit totũ populũ iudaicũ,qui cõiurauit cõtra Chriſtũ. Primo Scribas,& phariſęos,& principes ſacerdotũ,qui fecerunt illã coniurationẽ.Secũdo deglutiuit infernus totum ppl'm iudæoꝝ:qui vult ſequi cõiurationẽ:& obſtinationẽ,& perfidiã illorum.Item deglutiuit infernus Neronem,& Domitianum,& Seuerum,& Decium,& Diocletianũ,& Maximianum,& omnes alios tyrannos,qui fecerunt coniurationem,& decretum cõtra eccleſiã ad delendũ nomẽ

Chriſti de terra. Et ſolũ ſaluati ſunt illi, qui noluerũt ſequi
eorum obſtinationem, & infidelitatẽ: immo relictis idolis
cõuerſi ſunt ad fidẽ. Et ideo ꝓpheta totã gẽtilitatẽ vocat
deſertum Cades: eo ꝙ tota fuit immutata, & tranſlata de
infidelitate ad fidẽ. Vñ Cades mutata & tranſlata inter-
pretatᷣ: quia gẽtilitas ad vocẽ Chriſti p p̄dicationẽ aploꝝ
fuit mutata, & tranſlata ab illis nefandis ritibus ad veram
fidẽ & religionẽ Chriſti. Et ſic obſtinatis pereũtib⁹ ipa fuit
ſaluata. Et hoc eſt qđ dicit hic Dauid. Vñ ait. vox dñi Ieſu
Chriſti concutiẽtis deſertum fuit in hoc mundo in p̄dicatio
ne aploꝝ. i. Chriſtus pcuſſit deſertũ huius mundi: ſiue cõ-
cutiet in p̄dicatione aploꝝ. & declarando ſeipſum ſubdit.
Nã vox dñi euãgelica cõmouebit deſertũ Cades. i. totã gẽ
tilitatẽ, q̄ dicebatᷣ deſerta a deo: eo ꝙ nũq̄ habuerat legẽ &
prophetas. Sed dicta eſt Cades: eo ꝙ ad vocẽ euangelicã
fuit ad fidẽ mutata, & tranſlata cęteris obſtinatis pereun-
tibus, maxime Iudæis. Et fuit figuratũ in conuerſione de-
ſerti, & p̄cipitio Chore, Dathã, & Abiron &c. Vñ ſicut illa
vox dñi cõcutiẽtis deſertũ Cades puniuit Chore, & ſequa-
ces eius, & conuertit alios ad ſequendũ Moyſen: Ita pari-
ter p̄dicatio aploꝝ puniuit multos obſtinatos: & cõuertit
maiorẽ partem populi gẽtilis ad ſequẽdũ Chriſtum.

## Vox domini pręparantis ceruos: & reuelabit condẽſa: & in templo eius omnes dicent gloriam.

¶ Hic adducit ſeptimũ bñficiũ, ſiue opus mirabile qđ fe-
cit Chriſtus in ſuo aduẽtu. Nam ſicut tẽpore Ioſue deus in-
terfecit oẽs principes terrę Chanaã, & cõminuit oia idola:
& cõſtituit. xij. principes de populo Iſrael ſup totam terrã
Chanaã, & Palęſtinę: & fecit habitare. xij. tribus in illa ter
ra & ſic creuit ille populus in magnã multitudinẽ vt dictũ
eſt. Ita pariter Chriſtus proſtratis omnib⁹ principibus hu⁹
mundi: & diabolo electo foras, cõſtituit. xij. principes ſup
omnẽ terrã. ſ. xij. aploſ: qui deſtructa idololatria, infinitã
multitudinẽ in Chriſto regenerauerũt, & totũ mundũ im-
pleuerũt. Et ſic poſtea ſucceſſerũt epi, & p̄lati, & ſacerdo-
tes qui dicunᷣ principes terrę, & patriarchę, q infinitos fi-
lios p baptiſmũ in eccl'ia Chriſti regñauerũt. Et ideo Da-
uid in hoc verſu p ceruos intelligit principes eccl'ię. ſ. ep̄os
& p̄latos, & ſacerdotes: vt patet in cãticis Salomonis. Ideo
dicit: Vox dñi Ieſu Chriſti pręparantis ceruos. i. epiſcopos,
prælatos, & ſacerdotes fuit in eccl'ia. q. d. ꝙ Chriſtus p ſuaſ
virtutẽ & vocẽ ordinauit ep̄os & ſacerdotes in eccl'ia eis ſu-
am poteſtatẽ cõicando, & per eos reuelauit condẽſa. i. per
eoꝝ p̄dicationẽ reuelauit ſecreta, q̄ erãt velata, & occulta
in lege veteri. Vñ littera Hiero. habet Vox dñi emundãs
ſyluas. q. d. ꝙ p̄dicatio aploꝝ primo mũdauit filios ſacræ
ſcripturę eius ſecreta reuelãdo, & cerimonias abſcindẽdo.
Item vox euangelica fuit emundans ſyluas. i. populos gen
tiles eos a ſpurcitia dæmoniorum: & ritibus nefandis ab-
ſtergendo & mũdãdo. Et ſic reuelauit condẽſa. i. multitudi
nem eoꝝ ſanando, & eis lumẽ præbẽdo. Et ſic omnes qui
fuerunt mundati ab ignorantia peccati, & fœditate dicẽt
gloriã in tẽplo eius. ſ. in eccleſia. q. d. p Chriſtũ in toto or-
be diffuſa, & ædificata in p̄dicatione apoſtoloꝝ. Eſt enim
aduertẽdũ, ꝙ p ſeptẽ ſupradictas voces Chriſti poſſũt in-
telligi ſeptem voces: & ſeptẽ formę verboruꝫ, quibus Chri
ſtus inſtituit ſeptem eccleſiaſtica ſacramenta. quæ quidem
ſacramẽta ſine forma verborum perfici non poſſunt. Nam
accedit verbũ ad elemẽtum, & fit ſacramentum: vt inquit
Augu. Et ideo quodlibet ſacramẽtum habet propriaꝫ for-
mam verborum per quã cõficitur: ſicut forma baptiſmi eſt.
Ego te baptizo &c. Et forma euchariſtię: hoc eſt corp⁹ &c.
V ¶ Dicit ergo propheta, ꝙ Chriſtus fuit vox domini ſuper
aquas, per quã vocẽ cõſtituit baptiſmũ. Secũdo fuit vox dñi
in virtute: per quã cõſtituit cõfirmationẽ in qua datur vir-
tus & robur ad reſiſtendum, & pugnãdũ contra diaboluꝫ.
Tertio Chriſtus fuit vox dñi in magnificẽtia cõſtituẽdo eu
chariſtiã: qđ eſt ſacramentũ magis magnificũ & nobili⁹ cæ
teris. Quarto fuit vox dñi cõfringentis cedros conſtituẽdo
ſacramẽtũ pœnitẽtiæ: p quã cõfregit dęmones & ſeptẽ vi-
tia capitalia. Quinto fuit vox dñi intercidẽtis flãmã ignis:
cõſtituẽdo matrimoniũ. p qđ extinguitᷣ, & excuſatᷣ flãma li
bidinis. Sexto fuit vox dñi cõcutiẽtis, & cõmouẽtis deſertũ
Cades, conſtituẽdo extremaꝫ vnctionẽ, p quã ſubmergun-
tur peccata, & tranſmutanᷣ fideles ab hac vita mortali in
vitam æternam. Septimo fuit vox dñi p̄parãtis ceruos, cõ-
ſtituẽdo p̄latos, & ſacerdotes in eccl'ia p ſacramẽtum ordi-
nis. qui quidẽ ſacerdotes & p̄lati figuranᷣ per ceruos i cãti
cis Salomonis. Et ſic ptꝫ qualiter Chriſtus p ſeptẽ voces in-
ſtituit ſeptem eccl'iaſtica ſacramẽta. Deinde ſubdit, Et in
tẽplo eius oẽs dicent gloriã. ¶ Hęc eſt tertia pars: in qua X
ex ſupradictis concludit, & reſumit qđ in principio dixit. ſ.
afferte domino gloriã & honorẽ. Nã licet Chriſto debea-
tur tota latria: tñ præcipue & ſpecialiter tenemur, & debe
mus ſibi cantare laudes & gloriam pro ſupradictis benefi-
cijs receptis: in quibus oſtẽdit ſuã omnipotentiam, & miſe-
ricordiam, & bonitatem, & deitatem. Vnde arguit ſic. Si
Chriſtus ad ſuam vocem, & p̄ceptum inſtituit baptiſmum
in quo oſtendit ſuam maieſtatem: & ad ſuam vocem fecit
miracula in quibus oſtendit diuinam virtutẽ: Itẽ ſi ad ſolã
vocem, & præceptum fecit omnia ſupradicta ſeptem mira
cula, & inſtituit ſeptem ſacramenta: per quæ ędificauit tẽ-
pſium & eccleſiam, & ex quibus venerunt nobis tanta be-
neficia. Ergo in iſto templo & eccleſia oẽs fideles dicãt lau
dem & gloriam ipſi Chriſto, tanq̄ vero deo & redemptori
Item ſequitur, ꝙ ſi Chriſtus contulit nobis ſupradicta ſe-
ptem beneficia & ſacramẽta: ꝙ debemuſ ſepties in die &
ſeptem horis canonicis ipſum Chriſtũ magnificare, & lau-
dare in templo ſuo. Et hoc eſt qđ intẽdit dicere propheta
cum ait: in templo eius omnes dicent gloriam. ſ. ſepties in
die. Deinde cum dicit,

## Dominus diluuium inhabitare facit: & ſedebit dominus rex inęternum.

¶ Explicat tria bñficia quę recepit eccl'ia a Chriſto p illa
ſeptem miracula & ſeptẽ eccl'iaſtica ſacramẽta. Nã primo
reparauit, & reędificauit totã eccl'iaꝫ quę erat per peccatũ
deſolata. Secũdo cõicauit eccl'iæ, & p̄latis, & ſacerdotibus
poteſtatem miniſtrandi ſacramẽta quæ ipſe cõſtituit. Ter
tio dedit eccleſiæ & fidelibus ſuis fructum & effectum ho-
rum ſacramẽtorum. ſ. benedictionem & gratiam in p̄ſen-
ti, & pacem & gloriam in futuro. Et ideo dicit: ꝙ ſicut di-
luuium aquarum deſtruxit, & deſolauit totum mundũ tẽ-
pore Noe: & tamẽ deus reparauit ipſum ex illis trib⁹ filijs
Noe per generationẽ carnalẽ: qñ dixit Creſcite & multi-
plicamini, & replete terrã. Geñ. ix. Ita pariter diluuiũ pec
cati ipſius Adã deſtruxit & deſolauit totum genus huma-
num, & exterminauit a gratia dei: & peccatũ homicidij, &
obſtinationis, & cęcitatis populi iudaici deſolauit totã ſy-
nagogã, quę ante erat ciuitas dei, paucis vt apl'is & diſci-
pulis in Chriſti fide redeũtib⁹: & tñ Chriſtus ex illis paucis
apoſtolis p eccl'iaſtica ſacramenta regenerauit, & repara-
uit totũ genus humanũ p diluuiũ peccati ipſius Adã deſo-
latũ, & diſſipatum, & reparauit, & reędificauit etiam ſyna
gogam diluuio peccati obſtinationis, & cęcitatis deſolatã
Et ſic ex duobus populis diſſipatis reparauit, & reędifica
uit vnã eccleſiam: in qua facit fideles habitare. Et etiaꝫ re
parauit ruinam angeloꝝ p diluuiũ pc̄ti luciferi deſolatã.
¶ Ex quibus patet, ꝙ triplex diluuium ſiue ruinã repara- Y
uit Chriſtus p eccleſiaſtica ſacramẽta. ſ. ruinam gñis huma
ni, & ruinã ſynagogę, & ruinã angeloꝝ: quia ſedes eorum
obtinẽt fideles p baptiſmũ regenerati. Et hoc eſt qđ dicit

propheta dñs diluuiũ inhabitare facit.i.fecit fideles ihabi
tare eccliã p diluuiũ pctõꝝ deſolatã. Et hoc eſt primũ bñ
ficiũ. Scdm, qꝛ cõmunicauit ecclię virtutẽ & ptãtem confi
ciendi & miniſtrandi ſacramenta. Et ideo ſubdit,

**Dominus virtutẽ populo ſuo dabit: dominus benedicet populo ſuo in pace.**

¶ Dñs virtutẽ ppło ſuo dabit.i.poteſtatẽ miniſtrãdi ſupra
dicta ſacramẽta ecclię ſue cõmũicabit. Tertiũ bñficiũ fuit,
quia fructũ iſtorũ ſacramentorũ.ſ.gratiam in pñti & glo-
riam in futuro nobis dedit, Ideo ſubdit.dñs benedicet po
pulo ſuo in pace.i.bñdictionẽ,& gratiã dabit in præſenti
p iſta eccleſiaſtica ſacramẽta: & pacẽ in futuro.quaſi dicat
omnes fideles agant deo gratias,& dicant laudes in tem
plo ſuo:qm̃ per ſupradictas ſeptẽ voces reparauit gen⁹ hu
manũ diluuio peccatorũ diſſipatũ,& cõtulit virtutẽ popu-
lo ſuo,& bñdixit ipm̃,& pacificauit per gratiã & gloriam.
z ¶ Ex toto iſto pſal, poſſũt recolligi ſeptẽ cõclõnes. Quarũ
prima eſt,ꝙ xp̃o debeť adoratio latrię.ſ.oblatio,& laus,
& adoratio:eo ꝙ eſt creator,& redemptor,& glorificator.
¶ Secũda cõclõ,ꝙ Ieſus eſt nomẽ dñi inquantũ eſt verbũ
incarnatum,& eſt vox domini ratione hũanitatis:inquan
tũ per eã ſenſibiliter notificauit voluntatẽ patris,& inſtru-
mentaliter,& ſenſibiliter per eam fecit miracula.
¶ Tertia cõclõ,ꝙ propheta duo principaliter intendit,
PRĩo qualiter Chriſto debetur latria. Scdo explicare virtu-
tẽ nõis eius,& ſuã diuinitatẽ.& ideo vicies ponitur nomen
domini quatuor literis ſcriptũ in Hebręo:per qd̃ intelligi-
tur hoc nomen Ieſus in hoc pſalmo.
¶ Quarta cõclõ,ꝙ ſeptẽ opa mirabilia ſupra humanã fa-
cultatẽ ad ſolã vocẽ & pceptum in virtute huius nõis Ieſus
ſunt facta.qd̃ intelligitur per ſeptẽ voces in hoc pſalmo me
moratas.in quibꝰ oſtẽdit ꝙ Ieſus eſt nomẽ & vox dñi.qd̃
pbať. Naꝫ Ieſus primo fuit vox dñi ſuper aquas. Scdo fuit
vox dñi in virtute miraculorum. Tertio fuit vox domini in
magnificentia,& triũpho infernũ expoliãdo. Quarto fuit
vox dñi cõfringentis cedros idola cõminuendo,& pricipes
huius mundi ſubijciendo. Quinto fuit vox dñi intercidẽtis
flammã ignis,dona ſpũs ſancti apoſtolis diuidendo. Sexto
fuit vox dñi cõcutiẽtis deſertũ Cades,ppłm gentilẽ ad fi-
dẽ trãſmutando & cõmittẽdo. Septimo fuit vox dñi ppãrã
tis ceruos.i.platos & ſacerdotes in ecclia conſtituendo.
¶ Quinta concluſio,ꝙ Chriſtus per ſupradictas ſepteꝫ vo
ces conſtituit eccleſiaſtica ſacramenta diſcurrendo per ſin-
gula vt dictuꝫ eſt.
¶ Sexta cõcluſio,ꝙ licet Chriſto debeať tota latria inquã
tũ eſt de⁹ & nomen & vox dei:tñ ſpecialiter ecclia debet ſi
bi cãtare głiaꝫ,& honorẽ,& laudes,pp̃ter tria bñficia quę
Chriſt⁹ operatus eſt in ecclia,per ſupradicta ſeptẽ mirabi-
lia & ſeptẽ ſacramenta. Nam primo reparauit ecclãm di-
luuio pctõrũ deſolatã. Scdo cõicauit ſacerdotibus,& pręla-
tis ecclę poteſtatẽ adminiſtrandi ſacramenta. Tertio con-
tulit omnibus fidelibus ſuis,& filijs ecclię fructum,& bene-
dictionẽ ſupradictorum ſacramentorum.ſ.gratiam in præ-
ſenti,& pacem,& gloriam in futuro.
¶ Septima cõcluſio,ꝙ ſepties in die in ſeptẽ horis canoni
cis debem⁹,& tenemur cantare laudes,& gloriam,& red-
dere Chriſto gratias:eo ꝙ per ſeptem voces,& ſeptẽ ſacra
menta cõtulit ecclię iſta tria ſupradicta beneficia.

**EXaltabo te domine quoniam ſuſcepi-
ſti me:nec delectaſti inimicos meos ſu
per me.**

¶ Titul⁹: Pſalmus cantici pro dedicatione domus David.
Ex titulo patet ꝙ Dauid fecit hunc pſalmũ. Sed pro cuius
domus dedicatione fecerit ipm̃:eſt altercatio inter Hebrę-
os. Nam Abenazra dicit,ꝙ Dauid fecit hunc pſalmũ pro
dedicatione & cõſummatione dom⁹,quã ad ſuũ vſum ædi
ficauit in monte Sion:ſed hoc videtur eſſe manifeſte falſuꝫ
Nãq; illa domus fuit ædificata ad vſuꝫ profanũ:in qua habi-
tabant vxores & cõcubinę:ergo Dauid nõ debuit celebra
re eius dedicationẽ:nec facere pſalmuꝫ de ipſa. Ideo Rabi
Salo.& Camhi dicunt,ꝙ Dauid fecit hunc pſalmũ pro de
dicatione tẽpli Salomõis,q̃ dicitur dom⁹ Dauid:eo ꝙ Da
uid pręcepit ipm̃ ædificari:& præparauit oia neceſſaria ad
eius ædificiũ:vt patet primo Paralipo.xxviij. Sed quia ma
teria huius pſalmi non correſpondet tali dedicationi:ideo
Hebræi cõfinxerunt ſibi talem fabulã:ſcilicet ꝙ qñ Salo-
mon cum proceſſione ſacerdotum,& leuitaruꝫ reponebat
arcã dñi in templo:poſt eius conſummationem in die de-
dicationis eiuſdẽ:cũ fuerũt ĩ tredecimo gradu tẽpli cũ arca:
tunc portę tẽpli miraculoſe clauſæ ſunt:ſed tunc cognoue-
rũt ſacerdotes ꝙ hoc factum fuerat pp̃ter peccatum ipſius
Dauid cõmiſſum contra Vriam:& ꝙ illud peccatum nõdũ
erat expiatum. Et dicũt Iudæi:ꝙ tunc ſacerdotes cantarũt
pſalmũ,cxxxj. Sed cum fuerunt in illo verſu.ſ. Propter Da
uid ſeruum tuum non auertas faciem Chriſti tui:tunc ſtatim
portę fuerunt apertę,& introducta fuit arca. Hoc ergo prę
uidens Dauid in ſpũ fecit hunc pſalmum pro illa dedicatio
ne:ĩ qua patuit qualiter peccatũ Dauid fuerat ſibi remiſſũ
per apertionem portarũ. Sed q̃ ſit mendax & irriſoria iſta
fabula,de ſe eſt manifeſtum. Nam illud peccatum Dauid
iam fuit ſibi remiſſum in vita ſua:vt magis patebit pſalmo.
xxxj. Item ſi tam grande miraculum tunc factum fuiſſet in
tali dedicatiõe:nõ tacuiſſet ſacra ſcriptura in.iij.Reg.nec.ij.
Paralipo.ſicut non tacuit miraculũ de nube & gloria dñi q̃
obumbrauit totum templum:vt memoratur ibidem. Et iõ
relictis eorum ineptijs & mẽdacijs:eſt dicendum ꝙ Dauid
in illa deſcriptione templi ſibi tradita:præuidit in ſimplici
ſpũ:qualiter illud templum materiale erat deſtruendum p
Chaldęos:ſed poſtea reędificanduꝫ per Zorobabel,& Ie
ſum filium Ioſedech ſacerdotem magnuꝫ. Et per iſtam de-
ſtructionem,& reędificationem templi materialis, præui-
dit in duplici ſpiritu diſſolutioneꝫ templi corporis Chriſti p
mortẽ & paſſionẽ, Et præuidit etiam reſurrectioneꝫ,eo ꝙ
pũidit qualiter illud tẽplũ materiale erat figura corporis
Chriſti quaſi per oia. Nã ipſa hũanitas Chriſti veriſſime &
ppijſſime dicitur tẽplũ dei eo ꝙ verbum diuinũ habitat in
ea per vniõnẽ pſonalẽ:vt ſæpius dictum eſt.de quo templo
dicit Chriſt⁹ Ioan.ij. Soluite tẽplũ hoc,& in triduo reędifi-
cabo illud, Et ſubdit euãgeliſta:Hoc aũt dicebat de tẽplo
corporis ſui. Præuidens ergo Dauid iſtã dedicationẽ & re-
ſurrectionem corporis Chriſti poſt ſui diſſolutionẽ:qd̃ qdeꝫ
corpus Chriſti vere dicit̃ tẽplũ dei per illud materiale figu-
ratũ,& quę reſurrectio vere dicta eſt dedicatio per illaꝫ de
dicationẽ tẽpli Salomonis figurata ideo fecit hunc pſalmũ
pro dedicatione domus Dauid ſpũalis:& vt cãtareť in illa
dedicatione tẽpli materialis,in figura huius dedicationis
ſpũalis & ęternę. Vnde templũ ſiue ecclia non dedicať nec
cõſecratur,vſquequo ſit perfecta & cõſummata,& vt am-
plius non ſeruiat vſibus prophanis:& hoc in ęternum, Et iõ
dedicatio tẽpli Salomonis nõ fuit propria nec vera ac ęter
na:quia poſtea fuit deſtructuꝫ & pfanatum. Sed dedicatio
corporis Chriſti facta in reſurrectione:fuit vera & æterna:
quia poſt conſummationẽ totius noſtrę redẽptionis fuit fa-
cta,& Chriſtus amplius iã non moritur:nec vltra mors illi
dominabitur. Et ſic eſt dicendum ꝙ pro hac dedicatione
Dauid principaliter fecit hunc pſalmum introducens Chri
ſtuꝫ loquẽtẽ. In quo duo facit Nam primo Chriſt⁹ agit gra
tias deo patri de ſua reſurrectione,& glorioſa dedicatione
ſui corporis poſt conſummationẽ noſtrę redemptionis. Se-
cundo explicat modũ ſuæ reſurrectionis.ibi:Ego autẽ dixi.
¶ Quantũ ad primũ dicit Chriſtus. O dñe pater ego ſemp
exaltabo te,& magnificabo,& miris laudibus efferam te

in eccleſia mea:eo quoniam ſuſcepiſti me de inferno:& ſepulcro me reſuſcitando:nec delectaſti.i.non delectari per miſiſti Iudæos inimicos meos ſuper me. Nam ipſi putabant me totaliter de terra deleuiſſe per mortē:ſed tu non impleſti deſyderium eorum:immo me ab inferis reſuſcitaſti:ideo manent confuſi & illuſi.

Domine deus meus clamaui ad te : & ſanaſti me.

℄Domie pater ego clamaui ad te in oratiōe facta in horto, & in cruce pro mea reſurrectione,& ſalute membrorū meorū ſed tu ſanaſti me reſuſcitādo:& membra mea ſaluādo.quod patet.Nam tu

Domine eduxiſti ab inferno animā meam:ſaluaſti me a deſcendentibus in lacum.

℄Scilicet inferni.quia licet deſcenderim ad inferos:tñ nō tanq̄ reus:ſed tanq̄ iudex & victor & triumphator.Et ideo recuperaui,& liberaui p̄dā ſanctorum patrū,& fidelium de longa captiuitate.Et ſic tu per me ſaluaſti animā meam.i. mēbrorū meorū a deſcendentib⁹ in lacū:immo introduxi eos in regnum cælorum in mea aſcenſione. Et ideo Chriſt⁹ cōuerſus ad ſocietatem ſanctorum patrum quos de limbo ducebat in cęlum in die aſcenſionis,dicit

Pſallite domino ſancti eius:& confitemini memorię ſanctitatis eius.

℄O vos ſancti patres, Adā,& Abel,& Abrahā,& cæteri q in libo diu me expectaſtis:pſallite & cātate dño laudes, & cōfitemini memorię ſanctitatis eius:qui hodie vos eduxit de ergaſtulo inferni,& ad patriam paradiſi cum tanta gloria introduxit.Et vos ſancti fideles noui teſta.celebrate feſtiuitates reſurrectionis & aſcenſionis &c. Et confitemini memorię ſanctitatis eius p̄dicantes bñficia recepta, & celebrate dies feſtos in memoriā beneficiorū eius.

Quoniam ira in indignatiōe eius:& vita in voluntate eius.

℄Ira fuit magna in indignatione ei⁹ qñ peccauit Adam: quia tunc fuit iratus deus contra totum genus hūanum:& omnes erant filij irę:& deus oēs ad dānationem,& perpetuam captiuitatem condemnauit:& a ſe illos abiecit:& ſic fuit nobis ira & mors in illa indignatiōe.Sed poſtea nūc fuit vita noſtra in voluntate ei⁹.i.benignitate:quia p̄ meā mortē & paſſionē oēs ſaluare voluit:& p meā reſurrectionem oēs reſuſcitauit,& oibus vitam reſtituit.quaſi dicat,q̄ per me fuit mitigata eius ira : & vita vobis reſtituta.quod patet.Nam

Ad veſperum demorabitur fletus:& ad matutinum lętitia.

℄In die veneris,& in die ſabbati ad veſperū demorabitur fletus:quia mater mea,& apl̄i oēs flebunt mortē meā.Sed ad matutinū.i.die dñica fuit eis magna lætitia,cū viderunt me reſurrexiſſe.Itē ad veſperū.i.ab Adā vſq; ad Chriſtum ſemp demorabatur fletus in mūdo ,ppter p̄ctm̄:ſed ad matutinū poſt reſurrectionē orta eſt mūdo magna lætitia:qa tunc fuit fractus infernus,& expoliat⁹:& cælū fuit oibus aptū & ſacramēta eccleſiaſtica data ad ſananda peccata.

Ego autem dixi in abundantia mea:non mouebor inęternum.

℄Hic declarat modum ſuę reſurrectionis,& dedicationis ſui corporis.Vę dicit.O pater bene debeo pſallere & lætari cū mēbris meis:immo dixi & dico in abundantia tantæ gloriæ & felicitatis:quia non mouebor iam inęternū poſtq̄ ſurrexi:iam non moriar:nec mors vltra mihi dñabitur:qa corpus meum iam eſt ad gloriā dedicatū immortale & impaſſibile.Ideo hæc eſt vera dedicatio & æterna,multo perfectior,q̄ dedicatio tēpli Salomonis,qđ poſtea bis fuit deſtructum.Quia tu

Domine in volūtate tua:pręſtitiſti decori meo virtutem.

Auertiſti faciem tuam a me:& factus ſum conturbatus.

℄Dñe inquam p̄ſtitiſti virtutem decori,& gloriæ corporis mei cū oibus dotibus glorioſis.Nam primo auertiſti faciem & auxilium tuum a me:qñ me dereliquiſti in poteſtate iudęorū in illo triduo,& ſic factus ſum conturbatus ex timore mortis:vt dictū eſt pſalmo.xxj.Et ſic

Ad te domine clamabo:& ad deum meum deprecabor.

℄Ad te clamabo.i.clamaui per trinā orationem in horto: vt ille calix tranſiret &c.& ſic rogauit pro mea reſurrectione,& membrorum meorū.Nam

Quæ vtilitas in ſanguine meo:dum deſcendo in corruptionem?

Nunquid confitebitur tibi puluis:aut annunciabit veritatem tuam?

℄Quæ vtilitas fuiſſet mihi,& membris meis in ſanguine meo,ſi deſcendiſſem in corruptionem,& fuiſſem incineratus & non ſurrexiſſem:quaſi nulla fuiſſet vtilitas,nec fruct⁹ meę paſſionis.Nā puluis & corruptio.i.ſi fuiſſem incineratus & corruptus in ſepulcro:non potuiſſem annunciare veritatē miſſionis meę:nec fuiſſem creditus redēptor nec Meſſias.Ipſa ergo reſurrectio verificauit omnia opera redemptionis:& me oſtendit verum Meſſiam,& verum redemptorem,& verum deum. Ergo

Audiuit dominus & miſertus eſt mei : dominus factus eſt adiutor meus.

℄Dñs pater audiuit me:& miſertus eſt mei : & factus eſt adiutor meus,cū me ad gloriam reſuſcitauit:vt poſſent mea mēbra reſurrectionē meā p̄ticipare:& vt eſſem primitię reſurrectionis oim.Vñ Chriſt⁹ cōuerſus ad patres dicit. O pī

Conuertiſti planctū meum in gaudium mihi: concidiſti ſaccum meum & circundediſti me lętitia.

Vt cantet tibi gloria mea : & non compungar: domine deus meus inęternum confitebor tibi.

℄Tu conuertiſti plāctum meū.& omniū membrorum in gaudium mihi per meam reſurrectionē. Nā primo cōcidiſti.i. concidi,& vulnerari permiſiſti ſaccum.i.corpus meum per paſſionem.Sed poſtea circūdediſti me lætitia:quia corpus glorioſum mihi reddiſti,& immortale per reſurrectionem: quia non amplius cōpungar:nec vulnerabor,nec patiar.Iō ratio eſt,vt cantet tibi gloria mea,& cōfitebor tibi inęternum O dñe deus meus in eccleſia mea pro tantis beneficijs receptis. ℄Et appellat Chriſtus corpus ſuum ſaccum:eo &
q̄ in eo portauit pretium noſtrę redemptionis.Vnde Aug. ſup pſalmo.xxj.Ecce Chriſt⁹ paſſus eſt.ecce mercator oſtēdit merces.ecce p̄tium quod dedit ecce ſanguis qui effuſus eſt in ſacco ferebat p̄tiū:pcuſſus eſt lācea:ſciſſus eſt ſaccus, & manauit p̄tium orbis terrarum.Ex prędictis patet hunc pſalmum eſſe factum pro dedicatione,& reſurrectione corporis Chriſti prophetice.Sed moraliter vnuſquiſq; peccator per miſericordiam ſuſcitatus,& renouatus poteſt dicere hunc pſalmum poſt actam poenitentiam. ℄Ex toto iſto A
pſalmo poſſunt recolligi ſeptem concluſiones. Quarum prima eſt:q̄ reſurrectio Chriſti quæ prophetice prędicitur

in hoc pſalmo fuit vera dedicatio corporis eius glorioſi figurāta per dedicationem domus Dauid.ſ.templi Salomonis:prout annotatur in titulo huius pſalmi.

ℭ Scda cōcluſio,ꝙ per Chriſti reſurrectionē fuerūt ſanati oēs lāguores,& infirmitates corporales ipſius corporis myſtici.quia inde expectamus futuram reſurrectionem.

ℭ Tertia cōcluſio,ꝙ per reſurrectionē Chriſti fuit mitigata ira dei,& placata eius voluntas.

ℭ Quarta cōclō,ꝙ reſurrectio Chriſti fuit lętitia,& gaudium maxīe virginis Marię,& oīm fideliū tā viuorū ꝗ̄ mortuorū.Quia fideles liberati ſunt de limbo,& virgo Maria & apoſtoli,& diſcipuli cum mulieribus,qui per totū triduū fleuerunt,lętati ſunt in matutino diei dñicę audita & viſa Chriſti reſurrectione.Et ſicut fuit ad veſperū fletus:ita fuit ad matutinum laetitia.

ℭ Quinta cōcluſio,ꝙ reſurrectio Chriſti fuit perfectio & cōſūmatio totius nrę redēptionis:p quā oēs recuperauimus imortalitatē.Et fuit etiā reſurrectio Chriſti pfectio & verificatio oīū ſcripturarū legis & ꝓphetarū.Quia ſi Chriſtus non ſurrexiſſet,effuſio ſanguinis,& paſſio eius fuiſſet inutilis:& ſcriptura ſimul cum fide fuiſſet inanis & falſa.

ℭ Sexta cōclō,ꝙ Chriſtus per ſuā mortē & paſſionē meruit ſibi,& nobis reſurrectionē,& claritatē,& gl'iam corpis & animę,impaſſibilitatē,& felicitatem.

ℭ Septia concluſio,ꝙ corpus & hūanitas Chriſti fuit ſacc⁹ theſaurorū ſpūaliū,& meritorū,ferens p̄ciū totius noſtrę redēptiōis.ex quo afflicto & flagellato,& clauis pforato:& lancea percuſſo:emanauit:& fluxit p̄ciū orbis terrarū & vitę ſacramentorū:quo p̄cio non ſolū fuimus a morte eterna liberati:ſed etiā fuimus beatas māſiones in caelo adepti.

B ℭ Sed cōtra aliqua p̄dicta in hac expoſitione arguitur.Et prio cōtra expoſitionē tituli hui⁹ pſalmi:& cōtra primā cōcluſionē,in qua dr̄,ꝙ reſurrectio Chriſti fuit dedicatio corporis ei⁹,figurata p dedicationē tēpli Salomōis ſiue dom⁹ Dauid.Nam talis dedicatio corporis Chriſti potius videt̄ impleta & verificata in Chriſti incarnatiōe,ꝗ̄ i ei⁹ reſurrectione,quia tunc.ſ.in incarnatione,illa hūanitas Chriſti fuit dedicata:tanꝗ̄ verū templū verbi dei ꝑpetuū:qa qd ſemel aſſumpſit nunꝗ̄ dimiſit. Ex quo patet,ꝙ dedicatio corpis Chriſti,& eius conſtructio:magis fuit facta in incarnatiōe,ꝗ̄ in eius reſurrectione.Et illa dedicatio templi Salomonis magis figurabat myſterium incarnationis,ꝗ̄ reſurrectionis Chriſti:& per conſequens titulus & expoſitio hui⁹ pſal.nō eſt ad ꝓpoſitū dedicatiōis dom⁹ Dauid & tēpli Salomōis. Ad hoc r̄ndet̄,ꝙ tria cōſiderabant̄ in illo tēplo Salomōis: Prio ei⁹ cōſtructio & dedicatio p̄cepta p Dauid,& facta p Salomonē.Scdo cōſiderat̄ ei⁹ deſtructio fctā p Nabuchodonozor,& Chaldęos.Tertio eius reędificatio & renouatio: facta per Neemiam:& Ieſum ſacerdotē magnū,& aggeū,& Zachariā:vt patet in eorū ſcriptis.Pria ergo cōſtructio,& dedicatio templi facta per Salomonem fuit directa figura myſterij icarnatiōis,& formatiō is corporis Chriſti in vtero virginali:quia tunc tota illa hūanitas fuit facta & dedicata tanꝗ̄ verū & ęternū tēplū dei,in quo habita pſonaliter verbū diuinū.Sȝ deſtructio tēpli Salomonis facta p Chaldęos fuit figura mortis & paſſionis Chriſti,& diſſolutionis corpis ei⁹ ab aīa.Et ideo eccl'ia in toto triduo paſſiōis Chriſti cātat lamētationes Hieremię ꝓphetę factas de deſtructiōe tēpli & ciuitatis,inquātū illa deſtructio & diruptio tēpli fuit figura diſſolutiōis corpis Chriſti,& ſeparatiōis corporis ei⁹ ab aīa.Reędificatio aūt tēpli,& reſtauratio facta per Neemiā,& Eſdrā,& Ieſuȝ ſacerdotē,& dedicatio ſcdę domus fuit vera figura reſurrectionis Chriſti,& gl'ificationis eiuſdem:de qua diſſolutione corporis,& reſurrectiōe dixit Chriſtus iudęis.Ioan.ij.Soluite tēplū hoc,& in trib⁹ diebus reędificabo illd̄. Ex qb⁹ ptȝ,ꝙ Dauid nō indebite:īmo decēter,& accōmodate ꝓphetice p̄dicit in hoc pſalmo reſurrectionē xp̄i p figurā dedicatiōis,& reſtauratiōis dom⁹ Dauid.Et p hoc ptȝ veritas tituli hui⁹ pſal.& ei⁹ expoſitionis.

ℭ Sed ſcdo dubitat̄ circa ſextā cōcluſionē:vbi dr̄,ꝙ Chriſtus p ſuā mortē & paſſionē meruit ſuā,& noſtrā reſurrectionē.Nā cū Chriſt⁹ ſit de⁹ & hō & caput eccl'ę:iā a principio habuit plenitudinē meritorū,ſicut dictuȝ eſt pſal.xv.ergo aū paſſionē iā merebat̄ ſuā reſurrectionē.Itē Chriſtus quia ſolus inter mortuos liber,& nō obligat⁹ in Adā,nō ſolum nō merebat̄ mori:ſed etiā merebat̄ nō mori:imo viuere in aeternū:ergo nō oportebat ipȝ mori:vt reſurgeret,& mereret̄ reſurrectionē ꝓ ſe.Itē ſicut Chriſt⁹ habebat ptātē dimitēdi aiaȝ ſuā p mortē:& iterū ſumēdi eā p reſurrectionē vt ptȝ Ioā.x.ita habebat ptātē retinēdi eā inęternū abſqȝ morte:& ſic habebat ptātē viuēdi inęternū.Et p conſequēs nō oportebat ipȝ mori:vt mereret̄ reſurgere ſaltē ꝓ ſe.In oppoſitū aūt eſt Apl's ad Phili.ij.dicēs,ꝙ quia xp̄s ſemetipm exinaniuit fact⁹ obediēs patri vſqȝ ad mortē crucis:ꝓpter qd̄ exaltauit illū &c. ℭ Pro hui⁹ dubij declaratione,& ꝓpter C
ea ꝗ̄ dicta ſunt pſal.xv.& xvij.& xxj.eſt valde aduertendū,ꝙ pſona Chriſti quātū ad p̄ſens ſpectat:pōt tripliciter conſiderari.Vno modo inquātū ſuppoſitat̄ & pſonat̄ in verbo. Scdo inquātū eſt pſona hūana perfectiſſima in ſummo,& eſt filius virginis.Tertio inquantum eſt caput eccl'ię.Et ſic cōſiderat̄ in illa hūanitate,ſiue in illo hoie pſonato in verbo triplex gr̄a.ſ.prio gr̄a vnionis.Scdo gr̄a habitualis.Tertio gr̄a capitis.p primā Chriſt⁹ hō meret̄ dici de⁹ creator:& ꝙ ſibi cōicent̄ idiomata eorū ꝗ̄ ſunt dei effectiue.& ſic Chriſtus tanꝗ̄ ſuppoſitū diuinū & hūanū habebat poteſtatē deponendi,& reſumendi aiam,& retinēdi eā & non moriendi:& ſic nō oportebat ipȝ mori:vt reſurgeret.Scdo aūt mō & p ſcdaȝ gratiā Chriſt⁹ nō merebat̄ mori:quia erat ſolus inter mortuos liber:quia nō ex opere Adā cōcept⁹ nec nat⁹: ſed plenitudie oim gratiarū totalr̄ pfectus.Et ſic nullo mō merebat̄ mori:ſed ſi iniuſte occideret̄:merebat̄ reſurgere. Tertio vero mō,iquātū caput nō merebatur mori propter ſupradicta:ſȝ debuit mori,poſtꝗ̄ deſpōſauerat ſibi eccl'iaȝ,& factus fuerat eius aduocatus,& ꝓcreator,& pr̄,& dn̄s,& paſtor:quia his modis cauſam noſtrā fecerat ſuā,& ſic obligauerat ſe ad ſoluēdū ꝓ nobis:vt dictū eſt pſal.xviij.& xxj. Et iō quia Chriſtus nō aſſumpſit cām noſtrā ex neceſſitate: ſed ex charitate:inde eſt ꝙ licet de ſe nō merebat̄ mori:tn̄ meruit formalr̄ ſuā gl'ioſaȝ reſurrectionē:vt effectiue poſſet eā ſuis membris cōmunicare.Et iō dicit Magr̄.iij.ſent.diſt. xviij.ꝙ Chriſt⁹ p ſuā paſſionē meruit ſibi,& nobis reſurrectionē,& claritatē.Et hoc ꝓbat ex auctoritatibus Aug.& Ambro.Vtrū aūt gr̄a vnionis,& gr̄a habitualis,& gr̄a capitis ſit vna gr̄a realr̄,an plures:nō eſt ad p̄ns diſputādū:ſed ſufficit,ꝙ ſint tres modi diſtincti.Sȝ hoc eſt certū ꝙ Chriſt⁹ p hūc triplicē modū gr̄ę,a prio inſtāti ſuę cōceptiōis fuit fact⁹ caput eccl'ię,& habuit plenitudinē meritorū:vt mereret̄ pro ſe,& pro nobis.ſ.vt ſua merita oibus poſſet cōicare. Et ilico habuit firmū ꝓpoſitū patiendi pro nobis,& ilico incepit opa nrę redēptionis:& incepit opari tanꝗ̄ caput eccl'ię. Nā ſtatim mouit virginē matrē:vt aſcēderet in iudęā ad ſalutandū Elizabeth:& ibi ſctificauit Ioannē baptiſtā,& elegit eū in p̄curſorē.Et ſic etiā Chriſt⁹ in vtero virginis iā cōtinue orabat ad patrē ꝓ eccl'ia ſua abſqȝ intermiſſiōe:qa ſēp erat in actu,& in officio nrę redēptiōis.Et ſic totū op⁹ nrae redēptiōis fuit vnic⁹ act⁹ & cōtinuus:& non interpolat⁹,reſpectu Chriſti ratione firmi ꝓpoſiti,& cōtinuę operatiōis. Sed opa redēptiōis dicunt̄ diſtincta effectiue.ſiue ſubiectiue reſpectu noſtri,inquātū nō ſtati fuit crucifixus i effectu: nec eduxit p̄res de limbo:nec aſcēdit in cęlū:nec miſit ſp̄m ſctm̄ in diſcipulos &c.vn̄ talis ſucceſſio dr̄ facta in effectu & reſpectu noſtri:ſed in affectu vnicus fuit act⁹ reſpectu Chriſti:ſicut poſitū fuit exemplū de ſole,pſal.xv.Nam ſol totaȝ plenitudinē ſui luminis,& virtutis habet in aurora,& i ortu

ſuo in ſe ſimul: ſed totū hemiſphęriū nō ſimul recipit totū lumē, & virtutē, & calorē ſolis: ſed ſucceſſiue terra recipit incremētū luminis, & virtutis ſolis per eius acceſſū. Et ſic illa illūiatio vnicus actus eſt reſpectu ſolis: ſed variaſ reſpectu noſtri. Ita ergo pariter eſt dicendū de Chriſto: quia a principio ſuę cōceptionis habuit totā ſuā plenitudinē ſciētię, & ſapientię, & gratię, & meritorū: & fuit factus caput eccliæ & principiū, & meritū, & menſura oim gratificādorū: & fons oim gratiarū, & donoꝝ, & meritorū. Et ilico incepit opera noſtrę redēptionis: & cū firmo propoſito, & affectu ſine interpolatione continuauit ſuū officium. E ſic patet qualiter Chriſtus ſemper fuit nō ſolū in actu primo: ſed etiā in actu ſecūdo operando noſtrā redemptioneꝫ. Et patet etiam ꝙ Chriſt⁹ nō ꝓfecit in gr͞a, nec ſcientia quo ad ſe: ſed quo ad nos. i. ꝙ gr͞a, & ſcientia, & ſapiētia, & plenitudo meritoruꝫ non creuit quo ad ſe: ſed quo ad nos. Et iſto modo dicitur luc. ij. ꝙ Chriſtus ꝓficiebat, & creſcebat ſapientia & gratia ſimul cū ętate apud deū & hoīes. ſ. apud hoīes eos docēdo, & illuminando, & iuſtificando, & apud deū pctōres ſibi recōſiliando. Et tale incremētū & profect⁹ ſapiētię, & gratię erat tm̄ reſpectu noſtri: quia plenitudo huiuſmodi a principio fuit in Chriſto. Et ſic ergo cōcluditur, ꝙ Chriſt⁹ ratione puritatis, & innocētię, & ratione plenitudinis gratię, & meritoꝝ a pricipio añ paſſionē meruit ſuā claritatē, & reſurrectionē: vt videnſ innuere Aug. & Ambroſius. Iteꝫ rōne firmi ꝓpoſiti patiendi, & rōne vnici act⁹ cōtinui nr͞e redēptionis: iam Chriſt⁹ affectiue meruit ſuā & nr͞aꝫ reſurrectioneꝫ: ſed effectiue, & quo ad nos diciſ ꝙ Chriſt⁹ per ſuā paſſionē meruit ſuā & noſtrā reſurrectionem. Et iſto modo Chriſt⁹ poſt ſuam reſurrectioneꝫ dixit Mat. vlti. Data eſt mihi poteſtas in cęlo & in terra &c. non ꝙ non eſſet tradita talis poteſtas a principio: ſed quia p mortē & reſurrectionē tota nr͞a redēptio fuit in nobis cōſummata, & poſt reſurrectionē in cęlo, & in terra, & in inferno ptās Chriſti fuit manifeſtata. itē Chriſtus rōne ſupradicti vnici, & cōtinui actus & firmi ꝓpoſiti patiendi nō ſolū meruit noſtrā ſalutē añ paſſionē, & in morte: ſed etiā poſt mortē: qn̄ fuit lancea in latere ꝑcuſſus: vn̄ exiuit ſanguis & aqua in remiſſioneꝫ pctōrū: & vnde emanauit virtus oim ſacramentoruꝫ: quia alias illud vuln⁹ nō fuiſſet meritoriū ſibi & nobis. Itē etiā dr̄, ꝙ ratiōe talis firmi propoſiti, & affectus martyres non ſolū merebātur in vita, & in tormentis: ſed etiā merebanſ in oibus quę fiebant poſt mortē erga eorū corpora in vituperiū eorū puta qn̄ corpora eorū cremabanſ: ac tradebanſ beſtijs deuoranda: & proijciebanſ ad loca immūda &c. Et p hæc patet reſponſio ad dubium ſupradictum.

In te dōmine ſperaui: non confundar in ęternum: in iuſtitia tua libera me.

¶ Titulus, In finē, ſiue ad victoriā pſalm⁹ Dauid. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hūc pſalmū dirigens nos in Chriſtū, qui eſt finis legis. Sed de materia hui⁹ pſalmi eſt diſceptatio apud expoſitores Hebræorū. Nā quidā dicūt ꝙ Dauid ꝓuidēs i ſpū captiuitatē Babylonicā & liberationē: fecit hunc pſalmū in pſona totius ppl̄i liberati. Alij aūt dicunt ꝙ Dauid fecit hūc pſalmū in perſona totius iſrl̄ liberati de ſeruitute Philiſtinorū per Dauid. Rabi aūt Salomon dicit: ꝙ Dauid exiſtens in perſecutione Saulis fecit hunc pſalmū gratias agendo. eo ꝙ deus liberauerat ipſum de multis periculis in illa longa perſecutione. Sed ſępius dictū eſt, ꝙ nulla fides eſt adhibēda iſti cęco obſtiato: q ſemp conatus eſt ꝑuertere ſacrā ſcripturā, & retrahere a vero ſenſu ſpūali. Nā Dauid non fuit minus ꝓpheta in hoc pſalmo, nec minus inſpiratus, q̄ in cæteris: maxie cum ipſemet Ra. Sa. dicat ſuper Za. ꝙ prophetę non ſunt locuti, niſi ad tpa Meſſię. Et ideo eſt dicendū ſicut ſępius dictū eſt: ꝙ Dauid in ſuis pſecutiōibus ꝓuidit in ſpū totū diſcurſum eccleſiæ ab Adā vſqꝫ ad Chriſtū: & exinde vſqꝫ ad iudiciū, quę quidem eccl͞ia diciſ vna, & vnū corpus myſticū ꝓpter vnā fidem, & ſpē vnius Chriſti mediatoris. Nā eadē fides & ſpes eſſentialis Chriſti q̄ ſaluauit antiquos: ſaluat & nos. ſolū eſt differentia accidētalis: vt dictū eſt i ꝓlogo. Nā illi expectabāt Chriſtū redemptorē. Sed nos iā redēpti expectam⁹ ipꝫ glorificatorē. Et fides noſtra includit fidē & ſpē antiquorū: quia q̄d illi credebant futurum: nos credimus ꝑteritū: & quem ipſi expectabāt redemptorē: nos expectamus glorificatorem.

¶ Ex quo patet, ꝙ ſpes eſt habitus infuſus, quo bona ſpiritualia Chriſti expectanſ. ſ. redemptio ſiue ſaluatio & glorificatio. quę quidē diffinitio cōuenit ſpei in cōmuni. Nā p eādē ſpē, qua nos ſperam⁹ Chriſtuꝫ glorificatorē, expectabāt ipſi redēptorē: in cui⁹ virtute ipſi ꝑuenerūt ad Chriſtū; & dirigebantur ad ipm, & in ea ſaluati ſunt. Hoc ergo ꝓuidens Dauid in ſpū p ſuas pſecutiōes: fecit hūc pſalmū hanc ſpē cōmendās: in quo introducit Adā loquentē cū tota ſua poſteritate fideliū, & expectantiū Chriſtū. qui quidē Adā, vt ſic, dicitur corpus myſticū Chriſti, & vna eccleſia, q̄ p verā fidem, & ſpem dirigebatur in Chriſtuꝫ. Et ideo in titulo ꝑponitur, In fineꝫ pſalmus Dauid. Sed quia Dauid in hoc pſalmo oſtendit ꝙ ipſe Adā myſticus ſiue ppl̄s dei propter ſpem, & fidem, paſſus eſt multas pſecutiones cū magna patientia: & tn̄ nunq̄ amiſit ſpē: immo fuit liberat⁹ a Chriſto finaliter per talē ſpē: Sed ſpes cōſiſtit i quadā extaſi: eo ꝙ ſpes retrahit hoiem a terrenis, & conſtituit eū in deſyderio cęleſtiū, & in tali extaſi conſtitutus tollerat oia mala ꝓpter deū: Ideo in aliquibus biblijs apponitur huic titulo pro extaſi. ſ. in finē pſalmus Dauid pro extaſi. ſ. ſpei. Quinqꝫ ergo facit in hoc pſalmo. Nā primo iſte hō myſtic⁹ petit redimi de captiuitate peccati: & a poenalitatibus intrinſecis eiuſdē p aduētū Chriſti. Scd̄o petit liberari a perſecutiōib⁹ infidelium tyrannorum & hereticorum. Tertio prædicit punitionem perſecutorum eccleſię. Quarto prædicit præmium bonorum in Chriſtum ſperantium. Quinto exhortatur fideles ad fidem & ſpem Chriſti, & patientiam in aduerſis propter Chriſtum. Secundū ibi: Miſerere mei domine. Tertiū ibi: Erubeſcant impij. Quartum ibi: q̄ magna multitudo. Quintum ibi: Diligite dominum. D

¶ Quantū ergo ad primū Adā cū tota ſua poſteritate fidelium laſſus, & confractus longa captiuitate ſub diabolo, infectus pctō in anima, & fomite concupiſcentię in carne: deſyderans accelerari aduentū Chriſti, per quem ſperat, & intendit ſaluari & liberari: apoſtraphat ad Chriſtū dicens. O dñe Ieſu chriſte, i te ſperaui poſtq̄ fui eiectus a paradiſo peregrinando p hunc mūdū: fac ergo vt venias: & non confundar in ęternū. & ne ſpes mea ſit fruſtra: ideo in iuſtitia tua libera me a culpa animę, & a fomite & concupiſcētia carnis, & a lege peccati. Et libera me in tua iuſtitia, & nō in mea: quia in me nulla eſt iuſtitia, ſed ſolum peccatum. Et ideo non poſſum liberari: niſi per tuam iuſtitiam & mortem, & paſſionem, per quam ſpero iuſtificari. Ideo

Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me.

¶ Inclina ad me aurem tuam: quia per magna tempora clamaui ad te: ideo accelera aduentum tuum: vt eruas me de manu diaboli, & a ſpirituali captiuitate & miſeria.

¶ Et nota ꝙ iſta vox corporis myſtici: nō ſolū dirigitur ad E filiū: ſed etiā ad patrē. Nā ſicut filius incarnatus dicitur facies patris, per quam nobis notificatus eſt, & ligua patris, per quam nobis locutus eſt: ita etiam dicitur auris pr͞is, per quam pater nos audit, & noſtras petitiones, & preces acceptat. Ideo ait: Inclina ad me aurē tuā. i. mitte filiū incarnatū, & accelera: vt eruas me a peccato per paſſionem ei⁹ Itē lingua Chriſti & auris eſt hūanitas, p quā verbū nobis loquebaſ, & nos audit. Et ſic iſta vox indifferēter ꝑt dirigi

ad patrem vel ad filiũ. Nam pater liberauit nos per filium incarnatum: & filius liberauit nos per carnem in qua paſſꝰ eſt. Vnde ſubdit,

Eſto mihi in deum protectorem & in domum refugii: vt ſaluum me facias.

❡ Eſto mihi in deũ protectorẽ. i. cum veneris non te recipiã vt purũ hoiem: ſed eris mihi in deũ ꝓtectorem: & ſic cõfitebor te deũ & hoiem. Et eſto mihi cum veneris in domũ refugij: quia in te ponam totã ſpẽ meã: vt ſaluũ me facias per mortem & paſſionem.

Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me & nutries me.

❡ Tu ſolus es fortitudo mea, & rufugiũ meũ es tu: quia nõ es alius ſufficiens ad ſaluandum niſi tu: quia deus & homo libet ſolus a peccato: qm̃ tu vocaris Ieſus qđ eſt nomen ſalutis. Et ideo propter nomen tuum deduces me a peccato per paſſionem, & enutries me per eccleſiaſtica ſacramenta: quia non eſt aliud nomen ſub cælo in quo nos oporteat ſaluos fieri. Et ideo per tuam paſſionem educes me de laqueo dęmonum venantium, quē parauerunt mihi in paradiſo: quando comedi de ligno vetito. q quidem laqueus illaqueauit omnes filios meos. Et ideo

Educes me de laqueo quem abſconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

❡ Tu educes me de laqueo venantiũ qđ eſt peccatũ originale: & ex conſequenti actuale: quem laqueuꝫ abſconderunt mihi. Vnde fomes cõcupiſcentię dicitur laqueus abſcõſus in carne ſiue latens in membris. Et hoc facies: qm̃ tu ſolus es protector meus: ideoqꝫ

In manus tuas commendo ſpiritum meum: redemiſti me domine deus veritatis.

❡ In manus tuas cõmendo ſpiritum meum & aiam meã: quia tu non eris ſaluator tpalis tm̃ ſicut ſperant iudæi obſtinati: ſed ſaluator animę a peccato. ideo In manus tuas cõmendo ſpiritum meum. quia tu deus veritatis redemiſti. i. redimes me a peccato per paſſioneꝫ. Nam ideo poteris me redimere: quia es verus deus & homo: ideoqꝫ tanq̃ deus veritatis. i. tanq̃ verus deus redimes me. Vnde eſt aduertẽdũ: ꝙ hæc eadem verba: quæ dicit corpus myſticuꝫ ad Chriſtũ per os Dauid, eadem verba dixit Chriſtus ad patreꝫ in cruce in perſona totius corporis myſtici pro quo patiebatur. Nam ſicut Chriſtus patiebatur ꝓ omnibus fidelibꝰ: ita in cruce commendauit patri animas oim fidelium mẽbroruꝫ ſuorum: ſicut pro eis ꝓrauerat ante, in menſa & in horto. & hoc declarauit Chriſtꝰ cũ dixit: Redemiſti me domine deꝰ veritatis. Manifeſtum eſt enim ꝙ Chriſtus non fuit redemptus in perſona ſui: quia non indigebat redemptione quia oino fuit ſine pc̃tõ: ſed ipſe vt caput & mediator cõmendat nr̃as aias patri: ſed in pſona ſui corpori myſtici ſiue mẽbrorũ dicit: Redemiſti me & mẽbra mea in me, o deus veritatis. Vnde pater dicitur nos redemiſſe per filium ſuuꝫ: inquãtum paſſionem Chriſti acceptauit in pretiuꝫ: vt dictum eſt pſalmo. xvij. Vnde ſubit.

Odiſti obſeruantes vanitates: ſuperuacue.

❡ Odiſti. fideles obſeruantes vanitates. i. vana auguria & obſeruantes ſuperuacue. i. fruſtra menſes & annos: quia ſupuacue, & fruſtra obſeruant.

Ego autem in domino ſperaui: exultabo & lętabor in miſericordia tua.

❡ Quaſi dicat: ego non pono ſpem meã in rebꝰ mũdanis, nec recurro ad ſigna & cõſtellationes: nec ad ſortilegia nec ſupſtitiones: quia ſcio ꝙ odiſti obſeruantes iſtas vanitates ſupuacue & fruſtra: ſed ego commendo ſpm̃ meũ in manus tuas: quia tu me redemiſti tanq̃ verus deꝰ: & ideo in te tanq̃ dño ſperaui: & ſpẽ meã poſui: & ideo exultabo & lætabor in miſericordia tua, per queꝫ liberabis me a captiuitate: & ſic ſpes mea nõ erit vana nec ſuperuacua, ſicut ſpes gẽtiliũ obſeruantium conſtellatiões & ſortilegia vana &c. Et quare lætabor in miſericordia tua?

Quoniam reſpexiſti humilitatem meam: ſaluaſti de neceſſitatibus aiam meam.

❡ Reſpexiſti hũilitatem meã: quia cũ humilitate ad te cõfugi. Et ideo ſaluaſti de neceſſitatibus aiam meã. ſ. a pœna q̃ neceſſario ſequitur culpã: & a culpa q̃ neceſſario ſequitur ex fomite & cõcupiſcentia quæ dicit̃ lex membrorum: quæ quaſi neceſſitat, & cogit alliciendo hoiem ad peccatũ. Iſta enim dicuntur neceſſaria, quia ſunt cõnexa & alligata. Naꝫ ex peccato primorũ parẽtũ ineſt nobis fomes, & corruptio naturę in carne, ex cuius contactu aia maculat̃ peccato originali, & ex eius cõſenſu cauſatur pc̃m̃ actuale, & mortale in voluntate: ex quo ſequitur reatus, & pœna ſenſus. Et iõ iſta dicũtur neceſſitates quędã in nobis: a quibus nos Chriſtus liberauit per ſuam paſſionẽ, & ſacramenta eccleſiaſtica. Nam liberat nos a peccato: vt non ſit nec imputetur: & liberat nos a fomite: non vt nõ ſit: ſed vt non imputetur: vt inquit Augu. Et ideo ſequitur:

Nec concluſiſti me in manibus inimici; ſtatuiſti in loco ſpacioſo pedes meos.

❡ Nõ concluſiſti me in manibus inimicoꝝ: in quibus incluſus & captiuus erã: immo me abſtraxiſti in virtute paſſionis & ſacramẽtorum. ❡ Et ſtatuiſti pedes meos in loco ſpacioſo, id eſt in eccleſia me collocaſti, q̃ dicitur locus ſpatioſus. Primo ꝓpter libertateꝫ: quia liberata ab importabili iugo legis veteris. Secundo quia habet multa remedia & facilia ad delendũ peccatum, ad quę quilibet põt faciliter recurrere & ſanari. Ideo nullus habet excuſationẽ: quia deus nõ ſolum damnat hoiem: quia peccauit: ſed quia currere ad medicuꝫ recuſauit. Tertio dicitur eccleſia locus ſpatioſus: quia non in ſola Hieruſalẽ terra Palæſtinę arctatur & aſtringit̃: ſed a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum dilatatur. Exultat ergo iſte bonus homo. quia peramplius, & perfectius, & abundãtiꝰ, & multiplicius & liberatus: non ſoluꝫ ab infirmitatibus carnis, ſed etiam animę, & non tẽporaliter, ſed æternaliter: & nõ ſolũ a viſibilibus: ſed etiã inuiſibilibꝰ. Totus iſte textus põt eſſe etiã vox Chriſti cõquerentis apud patrẽ de ſua perſecutione, & ſupplicantis pro ſua liberatione & reſurrectione: & in perſona mẽbrorum: vt ſæpius dictũ eſt.

Miſerere mei domine quoniam tribulor: conturbatus eſt in ira oculus meus: anima mea & venter meus.

❡ In hac ſecũda parte petit liberari a paſſionibus, & afflictionibus extrinſecis. Vnde eſt aduertẽdũ: ꝙ Adã multiplicẽ pœnã incurrit ꝓpter primũ pc̃m̃ & inobedientiam. Nã prio incidit in pœnas intrinſecas & infirmitates tam corpis q̃ aię de quibus dictũ eſt. Scđo in pœnas exteriores & miſerias: cuiuſmodi ſunt paupertas bonorũ tẽporaliũ, & odiũ, & ira inimicoꝝ. Nã ſicut miſerię, & neceſſitates interiores infeſtant hoiem ab intra: ita paupertas, & inimici, & iniqui infeſtãt & affligunt hoiem ad extra. Et ideo poſtq̃ in prima parte petijt Adã myſticus liberari a malis, & neceſſitatibꝰ intrinſecis p decẽ verſus: in hac ſcđa pte petit liberari ab extrinſecis p alios decẽ verſus. Nã eccłia & hõ myſticus ſemp paſſus eſt ab Adã vſqꝫ ad Chriſtũ perſecutiões, & maiores paſſa eſt poſt Chriſtũ a iudæis & tyrãnis & hæreticis, & patietur vſqꝫ ad iudiciũ: licet aliquantulum quieuit poſt Conſtantinũ. a qua pſecutione fuit liberata eccłia per Chriſtũ

qui Conſtantinuꝫ & reges terrę illuminauit. Hoc ergo ꝑuidēs Dauid dicit in pſona ecclīe. O ſponſe chriſte: qm̄ non ſolū tribulor interi⁹ a carne & pc̄tō: ſ; etiā exteri⁹ ab ifidelibus & hæreticis: nā in ira & ſententia data primis parentibus oculus meus. ſ. ratio conturbata eſt per ignorantiam, & aia. ſ. ſenſualitas turbata eſt, & vulnerata fomite cōcupiſcentię & cæteris paſſionibus: & vēter me⁹. i. caro cōturbata eſt multis infirmitatibus, & doloribus, & ægritudinibus q̄ oia eueniūt mihi ex illi⁹ primi iuſtiſſia cōdēnatione pc̄ti:

Quoniam defecit in dolore vita mea: & anni mei in gemitibus.

Infirmata eſt in paupertate virtus mea: & oſſa mea conturbata ſunt.

❡ Ex iſtis infirmitatibus corporalibus vita mea defecit in dolore, & deſtruitur & vicitur in me natura: & ſic ſequitur mors corporalis: & ſic anni mei, & totum ſpatiū vitę ſemp eſt in gemitibus pręe dolore, & non ſolum patior infirmitates corporales: ſed etiam paupertatem, & inopiam bonorum temporaliū: quibus vita humana ſuſtentatur. Ex qua paupertate cauſatur in me duplex defectus. naꝫ primo deficit virtus naturalis. naꝫ ſi homo non comedit moritur fame, & ſi non operitur veſtibus moritur frigore. & etiam deficit virtus moralis: quia non pōt vti liberalitate: nec ſubuenire indigēti: nec dare vbi, & qn̄, & quantū oportet. Itē ex pauptate & indigentia quis furatur bona alteri⁹: & ſic efficiť iniuſt⁹. Itē nō pōt ſoluere creditori: nec iplere promiſſū: & ſic efficiť mēdax. Vn̄ oia iſta mala euenerūt mihi ex illo peccato: nā ſi ego paruiſſeꝫ imperio, & ꝓcepto dei fuiſſem liber ab omnibus his miſeriis: & ſic fui punitus interius, & exterius, & cōtinue defecit in paupertate virtus mea. Iteꝫ totū hoc pōt eccl'ia referre ad tribulationes exteriores: & ad pſecutiōes tyrānoꝝ. Vn̄ dicit eccl'ia. O ſpōſe xp̄e miſerere mei, & libera me a pſecutionibus infideliū & tyrānoꝝ: qm̄ infeſtor & tribulor ab inimicis: nā oculi mei qui ſunt doctores, cōturbati ſunt ab hęreticis: & aia mea qui ſunt apoſtoli, cōturbati & afflicti ſunt a tyrānis: & vēter me⁹ qui ſūt oēs martyres, & totus cœtus fideliū, turbati ſūt ab infidelibus & paganis: & ſic tota vita mea, & diſcurſus annorum eſt in gemitibus: quia ſępe expugnauerunt me a iuuentute mea &c. Et ſic potētia mea tēporalis & virtus fuit infirmata & minorata: quia tyranni occuparunt bona chriſtianorū & chriſtiani fugientes ferocitatē tyrānoꝝ diſcurrebāt p mōtes, & latibula patiētes famē & inediā: & ſic oſſa mea, qui ſūt ꝑlati: qb⁹ eccl'ia, & cęteri fideles ſuſtētanť: cōturbati ſunt: intantū ꝙ Marcellinus papa ex timore adoleuit īcenſum idolis ex pſecutione Diocletiani. Et ideo ſubdit,

Sup inimicos meos factus ſum opprobriū vicinis meis valde: & timor notis meis.

❡ Factus ſum opprobrium vicinis meis ſuper inimicos: qa inimici mei me odio & opprobrio habebant, & factus ſum timor notis & amicis: nam qn̄ cęteri fideles videbant eccleſiam conculcari: ex timore deficiebant & idola adorabāt. Et ideo ſequitur.

Qui videbant me: foras fugerūt a me: obliuioni datus ſum tanq̄ mortuus a corde.

❡ Qui videbant me, foras fugerunt a me, & ſic ego datus ſum obliuioni. ſ. a memoria, & corde eorum, ſicut mortuus in paucis diebus eſt in obliuione. Et

Factus ſū tanq̄ vas ꝑditū: quoniā audiui vituperationē multorū cōmorātiū in circuitu.

❡ Factus ſuꝫ tanq̄ vas perditū & fractū. nā ſicut vas fractū non appretiať: imo proijciť foras: ita ego ſui ꝓiect⁹ ab eis & tradit⁹ obliuioni tanq̄ mortu⁹. nā ſicut hō mortu⁹ nō habet amicū: ita hō poſitus in pſecutiōe nō habet auxiliāteꝫ, quia deleť a memoria amicoꝝ. Et in hoc cognoui me eſſe abiectū & oblitū: qm̄ audiui vituperationē multoꝝ cōmorantiū, & exiſtētiū in circuitu meo: qa oēs vituperabant & cōdēnabāt me: qa oēs natiōes habebāt odio chriſtianos: intātū ꝙ null⁹ ſe audebat chriſtianū noiare: imo ifideles iponebāt chriſtianis multa mala & nefāda: dicētes eos magos &c. Vn̄ Iuſtin⁹ phūs cōuerſus ad fidē fecit apologiā ꝓ religiōe chriſtiana: defendēs eos a tali labe: & ideo infideles faciebāt cōſilia, & cōuēticula contra chriſtianos. Idō ait

In eo dum conuenirent ſimul aduerſum me: accipere animā meā conſiliati ſunt.

❡ Dū conuenirent ſimul aduerſum me, conſiliati ſunt accipere animam meam, & vitam meam perdere.

Ego autē in te ſperaui domine: dixi deus meus es tu: in manibus tuis ſortes meę.

❡ Ego ſemper in oibus his pſecutionibus ſperaui in te: & dixi: Deus meus es tu, & non alius, & nō cōfugi ad magos nec ſortilegos: ſed ad te. Et dixi. O dn̄e ſortes meę. i. ſpes mea & vota ſunt in te, & non in alio. Ideo

Eripe me de manu inimicorum meorum: & a perſequentibus me.

Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum: ſaluū me fac in miſericordia tua dn̄e: non confundar quoniam inuocaui te.

❡ Illuſtra ergo faciē tuā, & intelligentiā ſup ſeruū tuum: & ſaluū me fac in mia tua me liberādo: & nō cōfundar, poſtq̄ inuocaui te, & nō alium. ❡ Eſt aūt aduertendū, ꝙ tam prima pars: q̄ iſta ſecūda: pōt eſſe vox Chriſti, qui orat pro ſua liberatione tam in capite q̄ in mēbris. Nām Chriſtus prius paſſus eſt in ſe omnia iſta a iudęis: poſtea paſſus eſt in ſuis mēbris a tyrannis, & hęreticis, & infidelibus.

Erubeſcant impii & deducantur in infernum: muta fiant labia doloſa.

❡ Hic Chriſt⁹ caput, ſiue eccl'ia petit vltionē de crucifixoribus, & perſecutoribus ſuis, prophetādo eorū punitiones, & ꝑdicit triplicē pœnā perſecutorū Chriſti & ecclīę. Prima pœna fuit cōfuſio in terra: nā qn̄ iudęi viderunt Chriſtū reſurrexiſſe, & qn̄ gentiles perſecutores viderūt veritatē euāgelicā per miracula: & viderunt conſtantinū conuerſum ad fidē, & viderunt eccleſiam proſperari: vtriqꝫ fuerunt confuſi, & fruſtrati a deſyderio ſuo. Sc̄da pœna fuit perpetua cruciatio in inferno. Tertia obturatio loquęle quæ eſt confuſio exterius. Nā tā iudęi q̄ gentiles cū viderunt manifeſte p ſcripturas Chriſtū eſſe verum Meſſiam: tunc conuicti, facti ſunt muti. Vn̄ de prima pœna dicit Erubeſcāt impij, & ifideles. De ſecunda dicit. Deducantur in infernum in perpetuum cruciandi. De tertia dicit: Muta fiant labia eorū doloſa, & mēdoſa, & fraudulēta falſificantia ſacras ſcripturas, & imponentia falſa crimina Chriſto & membris ſuis.

Quę loquuntur aduerſus iuſtum iniquitatem in ſuperbia: & in abuſione.

❡ Quę qdē labia doloſa loquūť iniquitatē & falſa crimina aduerſū iuſtū. ſ. cōtra Chriſtū & ppl'm ſuū blaſphemādo, & in abuſione loquēdo &c. Et ideo tota iſta particula pōt eē vox Chriſti capitis petētis vltionē de iudęis pſecutorib⁹ ſuis: & de pſecutorib⁹ eccleſię, qui oēs erubuerūt, & cōfuſi ſunt cognita euangelica veritate, & ꝑterita eorū cęcitate.

Q̄ magna multitudo dulcedinis tuę domine: quā abſcondiſti timentibus te.

Perfeciſti eis qui ſperant in te: in conſpe-

ctu filiorum hominum.

¶ In hac pte p̄dicit p̄miū & retributionē bonoꝝ:q̄ paſſi ſunt ꝑ Chriſto. Dicit igiꝭ: O dn̄e q̄ magna eſt multitudo & ſufficientia dulcedinis, beatitudinis, & fruitionis tuę:quaꝫ abſcōdiſti.i.abſcōditā ſeruaſti ab ęterno timētib⁹ te. Nam ita ſūt nobis abſcōdita, & icōp̄hēſibilia: ꝙ nec ocul⁹ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs aſcēdit, q̄ p̄paraſti diligē tibus te. vn̄ hāc btitudineꝫ & p̄miū pfeciſti & p̄paraſti eis q ſperāt in te in cōſpectu hoim: quia in hac vita lucrati ſūt, & meruerūt ipſ p̄miō p bona opa q̄ fecerūt p pſecutiones, quas paſſi ſunt in cōſpectu filiorum hoim, & ante reges, & præſides propter iuſtitiam. Et ideo

Abſcondes eos in abſcondito faciei tuę:a conturbatione hominū.

¶ Abſcondes eos, & collocabis in abſcōdito faciei tuæ:qa ſemper videbūt faciem tuaꝫ, q̄ ab impijs eſt abſcondita: & ſeparabis eos a conturbatione, & perſecutione hoim: quia non erit amplius luctus neq̄ clamor: ſed

Proteges eos in tabernaculo tuo:a cōtradictione linguarum.

¶ Proteges eos in tabernaculo tuo cęleſti a contradictione linguarum malorum hominum, & ideo de tanta felicitate agit gratias: dicens,

Benedictus dominus quoniā mirificauit miſericordiā ſuam mihi in ciuitate munita.

cum intraueritis templum ad laudandū dominū facite vt ſitis puri & iuſti per pœnitētiam. Nā rectos decet collaudatio. i. decens eſt: vt recti laudēt deum. i. q laudatores dei ſint recti & puri & mundi & iuſti. nā non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Itē rectos decet collaudatio: id eſt decēs & iuſtum eſt vt illi qui ſunt iuſtificati & redempti per Chriſtum, laudent eum: aliter eſſent ingrati.

Confitemini dño in cithara: in pſalterio decē chordarū pſallite illi.

Cantate ei canticū nouū: bene pſallite ei in vociferatione.

¶ Hic tradit modū quō debem⁹ Chriſtū laudare: & quot & quibus conditionibus debemus Chriſtū laudare. Vnde quatuor dicit. Prio q debemus Chriſto cātare canticū nouū. Secundo q debemus cantare iſtud canticū cū cithara. Tertio cū pſalterio decē chordarū. Quarto cū vociferatione & conatu vocis. Et ita pcepit Dauid cātari hūc pſalmū in tabernaculo & in tēplo p leuitas: quæ oia ſignificabant

T magnū myſteriū. ¶ Nā per cāticū nouū intelligit lex euāgelica ſiue teſtamētum nouum: ad differētiam cantici veteris ipſius Moyſi: vt pꝫ Apoca. xv. Et ſic in toto libro pſalmorū p cāticū nouū itelligit teſtamētū nouū: & p pſalteriū decē chordarū itelligit lex decē pceptorū i lege euāgelica cōfirmatorū. Et etiā itelligit lex euangelica cōtinēs i ſe decem chordas. i. decē articulos ptinētes ad Chriſtū. Nā pria chorda huius pſalterij eſt verbi incarnatio. i. q Chriſtus eſt deus incarnat⁹. Scda chorda eſt Chriſti natiuitas de Maria virgine. Tertia chorda eſt baptiſm⁹ Chriſti. Quarta e⁹ pdicatio. Quinta miraculorū opatio. Sexta mors & paſſio. Septima reſurrectio. Octaua in cęlū aſcēſio. Nona ſpirit⁹ ſancti in apl̃os miſſio. Decima p pdicationē apl̃orū eccl̃iæ congregatio. Per citharā intelligit fides ſpes charitas. Nā cithara eſt vnū inſtrumētū triāgulare: ita pariter vnus eſt Chriſtus: ſed eſt colēdus triplici virtute. ſ. fide ſpe & charitate. Per vociferationē intelligitur q debemus Chriſtū cōfiteri & publicare publice corā hoibus: & eius laudes & bñficia iugiter memorare & exaltare & magnificare. Dicit ergo Dauid. O iuſti cōfitemini dño, eius laudes manifeſtādo: & cantate ei canticū nouū. ſ. prędicate legē nouā euangelicā. & hoc cū pſalterio decē chordarū. i. cōfitemi & prædicate in iſto nouo cantico. x. articulos Chriſti. ſ. incarnationē, natiuitatē, baptiſmū, pdicationē, miracula, paſſionē, reſurrectionē, aſcēſionē, ſpūs ſancti miſſionē, & eccl̃iæ cōgregationē. Quia hęc ſunt decē chordę huius pſalterij euāgelici. Et hoc eſt pſalteriū decē chordarū & cāticū nouū quod cantauit & pulſauit virgo Maria tympaniſtria noſtra cum magna exultatione ſpūs: cū dixit. Magnificat aia mea dominū &c. Nā hoc cāticū ſiue pſalteriū virginis cōtinet decē verſus: qui ſunt decē chordæ: in quibus decē Chordis cōtinetur totū teſtamētū & canticū nouū: & etiā totū teſtamētū vetus. Nā ibi annunciant oia promiſſa in veteri teſtamēto eſſe cōpleta in nouo. cū dicit. Suſcepit iſrael puerum ſuū: recordatus mię ſuę. Sicut locutus eſt ad patres noſtros &c. Vos ergo iuſti cantate canticū nouū legis euāgelicæ p totū circuitū anni: & in oib⁹ horis diurnis pariterq; nocturnis. ſed cātate ſpecialiter in veſpis quotidianis cāticū nouū ſiue pſalteriū decē chordarū virginis: in quo implicite cōtinetur vtrūq; teſtamētū. Itē cantate hoc canticū nouū cum cithara. i. cum fide ipſius chriſti & ſpe & charitate: quia aliter nō eſſet meritoria laus nec cōfeſſio. Itē bene pſallite ei in vociferatione cū publica pdicatione & manifeſta confeſſione corā hoibus. ſicut ipſe confeſſus eſt oēs in cruce: & p oibus mēbris ſuis paſſus eſt publice. Itē bene pſallite ei cū vociferatione in officijs canonicis eccl̃iæ. Et nota q antiqui cantabāt hūc pſal. cū vociferatione: vocādo Chriſtum ad redimendū. Nos autē cantamus iſtū pſalmū & omnes alios agēdo gratias pro redēptione facta: & vt Chriſtus veniat ad remittendū peccata noſtra & nos glorificandum.

¶ Iterū eſt aduertendū q triplex canticū memorat in ſa V
cra ſcriptura. Prio canticū vetus qd dicitur cāticum Moyſi. Apoca. xv. Secundo canticū nouū gratiæ quod dicit canticū euangelicū ſiue lex euangelica. Tertio canticū gloriæ & æternū. Primū canticū cantauerunt oēs patres veteris teſta. Secundum cantamus nos in hac eccleſia militanti. Tertiū cantant beati in eccleſia triūphanti. Primū cantabatur ſub proteſtatione & fide & ſpe Chriſti futuri: quem prænūciabat per vaticinia prophetarū: & pfigurabat per myſteria patriarcharū: & oia pcepta cærimonialia & legalia: & ideo antiqui cantabant cū cithara & pſalterio materiali & legali. Secundum canticum cantant fideles noui teſtamen. cū cithara ſpirituali. ſ. fide, ſpe, & charitate: & cum pſalterio ſpirituali. x. chordarū. ſ. cū confeſſione ſupradictorū articulorū: & cantant ipſum cum vociferatione: quia publice confitentur Chriſtū & hos decē articulos corā hoib⁹. Tertiū canticū cātant ſancti in cælo cū clara viſione & fruitione & felicitate, dicētes. Sanctus, ſanctus, ſanct⁹ &c. Apoca. iiij. Et hoc canticū dirigit toti trinitati: ſed ſcdm canticū. ſ. canticū nouū dirigitur ipſi Chriſto. de quo cantat pſalteriū. x. chordarū. i. decē articulorū: vt pꝫ Apoca. v. vbi dicitur q ſancti cantabāt canticū nouū dicētes. Dign⁹ es dñe accipere librum & aperire ſignacula eius &c. Vnde hoc eſt canticū nouū ad quod cantandū nos exhortatur propheta in hoc pſal. cū dicit, cantate ei canticum nouum &c.

Quia rectū eſt verbū domini: & omnia opera eius in fide.

¶ In ſcda parte reddit & aſſignat cauſam quare & de quibus tenemur ipſum laudare: & aſſignat tres cauſas. Primo quia Chriſtus eſt deus omnipotens: cū ſit verbum patris p quod facta ſunt omnia. Secundo quia iuſtus iudex. Tertio quia miſericors: & ſic eſt laudādus ratione ſummę potentiæ, & iuſtitiæ, & miſericordiæ: & ideo ſicut eſt rectus & iuſtus: ita debet a rectis & iuſtis laudari. Dicit ergo. bene dico q iuſtos & rectos decet laudare Chriſtū. Nā ipſe Chriſtus eſt rectum verbum domini per quem omnia fecit. ideo omnia opera eius ſunt facta in fide. i. ſunt naturaliter recta & perfecta: quia cuncta quæ fecerat erant valde bona. Secundo eſt laudandus: quia eſt iuſtus & miſericors. nam

Diligit miſericordiam & iudicium: miſericordia dñi plena eſt terra.

¶ Diligit inquit, miſericordiam & iudicium: & ideo miſericordia eius plena eſt terra. nam omnibus miſeretur: & plene & abundanter redemit genus humanū: quia pro omnibus effudit totum ſanguinē. Et notāter dicitur: quia rectum eſt verbū dñi. nam filius dicitur ars patris: ſed ars eſt recta ratio factibiliū: & iō verbū in quo ab æterno ſunt ideę ſiue exemplaria omnium creaturarum: dicitur rectum. Nam ſicut quodlibet artificiatum dicitur rectum inquantum aſſimilatur arti exiſtenti in intellectu practico artificis ita omnis creatura dicitur recta & perfecta ſcdm naturam & ſpeciem: inquantum aſſimulatur ideæ & rationi exiſtenti in verbo diuino: qd dicitur ars patris. Et notanter dicit etiam miſericordia domini plena eſt terra: quia ante aduentum Chriſti miſericordia dei ſolum erat in Iudęa.

Verbo domini cęli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorū.

¶ Hic pbat p ſingula: quę dixit. Nā prio pbat q Chriſt⁹ ſit rectum verbū dñi. Scdo q eſt iuſtus iudex. Tertio q eſt ſumme miſericors. ſecunda ibi. Dñs diſſipat conſilia. tertia ibi. Beata gens. Dicit ergo primo. probo q Chriſtus ſit verbū rectū dei patris: & p cōſequēs ſit de⁹ cōſubſtantialis pa

tri.Nam cæli firmati ſunt verbo dñi:quãdo deus dixit fi-
at firmamentũ &c.nam ſi deꝰ dixit,ergo per aliquod ver
bum ſibi coęternum locutus eſt & dixit:qđ quidẽ verbum
nõ poteſt eſſe niſi ſibi cõſubſtantiale:cũ in eo nõ ſit aliqđ
accidens tẽporale.Item ſicut cęli ſunt firmati & creati ver
bo dñi:ita omnis virtus eoꝝ.ſ.celorum eſt eis data & ema
nat a ſpiritu oris dei patris.ſ.a ſpiritu ſancto:& ſic omnia
ſunt creata verbo domini:& habẽt virtutem a ſpiritu oris
eius.ſ.a ſpiritu ſancto:& ſic tota trinitas concurrit ad crea
tiones rerum:quia opera trinitatis ſunt indiuiſa ad extra.
X ¶ Ad cuius intelligentiã eſt notandũ ſcdm Auguſt.ꝙ li-
cet tota trinitas ſit creatrix vt deus:& opera trinitatis ſint
indiuiſa in creatione rerũ:tamen modus eſt diſtinctꝰ.Naȝ
in hac creatione aliquo modo attribuitur auctoritas pa-
tri.nam pater qui ab ęterno dixit ſuũ verbum:& diligen
do filium & econuerſo ambo ſpirant ſpiritũ ſanctum:ille
idem pater ex tempore per ſuum verbũ ęternũ dixit oẽs
creaturas ad extra,quando dixit;fiat lux:& fiat firmamẽ
tum &c.& ſic per ſuum verbum fecit omnia.Ioan.primo.
Item pater & verbum qui ab æterno ſpirant ſpiritum ſan
ctum ab intra:ita poſtea ex tempore tanq̃ vnũ principiuȝ
per ſpiritum ſanctum ſpirant ad extra eſſe,exiſtere,& vir
tutem oĩbus creaturis ad operandũ.quod quidem eſſe
ſiue virtus dicitur vita in rebus ſiue viuere:quia viuere vi
uentibus eſt eſſe.& ideo ſubditur:Spiritus domini fereba
tur ſuper aquas,id eſt ſuper oĩa fluxibilia & mobilia crea
ta.Itaq; res oĩes createę vt aſſimilantur Ideis & exempla-
ribus exiſtentibus in libro:& vt dicunt per verbum:dicunt
habere eſſentiam & ſpeciẽ:ſed vt aſpiratur eis eſſe & virtꝰ
per ſpiritũ ſanctũ,dicũtur habere exiſtere & habere.virtu
tem & habere operationem.Et ſic omnia creata habent
in ſe veſtigium trinitatis.ſ.ſubſtantiam virtutem & opera-
tionem:ſiue numerum:pondus:& menſurã:ſiue ſpeciem
modum:& ordineȝ.Nec per hoc eſt dicẽdum ꝙ opera tri-
nitatis ſunt diuiſa:quia tota trinitas concurrit tanq̃ vnum
principium & vnus deus & vnus omnipotens.& hoc eſt de
intellectu Augu.xj.de ciui.dei.&.xij.confeſ.Et hoc eſt qđ
dicit hic Dauid.Verbo domini cæli firmati ſunt & ſpiritu
oris eius oĩs virtus eoꝝ.Nec per hoc intendit Dauid ex
cludere quin ſpiritus ſanctus ſit ſpiritus filij.quia nõ negat
ipſum a filio procedere:ſed intantum dicit ipſum ſpiritum
oris patris:inquãtum talis auctoritas eſt in patre.nam pa-
ter habet de ſe & a ſe vt ſpiritus ſanctus ꝓcedat ab eo:cuȝ
ſit principiũ non de principio:ſed filius hoc habet a patre
vt ſpiret ſpiritũ ſcilicet ſimul cum patre.Sed ne quis puta-
ret ꝙ ſolũ cæli ſunt a deo creati ſicut blaſphemabant Ma
nichei:ideo ſequitur ꝙ ipſemet deus pater & filius & ſpiri
tus ſanctꝰ qui creauit cælos:ipſemet creauit terrã & aquas
& elementa.& tunc ſequitur.

## Congregans ſicut,in vtre aquas maris:ponens in theſauris abyſſos.

¶ Congregans omnes aquas maris in vallibꝰ & locis de-
preſſioribus& infimis terrę:quãdo diuiſit aquas ab aquis
& apparuit arida:& congregationes aquarum appellauit
maria,vt patet Gene.primo.Nam terra cõtinet maria in
ter mõtes:ſicut vas cõtinet aquas,vt patet de mari Caſpio
& Indico.vt magis patebit pſalmo.ciij.& ipſemet fuit po-
nens abyſſos,id eſt aquas abyſſales in theſauris ſuis,id eſt
in locis ſecretis terrę:& ſic cõgregauit aquas maris in ocea
no inter valles quaſi in vtre ſiue in vaſe:& poſuit aquas
abyſſales& aquas fontales & fluuiales in theſauris & locis
ſecretis.Nã fontes & flumina oriuntur & emanant a locis
ſecretis.Et dicit in theſauris ſuis:quia de emanatione fon
tium & fluuiorum inſurgũt tot mirabiles queſtiones & opi
niones ꝙ quaſi nullus vel pauci potuerunt peruenire ad
ipſam veritatem.Nam Plato dicit ꝙ emanant a tartaro.
Ariſtoteles dicit ꝙ continue generatur aqua ex aere infri
gidato in cauernis terrę.Aliqui dicunt ꝙ fiũt magnę ſub-
merſiones aquarum in profundo maris:& ſerpunt per vi-
ſcera & venas terrę:& dulcotatę ebulliunt & emergũt per
pulſum aut æquilibrium ad alias partes terrę:& ſic fontes
emanant in planis & montibus.Et ſic deceptant philoſo-
phi ſecũdum diuerſas opiniones:ſed iſta manẽt ſecreta &
repoſita in theſauris & ſecretis ſciẽtiæ dei:ideo ait Ponens
in theſauris abyſſos.¶ Sed dubitatur quare non facit mẽ
tionem in hac creatione de duobus elementis.ſ.de igne;&
aere.Dicẽdum ꝙ ignem & aerem cõnumerat inter cælos.
Nam cõmuniter in ſcriptura aer dicitur cæluȝ:vt dictũ eſt
pſalmo.viij.Volucres cęli &c.¶ Sed eſt aduertendum:ꝙ Y
cum creatio reruȝ fuerit figura recreationis & regeneratio
nis noſtrę:ꝙ per illud idem verbum per qđ facta fuit crea
tio:per illud idem facta eſt noſtra redemptio & recreatio:
& per illud verbum conſtructa eſt eccl'ia per qđ facta fuit
machina mũdi,& eodẽ ordine.Nam ſicut pater in creatio
ne per verbum filium ſuum dicendo produxit res ad ex-
tra quo ad ſpecies & eſſentias ſuas,& pater cum filio p ſpi-
ritum ſanctum ſpirauit vitam & eſſe & virtutem in rebus:
ita pari ratione in noſtra regeneratione pater per filium
ſuũ incarnatũ locutus eſt nobis:& dedit legẽ euangelicaȝ,
vt patet ad Hebręos primo:& ſic conſtruxit eccleſiam ex
viuis lapidibus fidelibus.ſed quia nõ ſuffeciſſet dediſſe legẽ
& creaſſe apoſtolos:niſi ſpiraſſet in eis vitam & virtutẽ ſpi
ritualem:ideo pater cum filio miſit ſpiritum ſanctum in
diſcipulos:& per ipſum ſpirauit vitam & virtutem gratia-
rum & donorum in diſcipulos:& ſic viuificauit eos ad intel
ligendas ſcripturas & ad robur & fortitudinem:& dando
eis eccleſiaſticam poteſtatem,fecit eos principes eccleſię.
Item ſicut creauit.xij.cęlos ſcilicet decem cælos ſuperiores
& ignem & aerem quos connumerat inter cęlos vt dictum
eſt:ita creauit.xij.apoſtolos in eccleſia qui dicuntur cęli ec
cleſiæ,vt dictum eſt pſalmo.xviij.& illos ornauit ſyderibꝰ
& aſtris gratiarum & donoꝝ ſpiritus ſancti.& ſic intelligit
Gregorius illud Iob.xxvj.Spiritus domini ornauit cælos.
vnde dicit.Verbũ qui eſt filius patris ornauit cælos,id eſt
apoſtolos:ſed virtus apoſtolorum de ſpiritu ſancto ſum-
pta eſt.Vnde alibi Spiritu oris eius &c.ornamẽta enim cæ
lorum ſunt virtutes prędicantium &c.Ex quo pateȝ ꝙ pa-
ter per verbum firmauit & elegit apoſtolos:ſed per ſpiritũ
ſanctum dedit eis virtutẽ & dona gratiarũ in die penthe.
& ſic cõſtructa & cõfirmata eſt eccleſia.Et hoc eſt qđ dicit
hic Dauid:ꝙ nõ ſolum in creatione mũdi cęli materiales
verbo qui eſt Chriſtus,firmati ſunt,& ſpiritu oris eius oĩs
virtus eorũ:ſed etiam in noſtra recreatione eodem verbo
dñi.ſ.Chriſto,cęli.i.apoſtoli firmati:& electi ſunt:& oĩs
virtus eorũ fuit ſumpta a ſpiritu oris eius:quia per ſpiritũ
ſanctum ſpirauit in eos & in totam eccleſiam virtutem &
vitã ſpiritualẽ:eccleſiaſticam poteſtatem eis largiendo.
Et ſic tota trinitas concurrit ad noſtrã regenerationeȝ:&
ideo nos chriſtiani per fidem generati:portamus imagi-
nem & veſtigiũ paſſionis Chriſti in fronte & totius trinita
tis.Naȝ licet deus luceat in omnibus hominibus per crea
tionẽ tamẽ in ſolis fidelibus lucet per recreationẽ & gra-
tiam:quẽ characterẽ recepimus in baptiſmo:& etiam in
cõfirmatione.Sed ne putaret aliquis ꝙ Chriſtus ſolũ crea
uit.xij.apoſtolos & in eis ſolis gratiã ſpirauit:ideo ſubdit.
Congregans ſicut in vtre aquas maris.i.poſtq̃ firmauit cæ
los.i.apoſtolos:poſtea per eos cõgregauit aquas maris.i.
multitudinem populi gentilis ſicut in vtre.i.in vaſe & gre
mio eccleſiæ.& repoſuit abyſſos.i.aquas abyſſales.i.ſeptẽ
ſacramenta eccleſiaſtica:in theſauris & ſecretis ſuis.Nam
eccleſiaſtica ſacramenta dicũtur aquæ abyſſales:quia vir
tus eorum nunq̃ euacuabitur:eo ꝙ ſunt plena meritorum
paſſionis Chriſti:& ſic habent virtutem infinitam & abyſ-

ſalem ad iuſtificādum peccatores ſucceſſiue in infinitum. Item Chriſtus poſuit abyſſos in theſauris ſuis.ſ.in ſacra ſcriptura in qua continentur infinita ſecreta,& abyſſus diuitiarum ſcientię dei. Ideo ſequitur. ſi ergo Chriſtus eſt illud verbum patris quo nō ſolum cęli materiales in principio: ſed etiam in noſtra regeneratione cęli firmati ſunt,ſcilicet apoſtoli.ergo

Timeat dominum omnis terra : ab eo autem commoueātur omnes inhabitantes orbem.

℄ Timeat eum omnis terra in ſuo aduentu:& omnes gētiles inhabitantes orbem commoueantur:& vincantur,& conuertantur ab eo:& cognoſcant ipſum deum & creatorem & recreatorem.

Quoniam ipſe dixit & facta ſunt:ipſe mandauit & creata ſunt.

℄ Ipſe pater dixit:& facta ſunt omnia:& ipſe mandauit: & creata ſunt in creatione materialiter:& in regeneratione ſpiritualiter. Item ſicut in principio mandando & dicēdo fecit omnia:ita in ſuo aduentu mandando & præcipiēdo faciebat miracula:& reſuſcitabat mortuos:& dimittebat peccata:& iuſtificabat peccatores tanq̄ poteſtatē habens quod plus fuit q̄ creare cęlum & terram:quæ miracula nullus poterat facere niſi ſolus deus.ergo Chriſtus eſt deus verbum patris per quem ſumus creati & recreati.ergo ſibi debetur honor latriæ & laus &c.ergo cantate ei cāticum nouum cum pſalterio decem chordarum & cithara & vociferatione & cætera.

Dominus diſſipat conſilia gentium:reprobat autem cogitationes populorum: & reprobat conſilia principum.

℄ Hic aſſignat ſecundam rationem quare debetur Chriſto latria:& debemus ſibi cantare ſic cāticū nouum.ſ.quia
Z eſt iuſtus iudex,ſiue propter ſummam iuſtitiam. ℄ Nota ꝙ Chriſtus in ſuo aduentu tres potentias diſſipauit & puniuit:in quibus oſtendit potentiam & iuſtitiam ſuam. Primo deſtruxit falſam ſapientiam & ſuperſtitionem gentiliū & philoſophorum,& falſos ritus deorum. Secundo diſſipauit cogitationes populorum.ſ.malitiam iudæoꝝ inſurgētium contra eum:quia cogitauerunt Chriſtū delere ꝑ mortem:ſed ipſe reſurrexit & diſſipauit eos auferendo eis regnum & locum &c. Tertio diſſipauit cōſilia & conuenticula principum mundi & tyrannoꝝ:qui propoſuerant penitus diſtrahere eccleſiam & delere nomen Chriſti.ſed ipſi diſſipati ſunt,vt Nero & Domitianus & Maximianus:immo tota gentilitas fuit ſubiecta iugo Chriſti. Et hoc eſt qđ ait Dauid.ſ.domin⁹ Ieſus Chriſtus bene eſt iuſtus:quoniā ipſe diſſipat & diſſipauit in ſuo aduentu conſilia & ſapientiam gentiuꝫ.ſ.falſas opiniones philoſophorum de ęternitate mundi &c.& diſſipauit ritus & ſuperſtitiones falſoruꝫ deorum:& vanitates poetarum:& oſtendit qualiter mundus eſt a deo creatus ex tēpore: & quomodo eſt vnus ſol⁹ deus trinus in perſonis.& ꝙ vnus ſolus deus eſt colendus. Secundo diſſipauit & confudit cogitationes & peſſima ꝓpoſita populorum,ſcilicet iudęorum,qui dixerunt:ſi hunc dimittimus venient Romani &c: ſed contrarium accidit eis:vt dictum eſt pſalmo.ij. Nam poſtq̄ Chriſtus reſurrexit fuerunt electi a ſedibus ſuis:& trucidati & diſperſi per mūdum in captiuitatem &c. Tertio diſſipauit conſilia principum & tyrannorum machinantium & conantium deſtruere legem euangelicam & totam chriſtianam religionem: ſed ipſi diſſipati ſunt:& eorum ſuperſtitio & idololatria fuit deſtructa:& eccleſia multiplicata per Conſtantinum,& lex euangelica exaltata & ampliata. Ideo ſubdit.

Conſilium autem domini inęternum manet: cogitationes cordis eius in generatione & generationem.

℄ Conſiliū.i.lex domini inæternum manet,et cogitationes cordis eius,id eſt ea quæ deus ab æterno propoſuit futura,manent in generatione & generationem:quia oĩa facta ſunt & completa:quæ deus præordinauit aut præuidit ab æterno:cuius ſcientia falli non poteſt. Et ideo

Beata gens cuius eſt dñs deus eius : populus quem elegit in hęreditatē ſibi.

℄ Beata gens chriſtiana cuius dominus eſt vnus verus deus trinus & vnus:& non eſt decepta in colendo plures deos:& beatus populus chriſtianus quē dominus Ieſus Chriſtus elegit in hæreditatem ſibi diſſipato conſilio gentium & principum & tyrannorum & cogitationibus iudęorum. Nam diſſipatis omnibus ſupradictis,deus elegit populuꝫ chriſtianum in hæreditatem ſibi:vt colat eum:& ſeruet legem euangelicam. Poteſt etiam iſte verſus ordinari cum ſententia ſequenti.quæ eſt tertia cauſa. ℄ Beata gens. Hic aſſignat tertiam cauſam quare Chriſtus eſt colēdus & laudandus a chriſtianis rectis &c.ſcilicet quia miſericors. Naꝫ qui maiorem miſericordiam & plura beneficia recepit a Chriſto:magis tenetur & obligatur Chriſtum laudare. Dicit ergo. Beata gens chriſtiana cuius deus eſt dominus eius. & beatus populus chriſtianus:quem dominus Ieſus Chriſtus elegit ſibi in hæreditatem:& vocauit ipſum ad fidem. Nam dominus oſtendit ſibi magnam miſericordiam:quia propter eum incarnatus eſt & mortuus & paſſus. Vnde

De cęlo reſpexit dominus:vidit omnes filios hominum.

De pręparato habitaculo ſuo reſpexitq; ſuper omnes qui habitant terram.

Qui finxit ſigillatim corda eorum:qui intelligit omnia opera eorum.

℄ Dominus filius dei reſpexit de cælo:& vidit omnes filios hominum ſeu filios Adam peccatores,& de habitaculo ſuo præparato.i. de cælo empyreo qui eſt locus deo præparatus & debitus,reſpexit ſuper omnes homines qui habitant terram quodam oculo miſericordiæ:& videns omnes in captiuitate:commotus miſericordia & pietate,ipſe qui erat æternus & impaſſibilis in ſinu patris,factus eſt homo mortalis formam ſerui accipiens vt peccatores liberaret. Item ille æternus filius qui creauit & finxit ſigillatim, id eſt in vnoquoq; corda,id eſt animas eorum,ſcilicet hominum:& intelligit omnia opera eorum & cogitationes ipſas:factus eſt homo mortalis vt eos redimeret. ℄ Vnde A
nota,ꝙ per hoc quod ait,Qui finxit ſigillatim:excludit falſam opinionem Pythagore & etiam Thalmudiſtaruꝫ: qui dicunt omnes animas eſſe ab initio creatas:& tranſmigrare de corpore ad corpus & ſic vna quæq; anima pręcedit ſuum corpus.ſed hic dicit ꝙ deus finxit,id eſt creauit animas ſingillatim in vnoquoq;. Itē excludit falſam opinionem cōmentatoris qui dixit vnum intellectum eſſe in omnibus hominibus. Hic autem dicit ꝙ vnuſquiſq; ſingillatim habet ſuam animam. Item per hoc ꝙ ait Intelligit omnia opera eorum:excludit falſam opinionem Manicheorum & aliorum hæreticorum:qui dicunt deum nō curare:nec etiam intelligere iſta inferiora.

Non ſaluatur rex per multam virtutem & gigas non ſaluabitur in mulititudine virtutis ſuę.

¶ Hic reddit cauſam quare deus motus miſericordia vo=
luit incarnari:& dicit:ꝙ voluit humiliari & exinaniri & fie
ri homo:eo ꝙ nulla creatura erat ſufficiens ad ſaluandum
ſeipſā nec alios:ſꝫ ſolus filius dei erat ſufficiens ad ſaluan=
dum. Ideo dicit:Non ſaluatur rex per multam virtutem.i.
nullus rex mundanus habuit tantam virtutem & potēti=
am vt ſeipſum poſſet ſaluare aliquo modo:nec aliquis gi=
gas magnus & fortis ſaluabitur:nec poterit ſaluari in mul=
titudine virtutis ſuę.

Fallax equus ad ſalutem:in abundantia autem
virtutis ſuę non ſaluabitur.

¶ Equus.i.multitudo equorū fallax erat ad ſalutē regum
B & principum. ¶ Et ideo nullus ſaluabatur nec poterat ſal
uari in abundantia virtutis ſuę. Et hoc propter duo. Primo
quia omnes erant peccatores & immundi:ideo oportebat
vt noſtra redēptio fieret per hominem iuſtū & innocentē.
Scđo quia peccatū primorū parentuꝫ fuerat tam graue ꝙ
non poterat deleri niſi per deum & hominēꝫ. Tertio quia
potentia diaboli erat tam magna ꝙ non poterat niſi per
deum ſuperari.& ideo ſequitur.

Ecce oculi domini ſuper metuentes eum:& in
eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.

Vt eruat a morte animas eorum:& alat eos in
fame.

¶ Oculi domini ſuper metuentes & ſperantes in eum.i.ſu
per fideles & eos qui ſperant ſuper mia eius vt eruat aiaꝫ
eorum a morte æterna per mortem & paſſionem:& alat &
nutriat eos in fame.ſ.pabulo ſacramentorum & ſapientię.
quaſi dicat Chriſtus non ſaluauit ſuperbos neqꝫ confiden=
tes in ſuperbia & viribꝰ ſuis & bonis mundanis:nec ſalua=
uit infideles:ſed fideles & humiles:& illos pauit pabulo ſa
pientię:& ſic eſurientes īpleuit bonis & diuites dimiſit ina
nes. Ex omnibus his patet qualiter deus oſtēdit nobis ſuā
magnam miſericordiam.quare ipſum obligamur laudare
& magnificare. Per hoc etiam excluditur falſa opinio Pela
gianorum dicentium vnumquēqꝫ abſqꝫ gratia ex proprijs
viribus poſſe ſaluari.

Anima noſtra ſuſtinet dominum:quoniā ad=
iutor & protector noſter eſt.

Quia in eo lętabitur cor noſtrum:& in nomi=
ne ſancto eius ſperauimus.

¶ Hic propheta petit aduentū Chriſti accelerari vt poſſet
ſibi cantare canticū nouū &c. Et etiam exhortatur fideles
ad fidem & ſpem & charitatē Chriſti ſaluatoris dicens, Si
ita eſt ꝙ ſolus Chriſtꝰ poteſt omnes ſaluare & non ſaluat
niſi ſolos fideles humiles ſperātes in ſe:ergo anima noſtra
ſuſtinet, id eſt ſuſtineat & expectet cum patientia aduentū
Chriſti.qm̄ ipſe ſolus eſt adiutor & protector noſter. quia
in eo lętabitur cor noſtrum cum venerit:& ſolos nos fide=
les ſaluabit:eo ꝙ ſperauimus in nomine ſancto eius quod
eſt Ieſus ſaluator:quia non ſaluabuntur niſi habentes fidē
Chriſti. Et ideo Dauid apoſtrophat ad Chriſtum:vt acce=
leret aduentum ſuum dicens.

Fiat miſericordia tua dn̄e ſuper nos: quemad=
modum ſperauimus in te.

¶ O Dn̄e Ieſu veni, et fiat mia tua ſuper nos redimendo
& ſaluando:quemadmodum & ſicut ſperauimꝰ in te:& nō
ſit vana & fruſtra ſpes noſtra:vt ſalues nos:hic per gratiaꝫ
& in futuro per gloriaꝫ &c. Ex ſupradictis patet, ꝙ Dauid
in toto iſto pſalmo exhortatur fideles noui teſtamenti:vt
recipiant Chriſtuꝫ in aduentu ſuo:& cantent ſibi canticum
nouū:& pręd icent legem euangelicaꝫ & cū fide & ſpe cha=
ritate:Sed in vltima parte petit accelerari aduentuꝫ Chri=
ſti:in quo canticum nouum.i.euangelicum erat cantandū
in eccl'ia. ¶ Ex quo pſalmo colliguntur octo concluſiones.
¶ Prima concluſio, ꝙ iuſti obligantur p̄ꝛ æ cæteris deum C
laudare:& in eo exultare pro beneficijs acceptis.
¶ Scđa cōcluſio, ꝙ laus iuſtorum eſt decora & deo grata.
¶ Tertia, ꝙ canticuꝫ nouū debet cantari:& confeſſio lau
dis iuſtorum debet fieri tripliciter.ſ.cū pſalterio decē chor=
darū.i.cum confeſſione ſupradictorū decem articulorū qđ
dicitur pſalterium euangelicū. Secundo debet cantari cum
cithara:ſcilicet cum fide trinitatis ſpe & charitate. Tertio
cum magna vociferatione.quia talis confeſſio fidei debet
fieri publice & non ſolum in occulto.
¶ Quarta concluſio, ꝙ ꝓpter tria eſt deus laudandus. Pri
mo quia rectus & verax in promiſſis. Secūdo quia iuſtus in
iudicijs. Tertio quia miſecicors:quia iuſtificauit nos in no=
uo teſta.per miam quam promiſerat in veteri teſtamento.
¶ Quinta cōcluſio, ꝙ ſicut indiuiſibiliter tota trinitas con
currit in mūdi creatiōe:qa pater per verbū ſuuꝫ ceauit oia:
& per ſpiritum ſanctum īſpirauit eſſe & operari & vitā in oi=
bus rebꝰ:ita pariter in noſtra regeneratione pater per ver
bum filium ſuum regenerauit nos:& per ſpiritum ſanctum
viuificauit nos dona gratiarum infundendo &c.& per cō=
ſequens eſt dare trinitatem perſonarū in diuinis.
¶ Sexta cōcluſio, ꝙ ſicut deus fuit miſericors in nos iuſtifi
cando:ita fuit iuſtus iudex cogitationes populorū & conſi=
lia principum infidelium diſſipando & reprobando.
¶ Septima concluſio, ꝙ populus chriſtianus ſolus eſt bea
tus:eo ꝙ diſſipatis iudęis & infidelibus ſolus ipſe eſt electꝰ
in hęreditatem dei.
¶ Octaua concluſio, ꝙ in hoc pſalmo excluduntur & im=
probantur quinqꝫ falſę opiniones. Naꝫ primo improbatur
opinio Ariſto.dicētis mundū eſſe ab ęterno:cū hic dicat ꝓ=
pheta, Qm̄ ipſe dixit & facta ſunt:ipſe mandauit & creata
ſunt &c. Secundo improbat falſam opinionem Thalmudi=
ſtarū & Origenianorū dicentiū oēs aias eſſe ſimul creatas
a principio:cum hic dicat propheta, Qui finxit ſigillatim
animas eorū &c. Tertio improbatur per idem opinio com=
mentatoris dicentis vnicū eſſe intellectum in oibus hoībꝰ.
Quarto improbatur falſa impietas Manicheorū dicentiū
deū non creaſſe iſta viſibilia inferiora:nec habere curaꝫ de
ipſis:cū hic dicat propheta. Qui intelligit oia opera eorum
&c. Quinto improbatur impietas Pelagianorum dicentiū
vnumquemqꝫ ſine gratia poſſe ſaluari & ex proprijs viribꝰ
poſſe vitare omne malum & agere bonum:cum hic dicat:
Non ſaluatur rex per multam virtutem &c.

BEnedicam dominum ī omni tēpore:
ſemper laus eius in ore meo.

¶ Hic eſt ſecundus pſalmus alphabeticus ha
bens.xxij.verſus iuxta numerū.xxij.literarū hebręorū. Eſt
verū ꝙ deficit ſexta litera.i.vau.loco cuius geminatur he.
cuius titulus talis eſt. Dauid qn̄ mutauit faciem ſiue ratio=
nem ſuam coram Abimelech:& fugauit euꝫ & abijt. Hūc
titulū prępoſuit Eſdras huic pſalmo. Nam dictū eſt ꝙ Da=
uid ſolum fecit illos titulos in quibus exprimitur cātor:aut
inſtrumentum:aut modus cantandi:aut tempus:aut locus
in quo cantabatur iſte pſalmus.& ratio eſt. Nam Dauid or
dinauit pſalmos & dabat eos cantandos determinatis cā=
toribus:cum inſtrumentis & modis determinatis:& in de=
terminato tempore:& ideo explicabat in titulo oia ſupra=
dicta:vt patet in quibuſdam pſalmis. Sed quando exprimi
tur materia aut auctor pſalmi:non eſt credendū ꝙ Dauid
fecit illū titulum:ſed Eſdras aut aliquis ſāctus homo:prout
fuit ſibi reuelatum. In hoc ergo titulo patet, ꝙ Dauid fecit
hunc pſalmum quando fugiens a facie Saul declinauit ad
Achis regem Geth.quo cognito dixerunt ſerui Achis:non

ne hic eſt Dauid rex terræ.i.quem Iudæi dicunt eſſe vnctū
in regem: & qui expectatur rex poſt Saulem:eo ꝙ occidit
Goliath Gethæum. Vnde Dauid videns imminere peri-
culum vitæ ſuæ:ſimulauit ſe inſanum:& mutauit os ſuum
torquendo & variando oculos & labia:& ſpumando velut
furioſus epilenticus. Et tunc rex Achis fugauit ipſum a do-
mo ſua iubens ne amplius permitteretur ingredi : & tunc
Dauid receſſit inde in ſpeluncam Odolam.& ſic euaſit ma
nus ſeruorum Achis,vt patet.j.Regum.xxj.Et tunc agens
gratias fecit hunc pſalmum.Sed hæc hiſtoria non videtur
concordare cum titulo.Nam in titulo dicitur ꝙ Dauid mu
tauit faciem ſuam coram Abimelech.& rex Geth appella
tur Achis in ſupradicta hiſtoria.Ad hoc dicit Rabi Salo-
mon,ꝙ Abimelech eſt nomen dignitatis regalis.Nā om-
nes reges Geraræ appellabātur Abimelech.vt pateꝫ Geñ.
xx.&.xxvj.ſed quia ciuitas Geth eſt Gerara memorata in
Geneſi:ideo idem eſt Achis & Abimelech.Naꝫ Achis eſt
nomen proprium:& Abimelech nomen dignitatis. Sed
mentitur iſte cæcus obſtinatus. Nam licet dicat verum ꝙ
omnes reges Geraræ dicti ſunt Abimelech:tamen ciuitas
Geth non eſt eadem cum Gerara.Naꝫ ciuitas Geth cuius
Achis erat rex:eſt ſita in parte aquilonari iuxta Bethleeꝫ
& tribum beniamin:& eſt Prima de ciuitatibus Philiſtino
rum in parte aquilonari:& Gerara eſt in finibus Palæſti-
næ ad partem Auſtralem in finibus Aegypti iuxta Berſa-
bee:vt patet Geñ.xxvj. Et ideo eſt melius ꝙ dicatur:ꝙ
achis erat binominis : qui alio nomine dictus eſt Abime-
lech.Vel eſt dicendum & melius:ꝙ Abimelech in lingua
palæſtina idem eſt ꝙ rex terræ.Nam Abimelech interpre
tatur rex patris mei:& ſic quem nos appellamus regeꝫ ipſi
vocant Abimelech.Nota ꝙ Abimelech ideꝫ eſt ꝙ rex pa-
ternalis ſiue rex naturalis:Ideo quilibet rex naturalis cu-
iuſcunqꝫ regni ſic dicebatur Abimelech apud Palæſtinos:
& ſic non ſolum rex Geraræ dicebatur Abimelech:ſꝫ etiaꝫ
rex Geth:& rex Acharon & cæteri:quaſi regnuꝫ paternū
iure paterno poſſidentes.Vnde melech arabice:rex interp̄
tatur latine.Secundum ego hunc intelllectum dicunt He-
bræi ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum:& ſic exponunt ipſum
literaliter præciſe de Dauid:prout agit gratias pro libera
tione ſua.Et ſecūduꝫ hoc tria facit Dauid. Nam primo ipſe
agit gratias.Secundo inducit alios ad magnificādum deū
Tertio ad timendum deum per obſeruantiam legis.Secū-
dum ibi:Magnificate dominum.Tertium ibi:Timete do-
minum.Dicit ergo Dauid.Benedicam dominum deū Iſrl̄
in omni tempore.ſcilicet tam in aduerſitate.q̄ in proſperi-
tate:& ſemp.ſcilicet die ac nocte laus eius erit in ore meo,
agendo gratias:eo ꝙ liberauit me de manu ſeruorum re-
gis Achis.

In domino laudabitur aīa mea:audiāt manſue
ti & lætentur.

¶ Anima mea laudabitur in dño.i.gloriabitur in dño &
non in ſe.quia nolo laudes hominum:nec laudari de ſuper
bia ſed de humilitate & manſuetudine:ideo dico vt man-
ſueti audiant humilitatem meam & lætentur.Poſtea inui-
ta oēs alios ad laudes dei exemplo ſui,dicens

Magnificate dominum mecum:& exaltemus
nomen eius in idipſum.

Exquiſiui dominum & exaudiuit me:& ex o-
bus tribulationibus meis eripuit me.

¶ O vos humiles & manſueti magnificate dominum me-
cum & in idipſum.i.ſimul exaltemus eū ſimiliter. Et red-
dit cauſam.quia ſemper in tribulationibus exquiſiui domi
num omni alia ſpe relicta:& ideo exaudiuit me:& ex oib⁹
tribulationibus meis eripuit me.ſ.de manu Goliæ & manu
Saul cum traxit lanceaꝫ contra me:& cum miſit clientes vt
circuirent me in domo:& nunc eripuit me de rege Achis.
& ideo

Accedite ad eum & illuminamini:& facies ve-
ſtræ non confundentur.

¶ Accedite ad eum & non quæratis alium liberatorem:&
illuminamini.i.illuminabimini.quia dabit vobis gratiam
& modum euadendi:& ſic facies veſtræ non cōfundentur:
quia nunq̄ dicetis vos eſſe deluſos,nec repulſos:nec fruſtra
tos.

Iſte paup̄ clamauit:& dominus exaudiuit eū:
& de omnibus tribulationibus eius ſaluauit
eum.

Immittet angelus domini in circuitu timen-
tium eum:& eripiet eos.

Guſtate & videte quoniā ſuauis eſt dominus:
beatus vir qui ſperat in eo.

Timete dominum omnes ſancti eius : quoniā
non eſt inopia timentibus eum.

Diuites eguerunt & eſurierūt:inquirentes au-
tem dominum non minuentur omni bono.

¶ Iſte pauper quē videtis.ſ.ego,clamauit:& dominus ex
audiuit euꝫ:& de omnibus tribulatiōibus eius ſaluauit eū,
vt dictuꝫ eſt.Nam angelus bonus dñi immittet virtutē ſuā
in circuitu hūiliū timentium eum:& ſic eripiet eos.ergo re
linquite humana auxilia:& guſtate & videte qm̄ domin⁹.
ſuauis eſt & non crudelis:immo facilis ad dandum gratiaꝫ
& petitionem.Ideo beatus vir qui ſperat in eo. Et ſic non
ſitis crudeles & maleuoli:ſicut Saul & ſequaces eius:ſed ti
mete dominum O vos omnes ſancti & iuſti eius:qm̄ nō eſt
inopia bonorum temporalium & ſpiritualium timentibus
eum:immo copia & abundantia gratiæ.Nam nos videm⁹
ꝙ multi diuites huius mundi confidentes in bonis munda
nis facti ſunt pauperes & eguerunt & eſurierūt mendica-
do.quia bona tranſitoria ſunt,& non potuerunt ea retine
re.ſed timentes dominum non minuentur omni bono:im-
mo abundabunt bonis ſpiritualibus:& etiam bona eis non
deficient.

Venite filii audite me:timorem domini doce-
bo vos.

Quis eſt homo qui vult vitam:diligit dies vi-
dere bonos.

¶ Venite ergo filij,audite me:& docebo vos timorem do
mini.i.legem diuinam quæ conſiſtit in timore domini:& ſi
quis homo timet dñm vt cupiat videre dies bonos in hac
vita & etiam gloriam in alia:faciat quod ſequitur.

Prohibe linguam tuam a malo:& labia tua ne
loquantur dolum.

Diuerte a malo & fac bonum : inquire pacem
& perſequere eam.

¶ O vir iuſte prohibe linguam tuam a malo &c.Et ſic ex-
ponunt Iudæi literaliter hunc pſalmuꝫ faciliter.quia vt ſic,
litera eſt ſatis plana appplicando ad ipſum Dauid. ¶ Sed
ſi ſic præciſe literaliter exponatur videretur hunc pſalmum
nullum continere ſacramentum & titulum eſſe non a ſpiri
tu ſancto:ſed inutiliter poſitum:quod eſt falſum.Nam Da
uid nō fuit minus propheta in hoc pſalmo q̄ in cæteris:nec
latent minora ſacramenta in hoc titulo & pſalmo q̄ in cæ-
teris quia idem eſt ſpiritus.Et ideo eſt dicendū ꝙ Dauid p

illam fugam & deſcenſum in Geth:per illam mutationem & ſimulationē & deriſum:præuidit in ſpiritu totum myſteriū incarnationis & paſſionis & ſepulturę & reſurrectionis Chriſti et perſecutionem & liberationem & ꝓſperitatem eccl'ię. Nā ꝓuidit qualiter dei filius erat in mundum deſcēſurus & debebat mutare facie & os ſuū accipiendo formā ſerui inuentus vt homo:& pati multas pſecutiones:& quō Herodes rex Galileę debebat ipſum fatuū reputare & cōtēnere:& a ſe fugare:& ad pilatum remittere:& quomodo ab omnibus debebat tanq̄ inſanus & arreptitius & dęmoniacus reputari:& quomodo erat deludendus & irridendꝰ a principibus ſacerdotuꝫ & miniſtris:& crucifigendus:& a morte per reſurrectionem liberandus.& etiā nouit ꝙ oēs perſecutiones eaſdē erat paſſurus in mēbris & in ſua eccleſia. Ex oibꝰ his patet,ꝙ Dauid fuit magis figura Chriſti q̄ aliquis alius:& magis fuit figura in ſua humilitate & manſuetudine & patientia in aduerſis,q̄ in alia virtute ac perfectione. Et ideo hoc pręuidens Dauid fecit hunc pſalmū in pſona Chriſti & eccl'ię.in quo introducit Chriſtū nō ſolūꝫ in pſona capitis:ſed etiā in perſona mēbroꝝ & eccleſię. Naꝫ quicqd paſſus eſt Chriſtꝰ in capite:paſſa eſt eccleſia poſtea a tyrannis:immo vt verius dicatur,paſſus eſt Chriſtꝰ in mēbris.& ſic Chriſtꝰ loquitur pro mēbris:& ſic tria facit. Naꝫ primo laudat deū patrē agendo gratias de ſua liberatiōe & reſurrectione. Secūdo inuitat oia mēbra ſua & congregationem iuſtorum ad laudem dei:vt agant gratias ſimul cū eo. Tertio ꝑdicit ꝑmium iuſtorum & punitionem maloruꝫ Scdm ibi:Magnificate dominuꝫ. Tertiū ibi:Oc'li dñi ſupꝰ

D ¶ Quantum ad primū dicit Chriſtus:ego benedicam dominum deū patreꝫ in omni tempore agendo gratias pro beneficijs receptis:& laus eiꝰ erit ſemper & cōtinue in ore meo. Et nota ꝙ differentia eſt inter benedicere & laudare,nā benedicere eſt agere gratias ꝓ beneficijs receptis:ſꝫ laudare eſt virtutes & bonitateꝫ alicuius commemorare. Itē eſt aduertendū ꝙ licet quęlibet creatura teneatur deū iugiter & ſine intermiſſione laudare & bñdicere:eo ꝙ totaliter a deo dependet ſecūdū eſſe & eſſentiam:ideo tenet deū amare ex toto corde:& ex tota mente:& ex omnibus viribus ſine aliqua intermiſſione temporis & operis. Nam ſicut deus non ceſſat influere ſuam virtutem in creaturam in eſſendo & conſeruando:ita homo non debet ceſſare ferri tota mēte & aia & cōtēplari in illud ſummū bonū:a quo habet omne bonū:vt deo ſatiſfaciat & reddat vices:ſꝫ hoc nō poteſt implere viator in hac via propter pondus corporis & miſerias mūdanas:& impedimenta intrinſeca & exteriora ſed hoc implent beati cōprehenſores in patria de quibus ait Chriſtus. Matth.viij. Angeli eorum ſemp vidēt faciem patris. Item pſalmo.lxxxiij. Beati qui habitant in domo tua domine:in ſęcula ſeculoruꝫ laudabūt te. Sed qa Chriſtꝰ nō ſolū erat viator:ſed etiā cōphenſor:cuius anima tam dormiendo q̄ vigilando ſemper cōtēplabatur faciem patris:ideo ſolus Chriſtus potuit dicere Benedicā dñm in oi tēpore huiꝰ vitę:& ſemp laus eius in ore meo. Sed quod Chriſtus impleuit in capite:facit tota eccleſia ſimul in mēbris Naꝫ non eſt aliqua hora:nec particula temporis:nec aliquod inſtans:in quo non laudetur deus in aliqua parte mūdi. Nā cū in noſtro hemiſphęrio eſt nox,in alio eſt dies ſub horizōte noſtro:& ſic quando in vna parte mūdi dicit officium diurnū in alio dicitur officiuꝫ nocturnū:nec eſt aliqua hora diei quin dicat,aut prima, aut tertia,aut ſexta, aut nona,aut veſpere,aut completorium,aut officium nocturnum,aut laudes matutinę,aut orationes deuotorum chriſtianorū. Et ſic ꝙ vnus ſolus hō non poteſt implere:nec ſatiſfacere:facit tota eccl'ia in cōmuni. Ex quo patet ꝙ primus verſiculus huius pſalmi nō poteſt verificari de ipo Dauid:ſed de ipſo Chriſto in ſe & in ſua eccleſia:& ideo dicit Chriſtꝰ:ego ſimul cum eccleſia & membris meis benedicā dominum celebrando diuina officia,agendo gratias in oi tēpore huius vitę.quia in alia vita non eſt tēpus:ſed æternitas:& laus eius erit ſemp in ore meo in alia vita.ſ.in patria vbi beati in ſęcula ſęculoꝝ ſine intermiſſione laudant deum. Et ſubdit Chriſtus:ſicut ego iugiter laudabo patreꝫ:ita aia mea laudabitur ab oibus mēbris meis in dño patre:quia in oibꝰ orationibꝰ quę diriguntur ad patrē cōcluduntur per dñm noſtrū Ieſum Chriſtum &c. Ideo Chriſtꝰ etiam vt homo ſemp laudatur in patre. Item vnica adoratione adoratur cum verbo per vnionem hypoſtaticā. Et ſequitur Audiant manſueti & lætentur.quaſi dicat Chriſtus,vt homo ego adeptus ſum hanc dignitatem propter hūilitatē & mānſuetudinem:quia hūiliaui meipſum factus obediens vſq; ad mortē crucis.ideo pater exaltauit me:& dedit mihi nomē ſuper oē nomē:vt in noie Ieſu omne genu flectatur.& ſic ſuꝫ in gloria patris.i.ſimul habeo gloriā cū patre ſedendo a dextris eius:& ſic in patre ſemp laudabitur aia mea ab oibus fidelibus.ergo audiant hoc manſueti:& lætentur ſe eſſe humiles & māſuetos.quia propter humilitatem hāc gloriaꝫ adeptus ſum pro me & membris meis. ¶ Magnificate dñꝫ mecū. In hac ſecunda parte quatuor facit Chriſtꝰ Nam primo excitat & exhortatur oia membra ſua ad magnificandū deū. Secūdo ad ponendam ſpem in eo. Tertio ad timendum eum. Quarto ad ſeruandum legem & volūtatem dei. Secundum ibi:Accedite ad eum. Tertium ibi:Timete dñm. Quartū ibi:Venite filij. ¶ Quo ad primum quia dicit audiant manſueti & lętent:dicit:o manſueti ſup. audite me benedicentē & laudantem deū patrem:& magnificate dñm ſimul mecum.quia vos eſtis mēbra mea:& ideo cū capite debetis ſimul magnificare deū.quia non eſt diſtinctio inter caput & mēbra.oēs enim magnificamꝰ patreꝫ.nā ego non ſolū per me:ſed etiā ꝑ vos cōtinue magnifico eum in eccleſia:& ſic in idipſuꝫ.i.ſimul vos & ego exaltamus eum. Nota ꝙ iſte terminus circunlocutus in idipſuꝫ idē ſignificat qd̄ ſimul vel ſimiliter vel pariter.vt ait apoſtolus. Cupio vos idipſum ſapere.i.ſimul & mecum.& ideo vbicunq; in hac trāſlatione ponitur in idipſuꝫ. Hieronymꝰ poſuit ſimul.i.pariter.vt pſalmo quarto. In pace in idipſuꝫ dormiam & requieſcam:Hiero.poſuit in pace ſimul dormiam & requieſcam. Hic auteꝫ poſuit:dominū mecū:& exaltamus nomen eius pariter.i.ſimul magnificemus & exaltemus & eodē modo. Et reddit cauſaꝫ quare debemus magnificare ſimul & exaltare.quia inquit exquiſiui & exoraui dñꝫ patreꝫ in menſa:& in horto:& in cruce:& exaudiuit me largiendo quæ petebam pro me & mēbris meis & eripuit me ex oibus tribulationibus per reſurrectionē:quia iā amplius non moriar & mors mihi vltra non dominabitur. Ergo ſi ita eſt ꝙ ego fui exauditus pro me & pro vobis:qa ego oraui pro te Petre & pro tota eccleſia ne deficiat fides tua:ergo O vos martyres nolite timere nec deficere:ſed cū firma ſpe accedite ad eū.ſ.patrē:& illuminabimini & corroborabimini luce & fortitudine & virtute ſpūs ſancti contra tyrānos,& infideles,& tortores.& facies veſtrę nō confundentur:immo vincetis eos.quia licet occidant corpus:aiaꝫ tamen non poterunt occidere.quia cū ſteteritis ante reges & ꝑſides non eſtis vos qui loquimini:ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Ideo ipſi tyranni manebūt confuſi:& vos victores:& iō vos mēbra mea nolite timere in ꝑſecutionibus tyrannoꝝ:quia pater non deficiet vobis ſicut mihi non defecit. Nam iſte pauper quem videtis:clamauit & orauit in menſa,& in horto,& in cruce:& ſemper dominus exaudiuit eum:& ex omnibus tribulationibus ſaluauit eū.ergo ſicut ſaluauit caput & reſuſcitauit:ita ſaluabit mēbra.nā ſicut in horto apparuit mihi angelus dñi confortās me:quæ quidem confortatio potius fuit pro mēbris meis:ita pariter in perſecutionibus veſtris angelus immittet virtutem & influxum ſuum in circuitu martyrum & fideliuꝫ

timentium eũ:quia circumdabit eos ſua virtute & protectione:& ſic eripiet eos de manu tyrannoꝝ ne pdãt fidẽ & fortitudinẽ:immo audacter morientur pro fide & veritate:& in fine eripiet totã eccl'iam tẽporaliter de manu tyrannoꝝ per conuerſionẽ Conſtantini:intantũ ꝙ relictis idolis oẽs gentiles conuertentur ad fidẽ:& ſic fideles manebũt oino victores. Litera Hieronymi habet, caſtrametatur angelus in circuitu timẽtiũ eũ:& ſic litera eſt magis plana. quaſi dicat:ꝙ angelus Michael qui eſt cuſtos eccl'ię ponet caſtra & exercitus angelorũ in circuitu fideliũ ad cuſtodiendũ eos de manu tyrannorum:ſicut frequenter viſum fuit ꝙ angeli apparebant in circuitu martyrũ confortantes eos. ſicut legitur in hiſtoriis beati Laurentij & beati Sebaſtiani:& etiã in hiſtoria beatę Catherinę legitur ꝙ angeli de cęlo deſcẽderũt & fregerũt rotas &c. ſicut angelus dñi deſcendit cum azaria & extinxit flammã ignis. Danielis .iij. Et ſubdit: guſtate & videte guſtu & viſu fidei qm̃ dñs ſuauis & propitius eſt omnibus inuocantibus eũ. quia eis non deficiet in perſecutionib⁹:ideo Beatus vir qui ſperat in eo. Totũ etiam hoc poteſt referri ad legẽ euangelicã:vt dicat Chriſtus, guſtate operando:& videte cõtemplãdo legẽ euangelicã quã fero & ꝑdico vobis ex parte patris mei:qm̃ ſuauis eſt dñs i lege euãgelica:& non ſeuerus ſicut fuit in lege veteri. Nam lex euangelica non fert onera importabilia nec multiplicationẽ cerimonialiũ pręceptoꝝ ſicut lex Moyſi:quia iugũ meũ ſuaue & onus meũ leue:& præmium promiſſuꝫ in lege euãgelica eſt maximũ & ſufficiens:quia promittit felicitateꝫ & beatitudinem ęternã:ideo Beatus vir qui ſperat in eo:ideo vos omnes ſancti timete dñm timore filiali. qui quidem timor inſurgit ex ſumma charitate:& ſic ſuſtinebitis perſecutiones pro eo:vt acquiratis præmiuꝫ & beatitudinem promiſſam. qđ eſt bonũ per ſe ſufficiens & ſtatus omniũ bonoꝝ aggregatiõe perfectus:& ſic non eſt nec erit inopia nec defectus boni:chriſtianis & fidelibus diligentib⁹ & timentib⁹ deum. naꝫ beatus habet quicqd vult & nihil mali vult. Iteꝫ quia illud gaudium & bonum beatorũ nemo tollet ab eis: nec eſt amiſſibile nec hauribile ſicut bonum mundanum. Nam multi principes & diuites huius mundi amiſſis bonis temporalibus eguerũt & eſurierunt:ſicut filij Priami regis Troię. Et ſicut filij & nepotes & familia regis Saulis. & ſicut Darius & Porus capti ab Alexandro. Et ſicut filij Dionyſij tyranni qui poſt mortẽ patris oſtiatim mendicabant Sed non ſic erit de fidelibus ſperantibus in deuꝫ. nam licet ſint pauperes in hac vita & nõ habeant copiam bonorum temporalium:tamen non minuentur omni bono in alia vita:immo abundabunt ſpiritualibus inamiſſibilibus. qa beatitudinem nemo tollet ab eis. Duo ergo habebunt beati obſeruantes legem euangelicam. Primo quia ſatiabuntur bonis cęleſtibus. Secundo quia erunt ſecuri de ſua beatitudine:quod in hac vita nullus vnq̃ potuit adipiſci.

❡ Venite filij. quia ſuperius dixit Accedite ad eũ & illuminamini:& guſtate & videte:& timete dñũ omnes ſancti &c. poſſet aliquis quærere & dicere:quomõ guſtabo:& in quibus conſiſtit iſte timor dñi:& quid agendo potero aſſequi illud ſummũ bonũ indeficiens:& in quo cõſiſtit iſta lex euãgelica in cuius obſeruatione tantũ bonuꝫ acquiriẽ? Ad hoc reſpondet & ſatiſfacit Chriſtus dicens. O filij regenerati p baptiſmum venite ad fidem & audite me cũ affectu & docebo vos timorẽ dñi patris mei. ſ. docebo vos non legem timoris ſeruilis:ſed filialis. nam initium ſapiẽtię timor domini:& docebo vos in qb⁹ conſiſtit timor domini caſtus & filialis. Et quid debet agere homo qui timet dominũ & cupit videre dies bonos in illa gloria æterna. Vnde ſi quis eſt homo q timet dñũ:& diligit. i. cupit videre dies bonos i patria cæleſti & non malos in inferno:faciat quod ſequitur:& tu chriſtiane fac quod ſequitur. ſ. Prohibe linguam tuam a malo non blaſphemando:nec in proſperis nec in aduerſis nec murmurando de aliquo:& labia tua non loquanẽ dolũ nec fraudẽ cõtra proximũ:ſed ſis verax in verbis & promiſſis ſeruãdis:diuerte a malo. i. vita & fuge omne maluꝫ ſeruando præcepta negatiua:& fac bonum ſeruando præcepta affirmatiua:& inquire pacem cũ proximo & ſequere & conſerua eã. ❡ Nota ꝙ lex Chriſti dicitur leuis & ſuauis E reſpectu legis Moyſi. nam illa præcipiebat & mãdabat & imponebat onera importabilia & multitudinẽ ꝑceptorũ. ſ. ſexcenta & tredecim ꝑcepta inter cerimonialia & iudicialia & moralia:eo ꝙ ille populus erat durę ceruicis & indiſnatus ad rebellionẽ:& tota illa lex erat figura Chriſti futuri. Et ideo Chriſtus ſublatis omnibus cerimonijs & iudicijs reducit totaꝫ legẽ ad duo ꝑcepta. ſ. ad dilectionẽ dei & ꝓximi. Matth. xxij. Et declarauit ꝑceptum dei dilectione ꝓximi. Matth. vij. cum dixit. quæcũqꝫ vultis vt faciant vobis homines:& vos facite illis. Hęc lex & ꝓphetę. quia in iſto affirmatiuo intelligitur negatiuum. i. qđ nõ vultis vt faciãt vobis homines non faciatis illis. i. qđ tibi non vis alteri ne facias. Et totum hoc nihil aliud eſt niſi declinare a malo & facere bonum. Sed quia homo nõ ſolum iuſtificatur ex operibus:ſed etiam corde & lingua, & ex malis cogitationibus & locutionibus iudicabitur:ideo Chriſtus non ſolum prohibet manus:ſed etiam cor. Matth. v. qui iraſcitur fratri ſuo: reus erit iudicio &c. Itẽ Matthęi. xij. ex ore tuo iudicaberis quia ex abũdantia cordis os loquitur. & ideo Dauid hic ꝓphetice in perſona Chriſti prohibet cor & linguaꝫ a malo: cum dicit, prohibe linguam tuam a malo:& labia tua ne loquantur dolum. Item prohibet omne opus malum fieri cũ dicit. Declina a malo:& mãdat omne bonum fieri p mãdata affirmatiua:cum dicit. & fac bonum:& mandat charitatem dei & proximi:cum ſubdit, inquirere pacem:cũ deo et proximo ſupple:et perſequere eam. nam qui manet in charitate:in deo manet et deus in eo:et ſic manet et quieſcit in pace dei et proximi. Vnde declinare a malo eſt bonã vitam inchoare:et facere bonum, eſt bonam vitã pficere et in ea perficere:Per primũ euadimus pœnam. per ſecũdum conſequimur præmiũ. quia nemo poteſt inchoare bonam vitaꝫ niſi deſinat malefacere:et pœniteat præteritę:vt inquit Auguſtinus. Et eis cõſiſtit tota lex euangelica et tota iuſtificatio hominis ad vitam æternam conſequendam. de qua iuſtitia dictum eſt pſalmo. xiiij.

Oculi domini ſuper iuſtos:& aures eius in preces eorum.

❡ Hic ponit pręmiũ iuſtorum legem Chriſti obſeruantiuꝫ: et punitionem tranſgreſſorum. ❡ Vnde dicit:ſi queris quẽ F fructum conſequentur iuſti ex obſeruantia legis euãgelice: dico tibi ꝙ duos fructus:primum quia oculi domini ſuper iuſtos. quia erũt grati et accepti ad vitã æternam. Secũduꝫ quia aures eius. ſ. aures dei erunt propitię et ſuaues in preces eorum. quia orationes et petitiones eorum erant audite et acceptę apud deum. Sed oppoſitum eſt de tranſgreſſoribus legis:Ideo ſequitur.

Vultus autem domini ſuper facientes mala:vt perdat de terra memoriam eorum.

❡ Vultus domini iratus ad vindictam erit ſuper facientes mala:vt perdat memoriã eorum de hac terra per mortem corporalem:et de terra viuentium per mortẽ ſpiritualem: quia delebuntur de libro et numero viuentiũ:et cum iuſtis non ſcribuntur:nec memorabuntur:ne habitabũt cum eo. Sed ꝙ oculi domini ſuper iuſtos:et aures eius in preces eorum:probatur cum ſubditur:

Clamauerunt iuſti & dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulatiõibus eorum liberauit eos.

¶ Iuſti clamauerũt:& dñs exaudiuit eos:vt pꝫ de oĩbus martyrib⁹: & de oibus tribulationibus liberauit eos. Nam martyres per mortẽ liberati ſunt & abſoluti a vĩculis corporis huius:& a miſerijs huius mũdi:& conſecuti ſunt felicitatem æternã:& etiam multi liberati ſunt a pœnis corporalibus:vt patet de beato Vincentio. Itẽ tota eccleſia poſt longas perſecutiones liberata & proſperata eſt etiam tẽporaliter poſt cõuerſionẽ Conſtantini:q reddita pace eccleſiæ: eam bonis temporalibus ditauit. Quia

Iuxta eſt dominus his qui tribulato ſũt corde: & humiles ſpiritu ſaluabit.

Multę tribulationes iuſtorum:& de omnibus his liberabit eos dominus.

¶ Iuxta eſt dñs his qui tribulato ſunt cordę propter veritatem & iuſtitiam:& ideo ſaluabit omnes mites & humiles ſpũ. Nam licet ſint multę tribulationes iuſtorum & de⁹ permittat eos pati perſecutiones in hac vita:tñ dñs liberabit eos de omnibus his malis:& liberabit eos per gloriaꝫ & reſurrectionem futuram.

Cuſtodit dominus omnia oſſa eorum: vnum ex his non conteretur.

¶ Dñs cuſtodit.i.integre reſuſcitabit in finali iudicio oĩa oſſa eorum:intantum ꝙ vnũ ex his oſſib⁹ nõ contereť,nec deficiet,nec minueť:nec capillus de capite peribit:qm̃ integre cũ tota ſua perfectione imortales ad gloriã reſurgẽt liberati & abſoluti ab omni [illegible]latiõe:& miſeria qa tũc ab ſterget de⁹ oẽꝫ lachrymã:& ia nõ erit ampli⁹ dolor:nec clamor:nec luctus:qm̃ priora mala tranſierunt. Apoca.xxj.

Mors peccatorum peſſima:& qui oderunt iuſtum delinquẽnt.

¶ Mors peccatoruꝫ erit peſſima:quia nõ reſurgent in reſurrectionem vitę:ſed in reſurrectionem iudicij ad ꝑpetuas pœnas perferendas.& manifeſte patet:ꝙ tyrãni & obſtinati qui oderũt & perſecuti ſũt quẽlibet martyrẽ & iuſtũ ſimplicẽ delinquent.i.errabũt:& reperientur malã partem eligentes:& peccabũt contra legeꝫ:quę pręcipit declinare a malo & facere bonum:& inquirere pacem & charitatem erga proximum:& ſeruare eam.quia i fine

Redimet dominus animas ſeruorũ ſuorum:& non delinquent omnes qui ſperant in eo.

¶ Dñs redimet & liberabit ab his malis animas ſeruoruꝫ ſuorũ. Ex quib⁹ pꝫ:ꝙ qui ſperãt & cõfidũt in eo & ponunt totã ſuã ſpẽ in eo:ꝑferẽtes ꝑſecutiones & tormenta:nõ delinquent.i.nõ errabũt nec confũdẽtur:nec fruſtrabuntur deſyderio ſuo.ſed delinquẽt:& errabũt:& fraudabũtur oẽs tyrãni.& ſupbi ponentes ſpem ſuam in hoc mundo.

¶ Totus etiã iſte pſalm⁹ põt eẽ vox ipſius Dauid inuitantis oẽs fideles vete.teſta.ad ſuſcipiendã legẽ Chriſti:& oẽs martyres iuſtos noui teſt.vt cũ hũilitate & patiẽtia tolerẽt ꝑſecutionẽ & tormenta ꝓpter Chriſtũ:qm̃ magnã felicitateꝫ & ꝓmiũ cõſequẽtur in illa vita.& ſic etiã põt moraliter exponi totus pſalmus:quomodo ipſe Dauid exẽplo ſui exhortatur oẽs fideles vtriuſqꝫ teſtamẽti ad patientiã & hũilitatem in tolerãdis perſecutionibus a quocunqꝫ iniuſto:& ne deſperent de miſericordia dei:quia hic vel in futuro liberabuntur:& iniuſti hic aut in futuro puniẽtur. Sed ſi voluimus attendere figuram & ſacramẽtum contentum in titulo hu⁹ pſal.melius eſt ꝙ dicatur ꝙ eſt vox Chriſti hominis agentis gratias patri:& inuitãtis oia membra ſua ad ꝑferendas perſecutiones & tormenta tyrannorum propter eum:& exhortantis eos vt cum humilitate & patientia ꝑferant perſecutiones:& orent etiaꝫ ꝓ perſecutoribus. Ideo



iſte pſalm⁹ & præcedẽs legiť in feſtiuitatib⁹ martyrum. Et ideo dicit Auguſt.in ſermone plurimorũ martyrum:ꝙ inquãtũ poſſum⁹ debemus martyres & ipſum Chriſtum imitari.ſ.ꝙ ſimus mites & hũiles corde in perſecutiõibus:& debemus pro perſecutoribus exorare. Et tota ſupradicta expoſitio eſt conformis ipſi titulo pſal.in quo cõtinetur figura paſſionis Chriſti & martyrum.

IVdica domine nocẽtes me:expugna impugnantes me.

¶ Titulus in finẽ ipſi Dauid. Ex titulo habeť ꝙ rex Dauid fecit hũc pſalmũ & dirigit nos in finẽ legis q eſt Chriſt⁹:& attribuit ipm ipſi Dauid Meſſię. Et iõ apud hebręos titul⁹ eſt Ipſi Dauid,tñ ſine alio addito. Et ideo dicunt hebręi ꝙ cũ Dauid laboraret in vehementi perſecutione:rogauit dñm vt deus mitigaret irã ipſi⁹ Saulis:ſed fuit ſibi reuelatũ qualiter Saul cũ ſuis debebat iterire i mõtib⁹ Gelboe:& ſic erat peritura tota dom⁹ Saulis:& dom⁹ Dauid erat exaltanda.qd ꝓuidẽs Dauid in ſpũ fecit hunc pſalmũ. Et ſic exponũt hunc pſalmũ ad literam de Dauid ꝓut petit ꝓphetice liberationẽ ſui:& prędicit ruinaꝫ Saul & ſuorũ. Sed Aug.& Caſſiodor⁹ & Origenes exponũt hũc pſalmuꝫ de ꝑſecutione & paſſione Chriſti & excidio regni iudęorũ:quã ꝓuidit Dauid in ſpiritu per perſecutiões ſuas. Ideo dicit Caſſiodorus ꝙ iſte eſt ſecũdus pſal.eorũ qui manifeſtius explicãt myſteriũ paſſionis Chriſti. Et ideo ſequẽdo ſententiã ſacroꝝ doctorũ:iſte pſal.exponendus eſt de ꝑſecutione & paſſione Chriſti. Eſt tamen aduertẽduꝫ ꝙ iſte pſal.non põt ſufficienter & diſtincte diuidi:eo ꝙ narrando afflictiones interponit petitiones & gratiaruꝫ actiones:ſed generaliter poſſumus dicere ꝙ Dauid tripliciter fuit afflictus. Primo ꝑ inſidias. Scđo ꝑ falſa teſtimonia ſibi impoſita. Tertio per irriſiones:quia gaudebãt æmuli ſui in aduerſitatib⁹ ei⁹. Ita pariter Iudęi tripliciter ꝑſecuti ſũt Chriſtuꝫ. Primo per inſidias:vt qñ q̃rebant an liceret dari cenſum Cæſari:& qñ interrogabãt eũ de magno mandato. Secũdo ꝑ falſos teſtes imponentes ꝙ dixerat poſſum deſtruere tẽplũ dei. Tertio per iniurias & irriſiones. Et ideo Dauid pręuidẽs in ſpũ ꝓdictas tres oppreſſiones Chriſti futuras fecit hũc pſalmũ:in quo introduxit Chriſtũ loquentẽ & conquerẽtẽ apud patrẽ de Iudęis affligentibus eũ. In quo tria facit.nã primo cõqueritur de inſidijs ſibi paratis petẽdo liberari. Scđo de falſis teſtimonijs ſibi impoſitis. Tertio de cõiurationib⁹ cõtra eũ factis & iniurijs & opprobrijs illatis. Et in qualibet particula petit liberari.& agit gratias:& q̃rit vltionẽ. Scđa ibi:Surgentes teſtes iniqui. Tertia ibi:Et aduerſum me lætati ſunt. ¶ Quo ad primũ dicit Chriſt⁹.O dñe pater iudica Iudęos nocẽtes.i.lędentes me.iudica dico:iudicio examinationis & cõdẽnationis:& expugna impugnantes:id eſt volentes impugnare me tam in membris q̃ in capite. Et nota ꝙ noceo noces quãdoqꝫ apđ antiquos reperitur ordinari cum accuſatiuo:& ratio eſt:nam nocere vno modo eſt contrarium ad proficere:ſiue prodeſſe:& tũc eſt acquiſitiuũ.& ſic exigit datiuum:quia idẽ eſt qđ obeſſe. alio mõ idẽ eſt ꝙ lędere:& ſic ordinatur cũ accuſatiuo caſu: & ſic ponitur in primo verſu. Et ideo dicit. Iudica dñe nocẽtes.i.ledẽtes & ꝑſequẽtes me.& ideo ſequitur.& expugna impugnantes me.expugna dico:ciuitates eoruꝫ deuaſtãdo & diſſipando:& eos diſpergendo per Titum & Romanos. Et ideo ſequitur.

Apprehende arma & ſcutum:& exurge in adiutorium mihi.

Effunde frameã & conclude aduerſus eos qui perſequuntur me:dic animę meę ſalus tua ego ſum.

¶ Apprehende arma & ſcutū cōtra eos Romanos cōcitando: & exurge i adiutoriū mihi: & effunde frameā & gladiū tuę potētię & ſententię aduerſus Iudaeos & tyrannos: q pſequūť me in capite & mēbris: & dic aię meę: ſal⁹ tua ego ſū .i. oſtēde te ſalutē vitę meę: quia ſi p̄cipis .i. dicis: factū erit & liberabis me ab eis: me reſuſcitādo: & eos puniēdo. ergo.

**Confundantur. & reuereantur: quærentes animam meam.**

**Auertantur retrorſum & confundantur: cogitantes mihi mala.**

¶ Iudęi q̄rētes aiam meā & vitā meaꝫ delere & tollere ab hoc mūdo, cōfūdanť: & reuereanť: & verecūdenť: & timeant cū viderit me reſuſcitatū: & auertanť ab honorib⁹ retrorſū pdētes dignitatē & regnū & ſacerdotiū: & cōfūdanť Scribę & phariſſęi & principes cogitātes mihi mala: & machinantes & conſpirantes in necem meam: qm̄ fruſtrati ſūt a deſyderio ſuo poſtq̄ reſurrexi.

**Fiant tanq̄ puluis ante faciem vēti: & angelus domini coartans eos.**

¶ Fiāt tanq̄ puluis ante faciē venti: diſperſi per vniuerſuꝫ mundū: & angelus dn̄i ſit pſequēs eos. Quia vt ait Ioſeph⁹ de bello iudaico: angeli viſi ſunt recedere a tēplo: & gladi⁹ igneus viſus eſt ſupra hieruſalem p aliquot dies ante excidiū. & ſic ptꝫ ꝙ angeli iā cōminabantur ſtragem futuram.

**Fiat via illorum tenebrę & lubricum: & angelus domini perſequens eos.**

¶ Fiat via illorū lubricū .i. ſcandalū & lapſus ad cadendū: & angelus dn̄i ſit pſequens eos. Nota ꝙ via hois eſt cogitatio & operatio. & ſic eſt dicendū ꝙ oēs cogitationes & act⁹ & operationes Iudęorū poſt paſſionem Chriſti fuerūt eis in lubricū & ſcandalnm Nā vt ait Ioſephus, ꝓpter iniurias & ignominias quas iudęi patiebanť a p̄ſidib⁹ Romanoꝝ: multotiens ſtatuerūt rebellare: & finaliter rebellarūt: & lapſi ſunt in coniurationes & monopolia: q̄ oia fuerūt via ad deſtructionem eorū: & ſic vię & cōſilia eorū fuerūt lubricū ſiue ſcandalū ad labendū & cadendū. Et etiā vię illoꝝ fuerūt lubricū .i. obſcuritas quia fuerūt occęcati per malitiā & pc̄tm̄ vt rebellarēt cōtra Rōanos: & ſic ceciderūt: & angel⁹ domini bon⁹ fuit perſequēs eos. nō dādo adiutoriū: & āgelus malus male conſulendo & ad rebellionem impellendo & inſtigādo. Itē via illoꝝ .ſ. lex Moyſi fuit eis lubricum & lapſus & petra ſcandali: in qua ceciderunt falſe interp̄tando: & male intelligendo: & fuit eis lubricum & obſcuritas: quia deus abſtulit eis ſpm̄ intelligentię: quia occęcauit eos malitia eoꝝ ne intelligerent ſacramenta dei: & ſic lubricātur & labūtur & ſcandalizanť in lege & via dn̄i. & occęcāť.

**Quoniam gratis abſconderunt mihi interitū laquei ſui: ſuperuacue exprobrauerūt animam meam.**

¶ Hic reddit cām quare Iudęi patientur ſupradictas cōfuſiones, & incurrēt caecitatē ſcandalū & ruinā tā tēporalē q̄ ſpūalē: & corpis & mētis: & ſubdit. Qm̄ gratis & ſine cauſa abſcōderūt & incluſerūt me in interitu laquei ſui: quia ſine culpa parauerunt mihi laqueū mortis p inſidias & tētationes iniquas & falſa teſtimonia: & ſuperuacue & ſine cauſa exprobrauerūt & vituperarūt aiam & vitā meā. Et etiam inuanū exprobrauerūt: qm̄ reſurrexi & manſerunt confuſi. Ideo ſicut iniquo modo parauerūt mihi laqueū mortis: ita

**Veniat illi laqueus quē ignorat: & captio quā abſcondit apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipſum.**

¶ Veniat illi populo laque⁹ captiōis & excidij per Romanos. quē laqueū ignorāť: nā ignorantibus ipis Titus duxit vnā legionē militū ex aegypto: & venerūt ex pte oriētali p terram Moabitarū: & trāſierūt Iordanē ꝓpe Hierico: qua tranſiuit Ioſue cū filijs Iſrael: & obſedit inopinate ciuitatē Hieruſalē: & ſic fuit laqueus quē ipſi ignorabāt: nā ſicut p illā partē fuit tranſitus ad capiendam terram promiſſionis tēpore Ioſue, ad expellendos & deſtruendos Chananeos Amorreos & Iebuzeos: ita per eandem partē fuit ingreſſus ad capiendā & deſtruendā Hieruſalē. Itē ſequiť: Et captio quam abſcōdit apprehendat eū. Ad cuius intellectū eſt notandū: ꝙ Iudaei ex inuidia & timore Chriſtū tradiderūt: timebāt eīm perdere primo ſacerdotium & oblationes: ſcdo perdere locū & gentē: & ideo pararunt Chriſto inſidias: & occulte cum cautela in feſto paſchę ceperūt & tradiderunt Chriſtū. Sed eodē modo fuerūt capti ſub eodem laqueo: & illud qđ timebāt euenit eis: & ceciderūt in laqueū queꝫ vitare putabant. Nam in feſto paſchę dū ex omnib⁹ partib⁹ erant in Hieruſalem cōgregati, fuerunt obſeſſi: & ciuitas capta & diruta & incenſa. Et ſic perdiderunt locum & ſacerdotiū: & diſperſi ſunt per mundum captiui. Ideo dicit. Veniat illi populo laqueus & obſeſſio Romanoꝝ: quem ignorat: & captio quā abſcondit .i. in abſcondito parauit: id eſt talis captio qualem ipſe Chriſto parauit: apprehendat eū: & cadat in ipſum laqueum quem vitare cupiebat .i. in laq̄um mortis & ruinę & diſperſionis: vel cadat in ipſū laqueū id eſt in talē qualē ipſe pręparauit mihi in die paſchę. Naꝫ laqueum mortis mihi para[illegible]unt: & in laqueum obſidionis mortis ceciderunt.

**Anima autem mea exultabit in domino: & delectabitur ſuper ſalutari ſuo.**

¶ Hic p̄dicit Chriſtus gaudiū ſuū & eccl'ię de reſurrectiōe ſua & excidio Iudęoꝝ: dicens. Aia mea .i. ego ſimul cū mēbris meis & tota eccleſia exultabit in dn̄o reddens gratias de beneficio redemptionis & de vindicta iudęorum & excidio eorū: & delectabitur ſuper ſalutari ſuo .i. de ſaluatiōe ſua. Nam licet paſſio Chriſti fuerit amara: tamen effectus eius fuit nobis ſalubris & delectabilis: & ei⁹ reſurrectio memorabilis: quia diem dominicam cum delectatione & lętitia colimus in memoriam reſurrectionis: ſed Iudęis fuit in magnam confuſionem. Ideo ſubdit.

**Omnia oſſa mea dicent: dn̄e quis ſimilis tui? Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum & pauperem a diripientibus eum.**

¶ Oia oſſa mea dicent .i. oēs apl'i qui ſunt oſſa mea & fundamenta eccl'ię in quibus apparuit robur & fortitudo, & oēs martyres & cęteri fideles attribuendo tibi ptātē liberādi genus hūanū, & mihi attribuendo meritū paſſiōis: dicēt & p̄dicabūt per mūdū: dn̄e quis ſimilis tui? quaſi dicāt nullus. Nā tu es eripiens pauperē hoieꝫ de manu dęmonū fortiorū eius: & ponitur gtūs eius pro abltō ad modū graecoꝝ qui carent ablatiuo .i. de manu fortiorum ſe: & es eripiens egenū & pauperem expoliatū & fauciatū a latronibus diripientibus eū. Nā tu eripuiſti illū hoiem q deſcēdēs ab Hieruſalē in Hierico icidit in latrones: quē expoliauerūt bonis gratuitis: & plagis affecerūt: & ſemiuiuū reliquerūt. Lucę .x. Iuſtū ergo egenū & pauperē fauciatū tu Chriſte ſanaſti ſanguine tuo: & ſup humerū tuū portaſti: & ſtabulario eccl'ie commiſiſti: & a demonibus fortiorib⁹ & diripientibus & deprędantibus & expoliantibus eū eripuiſti: quod nullus ali⁹ potuit facere: ergo quis ſimilis tibi? quaſi dicat nullus. Eodem modo eripuiſti egenum & pauperem populum chriſtianū de manu tyrannorum fortiorum, & a diripientibus eū. Nam ſicut primo liberaſti illū populum de diabolo ſpūaliter: ita poſtea liberaſti eū de mēbris diaboli temporaliter

facta vindicta de Iudęis & tyrãnis perſequentibus eccliaȝ,
G ¶ Ad cuius intelligẽtiaȝ eſt notandũ ꝙ ſicut diabolus ꝑ ſe
in pȓcipio expoliauit & eripuit & ſauciauit Adã cũ tota ſua
poſteritate:qui quidẽ Adã dicitur vt ſic homo myſtic⁹ ſiue
corpus myſticum & eccleſia:ita poſtea diabolus conat⁹ eſt
per membra ſua.ſ.per infideles & tyrannos perſequi iſtuȝ
hominẽ egenũ & pauperem:& maxime in no.teſta. Et iõ
Chriſtus nonſolũ loquitur & conqueritur hic in perſona ſui
de Iudæis perſequẽtib⁹ & crucifigentibus eũ:ſed etiam cõ
queritur in pſona iſti⁹ hois myſtici.cuius naturã aſſumpſit.
Et conqueritur primo de diabolo qui hũc hoieȝ ſauciauit:
& ex cõſequẽti conqueritur de mẽbris diaboli,ſ.de tyrãnis
& infidelibus qui ip̃ȝ a iuuẽtute ſæpe expugnauerunt.a qui
bus Chriſt⁹ iſtũ hoieȝ tam tẽporaliter q̃ ſpiritualiter libera
uit:vt dictũ eſt. Ad hunc ergo intellectũ poteſt etiã tota ſu=
pradicta pars prima exponi. Dicit ergo homo ſauciatus.ſ.
eccleſia. O dñe deus iudica dęmones nocentes & lędẽtes
me:quia ſauciauerũt me in corpore & aia vulnere peccati
& fomite eiuſdẽ:& expugna tyrãnos & infideles expugnã
H tes me a iuuẽtute mea vſq; ad iudicium. ¶ Et ideo tu deus
apprehẽde arma & ſcutum hũanitatis:& exurge & veni i
carnẽ in adiutoriũ mihi. Naȝ aia Chriſti & caro dicũtur ar=
ma cõtra diabolũ ad offendendũ & defendendũ. Nam in
aia erant dona ſpũs ſancti & oẽs virtutes.ſ.hũilitas & cha=
ritas:quibus Chriſt⁹ vicit diabolũ. Itẽ caro Chriſti fuit ſcu=
tum ad defendendũ in quo Chriſtus recepit ictus tormen=
torũ & afflictionũ & paſſionũ ꝓ nobis. Et ſic Chriſt⁹ in ſua
incarnatione apprehendit arma & ſcutum in adiutoriũ no
ſtrũ contra diabolũ. Et ſequitur. Effunde frameam.i.extẽ
dę gladiũ tuæ paſſionis:& eccleſiaſticę poteſtatis:& virtu
tis ſacramentorũ aduerſus dęmones qui perſequũtur me.
Nam ſicut gladius diuidit & radit & interficit:ita tua paſ=
ſio & eccleſiaſtica ſacramenta delẽt & necãt & extingunt
peccatum & interficiũt diabolum. Et ideo dic aię meę ſal⁹
tua ego ſum,& pręcipe diabolo vt recedat:quia tuum pręcipere
eſt facere. Itẽ dic aię meę ſalus tua ego ſum.i.da mi
hi ſaluteȝ redemptionis:& ſana me a peccato per tuã paſ=
ſionẽ:& confundantur & reuereantur dęmones quęrentes
animam meam:vt videntes me redemptuȝ,et ipſi dęmo=
nes cogitantes & machinantes mihi malas tentationes cõ
fundantur & conuertantur retrorſum cũ viderint me ſana=
tum & lotum a ſorde peccati:& tuo caractere munituȝ.&
fiant.i.fugiant a me ſicut puluis fugit & pellitur ante faciẽ
venti:& angelus dñi bonus ſit coarctans & cogẽs eos fuge=
re:& vię illorũ ſint & fiant tenebrę:ne poſſint me videre
ad nocendũ & fiant lubricũ vt victi cadant ne poſſint præ=
ualere cõtra me Et angelus dñi ſit perſequens eos. Nã an=
geli boni prohibent dęmones ne noceant nec pręualeant
cõtra iuſtos & fideles:& ſic reddit cãm dicens:qm̃ dęmões
gratis.i.cũ grãdi deſiderio abſconderũt mihi laqueũ tenta
tionis in interitu mortis in paradiſo terreſtri:cũ dixit ſerpẽs,
nequaq̃ moriemini:ſed ſi commederitis eritis ſicut dij ſciẽ
tes bonum & malũ:& ſic incidi in duplicem mortem.ſcilis
cet corporis & animę. Et iſto modo exprobrauerũt & ten=
tauerunt aiam meã:& defraudauerunt & deceperũt eam
ſuperuacue & ſine ratione. Fac ergo dñe vt laque⁹ tuę paſ=
ſionis quẽ ignorat,veniat illi:& ſicut ipſe cepit me laqueo
tẽtationis:ita tu cape & liga eum laqueo tuæ paſſionis. Et
ſicut ille fructus vetitus fuit muſcipula ad capiendũ homi=
nem:ita ſacramentum incarnationis & paſſionis tuę ſit mu
ſcipula ad capiendũ diabolum. Quem laqueũ & muſcipu=
lam incarnationis & crucis ignorauit diabolus vſq; ad reſur
rectionem:nam tunc cognouit ſe eſſe victum & expoliatũ
per triumphum crucis,quando Chriſtus fortis & potens in
pręlio cum triumpho deſcendit ad inferos & fregit portas
æreas & vectes ferreos:& expoliauit ifernũ. Et ideo ſequi=
tur. Captio quam abſcondit apprehendat eum.quia ſicut
per fructum illius arboris decepit hominem:ita per fructũ
arboris Chriſti deceptus eſt. Et ſequitur. Cadat in ipſum
laqueum. Quia ſicut per lignum vicit:ita per lignum vict⁹
eſt, De quo beneficio redemptionis iſte homo promittit ſe
gatias acturũ,cum ſubdit. Anima mea exultabit. Exponatᷣ
vt ſupradictũ eſt. Sicut expoſita eſt iſta prima pars de dia=
bolo:ita põt expõi de membris eius perſequentibus eccle
ſiam:& ſicetiam totum reſiduuȝ poteſt exponi in perſona
totius corporis myſtici. Sed primo & pricipaliter debet ex=
poni in perſona Chriſti:qui primo i capite paſſus eſt:ſed ex
conſequenti poteſt exponi in perſona eccleſię.nam quod
Chriſt⁹ prio paſſus eſt in capite,poſtea paſſus eſt i mẽbris.

Surgentes teſtes iniqui:quę ignorabam inter=
rogabant me.

¶ In hac ſcda parte p̃dicit ſcdm genus pſecutionis & affli=
ctionis Chriſti:qd fuit per falſa teſtimonia. Dicit ergo Chri
ſtus. Surgentes teſtes iniqui Iudæi interrogabãt me de his
q̃ ignorabã.i.q̃ nũq̃ feci nec cõmiſi.qn̄ me dixerũt blaſphẽ
mũ:& inimicũ cæſaris:& cõmouiſſe totam terrã a Galilea
vſq; Hieruſalem:& tamẽ oia iſta ignorabã:quia nunq̃ feci
nec alicuius hoꝝ conſcius eram:quia quod non eſt,non cõ
tingit ſciri. Et ſic retribuebant mihi mala pro bonis. Nam
ego ſanaueram filios eorũ:& reſuſcitaueram mortuos eoꝝ:
& ipſi procurabãt mortẽ meã:& retribuebãt mihi maluȝ ꝓ
bono:& ſterilitatẽ pro fertilitate. ¶ Et nota ꝙ Chriſt⁹ vſurI
pat hoc vocabulũ trãſlatiue. Nam ſicut ager dicitur ſterilis
quãdo i ipſo ſeminatᷣ bonũ frumentũ & triticum:& ipſe ꝓ
frumento reddit carduos & ſpinas & loliũ:ita Iudæi dicun
tur ſteriles.nam Chriſtus ſeminauit in eis legem euãgelicã
& virtutes & bonã doctrinã:& ipſi reddiderunt mala opa
& vitia & peccata. Item ipſe ſeminauit in eis multa bene=
ficia ſanitatum:& dedit vitam filijs eorum reſuſcitando:&
ipſi retribuerũt ei mortem pro vita:& odium pro dilectiõe
¶ Ex quo ptȝ ꝙ fuerunt ſteriles.vñ q̃ſiuit bonos fructus ex K
bono ſemine quod in eis ſeminauerat:& ipſi retribuerunt
ſibi fruct⁹ malos. In cuius figura maledixit ficulneã in qua
non repperit fructum. Tripliciter ergo Iudęi fuerunt ſteri=
les Chriſto. Primo quia non retribuerunt Chriſto fructus le
gis & doctrinę. Scdo quia non retribuerũt p̃mium pro be=
neficijs collatis.immo fuerunt ingrati. Tertio quia tribue=
rũt & ꝓcurarũt ſibi mortẽ q̃ dr̃ ſterilitas & priuatio vitę. Nã
homo mortuus dicitur ſterilis:quia non poteſt exercere fru
ctus & opera vitę. Ideo ait Chriſtus.

Retribuebant mihi mala pro bonis:ſterilitatẽ
animę meę.

Ego autem cum mihi moleſti eſſent:induebar
cilicio.

Humiliabam in ieiunio animam meam:& ora
tio mea in ſinu meo conuertetur.

¶ Retribuebant mihi mala pro bonis:& ſterilitateȝ.i.pri=
uationem animę.i.vitę meę. Et probo ꝙ retribuebãt mihi
mala pro bonis. Nã cũ eſſem deus ab ęterno immortalis &
impaſſibilis in ſinu patris:propter eos meipſum exinaniui
formam ſerui accipiens:induens me cilicio humanitatis.in
quo cilicio dum ipſi moleſti eſſent mihi:ego humiliabam
aiam meam in ieiunio & afflictione:& orabã ꝓ eis. Quaſi
dicat:ego pro eis induebar cilicio humanitatis & affligeba
bar:& ieiunabam & orabam pro eis:& ipſi erant mihi mo
leſti retribuendo mala pro bonis:quia vocabant me vora
cem & potatorem vini:& blaſphemum & demoniacum &
inimicũ cæſaris. Et tamẽ ego pro eis oraui i horto & in cru=
ce:cũ dixi:Pater ignoſce eis:quia neſciũt quid faciunt:& tñ
quia voluerunt reſiſtere gratię dei:& ſpõte voluerũt obſti=

nari & non cõuerti: ideo oratio mea fuit eis ſterilis & inutilis. Sed non fuit oratio mea ſimpliciter inanis & vacua. Nã in ſinu meo conuertetur. i. conuerſa eſt illa oratio in membris meis q̃ ſũt in ſinu meo, & in eccleſia mea: quia illis ꝓfuit oratio & paſſio mea: licet obſtinatis fuerit ſterilis. Sed hoc nõ fuit ex defectu meo ſed ex defectu eorũ. Nam.

Quaſi proximum & quaſi fratrem noſtrum ſic complacebam: quaſi lugens & contriſtatus ſic humiliabar.

❡ Ego quaſi proximum & quaſi fratrem meum ſic cõplacebam. i. tolerabam & ſuſtinebam eos: dum me affligerẽt: & perſequerẽtur. Et ego quaſi lugens eorum ꝑditionem cõtriſtatus ſic humiliabar, non maledicendo nec murmurando: ſed patienter tolerando eorum conuicia & opprobria Et nota ꝙ quando aliquod verbum neutrum acquiſitiuũ vſurpat ſignificationem actiui tranſitiui: ſimiliter vſurpat regimen & mutat ordinem conſtructionis. Vnde noceo noces eſt verbum neutrũ acquiſitiuum: & tamen quãdoq; ponitur pro lędere: & ſic vſurpat ſignificationeʒ verbi actiui: ideo tunc ordinatur cum accuſatiuo, vt dictuʒ eſt ſupra: Iudica dñe nocentes me. Pari modo placeo. es. in hoc loco ponitur pro tolerare: & patienter ſuſtinere: ideo ordinatur cũ actõ. Nam quando quis alium tolerat: & patienter ei morem gerit: dicitur ipſum complacere. i. complacendo ipſuʒ tolerare & ſuſtinere. ideo ait hic Chriſt⁹. Quaſi proximũ & fratrẽ ſic cõplacebã. i. cõplacendo tolerabam & patienter ſuſtinebam. Vel ſubintelligitur hęc præpoſitio ſuper: complacebam quaſi ſuper proximum & fratrem. In hebræo autem habetur, *Sicut* ad proximum & fratrem ambulabam. ideo ſequitur. Et quaſi lugens & contriſtatus ſic humiliabar. i. humiliter & patienter quis tolerat fratrem ſuum.

L ❡ Item eſt aduertendum ſecundum Auguſtinum: ꝙ Chriſtus in ſuperiori verſiculo etiam vſurpat & trãſfert illud vocabulum cilicium. Nam caro humana dicitur ciliciũ trãſlatiue. Nam ſicut ciliciũ cõtextũ ex pilis caprinis & ſetis beſtiarũ eſt aſperũ: intantum ꝙ pungit & affligit carneʒ hominis poenitentis: ita pariter caro noſtra dicitur cilicium reſpectu animę: inquantum ſtimulat eam & ſpinis concupiſcẽtię, & poenalitatum pungit aĩam in poenam peccati originalis. Sed eſt aduertendum ꝙ in carne quã traximus ab Adam ſunt ſeminata duo genera ſpinarũ. Primo ſũt inflictę ſpinę cõcupiſcẽtię & libidinis. & iſta dicitur corruptio naturæ & lex mẽbrorũ: quæ per contactum infligit culpã originalem in aĩa, & ꝑ cõſenſuʒ culpã actualẽ ſiue pctm̃ mortale. Scdo ſunt inflictę & ſeminatę ſpinę poenalitatũ: ſicut ſunt dolor labor, fames, ſitis. Et hęc duo genera ſpinarum traximus ab Adam & genitoribus noſtris per generationẽ naturalẽ & libidinoſam. Sed Chriſtus qui ſponte aſſumpſit noſtram carnẽ: nõ per generationẽ naturaleʒ ſed opere ſpũs ſancti noluit aſſumere primuʒ genus ſpinarũ in cilicio carnis: ſed aſſumpſit ſcdm. ſ. ſpinas poenalitatũ. Ideo ait Augu. primo de baptiſmo paruulorum: ꝙ aſſumpſit poenas peccati ſine pctõ. In hoc loco etiam dicit Auguſtin⁹ ꝙ ſimilitudo & veſtigium peccati: ſed non peccatũ erat in domino. Hoc ergo cilicio induit ſe dñs. ſ. carne ſine pctõ: ſed cũ ſpinis poenalitatũ. hoc ciliciũ pungebat & affligebat Chriſtuʒ pro nobis: quia talem carnem aſſumpſit. vt eſſet inſtrumentum ad patiendum & merenduʒ pro nobis. Hoc ergo cilicio ſe induit Chriſtus ad agendã poenitentiã pro nobis.

Et aduerſum me lętati ſunt & cõuenerũt: congregata ſunt ſuper me flagella & ignoraui.

❡ Hic conqueriť de cõiurationib⁹ & inſidijs factis contra eũ de quib⁹ petit liberari petendo vltionẽ. Vnde nota ꝙ in illa ꝑſecutiõe & paſſiõe Chriſti, fuit cõiuratio, captio, falſa teſtimonia: flagellatio: irriſio: & crucifixio. ideo hęc oĩa explicat hic Chriſtus. vñ ait: & Iudęi lętati ſunt malignando contra me: & cõuenerũt & cõgregati ſunt cõtra me in atrio principis ſacerdotũ: inferendo & ꝓcurãdo mihi flagella: & ignoraui falſa crimina q̃ mihi imponebãt, qa nũq̃ talia cõmiſi. Vñ de cõi locutiõe ea q̃ nõ fecim⁹ dicimur cõiter ignorare. Sed poſtea viſis miraculis factis in mea paſſione,

Diſſipati ſunt nec compũcti: tentauerunt me: ſubſannauerunt me ſubſannatione: frenduerũt ſuper me dentibus ſuis.

❡ Diſſipati. i. diſcordes & confuſi: nec tñ cõpuncti ſunt: nec moti ad poenitentiã præ iniquitate & cæcitate: imo adhuc tẽtauerũt me & ſubſannauerũt me naſum rugãdo ſubſannatione iniq̃tatis. dicẽdo: alios ſaluos fecit: & ſeipſum non poteſt ſaluũ facere. ſi filius dei eſt deſcendat de cruce & credimus ei. & ita ex iniquitate frenduerũt ſup me dẽtib⁹ ſuis: mihi conuicia iniqua inferendo. Deinde cuʒ dicit,

Dñe quando reſpicies? reſtitue animã meam a malignitate eorum: a leonibus vnicam meam.

❡ Petit liberari. vnde ait. O dñe pater quando reſpicies in me ſupple? ergo poſtq̃ iniuſte patior: reſtitue animam meã corpori: me reſuſcitando & liberãdo eam a malignitate & nequitia eorum: & libera vnicam animam meam a leonibus Iudæis ſuperbis: quia vnica eſt ſine peccato & ſic iniuſte patitur: & per conſequens iuſte me debes & potes liberare. Deinde cum ſubdit,

Confitebor tibi in eccleſia magna: in populo graui laudabo te.

❡ Promittit agere gratias ꝓ tali liberatiõe. Ideo ait. ſi tu reſuſcitaueris me, ego cõfitebor tibi in eccleſia magna toto orbe diffuſa: feſtũ reſurrectionis & diem dñicã celebrando in memoriã reſurrectionis: & celebrando cęteras feſtiuitates pro beneficijs receptis: & laudabo te in populo graui & potẽti. quaſi dicat: ꝙ poſtq̃ iudęa & ſynagoga noluit me recipere: iõ ipſa reprobata cõuertã me ad pplm gẽtilẽ: qui eſt populus magnus & validus & potens: & in illo populo dilatabo eccliam meã a ſolis ortu vſq; ad occaſum: in qua eccleſia magna & pplo graui & potẽti laudabo te: quia in eo celebrabuntur diuina officia & feſtiuitates.

Non ſupergaudeãt mihi qui aduerſantur mihi inique: qui oderũt me gratis & annuũt oculis.

❡ Hic petit vltionem de iudęis. Ad cui⁹ intellectuʒ eſt notandum, ꝙ duplici poena affliguntur & vruntur & friguntur iudęi & frigebãtur protunc. Primo poena interiori: quia nõ potuerunt adimplere deſiderium & intentum ſuũ de Chriſto. immo euenit eis oppoſitum. Nam ipſi putabant ſe Chriſtum annihilaſſe poſtq̃ viderunt ipſum in cruce mortuum: & putabant euaſiſſe poenas quas Chriſtus eis comminat⁹ fuerat: ſed oppoſitum eis accidit. Naʒ reſurrexit a mortuis: & fuerunt fruſtrati i deſyderio ſuo: qđ peius fuit pro eis: qa propter pctm̃ mortis Chriſti fuit ciuitas eorum deſtructa. Secũdã poena fuit exterior: quia qñ Iudęi vidẽt ꝙ alię nationes receperũt Chriſtum, ipſis reprobatis & captiuis: tũc patiunť cõfuſionẽ maiorẽ: maxie cũ iproperatur eis mors Chriſti. Et ſic duplici poena & cõfuſione vrunť & frigũtur. ſ. in corde, & in oclis & aſpectu hoim. Et hanc duplicẽ poenã & confuſioneʒ petit & ꝑdicit Chriſtus ꝓ iudęis obſtinatis. Ideo primo petẽdo ꝑdicit primã cõfuſionẽ iudęoꝝ interiorẽ. Scdo ſcdaʒ in oclis: ibi Erubeſcãt. Dicit ergo. O pr̃ reſuſcita me ſupple: vt non ſupgaudeãt mihi Iudęi qui aduerſãtur mihi iniq̃: & qui oderũt me gratis & ſine cauſa: & q annuũt oclis me irridẽdo & ſubſãnãdo. nã rugãdo naſum me ſubſannabãt: & annuendo & ſignãdo oculis me irridebãt. ideo pr̃ fac vt nõ videãt itẽtũ: nec cõpleant deſideriũ ſuũ.

Quoniã mihi quidẽ pacifice loquebãtur:& in iracundia terrę loquentes dolos cogitabant.

¶ Mihi quidez pacifice loquebantur dicendo:Magiſter ſcimus quia verax es,& viã dei in veritate doces:ſed in ira terrę.i.in ira terrena,& maliuola loquentes dolos cogitabant:cũ dicebãt,ſi licebat cenſum dari Cęſari an nõ:quia illud dicebant vt me caperent in ſermone,& me inducerẽt in irã,& indignationẽ terreni ppli,ſi dicerẽ ꝙ ſic:aut i indignationẽ Cęſaris ſi dixiſſem ꝙ nõ erat licitũ dari ſibi cẽſum,& ſic loquebanẽ in iracũdia terræ:vt incurrerẽ iracundiã,& indignationẽ terrenã & tẽporalẽ.ſ.ppli iudeoꝝ aut iperatoris.Et ideo cũ me tenuerunt captũ:& ligatum ante Pilatum:dixerunt ꝙ eram inimicus Cæſari:& cũ Pilatus me flagellauit:& cum me viderunt in cruce,tũc fuerunt gaudentes.

Et dilatauerunt ſuper me os ſuum:dixerunt euge euge viderunt oculi noſtri.

¶ Id eſt lætemur,quia oculi noſtri viderunt quæ deſyderabamus.Nota ꝙ cõiter tenent magiſtri iudęorum ex hoc textu.ſ.Aduerſantur mihi inique,& Qui oderunt me gratis:& ſimilibus in ſacra ſcriptura:ꝙ iſta lõga captiuitas & punitio quã patiuntur iudęi diſperſi per mundũ:non prouenit,niſi ex odio ſine cauſa,& gratis cõcepto contra deũ,vel aliquem iuſtũ.Et ſic cęci & obſtinati murmurant contra deum querentes de hoc peccato ꝓpter qđ patiuntur.de quo tractabitur pſal.cviij.&.lxxviij.Tu ergo

Vidiſti domine ne ſileas:domine ne diſcedas a me.

Exurge & intende iudicio meo:deus meus & dominus meus in cauſam meam.

Iudica me ſecũdũ iuſtitiã tuã dñe deus meus:& non ſupergaudeant mihi.

Non dicant in cordibus ſuis euge euge animę noſtræ:nec dicant deuorabimus eum.

¶ Vidiſti iniquitatẽ iſtoꝝ iudęoꝝ:ideo ne ſileas peccata eoꝝ tegendo,& deſyderia eoꝝ implẽdo,& ne diſcedas a me auxiliũ denegãdo.Sed exurge,& intende in iudicium meũ:& in cauſam meã examinãdo & defendẽdo:quia tu es deus meus,& dñs meus p ſpecialẽ gubernationẽ.Et iudica me ſcđm iuſtitiã tuã:quia tu es iuſtus iudex:& ſcio ꝙ nõ pmittes mihi iniuriã fieri:nec denegabis auxiliũ ſcđm cõſuetudinem iuſtitię tuę,q̃ tribuit vnicuiq; ſecundum opera ſua:& ideo cũ fiducia audeo dicere:vt me iudices ſcđm iuſtitiam tuam:quia tu es deus meus.Et ideo fac:vt non ſupergaudeant mihi lætantes de morte mea:& non dicãt in cordibus ſuis euge euge animę noſtrę.i.lętemur,& gaudeamus in aia noſtra.Et ne dicant deuorabimus eum:id eſt lætemur,quia deuorabimus eum.Sed

Erubeſcant & reuereantur ſimul:qui gratulantur malis meis.

¶ Erubeſcãt dico ſimul & reuereanẽ.i.verecũdenẽ i facie & corde,q gratulanẽ malis meis.q.d.ꝙ non ſolũ in corde vranẽ:quia nõ impleuerũt deſyderiũ:ſʒ etiã cõfundanẽ in facie in cõſpectu hoim:qñ viderint me reſurrexiſſe,& videant ppłm gentilem me in Meſſiam ſuſcepiſſe.

Induantur confuſione & reuerentia:qui maligna loquuntur ſuper me.

¶ Induanẽ cõfuſione & reuerentia.i.verecũdia,& timore omnes iudęi qui maligna loquuntur ſuper me.q.d.reperiantur mendaces & conuincanẽ in oĩbus criminibus quæ mihi impoſuerunt.Et per oppoſitum

Exultent & lętentur qui volunt iuſtitiã meã & dicant ſemper magnificetur dominus qui volunt pacem ſerui eius.

Et lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam:tota die laudem tuam.

¶ Exultent geſtu:& lętenẽ in facie oẽs chriſtiani ppli q volũt iuſtitiã meã.i.q receperũt legẽ euãgelicã iuſtificantẽ:& dicant ſemp magnificeẽ.i.magnificẽt dñm in eccłia oẽs q volũt pacẽ Chriſti ſerui ei⁹.ſ.oẽs qui adhęrẽt Xp̃o filio ei⁹.Et lingua mea meditabiẽ iuſtitiã tuã.i.lingua mea ꝓnunciabit & p̃dicabit p totũ orbẽ iuſtitiã tuã:quã credit & meditaẽ in corde & mẽte.Et tota die,& omni tp̃e annũtiabit,& p̃dicabit Chriſtũ ſalutare tuũ.i.p̃dicabit & cõfitebiẽ Ieſum Chriſtũ filiũ tuũ quẽ miſiſti ſaluatorẽ in mundũ.Ex ſupradictis patz,ꝙ iſte pſal.nõ põt verificari lraliter de ipſo Dauid nec de aliquo alio,niſi de ſolo Chriſto.Naʒ paſſio Chriſti magis videẽ memorari hiſtorialiter in hoc pſal.q̃ ꝓphetice.& ſic magis videtur Dauid euãgeliſta,q̃ ꝓpheta in hoc pſal.vt põt patere intuenti. ¶ Sed contra totam expoſitionẽ arguẽ,& videẽ ꝙ Chriſt⁹ non loquaẽ in hoc pſal.Prio ſic.nã Chriſtus orauit ſemp ꝓ inimicis,& pſequẽtibus eũ:Sed iſte qui loquiẽ in hoc pſal.petit vltionẽ de inimicis,& pſecutorib⁹:igiẽ Chriſt⁹ nõ loquiẽ i hoc pſal.Scđo ſic:nã Chriſtus ſemper ab inſtãti ſuę cõceptionis,fuit cert⁹ de ſua reſurrectiõe:vt dictum eſt pſal.xv.ergo nõ oportuit ipm rogare ꝓ ſua reſurrectione.Sed iſte cõtinue orat i hoc pſal.ꝓ ſua liberatione:ergo iſte nõ eſt Chriſtus.Ad primũ rñdeẽ ꝙ verba hui⁹ pſal.& oim alioꝝ potius ſunt intelligẽda ad ſenſum in quo fiũt:q̃ ad ſenſus quẽ lraliter & moraliter faciũt.Vñ dictũ eſt in ꝓlogo:ꝙ multiplici rõne pſal.ꝓcedũt p modũ orõnis ex pte Chriſti.Vno mõ ad exprimẽdã auctoritatẽ patris:ad quẽ ptinet tribuere vnicuiq; qđ ſibi debeẽ:& iõ debet iudicare inter Chriſtũ hoiem:& iudęos pſecutores ipſius Chriſti.Ideo Chriſtus p modũ orõnis explicat iuſtitiã patris:& iniquitatẽ & finalẽ obſtinationẽ iudęoꝝ:& ſic p̃dicit eoꝝ puniſtionem & dãnationez.Scđo mõ hoc diciẽ ad firmitatez,& certitudinẽ ꝓphetiæ:eo ꝙ Chriſtus ſemp fuit exauditus ꝓ ſua reuerẽtia.& iõ Chriſt⁹ non dicit hoc vt petat vltionẽ ſed vt p̃dicat certiſſimã punitionẽ,& dãnationẽ iudæoꝝ ꝓpter ſuã obſtinationẽ.Tertio vt oſtẽdat ſe mediatorẽ. Ad ſcđm eſt dicendũ:ꝙ omis oratio Chriſti facta in pſal.duplicẽ ſenſum importat.Nam prio p̃dicit ſuã liberationẽ & reſurrectionẽ & exaltationẽ.Scđo petit a patre liberationẽ & redẽptionẽ,& reſurrectionẽ,& exaltationẽ mẽbroꝝ ſuoꝝ ꝓpter merita ſuæ paſſionis:& ſic potius orat ꝓ nobis,q̃ pro ſe.Nã Chriſtũ ad patrẽ orare:nil aliud eſt niſi ſuã paſſionẽ patri ꝓ nobis in ſatiſfactionẽ offerre:& miam patris,& Chriſti charitatẽ explicare,& ſe mediatorẽ inter nos & patrẽ oſtẽdere.Et hęc eſt cauſa quare Chriſtus in pſalmis procedit per modum petitionis,& orationis. M

DIxit iniuſtus vt delinquat in ſemetipſo:non eſt timor dei ante oculos eius.

¶ Titulus,in finem,ſiue ad victoriam ſeruo dñi Dauid.Ex titulo apparet,ꝙ Dauid ſeru⁹ domini fecit hũc pſalmum dirigens nos in Chriſtum qui eſt finis legis.Qui quidem pſalmus varie exponitur apud Hebræos.Nã quidam dicunt ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum in perſona populi cupientis exire de captiuitate Babylonica,& redire in terram fertilem promiſſionis,ſcilicet in iudæam.Vnde dicit.Iniuſtus & iniquus Nabuchodonozor cum populo babylonico,dixit,id eſt deliberauit delinquere,& opprimere populũ dei:eo ꝙ nõ eſt timor dei ante oculos ei⁹:ſed ſuperbia,& infidelitas.Sed tu domine deus Iſraël liberabis ſeruos tuos:& iebriabis,& ſatiabis eos ab vbertate:& abundantia domus tuæ,ſcilicet terræ ꝓmiſſionis,quę

eſt domus tua. Sed iſta expoſitio eſt falſa. Prio quia maior
vbertas, & abũdantia bonoꝝ naturaliũ, & artificialium
erat in Babylonia q̃ in Iudea. Scd̃o, quia in hoc pſal. non
memoratur, nec promittitur vbertas tẽporalis: ſed ſpũa-
lis, & cæleſtis, propter id quod ſequit̃. Quoniã apud te eſt
fons vitę, & in lumine tuo videbimus lumen. Ideo alij di-
cunt: ꝙ Dauid fecit hunc pſalmũ in ꝑſecutione Saulis: vi-
dens ꝙ Saul deliberauerat abſq; cauſa ipſuꝫ interficere: iõ
petit hic liberari per diuinã largitatẽ, quæ oĩbus prouidet,
& abſoluit innocentes. Sed nec talis expoſitio ſufficienter
explicat intentũ prophetæ, nec intelligentiã hui⁹ pſal. Nã
maiora bona petũtur, & ꝓmittunt̃ in hoc pſal. q̃ ſint bona
tẽporalia: & etiã quia bona ſpiritualia ſub alio ordine pro-
mittuntur. ⸿ Ideo p̄ſuppoſitis principijs ſuperius ſępe me
moratis. ſ. ꝙ Dauid eſt vere ꝓpheta, & habuit duplicẽ ſpi-
ritũ, & ꝙ per ꝑſecutiones ſuas præuidit in ſpũ ꝑſecutiones
Chriſti, & myſteriũ noſtræ redẽptionis: & ꝙ Dauid & cęte
ri antiqui in ſola fide, & ſpe Chriſti fuerũt ſaluati: Eſt ergo
dicendũ, ꝙ Dauid per totũ diſcurſuꝫ ſuæ ꝑſecutionis & ex-
altationis p̄uidit totũ diſcurſuꝫ malitiæ, & inuidię ſynago
gę contra Chriſtũ, & diſcurſum noſtrę redẽptionis: & p̄ui-
dit premiũ bonoꝝ, & punitionẽ maloꝝ, & ideo fecit hũc
N pſal. ⸿ Ad cuius intelligẽtiã eſt notandũ ꝙ Dauid p obſti
nationẽ Saulis p̄uidit obſtinationẽ, & malitiã iudæoꝝ cõ-
tra Chriſtũ. Sed eſt aduertẽdũ: ꝙ obſtinatio Saulis proue-
nit ex ſuperbia primo & principaliter: nã ſupbia non patit̃
ſuperiorẽ nec æqualẽ: ideo Saul ſuperbus, ſiue ex ſuperbia
prorupit in inuidiã nõ valẽs ſuſtinere ꝓſperitatẽ & honorẽ
Dauid: quia populus canebat, Saul occidit mille: & Dauid
decẽ milia. & hæc inuidia occęcauit mẽtẽ ei⁹: ne poſſet au
dire bonũ aliqd̃ de Dauid. vt patet qñ Ionathas, & Abi-
melech excuſabant Dauid: quia eos nolebat audire. Item
Saul ex inuidia, & malitia occęcat⁹: nõ cognoſcebat ſe age
re cõtra cõſcientiã, & contra legẽ dei: ideo cõ quis volebat
allegare legẽ dei: nolebat audire: & ſic ineterat⁹ in malitia
fact⁹ eſt ignorans in lege dñi: q̃ ignorantia dicitur craſſa &
affectata, qñ prouenit ex paſſione & cõſuetudine peccãdi:
quia vt ſic oĩs malus eſt ignorãs. iij. Ethico. Et ſic ex tali
ignorantia & malitia ipſe Saul venit in cõtẽptũ dei, & fal-
ſam opinionẽ de diuina prouidentia: nõ credẽs deũ regere
actus hũanos. Qd̄ pꝫ: nã relicta ſpe diuina: adijt & recurrit
ad Phytoniſſas, & ſic obſtinatus interijt in mõte Gelboe:
vt pꝫ. j. Reg. vlti. Per iſtã ergo obſtinationẽ Saulis p̄uidit
Dauid in ſpũ obſtinationẽ iudęoꝝ contra Chriſtũ. Nã idẽ
ordo ſeruatus eſt in obſtinatione eoꝝ: nã prio ſacerdotes,
& phariſęi ex ſuperbia elati oẽs ſtudebãt auaritię ad ſuſti
nendũ faſtidiũ, & ſtatũ ſuũ: & ideo videtes Chriſtũ p̄dicãtẽ
cõtra ſupbiã, & auaritiã eoꝝ: & vidẽtes ppl'ꝫ ſequentẽ Chri
ſtũ: ſauciati zelo inuidię & occęcati: nec poterant intellige
re, nec audire doctrinã Chriſti legẽ declarantis: imo tunc
peruerterunt totã intelligentiã legis diuinę: quę promittit
Meſſiã, vt redimeret eos a captiuitate diaboli: & daret eis
vitã ſempiternã, & bona ſpiritualia & cæleſtia. Sed ipſi ma
litia & auaritia occęcati noluerunt intelligere ſacramenta
dei ad ſenſuꝫ ſpiritualẽ: nec voluerunt recipere Meſſiã bo-
na ſpiritualia largientem: ſed temporalem Meſſiam ex-
pectare ſtatuerunt. Et ex tali malitia & ignorantia craſſa
diuinã prouidentiã negauerunt: agentes contra legẽ & cõ
ſcientiã. Et ſic quando viderunt Chriſtũ cũ tanto honore
in Hieruſalẽ ingredientẽ: & pueros clamantes: Benedict⁹
qui venit in nomine dñi: tunc deũ & legẽ contẽnentes ipm
Chriſtũ interficere ſtatuerunt. Ex quo patet, ꝙ ex ſuper-
bia proruperunt in auaritiã & inuidiã: & ex inuidia in fal-
ſam intelligentiã dei, & ignorantiã: & ex ignorantia in cõ
tẽptũ dei, & obſtinationẽ. Hoc ergo præuidens Dauid in
ſpiritu: fecit hunc pſalmũ In quo tria facit. Naꝫ prio prędi-
cit obſtinationẽ iudæoꝝ cuꝫ ſuis cauſis. Secundo confutat
prædictã obſtinationẽ, & falſam opinionẽ iudæoꝝ de ſcri-
bendo diuinã prouidentiã per beneficiũ noſtræ redẽptio-
nis factæ per Chriſtũ. Tertio orat propheta in perſona ec-
cleſię p̄ſeruari per gratiã Chriſti a tali peſtifera opinione
& obſtinatiõe. Scd̃m ibi. Dñe in cęlo miſericordia tua. Ter
tiũ ibi. Prætende miam tuã ſcientibus te. ⸿ Quantũ ad O
primũ ponit vnã concluſionẽ. ſ. ꝙ cõtẽptus dei qui ꝓuenit
ex ſuperbia & ignorantia legis: fuit cauſa obſtinationis iu-
dæoꝝ. Probatur. nã ſicut hũilitas eſt cauſa pœnitentiæ &
timoris dei: ita ſuperbia cauſa contẽptus. Nã ex humilita-
te ſequitur fides: quia hũilis ſubijcit intellectũ legi diuinę:
& credit his quæ in lege continentur: & p conſequẽs credit
in deũ: & credendo diligit, & ſperat in euꝫ: & ex tali chari-
tate ſequit̃ timor dei filialis: quia timet Chriſtũ pdere, &
etiã ſequitur timor ſeruilis: quia timet futurũ iudiciũ: & ſic
mouet̃ ad pœnitẽtiã: ſi erat in peccato: & quando eſt i gra
tia timet dominũ offendere ne perdat gratiaꝫ: & ne punia
tur in iudicio. Ex quo patet: ꝙ ſicut ex humilitate ſequitur
fides, ſpes, & charitas: & timor dei: & per conſequẽs cõſer-
uatio in gratia: ita per oppoſituꝫ ex ſuperbia ſequitur oĩe
malũ. Nã prio ſequitur infidelitas: quia ſuperbus non vult
ſubijcere intellectũ legi: & ſic non credit, nec vult operari
ſecũdũ legẽ: & ſic contẽnit deũ: ex quo contemptu ſequi-
tur obſtinatio per longã conſuetudinẽ peccandi, ſicut acci
dit iudęis crucifixorib⁹ Chriſti. Ait ergo Dauid: ppl's iuſt⁹
iudęoꝝ: ſiue cœtus ſacerdotũ & phariſęoꝝ, dixit. i. delibe
rauit in ſemetipſo: vt delinquat: quia ſupple non eſt timor
dei ĩn conſpectu eius. q. d. ꝙ ideo illa ſynagoga delibera-
uit peccare, & interficere Chriſtũ: quia nõ erat timor dei:
imo cõtẽpt⁹ in cõſpectu ei⁹: nã qa cõtẽpſit deũ nõ credendo
futurũ iudiciũ: nec deũ habere ꝓuidentiã de actibus hu-
manis: ideo ſtatuit delinquere Chriſtũ interficiẽdo: nã qui
nõ timet futurũ iudiciũ: nõ credit diuinaꝫ prouidẽtiã: & ſic
negat primũ principiũ in actibus hũanis, & in moralibus.
Nam ſicut in ſcientijs ſpeculatiuis eſt dare vnũ principiũ,
& vnã propoſitionẽ maximã. quã neceſſe eſt quẽlibet do-
cendũ habere: qua negata nil cõuenit ſcire: vt pꝫ prio Po
ſterioꝝ: & . iiij. Metaphyſicę: ita in moralibus, & in ſciẽtia
diuina de actibus humanis eſt dare vnũ primũ principiũ. ſ.
ꝙ nullũ bonũ irremuneratũ: & nullũ malũ impunitũ: & ꝙ
deus eſt iuſtus iudex p̄miator oĩs boni: & punitor omnis
mali hic: vel in futuro. quo principio negato: nil conuenit
bñ opari. Vñ negatio hui⁹ pricipij ꝓuenit ex ſuperbia & in-
fidelitate: ex qua ſequit̃ cõtẽptus dei, & cõſuetudo peccã
di, & exinde obſtinatio. Et ideo ſubdit. qm̃. i. quapropter
iſte iniuſtus, & iniquus nõ timẽs deũ doloſe egit in conſpe-
ctu eius: quia cũ dolo per inſidias inſidiat⁹ eſt Chriſto, & ꝑ-
ſecutus eſt eũ: imponendo falſa teſtimonia: intãtũ vt iniq-
tas iſtius ppl'i inueniat̃ ad odiũ. i. conuerſa in odiũ & obſti
nationeꝫ cõtra Chriſtũ. Dicere em̃ in corde idẽ eſt qd̄ deli-
berare: vnde cogitatio p̄cedit deliberationẽ. vñ q ſolũ co-
gitat nõdũ dicit: ſed cũ deliberat facere: tũc iã dixit in cor-
de. Et ſic iſte iniuſtus dixit. i. deliberauit in ſemetipo: vt de
linquat. i. deliberauit deliquere & opprimere iuſtũ: & hoc
accidit: qa nõ eſt timor dei ante oculos eius: qa principiuꝫ
oĩs ſapiẽtię, & oĩm actuũ bonoꝝ humanoꝝ eſt timor dñi
quo negato & contẽpto, eſt impoſſibile aliqd̄ bonũ opari
ſed eſt neceſſe oĩa ſcelera ꝑpetrari: vt dictum eſt pſal. xiij.
⸿ Nota ꝙ dicere prius cõuenit intellectui, & ex conſequẽ P
ti cõuenit volũtati: tertio cõuenit linguę. vñ intellectus qñ
intelligit vel cogitat: dicit. item voluntas qñ deliberat &
ꝓponit: tũc dicit qd̄ intellect⁹ cogitauit: itẽ lingua dicit qd̄
voluntas primo dixit & deliberauit. Et ſic in diuinis pater
dicit verbum ſuũ ab ęterno per intellectũ: ſed ex tpe dixit
creaturas per voluntatẽ: quãdo dixit: Fiat lux, & facta eſt
lux. Sed poſtea locut⁹ ẽ dñs multifarie p linguas prophe-
tarũ: ſed finaliter locut⁹ eſt nobis p linguã filij: & tũc locu-

tus eſt per linguā propriā ſibi vnitam perſonaliter. Quando ergo dicitur in hoc pſalmo. Dixit iniuſtus.ideꝫ eſt quod deliberauit & propoſuit.i.iniuſtus populus iudęorum deliberauit in ſemetipſo delinquere, Chriſtum occidēdo:eo ꝙ nō eſt timor dei in conſpectu eius:qa non habuit deū prę oculis:immo contēnendo deū deliberauit Chriſtū occidere. Et quia malum propoſitū mādauit executioni fraudulenter per inſidias, & falſa teſtimonia:ideo ſubdit,

Quoniā doloſe egit in conſpectu eius:vt inueniatur iniquitas eius ad odium.

℄ Quoniā.i.ꝓpterea.i.negato illo principio:& quia non habuit timorē ante oculos doloſe egit in cōſpectu ei⁹.ſ.in conſpectu dei:nō timēdo eius iudiciuꝫ:intantū vt iniqtas eius inueniatur ad odiū dei & proximi:quia ſua iniquitas cōuerſa eſt in odium & obſtinationem. Et ideo ſequitur,

Verba oris eius iniquitas & dolus:noluit intelligere vt bene ageret.

℄ Verba oris eius iniquitas & dolus. Nam iudęi primo loquebanꝰ cū Chriſto cū dolo & fraude:vt caperent eum in ſermone dicentes: Magiſter ſcimus quia verax es. Secundo loquebantur iniquitatem contra eum:quando vocabant eum dęmoniacum,& blaſphemū. Et hoc accidebat a ſuperbia & inuidia:eo ꝙ improperabat eis peccata legis. Ideo occęcatus ille populus malitia noluit intelligere legē dei ad bonū ſenſum ſpiritualē ſicut Chriſtus prędicabat:ſed carnaliter,& tēporaliter voluit intelligere:ne bene ageret & operaretur:& ſic occęcauit eos malitia eorū: ne intelligerent ſacramenta dei in lege ſcripta:& per Chriſtum prædicata. Sequitur

Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo:aſtitit omni viæ non bonę:malitiam autem non odiuit.

℄ Sauciatus ille populus Inuidia & malitia:meditatus & machinatus eſt iniquitatē in cubili ſuo quomodo Chriſtū occideret:& ſicut cogitauit:ita executioni mandauit:quia aſtitit vię non bonæ:immo peſſimæ:qn̄ Chriſtuꝫ tradidit Pilato crucifigendū:& ſic factus eſt obſtinatus:quia mali-
Q tiam non odiuit:immo malitiam & iniquitatē dilexit. Et in illa obſtinatione manet vſqꝫ ad hodiernū diē. ℄ Ex quo pꝫ ꝙ cōſuetudo peccādi,& ſuperbia,& inuidia fuit cauſa occęcationis,& obſtinationis iudæoꝝ:eo ꝙ Chriſtus ꝓdicabat veritatē legis cōtra eorum mala opera:nam qui male agit odit lucem:ne videātur eius opera mala. Ex quo patet ꝙ ignorantia iudæoꝝ eſt damnabilis,quia craſſa,& affectata. Verūtn̄ licet Dauid prędicat hic prophetice obſtinationem & cæcitatem iudæoꝝ ex contēptu dei:tamē tota iſta particula ſupradicta pōt exponi de quolibet obſtinato:& hęretico. Nam obſtinatio prouenit ex cōtēptu dei & contemptus venit ex ſuperbia,& infidelitate,& cōſuetudine peccati,quæ oīa prouemiunt ex contemptu dei. Nam negato illo principio:vnuſquiſqꝫ ꝓrumpit in oia ſcelera,ſicut dictum eſt pſalmo.xiij.

Domine in cælo miſericordia tua:& veritas tua vſqꝫ ad nubes.

Iuſtitia tua ſicut montes dei:iudicia tua abyſſus multa.

℄ In hac ſecūda parte Dauid improbādo falſam opinionem iudæoꝝ,& alioꝝ hæreticoꝝ de diuina prouidētia,& deteſtādo obſtinationē eoꝝ:cōfiteꝰ diuinā prouidētiā circa oia:& ſpecialiter circa act⁹ humanos per beneficiuꝫ redemptionis. Nam ſicut dictū eſt:iudæi zelo inuidię,& malitię occęcati,ꝓpter eoꝝ ſuperbiam & auaritiam non ſolū Chriſtum negarunt eſſe Meſſiā & deū:ſed etiaꝫ noluerunt doctrinā eius audire:& ſic legē negauerūt verū ſenſum repellendo,& falſum ſenſum tribuendo,& ſic Chriſtuꝫ & legē oderunt:& ipſum interfecerūt:& negando Chriſtū & legē:etiam negarūt diuinā prouidētiā:imo negādo Chriſtū eſſe deū,negarūt totam legē & ꝓphetias:qa fecerūt mēdacē legē & ꝓphetias,vt dictū eſt pſal.xiij. Nā diuina ꝓuidētia maxime fuit oſtenſa in incarnatione filij dei,& noſtra redēptiōe.nā nihil valuiſſet hoieꝫ creari:niſi redimi ꝓfuiſſet:vt ait Grego.& Aug. Dicit ergo Dauid. O dn̄e licet iudęi obſtinati contēpſerint,& negauerint te eſſe Meſſiaꝫ,& negauerint diuinā ꝓuidentiam,& deū eſſe iuſtū iudicē:tn̄ ego deteſtando eoꝝ malitiā & obſtinationē:confiteor diuinā ꝓuidētiā ſe extendere circa oia,& deū eſſe miſericordē & veracē,& iuſtū iudicē prę̄miatorē bonoruꝫ & maloꝝ: & ꝙ non relinquit bonū irremuneratū:nec aliquod malū impunitum:& cōfiteor ꝙ in cęlo eſt mīa tua:& veritas tua deſcēdit vſqꝫ ad nubes:& iuſtitia tua eſt,ſicut mōtes dei,& iudicia tua multa ſicut abyſſus. Intantū ꝙ tu dn̄e ſaluabis nō ſolū hoies:ſed iumenta quo ad vitā tēporalē. Ex quo pꝫ ꝙ ꝓuidētia tua eſt in cęlo:& ī nubibus,& in terra,& ī mari:& in abyſſis inferni:& prouides hoibus & beſtijs de vita temporali:qa creaſti hęrbā ꝓ beſtijs:& fruct⁹ terrę ꝓ ho-
minibus. ℄ Vn̄ eſt notandū:ꝙ ad oñdendā diuinā ꝓuidē- R
tiā,Dauid hic ponit quatuor terminos ex parte dei. Poniꝰ eñ miſericordia,veritas,iuſtitia,& iudiciū:quę dicūt & explicant diuinaꝫ ꝓuidētiā. Scd̄o memoranꝰ quatuor partes .ſ.cælū,nubes,mōtes,abyſſus.ſ.oceanus ſiue infernus,quæ cōprehendūt totū mūdū. Et memoranꝰ duo genera aīaliū .ſ.hoies & iumenta:per q̄ quaſi includunꝰ oīa animātia. Et ſic apparet vl'eꝫ ꝓuidētiā dei ſe extendere ꝑ oia & circa oia. Sed iſta ꝓuidētia diciꝰ generalis circa oia,quā deus a principio creationis habet. Sed aliam ſpecialē ꝓuidētiam habet,& oñdit deus circa genus humanū in nr̄a recreatione. Vn̄ ſicut creatio mundi fuit figura recreationis eccleſię ita ꝓuidentia generalis quā habet de⁹ de vniuerſitate creaturarū,eſt figura ſpecialis ꝓuidentię circa actus humanos, quā Chriſt⁹ mōſtrauit in nr̄a redēptione & recreatione. Vn̄ licet prędicta lr̄a teneat verū de vniuerſali prouidētia dei circa oia creata:tn̄ termini poſiti in litera oñdūt ꝙ loquiꝰ ſpecialiter de ꝓuidentia ſpeciali,circa actus humanos. Vn̄ Chriſt⁹ qui eſt ip̄a mīa & veritas & iuſtitia maxime oñdit ſuam miſericordiaꝫ hominibus & angelis in cęlo,vbi eos beatificauit:quia non ex operibus iuſtitię q̄ fecimus nos: ſed ſcd̄m miam ſuā ſaluos nos fecit.ad Titū.iij: Itē etiā per cęlū intelligiꝰ Chriſt⁹:in quo loco oñditur mīa. Per nubes intelliguntꝰ apl̄i:ꝑ quos veritas euāgelica ꝓdicata eſt. Per montes dei intelliguntꝰ martyres,& tota eccl̄ia fundata in mōtibus ſanctis,in qua eſt infirmitas iuſtitię euāgelicę. Per abyſſum intelligiꝰ infernus:in quo manifeſtantur diuina iudicia,& iudicati puniūtur. Itē ꝑ hoīes intelligiꝰ populus dei:cui deus dederat legē:& ſic tanq̄ homines viuebāt. Et per iumenta intelligiꝰ populus gentilis,qui tanq̄ beſtię ſine lege viuebant in beſtialibus voluptatibus. Dicit ergo Dauid. O domine tanta eſt prouidentia tua circa actus humanos:ꝙ in cælo eſt miſericordia tua.i.per miſericordiam tuam hominibus iuſtis beatificationē in cęlo præparaſti: & veritas tua vſqꝫ ad nubes.i.apl̄os deſcendit:quibus pluuiam tuę veritatis cōmunicaſti,qui vt nubes volantes per totum orbem pluuiam euangelicæ veritatis ſparſerunt.

℄ Et iuſtitia tua fuit firma ſicut mōtes in eccl̄ia.i.tua iuſtitia.i.tua lex euāgelica quę dr̄ iuſtitia inquantū hoīes iuſtificat:fuit in montib⁹ firma.i.in hoib⁹ fidelibus,& iudicia tua quę feciſti de bonis & malis ſunt multa.i.ꝓfundiſſima ſicut abyſſus.i.ſicut oceanus. Vn̄ ly multa pōt eſſe adiectiuū de ly iudicia:& tunc eſt ſenſus:ſunt multa ī nūero & ꝓfunda,ſicut aq̄ abyſſales ſunt multę & ꝓfundę. vl' pōt eē adiectiuū de ly abyſſus & ſic ſit foemi gn̄is:& tūc ē ſenſus:ſunt

S tanq̃ abyſſus ꝓfundiſſima & magna. ℭ Nã iudicia dei quare quoſdã p̄deſtinauit, & alios non: & quare elegit hos: & nõ illos, & ſimilia iudicia ſunt ꝓfundiſſima: & incõprehenſibilia: ſicut abyſſus oceani. Põt etiã per abyſſuз itelligi infernus: vbi eſt multitudo dãnatoꝝ: in quib⁹ apparent iudicia dei. Et ſequit̃, Hoies & iumẽta ſaluabis dñe. i. ſicut ſaluaſti in vita tẽporali hoies, & iumẽta indifferẽter: qa oib⁹ ꝓuidiſti de cibis tẽporalibus: ita indifferẽter ſaluaſti ſalute ſpirituali de hoibus. i. iudæis, & de iumentis. i. de gẽtilib⁹. nã ex vtriſq; vnã eccleſiã cõgregabis. Sed quare quoſdam ſaluaſti: & eis gratiã tribuiſti: & quoſdã non: hoc quidem incõprehẽſibile eſt: quia iudicia tua abyſſus multa: nã eos quos ſaluaſti, ab æterno p̄deſtinaſti: cũ nondũ fuiſſent: nec aliquid boni feciſſent. Ergo nõ ex ꝓprijs meritis ſaluaſti: ſed quẽadmodũ voluiſti: & ſic in eis miam tuã multiplicaſti: magis in eis q̄ in alijs: quia nõ eſt currentis nec volentis ſed dei miſerẽtis. ad Ro. ix. Ex quo pз q̃ iſta particula põt exponi de diuina ꝓuidẽtia: ꝓut naturaliter & tẽporaliter ſe extendit ad oia creata indifferenter: & per figurã etiam põt exponi: prout ſpecialiter ſe extendit ad actus hũanos: & magis ſpecialiter & ſpiritualiter: prout deus prouidit lapſui noſtro per incarnationem & redemptionem.

## Homines & iumenta ſaluabis dñe: quẽadmodum multiplicaſti miam tuam deus.

## Filii autem hominum: in tegmine alarũ tuarum ſperabunt.

ℭ Hoies & iumenta ſaluabis. Hic incipit forſan ſententia ꝓbationis hui⁹ queſtionis. ſ. q̃ deus habet ſpecialem curaз de hoibus. Vñ dicit Dauid. O dñe licet tu indifferẽter ſaluabis & ſalues hoies & iumenta, ſiue beſtias temporaliter & corporaliter: quia omnibus das vitam temporaliter per cibũ corporalẽ: autẽ pro ſed filij hominuз, id eſt homines ſpecialiter ſperabunt ſub tegmine alarũ tuarum: vt des eis aliam vitam ſpiritualẽ: & ſalues eos a peccato: quẽadmodum multiplicaſti in eis miſericordiam tuã magis q̄ in iumentis: iõ vltra vitã corporalẽ ſperant a te aliã vitã, & ſalutẽ ſpũalẽ: vt protegas eos in tegmine alaꝝ tuaꝝ in cruce: hic in eccleſia per gratiã: & in futuro per gloriam.

## Inebriabuntur ab vbertate domus tuę: & torrente voluptatis tuę potabis eos.

ℭ Quando amplexus fueris eos ſub tegmine alarum gratiæ tuæ inebriabuntur, & ſatiabuntur vbertate & abundãtia ſacramentoꝝ domus. ſ. eccl̃ię tuę hic ꝑ gratiã: & potabis eos de torrẽte voluptatis, & fruitionis, & felicitatis tuæ de cælo per gloriã. Itẽ ſatiabis eos de torrente voluptatis doctrinæ tuæ in hac eccl̃ia: & de torrente viſionis claræ & facialis in alia. Item inebriabunt̃ ab vbertate pretioſi ſanguinis domus. i. lateris tui: vnde procedunt eccleſiaſtica ſacramẽta. Nam ſicut eccleſiaſtica ſacramẽta ſunt cibus aiæ: ita euangelica doctrina eſt potus eiuſdẽ, quib⁹ correſpondent viſio & fruitio in patria. Ideo ſubdit,

## Quoniam apud te eſt fons vitę: & in lumine tuo videbimus lumen.

ℭ O domine Ieſu, tu ſatiabis & ſaluabis, & inebriabis, & potabis eos: quoniã fons vitæ gratię, & gloria eſt apud te: quia gratiam, & gloriam dabit dominus: & in lumine tuo videbimus lumen hic per gratiam: & in futuro per gloriã.

T ℭ Vnde nota q̃ Chriſtus qui eſt verbum patris ſpecialiter dicitur vita & lux. Nam inquantũ deus oia per ipſum facta ſunt: & ab eo emanant omnia creata, ſicut radij ſolares a ſole. Ideo oia habent ab eo, & in eo vitã, & eſſe, & conſeruãtur in eſſe. Ideo ait Ioan. j. Quod factũ eſt in ipſo vita erat: nã intantũ res ſunt, inquantũ verbũ influit eis vitam & eſſe: & inquantũ lucet in eis per eſſentiã. Sed ſpecialiter verbũ, qđ eſt ſcientia patris, lucet in angelis & hoibus ꝑ intellectũ, & ſic cauſat in eis itelligẽtiã, & lumẽ ſcientię naturalis. Et iõ ſubdit Ioannes: & Chriſtus qui eſt vita oim erat lux hoim. Sed vltra iſtã gñralẽ lucẽ: ſiue gñale & naturale lumẽ Chriſtus incarnatus influxit aliud lumẽ ſuꝑnaturale doctrinę hoibus in ſua p̄dicatione & lege euãgelica. De quo Ioannes ſubdit. Lux in tenebris lucet, & tenebrę eam non cõprehenderunt. Nã Chriſtus erat lux vera, quę illuminat oẽm hoiem venientẽ in hũc mundũ. Et iſtud dicitur lumen fidei & gratiæ. De quo Eſa. lx. Ambulabũt gentes in lumine tuo. Sed loco huius luminis in patria erit lumẽ gloriæ qui eſt Chriſtus. Sed vt poſſimus videre & apprehendere illud incõprehenſibile lumen: De⁹ creauit in nobis, & in intellectu noſtro illud lumen: nã per lumẽ naturale intellect⁹ agẽtis non poſſem⁹ intueri illud incõp̄henſibile lumen obiectale. Ex quib⁹ patз q̃ duplex lumen influxit Chriſtus in nobis. ſ. lumen fidei: vt ipſum deũ hic cognoſcamus, & intueamur per gratiã, & in patria lumẽ glorię: vt deũ cõtẽplemur per gloriã. Iõ Dauid de vtroq; lumine dicit hic. In lumine tuo. ſ. infuſo & creato videbimus lumen increatũ hic per fidẽ, & in futuro per gloriã. quod quidẽ lumen non potuiſſemus ſine Chriſto attingere. Ex quibus patet diuinã prouidentiã ſe extendere non ſolum vniuerſaliter & corporaliter circa oia creata: ſed etiã ſpiritualiter & ęternaliter circa actus humanos. Nam deus p̄parauit gratiã & gloriã pro iuſtis: & æternam pœnã pro malis & obſtinatis. Ex quibus patet, q̃ Dauid non fecit hũc pſalmũ ꝓ redacta captiuitate babylonica: nec ꝑ ſola ꝑſecutione Saulis: nec pro ſola ꝓuidẽtia generali: quia per talẽ ꝓuidentiam non datur talis fructus & vita.

## Prætende miam tuam ſcientibus te: & iuſtitiam tuã his qui recto ſunt corde.

ℭ In hac tertia parte petit pręſeruari per gratiã a peccato & obſtinatiõe: & a tali peſtifera opinione. Vñ aduertẽduз: q̃ cũ natura noſtra ſit corrupta in Adã, nemo de ꝑ ſe ſine gratia poteſt vitare malũ: nec facere bonuз: vt frequẽter dictũ ẽ. Et ſic ſine gratia nemo poſſet ꝑuenire ad viſionẽ illius æterni luminis. Sed quia gratia non datur ex meritis, niſi ex ſola dei miſericordia: ideo ait Dauid in perſona toti⁹ eccl̃ię. O dñe p̄tende miam tuã ſciẽtibus te. i. omnibus fidelibus qui te voluerunt audire: vt bene agerẽt & bene operarent̃: dando eis gratiã. Et p̄tende iuſtitiã tuã his qui recto ſunt corde. i. iuſtifica eos filiũ tuũ mittendo.

## Non veniat mihi pes ſuperbiæ: & manus peccatoris non moueat me.

ℭ Et tu Chriſte iuſtifica nos, & gratifica per tuã morteз & paſſionẽ, & cõtinue da nobis gratiã ad bonũ agẽdũ, & malũ vitandũ: & fac vt ꝑ talẽ gratiã nõ ꝑueniat mihi pes ſuꝑbię, quæ eſt pes & fundamẽtũ, & initiũ oim alioꝝ pctõꝝ.

ℭ Nota q̃ ſupbia dicit̃ pes & fundamentũ oim pctõꝝ & V
vitioꝝ. Patet. nam peccator per ſuperbiã contẽnit deuз: vt dictũ eſt: & ſic incidit in oia alia peccata. Itẽ per ſuperbiaз incidit in auaritiã, & rapinã, & vſuram, & ſimoniã: vt ſuſtineat ſuperbũ ſtatũ ſuũ, & exinde incidit in inuidiã, & odiũ fraternũ: quia nõ ſuffert priorẽ nec parẽ. Et ſic venit vſq; ad contẽptũ dei & obſtinationẽ: non timẽs eius iuſtũ iudiciũ. Et ſic cõtemnit etiã legẽ, & negat diuinã prouidentiã. Et ſic patet q̃ ſupbia eſt pes & initiũ peccatoris, & cætera vitia ſunt manus eius. Nã ꝑ ſupbiã incedit peccator, & ꝑ alia vitia operat̃. ſ. per auaritiã, & inuidiã ad ſuſtinẽdã ſupbiã. Et ideo ſupbi dicunt̃ hic pes peccatoris: & vitia cętera dicunt̃ manus. Iõ Dauid cupiẽs vitare hãc peſtiferã beſtiaз dicit. O dñe p̄tende miam & gratiã: vt pes ſuperbiæ non veniat mihi: & manus pctõris, quæ ſunt cætera vitia: non moueat me a tuo timore, & amore, & ſtatu gratię: & eadẽ

etiam ſuperbia dicitur pes & manus peccatoris:quia in ea fundatur,& per ſuperbiam male operatur.Item ſuperbia eſt pes,& man⁹ diaboli quo luctaẽ cõtra homines,& deiſcit eos ad terram, & remouet eos ab amore & timore dei. Ideo ait Dauid.Dñe prætende miſericordiã tuã,ꝑ gratiã præuenientẽ:ne pes ſuperbię & manus diaboli luctatoris. & deceptoris amoueat me a tuo timore & amore:& ne efficiar in peccato obſtinatus:ſicut deiecit peccatores a ſtatu gratię,& ſicut eiecit Adam de paradiſo.

## Ibi ceciderũt qui operantur iniquitatem: expulſi ſunt nec potuerunt ſtare.

Nam ibi in ipſa ſuperbia ceciderunt om̃es qui operantur iniquitatẽ:nam om̃es per ſuperbiaꝫ ceciderunt,& expulſi ſunt a gratia,nec potuerunt ſtare in ea.Nã primo dęmones expulſi per ſuperbiã ceciderunt de cælo.Secundo Adam & Eua per ſuperbiam & inobedientiam ceciderũt & expulſi ſũt de paradiſo terreſtri:& a ſtatu felicitatis:nec potuerunt in eo permanere.Itẽ per ſuperbiã cecidit Pharao cum ſuis in mari rubro.Item per ſuperbiã cecidit Sennacherib,& Nabuchodonozor,& Holofernes. Et finaliter per ſuperbiã & inuidiã & contemptũ dei,& legis ceciderunt iudæi & expulſi ſunt a regno:& ſacerdotio,& a ſedibus ſuis:nec potuerunt in eis ſtare:immo vagantur captiui,& diſperſi per mundũ:& patiuntur hic pœnã temporalem,& in futuro æternam.Ex quibus patet ꝙ deus eſt iuſtus iudex:& prouidens actibus humanis,tribuens præmiũ & felicitatẽ iuſtis,& pœnam æternam malis,& obſtinatis non timentibus deum,& bonos perſequentibus.

Ex hoc pſal.intelliguntur.viij.cõcluſiones ſiue doctrinę.

Prima concluſio eſt,ꝙ ſicut timor domini eſt principiũ & cauſa omniũ bonarũ operationũ:ita per oppoſitũ defectus timoris dei:& contemptus dei eſt cauſa & principiuꝫ infidelitatis,& omnis peccati.Probatur.quia iſte iniuſtus non timuit deum:ideo ſtatuit in ſemetipſo delinquere,& peccare cõtra deũ: & proximuꝫ.

Scda cnocluſio,ꝙ ex cõtẽptu dei deuenit iniuſt⁹ ad odiũ dei & ꝓximi,& in cõtẽptũ & odiũ legis:intantũ ꝙ nõ vult intelligere,nec audire legẽ dei ne bene agat nec opereẽ.

Tertia cõcluſio,ꝙ ex defectu timoris dei iniuſt⁹ negat diuinam ꝓuidentiã circa actus humanos,& exinde præcipitatur in omne nephas,& om̃ia ſcelera.

Quarta cõcluſio,ꝙ ꝓuidentia dei quę ꝓuenit ex eius mia & bonitate,incipiẽs a cęlo, deſcẽdit vſq; ad nubes: & exinde ad mõtes vſq; ad abyſſos.Nã ex ſua bonitate & largitate mouet cęlos,& facit eos i̅fluere ſup oẽs creaturas:& facit nubes pluere ſup montes& campos ad germinandas plantas,& exinde aquę deſcendũt vſq; ad abyſſos maris.

Quinta concluſio,ꝙ ſicut ꝓuidentia dei naturaliter ſe extendit ſuper om̃es creaturas:ita pariter ſe extẽdit ſuper totã eccleſiã.Nam miſericordia dei eſt in cęlo iuſtoꝝ.ſ.in Chriſto,& veritas doctrinæ deſcẽdit de Chriſto vſq; ad nubes.i.apl'os,& ex apl'is vſq; ad mõtes.i.martyres,& doctores:& ex doctoribus vſq; ad abyſſos.ſ.ſimplices fideles.Itẽ miſericordia eſt in cęlo.i.in Chriſto,& veritas in nubib⁹.i. apl'is:& iuſtitia in montibus.i.prælatis:in quibus eſt eccleſiaſtica poteſtas,& iudicia in abyſſo inferni.

Sexta cõcluſio,ꝙ licet prouidentia dei ſe extendat generaliter ad ſalutẽ,& conſeruationem temporalem omnium animaliũ:quia deus prouidet tam iumentis q̃ hominibus de vita tẽporali:& ſaluat eos tẽporaliter ꝓuidendo de cibo temporali:tñ ſpecialiter prouidet hominibus de cibo & vita ſpũali:quia dat hominibus gratiam ad merendũ, & fidẽ ad credendũ in p̃ſenti,& lumen ad credendũ in futuro:Quia in lumine eius videbimus lumen & potabit nos de torrente ſuę vbertatis gloriæ & fruitionis.

Septima concluſio,ꝙ neceſſaria eſt miſericordia & grã dei ad vitandam infidelitatem & omne peccatum.

Octaua cõcluſio,ꝙ ſuperbia eſt pes,& fundamentum oim vitioꝝ & peccatoꝝ:& ſic ſuperbia eſt pes & pedes peccatoris,quibus peccator ambulat,& cętera vitia ſunt manus quibus operatur.Probatur.quia ibi per ſuperbiã ceciderunt oẽs peccatores a gratia in omnia ſceleraꝫ:nec aliqs ſuperbus poteſt ſtare quin cadat in alia peccata.

## NOli æmulari in malignãtibus:neq; zelaueris facientes iniquitatem. Quoniam tanq̃ fœnum velociter areſcent:& quemadmodum olera herbarum cito decident.

Titulus,Ipſi Dauid,ſine aliqua additiõe.Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hunc pſalmũ.Vnde eſt aduertenduꝫ, ꝙ multi amici Dauid vidẽtes Abner,& Doech, & multos malignos proſperari in domo Saul:& videntes bonos a malignis deprimi:deſperãdo de diuina ꝓuidentia trãſibãt ad partes Saulis derelinquentes ipſum Dauid:& ſic laudabant,quod ante vituperauerant,& econuerſo,& quaſi negantes diuinam prouidentiam imitabantur malos,& eoꝝ opera.Et ideo Dauid fecit hunc pſalmum,in quo ſoluitur eorum mala opinio.Et ideo dicebant aliqui,ꝙ iſte pſalmus continuatur cum præcedente.Sed hoc non videtur verum quia Hieronymus & omnes antiqui quotant hunc pſalmũ.xxxvj.diſtinctum a præcedenti.Item quia Dauid complures pſalmos fecit de diuina ꝓuidentia:vt patebit. Et ideo eſt dicendum,ꝙ Dauid bene ſumpſit occaſionem condendi hunc pſalmum ex cauſa ſupradicta. Sed adhuc iſte pſalmus nõ caret myſterio,& prophetia de Chriſto & eccleſia quia aliter non computaretur inter ſacras ſcripturas.Sed dicunt Hebræi moderni:ꝙ etiam iſte pſalmus eſt ꝓpheticus quia prædicit interitũ ipſius Saulis:per hoc qđ dicit:Vidi ipiũ ſuperexaltatũ.Sꝫ in hoc ip̃imet cõtradicũt ſibijpſis nã Dauid erat ſenex qñ fecit hũc pſal.ſꝫ ꝓtũc iam Saul perierat,et erat quaſi in obliuione:qđ patꝫ p hoc qđ dicit Iunior fui etem̃ ſenui.Et ideo eſt dicendũ:ꝙ Dauid conſiderans totum diſcurſum Saulis,& ſuoꝝ ſequaciuꝫ:& Abſalonis,& Achitofel,& oim perſecutoꝝ:quomodo mala morte vitã finierunt cũ ſatellitibus ſuis,ꝓpter eoꝝ malitiam & ſuperbiam:& quomodo ipſe Dauid fuit ſublimatus,& exaltatus ꝓpter patientiã in aduerſis:in illo myſterio præuidit in duplici ſpiritu ꝓphetico perſecutionẽ Chriſti,& excidium iudæoꝝ,& præuidit etiam in ſpiritu perſecutionẽ eccleſiæ,& exitũ & exterminiũ omniũ tyrannoꝝ: & exaltationẽ eccleſiæ,& omniũ ſanctoꝝ. Et iõ fecit hunc pſalmũ,in quo exhortatur om̃es iuſtos ad patientiã in aduerſis.ne diffidant de diuina prouidentia & miſericordia. Et ſic iſte pſalmus eſt ſimul ꝓpheticus & moralis.Nã Dauid per exempla & præcepta moralia intendit prædicere ꝓphetice futura myſteria de Chriſto & eccleſia.prout dictum eſt in prologo,tractatu·iij.regula.v.doctrina tertia. Et ideo primo exponetur moraliter ad vtilitatẽ afflictoꝝ. Secundo breuiter exponetur ꝓphetice,de punitione Iudæoꝝ,& perſecutione Chriſti & eccleſiæ:ne taceatur ſacramentũ in hoc pſalmo contentũ. Quantum ergo ad primam expoſitionem diuiditur iſte pſalmus in ſeptem partes ſcd̃m ſeptẽ doctrinas in eo contentas.Nã primo Dauid exhortatur iuſtos afflictos,ad patienter deferendas pſecutiones malignoꝝ.Scd̃o ad perferendas eoꝝ ꝓſperitates, Tertio ad perferendã patienter paupertatẽ.Quarto exhortatur iuſtos ad eleemoſynas faciendas.Quinto ad obſeruantiã diuinæ legis.Sexto ad ſtudiũ & contẽplationẽ legis diuinæ.Septimo ad ſeruandã innocẽtiã,& manſuetudinem,& iuſtitiam.Scda ibi.Noli æmulari in eo.Tertia ibi, Melius eſt modicuꝫ iuſto.Quarta ibi.Mutuabitur pctõr, Quinta ibi.Declina a malo.Sexta ibi.Os iuſti meditabit,

Y Septimũ ibi. Cuſtodi innocẽtiã. ¶ Quantũ ad primã doctrinã eſt aduertendum, ꝙ licet Ariſtoteles in fine quarti Aethicoꝝ ponat inter morales virtutes indignationẽ de malo, & proſperitate maloꝝ: tamen hoc intendit ſemper cum moderatione & medio. ſ. quantum, & quando, & vbi oportet: ꝙ non excedatur modus, & mediũ virtutis. Ideo Dauid non intendit in hoc pſalmo agere contra morales virtutes: immo confirmat eas. Nam multi tempore ſuo videntes malos proſperari: & bonos deprimi: diffidebãt de diuina prouidẽtia, & iuſtitia, & imitabantur malos: & deficiebant ab omni morali virtute, & lege diuina. Hos ergo exhortatur, & reprehendit, & exhortatur ad fortitudinem, & veritatem. Dicit ergo Dauid. O tu vir afflicte quicunqꝫ pateris iniuſte perſecutionem a malignis: noli æmulari in malignantibus. Nota ꝙ æmulari eſt æquiuocum. nam idem eſt quod indignari, inuidere, ſequi, imitari, aut amare. Hic autẽ ponitur pro indignari. i. noli indignari, vltra modum, perdendo fidem, & deſperando de diuina prouidentia & iuſtitia, videns malignantes cõtra te præualere, & contra alios iuſtos: neqꝫ zelaueris. i. ne defendas facientes iniquitatem ſequendo eos. zelare idem eſt quod amare, inuidere, defendere, conſortem in amato non pati. Eſt nihilominus bonus quidã zelus, quo quis ſic intenſe aliquem amat, ꝙ ab omnibus illum cupiat amari & reuereri: & eſt malus zelus quo quis adeo feruide alicui inuidet & eum odit: vt optet ab omnibus odiri & contemni: & idem eſt de ęmulatione. Dicit igitur ne ames: nec defendas facientes iniquitatem: quoniã licet ad tempus regnẽt & dominentur: tamen finaliter cadent, & tanq̃ fœnum & hærba velociter areſcent, & marceſcent, & ſiccabuntur a viriditate ꝓſperitatis & poteſtatis: & areſcent, & decidẽt, & deorſum cadent tanq̃ olera. ſ. ſicut caules, & lactucæ, & cætera olera & legumina quę licet in vere ſint viridia: tamen in autũno ſiccantur & decidunt: Idõ tu non deſperes nec diffidas de diuina prouidẽtia & iuſtitia: ſed dicas: Noli æmulari in malignantibus, neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem: mala videlicet ęmulatione, ſeu zelo malo: ſicut nec fecit Moyſes quiq̃q̃ ꝓ idololatria aurei vituli de ęmulatione & zelo ſuccenſus multos interfecerit: pro eiſdẽ tamen prius deuote rogauerat dicẽdo Dñe obſecro ignoſce eis, aut dele me de libro in quo me ſcripſiſti, & huic ſenſui multum alludit litera ſequens. nam ſequitur.

Spera in domino & fac bonitatẽ: & inhabita terram & paſceris in diuitiis eius.

Delectare in domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.

Reuela domino viam tuã & ſpera in eo: & ipſe faciet.

Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuam: & iudicium tuum tanq̃ meridiem: ſubditus eſto domino & ora eum.

¶ Spera in dño, & fac bonitatẽ cũ ꝓximo non offendendo deũ, & inhabita terraꝫ inter malos eos patiendo & tolerando, & inhabitabis terrã viuentiũ in patria, & paſceris, & ſatiaberis in diuitiis gloriæ eius in pmiũ patientiæ, & dabit tibi dñs ibi petitiones, & deſyderiũ cordis tui. reuela ergo domino viam tuam in hac vita, nõ tẽporalia: ſed cęleſtia appetẽdo: ſed ſpera in eo ponendo tuam ſpem in cæleſtibus: & ipſe faciet quod deſyderas. & educet claraꝫ, quaſi lumen iuſtitiã tuam. i. pro omnibus operibus tuis iuſtis gloriã dabit: & iudicium tuuꝫ non erit tenebroſum, ſicut damnatoꝝ qui iudicantur ad infernum propter mala opera: immo erit clarum: & educet deus ipſum tanq̃ meridiem dando præmium in cælo, & deus approbabit opera bona, quæ ſicut lucent coram hominibus: ita lucebunt coram deo ad pręmium: quia in luce ſunt facta & in gratia: ergo ſubditus & obediens eſto ſemper domino & legi ſuę & ora eum: quia non tibi deficiet: quia licet patiaris in hac terra mortalium: tamen ibi in terra viuentium regnabis

Noli æmulari in eo qui proſperatur i via ſua: in homine faciente iniuſtitias.

¶ In hac ſcda doctrina exhortatur iuſtos ne indignentur contra deũ de proſperitate maloꝝ: quia in fine deus deprimit iniuſtum: & exaltat iuſtuꝫ: hic aut in futuro. Dicit ergo. O vir iuſte noli ęmulari & indignari in eo qui proſperatur tam in dignitatibus q̃ in temporalibus, nec in homine faciẽte iniuſtitias: ſed dimitte deo iniuriã. Vel exponatur: vt ſupra de mala æmulatione, qua in nullo æmulantur etiaꝫ occidendo: nec enim Phinees peremit fornicatorem cum madianite zelo malo in proximum: ſed dei zelo, qui bonꝰ & ſanctus eſt: & propterea ſequitur,

Deſine ab ira & derelinque furorem: noli ęmulari vt maligneris.

Quoniã qui malignãtur exterminabũtur: ſuſtinentes aũt dominũ ipſi hęreditabunt terrã.

¶ Quoniam qui malignãtur exterminabuntur finaliter ab hoc ſæculo vitam male finiendo: & a regno cæloruꝫ ad poenam deſtinando. ſuſtinentes autem dominũ, id eſt patientes ipſi hęreditabunt terram viuentium. Per oppoſitũ peccator malignus: nam in breui morietur in corpore & aia: & ꝑdet iſta tẽporalia & futuram gloriã. Ideo ſubdit,

Et adhuc puſillũ & non erit peccator: & quæres locum eius & non inuenies.

Manſueti autem hęreditabunt terram: & delectabuntur in multitudine pacis.

¶ Et adhuc puſillum & breue tẽpus eſt. i. viuet breui tẽpore peccator, & quæres locum. i. proſperitatẽ eius: & non inuenies: quia breuiter ꝑteribit. Manſueti autẽ hęreditabũt terram viuentiũ: quia beati mites quoniam ipſi hęreditabunt terram viuentium. Matth. v. Et delectabuntur i multitudine & abundantia pacis, & quietis perpetuę: quoniaꝫ quieſcent iuſti ab oĩ labore, & abſterget deus ab eis omnem lachrymam, & iam non erit amplius neqꝫ luctus neqꝫ dolor: quoniam prima abierunt. Apo. xxj.

Obſeruabit peccator iuſtum: & ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis.

Dominus autẽ irridebit eum: quoniã proſpicit ꝙ veniat dies eius.

¶ Obſeruabit peccator. i. licet peccator & malignus obſeruet, & tẽporaliter vexet & affligat iuſtum, & ſtrideat dentibus ſuis. i. cum malitia & poteſtate & fauore ſuo ſęuiat in eum tamen deus licet permittat peccatorẽ ad tẽpus affligere iuſtũ: tamen non fauet peccatori: immo irridet eũ, & decipit eum: quia expectat deus: vt veniat dies interitus eiꝰ: vt puniat eum: quia in hoc decipiuntur peccatores. Nam videntesqꝫ faciendo malũ, magis ꝓſperantur in hoc mũdo: ideo putant deũ non curare de iſtis inferioribus, nec eẽ aliã vitã poſt iſtã & non cognoſcũt qualiter deus expectet eos ad pniam: & theſaurizant peccata, vſqꝫ ad diem vltionis. Et ſic patet ꝙ fortuna ꝓſpera decipit eos. Ideo ait Dauid. ꝙ deus irridet peccatorẽ malignũ: expectando vt veniat dies interitus, & vltionis eius vt puniat euꝫ. Vnde deꝰ neminem irridet, nec decipit: quia ipſe peccator ſeipſum decipit: ſed deus oſtendet eum eſſe deceptum & irriſum in die interitus & vltionis eius.

Gladiũ euaginauerunt peccatores: intenderunt arcum ſuum.

Vt decipiãt pauperem & inopem: vt trucidẽt rectos corde.

Gladius eorũ intret in corda ipſorũ: & arcus eorum confringatur.

¶ Gladium euaginauerunt. i. licet peccatores maligni aliquando euaginauerint gladium id eſt poteſtatẽ ſuam, & intendant arcũ ſuæ malitiæ: vt decipiant pauperẽ in bonis tẽporalibus: & inopẽ in amicis, & deſertũ in fauorib⁹: & ſimplicẽ ſine malitia, & trucident ſimplices & iuſtos rectos corde: tamen gladius ipſorum malignoꝝ intret. i. intrabit in corda eoꝝ, quaſi dicat ſicut crudeliter vexarunt: & afflixerunt iuſtos: ita crudeliter punient̃, & eadẽ mẽſura, qua menſi fuerint iuſtis, eadẽ metiet̃ eis: & eodeꝫ gla crudelitatis & tormentorũ, quo pcuſſerunt iuſtos: eodẽ gladio peribunt. Matth. vij. Et ſic arcus, & fortitudo, & potẽtia eoꝝ cõfringetur, & peribit, & finietur, & auferetur ab eis: vt patet de Pharaone, & Domitiano, & Nerone, Attila: & Totila cuius arcũ vidit frangi beatus Benedictus. Et ſic patet ꝙ finis maloꝝ eſt infelicitas.

Melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas.

¶ In hac tertia doctrina exhortatur iuſtum, ne deſperet in paupertate, nec appetat ſuperfluitatẽ pecuniarũ, & bonoꝝ tẽporaliũ: quia natura paucis contenta eſt: ſed
Z perferat patienter paupertatẽ. ¶ Nã vt plurimũ abundantia bonoꝝ tẽporalium eſt occaſio mali in prauis hominibus: vt magis poſſint exercere malitiã ſuã: vt ptꝫ in ſuperbis & luxurioſis. Et licet bona tẽporalia ſint bona bonis: & mala malis: tamen vt plurimũ nocent propter malum vſum & peruertunt hominẽ. Et ſic quibuſdã eſt melius ipſa non habere niſi ſolũ ad victũ neceſſarium: & ſic paupertas eſt ad ſalutẽ iuſtorum: & diuitiæ ſunt ad damnationem prauorũ. Et ſic pauper licet in hac vita patiatur pœnuriaꝫ: tñ in patria ſatiabitur. Per oppoſitũ aũt diues malus qui hic abũdat: & in alia vita eſuriet: vt ptꝫ de Lazaro paupe, & diuite epulone. Lu. xvj. Dicit ergo: Nemo deſperet ꝑpter paupertatẽ: licet videat prauos bonis tẽporalibus abundare. Nam melius: & tutius, & ſalubrius eſt modicũ iuſto ſuper multas diuitias peccatorum. i. magis prodeſt iuſto paupertas q̃ peccatori multitudo diuitiarum.

Quoniã brachia peccatorũ conterentur: confirmat autẽ iuſtos dominus.

¶ Qm̃ brachia. i. diuitię & fauores tẽporales quę ſunt brachia & vires in quibus peccatores cõfidebant: conterent̃ & peribũt per mortem temporalem, aut quouis alio infortunio: vt patet de Crœſo rege Lydoruꝫ, & de Sardanapalo, & Dario regibus aſſyriorum, & Perſarum, quibus in vita fuit ablata & contrita poteſtas ſed dñs confirmat iuſtos in illa felicitate, quorum poteſtas & felicitas non auferet̃, & gaudium nemo tollet ab eis. Nam paupertas vertetur in æternas diuitias, & triſtitia eorum vertetur in gaudiuꝫ, & gaudium eoꝝ nemo tollet ab eis. Ioan. xvj. Ex quo patet ꝙ diuitię huius mundi ſunt tranſitorię: diuitiæ autẽ ſpirituales ſunt firmę, & ſecurę, & ęternę, & ſufficientes: quia ſatiant habentẽ. pſalmo. xvj. Satiabor cũ apparuerit gloria tua. Et in illis diuitijs cõfirmabit dñs iuſtos in præmiũ & meritum laborum & perſecutionum, quas paſſi ſunt a peccatoribus, & malignis cum patientia, & manſuetudide, & munditia cordis.

Nouit dñs dies immaculatorum: & hęreditas eorum inęternum erit.

Non confundentur in tẽpore malo: & in diebus famis ſaturabuntur: quia peccatores peribunt.

¶ Nouit dominus dies & vitam immaculatam iuſtorum & ideo hęreditas felix eorum erit inęternum: quia contẽpſerunt tranſitoria & terrena, & elegerunt cæleſtia & ęterna. Ideo bene merito in modico ſtabunt iuſti in magna cõſtantia contra eos qui ſe anguſtiauerunt: & in die famis. i. in tẽpore quo peccatores eſurient in inferno: iuſti vero ſaturabuntur in gloria. quia tunc peccatores peribunt ex fame & defectu refrigerij gloriæ. Vnde patet ꝙ proſperitas malorum eſt deceptoria & breuis.

Inimici vero domini mox vt honorificati fuẽrint & exaltati: deficientes quemadmodũ fumus deficient.

¶ Inimici dñi ilico vt fuerint honorificati & exaltati ad dignitates, & poteſtates deficientes deficiẽt & cadent. Vt patet de Alexandro, cuius regnum vix durauit annis. xij. Et de Cęſare, qui vix imperauit. vj. annis. & de Phalare, & Dionyſio tyranno. Ergo eſt melius modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas.

Mutuabitur peccator & non ſoluet: iuſtus aũt miſeretur & tribuet.

¶ In hac quarta doctrina exhortatur iuſtos ad eleemoſynas faciendas: vt pro bonis tẽporalibus, & tranſitorijs recipiant bona cęleſtia. Nam eleemoſyna non eſt niſi quædam mutatio & cambium, quia damus terrena parui pretij: & recipimus beatitudinem cęleſtem: quę eſt pretij infiniti: & ſic iuſtus dãdo terrena, recipit cæleſtia. Per oppoſitum peccator retinendo, & amando terrena, tẽporalia nõ dando pauperibus: recipit pœnam ęternaꝫ propter ingratitudinem. Nam nos omnes iſta temporalia a deo mutuo accepimus: vt pauperibus reddamus. Vnde bona temporalia ſunt tertium talentuꝫ, quod deus hominibus ad negotiandum mutuo reliquit ad vſuram, id eſt vt viuant de bonis temporalibus: ſed ſoluant deo vſuram, id eſt ꝙ ſubueniant pauperibus Chriſti. Matthei. xxv. Et ideo auarus abſcondit talentum in terra: cum non vult dare eleemoſynam pauperibus: quia non ſoluit vſuram de bonis quę mutuo a deo accepit: & ideo auferetur ab eo præmium illius talenti: & dabitur iuſtis: vt patet Matth. xxv. Ex quo patet ꝙ cum facimus eleemoſynã: nihil damus de noſtro: ſed ſoluimus vſuram, & retribuimus quod mutuo accepimus. Et auarus non ſoluit: immo furto retinet quod mutuo accepit: cum negat ſubuenire pauperibus qui ſunt hæredes Chriſti ad vſuras, id eſt eleemoſynas exigendas. Vñ Chriſtus in die iudicij dicet. Eſuriui & non dediſtis mihi manducare. Nam quod vni ex minimis iſtis feciſtis: mihi feciſtis. Matth. xxv. Ideo dicit Dauid: Mutuabitur peccator, id eſt mutuo a deo accipiet bona temporalia, & non ſoluet vſuram pauperibus eleemoſynas negando, pro quib⁹ deus diuiti bona temporalia mutuauit. Iuſtus auteꝫ miſeretur pauperibus: & retribuet quæ mutuo accepit: largiendo eleemoſynã. Et ſic ſatiſfaciet debito: quia eleemoſynã pauperibus dare nihil aliud eſt, niſi debitum ſoluere: & cũ iuſtus dat eleemoſynam: miſeretur dando pauperi: ſed retribuit deo quod mutuo accepit. Ideo ſequitur. A

Quia benedicentes ei hęreditabunt terram: maledicentes autem diſperibunt.

Apud dominum greſſus hominis dirigetur: & viam eius volet.

Cum ceciderit non collidetur:quia dominus
ſupponit manum ſuam.

¶ Benedicentes deo.i.gratias agẽtes .i.iuſti,quia ſunt deo
grati in dandis eleemoſynis,hæreditabunt terram,male
dicentes autem.ſ.peccatores ingrati diſperibũt.i.vbiq; pe
ribunt.ſ.hic & in inferno.Iuſti autẽ per oppoſitum:nã hic
& in futuro p̃miabunt.vñ greſſus hois iuſti,& via,& ope-
ratio diriget in bonũ finẽ per gratiã:& deus volet viã eius
.i.acceptabit eleemoſynas,& operationes eius ad vitam
æternam.Et etiam tutabitur viã eius,ne cadat per impa-
tientiã in blaſphemiã,& peccatũ dum affligit a malignis.
Et ſi forſan ceciderit iuſtus in aliquod peccatum:tamẽ nõ
collidetur.i.obſtinabitur in illo:quia ex merito eleemo-
ſynarum dominus ſupponit manũ,& illuminat eum:vt fu-
gat a peccato:quia eleemoſynæ releuant hominẽ,vt plu-
rimum,a peccato.Item licet iuſtus ceciderit ictus,& afflie-
ctus a malignis:tamẽ deus nõ permittit etiã temporaliter
perire:immo manũ ſupponit ſui auxilij:& releuat eũ eruẽ-
do de manu impiorum:ſicut pluries releuauit Athanaſiũ
& Ambroſium,de perſecutione Arrianorum.Et etiam ſi
iuſtus ceciderit per mortẽ temporalẽ:tamen dñs ſupponit
manũ,releuãdo eum per gloriam in cælo.Et etiã ſi iuſtus
ceciderit per paupertatem:tamẽ dñs releuat eũ,prouidẽ-
do ſibi de victu:quia beati miſericordes:quoniam miſeri-
cordiam conſequentur hic & in futuro.Quia eleemoſynæ
non ſolum valent ad augmentum gloriæ:ſed quandoq;
etiam ad augmentum ſibi neceſſarij.Ideo ſequitur.

Iunior fui:etenim ſenui:& non vidi iuſtum de
relictum:nec ſemen eius quærens panem.

¶ Ego Dauid fui puer,& poſtea ſenui:ſed nõq̃ vidi iuſtũ,
& miſericordẽ totaliter derelictũ,nec ſemẽ eius quærẽs pa
nem mendicando.& licet hic patiantur penuriam bonoꝝ
temporalium:tamen in futuro ſaturabuntur:& ſic hic,vel
ibi habent præmiũ.Ex hoc patet ꝙ Dauid fecit hũc pſal-
mum in ſenectute.Et ſequitur.

Tota die miſeretur & commodat:& ſemen
illius in benedictione erit.

¶ Iuſtus tota die vitæ ſuæ dando eleemoſynas miſeretur
pauperibus & commodat:quia dando temporalia recipit
ſpiritualia æterna:& ideo ſemen & proles eius erit in be-
nedictione,& abundantia bonorum etiam temporaliũ:
quia quandoq; dominus non ſolum retribuit ſpiritualia ꝓ
eleemoſynis:ſed etiam temporalia.Et etiã per ly ſemen
eius intelliguntur opera bona quę dicunt ſemina noſtra.i.
ad Corinth.iij.capitulo.Quia ſeminamꝰ ſpiritualia:vt col
ligamus temporalia:& econuerſo:quia dare eleemoſynas
nihil aliud eſt niſi ſeminare tẽporalia:& colligere,& mete
B re ſpiritualia.¶ Ex quo patet ꝙ diuitiæ auaroꝝ,& pecca
torum ſunt inutiles & ſine fructu:diuitiæ vero iuſtorũ ſunt
fructuoſæ:vt patet in litera hac.Nam ſex fructus facit elee
moſyna.Primo quia dat hęreditatem in cælo.Secundo di
rigit vitam hominis in bonum ne cadat.Tertio ſi cecide-
rit reducit in gratiam.Quarto,quia non deſerit hominem
in tribulationibus temporalibus,immo liberat.Quinto
quia auget bona temporalia,& liberat a paupertate vt
plurimum.Sexto quia etiã proſunt filijs temporaliter elee
moſynæ patris.Nam ſeptuplum augentur bona tempora
lia propter ſpiritualia:& non ſolum hic,ſed in futuro:nã
qui ſeminat in benedictionibus:de benedictionibus & me
tet fructum in vitam ęternam.ij.ad Corin.ix.

Declina a malo & fac bonum:& inhabita in ſę
culum ſęculi.

¶ In hac quinta doctrina exhortatur omnes ad obſeruan
dum legem diuinam,& pręcepta tam affirmatiua q̃ nega
tiua.quę quidem lex nil aliud docet:niſi declinare a ma-
lo & facere omne bonũ:quia prohibet omne vitium:& iu
bet omnem virtutem.Dicit ergo:declina a malo implen-
do oĩa præcepta negatiua:& fac bonum implendo affir-
matiua,& inhabita,id eſt inhabitabis in ſæculum ſæculi,
in terra viuentium ſupple.

Quia dñs amat iudiciũ:& nõ derelinquet ſan-
ctos ſuos:in eternũ conſeruabũtur.

¶ Dominus amat iudicium,ſcilicet iuſtum,quia nullum
bonum irremuneratum,& amat ſanctos ſuos qui iuſte vi-
xerunt:ideo in æternum conſeruabuntur ipſi ſancti non
derelicti ſine præmio.

Iniuſti punientur:& ſemen impiorum per-
ibit.

Iuſti autẽ hęreditabunt terrã:& inhabitabũt
in ſęculũ ſęculi ſuper eam.

¶ Iniuſti punientur,& ſemen id eſt generatio impioruꝫ
peribit.punientur equidẽ ſi ſunt imitatores parentũ.Iuſti
autem hæreditabunt terram iſtam per gratiam,& futu-
ram per gloriam,& inhabitabunt in ſæculum ſæculi ſuper
eam fruentes illo bono æterno.

Os iuſti meditabitur ſapientiã:& lingua eius
loquetur iudiciũ.

¶ In hac ſexta doctrina exhortatur oẽs ad iuge ſtudiuꝫ C
& contemplationẽ legis diuinæ.Nam qui occupantur cir
ca ſtudium ſacræ ſcripturæ,primo declinant a malo dum
ſunt in illa meditatione:quia anima ſatiata illo cibo ſpiri
tuali:contemnit iſta temporalia.Secundo abhorret pecca
tum propter pœnas quæ leguntur in lege,& punitiones
malorum,& ſic iuſtus vitat omne peccatum.Tertio cupit
agere omne bonum,cũ legit beneficia collata ſanctis vi-
ris,& vniuerſaliter odit peccatũ,& amat virtutes,in quan-
tum legendo magis deũ cognoſcit.Ideo dicit.Os iuſti me
ditabitur ſapientiaꝫ,id eſt intellectus & memoria homi-
nis quæ dicitur animæ meditabitur,& contemplabitur ſa
pientiam dei,quæ maxime in lege domini memoratur.
Iteꝫ os iuſti meditabitur,id eſt loquetur ſapientiam legis
quã meditatur intus,& eſt figura.Ideo ſequitur:Et lingua
eius loquetur iudiciuꝫ:id eſt quod iuſtũ eſt & ſic non pec-
cabit per linguaꝫ.Et ſimiliter lex dei erit ſemper in corde,
& voluntate ipſius iuſti cũ propoſito adiplendi:& ſic greſ-
ſus,id eſt opera eius non ſupplantabuntur de bono ad ma
lum:nec deprehendetur,id eſt via & propoſituꝫ eius non
fruſtrabitur nec deijcietur.Item ſicut os meditatur iuſti-
tiam:ita lingua loquitur iudiciũ:quia lingua loquetur ad
extra:qđ intellectus concipit intus intelligentia ſpũali,&
loquetur quod iudicat & ſentit de lege.ideo ſequitur.

Lex dei eius in corde ipſius:& non ſupplan-
tabuntur greſſus eius.

¶ Lex dei in corde,& propoſito,& voce ipſius ad obſer-
uandũ:& ſic non ſupplantabuntur greſſus eius.i.vt nõ trãſ
grediatur præcepta legis operando.Nã iſte eſt fructus ſa-
cre ſcripturæ:vt diligamus deũ & proximũ:& declinemꝰ
a malo:& faciamus bonũ:& ſic greſſus iuſti nunq̃ ſupplan-
tabuntur ad male agendũ:nec mouebuntur a via iuſtitiæ.

Conſiderat peccator iuſtum:& quęrit morti-
ficare eum.

Dñs autẽ nõ derelinquet eũ in manibus eius:
nec dãnabit eũ cũ iudicabitur illi.

¶ Oppoſitum huius eſt ſtudium peccatoris:qui non dat
operam legi.Nã ſemper cogitat & deſiderat mortificare
& extinguere iuſtum.Sed tamen dominus non relinquet
eum in manibus eius:nec permittet vt totaliter extinguat

eum licet ad tempus affligat,nec peccator damnabit eũ cũ iudicabitur illi.i.ab illo.Nota q ly iudicabitur põt eẽ impſonale:& ſic põt eſſe duplex ſenſ᷒.Primo modo ſic:peccator non damnabit,nec poterit damnare iuſtum in die iudicij,cum iudicabitur.i.fiet illi iudiciũ in nouiſſimo die.Secũdo ſic:licet peccator cogitet,& conetur mortificare iuſtuꝫ,tamen deus non damnabit eum in nouiſſimo die iudicabitur, & fiet iudiciũ illi peccatori:quaſi dicat,q deus nõ dãnabit iuſtum:ſed peccatorem in iudicio:qđ patet de tyrannis,qui licet vexauerunt martyres quo ad corpus:tamẽ nõ potuerunt animam extinguere nec damnare:tamen ipſi damnabuntur in iudicio.

Expecta dominum & cuſtodi viam eius:& exaltabit te vt hęreditate capias terram:cum perierint peccatores videbis.

¶Hic exhortatur iuſtos ad patientiã in aduerſis:& dicit. Expecta dñm:quia impij non abibunt ſine pœna,& cuſtodi viã dñi:ſicut dñs ꝑcipit in lege:vt capias terram viuentium hęreditate.i.pro hęreditate,ſiue ad hęreditatem & ꝓmiũ quã impij cõſequi non potuerũt.Nam tu videbis cũ perierint peccatores:id eſt videbis eos perire & ad pœnaꝫ æternam deſtinari in die iudicij. Etiam videbis eos quãdoq; temporaliter perire.Nam

Vidi impium ſuperexaltatum:& eleuatum ſicut cedros Libani.

Et tranſiui & ecce non erat:quęſiui eum:& non eſt inuentus locus eius.

¶Ego vidi impium Saul cum ſuis ſequacibus malignis ſuperexaltatum,& in dignitate regali conſtitutũ,& eleuatũ in ſupbia & ꝓſperitate ſicut cedros Libani quę ſunt arbores altiſſimę & ĩn monte altiſſimo:& poſtea tranſiui per domum ſuam:& non inueni:nec erat ibi,& quęſiui locum eius,& dignitatem,& non inueni:nec eſt inuentus locus, & dignitas eius regalis:quia perierat cũ ſuis in mõte Gelboe.vt patet.ij.Reguꝫ prio.Et ita eſt dicẽdũ de Ppharaõe & Nabuchodonozor,& Sennacherib, & de omnibus qui vexarunt populum dei.

Cuſtodi innocentiam & vide æquitatem:quoniam ſunt reliquię homini pacifico.

¶In hac ſeptima vel octaua doctria exhortatur iuſtos ad innocentiam,ne velint reddere malum pro malo:ſed orare pro perſequentibus:nec nocere alicui:ſed omnibus prodeſſe:quia deus eſt vltor impiorum.Dicit ergo.tu iuſte cuſtodi innocentiam nemini nocendo,& vide,& ſequere æquitatem & iuſtitiam:quia innocentia & iuſtitia ſunt reliquię debitę homini pacifico & ſimplici corde:vt mereatur præmium in cęlo.

Iniuſti autem diſperibunt:ſimul reliquię impiorum interibunt.

¶Iniuſti diſperibũt.i.vndiq; & vbiq; peribunt hic,& in futuro,& reliquię.i.corpora impiorum ſimul interibunt cum aĩa & ſic peribunt in corpore & aĩa.Et etiã reliquię.i.filij impiorũ ſimul peribunt temporaliter cum patribus:vt ptꝫ de Sodomitis & iudęis:& etiam filij peribunt:quo ad aĩaꝫ ſi fuerint ſceleris parentum imitatores.

Salus autem iuſtorum a domino:& protector eorũ in tempore tribulationis.

Et adiuuabit eos dominus & liberabit eos:& eruet eos a peccatoribus:& ſaluabit eos:quia ſperauerunt in eo.

¶Salus autem iuſtorũ,& liberatio,& redemptio erit a domino:quia erit ꝓtector eoꝝ in tẽpore tribulationis:& adiuuabit eos per gratiã:vt patienter tolerẽt perſecutiones, & eruet eos a peccatoribus:ne totaliter extinguant eos,& finaliter ſaluabit eos felicitatem ęternã conferendo:eo q ſperauerunt in eo omni ſpe,& felicitate mundana poſtpoſita. ¶Sed licet totus iſte pſalmus fuerit moraliter expoſitus de Dauid:& pro quocunq; iuſto afflictoq; per malignos:tñ Dauid non fuit minus propheta in hoc pſalmo q̃ in alijs.Naꝫ per ſuã perſecutionẽ ꝓuidit perſecutionẽ Chriſti & ecclię:vt dictũ eſt.Nam ſicut Saul perſecutus eſt Dauid iniuſte retribuendo mala pro bonis ex inuidia:ita populus iudęoꝝ,qui tot bona receperat a Chriſto,ex inuidia & malitia perſequebatur Chriſtũ vſq; ad morteꝫ cum falſis teſtibus.Et ſic tyranni perſecuti ſunt eccleſiam.Et ſic iuſto dei iudicio Saul cum omnibus ſuis interijt in monte Gelboe:quia ſeipſum interfecit.Ita pariter illa ciuitas fuit euerſa & incenſa,& maior pars populi trucidata,& perdiderũt regnuꝫ, & ſacerdotium,ſicut Saul & domus ſua perdidit regnuꝫ.Eodem modo accidit Neroni & Domitiano, qui ſeipſos interfecerunt.Et ideo Dauid fecit hunc pſalmum ꝓdicendo prophetice excidium Iudęorum, & tyrannorum perſequentium eccleſiam.Et poteſt exponi prophetice de eis totus iſte pſalmus.Vnde dicit Dauid & coet᷒ apl'orum. O eccleſia Chriſti noli ęmulari,nec indignari in malignantibus iudęis,nec tyrannis,neq; zelaueris,facientes iniquitatem.Nam licet iudęi interfecerint Chriſtũ:& tyranni perſequantur eccl'iam:tamen vtriq; tanq̃ fœnum velociter & in breui areſcent:& cito decidẽt a dignitatibus & ſedibus. Spera ergo in domino.Nam adhuc puſillum:& non erit; quia poſt quadragita annos ſubuertet Hieruſalẽ & poſtea peribunt etiam tyranni perſecutores eccleſię.Et per ſingulos verſ᷒ poterit cognoſcere fidelis lector præſuppoſitis principijs ſacrę ſcripturę,& exponere totum pſalmum de liberatione Chriſti & eccleſiæ,& exaltione eiuſdem propter innocentiam & patientiam:& de excidio & exterminio iudęorum propter mortem Chriſti:& de miſero exitu tyrannorum eccleſiam perſequentium.& de exaltatione etiam eccleſiæ: de ſalutatione iuſtorumm, hic per gratiam, & in futuro per gloriam. Nam ad iſtum ſenſum cantat eccleſia iſtum pſalmum:quia omnia contẽta in hoc pſalmo, impleta ſunt literaliter in Chriſto,& eccleſia,& ſynagoga, & coetu tyrannorum.

DOmine ne in furore tuo arguas me:neq; in ira tua corripias me.

¶Titulul᷒.Pſam᷒ Dauid ad recordãdũ.ex titulo apparet q Dauid fecit hũc pſalmũ.Sed de materia diſcẽptant Hebręi.Nam quidaꝫ dicũt q Dauid fecit hunc pſalmũ recordat᷒ adulteriũ qđ cõmiſerat cũ Berſabeę.Camhi autem dicit q Dauid in hoc pſalmo introducit Adã harſon,id eſt primũ hominẽ,qui enumerat omnes miſerias ſuas quę ſibi ex illo peccato prouenerunt.Sed vtriq; iſtorum dicunt verum in parte:ſed quia deficiebat eis lumen fidei: ideo non potuerunt peruenire ad totam perfectionem veritatis.Ideo eſt aduertendõ,q ipſe Dauid in illa perſecutione filij ſui Abſalon recordatus fuit q illam perſecutionẽ patiebatur propter adulterium Berſabeę:ſicut prędixerat ſibi Nathan:ſcilicet q filius ſurgeret de domo ſua contra eum:& dormiret cũ vxoribus ſuis:vt patet.ij.Regum.xij. Et ideo tunc recognoſcẽs hæc ſibi eueniſſe ex peccato carnis,& ex corruptione cõcupiſcentię,quã omnes traxim᷒ ex Adã:tunc incepit deteſtari vitium,& corruptionem carnis, & fomitẽ concupiſcẽtię in ſeipſo retorquendo peccatum in ipſum Adã:qui tranſtulit hoc vitium in poſteros per libidinoſam generationem. Sed poſtq̃ fuit Dauid liberatus a perſecutione filij Abſalon:eo q patienter tulerat perſecu-

tionē,& frequenter meditaretur in ſupradicto vitio carnis
contracto ex Adam:fuit ſibi reuelatū a ſpiritu ſancto,qua
liter Chriſtus nos debebat liberare a culpa prædicti pec-
cati per paſſionē ſuā,& eccleſiaſtica ſacramenta:ſicut im-
pletuȝ fuit in baptiſmo,in quo deletur nobis originale pec
catum,& etiam mortale ſi ineſt.Et licet non tollat concu-
piſcentiam carnis vt non ſit:tamen tollit eam vt non impu
tetur:vt ait Auguſtinus libro de nuptijs:& tamen totali-
ter tolletur cōcupiſcentia, & omnis corruptio cum pœna-
litatibus in generali reſurrectione.Hoc ergo ꝓuidens Da-
uid in ſpiritu introducit Adam loquentem in hoc pſalmo:
qui deflet caſū & culpā ſuam,& miſerias,& pœnalitates in
quas incidit propter peccatum inobedientiæ:a quibus oi-
bus petit per Chriſtum liberari in ſuo aduentu.

D ¶Sed ad maiorem intelligentiam eſt vlterius notanduȝ
ſecundum apoſtolum prime ad Corinth.xv.ꝙ Adam idē
eſt qd homo.Nam quem nos homines vocamus: Hebręi
appellant Adam.Et ſic reperitur duplex Adā.Vnus dicit̃
primus Adam,qui eſt principium carnis & omnis peccati:
in quo omnes peccauimus:quia tranſtulit peccatuȝ ſuum,
& omnes pœnalitates per generationē libidinoſam in oēs
poſteros.Et iſte fuit forma futuri & ſecūdi Adaȝ ſcȝ Chriſti.
Secundus Adam fuit Chriſtus:qui fuit figuratus per oppo
ſitum in illo primo.Nam ſicut ille per inobedientiam fuit
expulſus a paradiſo:& incidit in omnem miſeriam:& fuit
principiuȝ omnis peccati transferendo in omnes poſteros
per libidinoſam generationem:ita Chriſtus per oppoſituȝ
ſcilicet per obedientiam fuit principium omnis gratię:quā
gratiam tranſtulit in oēs fideles,& membra ſua per gene-
rationem ſpiritualem.ſ.per baptiſmum,& liberauit a præ
dicta captiuitate & miſeria:& reduxit nos in felicitatem
amiſſam in Adam.Primus ergo Adam dicitur homo vet⁹:
quia omnes in peccato inueterauit.Secundus dicitur Adā
nouus quia oēs nos renouauit.Primus dicitur Adam de ter
ra terrenus.Secundus dicitur de cęlo cęleſtis.Omnes ergo
fideles qui fuerunt inter primum Adam & ſecundum:ha-
bēt dupliceȝ reſpectum:quia participant vtrumq; Adam.
Nam a primo Adam traximus peccatum,& fomitem cum
omnibus pœnalitatibus.A ſecundo vero.ſ.a Chriſto traxi
mus omnem gratiam:per quam abſoluimur ab omni cul-
pa contracta in Adam,& perpetrata occaſione illius. Nā
vt dictum eſt ſæpius:concupiſcentia,& fomes carnis per cō
tactum cauſat culpā originalē in aia:& per conſenſum cau
ſat peccatum mortale in voluntate:a quibus non abſolui-
mur nec liberamur niſi per gratiam Chriſti.Et ſic oēs por
tamus duplicē imaginem in carne.ſ.imagineȝ primi Adā,
quæ eſt concupiſcentia, & fomes cum pœnalitatibus,&
in anima culpa:ſed remota culpa animę portamus imagi
nem Chriſti & caracterem baptiſmi & confirmationis.Et
ideo per carnē oēs dicimur filij Adam:& facimus vnū cor-
pus cū eo & ſum⁹ eius mēbra.Primus ergo Adā cū omnib⁹
ſuis poſteris prout habent fidem Chriſti:dicitur vnus Adā
myſticus,& vnum corpus Chriſti in ſuo capite Adam ſecun
do liberatum & redemptū.Et iſte Adā peregrinatur exul
per hunc mundū vſq; ad iudiciū.Nam primo peregrinatus
eſt vſq; ad Chriſtū in quo fuit ſaluatus:nūc aūt adhuc per-
egrinatur vſq; ad ſecundū aduentū:in quo ſperat glorifica
ri.Nam primo expectabat Chriſtuȝ vt redimeret:ſed nunc
iam redemptus expectat ſecundum aduentū.vt totaliter li
beretur a pœnalitatibus corporalibus. Sed continue orat
& petit gratiā vt ꝑſeruetur ne incidat in peccatuȝ:& ſurgat
a peccatis quę cōmiſit.Et iſte homo ſortitur multa nomia
ſcd̃m diuerſos reſpectus.Nam vt eſt congregatio fidelium
dicit̃ eccl'ia Chriſti ſiue ciuitas dei:ſed vt videt deū p fideȝ:
dicitur Iſrael:& vt ſurripuit benedictionem a ſynagoga dr̃
Iacob:ſed vt fuit vulneratus in Adam,& peccauit in eo,dr̃
Adam ſauciatus.Et eſt ille homo qui deſcendens ab Hie-
ruſalem in Hierico incidit in latrōes.Luc.x. Iſte ergo Adā
vulneratus,& ſauciatus introducitur in hoc pſalmo deflens
caſum ſuum,& miſerias,& corruptionem carnis,quam in-
currit in Adam,& petit liberari per Chriſtum.Et ſic patet
ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum in perſona toti⁹ corporis my-
ſtici prout traxit corruptionem,& miſeriā ab Adam,quas
miſerias Dauid expertus eſt in ipſo.Et ſic cātat eccleſia hūc
pſalmum in perſona corporis myſtici,ſiue membrorū Chri
ſti.Ideo proponitur in titulo Pſalmus Dauid ad recordan-
dum.Quia in hoc pſalmo iſte Adam myſticus recordatur,
& memorat omnes miſerias:quas contraxit ex illo pecca-
to.Duo ergo facit.Nam primo recordatur & memorat,&
deflet miſerias,& pœnas intrinſecas corporis & animæ in
quas incidit.Secundo pœnas extrinſecas.ſ.perſecutiones,
& afflictiones ab extraneis inimicis.ibi.Amici mei & pro-
ximi.Quantum ad primum dictū eſt pſalmo.vj.ꝙ per iraȝ
intelligit diem mortis:& per furorem diem iudicij.Et ideo
iſte Adam Myſticus petit liberari a peccato per Chriſtuȝ:
anteq̃ veniat dies obitus ſui,ne moriatur impœnitens,&
in ira dei,& petit liberari ante diem iudicij ne in furore ad
æternā pœnā cōdēnetur.Dicit ergo.O domine Ieſu chriſte
veni ad liberandum me per mortem & paſſionē & per gra
tiam ne moriar ſine gratia & pœnitentia.& ne arguas me
in furore tuo in die iudicij:& ne corripias me in ira tua i die
obitus mei.Nā qui moritur in peccato:moritur in ira dei:&
ſic veni ad liberandum me anteq̃ peream.

## Quoniam ſagittę tuę infixe ſunt mihi:& cōfirmaſti ſuper me manum tuam.

¶Quoniam ſagittæ tuę ſententię.ſ.corruptio carnis & fo-
mitis,& pœnalitates infixę ſunt mihi,poſtq̃ peccaui, & tu
confirmaſti manum ſententię tuę ſuper me:quando fui ex
poliatus & ſauciatus,& dixiſti maledicta terra i opere tuo.
Et ideo.

## Non eſt ſanitas in carne mea a facie iræ tuæ:nō eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meorum.

¶Nō eſt nec manſit ſanitas in carne mea:qm̃ ex quo me
proieciſti a facie irę & ſententię tuę:nō eſt nec remāſit pax
in oſſibus,& viſcerib⁹ meis a facie.& culpa peccatorū meo
rū(per faciē enim notitia deſignat̃).i.a notitia publica pec-
catoꝝ meoꝝ:quia in corpore & aïa fui vulnerat⁹ & ſaucia-
tus.Vnde ante caſum cum eram in ſtatu innocentię eram
in ſumma libertate:quia caro obediebat,& libere confor-
mabatur rationi abſq; contradictione:ſed ilico poſt pecca
tum taliter fuit caro & ſenſualitas corrupta,ꝙ ilico inſurre-
xit aduerſus animā,& ſpm̃ vehemēti rebellione.Et ſic Nō
eſt ſanitas in carne mea,nec pax in oſſibus meis:ſed conti-
nua & grauis pugna carnis aduerſus ſpm̃ & rationem. Et
hanc pœnam incurrimus propter ſententiam irę tuę.Et no
ta ꝙ illa ſententia dr̃ tota cū ira aut furore. Non ꝙ in deo
ſit formaliter ira aut furor:ſed effectiue recipit in nobis ta-
lis ſententia ad modum irę & furoris:vt dictum eſt pſalmo
ſexto.Nam quęlibet humana ſententia capitalis exercetur
quaſi cum ira & furore.tñ intantum dicitur fieri cum ira in-
quantū reus iudicat̃ ad mortē tanq̃ inimicus regis ſiue rei-
publicę.Sed executio ſententię dicit̃ fieri cum furore quia
ſine miſericordia corripit̃ ſiue rapitur reus per carnificeȝ &
punitur & interficitur.Ita proprie factum eſt in Adam:naȝ
primo de⁹ iudicauit ipſum ad duplicē mortē & ad exilium.
Secundo pręcepit angelis:vt cū furore exequerentur ſentē
tiam datam:cum dixit.Eijcite foras ne forte comedat de li
gno vitę,& viuat inęternuȝ.ſic raptus & correpɫ⁹ fuit Adā
cum furore,& eiectus de paradiſo in exilium.ſcilicet in hāc
vallem lachrymarum,& protunc iam corporaliter incepit
mori:vt ait Auguſtinus.id eſt tendere ad mortem per ſuc-

ceſſiones dierū, quicquid enim retro eſt, mors tenet; vt ait Seneca ad Lucilliū. Nam licet mors ſit ſegnis tamen ad ipſam properamus ipſi: vt ait Seneca in Hercule furente. Iō dicit hic Adam. O domine ne arguas me in furore tuo: ne arguas me: id eſt non velis me punire inęternum ſecundū ſententiam datam in furore tuo: ſed reduc me in gratiā tuam: neq; corripias me in ira tua. i. non inęternus maneas in illa ſententia & executione: qua cum ira & furore me a facie tua eiecisti: & ad mortem corporis & animę deſtinaſti: ſed veni in carnem: & libera me, & redde mihi felicitates, & hęreditatem amiſſam.

Quoniam iniquitates meę ſupergreſſe ſunt caput meum: & ſicut onus graue grauate ſunt ſuper me.

Putruerunt & corruptę ſūt cicatrices meę: a facie inſipientię meę.

¶ Nō eſt ſanitas i carne mea, nec pax in oſſib⁹ meis poſtq̄ eiectus ſum a facie tua: qm̄ iniquitates meę ſupergreſſe ſūt caput meum. i. animaʒ & rationem meam obſcurarunt & peruerterunt. Nam ratio quæ dicitur caput totius hominis ſuperatur & trahitur a carne: & ſic peruerſa in iudicādo dicit malum bonum, & bonū malum. Et iſtę iniquitates grauatę ſunt ſuper me ſicut onus graue. Nam ſicut iumentum grauatum magno onere, vel pondere excedente non pōt libere ambulare: ita homo oneratus onere fomitis, & concupiſcentię, & corruptionis carnis & pœnalitatum nō pōt moueri ad bonum agendum: nec poteſt vitare caſum: ſed frequēter cadit & lędit̄, & paruis lapidibus peccati ſcandalizatur & labitur, Et totum hoc traximus a primo Adam ex illo peccato: & illud onus traximus a conceptione libidinoſa & natiuitate. Et licet aīa ſanetur per grām Chriſti a vulneribus ſagittarū infixarū, per baptiſmum & pœnitentiam, aut circūciſionem, & ſacrificia ante Chriſti aduentū: tamen quia manet vitium in carne: ideo ex tali vino & corruptione, & fragilitate frequenter cado in peccatum: & ſic corruptę ſunt cicatrices meę, & putrefactę ſunt a facie inſipientię meę: quia omne peccatum prouenit ex inſipiētia: inquantum ratio iudicat malum bonum & econtra: & nō reſiſtit ſenſualitati & carni: & ſic omnis peccator dicitur inſipiens & ignorans. Et ſic

Miſer factus ſum & curuatus ſum vſq; in finē: tota die contriſtatus ingrediebar.

¶ Miſer factus ſum: quia ſeruus & captiu⁹ peccati: quia nō eſt maior miſeria q̄ peccato ſeruire. Iō ſequit̄. & curuat⁹, & contriſtatus tota die ingrediebar. nam ſicut beſtia vel hō exceſſiue oneratus pondere corporali, ex nimio exceſſu incedit triſtis & curuat⁹ non libere valens ambulare: ita peccator oneratus peccatis eſt curuatus, & obliquus i aīa & ratiōe, & conſciētia non valens reſiſtere futuris peccatis: nec ſurgere, niſi per gratiam Chriſti releuetur, & erigat̄, & rectificetur a curuitate rationis & cōſcientię: & in tali ſtatu nec pōt lętari nec gaudere: ſed triſtis & curuus incedere timendo futuras pœnas propter peccata: & conqueritur ſpecialiter de corruptione, & vitioſ carnis dicens,

Quoniam lūbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea.

¶ Lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, id eſt tentationib⁹ carnalibus: quia luxuria eſt in lūbis: vt dominus de diabolo ad Iob loquitur dicens. Virtus eius in lumbis eius & for-
E tiudo illius in vmbilico ventris eius. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt notandum, q̄ licet deus creauerit animā liberam & corpus: tamen poſt peccatum aliqua pars corporis manſit aliquo modo diabolo ſubiecta, inquantū ſibi aliquādo a deo permittitur: vt patet Iob. j. Quia diabolus nunq̄ potuit ſupra corpus Iob, vſquequo fuit ſibi a deo permiſſum. Sed habebat diabolus poteſtatē ſpecialem ſupra aliquam partem corporalem hominis: ſcilicet ſupra partes pudendas: hoc eſt ſupra genitalia tam viri q̄ mulieris: non q̄ diabolus poſſit eos cogere ad coitum: ſed q̄ poteſt allicere & tentare: & illę partes magis ſunt pronę ad obediendū diabolo, & fragiles ad reſiſtendū tentationibus, q̄ cętere ptes corporis, & hoc prouenit ex peccato, & inobedientia primorum parentum. Et ideo diabolus ſæpius, & multifarię obijcit homini obiectum ad luxuriandum, non ſolum in pſentia mulierum: ſed etiam in abſentia: & non ſolum in vigilia: ſed etiam in ſomno & ſomnijs. Et ſic continue ducit illuſiones hominibus: & ideo peccatum luxurię eſt generalius cęteris, niſi quis per ſpecialē gratiaʒ pręſeruetur. Ideo ait: Lumbi mei, in quibus eſt principium & radix luxuriæ, impleti ſunt illuſionibus, & tentationibus carnalibus & ſic non eſt ſanitas in carne mea. Hoc forſan dicit, quia tota natura intantuʒ fuit corrupta: q̄ nullus inuentus eſt ſine hoc vitio: niſi ſola virgo Maria, quę per gratiā fuit pręſeruata & præuenta: vt ait Auguſt. eo q̄ in ea fomes totaliter fuit extinctus, Sed cæteri puri homines non fuerunt immunes a fomite: licet quidam fuerunt liberati ab actu peccandi: ſʒ non a fomite & tentatione. Nam apoſtolus, qui iam erat perfectus, & in gratia confirmatus: tamen conqueritur de ſtimulo carnis ipſum colaphizante: ſed gaudet: quia data eſt ſibi gratia Chriſti ad reſiſtendum. Ideo dicit Adam lūbi mei. i. filij lumborum meorum ſunt impleti illuſionibus luxurię ex fomite concupiſcentię: Et non eſt ſanitas in tota carne mea: id eſt in om̄ibus filijs meis naturaliter generatis: niſi quis præuētus fuerit gratia Chriſti: vt pʒ de virgine Maria. Et ideo ſubdit,

Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.

¶ Afflictus ſum a tali pœna & corruptiōe, & humiliatus, id eſt deiectus, & proſtratus ſum nimis a libertate priori in pſentem miſeriam. Et ideo cōſiderans felicem ſtatū a quo cecidi. & miſerum ſtatum in quem incidi: ſemper rugiebaʒ tanq̄ leo ſiue tanq̄ leæna, quando rugitu vult ſuſcitare filios ſuos, quos mortuos peperit. Ita ego Adam cōtinue rugiebaʒ: dico a gemitu cordis mei cum magno dolorē, & cōtritione propter peccatum in ſe & propter damnum, reminiſcendo felicem ſtatum quem perdidi, & miſerum in queʒ cum tota mea poſteritate incidi.

Domine ante te omne deſyderium meum: & gemitus meus a te non eſt abſconditus.

¶ Hic Adam petit liberari per Chriſtum: cui ante dixerat Domine ne in furore tuo. ¶ Ad cuius intellectuʒ eſt aduer- F
tendum ſecundum Auguſtinū: q̄ iſte homo myſticus languidus & vulneratus fuit figuratus per illum languidum, quem Chriſt⁹ ſanauit in probatica piſcina. Ioannis. v. Naʒ ſicut ille languidus iacebat iuxta illam piſcinam habentē quinq; porticus, in quibus iacebat multitudo magna languentium: ita in anima cuiuſlibet filiorum Adam iacebat languida, & egrota in piſcina huius corporis mortalis & corrupti: habentis quinq; porticus, id eſt ſenſus exteriores, & quinq; interiores: in quibus iacebat multitudo paſſionum & infirmitatum tam ſpiritualium q̄ corporalium quas traxerat ex Adam, Et ſic corpus noſtrum ſic corruptuʒ & ſauciatum nihil aliud eſt, niſi piſcina & porticus infirmitatum & vitiorum. Sed per hoc q̄ ille languidus non potuit ſanari vſquequo venit Chriſtus ad piſcinam: fuit figuratū q̄ totum genus humanum non poterat ſanari a languore peccati: niſi per Chriſtum venientem ad piſcinam huius mundi. Hoc ergo præuidens Dauid in ſpiritu in perſona totius

hois myſtici ſauciati, & lãguidi vocat Chriſtũ:vt veniat in carnem ad ſanandos lãguores quos ſupra memorauit. Vñ dicit. O domine Ieſu licet cum ira & furore proieceris me a facie tua in tantam miſeriam: tamen non diffido, nec deſpero de tua miſericordia:quia ſemper ſpero, ꝙ tu venies in carnem ad liberandum me. Ideo omne deſyderium & ſpes mea eſt ante te:& gemitus meus a te non eſt abſconditus:quia continue ago poenitentiaꝫ de peccatis:& ſpero aduentum tuum:quia ſub hac fide Chriſti venturi intendo ſaluari cum tota mea poſteritate. Vnde poenitentia ipſius Adam legitur Sapientiæ.x.vbi dicitur. Hæc illum qui primus creatus eſt homo pater orbis terrarum, eduxit a peccato ſuo. Ex hoc patet ꝙ Dauid dirigit hunc pſalmum in Chriſtuꝫ qui eſt finis legis & ſaluator. Nam Dauid ſciebat ꝙ Adam & ipſe & cæteri non poterant ſaluari:nec a peccato liberari:niſi per Chriſtum, in cuius fide omnes ſaluati ſunt. Ideo dicit:Domine ante te eſt omne deſyderiuꝫ meũ: Quia

Cor meum cõturbatum eſt:dereliquit me virtus mea:& lumen oculorum meorum:& ipſũ non eſt mecum.

¶ Cor meum & ratio & tota anima conturbata eſt, & appetitus peruerſus ex peccato:& dereliquit me virtus mea: quia ſauciatus non poſſum peccato reſiſtere : nec bonum agere. Et hoc non ſolum quo ad voluntatem:ſed etiam lumen oculorum meorũ.ſ.intellectus, & rationis dereliquit me & ipſum lumẽ non eſt mecum:quia perdidi ipſum propter peccatum. ¶ Vnde notandum ꝙ inter cætera, quatuor bona habuit Adam ante peccatum. Primo obedientiam liberam carnis ad animã:& ſenſualitatis ad rationẽ. Secundo libertatem & immunitatem ab omni poena, & miſeria corporali:quia erat imortalis, & impaſſibilis:vt ſic. Tertio ſcientiam inditam omnium rerum naturaliũ. Quarto obedientiam omnium animalium:& vſum omnium rerum creatarum ad vſum ſui:& amicitiam parem aliorum hominum. Sed omnia iſta perdidit ex peccato. Nam primo caro ſurrexit aduerſus animam. Secundo incidit in omnes miſerias, & poenas corporales.ſ. famẽ, ſitim, laborem, dolorem, & mortem. Tertio incidit in ignorantiam : quia quãdo naſcimur, anima noſtra eſt tanq̃ tabula raſa in qua nihil depictum eſt.iij.de Anima. Quarto icidit in miſerias exteriores.ſ.in perſecutiones:vt in inuidiam, & iram aliorum hominum. De tribus primis conqueritur i tota iſta prima parte:& breuiter in hoc verſiculo:cum dicitur. Cor meum conturbatum eſt.i.appetitus peruerſus eſt in me:& virtus mea naturalis:& libertas ſanitatis membrorum & fortitudo dereliquit me:& lumen & virtus intellectus agentis, & ſcientia mihi indita dereliquit me:& ipſum lumẽ & ſciẽtia non eſt mecum: immo anima mea in ſui pricipio eſt tãq̃ tabula raſa in qua nihil depictum eſt:& ſic non poſſum adipiſci ſcientiam naturaleꝫ, niſi per magnum & longum ſtudium:nec ſcientiaꝫ de rebus diuinis, niſi ſpeciali reuelatione.

G

Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt.

H ¶ In hac ſecunda parte conquerendo recordatur & memorat quartum beneficium, qd amiſit per peccatuꝫ, & miſerias exteriores, in quas incidit:quia incidit in irã, & odiũ & perſecutionem, & inuidiam maloruꝫ. Nam ſi Adam nõ peccaſſet:omnes homines fuiſſent vnanimes ſine inuidia & ira, & ſine odio, & non eſſet perſecutio nec rixa. Ideo dicit. Non ſolum perdidi bona interiora:ſed etiaꝫ exteriora: & incidi in multitudinem, & multiplicationem miſeriaruꝫ exteriorum. Nam amici mei, & proximi aduerſum me appropinquauerunt:vt mihi nocerent, & lęderent lingua & manu:& ſteterunt aduerſum me:vt deprędarentur & occiderent. Nam Cain motus zelo inuidiæ inſurrexit, & occidit Abel fratrẽ ſuũ. Et ante diluuiuꝫ inſurrexerunt filij hominum contra filios dei.i.mundani contra bonos & fideles, & ciuitates diaboli contra ciuitatem dei. Quia ilico diuiſus eſt mũdꝰ i duas ciuitates:dei ſcilicet & diaboli. Et ſic ſucceſſiue ſemper ciuitas diaboli perſecuta eſt ciuitatẽ dei. Et ilico poſt diluuium Cham perſecutus eſt patrem ſuum Noe:& fratrem ſuũ Sem:& diuiſi ſunt tres fratres per tres partes mundi. Item filij Nẽbroth perſecuti ſunt Abraham & Iſmael perſecutus eſt Iſaac:& Eſau Iacob:& vniuerſaliter filij carnis perſecuti ſunt filios promiſſiõis. Et Pharao cum Aegiptijs perſecuti ſunt, & oppreſſerũt filios Iſrael, & vniuerſaliter populus gentilis populum dei & eccleſiam Chriſti. Et ſic vſq; ad conſummationem ſęculi ſemper ciuitas diaboli terrena perſequitur ciuitatem dei & eccleſiaꝫ. quod totum prouenit ex peccato primorum parentum. & hoc eſt quod dicit:& conqueritur hic Adam. Nam omnes amici mei & proximi & fratres:quia omnes ſumꝰ filij vniꝰ dei per creationem, & vnius primi hominis per generationem naturalem:& ſic deberemus eſſe concordes & vnanimes. ſed omnes qui diuiſi ſunt a ciuitate dei:& ſunt in ciuitate terrena:appropinquauerunt aduerſum me, & ſteterunt contra me:vt me lęderent & deprædarentur, & opprimerent, & occiderẽt:vt patet de Cain, & Cham, de Chaldęis de Iſmael, & de Eſau, & Pharaõe, & Moabitis & de Amonitis, & tyrannis contra eccleſiam. Ideo ſubdit

Et qui iuxta me erant delonge ſteterũt:& vim faciebant qui quęrebant animam meam.

¶ Qui iuxta me erãt per coniunctionẽ, & cõſanguinitatẽ carnis:de longe ſteterunt, religione fidei:quia relicto deo creatore, declinauerunt ad idola quæ non ſunt dij, ſed creature, & lapides, & ligna. Et ſic inſurrexerũt contra me, & vim faciebant, & violenter quærebant animam meam, & vitam meam delere ab hoc mundo.

Et qui inquirebant mala mihi locuti ſunt vanitates:& dolos tota die meditabantur.

¶ Quærebant mala mihi.ſ. pagani, & infideles locuti ſũt vanitates:& meditabantur dolos cõtra me tota die. Quia ſemper infideles machinabãtur contra populũ dei tã ante aduentum Chriſti q̃ poſt.

Ego autem tanq̃ ſurdus nõ audiebam : & ſicut mutus non aperiens os ſuum.

¶ Ego autem, dicit eccleſia, non audiebam tanq̃ ſurdus.i. ſemper patienter ferens perſecutiones tyrannoruꝫ non reſpondebam ad maledicta eorum, & eram ſicut mutus nõ aperiens os ſuum:vt cantat eccleſia de martyribus. Cędantur gladijs more bidentium, Non murmur reſonat:nõ q̃rimonia, Sed corde tacito mẽs bene conſcia Conſeruat patientiam. Et ideo ſequitur.

Et factus ſum ſicut homo non audiens : & non habens in ore ſuo redargutiones.

Quoniam in te ſperaui:tu exaudies me domine deus meus.

¶ Quia non expectabã auxilium hominum:ſed tuum tãtum:Quoniam in te ſperaui.

¶ Et ſic poteſt tota iſta ſecunda pars exponi in perſona eccleſiæ:quæ conqueritur de ſuis perſecutoribus. Sed forſan melius eſt, ꝙ in toto iſto pſalmo loquatur Chriſtus qui eſt ſecundus Adam. Nam dictum eſt ſæpius ꝙ Chriſtus tantum traxit, & ſponte aſſumpſit poenalitates, & culpã a primo Adam:eo ꝙ Chriſtus erat paſſurus poenam pro culpa

ipſius primi Adã & ſuoruꝫ.Sed poſtea Chriſtus vniuit ſibi
primũ Adã cũ ſuis in vnitate myſtica per fidem. Sed quia
tanta eſt iſta vnitas inter caput,& ſuũ corpus myſticũ ꝙ cõi
canť idiomata:vt dictũ eſt:iõ Chriſtꝰ caput ſępe loquitur in
perſona membrorũ:& peccata eorũ dicit eẽ ſua,poſtq̃ ꝓ
eis patitur & ſoluit.Et ideo Chriſtus duo facit in hoc pſal-
mo.Nã primo loquitur in ꝑſona primi Adã,& ſuoꝝ:quod
dicitᷣ corpus myſticũ Chriſti:& deflet peccata & pœnalita-
tes quas traxit ex peccato.Scđo Chriſtꝰ in ꝑſona ſui ipſius
deflet,& memorat pœnas & afflictiones,quas paſſus eſt ꝓ
peccato primi Adam,& totius corporis myſtici.ibi. Amici
mei & proximi.¶ Quantũ ad primũ dicit Chriſtus ad pa-
trem.O dñe pater ne arguas me.i.mẽbra mea in tuo furo
re,id eſt ſecundũ ſententiã datam in tuo furore:qñ eieciſti
Adam de paradiſo terreſtri.Neq; corripias me inęternum
pro illo peccato membra mea puniendo.Quoniam ſagit-
tę ſententię tuæ infixę ſunt mihi.Et ſic exponatur pria ps,
ꝙ Chriſtus loquitur in perſona primi Adã cuꝫ tota ſua po-
ſteritate fideli:qđ dicitur corpus myſticum,ſicut ſupra ex-
poſitum eſt:nihil mutando,niſi perſonam Chriſti,inquan
tum loquitur pro ſuo corpore.

¶ Amici mei. In hac ſcđa pte poſtq̃ Chriſtꝰ defleuit,& me
morauit peccatũ,et corruptionẽ,& fomitẽ,quẽ icurrit Adã
ex iobediẽtia:nunc loquiť in ꝑſona ſui,& deflet,& memo-
rat pœnas & perſecutiões,quas paſſus eſt pro peccatis mẽ
brorum & primi Adam.Vnde duo facit.Nam primo facit
qđ dictũ eſt.Secundo petit liberari.ibi.Ne dereliquas me
Dicit ergo Chriſtꝰ,Amici mei iudęi:quibus tot bona ope-
ratus ſum & feci,filios eorũ ſanando,& ſuſcitando a mor-
tuis,& proximi mei de tribu Iuda aduerſuꝫ me appropin-
quauerũt neceꝫ meam perpetrando:& ſteterunt,id eſt in-
ſtanter aduerſati ſunt:& qui ante erant iuxta me amicitiaꝫ
ſimulando:poſtea tempore paſſionis a longe ſteterunt:qa
auxilium negauerunt:immo ſe inimicos oſtenderũt.Et ipſi
qui querebant aiam meam:faciebant vim.i.ad poſſe labo
rabant aiam.i.vitam meam auferre.Et etiam apoſtoli qui
erant iuxta me & in ſocietate mea tunc tempore captionis
ſteterũt longe a me:quia me relicto omnes fugerunt. & ſic
iudęi,& miniſtri,qui quęrebant animam meam & vitam
meã perdere,faciebant vim:quia ligauerunt me & violen-
ter me trahebant.Et ipſi inquirẽtes mala mihi locuti ſunt
vanitates,& falſa teſtimonia contra me in domo Annę,&
Caiphę,& Pilati:& ſic tota die meditabãtur dolos & frau
des contra me,accuſando coram Pilato. Ego autem dum
mihi conuitia,& falſa teſtimonia improperarunt:tanq̃ ſur
dus non audiebã:id eſt ac ſi eſſem ſurdus non reſpondebã:
& eram ſicut mutus nõ aperiens os ſuum:& factus ſum ta-
cens:ſicut homo non audiens:& non habens in ore ſuo re-
dargutiones,nec reſponſiones ad ſatiſfaciendum iniurijs
& falſis accuſationibus:intantũ vt vehemẽter miraretᷣ pñs.
¶ Quoniam in te domine ſperaui.Hic reddit Chriſtus cau
ſam quare ita patienter ſuſtinuit illa cõuicia:& dicit:ꝙ nõ
ꝓ ſe: ſed pro membris patiebaur. Ideo triplici ex cauſa pa
tienter paſſus eſt.Primo vt pro peccato ſuperbię,& inobe-
dientię ipſius Adam ſatiſfaceret. Secundo vt eſſet exem-
plum matyribus & fidelibus in futurum:vt patienter tole-
rarent perſecutiones.Tertio quia propter patiẽtiam & hu
militatem ſe ſperabat reſurrecturuꝫ in capite & membris.
Ideo dicit:Qm̃ in te domine ſperaui in tota illa perſecutio
ne:ideo tu exaudies me domine deus meus me reſuſcitan
do,& membra mea tibi reconciliando.Et hęc eſt prima &
ſecunda cauſa quare tacui:& patienter tuli.Tertia eſt.

Quia dixi nequando ſupergaudeant mihi ini-
mici mei:& dum commouentur pedes mei ſu-
per me magna locuti ſunt.

¶ Quia dixi:hæc volo pati:nequando inimici mei gaudẽ
ant immo triſtentur de mea reſurrectione:& dũ pedes mei
.i.Apoſtoli & matyres:& vniuerſaliter omnia mẽbra mea
commouentur & affliguntur:magna locuti ſunt ſuper me:
id eſt locuti fuerunt tyranni ſuper me:tunc ipſa mẽbra mea
ferant patienter exemplo mei.

Quoniam ego in flagella paratus ſum:& do-
lor meus in conſpectu meo ſemper.

¶ Quoniam.i.propter cauſas ſupradictas ego ſum para-
tus tota die in flagella tolleranda pro membris meis:& do
lor meus eſt ſemper paratus in cõſpectu meo pro eis,id eſt
ſemper propono pro eis pati.Et ideo in perſona membro
rum ſubdit.

Quoniam iniquitatem meam annunciabo:&
cogitabo pro peccato meo.

¶ Quoniam iniquitatem meam:ſcilicet membrorũ meo-
rum annunciabo:& confitebor in cruce,& cogitabo pati ꝓ
peccato meo.ſ.membrorum.

Inimici autem mei viuunt & confirmati ſunt
ſuper me:& multiplicati ſunt qui oderunt me
inique.

Qui retribuũt mala pro bonis detrahebãt mi
hi:quoniam ſequebar bonitatem.

¶ Hic reddit cauſam quare moti ſunt iudęi ad perſequen
dum Chriſtum:& dicit:ꝙ tota cauſa fuit:quia ꝑdicabat,&
ſequebatur iuſtitiã,& virtutes opere & doctria.Dicit ergo:
autem pro ſed,inimici mei iudęi viuunt,& proſperabũtur,
& confirmati.i.roborati,& fortificati ſunt ſuper me:& mul
tiplicati ſunt inique,qui oderunt me retribuentes mihi ma
la pro bonis id eſt illi quibus impenderam multa benefi-
cia filios eorum ſanando.Et iſti tanq̃ ingrati detrahebant
mihi,& accuſabant corã Pilato.Et totũ hoc fecerunt:Qm̃
ſequebar bonitatem.Primo faciendo:Secundo docendo:
quia in prædicationibus meis improperabam eis peccata
legis,& prædicabã contra eorum auaritiã,& ſupbiaꝫ,& ſi-
moniã,& cætera vitia:& quia erã diſſimilis operibꝰ eoruꝫ.

Ne derelinquas me domine deus meus:ne diſ-
ceſſeris a me.

¶ Ne derelinquas.Hic petit liberari per reſurrectioneꝫ in
capite,& membris.Dicit ergo Chriſtus.O domine deus pa
ter ne derelinquas me diu in poſſe iudęorum,& ne diſceſſe
ris a me.Sed

Intende in adiutorium meum:domine deus
ſalutis meę.

¶ O domine deus ſalutis meę intẽde in adiutorium meũ,
me tertia die reſuſcitãdo:vt poſſim mea membra tibi recõ-
ciliare:& per meam reſurrectionem eos ab vtraq; morte
reſuſcitare.Item iſta vltima particula poteſt eſſe vox pro-
phetę ad Chriſtum dicens.O Chriſte domine deus & ſalua
tor accelera aduentum tuum,& ne me derelinquas in po-
teſtate diaboli,& in hac miſeria.Sed tu qui es deus ſalutis
meę:quia es vere ſaluator:ideo vocaris Ieſus:intende ergo
in adiutorium meum,& redemptionem meam per paſſio
nem.Iſte pſalmus eſt tertius in ordine pſalmorum pœnitẽ
tialium.Ideo vltra ſenſum myſticum poteſt exponi mora-
liter in perſona cuiuſlibet pœnitentis. Et ſic recitat ipſum
eccleſia in diebus ferialibus in perſona cœtus pœnitentiũ.
Vnde conqueritur eccleſia de diabolo & membris eius:eo
ꝙ vexat fideles varijs tentationibus:& conſequenter de
incommodis quæ accidunt peccatoribus ex peccato. Di-
cit ergo.O domine Ieſu chriſte ne arguas me in furore tuo
id eſt da mihi veniam:& ne reſerues vindictã & pœnam in

die furoris tui.i.vſq; ad obitum meum:vel vſq; ad diem iu-
dicij:ſicut dictum eſt pſalmo.vj.Quoniam ſagittæ ſenten-
tiæ tuę infixe ſunt mihi.Et ſic deflet incommoda intrinſe-
ca & extrinſeca quę eueniūt peccatoribus ex peccato.

Dixi cuſtodiam vias meas: vt non de-
linquam in lingua mea.

❡Titulus,Ad victoriā,ſiue in finem ipſi Iditū
pſalmꝰ Dauid.Hieron.vero Victori Iditū canticū Dauid.
Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hūc pſal.& tradidit ipſuꝫ
cantandū choro ipſius Iditū cū toto conatu vocū.Ex hoc ti
tulo apparet etiaꝫ,ꝙ qñ in titulis ponitur filijs Chore,vel
Aſaph,aut Ethan non memorantur tanq̄ factores pſalmo
rū:ſed tanq̄ cātores:ſicut ꝑ hoc ꝙ dr̄ ipſi Iditū pſalmꝰ Da-
uid.Et hoc idē dicit Ambro.in principio libri de officijs:q
adducit hunc pſalmū tanq̄ ꝓœmiū:& dicit ꝙ Dauid fecit
hūc pſalmū,& dedit ipſ cantādū ſancto Iditū.Sed de ma-
teria huiꝰ pſalmi eſt varius modus loquendi. Primo apud
Hebręos,& apud latinos.Nā Ra.Salo.dicit,ꝙ Dauid fe-
cit hūc pſalmū ꝓuidens preſſurā ppl'i dei in captiuitate ba
bylonica.Vñ in ꝑſona ppl'i oppreſſi ait.Ego ppl's dei vexa
tus in illa captiuitate dixi.i.ꝓpoſui cuſtodire vias meas:vt
non delinquerē nec peccarē murmurādo in lingua mea:ſ;
patienter ferrē opprobria,& vexationeꝫ:poſt puniuit me
dñs ꝓpter pctā mea.Et ſic expoſuit totū pſalmū de illo po
pulo deſyderāti cū patiētia exire ab illa captiuitate. Sed i
veritate licet aliqua ps literę poſſit applicari illi intentiōi:
tñ multa ſūt in hoc pſal.q̄ videnť deuiare,& extorte appli-
cari.Iō quidā latinorū exponūt lr̄aliter de Dauid cū fuge-
ret a facie Abſalon ꝑ iugū montis oliuarū:& Semei ꝓijce-
ret cōtra eū terrā & lapides dicēs.Egredere:egredere vir ſā
guis.Sed cū Abiſai vellet deſcēdere:vt interficeret Semei,
ꝓhibuit Dauid dicēs.Dimitte eū vt maledicat.Dñs eñ̄ p̄-
cepit:vt maledicat Dauid.ij.Reg.xvj.Ex quibꝰ ptꝫ ꝙ Da-
uid patienter tulit hanc perſecutionē,nec peccauit pecca-
to linguę murmurādo:imo oia iputauit peccato ſuo.Et ſic
fecit hūc pſalmū memorans,qualiter patienter tulit hanc
ꝑſecutionē abſq; pctō linguę ſeu murmurationis. Sed licet
in veritate magis & cōuenientiꝰ poſſet hęc lr̄a applicari p̄-
fatę hiſtorię:& forſan illud myſteriū fuit cā mouens,quare
fecit hūc pſal.tñ nō fuit cā ꝓcifa & finalis:nec eſt ſiſtendum
in lr̄a,cū in hoc pſalmo nō fuerit minꝰ ꝓpheta & inſpiratꝰ
q̄ in cæteris:& maxie quia aliqua ponunť in hoc pſalmo q̄
videtur extranea ab illa hiſtoria:ſicut eſt illud.Verūtñ va-
nitas ois hō viuēs.Et iō eſt dicendū,ꝙ Dauid ꝑ eiectioneꝫ
a regno,& ꝑ rebellionē filij,& ppl'i ꝓpter pctm̄ cōmiſſuꝫ,
vidit in ſpū totū myſteriū pcti primoꝝ parentū q ꝓpter in-
obedientiā,& ingratitudinē,fuerūt eiecti a paradiſo,& per
diderūt felicitatē.immo oia fuerūt eis rebellia.Nā ps ſenſi
tiua,& caro inſurrexit cōtra ſpm̄.Et elementa,& beſtię in-
ſurrexerunt cōtra eos.Et ſic Adā q erat rex & dñs in illa ci-
uitate,eiectus eſt:& factus eſt ꝑegrinꝰ cū ſua poſteritate in
hac valle lachrymarū.Itē ſicut ppl's regni Dauid fuit diui-
ſus in duas ptes.Nā quidā adheſerūt ipſi Dauid:& ꝑegrina-
ti ſūt cū eo.Alia ps adhęſit ipſi Abſalon,& ꝑſequebať ipm̄
Dauid.Sed finaliter Dauid patienter ferendo illā ꝑſecutio
nē ꝓualuit cōtra Abſalō & ſuos.Et ſic Dauid per ſuam hu
militatem & patientiā meruit reduci,& recuperare regnū
extincto Abſalone,& cōfuſo cū ſuis ſequacibꝰ.Ita pariter:
vt ait Augu.xv.de ciuitate dei,Filij Adam poſtq̄ eiecti ſūt
a paradiſo,diuiſi ſunt in duas ciuitates.ſ.terrenam & cęle-
ſtem,ſiue ſpūalē:ſiue in duos ppl'os:quoꝝ vnus dicitur ter
renꝰ ponēs ſuā ſpē in hoc ſęculo.Et alter dicitur ſpūalis po
nēs ſuā ſpē in Chriſto expectās ꝑ ipſ liberari,& ad ciuitatē
de qua eiectꝰ eſt reuocari.Ille ppl's incepit a Cain.Iſte ve-
ro ab Abel iuſto.ille ppl's ꝑtinet ad hāc terrenā ciuitatē in
qua ponit ſuā ſpē.Iſte vero ꝑtinet ad ciuitatem ſupnam ad
quā tendit.Ideo dr̄ ꝑegrinꝰ, & nō ciuis in hac terrena ciui-
tate.Vñ dicit Augu.ꝙ duo amores diuiſerunt has duas ci-
uitates.ſ.terrenā amor ſui vſq; ad cōtēptū dei:cęleſtē auteꝫ
amor dei vſq; ad cōtemptū ſui.Et ideo illa in ſe:iſta in dño
gloriatur.Et ideo illa q̄rit ab hoibꝰ gloriari & exaltari.Iſta
aūt dicit dño ſuo:tu es gloria mea tu exaltans caput meuꝫ.
&c.Et iō ſemp illa ciuitas terrena q̄ſiuit proſperitatē i hac
vita.Iſta aūt noluit habere hic manentē ciuitatē:ſed futu-
ram expectauit.Et ſic legitur ꝙ Cain ædificauit ciuitateꝫ,
quaſi intēdens in hoc mundo ꝑmanere.Sed Abel nō legiť
ædificaſſe ciuitatē:quia nō intendebat in hoc ſęculo ꝑma-
nere:ſed ad ciuitatē cęleſtē ꝑegrinari.Et ſic oēs carnales &
terreni dicūť ſucceſſores Cain,& ꝑtinēt ad ciuitatē terrenā:
ſed oēs ſpūales dicūť ſucceſſores Abel & ꝑegrini,eo ꝙ po-
ſuerūt ſpē i Chriſto futuro. Et ſic vſq; ad Chriſtū ꝑ fidē,ſpē,
& charitatē ꝑegrinati ſūt patiēdo ꝑſecutiōes,& vexationes
a ciuibꝰ ciuitatis terrenę:ſed finaliter ſūt ꝑ Chriſtū libera-
ti,& ad ciuitatē cæleſtē reuocati. Filij aūt terrenę ciuitatis
licet parti perierūt in primo aduentu Chriſti: tñ in finali iu
dicio totaliter peribūt cū diabolo capite ſuo:ſicut pijt Abſa
lon cū ſuis.Hoc ergo ꝓuidēs Dauid i ſpū fecit hūc pſalmū.
Cōſiderat ergo Dauid totū ppl'm dei tanq̄ vnū corpus my
ſticū Chriſti,& vnū ꝑegrinū,qui ab Adā,& Abel ꝑegrinať
ꝑ fidē,& ſpē vſq; ad Chriſtum:& exinde vſq; ad iudicium:
vt recuperet ꝑ fidē & hūilitatē ciuitatē, quā ꝑdiderat per
ſupbiam:& tēdit primo in Chriſtum:vt dirigat ipm̄ in illaꝫ
ciuitatē.Sed in peregrinatiōe ſemper patitur,& paſſus eſt,
& impugnatus a diabolo & mēbris:quorū ꝑſecutionē cum
ſilentio & patientia paſſus eſt,ꝑ quā patientiā efficitur mē
brū Chriſti:& ſic mereť veniam.Et iſtū ꝑegrinū introducit
Dauid loquentē in hoc pſalmo.Et iō in titulo dr̄ ad victo-
riā,ſiue in finē ipſi Iditū pſal.Dauid:quia Iditū interpťať
tranſiliēs eos.Nā peregrinus trāſit alios,& reliquit poſt ſe:
& ipſe aſſequitur terminū.Ita populus fidelis,quia nō mā
ſit in hac terrena ciuitate,nec ponit ſpē in ea:relinquit ho
mines terrenos,& ſaltat in patriā,ꝓteriēs eos i miſeria mū
dana,& ipſe trāſilit ad felicitatē æternā. Et ſic dr̄ tranſiliēs
eos.Et iō in titulo addiť ad victoriā qa tranſiliēs alios vin-
cit,& conſequitur brauiū.vel dr̄ in finē quia dirigiť in Chri
ſtū. ❡Iſte ergo tranſiliēs & ꝑegrinꝰ introductus ad loquen 1
dū quinq; facit.Nā primo deflet ꝑſecutiones,& poenas ſibi
inflictas ex peccato,quas cū patiētia,& ſine murmuratiōe
ſe dicit pati.Secūdo petit aduētū Chriſti accelerari:vt ipo-
nat finē ſuę ꝑegrinatiōi.Tertio gaudet ſe viciſſe terrenos,
& poſuiſſe ſpē & finē in Chriſto.Quarto cōfiteť ſe iuſte poe
nas pati ex pctō ſuo.Quinto petit agere pniam & ſibi re-
mitti culpaꝫ in hac vita.Secundū ibi. Locutus ſum in ligua
mea.Tertiū ibi.Verūtñ vniuerſa vanitas.Quartuꝫ ibi:Ob-
mutui & non aperui.Quintū ibi.Exaudi dñe.Vel pōt dici,
ꝙ duo iſte peregrinus generaliter facit.Nam primo narrat
ſuā patientiā cū ſilentio in perſecutionibꝰ.Scdo inuocat &
petit aduētū Chriſti accelerari:vt liberet eū.ibi.Locutꝰ ſum
in lingua.❡Quantū ad primū eſt notandū,ꝙ inter cæte- I
ras cōditiones hoīs, due ſunt maxime neceſſarie ipſi pere-
grino.ſ.humilitas & patientia.Et ratio eſt.Nā qñ ꝑegrinus
ꝑegrinať inter gētes habentes extraneos & prauos mores:
ſemp vexať & ſæpe patiť opprobria & iniurias,quibꝰ ſi vel
let ſatiſfacere per linguā,aut ꝑ opera deficeret in via:& nō
ꝑficeret ſuā ꝑegrinationē:ergo oportet ꝙ patiēter ferat cū
hūilitate.Ita pariter populus fideliuꝫ,q ꝑegrinatꝰ eſt a pri-
cipio mūdi inter terrenos,& mūdanos,& ifideles diſpares
in cultu,& moribꝰ,ſemp fuit & erit ipugnatꝰ,& vexatus ab
eis,& hoc ꝓpter cultū vniꝰ dei in vtroq; teſtamēto cōtētū:
& ꝓpter diuerſitatē moꝝ,& modi viuendi. Nā prio Abel
occiſꝰ eſt a Cain ex iuidia:& Noe irriſus a filio ſuo Chā:&
Abrahā vexatꝰ a Chaldęis:& Iſaac ab Iſmael:& Iacob ab
Eſau:& Iſrael ab Aegyptijs.Et ideo oportuit iſtū ꝑegrinū

cũ hũilitate trãſiſſe, aliter non meruiſſet: ſed quia poſuerat ſpẽ ſuã in Chriſto: ideo meruit ad ipſum peruenire cũ hũilitate & patiẽtia. Dicit ergo iſte tanſiltẽs ſiue pegrinus. Ego dixi cũ deliberatione, & hũilitate, & patientia, cuſtodiam vias meas, id eſt ego deliberaui taliter cuſtodire vias meas, in oĩb⁹ meis pegrinationib⁹ inter amatores hui⁹ mũdi & ciues huius terrenę ciuitatis: vt nõ delinquam in lingua mea cõtra deũ murmurãdo, nec cõtra pſecutores maledicendo: immo ſtatui tacere in omnibus peſecutionibus.

**Poſui ori meo cuſtodiam: cum conſiſteret peccator aduerſum me.**

¶ Poſui cuſtodiã ori meo, & linguam cõpeſcui, & obſtruxi ora, cũ pc̃tõr. ſ. diabolus cũ mẽbris ſuis, & totus populus infidelis cõſiſteret. i. ſimul ſtaret aduerſuꝫ me vexãdo, & affligẽdo. Nã ego tacui & poſui ori meo cuſtodiã in occiſione ipſius Abel, ſiue qſi fuit occiſus in Abel: & irriſus in Noe & vexatus in Abraham, Iſaac, & Iacob. Item

**Obmutui & humiliatus ſum & ſilui a bonis: & dolor meus renouatus eſt.**

¶ Obmutui & ſilui a bonis in omnibus iſtis pſecutiõibus. Vñ nota, ꝙ iſtud ſilere a bonis põt dupl'r itelligi. Vno mõ ꝙ dicat iſte peregrinus. Non ſolum ſilui & tacui a malis pſecutores nõ maledicendo, & cũ ſuperbia eis reſpõdendo: ſed etiam ſilui a bonis, per bona verba legis eos exhortando. q. d. nec reſpondebã eis bonuꝫ nec malũ: ſed patienter & cum ſilentio tolerabaꝫ iniurias: & ſic dolor meus renouatus eſt. i. creſcebat in me. Secundo

**Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardeſcet ignis.**

¶ Cõcaluit cor meũ intra me irã cõprimẽdo, & in tali meditatiõe exardeſcebat ignis doloris ſiue charitatis: quia cũ charitate ferebã. Aliter põt intelligi & forſan melius. Naꝫ vt ait Aug. ſ. de ci. dei. ca. viij. pſecutiões, & flagella tẽporalia ſunt bonis bona, & malis mala. Nam vna & eadẽ infirmitas: & aduerſitas operatur diuerſa in bonis & malis. Nã malus blaſphemat cõtra deũ, & homines in aduerſitatib⁹: & iuſtus laudat deũ, & fert cũ patientia. & talia flagella ſũt bonis ad meritum: & malis ad mortem & damnationem.

K ¶ Et ideo perſecutiones fuerunt bonę, & vtiles ſanctis patribus, & toti populo dei: quia in eis laudabant deũ, & ſilebant non referendo malũ pro malo ſuis perſecutorib⁹. Iõ ait iſte peregrin⁹: obmutui in oĩbus perſecutionibus, & aduerſitatibus, & ſilui a bonis. i. a talibus flagellis: quia mihi bona & ſalubria reputaui, & per talia putabã mereri: imo quia ſciebam ꝙ talia flagella data ſunt mihi in pñiam ꝓpter peccatum primorũ parentũ, aut ad purgationeꝫ pc̃torũ meoꝝ: quia Nemo ſine crimine viuit: aut putabã mihi eſſe data illa flagella ad cuſtodiam virtutum: ne magnitudo reuelationũ extolleret me: ſicut Paulo: aut ad augmẽtũ meritorũ, ſicut Iob, & Tobię, quia virt⁹ in infirmitate pficitur. Et ſic ſilui in talibus bonis: imo dolor meus renouatus eſt: conſiderans ꝙ mihi eueniebat ex pc̃tõ primorũ parentũ: vel ex ꝓprijs cõmiſſis. Et tũc cõcaluit cor meũ intra me ex dolore & cõtritiõe retorquẽdo talia flagella ad peccatũ meũ, & in tali meditatione exardeſcebat ignis doloris reſpectu peccati. etiaꝫ exardeſcebat ignis amoris & charitatis erga deũ: ꝓ cuius amore patiebar hũiliter: & etiam erga pſecutores. ꝓ quib⁹ rogabã, vt cõuerterent̃. In talib⁹ ergo pſecutiõib⁹ decreui cuſtodire vias, & pegrinatiões, & opationes meas: vt non delinquereꝫ in lingua mea: & ſic poſui cuſtodiam ori meo: ne murmurarẽ cõtra deũ: nec maledicerem: cũ pc̃tõr. ſ. diabolus cũ mẽbris ſuis infidelib⁹ conſiſteret & pugnaret aduerſuꝫ me: ſed obmutui tanq̃ mut⁹: & ſilui a talib⁹ bonis mihi reputatis, & dolor cõtritionis renouat⁹ ẽ in me. Et ſic cor meũ cõcaluit itra me ex cõtritione pc̃tõꝝ, & charitate dei & ꝓximi, & in tali meditatione talis ignis exarſit & ardeſcet. ¶ Aliter etiã põt itelligi. Nã antiqui patres patienter tolerabãt pſecutiões: eo ꝙ liberari ſperabãt p Chriſtuꝫ. Ideo ait. Obmutui in talibus flagellis: & ſilui a bonis mihi promiſſis, & expectatis in Chriſto futuro: & ſic dolor meus fuit renouat⁹. i. remẽorat⁹, & ſic cõcaluit cor meũ in me. i. q̃ſi lętũ ex ſpe chriſti futuri, & in tali meditatiõe, & ſpe exardeſcet ignis fidei & charitatis xp̃i.

**Locutus ſum in lingua mea: notum fac mihi domine finem meum.**

¶ Poſtq̃ ſuperius dixit iſte peregrinus, ꝙ in oĩbus pſecutionibus non peccauit lingua: nec rñdit maledictis nec factis: Imo cõcaluit cor eius ꝓpter ſpẽ Chriſti futuri: hic l hac ſecũda pte petit aduentũ Chriſti accelerari: vt ponat finẽ ſue pegrinationi, & liberet eũ. Vñ quatuor facit. Nã prio facit qđ dictum eſt. Scđo irridet & rephendit amatores huius mundi. Tertio petit liberari a pœnis, & tribulationibus corporalibus huius mũdi per aduentũ Chriſti. Quarto petit liberari a culpa aię. Scđm ibi. Verũtñ vniuerſa vanitas. Tertiũ ibi. Ab omnibus iniquitatib⁹. Quartũ ibi. Exaudi. ¶ Quãtum ad primum, & ad totam iſtam ſcdaꝫ partem eſt aduertendũ: ꝙ iſte pſalm⁹. xxxviij. & . xxxix. & ci. ſunt ſimiles in materia. Nam in omnibus tribus defletur breuitas, & miſeria vitæ hũanę propter pc̃m̃ Adę, & petitur Chriſt⁹: vt veniat ad liberanduꝫ hoiem ab huiuſmodi miſeria & culpa. qui quidẽ Chriſtus in lege promiſſus, & expectatus multis nominibus nũcupatur vt dictũ eſt in prologo tractatu quarto. Vñ inter cætera vocatur finis legis veteris in primo aduentu per redẽptionẽ, & finis legis noſtrę per glorificationem in. ij. aduentu. Ipſe idem dicitur dextera dei patris: eo ꝙ per ipſum operatus eſt noſtraꝫ redẽptionẽ. Itẽ dicit̃ dñs. Iõ in hoc pſal. dicit̃ finis: cũ dr̃: notũ fac mihi dñe finẽ meũ. & in. xxxix. pſal: dr̃: Dextera dei: cũ dicitur. Dexterã tuam ſic notã fac. Et in. cj. dicit̃ dñs: cũ dicit̃: Tu exurgens dñe miſereberis Sion. Dicit ergo iſte peregrinus. O dñe ego iã dixi, ꝙ cũ hũilitate patienter tuli oẽs tribulatiões, & miſerias in mea peregrinatione, & nunq̃ deliqui in lingua mea: nec volui ſatiſfacere iniurijs mihi illatis: ſed ſolum ad te habui refugiũ in quo ſperabã, & locutus ſum in lingua mea dicẽs. O dñe fac mihi notũ finẽ meũ. ſ. Chriſtuꝫ qui eſt finis legis, per quem omnes ſperamus liberari: & acceleret aduentum ſuũ: vt oẽs eũ cognoſcamus a maximo vſqꝫ ad minimum: & fac mihi notũ nũerũ dieruꝫ meorum vſqꝫ ad aduentũ eius: vt ſciam quid, & quantũ tẽpus deſit mihi vſqꝫ ad aduentuꝫ tuum, in quo erit finis miſerię meę.

**Et numerum dierum meorum quis eſt: vt ſciã quid deſit mihi.**

**Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos: & ſubſtantia mea tanq̃ nihilum ante te.**

¶ Notũ etiã fac nũerũ dierũ meorũ, quis numerus. i. quot⁹ ſit: vt ſciã quis eſt numerus dierũ meoꝝ: & ſciã etiam qđ & q̃tũ deſit mihi. ecce ꝓ quia, tu nõ poſuiſti dies meos immẽſurabiles & infinitos: imo mẽſurabiles & finitos: qa vita noſtra nõ eſt ęterna in hoc mũdo: ſicut tua: immo ſubſtãtia. i. tota vita mea eſt tanq̃ nihilũ ante te. i. breuiſſima, & quaſi nil reſpectu tuę æternitatis. q. d. aduentus tuus non poteſt differri inęternum: quia vita mea breuis eſt.

**Verumtamen vniuerſa vanitas: omnis homo viuens.**

**Verũtamen in imagine pertranſit homo: ſed & fruſtra conturbatur.**

¶ Hic rephẽdit & irridet amatores hui⁹ mũdi & terrenos: q ponũt ſpẽ ſuaꝫ in hoc mundo, & in rebus tpalibus, cũ ſint breues & trãſitorię, & cõtennũt finem verũ qui eſt Chriſt⁹.

Dicit ergo.Si ita eſt q ſubſtantia.i.vita mea eſt menſura-
bilis & nõ infinita:quia oẽ mẽſurabile eſt finitũ:imo eſt tã-
q̃ nihilũ añ te:verũtñ.i.iõ certe ois hõ viuẽs eſt vniuerſa va
nitas.i.vniuerſa vita hois terreni eſt vanitas:vt patet in li-
bro Eccleſiaſtes.Probaẽ:quia omnis homo pertranſit hũc
mũdu in imagine.i.quadam vmbra.q.d. q vita hominis
in hoc mũdo,ita eſt breuis q nõ meretur dici vita:ſed ima
go & vmbra vitę:& felicitatis,& quoddam ſomnium.Ergo
fruſtra conturbatur & laborat in congregandis pecunijs:
poſtq̃ vita eius eſt ita breuis.Nam

Theſaurizat & ignorat cui congregabit ea: &
nũc q̃ eſt expectatio mea? nonne dñs? & ſubſtã-
tia mea apud te eſt?

❡Teſaurizat cõgregãdo bona temporalia:& ignorat cui,
& p quib⁹ cõgregabit ea:quia ipſe eſt breuiter moriturus:&
neſcit quis poſſidebit ea.Nã filij ei⁹ erũt pdigi vel fatui ne-
ſciẽtes cuſtodire q ipſe grãdi labore,& ſollicitudine acquiſi
uit:& bona ſua tranſibunt ad alienos.Ideo iſte peregrinus
irridens iſtos amatores mundi ſubdit:& nunc q̃ eſt expecta
tio mea:nõne dñs?q.d.nõ fuit talis ſpes mea ſicut iſtorum:
quia non poſui ſpẽ meã,nec cõſtitui finẽ meũ in hoc mũdo
ſicut iſti:ſed in ſolo dño meo Ieſu Chriſto:quẽ ſpero ſalua-
torem quia nolui eſſe ciuis in hoc mundo:ſed peregrin⁹ tẽ
dẽs in finẽ meũ,qui eſt Chriſt⁹.Et iõ ſubdit,nõne ſubſtãtia
mea.i.ſubſtãtia diuitiarũ mearũ,& tota vita mea apud te
eſt O dñe Ieſu?q.d.imo certe.Ex hoc patet,q iſte ſe oſtẽ-
dit verũ pegrinũ,& tranſiliẽtẽ amatores huius mũdi.Nam
ſicut qñ in ſtadio duo currũt:ille qui citi⁹ currit dicĩ trãſili-
ens alterũ,& accipit brauiũ:ita in hoc mũdo fideles,& iu-
ſti trãſiliũt amatores mũdi:& relinquẽtes eos retro i bonis
mũdanis tranſitorijs,ipi cõſequũtur brauium felicitatis in
Chriſto.Itẽ fideles dicunẽ pegrini:quia relinquentes ama-
tores hui⁹ mundi in hac ciuitate terrena:ipi pegrinãdo p-
uenerũt vſq; ad Chriſtum:qui eſt finis vtriuſq; legis. Et ſic
patres antiqui puenerũt vſq; ad Chriſtũ in primo aduẽtu,
in quo receperunt gratiã.Nos vero peregrinando tendim⁹
ad eundẽ Chriſtũ:vt recipiamus gloriã in ſcdo aduẽtu.Ite-
rũ ex ſupradictis patet,q verba huius mũdi ſũpta ex libro
Iob.ibi eñ dicĩ.Breues dies hois ſunt:& numerus mẽſiu
eius apud te eſt.Hic aũt dicitur:Menſurabiles poſuiſti dies
meos.Itẽ ibi dicitur:Dies mei ſicut vmbra.hic vero:In ima
gine pertranſit homo.

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me:op-
probrium inſipienti dediſti me.

❡Hic petit liberari ab oib⁹ pœnalitatib⁹,& infirmitatib⁹
tã tpalib⁹,q̃ ſpũalib⁹ inflictis ſibi in Adam.Vñ dictũ eſt,q
duo genera malorũ traxit Ada cũ tota ſua poſteritate ex
illi⁹ primi cõdẽnatiõe peccati.Quędã eñ ſunt corporalia:
& q̃dã ſpũalia.Corporalia ſũt i duplici genere.ſ.corruptio
& fomes peccati in ſenſualitate:ſcdo infirmitates in corpe
.ſ.fames,ſitis,egritudo.In aĩa aũt traxim⁹ pcĩn:prio origia
le i nobis.ſcdo actuale ex cõſẽſu cõcupiſcẽtię.Iõ iſte pegri-
nu⁹ prio petit liberari a pœnis corpalib⁹.Scdo a ſpũalib⁹.ſ.
a pctõ.ibi:Exaudi oronẽ.Dicit ergo.O dñe erue me ab oi-
bus iniquitatib⁹ quas contraxi & cõmiſi ex cõſenſu pecca-
ti:ſiue ab iiquitatib⁹ quas traxi ex Adã:ppter quas dediſti
C me opprobriũ cuicũq; i ſipiẽti,& ifideli,& maligno.❡Vñ
nota,q ppter quattuor cãs põt de⁹ hoie affligere. Primo
ex pctõ primi parentis:ppter qd oẽs incurrim⁹ ſniã mor-
tis,& oim pœnalitatũ corpaliũ.ſ.ifirmitatũ & pſecutionu
& in hoc oẽs cõuenim⁹ tã iuſti,q̃ pctõres. Scdo patimur fla
gella qñq; ppter pctã ppria:ſicut paſſus eſt ppl's iudęorũ
in captiuitate babylonica.Tertio ne iuſtus extollatur in ſu
perbiã:vt pt de Paulo.Quarto ad augmentũ meritorum:



quia virtus in infirmitate perficiẽ:vt patet de eodẽ Paulo,
& Athanaſio,& Iob,& Tbobia.Quocũq; ergo modo eue
niat homini flagellum ſemper deus dicitur auctor:aut effi
cienter:aut permiſſiue. Sed primo & ſecundo modo: licet
deus dicatur auctor:tñ cã eſt in nobis:& ſic deus dicitur nos
iuſte flagellare:& ideo in talibus flagellis & pſecutionib⁹
nõ debemus iputare deo:ſed nobis:quia cõmiſimus pcĩn:
ex quo iuſte flagellamur:vel quia deſcendimus ex ppagi-
ne illius qui contra deum peccauit.Ideo iſte peregrinus pe
tens liberari retorquet flagella ad peccatum ſuum dicens.

Obmutui & non aperui os meum quoniam tu
feciſti:amoue a me plagas tuas.

A fortitudine manus tuę ego defeci in increpa
tionibus:propter iniquitatem corripuiſti ho-
minem.

Et tabeſcere feciſti ſicut arenam aĩam eius:verũ
tamen vane conturbatur omnis homo.

❡O dñe in oibus tribulationibus & pſecutionib⁹ iõ obmu
tui:& non aperui os meũ:nec deliqui in lingua mea:quia
nõ iputaui tibi:ſed pctõ meo:qa tu feciſti iuſte dando mihi
iſta flagella in pœnã pcti mei,& parentu meoꝝ:ſed rogo
vt amoueas a me plagas tuas.i.plagas quas mihi ex meo
peccato influxiſti:qm ego defeci.i.iam deficio a fortitudine
manus.ſ.ſententię tuę:quia iã non valeo ſuſtinere flagella
mihi inflicta a fortitudine ſnię tuę. Nã p illã ſniam tuã qñ
dixiſti Maledicta terra in ope tuo:corripuiſti & punijſti ho
mine.ſ.Adã cũ tota ſua poſteritate:& taliter corripuiſti &
punijſti eũ in increpationib⁹,& correptionib⁹ tuis:quia ta-
beſcere & langueſcere,& debilitari feciſti aiam,& vitã ei⁹.i
ſicut araneã.i.ſicut telã araneę,q̃ eſt fragilis & debilis ad
reſiſtendũ.q.d.q tu p ſniã tuã tabefeciſti,& attenuaſti vi-
tã ipſius hois.Nã qui erat quaſi imortalis,& impaſſibilis,
& liber ab omni miſeria:& nũc factus eſt miſer:& corrupt⁹
& poſſibilis,& mortalis,& breuis vitæ:non valens reſiſte-
re miſerijs corporalibus,nec ſpũalibus tẽtatiõib⁹,nec pctõ
ſicut tela araneę nõ valẽs reſiſtere frãgenti.Ex quibus pt,
q ſi tu inflixiſti homini huiuſmodi miſerias ppter peccatũ
ſuum:ergo vane & inaniter conturbatur & conqueritur ois
hõ quia iuſte patitur pœnas & flagella ppter peccata ſua
& ſic non habet ius querele contra te:ſed incuſet ſeipſum.
Et ideo cognoſcens me iuſte pati:dixi cuſtodiã vias meas.
vt non delinquam in lingua mea,& ideo poſui ori meo cu-
ſtodiam:& ideo obmutui.

Exaudi orationẽ meã dñe & depcationẽ meã:
auribus percipe lachrymas meas.

❡Hic petit liberari a culpa:& agere pniã in hac vita,ne
decedat cũ pctõ dicẽs.Exaudi dñe oronẽ meã:dando mihi
gĩam,& veni ad liberandũ me p mortem & paſſionem &
exaudi orationem meam,remittendo pcĩn in hac vita:&
aurib⁹ miſericordię percipe lachrymas meas.vñ quidã.In
terdum lachrymę pondera vocis habent.

Ne ſileas:quoniam aduena ego ſum & peregri
nus ſicut omnes patres mei.

❡Ne ſileas mihi negãdo petitionẽ.Qm̃ ego nõ ſum ciuis
terrenę ciuitatis:nec amator eius:nec volo in ea manere ſi
cut terreni:ſed ſum in ea tanq̃ aduena & peregrinus,ſicut
oẽs patres mei.ſ.Abel,& Noe,Abraham,Iſaac,& Iacob,
q nõ habuerũt ciuitatẽ manentẽ expectantes hęreditates
ternenas in cælo:ita ego tanq̃ pegrinus in te poſui ſpẽ meas
ad te confugio:in te tendo tanq̃ in finẽ legis. Ideo

Remitte mihi vt refrigerer:priuſq̃ abeã & am-
plius non ero.

¶ Remitte mihi peccata mea in hac vita: & nō differas: ſꝫ
parce mihi anteq̄ recedā & amplꝰ non ero. i. anteq̄ amplꝰ
nō ſim & nō ſubſiſtā. Et ponit̄ futurū indicatiui pro p̄ſenti
cōiūctiui ſiue optatiui: quo carēt hebręi. Vl̄ pōt aliter itel
ligi. ſ. remitte mihi culpā anteq̄ moriar. quia amplius poſt
mortē nō ero capax veniæ: quia tunc pnīa nō erit fructuo-
ſa: nec eſt tēpus venię: ſed iudicij & pœnę. Ex ſupradictis
patꝫ, ꝙ totus iſte pſalmus eſt abſtractus ex libꝛo ipſiꝰ Iob.
Et eſt ſimilis pſalmo. lxxxix. & . cj. quia vtrobiq; defletur
miſeria & breuitas vitę humanę propter peccatum Adæ.
¶ Moraliter aūt iſte pſalmꝰ poteſt exponi de quolibet in
afflictione poſito: cui datur doctrina vt cum patiētia ferat
perſecutiones & flagella ne murmuret cōtra deū nec cōtra
perſecutores: ſed imputet ſibi & confiteat̄ ſe pati iuſte ꝓ-
pter peccata ſua ꝓpria, retorquēdo ſibi oēꝫ culpā. & petat
gratiā vt agat pniam ante morteꝫ. vt decedat cū gratia de
hac mortali vita: & tranſiliat in cęlū: & cōſequatur finem
promiſſum tanq̄ verus & bonꝰ trāſiliens & peregrinꝰ ſaltā
do vltra iſta tēporalia. Itē iſte qui loquit̄ in hoc pſalmo po
teſt eſſe Chriſtꝰ qui in pſona capitis dicit. Dixi cuſtodiā: et
obmutui. Sed in pſona mēbroꝝ: dicit Ab oībꝰ iniquitatibꝰ
meis erue me. & remitte mihi priuſq̄ abeam ab hoc ſæcu-
lo. Ex oībꝰ ſupradictis ptꝫ qualiter tota intentio Dauid in
hoc pſalmo eſt exhortari fideles ad contēptū huius mūdi:
& ad pferēdas patienter iniurias & pſecutiones. eo ꝙ non
ſunt ciues: ſed peregrini in hoc mūdo. nec iſte mundus eſt
nobis ciuitas: ſed via qua tendimus in ſupernā ciuitatē no
bis ꝓmiſſam. ad quā non poſſumus puenire niſi per mul-
tas tribulationes: & cū humilitate & patiētia. Et ideo ſpes
noſtra nō eſt ponēda in hoc mūdo. ſed in termino ad quē
M tendimus. ¶ Et ideo ex iſto pſal. poſſumꝰ recolligere. viij.
doctrinas ſiue concluſiones.

¶ Prima doctrina eſt, ꝙ vnuſquiſq; fidelis debet cuſtodi-
re & cōpeſcere linguā ſuā a murmuratione in perſecutioni
bus & aduerſitatibus ne perdat meritū: ſed cū humilitate
et zelo charitatis debet tacere & tolerare iiurias & aduer
ſitates propter Chriſtū & regnum cęloꝝ.

¶ Secunda doctrina, ꝙ vnuſquiſq; fidelis continue debet
meditari in morte quæ eſt finis vitę ſuę: & conſiderare re-
ſiduum vitæ in quo habet locum pœnitendi.

¶ Tertia doctrina, ꝙ nullus debet ponere ſpem ſuam in
hac vita: eo quia eſt menſurabilis & finita.

¶ Quarta doctrina, ꝙ vana eſt ſpes & ſollicitudo hominū
terrenoꝝ. quia theſaurizant cū magno labore & violētia
& rapina: & neſciunt futurum hæredē: nec cui congregant
diuitias, nec quis poſſidebit eas.

¶ Quinta doctrina, ꝙ tota noſtra ſpes eſt in deo ponen-
da: eo ꝙ eſt æternus.

¶ Sexta doctrina, ꝙ pſecutiōes & mala quæ patimur: nō
debemus imputare niſi nobiſmetipſis: quia oēs in Adaꝫ &
in nobiſmetipſis peccauimus contra deum & legem.

¶ Septima doctrina, ꝙ oēs ſumus peregrini & viatores in
hoc mūdo: & ſic oēs ſumꝰ mortales: ſicut oēs patres noſtri
Abrahā, Iſaac, & Iacob, & oēs apoſtoli & martyres. Et
ideo debemus eos imitari, non ponendo ſpem noſtram in
hoc mundo: ſed in bonis cæleſtibus.

¶ Octaua: ꝙ dū ſumus in hac vita: debemus agere pœni
tentiā & petere remiſſioneꝫ peccatoꝝ a deo: anteq̄ moria-
mur & abeamus ab hoc ſæculo. quia poſt mortē nō eſt lo-
cus nec tēpus pnię: ſed pœnæ vel glię. Ex quibꝰ cōcluditur
ꝙ illi ſunt veri peregrini & trāſiliētes: q contēnētes mūduꝫ
cū pompis ſuis, ponūt ſpē ſuā in bonis cęleſtibꝰ: & patien-
ter tolerāt pſecutiōes & aduerſitates: & agūt pniaꝫ anteq̄
diſcedant ab hac vita. Quia tales licet peccauerint aliquā-
do in via: tn̄ nō in termino ſicut obſtinati & impœniten-
tes: imo facta pœnitentia decedūt cū charitate, perueniē-
tes in cæleſtē ciuitatē: in qua ſpē ſuā conſtituerūt & finē. Et
in his cōſiſtit tota ſententia huius pſalmi. Sed oīa iſta prio
ipleuit Chriſtꝰ tanq̄ caput totiꝰ eccłię. quē imitant̄ fideles.
quia ipſe fuit ſolus verus & purus peregrinꝰ trāſiliens oēs
mundanos. Ideo ipſi primo & per ſe cōuenit iſte pſalmus.

**EXpectans expectaui dominum: & in-
tendit mihi.**

¶ Titulus. Ad victoriā ſiue in finē pſalmꝰ Da-
uid. Ex titulo patet: ꝙ Dauid fecit hunc pſalmuꝫ dirigens
nos in Chriſtū qui eſt finis legis. Sed de materia huiꝰ pſal.
altercatio eſt non ſolū apud catholicos: ſed etiā apud He-
bræos modernos. Nā Rabi Salo. dicit ꝙ Dauid fecit hunc
pſalmū in pſona ppł'i iſrael gratias agētis: eo ꝙ dn̄s eduxit
eū de lacu miſerię captiuitatis ægypti: & de luto fęcis. quia
ibi mundabat cloacas: & faciebat lateres de luto. vt patet
Exod. iij. Et ideo poſt tranſitū maris rubri cantauit canti-
cum nouuꝫ: & carmen deo noſtro: cū dixit. Cantemus dn̄o
glorioſe, vt patet Exod. xv. Et ſic Rabi Salo. gloſſat hunc
pſalmū ad literaꝫ de illa liberatione captiuitatis. Sed iſte
obſtinatus ſicut erat cæcus corpore: ita & in hoc myſterio.
Nā cæcus habet aliquo modo notitiā de rebus in confuſo:
ſed nō in diſtincto. qa ſolū tāgit res per tactū: ſed nō poteſt
eas videre. Ideo ſua cognitio eſt cōfuſa ſcd̄m quid & imper
fecta. Ita facit iſte cæcus hic & in pleriſq; locis. Nam verum
dicit ꝙ iſte pſalmus fundatur ſup illud myſteriū liberatio-
nis captiuitatis. Nā Dauid contēplans illud myſteriū: & ꝓ-
miſſiones factas ipſi Moyſi, fecit hūc pſalmū: ſed nō ad p̄-
ciſum intellectū: ſicut intelligit iſte cæcus: ſed inquantum
Dauid p̄uidit in ſpū in illa liberatione tēporali totū myſte
riū noſtrę redēptionis faciēdę p Chriſtū. ¶ Et ideo eſt ma
gis credēdū apl'o Paulo. q ad Hebreos. x. aſſerit hunc pſal-
mū eſſe factū de Chriſto & eccł'ia: allegans ſcripturā huius
pſalmi. ſ. Sacrificiū & oblationē noluiſti: corpꝰ aūt adapta
ſti mihi. ¶ Ad cuiꝰ intelligētiā ēſt aduertēdū. ꝙ aduentus N
Chriſti & myſteriū nrę redēptiōis multipliciter fuit figura-
tū p liberationē popł'i Iſrael de ægyptiaca captiuitate. per
quā vidit Dauid in ſpū totū myſteriū nrę redēptiōis. Puta
quomodo Chriſtꝰ debebat educere oēs fideles veteris teſt.
de carcere & lacu miſeriæ inferni poſt paſſionē ſuā: & quo
modo totū genus humanū debebat liberare de luto fæcis
peccati & miſeriæ. Itē aduētus Chriſti fuit multipliciter ꝓ-
miſſus ipſi Moyſi. Primo Exod. xxxiij. quando deus dixit
Moyſi. Facies mea p̄cedet te: & oſtendā tibi oē bonū: &
cognoſcā te ex noīe: & ponā te i foramine petrę & ꝓteget
te dextera mea. Quā ꝓmiſſionē contēplando Dauid præ-
uidit in ſpū: ꝙ deꝰ pater debebat mittere filiū in carnē: qui
filius dicit̄ facies & dextera dei: & nomē dei: prout declara
tū eſt in ꝓlogo tractatu. iiij. Et p̄uidit Dauid ibidē qualiter
Chriſtus debebat fundare eccł'iaꝫ ſupra petrā fidei: & nos
debebat ponere in foramine petrę ſui lateris vn̄ fluxit p̄ciū
noſtræ redēptionis. Itē aduentus Chriſti fuit promiſſus ipſi
Moyſi. Deutero. xviij. cū dixit deꝰ. Prophetā ſuſcitabo de
medio fratrū tuoꝝ ſimilē tibi. ponamq; verba mea in ore
eius. loqueturq; ad eos quæcunq; dixero tibi. Vbi pręuidit
Dauid in ſpū qualiter verbū diuinū debebat aſſumere car
nē noſtrā & declarare nobis oīa myſteria legis Moyſi: in
qua figuraliter continent̄ oīa myſteria de Chriſto & eccł'ia
et omnia myſteria euāgelica. Itē per hoc qđ deꝰ præcepit
Moyſi in eodem capitulo. ſ. ꝙ nullos imitetur magos nec
hariolos, nec maleficos, nec phytones, nec ritꝰ gētiliū: prę
uidit Dauid qualiter Chriſtus in ſuo aduētu debebat dele-
re de mundo artes magicas, & oēs maleficos, & totam ſu-
perſtitionē gentiliū. Oīa ergo ſupradicta præuidens Da
uid in ſpiritu fecit hūc pſalmū: in quo introducit Chriſtum
loquentē quādoq; in pſona ſui corporis myſtici, quandoq;
in pſona capitis. In quo pſalmo tria principaliter agit. Nā
primo agit gratias patri: quia p ipſm impleuit omnia quæ

erant figurata & ꝓmiſſa de noſtra ſalute & redēptione. Secūdo orat patrē & petit nr̄am liberationē:poſtq̄ ipſe ſoluit ꝓtiū nr̄ę redēptionis,& īpleuit volūtatē patris:& fecit oia q̄ de eo ſcripta erant. Tertio petit vltionē de pſecutorib⁹ ſuis & eccl'ię.& petit p̄miū ꝓ iuſtis & fidelib⁹ ſequentibus ip̄m. Scd̄m ibi: Tu aūt dn̄e ne. Tertiū ibi:Confundanť & reuereanť. Quantū ad primū duo facit. Nā prio Chriſtus agit gratias in perſona corporis myſtici & toti⁹ eccl'ię ꝓ beneficijs quæ recepit in aduentu Chriſti. Scd̄o agit gratias patri in perſona ſui:inquantū pater voluit operari p ip̄m totā noſtrā ſalutē & redēptionē. ibi. Mlta feciſti tu dn̄e de⁹.

¶ Quantq̄ ad primū eſt aduertendū,ꝙ cu₃ ſpes ſit de ꝓmiſſis:ideo multiplex ꝓmiſſio facta de Chriſto fuit cauſa quare patres vete.teſt.cū tanta vehementia & affectu expectabant Chriſtū in carnē venturū. Sed quia quanto maior eſt ſpes & affectus ſperandi:tanto maius eſt gaudium ſperantib⁹ quādo venit res expectata:Ideo Zacharias & Simeon,& Maria,& Ioſeph,& apoſtoli quando viderūt Chriſtu₃ in carne:& viderūt myſteriū noſtræ redēptionis: ineffabiliter gauiſi ſunt & egerūt gratias deo patri & Chriſto,pro tātis receptis bn̄ficijs q̄ fuerant in lege figurata & promiſſa,vt ſupra dictū eſt. ¶ Vnde ſeptē beneficia operatus eſt Chriſtus in ſuo aduētu:prout fuerāt in lege figurata & promiſſa. Nā primo liberauit oēs fideles vete.teſt.de lacu miſerię inferni. Scd̄o liberauit totū genus humanū de luto fęcis peccatoꝝ. Tertio ędificauit eccl'ia₃ ſup ſeip̄m,qui eſt vera & firmiſſima petra. Quarto dedit legē euangelicā per quā direxit greſſus & operationes noſtras. Quito abſoleuit & annullauit oia cerimonialia & legalia inſtituens nouum ſacrificium & nouum ritum colendi deum. Sexto cunuertit multos de populo Iudaico & gentili in vna₃ ecclefima. Septimo eiecit diabolū de mūdo:& omnia noia idoloꝝ,& oēs hariolos,& maleficos,& vanas artes & inſanias & falſas ſupſtitiones gentiliū. ¶ Dicit ergo Dauid ſiue Chriſtus in pſona illoꝝ & toti⁹ eccl'ię,quæ recipit iſta ſeptē beneficia. Gratias ago deo patri ſupple.qm̄ ego expectans expectaui.i.cū ineffabili ſpe & affectu per totū vetus teſt.per patriarchas & ꝓphetas expectaui dn̄m patre₃ vt mitteret filiū:ſed finaliter & tandē intendit mihi:cōplēdo ꝓmiſſiones & figuras veteris teſt. Nā primo Chriſtus in ſuo aduentu eduxit me de lacu miſeriæ & captiuitate inferni.ſicut fuit figuratum per liberationē captiuitatis ęgypti. Secundo

## Et exaudiuit preces meas:& eduxit me de lacu miſeriæ & de luto fæcis.

¶ Eduxit me.ſ.totū gen⁹ hūanū de luto fecis pc̄tōꝝ. Nam ſicut p mortē & paſſionē eduxit ſanctos patres de lacu inferni:ita per eccl'iaſtica ſacramēta eduxit totū genus humanū de luto & coeno & fęce peccatoꝝ.quia p baptiſmū nos eduxit de originali:& p pn̄iam de mortali. Itē Tertio.

## Et ſtatuit ſupra petram pedes meos : & direxit greſſus meos.

¶ Statuit & firmauit pedes meos.i.fidē meā ſupra petram qui eſt Chriſtus. Quarto direxit greſſus & operatiōes meas per charitatē & legē euangelicā,quę pręcipit oēm virtutē, & ꝓhibet omne vitiū.& oia ſupradicta fecit Chriſtus ſicut deus promiſit Moyſi. Exo.xxxiij. Itē Quinto

## Et immiſit in os meum canticum nouum:carmen deo noſtro.

¶ Eteni pro quia Iudas homo pacis meę.i.diſcipulus & familiaris & fictus amicus in quo ſperabam vt me defenderet, ipſe me tradidit & magnificauit & eleuauit contra me ſupplantationem.i.calcaneum & calcem & inſultauit calcibus contra me:me tradendo & ſecreta reuelando & dicendo:ducite caute & cuſtodite, quia dixit ſe reſurrecturuȝ. Ex quibus patet ꝙ iſte Iudas proditor fuit in omnibus ſimilis ipſi Achitofel:& ſic in fine laqueo ſe ſuſpēdit. Et ſic patet quomodo Dauid prædixit in hac ſecunda parte totum myſterium machinationis & traditionis mortis Chriſti:ſicut præuidit in figura per Achitofel:& ideo Chriſtus allegat hoc dictum in perſona ſui per Dauid eſſe dictum & prænūciatum, vt patet Ioā.xiij. Vnde dicit homo pacis meę.i.fictus amicus in quo ſperabam:ſicut erat decens diſcipulum: qui edebat panes meos.i.mecum cœnauit in menſa & comedit agnum & azima:& etiam recepit corpus meum in ſacramento illa nocte:poſtea eleuauit calcaneuȝ contra me. Quaſi dicat non ſolum inimici publici:ſed etiam ficti amici inſultarunt contra me. Totum etiam hoc allegat Augu. in libello de fide rerum inuiſibilium, eſſe dictum de Chriſto & ſua morte & paſſione & reſurrectione:& de Iuda proditore. vbi Auguſtinus adducit magnam partē huius pſal.

**Tu autē domine miſerere mei:& reſuſcita me: & retribuam eis.**

¶ Poſtq̄ Chriſtus in prima parte poſtulauit a patre præmia pro his qui ſubuenerunt ſuę indigentię & paupertati. Et in ſecūda explicauit modum ſuæ traditionis per Iudaȝ: Nunc in hac tertia parte petit a patre reſurrectionē, vt poſſit retribuere bonis præmia prædicta:& ſuis perſecutorib⁹ pœnam:ſicut pręuidit Dauid cum reſtitutus fuit in regnuȝ ſuuȝ poſt morteȝ Abſalon & Achitofel. Dicit ergo Chriſt⁹, Sed tu domine pater reſuſcita me a mortuis:& retribuā eis ſcȝ bonis præmia in principio dicta, & malis pœnaȝ. Vnde dicit Chriſtus ad patrem, miſerere mei, pro corpore myſtico:& loquitur inquantū homo:quia vt ſic eſt caput ecclię: & vt homo eſt ſuſcitatus & exaltatus a patre:quia vt de⁹ reſurrexit in propria virtute vt ait apoſtolus. Vnde Chriſtus poſt reſurrectionem ſuaȝ recuperauit & adeptus eſt regnū & vniuerſalem poteſtatem in cælo in terra & in inferno. Et ſic tribuit crucifixoribus pœnam temporalem in præſenti, regnum & ſacerdotium auferendo:& eos trucidando per Romanos & captiuando:& in futuro ad pœnam æternam deſtinando. Miſericordibus vero qui ſibi ſubuenerunt: & de corpore ſuo curam geſſerunt:& euangelio obedierunt. tribuit gratiam in præſenti & gloriam in futuro tam corporis q̄ animę.

**In hoc cognoui quoniam voluiſti me:quoniā non gaudebit inimicus meus ſuper me.**

¶ Hic agit gratias de ſua reſurrectione & aſcenſione dicēs O pater ego in hoc cognoui:id eſt cognoſcere omnes feciſti & membra mea cognoſcere potuerunt:quoniam voluiſti & dilexiſti me:quoniam inimicus meus populus iudęorū & infidelium non gaudebit ſuper me. Nam cum viderunt me ſurrexiſſe & cęlos aſcendiſſe & ſpiritum ſanctum in apoſtolos miſiſſe & per eos miracula operari:tunc viderūt ſe ſuo deſyderio fruſtratos:& ſic non potuerunt gaudere ſuper me:immo triſtari.

**Me autē propter innocentiam ſuſcepiſti:& cōfirmaſti me in conſpectu tuo inęternum.**

¶ Non ſolum pater me ſuſcitaſti:ſed etiam ad maioreȝ cōfuſionem eorum:me propter innocentiaȝ & puritatem & obedientiam meam in cælum ſuſcepiſti & confirmaſti me in conſpectu tuo inęternum a dextris collocando & vniuerſalem poteſtatem & iuriſdictionem tradendo. Nam propter humililitatem exaltaſti me:& dediſti mihi nomen qđ eſt ſuper omne nomē. Ideo gratias agam ſemper in eccl'ia dicens.

**Benedictus dominus deus Iſrael a ſęculo & in ſęculum:fiat fiat.**

¶ Benedictus dn̄s deus Iſrael.i.fidelium & credentium. & dicet totus populus chriſtianus fiat fiat.i.amen amen. quaſi dicat:iugiter in eccleſia laudabitur deus:& prædicabitur eius incarnatio & paſſio & reſurrectio & aſcenſio & gloria ſempiterna. ¶ Ex ſupradictis recolliguntur ſeptem concluſiones. quarum prima eſt iſta. A

¶ Prima cōcluſio, ꝙ Adam in peccando ſepteȝ damna & miſerias incurrit.ſ.famē, ſitim, nuditatē, infirmitatē, carceres, captiuitatē, & mortem corporalē:quas omnes Chriſt⁹ in ſe voluit aſſumere & pati:vt nos ab eis liberaret.

¶ Secunda concluſio, ꝙ Chriſt⁹ non ſolum voluit ſupradictas ſeptē miſerias ſuſtinere:ſed etiam voluit vt ſibi in talibus ſubueniretur:vt exemplo ſui omnes paupertatē & cęteras miſerias patienter tolerarent:& cæteris miſeris ſuccurrere diſcerent:& de paupertate & ſubuentione non erubeſcāt:& ſubueniēdo miſeris merita paſſiōis Chriſti pticipēt.

¶ Tertia concluſio, ꝙ ſeptem præmia petit a patre in hoc pſal. pro his qui in ſua paupertate & afflictiōe & ſepultura ſubuenerūt:& pro omnibus ſeptem opera miſericordię cū proximis exercentibus. Primo, vt in iudicio ab inferno liberentur. Secundo, vt a morte peccati per gratiam viuificentur. Tertio vt in gratia conſeruentur. Quarto, vt in terra viuentium.ſ.in cælo beatificentur per gloriam:& in hac terra in copia bonorum temporalium. Quinto, vt liberentur ab omnibus inimicis viſibilibus & inuiſibilibus. Sexto, vt adiuuētur in infirmitatibus ſuis corporalibus. Septimo, vt corpus eorum mortale & infirmum verſetur & mutetur

in corpus immortale & impaſſibile & glorioſum I finali re-
ſurrectione: ita ꝙ infirmitates verſent in dotes glorioſas
Ex quibus patet ꝙ eleemoſina ſeptem facit. Naꝫ primo li
berat ab inferno. Sc̄do liberat a peccato. Tertio cōſeruat
in gratia. Quarto facit beatuꝫ in caelo, & in terra dat bona
temporalia. Quinto liberat ab inimicis. Sexto confert ſalu
tē corporis liberādo ab infirmitate. Septimo ſuſcitabit cor-
pora ad immortalitatem. Et ideo iſte pſalmus dicit̄ in agē
da defunctorū: vt precib⁹ eccleſię & meritis paſſionis Chri
ſti liberentur a pœna & miſeria purgatorij.

¶ Quarta cōcluſio, ꝙ tota cōiuratio & pſecutio ipſius Ab-
ſalon cōtra Dauid fuit figura ipſius coniurationis factę cō-
tra Chriſtum & ipſius perſecutionis & paſſionis & reſurre-
ctionis: & fuit figura Iudę proditoris.

¶ Quinta cōcluſio, ꝙ Chriſt⁹ poſt ſuam reſurrectionē re-
tribuit Iudęis crucifixoribus ſuis pœnam ſui reatus, & auxi
liatoribus ſuis retribuit pręmium.

¶ Sexta cōcluſio, ꝙ Iudęi poſt reſurrectioneꝫ Chriſti mā-
ſerunt deluſi & confuſi in deſyderio ſuo.

¶ Septima cōcluſio, ꝙ Chriſt⁹ poſt ſuā reſurrectioneꝫ aſcē
dit in cęlum, & ſedet a dextris patris, & fuit confirmatus in
regno & vniuerſali poteſtate.

QVemadmodum deſyderat ceruus ad
fontes aquarum: ita deſyderat anima
mea ad te deus.

¶ Titulus. In finē eruditio ſiue intellect⁹ filijs Chore. Vñ
nota ꝙ nō ſolū Aug. ſed etiam Camhi hebrę⁹ dicit ꝙ vbi-
cūqꝫ in titulis pſal. ꝓponit̄ eruditio ſiue intellect⁹: eſt ſignū
ꝙ in illo pſalmo ꝑdicit̄ aliqđ magnū & ꝓfūdū myſterium
de Meſſia futuro. De quo ſicut propheta fuit eruditus a ſpi
B ritu ſancto: ita erudit nos in hoc pſal. ¶ Ex quo ptꝫ ꝙ Da-
uid dirigit nos in Chriſtū qui eſt finis legis: erudiēs nos de
aliqbus myſterijs de Chriſto & eccl'ia. Sed dicit Rab. Salo.
& multi alij hebręoꝝ, ꝙ Dauid nō fecit hunc pſalmū: nec
alios decē ſic intitulatos: ſed filij Chore fecerunt eos. Dicūt
eñ ꝙ quidā filioꝝ Chore nō cōſenſerūt in illa cōiuratiōe
p̄ris ſui & Dathan & Abiron facta contra moyſen: & iō qñ
terra abſorbuit Chore & Dathan & Abiron cū cęteris ſe-
quacibus: iſti filij Chore fuerūt liberati ꝓpter eoꝝ innocē-
tiā: qđ fuit grāde miraculū Numeri. xxvj. Et ideo vt dicūt
iſti deus cōtulit illis ſpm̄ ꝓphetię in ꝓmiū: q̄a nō ſecuti ſūt
iniquitatē p̄ris. Et ſic condiderūt oēs. xj. pſal. ſic intitulatos.
Sed iſta poſitio eſt falſa & irrationabilis. Primo quia ſeque
retur ꝙ filij Chore habuiſſent altiorē gradū ꝓphetię q̄ Da
uid: eo ꝙ pſal. intitulati filijs Chore ſunt altiores & ꝓfun-
diores in ſententia q̄ cæteri pſal. vt patebit. Sed hoc eſt falſū
vt ꝓbatū eſt in ꝓlogo: q̄a Dauid dr̄ egregi⁹ pſaltes. Iſrael.
ij. Reg. xxiij. Itē ſi iſti pſal. fuiſſent facti tēpore Moyſi: non
tacuiſſet nec omiſiſſet Moyſes ſcribere eos i lege: ſicut ſcri-
pſit res minoris auctoritatis. Iō dicēdum eſt cū Origene &
Auguſtino & Caſſiodoro, ꝙ Dauid fecit hūc pſalmū & oēs
alios ſed dedit ip̄m cantandū filijs Chore qui erāt de cātori
bus Dauid. Et ſic filij Chore nō memorant̄ tanq̄ auctores
iſtorū pſal. ſed tanq̄ cātores: eo ꝙ erant ſapientiores cęteris
cantorib⁹. Sed cōtra hoc arguūt quidā dicētes ꝙ filij Cho-
re nunq̄ fuerunt cantores: ſed ianitores tantū, primi Paraly.
pomenon. xxvj. Sed parcat mihi eoꝝ reuerentia quia au-
ctoritas sacrę ſcripturę eſt in oppoſitum: Nam Heman q
erat de principalib⁹ cantoribus erat de filijs Chore: vt ptꝫ
primi Paralypo. vj. ca. Ibi eñ deſcribitur genealogia ipſius
Heman aſcendendo vſqꝫ ad Chore, filij Iſar, filij Cahat:
filij Leui. Ex quo patet ꝙ Heman cū ſuo Choro erat de fi
lijs Chore & ꝑ cōſequēs ex eadē deſcēdētia filioꝝ Chore,
q̄dā erāt cātores: quidā erant ianitores. Nec hoc erat incō-
ueniens: quia etiā de filijs Idithuꝫ quoſdā fecit Dauid por-
tarios ſiue ianitores, vt patet primi Paralypo. xj. & tamen
Idithum fuit de principalib⁹ cantorib⁹, vt ptꝫ in eodē li. ca.
vj. Sed quid dicendū ad beatū Hieronymū: virū tātę aucto
ritatis & in lege & ꝓphetis tm̄ exercitatū & peritū? Ad hoc
reſpondetur ꝙ beatus Hieronymus nulla auctoritate mo-
uetur: niſi ſola auctoritate magiſtri ſui Barrabam: qui illi⁹
opinionis: & ſic locut⁹ fuit tūc ſc̄dm opinionem & doctrinā
illius hebręi magiſtri ſui. Sed poſtea magis illuſtratus aſſe-
rit iſtū pſal. & oēs alios ſic inſtitutos fuiſſe factos ab ip̄o Da
uid: vt patet in multis epiſtolis in quib⁹ pſal. ſic intitulatos
attribuit ipſi Dauid: vt patebit Itē Origenes in homilia de
tabernaculo aſſerit Dauid feciſſe hunc pſalmū cū dicit. Da
uid eximius oim̄ prophetarū q̄ magnifice de tabernaculo
ſentit: dū dicit per ſingulos inquit dies vbi eſt deus tuus. Itē
Greg. homilia. xxv. Hic Dauid ait. Sitiuit aīa mea ad deū
fontē viuū &c. Ex quibus patet ꝙ Dauid fecit hunc pſal. &
oēs alios ſic intitulatos. ¶ Sed quare dedit hos pſal. ad can C
tandū filijs Chore? Fuit in figura: eo ꝙ eccleſia cōgregata
ex pp̄lo gentili & etiam iudaico eſt figurata per filios Cho
re. Nā ſicut filij Chore licet eſſent filij praui hoīs & coniu-
ratoris & mali: tamen ipſi fuerunt boni non ſequentes ini-
quitatē patris: ideo patre pereunte ipſi manſerunt immu-
nes: ita pariter eccleſia fuit congregata ꝓ maiori parte ex
cōuerſis de pp̄lo gētili: quorū patres fuerūt idolatrę & pra
ui & dānati: & ſic patrib⁹ eoꝝ pereuntib⁹ in illa execrabili
ſupſtitione: tamē filij fuerūt ſaluati, non ſequendo deteſta-
biles ritus patrū ſuorū. Ita pariter ap̄li fuerūt in Chriſto ſal-
uati: nō ſequēdo coniurationē ſcribarū & phariſęoꝝ factā
cōtra Chriſtū. Et ideo eccl'ia inquātū eſt cōgregata ex filijs
prauoꝝ hoim ad Chriſtū conuerſis: fuit figurata per filios
Chore. Et ideo Dauid tradidit iſtos. xj. pſal. filijs Chore ad
cantandū: eo ꝙ iſte pſal. cū cæteris maxie dirigunt̄ toti ec-
cleſię ex pp̄lo gētili cōgregatę: vt magis patebit pſal. xliiij.
& in cæteris. Eſt ergo ſēſus huius tituli: ꝙ Dauid fecit hunc
pſal. dirigens nos in Chriſtū & eccl'iam ex gētib⁹ congrega
tā: prout eruditus a ſpū ſancto: & dedit ip̄m cantandū filijs
Chore. ſ. ipſi Heman cū ſodalib⁹ ſuis: eo ꝙ figurabāt eccl'iā
propter ratiōes ſupradictas. ¶ Declarato titulo & auctore,
de materia hui⁹ pſal. eſt aduertendū: ꝙ Dauid cōtēplando
diſcurſum pp̄li hebręoꝝ ab exitu ęgypti vſqꝫ in finem: prę
ter captiuitatem & preſſurā ęgypti ꝓuidit duas alias preſſu
ras futuras. ſ. captiuitatē Babylonię: & ꝓſſurā maccabeoꝝ.
Quę quidē tres, preſſurę figurabāt tres preſſuras in eccl'ia
dei ſc̄dm tres ſtatus eius. Et ideo Dauid contēplādo ſupra-
dictas tres preſſuras ꝓuidit alias tres preſſuras per ſupradi-
ctas figuratas in eccl'ia dei. Nā ꝑ captiuitatem filioꝝ Iſrael
in ægypto ꝓuidit captiuitateꝫ totius generis humani in po
teſtate diaboli. Et per captiuitatē Babylonię pręuidit i ſpū
perſecutionē eccl'ię faciendam ꝑ imperatores & tyrannos
tēpore martyrū. Et per preſſuras maccabęoꝝ ꝓuidit pſecu
tionē & preſſuram eccl'ię tēpore hęreticoꝝ. Hęc ergo ꝓui-
dēs Dauid in ſpū fecit hūc pſalmū. In quo tria facit i pſona
totius eccl'ię & corporis myſtici. Nā primo deſyderat & pe
tit liberari de captiuitate peccati ꝑ baptiſmū Chriſti. Sc̄do
deſyderat liberari de pſecutione tyrānoꝝ & libere Chriſto
ſeruire. Tertio petit diſcerni a ſocietate, & liberari de per-
ſecutiōe hęreticoꝝ. Sc̄dm ibi. Abyſſus abyſſū inuocat. Ter
tiū ibi. Iudica me deus. ¶ Quantū ad primū duplici exem-
plo explicat & ꝑdicit deſyderiū patrū vet. te. quomodo de-
ſiderabāt liberari de captiuitate diaboli & mūdari a pecca
to originali per baptiſmum & caetera ſacramenta. Et prio
exēplo ceruí vulnerati. ¶ Ad cui⁹ intelligentiā eſt notādū D
ꝙ ceruus habet talē naturā: ꝙ qñ eſt vulneratus ſagitta ve
nenoſa nullū aliđ remediū habet niſi currere ad fontes aq̄-
rū: quarū potu & refrigerio putat ſanari: & etiā lauādo vul-
nera in aquis putat liberari, maxie ad fontes aquaruꝫ: vbi
vnicornis intinxit cornu: eo ꝙ vnicornis per ſuum cōtactum
prębet aquis virtutē purgatiuā cōtra oē venenū, ſicut dictū

eſt pſalmo.xxviij.Nā non ſolū fugat oīe venenū ab aqꝭ: ſed etiam præbet eis virtutē ſalubrē contra oē venenum. Et ideo quando ceruus eſt ſauciatus ſagitta venenoſa magno conatu & deſyderio currit ad fōtes aquarū vbi vnicornis intinxit cornu:& ſic potu & lotione illarum aquarū ſanatur & liberatᷣ. Ita ergo pari ratione Chriſt⁹ voluit baptizari in Iordane intingens cornu hūanitatis in aquis. Ex cuius cōtactu ꝑbuit aquis virtutē regeneratiuā ad ſanādū peccatū originale & etiā actuale in adultis. Hoc ergo dicit Dauid in ꝑſona toti⁹ corporis myſtici ꝓ illo ſtatu ante aduentū Chriſti. Vnde ait. O domine Ieſu Chriſte de⁹ & homo, quemadmodū ceruus ſauciat⁹ ſagitta venenoſa deſyderat currere & ire ad fontes aquarum in quib⁹ vnicornis intinxit cornu:ita aīa noſtra ſauciata telo originalis peccati deſyderat ire ad te, vt ſanes eā ab oī morbo peccati. Ideo

**Sitiuit aīa mea ad deum fontem viuum:quando veniam & apparebo ante faciem dei?**

⸿ Aīa mea ſitiuit ad deū fontem viuū, a quo emanat fons aquę viuę ſalientis in vitam æternā. Quando venies ergo o Chriſte, & quādo veniā ad te:& apparebo ante faciem tuā, vt ſanes me per aquā baptiſmi? In litera aūt Hieronymi habetᷣ. Sitiuit aīa mea ad deū fontē viuū:ſiue ad deum fortiſſimum:qđ idem eſt. Nam intantū deus oſtendit ſuam virtutem & fortitudinem in baptiſmo, ꝙ fregit capita draconum in aquis.pſalmo.xviij. Vnde tāta eſt virtus baptiſmi ꝙ fregit & proſtrauit oīa idola & eiecit foras principē huius mundi. Ideo ſubdit. Quando veniā & apparebo añ faciem domini:id eſt ante humanitatem tuam:quæ quidē humanitas dicitur facies dei:eo ꝙ per ipſam humanitatē ſuit notificata dei omnipotentia & ſapientia & miſericordia. Deinde cum dicit,

**Fuerunt mihi lachrymę meę panes die ac nocte:dū dicitur mihi quotidie vbi eſt deus tuus.**

⸿ Adducit ſcđm exēplum de deſyderio in quo erant filij Iſrael in ægypto. Vnde quando Moyſes promiſit illi pp̄lo exiſtenti in illa afflictione ꝙ educeret eos de illa captiuitate, & introduceret eos in terrā promiſſionis quam irrigat aqua Iordanis:tunc creuit eis deſyderium exeundi ab illa captiuitate & perueniendi ad terram promiſſionis. Pari & tali deſyderio deſyderabat populus fidelis vete, teſtamē. vt Chriſt⁹ veniret in carnem & educeret eos de illa captiuitate peccati, & introduceret eos in hanc eccleſiā per aq̄s baptiſmales, & in patriam cæleſtem per gloriam. Et hoc eſt quod dicit in hoc ſecundo exemplo. Vnde ait. Sicut populus Iſrael flebat in ægypto, dum ægyptij dicebāt vbi eſt deus veſter qui liberet vos de manib⁹ noſtris:ita pariter dicit homo myſticus. Fuerunt mihi lachrymę meę panes die ac nocte.i.lachrymę erant cibus & potus dū dicitur mihi & audio ab infidelibus:Vbi eſt deus tu⁹? Tertio dicit propheta in perſona Zacharię & Simeonis & cæterorū quorūdam virorum qui magno deſyderio expectabant Meſſiā in lege promiſſum:quibus dicebant infideles irridendo. Vbi eſt iſte veſter Meſſias? quare non venit ad liberandū vos & ſubdit ille afflictus.

**Hęc recordatus ſum:& effudi in me animam meam: quoniam tranſibo in locū tabernaculi admirabilis vſq; ad domum dei.**

**In voce exultationis & confeſſionis ſonus epulantis.**

⸿ Recordatus ſū hęc verba ſupradicta & afflictiōes quas patiebar. Et tunc effudi in me animam meam:id eſt conuerti in meipſum cogitationem meam:& recordatus ſum promiſſionis mihi factę de Chriſto futuro quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſq; ad domū dei.i. recordatus ſū in tali afflictione qualiter mihi fuit promiſſus Chriſtus:qui in ſuo aduentu me debet educere de iſta captiuitate peccati in qua ſum:& debet me introducere ī eccleſiam ſuam:& introibo in locum tabernaculi vbi ipſe habitat per gratiam. Et introibo in domū dei in voce exultationis & confeſſionis.id eſt cum hymnis & canticis introibo in eccleſiam:vbi erit ſonus populi ſiue regis epulantis.quaſi dicat:ꝙ maior & dulcior ſonus erit in iſta eccleſia per gratiam ſāctorum, & in ſuperna per gloriā:q̄ in epulis regum vbi ſonant omnia genera muſicorum. quaſi dicat: ꝙ ſicut filij Iſrael tranſierunt Iordanem in voce exultationis & confeſſionis cum tympanis & tubis & hymnis in terram promiſſionis:& ibidem firmarunt tabernaculum:ita ego introibo eccleſiam Chriſti per aquam baptiſmi in voce exultationis. Et ibi firmabo habitationem meam in tabernaculo dei in hac eccleſia per gratiam & in alia per gloriam. Et ſic iſte homo conſolatus de promiſſione ſibi facta alloquitur animam ſuam dicens.

**Quare triſtis es anima mea:& quare cōturbas me?**

**Spera in deo quoniam adhuc cōfitebor illi:ſalutare vultus mei & deus meus.**

⸿ O anima mea quare triſtis es & quare conturbas me? Nō triſteris ſed conſolare & lætare:& ſpera in deo:qm̄ adhuc ante multū tēpus ipſe deus meus & ſalutaris meus veniet in carnem:& ego confitebor illi gratias agendo, quia erit ſalutaris meus:& deus meus. quaſi dicat, In breui videbo ipſum Chriſtū ſaluatorē meū, & inſtituā ipſi feſtiuitates in quibus laudabo eū ſepties in die:& confitebor ipſum eē meum deum & ſaluatorem. Et ſubdit.

**Ad meipſum anima mea conturbata eſt:propterea memor ero tui de terra iordanis & Hermoniim a monte modico.**

⸿ Ad meipſum aīa mea conturbata eſt.i. licet anima mea ſit turbata ad meipſum.i. contra meipſum, ꝓpterea & adhuc O deus ego ero memor tui de terra iordanis & Hermonijm a monte modico. ⸿ Ad cuius intelligētiam eſt no- E
tandū:ꝙ tota terra promiſſionis eſt irrigata & penetrata per aquam Iordanis quæ naſcitur ex monte Libano & currit per mediam terram promiſſionis & ſubmergitur in mari mortuo in fine terræ promiſſionis ad partes auſtralem. Et ſic terra promiſſionis eſt clauſa ab Aquilone mōte Hermon, & ab ortu altero monte paruo dicto etiam Hermon iuxta Iordanem vbi Chriſt⁹ baptizatus eſt. & ſic eſt duplex Hermon ſcilicet magnus & paruus. Et terra promiſſiōis dr̄ terra Iordanis & Hermonijm. Præuides ergo Dauid in ſpiritu ꝙ ibi debebat Chriſtus baptizari & dare virtutem omnibus aquis baptiſmalibus per quas eramus liberandi & ſaluādi:ideo dicit. Memor ero tui de terra iordanis & hermonijm. Vnde ly Hermonijm eſt genitiui caſ⁹ numeri pluralis:& ponitᷣ ex vi partitionis. vt ſit ſenſus. O Chriſte in tuo aduentu ero memor tui de terra iordanis & a monte modico & paruo Hermonijm. Et ponitur partitiue ſicut dicitur vna & parua ſororū, & modicus & paru⁹ fratrū &c. Quaſi dicat. ego te videbo dominum meum Ieſum Chriſtum in Iordane iuxta montem paruū Hermon baptizatum a Ioāne & baptizantem apoſtolos:vbi inſtitues baptiſmū ad ſanandum peccatum, ſicut mihi reuelaſti:& tunc per talem baptiſmum liberabis me de hac captiuitate diaboli & miſeria peccati:& ſic ero memor tui de illa terra Iordanis:& a monte modico hermon. per cuius radicē tranſit Iordanis; vbi Chriſtus fuit baptizatus.

⸿ Ad maiorem autem euidentiam eſt notandum ꝙ tria F

myſteria facta ſunt in Iordane iuxta illũ paruũ mõtẽ Hermon figurantia baptiſmum Chriſti & eccleſię. Nam prio p illũ locũ trãſiuit iordanẽ arca dñi aquis Iordanis conuerſis retrorſum ad præſentiã dñi:quã arcã ſequebaſ tot⁹ popul⁹ Iſrael. Et ſic pede ſicco per .xij. lapides intrauit ille populus in terrã promiſſionis. Ioſue. iiij. Per quod myſterium præuidit Dauid in ſpũ qualiter Chriſt⁹ verbum incarnatũ in arca hũanitatis debebat baptizari pro omĩbus nobis in Iordane in eodẽ loco:& quomodo Chriſtus per aquas baptiſmales debebat introducere populuȝ fidelium in eccl'iã ſuam::ad quam nemo poteſt introire niſi per baptiſmum. Secundũ myſteriũ in eodẽ loco factũ fuit qñ Helias pcuſſit Iordanem cum pallio ſuo:& diuiſę ſunt aquę Iordanis:& tranſiuit Helias cum Heliſęo a terra promiſſionis.ſ.ripa occidentali ad aliam ripam orientalem. Exinde Helias raptus eſt & aſcendit per turbinem in paradiſum terreſtrẽ. iiij. Reg. iiij. Per qđ myſteriũ pręuidit Dauid in duplici ſpũ qualiter Chriſtus verus Helias.ſ.dñs deus aſcẽdens debebat in eodem loco intingere veſtem ſuę hũanitatis, & prębere virtutem regeneratiuã aquis baptiſmalibus. per quas aquas baptiſmales primo intramus in iſtaȝ eccleſiam per gratiam:& aſcendimus ab iſta eccleſia in ſupernam p gloriam. Tertium myſterium factum in Iordane iuxta illum paruum monteȝ Hermon fuit quando Naaman Sirus ad præceptuȝ Heliſęi prophetę fuit lotus ſepties in aquis Iordanis:vnde fuit curatus a lepra. iiij. Reg. v. Per qđ myſterium præuidit Dauid in duplici ſpiritu qualiter Chriſtus in eodẽ loco pro nobis erat baptizandus præbẽdo aquis virtutẽ regeneratiuã:vt per baptiſmum non ſolum nos a lepra culpę originalis:ſed etiam a lepra ſeptem peccatorum mortalium in adultis mũdaret. Omnia ergo iſta præuidẽs Dauid in ſpũ per ſupradicta myſteria, dicit in hoc verſu,ꝙ incipit in ly deus meus in tranſlatione Hieronymi ſecundũ hebręos. dicit ergo. O Chriſte ſalutare vultus mei & deus meus ad meipſum anima mea turbata eſt. Propterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermonijm a monte modico.i.licet anima mea ſit turbata & triſtis in me dum exiſto in hac captiuitate peccati:tamen adhuc videbo te baptizatum a Ioanne baptiſta in Iordane iuxta montẽ Hermon paruum inſtituendo noſtrum baptiſmum:per quem lauabis & liberabis omnes fideles a peccati ſeruitute:& introduces eos in hanc eccleſiam per gratiam & in ſupernã per gloriam:ſicut per aquas Iordanis introduxiſti populũ Iſrael in terram promiſſionis:& ab illis aquis aſcendit Helias in paradiſum.

## Abyſſus abyſſum inuocat:in voce cataractarũ tuarum.

¶ In hac ſecunda parte iſte homo ſiue eccleſia petit & deſyderat liberari de preſſura & perſecutiõe tyrannoꝝ,quã pręuidit Dauid per captiuitatem Babylonicam. ¶ Ad cuius intellectum eſt notandum:ꝙ poſtq̃ eccleſia fuit liberata per Chriſtũ & baptiſmũ eius a peccato & captiuitate diaboli, ilico poſt aſcẽſionem incidi in pſecutionem Iudęorũ & tyrannorũ & regum infidelium:quæ quidem pſecutio durauit vſq; ad conuerſionem Cõſtãtini:in qua occiſa fuit infinita multitudo martyrũ. In tãtũ ꝙ pauci mãſerunt abſconditi in ſpeluncis montiũ. In qua perſecutiõe Syluester & cęteri epiſcopi orabant die ac nocte, vt deus liberaret eccleſiã:& redderet libertatem, vt libere poſſent ſibi ſeruire. De qua afflictione fuit liberata per conuerſionẽ Conſtantini. Et hoc eſt ꝙ dicit Dauid hic in pſona eccl'iæ. Vñ ait. O deus ppſtq̃ fui primo liberatus de captiuitate & pſſura peccati:nunc incidi in aliam preſſuram infidelium. Nam abyſſus abyſſum inuocat in voce cataractarum tuarum.q̃ſi dicat:ſicut tẽpore magnę tempeſtatis vna abyſſus & multitudo aquarũ inuocat & inducit aliam multitudinem & tempeſtatem aquarum in voce & ad vocem tonitruum cataractarum.i.nubiuȝ:quę dicũtur cataractę cęli. Nã tonitruus nihil aliud eſt niſi fractio nubis. Ita pariter venerunt diluuia & abyſſus perſecutionũ & afflictionuȝ ſuper me. Nam prio venit pſecutio facta Hieroſolymis illico poſt aſcẽſionem:in qua lapidatus eſt Stephanus, & decollat⁹ Iacob⁹. Poſtea perſecutio Neronis qui interfecit Petrum & Paulũ. Tertia perſecutio Domitiani. Quarta Traiani. Item perſecutio Antonini, & Decij, & valeriani, & Maximiani, & Diocletiani:qui per vniuerſum orbem publicarunt edictũ contra eccleſiam de eccleſijs diruendis, & interdixerũt diuina officia. Et ſic vna abyſſus afflictionis & tormentorum veniebat poſt aliam in me cum voce & edicto in fulminib⁹ minarum & tormentorum. Et ſic

## Omia excelſa tua & fluctus tui ſuper me tranſierunt.

¶ Omnia excelſa.i. turres tormẽtorum & fluctus afflictionum ſuper me tranſierunt.

## In die mandauit dominus miſericordiam ſuã: & nocte canticum eius.

¶ Ad cuius intelligentiam eſt notandum,ꝙ eccleſia i illa pſecutione orabat ſine intermiſſione pro apoſtolis & martyribus & fidelibus, vt patet actuũ xij. Item Syluester papa latens in montibus Serapinis continue orabat vt deus mitteret miſericordiam ſuam ſuper eccleſiã;quia quotidie interficiebãtur multa milia martyrũ per diuerſas partes mũdi. Et ſic propheta per noctem intelligit totum tempus illius perſecutionis & aduerſitatis in quo fiebat iugis oratio in eccleſia. Et hoc eſt quod dicit, in die mãdauit miſericordiam id eſt dominus mandauit & miſit miſericordiam ſuã in die.i.tempore proſperitatis:ſed canticum & oratio eius fuit in nocte.i.in illa perſecutione. Quaſi dicat,ꝙ in tota illa pſecutione & nocte in qua afflictus fui:iugiter factuȝ eſt canticum & oratio in eccleſia:vt deus mitteret & mandaret miſericordiam ſuam & libertatẽ eccleſiæ, vt libere poſſet deo ſeruire & ceſſaret illa perſecutio. Et ideo ſubdit

## Apud me oratio deo vitę meę:dicam deo ſuſceptor meus es.

¶ Apud me oratio deo vitę meę.i.ſemp apud me fiet oratio deo vitæ meæ:& dicam.i.dicebaȝ deo. O deus tu es ſuſceptor meus & ſpes mea:& in nullo alio cõfitebor nec ſpero. Ergo

## Quare oblitus es mei:& quare contriſtatus incedo dum affligit me inimicus.

¶ Quare oblitus es mei? quia per .cclxx. annos me dimiſiſti in hoc diluuio & abyſſo perſecutionum. & quare incedo contriſtatus & afflictus fugiendo per montes & latendo p antra deſerti dum inimicus Diocletianus cum cæteris tyrãnis affligit me?

## Dum confringuntur oſſa mea:exprobrauerũt mihi qui tribulant me inimici mei.

¶ Dum confringuntur oſſa mea.i.dum martyres decollãtur & flagellantur & laniantur & trucidantur:tunc inimici mei infideles qui tribulant & torquent me exprobrauerũt mihi & improperauerunt & triſerunt.

## Dum dicũt mihi per ſingulos dies vbi eſt deus tuus. quare triſtis es anima mea:& quare conturbas me?

¶ Dum dicũt mihi per ſingulos dies:quia quotidie dicunt vbi eſt Ieſus Chriſt⁹ deus tuus? quare no venit ad liberãdũ

te de manib⁹ noſtris & de his tormentis? Si Chriſtus tu⁹ eſt
deus ſicut tu dicis: quare ergo permittit te totaliter affligi
& torqueri? Iſta & ſimilia verba exptobrabãt & imprope-
rabant tyranni & tortores ipſis martyribus dũ torquebant
eos. Seu quia eccl'ia nunq̃ pdidit fidẽ nec ſpem in illa perſe
cutione: ideo conuerſa in ſe alloquitur animam ſuam & cõ
ſolatur eã dicẽs. O anima mea quare es triſtis in hac affli-
ctione: & quare conturbas me? ne deſperes: ſed

## Spera in deo quoniã adhuc confitebor illi: ſalu tare vultus mei & deus meus.

¶ Spera in deo: quia non deſeret te: immo confido q̃ ipſe
liberabit me: & dabit mihi libertatem & facultatem, vt li-
bere poſſi & publice ſibi ſeruire: & adhuc ego cõfitebor illi
& celebrabo feſtiuitates & officia ſepties i die: & cõfitebor
publice qualiter Ieſus Chriſt⁹ eſt deus meus & ſalutare vul
tus mei. Vnde eſt aduertendum q̃ omnia iſta fuerunt im-
pleta per magnum Conſtantinum: qui poſt conuerſionem
conceſſit chriſtianis publicam licentiam & facultatem per
totum orbem ędificandi & cõſtruendi eccleſias: & celebrã
di feſtiuitates Chriſti & diuina officia: & ſic fuit exaudita ſu
pradicta oratio & impletum deſyderiuꝫ eccleſię. Ex ſupra
dictis patet, q̃ ſicut Chriſtus liberauerat prius eccleſiã ſuã
de captiuitate diaboli & peccati per baptiſmum in aduen
tu ſuo: ita poſtea liberauit eam de perſecutione tyrannoꝝ
per ſanguinem & orationem ſanctorum & per conuerſio-
nem Conſtantini. Iteꝫ ſequitur: q̃ ſicut liberatio egyptia-
ca figurabat liberationem generis humani faciendam per
Chriſtum & aquam baptiſmaleꝫ a peccato originali: ita li-
beratio de captiuitate Babylonica figurabat liberationeꝫ
eccleſiæ de perſecutione tyrannorum: & de peccato actua
li per pœnitentiam. Et nota q̃ ly in die mandauit dñs mi
ſericordiã ſuã, poteſt etiam referri ad redemptionẽ generis
H hũani. ¶ Ad cuius intelligentiã eſt aduertendũ, q̃ duplex
canticum memoratur in ſcriptura. ſ. nouum & vetus. Canti
cum enim vetus erat lex vetus in qua petebatur & deſyde
rabatur miſericordia & redẽptio. Cãticũ vero nouũ eſt lex
euangelica: in qua annunciat̃ iſta miſericordia & redẽptio.
Et iõ ſicut lex vetus erat canticuꝫ petitorium hui⁹ redem-
ptionis & miſericordię: ita lex euãgelica eſt canticum annũ
ciatoriũ eiuſdẽ miſericordię. Ideo in hoc loco per diẽ intel
ligit tẽp⁹ gratię, & per noctem intelligit tẽpus legis vete. in
quo fiebat canticũ petitoriũ hui⁹ miſericordię. Dicit ergo
Dauid q̃ licet ante aduentũ Chriſti vna abyſſus peccatorũ
& afflictionum inuocaret & portaret aliã: tñ dñs mãdauit
miſericordiam ſuaꝫ & redemptionem in die gratię & legis
euangelicę: ſicut mandauit canticum & petitioneꝫ eiuſdeꝫ
gratię in nocte legis veteris. q. d. q̃ ſicut patres vete. teſta.
cãtarũt cãticũ petitoriũ miſericordię & redẽptiõis: ita dñs
mãdauit miam ſuã in die & tẽpore legis gratię. Et ſic nos
cantamus canticum annunciatorium miſericordię & gra-
tię: in cælo autem cantatur canticum glorię.

## IVdica me deus & diſcerne cãm me- am de gente nõ ſancta: ab homine iniquo & doloſo erue me.

¶ Iſte pſalmus apud Hebręos eſt oĩno ſine
titulo: imo reperit̃ cõtinuat⁹ cũ ſuperiori: &
ſic Iudęi dicũt eẽ eundẽ cũ ſuperiori, & eſſe partem eius: ſed
communiter apud nos dicitur pſalm⁹ per ſe diuiſus ab alte-
ro: & numeratur. xlij. Sed vtrumq; poteſt eſſe veruꝫ. ſcilicet
q̃ ſit idem cum ſuperiori: quod ſatis eſt veriſimile: eo q̃ eo-
dem modo finitur ſicut duę partes ſupradicti pſalmi. Et po
teſt eſſe diuiſus: eo q̃ eſt diapſalma. i. pars eius diuiſa ſecũ-
dum conſuetudinem antiquam: prout dictum fuit in prolo
go tractatu. v. ca. de diapſalmate. In quo pſalmo ſiue parte
ipſe Dauid explicat preſſuram eccl'ię tẽpore hęreticorum:
de qua deſyderabat liberari. quam pręuidit Dauid p preſ
ſuram & vallationem Maccabęorum. Ad cuius intellectuꝫ
eſt notandum, q̃ poſtq̃ eccleſia fuit liberata de perſecutio
ne tyrannorum per conuerſionem magni Conſtantini: illi-
co poſt mortem eius tempore Conſtantij incidit in perſecu
tionem hęreticorum eo q̃ Conſtantius fuit maculatus pra
uitate Arriana, in cuius fauorem Arriani influxerunt tam
duram perſecutionem ipſis catholicis: q̃ illa pſecutio viſa
eſt ſuperare perſecutionem tyrannorum, vt ait Rufinus. x.
eccleſiaſticę hiſtorię. In qua perſecutiõe Athanaſius Ale-
xandrinus fuit afflictus per. xl. annos, & a ſede ſua expulſus.
Et Ambroſius in eccl'ia Mediolanenſi: & Hilari⁹, & Mar
tinus, & multi alij. Vnde tanta fuit perſecutio, q̃ catholici
videbantur deficere: intantum q̃ beatus Ambroſius com
poſuit hymnos feriales ad conſolandum catholicos: vt oc-
cuparent tempus in hymnis & canticis: & tolerabant pa-
tienter perſecutiõem. Vnde beatus Athanaſius, & Ambro
ſius, & Hilarius, & Euſebius Vercellenſis & cæteri fideles
cum ſua doctrina liberarunt eccleſiam de illa perſecutiõe.
Hoc ergo prævidens Dauid in ſpiritu fecit hunc pſalmum:
in quo tria facit. Naꝫ primo petit liberari a conſortio & pe
ſte hęreticorum. Secundo promitit agere gratias. Tertio
conſolatur ſeipſum de promiſſione ſibi facta. Secundũ ibi.
Et introibo ad altare. Tertiũ. Quare triſtis es anima mea.
¶ Quantum ad primum eſt aduertendum ſecundum Au- I
guſtinum, q̃ ſicut bellum inteſtinum eſt peius & pernicio-
ſius q̃ bellũ extraneũ: ita perſecutio hęreticorum fuit peior
q̃ pſecutio tyrannorum: eo q̃ iſta erat inteſtina & viſceralis:
eo q̃ hęretici erant chriſtiani ſimulati, & habitabãt intra
eccleſiam inter catholicos: & deceperant imperatores & re
ges Gothorum & vvandaloruꝫ. Et ideo ſub colore fidei cru
delius perſequebantur catholicos in eccleſia: immo profa-
nabant & deſtruebant eccleſias catholicorum: & interficie
bant eos intra eccleſiam: & expoliabant eccleſiam: immo
ſęuiora & atrociora tormenta inferebant vvandali Arria-
ni catholicis in Africa: q̃ vnq̃ tyranni fecerant. Et ideo Da-
uid in perſona eccleſię catholicoruꝫ petit ſeparari & diſcer
ni ab hęreticis & ſocietate eorũ dicens. O de⁹ iudica me iu
dicio diſcretionis, & diſcerne cãm meam: id eſt ſepara me
de gente nõ ſancta hęreticorũ: eo q̃ habent nomen ſancti
tatis: & non ſunt ſancti. Hoc dicit, quia vt plurimuꝫ omnes
hęretici erant hypocritę ſimulantes ſanctã vitam. Nã vn⁹
presbyter Arrianus ſub ſpecie ſanctitatis decepit primo ſo-
rorem Cõſtantij & poſtea decepit eum. Ideo ſubdit Ab ho
mine iniquo & doloſo erue me. Et appellat hęreticos ini-
quos & doloſos: quia iniqua ſimulatione & dolo imperato
rem & reges decipiebãt: & grauiori iniquitate & malitia ca
tholicos perſequebantur & affligebãt. Quia ſimulata ęq-
tas duplex eſt iniquitas, vt ĩquit Augu. Et ideo ſaluator ad
monet eſſe cauendum a falſis prophetis & hypocritis: q̃a
deterius poſſunt nocere ſub ſpecie virtutis & ſanctitatis. Et
ideo dicit: de gente non ſancta: & ab homine hæretico &
doloſo erue me. Vocatur etiam hęreticus doloſus eo q̃ per
falſam doctrinam, quia falſo gloſſando ſcripturas alios de
cipit & pręcipitat in deteſtabiles ſectas & blaſphemias: ſi-
cut Arriani & Manichei. Sed quia grauius affligebat̃ eccle
ſia ab hæreticis iniquis & doloſis: ideo ſubdit. Erue me ab
eis:

## Quia tu es deus fortitudo mea: quare me re- puliſti? & quare triſtis incedo dum affligit me inimicus?

¶ Tu es deus fortitudo mea: & null⁹ alius poteſt me libera
re: ergo quare me repuliſti: & affligi permiſiſti ab hęreticis
per tot tẽpora? Et quare icedo & fugio triſtis per mũdũ dũ
inimicus hęreticus affligit me? Hoc dicit quia Athanaſius
expulſus a ſua ſede Alexandrina per. xl. annos peregrina-

tus eſt fugiens ſęuam perſecutionem eorum. Et Hylarius, & Euſebius, & beatus Martinus in exilium miſſi ſunt: & beat⁹ Ambroſius multipliciter afflictus eſt cum tota eccl'ia ſua propter immanitatem Iuſtinę imperatricis. Et ideo dicit quare triſtis incedo dum affligit me inimicus. Sed quia de tali deteſtabili peſte non poterat liberari niſi deus mitteret doctores lumine veritatis illuſtratos, qui ſacras ſcripturas declararent: & lumen veritatis oſtenderent, et hęreticos per veras ſacras ſcipturas confutarent & confunderent: ideo hoc lumen petit dicens. O deus

**Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt & adduxerunt in montem ſanctū tuum & in tabernacula tua.**

¶ Emitte lucem tuam & veritatem tuam. i. lumen veritatis in doctores: & mitte tuos ſacros doctores lumine tuę veritatis illuſtratos: ipſa me deduxerunt & adduxerūt in mōtē ſanctum tuum & in tabernacula tua. i. ipſa lumina veritatis: & ipſi doctores illuſtrati deducant me de tali ignorātia & afflictione: & adducant me in montem ſanctū tuum ſcilicet in eccleſiam per ſuam doctrinam declarando ſcripturam. Vnde per montem ſanctum intelligit eccleſiā & apicem veritatis ſacrę ſcripturę: ad quam veritatem nos adduxerunt doctores illuſtrati. ſ. Athanaſius, & Origenes, & Euſebius, & Ambroſius, & Hieronymus, & Auguſtinus, & Gregorius. Iſti nos introduxerunt in montem dei: & in tabernacula ſua, & hanc lucem petebat eccleſia.

**Et introibo ad altare dei: ad deum qui lętificat iuuentutem meam.**

**Cōfitebor tibi in cythara deus deus meus. quare triſtis es anima mea & quare conturbas me?**

¶ Hic promittit agere gratias poſt recepta beneficia. Ad cuius intellectum eſt notandum ꝙ poſtq̄ eccleſia fuit liberata per doctores de perſecutione Arriana: & hęreſi Manicheorum & Pelagianorum: illico fuit valde proſperata. Nam beatus Ambroſius compoſuit multa officia ad cantādum in feſtiuitatibus. Et Augu. & Gregorius compoſuerūt multo plura quæ cantat hodie eccleſia: in quibus officijs eccleſia agit gratias de beneficio incarnatiōis, & natiuitatis, & reſurrectionis & aſcenſiōis: & ſic celebrat feſtiuitates virginis Marię cum proprijs officijs: & etiam de apoſtolis & martyribus celebrat miſſarum ſolēnia, & ſeptem horas canonicas in vnaquaq; feſtiuitate agendo gratias de beneficijs receptis. Et hoc eſt quod dicit. Poſtq̄ fuero liberatus de tali perſecutione: tunc introibo libere ad altare dei orādo ad deum qui lætificat iuuentutem meaꝫ. Et hoc dicit eccleſia: quando adhuc erat in iuuentute. Nam in ſua pueritia fuit afflicta per tyrannos: ſed in iuuētute per hęreticos fuit quaſi proſtrata: ſed per doctores recepit reiuueneſcere & denuo lætari: & ideo agens gratias, dicit. Introibo ad altare & confitebor tibi o deus: feſta celebrando: & hymnos & orationes cantando pro gratiarum actione: quia deus me⁹ es tu: qui liberaſti me per modum ſupradictum.

¶ Deinde cum dicit: Quare triſtis es anima mea: alloquitᷣ animam ſuam conſolans ſeipſum propter promiſſioneꝫ ſibi factam. & ait.

**Spera in deo: quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei & deus meus.**

¶ O aīa mea quare es triſtis: & quare triſtaris: & conturbas me? noli timere: ſed ſpera in deo: quoniam poſtq̄ fuero liberatus de perſecutione hereticorum: & habuero liberam facultatem adhuc confitebor illi. ſ. Chriſto qui eſt ſalutare vultus mei & de⁹ me⁹: Et hoc celelebrādo feſtiuitates & cantando hymnos & cantica & prędicando publice euāgelium & nomen Chriſti.



¶ Totus etiam iſte pſalmus poteſt exponi de deſyderio ſāctorum patrum. ſcilicet Zacharię & Simeonis: & Ioſeph: qui de propinquo expectabant Chriſtum qui petebant, vt in breui deus pater mitteret lucem & veritatem euangelicam: per quam ſumus introducti in montem ſanctum: & tabernaculū eccleſiæ: in qua nunc confitemur deo cum hymnis & canticis: & cum cythara triangulari. ſ. fide, ſpe, charitate, lineata. Et ſic vltimo conſolatur animam ſuam de ꝓmiſſione ſibi facta. Nam Simeon acceperat reſponſum a ſpiritu ſancto: nō viſurum ſe morteꝫ niſi prius videret Chriſtum domini: & ideo quando tenuit Chriſtum in manibus: cantauit illud canticum. Nunc dimittis ſeruum tuum domine. Ad idem cantauit Zacharias. Benedictus domin⁹ de⁹ Iſrael. Sed ſuper omnes fuit impletum deſyderium & ſpes virginis Marię. ideo agens gratias cecinit illud canticum. Magnificat anima mea dominum.

¶ Poteſt etiam totus iſte pſalmus exponi cum duabus partibus pſalmi præcedentis anagogice: explicando deſyderiuꝫ cuiuſlibet fidelis deſyderantis abſolui ab omni mūdana miſeria: & eſſe cum Chriſto in illa eccleſia triumphanti.

¶ Et etiā vnuſquiſq; deuot⁹ ſacerdos dicit hūc pſalmū quādo accedit ad altare petens primo diſcerni & abſolui ab oī peccato & a conſortio malorum: & a tentatione peccati: & petit lumen veritatis & gratię: vt purus & mūdus poſſit introire ad altare dei: & digne ſacrificium offerre: & miſſam celebrare: & laudes domino decātare.

¶ Nota etiam ꝙ totus iſte pſalmus quo ad oēs tres partes ſuas poteſt legi anagogice. Quia eſt quoddam ſoliloquiuꝫ toti⁹ eccleſię: & cuiuſlibet fidelis peregrinantis in hac vita loquentis ad ſeipſum & ad deuꝫ. In quo ſicut ceruus ſauciatus deſyderat ire ad fontes aquaruꝫ, vt refrigeretur & ſanetur: ita anima mea: & quilibet iuſtus deſyderat diſſolui & exonerari ab hac grauitate & morte corporis hui⁹ & itrare & habitare terram promiſſionis. Nam anima noſtra deſyderat egredi ab hac lachrymarum valle: & frui deo in terra viuentium. Et ſicut populus iudaicus deſyderabat liberari de captiuitate Babylonyca: ita tota eccleſia & quilibet fidelis deſyderat liberari de preſſura peccatorum & perſecutionum. Et ſicut ſocietas Maccabęorum deſyderabat diſcerni tam a malis q̄ a prophanis gentilib⁹: & deſyderabat renouare templum: ita modo eccleſia petit diſcerni ab hęreticis & paganis & a malis chriſtianis: & eſſe cum Chriſto.

**DEus auribus noſtris audiuimus: patres noſtri annunciauerunt nobis Opus quod operatus es in diebus eorum: & in diebus antiquis.**

¶ Titulus, Ad victoriam ſiue in fineꝫ filijs Chore. Ex hoc titulo apparet ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum: dirigens nos in Chriſtum finaliter qui eſt finis legis: & tradidit ipſum cātandum filijs Chore propter myſterium & ſignū: eo ꝙ etiā nos dirigit in eccleſiam congregatam ex iudęis & gentilibus: ſicut dictum eſt in titulo pſalmi præteriti. Nam in hoc pſalmo Dauid prædicit prophetice totam ſtragem populi iudaici factam per Anthiochum tempore Maccabęorum: per quam figurata fuit ſtrages & perſecutio eccleſiæ tempore tyrannorum. Sed multis videtur mirabile ꝙ Dauid q fuit per octingentos annos ante tempora Maccabęorum: potuerit facere iſtum pſalmum: cum potius videatur narrare hiſtoriam q̄ condere prophetiam ita manifeſtam.

¶ Ad hoc reſpondetur: ꝙ ſeptem ſtatus veteris teſtamēti & eccleſiæ computantur ante aduentum Chriſti: & quilibet ſtatus habet ſuum principium: ſiue principem. Nam primus ſtatus incepit ab Adam: qui fuit principium totius

generis hũani. Secundus a Noe: qui fuit principiũ ſecundi mundi: ſiue reſtaurationis mundi perditi. Tertius ab Abraham: qui fuit principium circunciſionis. Quartus a Iacob: qui fuit principiuȝ populi dei. Quintus a Moyſe: q fuit principium legis. Sextus a Dauid: qui fuit principiũ templi primi. Septimus fuit Daniel: qui fuit principium templi ſecundi: ſiue principiũ reſtaurationis primi templi: ſicut Noe fuit principium reſtaurationis primi mundi. Quia ergo iſti ſeptem homines fuerunt principes iſtorum ſeptem ſtatuum: ideo eis principaliter facta eſt reuelatio de ſucceſſione temporis & ſuorum populorum: licet ſecundum magis & mih⁹ perfectum. vt patet per ſingulos. Nam primo cum deus miſit ſoporem in Adam: præuidit in ſpũ myſterium incarnationis & paſſionis Chriſti, & myſterium noſtrę regenerationis, & deſponſationem & vnioneȝ Chriſti & eccleſię. vt ait Augu, in lib. cur deus homo. & ſuper Ioan. homilia. Vnde excitatus a ſomno dixit. Hoc os ex oſſibus meis. Quod magnum ſacramentum eſt de Chriſto & eccleſia: vt ait apoſtolus ad Ephe. v. Secundo Noe in illa dormitione & ebrietate præuidit multa futura de ſucceſſione trium filiorum ſuoruȝ. Vnde ſurgens a ſomno dixit. Maledictus puer Canaã. vt patet Geñ. ix. De iſto dicitur ꝙ vidit tres mundos. ſ. mũdum creatum: & deſtructũ: & reſtauratuȝ. Tertio ipſi Abrahę fuit reuelata ſucceſſio duorum populorum ſuorum. ſ. Iſraelitarum: & filiorum promiſſionis per Iſaac: & de peregrinatione eorum. & hoc præuidit in ſopore. vt patet Geñ. xv. Quarto ipſi Iacob fuit reuelatũ in ſopore myſteriũ Chriſti & eccleſię. vt patet Geñ. xxviij. & .xxxij. Item præuidit totum diſcurſum. xij. tribuum. & ante mortem prædixit filijs ſuis in ſpiritu prophetiæ oĩa futura ſingillatim. vt Geñ. xlviij. Quinto ipſi Moyſi reuelauit multa futura illius populi. vt patet Exod. xxxiij. & in cãtico Auditę cęli. Deuter. xxxij. Sexto quia Dauid fuit principiuȝ proſperitatis illis regni: & ampliauit diuinum cultum & præcepit fieri primum templum: & ideo ſæpe rogabat proſperitatem illius regni: & cupiuit præcipue durationem eius: cum ſciret Chriſtum futurum ex ſua tribu: Ideo fuit ſibi reuelata tota ſucceſſio illius regni vſq; ad deſtructionem templi & ciuitatis ꝑ Chaldeos propter ſcelera eorum. Et exinde totus diſcurſus vſq; ad Chriſtum: & exinde totus diſcurſus eccleſiæ vſq; ad iudiciuȝ. Et hoc clara viſione & duplici ſpiritu ꝓphetię: vt ipſemet ait. ij. Reg. xxiij. Septimo quia Daniel fuit vir deſyderiorum & principium ſecundi templi: Ideo reuelatus eſt ſibi totus diſcurſus ſecundi tẽpli per. lxxij. hebdomadas vſq; ad Chriſtuȝ. vt patet Daniel. ix. & ſucceſſio quatuor principaliuȝ regnorum: & totum regnuȝ Chriſti. vt patet Daniel. ij. & vij. & .x. vſq; ad finem. Ex his patet, ꝙ nemo debet dubitare qui Dauid ita prędicat clare ſtragẽ Maccabęoꝝ. Nã ipſemet ait. ij. Reg. xxiij. ꝙ ſua prophetia fuit clara ſicut lux auroræ oriente ſole abſq; nubib⁹. Et ſic in hoc pſal. & q̄buſdã ſequẽtibus magis videtur texere hiſtoriaȝ geſtorum præteritorum q̄ condere prophetiam futurorum, vt patebit. Sed eſt aduertendum: ꝙ ſicut nos videntes & proſpicientes an lõge per montes propinquiores venimus in cognitionem montium vlteriorum, & per cognitionem planetaruȝ inferiorum: videmus ſtellas ſuperiores: Ita Dauid & cæteri prophetę præuidendo prophetice aliqua futura de illo populo: præuiderunt & prædixerunt multa myſteria longius futura de Chriſto & eccleſia. Vnde ille talis ſpiritus prophetiæ dicitur duplex, vt dictuȝ eſt in prologo. Et ſic Dauid p̃uidendo ſtragem Maccabęorum in hoc pſalmo: præuidit vlterius & prædixit ſtrageȝ & perſecutionem eccleſię Chriſti per ſtragem templi & ciuitatis Hieruſalem. Hoc ergo p̃uidens Dauid fecit hunc pſalmum. In quo tria facit. Nam primo vt captet beniuolentiam a deo narrat omnia beneficia & victorias illi populo a deo quondam collatas. Secũdo ille ppl's explicat & deflet ſtragem & afflictionem ſuã. Tertio petit liberari per Meſſiam futurum. Secundum ibi. Nunc autem repuliſti. Tertium ibi. Exurge quare.

¶ Ad primum ergo dicit ille populus. O deus nos audiuimus auribus noſtris: & patres noſtri annunciauerunt nobis per ſcripturam Moyſi & Ioſue & per totum diſcurſum iudicum & regum, totum opus quod operatus es in eis in diebus eorum: & in omnibus antiquis. ſ. Abrahaȝ, & Iſaac, beneficia & victorias: & ſigna: & prodigia in exitu ægypti: & in peregrinatione deſerti & in ingreſſu terrę promiſſionis. Nam

Manus tua gentes diſperdidit & plãtaſti eos: afflixiſti populos & expuliſti eos.

Nec enim in gladio ſuo poſſederunt terram: & brachium eorum non ſaluauit eos.

Sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio vultus tui: quoniam complacuiſti in eis.

¶ Manus & poteſtas tua gentes diſperdidit: & proiecit de terra promiſſionis per Ioſue. & plantaſti eos. ſ. patres noſtros & collocaſti in illa terra: & afflixiſti populos Cananeorum & expuliſti eos. Et hoc non fecerunt patres noſtri viribus ſuis: nec in gladio & armis poſſoderũt & obtinuerunt terram illam: nec brachium & fortitudo eoruȝ ſaluauit eos: ſed dextera tua & brachium tuum & illuminatio vultus tui. Nam per totum deſertum deduxit eos in colũna nubis. Et Moyſe orante vincebatur Amalech. Exod. xvij. Et clangẽtibus tubis & vociferante populo ceciderunt muri Hierico Ioſue. vij. Et hoc feciſti: non ꝙ ille populus meruit: ſed qm̃ ex miſericordia tua complacuiſti in eis: & hoc amore Moyſi & Ioſue qui tibi grati fuerunt. Et etiam quia hoc promiſeras ipſi Abrahe, & Iſaac, & Iacob.

Tu es ipſe rex meus & deus meus: qui mandas ſalutes Iacob.

In te inimicos noſtros ventilabimus cornu: & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis.

Non enim in arcu meo ſperabo: & gladius meus non ſaluabit me.

Saluaſti enim nos de affligentibus nos: & odiẽtes nos confudiſti.

In deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in ſęculum.

¶ Tu ergo es rex meus & deus meus: qui mandas ſalutes & victorias toti Iacob. Ideo ſi volueris: nos ventilabimus & ꝓpulſabimus inimicos noſtros in te: in virtute tua & cornu, & cum magna victoria: & in nomine tuo ſpernemus & contemnemus omnes inſurgentes in nobis. Hoc enim faciemus in nomine tuo: quia non ſperabo nec ponam fiduciam in arcu meo: nec gladius meus ſaluabit me: ſed tu es ille qui ſaluaſti nos de inimicis affligentibus nos: & confudiſti odientes nos: Et ideo in deo laudabimur tota die & non in nobis: & confitebimur in ſæculum in nomine tuo: & non in noſtro: quia tibi debet attribui poteſtas & honor omnis noſtrę victorię. Vnde nota ꝙ ſicut fideles noui teſta. ſperãt ſaluari & liberari ab omni periculo ĩ virtute nominis Ieſu: ita antiqui inuocabant nomen domini tetragrammaton: quod eſt idem vt ſæpe dictum eſt.

Nunc autem repuliſti & confudiſti nos: & non egredieris deus in virtutibus noſtris.

¶ In hac ſecunda parte deflet & explicat afflictionem dicens. O deus tot & tanta feciſti pro patrib⁹ noſtris ſup. nūc autem repuliſti & confudiſti nos non habens curam de nobis: & nec egredieris in virtutibus noſtris: pugnādo pro nobis & præbendo auxilium: ſicut quondam prębuiſti: immo

Auertiſti nos retrorſum poſt iimicos noſtros: & qui oderunt nos diripiebant ſibi.

¶ Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros: & fugere nos ad montem feciſti: & in die ſabbati vinci nos permiſiſti. vt patet primi Maccabęorum. ij. & gentes Antiochi & armigeri qui oderunt nos: diripebant & vendicabant ſibi nos captiuos in prædam, & bona noſtra. Et

Dediſti nos tanq̄ oues eſcarum: & in gentibus diſperſiſti nos.

¶ Dediſti nos tanq̄ oues eſcarum ad interficiendum & comedendum. Et diſperſiſti nos captiuos & fugitiuos in gentibus.

Vendidiſti populum tuum ſine pretio: & non fuit multitudo in commutationibus eorum.

¶ Vendidiſti populum tuum ſine magno (immo vili) pretio: & non fuit multitudo pecuniarum in commutationibus quia pro paucis pecunijs vendebantur & commutabātur: quia pro vno aſino commutabantur tres aut q̄tuor Iudæi in contemptum. Et ſic

Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris: ſubſannationem & deriſum his qui in circuitu noſtro ſunt.

Poſuiſti nos in ſimilitudinem getibus: commotionem capitis ī populis.

¶ Poſuiſti nos i opprobrius vicinis noſtris & circunſtantibus, & in ſimilitudinem & deriſum finitimis & inimicis infidelibus: qui in circuitu noſtro ſunt: & in commotionem capitis in populis. Nam quando aliquis comminabatur alteri nutando & commouendo caput ſicut ſolet fieri, dicebat: ego faciam tibi peius q̄ Iudęis. Et quando loquebatur de infortunio alicuius: ponebat exemplum & ſimilitudinem de Iudęis dicendo. Ita accidit vel accidat tibi ſicut accidit Iudęis. Et ſic

Tota die verecundia mea contra me eſt: & confuſio faciei meę cooperuit me.

A voce exprobrantis & obloquentis: a facie inimici & perſequentis.

¶ Verecundia mea contra me eſt: dum iſta dicuntur: & audio in faciem meam: & cōfuſio faciei meę cooperuit me: & ſic oportet me cooperire faciem: & fugere a facie cuiuſlibet obloquentis & improperantis & perſequētis.

Hæc omnia venerunt ſuper nos: nec obliti ſumus te: & inique non egimus in teſtamento tuo.

¶ Hic populus dei concitat deum ad miſericordiaȝ & auxiliuȝ ratione fidelitatis. Nam illa pars fidelium nunq̄ dimiſit fidem dei inter tot tormenta & perſecutiones: Ideo deus tanto magis habebat cauſam ſubueniendi eis. Dicit ergo. licet hæc omnia mala & perſecutiones venerunt ſup nos: non obliti ſumus te: nec dimiſimus legem tuaȝ: nec inique egimus in teſtamento tuo.

Et non receſſit retro cor noſtrum: & declinaſti ſemitas noſtras a via tua.

¶ Non receſſit retro cor noſtrum a tuo cultu: quia ſemper coluimus te: non violando legem tuam: & tamen tu declinaſti ſemittas. i. declinari pmiſiſti ſemitas noſtras a via tua: quia aliquando non potuimus ſeruare præcepta Nam in die ſabbati coacti fuimus pręliari contra iimicos: nec potuimus ſeruare aliqua cerimonialia propter impotentiam & neceſſitatem. Et ratio eſt.

Quoniam humiliaſti nos in loco afflictionis: & cooperuit nos vmbra mortis.

¶ Tu poſuiſti nos in loco afflictionis, & ſolitario, & periculoſo fugiendo per montes & per loca draconum & leonuȝ & aliarum beſtiarum: & eramus captiui quandoq; in poteſtate inimicorum: & ſic cooperuit nos vmbra mortis. Et ſic in talibus locis non poteramus ſeruare legem: & fuimus coacti declinare a via tua. Et tamen inter tot aduerſa licet nō poteramus ſeruare cerimonias: tamen nunq̄ declinauimus ad ritus gentium. Nam

Si obliti ſumus nomen dei noſtri: & ſi expandimus manus noſtras ad deum alienum:

¶ Si obliti ſumus. i. fuiſſemus te: & expandimus manus noſtras: ad aliquem deum alienum inuocandum:

Nonne deus requiret iſta? ipſe enim nouit abſcondita cordis.

¶ Nonne deus requiret. i. requireret iſta? Quaſi dicat. licet non potuimus deo ſeruire opere ſeruando cerimonias: tñ nunq̄ in corde noſtro receſſimus ab eo: immo propoſitum noſtrum fuit pati mortem & tormenta & perſecutiones ꝑ eo: ipſe enim nouit abſcondita cordis. Et ſcio

Quoniam propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.

¶ Qm̄ propter te mortificamur & patimur & occidimur tota die tā in ꝓlijs q̄ in cæteris afflictionibus: ſicut patet ꝑ totum diſcurſum libri Maccabęorum: q̄ etiam per tormenta ne violaremus legem dei & ne adoraremus deos eorū. vt patet, ij. Maccabęorum. vii. de muliere cum ſeptem filijs: q zelo legis martyrio coronati ſunt. Et ſic tota die & quotidie mortificamur & occidimur ꝓpter te dñe: & pro lege tua ſeruanda: & ęſtimati ſum⁹ ſicut oues occiſiōis: quia apd gētes Anthiochi nō fiebat maior mētio occidere vnū iudęum: q̄ occidere vnā ouē: imo ducebamur ad arā: ſicut oues ad occiſionē: & ſic immolabāt nos dijs ſuis, ſicut oues.

Exurge: quare obdormis domine? exurge & ne repellas in finem.

¶ In hac tertia parte iſte populus petit liberari per Chriſtū Meſſiam ſicut dictum eſt. Nam in ſecundo templo non expectabant liberari niſi per Meſſiaȝ in omnibus perſecutionib⁹ Grecorū, & Aegyptioruȝ, & Romanorū: ſicut promiſſum eis fuerat per Danielem, Aggęuȝ, Zachariam, & Malachiam. Quia Meſſias venturus erat in ſecundo tēplo ad
l iberandum eos: & ſic iam non expectabant per alium libe
ari. O domine Ieſu Chriſte exurge & veni in carneȝ: qua
r e obdormis: & videris dormire: permittēdo nos vexari: &
r bliuiſceris inopiæ noſtrę: quia ſumus ſine ope & auxilio
o obliuiſceris tribulationis noſtrę? ergo exurge & ne repel
& s nos in finem & inęternum.
la

Quare faciem tuam auertis? obliuiſceris iopię noſtrę & tribulationis noſtrę?

¶ Quare auertis faciem & præſentiam tuam? Et intelligit per faciem humanitatem Chriſti: per quam notificata eſt eius diuinitas. Quaſi dicat. veni & videamus te in humanitate & carne: & ne obliuiſcaris inopię noſtrę.

Quoniã humiliata eſt in puluere aĩa noſtra: conglutinatus eſt in terra venter noſter.

¶ Qm̃ aĩa noſtra humiliata eſt in puluere.i.iã fecim⁹ pœnitentiã de peccatis:& quotidie ſumus ꝓcidentes,& proni in terra:& venter noſter eſt conglutinatus adhęrens terrę. quaſi dicat,procidentes in facies noſtras:& proſtrati in terra continue rogamus:vt venias ad liberandum nos.

Exurge domine adiuua nos:& redime nos ꝓpter nomen tuum.

¶ Exurge ergo Chriſte adiuua nos:& redime nos de poteſtate diaboli ꝓpter nomẽ tuũ qđ eſt Ieſus.i.ſaluator:q̃a nõ eſt aliud nomẽ ſub cælo:in quo nos oporteat ſaluos fieri.Ex hoc ptꝫ ꝙ iſte inuocatus eſt rex Meſſias expectatus in lege.Sed eſt aduertendũ,ꝙ Dauid in hoc pſal.procedit duplici ſpũ prophetię:ſicut dictũ eſt in principio.Nã prio ꝓuidit in ſpũ futurã ſtragẽ in tpe Maccabęoꝝ:& p illã ꝓuidit vltra totã pſecutionẽ ecclĩę Chriſti vſq; ad Cõſtantinũ. Et ideo ab illo loco:Nũc aũt repuliſti & cõfudiſti:vſq; ad finẽ huius pſal.põt exponi de pſecutione ecclĩę facta p decẽ imperatores vſq; ad Conſtãtinũ.Nã ſi bene attendaẗ tota pſecutio ecclĩę maxime facta tpe Diocletiani:in qua multi & innumeri fuerũt martyrizati,fuit figurata per pſecutionem & ſtragẽ Maccabæoꝝ.Et ideo erant in cõtinua oratione vt eos liberaret:vt patet de beato Sylueſtro,& beato Vrbano,qui latebãt i mõtib⁹ ꝓpe Romã,ꝓpter ſęuitiã tyrannoꝝ:ſed deus liberauit eos:& reddita eſt pax ecclĩæ p Cõſtantinũ.Et ſic totus iſte pſal.eſt q̃dam oĩo quã faciebat ecclĩa,poſita in illa pſecutione.Et ſic prudẽs lector põt applicare literaꝫ huius pſalmi,vt ſint verba & oĩo eccleſiæ Chriſti:vt ſic.Vt dicat ecclĩa.O Chriſte ſponſe mi deus & hõ:nos aurib⁹ nr̃is audiuim⁹:& in ve.teſt.legim⁹:& patres nr̃i patriarchę & ꝓphetę narrauerũt.i.in ſcripturis reliquerunt nobis opus qđ operat⁹ es in diebus eoꝝ &c.Nũc aũt in tpe gratię,in quo magis nos debes diligere,& ꝓſtare nobis fauorẽ,repuliſti nos,& confudiſti pmittẽdo vt Nero & Domitianus,& Diocletianus deſtruant ecclĩam tuam ita crudeliter.Exurge ergo quia videris dormire,& ne obliuiſcaris inopię nr̃ę,& cõprime tyrannos.Totus etiã iſte pſal. põt exponi de pſecutione Sarracenoꝝ,& turcorum:in qua nunc affligiẗ ecclĩa.Ideo petit liberari auxilio Chriſti ſponſi ſui.Etiam poteſt exponi de perſecutione Antichriſti:de qua petit liberati in ſecundo aduentu Chriſti.

ERuctauit cor meũ verbum bonũ:dico ego opera mea regi.

¶ Titulus ſcđm.lxx.In finẽ,ꝓ his qui cõmutabanẗ filijs Chore canticũ pro dilecto.In Hebręo vero.Vincenti ſuper roſas filije Chore eruditio cantici dilectionuꝫ. Scđm Hiero.aũt,Victori prolis filioꝝ Chore canticũ amãtiſſimũ.Vñ licet iſti tituli videanẗ diuerſi in verbis:tñ non diſcordãt in ſentẽtia:imo breuiter inter ſe oẽs explicãt ſententiã & myſteria huius pſalmi.Nam per hoc qđ dicit In finem:ſiue Vincenti aut Victori,denotaẗ modus cantandi ad victoriã vocũ:per qđ denotaẗ,ꝙ iſte pſal.vocabat Chriſtum & ecclĩam.Itẽ ſecũdo cũ dicit Pro his qui cõmutabãtur:aut ſup roſas,aut ꝓlis,intelligiẗ ecclĩa tripliciter noiata.Nã vno modo dr̃ cõmutata,eo ꝙ fuit regenerata & trãſlata ex conuerſis de iudaiſmo & pplo gẽtili in vnã ecclĩam & ſocietatẽ.Itẽ dr̃ roſa ſcđm literã Hebręã:eo ꝙ ſicut roſa pulcherrima naſciẗ inter ſpinas:ita ecclĩa Chriſti nata fuit ex ſpinis populi Iudaici & gẽtilis.Itẽ dr̃ liliũ:eo ꝙ ſicut liliũ eſt albiſſimũ inter flores:ita religio Chriſtiana inter alios populos.Diciẗ etiã liliũ a puritate,& albedine virtutuꝫ & gratiaꝝ.Tertio apponitur in titulo filijs Chore ad denotandũ,ꝙ iſte pſal.dat⁹ fuit ad cantandũ Choro ipſius Heman,qui erat de filijs Chore:vt dictum eſt in prologo,& pſal.xlj.Cum vero additur quarto in Hebręo eruditio,denotatur ꝙ ꝓpheta fuit eruditus a ſpũ ſancto,& erudit alios in hoc pſal.vt ait Chanhi Barchinonenſis.Et cũ additur hic Canticũ dilectionũ,ſiue ꝓ dilecto,ſiue canticum amantiſſimum:denotaẗ ꝙ eſt canticũ factũ de amore & dilectione ſponſi & ſpõſæ:& ſic diciẗ epithalamiũ ſiue canticũ & carmen nuptiale.Nam ſcđm Aug.& Origenẽ ſicut in nuptijs tẽporalibus,& carnalibus ſolent aliqui conficere carmina nuptialia,in quibus explicanẗ laudes ſponſi & ſponſæ:ita Dauid compoſuit hoc canticũ de nuptijs Chriſti & ecclĩæ, prout fuit eruditus a ſpiritu ſancto.Ex ſupradictis patet,ꝙ delirant quidam iudęi moderni dicentes:ꝙ hoc canticum factuꝫ eſt de Aſſuero,& Heſter ſponſa ſua.Sed magis delirant alij qui dicunt:ꝙ eſt de Salomone,& filia Pharaonis ſponſa ſua.Nam ea q̃ in hoc pſal.memoranẗ,nullo modo poſſunt conuenire alicui homini mortali.puta illud.Sedes tua deus in ſæculum ſæculi &c.Ideo eſt magis credendum apl'o Paulo qui allegat hanc ſcripturam eſſe dictã de Chriſto ad Hebręos.j.Vnde ait,& ad filiũ quidem dicit: Sedes tua deus in ſæculum ſæculi.Item Ionathan Abẽhuziel totum hunc pſalmum exponit de rege Meſſia dicens: Dico ego opera mea regi Meſſiæ.Item Rabi Hilel dicit, ꝙ deus dilexit valde Iſrael:& vocauit eam filiã ibi.Audi filia.pſal.xliiij.Item oẽs Hebręi antiqui dicunt ꝙ Dauid fecit hunc pſalmũ de deſponſatione dei cum populo ſuo.Itẽ tota ecclĩa ſimiliter tenet & prędicat,ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum,in quo explicat magnificentiã & proſperitatem eccleſię,& Chriſti ſponſi ſui.Et ideo cantat eccleſia in conſecratione chriſmatis:cum Dauid prophetica voce cecinit: Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitię præ participibus tuis. ¶ Sed nunc reſtat ſciendũ quæ eſt illa perſona quæ loquitur in hoc pſal.& profert hoc canticuꝫ nuptiale. Ad hoc dicunt aliqui ꝙ Dauid loquitur in toto pſal.Et ſic duo principaliter facit.Nam primo præmittit proœmiuꝫ. Secundo exequitur tractatũ de cantico.ibi.Specioſus.Vnde quãtũ ad primũ breuiter præmittit dicenda:captando beniuolentiam:& inuocando auxilium ſpiritus ſancti, cum dicit.Eructauit cor meum verbum bonum.i.cor meuꝫ deſyderat in hoc pſal.eructare verbũ & carmẽ amãtiſſimũ: quia ego dico & dirigo opera mea.i.omnia verba mea ipſi regi Chriſto.quaſi dicat:ego intendo loqui in hoc pſalmo de Chriſto principaliter & eccleſia.Et ideo inuocat diuinũ auxilium dicens:Sit lingua mea mota a ſpiritu ſancto:tanq̃ calamus ſcribæ ſcribẽtis velociter.quaſi dicat:ꝙ ſicut ſcriba velox mouet digitis ſuis velociter calamum in ſcribendo:ita ſpiritus ſanctus moueat linguam meam,& dirigat, & aperiat mihi materiam ad loquendum in hoc cantico. Deinde cum dicit:Specioſus forma præ filijs hominum: proſequitur laudes ſponſi & ſponſæ.Beatus vero Hieronymus dicit:ꝙ propheta loquitur a principio pſalmi.vſq; ad illum locum.Audi filia.excluſiue.Et ꝙ exinde loquitur deus.Sed alij ſacri doctores tenent:ꝙ deus pater loquitur in toto pſalmo.& ipſemet deus pater cantat totum canticum de filio ſuo Chriſto & ſponſa eius eccleſia.Et ſecundum hunc modum maiora & altiora ſacramenta continentur in his duodus primis verſibus:& etiã in toto pſalmo q̃ ſcđm primã expoſitioneꝫ:vt patebit.Quã ſententiã etiaꝫ nõ tacet Auguſt.& Hiero.Tenendo ergo hanc viam eſt dicendum:ꝙ Dauid fecit hunc pſalmũ:in quo introducit deum patrẽ loquentem & cantantem hoc canticum de nuptijs Chriſti filij ſui,& eccleſię.In quo tria principaliter facit.Nã primo cõmendat & explicat magnificẽtiã:& nobilitatẽ,& dignitatẽ & ornatũ ſponſi.Scđo magnificẽtiã, & pulchritudinẽ,& ornatũ ſponſę.Tertio cõmendat vtrũq; in copia & fœcunditate prolis.Scđm ibi.Aſtitit regina. Tertiũ ibi.Pro patrib⁹ tuis nati ſunt. ¶ Quantũ ad primũ eſt notandũ ſcđm Auguſt.contra Maximinũ:ꝙ Chriſtus

quicquid habet:naſcẽdo a patre accepit.Sed cũ Chriſtus ſit deꝰ & hõ:ideo duplex legiṫ eiꝰ natiuitas.Vna æterna q̃ naſciṫ ab ęterno a patre ſcḋm diuinitatẽ.Scḋa fuit natiuitas tẽporalis:ꝑ quã eſt hõ:qua cõceptus eſt ope ſpũs ſancti ex puris ſanguinibꝰ virginis.Et ſic quicq̇d ꝑtinet ad carnem habet a matre:ſed quicq̇d ꝑtinet ad gratiã habet & accepit a patre in ſua incarnatione,& vnione verbi.Ideo Dauid volens explicare magnificentiã & nobilitatẽ huius ſpõſi,primo deſcribit & cãtat nobilitatẽ naturę,& ea q̃ accepit a patre ab ęterno inquantũ deus.Scḋo ea q̃ accepit ab eodẽ,& quę dedit ipſi pater inquãtũ homo ex tẽpore in ſua incarnatione.Scḋꝫ ibi.Specioſus forma.Quantũ ad primũ eſt notandũ ſcḋm Aug.cõtra Maximinũ.&.xv.de trini.ꝙ cũ deus ſit primũ ens & actus purus:nõ habet aliquod principiũ,nec aliquã potẽtiã admixtã.Et ideo ſicut ſemp eſt in actu primo:ita & ſecũdo.Nõ differt in eo actꝰ ſecundus a primo:ſed ſemp intelligit:eo ꝙ ſuũ eſſe eſt ſuũ intelligere & ecõuerſo:& ſuũ intelligere eſt ſua ſubſtãtia. Et ſic quia ab ęterno ſemp itelligit:iõ ab ęterno dicit verbũ.Sed q̇a illud intelligere eſt ſine intermiſſione:& illud verbũ eſt de tota ſciẽtia & memoria foecunda:iõ non põt eſſe niſi vnũ verbũ:q̇d eſt patri ęquale & cõſubſtantiale: q̇a ſicut pr̃ de tota ſciẽtia et ſubſtãtia ꝓducit & dicit verbũ: ita totã & eãdẽ ſubſtãtiã & eſſentiã et eẽ cõicat verbo.Et ſic verbũ eſt idẽ deꝰ cũ pr̃e dicẽte,& nõ alius deꝰ:lꝫ ſit alia ꝑſona.Sed q̇a tale verbũ dr̃ ꝑ modũ naturę:iõ dr̃ & noiaṫ filius patris dicẽtis.Cũ ergo in tali verbo dicto explicetur tota eſſentia patris,& oipotẽtia,& ſapiẽtia,& bonitas: de neceſſitate pater diligit ſe in verbo,& diligit verbũ in ſe. Ex quo actu diligendi ꝑ modũ voluntatis ꝓducit,& ſpirat amorẽ.Ex quo patet ꝙ pater non poſſet ſpirare amorem ſine verbo i quo ſe diligit:& ſic pater ſimul cũ verbo ſpirat amorẽ qui dr̃ ſpũs ſanctus.Et ſic ſpũs ſanctus æqualiter ꝓcedit & ſpiraṫ ab vtroq̧:non prius nec magis a patre q̃ a filio:ſed ambo pater & filiꝰ tanq̃ vnũ pricipiũ ꝓducũt & ſpirat ſpm̃ ſctm̃.Itẽ ſequiṫ ꝙ ille amor ſpirans q̇ dr̃ ſpũs ſãctꝰ nõ põt eſſe accidẽs:ſed ſubſtantia:quia ꝓduciṫ de tota dilectione patris & filij,& ꝑ cõſequẽs de tota ſubſtantia & eſſentia vtriuſq̧:& ideo eſt cõſubſtãtialis & coęqualis,& coęternꝰ vtriq̧.Et ſic lꝫ iſte tres ꝑſonę diſtiguanṫ adinuicẽ:q̇a vna nõ eſt ꝑſonaliter altera:quia alia ẽ perſona gignẽs:& alia genita,et alia ſpirata:tñ oẽs tres ꝑſonę ſunt vnus deꝰ: eo ꝙ in eis vna eſt ſubſtãtia & eſſentia numero.Naꝫ vnus deus dr̃ ab vna deitate & eſſentia in tribus ꝑſonis:quia perſonę non diſtinguunṫ,niſi per ꝓprietates relatiuas: q̃ non ſunt aliquid abſolutũ,ſed ad aliquid.Ex ſupradictis pꝫ,ꝙ poſtq̃ pater hꝫ verbũ ab ęterno dictũ:ꝙ ꝑ illud verbũ põt loqui tẽporaliter ad extra.Et ita pariter ꝑ ſpm̃ ſanctũ pater & filius tanq̃ vnũ principiũ poſſunt ſpirare vitã & amorem creatũ ad extra.Et ideo pr̃ per verbũ loquebaṫ ad extra:q̇ñ ex tpe dixit.Fiat lux:& ideo facta eſt lux.Et ꝑ ſpm̃ ſanctũ ſpirauit eſſe exiſtere,& vitã in oibus rebus ꝓductis,& creatis per verbũ.Et ideo dr̃ Geñ.j.ꝙ in principio.i.in verbo creauit deus cælũ & terrã,& oia dicendo per verbũ creauit quo ad ſpecies & eſſentias.Sed quia per ſpiritũ ſanctum ſpirauit vitã in rebus:ideo ſubdit:Spiritus dñi ferebatur ſuper aquas.In Chaldeo aũt dicitur ſpiritus domini incubabat ſuper aquas.id eſt ſuper oĩa fluxibilia:ſicut gallina incubat ſuper oua viuificãs pullos.Et ſic ſicut filiꝰ dicitur verbũ per q̇d pater loquiṫ ad extra:ita ſpiritus ſanctꝰ diciṫ lingua vtriuſq̧:per quã pater & filius formant vocẽ, et dant ſonũ,& vitã rebus creatis.Et diciṫ ſpiritus ſanctus etiam calamus,per quem pater & filius velociter ſcripſerunt & formauerũt omnes creaturas in eſſe vitali & actuali.Ex ſupradictis patet ꝙ emanatio creaturarum praeſupponit emanationẽ perſonarũ diuinarũ. Et hoc forſan intẽdit explicare Dauid in his duobus primis verſibus.Vñ dicit deus pater in principio huius cantici.Cor meum eructauit & ꝓduxit verbũ bonũ ab æterno:per quod verbuꝫ ego dico oia opera mea creata ipſi regi Chriſto.q.d.ꝙ omnia opera creata dirigo & cõmitto regenda ipſi regi Chriſto: per quem omnia creaui.In qua creatione

## Lingua mea calamus ſcribę velociter ſcribentis.

¶ Lingua mea.i.ſpiritus ſanctus fuit tanq̃ calamus ſcribæ ſcribentis velociter.Naꝫ ſicut ſcriba velox velociter implet paginam literis ſenſibilibus,quę procedunt ex verbis,& literis mẽtalibus:ita ſpiritus ſanctus velociter influxit vitaꝫ, & eſſe actuale rebus creatis per verbũ patris:quia ſicut velociter fuerunt creata:ita velociter fuerũt viuificata.Et notanter ſpũs ſanctus ſiue verbuꝫ diciṫ tanq̃ calamus velociter ſcribentis:nã ſcḋm Auguſt.oia ſimul fuerunt creata per verbum & viuificata per ſpm̃ ſanctũ.quia ſcḋm Auguſtinũ illi dies nõ referunṫ ad ſucceſſionẽ tẽpoꝝ,ſed naturę & ad cognitioneꝫ angeloꝝ.Sed licet referantur ad dies temporis,adhuc fuit illa creatio facta velociter:quia ſupra humanam facultatẽ factum eſt ꝙ in ſolis ſex diebus tẽporis deꝰ produxit totã diuerſitatẽ creaturarũ. ¶ Sed vlteriꝰ eſt aduertẽdum,ꝙ ſicut creatio p̄ſupponit emanationẽ diuinarum ꝑſonarum:ita incarnatio p̄ſupponit creationem:& ſicut pater dixit creaturas per verbũ,& formauit,& viuificauit,& diſtinxit eas ꝑ ſpm̃ ſanctuꝫ:ita dixit & fecit myſteriũ incarnationis per verbũ ab ęterno dictũ:& veſtiuit humanitate,& carne ex tẽpore.Sed per ſpm̃ ſanctũ formauit velociter,& in inſtanti illud corpus Chriſti ex puris ſanguinibus in vtero virginali.Et hoc intẽdit etiã Dauid in eiſdem duobus verſibus.Vnde ait pater:ſicut cor meũ & mea memoria foecũda eructauit & ꝓduxit bonũ verbum ab æterno,per q̇d ex tẽpore dixi oĩa opera mea regi Chriſto:in qua creatione ſpũs ſanctus fuit tanq̃ lingua,& calamꝰ ſcribæ velociter ſcribentis,& formantis,& viuificantis,& diſtinguentis oĩa creata:ita pariter in myſterio incarnationis:Cor meũ eructauit verbũ bonũ incarnatũ,& humanatum:qui eſt rex meſſias:cui regi ego dico,& cõmitto oĩa opa redẽptionis humanę.Nam ſicut per ipſum verbũ dixi & creaui oia creata:ita ꝑ ipm̃ volui mũdũ recreare,& regenerare & regere:quia ſicut ab ęterno cõicaui ſibi oia eſſentialia:ita volo ex tẽpore ipi cõicare oia opera regenerationis:& redẽptionis.Et ſicut in creatione ſpũs fuit lingua,& tanq̃ calamus velociter ſcribẽtis,& viuificantis oẽs creaturas:ita pariter in ipſa incarnatione ipſe ſpiritus ſanctus formauit,& ſcripſit corpus Chriſti ex puris ſanguinibus velociter,& in inſtanti in vtero virginali. ¶ Et notanter occupatur,& vſurpatur hoc verbuꝫ eructo in hoc loco.Nam ſicut vẽter ex ſuperabundãtia ſibi diciṫ eructare:ita pariter deus pater ex tota & abundanti eſſentia,& ſubſtantia ſua eructauit & produxit verbũ ſuũ ſibi coęquale.Ex ſupradictis pꝫ,ꝙ Chriſtꝰ ſpõſus eccl̃ię,de quo intẽdit cãtare:licet appareat in forma humana:& ſit natus ex tpe ſcḋm carnem:tñ ipſe eſt verbũ patris ab ęterno ꝓductũ de tota ſubſtãtia patris. Et per cõſequens eſt deus,& ęternꝰ,& oipotens,& infinitꝰ.Et ex hoc apparet nobilitas eiꝰ,& q̇d accepit a patre ſcḋm diuinitatẽ.Et nota ꝙ nõ ſolũ ſpũs ſanctꝰ diciṫ lingua per quã pr̃ & filius ſpirãt,& ſcribũt in mẽtibus noſtris dona gr̃aꝝ:ſed etiã humanitas Chriſti põt dici lingua,ꝑ quã pater ſenſibiliter nobis locutus eſt:& manifeſtauit mũdo voluntatẽ ſuã.Scḋo Chriſtus ſcḋm diuinitatẽ eſt verbũ patris:& ſcḋm humanitatẽ eſt lingua patris velociter loquẽtis,& ſcribẽtis nobis ſua ſecreta.Sed ſpũs ſanctus eſt calamus vtriuſq̧.ſ.patris & filij velociter ſcribẽtis,& ſpirantis in nobis dona gratiaꝝ:& etiam quia tam pater q̃ filius ꝑ ſpm̃ ſanctum loquebaṫ ꝓphetis & ſanctis viris ſpirãdo diuina myſteria,et reuelando ſecreta.

Speciosſus forma prę filiis hominum: diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus inęternum.

Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.

¶ Hic pater intendit explicare & cãtare bona quæ ſponſus accepit a patre in ſua incarnatione ſcd̃m humanitatẽ.

M ¶ Ad cuius intellectũ eſt notandũ ſcd̃m ꝙ ſupradictũ eſt, ꝙ iſta benedicta incarnatio a tota trinitate indiuiſe eſt effecta efficiẽter: licet ad ſolam perſonã verbi ſit terminata quia filius inquantũ homo a tota trinitate dicitur miſſus: prout explicat̃ Eſa. xliiij. vbi dicit filiꝰ: Dñs miſit me, & ſpũs eius. Sed intãtũ tota iſta incarnatio, & miſſio actiue attribuitur patri in hoc pſal. & cęteris, inquantũ quicquid habet filius habet a patre, & ſpũs ab vtroq;, & ſic filius inquantũ homo, licet nõ ſolũ a patre, ſed etiã a ſeipo inquãtum deus & a ſpũ ſctõ ſit miſſus: & habeat quicquid habet, tamen ſacra ſcriptura hic cõmuniter attribuit patri: & ſic pater non excludendo alias perſonas in hoc pſal. explicat bona quę largitus eſt filio inquantũ homo in ſua incarnatione. Et ſic Chriſtꝰ per totũ diſcurſum euangelicũ: quicqd habet etiã inquantũ homo dicit ſe habere a patre: vt inqt Hilarius. Vñ patrẽ ad filiũ loqui: vel ipſum de aliquibꝰ bonis cõmendare: nihil aliud eſt niſi bona cõicare ſibi & donare. Et ideo pater in hoc pſal. cõmemorat bona, q̃ dedit filio ſcd̃m exigentiã noſtrę redẽptionis. Sed quia Chriſtꝰ vt redẽptor eſt rex, & pugil, & iudex, & ſponſus, ideo pater q̃dã cõicauit filio tanq̃ regi, & q̃dam tanq̃ pugili, & q̃daʒ tanq̃ iudici, & q̃dã tanq̃ ſponſo. Quatuor ergo facit in hac parte. Nam primo explicat ea quę pater cõicauit filio tãq̃ regi. Scdo tanq̃ pugili. Tertio ea q̃ cõicauit ipſi tanq̃ iudici. Quarto eaq; cõicauit & dedit tãq̃ ſpõſo. Scdʒ ibi. Sagittę tuę. Tertiũ ibi. Sedes tua. Quartũ ibi. Myrrha & gutta.

N ¶ Quãtum ad primũ eſt aduertendũ: ꝙ tria ſunt quę decorant regẽ. ſ. pulchritudo corporis. Scdo, facundia & ſapiẽtia in loquendo. Tertio enſis ſiue gladius regius quo cingitur in ſignum regię poteſtatis & maieſtatis. De primo dicitur: ꝙ ſpecies Priami erat digna imperio: eo ꝙ erat pulcher in ſtatura & forma. De ſecundo dicit̃. iij. Reg. ꝙ ex oibꝰ partibꝰ veniebãt ad audiẽdã ſapientiã Salomonis. De. iij. dicitur canticoꝝ. iij. Sexaginta fortes ambiunt Salomonem tenentes gladios &c. Pater ergo volens cõſtituere filium ſuum regẽ totius vniuerſi: etiã inquantũ erat homo: hęc tria dedit in ipſius incarnatione. Nam primo formauit ipſum opere ſpũs ſancti ex puris ſanguinibus virginis pulcherrimũ prę cęteris ſine macula & labe. Secundo poſuit verba ſua in ore eius: vt promiſerat Deutero. xviij. Ideo dixerunt miniſtri ſacerdotum Ioan. vij. Nunquid ſic homo locutus eſt. Iteʒ Lucę. xxiiij. dixerunt duo diſcipuli de Ieſu nazareno, qui fuit potens opere & ſermone. Et ſic non fuit ſibi ſimilis in facũdia & ſapientia. Tertio tradidit ipſi poteſtatem regiam, & enſem humanitatis, & gladium ad expugnandũ diabolũ, & poteſtatem faciendi mirabilia. Et ſic iſta tria dedit pater Chriſto filio ſuo: quæ reddebãt ipʒ dignum regno vniuerſali. Et hoc eſt qd̃ dicit Dauid in hac prima particula. Vnde ait pater ad filiuʒ. O Chriſte tu es ſpecioſus & pulcher forma inquãtũ hõ p̄ cæteris filijs hoiʒ, quia in vtero materno præ cęteris ſpecioſiorem te formaui. Nam cũ oẽs cęteri hoies non conciptantur, niſi ex libidinoſo concubitu, & menſtruoſo, & fœtidiſſimo ſanguine cõpaginentur: tu ſolus ex puris ſanguinibus ope ſpiritus ſancti in vtero virgineo ſupra facultatem naturę formatus fuiſti: & cum omnes cęteri fuiſſent originalis culpę primoꝝ parentum natura obnoxij, & fomite, & morbo carnis ſauciati: ſolus tu fuiſti ſcd̃m naturaʒ inter mortuos liber. Et ſic fuiſti ſpecioſus forma p̄ filijs hoim. Et non ſolũ fuiſti ſpecioſus quo ad ſupradictã puritatẽ & munditiã: ſed etiã quo ad nobilitatẽ & tẽperantiã cõplexionis: eo ꝙ non ex motu cęleſtiũ corpoꝝ, nec actione alicuius naturalis agẽtis, in quibus ſemp eſt, & accidit aliquis defectus in ipſo generato & ꝓducto: ſed ſolo ope ſpũs ſcti facta fuit formatio illiꝰ corporis Chriſti ex puris ſanguinibꝰ virginis. Et nõ ſolũ fuit Xp̄s ſpecioſus forma prę filijs hoim in puritate & nobilitate cõplexionis: ſed etiã in honeſtate aſpectus. Nã oẽs incitabat ad honeſtatẽ vitę, & ad reuerẽtiã ſibi exhibendã, & oibus incutiebat timorẽ: vt inquit Chryſo. Poſſumꝰ etiã dicere ꝙ tria ſunt q̃ decorãt regẽ, & faciũt ipm̃ dignũ regno & imperio. Prio ſpecioſitas. i. ſanctitas vitę: ne ſit repꝛhẽſibilis in vita, vt poſſit alios regere, & corrigere. Scdo, vt ſit gratꝰ in loquẽdo, & doctus, & ſapiens: & vt alios nõ ſolũ per vitã: ſed etiã per doctrinã poſſit trahere. Tertio vt ſit fortis & potẽs in factis: vt oẽs venerent̃ & timeãt eũ. Sed quia Chriſtꝰ habuit oĩa iſta tria, ideo pater de ſupradictis tribus cõmendat Chriſtũ regẽ noſtrũ in hac particula huius cantici. Ideo quãtũ ad primũ dicit: O Chriſte tu es ſpecioſus forma præ cęteris filijs hoim, quantũ ad ſanctitatẽ, & puritatẽ corporis & animæ, & ad cõuerſationẽ vitę: qa in tuo corpe & aia nunq̃ locus potuit eſſe peccato: nec fuiſti vnq̃ pctõ obnoxiꝰ in natura nec in pſona: quia nõ ex ope Adã natus nec conceptus es, & ſic excedis cunctos filios hoim in forma & ſanctitate & ſpecioſitate virtutũ. Scdo excedis oẽs in ſapientia & donis ſpũs ſcti: qa diffuſa eſt gratia in labijs tuis ad loquendũ & docendũ: quia nõ ad mẽſurã accepiſti dona gratiarum: ꝓpterea. i. quia pater bñdixit te ię ternũ dona gratiarum largiẽdo: vt alios doceas p p̄dicationẽ & doctrinã. Tertio. O Chriſte potentiſſime in factis accingere gladio ſuper femur tuũ: vt oſtendas tuã regiã potentiã. Ad cuiꝰ intellectũ eſt aduertendũ, ꝙ triplicẽ gladiũ ſiue enſem accepit, & accinctus fuit Chriſtꝰ. Nã primo fuit accinctꝰ gladio humanitatis, & carnis ad pugnãdũ cũ diabolo: vt i carne patiendo ipſum debellaret. Secundo, gladio poteſtatis ad operandũ miracula. Tertio, gladio paternę doctrinæ ad ſcindenda corda hoim. Vnde hunc triplicem gladium, ſiue hoc triplici gladio pater accinxit filium. ideo ait: O fili accingere gladio tuo. ſ. humanitatis & poteſtatis & doctrinę: vt ſis potens in ꝑlio, & potentiſſimus ad vincendũ diabolum, p mortẽ & paſſionẽ: & ad ſubijciendũ corda hoim p doctrinã, & ad faciẽdũ miracula per poteſtatẽ, & virtutẽ paternam: & ſic eris dignus regno, & imperio, habẽdo iſta tria ſupradicta. Vnde primo: Specie tua & pulchritudine tua intende proſpere procede & regna. i. tu regnabis ꝓſpere propter ſpecieʒ, & pulchritudinem ſanctitatis vitæ: quia omnes fideles ſequent̃ te propter ſanctitatem. Item. ij. dextera tua. i. poteſtas tibi a deo tradita deducet te in regnũ ꝓpter veritatẽ in dicẽdo & docẽdo, & ꝓpter mãſuetudinẽ in cõuerſando & miſerẽdo, & ꝓpter iuſtitiã in corrigendo.

¶ Ex quibꝰ pʒ, ꝙ Chriſtus habuit. v. q̃ reddebãt ipm̃ dignũ regno & iperio. ſ. ſpecioſitatẽ, & pulchritudinẽ, & puritatẽ corporis, & aiæ, & ſanctitatẽ in viuẽdo, & mãſuetudinẽ in cõuerſando, & patiẽdo, & veritatẽ in docẽdo, & iuſtitiã in corrigendo. Vñ ad maiorẽ intelligentiã eſt vlteriꝰ notandũ ſcd̃m Ariſto. libro de motu aiaiũ, ꝙ dextera eſt potior pars aialis: eo qa ibi incipit motꝰ ad oẽs partes aialis. Et ideo ſicut ſiniſtra hois dicit̃ pars infirmior: eo ꝙ nõ habet proprie principiũ motꝰ a ſe: ſed a dextera: ita a filij diuinitas in Chriſto dicebat̃ dextera, & hũanitas ſiniſtra: eo ꝙ tota virtus & poteſtas deriuabat̃ a diuinitate in humanitatẽ: quia humanitas erat inſtrumentũ in miraculis faciendis. Et ideo notanter dicit̃, Accingere gladio tuo ſuper femur tuum. i. accingere gladio poteſtatis, & virtutis ſup humanitatem: per quã inſtrumentaliter facies miracula & omnia opera redemptionis. Et ideo ſubdit, O

**Specie tua & pulchritudine tua intẽde proſpe re procede & regna.**

**Propter veritatẽ & mãſuetudinẽ & iuſtitiã: & deducet te mirabiliter dextera tua.**

¶ O Criſte regna & intẽde & ꝓcede regnare ꝓſpere. i. ad
ꝓſperitatẽ ecclíæ, & intẽde, & ꝓcede in ope p̄dicatiõis, &
miraculoꝝ, & mortis, & paſſionis, ad q̃ opa miſſ⁹ es. Et re=
gna poſt reſurrectionẽ & aſcẽſionẽ: & hoc facies ſpecie, &
pulchritudine ſanctitatis, & virtutis. Nã dextera tua. ſ. di=
uinitas verbi, deducet te, & diriget te in omni opere redẽ=
ptionis ꝓpter veritatẽ, & mãſuetudinẽ, & iuſtitiã: quia his
armis vinces diabolum, & triumphabis de eo.

**Sagittæ tuæ acutę: populi ſub te cadẽt in cor da inimicorum regis.**

¶ Hic memorat ... ma q̃ Chriſtus tradidit apl̃is ad debel=
landũ mundũ. Ad cuius intellectũ eſt notãdũ, ꝙ Chriſtus
per ſeip̄m vicit diabolum in morte, & paſſione, & expolia
uit infernũ: & tulit legẽ euãgelicã, & fecit miracula: & p̄di
cauit in ſola terra ꝓmiſſionis. Sed p aplõs ſuos prædicauit
in partibus remotis, & pplo gẽtili, & eiecit diabolũ foras,
& ſubiecit ſibi oẽs nationes. Et ideo cõicauit & tradidit
apl̃is arma ſua, & ſagittas euãgelicas, & poteſtatẽ, & vir=
tutem faciendi miracula in virtute nõis Ieſu, ſicut dictum
eſt pſal. viij. & xviij. & ſic apl̃i cũ ſagittis verbi euangelici
feriebãt & penetrabãt corda hoim: & proſternebãt eos a
cultu idoloꝝ, & ſupbia vitę, & ſubiugabãt iugo fidei. & hoc
eſt qd̃ dicit pater ad filiũ. Vñ ait. O fili Chriſte ſagittę tuæ
acutæ. i. verba euãgelica per tuos aplõs miſſa, & p̄dicata
cadent ſub te in corda inimicorũ regis ppl̃i. i. in corda infi=
deliũ, tam iudęoꝝ, q̃ gẽntiliũ. Et ſic ppl̃i cadent ſub te vi=
cti, & conuerſi ad fidẽ. Et alij cadent in perpetuã dãnatio
nem. Et nota ꝙ tã apl̃i q̃ verba euangelica dicunᵗ ſagittę
in ſcriptura a velocitate: quia apl̃i fuerũt a Chriſto p totũ
mũdũ velociter miſſi. Et ip̄a verba euangelica mittebanᵗ
ex ore aploꝝ, & feriebãt corda inimicoꝝ regis Chriſti. Et
ſic oẽs ppl̃i cadebãt a ſua ſupbia, & pfidia, & ſuperſtitione
idolorũ, & ſubijciebanᵗ iugo Chriſti. Et oia iſta fiebant in
virtute nõis Ieſu: & verbi euangelici: in quibus oſtenſa fuit
Chriſti regia poteſtas, et triũphus, et victoria. de quibus ſa
gittis patebit pſal. lxiij. et. cxxvj. & Eſa. lxvj. Et nota ꝙ iſte
verſiculus. ſ. ſagittę tuę acute ppl̃i ſub te cadẽt in corda ini
micorum regis, etiã poteſt conſtrui p zeugma reducendo
illud verbũ cadẽt ad diuerſa: vt ſit ſenſus. Sagittę tuę euã=
gelicę cadẽt, & figenᵗ i corda inimicoꝝ regis Xp̄i Meſſię.
Et ſic ppl̃i gentilium ſagittis tuis vulnerati cadent victi ſub
te, & ſub iugo tuo.

**Sedes tua deus in ſæculum ſęculi: virga dire= ctionis virga regni tui.**

¶ Hic pater tribuit Chriſto ſedẽ iudicialẽ, & ſceptrũ ſiue
virgã inquantũ miſit ip̄m tanq̃ legiſlatorẽ, et iudicẽ mũdi:
et tradidit ſibi iudiciariã poteſtatẽ etiã inquantũ hõ. Vn=
de nota ꝙ Xp̄s, inquantũ hõ, fuit vnctus in regẽ et ſacerdo
tẽ a primo inſtãti incarnationis: nõ oleo materiali ſicut cæ
teri reges & ſacerdotes vet. teſt: ſed oleo ſpirituali, & lęti=
tiæ et grę ſpũs ſcti: vt dictũ eſt: & iſtã gratiaꝫ nõ accepit ad
mẽſurã, ſicut apl̃i, et cęteri ſancti: ſed ſine mẽſura redũdat
in aĩam Chriſti a verbo ꝓpter hypoſtaticã vnionẽ: tñ talis
plenitudo gratię eſt fontaliter in Chriſto, a quo oẽs acce=
pim⁹. Etiã a prĩo inſtanti cõceptionis, data eſt ſibi ptãs iu=
dicialis et regalis: ſed nõ oſtẽdit eã, nec voluit publice vti=
niſi poſt aſcẽſionẽ. ideo dicit Mat. xxviij. Data eſt mihi po
teſtas i cęlo. Et iſta ſedes Chriſti, & iudiciaria poteſtas tra
dita Chriſto etiã iquãtũ hõ, eſt ęterna a parte poſt: qa in=
ęternũ Chriſt⁹, etiã iquantũ homo, ſedebit ad dexterã pa=
tris: et iudiciũ ſuũ erit inęternũ: qa in die iudicij impios ad
poenã ęternã deſtinabit, & bonos ad gl̃iaꝫ ſempiternã. Et
ſic ſua ſedes & ſuũ ſceptrũ: & virga dr̃ ęterna, et directa, &
inflexibilis. Dicit ergo pr̃ ad filiũ: O Xp̄e deus & hõ ſedes
tua iudiciaria, quã dedi tibi in tua cõceptione, & aſcẽſione
nõ eſt data tibi ad mẽſurã tpis: ſed in ſęculũ ſęculi, & virga
regni tui, et ptãs nõ eſt iniuſta, nec flexibilis ad aliquã paſ
ſionẽ ꝓpter odiũ, et amorẽ ſicut tyrannorũ. Sꝫ eſt virga di
rectionis, et rectitudinis tribuẽs vnicuiqꝫ qd̃ ſuum eſt ſcd̃m
opa ſua nõ declinãs ad dextrã nec ad ſiniſtrã. Et probatur
per effectũ ꝙ tuũ ſceptrũ ſit rectũ & iuſtũ. Nam ſemper

**Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem: pro= pterea vnxit te deus deus tuus oleo lętitię p̄ conſortibus tuis.**

¶ Dilexiſti iuſtitiã. i. hoies iuſtos, et odiſti iniqtatẽ i hoib⁹ C
prauis. Nam illos p̄miaſti, et hos puniſti. Et reddit cauſaꝫ
quare Xp̄s dilexit iuſtitiã: et odiuit iniquitatẽ: & nõ potuit
iudicare, nec poterit niſi recte: quia i eo nulla ẽ paſſio, nec
iniquitas: quia nõ traxit naturã corruptã, ſicut nos oẽs: qa
nõ ex ope Adã nat⁹ eſt. Itẽ qa ab initio ſuę cõceptiõis fuit
vnct⁹ oleo ſpũs ſcti oim donorũ nõ ad mẽſurã: quia quie=
uit, ſup eũ ſpũs ſapiẽtię, & intellect⁹, et ſpũs cõſilij, & forti=
tudinis. Et fuit iuſtitia cingulũ renũ ei⁹. Et ſic ſemp iudica=
bit in vera iuſtitiã: vt patꝫ Eſa. xj. Nã dona ſpũs ſancti erãt
quaſi principiũ formale opandi in Chriſto, quo ad opa iu
ſtitię: iõ nõ potuit errare. Et iõ ait pr̃ ad filiũ. O de⁹ Chriſte
ſcd̃a pſona in trinitate, ꝓpterea dilexiſti iuſtitiã, et odiſti
iniquitatẽ: quia de⁹ tuus pr̃ vnxit te in tua cõceptione oleo
lętitię p̄ cõſortib⁹, et participib⁹ tuis regib⁹ et ſacerdotib⁹:
quia illos p̄cepit vngi oleo materiali: et figurali, et te vnxit
oleo ſpũali. Et dicũtur reges, et ſacerdotes cõſortes Chriſti
inquantũ ab eo hñt oẽm poteſtatẽ, & inqñtũ Chriſtũ fi=
gurabãt. Itẽ licet apl̃i, et oẽs chriſtiani cõſortes, et partici=
pes Chriſti ſint vncti oleo ſpũali, et acceperit ſpm̃ ſanctũ:
tñ oẽs acceperũt ad mẽſurã deriuatiue a Chriſto. Sꝫ Chri=
ſtus nõ accepit ad mẽſuram: ſed fontaliter hꝫ in ſe ꝓpter
vnionẽ hypoſtaticã verbi. Itẽ Xp̄s nõ vnctus eſt vt mũda=
reᵗ a pctõ, & liberareᵗ ſicut cæteri oẽs: ſꝫ vt ab eo oẽs acci=
perem⁹ gratiã ꝓ grã. Et ideo dr̃ vnct⁹ p̄ cõſortib⁹ ſuis. i. ali=
ter et nobili⁹ et pfecti⁹. ¶ Ex p̄dictis in textu inferunᵗ qua
tuor manifeſte cõclõnes cõtra iudęos. ¶ Pria, ꝙ Meſſias i P
lege ꝓmiſſus eſt de⁹. ꝓbaᵗ. Nã ſcd̃m Ionathã Abẽl uziel,
et oẽs ãtiquos et autẽticos Hebręos, iſte pſal. eſt factus de
rege meſſia. Et iſte ſpecioſus, et accinctus gladio, & arma=
tus ſagittis, & vnct⁹ oleo lętitiæ p̄ cõſortib⁹ ſuis eſt rex meſ
ſias ſcd̃m eos: et iſtũ vocat de⁹ pr̃ deũ in hoc pſal. Prio cuꝫ
dicit: Sedes tua de⁹. Scd̃o cũ dicit: O de⁹ ꝓpterea vnxit te
de⁹ tuus. Tertio cũ dicet iſra: Qm̃ ip̄e eſt dñs de⁹ tuus. ergo
ſequiᵗ ꝙ Meſſias eſt verus de⁹. ¶ Scd̃a cõclõ ꝙ in diuinis
ſunt plures pſonę q̃ vna. ꝓbaᵗ. Nã ibi eſt de⁹ vngens et de⁹
vnctus: ſed vna et eadẽ pſona nõ põt eſſe vngens et vncta:
ergo ſunt duę pſonę. ſ. pater vngens, et deus vnctus, qui eſt
filius. Et licet pſona ſpũs ſancti nõ noialiter expliceᵗ: tñ ſa
tis explicaᵗ, et intelligiᵗ ſcd̃m ꝓprietatẽ p ly oleo lętitiæ, q
eſt ſpũs ſanct⁹ aias ſanctificans, et penetrãs, et ſanctos pro=
phetas faciens. ¶ Tertia cõcluſio, ꝙ licet Chriſtus ſit de⁹
et homo: tñ nõ fuit vnctus, quo ad deitatẽ. ſed quo ad hu
manitatẽ: quia prio mõ nõ indiguit vnctione. ¶ Quarta
cõclõ, ꝙ licet Chriſt⁹ ſit hõ, et ex tpe accepit virgã, et ſedẽ
iudiciariã a patre: tñ iſta ſedes eſt ęterna a pte poſt: quia
inęternũ puniet malos, & beatificabit, et glorificabit bo=
nos. de quo regno diciᵗ Lucę. j. Regni eius non erit finis.
¶ Sed hic oriᵗ dubiũ p hoc qd̃ ait: virga directionis: et di= Q
lexiſti iuſtitiã. Nã videᵗ ꝙ Xp̄s dilexerit iniquitatẽ: quia di
lexit Mattheum Telonearium: Paulum perſecutorem: et

Magdalenā peccatricē, et abſoluit adulterā, & dedit latro
ni paradiſū: ergo ſcriptū ei⁹ non eſt rectū. Ad hoc rñdeť, ꝙ
de⁹ non odit naturā hoīs, qa de ſe bona eſt: ſed odit pctm̄
& iniuſtitiā in hoie. Iō qñ homo abijcit pctm̄, ſe iuſtificat
ꝑ pniam: iā deus nō reperit cauſaȝ in hoie vt odiat eū: imo
eſſet iniuſtus ſi ipm̄ odiret ſcdm̄ legem poſitiuam. Et ideo
Chriſt⁹ nō dilexit Mattheū, nec Paulū pctōres: ſed iuſtifi-
catos per pniam. Et ſic odiebat in eis pctm̄: quia i eis pec-
catū deſtruxit, & ſic Chriſt⁹ iuſte egit cū veniā nō negauit
Magdalenę, nec latroni, nec cęteris pœnitentib⁹, & ſic ſe-
des & virga eccliaſtica Chriſti abſoluit pœnitētes, & excōi
cat obſtinatos & rebelles: & ſic ſemp remanet recta. Et ſic
virga iudicialis Chriſti tā in hac vita, q̄ in fine vitę cuiuſli-
bet q̄ in generali & nouiſſimo iudicio ſemp erit iuſtiſſima.

**Myrrha & gutta & caſia a veſtimētis tuis a do
mibus eburneis: ex quibus delectauerūt te fi-
liæ regum in honore tuo.**

❡ Hic pater ꝓbet filio, & ornat eū veſtimētis nuptialib⁹ i-
quantū eſt ſpōſus ecclię. Nā poſtq̄ ſuperius tradidit ipi ſi-
gna regalia & triūphalia & iudicialia: hic tradit inſignia,
& ornamēta nuptialia cōuenientia ad deſpōſationē ecclię
R vt diligať a ſponſa. ❡ Vñ eſt notandū: ꝙ tres nuptię legū
tur in ſcriptura, quas pater fecit filio ſuo. Primo fuerūt nu-
ptię incarnationis in quib⁹ verbū vniuit ſibi hoiem in vni-
tatem ſuppoſiti. De quib⁹ Ioan. j. Verbū caro factum eſt. &
Matth. xxij. Simile eſt regnū cælorū homini regi, qui fecit
nuptias filio ſuo &c. Scdę fuerunt nuptię recōciliationis: in
quibus Chriſtus vniuit ſibi totā eccl'iam in vnitate myſtica
de quibus ait Ambro. Hodie cęleſti ſponſo iūcta eſt eccle
ſia: vbi Chriſt⁹ in Iordane lauit nr̄a crimina. Tertię nuptię
fuerūt glorificationis: q̄ factæ ſunt in die reſurrectionis vbi
Chriſtus recuperauit corpus glorioſum. Quę ꝑficienť no-
bis in die iudicij: vbi nos reſurgem⁹ induti ſtola glorię, de
quib⁹ Apoc. ij. Gaudete & exultate, qm̄ venerunt nuptiæ
agni, & ſponſa ornauit ſe. In primis nuptijs ſponſus indut⁹
eſt carne, & humanitate ſpecioſa, & gratioſa tanq̄ rex. Et
accinctus eſt gladio & ſagittis tanq̄ pugil: vt dictū eſt. Et in
tertijs nuptijs. ſ. glorificationis accepit ſedē ęternā, & virgā
directionis tanq̄ iudex: vt pateȝ Mat. vlti. Data eſt mihi oīs
poteſtas in cęlo & in terra: vt dictū eſt. In ſecūdis nuptijs. ſ.
reconciliatiōis quę factę ſunt in Iordane: qñ Chriſtus ba-
ptizauit ſe in capite ꝓ nobis mēbris: tūc accepit veſtimētū
baptiſmale in pſona oim noſtrū, qa oēs ſuim⁹ in eo bapti-
zati. ad Roma. vj. Et in cruce accepit veſtimēta flagelloꝝ
& mortis & paſſionis & ſanguinis: quia totus fuit percuſſus
ſanguine & veſtitus. De quo veſtimento habetur Eſa. lxij.
Quis eſt iſte qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra?
Quare rubrum eſt veſtimētum tuum? Et finaliter de late-
re Chriſti exiuit ſāguis et aqua? vñ oia eccliaſtica ſacramē
ta ſumpſerūt virtutē? Ideo tota ecclia dr̄ ſponſa Chriſti, in-
quantū ipaȝ ſibi copulauit. Et dr̄ filia Chriſti inquantū ex
eius latere exiuit: ſicut Eua & Adam. Ex quib⁹ pȝ ꝙ priæ
. ſ. noſtrę recōciliatiōis: quia in illis aſſumpſit carnē morta
nuptię. ſ. incarnationis fuerūt diſpoſitio ad ſecūdas nuptias
lem & paſſibilē: in qua fuit baptizatus & paſſus. poſtea in
ſecundis nuptijs accepit veſtimenta baptiſmi, & paſſionis.
Vnde has ſecundas nuptias & hęc veſtimenta memorat ꝓ
pheta in hac pte. ❡ Vñ iteꝝ eſt aduertēdū, ꝙ Chriſt⁹ in-
cepit ſcdas nuptias a baptiſmo: & ꝓceſſit per ſuam ꝑdica-
tionem vocando ſponſam ad fidē ſui: & perfecit eas in ſua
paſſione. Ideo triplex veſtimentū accepit Chriſtus. Primo
ſanctitatis & pœnitentię: ſcdo veſtimentū doctrinæ: tertio
veſtimentum paſſionis. Ideo iſta tria veſtimenta memo-
rat propheta & notificat hic per tres ſpecies aromaticas. ſ.
per myrrham, guttam & caſiam. Per myrrham enim intel
ligit paſſionem & mortem. Per guttam intelligit pœniten
tiam, & ſanctitatē vitę. Per caſiaȝ, intelligit lenitatē & ſua-
uitatem doctrinę. Fuit ergo Chriſtus in ſecūdis nuptijs, his
tribus veſtibus indutus & vnctus. ſ. indumento ſanctitatis
& pœnitentiæ in conuerſatione vitæ, & veſtimento ſapiē-
tiæ & doctrinæ, & veſtimento amaritudinis & paſſionis. A
quibus tribus veſtimentis ſpirant, & effluunt tres ſalubres
odores in totam eccleſiam: quibus membra ſequuntur ſpō
ſum ſuum Chriſtū. de quibus odoribus habetur canticorū
primo. In odorem curremus vnguentorum tuorum. Nam
martyres ſequuntur Chriſtū in odorem myrrhæ & paſſiōis
& virgines, & continentes, & eremitæ, & oēs pœnitentes
in odorē guttæ, ſiue ſandali ſanctitatis vitæ: doctores vero
ſecuti ſunt Chriſtum in odorē doctrinæ. Et ſic omnes curri-
mus in odorē expirantē & effluentē a veſtimētis Chriſti. Di
cit ergo pater ad filium: O Chriſte ſponſæ eccleſiæ nō ſo-
lum te conſtitui regē ſpecioſum forma præ filijs hominum
& gratioſum, & conſtitui te pugillē accinctum gladio & ſa-
gittis contra diabolum, & cōſtitui te iudicē dans tibi ſedeȝ
ęternam & virgam: ſed etiā dedi tibi totā ecclīam in ſpon-
ſam. In quibus nuptijs indui te tribus veſtimētis. ſ. ſancti-
tatis, doctrinæ, & paſſionis. A quibus veſtimētis tuis nuptia-
libus expirant, & effluunt tria aromata. ſ. myrrha paſſio-
nis: & gutta ſiue ſandali ſanctitatis vitę, & caſia ſuauis & le-
nis doctrinæ. Iſta tria aromata ſiue odores expirant a ve-
ſtimentis tuis tanq̄ ſupple a domibus. i. capſis: & pyxidibus
eburneis: in quibus reponūtur iſta tria aromata. Ex quib⁹
odoribus te delectauerunt, & oblectauerunt, & lætificaue-
runt multę puellę nobiles filiæ regū in honore tuo. i. ad ho
norem tuum Nam Catharina q̄ fuit filia regis & Agatha,
& Agnes, & Cęcilia, & multæ aliæ virgines, quæ fuerūt de
genere regum: ſecutę ſunt te in odorē veſtimentorum tuo-
rum: immo obtulerunt tibi iſta tria aromata, & iſtos tres
odores. ſ. myrrham martyrij, & guttam ſanctitatis, & ca-
ſiam bonæ doctrinæ: in quibus odoribus valde delectaris:
& tales odores habes gratos, & acceptos. Iſta tria vnguen
tā abſtraxerunt virgines, & martyres a domibus, & capſis,
& corporibus ſuis eburneis. ſ. albis per puritatē, & fortibus
per conſtantiā, & rubicundis per martyriū. Eſt em̄ per al-
bum, & ſolidum, & rubicundū, per quod denotatur puri-
tas virginis & conſtantia, & rubedo martyrum: & ſanctoꝝ
fortitudo doctorum, & firmitas doctrinæ eoruȝ. Hoc idem
poteſt intelligi ad literam de Magdalena, & Maria Iaco-
bi & Salomę, q̄ fuerunt de genere regali, & de domo Da-
uid. q̄ hic vnguētis, & aromatib⁹ vnxerunt Chriſtū in hono
rem ſepulturæ. ❡ Sed ad maiorē euidentiā eſt valde notā
dum, ꝙ virt⁹ paſſionis Chriſti diciť metaphorice myrrha,
ꝓpter accōmodatam ſimilitudinē. Nam myrrha eſt quæ-
dam parua arbor aromatica, quæ naſcitur in arabia, cuius
ſuccus diciť etiā myrrha. quę quidē arbor agitata a ventis
contrarijs. ſ. ab aquilone & auſtro: emittit ſudorē ꝑtioſiſſi-
muȝ ad modū gūmi, q̄ diciť prima myrrha. ſed quia nō pōt
exire multū de ſucco prio mō: ideo agricolę vulnerant ar-
borē faciēdo paruā iciſionē in latere trūci: & ſic emanat co-
pia ſucci & liquoris. Et ſic totus ille liquor qui egrediť ab
illa arbore in menſe martij. tam ꝑ agitationē ventoꝝ, q̄ ꝑ
inciſionē factā in latere dicitur myrrha prima & electa: vir
tuoſiſſima, & ꝑtioſiſſima, preſeruans ab omni corruptiōe,
et ſanans, & deſiccans oēm putredinē. Iſte autē liquor qui
emanat in menſibus ſequentibus, diciť myrrha ſcda; q̄ licet
ſit bona: tñ nō eſt tāti valoris & virtutis. Ad cui⁹ ergo arbo
ris & liquoris ſilitudinē: tā Chriſt⁹ q̄ ſua paſſio dr̄ pria myr
rha & electa. Nā in mēſe martij Chriſt⁹ fuit agitatus et affli
ctus a duobus ventis contrarijs. ſ. a Iudæis, et Pilato cū ſuis
miniſtris de populo gētili, qui prio in horto emiſit ſudoreȝ
ſanguinis: poſtea per flagella & clauos: & vltimo per vul-
nus lateris exiuit ſanguis et aqua in remiſſionem pec-
catorum: vnde omnia ſacramenta receperunt virtutem.

Et ſicq; qualiter a veſtimẽtis hũanitatis Chriſti fluxit illa myrrha paſſionis: cuius virt⁹ fuit recepta, & repoſita in domibus, & capſis eburneis eccl'iaſticoꝝ ſacramẽtoꝝ: a qb⁹ capſis iugiter eccl'ia educit vnguẽtũ ex myrrha, & caſia, & gutta paſſionis Chriſti confectũ: ad ſanandas oẽs infirmitates, & vulnera peccatoꝝ: in quib⁹ vnguentis Chriſt⁹ valde delectaꝛ ꝑpter recõciliationẽ fideliũ. Et hoc eſt qđ intẽdit dicere Dauid cum ait. Myrrha & gutta &c. ❡ Nota etiã ꝙ iſtud nomẽ mor in Hebræo, idẽ eſt qđ muſc⁹: ſed in Arabico, ſignificat amaritudinẽ. Et iõ Hiero. & lxx. vbicũ ꝙ in Hebręo. ſ. in pſal. & canticis cãticoꝝ inuenerũt mor, traduxerũt myrrhã q̃ eſt amara: p quã ſignificaꝛ amaritudo paſſiõis. Et ſic myrrha ſiue mor eſt ęquiuocũ ad muſcũ, & ad illã ſpeciẽ aromaticã amarã, q̃ ꝑſeruat a corruptione. Ideo melius videtur dicere Hiero. & lxx. nã Iudęi moderni in magna parte ꝑdiderũt veras ſignificationes vocabuloꝝ Hebraicoꝝ, ꝑpter longã diſſuetudinẽ. Ideo in ſignificatione vocabuloꝝ hebraicoꝝ magis eſt credẽdũ Arabibus, q̃ Iudęis modernis: eo ꝙ Arabes oẽs vulgariter loquũtur lingua Arabica, quę eſt valde vicina linguę Hebraicę: magis q̃ Hiſpana Italicę. Nã Arabica, & Syriaca, & Hebraica immediate deſcẽdunt a Chaldæa: vt dictum eſt in principio. ſ. in prologo, tractatu ſexto.

## Aſtitit regina a dextris tuis: in veſtitu deaurato circundata varietate.

❡ Quia ſuperi⁹ pater ornauit ſpõſum ſupradictis trib⁹ nuptialibus veſtibus: ideo hic in hac ſcđa parte pricipali intẽdit ornare ſponſam. ſ. eccleſiã, & copulare eam ſponſo ſuo, & canendo cõmendat eã in ornatu, & apparatu nuptiali.

T ❡ Vnde dicit pater primo ad filiũ: vt accipiat ſponſam ſibi: & ait: O rex Chriſte fili accipe eccleſiã tibi ſponſaꝫ: qa iam ipſa regina. ſ. eccleſia aſtitit tanq̃ regina a dextris. i. in potioribus bonis tuis: & nõ eſt nuda: immo ſedet in veſtitu deaurato circũdata varietate: quia eiſdẽ veſtimẽtis tuis eſt induta: & induiſti eam. Nã iã ſequiꝛ te per fidem, ſpẽ, & charitatẽ, q̃ effluunt, & ſpirãt a veſtimẽtis tuis: & iam ſeqꝛ te per ſanctitatẽ, & doctrinã, & martyrium. Ergo iam ornata eſt veſtibus nuptialib⁹, & decentibus. Nam ipa aſtat tibi in veſtitu deaurato palledine, ſiue pallore charitatis: & circũdata, & amicta varietate veſtimentoꝝ, & coloꝝ. ſ. alba p fidẽ, & puritatẽ: & cęrulea p ſpem: & rubicunda per martyriũ: & pallida p pniam, & ſplẽdẽs veritate doctrinę. Itẽ eſt circũdata & veſtita varietate diuerſoꝝ ſacramẽtoꝝ. ſ. baptiſmi, cõfirmationis, pnię, euchariſtię, extremę vnctionis. Itẽ eſt circundata diuerſitate, & varietate ſtatuũ. ſ. virginũ, viduarũ, cõtinentiũ, cõiugatoꝝ, eremitaꝝ, apl'oꝝ, doctoꝝ, euangeliſtaꝝ, ꝑdicatoꝝ, & varietate religionũ: & varietate linguarũ: quia iã credũt Gręci, Latini, Scythæ, Indi, Aethyopes, Chaldęi. Itẽ varietate moris & cõſuetudinũ in cultu: ſed oibus eſt vna fides, vnũ baptiſma. Ideo vnica eſt colũba & ſponſa. Vñ eſt aduertendũ, ꝙ tota iſta varietas veſtimentoꝝ eccl'ię fluit & emanat a varietate veſtimentoꝝ Chriſti: de quib⁹ ſupradictũ eſt in verſu ſuperiori. Nã ſicut in mũdi creatione vnus & idẽ de⁹ ſcđm diuerſitatẽ ideaꝝ cauſando ſĩlitudines illaꝝ idearũ ꝑduxit varietatẽ, & diuerſitatẽ creaturarũ & ſpecieꝝ: ita Chriſtus in noſtra regeneratione, & eccl'iæ deſponſatione: multiplicãdo ſimilitudines veſtimentoꝝ ſuoꝝ cauſauit varietatẽ pfectionũ in eccl'ia ſponſa ſua. Nã ſicut vt deus lucet in oibus creaturis: & ſic dat eis eẽ naturale: ita vt Chriſtus & redẽptor, & regenerator lucet ĩ eccl'ia, & mẽbris ſuis: & ſic dat eis eſſe gratię. Itẽ ſicut mundus a ſole habet tria ſ. lumẽ, calorẽ, & influentiã: ita eccl'ia habet a Chriſto lumẽ fidei, & calorẽ charitatis: & influentiã ſpei: ꝑpter quã operatur. Vnus ergo Chriſt⁹ hñs iſta tria aromata & veſtimenta. ſ. paſſiõis & ſctitatis & doctrinę, aſpirando & lucendo in eccl'ia p paſſionẽ, cauſat varietatẽ ſeptẽ ſacramẽtoꝝ ad ſanandas infirmitates. Scđo ex gutta ſuæ ſctitatis cauſat i eccleſia diuerſitatẽ religionũ, & ſtatuũ ſanctoꝝ. Sꝫ ex veſtimẽto doctrinę iſluit ſeptẽ dona & gña grarũ: & ſic alios fecit apl'os: alios euãgeliſtas &c. Et ſic eccl'ia ſedet a dextris Chriſti circũdata varietate: q̃ oia fluũt ab eodẽ Chriſto nã p vnũ & eundẽ ſpm̃ ſpirat & diſtribuit vnicuiq; dona graꝝ, prout vult. Nã ſicut dictũ eſt in ꝓlogo Chriſt⁹ eſt diſpẽſator bonoꝝ pñs. Dicit aũt Hiero. ad Principiã ꝙ hucuſq; loquitur ꝓpheta: & ea q̃ ſequuꝛ ſunt verba patris ad ſponſam. ſed magis conformis videꝛ ſupradicta ſententia.

## Audi filia & vide & inclina aurẽ tuã: & obliuiſcere populũ tuũ & domum patris tui.

❡ Poſtq̃ ſuperi⁹ pater dixit Chriſto vt acciperet eccl'iaꝫ in ſpõſam: nũc dicit eccl'ię: vt accipiat Chriſtũ in ſponſum: vt appareat conſenſus vtriuſq;. Nã in ſpõſalib⁹ in primo loco q̃riꝛ cõſenſus ſponſi: & in ſcđo cõſenſus ſpõſę: & hũc ordinẽ ſeruat nunc eccl'ia. Et ideo poſtq̃ pater habet cõſenſũ ſpõſi: nũc vocat & admonet ſponſam, vt accipiat, & ſequaꝛ, & veniat ad ſponſum ſuũ Chriſtũ: quia nemo venit ad filiuꝫ, niſi pater traxerit eũ p gratiã: nam quos pater ab æterno ꝑdeſtinauit, hos Chriſt⁹ vocauit, & iuſtificauit, & regenerauit. ad Ro. viij. Dicit ergo pater ad ſponſam eccleſiã. Audi filia per creationẽ & regenerationẽ. Audi vocẽ euangelicã filij mei & vide eius miracula, & ei⁹ ſanctitatẽ, & vide p fidẽ, & inclina aurẽ tuã voluntatis ꝑbendo aſſenſum. Et tu coetus gentiliũ conuerſoꝝ: obliuiſcere populũ tuũ idololatrarum: & tu coetus apl'oꝝ, & diſcipuloꝝ, & cõuerſorũ ex iudęis obliuiſcere domũ. i. ſynagogã patris tui Moyſi. i. ritũ cerimonialiũ, & nõ ſecteris literã: ſꝫ ad ſpm̃. Nota ꝙ iſta ſponſa dum erat in domo patris ſui Abrahę, & Moyſi: induebatur veſtib⁹ vilib⁹, & vetuſtis cerimoniarũ, & legaliũ. Et ideo ꝑcipit deus: vt relictis veſtib⁹ cerimoniaꝝ ornetur veſtibus nouis euangelicis ſacramentoꝝ & gratiaruꝫ: vt a ſponſo concupiſcatur. Et ideo dicit: obliuiſcere domũ pr̃is tui. q. d. exue veterẽ hominem, & indue veſtes quas tibi dat nouus ſponſus.

## Et concupiſcet rex decorẽ tuũ: quoniã ipſe eſt dñs deus tuus: & adorabunt eum.

## Et filiæ Tyri in muneribus: vultũ tuũ deprecabuntur omnes diuites plebis.

❡ Chriſtus rex ſpõſus cõcupiſcet decorẽ tuũ, & eris ipſi grata: aliter abijciet te, quaſi abhominabilẽ. Egredere ergo de domo natiuitatis & patris tui: & intra thalamũ ſponſi Chriſti qm̃ ipſe eſt dñs deus tuus in lege ꝓmiſſus. Item o tu popule gẽtilis obliuiſcere populũ tuũ: & patres tuos, & domũ. i. delubra & ſuperſtitiões idoloꝝ: quæ nõ ſunt veri dij: ſed dæmonia: & conuertere ad ſponſum eccleſię: qm̃ ipſe eſt dñs deus tuus: & non idola. Et ideo adorabũt eũ iudęi ſupple: & adorabũt eum filię Tyri. i. oẽs conuerſi ex gẽtilibus in muneribus. i. ſibi munera offerentes. Nã magi veniẽtes ab oriente obtulerũt in ſua natiuitate, aurũ, thus, & myrrhã. Et conſtãtinus, & cęteri iperatores, et reges, templa, & eccl'ias Chriſto cõſtruxerũt: et magna donaria, & ornamẽta obtulerũt. Vñ nota ꝙ verſus et ſnia incipit ibi. ſ. & adorabũt eũ filię Tyri in munerib⁹. i. totus populus gẽtilis. et ſic exponit hãc particulã Aug. de fide rerũ inuiſibiliũ. Et cõuerſus pater ad filiũ dicit. O fili rex meſſia intãtũ ꝓſperabiꝛ regnũ tuũ p vniuerſũ orbẽ: ꝙ nõ ſolũ reges: ſꝫ oẽs diuites plebis deꝑcabunꝛ vultũ tuũ. i. añ vultũ, & imaginẽ tuã orabũt in tẽplo, et celebrabũt diuina officia: & deſyderabũt videre vultũ tuũ hic p gratiã. & in futuro p gloriam.

❡ Ex ſupradictis apparẽt et inferunꝛ quattuor concluſiones. V Pria quidẽ eſt. Chriſt⁹ rex Meſſias in ſuo aduentu debebat repudiare & abdicare ſynagogam: & abolere le-

galia & dare nouã legẽ:& declarare leg.ve.per hoc qđ ait Audi filia & vide,& inclina aurẽ tuã & obliui.populũ tuũ:& do.pa.tui.q.d.Audi nouã doctrinã ſponſi,& crede ipſi,& vide eius miracula,& obediẽdo ſequere eũ dimittendo ſynagogã,& vetuſtatẽ legis,& mores antiquoꝝ.

¶ Scđa cõcluſio,ꝙ poſt publicationẽ euãgelij legalia nõ ſunt deo grata nec accepta:ſed ſola ſacramẽta nouæ legis per hoc qđ ſubdit.Et concupiſcet rex decorẽ tuum.

¶ Tertia cõcluſio,ꝙ rex Meſſias eſt ver⁹ de⁹:per hoc qđ ſubdit.Qm̃ ipſe eſt dñs deus tuus & adorabũt.

¶ Quarta cõcluſio ꝙ principalis articulus,& fundamẽtũ eccl'ię per qđ differt chriſtian⁹ a nõ chriſtiano:eſt credere in Chriſtũ verũ deũ,& hoieꝫ,& Meſſiã in lege ꝓmiſſum:ꝑ hoc qđ ait:Audi filia & vide.q.d.ꝙ ſolus ille eſt filius dei adoptiuus:q credit in Chriſtũ,& abdicat oẽs alios ritus,& cerimonias,& ſupſtitiones:quia aliter nõ cõcupiſceretur a Chriſto ſpõſo nec eſſet mẽbrũ eius,nec de gremio eccl'iæ.

## Omnis gloria eius filiæ regis abintus in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

¶ Hic dat cauſam quare debebat Chriſt⁹ repudiare ſynagogã,& delubra gentiliũ,& ornatũ eoꝝ,& cõcupiſcere,& eligere eccliam. ¶ Nã tota gloria ſynagogę erat in apparatu exteriori,& in actibus materialibus:quia oia intelligebant ad literã:& per ſola opera exteriora putabant iuſtificari.Et ideo tota gloria tẽpli Salomonis erat in apparatu ornamentoꝝ,& vaſoꝝ aureoꝝ:& ſic tota gloria iudæoꝝ referabatur ad corpus:& nihil ad aiaꝫ:nec curabãt de interiori iuſtitia.Sed oppoſitũ docet lex euãgelica.nã vera iuſtitia,& ornat⁹ debet eſſe in nobiliori parte:ſed aia eſt nobilior corpore:ergo verus ornatus debet eſſe in aia. Nam deus ratione animæ diligit hoiem:ergo potius vult ſibi deſponſare aiam q̃ corpus:ergo totũ ornatũ,& apparatum magis deſyderat in anima q̃ in corpore:& ſic homo magis dicitur iuſtificat⁹ in anima q̃ in corpore:& per cõſequens magis per actus interiores,q̃ exteriores:cũ poſſint eſſe ficti & falſi:& ſic deus magis acceptat & reſpicit affectum & intẽtionẽ:q̃ effectũ exteriorẽ:vt ait ſaluator.Mat.v.Et ideo dicit hic.gloria huius ſponſæ non conſiſtit in apparatu exteriori ſicut templũ Salomonis:cuius tota gl'ia erat in pellibus & pannis & vaſis aureis & argenteis:& ſimiliter eſt dicendũ de templis gentiliũ:ſed tota gloria ei⁹:id eſt iſtius ſponſæ filiæ regis.ſ.eccleſiæ eſt abintus in actibus,& in deuotione interiori,& in ornatu ſpirituali ſacramentoꝝ eccleſiæ.Et ſic etiam ornatus Chriſtianorũ & iuſtitia,& perfectio non cõſiſtit in actibus exteriorib⁹:ſed in ornatu animæ & deuotione & virtutibus:& non in apparentia & vana gloria exteriori:ſed in bona intentione interiori:ne quod foris oſtendiť:intus a mercede euacueť:quia chriſtianus nõ expectat p̃miari,nec felicitari in hoc mũdo ſed in alio:& talẽ aiam cõcupiſcit Chriſtus & deſponſat ſibi.Ideo licet eccleſia ſponſa Chriſti ſit circũamicta varietatibus ad extra,& eius veſtis ſit contexta varietatib⁹ ſtatuũ.ſ.cõiugatoꝝ,viduarũ,virginũ:tñ abintus oibus eſt vna fides:vna charitas:& vnũ baptiſma:& vnicã expectãt gl'iaꝫ & ſic tota gloria eoꝝ eſt in anima.Vñ tali veſtitu deaurato & tali amictu cõtexto varietatibus coloꝝ perfectionum & virtutũ ornauit deus pater ſponſam filij:& talẽ ſponſaꝫ concupiuit Chriſtus repudiata ſynagoga & gentilitate,q̃ in ſolis ornamentis mundanis & exterioribus delectabantur & putabant iuſtificari.Totum etiam hoc poteſt referri ad legẽ Moyſi,& totam ſcripturã vete.teſta.cuius veritas non conſiſtit in litera exteriori:ſed in ſenſu ſpirituali interiori:q̃ quidẽ lex vetus eſt quaſi tunica & veſtis,ſub qua latet euangeliũ ſiue veritas euangelica.Et ſic gloria vet.le.eſt veritas euangelica latens abintus in fimbrijs aureis:& hanc veritatẽ & gloriã interiorẽ legis deſyderaũt oẽs patres ve.te.& hãc cõcupiuit & acceptauit & ꝑdicauit Chriſt⁹:& ſic abiectis & repudiatis cerimonijs exterioribus concupiuit gloriã,& veritateꝫ interiorẽ.Et ſic lex vetus patet ad extra in veſtitu byſſino & groſſo:ſed veritas euangelica latet intra in veſtitu deaurato circũamicta varietatibus ſenſuuꝫ.i.prophetico,morali,& anagogico,& multiplici:qa pertranſibunt plurimi,& multiplex erit ſcientia.Item iſta gloria quæ latet abintus,& emanat abintus,eſt gratia eccleſiaſticoꝝ ſacramentoꝝ,quæ ſunt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma.Nã in quolibet ſacramento ſub viſibili forma latet inuiſibilis gratia.vnde quodlibet horũ ſacramentorum eſt circumamictũ varietate bonoꝝ effectuuꝫ.Nã baptiſmus purgat originale:& confert fidem,ſpem,charitatem,& configurat,& incorporat nos Chriſto ſponſo,& cõfirmatio confert ſepteꝫ dona ſpiritus ſancti,& euchariſtia reficit.

## Adducẽtur regi virgines poſt eam:proxime eius afferentur tibi.

## Afferentur in lætitia & exultatione:adducentur in templum regis.

¶ Poſtq̃ ſuperius deus pater cantauit,& cõmendauit ſponſum,& ſponſam in ſuis ornamentis & apparatu:hic commendat eã de copia,& frequenti ſocietate puellaꝝ adoleſcentularũ:quæ maxime decorant ſponſam:vt patet in cãticis Salomonis.Poteſt etiã dici,ꝙ nunc in hac tertia parte huius carminis nuptialis prædicit,& cõmendat felicem ꝓleꝫ eorundẽ.Et ratio eſt.nã in ſuperiori verſu dixit:ꝙ ois gloria huius ſponſæ eſt abintus,quaſi in vtero eius:& ꝙ eſt amicta,& circundata varietatibus ſtatuũ & filioꝝ:ideo hic enumerat & memorat liberos & filios eius:quorum ſtatus ſunt multi.ſ.virgines,viduæ,coniugatę,apoſtoli,& martyres,& doctores.Vnde nota ꝙ iſta proles fuit regenerata ex iudęis primo:ſecundo ex gentib⁹,& ex vtriſqꝫ fuerũt virgines,& viduæ,& de oĩ ſtatu,& ilico cepit eccleſia Chriſto dare prolẽ.Dicit ergo prio.virgines.ſ.virgo Maria,& Ioannes baptiſta,& cęterę virgines adducẽtur poſt eã.i.ſequentur ipſam eccleſiã.i.ipſa eccleſia primo adducet virgines ſponſo ſuo Chriſto,& proxime eius.ſ.viduę & continentes,quæ tenent ſecunduꝫ locum poſt virgines afferentur tibi,o Chriſte in lætitia,& exultatione.i.ſponte vouebunt,& ſeruabunt caſtitatẽ amore tui.Etiam per virgines poſſunt intelligi oẽs aiæ chriſtianoꝝ quę habent fidẽ catholicã ſecundũ Auguſtinũ.& ꝓ ꝓximas poſſunt intelligi ſpecialiter conuerſi ex gentibus,ex quibuꝫ multæ virgines fuerunt deo cõſecratę,& ſeipſas ꝓ Chriſto morti obtulerũt:& multę alię ſe monaſterijs dedicauerũt.Et iõ ſequitur.Adducenť in tẽplũ regis:ſicut cõtinue ſanctimoniales Chriſto dedicanť.Et etiã per virgines,& proximas Chriſti poſſunt intelligi oẽs aiæ chriſtianoꝝ:qui in baptiſmo inconcuſſe fidem Chriſto promiſerunt:quæ dicuntur virgines,ab integritate fidei,ex quibus ſunt martyres,& virgines,viduę,& coniugati:qui oẽs ſequuntur eccleſiã:& ſunt regenerati a Chriſto & eccleſia.Oẽs eñ chriſtiani adducuntur ad tẽplũ Chriſti:& adducit eos mater eccleſia:vt baptizentur,& recipiant cætera ſacramenta.Et ſic oẽs ſequuntur agnum quocunqꝫ ierit.

## Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii:cõſtitues eos principes ſuper omnem terram.

¶ Hic ſpecialiter memorat prolẽ apoſtoloꝝ:eo ꝙ tenẽt primum locum in eccleſia.Vnde poſſet dicere eccleſia:O Chriſte tu aſcendis in cęlum,& dimittis me viduam & ſolam & pupillaꝫ ſine patre:quia ante habui patriarchas & prophetas,qui fuerunt patres mei:nunc autem repudiata ſynagoga,in qua ſunt ſcribę,phariſęi,& legis doctores:cõgregaſti me ex piſcatoribus,& plebeis:& ſimplicibus idio

tis. Ad hoc reſpõdet de⁹, Ne timeas eccleſia ſponſa: quia pro patribus.i. loco & vice patrũ.ſ. patriarcharum & prophetarum: nati ſunt tibi filij.ſ. apoſtoli: qui recepto ſpiritu ſancto, erunt maiores & ſapientiores q̃ patriarchæ & prophetę: Ideo hos conſtitues principes ſuper omnẽ terram. Hoc etiam dicit: quia ſicut Iacob genuit.xij. filios patriarchas a quibus deſcenderunt oĩes filij Iſrael carnales: ita Chriſtus regenerauit.xij. apoſtolos, a quibus deſcenderũt oẽs chriſtiani per generationẽ baptiſmalẽ & ſpiritualem. Et ideo eccleſia dicit verus Iſrael ſpiritualis: quoꝝ patriarchę fuerũt.xij. apoſtoli: vt patebit pſalmo.lxvij. Hoc idẽ dicit eccleſię congregatę ex gentibus: non timeas: nec dedigneris o popłe gentilis, quia habuiſti ſummos philoſophos, qui in ſcientia humana floruerunt: & reges & imperatores qui armis & legibus totũ orbẽ ſubiecerũt. Nam ꝓ illis patrib⁹ tuis.ſ. loco Platonis, & Socratis, & Ariſtotelis, & cęteroꝝ philoſophoꝝ, & loco Cyri, & Darij, & Alexãdri, & Cęſaris, & Põpeij, & Octauiani, & cęteroꝝ famoſiſſimoꝝ regũ, & iperatoꝝ, & bellatoꝝ, nati ſunt tibi.i. renati ex me filij.ſ. apoſtoli, & diſcipuli, & hos conſtitues principes ſuper omnẽ terrã: qui non inanis prophetiæ verbis: nec viribus humanis; ſed armis euangelicis: totum orbem tibi ſubijcient, & ſic erunt maiores q̃ Alexander & Cæſar: qui minorem partem mundi vix potuerunt obtinere. Itẽ renati ſunt tibi filij ex me.ſ. martyres & doctores. Et ideo, O Chriſte domine mundi

Memores erunt nominis tui domine: in omni generatione & generationem.

¶ Iſti apoſtoli & doctores erunt memores tui in oĩi generatione & generationẽ: quia ſcribent & prędicabunt mirabilia quę feciſti vſq; ad iudiciũ. Nam euangeliſtę ſcripſerunt euangelia: in quibus memorantur omnia geſta Chriſti. Et Ia. & Ioã. & Pe. ſcripſerũt epiſtolas canonicas, & Lucas actus apłoꝝ. Et Paulus ſcripſit.xiiij. epłas ad diuerſos populos & ſtatus: quæ quotidie leguntur, & prædicanẽ in eccleſia, in quibus maxime memoratur nomen Chriſti. Et ſic apoſtoli non ſolũ ipſum nomẽ Chriſti prędicarunt: ſed etiam in memoriã eius ſcripta reliquerunt.

Propterea populi confitebuntur tibi in eternum: in & ſęculum ſęculi.

¶ Propterea & ꝓpter quę ſcripta ſunt oẽs populi ad fidẽ conuerſi confitebunẽ tibi o Chriſte: & colent te tanq̃ Meſſiam, & verũ deũ in ſęculũ ſęculi. ¶ Nota ꝙ ly domine nõ ponit in Hebręo: & ſic nulla accidit difficultas, qui loqua-
Y tur pater ad filium in hoc verſu. ¶ Ex toto ergo iſto pſalmo poſſunt recolligi.xiiij. concluſiones ſeu doctrinæ.

¶ Prima concluſio, ꝙ pater ab æterno eructauit verbum bonum ex toto corde.i. de tota ſubſtantia.

¶ Scda cõcluſio, ꝙ ex tẽpore ꝓduxit per illud verbũ velociter oẽs creaturas ſicut velox ſcriba producit literas.

¶ Tertia cõcluſio, ꝙ Chriſt⁹ fuit ſpecioſus præ filijs hoim in puritate, & ſanctitate, & ſapientia, & gratia ſpũs ſancti.

¶ Quarta cõcluſio, ꝙ Chriſtus triplici gladio fuit accinct⁹.ſ. gladio humanitatis, & potẽtiæ, & doctrinæ.

¶ Quinta concluſio, ꝙ quinq; virtutes fuerunt, propter quas meruit regnare.ſ. ſctitas, ſapientia, veritas, manſuetudo, & iuſtitia, quæ quidẽ quinq; virtutes ſunt neceſſariæ cuilibet regi & principi &c.

¶ Sexta cõcluſio, ꝙ tam apłi q̃ verba euangelica fuerunt ſagittæ, quibus Chriſt⁹ penetrauit corda hoim.

¶ Septima cõcluſio, ꝙ ſedes Chriſti iudiciaria erit ęterna & ſceptrũ Chriſti erit iuſtum & directum.

¶ Octaua concluſio, ꝙ in diuinis eſt trinitas perſonaꝝ.ſ. pater vngens, & filius vnctus: & ſpiritus ſanctus, quo fili⁹ vngitur ſecundum humanitatem.

¶ Nona cõcluſio, ꝙ triplici veſtimẽto fuit Chriſt⁹ veſtit⁹.ſ. veſtimẽto mirrhę paſſionis: & veſtimẽto pnię, & doctrinę.

¶ Decima cõcluſio, ꝙ veſtimẽta ecclæ Chriſti deaurata ſunt per charitatẽ, & circundata varietate virtutũ & ſacramentorum, & diuerſoꝝ ordinum, & graduum miniſtrorũ & prælatorum eccleſiæ.

¶ Vndecia cõcluſio, ꝙ eccłia ſponſa Chriſti eſt cõgregata ex cõuerſis de populo gentili relinquentibus ritũ patrum ſuorum: & ex conuerſis de iudaiſmo relinquentibus cerimonialia, & ritus legales patrum ſuoꝝ.

¶ Duodecima concluſio, ꝙ filij gentilium debebant recipere Chriſtũ: & adorare ipſum tanq̃ deum.

¶ Decimatertia cõcluſio, ꝙ głia eccłię nõ cõſiſtit in bonis exteriorib⁹ & tẽporalib⁹: ſed interioribus, & ſpiritualibus.

¶ Decimaquarta concluſio, ꝙ loco.xij. patriarcharũ conſtituti ſunt.xij. apoſtoli principes ſuper omnem terraꝫ: per quos regeneratus eſt totus populus fidelium.

DEus noſter refugium & virtus: adiutor in tribulationibus quæ inuenerũt nos nimis.

¶ Huic pſalmo ꝑponit talis titulus in Hebræo.ſ. Victori ſiue ad victoriã filijs Chore ſuper Alamot cãticũ. Secũdũ vero.lxx. In finẽ filijs Chore pro arcanis canticũ. Secũdũ aũt Hiero. Victori filioꝝ Chore ꝓ iuuẽtutibus canticum.

¶ De auctore autem & materia hui⁹ pſalmi dicit Ra. Salo. & quidam alij Hebræoꝝ, ꝙ filij Chore fecerunt hunc Z
pſalmum pro gratiarum actione, eo ꝙ fuit factum in eis illud grande miraculum: quia patre ſuo Chore, & Dathã, & Abiron, & cęteris complicibus illius cõiurationis pereũtibus, ipſi fuerunt liberati: vt patet Nume.xxvj. & xvj. Et hoc iuſte & bene merito factum eſt: vt dicunt iſti. Nam cuꝫ Chore pater eorum: & cæteri obſtinati vellent rebellare contra Moyſen & Aaron: tñ filij Chore noluerunt eſſe cõplices, nec participes in illa coniuratione; immo perſuadebant patri: vt obediret Moyſi iuxta voluntatem domini: ſed quia Chore cũ cæteris voluerunt obſtinate perſeuerare in ſuo malo ꝓpoſito: ideo aperta eſt terra, & deuorauit eos filij Chore ſaluis manentibus: vt pꝫ ibidẽ. Et addunt iſti ꝙ filijs Chore manſerunt in aere: cuꝫ terra ſub pedib⁹ eorum fuiſſet aperta: ſed coniuratoribus abſorptis, & deuoratis, tunc terra fuit recluſa & reiuncta: & tunc filij Chore mãſerunt ſalui ſuper terrã. Et hoc fuit illud grande miraculum quod ſcribitur Numeri.xxvj. Et addunt iſti ꝙ tunc deus dedit filijs Chore ſpiritũ ꝓphetiæ, in p̄miũ tantæ obedientiæ: & ſic fecerunt oĩes pſalmos qui intitulantur filijs Chore, & inter cæteros fecerunt hunc pſalmũ agendo gratias pro ſua liberatione, & tanto miraculo oſtẽſo. Et hanc poſitionẽ ſequuntur quidam catholici gloſſantes hũc pſalmũ pro illa liberatione: & miraculis factis in deſerto: & in trãſitu maris rubri, & in ingreſſu terrę promiſſionis. Quia tunc factus eſt impetus fluminis Iordanis qñ conuerſus eſt retrorſum: & tranſiuit populus, & altiſſimus ſanctificauit ſuum tabernaculũ, & arcã, quando repoſuit eaꝫ in Silo, & lætificauit illã ciuitatẽ, & populũ dando poſſeſſionẽ illius terræ. Et ſic exponunt literaliter hunc pſalmũ de adeptione illi⁹ terrę cũ auxilio dei. ¶ Sed iſta poſitio licet aliquo modo, & in minori parte contineat aliqualẽ veritatẽ: tñ in maiori pte cõtinet falſitatẽ. Nã primo cõtinet falſũ: inquãtum dicit ꝙ filij Chore fecerunt hunc pſalmũ tpe Moyſi: ſicut fuit iprobatũ in titulo pſal.xlj. Scdo cõtinet falſuꝫ, inquãtũ dicit ꝙ pſalmiſta ꝑciſe in hoc pſalmo memorat miracula & ꝓdigia facta in exitu Iſrael de Aegypto: & in ingreſſu terrę ꝓmiſſionis. Sed poteſt cõtinere verũ, inquantum Dauid contẽplando miracula, & ꝓdigia, & myſteria facta & geſta in illo egreſſu, & progreſſu, & ingreſſu, prędixit in ſpiritu ortum, & progreſſum, & proſperitatẽ, et triũ-

phũ eccl'ię Chriſti.Quæ quidẽ eccl'ia Chriſti eſt & fuit figu
rata per filios Chore.eo ꝙ eſt & fuit congregata ex cõuer
ſis de populo iudaico & populo gẽtili:quoꝝ patres perierũt
in ſua cæcitate & infidelitate vt probatum fuit ibidem,ſcꝫ
pſalmo.xlj.Et ideo eſt dicendum ꝙ Dauid fecit iſtuꝫ pſal-
mum & intitulauit ipſum,in filijs Chore ſuper Alamot eo
ꝙ dedit ipſum cantandum ipſi Hemam & toti choro ſuo.
eo ꝙ erant de filijs Chore vt ibi fuit dictũ.Sed tunc manet
dubium de diuerſitate tranſlationũ huius tituli.Nam.lxx.
tranſtulerunt in finem filijs Chore pro arcanis.Et Hiero-
nymus tranſtulit,filijs Chore pro iuuentutibus.Ad hoc re-
ſpondetur ꝙ hoc nomen Alamot eſt plurale deriuatiuum
de hoc nomine Alma.Sed quia hoc nomẽ Alma eſt equi-
uocum ad duo.Nam vno modo idem eſt qđ adoleſcentu-
la ſiue puella.Alio modo idẽ eſt qđ ſecreta.& ſic Alamot
vno modo ſignificat iuuentutes.Alio modo ſignificat arca
na ſiue ſecreta.Ideo ſeptuaginta tranſtulerũt,pro arcanis:
ſumendo vnam ſignificationem.Et Hiero.trãſtulit pro iu
uentutibus ſumendo aliam ſignificationem.ſed hoc ex di-
uina prouidentia factum eſt.Nam Dauid in pſalmo iſto ꝓ
phetice memorat & prædicit arcana & ſecreta,& profũda
myſteria & prodigia,& miracula quæ geſta & facta ſunt in
iuuẽtute & in ortu & progreſſu ipſius ciuitatis ſiue eccleſiæ
dei vt magis patebit in fine expoſitionis huius pſalmi. Et
ſic neceſſaria fuit vtraqꝫ tranſlatio.quia vna notificat iuuẽ
turẽ & ortum eccleſiæ.Et altera arcana & profunda myſte
ria & miracula quæ geſta ſunt in ortu & in iuuẽtute eccl'ię.
Et ideo datus eſt iſte pſalmus filijs Chore ad cantandũ:eo
ꝙ gerebant figuram eccl'iæ ſic congregatæ vt dictum eſt.
Tria ergo facit Dauid in hoc pſalmo.Primo enĩ ꝓdicit for
titudinẽ & conſtantiã:quam habuit eccleſia contra iudęos
& tyrannos in ſua iuuentute & auxilio dei in principio. Et
hoc per figurã.& prout præuidit in exitu iſrael de ægypto.
& per tranſitum maris rubri.Secundo explicat vnde iſta ci
uitas dei & eccleſia adepta eſt talem fortitudinem. Et in
quo tempore habuit hanc gratiam:& hoc per figuram in-
greſſus terre promiſſionis per Iordanem. Tertio explicat
prophetice victoriam & triumphum quem habuit eccleſia
de iudęis & tyrannis perſecutoribus ſuis.Et hoc per figurã
victorię quã habuit Ioſue & Iſrael de regibus & populis ca
naneoꝝ.Secunda ibi:fluminis ĩpetus lętificat.Tertia ibi.
A Conturbate ſunt gentes &c. ¶ Quantum ad primum eſt
notandum:ſicut pluries dictũ eſt ꝙ principium & progreſ-
ſus eccleſię Chriſti manifeſte figuratus eſt per primum ꝓ-
greſſum populi Iſrael.Nam ſicut Iacob ſiue Iſrael genuit
duodecim filios & reliquit eos in ægypto iter inimicos:vbi
grauiter fuerunt afflicti,ſed Moyſes cum ſignis & porten-
tis eduxit eos per mare rubrum & deſertum cum maximis
laboribus & tribulationibus:Ita Chriſtꝰ regenerauit duo-
decim apoſtolos et poſt eius mortem reliquit eos in Hieru
ſalem vbi fuerũt afflicti a iudæis.vt patet in actibus apoſto
lorum.Sed Chriſtus miſit ĩ eos flumẽ aquę ſapientię ſpiri-
tus ſancti. & miſit eos per mundum vniuerſum & ſubiece-
runt Chriſto totum orbem:ſicut filij Iſrael tranſfretantes ĩ-
petum Iordanis obtinuerunt totam terram promiſſionis.
In illa ergo figura & myſterio præuidit Dauid totum prin
cipium & progreſſum eccleſię.Ideo introducit cœtum apo
ſtolorum & fidelium primitiuę eccleſię loquentem in hoc
pſalmo:& explicantem fidem ſuam in illa pſecutione. Vñ
dicit populus & ciuitas Chriſti.Chriſtꝰ deus & homo eſt no
ſter refugiũ & virtus & adiutor in tribulationibus quę inue-
nerunt & vexauerunt nos nimis in primitiua eccleſia.Naꝫ
ſtatim poſt mortem & reſurrectionem Chriſti inſurrexerunt
principes & phariſſęi contra nos & ducebant nos & conſti
tuebant in conſpectu ſacerdotum:præcipientes ne prędica
remus nomen Chriſti:& perſequebantur nos per ſynago-
gas & ciuitates & comminabantur nobis flagella & tormẽ
ta.vt patet in actibꝰ apoſtolorum.Sed propterea quia Deꝰ
noſter eſt refugium & virtus nobis,

Propterea nõ timebimus dum turbabitur ter
ra:& tanſferentur montes in cor maris.

¶ Ideo non timebimus dum turbabitur terra:& transferẽ
tur montes in cor maris.Et ponitur futurum indicatiui pro
optatiuo quia iudęi non habent optatiuum.Quaſi dicat q̃-
uis turbetur tota terra contra nos:& fiat tantus terrę motꝰ
vt transferantur & cadant montes in cor maris & in medio
maris ſicut ſolet quandoqꝫ fieri in maximo terræmotu:tñ
nos non timebimus perſecutores poſtq̃ Chriſtus & eius au-
xilium eſt nobiſcum.Vnde tota terra iudęę primo mota eſt
contra apoſtolos & diſcipulos.& exinde totꝰ orbis & popu
lus gentilis contra apoſtolos & martyres & omnes Chriſtia
nos.& tanta commotio facta eſt contra eos ꝙ mõtes:id eſt
magni principes & reges tranſlati ſunt in cor maris:id eſt
mouerunt fluctus amaros ſui furoris & perſecutionis cõtra
totam eccleſiam & ciuitatem dei.Ideo ſequitur.

Sonuerunt & turbatę ſunt aquę eorum:cõtur
bati ſunt montes in fortitudine eius.

¶ Aquę eorum ſcilicet perſecutiones & indignationes ſo-
nuerunt & turbate ſunt cum magno ſonitu:ſicut fit in ma-
ri tempore tempeſtatis.Ita moti ſcribę & phariſſęi fecerũt
præconium in tota Iudęa:ne quis auderet nominare Chri
ſtum:& ſic Paulus acceptis epiſtolis in Damaſcũ,vt ſi quos
inueniret huius vię viros,vinctos perduceret in Hieruſalẽ.
Item Nero & Domitianus & vltimo Diocletianus fecerũt
edictum per totum orbem ne quis prædicaret Chriſtuꝫ.ali-
ter capitali ſententia puniretur,bonis fiſco dedicatis.& ſic
in fortitudine huius terręmotus & fluctuationis maris con
turbati ſunt montes:id eſt principes & reges terræ contra
Chriſtianos.Sed in omnibus his fluctuationibus non time
bant apoſtoli:immo ibant gaudentes a conſpectu conſilij
quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam
pati.Et dicebant:obedire oportet magis deo q̃ hominibꝰ.
actu.v.Hoc idem dicebant apoſtoli & martyres:dum ſtatuẽ
ante reges & præſides.vt patet de beato Laurentio & Vin
centio & Catharina & Lucia.Ideo omnia iſta nõ timebãt:
quia Chriſtum in refugium habebant.Quaſi dicant:ꝙ ſic
cut filij Iſrael fuerũt vexati in Aegypto & anguſtiati in ma
ri rubro,inter mare & montes videntes ęgyptios eos perſe
quentes:ita ſumus afflicti per iudęos & tyrãnos in primi-
tiua ecleſia.Sed ſicut deus fuit refugium & adiutor illoruꝫ:
& liberauit eos tam de ægypto:q̃ de mari cum ſignis & ꝓ-
digijs:ita Chriſtus liberauit eccleſiam de perſecutione iu-
dęorũ:& tyrannorũ cum ſignis & miraculis:& ſubiecit ſibi
omnes gentes & populos.

Fluminis impetus lętificat ciuitatem dei:ſancti-
ficauit tabernaculum ſuum altiſſimus.

Deus in medio eius non commouebitur:adiu
uabit eam deus mane diluculo.

¶ Hic reddit cauſam vnde apoſtoli & ciues dei habuerũt B
tantam virtutem vt poſſent reſiſtere tot fluctibus & tormẽ
tis tyrannorum terrenæ ciuitatis.

¶ Vnde iam dictum eſt pſalmo quarto ꝙ ſtatim poſt Adam
genus humanum fuit diuiſum in duas ciuitates:quaruꝫ vna
incipit ab Abel:quæ dicta eſt ciuitas dei:altera a Chain:q̃
dicta eſt ciuitas diaboli.quæ proceſſerunt vſqꝫ ad Chriſtũ:
ſed continue fuerunt renouatę & excitatę.Nam ciuitas dei
fuit renouata per Noe:& Abraham:& Iacob,a quo dicti
ſunt filij Iſrael vſqꝫ ad Chriſtum.cuius ciues fuerũt ſemper
afflicti a ciuibus terrenę ciuitatis. Hæc autem ciuitas dei
fuit totaliter renouata & regenerata per Chriſtum & con-

gregata ex filijs ciuium vtriuſq; ciuitatis: patribus pereuntibus vt dictum eſt. Et ſic ſicut maior pars ciuitatis terrenæ.ſ. populi gentilis tranſiuit ad ciuitatem Chriſti: recipiendo Chriſtum in quo fuerunt regenerati: ita maior pars filiorũ Iſrael tranſierunt ad ciuitatem diaboli: negando Chriſtuʒ verum redemptorem & Meſſiam. Et ſic omnes ſimul infideles pertinentes ad ciuitatem diaboli inceperunt inſurgere & mouere fluctus iniquitatis contra ciuitatem Chriſti. Quæ ciuitas paſſa eſt diras perſecutiones. Primo a Iudæis. Poſtea a tyrannis per.x.imperatores vſq; ad magnum Cõſtantinum. quibus perſecutionibus erat impoſſibile reſiſtere niſi ex auxilio ſuperno. Ideo Chriſtus miſit flumen aquarum donorum, & gratiarum ſpiritus ſancti in die pentecoſtes in omnes diſcipulos: & apoſtolos: i quib⁹ cõſiſtebat tota ciuitas dei. quod flumen vallauit & fortificauit & lætificauit taliter totam ciuitatem dei quæ eſt eccleſia, q̈ amplius non timuit impetus & fluctus aquarum & perſecutionum tyrannorum & omnium inimicorum. Nam ilico inceperunt cum fiducia prædicare verbum dei: vt patet per totum diſcurſum actuum apoſtolorum. Et non ſolum impetus fluminis ſpiritus ſancti defendit & fortificauit eccleſiaʒ: ſed etiam propulit & proſtrauit fluctus & ciuitatem diaboli. quia principem huius mundi eiecit foras. Nam populus gentilis eiectis idolis conuerſus eſt ad Chriſtum. etiam fluuius baptiſmalis conceſſit virtutem Chriſtianis: vt non ſolũ reſiſterent: ſed etiam vincerent & ſubijcerent ciuitatem diaboli. & ſic aucta eſt ciuitas dei a ſolis ortu vſq; ad occaſuʒ: in medio cuius de⁹ habitat per fidem vbi antea diabolus princeps huius mundi habitabat. Ex quibus patet q̈ Chriſtus per flumen aquæ baptiſmalis & donorum ſpiritus ſancti fortificauit ſuam ciuitatem: & irrigat eam: & germinare eã facit: & dilatata eſt: & ampliata per totũ orbem. Dicit ergo ciuitas dei. Non mireris: ſi non timuimus terremotum & tempeſtatem maris inimicorum. naʒ impetus fluminis ſpiritus ſancti lætificat & irrigat & fortificat & vallat ciuitateʒ dei: ſ. eccleſiam. nam altiſſimus deus ſanctificauit tabernaculum ſuum. ſcilicet eccleſiam in qua habitat per fidem. Et ideo quia ipſe Chriſtus habitat in ea: nunq̃ commouebitur a fide & charitate Chriſti. Nam ipſe habitãdo in ea influit virtutem & gratiam ſacramentorum, & dona ſpiritus ſancti: quę ſunt arma Chriſtianorum. Et ideo licet continue agitetur fluctibus tyrannorum & hęreticorum: tamen nũq̃ vſq; ad iudicium ſubmergetur nec expugnabitur nauicula Petri: immo ſemper deus adiuuabit eaʒ mane diluculo. Vñ nota q̈ totum tempus legis vete. dicitur nox. tempus vero gratię dicitur dies: cuius aurora & mane ſiue diluculum fuit reſurrectio & aſcenſio Chriſti. Sed q̃a ilico decimo die poſt aſcenſionem miſit Chriſtus flumen donorum ſpiritus ſancti in diſcipulos: quo flumine lætificauit & adiuuit hanc ciuitatem: ideo dicit. Adiuuabit eam mane diluculo. id eſt in pricipio legis gratię. Quaſi dicat: q̈ ſicut impetus fluminis Iordanis lætificat & irrigat totam terram promiſſionis: & aquę circundant eam vndiq;. Nam ex parte orientali clauditur aquis iordanis: & ab aquilone aquis deſcendentibus cum impetu de Libano: & ab occaſu clauditur mari mediterraneo: & a meridie torrente turbido ægypti. Ita pariter ciuitas & eccleſia dei irrigatur & lętificatur & vallatur impetu fluminis baptiſmalis & aliorum ſacramentoruʒ. & ſic defendit vndiq; eam ab incurſibus dęmonum & infideliũ. Et iõ iſta ciuitas ſic lætificata & adiuta impetu fluminis ſpiritus ſancti dedit vocem ſuam euangelicam per vniuerſum orbem: & mota eſt tota terra: & conturbatę ſunt gentes: & inclinata ſunt omnia regna mundi: & ſubiecta iugo Chriſti ad prædicationem apoſtolorum & martyrum & doctoruʒ. Et ſic reges terræ qui propter idola perſequebantur Chriſtianos antea: poſt ſuſcepto baptiſmo deleuerunt idola ꝓpter Chriſtum. Vnde ſicut fluminis impetus validus trahit ſecum omnes arbores ripę: ita impetus fluminis Chriſti omnes gentes trahit ad eccleſiam. Sed in qua virtute hoc fecimus? reſpondet: quia Chriſtus dominus virtutum ſemper fuit nobiſcum: & deus Iacob fuit ſemper ſuſceptor, & defẽſor, & adiutor in omnibus tribulationibus ſupradictis. ideo non ſolum fuimus protecti: ſed etiam victores, ſicut dixit nobis in ſua aſcenſione. Ego autem vobiſcum ſum vſq; ad cõſummationem ſæculi. Vel poteſt incipi conſtructio ibi, ſcilicet Dominus virtutum qui erat nobiſcum, dedit vocem ſuã euangelicam per apoſtolos, & mota eſt vniuerſa terra: intãtum q̈ conturbatæ ſunt gentes ad prædicationem apoſtolorũ: & inclinata ſunt omnia regna mundi ad ſuſcipiẽdam fidem Chriſti.

## Conturbatę ſunt gẽtes: & inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam: mota eſt terra.

¶ In hac tertia parte explicat proſperitatem huius ciuitatis: & victoriam & triumphum quem habuit de om̃ibus ſuis perſecutoribus: & quomodo ſubiecit totuʒ orbeʒ iugo Chriſti in virtute impetus fluminis gratiarum, & donorum ſpiritus ſancti ad prędicationem apoſtoloruʒ. Vnde dicit q̈ iſta ciuitas dei ſic lætificata, & adiuta mane diluculo: ĩpetu fluminis ſpiritus ſancti dedit vocem ſuam euangelicam in ꝓdicatione apoſtolorum: & tunc commota eſt tota terra a ſolis ortu vſq; ad occaſum, & conturbatæ ſunt omnes gentes viſis ſignis, & prodigijs, & miraculis apoſtolorum. Et ſic inclinata ſunt omnia regna mundi ad credendum euãgelio: & ſubiecta ſunt iugo Chriſti. Et tũc reges terrę, qui propter idola ante perſequebantur chriſtianos: poſtea deleuerunt omnia idola propter Chriſtum: vt inquit Aug. Vnde ſicut impetus fluminis validus tempore pluuiarum trahit ſecum omnes arbores: & diruit domos & ciuitates ſitas in ripa: ita pariter impetus fluminis ꝓdicatiõis euangelicę fidei, & miraculorum proſtrauit omnia idola, & reges, & populos gẽtilium traxit ad fidem Chriſti. Quaſi dicat: q̈ ſicut impetus fluminis Iordanis lætificat, & irrigat totam terraʒ promiſſionis: ita fluuius baptiſmalis irrigauit, & lætificauit totam eccleſiam Chriſti: & ſicut ille tranſitus fluminis Iordanis lętificauit filios Iſrael: quãdo conuerſus eſt retrorſuʒ, & præbuit eis audaciam viſo miraculo: & ſic tranſierunt contra Cananæos, & vicerunt eos: ita pariter impetus baptiſmalis fluminis: & impetus fluminis donorum quæ receperunt apoſtoli in die Penteco: lætificauit eos, & totam ciuitatem, & cum magna fiducia, & fortitudine ingreſſi ſunt contra reges & principes mundi. Et ſicut tunc ad ſonitum tubarum, & buccinarum, & vocem ſacerdotum, & tubarum ceciderunt muri Ierico, & capta eſt ciuitas: & om̃es fuerunt occiſi: & poſtea exinde procedendo regna Cananæorum fuerunt capta: ita pariter ad vocem & ſonitũ tubę prædicatiõis apoſtolorum ceciderũt omnia idola: & inclinata ſunt oĩa regna populi gẽtilis: & occiſa fuit in eis ſuperſtitio, & infidelitas, & ſuſcitata fides: vt inquit Aug. Sed quia diceret aliquis in qua virtute feciſtis omnia iſta: O apoſtoli & chriſtiani: Ideo ſubdit.

## Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter deus iacob.

¶ Quaſi dicat: q̈ Ieſus Chriſtus dominus virtutum, & dator gratiarum fuit nobiſcum in omnibus ſupradictis preſſuris & triumphis adiutor & protector: & ipſe Chriſtus dominus Iacob, quia ipſi Iacob fuit promiſſus, erit ſuſceptor & liberator noſter: in quo noſtram ſpem, & fiduciam conſtituemus. ¶ Deinde cum dicit,

## Venite & videte opera domini: quæ poſuit ꝓdigia ſuper terram: auferens bella vſq; ad finẽ terræ.

## Arcum conteret & confringet arma:& ſcuta cō
## buret igni.

ℭ Inuitat & conuocat omnes gentes & populos:vt veniāt
ad prædicationem apoſtolorū:& ad videndū ſigna.& pro
digia,& miracula eorū:quibus viſis conuertantur ad Chri
ſtū. Ideo ait.O vos oēs gētes venite & videte opera dñi no
ſtri,& prodigia,& miracula quæ poſuit ſuper terram.Et vi
dete primo opera noſtræ redemptionis:& miracula, quæ
per ſeipſum fecit:mortuos ſuſcitando:& infirmos ſanando,
& ſuper aquas ſiccis pedibus ambulando:& poſtea videte
opera & miracula quæ fecit per apoſtolos & martyres ſup
terrā:& quomodo fuit auferens bella vſq; ad fines terræ:
quia omnia regna fuerunt ſibi ſubiecta.Nam conteret ar
cum & poteſtatem tyrannorum:& confringet arma diabo
li in quibus confidebat.ſ.omnia genera peccatorum,& ſcu
ta.ſ.philoſophiam naturales qua gentiles ſe defendebāt,
& contra nos arguebant:& ritum & ſu.perſtitionem pluri
uſ deorū cōburet igni veritatis ſacræ ſcripturę.Nā Paulus
cū auctoritatib⁹ ſacrę ſcripturę vicit philoſophos:vt patet
Actuū.xxviij.Et Petrus vicit omnes ſcribas & Phariſęos.
Actuū iij.Itē Chriſtus cōtriuit arcū.i.ſacerdotiū,& arma.i.
regnum Iudęorum per Romanos:& ſcuta.i.muros Hieru
ſalem combuſſit igni. ℭ Deinde cum dicit,

## Vacate & videte quoniam ego ſum deus:exal
## tabor in gentibus:& exaltabor in terra.

ℭ Introducit Chriſtū comminantē tā iudęis q̄ tyrannis di
cens O vos iudęi,& vos gētiles vacate,& ceſſate,& deſiſti
te perſequi eccleſiam meam:& videte,& conſyderate be
ne ſcripturas.nā licet videatis me in forma humana & mor
tali:tamen ego ſum verus deus & hō:ſicut canūt ſcripturę:
& ideo exaltabor in gentibus ſubijciendo omnes gentiles
per fidem & exaltabor in terra omnes terrenos & infide
les puniendo.& ideo conuertimini ne inæternum punia
mini.Sed ad hoc reſpondet populus fidelium dicens,

## Dominus virtutum nobiſcū:ſuſceptor noſter
## deus Iacob.

ℭ Ieſus Chriſtus dñs virtutum erit nobiſcum in adiutoriū:
& ipſe deus Iacob erit ſuſceptor,& fautor,& redēptor no
ſter & ideo te in meſſiā,& redēptorē,& caput noſtrum reci
piemus.Ex quibus patet:ꝙ licet totus iſte pſalmus conue
niat toti eccl'ię:tñ maxie cōuenit martyribus:qui licet mul
tis tribulationibus & tormentis ſunt lacerati:tñ finaliter
de perſecutionibus triūpharunt.Et ideo legitur iſte pſalm⁹
in feſtiuitatibus ſanctorum martyrum,& etiam virginū.Et
C ſic tota litera poterit applicari ad eos. ℭ Ex toto iſto pſal.
poſſunt recolligi quatuor cōcluſiōes. ℭ Pria cōcluſio.ꝙ in
hoc pſalmo memoranſ prophetice magna & profunda &
ſecreta myſteria de ciuitate dei & eccl'ia,& de ei⁹ iuuētute.
℗ Secunda concluſio.ꝙ eccleſia fuit lætificata,& adiuta,
& ſanctificata mane diluculo in primo ſuo pricipio:in qua
deus habitauit pręſentialiter tanq̄ in proprio tabernaculo.
ℭ Tertia conclo.ꝙ apoſtoli & tota iſta ciuitas vicit ciuita
tem diaboli,& triumphauit de diabolo,& membris in vir
tute ſanctificationis & gratię ſpūs ſancti. ℭ Quarta cōclu
ſio.ꝙ Chriſt⁹ fuit ſemper adiutor & fautor huius ciuitatis
D quā ipſe fabricauit. ℭ Sed hic aliquis poſſet dubitare ꝓ
pter duas concluſiones primas.Nam primo dictum eſt ꝙ
in hoc pſalmo Dauid vult ꝓphetice explicare aliqđ ma
gnū & profundum ſecretū de iuuentute eccleſię,propter
id qđ dr̄ in titulo.ſ.In finē pro arcanis ſiue iuuentutibus.&
tñ illud magnum & profundum myſteriū non videtur ex
plicatum in ſupradicta expoſitione:nec fuit explicatū nec
declaratum quod eſt illud mane & diluculū in quo ciuitas
dei ſiue eccl'ia fuit ſanctificata & adiuta.Itē tota eccl'ia cō



muniter cātat de virgine Maria illos duos verſiculos.ſ. Sā
ctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus:& Adiuuabit eā
deus mane diluculo:& tñ in ſupradicta expoſitione nō fue
runt expoſiti niſi pro tota vniuerſali eccleſia Chriſti.& ſic
videſ expoſitio inſufficiens & nō ad ꝓpoſitū. ℭ Ad totum B
hoc ſic reſpōdeſ.Ad cui⁹ intelligentiā eſt prio notandū:ꝙ
ex diuina prouidētia & ſub grādi myſterio ꝓpheta ꝑpoſuit
illđ vocabulū in titulo.ſ.Sup Alamot.Nā dictū eſt ꝙ Ala
mot eſt plurale hui⁹ nōis Alma.qđ eſt equocū ad duo.Nā
vno modo idē eſt qđ iuuēcula ſiue puella & adoleſcētula.
& alio mō idē eſt qđ ſecreta.qđ totū ſimul ſoli virgini Ma
rię cōuenit,eo ꝙ ſola ipa fuit virgo ſecreta.Nā apđ vulg⁹
nō putabaſ virgo eo ꝙ peperit filiū:& tñ ſimul cū fœcūdi
tate māſit virgo.& ſic erat virgo in ſecreto & veritate men
te & corpore.Et iō ex diuina ꝓuidētia & ſub tali myſterio
Eſa.dixit.Ecce alma cōcipiet & pariet filiū.Qđ qdē voca
bulū alma ſcribiſ cū Men clauſo in ſolo iſto loco cōtra natu
rā ſui.ad denotādū ꝙ iſta domicella ſecreta cū virginitate
ſeruata Chriſtū erat cōceptura & paritura.Et etiā ſub eodē
ſpū btūs Hieronymus:& etiā lxx.trāſtulerunt.Ecce virgo
cōcipiet.Nā Alma idē eſt qđ domicella ſiue iuuēcula ſecre
ta.i.virgo in ſecreto. ℭ Et ita pariter Salomō pręuidens in F
ſpū myſteriū incarnationis Chriſti ex virgine Maria:& nō
valēs cōphēdere:dixit ꝓuer.xxx.Tria ſunt mihi difficilia:
& quartū penit⁹ ignoro.Viā aqlę in cęlo:viā colubri ſup pe
trā:viā nauis in mari:& viā viri in alma.i.iuuēcula ſiue ado
leſcentula.Vñ licet in aliquib⁹ biblijs reperiaſ ſcriptū,viā
viri i adoleſcētia,tñ hoc eſt corrupte ſcptū ex vitio & igno
rantia ſcriptoꝝ,q ponūt adoleſcētia ꝓ adoleſcentula.quia
ita trāſtulit btūs Hieronym⁹,nō vt ſcriptores corrumpunt.
Vñ Salomon per viā Aqlę in cælo:intelligit deſcenſum ver
bi dei de cælo.& ꝑ viā colubri ſup petrā:itelligit exitū Chri
ſti de ſepulcro clauſo in ſua reſurrectione.& per viā nauis in
mari intelligit cōuerſationē & vitā Chriſti in hoc mūdo.&
ꝑ viā viri in adoleſcētula:intelligit myſteriū incarnationis
ex virgine Maria:quæ cōcepit & peperit ſine corruptione.
Chriſt⁹ eñ ingreſſus eſt in conceptione:& igreſſ⁹ eſt in nati
uitate ꝑ portā clauſā vteri virginalis.Et hoc eſt qđ dicit Sa
lomon ſe penitus ignorare.Et ſic patet ꝙ Alma ſignificat
virginē ſecretā.& ſic cōiter in multis locis ſacræ ſcripturę po
niſ pro virgine Maria.Et ita ponitur in titulo hui⁹ pſalmi:
cū dr̄ Filijs Chore ſuper Alamot.i.ſup virgines ſecretas.&
ita pronunciāt Hebręi.ſ.filijs Chore pro domicellis.Et po
nitur plurale ꝓ ſingulari:ſicut frequenter fit in ſacra ſcriptu
ra:qđ idē eſt qđ pro virgine ſecreta.ſ.pro virgie Maria ma
tre chriſti.Et ideo ex diuina prouidentia factū ē ꝙ.lxx.trā
ſtulerūt ꝓ arcanis:& Hieronym⁹ ꝓ iuuētutibus.Et ſic ābo
explicāt vtrāq; ſignificationes hui⁹ nōis Alma q̄ ſignificat
virginē ſecretā.Quaſi dicāt:ꝙ iſte pſalm⁹ dat⁹ ē filijs Cho
re ad cātandū:i quo cōtinenſ multa arcana,& ꝓfūda ſecre
ta de illa virgine ſecreta.ſ.de virgie Maria.Siue i hoc pſal.
cōtinenſ arcana geſta in iuuētutib⁹ eccl'ię:q̄ quidē arcana
ſunt geſta in myſterio incarnatiōis:& in virgie Maria.q q̄
dē pſal.dirigit nos in finē.i.in Chriſtum.Vñ dicit Chāhi:ꝙ
qñ in titulis pręponitur in finē:ſignū eſt ꝙ i illo pſal.ꝑdiciſ
aliqđ ꝓfūdū ſecretū de ſcīo meſſię,quale poniſ & memora
tur in hoc pſal.Et hoc magnū myſteriū iplicaſ i illis duob⁹
verſiculis.ſ.Flumis ipet⁹. ℭ Ad cui⁹ intelligētiā ē.ij.aduer G
tēdū,ꝙ tota eccl'ia cātat & attribuit iſtos duos verſic'los vir
gini Mariæ ꝓpter quatuor myſteria ibi notata & mēora
ta:quæ ꝓprię ſoli virgini Marię conueniūt.Primum eſt ꝙ
dicit propheta Fluminis ipetus lætificat ciuitatem dei.Se
cūdō ꝙ ſanctificauit tabernaculū ſuū altiſſimus. Tertium
ꝙ deus in medio eius non commouebitur.Quartū ꝙ adiu
uabit eam deus mane diluculo.Quæ quidē quatuor myſte
ria licet dicantur de tota eccleſia:tamē primo & principa
liter & ꝓprie verificanſ rōe virginis Marię:quæ fuit prima

ciuis huius ciuitatis, & primū mēbrū eccl'ię ſcd'ʒ Aug. i prio ſermōe de natiuitate virginis Marię. Sicut illud canticoꝝ iiij. Tota pulchra es amica mea: & macula non eſt in te, dī de tota eccl'ia ſpōſa Chriſti ratione virginis Marię. quia de ſola ipſa verificat̃. quia ſola fuit ſine macl'a. Ita pariter iſta quatuor verificantur de tota eccl'ia rōne virginis Mariæ q̄

H fuit aurora & primū membrū eccl'ię. ¶ Ex quibus duobus verſiculis verificant̃ quatuor cōcluſiones de virgīe Maria.

¶ Prima concluſio ꝙ deus altiſſimus lætificauit & irrigauit & ornauit aīam virginis Marię flumine copioſiſſimo & abundātiſſimo gratiarū & donoꝝ ſpūs ſancti, ꝑ hoc ꝙ ait, Fluminis ipet⁹ lætificat ciuitatē dei, ꝓbatur. nā ſcd'ʒ Aug. primo ſermone de natiuitate virginis ipſa virgo Maria fuit prima & pricipalis ciuis ciuitatis dei, & primū mēbrū eccleſiæ: in qua ciuitate deus peramplius & perfectius habitauit, primo mente, & ſecundo carne. i. ſecundum carnem. Et ideo dicit ꝙ feſtū natiuitatis virginis iam pertinet ad iſtam eccleſiam cū ipſa ſit principiū eccleſię, immo dicit ꝙ illud feſtum eſt exordium oīm feſtiuitatum noui teſt. Ex quo pʒ ꝙ ly fluminis impet⁹ lætificat ciuitatē dei, pri⁹ & per ſe verificatur de virgīe Maria que eſt prima ciuis hui⁹ ciuitatis.

¶ Secunda cōcluſio, ꝙ altiſſimus filius dei nō ſolū lætificauit & irrigauit aīam virginis copioſiſſimo flumine gratiarū vt in ea habitaret per gratiā, ſed etiā ſanctificauit totuʒ ei⁹ corpus & aīam: vt in ea habitaret per carnē & ex ea carneʒ aſſumeret, qđ pʒ: ꝑ hoc qđ ſubdit. Sctificauit tabernaculū ſuum altiſſimus. Vnde eſt notandum ſicut dictum eſt in ꝓlogo tractatu. iiij. ꝙ tabernaculum dei eſt quadruplex. ſ. tabernaculum perſonale, & maternale, & myſticale & materiale. Tabernaculuʒ perſonale eſt ipſa humanitas Chriſti, in qua verbum dei habitat perſonaliter in vnitate ſuppoſiti. & hoc tabernaculū ſanctificauit altiſſimus in ipſo inſtanti incarnationis. quia impleuit ipm ſpū ſapientię, & intellectus &c. Secundum tabernaculum. ſ. maternale fuit ipſa virgo Maria, de qua carneʒ Chriſtus aſſumpſit: & in qua per nouem menſes ſecundum carnem habitauit, in cuius aīa tñ a primo inſtanti creationis habitauerat per gratiam. Tertium tabernaculum. ſ. myſticale eſt tota eccleſia & religio chriſtiana: in qua deus habitat per fidē quaʒ deus Chriſtus per baptiſmuʒ ſanctificauit in ſeipſo, vt ipſe ait. Ioan. xvij. Ego ſanctificabo meipm in eis. Quartū tabernaculum eſt tēplum materiale & quælibet eccleſia ad cultū dei & miniſteriū eccleſiaſticoꝝ ſacramentorū dedicata. Iſtę eni eccl'ię ſanctificantur, & cōſecrant̃ ꝑ epos. Et ſic eſt dicendū: ꝙ tabernaculū & ciuitas dei pri⁹ dicitur de humanitate Chriſti. Secundo de virgine Maria. Tertio de tota eccleſia fideliū. Vltimo de qualibet eccleſia materiali. Vnde recte per tabernaculum altiſſimi intelligitur virgo Maria quantuʒ ad corpus, & aīam. Nam ſicut illa arca teſtamenti in qua erāt tabulę legis, & virga Aaron, & vrna mannę: figurabat humanitatem Chriſti, vt inquit apoſtolus ad He. ix. qa hūanitas Chriſti ē arca diuinitatis: ita pariter tabernaculū Moyſi figurabat virginē Mariam. Nam ſicut arca teſtamenti fuit repoſita in tabernaculo illo, vt patet Exo. vltimo: ita pariter totus Chriſtus fuit repoſitus & requieuit in vtero virginali tanq̄ in tabernaculo maternali. Hoc ergo tabernaculū dicit Dauid ꝙ altiſſimus ſanctificauit. Et hanc ciuitatem copioſiſſimo flumine gratiarū ſpūs ſancti lætificauit, & irrigauit, & vallauit, & muniuit, & ſuis manibus ſanctificando fabricauit: vt ex ea carnem aſſumeret. vt inquit Augu. contra quinqȝ hereſes. ¶ Tertia concluſio. ꝙ quando altiſſimus ſuam matrem ſanctificauit in eodem inſtanti in ea habitauit per gratiam: & in eadem gratia confirmauit. propter id quod ait Dauid: ꝙ deus in medio eius non commouebitur Nā poſtq̄ deus inhabitauit in medio illi⁹ tabernaculi ſanctificati: nunq̄ vlterius fuit motus nec receſſit ab eo per gratiam. nec ipſa virgo Maria receſſit a deo: immo ſemper fuit in gratia confirmata. Nec virgo Maria fuit mota a ſua virginitate mentis & corporis Nā ille conceptus & part⁹ ita tribuit prolis fœcunditatem: ꝙ non abſtulit virginitatē: vt inquit Augu. Ita etiā iſta ſanctiſſima ciuitas nunq̄ fuit cōmota: nec potuit cōmoueri: nec vinci, nec expugnari a diabolo per aliquā viā: ideo facta eſt noſtrū refugium & virt⁹, ad quā ſemper cōfugimus. ¶ Quarta cōcluſio. ꝙ de⁹ altiſſimus ſanctificauit, & lætificauit, & flumine gratiarum ornauit virginem matrem ſuā in primo inſtanti ſui eſſe, & animę creatiōis, & infuſiōis: & ꝑ cōſequēs illa ſctiſſima aīa ſimul fuit creata, & ſanctificata, & in illo ſanctiſſimo corpore infuſa, & corpus ſimul cū aīa ſanctificatū. Et hoc ꝓbat̃ ꝑ hoc ꝙ ſubdit Dauid. Adiuuabit eam mane diluculo: id eſt in ortu matutino: vt habet litera Hiero. Quaſi dicat, ꝙ illa ſctificatio fuit facta in ortu matutino, & in aurora ipſius virginis: & ꝑ cōſequēs in prio inſtāti ſui eſſe, & ſuæ creationis: eo ꝙ ipſa virgo Maria fuit diluculum, & aurora totius eccl'ię: ideo de ipſa primo & proprie verificantur omnia dicta: & iſta quatuor myſteria ſupradicta in his duobus verſiculis. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt aduertendū ꝙ tota eccleſia habet noctem, & diem, & diluculum, ſiue auroram, & mane. Nox eccleſię fuit ab Adā vſqȝ ad Chriſtum. Dies aūt a primo aduentu Chriſti vſqȝ ad iudiciuʒ. Iō dicit Apls ad Ro. xix Nox ꝓceſſit: dies aūt appropinquauit. Mane autem huius diei fuit inſtans incarnationis Chriſti: quia ſol iuſtitiæ luxit in mūdo. Sed aurora huius mane fuit ipſa virgo Maria: vt dictū eſt pſal. xviij. Nā ſicut ſol anteq̄ oriatur ſup orientem: eſt clauſus in aurora: & incipit diluceſcere infra aurorā: ita Chriſtus anteq̄ naſceretur: iaʒ incipiebat diluceſcere itra vterū virgineū: quia exiſtens in vtero materno ſanctificauit Ioannē baptiſtā. Et nō ſolū Chriſtus fuit in virgine in ſua incarnatione: ſed ante iam erat in anima virginis per gratiam ante ſuā incarnationē: vt patebit per Aug. Ex quo patet, ꝙ virgo Maria vere fuit diluculū, & aurora toti⁹ eccleſiæ: in qua Chriſtus ante natiuitatē latuit per carnē, & ante incarnationem latuit per gratiaʒ. Ex quo ſequitur: ꝙ quando de tota eccl'ia dicitur, ꝙ altiſſimus ſanctificauit, & adiuuit eā mane diluculo, & in ortu matutino: totum hoc verificatur pro virgine Maria, quę fuit aurora totius eccleſię. q. d. Dauid, ꝙ deus eā ſanctificauit in virgīe Maria añ diem, & ante ortum, & conceptum Chriſti. ¶ Sed eſt iterū aduertendū, ꝙ ſicut in tota ciuitate, & tabernaculo myſtico dei, quę eſt eccleſia, fuit aſſignāre noctē & diem & mane & auroram: vt dictū eſt: ita pariter in tabernaculo, & ciuitate dei maternali, eſt aſſignare noctem & diē & aurorā & mane. Et ſic nox virginis fuit totum tēpus ab eius conceptione carnis: vſqȝ ad animationem. Aurora autem eius ſiue diluculum fuit primuʒ inſtans ſui eſſe & creatiōis, in quo anima eius fuit creata & corpori infuſa. Mane autem eius fuit ſua natiuitas. Dies vero fuit totus diſcurſ⁹ ſuę vitę. Ergo ſi virgo Maria fuit ſanctificata mane diluculo in ortu matutino: vt aſſerit propheta: ergo fuit facta illa ſanctificatio in primo inſtanti ſui eſſe, & creationis animę, in quo incipit viuere in hoc mondo: & per conſequēs illa anima ſimul fuit creata, & ſanctificata. & gratificata, & econuerſo. quæ quidem ſignificatio redundauit in carnem: ex qua debebat Chriſtus carnem aſſumere Et ſic in eodem inſtanti habitauit immobiliter in ea deus per gratiam: quia ſimul fuit creata & facta tabernaculum dei.

¶ Ex ſupradicto fundamento & quatuor ſupradictis concluſionibus multi doctores catholici inferunt vnuʒ corrolarium: ſcilicet ꝙ virgo Maria nunq̄ in perſona fuit obnoxia nec obligata culpę originali: nec alicui peccato. Quod probatur. Nam ſi illa anima fuit ſimul ſanctificata: & in gratia creata: & corpori infuſa: & in ea deus immobiliter habitauit per gratiam confirmatam: & ſimul corpus cum aīa ſanctificauit: ergo nullo pacto potuit a corpe coinqui-

nari:nec peccatũ originale cõtrahere:nec diabolus potuit ſuam imaginem imprimere:quia iam erat facta immobiliter tabernaculũ dei:& in ea impreſſa imago gratifica ipſi⁹ dei. Tenet ſequela:qa cauſa quare anima cõtrahit perſonaliter culpaꝫ originalẽ a carne:eſt quia ipſa creata in puris naturalibus ſine gratia infunditur in corpus & carneꝫ libidinoſam,& coinquinatam,habentẽ veſtigiũ ipſius Adę: ſed anima virgis fuit in gratia:& ſimul cum corpore in primo inſtanti ſui eſſe ſanctificata:vt dictũ eſt:ergo nullo mõ potuit alicui culpę ſubeſſe:nec coiquinari. Et ſic aſſerũt iſti: ꝙ virgo Maria nunq̃ habuit originale peccatuꝫ. ❡ Sed cõtra prædictam poſitionem arguunt multi non ſoluꝫ magni ſed etiam ſancti viri:qui bene concedunt virginem Mariã fuiſſe in vtero matris ſanctificatam. ſed dicunt taleꝫ ſanctificationem fuiſſe factam per morulam temporis mediam poſt animationẽ. Et ſic cõcedunt per totam illaꝫ partem tẽporis morulam originali peccato fuiſſe obnoxiaꝫ. Ad quod probandum licet non poſſunt adducere rationes neceſſarias,tñ adducunt cõplures auctoritates ſacrę ſcripturæ & ſacrorum doctorum q̃ exuperãt omnem ſenſum & humanaꝫ rationem. Et primo arguunt auctoritate ipſius Dauid pſal. xiij. ſ. omnes filij hominum ſiue filij Adam corrupti & abominabiles facti ſunt. non eſt qui faciat bonuꝫ. non eſt vſq; ad vnũ. ſ. preter Chriſtum vt communiter gloſſatur Iteꝫ ad Ro. iij. Omnes in Adam peccauerunt & egent gratia dei. ſ. Chriſti. Item primo ad Cor. xv. Sicut in Adam omnes moriuntur,ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. &c. Ex quibus auctoritatibus concludit Augu. ij. de baptiſmo paruulorũ,& libro de natura & gratia,neminẽ fuiſſe liberũ a pctõ ꝓter Chriſtũ. Itẽ libro de fide ad petrũ format illã vulgataꝫ regulam dicens. Firmiſſime tene & nullatenus dubites oẽs hoiem qui per cõcubitum viri & mulieris cõcipiť i originali peccato naſci,impietati ſubditum mortiq; ſubiectum:& ob hoc naturaliter naſci irę filiũ. de qua dicit ppĺs. Eram⁹ aliquãdo natura filij irę ſicut & cęteri. de qua nullus liberatur niſi p grãm & fidẽ dei & hois Ieſu Chriſti. Ex oibus his auctoritatibus cõcludũt virginẽ Mariaꝫ fuiſſe aliqñ originali culpę obnoxiã. qđ magis vĩ exprimere Augu. ij. de baptiſmo puulorũ. cũ ait. Solus ergo ille hõ fact⁹ manẽs de⁹ nullũ pctm̃ vnq̃ habuit nec ſũpſit carnẽ pcti q̃uis de materna carne pcti. Itẽ. x. ſup Geñ. cap. xxiiij. dicit ꝙ caro Chriſti etiam ſi de propagine pcti venit:non tamen de pcti ꝓpagine cõcepta eſt. Itẽ arguũt ratione ſic. virgo Maria habuit carentiam originalis iuſtitię,quia non habuit illã originalem iuſtitiam quã pdidit Adã. ergo habuit pctm̃ originale. tenet conſequentia. quia pctm̃ originale nil aliud eſt niſi carentia originalis iuſtitię. Iteꝫ virgo Maria fuit mortua propter pctm̃ vt dicit Augu. ſup pſal. xxxiiij. ergo habuit pctm̃ originale:quia mors & dolor &c. ſunt poenalitates illius pcti. Iteꝫ ſi virgo Maria non habuiſſet pctm̃ originale ſeq̃reť ꝙ nõ indiguiſſet redẽptiõe poſtq̃ fuiſſet libera a pctõ. ex quo ſequereť ꝙ Chriſt⁹ nõ fuiſſet vniuerſalis redẽptor. hoc aũt eſt falſũ ſcdm Leonẽ papã dicentẽ in ſermõe de natiuitate domini:ꝙ redẽptor noſter Chriſtus ſicut neminem a reatu liberũ inuenit:ita pro liberandis omnibus venit. In oppoſitum eſt aũt Dauid ꝓpheta in hoc pſalmo dicẽs ꝙ mane diluculo ſanctificauit tabernaculũ ſuũ altiſſimus ipetu fluminis gratiarũ ſpũs ſãcti:a quo nunq̃ cõmouebiť:prout declaratũ eſt:& magis declarabiť. Reſpõdetur ꝙ multi cõcordãtes cum iſta ſecunda opinione aſſerunt virginẽ Mariã nũq̃ originali culpe fuiſſe obnoxiã:& hoc per gratiam præſeruãtem & ſãctificantem. ſed differunt in modo. nam quidam dicunt ꝙ caro virginis fuit ſanctificata ante animationeꝫ: & quidam dicunt ꝙ tota perſona fuit ſanctificata in primo inſtanti animationis. & ſic nullo modo pctm̃ originale potuit trãſire in animã nec perſonam virginis Marię. Et ideo pro huius poſitionis & etiam ſupradictarum auctoritatum declaratione, Primo præmittentur & ſunt notandę quędã doctrinę. Scdo cõfirmabitur iſta ſcda poſitio. Tertio reſpõdebiť ad rões & auctoritates quę in principio in contrariuꝫ ſunt inductę. ❡ Quãtũ ergo ad primũ eſt primo notanduꝫ ſcdm Ariſtotelẽ. v. ethic. & prout dictũ eſt pſal. xj. & xiiij. ꝙ Iuſtitia dicitur a iuxta. Et iõ ille act⁹ diciť iuſt⁹ in particulari iuſtitia morali,q fit iuxta mediũ ſcdm ꝓportioneꝫ arithmeticã aut geometricã. & ille act⁹ dť iuſt⁹ ſecũdũ legalẽ iuſtitiam qui fit iuxta legẽ latã ſeu volũtateꝫ legiſlatoris. Ita pariter in iuſtitia theologica,ille actus eſt iuſtus & meritorius præmij ęterni,qui fit iuxta legẽ diuinam ſiue iuxta voluntatem dei quę manifeſtatur in diuina lege. Et ſic patet ꝙ iuſtitia fideliũ iuſtorũ nil aliud eſt niſi adęquatio & conformitas hominis ad voluntatẽ & legeꝫ dei. Ex quo etiam patet ꝙ iuſtitia ipſius Adam non conſiſtebat niſi in quadam conformitate volũtatis ipſius ad deũ & præceptum ſibi datũ. Et ſic primi parentes intantũ fuerũt iuſti in principio,inquãtũ fuerũt cõformes diuinę volũtati,ſeruãdo ei⁹ ꝑceptũ. Sed quia nemo põt meritorię iuſtificari,niſi p charitatẽ & gratiã:ideo ſicut charitas vel eſt gratia,vel radicatur in ipſa gratia:ita pariter illa iuſtitia & conformitas vel erat ipſa charitas ordinata,vel radicabatur in charitate,& per conſequẽs in ipſa gratia gratifica. Ex quo patet ꝙ illa iuſtitia includebat in ſe charitatem & gratiã gratũ facienteꝫ per quam merebatur in ſua operatione. quæ quidẽ iuſtitia dicebatur originalis,eo ꝙ Adam traxit eaꝫ in ſua origine, quia fuit creatus cũ ea. Et ſic Adam per talẽ originalẽ iuſtitiã cõformabať diuinę voluntati,& ordinate diligebat deũ in ſe & propter ſe,& ꝓximũ ꝓpter deũ. & p gratiã merebať ſeptem præmia infra ſcripta. Nam primo propter obſeruãtiã diuini pręcepti poſſidebãt primi parentes ad ſui facultatem & vſũ illã felicẽ terreſtrem paradiſum in qua felicitabãtur depręſenti. Secũdo promittebatur eis futura & æterna felicitas in cælo per fruitionem diuinę eſſentię:quia abſq; morte fuiſſent in illã vitã meliorẽ trãſlati vt inquit Augu. Tertio habebãt habitualem ſcientiam ſpeculatiuam oim rerũ naturaliũ,& etiã multarum ſupernaturalium,p familiare colloquium angeloruꝫ,vt inquit Grego. Quarto aia habebat liberã facultatẽ & imperiũ ſupra totum corpus,& volũtas ſupra appetitũ ſenſitiuũ. Nã ſicut volũtas ipſi⁹ Adã erat conformis & obediens diuinę voluntati:ita ſenſualitas erat cõformis & obediẽs rõni. Quinto nullũ habebat impugnatorẽ aut ifeſtatorẽ intriſecũ. Sexto erat liber a morte & oi miſeria. qa poterat nõ mori edẽdo de ligno vitę,& poterat nullã miſeriã pati rõne fauoris loci. Septimo hẽbat liberum iperiũ ſup oia mineralia & plãtas & aialia. Oia quippe ſupradicta ſeptẽ ꝑmia merebanť primi parentes ꝓpter iuſtitiã,& obſeruãtiã diuini ꝑcepti. Et ſic patet ꝙ iſta ſeptẽ nõ erãt formaliter originalis illa iuſtitia:ſed ꝑmia illi⁹ iuſtitię. Scdo eſt notãdũ,ꝙ ſi tota iuſtitia primorũ parentũ conſiſtebat in illa cõformitate volũtatis ad deũ:ergo ſequitur ꝙ qñ Adam ſeductus ab Eua:& Eua ſeducta a ſerpente comederunt fructũ:tũc deuiarunt a diuina volũtate,& non fuerũt ſibi conformes:& p cõſeqũẽs ilico amiſerũt illã iuſtitiã qua erant cõformes diuinę volũtati,& gratiã qua erant ſimiles diuinę bonitati. Et ſic fuerunt priuati illa iuſtitia & gratia,& per cõſeqũẽs facti ſunt iniuſti & odioſi deo. Et per cõſequens fuerunt priuati oib⁹ ſupradictis ꝑmijs conſequẽtibus illã originalẽ iuſtitiã & gratiã:immo incurrerunt ſentẽtiã mortis eis cõminatã,& incurrerũt ſeptem mala ſupradictis ſeptẽ ꝑmijs oppoſita & cõtraria. Nã primo incurrerunt exilium ab illa terrena,& felici paradiſo:vbi habebãt oẽm libertatẽ:ex quo exilio incurrerunt neceſſitateꝫ moriendi, & omnes miſerias corporales & actuales patiendi,& ilico fuit inflictus morbus fomitis,& libidinis,& concupiſcentię in carne,& ilico caro inſurrexit aduerſus ſpiritum:& anima pdidit liberũ imperiũ ſupra corp⁹:& ilico fuit victa & ſupe-

rata a carne & ſenſualitate & tali cõcupiſcentia. Et ſup oīa ſupradicta incurrerũt odiũ & irã dei, & facti ſunt debitores diuinę ſnię, & per conſequens perdiderunt futuram felicitatẽ promiſſam, & condẽnati ſunt ad pœnam temporalẽ cõtinuã in corpore patiẽdo ſupradictas miſerias, & ad pœnaꝫ æternã animę in futuro. Ex ſupradictis pꝫ prio q̄ mors & miſerię corporales, & cætera mala q̄ incurrerũt primi parẽtes ex pctõ, nõ pñt dici mala naturalia ſicut dicebãt Pelagiani. quia nõ fuerũt cõcreata cũ Adã: immo per gratiã fuit creat⁹ cũ libertate oim iſtoꝝ, & cũ p̄mijs oppoſitis: vt dictũ eſt: ſed iſta mala fuerũt eis inflicta in pœnã illius pcti: ergo iã non debent dici mala naturalia: ſed pœnalitates illius

K peccati & effectus eius. ¶ Scđo ſequitur q̄ Adaꝫ cum Eua triplici debito fuit obligatus. Primo ad recuperandum illã originalem iuſtitiã cum ſuis p̄mijs, quã gratis accepit a deo pro ſe, & ſuis poſteris. Scđo mãſit debitor & obligat⁹ ad pferendã diuinã ſententiã ſibi cõminataꝫ, & ad patiendum ſeptem dãna ſupradicta. Tertio fuit obligatus ad pœnam ſenſus ęternã in futuro: eo q̄ illud pctm̃ nõ fuit ſibi originale ſed perſonale. nã iuſtitia bene fuit ſibi origialis: quia ab origine fuit ſibi largita: ſed pctm̃ fuit p ip̃m pſonaliter commiſſuꝫ, & volũtarię ppetratũ. Et ideo vltra pœnã dãni merebatur ſenſus pœnã ęternam. Et ſic patet q̄ poſtq̃ Adã cũ Eua manſit debitor ſupradicto triplici debito: & deus mãſit creditor: ideo ſemper potuit de iure exigere ſupradictuꝫ triplex debitũ a primis parẽtib⁹. ſ. vt redderent ſibi originalẽ iuſtitiã cũ ſuis prẽmijs amiſſam. Scđo vt paterenť omnia illa dãna in p̄ſenti. Tertio vt paterenť pœnã ſenſus æternã in inferno poſt morteꝫ. Et ſic manſerunt inuiſi, & odioſi, & obiecti, & ſubiecti irę, & ſententiæ dei. Et ſic dicit Aug. contra Iulianũ, q̄ in tali debito manſerunt obligati ad eis impoſſibile ſub tali ſtatu: quia manſerunt obligati ad ſeruandum iuſtitiam, & obſeruandũ diuina p̄cepta tam affirmatiua q̃ negatiua: ſed hoc non poterant facere ex proprijs viribus poſt lapſum propter amiſſam libertatẽ, & propter corruptionem naturę, niſi per gratiã iuuarentur: ergo obligabanť ad ſibi impoſſibile: & deus de iure poterat exigere ab eis quod eis propter culpã ſui erat impoſſibile: vt lati⁹ videbitur pſalmo. cxviij. Tertio eſt notandũ ſcđm Anſelmum, & etiã Auguſtinum, q̄ Adã accepit illã iuſtitiã cũ omnibus præmijs ſuis pro ſe, & pro omnibus poſteris ſuis: & ſic obligauit ſe, & omnes poſteros ſuos ad ſeruandum iuſtitiam ſibi traditam: & ſic omnes poſteri fuerunt in eo obligati. Et ideo cũ pdidit Adã illã iuſtitiã, non ſolum perdidit pro ſe: ſed etiam pro omnibus poſteris & hæredibus ſuis: quia non potuit illam cũ ſuis præmijs trãſferre ad poſteros ſuos

L poſtq̃ perdidit eam. ¶ Ex quo ſequitur, q̄ omnes perdidimus illam iuſtitiam & gratiam cum omnibus ſuis p̄mijs in Adam: & per cõſequens omnes fuimus obligati ad omnia damna conſequentia priuationem illius iuſtitiæ perditę in Adã. Et iſto mõ dicit apl̃s ad Roma. iij. q̄ oẽs in Adã peccauerunt, quia oẽs in eo perdiderunt iuſtitiam cũ ſuis p̄mijs & oẽs fuerunt in eo obligati ad pœnã dãni, & ad pœnã debiti in eo: ſicut oẽs filij, & poſteri Catilinę nobilis Romani fuerunt cũ eo dãnati ad pœnã ppetui exilij, & ad priuationẽ beneficioꝝ, & p̄miorũ ciuiuꝫ romanoꝝ. Et ſic ſicut peccatum Catilinę tranſiuit in omnes ſuos poſteros quoad dãnum: ita peccatũ primorum parentum, quo ad damnũ obligauit omnes poſteros futuros. Et ſic nondum eramus, & iã fuimus omnes venũdati, & obligati ad pœnã peccati ipſi⁹ Adã. Et ſic peccatũ perſonale ipſorum primorum parentuꝫ trãſiuit a perſona in naturã ſuaꝫ cũ omnibus ſuis damnis & pœnis. Ideo illud peccatum in nobis dicitur pctm̃ naturæ ſcđm apl̃m ad Ro. p totum, & ſcđm Aug. contra Iulianuꝫ, & omnes pelagianos: eo q̄ trãſiuit a perſona primorũ parentuꝫ in naturã, & a natura in perſonas noſtras. Et ideo dicitur i nobis originale, & non pſonale: eo q̄ nõ eſt a pſona perpetratum: ſed a natura, & origine noſtra contractũ. Sed tunc arguebat Iulianus contra Auguſt. nã ſi tale pctm̃ ineſſet nobis a natura, tũc ſequereť q̄ eſſet creatuꝫ cũ natura, & natura eſſet creata a deo mala: qđ eſt falſum: quia cuncta q̃ fecit deus erant valde bona. Gen̄. j. Ad hoc reſpõdet Aug. q̄ Iulianus ęquiuocat de natura humana: nã vno mõ ſumiť p natura ſpecifica & eſſentia: alio modo ſumitur pro tota generatione, & deſcendentia ipſius Adam: ſicut diciť natura Scipionum a primo Scipione, & natura & gñatio Fabiorũ a prio Fabio: & natura Catilię ab ip̃o Catilina, a quo tota ſua natura & deſcẽdẽtia traxit pœnã exilij, & ſicut rit pœnã multiplicis damni. Primo igitur modo natura ſpecifica humana fuit a deo creata valde bona perfecta in ſua natura. Sed ſecundo modo tota natura, & generatio, & deſcendentia ipſius Adam per naturalẽ generationem in eo fuit corrupta, & ad pœnam ſui peccati obligata: & ſic dicit apl̃s, q̄ omnes in Adam peccauerunt &c. ¶ Sed hic eſt vi- M

dendũ primo quomodo tranſiuit illud peccatum per naturã ad nos: & quid trãſiuit de illo peccato. ex quibus videbiť quid eſt proprie originale pctm̃ in nobis. Quãtũ ad primũ eſt dicẽdũ ſcđm Auguſti. in prima pte de fide ad Petruꝫ & ad Valeriũ: & contra Iulianum: & ſecundum Ambroſium de verbis apoſtoli, quos ſequiť magiſter ſecũdo ſententiarum, q̄ vltra carentiã gratiæ, & illius originalis iuſtitiæ & vltra dãnum & priuationẽ bonoꝝ eius fuit inflicta q̄dam corruptio & fomes inordinatę concupiſcentiæ, & fœditatis libidinis in membris primorũ parentuꝫ, ſine qua libidine nullus poteſt exercere actum generationis: & ſic generatio hois quę ante fuerat homini collata cum benedictione añ pctm̃: poſtea non potuit exerceri abſq; fœditate libidinis. Et ſic dicit Auguſtinus, q̄ non facit hoies in pctõ naſci ſola generatio: ſed fœditas libidinis: per quã gñationem libidinoſam inficiť materia vtriuſq;. ſ. viri & fœminę: quia nõ ſolum [illegible] menſtruum mulieris ex quo fœtus formatur: ſed etiam ſpiritus prolifici & generatiui qui formant fœtuꝫ in matrice. Et ſic tota illa caro & fœtus manet corrupt⁹, & morbidus illo fomite ex Adã ſucceſſiue in carnem omniũ immiſſo & tranſlato: in qua quidem carne & fomite dicitur eſſe pctm̃ primorum parentum ſeminaliter, & virtualiter, ſicut mors in arſenico, & ignis in ſilice: ſed per conſortiũ pctm̃ ipſius Adaꝫ cõtrahitur a carne formaliter in anima: vt dictum eſt. & ſic tranſlatum fuit peccatum illud a perſona ipſorum primorum parentum in naturam & carnem p libidinoſam generationem ſeminaliter: ſed poſtea transfertur formaliter in perſonam, & animam vniuſcuiuſq; per cõſortium & animationem: vt ait Ambroſius. Et ſic diciť trãſferri a natura in perſonam. Sed eſt nũc videndũ quid trãſlatum eſt de illo peccato ad omnes poſteros. Ad hoc dicunt ſancti q̄ culpa particularis exiſtens in anima ipſius Adam non tranſiuit ad nos quia iam fuit in eo deleta, & extincta per pœnitentiã & fidem Chriſti futuri: ſed tranſiuit ad nos carentia illius iuſtitię perditę cum ſuis damnis, & priuatione omnium præmiorum, & cum debito recuperandi, & rehabendi illã, & operandi per illaꝫ, & implendi diuina pręcepta, & cum debito ſubiectionis ad perferendam diuinaꝫ ſententiam, & ad incurrendum odium, & iram diuinę vindictę: quia oïa iſta iputãtur ad damnũ de iure ſucceſſiuo oĩbus deſcendentib⁹ ab illo p̄uaricatore. Sed non incurrim⁹ pœnã ſenſus ęternam ſicut Adã: eo q̄ hoc pctm̃ in poſteris nõ eſt a nobis pſonaliter ppetratuꝫ: ſed ab origine & natura cõtractũ: ſed bñ eſt inflicta illa corruptio, & cõcupiſcentia in carne: q̃ ſicut p ꝯſortiũ, & ſolam vnionẽ cauſat culpaꝫ originalẽ in anima p quã hõ obligať ad pœnã dãni: ita illa corruptio in adultis cauſat per conſenſum pctm̃ actuale in voluntate: qđ diciť perſonale: per qđ meretur pœnã ſenſ⁹, & mortis æternam. ¶ Ex quibus omnibus patet q̄ pctm̃ N

originale in homine, nihil aliud eſt, niſi carentia illi⁹ origi-

nalis iuſtitię amiſſę,& pditę in Adã,cũ omnibus ꝓmiſs ſuis,
& debitę toti generationi ſuæ ſiue naturę:per quaꝫ caren=
tiam obligatur homo ad dãnũ illius peccati,& ad recuperã
dum illam iuſtitiam,& operandum ſcdm ipam:quã iuſti=
tiã cũ ſuis ꝓmijs deus exigit in carẽte.quæ quidẽ carentia cõ
ſtituit hoiem in odio & ira dei.Et ſic patet ꝙ pc̃m forma=
liter nil aliud eſt niſi illa obligatio,& debitum habẽdi illaꝫ
iuſtitiã,& operãdi per eã.qđ ineſt homini ex carẽtia illius
iuſtitię quã acceperat Adã ꝓ ſe & oibus ſuis:in cuiꝰ amiſſio
ne oẽs mãſerunt poſteri obligati,& in odio,& ira dei conſti
tuti debitores & rei pœne:ſicut dicit Virgi.i.j.æneidos de
Troianis & Iunone:ꝙ in Iunone manet alta mẽte repoſtũ
Iudiciũ Paridis ſpretęq; iniuria formæ:Et genus inuiſuꝫ,&
rapti Ganimedis honores &c.Et ſic patet,ꝙ iſta culpa ori
ginalis nõ proprie de ſe eſt pc̃m,niſi inquantũ eſt debituꝫ,
& obligatio ad pœnas damni ipſius primi peccati,& tranſ
greſſionis actualis primorum parentum.Sed nos commu=
niter appellamus peccatum illam carentiaꝫ iuſtitię & gra=
tię,& illã difformitatem,& debitum relictum in anima ex
actu peccãdi,quo debito deus imputat ad pœnam peccatũ
quõdam factuꝫ.Et ſic originalis culpa cum ſuis damnis nõ
eſt pœna noſtri peccati:ſed alterius.ſ.ipſius Adaꝫ. Quarto
eſt notandum ſecundum Aug.xj.de trinitate:ꝙ licet deus
ex potentia potuiſſet ſuperare diabolum & remittere,& li=
berare hoiem a peccato:tamen hoc voluit facere per iuſti=
tiam.ſ.ꝙ aliquis ſatiſſaceret pro illo peccato,& oibus alijs
quæ ex illo perpetranť:ſed quia nullus filius naturalis ipiꝰ
Adam hoc potuit facere,cum omnes eſſent obligati ſecũ=
dum naturaꝫ in illo ad pœnas ipſius peccati,& tota natura
& generatio eſſet in ira dei propter illud peccatum:oporte
bat ergo vt talis ſatiſſactio fieret per aliquem hoieꝫ de ſpe
cie humana liberum non ſolum in perſona ſed etiam in na=
tura non obligatũ illi peccato.Et ideo voluit deus mittere
verbum ſuum:vt ſumeret carnem ex Adam:nõ per genera
tioneꝫ naturalẽ:ſed ope ſpũs ſancti:ne obligaretur illi pc̃tõ
in perſona nec in natura:in qua poſſet pro omnibus pc̃tõ=
ribꝰ pati:& ſatiſſacere,& offerre deo gratũ,& validum ſa=
crificiũ pro oibus:vt deꝰ acciperet mortem corporaleꝫ illiꝰ
pro omni morte corporali,& ſpirituali,& æterna oim hoiꝫ,
ne illud pc̃m cũ omnibus ſequentibus maneret impunitũ.
Et ſic deus ſtatuit a principio nõ remittere peccatum & de=
bitum,niſi per vnum ſolum Chriſtum mediatorem:hoc eſt
per preciũ,& merita paſſionis illius.Et ſic nullus potuit ab
illo,& cæteris peccatis liberari:niſi cui Chriſtus voluit gra=
tiã,& merita ſuę paſſionis ꝯmunicare,& ſuæ paſſionis par=
ticipem facere:ꝑ quã gratiaꝫ,& merita voluit Chriſtus ſuos
fideles iuſtificare:& in gratiam patris reſtituere.& ſic loco
illius originalis iuſtitię,& gratię perditę in Adam data eſt
fidelibus gratia & iuſtitia fidei Chriſti ad iuſtificandum &
gratificandum eos.Et ſic ſicut Adam communicando ſuuꝫ
peccatum omnes poſteros infecit,& a deo ſeparauit,& ma
ledicto etiam irę dei ſubiecit:ita per oppoſituꝫ Chriſtus cõ
municãdo ſuã gratiã omnes fideles ſanctificauit,& deo pa
tri reconciliauit.Itẽ ſicut Adã trãſtulit ſuũ pc̃m in carnem
ſeminaliter.ſed ex carne trãſfertur illud pc̃m formaliter in
animam ſicut dictum eſt:ita pariter Chriſtꝰ qui eſt ſecundꝰ
Adam influit virtutẽ,& merita ſuæ paſſionis,quaſi ſemina
liter & virtualiter in ſacramenta eccleſiaſtica. Et ex ſacra=
mentis ſiue per ſacramenta virtꝰ,& merita paſſionis Chri=
ſti trãſferunť formaliter in aiam:vñ accedẽs verbum ad ele
mentum fit ſacramentũ,cõtinẽs quaſi ſemialiter & virtua=
liter gratiã,& merita paſſionis Chriſti:ſed tangẽs baptiſmꝰ
carnẽ ablũit mentẽ:& remittit debitum & pc̃m:nõ ꝙ illa
aqua cõferat gratiã:ſed quia cum aqua tangit corpus,ilico
deus creat,& infundit gratiã ſanctificantem,& gratificanti=
tem aiam,& purgantẽ eã a pc̃tõ ſi ineſt,& ſic recõciliat ho=
minẽ deo.Et ſic patet ꝙ ſicut Adã tranſtulit peccatũ ſuum
ꝑ gñationẽ naturalẽ,& libidinoſã i oẽs poſteros ita Chriſtꝰ
trãſfert ſuã gratiã,& iuſtitiã in oẽs ſuos fideles ꝑ regenera=
tionem ſpũalẽ,& eccleſiaſtica ſacramenta:licet ſit aliqua=
lis differẽtia:inquãtũ hic creatur noua gratia a deo imme=
diate prout alibi declaratur.Eſt tñ aduertẽdũ,ꝙ Chriſtus
nõ arctať,nec alligať ad cõferẽdã gratiã ſuę paſſiõis ꝑ ſola
eccliaſtica ſacramenta:nã multos gratificat,& ſanctificat
per latentẽ infuſionem gratiæ,& internam,& inuiſibilem
illuſtrationem:vt patet de inſpirato veniẽte ad baptiſmõ,
qui moritur in via:quia talis ex ſolo deſiderio baptiſmi ſã=
ctificať,& gratificať ꝑ baptiſmũ flaminis,& latenteꝫ ſctifi=
cationẽ.Et ita ſanctificauit & iuſtificauit Abrahã ꝑ fidem
Chriſti futuri ante circuncioſionem.Item nec Chriſtus arcta
tur ad ſctificandos hoies io determinato tẽpore & ætate,
ſicut ſanctificauit Iohãnem baptiſtã anteq̃ naſceretur.Itẽ
nec Chriſtus arctatur ad ſanctificandum hominem in ſtatu
determinato:quia nõ ſoluꝫ poteſt ſanctificare hoiem poſt
creationẽ & aiationem:ſed ſimul poteſt ipſum creare,& ſã
ctificare ꝑ gratiã:ſicut aiam ipſius Adã creauit ſimul cum
gratia.Et ſic põt ſanctificare queꝫ voluerit in principio ſui
eſſe:& ſimul animã creare,& in creando ſanctificare & in
carnẽ infundere:& hoc abſq; oi cõtradictiõe:vt patebit.Sꝫ
eſt videndum quẽ effectum facit talis ſanctificatio,ſiue ſit
baptiſmalis,ſiue inuiſibilis abſq; ſacramento.Ad qđ dicẽ=
dũ,ꝙ principalis intẽtio ſacramenti eſt ſanctificare,& gra=
tiam conferre,& gratificare apud deum:& ſi ibi eſt culpa,
aut debitum,ab ipſo abſoluere.Vel poſſumus dicere ꝙ pri
cipalis intentio ſacramenti eſt a peccato & debito per gra=
tiam Chriſti liberare,& deo recõciliare. Et ideo in baptiſ=
mo ꝑ illã ſanctificationem gratię remittiť debitũ habẽdi,
& recuperãdi originalem iuſtitiã,& gratificať baptizatꝰ &
fit dignus,& meritoriꝰ vitę æternę:& ꝑ cõſequens abſolui
tur ab ira & odio dei.Nam ſicut ante erat odioſus,& inuiſꝰ
deo:poſtea per ſanctificationẽ gratificatur & fit deo gra=
tus & acceptus:ſed non abſoluitur a pœnalitatibus & dam
nis,nec a fomite & concupiſcentia & vitio carnis:nec a ne=
ceſſitate moriẽdi & patiendi:qoia oĩa iſta manẽt poſt bap
tiſmum. Et ideo dicit Auguſtinus,ꝙ iſta concupiſcentia
cum cæteris pœnalitatibus non aufertur per baptiſmuꝫ:vt
non inſit in carne:ſed vt non imputetur ad peccatum nec ad
pœnam æternam talis inexiſtentia & permanentia pœna
litatum.Item per baptiſmuꝫ non aufertur obligatio ad ob=
ſeruandam legem iuſtitię,& ad obſeruãda diuina ꝑcepta:
q̃uis ſit homini impoſſibile ſine gratia,manente tali concu
piſcentia,& fomite,& corruptione in carne,& manente li=
bero arbitrio claudicato & vulnerato. prout patebit pſal.
cxviij.Ex quo patet ꝙ ꝑ baptiſmũ gratię,& ꝑ ſanctificatio
nẽ ſanctificatꝰ tñ abſoluitur a debito habendi,& recupe=
randi illã originalem iuſtitiam cum ſuis pręmijs:& abſolui
tur a pœna damni æterna,& ab ira & odio dei:& gratifica
tur ad vitam æternam conſequendam. Eſt verum,ꝙ p̃ter
gratificationẽ ad vitaꝫ æternã,& abſolutioneꝫ a debito na
turę quibuſdaꝫ communicauit Chriſtus aliqua præmia ꝑ=
dita in Adã.Nam apoſtolis communicauit ſeptẽ dona gra
tiarũ:& martyribꝰ donũ fortitudinis,& apoſtolo Paulo cõ
ceſſit gratiam ad reſiſtendum ſtimulo carnis. Et pręcæte=
ris in virgine totaliter extinxit fomitem libidinis & concu=
piſcentię ois inordinati appetitus:intantum ꝙ non potuit
peccare mortaliter nec venialiter:qa nulla fuit pugna inte
rior:licet in ea manerent quædã pœnalitates ad merendũ
& exercitiũ virtutum:ſicut dolor compaſſionis,& famis &
mors &c.quę omnia ita fuerunt in ea inſtrumenta merẽdi:
ꝙ nõ fuerũt incitamẽta peccãdi.Et ſic patet qualiter Chri
ſtus multis modis põt ſuã gratiã membris ſuis cõtcare tanq̃
caput & redẽptor.Et ſic patet qualiter licet ſãctificatio fa=
cta i baptiſmo.vel quouis alio modo abſoluat a debito ha
bẽdi illam originalẽ iuſtitiã cum ſuis pręmijs tamen nõ re=

caperat oia illa p̄mia pdita in Adā:vt patet intuēti.Verū
tamen licet baptiſmus,vel ſanctificatio non abſoluat,nec
tollat p̄fatas pœnalitates,nec recuperet illa p̄mia de p̄ſen
ti in actu:tñ facit hoiem dignū,& meritorium in habitu:vt
abſoluatur in nouiſſimo die ab omni miſeria,& pœnalita
te corporali,per futuram glorioſam reſurrectiones.Cauſas
aūt quare voluit Chriſtus vt iſte pœnalitates in nobis poſt
baptiſmū manerēt,aſſignat Aug.xiij.de ciuita.cap.iiij.di-
cens q̄ hoc factū eſt ꝓpter maius bonū noſtrum.Primo:qa
ſi per baptiſmū fuiſſent nobis ablatę iſtę pœnalitates nulla
eſſet pugna,nec inſtrumenta merēdi:& ſic nulla fuiſſet co-
rona martyrū,nec confeſſorū,nec virginum,nec iuſtorum.
Secunda cauſa fuit,q̄ ſi per baptiſmū homines efficerenť
immortales,& impaſſibiles,tunc omnes currerēt ad baptiſ-
mū,non ꝓpter futuram felicitatem,ſed ꝓpter pręſentē vti
litatē,& ſic tollereť meritū fidei,& ſpei,& charitatis.Ter-
tia cauſa eſt:quia vt ſic nulla poſſet fieri reparatio angelicę
ruinę,quæ nō pōt reparari,niſi per magnā violentiā,& me
rita excedentia humanā facultatē:ſcilicet per martyrius &
heroicos labores:vt homines ſiant pares,& ęquales ange-
lis qui ceciderunt:& mereantur poſſidere māſiones illoruꝫ
quas illi per ſuperbiam,& inobedientiam perdiderunt.Et
ſic pꝫ qd auferť i baptiſmo:& quare relictę ſūt nobis tales
paſſiones & pœnalitates:quia propter cauſas prædictas.

o ¶ His habitis ponitur prima cōcluſio.ſ.q̄ abſq; oi cōtradi
ctione Chriſtus potuit virginem matrē ſuā non ſoluꝫ a pc̄tō
actuali:ſed etiam ab originali pſonaliter p̄ſeruare.Iſta con
cluſio ꝓbať:primo inquantū deus eſt creditor,nā ois credi
tor pōt dimittere debituꝫ debitori ad libitū qn̄cunq; & cui
cūq; voluerit:ſed deus eſt creditor reſpectu totius humanę
naturæ:quia Adā cū tota natura ſua remanſit debitor poſt
pc̄tm̄:ergo deus pōt abſoluere a iugo ſeruitutis,& obliga-
tionis,& libertati donare quālibet perſonam iſtius huma-
nę naturę,& debitum ſeruitutis,& reatus ſibi remittere:&
hoc in quolibet ſtatu & ętate,& tempore illius perſonę.Et
ſic nō ſolū pōt remittere tale debitū naturæ poſt natiuitatē
ſicut dimiſit nobis per baptiſmū:& ante natiuitatē ſicut re
miſit culpā Hieremię,& Ioanni baptiſtę in vtero matris:
ſed etiam potuit de⁹ aliquē abſoluere a tali debito hūanæ
naturę,& liberare in ſua conceptione & animatione,& ſic
potuit abſoluere matrē ſuam in primo inſtāti ſuę creatiōis,
& animatiōis:& p cōſequēs in tali caſu debitū naturę hūa-
næ,& iugū ſeruitutis pc̄ti ipſius Adā non tranſiuit in perſo
nam virginis:& ſic deus potuit inquantum creditor p̄ſerua
re virginē Mariā ab origiali peccato naturæ.Et hoc potuit
deus facere abſq; cōtradictione,& pręiudicio,& derogatio
ne iuris ſeruitutis & obligationis:qd habet ſup totā hūanā
naturā propter pc̄tm̄ Adę.Nam hoc poteſt facere quilibet
dn̄s temporalis habens ius ſeruitutis ſup naturā alicuius de-
linquentis,vel quem acquiſiuit iure belli:quia retinēdo ſi-
bi ius ſup totā generationē & naturā illius pōt liberare ali-
quam pſonam in principio ſui eſſe,& abſoluere a iugo ſerui
tutis naturæ,& poteſt facere vt iugum ſeruituris naturæ nō
tranſeat in perſonā ſi libertati donat eum in ſua conceptio
ne,& ante cōceptionē.Vnde ſi Aſſuetus dediſſet libertati
ipſam Heſter q̄ erat de filiabus captiuitatis in ſua cōceptio
ne,ſicut liberauit eā in.xv.anno,tunc iugum ſeruitutis na-
turæ iudęorum non tranſiſſet in perſonam Heſter.& ſic p̄-
ſeruaſſet eaꝫ in pſona a iugo captiuitatis.ergo a fortiori de⁹
inquātū creditor totius humanę naturę potuit virginē Ma
riā in pſona p̄ſeruare a debito peccati & onere naturę ipſi⁹
Adę,ne tranſiret in perſonam.Item ad hoc etiam poteſt
induci vnum ſingulare,& accommodatum exemplum.Nā
dictuꝫ eſt pſalmo.xiij.& in pleriſq; locis:q̄ ſicut tota huma
na generatio peccauit,id eſt fuit obligata in Adam ad ſen-
tentiam,& pœnaꝫ illius peccati:Ita pariter tota natura ſi-
ue generatio iudęorum modernorum peccauit & fuit obli-
gata non ſolum ad ſeruitutem ſpiritualem pc̄ti:ſed ad per-
petuā ſeruitutem temporalem in crucifixoribus Chriſti:q̄ñ
dixerūt,Sāguis eius ſup nos,& ſup filios noſtros.Et ſic vbi-
cunq; habitāt hodie,ſunt ſerui dn̄orum & regum,& princi-
pum mundi naturaliter:vt patet in tota Hiſpania,& Ger-
mania,& Italia,& multo magis inter Sarracenos Sed eſt
talis lex inter Chriſtianos:q̄ qn̄cūq; aliquis Iude⁹ baptiza
tur,nō ſolū abſoluitur a ſeruitute peccati ſpūali per baptiſ-
mū:ſed etiā a ſeruitute dn̄i tp̄alis,cui erat obligatus ſecun-
dū naturā.Vn̄ ſicut vtraq; ſeruitus tranſiuit a natura in pſo
nam illius Iudæi per carnalē gn̄ationē:ita fuit ab vtraq; ſer
uitute liberatus p ſpūalē regenerationem Chriſti.Itē ſi ille
puer Iudęus fuiſſet baptizatus in vtero matris ante natiui-
tatem,pariter fuiſſet liberatus ab vtraq; ſeruitute.Item vl-
terius,ſi ille puer potuiſſet baptizari in primo inſtanti ſuæ
creatiōis:& aiatiōis tūc manifeſtū ē,q̄ ille talis p talē baptiſ
mū p̄ſeruareť non ſolum,ne ſeruitus naturalis & tēporalis
tranſiret in eius perſonam:ſed & ne ſeruitus peccati:& ſic
per gratiam p̄ſeruantem liberareť ab vtraq; futura ſeruitu-
te,cui erat obligatus ſecundum naturam in Adam,& cruci
fixoribus Chriſti.Et ſic eſt dicendū q̄ nec ſeruitus naturę iu
daicę cauſata in crucifixorib⁹,nec ſeruitus pc̄ti hūanę natu
rę cauſata in Adam tranſiret nec eſſet tranſlata in pſonam
illius iudęi.Cum ergo ſanctificatio ſpiritus ſancti ſit poſſi-
bilis fieri in vtero matris:vt patet de Hieremia,& Ioanne
baptiſta,per quam ſc̄tificationem fuerunt liberari a ſerui-
tute pc̄ti,& a debito naturæ ipſius Adā:ergo per talē latē-
tē ſc̄tificationē ſpūs ſancti potuit ſanctificare virginē Mariā
in primo inſtanti ſui eſſe:& p cōſequēs de⁹ potuit ſimul ani
mā creare,& ſanctificare.Et ſic debitum,& pc̄tm̄,& ſeruit⁹
naturæ,nunq̄ potuit tranſire in pſonā virginis Marię:& p
cōſequēs licet fuerit obligata in natura:tñ nunq̄ i pſona qa
oēs peccaſſe in Adā,nil aliud eſt:niſi nos oēs i eo fuiſſe obli
gatos,& venūdatos in eo:vt iquit Aug.in libro hyponoſti-
con.&.ij.de baptiſmo paruulorum.Sc̄do hoc potuit facere
Chriſtus inquantum deus:nam abſq; omni contradictiōe
iuris obligationis,qd habet ſup humanā naturam,potuit
gratiā ſuā cōmunicare matri ſuæ per p̄uā ſanctificationeꝫ
in primo inſtanti ſui eſſe.nā ſicut iuſtificauit Ioānes bapti-
ſtam poſt aiationē,potuit ſanctificare matrē ſuā in aiatio-
ne ſimul creādo aiaꝫ,& ſc̄tificādo,& infūdēdo:& ſic pc̄tm̄,
& debitū,& obligatio naturæ nō trāſiuit in pſonā:& ſic po
tuit eā a pc̄tō originali p̄ſeruare.Itē non ſolum animam in
ſua creatione:ſed & potuit ſanctificare carnē virginis ante
aiationē,& ab omni fomite purgare:& ſic illa caro non po
tuit aiam interficere:vt dictum eſt.Et ſic dicitur,q̄ illa ca-
ro non erat capax gr̄ę:ergo nō potuit ſanctificari ante aia-
tionē:ad hoc reſpondeť q̄ illa ſanctificatio carnis nō opor
tuit q̄ fieret p gratiam gratificā:ſed per virtutem ſpiritus
ſancti purgantem & purificantem illam carnem extinguē
tem fomitem in ea:ſicut per virtutem ſpūs ſancti exorciza-
tur oleum,& conſecratur in criſma,& ſicut conſecrāť alta-
ria,& reconciliāť eccl̄ię pollutę,& cætera inanimata.Ita
Chriſtus voluit purificare illam carnem:vt abſq; omni ſor-
de in ea aia creareť,& ne a carne fœdaretur.Sed vltra hoc
oportuit illā animam in creādo ſanctificari per gratiaꝫ gra
tum facientem:vt eſſet deo grata & accepta:& ſic ſicut ſan
ctificatio carnis nō fuit gratiæ infuſiua:ſed a fomite purga
tiua:ita ſanctificatio aiæ non fuit peccati purgatiua:quia
nullum erat:ſed fuit gratiæ infuſiua,& gratificatiua,& ab
omni peccato p̄ſeruatiua:quia illa anima ſimul fuit ſancti-
ficata,& creata & in gratia cōfirmata:q̄ quidē gr̄a p̄ſerua
uit ab omni malo,& confirmauit in omni bono.

¶ Sc̄da cōcluſio,q̄ decēs fuit vt Chriſt⁹ matrē ſuā non ſolū
ab actuali & veniali:ſed ab origiali p̄ſeruaret,& hoc inquā
tū ipſa erat futura mater dei,& tabernaculū,& tēpluꝫ dei.
Hanc cōcl̄onē ꝓbat Anſel.lib.de conceptu virginali di.q̄

decebat vt illa virgo tali puritate niteret, qua ſub cælo
maior nequit intelligi:& per conſequēs ſi hāc puritatē nō
habuiſſet, maior puritas poſſet intelligi.

¶ Tertia ↄ̄clō, ꝙ Chriſt⁹ debuit & tenebaꝛ virginē Mariā
ab originali p̄ſeruare inquātū fili⁹, ꝓbaꝛ. Nā ois fili⁹ debet
& teneꝛ honorare matrē q̄tū pōt & decēs ē: ſed Xp̄s hoc po
tuit facere inquantū de⁹ & inquātū creditor, vt ꝓbatū ē p
primā cōcluſionē:& hoc fuit decēs iquantō ip̄a erat mater
dei futura, vt pꝫ per ſcdaꝫ cōcluſionē:& debet & teneꝛ fa-
re inquantū fili⁹: ergo ſequiꝛ ꝙ ip̄am ab originali p̄ſerua-
uit. Itē Chriſtus hoc tenebaꝛ facere inquātū legiſlator. naꝫ
legiſlator prius debet facere q̄ docere, vt exēplo ſui cęteri
ſeruēt leges ab eo latas: ſed Chriſt⁹ legiſlator vtriuſq; legis
dedit p̄ceptū de veneratione parētū: ergo ſeruauit illd. qa
nō venit legē ſoluere: ſed adiplere. Matth.v. Et ideo hanc
legem de facto ſeruauit: quia erat ſubditus illis. Lucę.ij.

¶ Itē Chriſt⁹ in oib⁹ cœpit facere & docere vt pꝫ Actuū.j.
ergo inter cætera hoc p̄ceptū adimpleuit p̄ſeruando mr̄eꝫ
ſuā ab oi pc̄tō nō ſolū actuali, ſed etiā veniali & originali.

¶ Itē oēs illę rationes quas adducit Aug. in libello de aſ-
ſumptione virginis, ꝓbādo corp⁹ virginis nō fuiſſe incinera
tū in ſepulcro: ſed ad glīam in breui ſurrexiſſe: quę ꝓ maio
ri parte ꝓcedūt de honore parētū, magis ꝓbāt hoc ꝓpoſi
tū q̄ illud. Ex ſupradictis inferꝛ corrolaria cōcluſio ꝓ cōfir-
matione ſupradictę poſitionis: ꝙ Chriſtus de facto p̄ſerua
uit matrē ſuā ab originali poſtq̄ hoc potuit & fuit decens &
debuit facere vt ꝓbatū eſt. ¶ Sed poſſet aliqs iſtare: quia
multa pōt deus q̄ eſſet decēs facere ad oſtēdēdā ſuā potētiā
& bonitatē: q̄ tn̄ nō facit. ſicut creare plures mūdos: & oēs
hoies p̄deſtinaſſe ad gloriā: qđ tn̄ non fecit. Ad hoc reſpon
deꝛ: ꝙ licet ſupradicta de⁹ potuiſſet facere: tn̄ nō tenebaꝛ,
nec obligaꝛ, nec obligabaꝛ facere: ideo nō fecit. Sed ſemp
eſt aſſerendū ꝙ Chriſt⁹ fecit & cōpleuit oia q̄ potuit & de-
cuit & debuit & tenebaꝛ facere. Nā ſi quis nō facit qđ pōt
& decet & teneꝛ facere: puta ſi diues nō dat eleęmoſynaꝫ,
& filius nō veneraꝛ parētes &c. hoc nō accidit niſi ex aliq̄
paſſiōe ipediēte: puta ex auaritia &c. ſed nulla fuit paſſio:
nec aliqoid huiuſmodi impędiēs ad bonū in Chriſto: ergo
fecit oia q̄ debuit & tenebaꝛ facere. ergo matrem abſq; p̄-
iudicio ſuæ legationis pręſeruauit & honorauit.

¶ Quarta cōcluſio, ꝙ virginē Mariā fuiſſe p̄ſeruatam per
gr̄am ab oi pc̄tō nō ſolū actuali & veniali, ſed etiā originali
fuit de mēte beati Auguſtini. Pro cui⁹ ꝓbatione eſt aduer-
tēdū: ꝙ cū Pelagiani negarēt pc̄m̄ Adę cū ſuis damnis &
onere fuiſſe in oēs poſteros ſuos tranſlatū: & negarent nos
oēs traxiſſe originale pc̄m̄ ex carne & natura corrupta ip-
ſius Adam: & aſſererēt quēlibet hoiem ex virib⁹ ꝓprię na
turę: & p ſolū liberū arbitriū abſq; ſpeciali gratia poſſe oē
peccatū vitare & diuina p̄cepta adimplere: tūc beat⁹ Augu
ſtinus zelo catholicę fidei cōpulſus inter cęteros tractatus
fecit libros de baptiſmo paruuloꝝ cōtra Pelagianos, i quí
bus ꝓbat neminē eſſe liberū ab omni pc̄tō. ſ. actuali aut ve
niali, aut originali pręter vnū ſolū Chriſtū mediatoreꝫ: eo
ꝙ ſolus inter mortuos liber, nō ex ope Adā conceptus nec
natus. Sed cū poſtea Pelagius arguiſſet cōtra Auguſtinum
adducēs & memorās cōplures in vet. teſt. & nouo quos ſa-
cra ſcriptura iuſtos appellat, ſicut fuit Abel, Enoch, Noe,
Melchiſedech, Abrahā, Iſaac, Iacob, Moyſes, Iob, Ioſue:
ad hoc r̄ndet Aug. in lib. de natura & gr̄a ꝙ licꝫ om̄es illos
appellet iuſtos ſacra ſcriptura ob ingentes virtutes tn̄ ali-
q̄n fuerūt ſub aliquo pc̄tō actuali, aut veniali, aut origina-
li: & ſiq̄n vitarūt peccata actualia hoc nō fuit ex ꝓprijs viri
bus: ſed ex ſpeciali gratia pręueniente & p̄ſeruāte. Sed cū
rurſus Pelagius memoraret Zachariam & Simeonem, &
Annam ꝓphetiſſam, & Ioſeph ſponſum virginis, & Ioan-
nē baptiſtā in vtero ſanctificatū, quos oēs euangelica iu-
ſtos cōmendat auctoritas & ſine peccato, & innocentes de

quib⁹ dr̄ i Apocāl. ꝙ hi ſunt qui cū mulierib⁹ nō ſunt coin-
quinati & ſine macula ſunt ante thronū dei &c. ad hoc r̄n-
det Augu. ꝙ oēs illi licet per gr̄am fuerint p̄ſeruati a pc̄tō
actuali: tn̄ nō fuerunt abſq; oi peccato falteꝫ originali. Sed
cū tandē Pelagius memoraret virginē Mariā matrē Chri-
ſti, cui dictū eſt p angelū gr̄a plena &c. ad hoc reſpōdet Au
gu. in eodē libro de natura & gr̄a: ꝙ hac virgine excepta: ſi
oēs ſupradicti & oēs ſancti & ſanctę congregari poſſent: &
quęrereꝛ ab eis an pc̄m̄ haberēt: qđ poſſent reſpōdere niſi
ꝙ Ioan. ait: ſi dixerim⁹ ꝙ pc̄m̄ non habem⁹ noſipſos ſedu
cimus & veritas in nobis nō eſt. Ex quib⁹ pꝫ, ꝙ Aug. aſſe-
rit virginē Mariā non ſolū ab actuali: ſꝫ ab originali fuiſſe
imunē. nā ip̄e cōparat ip̄ſā Ioāni baptiſtę qui nūq̄ peccauit
actualiter: & innocētib⁹ qui nō ſolū nō peccauerūt actuali-
ter: ſed nec venialiter. Cōparat etiā eā oibus ſanctis: quoꝝ
quidā fuerūt ſimiles innocentib⁹ & nō habētib⁹ niſi tantuꝫ
originale: & dicit nullū illoꝝ fuiſſe ſine pc̄tō p̄ter virginem
Mariā: ergo aſſerit ip̄ſā imunē ab originali. Sed modū per
quē Maria fuit p̄ſeruata: exprimit Aug. cū ſubdit: Propter
honorē dn̄i cū de pc̄tis agiꝛ de virgine Maria nullā proſ⁹
intendo mentionē agere. Scimus enim tn̄ gr̄æ ad vincen-
dum ex om̄i p̄te pc̄m̄ illi fuiſſe collatum: ꝙ illum meruit
parere quē cōſtat nullū habuiſſe pc̄m̄. Ex quib⁹ verbis aſ-
ſerit Aug. ꝙ Chriſt⁹ volēs honorare matrē voluit ip̄i cōfer-
re gr̄am p̄ſeruantē ad vincendū ex oi parte pc̄m̄. ſ. tam a
parte ante originale q̄ a parte poſt actuale: & a dextris &
ſiniſtris veniale: & p ↄ̄ns fuit p̄ſeruata nō p naturā ſed per
gr̄am ab oi pc̄tō: qa om̄e pc̄m̄ vicit. Sed hoc magis cōfir-
mat Aug. & exprimit i. ij. ſermo. de natiuitate eiuſdē Virgi
nis: vbi allegādo illđ verbū āgeli: gr̄a plena &c. dicit Quid
iuſtitię qđ ſanctitatis hęc virgo indigere potuit q̄ efficacis
ad oia gr̄æ plenitudinē accepit? aut quis vnq̄ in eius aīa vł
corpore locus potuit inueniri peccati: q̄ ad inſtar cæli conti
nentis oia tēplū dn̄i eſt effecta? Hæc eſt dom⁹ de qua per
Salomonē dr̄: ſapiētia ędificauit ſibi domū. hāc ꝓfecto do
mū diuina ſapiētia ędificauit de qua carnem aſſumeret. cu l
nullus patriarchaꝝ, nullus ꝓphetaꝝ eſt cōferēd⁹. Nec mi
rum ſi hęc virgo puritate cūctoꝝ celſitudinē trāſcēdit mor
taliū: cū partu oiꝫ merita excedat angeloꝝ. Itē magis ex-
primit hoc beat⁹ Hiero. ſup illud pſal. lxxvij. Deduxit eos
in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis vbi dicit
Hiero. ꝙ per illā nubē poſſum⁹ intelligere ſanctā Mariā.
Illa eīn nullo humano pōdere pregrauata ſemp fuit i die
& nūq̄ in nocte: & ſemp in luce & nūq̄ in tenebris. Ex quo
pꝫ ꝙ tā de mente Hieronymi q̄ Auguſti. fuit ꝙ virgo Ma
ria nō ſolū ab actuali & veniali: ſed etiā ab originali pc̄tō
fuit p gratiam p̄ſeruata. nā Aug. dicit ꝙ nullus preter ip̄aꝫ
potuit dicere ſe nullū habuiſſe pc̄m̄ & ꝙ vicerit ex omni
parte pc̄m̄: & ꝙ nūq̄ in ei⁹ corpore vel aīa locus potuit in-
ueniri peccati. Beatus vero Hieronym⁹ dicit. ꝙ ip̄a nunq̄
fuit in nocte peccati: ſed ſemp in die gr̄ę: & nunq̄ in tene-
bris ſed in luce. ergo ab om̄i pc̄tō fuit p̄ſeruata. ¶ Sed ſi p
arguaꝛ cōtra: ꝙ Aug. ꝓbauit in. ij. de baptiſ. paruuloꝝ ne-
minē eſſe liberū a peccatu p̄ter Chriſtū &c. Ad hoc r̄ndeꝛ
ꝙ differētia eſt iter liberū & liberatū. Nā liber reſpicit pſo
nā & naturā ſimul: & ſic ſolus Chriſt⁹ eſt inter mortuos li-
ber: qa nec fuit obligat⁹ i pſona nec i natura in Adā. & hoc
ꝓbat ibi Aug. ſꝫ qa virgo Maria fuit obligata in natura: ſꝫ
fuit liberata p gr̄am p̄ueniētē in pſona: iō nō pōt dici libe-
ra ſed liberata. & hoc ꝓbat iſta poſitio ſc̄d̄m mētē Aug. &
Hieronymi in locis pręallegatis. & hæc de iſta poſitione.

¶ Sed nūc reſtat r̄ndere ad auctoritates & rationes in prī
cipio adductas. Ad primā ergo q̄n dr̄ ꝙ oēs filij Adā cor-
rupti ſunt: R̄ndetur ꝙ Dauid ibi nō intendit dicere niſi ꝙ
Adā peccante tota natura humana. i. ſua ḡnatio fuit in eo
corrupta. quā corruptionē trāſmiſit Adā i ſuos poſteros p
libidinoſā ḡnationē. q̄ qdē caro libidinoſa p ſuū cōtactum

cauſat culpā originalē in aīa: & ꝑ cōſenſum cauſat oīa ſcelera in volūtate: quę ī illo pſalmo nominanť: quā qdē corruptionē & ſententiā Adā nō potuit trāſferre in Chriſtū: eo ꝙ nō ex opere Adā natus eſt. Et ſic ſolus Chriſtꝰ fuit liber ab illa ſentētia: & ideo ſolus Chriſtꝰ pōt alios liberare ab illa ſententia: vt cōcludiť in illo pſalmo. ſ. Quis dabit ex Siō ſalutare &c. Et ideo multos liberauit Chriſtꝰ ꝑ gr̄am ꝓuenientē ab effectu illius ſentētię. Nā Ioan. baptiſta, & euangeliſta: & virgo Maria: & multi viri ſancti nūq̄ cōmiſerunt illa ſcelera quę memoranť in illo pſalmo: eo ꝙ fuerūt liberati ꝑ gr̄am ꝓuenientē ne inciderēt in illa ſcelera ꝑ cōnſenſum volūtatis. Ita ergo pariter virgo Maria fuit liberata ꝑ gr̄am ꝓuenientē, & ſanctificātē, & gratificātē aīam ne cōtaminareť a carne: & ꝑ virtutē ſpūs ſācti ſanctificātē carnē ante animationē ne inficeret aīam per conſortiū: ꝓut dictū eſt. Et ſic patꝫ, ꝙ illa auctoritas nō intēdit dicere niſi ꝙ natura humana taliter fuit corrupta in Adā ꝙ niſi liberenť ꝑ gratiā oēs ꝑpetrarēt illa ſcelera in illo pſal. memorara. Ad auctoritates apl'i dicendū: ꝙ qa cōuerſi ex iudaiſmo gl'iabanť de ſua natura: eo ꝙ erāt ex natura Abrahæ & Iacob ſcd̄m carnē ꝑ quā naturā putabāt ſaluari cōtēnentes gr̄am Chriſti: Iō apl's ꝑ totā epl'am ad Ro. & ad Gala. dicit ꝙ nemo gloriet̄ nec cōfidat de natura ſua carnali: quia tota natura carnalis fuit corrupta ī Adā: qa oēs ī eo peccauerūt. ſ. oēs fuerūt obligati ſentētię vtriuſqꝫ mortis datę in Adā: qa Adā qñ peccauit oēs obligauit ad ſentētiā ſui pc̄ti: & ſic anteq̄ naſcātur & cōcipiātur oēs filij naturales ipſius Adā iā ſunt obligati illi ſententię ſcd̄m naturā: a qua ſententia nemo pōt liberari ī pſona niſi ꝑ gr̄am Chriſti, aut ꝓueniētē, aut ſubſequētē: de qua ſententia fuit liberata virgo Maria in pſona ꝑ gr̄am ꝓuenientē & ꝓſeruātē ab effectu illius ſententię ꝓut dictū eſt. Et ideo nō valet iſta cōſequētia. virgo Maria cū cęteris peccauit in Adā: ergo habuit pc̄m̄ originale in aīa: qa arguiť a natura ad pſonā. Nā antecedēs nō aſſerit niſi ꝙ virgo Maria fuit obligata in natura & ſcd̄m naturā in Adā. ſed cū poſtea inferť: ergo habuit pc̄m̄ originale: negať conſequētia quia variať ſuppoſitio de natura ad pſonā: quia antecedēte exiſtēte vero cōſequēs eſt falſum: eo ꝙ pc̄m̄ naturę nō trāſiuit ad pſonā ꝓpter gr̄az ꝓuenientē & ſanctificantē. Ad aliā cū dr̄ ꝙ ſicut in Adā oēs moriunť &c. Reſpōdeť ꝙ iſta auctoritas declarat oēs alias iuxta intentū huiꝰ ꝓpoſiti. nā manifeſtū eſt ꝙ paſſio & gr̄a Chriſti ſufficiens eſt de ſe ad ſaluādū & viuificandū oēs a peccato: ſed talis gr̄a nō trāſiuit ī mltos: nō ex defectu gr̄ę: ſed ex impedimēto ubijcis malitię mltoꝝ Iudęoꝝ: & alioꝝ infideliū. Ita ergo pariter pc̄m̄ ipſius Adæ ſufficiēs fuit ad corrūpendū & inficiendū & obligādū oēs de ſe: ſed illa ſententia ſeu effectꝰ illiꝰ ſentētię nō potuit trāſire pſonaliter ad quoſdā ꝓpter impedimētū gr̄ę pręuenientis & ꝓſeruātis. Et ideo ſicut gr̄a Chriſti ꝓſeruauit Ioānē baptiſtā & multos alios pſonaliter ob omni pc̄tō actuali: ita ꝓſeruauit virginē Mariā: nō ſolū ab actuali & veniali: ſꝫ etiā ab originali ꝓut dictū eſt. Ad primā auctoritatē Auguſtini dicendū ꝙ Auguſtinus in libris de baptiſmo paruuloꝝ & de ꝑfectione iuſtitię hoīs & de natura & gr̄a & cōtra Iulianū: & in oībus libris cōtra Pelagianos, nil aliud intendit ꝓbare niſi ꝙ a pc̄tō & ſententia ipſius Adā nemo fuit liber ſcd̄m naturā niſi ſolus Chriſtus: qui nō ex ope Adā conceptꝰ eſt, ſed oēs alij fuerunt obligati in eo ſcd̄m naturā. de qua obligatione nemo poteſt pſonaliter liberari, niſi per gr̄az Chriſti ꝓueniētē aut ſubuenientē: ſicut aſſerit in libro de natura & gr̄a, ꝙ licet virgo Maria eſſet obligata in natura tn̄ fuit ꝓuenta & liberata ꝑ gr̄am ꝓuenientē ad vincendū ex omni parte pc̄m̄. Et ſic pc̄m̄ naturę nō trāſiuit in pſonā. Eodeꝫ modo reſpōdeť ad aliā regulā vulgatā. ſ. Firmiſſime tene. nā illa regula nil aliud ꝓbat niſi ꝙ oēs filij Adā per generationē naturalē cōcepti naſcunť in pc̄tō ſcd̄m naturā, niſi per gratiā Chriſti liberētur: & ſic illa regula ſecū importat reſponſionē pro iſto ꝓpoſito. Itē ad aliā cū dicit ꝙ Chriſtꝰ aſſumpſit ſcd̄m carnē ex illa pc̄ti carne & propagine: reſpōdeť ꝙ Auguſtinꝰ appellat carnē & ꝓpaginem pc̄ti totā generationē & propaginē naturalē ipſius Adā habentē ſecū illā corruptionē: quę per conſortiū cauſat originale ī aīa & ꝑ cōſenſum cauſat actuale in volūtate. de qua ꝓpagine cōcepta fuit caro virginis. ſed pc̄m̄ originale non trāſiuit in animā propter pręuiā ſanctificationē. Et ſic patet quomō oēs illę auctoritates ſecū portāt ſuas declarationes & reſpōſiones: & quomodo iſta poſitio nullo mō derogat ſupradictis auctoritatibus: immo cōfirmat eas. ¶ Ad rationes autem: ad primā qñ diciť ꝙ virgo Maria habuit carentiā originalis iuſtitiæ, negať. nā carētia dicitur indigentia alicuius neceſſarij: ſed virgo Maria nunq̄ indiguit illa originali iuſtitia: nec habuit debitū eiꝰ: quia a primo inſtāti ſui eſſe habuit gr̄am & iuſtitiā fidei Chriſti habitualiter: per quā fuit iuſtificata & deo gratiſſima & accepta: ſicut nos poſt baptiſmū iuſtificati iā non indigemꝰ illa originali iuſtitia pdita ī Adā, quia iāſumꝰ abſoluti a debito eiꝰ. Ad aliā diciť ꝙ idem Aug. declarat ibidē pſalmo. xxxiiij. qualiter mors & cætere pœnalitates nō ſunt formaliter pc̄m̄: ſed ſimilitudo & veſtigiū pc̄ti ipſius Adā: quarū quaſdā voluit ſponte Chriſtus aſſumere ꝓpter delēda pc̄tā. Et ſic dicit ꝙ Maria nō mortua eſt ꝓpter pc̄m̄ ꝓpriū: ſed propter pc̄m̄ ipſius Adā: & ſic virgo Maria traxit etiā quaſdā alias pœnalitates ad inſtrumentū meritoriū: ſed concupiſcētia fuit in ea ī principio totaliter extincta ne eſſet occaſio peccati actuali. nec venialis, vt cōmuniter tenetur. Ad aliā cum diciť ꝙ ſequeretur ꝙ virgo Maria nō indiguiſſet redēptione nec eſſet redēpta, negatur cōſequētia. nā inquātū erat obligata ī natura neceſſe erat vt liberareť in pſona ꝑ gr̄az Chriſti. Et ſic fuit liberata ꝑ gr̄aꝫ ꝓuenientē ne pc̄m̄ naturę trāſiret ad pſonā: & per eādē gr̄am fuit redēpta & participauit paſſionē Chriſti: eo ꝙ illa gr̄a fuit ipſi data ꝑ merita paſſionis Chriſti. quę quidē merita cōmunicabat & diſpenſabat Chriſtꝰ ante ſuā paſſionē: quia iā miſerat apl'os ad baptizādum per merita ſuę paſſionis anteq̄ patereť: & ante incarnationē ſuā diſpēſabat merita ſuę paſſionis, vt inqt Augu. & Hierony. quia Chriſtꝰ heri hodie & cras & in ſęcula: ad Hebræ. vltimo. Etiā ſi arguiť ꝙ ea q̄ ſūt de iure naturę humanę de neceſſitate trāſeūt in pſonā & oia indiuidua: ergo ſi talis corruptio & pc̄m̄ eſt de debito & iure humanę naturę, ergo trāſiuit in pſonā virginis &c. Reſpōdeť ꝙ ea quę ſunt de eſſentia naturę ſpecificę neceſſario trāſeunt in pſonā: ſed talis corruptio & obligatio non eſt eſſentia naturæ ſpecificę: ſed de iure & debito generationis naturalis ipſiꝰ Adā, quę equiuoce dr̄ natura, ꝓut ait Aug. cōtra Iulianū: & ſic tale debitū ſicut eſt inflictū toti generationi naturali humanę ꝑ culpā ipſius Adā: ita poteſt impediri ne trāſeat in aliquā perſonā ꝑ gr̄am Chriſti ꝓuenientē: ſicut dictū eſt de ſeruo naturali q poteſt liberari a dn̄o nō ſolū in ſua cōceptione: ſed etiā ante. & ſic nūq̄ ius ſeruitutis naturę trāſiret in eius perſonā. Verūtn̄ omnia iſta relinquātur determinationi eccleſię catholicę.

OMnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis.

¶ Titulꝰ, Ad victoriā ſiue ī finē filijs Chore pſal. Ex titulo & litera huius pſal. apparet ꝙ Dauid ꝓuidit in ſpiritu proſperitatē & ampliationē regni Chriſti: & vniuerſalē poteſtatē eius in cęlo & in terra & ī toto populo gētili. ideo fecit hūc pſalmū. Vñ eſt aduertendū ꝙ Dauid cōſiderādo myſteriū ingreſſus terrę ꝓmiſſionis ꝓuidit ꝓſperitatē regni Chriſti. Nā poſtq̄ Ioſue ingreſſus eſt terrā ꝓmiſſionis, electis. xij. principibus ex. xij. tribubus repoſuit arcā in Galgalis: ſed ſuperatis oībus regibus & ſubiecta quaſi to-

ta terra Canaan ſiluit terra a pręlijs. Tūc congregatis.xij. principibus cum oībus tribubus ducta eſt arca domini de Galgalis cū iubilo & tympanis & collocata in Silo i mōte Effraim.vt patet Ioſue.xviij.vbi deus dicebatur ſedere in propitiatorio & ſede ſancta ſua. In quo myſterio Dauid tāq̄ in ſpeculo pręuidit in ſpiritu totā proſperitatē eccleſię & conuerſionē populi gentilis ad Chriſtū:& victoriā apoſtolorū qui dicti ſunt principes eccleſię ſup oēm terrā. Hoc eſt quomodo verus Ioſue Chriſtus Ieſus congregatis.xij.apoſtolis debebat introducere totū populū in eccleſiā p flumē baptiſmi.quę quidē eccſia fundata eſt ſup.xij.articulos fidei abſtractos a flumine ſacrę ſcripturę.& quomō iſti duodecim apoſtoli ſuperato populo gentili & ciuitatibus eoꝝ in medio ppl̄i gentilis debebāt collocare tabernacula dei & multitudinē eccleſiarū ędificare. In quibꝰ eccleſijs Chriſtus realiter ſedet in ſacramento euchariſtię:& reponiť in tabernaculo & ſacrario cuiuſlibet eccl̄ię,vt patet manifeſte:& in die corporis Chriſti portatur corpꝰ Chriſti honorifice cū ſonitu inſtrumentoꝝ muſicoꝝ & cātu exultationis per ciuitates & reponiť in ſacrario. Itē p̄uidit qualiter Xp̄s erat aſcēſurus in cęlū & accipere debebat regnū patris & ſedere a dextris patris.& In fine mūdi qualiter erat vēturꝰ cū illis.xij.apoſtolis ad iudicandū.xij.tribus Iſrael. Hoc ergo pręuidēs Dauid fecit hūc pſalmū in quo introducit coetum apoſtoloꝝ & chriſtianoꝝ agentē gratias de huiuſmodi victoria. ℂ Dicit ergo coetus apoſtoloꝝ. O vos oēs gentes Chriſto iam ſubiectę per noſtrā p̄dicationē plaudite & lętamini manibus eleuatis in cęlum gratias agendo:& iubilate & canite laudes deo in voce exultationis.

Quoniā dn̄s excelſus:terribilis:rex magnus ſuper omnem terram.

Subiecit populos nobis:& gentes ſub pedibus noſtris.

ℂ Dn̄s Ieſus Chriſtꝰ excelſus in dignitate & terribilis i iudicio,iam ſubiecit nobis oēs populos & oēs gētes ſub pedibus & poteſtate noſtra.ergo ſibi debeť honor laus & gloria:qa ſibi eſt tradita ois poteſtas a patre. Itē maxime nos chriſtiani cōuerſi ex gētibus debemus plaudere manibus & iubilare in voce exultationis.Quoniam

Elegit nobis hæreditatem ſuam:ſpeciem Iacob quem dilexit.

ℂ Elegit nobis & dedit nobis hæreditatē ſuam hic p gratiā,& in futuro p gloriā:hęreditatē dico.ſ.ſpeciē & pulchritudinem Iacob:quē dilexit.quaſi dicant conuerſi ex gētibus. Sicut Iacob ſupplātauit Eſau:ita nos ſupplātauimus ſynagogam & vicimus eam:& ſicut Eſau vēdidit primogeniturā & hęreditatē ipſi Iacob ꝓ lenticulis:& Iacob ſurripuit hęreditatē:ita ſynagoga vendidit nobis primogenituram & hæreditatē pro rebus temporalibus. Et nos facti ſumus filij regni Chriſti ipſis reprobatis. Et ſicut deus Iacob dilexit,& Eſau odio habuit:ita Chriſtus nos diligit & populū iudaicū odio habet. Et ſic ſumus veri Iſrael & vere benedicti a dn̄o & directi quia videmus deū facie ad faciem per fidē:& ſic poſſidemus hęreditatē,& ſpeciem,& pulchritudinem Iacob quem deus dilexit.

Aſcēdit deus in iubilo:dominus in voce tubę.

Pſallite deo noſtro pſallite:pſallite regi noſtro pſallite.

Quoniam rex omnis terræ deus:pſallite ſapienter.

ℂ Poſtq̄ in prima parte deſcripſit regnū Chriſti vniuerſale in hac eccl̄ia,nūc in hac ſcd̄a parte oſtēdit q̄ Chriſtꝰ nō ſolum accepit vniuerſale regnum in terra:ſed etiam aſcendit in cęlū,& receptus eſt cum ingēti honore,& accepit regnum in cælo. Et ideo dicit,iubilate vos in terra:qm̄ Chriſtus deus tanq̄ rex vniuerſalis aſcendit in cęlū cū iubilatione angeloꝝ:& tanq̄ verus dn̄s aſcēdit in voce tubę cęleſtis in die aſcēſionis.ergo ſi angeli receperūt eum in cælo cum tanto honore:a fortiori debetis vos gentiles pſallere & iubilare qui tāta beneficia recepiſtis cū vos in hæreditatē & regnū ſuum elegit:& ſynagogā reprobauit.ergo maiorem cauſam habetis,vt gratias agatis cum iubilo. Pſallite ergo vos gētiles cōuerſi deo noſtro:& cantate & pſallite regi noſtro Chriſto. Sed pſallite ſapiēter cū vero cultu diuino ſicut regi Chriſto debetur qui eſt deus & homo.ergo ſibi debeť latria. Non ergo pſallatis ſibi imprudēter & fatuo modo ſicut ante pſallebatis & ſacrificia fœda & abominabilia dijs falſis offerebatis:motus incompoſitos,& falſa & inhoneſta carmina cantabatis:& maxie laudes falſas & carmina poetarum. Chriſtus autē rex noſter vult ſpiritum contribulatū & cor contritum & humiliatum & ſacrificiū laudis & orationes & pſalmos & carmina ſacrę ſcripturæ:& hoc eſt pſallere ſapienter:quia diabolus princeps mūdi huius iam nō regnat ſuper gentes. Sed Chriſtus

Regnabit deus ſuper gentes:deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.

ℂ Regnat ſuper gētes,& ſedet ſup ſedem ſanctā ſuam in hac eccleſia per eccleſiaſtica ſacramenta:& in cæleſti per gloriā. Et iam principes populoꝝ,ſcilicet apoſtoli congregati ſunt in cælo cū Chriſto deo Abrahā. Diciť autē Chriſtus deus Abraham:eo q̄ ſibi fuit promiſſus.

Principes populorum congregati ſunt cū deo Abraham:quoniam dii fortes terræ vehementer eleuati ſunt.

ℂ Iſti pricipes eleuati & honorati ſunt ſicut dij terrę & cōiudices Chriſti ſedētes ſup duodecim ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael. Nota etiam,q̄ hæc eleuatio poteſt referri ad adeptionē ſpiritus ſancti factā in apoſtolis.nā forſan apoſtoli in die pentheco. fuerunt eleuati vehementer vſq; ad tertium cælū ſicut Paulus:vbi viderunt arcana dei quæ non licet homini loqui.prout declarabitur pſal.lxvij.

ℂ Sed ad maiorem euidentiā eſt valde aduertendū,q̄ licet gentiles adorarent multitudinē deoꝝ:tamen vnū adorabāt & venerabātur tanq̄ principē & patrem oim deoꝝ ſcilicet Iouem. Iupiter enim idē eſt quod iuuans pater,vt ait Cicero lib. de natura deoꝝ Cęteros autem.ſ. Phœbū,& Mercurium,& Martem adorabant tanq̄ deos acceſſorios,habentes tamen dn̄iū in quibuſdā partibꝰ mundi,vt Neptunꝰ p̄ſidebat mari,& Iuno terrę,& Aeolus vētis. Itē iſti erāt principes ſpeciales regnoꝝ,vt Mars erāt priceps Romanoꝝ,Pallas Troianorū,& Phœbꝰ Delius græcorū,& Oſiris ſiue Serapis ęgyptiorum,& Belus deus Chaldęorum & Babyloniorum. Et iſtis tanq̄ principibus offerebāt ſacrificia ſordida & ſcęnica,vt patet de bacchanalibꝰ Bacchi,& venereis nefandis ritibus. Sed oēs iſti tam Iupiter q̄ cæteri non erāt dij:ſed falſa dęmonia. Nos autē adoramꝰ verum Iouē & patrē iuuantem & redēptorē,qui eſt Chriſtꝰ:& non adoramꝰ,ſed veneramur apoſtolos & ſanctos martyres & confeſſores propter Chriſtū:& hos conſtituit Chriſtus principes ſuper populos & regna. Nā pricipes Romanoꝝ ſunt Petrus & Paulus:& Hiſpania veneratur ſanctum Iacobū tanq̄ principem Hiſpaniarū,& ęthyopia beatum Matthæū qui eos cōuertit:& India Bartholomeū & Thomā,& Gręcia beatū Andream,& Aſia Ioannē. Dicit ergo ꝓpheta. O vos gētiles cōuerſi iubilate Chriſto deo noſtro in voce exultationis:qm̄ ip̄e eſt excelſus & iudex terribilis & rex magnus ſup oēm terrā. Probať.nā ipſe ſubiecit nobis oēs populos & gentes ſub poteſtate & pedibus noſ

ſtris. Itē ipſe aſcēdit in iubilo tanꝗ deus in cęlum. Ergo nō
pſallatis nec adoretis inſipiēter Iouē & Saturnū: nec alios
tanꝗ principes pplorꝫ: quia illi erāt dęmonia nefanda. Sꝫ
adorate ſapiēter Chriſtū verū deū & hoīeꝫ: & pſallite & af
ferte honorē latrię ipſi vero regi noſtro Chriſto: qm̄ iā nō
regnat diabolus: ſed ipſe Chriſt⁹ deus noſter regnabit ſuper
gētes: & iam ſedet in cælo ſup ſedē ſanctā ſuā per glīam, &
in hac eccleſia per grām ſacramētorꝫ. Et veri pricipes po-
pulorꝫ qui ſunt apl̄i & cęteri ſancti iā ſunt congregati in ec
cleſia & in cęlo cū Chriſto qui eſt de⁹ Abrahā. Et iā ſūt ele-
uati & exaltati & venerati tanꝗ dij fortes terrę: qui nō ſunt
dij per eſſentiā: ſed ꝑ participationē. Et ideo non adorant̄:
ſed venerant̄ ꝓpter Chriſtū: quia fuerunt fortes in marty-
rio & audacter loquentes ante reges & p̄ſides: cū qua for-
titudine totū orbē ſubiecerūt iugo Chriſti. Ideo Roma ve-
nerat̄ Petrū & Paulū tanꝗ principes: & Hiſpania Iacobū:
Florētia beatū Ioānē: & Venetię & ægypt⁹ Marcū, & Ca-
tharinā: & Francia Dionyſiū: & ſic ꝗlibet ꝓuincia venerat̄
ſuū principē. Quaſi dicat. iam amplius nō adoretis deos fal
ſos: ſed colite Chriſtū vt verū deū: & accipiatis apl̄os & ſā-
ctos Chriſti in principes & deuotos veſtros: quia iſti regnāt
in cęlo cū Chriſto qui eſt deus Abrahā: qui ꝓpter ſanctita-
tē & virtutē ſunt vt dij eleuati & exaltati cū Chriſto in cæ-
lo. Et nota ꝙ per iſtos pricipes pplorꝫ qui congregati ſunt
cū deo Abrahā, non ſolū intelligunt̄ apl̄i: ſed etiā reges &
principes cōuerſi ad fidē de populo gētili: qa Abrahę i fi-
gura Chriſti facta eſt ꝓmiſſio ꝙ ex eo exirent reges & .xij.
duces. Gen̄. xvij. Itē ꝙ in ſemine ſuo .ſ. Chriſto multiplica-
rent̄ & benedicerent̄ & cōuerterent̄ oēs gentes: & ad ipm̄
cōgregarent̄. Gen̄. xxij. Ideo ait: pſallite ſapienter regi no-
ſtro: quia reges & principes pplorꝫ gentiliū iā cōgregati &
confœderati ſunt cū Chriſto deo Abrahę promiſſo: & iam
fortes terræ: vt dij eleuati & multiplicati ſunt vt arena ma-
ris & ſtellę cæli: ſicut deus ꝓmiſit Abrahę. Ex quibus ptꝫ,
ꝙ Dauid non ſolū ex adoptione terrę ꝓmiſſionis: ſed ma-
gis ex ꝓmiſſionib⁹ factis ipſi Abrahæ p̄uidit regnū Chriſti
multiplicandū ex regibus & populis gentiliū: ideo fecit hūc
pſalmū vocādo gētes vt cōgregarent̄ ad Chriſtū & pſallāt
R ei & adorēt vt deū. ¶ Ex iſto ergo pſalmo colligit̄ iſta con
cluſio. ſ. ꝙ Meſſias in lege ꝓmiſſus per duodecim principes
debebat ſubijcere oēs reges & populos gentiles in hęredi-
tatē ſuā: ꝙ totus populus gētilis cū principib⁹ ſuis erat i ec-
cleſia cōgregandus cū deo Abrahā: & per cōſequēs debe-
bat colere deū Abrahā & Iſaac & Iacob. Hoc idē oſtēſum
eſt pſalmo. ij. vbi dr̄, Dabo tibi gētes hæreditatē tuā. Item
pſalmo. xliiij. Pro patrib⁹ tuis nati ſūt tibi filij: cōſtitues eos
pricipes ſup oēm terrā. Itē pſal. lxxxj. Tu hęreditabis in oī-
bus gentib⁹. & hoc idē ptꝫ per oēs pſalmos. Itē hoc idē patꝫ
Eſa. ij. Venient ad eū oēs gentes & dicēt venite aſcēdamus
ad montē dn̄i. Itē ca. xlix. Dedi te in lucē gentiū vt ſis ſalus
mihi vſqꝫ ad extremū terrę. Reges videbūt & cōſurgēt pri-
cipes & adorabunt dn̄m deū tuū & ſanctum Iſrael qui ele-
git te. Itē ca. lxvj. Mittā ex eis qui ſaluati fuerint ad oēs gē-
tes & annunciabūt gētibus glīam meā &c. Itē Hiere. xvj.
Ad te gentes venient ab extremis terrę & dicēt vere mēda
cium poſſederūt patres noſtri vanitatē quę eis nō profuit.
Hoc idē patet Zacha. viij. Veniēt ppl̄i & gentes robuſti ad
quęrendū dn̄m exercituū in Hieruſalē & dep̄cādam facieꝫ
dn̄i. Hęc dicit dn̄s exercituum: in dieb⁹ illis in quib⁹ appre-
hendēt decē hoīes ex oīb⁹ linguis gentiū & apprehēdent
fimbriā viri Iudęi dicētes. Ibimus vobiſcū: audiuimus enim
qm̄ deus vobiſcum eſt. Ex oībus ſupradictis patet, qualiter
Meſſias in lege promiſſus per ſuos diſcipulos debebat ſibi
ſubijcere totū populū gentileꝫ. Et quomodo totus populus
gentilis voluntarie erat venturus ad fidē euangelicaꝫ con-
uerſus per viros iudęos, & debebat adorare dn̄m exercituū
& deū Abrahā & Iſrael: vt patet per Dauid, & Eſaiam, &
Zachariam, & per omnes prophetas. ¶ Ex omnibus his S
formatur vna inconuincibilis ratio ad probandum Ieſum
Chriſtū fuiſſe verū Meſſiam in lege promiſſum. vnde argui
tur ſic. Ille eſt verus Meſſias in lege promiſſus qui per viros
iudęos ſubiecit totū populū gentilē: per cuius fidē totus po
pulus gentilis venit ad colendum & adorandū dominum
deum Abraham & Iſrael. Sed Ieſus Chriſtus eſt huiuſmo-
di ergo ipſe eſt verus Meſſias. Maior patet per ea quę di-
cta ſunt & per vaticinia omniū prophetarꝫ: & per cōmunē
opinionem hebræorꝫ. Minor autē patet manifeſte. Nam
Chriſtus poſt reſurrectionē ſuam miſit duodecim apoſto-
los & .lxxij. diſcipulos per vniuerſum mundum ad prædi-
cādū euāgeliū omni creaturę: qui per ſe & p̄ ſucceſſores ſu-
os totū populū gentilē iugo fidei ſubiecerūt: intantū ꝙ nō
ſolū decē homines ſed centū & mille hoīes gentiles appre
hendebāt fimbriam Pauli qui erat iudęus, vt ſequerentur
eū ad fidē Chriſti: ſicut dicit Zacharias. & ſic eſt dicēdū de
cæteris apoſtolis & diſcipulis qui oēs erant iudęi: ꝑ quos
primo lex euangelica prędicata eſt. Et ſic populus gētilis q
ante cōtēnebat & deteſtabatur deū Abrahā & Iſrael, nūc
colit & adorat eū. ſicut patet manifeſte de nobis qui deſcē-
dimus ex illo populo gentili. Vnde patres noſtri gentiles
colebant idola & execrabant̄ legē Moyſi & deū Iſraeli:
nos aūt execramur & abominamur idola & ſuperſtitio-
nes gentiliuꝫ, & defendimus legeꝫ Moyſi & prophetarū &
adoram⁹ deū Iſrael iuxta vaticiniū Hieremię & Zacha-
rię in locis pręallegatis. Et eſt iſta vna ratio inconuinci-
bilis quā Iudęi negare nō poſſunt: eo ꝙ patet per expe
rientiam & procedit ex conceſſis ab eis.

MAgnus dominus & laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius.

¶ Titulus ſcd̄m. lxx. Pſalmus cantici filijs Chore ſecunda
ſabbati. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hūc pſalmum &
dedit ipm̄ cantandū filijs Chore cū inſtrumēto muſico &
voce humana. per quos filios Chore intelligit̄ eccl̄ia Chri
ſti cōgregata ex gētibus ad fidem Chriſti, .quę qdē eccl̄ia
dicitur Hieruſalē: eo ꝙ incepit in Hieruſalē per Chriſtū &
apoſtolos ſuos. ¶ Vnde eſt notandū ꝙ cauſa quare in ſa- T
cra ſcriptura memoratur & laudatur & beatificat̄ illa ciui-
tas Hieruſalē terrena, nō eſt, nec fuit, nec intelligit̄ ꝓpter
bonitatē ſui nec bonorꝫ ciuiū: quia ſemper pro maiori par
te fuerunt mali & peruerſi. Sed ꝓphetę & antiqui lauda-
bāt eā in figura prout figurabāt verā Hieruſalē ſpiritualē
ſcilicet eccleſiam militantē & triūphanteꝫ: in qua eſt vera
viſio pacis. & etiā laudabāt illam ciuitatem ꝓpter ꝓmiſſa
patriarcharū & ꝓphetarꝫ: quę in ea debebāt impleri per
Meſſiam futurū: & ꝓpter ea quę in ea facta ſunt in figura
Chriſti futuri. Et tales laudes ſemper referebātur ad Chri-
ſtū: quia & nomen & ſitus ciuitatis & ea quę ꝓ maiori pte
de ea ſcripta & geſta in ea ſūt, figurabāt Chriſtū & eccl̄iaꝫ
ſuā. Vnde primo in ea, vt dr̄, fuit primus homo formatus.
Secūdo ibidem fuit redempt⁹ per Chriſtū. Tertio in ea eſt
totum genus humanū iudicandū per Chriſtū: quia i valle
Ioſaphat quę eſt iuxta muros Hieruſalē inter eā & montē
Olíueti, vt vbi Chriſt⁹ dedit legē ibidē iudicet pręuaricato-
res legis. Ideo hæc ciuitas pluribus nominibus nuncupat̄.
Vnde dicitur ꝙ Sem filius Noe eam ædificauit. quem He-
bręi dicūt fuiſſe Melchiſedech. qui eam Salem nūcupauit
in qua primo obtulit deo panem & vinū in figurā Chriſti:
eo ꝙ erat rex & ſacerdos dei altiſſimi. Gene. xiiij. Et dicit
Ioſephus ꝙ iſte fuit primus ſacerdos qui obtulit poſt dilu-
uium. Sed Ieſus filius Canaan eandē ciuitatē poſtea am-
pliauit & incoluit & Ieruſalem noīauit. Poſtea Dauid eaꝫ
nobilitauit: & in ea trāſtulit arcā dn̄i & collocauit: & Hie-
ruſalem eam nominauit. Salomon ruſus in ea templum

domini cōſtruxit & triplici muro cinxit & ipſam Hieroſoli-
mam nūcupauit:& a quibuſdam dicta eſt Bethel.i.domus
dei:eo ꝙ in eodē loco Iacob vidit ſcalam in ſomnijs vt di-
cunt.Geñ.xxviij.vt affirmant iudęi.Dicūt etiam ꝙ in illo
eodem loco Abrahā voluit ſacrificare domino Iſaac filiuꝫ
ſuū.Et ideo ille mons dictus eſt,domin⁹ videt.Gene.xxij.
In hebręo aūt habetur,in monte Adonai hieree.i.in mō-
te dominus videbitur.Quaſi dicat:in hoc monte dominus
Chriſtus deus & homo videbitur immolari in cruce pro to
to genere humano:ſicut iſte aries immolat⁹ eſt pro Iſaac.
Et ideo dicūt quidam hebręoꝝ: ꝙ duo ſancti viri:ſcilicet
Abraham & Melchiſedech impoſuerūt nomen illi ciuita-
ti ſcdm nomina illoꝝ duorum montiū.Nam Abrahā vo-
cauit vnum illoꝝ duorum hieree:& Melchiſedech appel
lauit alterū Salem.Et ideo Dauid appellauit totam illam
ciuitatem Hieruſalē:eo ꝙ fuit ędificata & ampliata ſupra
illos duos montes.Nam mons Sion dictus eſt Salem per
Melchiſedech:& mōs Moria dictus eſt Hieree ꝑ Abrahā
ex quibus componitur hoc nomē Hieruſalē:qđ interpreta
tur viſio pacis.Dicitur etiam filia Sion:eo ꝙ primo fuit ſi-
ta in monte Sion.Ac etiam dicitur ciuitas magni regis in-
quantum Dauid & Salomon eam ampliarunt.Dicitur ci-
uitas Sion ad latera Aquilonis inquantū eſt ſita in monte
Moria in latere Aquilonari.Dicit̄ etiam ciuitas ſancta in-
quantū in ea erat tēplum domini ſiue ſanctuariū,& in ea
erat ſtudiū legis.Poſtea vero dicta eſt Aelia:eo ꝙ Aelius
Hadrian⁹ reędificauit eā poſt deſtructionē factā ꝑ Roma-
nos poſt Chriſtū.Vñ verſus.Solima,Luza,Bethel,Hiero-
ſolima,Iebus,Aelia:Vrbs ſacra Hieruſalē dicit̄ ipſa Salē.
Secūdo eſt valde notandū,ꝙ omnia nomina & myſteria
ſupradicta ſunt facta in figura Chriſti & eccl'iæ.Nam per
hoc ꝙ Melchiſedech rex & ſacerdos,cuius genealogia ta-
cetur,obtulit panem & vinū in ea,ſignificabat̄ & figuraba
tur ꝙ in eodē loco Chriſt⁹ rex & ſacerdos in terris ſine pa-
tre & naturali generatione debebat condere ſacramentuꝫ
euchariſtiæ ex pane & vino:qđ ita factū eſt.Nā Chriſt⁹ in
cœnaculo mōtis Sion fecit cœnā apoſtolis in die Iouis ſan-
cta.vbi dedit corpus & ſanguinē ſuum diſcipulis ſuis ſub for
ma panis & vini.Et per hoc ꝙ dicta eſt Salem:id eſt paci-
fica,figurabatur ꝙ in ea erat futura vniuerſalis pax & recō
ciliatio generis humani per mortem & paſſionem Chriſti.
Item per hoc ꝙ poſtea Iebus filius Canaā,qui interpreta-
tur calcatus,ampliauit eam:et dicta eſt Iebuſalem,figura
batur ꝙ poſt paſſionē Chriſti illa ciuitas debebat eſſe cal-
cata & deſtructa per Romanos ꝓpter peccatuꝫ homicidij
& obſtinationis. Item eſt vlterius aduertendū ꝙ quando
Dauid cepit Hieruſalē erat oppidum valde paruuꝫ & ipſe
fecit caſtellum in mōte Sion & fortificauit eam,Et ideo di
cta eſt ciuitas Dauid in mōte Sion ſita in tribu & ſorte Iu-
da in fine totius termini Iuda.Et ibidem tetendit taber-
naculū & collocauit arcam domini.vt patet.ij.Reg.vj.Et
voluit ædificare templū:ſed prohibitus eſt ex pręcepto do
mini.Sed poſtea cū ingruiſſet grauis peſtilētia propter nu-
merationē populi,apparuit angelus domini in area Areu-
na Iebuſęi prope ciuitatem ad partem Aquilonarem:quę
quidem area erat in quodā mōticulo dicto Moria:& erat
in ſorte & tribu Beniamin.vbi ſacrificauit dño & deduxit
arcam domini de domo ſua:& repoſuit ipſam in taberna-
culo quod fixit & tetēdit in prędicta area in mōte Moria:
et ibi Dauid ampliauit diuinū cultum:& diuiſit ſacerdotes
per vices ſuas:& præcepit Salomoni filio ſuo,vt in eodem
loco ædificaret templū dño iuxta exemplar & deſcriptio-
nem ſibi a domino traditaꝫ.Et pręparauit Dauid lapides
& ligna,& auri copiam,& argenti:& omnis generis metal
lorum pro templo ædificando.Et cōgregauit oēs ꝓſelitos
Iſrael qui venerant ex gentilitate ad circūciſionem,vt cę-
derēt ligna & lapides de mōte Libano,vt patet primi Pa-
ralypomenō.xxij.vſq; ad finem libri.Item poſt mortem
Dauid ipſe Salomon filius eius volens implere præceptuꝫ
patris congregauit.cliij.milia virorum & ſexcenta ex pro-
ſelitis Iſrael:& miſit eos ad Hyran regem Tyri:octoginta
milia qui lapides cęderent & ligna &.lxx.qui onera porta
rent,vt patet ſcdi Paralypo.ij.Et Salomon fecit templum
ędificari in monte Moria,vt patet infra caplo.iij.In quod
introduxit arcā domini ſedentē ſuper Cherubin.Poſtea Sa
lomon ampliata ciuitate incluſit templum intra ciuitatem
& municipium nouū:& circa templum conſtruxit domos
ſacerdotū & nobilium:& cinxit ciuitatē triplici muro:& no
bilior pars erat iuxta templū.Et ſic vna pars ciuitatis erat
ſita in ſorte Iuda:ſcilicet pars antiqua in qua erat dom⁹ &
caſtellum Dauid:& alia pars in ſorte Beniamin:vbi tem-
plum erat.Ideo Hieruſalē quādoq; numeratur in tribu Iu-
da ratiōe partis antiquę:quādoq; in ſorte Beniamin ratio-
ne ampliationis & templi.vt patet Ioſue.xviij.& Iudicum
primo.Ex quibus oībus patet,ꝙ templū domini fuit ędifi-
catum in poſſeſſione & prædio hominis gentilis & non Iu-
dęi.Nā Areuna Iebuſęus erat gentilis.Secundo ꝙ illi.cliij.
milia & ſexcēta viroꝝ non erāt de genere iudæoꝝ,ſed gē-
tilium qui facti erant proſeliti noui ex gētilitate.Item lapi
des & ligna ex quibus tēpluꝫ fuit conſtructū:& ciuitas am-
pliata:non erant de terra iudęorum exciſi:ſed de terra gen
tilium:ſcilicet de mōte Libano qui eſt in Phœnicia:& erat
ſub domino Hyran regis Tyri.Et ſic gentiles miniſtrarunt
lapides & ligna & ædificarūt templū domini:& ampliarūt
ciuitatē:& ſolūmodo illa tria milia qui preerant operi,erāt
Iudęi. ¶ Ad quę omnia myſteria eſt valde aduertendum. V
Nam omnia iſta geſta ſunt ex diuina prouidētia in figura
Chriſti & eccleſię.Nā per hoc ꝙ illud templū ędificatū eſt
non in ſorte Iuda:ſed ampliata eſt ciuitas vſq; ad tribum
Beniamin:& adducta eſt arca domini & ibidem collocata
& ciuitas ampliata:figurabatur ꝙ eccleſia domini nō ſolū
erat ædificanda in Iudea:ſed inde debebat deriuari & am
pliari extra Iudęam & Hieruſalē per vniuerſum orbem:&
tota eccl'ia & ciuitas dei debebat appellari Hieruſalē.Et
per hoc ꝙ illud templū fuit ædificatum in territorio homi
nis gentilis:figuratum eſt ꝙ eccleſia dei erat ędificanda in
populo gentili.& deriuāda a Hieruſalem per totū populū
gētilē.Et per hoc ꝙ ædificatū eſt illud templū ex lapidib⁹
& lignis exciſis de monte & territorio gentilium:figuraba
tur ꝙ eccleſia domini erat ædificanda & congreganda ex
lapidibus viuis de populo gentili:& per hoc ꝙ fuit illud tē-
plum & ciuitas ædificata per proſelitos de populo gentili:
figurabatur ꝙ ædificatores & ampliatores & doctores ec-
cleſię erant futuri ex conuerſis ad fidē de populo gētili.Et
per hoc ꝙ illa tria milia qui pręerāt operi,erāt ex iudęis:
figurabatur ꝙ principes primitiuę eccleſiæ,ſcilicet apoſto
li & diſcipuli erant futuri ex iudęis genere.Per hoc autē ꝙ
Dauid non ædificauit tēplū:ſed præcepit filio vt ædifica-
ret:& reliquit ipſi lapides & ligna:& pręparauit argētū &
oīa neceſſaria:& tradidit ipſi deſcriptionē & exemplar:
ad cuius ſimilitudinē Salomon ædificauit templū:figura-
batur ꝙ Chriſtus nō erat per ſe eccleſiā & ciuitatē gētiliuꝫ
ædificaturus:ſed per apoſtolos filios ſuos:quos per vniuer
ſum mundū ad prędicandū miſit:& eis lapides & ligna ar
ticulorum fidei & eccleſiaſticoꝝ ſacramentorum præpa-
rauit & tradidit:ex quibus & in quib⁹ ędificarunt apoſtoli
eccleſiam gentilium a ſolis ortu vſq; ad occaſum.Et illa ci-
uitas in figura dicta eſt Hieruſalē:quæ interpretatur viſio
pacis:quia in ea debebat Chriſtus venditus in carne:& no
ſtra pax & reconciliatio fieri,& ad illud templum Chriſt⁹
erat venturus:& in eo Simeoni præſentandus,& in ea prę
dicaturus:& miracula operaturus:& in fine paſſurus:& re
ſurrecturus Et ideo in figura dicta eſt ciuitas ſancta:quia
ab ea & in ea oīs ſanctitas per Chriſtū erat inchoanda.

Item dicta eſt Bethel, id eſt domus dei: quia in eodeȝ loco vbi Iacob vidit ſcalam: & Abraham voluit immolare filium ſuum: & immolatus eſt aries: ibidem Chriſtus crucifixus eſt. Dicitur etiã ciuitas, in latere Aquilonis: quia eccleſia ædificata eſt in frigiditate gentilium. & ſic tota eccleſia dicitur Hieruſalē: quia ab iſta ciuitate incepit: & ampliata eſt per totũ orbē: ſicut multotiens flumina retinent nomen ſicut locus a quo deriuantur: ſicut Araxes dicitur quia deriuatur & naſcitur in Armenia, & Iberus ab Ibero oppido. Dicitur etiam tota eccleſia Hieruſalē: quia in ſola ipſa videtur deus hic per fidem: & in cælo clara viſione. Triplici ergo ratione tota eccleſia Chriſti appellatur Hieruſalē in ſacra ſcriptura. Primo, quia per illam Hieruſalem materialeȝ fuit quaſi per omnia figurata vt dictũ eſt. Secundo, quia iſta eccleſia in illa Hieruſalē materiali fuit per Chriſtum & apoſtolos inchoata: & exinde per totũ orbeȝ deriuata & diffuſa & ampliata. Tertio: quia ſoli eccleſię Chriſti cõpetit huius nominis interpretatio: quia ſola ipſa eſt vera viſio pacis in qua deus videtur per fidē: & in qua iugiter fit noſtra reconciliatio cum deo per ſacrificiũ euchariſtiæ: & eccleſiaſtica ſacramenta: & per confeſſionē verę fidei & poenitentiæ. Sed peramplius & perfectius dicit̃ Hieruſalē ciuitas ſuperna & cæleſtis in qua eſt pax æterna: & deus videtur eſſentialiter per gloriã. Ex omib⁹ ſupradictis patet ꝙ triplex eſt Hieruſalē. Vna materialis & terrena: in qua Chriſtus paſſus eſt, & inchoauit eccleſiam. Et altera vniuerſalis & ſpiritualis ex illa inchoata, ab illa deriuata, & per totum orbem diffuſa: quæ dicitur eccleſia militans. Et tertia Hieruſalē cęleſtis quę dicitur triumphans. Quæ quidē tres Hieruſalē ita ſe habent ꝙ vna deriuatur ab altera. Naȝ ſecunda deriuata fuit & inchoata a prima: & tertia deriuatur a ſecunda. Naȝ iſta eccleſia militans iugiter regenerat & nutrit filios & ciues pro illa ciuitate cæleſti: quia hinc profecti ibi inęternũ requieſcũt. Et ideo dicit Auguſtinus. xvij. de ciuita. capitulo. iij. ꝙ omis prophetia eſt tripertita. Nam primo poteſt intelligi de illa materiali & terrena Hieruſalē. Scđo de tota eccleſia militãti toto orbe diffuſa. Tertio de illa cęleſti in qua beati ſempiterno æuo fruuntur. Ita ergo pariter om̃ia quæ memorantur ꝓphetice in hoc pſalmo primo fuerunt impleta in illa prima Hieruſalē materiali. Secundo in eccleſia militãti. Tertio in illa cęleſti. Et ſic eſt exponēdus totus iſte pſalmus ad iſtum triplicē intellectum pro iſta triplici ciuitate. Hoc ergo pręuidens Dauid in ſpiritu per omnia ſupradicta fecit hunc pſalmum: in quo tria facit. Nam primo prędicit fundationē huius Hieruſalē militantis prout fuit figurata per ædificationē illius Hieruſalē materialis. Secundo prædicit gloriã & proſperitatē & magnificentiaȝ huius ciuitatis. Tertio exhortatur om̃es ciues huius ciuitatis ad lętitiaȝ & agendum gratias & exhibendum honorē & latriam Chriſto fundatori & fautori & rectori huius ciuitatis. Secunduȝ ibi. Deus in domibus eius cognoſcetur. Tertiũ ibi. Lętetur mons Sion. ❡ Quantũ igitur ad primũ propheta Dauid pręuidens magnificam fundationē eccleſię per fundationem illius materialis Hieruſaleȝ, dicit. Magnus dominus erit Chriſtus deus & homo & nimis laudabilis, primo in Hieruſalē materiali. Nam ibi in tēplo pręſentabitur & laudabitur per Simeonē & Zachariã, & Annã propheriſſaȝ, & ibi paruulus diſputabit in medio doctorũ: de cuius ſapiētia & prudentia om̃es mirabuntur. Itē ibi prædicabit & miracula faciet mortuos ſuſcitando. Item ibi in monte Sion ſancto eius inſtituet ſacramētũ euchariſtię. In eodē monte Sion mittet ſpiritũ ſanctũ ſuper diſcipulos qui fuerunt primi ciues verę & ſpiritualis & magnę Hieruſalē. Ex quo ſequitur ꝙ in illa magna Hieruſaleȝ materiali fuit fundata magna Hieruſalē ſpiritualis: ſcilicet eccleſia Chriſti in illis capitibus. xx. ſuper quos deſcēdit ſpiritus ſanctus. Et exinde illa ciuitas ſanctorum deriuata & diffuſa eſt per vniuerſam terram. Et ideo ſubdit propheta: ꝙ iſta vera Hieruſalem

**Fundatur exultatione vniuerſæ terræ: mons Sion latera aquilonis ciuitas regis magni.**

❡ Fundatur in exultatione vniuerſę terrę: quia per totuȝ orbeȝ cum exultatione iſta ciuitas regis magni Chriſti fuit diffuſa & ampliata cum exultatione. In cuius fundatione et ampliatione duplex fuit exultatio. Primo ex parte apoſtoloruȝ & diſcipulorũ Nam licet paſſi ſint dira tormenta et perſecutiones in eius fundatione: tamen ibant gaudentes a conſpectu concilij iudæorũ & tyrannoꝝ: quoniaȝ digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. vt patet Actuũ. v. quia finaliter triũpharunt de populo iudaico et gentili: & deſtruxerunt om̃ia nomina idoloruȝ. Secundo fundata eſt iſta ciuitas regis magni in exultatione vniuerſę terræ ex parte populi conuerſi ad fidē Nam licet reges terrę & populi gentiles primo perſecuti fuerunt apoſtolos & martyres huius ciuitatis fundatores: tamen lętati ſunt & exultauerunt poſt conuerſionem, cum cognita veritate de captiuitate & morte æterna ſe nouerũt liberatos. Et ideo ipſemet Conſtantinus & cęteri reges deleuerunt idola, & ædificarunt eccleſias. & ideo iſta eſt vocata mons Sion & latera Aquilonis & ciuitas regis magni. ❡ Ad cuius intel- X
ligentiam eſt notandũ ꝙ illa materialis Hieruſalē fuit ędificata primo in monte Sion: vbi Dauid fabricauit domuȝ & atriũ ſuũ. Sed poſtea fuit ampliata verſus partē aquilonarem in monte Moria per Salomonē: vbi ædificauit tēplum & domos nobilium & ſacerdotuȝ: & ſic fuit magnificata & ãpliata ad latera Aquilonis: id eſt ad latera Aquilonaria montis Sion. per quod figurabatur ꝙ ex illa Sion materiali debebat incipere eccleſia ciuitas regis magni Chriſti & magnificari & ampliari & dilatari per totuȝ orbem. Et ſicut illa ciuitas materialis continue quatiebatur ventis aquilonarib⁹: eo ꝙ erat ſita ad latera Aquilonis: ita eccleſia Chriſti dicit̃ ſita ad latera aquilonis: eo ꝙ multipliciter fuit afflicta & flagellata diuerſis perſecutionib⁹ & tormentis Iudæoꝝ & tyrannoꝝ. Dicit ergo propheta de iſta ciuitate Chriſti regis magni Primo ꝙ deus debebat eē magn⁹ & nimis laudabilis: id eſt magnificatus & laudatus ſuper omnes deos. Secũdo, ꝙ erat fundata in exultatione vniuerſę terrę. Tertio. ꝙ erat appellãda mõs Sion. Quarto, ꝙ erat fundãda ad latera Aquilonis. Quinto, ꝙ erat dicenda ciuitas regis magni. Quę oia dicta ſunt ad explicãdã excellentiã hui⁹ ciuitatis ſpiritualis ſupra illã Hieruſalē materialē, de qua orta & deriuata fuit iſta: & om̃ia illa ſupradicta impleta ſunt in hac ciuitate. Nã primo de⁹ verus in hac ciuitate magnificatur & valde laudatur magis q̃ in illa & latius & nobiliori modo: quia ibi tantũ per cultũ figuratiuũ cerimonialium & ſacrificiorũ: & hic per cultũ verum. Secundo; ꝙ illa fuit fundata cũ exultatione ſoli⁹ populi iudaici in illo loco arcto Paleſtinę: iſta aũt in exultatione vniuerſę terrę: id eſt omniũ regũ & populoꝝ. Tertio quia illa fuit fundata in illo paruo monte: iſta ſuper montem altiſſimũ & diuinũ qui eſt Chriſtus ſanctus ſanctoruȝ. Nã ille mons non dicebat̃ ſanct⁹: niſi inquantũ Chriſt⁹ ſanct⁹ ſanctorũ debebat ipm ſanctificare per opera noſtrę redemptionis. Quarto eccleſia Chriſti dicit̃ fundata ad latera Aquilonis ratione nominis interpretationis. Nã Aquilo interpretat̃ parturitio ſiue dolor parturientis propter impetum ventorũ qui veniũt ab Aquilone ferentium fulmina & tempeſtates. Vnde ſicut ciuitates ſitæ ad Aquilonem quatiũtur ventis & fulminib⁹: ita iſta perſecutionib⁹ tyrãnorũ & hęreticorũ. Quinto dicta eſt ciuitas regis magni: qa magnificata & ampliata vſq; ad fines terræ: quod non poteſt conuenire illi Hieruſalem materiali.

Deus in domibus eius cognoſcetur:cum ſuſci
piet eam.

¶ In hac ſc̄da parte ꝓpheta explicat ꝓſperitatē & magni
ficentiā huius ciuitatis:explicando oia quinq; ſupradicta.
Nā primo explicat eius dignitatē & ſanctitatē:& quomo-
do deus eſt magnificatus & laudatus in ea:eo ꝙ ſicut deus
primo fuit in illa ciuitate materiali cognit⁹ in figura:& po
ſtea viſus in carne:vbi ędificauit iſtā eccleſiā & ciuitatē:ita
poſtea cognitus eſt per fidē in domib⁹oibus hui⁹magnę ci
uitatis. Et ideo illa Hieruſalez materialis bene cōputatur
cum iſta magna ciuitate:inquantum fuit eius principiuз &
origo & inchoatio:ſed nō aliter:& ideo prophetia pri⁹ve-
rificatur de illa ciuitate materiali in qua Chriſtus viſus eſt
in carne & cognitus ab apoſtolis:ſed nō a ſcribis nec pha
riſęis:ſed poſtea fuit vere cognitus verus deus per fidē per
totā ciuitatē Hieruſalē. Et ideo magis verificaꝛ prophetia
de Hieruſalē ſpirituali q̄ materiali. Ex quo patet,ꝙ magis
meretur dici Hieruſalē tota eccleſia & etiam mons Sion,
q̄ illa Hieruſalē & mons Sion materialis. Nā magis videꝛ
& cognoſcitur,& ſpeculatur de⁹ in iſta q̄ in illa. immo poſt
reſurrectionē Chriſti,& poſt receſſum apoſtoloꝝ falſo di-
cta eſt Hieruſalē & Sion:immo debuit dici cæca:quia in
ea non cognitus nec viſus,nec ſpeculatus eſt de⁹. immo fu
it negatus. Ideo de iſta noſtra Hierusalē & Sion dicit pro-
pheta. probo ꝙ deus ſit magnus & laudabilis in iſta ciuita
te. Nam deus in domibus eius cognoſcetur per veram fi-
dem & cultū cum ſuſcipiet eam in veraз ſponſam repudia-
ta ſynagoga & populo iudaico reprobato. quaſi dicat:ꝙ ſo
lus populus chriſtianus cognoſcet & contēplabitur & lau-
dabit deum & vero cultu latrię honorabit & adorabit eū.
Secundo cum dicit,

Quoniā ecce reges terræ congregati ſunt:cō
uenerunt in vnum.

Ipſi videntes ſic admirati ſunt:cōturbati ſunt:
cōmoti ſunt:tremor apprehendit eos.

¶ Cōmēdat hāc ciuitatē de victoria & triūpho. vnde dicit
ꝙ omnes reges terrę conuenerūt i vnū cōtra eccleſiā:eo ꝙ
mirati ſunt viſis miraculis & conturbati ſunt & tremor ap-
prehendit eos:cuз videbāt idola cadere & cōminui & mu-
teſcere ad pręſentiā Bartholomęi & alioꝝ apoſtolorum &
martyꝝ:ex quo tremore & admiratione quidā cōuertebā-
tur:& quidā turbati prouocabanꝛ ad torquendū & perſe-
quendum apoſtolos & martyres. Et ideo ſubdit.

Ibi dolores vt parturientis:in ſpiritu vehemē
ti conteres naues Tharſis.

¶ Q; ibi fuerunt dolores vt pturientis:quia fortiores fue-
runt dolores tormentoꝝ apoſtoloꝝ & martyꝝ ꝓpter de-
fenſionem & cōfeſſionē nois Chriſti q̄ dolores cuiuſcunq;
parturiētis. Et ideo eccleſia dicitur ædificata ad latera aq-
lonis qd̄ interpretatur parturiens. Eſt tamen aduertendū
ꝙ ly dolores parturientis poteſt referri tā ad tyrannos & re
ges terrę q̄ ad apl̄os & martyres:nam vtriq; patiebanꝛ. Nā
licet apoſtoli & martyres paterētur dolores tormētoꝝ tū
maiores dolores patiebantur reges & tyranni cū videbant
non poſſe vincere:immo videbant ſe victos per apoſtolos
& martyres,vt inquit Auguſtinus in ſermone de innocen-
tibus,vt patet in geſtis beati Laurentij,& Vincentij. Ideo
ſubdit ꝓpheta. In ſpū vehementi conteres naues Tharſis.
Y ¶ Ad cuius intelligentiaз eſt notandū ꝙ Tharſis eſt ma-
gnū emporiū in littore Indico vltra Gāgem:quo Salomō
mittebat naues ad vehēdum aurū & argentū. vt patet. iij.
Regū.x. Quę regio dicitur aurea Cherſoneſus ſc̄dm Ptole
męū. vel eſt in ipſa magna inſula Taprobana vbi eſt copia
auri & argenti:prope quā inſulā eſt magna vorago in me-
dio pelagi:quę quidez vorago ſc̄dm philoſophos cauſatur
eo ꝙ ſubmergitur magna quātitas aquaꝝ:& ſic cauſantur
& fiunt vertigines & reuolutiones aquarū:intantuз ꝙ qū
flat ventus aquilonaris impellit naues verſus meridiem:&
deuenientes ad illam voraginem oēs confringuntur &
conteruntur & ſubmerguntur. Item dicunt etiā philoſophi
ꝙ iſta contritio nauium cauſatur ibi ex conflictu ventoruз.
Nam ventus aquilonaris pellit naues vſq; ad illam vora-
ginem quæ eſt in æquinoctiali. Sed venit ventus auſtralis
ab antarctico & repellit naues verſus aquilonē & arcticuз:
& ſic naues confringuntur & conterūtur ibi apud Tharſis.
ita ergo pariter factum eſt in perſecutione apoſtolorum &
martyrum. Nam reges terrę & tyranni tanq̄ venti aquilo-
nares voluerunt concutere & torquere & proſternere eccle
ſiam. Sed venerunt venti auſtrales miraculorum:& prædi
cationis apoſtolorū & martyꝝ miſſi ab auſtro qui eſt Chri
ſtus deus noſter,& confregerunt & contriuerūt reges & ty-
rannos:ſicut ille ventus aquilonaris ſeu auſtralis conterit
naues Tharſis. Quos tyrannos diuerſis modis contriuit.
Nam quoſdā cōtriuit quantū ad corpus & animā. ſicut Ne
ronem,& Domitianū,& Diocletianū,& ſcribas & phariſ-
ſeos. Et quoſdam contriuit quantū ad infidelitatem,occi-
dendo in eis errorem,& ſuſcitando fidē,ſicut contriuit Cō-
ſtantinum & cęteros reges & populos qui cōminutis & con
tritis idolis venerunt ad fidem per ventos auſtrales prædi
cationis apoſtoloꝝ conuicti. Et ſic ciuitas dei regis magni
Chriſti triumphauit de ciuitate diaboli:& contriuit eā tan
q̄ naues Tharſis. & hoc eſt qd̄ dicit propheta,ꝙ licet om-
nes reges terrę & tyranni fuerint contra eccleſiam contur-
bati & cōmoti:& ibi fuerint dolores & magna tormenta &
perſecutiones ſicut dolores parturientis:tamen tu domine
Ieſu Chriſte conteres & confringes eos ſpiritu vehementi
tuæ virtutis & prædicationis:ſicut venti aquilonares & au
ſtrales conterunt naues Tharſis in illa voragine prope em
poriuз Tharſis in littore indico. De iſta Tharſis dicit Hie-
ronymus ꝙ eſt regio ſiue ciuitas indoꝝ:ſed Auguſtinus ſe-
cundum opinionē aliorum dicit ꝙ Tharſis eſt Carthago
in littore aphrico:vbi ſunt ſyrtes:quaruз meminit Virgili⁹
in primo æneidos:vbi fuit diſiecta claſſis Aeneę. ſed prima
poſitio eſt verior. Per hoc ergo vult innuere propheta ꝙ li
cet iſta ciuitas dei ſit ſita ad latera aquilonis:id eſt expoſi
ta perſecutionibus crebris & tormentis tyrannoꝝ & hære-
ticorum:tamen finaliter eius perſecutores conterētur ſi-
cut naues Tharſis. Et nauicula Petri ſemꝑ natabit ſuper
hoc mare tēpeſtatum:& victrix & cum triumpho ꝑueniet
ad portum ſalutis in die iudicij.

Sicut audiuimus ſic vidimus in ciuitate do-
mini virtutum:in ciuitate dei noſtri:deus fun-
dauit eam inęternum.

¶ Hic cōmendat eccleſiam & ciuitatē iſtaз de veritate &
fructu. Nam oia quę fuerant in lege & prophetis promiſſa
& ſcripta & figurata & reuelata:in hac ciuitate fuerūt veri
ficata & cōpleta & viſa. Vnde ait. Bene eſt iſta ciuitas vera
Hieruſalez nobis in prophetis promiſſa:& bene debemus
agere gratias deo:quia fecit nos ciues huius ciuitatis. Naз
ſicut audiuimus a patriarchis & prophetis:ita vidim⁹ im-
pletum p Chriſtū in hac ciuitate domini virtutū:quia quæ
ſcripta ſunt in lege & prophetis ſunt in hac ciuitate viſa et
verificata. Nam ſicut audiuimus per Eſa. vij. Ecce virgo
concipiet & pariet filium:ita vidimus impletū in hac ciui-
tate:qa virgo Maria cōcepit ſaluatorē virgo manens poſt
conceptionē,& partū. Lucę primo. Itē ſicut audiuimus per
Eſa. ix. Paruulus natus eſt nobis,& filius datus eſt nobis,&
vocabitur deus fortis &c. Ita vidim⁹ impletū:qa anno. xlij.
imperij Octauiani nat⁹ eſt Chriſt⁹ ſaluator. cui⁹ ortū annū-
ciauerūt angeli paſtoribus. Luc. ij. Itē ſicut audiuimus per

Aggęum.ij.Veniet deſyderat⁹ cũctis gẽtibus:& maior erit gloria hui⁹ domus ſecũdę q̃ primę.Et ſicut audiuim⁹ p Malachiã.iij.Statim veniet ad templũ ſanctũ ſuũ dñator quẽ vos quęritis:Ita vidimus in hac ciuitate & tẽplo:qa ibi fuit Chriſtus.xl.die pręſentatus.& Simeon iuſtus agens gratias prorupit in cantũ dicẽs.Nũc dimittis.Itẽ in hac ciuitate vidim⁹ Chriſtũ p̃dicantẽ & miracula facientẽ:ſicut audiuimus Eſa.xxv.Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus:& aperieẽ lingua mutoꝝ.Itẽ in hac ciuitate vidim⁹ mortẽ & paſſionem Chriſti ſicut prius ꝓphetatũ audiuim⁹.Eſa.liij.Attritus eſt ꝓpter ſcelera noſtra.Itẽ ſicut audiuim⁹ in figura de fundatione hui⁹ magnę ciuitatis p fundationẽ ipſius Hieruſalẽ & tẽpli materialis:ita pariter vidim⁹ impletũ in hac magna ciuitate.Nã ſicut illud tẽplũ fuit fundatũ in area Iebuzei hoīs gẽtilis:ita iſta magna ciuitas fuit fundata in populo gentili:& ſic oẽs operarij & fabri iſtius ciuitatis fuerunt proſeliti de pp̃lo gẽtili:ita oẽs ãpliatores & fabri hui⁹ ciuitatis fuerunt de pp̃lo gentili ad fidẽ Chriſti cõuerſi:ſicut martyres qui plãtarũt eccl̃iam ſanguine ſuo:& doctores ſtudio & ſapiẽtia ſua.Et ſicut principes qui pręerãt illi operi erãt iudęi:ita pricipes & fundatores hui⁹ ciuitatis fuerunt ap̃li de pp̃lo iudaico.Et ſic eſt dicendũ diſcurrendo p ſingula:quia oia q̃ fuerũt ſcripta & audita figuratiue & ꝓphetice in lege veteri:illa fuerunt verificata et viſa realiter in hac ciuitate & quãtũ ad fundationẽ & ampliationẽ. Ideo dicit.Sicut audiuimus ſic vidimus in ciuitate dñi virtutũ.et ſubdit.Deus fundauit eã inęternũ.Et nota ꝙ iſta ciuitas dı̄ fundata inęternũ ratione eius finis.Nã ciues hui⁹ ciuitatis licet temporaliter peregrineẽ in hac ciuitate militante:tamẽ terminus eoꝝ eſt ciuitas cęleſtis & ęterna.vt oſtendit Auguſt.per totũ diſcurſum.xix.&.xxij.de ciuitate dei.Ex hoc patꝫ quomodo oia q̃ fuerunt figurata & promiſſa,& ꝓphetata i lege & ꝓphetis:fuerũt poſtea verificata & cõpleta in illa Hieruſalẽ materiali per Chriſtũ quãtum ad p̃ſentationẽ Chriſti in tẽplo:& quantũ ad miracula,& p̃dicationẽ,& mortẽ,& paſſionẽ,& reſurrectionem.Et ſic iſta nr̃a ciuitas ibi inchoata fuit exinde deriuata & ampliata vſqꝫ ad finẽ terrę.in qua cõpleta ſunt & cõplentur quotidie oia q̃ ſcripta ſunt in lege & ꝓphetis:quia iugiter commemoraẽ myſteriũ agni paſchalis p ſacramentũ euchariſtię.Et p cõſequẽs cõmemoraẽ myſteriũ paſſionis & reſurrectionis Chriſti:& iõ oia q̃ fuerũt impleta de Chriſto in illa Hieruſalẽ materiali,cõpleneẽ quotidie in eccl̃ia catholica.Ideo illa Hieruſalẽ materialis iaꝫ ptinet ad iſtã magnã ciuitatẽ vt ſic:ſcilicet inquantũ fuit principiũ & origo huius. Et ſic oia dicta in lege & ꝓphetis verificanẽ de iſta:quia aliter nõ dicereẽ ꝙ deus fundauit eam inæternũ:quia illa materialis nõ eſt fundata inęternũ.Sed iſta noſtra ciuitas quæ in illa incepit eſt fundata inęternũ.Et ideo ſubdit.

Suſcepimus deus miſericordiã tuam in medio tẽpli tui.

¶ Nam primo ſuſcepimus mĩam dei in medio illius tẽpli quando Chriſtus fuit pręſentat⁹ in tẽplo ipſi Simeoni. Et exinde quãdo ibi p̃dicauit & miracula fecit:ſed p̃cipue qñ ibi in illa Hieruſalem fuit paſſus & reſurrexit:& ſacramenta eccleſiaſtica inſtituit:& ap̃los per vniuerſum mundũ ad prædicandum & baptizandũ miſit:& tunc tota eccl̃ia toto orbe diffuſa,facta eſt ciuitas et templũ dei:in qua & i medio cuius ſuſcepimus mĩam p eccl̃iaſtica ſacramenta:quia oẽs fuimus participes facti illius paſſionis:& facti ciues huius magnæ ciuitatis.Et ideo ſubdit.

Secundum nomen tuum deus ſic & laus tua in fines terrę:iuſtitia plena eſt dextera tua.

¶ Ad cuius intelligentiã eſt notandũ,ꝙ nomen regis huius ciuitatis eſt Ieſus.quod eſt nomẽ dei tetragrãmaton.ſ. quatuor literarũ.ſ.Ioth.he.vau.he.q̃ denotãt & explicant quatuor pricipales pfectiones & effect⁹ dei.ſ.oipotentias, & ſapientiam,& mĩam,& iuſtitiã:vt dictũ eſt pſalmo.viij. Et ideo quia oia iſta quatuor ſunt infinita in deo:quę quidem quatuor Chriſtus manifeſtauit per mundũ:Ideo fuerunt ampliata per totũ mũdũ.Vnde ſicut iſta quatuor ſunt infinita:ita hoc nomẽ Ieſus continẽs & explicans iſta quatuor eſt infinitum.Et quia infinitũ:ideo per totum orbeꝫ fuit diffuſum.Et ideo dicit ꝓpheta.O deus Chriſte rex huius ciuitatis:ſicut nomẽ tuum quod eſt Ieſus infinitũ in virtute,ſcꝫ oipotẽtia & ſapiẽtia & iuſtitia & miſericordia:ita & laus tua eſt infinita.Et ſicut nomẽ tuum eſt diffuſum p totã terrã:quia oipotẽtia tua,& ſapientia tua,& miſericordia, & iuſtitia tua eſt diffuſa p totã terrã:quia ad oẽs partes mũdi ſe extẽdit tua virt⁹ & miſericordia & redẽptio:ita & laus tua ſe extẽdit ad oẽs fines terre,qa toto orbe celebraris.Et ita tua dextera ſiue poteſtas ẽ plena iuſtitia ad iuſtificãdũ et iudicandũ quoſdam p miſericordiã & gratiã ſacramentorum, & quoſdã per pœnam puniendo. Ex quo patet ꝙ iſta tua ciuitas eſt magna totoqꝫ orbe diffuſa.

Lętetur mons Sion & exultẽt filię iudę propter iudicia tua domine.

¶ Hic agit gratias de augmẽto & ampliatione vniuerſalis eccleſię in populo gentili toto orbe diffuſę: dicit.lęteẽ ergo Sion:nõ ſolum ille mons Sion vbi ſita eſt ciuitas materialis Hieruſalẽ:vbi Chriſt⁹ inſtituit euchariſtiam:& vbi apoſtoli receperũt ſpiritũ ſanctũ:Sed mons Sion per totuꝫ orbem dilatatus in quo vniuerſalis eccleſia fundatur vbi quotidie euchariſtia celebraẽ,& infinita multitudo quotidie per baptiſmũ regeneraẽ:& dona ſpiritus ſancti p cõfirmationẽ & cętera ſacramenta recipiuntur:& ex altitudine huius montis Siõ deũ per fidẽ ſpeculanẽ.& per cõſequens lętetur vera Hieruſalẽ.ſ.eccleſia ſup hũc montẽ vſqꝫ ad finem terrę ędificata:qm̃ ip̃a eſt vera viſio pacis in qua vere deus videẽ per fidẽ:in qua cõpleta ſunt & compleneẽ iugiter oia ſupradicta myſteria:& in ip̃a de⁹ per gratiã & potentiã inhabitat:& in ip̃a quotidie per baptiſmũ & pñiam mortuos ſuſcitat:& a lepra peccati & a cęteris languorib⁹ p eccleſiaſtica ſacramenta mundat & ſanat:& in ip̃a deus in ſacramento altaris ſacramẽtaliter videẽ et ver⁹ agn⁹ immolatur.Itẽ exultent oẽs filię Iudę.i.oẽs aiæ q̃ Chriſtũ cõfitentur.Nã vbicũqꝫ deus cõfiteẽ & coliẽ,eſt vera Iudęa.Sed in ſola eccleſia deus videẽ & confiteẽ & coliẽ:extra quã nõ eſt viſio,ſed cecitas:nec ſalus ſed mors,nec confeſſio ſed blaſphemia.ergo ſola eccl̃ia Chriſti toto orbe diffuſa eſt vera Siõ & Hieꝛl̃m & Iudęa & vera ciuitas regis magni Chriſti Meſſiæ in lege ꝓmiſſi:& in ea fiunt iudicia dñi iuſtificata I ſemetip̃a:quę ſunt iudicia euangelica quæ dant p̃miũ ęternum Chriſtũ cõfitentibus.ergo ꝓpter talia iudicia lætẽtur filię Iudę.i.oẽs aiæ fideles & iuſtę.O dñe propter iudicia tua iuſta.ergo O vos apoſtoli & diſcipuli circundate & luſtrate Sion.Quaſi dicat:exite ab illa Sion materiali vbi recepiſtis ſpiritum ſanctum in die penthecoſtes.Et

Circundate Sion & complectimini eam:narrate in turribus eius.

¶ Circũdate & luſtrate Sion nouã.ſ.eccleſiã toto orbe diffuſam & ędificate & ampliate & cõplectimini & cingite eã muro euãgelico.Et p̃dicate euangeliũ:& narrate oia opa et geſta mirabilia Chriſti in turrib⁹ & tẽplis hui⁹ magnę ciuitatis.Nota ꝙ ꝓpheta loquiẽ ad modũ arabũ:et omniuꝫ orientaliũ qui in altis turribus ciuitatis edita & plebiſcita et leges p̃conizãt:vt ab oībus poſſint audiri:quẽ morẽ ſeruant hodie Sarraceni qui ex turrib⁹ altis acclamãt ſuũ falſum prophetã & perfidũ Machometũ.Dicit ergo:narrate et pręḋicate vos apoſtoli et chriſtiani opera Chriſti:et legẽ

euãgelicã publice in turribꝰ eius.i.huiꝰ nouę ciuitatis Sion & ponite corda vr̃a in virtute eius. Lr̃a Hieronymi habet, in antemurali eiꝰ:qđ idẽ eſt. Nam fides formata charitate eſt murus huius ciuitatis:& ſpes eius eſt antemurale eiꝰ. Et ſic iſte murus & antemurale eſt virtus & fortitudo huius ciuitatis in qua chriſtiani ponũt corda & fiduciã ſuã & refugiũ.quo muro ſepta eſt eccleſia:extra quẽ murũ nõ eſt ſalus. Cõtra quã virtutẽ & murũ & ciuitatẽ nunq̃ portę inferi praeualebunt. Fundata eſt enim ſupra firmam petram. Ponite ergo corda veſtra in virtute eius. Magna eſt enim virtus huius ciuitatis & fortitudo in qua reponũtur oẽs theſauri meritorum paſſionis Chriſti & omnium ſanctorum quibus redimũtur pc̃tã quãtũcunq; grauia:etiã quia Chriſtus emit regnum cęlorum pro omnibus ipſum confitentibus.

**Ponite corda veſtra in virtute eius:& diſtribuite domos eius vt enarretis in progenie altera.**

¶ Ponite ergo corda veſtra in virtute eiꝰ:& diſtribuite domos eius.i.diſtributim ædificate hinc & inde ꝑ totũ orbem eccleſias eiꝰ. Litera Hieronymi habet, ãpliate palatia eiꝰ. Quaſi dicat. O vos apl̃i implete mandatum magiſtri veſtri Chriſti qui dicit Marci vltimo. Ite ꝑ vniuerſum mũdum & ædificate mihi Sion & nouã Hierl̃m poſtq̃ vetus eſt mihi rebellis:& p̃dicate euãgeliũ oĩ creaturę:& circũdate iſtam Sion:& cõplectimini & cingite eã muro & antemurali inexpugnabili fidei ſpei & charitatis:& narrate & p̃dicate euãgeliũ in turribꝰ & tẽplis eius. Et ponite corda vr̃a in virtute & fortitudine huiꝰ ciuitatis:& diſtribuite.i.diſtribuẽdo ædificate domos & eccl̃ias nouas eiꝰ:& ampliate palatia eius. Nã eccl̃ię ſunt palatia Chriſti ĩ quibꝰ habitat ꝑ ſacramẽta quia eccl̃ię ſunt dedicatę ad miniſteriũ Chriſti:& hoc facite:vt enarretis in ꝓgenie altera.i.in gẽtili ppl̃o. Lr̃a Hieronymi habet, in ḡnatione nouiſſima:qđ idẽ eſt. Nã apl̃i tãꝫ in ppl̃o gentili q̃ in nouiſſima & futura generatione narrauerunt & prædicauerunt euangeliũ:in quo affirmatur:

**Quoniã hic eſt deus deus noſter ĩ ęternũ & in ſęculum ſęculi:ipſe reget nos in ſęcula.**

¶ Hic Chriſtus deꝰ eſt deus noſter in ęternuꝫ:& ipſe reget nos & regnabit in ſęcula ſęculoꝝ hic ꝑ gratiã & ĩ cęlo ꝑ gloriã. Et nota ꝙ licet ſint in cęlo:tñ adhuc narrãt & p̃dicant geſta & opera Chriſti in hac ḡnatiõe nouiſſima. Nam quotidie legunt̃ & p̃dicãtur in eccl̃ia euangelia & hiſtorię quas ipſi ſcripſerunt & p̃dicarunt : in quibus memoramur geſta Chriſti:& etiã illa verba.ſ.narrate in turribꝰ eius:& Ponite corda veſtra in virtute eiꝰ:& ampliate palatia eius.non ſolum diriguntur apl̃is & diſcipulis:ſed etiã oĩbꝰ martyribꝰ & doctoribꝰ,& p̃dicatoribꝰ,& chriſtianis q̄ poſt illos fuerũt & ſunt & erũt.ideo dicit vt enarretis in ꝓgenie altera:qm̃ hic eſt deꝰ Chriſtus deꝰ noſter:& regnabit in ſæcula in cælo & in terra. Quaſi dicat:ꝙ licet iſte Chriſtꝰ apparuerit mũdo & i illa Hierl̃m materiali in carne hũana natus ex tp̃e ſcdꝫ hũanitatẽ:tñ ip̃e eſt deꝰ ineternũ & verbũ pr̃is:quia in principio erat verbũ.ideo etiã ĩ quãtũ homo a parte poſt regnabit in ſæcula:& hoc p̃dicate. Ex quibꝰ patet ꝙ Dauid i hoc pſal.non cõmendat ſolũ illũ mõtem Sion:nec illã materialẽ Hieruſalẽ q̃ deſtructa & incenſa fuit ꝑ Romanos propter pc̃tã ſua, arctata & Palęſtina & tribu Iuda:ſed etiã principaliter intendit cõmẽdare vniuerſalẽ eccl̃iaꝫ toto orbe diffuſam ꝑ apl̃os conſtructã & ampliatã,& ꝑ martyres & doctores & Chriſti fideles roboratã.q̃ ſucceſſit.ij.tẽplo:in cuiꝰ figura geſta ſũt oĩa facta in primo & ſcđo tẽplo & ciuitate. de qua locuti ſunt oẽs prophetæ:cui ꝓprie cõueniũt oĩa dicta in pſal.iſto. Nã in hac regnat Chriſtus deꝰ magnꝰ:& eſt laudabilis valde:qa in illa nõ ab oĩbus laudat̃:imo hodie ꝑ Iudeos & Sarracenos deus blaſphemat̃. Itẽ iſta fũdata eſt i exultatione vniuerſę terrę:illa aũt nõ niſi in exultatiõe illiꝰ parui ppl̃i & in illo arcto loco. Itẽ iſta eſt fũdata ad latera Aquilonis circa circulũ ęquinoxialẽ ꝑ totã terrã:qđ dr̃ latus aquilonare totius mundi. Aliud auteꝫ latus vltra æquinoctialẽ dicit̃ latus auſtrale ſiue antarcticũ. Quaſi dicat:ꝙ iſta ciuitas Chriſti regis magni occupat oĩa latera Chriſti ſiue totum latus aquilonare,vbi aſſignatur tota terra habitabilis:& in tota hac terra & monte ſancto Sion fundatur ciuitas regis magni:qđ minime cõuenit illi ciuitati Hieruſalẽ materiali deſtructę. Tota ergo eccl̃ia toto orbe diffuſa ẽ mons Sion & Hieruſalẽ & vera iudęa:quia retinet nomen a locis vnde orta eſt:& vere & melius retinet nominis interp̃tationẽ & ſignificationẽ vt ſæpe dictũ eſt:in quibꝰ domibus deꝰ videt̃ & cognoſcit̃ & cõfitet̃:& ad eam oẽs reges terræ congregati ſũt & turbati ſũt cõtra eã:& in ea tremor app̃hẽdit eos videntes mirabilia & iudicia Chriſti:qa Chriſtus cõtriuit eos in ſpiritu vehemẽti ſuę poteſtatis:ſicut aqlo cõterit & diſſipat naues Tharſis.ſ.illius regiõis & emporij Indorũ:vbi accidũt magna naufragia in hyeme. Ita cõtigit magnũ naufragiũ in ppl̃o gentili in vltione martyrum, vt legit̃ in eccleſiaſtica hiſtoria. Nã primo Hieruſalem eſt incẽſa & ſacerdotiũ & regnũ ablatũ & Iudęi in captiuitatẽ diſpſi:& Nero & Domitianꝰ ſeipſos peremerũt:& Diocletianus mala morte & miſerabili exitu perijt. Et etiã oĩa idola ſunt cõminuta & contrita ſicut naues Tharſis:& ppl̃s gentilis ad fidẽ cũ ſuis principatibꝰ ꝯuerſus:& in magnã ciuitatẽ magni regis Chriſti cõgregatꝰ:in qua ciuitate oĩa q̃ audiuimꝰ a patriarchis & ꝓphetis:& legimꝰ in teſtamento ve. videmus eſſe ĩpleta in hac ciuitate dñi virtutũ:& in medio huius tẽpli ſuſcepimus miam eius & redẽptionẽ & baptiſmũ cũ cęteris ſacramentis:& in hac lætantur oẽs filię Iudę Chriſtũ cõfitẽtes. Et iſta eſt illa ciuitas ampliata & dilatata per totũ orbẽ vſq; ad finẽ terræ,circundata & ſepta illo inexpugnabili muro fidei & charitatis:in quibus turribus Chriſtus & euãgeliũ ſuũ p̃dicatur.vbi Chriſtus inęternum regnat in præſenti per fidem & in futuro per gloriam.

¶ Ex toto iſto pſal. poſſunt recolligi.xiij.concluſiones. Z

¶ Prima cõcluſio eſt,ꝙ eccl̃ia eſt ciuitas dei.probatur. Nã ciuitas non ſunt muri materiales:ſed cõcors hoĩm multitudo ſiue congregatio vnius iuris ſiue legis conſenſu ſociata. Sed hoc cõuenit eccleſię Chriſti toto orbe diffuſę, ꝙ viuit ſub vna diuina lege.igitur eſt verã ciuitas.

¶ Scđa cõcluſio,ꝙ eccl̃ia Chriſti eſt vera Hieruſaleꝫ. Probatur primo. Nã illa congregatio fidelium incepit a Hieruſalẽ in mõte Sion vbi erãt.cxx.cõgregati Actuũ primo ſuper quos miſſus eſt ſpũs ſctũs.vñ receperunt oĩa dona gratiarũ & intelligentiam ſcripturarũ. Et exinde dilatata eſt illa eccleſia & cõgregatio ꝑ vniuerſuꝫ orbẽ. Et ſic tota eccl̃ia denominat̃ Hieruſalẽ rõne principij a quo eſt deriuata:ſicut flumina retinent vbiq; nomen ſui fontis. Scđo hoc idẽ ꝓbatur ratiõe interp̃tatiõis nois. Nã Hieruſalẽ interp̃tat̃ viſio pacis:ſꝫ in ſola eccl̃ia eſt viſio pacis & ſalutis & charitatis.

¶ Tertia cõcluſio,ꝙ Chriſtꝰ fũdauit iſtã Hieruſalẽ.ꝓbat̃. Nam ſub hoc noĩe pacis fundauit illã ſanctã cõgregationẽ apl̃orum & diſcipulorũ. Nã nunq̃ venit ad eos quin diceret pax vobis:& ſic in pace factus eſt locus eius. Per eaſdẽ rationes eccl̃ia ꝓprie dicitur Sion:quia ex ea deum ſpeculamur Ex quibꝰ patet,ꝙ eccl̃ia Chriſti toto orbe diffuſa nil aliud eſt niſi Hierl̃m dilatata & orta ex illa Hieruſalem Iudeę.

¶ Quarta concluſio,ꝙ in ſola iſta Hieruſalem ſuſcepimꝰ miam dei:& in ſola ipſa videtur deus.

¶ Quinta concluſio,ꝙ fundator & rex huius ciuitatis eſt deus. Ex quo patet,ꝙ Chriſtus eſt verus deus.

¶ Sexta cõcluſio,ꝙ iſta ciuitas dei non ſolum fundata eſt in Iudęa:ſed per vniuerſum orbem vſq; ad fines terrę.

¶ Septima concluſio,ꝙ eſt fundata in latere aquilonis.ſ. quia ſemper quatitur & vexatur a ventis perſecutionum.

¶ Octaua cõcluſio,ꝙ licet cõtra eã ſint congregati oẽs re-

ges terrę tamē finaliter fuerūt victi & cōtriti & ſibi ſubiecti.
¶ Nona cōcluſio, ꝙ I iſta Hieruſalē ſūt viſa & cōpleta oia myſteria patriarcharū & dicta ꝓphetarum.
¶ Decima cōcluſio, ꝙ Hieruſalē Iudeę nūq̄ fuit vera Hieruſalē vſq; ad aduentū Chriſti: qa tūc fuit vera viſio pacis. Nā tūc Chriſtus expectatus, eſt viſus in ea: & tūc in ea facta eſt pax inter deū & hoies ꝑ mortē mediatoris: & tūc i ea fuerūt ipleta oia myſteria & dicta ꝓphetarū. Itē ſequit̃ ꝙ ſicut ſacrificia veteris legis nō fuerūt vera vſq; ad Chriſtū in quo ipleta ſūt, & per quem facta eſt gratia & veritas: ita iſta ciuitas nunq̄ fuit vera Hieruſalem vſq; quo Chriſtus i ea impleuit oēs veritatē, & q̄ de ea erāt figurata aut dicta ꝑ aduētū Chriſti. ¶ Vndecima ꝯclo, ꝙ poſtq̄ illa ciuitas nō recepit Meſſiā Chriſtū, nō ãpli⁹ dr̃ Hierl'z: qa nō acceptauit q̄ erāt figurata ꝑ p̃iarchas & dicta ꝑ ꝓphetas: & ſic ꝑdidit nomē.
¶ Duodecia ꝯclo q̄ ſequit̃, ꝙ recedēte Chriſto & apoſtolis ab illa ciuitate nō amplius fuit viſio pacis: quia tunc receſſit ab ea ois pax & ciues verę pacis. Et ſic eſt dicendū de Sion & Iudæa, & Iſrael, & Iacob: quia tunc ꝑdiderūt p̄dicta nomina & manſerunt in eccl'ia Chriſti ꝓpter eaſdē rationes.
¶ Deciatertia ꝯclo, ꝙ ſola eccleſia toto orbe diffuſa eſt vera ciuitas dei qa in ea habitāt ciues dei: & ſola ipa eſt Hieruſalē: quia in ſola ipa cognoſcit̃ & videt̃ de⁹: & ſola ipa eſt mōs Sion: qa i ſola ipa cōtēplat̃ & adorat̃ & laudat̃ de⁹. ſola iſta eſt fundata in exultatiōe vniuerſe terræ: quia in ſola iſta fuerunt viſa & cōpleta oia q̄ fuerunt ſcripta & dicta & ꝓmiſſa patriarchis & prophetis in lege veteri.

AVdite hęc omnes gentes: auribus percipite qui habitatis orbem.
Quiq; terrigenę & filii hominum: ſimul in vnum diues & pauper.

¶ Titulus Ad victoriā ſiue in finē filijs Chore. Per ea quę dicta ſūt patet, ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū & dedit ipm cãtandum filijs Chore: eo ꝙ dirigit nos in finē vtriuſq; legis ſcz in diē iudicij vt patebit. Nā fecit hūc pſalmū cōtra amatores huius mundi: exhortans eos ne decipiat eos iſtę mūdus: ſed ꝓuideāt in hac vita: & timeant mortem & finale iudiciū in quo ſunt reddituri rationē de his q̄ in hac vita geſſerunt. In quo duo facit. Nā primo ponit procemiū in quo cōuocat oēs ſtat⁹ & cōditiōes hoim ad audiendā doctrinā ſuā. Scdo exequit̃ de tractatu. ibi Cur timebo. Quātū ergo ad primū vt reddat auditores beniuolos & attētos dicit. O oēs gētes & qq; terrigenę & filij Adā ex terra geniti audite ſimul in vnū diues & paup & oēs qui habitatis orbem nemine excluſo: audite & ꝑcipite aurib⁹ cordis quia terribilia & magna intēdo dicere & oib⁹ vtilia & neceſſaria: ideo oibus gn̄ationib⁹ & nationib⁹ & cōditionib⁹ & ſtatib⁹ hoim dirigo ſermonem meum. Audite ergo quia os meū loquet̃ ſapiētiā. ſ. de rebus diuinis & altiſſimis: & meditatio cordis mei loquet̃ prudētiā. i. docebit vos de agibilib⁹, & ꝓuidētiā quā debetis habere in hoc mundo in agibilib⁹ vt prouideatis ꝓ futura vita. vnde inter ſapientiā & prudentiā hoc intereſt. Nā ſapientia eſt notitia & cōtēplatio diuinarū & primarū & altiſſimarū cauſarū. vt ptz primo Meta. & vj. Ethi. Prudētia aūt eſt recta rō rerū agibiliū: cui⁹ ps eſt ꝓuidentia de futuris: de quib⁹ in pſal. iſto maxie agit̃. Sapiēs ergo eſt ille qui contēplatur & affectat cęleſtia: & prudēs eſt qui ita ꝓuidet & diſponit & dirigit vitā & operatiōes ſuas vt adipiſcat̃ cęleſtia quæ cōtemplatur & affectat. Ideo ait.

Os meum loquetur ſapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam.

¶ Os meū loquet̃ ſapientiā. i. vos exhortabit̃ vt ſapiatis & affectetis cæleſtia. Et meditatio cordis mei loquet̃ prudētiā. i. docebit vos prudentiā ſcđm quā dirigatis vitā veſtrā ad conſequendū cęleſtia. Nā prudētis eſt meditari & inquirere mediū ꝑueniēdi in finē. Vñ tria p̄mittit ꝓpheta i hoc ꝓlogo. Nā primo conuocat oēs ꝯditiōes & ſtatus hoim ad audiendā doctrinā ſuā. Scdo breuiter p̄mittit de quib⁹ intēdit eos inſtruere: quia in ſapiētia & prudētia. Tertio p̄mittit modū tradēdi & cātandi: quia parabolice ſiue ꝓuerbialiter: & etiā argumentatiue: & metrice. Ideo ſequitur.

Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiā in pſalterio propoſitionem meam.

¶ Ego in hac materia inclinabo aurē meā in parabolā & ꝓuerbia antiquoꝝ & maioꝝ ſcripta in ſacra ſcriptura, non in philoſophis mūdi nec poetis: & hoc ꝑtiet ad ſapiētiā: qa ſola ſacra ſcriptura eſt vera ſapiētia: qa de reb⁹ diuinis & altiſſimis: ideo inde intendo ſumere parabolā ſiue exēplū & doctrinā. q̄ſi dicat: parabolice & exēplariter volo ꝓcedere in hoc pſal. Scdo aperiā & manifeſtabo ꝓpoſitionē meā. i. ꝓcedā etiā argumentatiue a ꝓpoſitionib⁹ ad cōcluſiones, ꝓponēdo q̄ſtiōes q̄ ſunt ꝓpoſitiōes dubitabiles: & ex cōſequenti ꝯcludā intentū ꝓcedēdo a ꝓpoſitionib⁹ ad ꝯcluſionē. Terti⁹ mod⁹ cātandi & ſcribendi eſt metricus: qa metrice ꝓcedā & cātabo hoc carmine cū pſalterio ſiue cū cithara iſtā ꝓpoſitionē meā quā intēdo aperire & declarare. Iſte aūt verſ⁹ ſatis eſt explicat⁹ i ꝓlogo. Lr̃a Hieronymi habet Aperiā in cithara enigmata mea. i. ꝓpoſitiōes obſcuras: & difficiles: & oib⁹ mundanis occultas & ignoratas. qd idem eſt.

Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circundabit me.

¶ Præmiſſo ꝓœmio hic exquit̃ de tr̃ctatu. Ad cui⁹ intelligentiā eſt primo aduertendū, ꝙ notanter Dauid cōuocauit i ꝓœmio diuites & pauperes ſpecialiter ad hāc doctrinā audiendā. Nā ipe intēdit in hoc pſal inducere terrorē diuitib⁹ hui⁹ mūdi qui opprimunt & affligunt pauperes: cōminādo eis pœnas futuri iudicij: & cōſolari pauperes & afflictos. Sed cauſa q̄re diuites mundani abſq; mia opprimūt pauperes, eſt quia vel putant nullas eſſe pœnas pc̄torib⁹ poſt hāc vitam: & ſic nō timēt iudiciū: vl' qa ꝯfidūt in diuitijs ſuis: putātes ꝑ diuitias ſuas ab oi malo liberari: vl' qa putāt nūq̄ ſe morituros. Tria ergo facit Dauid in hoc pſal. Nam primo remouet p̄dictos tres errores: in quibus diuites confidunt. Secūdo cōminat̃ eis pœnam æternā poſt hanc vitam, & finale iudicium. Et pauperibus ꝓmittit gloriam. Tertio conſolatur pauperes exhortans eos ad patientiā. Scdz ibi. Hęc via ſcandalū ipis. Tertium ibi. Ne timueris cum diues fact⁹ fuerit. ¶ Quantum ad primum eſt aduertendum ſicut dictum eſt in ꝓlogo tractatu primo: vbi p̄miſſum eſt thema ex hoc pſal. pro toto iſto opere. ſ. Aperiam in pſalterio ꝓpoſitionē meā: ꝙ tota ſacra ſcriptura vete. teſta. nil aliud eſt niſi quædam ꝓuerbia & parabolę & ꝓpoſitiones ex quibus inferuntur concluſiones euangelicę, ꝓpheticę, & morales, & anagogice. A quibus exemplis & parabolis & ꝓpoſitionibus fit diſcurſus ſiue argumentatio exemplaris & inductiua & enthymematica & etiā ſyllogiſtica ad concluſiones euangelicas anagogicas ſiue morales. Dauid ergo in hoc pſal. ad confutandos ſupradictos errores volens oſtēdere ꝙ nullum malum impunitū: nec bonū irremuneratū: & ſic eſt timendū diuinū iudiciū: & nullus poteſt euadere mortem: nec confidere in multitudine diuitiarum: nec poteſtate & gl'ia mūdana: q̄ nō poſſūt hominē liberare cōtra diuinū iudiciū: ſumit exēplū & parabolā ex pc̄tō & punitione Ade primi parētis & Euę vxoris ſuę. Qui cū eſſet creat⁹ in tanta gl'ia immortalis: quia poterat nō mori: & in tanta dignitate & dñio: qa dñabat̃ oibus piſcib⁹ maris: & volatilib⁹ & beſtijs terrę: & in tāta copia diuitiarū: quia oēs fruct⁹ terrę & oia mineralia erant in ſua ptāte: tñ peccando contra deū, nō obediēdo ei⁹ p̄cepto, ilico fuit a deo pūit⁹ & eiectus ab illa gl'ia & dignitate: & ad vtrāq; mortē deſtinatus

nec potuit ſecū attrahere illas diuitias a paradiſo terreſtri: nec dignitas, nec diuitię potuerūt eū liberare: quin ſententia mortis corporis & anime puniretur: & ad alias hūanas miſerias deſtinaret̃: & mulctaret̃ ad pœnas corporales: vt patet Gen̄. iij. Et ſic quia ille homo poſitus in tanto honore non intellexit & cognouit ſeipm̄: immo rebellauit contra deū nō parēdo p̄cepto: Ideo cōparat⁹ eſt iumētis & beſtijs inſipiētib⁹: quia punit⁹ eſt ad mortē & ad alias pœnas carnales: & fact⁹ eſt mortalis ſimilis beſtijs. Arguat̃ ergo ſic Si ille homo poſitus in tāta dignitate & honore, ꝓpter ingratitudinē & inobedientiā & pc̄m̄ punit⁹ eſt ad mortē & pœnas corporales & ſpūales & ad pœnā inferni: & eiectus ab illa gl̄ia & padiſo: & nō potuerūt eū liberare diuitię & gl̄ia ſua: nec potuit diuitias ſuas ſecū portare: ita pariter immo a fortiori diuites hui⁹ mūdi q nō paruerūt diuinis p̄ceptis. imo opp̄ſſerūt & afflixerūt paupes, nō poterūt euadere diuinū iudiciū: ne puniant̃ ꝑ pc̄tis ſuis: quia nullū malū impunitū. nec poterūt euadere mortē corporalē: quia tūc fuit data ſententia mortis oibus filijs Adā: nec multitudo diuitiarū poterit diuites liberare a morte corporali: nec a diuino iudicio: quia illa punitio Adę fuit exēplū & parabola oib⁹ p̄uaricatorib⁹ diuinę legis. Hæc eſt ergo parabola ad quā Dauid incliauit aurē & itelligētiā ſuā. Et hæc eſt ꝓpoſitio quā aperuit ad inferēdā ꝯcluſionē diuini iudicij per Chriſtū in nouiſſimo die faciēdi: & ad incutiēdū terrorē oib⁹ diuitib⁹ & igratis & pc̄tōrib⁹ obſtinatis. Et etiā arguit vlter⁹ implicite: ꝙ ſicut Adā faciendo & agendo pœnitētiā in hac vita de pc̄tō ſuo meruit veniā & liberat⁹ eſt ab inferno in primo aduētu Chriſti cū cæteris ſanctis patribus, De cuius pœnitentia habet̃ Sap̄. prio. Hęc illū qui primo creat⁹ eſt hō liberauit a pc̄tō ſuo: Ita pariter quicūq; egerit pœnitētiā in hac vita ante mortē: & timuerit diuinū iudiciū: nō ꝯfidēs in multitudine diuitiarū ſuarū: ſed ponit ſpē ſuā in paſſione Chriſti: & agit pœnitētiā: oīs talis liberabit̃ a pc̄tō ꝑ illam pœnitētiā & recipiet̃ a Chriſto poſt mortē ſuā & in die iudicij cū venerit. Et ideo Dauid volēdo hoc concludere, ꝓponit tres queſtiones ſiue dubitabiles ꝓpoſitiōes: q̄ nō ſūt in veritate dubitabiles ſapientib⁹: ſed inſipiētib⁹. In quib⁹ ſoluunt̃ ſupradicti tres errores. quarū prima ē iſta. Dicit em̄ Dauid. Cur timebo in die mala? id eſt quæ eſt cā quare ego & quilibet fidelis debeo timere diem iudicij: ſiue diuinū iudiciū, qd̄ fit in morte vniuſcuiuſq;, & gn̄ale iudiciū, qd̄ fiet in fine mundi? Rn̄det ipſemet & dicit. Quia iniquitas calcanei mei circundabit me. Ad cuius intelligentiam eſt notandū, ꝙ hic alludit ad ſentētiam datam a deo mulieri in p̄ricipio in pſona toti⁹ gn̄is hūani & poſteritatis ſuę: qn̄ dixit ſerpēti. ipſe obſeruabit calcaneū tuū. Vnde ſicut ſe habet pes & calcaneus ad caput & totū corpus quia eſt pars infima in qua fūdatur corpus & portat̃ totū corp⁹: tamen corpus regitur a capite & oculis: quia oculi & caput dirigunt pedes & corp⁹: ita mulier eſt pars inferior & vir ſuperior. Et mulier dꝫ regi a viro & nō ecōuerſo: vt ait Auguſtinus ſuper Ioan. Ita pars ſenſitiua ſiue ſenſualitas & caro debet regi a ratione: & nō ecōuerſo: & ꝓpter hoc ſenſualitas & caro dicit̃ pes, ſiue calcane⁹ in ſacra ſcriptura reſpectu ratiōis. Vnde ſaluator ait Ioā. xiij. Qui mūdus eſt nō indiget niſi vt pedes lauet. Quaſi dicat: ꝙ lꝫ quis ſit mūdus ī ꝯſciētia ꝑ pniā: tn̄ adhuc manet cōcupiſcētia & vitiū naturę in carne quā nullus pōt lauare niſi ſolus deus ꝑ gratiā. Ex quo patet, ꝙ Chriſt⁹ ibi per pedes intelligit carnē vitiatā per cōcupiſcentiam. ratio aūt dicit̃ caput. Sed quia Adam voluit regi a muliere contra p̄ceptum dn̄i: ideo bene merito fuit ꝑcuſſus in ſenſualitate: & ſenſualitas fuit facta debiliſſima & fragilis & infirma. Ideo diabolus quādo vult hoīnē tētare: incipit a parte debiliori. ſ. a ſenſualitate quę dicitur non ſolum pes ſed calcane⁹ in hoīe: eo ꝙ eſt pars magis ꝓpe terram: & infima & poſterior. ideo dixit deus mulieri ſerpens obſeruabit calcaneū tuū. i. ſenſualitatē debilē primo tentabit & mordebit. Deinde dicit viro. Quia obediſti voci mulieris: ideo maledicta terra in opere tuo. Spinas & tribulos &c. Quaſi dicat: quia mulier obediuit diabolo: & tu obediſti mulieri: ideo ſenſualitas & caro tua erit ſemꝑ vexata a diabolo, obediēs ei frequenter: & ſpūs & caro tua obedient ſenſualitati & conſcientia vexabit̃ ab ea. Et ſicut diabolus inſurgit aduerſus carnē: Ita caro aduerſus ſpiritum & rationem: & illaqueat & decipit aiam. Nam diabolus ī carne & ſenſualitate noſtra tendit rete & laqueū ſuū qui dicit̃ fomes & cōcupiſcētia: in quo laqueo ſiue retiaculo capit aiam & rationē per conſenſū. Nā quādocūq; ratio ſiue voluntas paret ſenſualitati & carni: tūc dicit̃ illaqueari & capi ab eo. de quo retiaculo & laqueo dicit̃ pſal. xiiij. Cadent in retiaculo ei⁹ pc̄tōres. ¶ Ex quibus pꝫ, ꝙ peccare nihil aliū A eſt niſi animā a laqueo ſenſualitatis & concupiſcentię & fomitis carnis capi & illaqueari. Quē quidem laqueū nemo poteſt euadere nec vitare: niſi gr̄a Chriſti, vt ait apl̄s ad Roma. vij. Et ꝓpter hunc laqueum oēs debem⁹ timere futurū iudiciū: & ſemper debemus orare ne intremus in tentationē: & ne anima noſtra illaqueet̃ a laqueo ſenſualitatis & carnis: ſicut captus eſt Adam per mulierem, & ne tali iudicio puniamur, & a facie dei in iudicio eijciamur: ſicut eiect⁹ eſt Adā per mulierem a facie dn̄i. Et ſi forſitan peccauerimus: & aliquādo capti fuerimus in laqueo diaboli: ꝙ faciamus pœnitentiā & retrahamus calcaneū & pedes a laqueo venantiū ꝑ pœnitentiā anteq̄ veniamus ante iudicē in die mortis noſtræ & in generali iudicio: vt inueniamur expediti a laqueo peccati: & ſic ſemꝑ in vita noſtra debem⁹ timere futurū iudiciū, & agere pœnitentiā. ¶ Et ideo duo ſūt genera hoim vel tria, qui nō timent futurū iudiciū nec curant agere pœnitentiā. B Primo hypocritę qui cōfidunt in virtute & viribus ſuis. Et ſic nullū putāt ſe habere pc̄m̄. Sicut phariſęus qui dicebat, non ſum ſicut cæteri hoim. Lucæ. xviij. Et diuites huius mundi qui non ſperāt aliā vitā: & ſtulti & inſipiētes qui nūq̄ putāt ſe morituros. Et ſic oēs iſti nec curant petere gratiā: & orare ne intrēt in tētationē: & ne illaqueent̃ peccato: nec curant agere pœnitētiam. Et hos errores extirpat ꝓpheta ī hac pte. Vnde quęrit dicēs. Cur timebo in die mala? id eſt in die iudicij tā particulari q̄ vniuerſali. & reſpōdet. Scis quare timeo futurū iudicium? ideo timeo, quia iniquitas calcanei mei circundabit me. i. quia fui illaqueatus iniq̄tate & laqueo calcanei & carnis & ſenſualitatis meæ. Et ſcio ꝙ ſi ſic illaqueatus peccato apparuero ante iudicem in die mala. i. in die mortis meę: & in die generalis iudicij: tūc deus eijciet me a facie ſua dicēs. Ite maledicti in ignē æternū. ſicut eiecit Adā de paradiſo terreſtri: ne comederet de ligno vitę: & ne viueret ī ęternū. Et ideo volo agere pœnitentiā: & exire a laqueo peccati: & iuſtificari ꝑ pœnitentiā, & gratiā Chriſti dū viuo poſtq̄ habeo facultatē in hac vita: vt de⁹ dicat mihi in iudicio: venite benedicti &c. Iniquitas ergo calcanei nil aliud eſt niſi vitiū ſenſualitatis & carnis: vel pc̄m̄ cōmiſſum ex vitio ſenſualitatis: & hoc peccatū circundat, & ligat, & illaqueat, & accuſat peccatorē ante deū in morte vel ī iudicio niſi egerit pœnitentiā. Quaſi dicat: ideo ego & quilibet homo debeo timere diuinū iudicium: qm̄ ſum peccator & ſum vulnerat⁹ in carne. Nam iniquitas calcanei mei. i. vitium & laqueus ſenſualitatis & carnis circundabit & accuſabit me in die iudicij niſi egero pœnitentiam: quia ſequēdo ſenſualitatem & cōſentiēdo carni, cōmiſi multa pc̄tā. Nā ſicut rete ſiue laqueus circundat & impedit auem vel ferā: Ita concupiſcentia capit & circūdat & ligat hoiem in pc̄tō, vt patet. Ia. primo. quia vnuſquiſq; tentat̃ a ſua cōcupiſcentia illect⁹ & abſtract⁹. oēs ergo oportet ſemꝑ orare. Et ſic ſoluitur prima q̄ſtio, q̄re ē timendū diuinū iudiciū: q̄a nullū malū ipunitū, & q̄a oēs ſum⁹ ꝓni ad malū: & fragiles ad bonū agēdum.

Qui confidunt in virtute ſua: & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur.

¶ Hic ſoluitur ſecũdus error & ſcda q̃ſtio ex ſolutione pri. Nam multi ſunt. ſ. diuites huius mundi: qui tantum cõfidũt in diuitijs ſuis & dominio mundano: ꝙ non credunt aliam vitam nec poenam peccatorum poſt mortem. Et ſic putant per diuitias ſuas omnia mala euadere. Sed contra hos inuehitur propheta dicens: ꝙ in die iudicij nemo poterit redimere ſeipſum quibuſcunq; diuitijs. Nam

Frater non redimit: redimet homo? non dabit deo placationem ſuam.

Et pretiũ redemptiõis animę ſuę: & laborabit inęternum: & viuet adhuc in finem?

Nõ videbit interitum? cũ viderit ſapientes morientes: ſimul inſipiens & ſtultus peribunt.

¶ Si frater iuſtus & ſanctus nõ poterit redimere in illa die iudicij alium fratrẽ ſuũ dãnatũ: ergo quomodo poterit diues damnatus redimere ſeipſum illa die? cum ipſe ſit reus & dimittat omnes diuitias in hoc mundo: nullum p̃tium poterit dare pro ſe. Legitur ergo iſte verſus interrogatiue. Vnde dicit propheta. Qui ſunt illi fatui & temerarij hypocritę qui confidunt in virtute ſua & viribus ſuis putãtes ſe eſſe iuſtos ſine peccato: & nõ indigere gratia Chriſti? cum ſupradictũ eſt: ꝙ iniquitas calcanei: & concupiſcentia circundat vnumquẽq;: & trahit ſua quẽq; voluptas: & ꝙ qui mundus eſt in conſcientia, etiã indiget vt pedes lauet per gratiã pręuenientem & oret ne cadat. Et qui ſunt etiã illi ſtulti qui confidũt in multitudine diuitiarum ſuarũ: putantes ꝙ diuitię ſuę liberabũt ipſos ab omni malo? ſi nullum bonum irremuneratum & nullum malum impunitum: ergo in die iudicij vnuſquiſq; debet iudicari ſcdm ꝙ hic geſſit bonũ aut malum: & ſcdm ſtatum in quo ibi reperitur iuſtificatus aut peccator: quia ibi non erit locus venię: ſed ſententię. Et ideo frater iuſt' non poterit redimere fratrem peccatorem nec patrem. Nam ſancti martyres conuerſi ex populo gentili non poterunt redimere fratres ſuos & patres mortuos in ĩfidelitate. Immo cum mali petent a iuſtis dicẽtes: date nobis de oleo veſtro quia lampades noſtrę extinguũtur: Reſpõdebunt & dicent iuſti peccatoribus. Ite potius ad vendentes & emite vobis. Et ſic claudetur ianua peccatoribus in illa die. Dicit ergo propheta: Si frater nõ poterit redimere nec redimet fratrem ſuum nec patrem in illa die: redimet homo ſeipſum ſupple? quaſi dicat: non poterit ſe homo redimere cum diuitijs huius mundi in illa die. quaſi dicat: nullo modo: immo dico tibi ꝙ in illa die homo peccator non dabit placationem ſuam, nec p̃tiũ redẽptionis animę ſuę. i. nec poterit deũ p̃cibus aut aliquo ſacrificio: nec munerib': placare nec dabit aliquod p̃tium ꝓ redemptione aię ſuæ: quia nec tunc habebit diuitias & dignitates quas in hoc mũdo habebat: nec aliquę mundanę diuitię valebunt ad redẽptionem & pretium pro aĩa ſua: cũ pctm̃ eius ſit infinitum: quia ẽ pctm̃ in ſpiritum ſanctũ. ſ. finalis impoenitentię, & ad mortem: ꝓ quo non oportet orare. & ſic iſte talis diues eijcitur a facie dñi ſicut eiectus fuit Adam a paradiſo: & iſte laborabit & cruciabitur inęternum in inferno igne ſẽpiterno. ſicut Adã laborauit in hac vita in ſudore vultus ſui inter ſpinas & vepres & tribulos omnibus diebus vitę ſuę in hoc mundo: ita laborabit & cruciabitur in inferno iſte impoenitens.

¶ Et viuet adhuc in finem. Hic ſoluitur tertius error illorũ qui non timent diuinum iudicium: eo ꝙ nunq̃ ſe putant morituros. Iſta particula eſt verſiculus diſtinctus a ſuperiori in numero & in ſententia. Nam iſti ſunt verſus lyrici & parui: ideo in vno verſu magno ſunt duo vel tres parui, in hebręo & in latino: & quandoq; plures, vt dictum fuit in principio. & hic incipit alia ſententia: & ſic ſoluitur terti' error: & debet legi interrogatiue. Vnde dicit propheta. & iſte diues ſtultus & inſipiens viuet adhuc in finẽ. i. nunquid viuet inęternũ: ſicut ipſe putat? Quaſi dicat, non quia ſtultum eſt talia credere, & putare ſe nunq̃ moriturũ: cũ videat Adam, Noe, Abraham, & Iſaac, & Iacob, & Daniel, & apoſtolos, & martyres, & omnes alios ſanctos & ſapientes morientes. Ergo ſtultus & inſipiens eſt ille talis diues qui putat ſe nunq̃ moriturum: cum videat & ſciat omnes ſupradictos ſapientes & ſanctos fuiſſe mortuos: ergo ita morietur ipſe. Verũtamen eſt maxima differentia inter ipſum & illos ſapientes & ſanctos. Nã ſapientes & ſancti viri & iuſti mortui ſunt tantum quo ad corpus & nõ quoad animam: quia anima eorum viuit in gloria: & ideo in finali iudicio reſurgent in corpore glorioſo: & ſic viuent & regnabunt inæternum cum Chriſto in gloria. Sed ſtultus & inſipiẽs ſimul peribunt quo ad corpus & animam. Nam non ſolum morieť corpus cũ ab hac vita diſceſſerit: ſed etiam morietur anima morte culpę: & cruciabitur in inferno: quæ dicitur ſecunda mors: & ſimul in corpore & anima & toti morientur. Nam ſicut ſapiens eſt ille qui contemplatur & affectat cęleſtia: & prudens qui taliter diſponit vitam vt conſequatur cæleſtia: Ita per oppoſitum inſipiens eſt ille qui non contemplatur nec affectat cæleſtia: ſed terrena: & ſtultus qui nõ dirigit vitam ſuam vt adipiſcať cæleſtia. Et ideo oẽs iſti licet in iudicio reſurgant in carne: ſed non omnes immutabũtur in corpus glorioſum ſicut iuſti: immo reſurgent in corpore paſſibili: licet nunq̃ poſſint mori nec deficere: ſed in corpore & aia ſimul inæternum cruciabuntur: & ſic peribunt ſimul & ſemper erunt mortui carentes vita ſpirituali. Et iſti tales dicunť inſipientes: quia nunq̃ contẽplati ſunt nec deſiderarunt cęleſtia ſed terrena. Et dicuntur ſtulti & non prudẽtes: quia dum viuerent non diſpoſuerunt bona ſua mundana, dando eleęmoſynas pauperibus: vt reciperẽt eos poſt mortem in ęterna tabernacula. Et ideo tanq̃ inſipientes & ſtulti ſimul peribunt.

Et relinquent alienis diuitias ſuas: & ſepulchra eorum domus illorum inęternum.

¶ Non portabunt ſecum diuitias ſuas cum quibus potuiſſent redimere peccata ſua, eleęmoſynas largiẽdo: & potuiſſent emere regnum cælorum. Sed relinquent alienis diuitias ſuas: nec poterunt ſecum portare. Sed forſan dices ꝙ quando diues relinquit diuitias ſuas filijs vel conſanguineis nõ relinquit alienis: ſed ſuis. Reſpondetur ꝙ filij dãnatorum factis ſunt alieni & extranei, poſtq̃ non poſſunt eos liberare ab inferno. Nec etiam volunt pro eis eleęmoſynas facere. C

¶ Ex quo patet, ꝙ alienis relinquũt poſſeſſiões & oia bona ſua, ſibi nõ relinquẽtes niſi vnũ arctũ ſepulchrũ: & breue in quo iacent eorum putrida cadauera. Ideo ſubdit.

Tabernacula eorum in progenie & progenie: vocauerunt nomina ſua in terris ſuis.

¶ Illa ſepulchra eorũ erũt domus eorum ĩęternũ: quia nunq̃ recuperabũt ĩpli' magnas domos & poſſeſſiões eorũ: ſicut Alexãder, & Xerxes, & Cambiſes, & Attila: & cæteri ambitioſi quos totus mundus nõ poterat capere: nec tẽp' oĩue ad viuendũ ſufficere. Nunc vero iacẽt in arcto & breui ſarcophago: & illa eſt dom' eorum inęternũ. Eſt verũ qđ tu potes dicere ꝙ licet iſti ſint mortui corpore & aia: tamẽ adhuc viuũt fama. Nã Homer' ſcripſit Iliada in qua effert Achillem in cælum. Et virgilius commendat Aeneam: & Lucanus Cęſarem, & Pompeium: & Herodotus, Cyrum, Dariũ, Cambiſem, & Xerxem: & Quintus Curtius, Alexãdrum: et ſic de ſingulis in ſuis libris. Et ſic fama iſtorum nunq̃ peribit: & nõ ſolũ ipſi qui in his libris cõmendanť viuũt p famã: ſed etiã Homer', & Virgilius, & Ouidi' q libros ſcripſerũt. Vñ Ouidi' in fine libri Metamorphoſeos dicit: nunq̃ ſe mori-

tutum ſed ſemp victurum per famã. vñ ait. Iãqꝫ opus exegi quod nec Iouis ira, nec ignis, Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas: Quaqꝫ patet domitis romana potẽtia terris: Ore legat ppl'i perqꝫ oia ſecula fama, Si quid habẽt veri vatũ pſagia, viuã. Ex quib⁹ pꝫ, ꝙ nõ ſolũ reges & principes: ſed etiã philoſophi & póetę & ſcriptores per famã putabãt nunq̃ mori. Et ideo ad perpetuã memoriam eoꝝ faciebãt ſibi alta ſepulchra parari & cõſtrui: in quibus deſcribebanť eis epitaphia, in quibus memorabantur immortalia geſta eorum. Et ſic legitur in epitaphio Virgilij. Mãtua me genuit &c. Et in epitaphio Terẽtij. Natus in excelſis tectis Carthaginis altę &c. Et ideo dum Alexander tranſiret Helleſpontũ, & peruenit ad ſepulchrũ Achillis apud Iliũ: & legeret ei⁹ epigramma, dixit. Felix tu Achilles quem talis cecinit tuba. & ſic ſimul dixit beatum & felicem Achillẽ: qui memoranda geſſerat bella: & Homerum qui altiſſima tuba & immortali facundia ipm in ſuis libris commẽdauerat: & ſic putabant etiam cæteri diuites & philoſophi hui⁹ mundi per famam vitam inęternum ducere, & famam extendere factis. Hunc autem errorem confutat hic propheta dicens. Licet tabernacula & ſepulchra iſtorum maneãt a progenie in progeniem, & oſtendantur eorum magna ſepulchra: & pẽdeant magna vexilla in templis ſupra ſepulchra eoꝝ. & erigant ſtatuę in foris in eoꝝ memoriã, & licet iſti vocauerũt & affamarũt noia ſua in terris ſuis memorãdo ea in epigrãmatib⁹ & epitaphijs, & vocauerit & dilatauerint noia ſua in terris ſuis geſtis belloꝝ aut ſcriptis poetarum & philoſophorum & hiſtoriographorũ: tñ non potuerunt ſua noia vocare nec dilatare in cęlo: nec valet eis iſta fama cum animę eoꝝ crucientur inęternuꝫ in inferno. Sed ſapiẽtes. ſ. Abrahã, Iſaac, Iacob, & apli & martyres & doctores ſancti ſunt vere felices & beati: qui licet in hac vita fuerunt afflicti tẽporaliter: tñ noia eoꝝ ſcripta ſunt in cęlis & viuunt æternaliter. Et ideo iſti fuerunt ſapientes & prudẽtes: qui dum viuerent in hac vita relictis diuitijs & ceteris mũdanis vanitatib⁹ ꝑ eleęmoſynas & bona opa adepti ſunt regnũ cęloꝝ. Per oppoſitũ aũt iſti fuerunt ſtulti & inſipientes, qui contẽptis bonis ſpũalib⁹ ſecuti ſunt mundanas vanitates: & dum eſſent in hac vita: vbi potuiſſent deo ſeruire, & cuꝫ eleęmoſynis ex diuitijs peccata redimere & pœnitentiã agere, potius voluerunt ſeruire creaturę q̃ creatori, & proprijs voluptatibus q̃ deo parere & diuinę legi obedire: & ideo accidit eis ſicut & primo homini. Nam

## Homo cum in honore eſſet non intellexit: cõparatus eſt iumentis inſipientibus: & ſimilis factus eſt illis.

¶ Ille homo cum eſſet in honore in illa terreſtri paradiſo dñs oim creaturarum a deo conſtitutus: elatus in ſuperbiaꝫ non intellexit nec conſiderauit beneficia ſibi collata: & voluit parere & complacere potius vxori & diabolo q̃ deo, a quo tantum honorem & beneficia receperat: ideo eiect⁹ eſt a paradiſo & a facie dñi: & reliquit ibi omnia q̃ poſſidebat & præcipue arborem vitæ ne comederet & ne viueret inęternuꝫ. Et factus eſt mortalis & miſer & comparatus eſt iumentis & beſtijs inſipientibus: quia viuit in hac parte inter beſtias: & factus eſt illis ſimilis: quia ſecutus eſt voluptatem & ſenſualitatẽ ſicut beſtia: & ideo fuit condemnat⁹ ad mortem corporis & animæ ſicut beſtia. Nam licet aīa pctõris nunq̃ deficiat: tamen dicitur mortua quia caret vita ſpirituali & æterna. Ita pariter accidit amatoribus huius mũdi. Nam ideo deus dedit eis diuitias vt eis bene vterentur & pauperibus ſubuenirent & eleemoſynis peccata redimerent & alia bona operarentur. Et in hac vita dedit eis ſtatũ merẽdi & pœnitentiam agendi, & ſeruando legem diuinã regnũ cælorũ adipiſcẽdi. Sed cũ iſti eſſent in tali honore & opportunitate fuerunt deo ingrati, & beneficia ſibi collata & tẽpus merẽdi nõ intellexerũt nec conſiderauerũt & pœnitentiã agere noluerunt: imo cõtẽpſerũt: ideo tanq̃ ingrati & beſtię ꝓijcienť a facie dñi in die mortis ſuæ: & mittenť in tenebras exteriores. Et i generali iudicio dicet eis Chriſt⁹. Ite maledicti in ignẽ ęternũ. Et ſic erunt in inferno ſubiecti ſub poteſtate diaboli, facti ſimiles beſtijs: q̃ ſemp laborant ſub poteſtate hoim cũ flagellis & verberib⁹. Ex quib⁹ pꝫ, ꝙ ſtultus & inſipiens eſt ille qui non timet futurũ iudiciũ cõfidens in virtute propria & multitudine diuitiarũ ſuarũ: & putat ſe non moriturũ: & ideo non agit bonum nec declinat a malo: nec agit pœnitentiã in hac vita dũ poteſt: & nõ corrigit vitã ſuã ꝑ exẽplã alioꝝ & ꝑ doctrinã ſacrę ſcripturę: & maxime exẽplo ipſi⁹ Adã. Et hęc eſt parabola in quã inclinauit aurẽ ſuaꝫ, & ꝓpoſitio quã nobis in hoc pſal. aperit Dauid ꝓpheta. Licet aũt beat⁹ Aug. & Hiero. aliter exponũt iſtã literã: tñ ego nõ intẽdo contrarie auctoritati eorum quib⁹ vt patrib⁹ & magiſtris & p̄ceptoribus pareo.

## Hęc via illorum ſcandalum ipſis: & poſtea in ore ſuo complacebunt.

¶ Hęc eſt ſcda pars i qua poſtq̃ cõfutauit errorẽ inſipiẽtiũ hic explicat eoꝝ pœnã ęternã poſt hãc vitã, q̃ erit duplex: vna erit pœna ignis in iferno: & altera erit pœna vermis & doloris cordis: cũ in iudicio videãt paupes & hũiles quos ipſi oppreſſerunt regnare cũ Chriſto & poſſidere regnũ qđ ipſi poterãt poſſidere. Dicit ergo: hæc fuit via & modus viuendi illoꝝ inſipiẽtũ in hac vita. ſ. pſumere de propria iuſtitia & cõfidere & gloriari i multitudine diuitiarũ & putare nũq̃ mori. Ideo hæc via & error fuit ſcãdalũ ipſis: quo ceciderũt in tã magnũ errorẽ & ſtultitiaꝫ. Itẽ hæc via. i. iſte triplex error fuit ſcãdalũ et cauſa ipſis diuitib⁹ inſipiẽtib⁹: vt nõ timerent nec crederẽt etiã futurũ iudiciũ: nec pœnas futuras pro peccatis ſuis. Et ſic cõtẽpſerunt deũ & legẽ ſuã: & commiſerũt oia ſcelera & nõ q̃ſierũt niſi gl'iam in hoc mũdo nec cõplacebãt niſi ſibi in ore ſuo: nec loq̃banť niſi de reb⁹ terrenis et mũdanis, nec volebãt aliquid audire niſi vanitates et adulatiões, et non correctiones ſapientũ et ſacræ ſcripturę: ideo in ore ſuo complacebant ſibiipſis.

## Sicut oues in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos.

## Et dominabuntur eorum iuſti in matutino: & auxilium eorum veteraſcet in inferno a gloria eorum.

¶ Licet in ore ſuo ſic cõplacerẽt in hoc mũdo: tñ poſtea ſicut oues in inferno poſiti ſunt. Naꝫ ſicut oues que prius paſcebanť in pratis poſtea recluduntť in ouili: & mors depaſcit eas: quia occiduť in macello ad cibũ & paſtũ hoim: ita pariter accidit iſtis. Nã qui ante comedebãt & deuorabãt pauperes: & bona eoꝝ diripiebãt in hoc mũdo: poſt mortẽ poſiti ſunt in ouili inferni & mors ꝑpetua inferni depaſcet & comedet eos & erũt cibus diaboli & eſca draconuꝫ & ꝑpſis nigris ęthiopũ inferni & iſta eſt pria pœna eoꝝ inquãtũ ſũt eſca ignis & diaboli. Scda ẽ pœna vermis & doloris cordis, qui vermis nunq̃ morieť: & etiã quia iuſti & ſancti quos ipſi oppreſſerũt & deuorarũt in hac vita dñabunť & iudicabũt eos cũ Chriſto in matutino iudicio: qđ fiet poſt noctẽ huius vitæ. ¶ Vnde dies iudicij diciť dies mala & amara valde pctõrib⁹ dãnatis. Sed diciť matutinũ & dies clara & mane in qua reſurgẽt oẽs iuſti & claritatẽ gl'ię poſt tenebras & ꝑſecutiões hui⁹ vitę recipient. Diciť etiã matutinũ quia oia quæ in hac tenebroſa nocte fuerũt occulta: tunc erũt oibus manifeſta. Pariter lex euãgelica diciť matutinum reſpectu le. ve. quia oia ſacramenta q̃ ibi fuerunt occulta fuerũt per Chriſtũ patefacta. Et ſic reſurrectio Chriſti fuit matutinum & aurora hui⁹ diei gratię. Secundum vero matutinum erit D

in die iudicij:& tunc auxilium & multitudo diuitiarum eorum in quibus confidebãt, veteraſcet & euaneſcet a gloria eorum:& fruſtrabitur:ſicut quando pannus veteraſcit non poteſt reſiſtere frigori nec eſt alicuius ꝑtij.quaſi dicat:ꝙ diuitię ſuę nõ poterũt ſibi auxiliũ præſtare:nec liberare:quia deficiet gloria eius:& dum fuerint in inferno fruſtra expectabũt auxilium:quia ibi nulla eſt redemptio. Et notãter dicitur:iuſti dñabuntur eorum in matutino:quia iuſti erũt in matutino glïæ:ſed dãnati in tenebris & die malo poenarum. Et tunc iuſti exiſtẽtes in matutino gloriæ ſtabũt in magna conſtãtia aduerſus eos qui ſe.ſ.ipſos anguſtiauerunt & oppreſſerunt in hac vita accuſantes eos ante iudicem Chriſtum. Et tunc illi diuites impij qui abſtulerũt labores & bona illorum videntes iuſtos in tanto honore cum Chriſto turbabuntur timore horribili poenitentiam infructuoſaꝫ agẽtes & dicẽtes intra ſe. Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum. Ecce quõ computati ſunt inter filios dei:& inter ſanctos ſors illorum eſt. Quam hęreditatem nos poteramus obtinere. Sapiẽtię.v. Et iſte vermis poenitudinis & doloris conſcientię & inuidię depaſcet eos:& ſic mors depaſcet eos.ſ.ignis & vermis.

Verũtamen deus redimet animam meam de manu inferi:cum acceperit me.

¶ Hic explicat ꝑmiũ bonorũ & iuſtoꝝ.qđ nil aliđ erit niſi aſſumi in ſocietatẽ Chriſti & regnare cum eo. Ideo ait cœtꝰ iuſtorũ. Verũtñ dñ illi iniuſti reponẽt & mittent in infernũ ſicut oues,& auxilium eoꝝ veteraſcet & fruſtrabitur & patientur poenã ignis & vermis:tunc dñs Ieſus Chriſtꝰ ꝓ cuiꝰ amore ego paſſus ſum & cũ patientia ſuſtinui opprobria & dãna in mũdo:redimet aiam meam:& liberabit de manu & poteſtate inferi cũ acceperit me.q̃ſi dicat:poſtq̃ nec multitudo diuitiarũ & proprię vires nec frater poterit redimere hoies in hora mortis aut in die iudicij:ideo ego expecto ꝑ fidẽ ꝙ dñs Chriſtus redimet animã meã ꝑ paſſionẽ ſuaꝫ & ſacramẽtũ poenitẽtię:& aſſumet me ad ſuũ regnũ dicẽs. Venite benedicti patris mei ꝑcipite regnũ:cuius regni tanta erit gloria ꝙ nec auris audiuit nec oculꝰ vidit nec in cor hois aſcẽdit.quaſi dicat:nil aliud poteſt redimere hoiem ĩ hac vita niſi poenitentia. Nam hõ peccator nõ ſe põt redimere in morte per vires ſuas:nec ꝑ multitudinẽ diuitiarum:niſi per ſolã poenitentiaꝫ. Vñ notanter dicit, Redimet aiaꝫ:eo ꝙ ſupra dixit:ſtultꝰ & inſipiẽs ſimul peribunt.i.in corpore & aia. Ideo iſte fidelis ait. Verũtñ ego non curo ꝙ corpꝰ moriaẽ:ſed expecto ꝙ deꝰ redimet aiam meã de manu inferi ꝑ poenitẽtiam:& ſic non cõfido in multitudine diuitiarum:ſed in ſolo deo & ſacramento poenitẽtiæ:& ſic ſecurus ibo ad mortem & iudicium.

Ne timueris cum diues factus fuerit homo:& cum multiplicata fuerit gloria domus eius.

¶ Hic cõſolatur & exhortatur iuſtos ad patientiam dicẽs. O vir iuſte ſi tanta poena erit poena malorum:& tanta gloria dabitur iuſtis in iudicio poſt hanc vitam:ergo ne timueris cum diues factus fuerit homo:& ne deſperes licet opprimat te in hac vita:& ne diffidas cuꝫ multiplicata fuerit gloria domus eius in copia diuitiarum & prolis & dignitatuꝫ:& diripiat bona tua. Nam parum durabit gloria ſua.

Quoniã cum interierit non ſumet omnia:neqꝫ deſcendet cum eo gloria eius.

Quia anima eius in vita ipſius benedicetur:cõfitebitur tibi cum benefeceris ei.

¶ Cum interierit non ſumet ſecum nec portabit oĩa bona:nec gloria domus eius deſcẽdet cum eo ad infernũ:qa oĩa relinquet in hoc mundo. Et ideo non deſideres gloriaꝫ eiꝰ:qui tantum durabit in hac vita & gloria eius & fama:& tantũ in ſua vita bñdiceẽ & laudabiẽ ab adulatoribus:& intantum te diliget & confitebitur tibi & laudabit, quantum ſibi benefeceris:& adulatꝰ fueris:& munera porrexeris. Et dum feceris ei munera tunc tibi ſe eſſe amicum confitebiẽ & te laudabit:& fauorem promittet & tantum durabit amicitia quantum eum laudabilis & munera porriges. Et propter hoc quia iſte talis fuit mundanus & filius prauorum & ſecutus eſt prauitatem fratrum ſuorum dum viueret:ideo ſequetur eos poſt mortem. Et ſic

Introibit vſqꝫ in progenies patrum ſuorum:& vſqꝫ in ęternum non videbit lumen.

¶ Introibit in progenies patrum ſuorum:quorum ſcelera imitatꝰ fuit in hac vita:& ideo cum eis ſiĺ cruciabiẽ in inferno:& non videbit lumen glorię in ęternum:immo tenebras exteriores.

Homo cum in honore eſſet non intellexit:cõparatus eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis.

¶ Cõcludit iterũ ad maiorẽ expreſſionẽ:ꝙ ſicut primꝰ hõ cum eſſet in honore non intellexit:ita quilibet mundanus homo cum eſſet in hoc honore & oportunitate faciendi bonum non intellexit nec conſiderauit beneficia ſibi collata:nec prouidit pro vita futura dum poterat & erat in tempore merendi & pniam agendi:& non fecit:ideo comparatus eſt iumentis ſicut dictum eſt ſupra. Ex quibus patet, ꝙ tota intentio Dauid in hoc pſal. eſt exhortari & inducere oẽs ad declinandum a malo & agendũ bonum & ad agendã poenitentiam in hac vita:& ne differant poenitentiam vſqꝫ ad mortẽ incluſiue:& ne decedãt cũ pctõ:quia poſt mortẽ nõ eſt tẽpus nec locꝰ pnię:ſed iudicij:quia nullum malũ impunitum nec bonum irremuneratum. Ad qđ ꝓbanduꝫ ſumit parabolã & ꝓpoſitionẽ ex pctõ & punitiõe ipſius Adã primi hominis:qui cum eſſet in paradiſo cum honore non intellexit:& comparatus eſt iumentis. Et ideo vt magis imprimat & incutiat terrorem in cordibus noſtris iterat illud dictum & punitionem Adę:ſicut fit in præconizationibus cõminatorijs:vbi diciẽ geminãdo in principio & fine quando portaẽ reꝰ ad patibulũ:q ſic faciet, ſic punieẽ. Et ſic Chriſtꝰ ꝯminans futurũ iudiciũ dicit. Vigilate, iterum dico vigilate.

¶ Ex iſto pſal. & eiꝰ expoſitiõe recolliguntẽ.xiij.ꝯcluſiões. E

¶ Prima concluſio, ꝙ Dauid conuocat omnes cõditiones & ſtatus hominum ꝑcipue diuites & potentes ad audiẽdaꝫ doctrinam huius pſalmi.

¶ Scđa ꝯcluſio, ꝙ in hoc pſal. intẽdit ꝓcedere parabolice arguendo & cõfutãdo errores hoim potentum & diuitum:qui nõ timent futurum iudiciuꝫ putãtes ſe nunq̃ morituros.

¶ Tertia cõcluſio, ꝙ vnuſquiſqꝫ debet timere futurum iudiciũ quantũcũqꝫ ſit iuſtus:& hoc ꝓpter laqueũ concupiſcẽtię latentem in carne. quæ quidem concupiſcentia incitat ad omne peccatum niſi iuuetur homo gratia Chriſti.

¶ Quarta cõcluſio, ꝙ nullus diues debet nec poteſt confidere in multitudine diuitiarum ſuarum:quia nõ poterunt ipſum redimere in die iudicij:quia ibi nullũ ꝑtium poterit redimere hoieꝫ:quia nõ erit tẽpus poenitẽtiæ:ſed ſentẽtiæ.

¶ Quinta cõcluſio, ꝙ in die iudicij hoies iuſti & ſancti non poterunt redimere fratres nec patres mortuos ſine poenitẽtia aut ſine fide.

¶ Sexta concluſio, ꝙ nulla potentia aut virtus poterit homines liberare a morte corporali:quia non ſolum inſipiẽtes:ſed etiam ſapientes morientur.

¶ Septima cõcluſio, ꝙ hęc eſt differẽtia inter ſapientes & inſipientes. Nam ſapiẽtes moriuntur ſolum quo ad corpus ſed non quo ad animã:quia viuunt in cælo per gloriam:& reſurgent in corpore glorioſo in iudicio:ſed inſipientes ſcilicet impoenitẽtes & infideles ſimul morieẽ quo ad corpus & animã:quia nõ reſurgẽt in reſurrectionẽ vitę æternæ:ſꝫ in reſurrectionem iudicij ad patiendum poenas æternas.

¶ Octaua concluſio, ꝙ diuites & potentes & etiam philoſophi & hiſtoriographi, licet vocauerit noīa ſua in hoc mūdo per famā: tñ fama ſimul cū eis peribit: immo cadauera eorum iacebunt in paruo ſarcophago inęternum.

¶ Nona concluſio, ꝙ diuitię & poteſtates & dignitates & facundia potius fuerūt hoīb⁹ malis ad ſcādalū in hoc mūdo q̄ ad vtilitatem & bonum conſequēdum: quia ex malo vſu earum conſecuti ſunt perpetuam damnationem: quia ſicut oues in inferno poſiti ſunt & mors depaſcet eos.

¶ Decima concluſio, ꝙ ſicut diuites & potentes comederūt bona pauperū: ita mors ęterna depaſcet eos.

¶ Vndecima concluſio, ꝙ pauperes non debent indignari cum videant malos ꝓſperari & fieri diuites in hac vita: quia breuiter morientur & relinquent alienis diuitias ſuas & inęternum cruciabuntur in tenebris inferni.

¶ Duodecima concluſio, ꝙ pauperes accuſabunt diuites & potentes apud deū in die iudicij.

¶ Decimatertia concluſio, ꝙ ſicut Adam cum eſſet poſit⁹ in tanto honore & dignitate in paradiſo: & non intellexit nec ſciuit conſeruare & cuſtodire ſtatum ſuum contēnendo diuinum præceptū: ideo fuit eiectus a felici loco & ſtatu in quo erat: & expoliatus omnibus bonis fuit poſitus in hac valle lachrymarum & miſerię, comparatus iumentis inſipiētib⁹: quia factus mortalis & ignorās ſicut beſtia: ita quilibet homo potens & diues qui neſcit cuſtodire gratiā & innocētiam quā recepit in baptiſmo: aut non agit poenitentiam de peccatis dum habet tempus: aut non prouidet pro futura vita adipiſcenda per eleęmoſynas & opera meritoria, eijcietur ab hoc mundo nil de bonis temporalibus ſecū portando & in die iudicij eijciet a facie dñi in ignem ęternum. Et ſic morietur quoad corpus & aīam ſicut iumentū & beſtia. Et hoc quoad mortem ſpiritualem.

Deus deorum dominus locutus eſt: & vocauit terram.

¶ Titulus. Pſalmus Aſaph. Licet quidā hebræi & catholici dicant ꝙ Aſaph fecit hūc pſalmum & cæteros ſibi intitulatos: tamen iam in principio dictum eſt ꝙ nulla ratione mouentur: nec habent aliquam auctoritatem: pro ſe. Nā Aſaph, & Eman, & Idithum nō dicunt prophetæ nec prophetantes, eo ꝙ pſalmos conficerēt, ſed quia prophetabāt: id eſt pſalmos cantabant in organis iuxta regeſ. vt patet primi paralypomenon. xxv. Prophetare idem eſt ꝙ prophetias canere & interpretari. vt ait apoſtolus prima ad corinthios. ix. Et ideo eſt dicendum ſecundum Aug. ꝙ Dauid fecit hūc pſalmum & oēs alios: ſed diſtribuit eos cantandos & interpretandos ip̄is Aſaph, & Ethan, & Eman q fuit de filijs Chore: & ip̄i Idithuſ, vt patet primi paralypomenon. xxiij. vbi dicitur ꝙ pſaltes canebant in organis quę fecerat Dauid ad canendum. Item. ij. paralypomenon. vij. dicitur in dedicatiōe domus domini ſacerdotes & leuitę ſtabant: in officijs ſuis & cantabant in organis carmina quę fecerat Dauid ad laudandum dominum: quoniam in ſęculū miſericordia eius. Ex quibus patet, ꝙ Dauid fecit hūc pſalmum & dedit ipſum cantandum filijs Aſaph: eo ꝙ dirigit toti eccleſię ſiue congregationi hominum. Aſaph enim interp̄tatur congregatio ſiue collectio. Vnde ſicut per filios Chore intelligitur myſtice eccleſia congregata ex gentilibus & filijs malorum parentum: ita per Aſaph intelligitur tota eccleſia ſimpliciter ſecunduſ nominis interpretationē. Dauid ergo fecit hūc pſalmum. & intitulatur ipſi Aſaph: eo quod loquitur de vniuerſali iudicio ad quod congregabūtur omnes gentes & nationes in valle Ioſaphat a ſolis ortu & occaſu, vt manifeſte patet in litera. Ideo dimiſſis diuerſis modis dicendi, eſt dicenduſ, ꝙ poſtq̄ Dauid in pſalmo præcedenti probauit de neceſſitate futurum iudicium: ideo in hoc pſalmo deſcribit executionem eius futuraſ per exēplum. Et ſic pſalmus iſte diuiditur principaliter in duas partes. Nā in prima deſcribitur iudicij præparatio. In ſecunda iudicij executio. ibi. Audi populus meus. Quantum ad primū eſt notandum, ꝙ iudicium eſt actus iudicis. Et ſic poteſt eē duplex actus ipſius iudicis: quia aut iudicat legem, aut pręuaricatores & obſeruatores legis. Primum dicitur iudicium diſcretionis inquantum iudex interpretatur & declarat difficultates & ęnigmata legis, & diſcernit inter ea: quia eiuſdem eſt condere legem & interpretari & diſcernere & iudicare ſecundum legem. Secundum dicitur iudicium examinationis: inquantum iudex examinat obſeruatores & præuaricatores legis & punit ſecunduſ merita & demerita. Et ſic tribuit vnicuiqꝫ quod ſuum eſt. Et iſta tria pertinent ad eundem primo & principaliter: ſcilicet ponere ſiue condere legem & interpretari & examinare. Sic ergo cum Chriſtus fuerit primus conditor & lator legis Moyſi inquantum deus dedit illam moyſi & ſoli populo Iſrael per angelos: vt patet ad hebræos primo: ideo venit in carnem in primo aduentu ad iudicandam & interpretandam & diſcernendam legem datam Moyſi. Et ſic dedit nobis legē Moyſi interpretatam & diſeretam. diſcreuit enim & ſeparauit paleas a grano & figuram a figurato: & vmbram a veritate & lumine & ecōuerſo: quia lex euangelica nil aliud eſt niſi lex Moyſi interpretata per Chriſtum & diſcreta: quia nō venit ſoluere legem ſed adimplere: quia vnum iota nō pręteriuit a lege quin interpretatum & impletū ſit in Chriſto. Et ideo ait Auguſt. lib. de catechizandis rudib⁹, ꝙ teſtamētum vetus nil aliud eſt niſi occultatio noui: & euangelium nil aliud eſt niſi manifeſtatio ve. teſta. Ideo oportuit vt Chriſtus qui occultauerat illā legē in illo paruo populo, veniret manifeſte in carnem & interpretaretur & diſcerneret eaſ & ferret ipſam & promulgaret declarataſ toti mundo, poſtq̄ erat rex & iudex vniuerſalis. Et ſic fecit: quia venit in Iudęam & Hieruſalem & declarauit & impleuit eam in ſe docendo & faciendo: & implendo & faciendo omnia quæ de eo ſcripta erant: & in monte Sion miſit ſpiritum in apoſtolos vbi receperunt ſeptem dona ſpiritus ſancti ad legeſ intelligendam: & poſtea miſit eos ad prædicandum per vniuerſum mundum euangeliuſ omni creaturę promittentes præmium obſeruatoribus: & poenam præuaricatoribus, dicens. Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit. Qui vero non crediderit condēnabitur. Et aſcēdēs in cæluſ ex mōte Oliueti promiſit eis ſe venturū ad iudicandū præuaricatores & obſeruatores, dicēs p angelos ſuos. Viri galilęi qd admiramini aſpicientes? quia hic Ieſus ſic. ſ. in gloria & poteſtate magna & maieſtate veniet ad iudicandum totum orbem quēadmoduſ vidiſtis eum euntem in cælum. Et ideo dicunt ſancti doctores, ꝙ ſicut Chriſt⁹ promulgauit legem euangelicam primo in Hieruſalem & in mōte Sion: & exinde per totum orbem ad omnes conditiones & nationes & linguas & ſtatus: ita pariter in ſecūdo aduētu veniet in Siō & Hieruſaleſ. Et ad eundē locū ꝯgregabit oēs gētes & nationes & ſtatus hominū: & ibidem iudicabit præuaricatores legis tribuens vnicuiqꝫ ſecundum ea quæ taxata ſunt in lege. ¶ Sed dicit Auguſti. ꝙ diuerſimode veniet Chri- F
ſtus in ſecundo aduentu, & in primo. Nam licet in primo venit ad iudicandam & dandam legem: tamen venit occultus: id eſt mortalis & paſſibilis, vt iudicaretur a Pilato & hominibus pro nobis. Sed in ſecundo aduentu veniet manifeſtus & cū poteſtate magna & maieſtate vt iudicet omnes homines in valle Ioſaphat quæ eſt inter montem Sion & montem Oliueti. vbi fuit captus & ligatus. de qua dicitur Ioelis. iij. Congrebo omnes gentes in valle Ioſaphat & diſceptabo cum eis. quaſi in eodem loco vbi dedit legeſ. Vñ hoc vniuerſale iudicium prædicit Dauid in hoc pſalmo.

¶ Deſcribit ergo Dauid in hac prima parte & prævia diſpoſitionem & præparationem ad iudicium dicens. Deus

deorum.i.iudex iudicum qui eſt Chriſt⁹ locutus eſt.primo angelis ſuis:& præcepit vt ſonitu tubæ a quatuor ventis terrę conuocarent omnes mortuos ad iudicium:ad cuius ſonitum diuina virtute omnes mortui ſurrexerunt.

## A ſolis ortu vſq; ad occaſum:ex Sion ſpecies decoris eius.

¶ Chriſt⁹ vocauit terram a ſolis ortu vſq; ad occaſum.i.oēs qui erant ſepulti in terra & mortui:& ponitur præteritū p futuro propter certitudinē prophetię:ſicut frequenter fit in pſalmis & cęteris prophetiis:vt ait Cāhi in hoc loco.

G ¶ Vnde nota ꝙ Chriſtus dicitur deus deorū. Primo quia eſt deus per eſſentiam. Secundo quia eſt primus & verus iudex. Secundo apoſtoli & reges & omnes iudices dicūtur dij in ſacra ſcriptura. Primo per participationem. Secundo quia gerunt vices dei in iudicando:quia omnis poteſtas a deo eſt. At ſic oēs iudices dicuntur dij in ſacra ſcriptura: vt patet Exod.xxij. Si latet fur, dominus domus applicabitur ad deos.i.iudices & iurabit. Itē in eodē, ad deos vtriuſq; cauſa perueniet. Item in eodem, dijs non detrahes:principes populi tui non maledices. Etiam Chriſtus dicitur deus deorum:id eſt angelorum & ſanctorum: & iudex iudicum: id eſt apoſtolorum qui cum eo iudicabunt duodecim trib⁹ Iſrael. Chriſtus ergo deus deorum locutus eſt & vocauit terram vniuerſam a ſolis ortu vſq; ad occaſum vt veniāt ad iudicium:ſicut in primo aduentu venit ad dandam legem oī creaturę. Sed erit differentia. Naꝫ in primo aduentu venit occultus vt iudicaretur ab hominibus:& tacuit ante Pilatū. Sed in ſecundo aduentu

## Deus manifeſte veniet:deus noſter & non ſilebit.

¶ Deus noſter Chriſtus tanq̄ deus manifeſte veniet ad eūdem locum.ſ. ad montem Sion vbi primo dedit legem:& non apparebit ibi mortalis & contemptus & fragilis, cæſus & ictus & crucifixus, non habens aſpectum neq; decorem ſicut in primo aduentu:immo ſpecies decoris & pulchritudinis eius erit ex Sion:quia ibi apparebit in gloria & pulchritudine cum poteſtate magna & maieſtate in nubibus cæli ſupra montem Sion & Hieruſaleꝫ:& non tacebit ſicut tacuit ante principes ſacerdotum, cum palmis cęderetur & alapa, & ante Pilatum cum iudicaretur:immo loquetur & examinabit opera hominum & præuaricatores legis. Et non ſilebit ſcelera hominuꝫ:immo manifeſtabit & fulminabit ſententiam contra malos. Ideo

## Ignis in conſpectu eius exardeſcet:& in circuitu eius tempeſtas valida.

¶ In conſpectu eius erit ignis & exardeſcet in terroreꝫ malorum & comburet omnia elementa:& erit tempeſtas valida & omnia ſigna quæ prædixit Chriſtus. Matthęi.xxv.& Lucę.xxj. Et

## Aduocabit cęlum deſurſum:& terram diſcernere populum ſuum.

¶ Aduocabit cælum.i.omnes angelos & ſanctos qui ſunt in cęlo vt ſedeant ſecum ad approbandum ſententiam. Et vocabit etiam terram & omnes terrenos & totum populuꝫ ſuum diſcernere:id eſt ad diſcernendum bonos a malis & oues ab hœdis: & ad iudicandum eos, & examinandum, & hos congregabit in voce archangeli a ſummis cælorū vſq; ad terminos eorum, quæ ſunt elementa ad quę terminant influentiæ cælorum & aſtrorum.

## Congregate illi ſanctos eius:qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia.

¶ Iſta ſunt verba prophetę. Vnde nota ꝙ Chriſtus tribus modis locutus eſt mūdo. Primo locutus eſt per patriarchas & prophetas, prædicendo aduentum ſuum in carnē, & oīa myſteria euangelica. Secundo locutus eſt per os ſuum & p ſeipſum in carne, verificando legem & prophetas per legem euangelicam. Tertio locutus eſt per apoſtolos & doctores:qui prædicarunt euangeliuꝫ toti mundo. vnde ſicut per patriarchas & prophetas ordinauit teſta. vetus. Ita per apoſtolos & doctores ordinauit te.no. ¶ Ideo in iudicio patriarchę & prophetę vete.teſta. quibus data fuit lex & p quos Chriſtus locutus eſt in vete.teſt.& omnes apoſtoli qui prædicarunt legem euangelicam in no.teſt. appellabuntur & congregabūtur cum Chriſto:vt ſint teſtes vtriuſq; teſtamēti, & coniudices cum Chriſto. & ideo dicit cōgregate &c. Quaſi dicat. O vos angeli congregate illi.ſ. Chriſto omnes ſanctos eius. ſcilicet Moyſen & Aaron & Dauid & cæteros qui ordiarunt teſtamentum eius vetus: & apoſtolos & doctores qui ordinarunt & interpretati ſunt & declarauerunt teſtamentum nouum ſuper ſacrificia & eccleſiaſtica ſacramenta:vt aſſiſtant Chriſto iudici & ſint teſtes & approbent ei⁹ ſententiā. Litera vero Hieronymi habet, cōgregate mihi ſanctos meos qui diſpoſuerūt pactum meum ſuper ſacrificia:quod in eandem incidit ſententiā. Nam Chriſtus pręcipiet & iubebit congregari omnes patriarchas & prophetas vete.teſta. qui vixerunt in le.vete.& ſaluati ſunt ſub fide & ſpe Chriſti futuri:& omnes apoſtolos & ſāctos no.te. qui viderunt & receperunt Chriſtuꝫ & prædicarunt legem eius. & iſti omnes erunt teſtes & iudices iudicantes duodecim tribus Iſrael.

## Et annunciabunt cęli iuſtitiam eius:quoniam deus iudex eſt.

¶ Tunc cæli materiales & ſol & luna & ſtelle annūciabūt per ſigna quomodo Chriſtus eſt deus dominus eorum:& iuſtus iudex oīm:qm̄ ipſi cæli & elementa patebunt manifeſte:& annūciabunt ipſum eſſe deum:& nō ſolum cæli materiales:ſed etiam cæli ſpirituales.ſ.angeli & apoſtoli & oēs ſancti annunciabunt in illa die:qm̄ Chriſtus eſt deus & iuſtus iudex:quia tam patres vete.teſta. q̄ noui præbebūt teſtimonium de Chriſto in lege & prophetis & euangelio:& approbabunt ſententiam iudicis. Naꝫ Moyſes adducet & oſtendet ibi legem quam in monte Sinai accepit & illi populo dedit. Et Dauid oſtendet ibi omnes pſalmos quos de Chriſto ſcripſit:& ꝓphetę omnes ꝓphetias:& apoſtoli & euāgeliſte oīa euāgelia:& Paul⁹ oēs ep̄ſas:& Auguſtin⁹, & Hieronymus & cæteri doctores omnia opera quę de Chriſto & eius eccleſia ſcripſerunt:& annunciabunt & affirmabunt:quoniam Chriſtus eſt deus & iudex omnium, habens poteſtatem vniuerſalem in cęlo & in terra. Et ſic iudicabūt & condemnabunt filios Iſrael carnales qui Chriſtum non receperunt:& approbabunt.xij.tribus & filios Iſrael ſpirituales qui per duodecim apoſtolos Chriſto ſunt regenerati, quæ eſt tota eccleſia.

## Audi populus meus & loquar Iſrael:& teſtificabor tibi:deus deus tuus ego ſum.

¶ Hæc eſt ſecūda pars pricipalis in qua ꝓmiſſa diſpoſitione & ꝑparatione iudicij deſcribit ordinē diſcutiōis & executiōis eiuſdē. ad cui⁹ intelligētiam eſt aduertendū ꝙ ſicut in primo iudicio primi aduentus Chriſti fuit examinata & diſcreta & interꝑtata lex:ita in vltimo aduētu Chriſtus examinabit præuaricatores & obſeruatores legis:vt vnicuiq; tribuatur ſcdꝫ opera ſua & merita vel demerita, & præmia vel pœnas in lege taxatas. ¶ Sed quia in tota lege nil alīd H iubet niſi charitas ſiue dilectio dei & proximi:quia in his duobus mandatis vniuerſa lex pendet & prophetę:vt patet Matthei.xxij. ideo tota lex eſt de cultu diuino quæ pertinet ad dilectionem dei:vel de præceptis moralibus quæ pertinent ad dilectionem proximi. Et ideo circa diuinū cul

tum aut conuerſationem proximi contingit obſeruātiā aut pręuaricatio. Sed quia dilectio dei ſiue cultus diuin⁹ pręcedit dilectionem & conuerſationē proximi: ideo Chriſtus in iudicio prius examinabit de diuino cultu: q̄ de conuerſatione proximi. Duo ergo facit in hac ſcđa parte. Nam primo deſcribit examinationē iudicis circa diuinū cultū. Secundo de praeceptis quae pertinent ad dilectionē proximi. ibi. Peccatori autē dicit deus. ℂ Quantum ad primū eſt aduertēdum ꝙ propheta introducit dominū loquentē in hoc pſalmo, & loquitur in lege vete. auiſando populū Iſrael, & ex conſequenti omnes homines mūdi quomodo ipſe eſt venturus ad iudicium in humanitate iam induta, praeſupponendo primum aduentū in carnem. Et praedicit & auiſat de quibus debet quaerere & examinare in iudicio generali. Et dicit ꝙ de duobus. ſ. de dilectione dei & ꝓximi: id eſt quomodo ſe habuerūt homines in cultu diuino erga deū: & quomodo erga proximum. Et hunc ordinē tenuit Chriſtus: Matth. xxv. quia auiſat apoſtolos de quibus eſt interrogaturus in iudicio cum venerit in nouiſſimo die. & dicit Chriſtus: ꝙ primo examinabit & interrogabit de his quae pertinent ad deū, & quomodo ſe habuerunt homines erga deū. & ponit parabolā de quinq; talentis & de decē virginib⁹ & lampadib⁹. Secūdo dicit ꝙ interrogabit quomodo ſe habuerunt erga proximū. Et petit de operibus miſericordiae vt patet in eodē capi. Idem ergo ordo ſeruatur in hoc pſalmo. Dicit ergo deus: O popule meus attende & ſis cautus quia ego veniam ad iudicium in forma humana. Ex quo patet ꝙ ego ero ille qui iam in primo aduentu veni in carnem tanq̄ Meſſias & in lege promiſſus. Quaſi dicat: ꝙ ante iudicium iam pręcedet aduentus prim⁹ in carne. Et ibi in iudicio loquar tibi in forma humana Ī primo aduentu iam aſſumpta. & teſtificabor tibi per patriarchas & prophetas & apoſtolos & martyres, quos ibi congregabo, qualiter ego de⁹ ſū de⁹ tu⁹. i. per illos aſſiſtentes probando qualiter ego ſum deus tuus. quem tu in prio aduentu negaſti, eo ꝙ venerī in carne mortali. quaſi dicat, ꝙ tūc cognoſces & non poteris negare ꝙ ego ſum Meſſias de⁹ & homo. quia licet in primo aduentu ex inuidia & malitia me negaſti: tamen in ſecūdo aduentu non poteris me negare. Nam angeli & cęli & elementa & patriarchae & prophetae & apoſtoli & omnes ſancti hoc teſtificabuntur. & hoc etiā apparebit in mea maieſtate.

## Non in ſacrificiis tuis arguā te: holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper.

ℂ Hic praedicit deus & auiſat Iſrael de quib⁹ eſt quaeſitur⁹ in iudicio. Et oſtendit ꝙ non examinabit nec quęret rationem de ſacrificijs & holocauſtis vet. leg. quoniam iam erūt oblita & reuocata & prohibita in primo aduētu. Ideo ait. Audi Iſrael quia in illo iudicio non arguam te in ſacrificijs tuis vete. leg. Nec quaeram a te rationem de eis, quia tam erunt prohibita in primo aduentu: & holocauſta tua non ſunt ſemper: nec erunt accepta ſemper in conſpectu meo: nec erunt mihi ſemper grata. Ideo prohibentur iam Ī primo aduentu. Et nota ꝙ iſta ſecūda clauſula huius verſus: ſcilicet holocauſta, etiam ſubordinatur ſub illa negatione non. quaſi dicat, non arguā te in tuis ſacrificijs. nec tua holocauſta erunt nec ſunt ſemper accepta in conſpectu meo. Ideo ſequitur.

## Non accipiam de domo tua vitulos: neq; de gregibus tuis hircos.

ℂ Non accipiam amplius poſt primū aduentū vitulos de domo tua, ſcilicet ſynagoga in ſacrificiū: quia iam erit reprobata ſynagoga & mortua: neq; de gregib⁹ tuis accipiā hircos leg. vete. quoniā oīa ſacrificia illa & cęrimonialia ceſſabūt & morientur in primo aduentu: quoniā figurę eorum implebūtur in Chriſto: & ibi finient curſum ſuū oīa legalia in primo aduentu.

## Quoniam meę ſunt omnes ferę ſyluarum: iumenta in montibus & boues.

ℂ Hic reddit rationes quare ſacrificia legalia erant abolenda, & non erant perpetua. ℂ Ad cui⁹ intelligentiam eſt notādū ꝙ ſacrificia legalia vltra hoc ꝙ erāt data in figuram Chriſti & per conſequens debuerunt ceſſare poſtq̄ in eo impleuerūt officium & curſu; ſuū, tamen adhuc duabus rationib⁹ erant abolenda per aduentū Meſſiae, in quo lex & omnia debebant ſumere virtutem & perfectionem. Primo quia illa ſacrificia animaliū brutoꝝ erant de ſe imperfecta, & non bona niſi ex bonitate & deuotione offerentis. Et ſic erant inſufficientia ad reconciliandū homines cū deo: nec de ſe erant deo accepta: niſi ex fide offerentis, credentis in Chriſtū futurū. Et ſic de ſe erant parui valoris & immūda. Secundo quia erant aliena ſiue extranea. Nam bona temporalia non ſunt noſtra nec in noſtra poteſtate: cū faciliter poſſint nobis auferri. & non poſſunt nos iuſtificare nec apud deū ſunt accipienda in magno ꝓtio & valore: cū non ſint noſtra: ſed potius iam ſunt ſua. Et ideo erat quaerendū tale ſacrificiū ad perfectionem legis in aduentu Meſſiae. quod de ſe erat magni pretij, & per ſe bonum & gratū & acceptū deo melius quocūq; offerente: vt ſuis meritis nos deo poſſet reconciliare. & hoc eſt ſacramentū euchariſtiae in quo offerē Chriſtus mediator dei & hominum. Secūdo erat quaerendū ſacrificiū qđ non eſſet extraneū ſed propriū noſtrū & in noſtra poteſtate, qđ nos poſſet iuſtificare. Et haec eſt nr̄a volūtas fide & charitate habituata, & ſpirit⁹ cōtribulatus & cor contritū & humiliatum. hoc ſolū eſt propriū nobis. quia nihil magis in noſtra poteſtate q̄ volūtas vt ait Auguſtin⁹. Omnia aūt alia ſunt nobis aliena quia faciliter poſſunt auferri. Sed bonam volūtatem & bonū affectū nūq̄ imperatores & tyranni nec ꝑſecutiones & dira tormenta potuerūt auferre ſanctis apoſtolis nec beato Laurentio nec Vincentio nec Agneti nec Caeciliae nec caeteris martyrib⁹. Ex quib⁹ patet ꝙ ſola voluntas cum virtutib⁹ theologicis & moralibus ſunt noſtra bona propria. Ideo dicit Auguſtin⁹ in ſermone de martyrib⁹. ꝙ de hoc cellario bonae volūtatis pręcipimur elęmoſynas & ſacrificia facere, eo ꝙ ſunt in noſtra poteſtate. Nā licet quis dicat non poſſū ieiunare: nec ex paupertate diuitias pauperibus erogare, tamen non poteſt dicere non poſſum deū & proximū amare: eo ꝙ volūtas eſt ſola in noſtra poteſtate. Haec eſt ergo cauſa quare ſacrificia legalia erant abolenda: quia erāt aliena, & alia propria ſubſtituēda. Dicit ergo Chriſt⁹. non accipiā poſt aduentū de domo tua & ſynagoga tua vitulos nec de gregib⁹ tuis hircos in ſacrificiū. quoniam talia animalia non ſunt veſtra: ſed mea: nec ſunt in veſtra poteſtate ſed in mea: & etiā in poteſtate alioꝝ. quia poſſunt a vobis auferri. qm̄ oēs ferę ſyluarū ſunt meae & nō veſtrę: & boues & iumenta quae paſcuntur in montib⁹, quae ſacrificabatis & immolabatis in lege veteri, mea ſunt & non veſtra.

## Cognoui omnia volatilia cęli: & pulchritudo agri mecum eſt.

ℂ Ego noui oīa volatilia cęli eſſe mea & nō veſtra: & oēs fruges & fructus terrę & tota pulchritudo agri mecū eſt: & mea ſunt omnia iſta & nō veſtra: & non ſunt in magno ꝓtio acceptanda in veſtris ſacrificijs & oblationibus. Item iſta non offeruntur nec offerebantur ad cibum nec vtilitatem mei, ſed veſtri: quia poſt oblationem voſmet comedebatis ſupradicta ſacrificia & oblationes. quia ego non

p.v.

comedo tales cibos.

Si eſuriero non dicam tibi: meus eſt enim orbis terrę & plenitudo eius.

❡ Si ego eſuriero .i. eſurirem tales cibos corporales non dicerē tibi ꝙ dares mihi. quia egomet acciperē. quia me⁹ eſt totus orbis terrę & plenitudo eius, & omnia quæ in eo cōtinentur. ſ. plantę & animalia & oīa ex quibus ſacrificatis & offertis. Alius eſt ergo cibus quem ego eſurio & aliud ſacrificium quod ego peto & quęro.

Nunquid manducabo carnes taurorum: aut ſanguinem hyrcorum potabo?

❡ Nunquid manducabo .i. conſueui mādúcare carnes taurorum quas offertis, aut ſanguinem hyrcorum quem libatis, potabo? quaſi dicat non. Nam alius eſt meus cibus & alius meus potus, & aliud eſt ſacrificiū quod quæro, & aliæ oblationes. quia non quæro ſacrificium niſi laudis. ſ. ſacrificium euchariſtię & cor contritū & humiliatum.

Immola deo ſacrificium laudis: & redde altiſſimo vota tua.

❡ Hic explicat quod eſt ſacrificium quod deus petit & inſtituit in lege noua, & quas oblationes quęrit. Vnde quia dictum eſt ſupra ꝙ Chriſtus qui venerat ad interpretandā legē & declarandā & perficiendā & patefaciendā veritatem & gratiam in lege promiſſam, debebat inſtituere verum ſacrificiū per illa legalia figuratū: quod de ſe eſſet bonum & perfectum & tantis meritis plenum vt per ſe eſſet deo gratum & acceptum. & per conſequens ſufficiens ad reconciliandum nos cum deo: Sequitur ꝙ tale ſacrificiū nō poteſt eſſe niſi homo Ieſus Chriſtus. qui ſecundū humanitatem tenet medium inter hominem & deum. quia minor patre & melior oībus hoibus. Et ideo hoc ſacrificiū oblatum eſt primo in cruce vt ait apoſtolus ad Hebr. v. & ix. & ad Ro. iij. in redēptionem omniū præteritorum & futurorum: & ille ſanguis oblatus eſt in preciū omniū noſtrū: quo ſanguine non ſolum ſumus nos ab omni debito redēpti, ſed etiā eſt cœlū nobis emptum. & hic eſt cibus & ſanguis in quo deus pater delectatur. Et hoc eſt ſacrificiū per agnum veſpertinū & matutinum in lege figuratum: & per omnia alia animalia quæ ibi offerebantur. Et hoc eſt ſacrificium a Chriſto in euchariſtia inſtitutū: quod deus hic ſibi petit imolari. Dicitur eñ ſacrificium laudis non ſolum ꝙ cum laudibus offeratur: ſed quia de ſe eſt bonum & laudabile & gratū deo & acceptabile. Ideo ait: Immola deo ſacrificium laudis: id eſt ſacrificium euchariſtię deo gratū & de ſe acceptabile & laudabile & bonum de opere operato. Sed quia offerendo hoc ſacrificiū non offerimus aliquid de noſtro niſi inquantū Chriſtus eſt caput noſtrum, ideo oportet vt aliquid de noſtro ſimul cum hoc ſacrificio offeramus: ſed nihil eſt noſtrū niſi bona voluntas, & ſpiritus contribulatus & cor contritum & humiliatū vt dictum eſt, ideo oportet ꝙ hoc ſacrificium laudis offeratur cū corde puro & humiliato & contrito per pœnitentiā cum fide informata charitate de corde bono & conſcientia pura. Et ideo ſubdit. Et redde altiſſimo vota tua: id eſt fidem de corde bono & conſcientia pura, quā deo in baptiſmo promiſiſti, & vouiſti: & obſeruantiam legis quā ſeruare promiſiſti cum obedientia Nam in baptiſmo tu promiſiſti renunciare diabolo & pompis eius, & ſeruare legem euangelicam ſiue legē dei cum fide ſpe & charitate. Hæc ergo ſunt vota quæ deo promiſiſti & quæ deo reddere teneris. Et hoc eſt ſacrificium quod offerre teneris: quia eſt in tua poteſtate. Litera Hieronymi ſecundū hebraicū habet Sacrifica deo confeſſionem. & redde altiſſimo vota tua. quod idem eſt & magis explicat myſteriū. ❡ Nā triplex eſt confeſſio vt ſepe dictū eſt: ſcilicet confeſſio fidei: confeſſio laudis: ſiue beneficiorum: & confeſſio peccatorum. Prima cōfeſſio. ſ. fidei continet in ſe totam legem dei & obſeruantiam legis: & per conſequens ſacramentum euchariſtię & oblationem eius. Et confeſſio laudis præſupponit confeſſionem fidei: quia intantum laudamus deum memorando eius beneficia inquantū ipm credimus eſſe omnipotentem & creatorē & redemptorē & glorificatorē, ſicut in lege memoratur. Itē confeſſio peccatorū præſupponit etiā confeſſionem fidei. Nam intantū corde contrito & humiliato confitemur peccata noſtra, inquantū per merita paſſionis Chriſti & virtute ſacramenti pœnitētię veniā credimus conſequi ex dei miſericordia, ſicut in lege promittitur nobis. Vnde nota ꝙ iſta triplex confeſſio ꝑficit totū hoiē. nam confeſſio fidei iuſtificat: & confeſſio laudis. ſ. gratiarū actio ſatiſfacit pro beneficijs receptis, quantū in nobis eſt. Confeſſio autē pœnitentialis peccatorū purificat hominē. Ex quo patet ꝙ iſta triplex confeſſio iuſtificat totū hominem. & ideo hanc quæret deus ab homine. Et ſic confeſſio comprehendit in ſe totam legē & oīa ſacramenta. Hoc eſt ergo ſacrificium laudis & confeſſionis, & vota deo reddenda. Et eſt etiā aduertendū ꝙ per ſacrificiū & hoſtiam laudis intelligitur quodlibet opus virtuoſum & meritoriū in lege noua. Et quęlibet oratio vt ait apoſtolus ad Heb. xiij. Per ipſum Chriſtū offeramus ergo hoſtiā laudis ſemp deo. i. fructū labiorū confitentiū nomini eius. beneficentię autē & cōmunionis nolite obliuiſci. Talibus enim hoſtijs promeretur deus. Et hoc eſt ſacrificiū quod inclinat deū ad miſericordiā & ad largiendū veniam peccatoribus & ad iuſtificandū hoiem: in quo ſacrificio deus magis honoratur & delectatur. Ideo ſequitur. Inuoca me in die tribulationis: id eſt ſi tu obtuleris mihi tale ſacrificiū euchariſtiæ & fidē & cōfeſſionē de corde bono & conſcientia pura tūc inclinabis me ad miſericordiā.

Et inuoca me in die tribulationis: eruam te & honorificabis me.

❡ Inuoca me in die tribulationis & eruam te in virtute talis ſacrificij, & honorificabis me. i. ad maiorem honorē reputabo, & cum maiori honore accipiā hoc ſacrificiū & magis inclinabor ad miſericordiam ꝗ per ſacrificia veteris le. propter rationes iam dictas. Ex oībus his patet ꝙ propheta intendit hic demonſtrare ꝙ deus in iudicio vniuerſali non petet rationē de ſacrificijs vete. leg. ſed de alio nouo ſacrificio laudis. Ex quo patet ꝙ iam tunc per magnū tempus retro erunt abdicata & prohibita ſacrificia veteris leg. & aliud ſacrificiū ſubſtitutū nobilius & perfectius. Et ſic patet etiā ꝙ lex Moyſi & ſacrificiū vete. leg. non erant ſemper duratura: ſed debebant durare aliquando cum de ſe eſſent imperfecta. Cauſa quare ſacrificium Chriſti in cruce fuit tantū acceptū deo iā eſt aſſignata pſalmo. xxxviij. quia propter puritatē & humilitatē & obedientiam. hic autem & in pſalmo ſequenti aſſignat cauſam quare hoc idē ſacrificium quotidie placet patri oblatū in altari. verumtamen eadem cauſa & ratione qua fuit tunc in cruce acceptum, eſt etiā nunc patri acceptum in altari. quia propter obedientiam & puritatem & charitatem & pretium. quia deus, & homo.

Peccatori autem dixit deus: quare tu enarras iuſtitias meas: & aſſumis teſtamētum meum per os tuum?

❡ Poſtꝗ̄ ſuperius deſcripſit examinationem iudicis circa cultum diuinum: in hac ſecunda parte deſcribit examinationem faciendam circa conuerſationem & dilectionē ꝓximi: in qua exprobrat præuaricatores legis & arguit eos de tranſgreſſione diuinorū præceptorum. Vnde duo facit Nam primo conuincit eos de crimine. Scđo denunciat eis

ſententiam & punitionẽ.ibi.Exiſtimaſti ꝙ ero.Quantum ad primũ,quia ſuperius dicit ꝙ de⁹ nõ quęrit ſacrificia materialia & exteriora:nec reſpicit ad dicta ſed ad facta:& nõ q̃rit niſi ſacrificiũ laudis vel confeſſionis de corde bono & conſcientia pura,quod confiſti in obſeruãtia diuinę legis. Et quia multi ſunt qui acceperunt & profeſſi ſunt diuinam leges ore:ſed non corde,nec factis:nec obedierunt diuinis præceptis:hos ergo arguet deus.ſ.Chriſtus in iudicio.Vnde dicit propheta.Peccatori autem dixit deus.i.dicet Chriſtus.Quare tu iudeę vel Chriſtiane enarras.i.enarraſti,& prædicaſti iuſtitias & pręcepta mea:& aſſumpſiſti teſtamẽtum:id eſt legem meam per os tuum:quia profeſſus fuiſti eam ore & p̃dicaſti,& profeſſus fuiſti ore te eſſe Chriſtianum & ſeruare legem dei.

Tu vero odiſti diſciplinã:& proieciſti ſermones meos retrorſum.

℄ Totum oppoſitum feciſti.Nam odiſti diſciplinã nolẽdo ſeruare pręcepta,nec corrigi de vitijs,nec deſiſtere a peccatis.immo noluiſti audire nec intelligere monitiones vt bene ageres.& proieciſti ſermones meos retrorſum contẽnẽdo:non ſequendo eos:quia ſermones mei ſemper exhortantur ad pœnitentiã,& declinare a malo,& facere bonũ. Et probo quia ꝓieciſti ſermones meos retrorſum.Nam

Si videbas furem currebas cum eo:& cũ adulteris portionem tuam ponebas.

℄ Si videbas furem currebas cũ eo ad furandũ tanq̃ particeps eius.Ecce auaritia contra illud pręceptum Non furtum facies.per quod prohibetur omnis rapina & vſura & ſimonia.Et cum adulteris portionem tuam ponebas.i.cũ adulteris participabas:cõtra illud pręceptũ.Non adulterabis.ecce luxuria quæ non eſt ſine gula.

Os tuum abundauit malitia:& lingua tua cõcinnabat dolos.

℄ Os tuum abundauit malitia.ecce ira & odium:contra illud pręceptum.Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum.Itẽ lingua tua cõcinnabat.i.machinabatur & cõponebat & palliabat & colorabat dolos & fraudes ſub zelo boni.

Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris: & aduerſus filium matris tuę ponebas ſcandalum:hæc feciſti & tacui.

℄ Sedens in domo vel in porta vel in foro aut theatro loquebaris aduerſus fratrẽ tuum ex inuidia & ſuperbia & malitia,& aduerſus filiũ matris tuæ.ſ.aduerſum quẽlibet Chriſtianum qui eſt filius eccleſię matris tuę,ponebas ſcandalum actiuum vel paſſiuum vt rueret in damnum aliquod.

L ℄ Vnde tripliciter contingit vel poteſt vnus alterum ſcandalizare.Primo decipiendo eum vt incidat in aliquod dãnum vel errorem Secundo affligendo ipſum vt faciat blaſphemare contra deum.Tertio quando quilibet male viuẽdo præbet alteri exemplum malæ vitæ:aut facit perdere bonam opinionem de ipſo quam prius habebat.& ſic quilibet talis ponit ſcandalum aduerſus fratrem ſuũ & proximum.Hęc feciſti.Hic iudex denunciat & fulminat ſententiam dicens.Tu peccator feciſti hæc omnia ſupradicta.Et tacui per magna tempora expectando & inuitando te ad pœnitentiam:& tu diſtuliſti & contempſiſti pœnitentiam theſaurizando iram iudicis vſq; ad diem mortis & vindictę.Et ſic mortuus es ſine pœnitentia.

Exiſtimaſti inique ꝙ ero tui ſimilis:arguam te & ſtatuam contra faciem tuam.

℄ Exiſtimaſti ꝙ ero tui ſimilis tacendo,& tuis criminibus conſentiendo,eo ꝙ illico non te puniui:& exiſtimaſti & putaſti ꝙ ero tui ſimilis iniuſtus non te puniendo.quia ita eſt iniuſtus iudex ſi non punit ſicut reus qui crimen commiſit. Et ideo iudex negligens punire reos fit iniuſtus ſimilis illis.Ideo dico tibi ꝙ nunc non tacebo nec diſſimulabo punitionem:immo ſtatuam & fulminabo ſententiam mortis æternę contra faciem & perſonã vel ante faciem tuã.quia in præſentia omnium te ad ignem ęternũ deſtinabo:dicẽs Ite maledicti in ignem æternum.

Intelligite hęc qui obliuiſcimini deũ:nequãdo rapiat & non ſit qui eripiat.

℄ Hic deus ſiue ꝓpheta exhortatur omnes ad declinandum a malo & agendũ bonũ & agendũ pœnitentiã exẽplo ſupradictę ſententię vt incutiat terrorem peccatorib⁹. & agat pœnitentiam ante mortem ne fulminetur eis in iudicio ſupradicta ſententia.Vnde dicit.O vos omnes peccatores qui obliuiſcimini deũ tranſgrediendo eius p̃cepta & obliuiſcimini agere pœnitentiam:& non vultis deſiſtere a malo,intelligite & attendite & conſiderate ſententiã quæ dabitur obſtinatis in die iudicij.Ideo agite pœnitentiam dum tempus eſt,nequando.i.aliquando diabolus rapiat vos in peccato,& non ſit qui eripiat vos de manu ſua. quia in inferno nulla eſt redemptio.Item intelligite & vigilate ne diabolus rapiat vos per ſubitaneam mortẽ abſq; pœnitentia:& non ſit qui amplius eripiat.quia poſt mortem non eſt locus nec tempus pœnitentiæ nec veniæ ſed iudicij.Offeratis ergo mihi ſacrificium laudis & confeſſionis quod liberat a peccato & morte.

Sacrificiũ laudis honorificabit me:& illic iter quo oſtendam illi ſalutare dei.

℄ Hic concludit totum intentum huius pſalmi.Nã in toto hoc pſalmo intẽdit Dauid oſtendere ꝙ deus in iudicio non quęret rationem de ſacrificijs ve.le.quæ ſolum iuſtificabant exterius:ſed quæret rationẽ de dilectione dei & ꝓximi,& de ſacrificio laudis & cõfeſſionis:q̃a iuſtificat aĩam a peccato:& facit eam meritoriam vitæ æternę.quod quidem ſacrificium conſiſtit in obſeruãtia diuinę legis de corde bono & conſciẽtia pura:& includit in ſe ſacramentum pœnitẽtię & euchariſtię & cętera ſacramenta.Ideo ait.Intelligite qui obliuiſcimini deum & facite pœnitentiã & offerte in vita ſupradictũ ſacrificiũ ne diabolus rapiat vos ꝑ ſubitaneam mortẽ.Quia hoc ſupradictum ſacrificiũ laudis honorificabit me:id eſt cum magno honore eſt mihi acceptum.Vnde hoc ſacrificium euchariſtiæ eſt iter & via quo & per quod oſtendam ſalutare dei illi,ſcilicet recipienti & offerenti.Quaſi dicat:ꝙ hoc ſacrificiũ dicitur viaticũ quia tñ in hac via recipitur.quod ſacramentũ ducit in patriam & eſt ſalubre:quia ſanat languores animæ & reficit:& dat ſalutem & vitã ęternam:& illic iter.i.in eo eſt iter & via.i. in eo eſt Chriſtus realiter,qui eſt via veritas & vita. Nam Chriſtus dicit̃ via & ducens nos in patriã per legẽ euangelicã & ſacramenta.Dicitur veritas ve.te.quia in Chriſto & euchariſtia eſt veritas ve.te.ſ.agni paſchalis.Dicit̃ ſalutare & vita:quia confert vitam ęternã.quæ oĩa continentur in ſacramento euchariſtię.Quaſi dicat:ꝙ in ſacrificijs animaliũ ve.le.nõ erat iter ad ſalutem:niſi ſola figura:nec in eis oſtendebatur ſalutare,nec in eis continebatur realiter Chriſtus,ſed ſolum in figura.Sed in euchariſtia eſt verum iter ad gloriã.Et in eo oſtenditur ſalutare dei.quia Chriſt⁹ in eo realiter continetur.Et in eo hoc ſolum.ſ.ſacrificium honorificat deum patrem. Litera Hieronymi habet ſic, qui immolat confeſſionẽ glorificat me:& qui ordinate ambulat oſtendam ei ſalutare dei. Et ſic magis explicat intentũ.Quaſi dicat:ille glorificat me qui offert ſacrificiũ cõfeſſionis:per quod intelligitur euchariſtia & pœnitentia &

obſeruātia legis & deuotio & fides de corde bono & cōſciētia pura. Ideo ſequitur. Ego oſtendam ſalutare dei ſcilicet gratiā in pręſenti, & gloriam in futuro ei qui ambulat ordinate ſine peccato in hac via, & in lege dñi. ſ. q ordinat ſe ipſum non declinādo ad malum, ſed ſeruando legem diuinam: quia praemium diuinę legis eſt vita aeterna. Hoc eſt ergo ſacrificiū laudis. ſ. eucharistię quod pcepit Chriſtꝰ offerri in no. te. nō ſcdm ordinē Aarō: ſed ſcdm ordinē Melchiſedech, vt inqt Au. cōtra aduerſariū legis & ꝓphetarū.

℄ Ex ſupradictis i hoc pſalmo ſequuntur. xij. cōcluſiones.

℄ Prima cōcluſio: ꝙ ſicut Chriſtus in pri. aduē. vocauit p apoſtolos ſuos omnes gentes ad fidem a ſolis ortu vſq; ad occaſum, & congregauit in vna eccleſia: ita in ſecūdo aduentu per angelos congregabit omnes ad iudicium.

℄ Scda cōcluſio. ꝙ ſicut Chriſtꝰ dedit legē in mōte Sion: ita in eodē loco iudicabit puaricatores legis.

℄ Tertia cōcluſio: ꝙ duplex erit differētia inter primū & ſcdm aduentū. Nā in primo aduentu venit Chriſtꝰ occultꝰ non oſtendens maieſtatē ſuā vt iudicaref a Pilato pro nobis. In ſcdo veniet manifeſtꝰ in maieſtate vt iudicet hoies. Itē in primo aduentu viſus eſt mortalis & deſpectꝰ: nō habēs decorē: flagellis cęſus. In ſcdo videbif decorꝰ in gloria.

℄ Quarta cōcluſio ꝙ ſicut in primo aduētu cęlus & aſtra & elementa dederunt ſignū ſuae natiuitatis, & vēti & mare obedirent ei: Ita in ſecūdo: quia ignis exardeſcet & tēpeſtas valida erit in circuitu eius: & vocabit caelum deſurſum.

℄ Quinta concluſio ꝙ ſicut in primo cōgregauit ſibi apoſtolos vt eſſent teſtes ſuorum miraculorum: & praedicationis & reſurrectionis & aſcenſionis: Ita in ſecundo eoſdem habebit iudices ad exprobrandu; . xij. tribus Iſrael carnales qui credere noluerunt.

℄ Sexta concluſio ꝙ in ſecundo aduentu oſtendet contra iudęos carnales quomodo iam in primo abdicauerat ſacrificia ve. le. & dabit ibi rationem. Primo quia nō erant pfecta nec de ſe bona de opere operato: ſed tantū de ope operante: & de bonitate offerentis, nec erant de proprio ſed de alieno: & quia nō iuſtificabāt.

℄ Septia ꝯlo: ꝙ in iudicio oſtēdet ꝙ iā in prio aduētu abdicatis legalibꝰ inſtituerat nouū & pfectū ſacrificiū laudis ſcilicet euchariſtiā, & noua vota & oblationes quae eſt bona volūtas & cōfeſſio de corde bono & cōſcientia pura.

℄ Octaua concluſio, ꝙ Chriſtꝰ in iudicio nō arguet hoies ſi non obtulerunt ſacrificia legalia & materiales oblationes: quia tunc iam per magna tēpota retro erunt abolita: ſed exprobrabit eos qui non obtulerunt ſacrificiū & vota rectę & bonę voluntatis no. te. quae vere iuſtificāt hominē totum. quia triplex eſt confeſſio. ſ. fidei, & laudis, & cōfeſſio peccatorum quae dicitur poenitentialis.

℄ Nona ꝯlo ꝙ Xp̄s i iudicio manifeſte exprobrabit pualricatores diuinoꝝ pceptoꝝ: & cōtra eos fulminabit ſnias.

℄ Decima concluſio ꝙ omnes debent eſſe attenti & debent vigilare vt agant poenitentiā in hac vita: ne theſaurizent ſibijpſis pctā vſq; ad mortem: ne diabolus rapiat eos morte ſubitanea, & non ſit poſtea qui eos eripiat.

℄ Vndecima cōcluſio. ꝙ nullū aliud ſacrificiū ducit ad vitam aeternā niſi ſacrificiu; laudis & confeſſionis legis euāgelicę. quia in hoc honorificatur deus pater & placaf ad miſericordiam. Et illic. i. in illo ſacrificio eſt iter & via i qua oſtenditur ſalutare dei. ſcilicet gratia in praeſenti: & gloria in futuro: & placatio & venia peccatoꝝ & miſericordia in praeſenti. ℄ Ex oibus ſupradictis elicitur duodecima concluſio. ſ. ꝙ iudęi moderni ſunt decepti qui putāt circūciſionem & caetera legalia eſſe perpetua & leges Moyſi nunq̄ ceſſare. quia putant in lege Moyſi iuſtificari & ſaluari: cu; manifeſte dicat hic deus per prophetam. ꝙ in iudicio iam iſta erunt abdicata. & deus non quaeret rationē de eis, ſed

N de nouo ſacrificio. ℄ Vnde eſt notandum ꝙ Chriſto moriente mortua eſt lex vetus ſimul cu; eo: eo ꝙ erat finis legis. Sed quia Chriſtus ſolum eſt mortuus quo ad corpꝰ tātum, & non quo ad animam, ideo lex vetus mortua eſt tātum quo ad corpus id eſt quo ad literā & cerimonialia: ſed non quo ad animam: id eſt quo ad veritatem & ſpiritō literę. Et ideo mortua lege ſurrexit cū Chriſto veritas legis, quae dicitur veritas euāgelica. vt patet Ioan. primo. Lex p Moyſen data eſt: veritas autem legis per Chriſtum facta eſt. Nam lex euangelica nil aliud eſt niſi veritas & ſpiritus & anima & vita legis Moyſi. & iſta veritas ſurrexit cū Chriſto: & in hac veritate conſiſtit vita noſtra ſpiritualis. Et iō quia litera mortua eſt, ideo occidit iudęos & obſeruatores. Sed ſpiritus eius & anima, ſcilicet lex euangelica viuificat animas noſtras. Sed omnia iſta magis declarabuntur in quaeſtione finali contra iudęos. Vnde nota ꝙ Auguſti. adducit literam huius pſalmi contra aduerſarium legis & ꝓphetarum: oſtendens ſacrificia legalia ceſſaſſe in aduentu Chriſti: eo ꝙ non erant nec offerebantur gratia ſui: ſed inquantum figurabant Chriſtum immolandum in verum & mundum ſacrificium.

## Miſerere mei deus: ſecūdum magnam miſericordiam tuam.

℄ Huic pſalmo praeponitur talis titulus Victori ſiue in finem pſalmus Dauid: cum venit ad eum Nathā quando intrauit ad Berſabee. ℄ Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum petens remiſſionem pro peccato adulterij commiſſi in Berſabee. Ad cuius intelligentiam eſt aduertendum, vt legitur. ij. Reg. xj. ꝙ cum Dauid iam eſſet in magna quiete & proſperitate, dum miſiſſet Ioab cum exercitu ſuo contra filios Amon, ipſe manſit in Hieruſalem. Et cum quadam die deambulans in ſolario ſuo videret Berſabee vxorem Vrię lauātem ſe ex oppoſito domus ſuę, concupiuit eam: & fecit ipſam ad ſe adduci & dormiuit cum ea. Quae cum eſſet reducta in domum ſuam renunciauit ipſi Dauid qualiter ex eo concepiſſet. Tunc volens Dauid celare adulterium miſit ad Ioab vt remitteret ſibi Vriam vt dormiret cum vxore recenter grauida: vt ſibi conceptus foetus poſſet aſcribi. Qui cum reuerſus ad regem renuiſſet deſcendere in domum ſuam dormire cum vxore: ſed ilico ſtatuit ad exercitum reuerti: tunc rex Dauid machinatus eſt in mortem eius: & miſit ad Ioab vt poneret eum inter primos in praelio: qui ibidem cum moltis alijs mortuus eſt. Tunc Dauid introduxit Berſabee pregnantem in domum ſuam: quae ibi peperit ſibi filium. Quod factum diſplicuit coram domino: qui miſit Nathā prophetam ad Dauid: qui manifeſtauit ſibi ſcelus commiſſum per parabolam de diuite habente plurimas oues & boues, & rapuerat vnicam ouem pauperis. Tūc Dauid qui quaſi per annum celauerat & tacuerat crimen: confeſſus eſt peccatum ſuum coram Nathā dicens. Peccaui domino. Cui reſpondit Nathan. Dominus tranſtulit peccatum tuum, ſcilicet a culpa & poena aeterna in poenam temporalem. Hic dicunt aliqui ꝙ poſtq̄ Nathan denunciauit ipſi Dauid ꝙ non recederet gladius de domo ſua in aeternum: & Dauid cognoſcens peccatum, & audiens ſententiam domini dixit, Peccaui domino: Nathan receſſit a Dauid. Sed Dauid putans ꝙ totaliter volebat deus ipſu; delere cum tota domo ſua: & reuocare regnum ad domum Saul: & vidēs ꝙ totus populus blaſphemaſſet contra eu;, & murmuraret: dicens. Qui rapuit ouem & occidit paſtorem, quomodo poteſt ipſum deus in regno ſuſtinere? tunc Dauid timens ſententiam dei & tumultum populi intrauit ſecretum domus ſuae: & proſtratus in terra orauit ad dominum vt remitteret ſibi hoc peccatum, & fecit hūc pſalmum. Cuius humilitatem & poenitentiam acceptās deus miſit ei Nathan dicentē. Dñs tranſtulit peccatū tuum: non

moriens.q.d. dñs trāſtulit ſententiā mortis nō ſolū ęternę: ſed etiā tēporalis in pſecutionē. Sed lʒ tu non moriaris nec priueris regno: tñ morieť infans tibi nat⁹: & poſt aliqđ tēp⁹ filius tuus Abſalon inſurget cōtra te &c. Et tūc dicūt quidā ꝙ Dauid fecit pſal.xxxj.ſ. Beati quoꝝ remiſſę ſunt iniquitates: agens gr̄as deo poſtq̄ per Nathā didicit ſibi culpam eſſe remiſſaꝫ: vt videť ſonare pſal.ille. Ex quo pʒ ꝙ lʒ iſte pſal. ſit poſterior collocat⁹ i ordine hui⁹ lib. tñ tp̄e fuit prior factus in tp̄e. ¶ Ex ſupradictis pʒ titul⁹, & actor, & materia hui⁹ pſal.ſ. ꝙ Dauid fecit hūc pſalmum qñ Nathā venit ad eū: & nūciauit ſibi mortē & ſentētiā & plagā domus ſuę i eo ꝙ fecit interfici Vriā, & rapuit ſibi Berſabee in vxoreꝫ. Sed ꝑ hoc qđ addiť, in finē ſiue ad victoriā, eſt ſignū ꝙ vltra literā de pctō Dauid, iſte pſal. nos dirigit in finē & i aduentū Chriſti: & eſt intelligend⁹ de tota eccl̄ia Chriſti. Vñ eſt iterū valde aduertēdū ꝙ Dauid fecit hūc pſalmū ad triplicē reſpectū: vt pʒ in lr̄a. Primo literaliter ꝓ ſeipſo petēs ſpūalē remiſſionē: prout peccauit in Berſabee cōtra deū & Vriā: vt pʒ in titu. pſal. Scđo myſtice ꝓ toto genere humano ſiue hoīe myſtico, ꝓut peccauit in Adā cōtra deū: & petit redimi ꝑ Chriſtū & oīa ſacramēta, ꝑ hoc qđ ait in fine: Benigne fac dñe. in bona volūtate tua Sīō. Tertio ꝓ quolibet pctōre pœnitēte qui peccauit in ſe contra deū & ꝓximū, ꝑ hoc qđ ait. Docebo iniquos vias tuas. Iđ eſt neceſſe ad euacuādā & hauriēdā totā intētionē ꝓphetæ & intelligētiā hui⁹ pſal. ꝙ exponať nō de ſolo Dauid. ſed etiā de tota eccl̄ia ab Adā vſq; ad iudiciū. & de quolibet pctōre pœnitētiā agēte. Nā ad ſcđm ſenſū legit ipſū eccl̄ia publice in officio canonico. Sed ad tertiū ſenſū iponiť i pn̄iaꝫ pticularibus pœnitētib⁹ & cōfeſſis. Et ſic legūt ip̄m particulariter laici & etiā eccl̄iaſtici vltra horas canonicas. Et hęc eſt cauſa quare Aug. & Caſſiodor⁹ & magiſter in glo. ordina. exponūt iſtū pſal. mixto mō ſimul ad ꝑdictū triplicē ſenſū. Sed quia ſic cōfundiť intellect⁹ & mēs legētis & audiētis: iđ videť mihi cōueniēti⁹ vt iſte pſal. diſtincte & ſeparatim exponať per ſe: & fiāt tres expoſitiones ſeparatę: vt vnuſquiſq; eccl̄iaſtic⁹ & laic⁹ capiat & diſtiguat vnū ſenſum ab altero: & capiat expoſitionē & ſenſū: quē maluerit. & ratio eſt. Nā iſte eſt vn⁹ & magis pricipalis inter ſepteꝫ pſal. pn̄iales, & q magis videť frequētari in eccl̄ia & in tota Xp̄iana religiōe per oēs cōditiones & ętates & ſtat⁹ hoīm. Primo ergo exponem⁹ ip̄m lr̄aliter de ip̄o Dauid. Scđo myſtice ꝓ toto corpore myſtico, ꝓut peccauit i Adā. Tertio moraliter ꝓ quolibet pœnitēte. ¶ Quātū ad primā expoſitionē eſt pri⁹ notandū ꝙ Dauid ꝓpter ſupradictū pctm̄ tria maxima dāna incurrit. Primo quia incidit in irā & ſentētiā culpæ & mortis, & priuationē regni cū tota domo ſua. Scđo quia tp̄e peccati nō ſolū pdiderat gratiā gratificā: ſed etiā gratiā gratis datā. ſ. donū ꝓphetię: quia ꝑ totū illuꝫ annū receſſit ab eo ſpūs ꝓphetię & nō fecit pſal. Tertio pdebat totā ꝓmiſſionem ſibi factā. ij. Reg. vij. nō ſolū de ſucceſſione regni tpalis & ędificatiōe tēpli & āplatione ciuitatis: ſed etiā de ꝑpetuitate regni Chriſti in ſua gn̄atiōe. Tria ergo facit Da. in hoc pſal. Nā prio agens pn̄iam petit culpā & pœnā ſibi remitti. Scđo gratiā amiſſā ſibi reſtitui. Tertio de ꝑpetuitate & ædificatione regni Chriſti ꝓmiſſionē ſibi factā adimpleri. ſcđm ibi. Cor mundum crea. tertiū ibi. Benigne fac. ¶ Quo ad primū duo facit. Nā prio petit culpā & pœnaꝫ ſibi remitti. Sʒ quia ſciebat hoc nō poſſe fieri niſi in fide & virtute paſſionis & ſanguinis Chriſti futuri: Iđ ſcđo petit aſpgi & mūdari ꝑ fidē Chriſti futuri, ibi aſpges me. ¶ Quātū ad primū duo etiā facit. Nā primo facit qđ dictū eſt. Scđo hoc pſuadet triplici rōne, rn̄dēdo obiectę ratiōi, ibi: vt iuſtificeris &c. ¶ Quantū ad primū notandū ꝙ triplex peccatū cōmiſit Da. Prio adulteriū inquātū thorū & vxorē alienā vſurpauerat. Scđo voluntariū fructū inquantū vt filius ex adulterio genit⁹ aſcribereť Vrię: & ſuccederet ei⁹ hęreditati conat⁹ eſt. Tertio homicidiū inquātū Vriā interfici callide machinat⁹ eſt. Quę quidē pctā ꝑ ordinē & ſucceſſiue fuerūt grauiora. Nā lʒ adulteriū ſit ſimpliciter grauius furto: tñ in illo loco furtū grauius adulterio dupliciter. Prio quia addebat pctm̄ pctō. Scđo qa cū maiori malitia & iniquitate cōmittebať. Homicidiū vero iā fuit grauius q̄ adulteriū & furtū ꝓpter eaſdē cauſas: & ꝑ ꝯn̄s ſimpliciter. Ideo Dauid in hoc loco bis noīat iniquitatē, & ꝑ quā itelligit homicidiū & furtū: & ſemel noīat pctm̄, ꝑ qđ itelligit adulteriū. Vñ oīa iſta tria pctā ſimul cū pœna petit ſibi remitti cū dicit. Miſerere mei de⁹ ſcđm magnam miam tuā. q.d. quia magnū eſt pctm̄ meū iđ magna indiget mia. iđ releua & remitte mihi miſeriā & culpā quā incurri: & relaxa mihi pœnas quas pro ea merui & mihi ꝑ Nathan comminatus es.

## Et ſecundum multitudinem miſerationū tuarum: dele iniquitatem meam.

¶ Dele iniquitatē meā. i. pctm̄ & culpā homicidij cū grādi inīqtate ꝑpetrati. & hoc fac ſcđm multitudinē miſerationū tuaꝝ. vñ ꝑ miam intelligit habitū mię: qui eſſentialiter ē ip̄e de⁹. ꝑ miſeratiōes itelligit actū & cōſuetudinē miſerendi. q.d. ſcđm ꝙ miſerti⁹ es Noe in diluuio, & Abrahā i Chaldęa & Iſrael in ægypto & in terra ꝓmiſſiōis multotiens de miſeria releuaſti: & eoꝝ iniquitates ꝑ pn̄iam deleſti: ita ſecundū multitudinē illaꝝ miſerationū miſerere mei: & dele iſtā iniquitatē meā. Alij dicunt ꝙ ꝑ miaꝫ magnā intelligit miam qua remittiť culpa: q̄ eſt maior q̄ mia q̄ remittiť ſola tēporalis pœna. Alij intelligūt magnā miaꝫ q̄ fit in virtute paſſionis Chriſti: quæ non ſolū delet culpam, ſed etiā oēm pœnam. Ideo ſequitur.

## Amplius laua me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me.

¶ Ampli⁹. i. iterū & multū laua me ꝑ virtutē ſanguinis Chriſti ab inīqtate furti qđ cōmittere conat⁹ ſuꝫ: & mūda me a pctō adulterij ꝑ iſtā pn̄iam. Vñ adulteriū dictū ē pctm̄ inquātū fuit cōtra legē dei ꝑpetratū: ſed furtū & homicidium dictæ ſunt inīqtates iquātū cū grādi iīqtate & malitia & cōtra oēm iuſtitiā fuerūt ꝑpetrata. ſʒ quia pn̄ia nō eſt valida nec remittitur culpa ſine contritione cordis: ideo ſubdit.

## Quoniam iniquitatem meā ego cognoſco: & peccatū meum contra me eſt ſemper.

¶ Iniquitatem meā ego cognoſco: & reputo me reum in corde meo: & pctm̄ meū & culpa contra me eſt ſemp. quia ſemp accuſat & corrodit & cudit & cōterit & mordet cōſciētiam meā. Sed quia contritio non valet abſq; oris cōfeſſiōe ſi adſit facultas: ideo ſubdit.

## Tibi ſoli peccaui: & malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis: & vincas cum iudicaris.

¶ Tibi ſoli peccaui & malū corā te feci: qa corā Nathā ꝯfeſſus ſū dicēs. Peccaui dñō. ¶ Vñ nota ꝙ tripl'r pōt qs alteri peccare. Prio ꝑſonā offēdēdo: & ſic Da. nō ſolū peccauit cōtra deū ſed etiā cōtra Vriā ei⁹ thoꝝ vſurpādo & furtū & homicidiū in eū ꝑpetrādo. Scđo cōtra alteri⁹ ꝑcepta & volūtatē operādo: & ſic ꝑſona priuata nō ſolū peccat cōtra deū ſʒ etiā contra regem & pricipē ei⁹ legē violādo. & ſic Da. ſoli deo peccauit qa nullū aliū ſupiorē habebat, nec aliā legeꝫ habebat ſupra ſe niſi diuinā: & a nullo alio poterat puniri cū eēt rex: & ſic in puniēdo ſoli deo peccauit. Tertio qñ qs peccat alteri culpā & pœnā ęternā icurrēdo: a q̄ nō pōt abſolui niſi ab illo. & ſic nō ſolū Da. qui erat rex: ſed vnuſquiſq; nr̄m peccat ſoli deo: qa a ſolo deo poſſum⁹ a pœna & culpa ſpūali abſolui. & ſic hoc dicit Da. cū dicit. Tibi ſoli peccaui culpam & pœnam incurrēdo. Et ſicut tibi ſoli peccaui

ſta tibi ſoli.i.a te ſolo poſſũ abſolui. Vt iuſtificeris. Hic Dauid pſuadet ratione ꝙ deꝰ debet ſibi miſereri & pcere:& ſimul rñdet & ſatiſfacit rõni obiectę.rõ eſt iſta. Nã deus ꝓmiſerat ipi Dauid ſucceſſionẽ ſui regni p Salomonẽ q erat tẽplũ ędificaturꝰ & ciuitatẽ ampliaturꝰ:& ꝓmiſerat etiã ꝑpetuitatẽ regni p Chriſtũ meſſiã futurũ de ſua domo & ꝓgenie.vt pꝫ.ij.Reg.vij.Sed tota iſta ꝓmiſſio fuiſſet caſſata & fruſtrata ſi deꝰ ꝓſecutꝰ eſſet ſententiã datã ab eo p Nathã.ſ.ꝙ Dauid fuiſſet mortuꝰ & domꝰ eius deſtructa:& regnũ redactũ ad domũ Saulis & iimicoꝝ:& ſic ꝓmiſſio primo facta nõ habuiſſet effectũ:imo oẽs reuelationes & ꝓphetię de Chriſto futuro factę ipſi Dauid fuiſſent vanę:& ſic deus mãſiſſet mẽdax & iniuſtꝰ. Ergo ad hoc ꝙ deꝰ iuſtificareẽ in ſuis ſermonibus & ꝓmiſſis oportebat vt reuocaret ſententiã datã p Nathã & miſerereẽ & pceret ipſi Dauid. Et ideo ait Dauid Miſerere mei deus vt iuſtificeris in ſermonibꝰ & ꝓmiſſionibus tuis: Satiſfactio aũt ad obiectionem eſt iſta. Nã pctm̃ ipſiꝰ Dauid fuit ita horribile oi pplo ꝙ publice blaſphemabãt ęmuli ſui, & inſurrexit hoc prouerbiũ in pplo.ſ.quõ deꝰ poterit ſuſtinere & ꝓſperare regẽ iniquũ & lupũ qui rapuit ouẽ & interfecit paſtorẽ? Et ſic ęmuli Dauid arguebãt ꝙ deus de iuſtitia non poterat nec debebat parcere ipi Dauid: nec ſuſtinere ipꝫ in regno:nec pmittere viuere ſup terrã. Et ſic blaſphemabãt contra deũ volendo ipm arguere & iudicare. Poſſet igiẽ deꝰ dicere ipi Dauid.quõ parcã tibi & potero miſereri & reuocare ſentẽtiã? quia totus ppl's iudicat & arguit me & petit iuſtitiã de te ꝓpter nefandũ ſcelus ppetratũ. Huic obiectioni ſatiſfacit Dauid dicens. Dñe licet tu arguaris & iudiceris temere ab ęmulis meis:tñ tu poteris eos vincere & ora eoꝝ obtũdere allegando meam fragilitatem.quia

## Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum:& in peccatis concepit me mater mea.

¶ Et ſic a parẽtibꝰ meis traxi naturã corruptã & fragilẽ & pronã ad cadẽduꝫ & peccandũ. Vñ inuenio legẽ in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis meæ:& tũc quod nolo qñqꝫ ago:& qđ volo nõ facio:& hoc facit pctm̃ naturę:qđ habitat I me:a quo nõ poſſũ liberari:nec poſſum vitare niſi gr̃a Xpi:ergo venia ẽ dãda, & parcẽdũ & miſerẽdũ eſt tãtę fragilitati. Allegãdo ergo meã fragilitatẽ poteris eos vincere & cõfũdere:qa maior eſt tua mia q̃ mea fragilitas. & pctm̃ meũ:& etiã q̃ malitia & inuidia eoꝝ.ergo miſerere mei vt vĩcas eos cũ iudicaris & argueris ab illis. & hoc eſt qđ vult dicere hic Dauid. Dicit eñ, miſerere mei ſupple vt iuſtificeris in ſermonibꝰ tuis: & miſerere mei vt vincas cũ iudicaris. & quõ vt vincas cũ iudicaris? qa ecce.i.reſpice:quia in iniqtatibus cõceptus ſum, vñ traxi fragilitatẽ & fomitẽ:& concupiſcẽtiã & corruptionẽ & ꝓnitatẽ ad peccandũ:ergo nõ reſpicias meã fragilitatẽ:ſed tuã magnã miam:quę maior eſt oi pctõ & malitia. Nã ſicut ego naturaliter ſum fragilis & ꝓnus ad cadendũ in pctm̃ & miſeriã:ita tu naturaliter es potens & ꝓnus ad parcẽdũ & releuãdũ a miſeria:quia naturaliter eſt tibi propriũ miſereri ſemp & parcere:ſicut ẽ ꝓprium homini peccare pro ſtatu iſto.ergo ſic parcẽdo vices ęmulos meos cum iudicaris. Sed quõ miſerebor tibi vt iuſtificer in ſermonibꝰ meis?

## Ecce enim veritatem dilexiſti:incerta & occulta ſapientię tuę manifeſtaſti mihi.

¶ Ecce eñ.i.reſpice & recordare qa veritatẽ dilexiſti & nõ mẽdaciũ:& ſic nullũ debes decipere:vt iuſtificeris i ſermonibꝰ & ꝓmiſſionibꝰ & reuelationibꝰ tuis:quia tu manifeſtaſti & reuelaſti mihi mlta icerta.i.abſcõdita & occulta hoibus.ſ.myſteriũ incarnatiõis & aduẽtꝰ meſſię de carne mea & ſucceſſionẽ & ppetuitatẽ regni:vt pꝫ.ij.Reg.vij.c. Ergo imple ꝓmiſſionẽ tuã vt iuſtificeris in ſermonibꝰ tuis:& non iniuſtus & mendax arguaris, delẽdo me de terra & de regno. Miſerere ergo mei vt iuſtificeris in ſermõibꝰ tuis:quia ecce veritatẽ dilexiſti & incerta:& occulta manifeſtaſti mihi.ergo miſerere mei vt vĩcas cũ iudicaris:qa ecce iniqtatibꝰ cõceptus ſũ &c. Et hoc mõ eſt ordinãda iſta lr̃a. Lr̃a Hiero.iuxta hebręũ habet Propterea iuſtificabis verbũ tuum mũdaberis cũ iudicaberis.q̃ forſan magis clara eſt.q.d.miſerere mei ꝓpterea qa ſi hoc feceris iuſtificabis & adiplebis verbũ tuũ ꝓmiſſũ:& mũdaberis.i.mũdus & iuſtꝰ & excuſabilis eris repertꝰ cũ iudicaberis ab æmulis meis. Nam in parcendo magis oñdis oipotẽtiã & bonitatẽ, & p ꝯñs iuſtitiã, nõ reſpiciendo pctm̃ ſed miam tuã. Nã nõ eſt iuſtuꝫ: vt contra fragilitatẽ & foliũ qđ vẽto rapiẽ, oſtendas potẽtiã in puniendo:imo miam tuã in parcendo:& i hoc magis iuſtificaberis & vinces ęmulos meos & blaſphemos. ¶ Nota ꝙ recte allegat Dauid fragilitatẽ & corruptionẽ naturę quã traxit a parẽtibꝰ. Nã illa corruptio carnis ẽ cã ois pcti. Nã per ſolũ cõtactũ & conſortiũ aia trahit pctm̃ originale, ſed per conſenſum concupiſcentię contrahit actuale.

## Aſperges me dñe hyſſopo & mũdabor:lauabis me & ſuper niuẽ dealbabor.

¶ Hic Dauid ſciens per p̃teritas reuelationes pctã nõ poſſe remitti alicui niſi in virtute paſſiõis & ſanguis Chriſti futuri:inuocat Chriſtũ futuruꝫ, vel interponit merita ſanguis Chriſti:vt facilius ipetret miam & veniã & remiſſionẽ culpę & pœnę ęternę. Ad cuiꝰ intelligentiã eſt notãdũ vt legitur Exo.xij.ꝙ deꝰ p̃cepit Moyſi in nocte q̃ egreſſus eſt Iſrl̃ de ęgypto vt vnuſquiſqꝫ imolaret agnuꝫ ſine macula:i cuiꝰ ſãguie intingereẽ faſciculus hyſſopi:& ſic vnuſquiſqꝫ aſpgeret limiare domꝰ ſuę. & ſic angelus pcuſſit illa nocte oia primogenita ægypti ab hoie vſqꝫ ad pecꝰ in oibꝰ domibus ęgyptioꝝ.ſed domos Iſrael & eoꝝ priogenita non pcuſſit angelus in quibꝰ inuenit limina aſpſa ſanguie. & ſic p ſignũ ſanguinis agni liberati ſunt a morte oẽs primogeniti hebræoꝝ. Hoc fuit figura ꝙ in ſanguine Chriſti aſpſo per baptiſmũ in frontibꝰ chriſtianoꝝ debebãt oẽs a morte ęterna liberari. Item Exo.xxiiij.ex p̃cepto dei Moyſes aſpſit ſanguinem ſup populũ dicens. Hic eſt ſanguis fœderis qđ pepigit dñs vobiſcũ. in figura ꝙ teſtamentũ dei p Chriſti ſanguinem erat firmãdũ:& p aſperſionem ſanguis Chriſti futuri oẽs erãt liberãdi. Item Leui.xiiij p̃cepit deꝰ vt leproſus aſpergereẽ hyſſopo intincto ſanguie paſſeris:in figura ꝙ lepra peccati non poterat mũdari niſi ſanguine Chriſti. ſꝫ cã quare deꝰ p̃cepit vt ille ſanguis aſpgereẽ hyſſopo fuit i figura:quia ſicut hyſſopus eſt herba hũilis & purgatiua:ita humanitas & corpus Chriſti debebat humiliter intingi ſãguine paſſionis & purgare omnia peccata:& conferre ſacramentis eccleſiaſticis vim purgatiuaꝫ. Per ſupradictas figuras & myſteria nouit & præuidit Dauid in ſpiritu ꝙ non poterat genus humanum a morte æterna nec a culpa liberari niſi per ſanguinem Chriſti futuri. Hoc ergo credens & ſciens Dauid per fidem dicit ad patrem ſiue ad filium. O dñe aſperges.i.aſperge me hyſſopo ſanguinis tuę futuræ paſſionis:& mundabor a culpa:& lauabis me ſacramento pœnitentię habente virtutem a paſſione tua futura:& ſic dealbabor ſuper niuẽ:vel mundabor per aſperſionẽ hyſſopi ſanguinis a culpa & lauabis me p infuſionem gr̃æ:& ſic dealbabor ſuper niuem.i.ero magis albus albedine gr̃ę q̃ nix:quia pœnitẽtia mundat per aſperſionẽ & virtutẽ ſanguinis Chriſti:ſed gratia dealbat & facit animã ſplendere. Et nota ꝙ hic ponitur futurum indicatiui pro optatiuo vel imperatiuo:eo ꝙ hebræi non habent optatiuum ſicut frequẽter dictum eſt.i.aſperge ſiue aſpergas me hyſſopo.i. aſperge me hyſſopo &c.& laua me &c. Et ſic ſequitur etiã imperatiue.

## Auditui meo dabis gaudiũ & lætitiã:& exultabunt oſſa humiliata.

¶ Auditui meo dabis gaudiũ.i.da gaudiũ auditui meo annunciando mihi remiſſionem.i.dic aīæ meę,ſalus tua ego ſũ:vel remittũtur tibi pctā tua.& ſic dabis gaudiũ auditui meo ſi hoc audio a te:& ſic oſſa mea cōtrita & hũiliata p pniam exultabũt & quieſcẽt a labore.Auerte ergo faciē tuā a pctis meis & oēs iniquitates meas dele,p aſpſionē ſāguinis tuę futurę paſſionis.Nota ſcdƷ Aug.q̄ deũ auertere faciē a pctis:nil aliud eſt q̄ p ſuā miam pctā nō reſpicere.& deũ iniquitates delere:nil aliud eſt niſi pctā pterita iā amplius ad culpā nō iputare per pniam.Ideo ait Dauid

## Auerte faciem tuam a peccatis meis : & omnes iniquitates meas dele.

¶ O dñe auerte faciē tuam a pctis meis.i.nō reſpicias nec exiſtimes pctā mea:ſed reſpice miam tuam:q̄ maior eſt oī pctō:& oēs inigtates meas dele.i.p aſperſionē tui ſanguis
R amplius ad culpā nō ipures nec etiā ad pœnā.¶ Sed hic dubitat̃ & videt̃ q̄ nō erat neceſſariũ ipſō Dauid aſpſionē ſanguis Chriſti futuri iuocare ad remiſſionē ſuę culpę:cũ iā tũc de pñti haberet aſpſionē ſāguinis vitulę rufę ad purgationē pctō⁊:vt pƷ nũeri.xix.Et p cōſeques p ly aſperges me,nō intelligit niſi aſpſionē ſanguis vitulę:vel aſperſionē ſanguis paſſeris q̄ fiebat leproſis.Leui.xiiij.Ad hoc breuiter rñdet̃ ſicut dictũ eſt in plogo tracta.iij.& ad He.xj.q̄ vnũ do principijs p̄ ſuppoſitis in theologia ad intelligēdaƷ ſacrā ſcripturā eſt q̄ eadē eſt fides vtriuſqƷ teſtamēti.Nam eadē fides Chriſti q̄ ſaluat nos:ſaluabat patres ve.te.Nā ſicut idē ē Chriſt⁹ credit⁹ nobis & illis:ita eadem fuit fides.ſƷ eſt differētia.nā myſteriũ incarnatiōis & redemptionis qđ nos credim⁹ iā ipletũ in Chriſto,ipi credebāt futurũ:& ſic ſicut nos credim⁹ neminē poſſe liberari a pctō niſi p ſāguinem & paſſionē Chriſti:ita ipi credebāt.& ſic dicit aplſ ad Ro.& ad Gala.& He.q̄ ſola fides Chriſti futuri ſaluabat illos & nō lex nec ſacrificia niſi iquātũ erāt figura & ſigna paſſiōis Chriſti:& iquātũ dabant̃ i ſignũ fœderis:& futuri p̄tij p Chriſtũ ſoluēdi vt dictũ ē & dicet̃.Et ideo hęc ē differētia iter no.le.& ve.ſacrificia & ſacramēta.Nā lƷ vtraqƷ eſſent ſacrę rei ſigna.tñ iſta de ſe efficiũt qđ ſignicāt.illa aũt nō.& rō ē.Nā i ſacramēto euchariſtię cōtinet̃ real̃r Xp̃s.Et iō ſacramētũ hoc ẽ ſacramētũ real̃r & de pſiti ɔfert gratiā quā ſignificat.Sed in illo ſanguine vitulę qui aſpgebat̃ in lege nō cōtinebat̃ real̃r Chriſtus.& ideo de ſe nō poterat grām cōferre.Et ſic eſt dicēdũ de ſanguine aſpſo ſupra leproſuƷ &c.Et iō talia ſacrificia agni matutini & veſptini nō conferebāt de ſe grām nec purgabāt pctm̃:ſed illi liberabantur a culpa p ſanguinē Chriſti futuri figurati per illũ ſanguinē:ſicut illi offerentes & aſperſi credebāt.Ex quo pƷ q̄ ſola ſpes & fides Chriſti futuri liberabat illos a pctō.& hunc articulō ſciebant oēs principales de illo populo:& oēs patriarchę & pphetę in hoc ſaluati ſunt:inter quos pricipaliter fuit Dauid ppheta.ergo ſi Dauid ſciebat oia ſupradicta myſteria fieri in figura Chriſti futuri & neminem poſſe ſaluari niſi in virtute paſſiōis Chriſti:ergo hic i quolƷ pſal.in quo petit remiſſionē & grām in pſona ſui,vel in pſona toti⁹ gñis hũani:hoc petit in virtute paſſionis & ſāguinis Chriſti:nō ſolũ iplicite:ſed explicite:quia ita petebat ſicut credebat.Nā fides p̄cedit oēm orationē & petitioneƷ.Ex quib⁹ pƷ q̄ Dauid hic nō petebat aſpgi hyſopo itincto ſāguie vitulę rufę &c.ſed hyſopo carnis & hũanitatis Chriſti intincto ſanguine paſſionis &c.In cui⁹ fide & ſpe fuit ſibi culpa remiſſa.Nā lƷ verbũ nondũ eſſet incarnatũ tñ peccatũ Dauid iā fuit remiſſō in virtute paſſionis Chriſti futuri:quā paſſionē Dauid iā de futuro inuocabat.Iō Ieſ⁹ filius Sirach eccl̃iaſtici.xlvij.dicit de ipō Dauid q̄ Chriſtus purgauit pctā ipſius & exaltauit inęternũ cornu eius:& dedit illi teſtamētũ regni & ſedē glię i Iſrael.Ex quib⁹ pƷ q̄ paſſio Chriſti iā opabat̃ i fidelib⁹ mēbris Chriſti añ incarnationē.¶ Notādũ ē q̄ quadruplex eſt differētia Inter ſacra le.ve.& & nouę.Prima dña.quia hęc cōtinēt real̃r ChriſtuƷ aut virtutē ſuę paſſionis:eo q̄ deriuat̃ immediate a paſſione Chriſti:illa aũt nō cont.nebāt Chriſtũ real̃r nec ſuā virtutē:ſed tm̃ ſignificabāt hmōi virtutē inquantũ ordinabāt̃ ad Xp̃Ʒ tanq̄ in finē.Scda dña ſequit̃ ex pria:q̄ iſta efficiũt real̃r virtutē & grām quā ſignificant:illa aũt non.Tertia differentia:q̄ iſta agũt & efficiũt in virtute ppria quā continent:eo quia ſũt bona de ope opato:illa aũt non auferebant pctm̃ in virtute i ſe cōtēta:ſed in fide offerētis & operantis.Quarta differētia:q̄ iſta real̃r dant̃ in p̄tiũ & pñtē ſolutionē pro pctō:illa aũt tm̃ dabant̃ in ſignũ fœderis & pacti & fideiuſſionis cũ pteſtatione inquantum illam circumciſionē acceptabat deus nō i prętiũ reale:ſed in ſignũ futurę ſolutionis & futuri pretij per Chriſtũ offerendi:& ſic eſt dicendũ de cæteris ſacramētis & ſacrificijs.Quia ergo Da.ſciebat q̄ illa ſacramenta ve.le.nō continebāt p̄tium nec offerebant̃ in reale p̄tiũ:ſed in ſignũ futuri p̄tij ſanguinis Chriſti ſicut dictũ eſt pſal.xxxix.iō proteſtando inuocat Chriſtũ futurũ vt aſpgat ipm̃ ſanguine ſuo & ſoluat p eo:& ſic iā Dauid offerebat ſanguinē Chriſti pro peccato ſuo.Ideo ait:Aſperges me &c. g

Hic incipit conſtructio. O Chriſte gloria mea exurge a mortis ſepulchro & expolia limbũ. Et o tu pſalteriũ decẽ chordarum: & o tu cithara euangelica fidei, ſpei, & charitatis, ſurge & appareant & manifeſtentur omnia quæ erant ſepulta & occultata in monumẽto veteris legis. & tũc ego exurgã diluculo, & de mane: nam ego non poſſum reſurgere a peccato, nec ad gloriã, niſi tu prius reſurgas qui es cauſa meę reſurrectionis, & primitię dormientiũ. Et tũc poſtq̃ habuero pſalteriũ & citharam cantabo, & pſalmũ dicam euangelicum. Nam cor meum paratum eſt in mente & in volũtate ad cantandum: quia cor meum & caro mea exultabunt: ſed non poſſum cãtare, niſi tu prius reſurgas: quia non haberem pſalterium & citharam ad cantandum niſi tu ſurgas, & pſalterium, & cithara tecum. Et tunc poſtq̃ tu ſurrexeris cum pſalterio & cithara euangelica, ego ſurgam diluculo. & tunc

Confitebor tibi in populis domine: & pſalmũ dicam tibi in gentibus.

Confitebor tibi in populis iudæorum: & pſalmũ euangelicum dicam, & prędicabo in gentibus: quia tunc prędicabo ſupradictas decẽ chordas myſteriorum Chriſti in populo gentili.

Quoniã magnificata eſt vſq; ad cælos miſericordia tua: & vſq; ad nubes veritas tua.

Prædicabo etiã quoniam & quomodo magnificata eſt miſericordia, & veritas tua vſq; ad nubes. Et ideo

Exaltare ſuper cælos deus: & ſuper omnẽ terram gloria tua.

O tu Chriſte deus exaltare in die aſcenſionis, & ſede ad dexteram patris: & aſſume vniuerſalẽ poteſtatẽ & iuriſdictionẽ: & erit ſuper terram gloria tua: quia omnes apoſtoli & fideles prędicabunt legem euangelicam per totum orbem terrarum, & ſic erit manifeſta omnibus gloria & poteſtas tua ſignis cõfirmãtibus ſimul cum doctrina.

Hic dicunt Hebręi, ꝙ Dauid cõtinue de nocte tenebat pſalteriũ & citharam ſuſpenſam iuxta puluinar, ſiue caput lecti, & de mane ante diluculum intrabat ventus ex parte aquilonis & mouebat chordas pſalterij & citharę: & ſic excitabatur Dauid a ſomno ad ſonum pſalterij. Et ſic plenus ſpiritu ſancto ꝓphetabat & cõdebat pſalmos. Vnde dicũt ꝙ in hoc pręeminebat Dauid cæteris prophetis. Nã alios prophetas excitabat dies vel horologiũ. Sed ipſum Dauid excitabat ſpiritus ſanctus ad prophetandum. Et ſic dicunt ꝙ Dauid ex parte noctis anteq̃ ſomno opprimeretur ſemper dicebat iſtam particulam pſalmi, ſcilicet Exurge gloria mea: exurge pſalterium & cithara: exurgam diluculo. quaſi alloquens ſpiritum ſanctum, & pſalterium ſuum & citharam: vt ipſum excitarent ad prophetandum &, laudandum deum. Sed licet hoc ſit poſſibile ꝙ Dauid oraret de ſero: vt ſpiritus ſanctus impleret mentem eius & excitaret eum diluculo ad prophetãdum: tamen adhuc in iſta parte pſalmi apoſtrophat ad Chriſtũ, & vocat, & excitat ipſum ab inferis, & ſepulchro vt exurgat & perficiat noſtrã redẽptionem, & reſuſcitet nos a peccato per paſſionem, & glorificet nos per ſuam reſurrectionem, & ſuſcitet pſalterium & citharam euangelicam de monumento veteris legis. & patefaciat veritatẽ eius. Et ideo dicit eccleſia. Exurge gloria mea &c. Et poſtq̃ ſurrexeris, & legem nobis patefeceris: tunc confitebor tibi in primis confeſſione fidei, & dicã tibi pſalmũ in gentibus: id eſt totum pſalteriũ, & pſalmũ decem chordarum: ſcilicet myſterũ trinitatis, & incarnationis, & baptiſmi: & tuam doctrinã, & miracula, & paſſionem, & reſurrectionẽ, & aſcenſionem prædicabo in gentibus, id eſt in populo gentili, & prædicabo quoniã magna eſt miſericordia tua ſuper cælos: nam per paſſionem, & reſurrectionem captiuã duxiſti captiuitatem in cælũ, & veritas tua aſcendit vſq; ad nubes in die aſcenſionis. Nam in nubibus duo angeli prędixerunt corã angelis, & hominibus aduẽtum tuũ ad iudiciũ in poteſtate magna & maieſtate, quando dixerũt. Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cælum? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis ſic veniet in maieſtate & gloria, quẽadmodũ vidiſtis eum euntem in cælum. Et ideo ſequitur. Exaltare ſuper cælos deus &c. & erit gloria tua ſuper omnem terrã: quia nomen tuum erit celebre ſuper omnẽ terrã. Nam euangeliũ tuũ prædicabitur per totũ mundũ, & eccleſia celebrabit feſtũ incarnationis, & natiuitatis, & reſurrectionis, & aſcenſionis &c. Nota etiam ꝙ ipſemet Chriſtus poteſt dici pſalterium decem chordarum ſubiectiue: quia in eo ſunt impleta omnia decem myſteria ſupradicta. Et ſic etiam dicitur cithara: quia omnia myſteria fidei, ſpei, & charitatis ſunt impleta in eo: & quotidie cantat ipſe nobis per ſuũ euãgeliũ omnia illa decẽ myſteria. Item etiã ipſa lex dicitur pſalteriũ decẽ chordarum ratione. x. præceptorum &c. Ergo Dauid: quia ſciebat ꝙ Chriſtus erat finis legis: & ꝙ patres vete. teſt. non poterãt accipere promiſſiones nec reſurgere niſi nobiſcũ in Chriſto, ad Hebrę. xj. ideo ait. Exurge tu Chriſte, qui es gloria mea, & pſalterium, & cithara mea, quam ego continue pulſo vt venias: & tunc ego exurgam diluculo tecum in die reſurrectionis tuæ. Et ſic dicunt multi, ꝙ Dauid reſurrexit ſimul cũ Chriſto, & fuit de numero illorum de quibus dicitur in euãgelio, ꝙ multa corpora ſanctorũ ſurrexerunt cũ eo: & apparuerunt multis. Nota etiã ꝙ per hoc quod dicit: Quoniã magnificata eſt ſuper cęlos miſericordia tua: ꝙ miſericordia dei cõmuniter ſumitur pro redẽptione facta per Chriſtũ: veritas autẽ pro euãgelica ꝑdicatione. Vult ergo dicere Dauid, ꝙ ſicut iuſtitia non ſolũ magnificatur in terra: ſed etiã in inferno: ita miſericordia dei non ſolũ magnificatur, & relucet in terra: ſed etiam in cælo, & ſuper omẽs cęlos. Nam xxiiij. ſeniores dicũt. Dignus es domine Ieſu, & agnus qui occiſus es accipere librũ, & ſoluere ſeptem ſignacula eius: quoniam redemiſti nos deus in ſanguine tuo. Apocalip. v. Ita pariter veritas tua euangelica non ſolum magnificata & prædicata eſt ſuper terram & in terra: ſed etiam vſq; ad nubes. Nam primo in nubibus apparuit ſtella, quæ

oſtendit natiuitatem tuã:& duxit magos ad locum tuę natiuitatis. Secũdo in nubibus facta eſt multitudo cæleſtis exercitus laudantium & dicentium. Gloria in excelſis deo &c. Lucæ ij. Itẽ in nubibus dixerũt angeli Viri galilei &c. Iteȝ in nubibus cæli veniet Chriſtus in die iudicij cũ poteſtate & maieſtate. Ex quibus patet ꝙ veritas euãgelica nõ ſolũ eſt prædicata in terra, ſed etiam in nubibus: ideo ſequitur. Exaltare ſuper cælos deus, & ſuper oẽm terram gloria tua: quaſi dicat. aſcende a terra, & ſume vniuerſalẽ poteſtatem & ſic gloria tua non ſolũ eſt in terra: ſed etiã ſuper omnem terrã: quia in cælo quod eſt ſuperius ad terrã.

**SI vere vtiq; iuſtitiam loquimini: recte iudicate filii hominum.**

¶ Titulus Ad victoriã. ſiue in finem ne diſperdas Dauid humilem & ſimplicẽ. Ex titulo apparet ꝙ Dauid humilis & ſimplex poſitus in aliqua aduerſitate, fecit hunc pſalmũ orans deũ, ne diſperdat, nec permittat diſperdi: ſed diſperdat perſecutores ſuos: vt patet in litera huius pſalmi. Et ita dicũt Hebræi, ꝙ Dauid in hoc pſalmo orat vt deus deſtruat Abner, & Doech, & cæteros conſiliarios Saulis, qui continue accuſabant Dauid ante Saul: & iudicabãt eũ eſſe reũ mortis, & reũ lęſæ maieſtatis, cõtra quos dicit Dauid. Si vere vtiq; iuſtitiam loquimini: o filij hoim Abner, & Doech, iudicate recte & non inique &c. Et ſic literaliter exponũt iſtũ pſalmũ. ſed talis expoſitio eſt inutilis ſine aliquo ſacramento. Item eſt contra charitatem, & cõſuetudinem ipſius Dauid, qui ſemper orauit pro inimicis ſuis: nec voluit ipſis nocere cum poſſet: vt patet per totum diſcurſum primi & ſecundi Regũ. Sed poſſumus dicere, ꝙ Dauid per Abner, & Doech, & cæteros delatores ſuos, præuidit in ſpiritu quomodo conciliũ ſacerdotũ & phariſſęoꝝ inique debebat ad mortem Chriſtum iudicare. Et ideo Dauid inuehitur cõtra eos in hoc pſalmo: in quo tria facit. Primo explicat iniquũ conſiliũ & iudiciũ illorum cõtra Chriſtũ. Secundo prædicit punitionẽ eoꝝ. Tertio lætitiã iuſtorũ de vindicta maloꝝ. Secũda ibi. Deus conteret dentes eoꝝ. Tertia ibi. Lętabitur iuſtus. Quantũ ad primũ apoſtrophat Dauid ad crucifixores Chriſti & dicit. O filij hominũ & nõ dei ſcribę & phariſſęi: ſi vere loquimini iuſtitiã. i. ſi vultis examinare merita iuſtitię erga Chriſtũ: iudicate recte & non inique. Itẽ ſi pro quia vel poſtq̃ vos loquimini iuſtitiã iudicate recte. quaſi dicat: vos qui agitis cauſas iudiciorũ legis, & poſiti eſtis ad iudicandũ in cathedra Moyſi, iudicate recte ſecundũ legẽ: & non inique & cõtra legem nam lex non condẽnat iuſtum & innocenteȝ: & abſoluit reũ & latronẽ: ſicut vos feciſtis, qui Chriſtum crucifixiſtis, & Barrabbã abſoluiſtis. Ex quo pȝ ꝙ ſicut eſtis iniqui ita inique iudicatis. ideo ſubditur.

**Eteni in corde iniquitates operamini in terra: iniuſtitias manus veſtrę concinnant.**

¶ Eteni, id eſt certe, aut quia, ſicut iniquitates operamini in corde: ita manus veſtrę cõcinnãt & colorant, & palliant iniuſtitias in terra. quaſi dicat: ſicut eſtis iniqui in corde: ita cũ quodã colore & palliatione, & verbis ornatis, & ſimulatis obliquaſtis, & peruertiſtis legẽ dei ſecũdũ veſtrã prauam intentionẽ, applicando bonas leges ad falſas cauſas: dicẽdo ꝙ Chriſtus erat blaſphemus: eo ꝙ ſe filiũ dei faciebat: ergo ſcdm legẽ dei debebat mori: & ſic fingẽtes & palliantes zelũ dei peruertiſtis legẽ, & iudicaſtis iuſtũ & veracem ad mortẽ: nam ſi depoſuiſſetis iniquitatẽ & malitiam de corde veſtro, & inueſtigaſſetis ſcripturas legis & ꝓphetarũ: reperiſſetis veritatẽ. ſ. qualiter Meſſias in lege ꝓmiſſ⁹ debebat eſſe deus: nã Moyſes & prophetę de Chriſto ſcripſerũt. Sed malitia obcæcauit vos, ne intelligeretis ſacramenta dei. Et inuidia peruertit iudiciũ veſtrũ. ideo ſubdit,

**Alienati ſunt peccatores a vulua: errauerunt ab vtero: locuti ſunt falſa.**

¶ Ad cuius intelligentiam eſt aduertendũ, ꝙ tota lex vetus ſicut dicta eſt ſepulchrũ, in quo erat ſepultũ euangeliũ: vt dictũ eſt pſalmo pręcedenti: Ita pariter dicitur venter & vterus in quo Chriſtus latebat tanq̃ in pręgnante. Nam ſicut vterus pręgnantis in tẽpore perfecto parit & reddit fœtum, & arbor fructũ maturũ: ita pariter lex vetus quę Chriſto fuerat grauida a principio: peperit & edidit Chriſtum. Quia vbi venit plenitudo temporis, miſit deus filiũ ſuum natum ex muliere & factuȝ ſub lege &c. ad Gal. iiij. Vnde ſicut mulier expectat partum ex vtero ſuo: ita patriarchę, & prophetę expectabant Chriſtũ ex vtero legis naſciturũ. Ergo Scribę & phariſſæi qui nõ receperũt: ſed repudiarũt Chriſtum in ſuo aduentu: alienati ſunt a vulua legis, & errauerunt ab vtero legis: non cognoſcentes, nec credentes Chriſtũ eſſe natũ ſecũdũ legẽ, & prophetas: & ſic locuti ſũt falſa negantes eſſe deũ, & aſſerentes eſſe blaſphemũ &c. T

¶ Dupliciter ergo iudęi alienati ſunt a vulua & errauerũt ab vtero legis. Primo, quia non crediderunt Chriſtum eſſe Meſſiam & filiũ legis nec deũ: cum lex & prophetæ nihil aliud clament niſi Meſſiam in lege promiſſuȝ futurũ deũ. Itẽ hoc potuerũt cognoſcere ex doctrina, & operib⁹, & miraculis eius quæ fecit: ſecũdũ ꝙ in lege de eo ſcriptũ erat. ergo errauerunt ab vtero legis. Secundo ipſi fuerunt alienati: nam ipſi dicebant filij legis, & filij Iſrael, & Abrahæ, & diſcipuli Moyſi, & ſequaces ꝓphetarũ: ſed quando noluerunt recipere, ſed reprobauerũt Chriſtũ: tunc alienati ſunt a vulua legis, & errauerunt, & deuiarunt ab vtero & veritate, et doctrina legis datę Moyſi. Et ſic non amplius ſunt filij Abrahę, nec filij Iſrael, nec diſcipuli Moyſi, nec ſequaces prophetarũ, nec per conſequens veri filij dei: ſed abortiui, & mortui a lege: quia noluerunt recipere benedictionem, et repromiſſionẽ promiſſam Abrahę: Iſaac, & Iacob: nec lumen & veritatem legis et prophetarũ per Chriſtum patefactam. Et ſic ſunt cęci ſine lumine errantes ab illa veritate, & locuti ſunt, & loquũtur hodie multa falſa & mendacia non ſolõ de Chriſto: ſed etiam de lege: quia faciunt deũ & legem mẽdacẽ, & prophetas falſo gloſſando & exponendo. Et quod deterius eſt, non ſolũ negant Chriſtum fuiſſe verum Meſſiam, et filiũ, et fructum legis: ſed adhuc expectant ꝙ lex pariat Meſſiam. Et ſic expectant ꝙ mulier mortua pariat: et arbor ſicca, et ſciſſa & cõbuſta, ꝓferat fructũ: quod eſt impoſſibile, cum iam prophetiſſa ad quaȝ acceſſit Eſaias, pepererit maſculum, et redemptorem noſtrum. Eſa. vij. V

**Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis: ſicut aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas.**

**Quæ non exaudiet vocem incantantiũ: & venefici incantantis ſapienter.**

¶ Quia ſuperius dicit: ꝙ Iudæi alienati ſunt à vulua legis & hoc tanq̃ cæci & ſurdi: ideo in hoc loco comparat eos duobus animalibus venenoſis. ſ. Viperę in cęcitate, & iniquitate, & aſpidi ſurdę in ſurditate volũtaria. ¶ Quantũ X ergo ad primũ eſt notandũ ſcdȝ Cõſtãtiuȝ de naturis aialiũ, ꝙ vipera habet ſeptẽ deteſtabiles ꝓprietates. ẽ eñi venenoſa, & matricida, & fratricida, & abortiua, & mẽdax in natura, & cęca, & doloſa cupida cędis. Primo eñi eſt naturaliter venenoſa, quia venenum trahit a progenitoribus. Secundo eſt matricida: nã cũ eſt in ventre matris cũ multis alijs catulis, & adueniente tẽpore pariẽdi, primogenitus icipit exire p vuluã matris: cęteri aũt fratres moti ex inuidia mordent illũ, & occidunt eũ in exitu vuluę, & ſic manet mortuus claudens vuluam parturientis. Tunc cæteri

catuli videntes vuluam clauſam rodendo perforant, & rũpunt latera ventris matris, & ſic occidunt matrẽ, & tũc oẽs volũt exire per ruptiones vẽtris matris mortuę: ſed primus qui exit mordetur ab illis, & ſic moritur in naſcendo: & ſic ꝑ ordinẽ oẽs moriunt̃ ꝑter vltimũ. Ex quo patet ꝙ illa vipera q̃ vltimo naſcitur viua: eſt matricida & fratricida: quia matrẽ & oẽs fratres interfecit: & eſt abortiua: quia ex matre mortua naſcit̃: & eſt mendax in natura: quia nõ ꝑ vuluã & locũ naturalẽ nata eſt. Sexto ex ſupabũdãtia veneni, & malitię efficit̃ cæca. Septimo eſt iniqua & doloſa: qͣ ſemp cupit figere venenũ. Ideo ponẽs aurẽ in terra ſentiẽs ſtrepitum venientiũ accedit ad itinera ſtans retro aliquẽ lapidẽ, aut plãtã: & q̃cito ſentit hominẽ prope ſaltat, & mordet, & occidit eum: quia venenũ eiꝰ eſt inſanabile. Ita ergo pariter Iudęi ad modũ huius ſerpẽtis quæ dicit̃ vipera fuerũt, & ſunt venenoſi, & matricidę, & fratricidę, & abortiui, mẽdaces, & cęci, & doloſi: nã cũ Chriſtꝰ factꝰ ſub lege eſſet in vẽtre legis ſimul cũ oĩbus fratribus ſuis iſraelitis & iudæis, voluit exire de ventre legis per baptiſmuꝫ qđ dicit̃ vulua legis: eo ꝙ erat dedicatus, & ordinatus a deo: vt per ipſum oẽs exirẽt a iugo legis, in legem libertatis & gratiæ Zacha. xiij. In illa die erit patẽs fons, baptiſmi ſupple, in ablutionem peccatoris & menſtruatę &c. Cũ ergo Chriſtꝰ exiret a lege per baptiſmũ, & locum debitũ: tunc Iudęi fratres ſui occiderunt ipſum in vulua matris. Et tũc cæteri Iudęi ruperunt viſcera, & vẽtrem matris falſo gloſſando legẽ & prophetas. Et ſic facti ſunt matricidę occidendo matreꝫ ſuam ſynagogam, & legẽ. & facti ſunt fratricidę occidẽdo Chriſtũ & aplos, qui nati erant ex vulua legis ꝑ baptiſmũ ſequendo Chriſtũ. Et etiã oẽs ſe adinuicẽ occidunt cum vnus alteri falſam doctrinã inſerit: & ſic omnes ſunt abortiui: quia naſcunt̃ ex matre mortua, & non ꝑ locũ debituꝫ. Et ſic dicit Dauid: ꝙ errauerunt ab vtero legis: & alienati ſunt a vulua, & locuti ſunt falſa: & furor eorum factus eſt venenoſus ſcđm ſimilitudinẽ ſerpẽtis. ſ. viperę: quia occiderunt Chriſtum fratrẽ ſuũ, & ſynagogã, & legem matrẽ ſuã, & eius latera ruperunt: quando ipſam male, & falſo modo gloſſando lacerauere, & Chriſtũ negãdo legem & prophetas, & deũ qui locutus eſt in eis, mendaces fecerũt. Et ſic facti ſunt cæci ſicut vipera: quia malitia eoꝝ obcæcauit eos ne intelligerẽt ſacramẽta dei in lege figurata, & a ꝓphetis vaticinata. Et ſicut in mendacio nati ſunt: ita ſunt in oĩbus fraudulẽti & doloſi. Ex quo pꝫ ꝙ furor & iĩquitas eorum fuit, & eſt ſcđm ſimilitudinẽ ſerpentis q̃ dicitur vipera. Ideo Ioannes baptiſta vocabat eos genimina viperarũ. Mat. iij. & Luc. iij. quia per omnia ſunt deteſtabiles & iniqui, & homicidę, & fratricidę &c. ſcđm ſimilitudinem ſerpẽtis viperini. ¶ Deinde cum dicit. Et ſicut aſpidis ſurdæ obturãtis &c. Comparat eos aſpidi ſurdę in ſurditate. Vnde eſt aduertendũ, ꝙ aſpis ſurda eſt ſerpens venenoſus, & aſtutꝰ, & malitioſus, cuiꝰ carnes remoto veneno ſunt aptæ ad medicinam. quę quidẽ aſpis maxime viuit in Arabia, & Aethiopia in locis calidis. Et ideo venefici volentes capere aſpidẽ ſurdã, dicunt quædã carmina cantando, quæ ſi audit aſpis, ilico redditur immobilis: & ſic venit ſapiens & prudens veneficus: & occidit Aſpidem, & remouet venenum: & ex carnibus cõficit medelã, & miſcet cũ theriaca ſua: & illa theriaca fit valde ſalubris. Sed quãdoq; aſpis eſt ita aſtuta & malitioſa, ꝙ cum eſt in cauerna figit vnam aurẽ in terra, & ponit caudam intra aliam aurem: & ſic habet ambas aures clauſas, ne audiat vocem incantantis. Et ſic manet in ſuo veneno, & euadit incãtantem. Ita pariter Iudæi ſunt ſimiles ſerpenti, & aſpidi ſurdę: naꝫ venit Chriſtus ſapiens medicus de cælo: vt auferret venenum peccati a toto genere humano, & incepit cantare carmina legis euangelicę. Et ſic multos de populo Iudaico, ſcilicet apoſtolos, & cæteros incantauit, & cepit, & abſtulit ab eis venenuꝫ peccati, & mortificauit illos peccato: ſed viuificauit eos ad gratiam: & ſic animæ eoꝝ quę ante erant venenoſæ factæ ſunt ſalubres & medicinales: nam poſtea conuerterunt totum mundũ ſua prædicatione. Item gentiles qui ante erant aſpides ificientes homines ſuperſtitione venenoſa, poſtea ablato veneno, & mortificati peccato per baptiſmũ Chriſti: facti ſunt ſalubres. nam ſicut ante emittebant venenũ ex ore mortiferũ: ita poſt conuerſioneꝫ emittebant doctrinã ſalubrem: vt patet de Auguſtino, & Euſebio, & cæteris doctoribus, & viris qui fuerant gentiles. Sed Iudęi obſtinati, Scribę, & phariſęi fecerunt ſicut aſpis ſurda & malitioſa: nam ne audirent doctrinã Chriſti incantãtis eos, & venenũ peccati auferre cupientis, fixerunt vnaꝫ aurem ad terram, id eſt auaritiã, & bona temporalia contra quæ Chriſtus prędicabat, & cuꝫ cauda ſuperbiæ, & inuidię & ſenſualitatis cooperuerũt, & clauſerunt aliam aurem. nam ſicut ratio dicit̃ caput hominis & auris: ita ſenſualitas dicitur cauda. Et ſic ſcribæ & phariſęi cooperuerunt rationem cauda ſenſualitatis ne audirent vocẽ euangelicã Chriſti incãtantis. Et ſic noluerunt intelligere vt bene agerent. Ex quo patꝫ ꝙ ipſi fuerunt cauſa ſuę cęcitatis, & obſtinationis: & peruerſionis. & hoc eſt qđ dicit hic propheta. Primo fuit iſtis Iudęis & ſcribis furor & inuidia ſecundũ ſimilitudinẽ ſerpẽtis, qui tentauit Euaꝫ per inuidiã: & etiã ad ſimilitudinem cuiuſlibet ſerpentis, qui latet in terra inſidiando: ſed cũ furore aggreditur hominem: & eorum malitia, & ſurditas fuit perpetrata ſecundũ ſimilitudinẽ aſpidis ſurdæ obturantis aures ſuas & claudentis, quę figit ſupple vnam aurem ad terram, & alteram obturat, & claudit cum cauda. Et ſic non audiet vocem incantantiũ, nec vocem venefici ſapienter incantãtis. Ita proprie fecerũt Scribæ & phariſęi quando Chriſtus prędicabat eis. nam poſuerũt ante aures cordis ſui ſenſualitatẽ, & non rationem, & auaritiã, & ſuperbiã, & odium, & non charitatem, nec reſpexerũt veritatẽ legis & prophetarũ: ſed bona temporalia. Et ſic manent in ſuo veneno peccatoꝝ: & in ſua cęcitate, & ignorantia craſſa & perpetrata, & affectata, & alienati a vulua legis, & priuati hęreditate, & promiſſionibus factis Abrahę, & Iacob. Et ſic quotidie errant ab vtero legis, & loquunt̃ falſa iure, & morbo hæreditario: quia dixerunt: Sanguis eiꝰ ſup nos, & ſuper filios noſtros: & nõ habemus regẽ niſi Cæſarẽ. Et ſic tanq̃ alieni a filijs regni manẽt filij captiuitatis & diſpſi. ¶ Et nota ꝙ iſte maledictus populus ſemper vt in pluribus errauit ab vtero, & locutus eſt falſa. ſ. ante aduentũ Chriſti & poſt. nam ante aduẽtũ Chriſti quando obligabant̃ ad ſeruandã legem, & cerimonialia, nõ obſeruabant: qͣ ſæpe & frequẽter apotaſtabant ad idola vt patet tpe Iudicũ, & Regũ, & Machabæoꝝ: nunc aũt qñ iam ſunt abſoluti per Chriſtũ a iugo legis & nõ obligant̃: immo ꝓhibentur ad obſeruandũ legalia: cum nõ ſolũ ſunt mortua: ſed etiam mortifera: volunt ea obſeruare. Et ſic volunt redire in ventrẽ matris mortuę, & nõ exinde exire ad lucem & veritatem: ſed etiam in tenebris falſitatis permanere, & parẽtibus eoꝝ ſimiles eſſe. Et hoc exprobrauit eis ſaluator. Matth. xxiij. & beatus Stephanus Actuum. vij. & hoc idem Dauid in hoc pſalmo.

Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum: molas leonum confringet dominus.

¶ Hic prędicit punitionem Scribarum & phariſæorum & falſorum iudicum. Ad cuius intelligentiam eſt notandum, ꝙ ſicut leo habet dentes, quibus ſcindit, & molares quibus conterit cibum raptum: ita Scribę & phariſęi habebãt dentes & molas. Nam poteſtas ſacerdotalis erãt dẽtes quibus rapiebant decimas, & primitias, & oblationes: ſed poteſtas iuriſdictionis ciuilis erant molares, quibus cõterebant & opprimebant pauperes. Et talibus dentibus

& moralibus oppreſſerũt, & iudicarunt Chriſtũ ad mortẽ. Sed deus iuſto iudicio contriuit dentes: & confregit molas eorum: quando per Romanos abſtulit eis ſacerdotium, & poteſtatem iudicandi ciuilia, & deſtruxit ciuitatem eorũ & regnum. Ideo ait Dauid. Deus cõteret dentes eoꝝ, id ẽ ſacerdotiũ, & oblationes & decimas eoꝝ, quibus ſcindebant & mordebant, & dominus confringet molas eorum leonũ .ſ. poteſtatem iudicandi, quia Chriſtũ ad mortẽ deſtinarunt. Et hoc fecit per Titũ & Romanos.

## Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens: intendit arcum ſuum donec infirmentur.

## Sicut cera q̃ fluit auferẽtur: ſupercecidit ignis & non viderunt ſolem.

¶ Deueniẽt ad nihilũ tanq̃ aqua decurrẽs. Nam ſicut torrens quando pluit ducit aquã quæ rapit oia quæ ſunt in ripa cũ ſuo impetu violẽto: ſed quando ceſſat pluuia, ceſſat etiã aqua i torrẽte: & ſic quis poteſt calcare torrẽtẽ, & trãſire pede ſicco: & ſic ſicut pluuia deficit: ita paulati illa aqua quę erat in torrẽte paulatim incipit minui & deficere vſq; quo defluit & deuenit in nihilũ, & manet torrens ſicc⁹: Ita pariter fecit Hieruſalem & populus Iudęorum. Nam ante paſſionẽ Chriſti florebat in eo ſacerdotiũ, & regnum, & bona tẽporalia, eo ꝙ deus influebat virtutẽ, & fauores in ſacerdotiũ. Sed poſt paſſionẽ mortua ſunt ſimul cũ Chriſto oĩa ſacramenta veteris legis. & incepit deficere virt⁹ & fauor dei in illa ciuitate & ſacerdotio. Et ſic propter peccatũ deficiente in eis fauore diuino: incepit deficere in eis poteſtas tẽporalis paulatim, & quotidie minui per illos .xl. annos in quibus expectauit eos ad pœnitentiam. Et intantum procedebant in diminutione ꝙ cõtinue erãt nouę ſeditiones, & cędes, & publica latrocinia in ciuitate vſq̃quo venit Titus cũ exercitu Romano & totaliter deſtruxit ciuitatẽ & tẽplũ, & ſic defecit hoſtia & ſacerdotium ſimul cũ fauore & poteſtate tẽporali, & fuit redacta ad nihilũ ſicut aqua torrentis deficiente pluuia. Et hoc eſt quod dicit hic Dauid. Ad nihilũ deueniẽt iſti iudęi & crucifixores Chriſti, ſicut aqua decurrẽs in torrente, quæ paulatim deficit vſq; ad nihilũ. Et ſubdit: de⁹ ſupple intendit .i. intendet arcũ ſuę irę & ſententię, mittendo iacula, & ſagittas tribulationũ, & ſeditionũ, & plagarũ donec infirment̃, & deficiant, & adnihilentur: qđ impletũ eſt per Romanos: & etiã auferantur de terra, & deficiant paulatiꝫ, ſicut cęra liqueſit & deficit a facie ignis, & paulatim deficit in cęreo ardente. Cecidit ignis: id eſt cadat ignis in eos, & cõburantur ne videant ſoleꝫ, id ẽ moriant̃ & non videant lumẽ: & ſit alia maledictio in filijs eoꝝ ne veniant ad dies patrum eorum & deficiat in eis omnis poteſtas. ¶ Ad cuius intellectũ eſt aduertẽdũ ꝙ rhãnus eſt lignũ ſiue virgultũ aſperrimuꝫ & ſpinoſum & ſentoſum: & dicitur rhãnus a rapiẽdo: quia rapit carnem & veſtes. Sed quando eſt viride non poteſt nec valet rapere propter debilitatem & teneritatem. Et ſic illud virgultũ nõ dicitur proprie rhãnus vſquequo ſit tã adultũ: & tũc valet rapere ſicut rubus vel cardo &c. Si quis agricola in viriditate aufert de agro cardones, aut rubos comburit in margine: tunc illę ſpinę non perueniũt nec creſcũt in rhãnũ: & ſic non poſſunt rapere nec lędere. Ita pariter factum eſt de filijs Iudęorum qui dicuntur ſpinæ relictę, & quaſi virgulta relicta ex illis Iudæis qui Chriſtum crucifixerũt. qui erant rhamni rapientes decimas, & primitias, & oblationes, & rapientes bona pauperum: quorum ſpinæ erant poteſtates ſacerdotales & ciuiles: quia etiam exercebant iudicia ciuilia licet non criminalia. Sed iſtæ ſpinę fuerunt combuſtę per Romanos: & deinceps nunq̃ venerunt, nec creuerunt in Rhãnũ, quia in teneritate ſunt combuſtę.

Et ideo ait Dauid:

## Priuſq̃ intelligerent ſpinæ veſtræ rhamnum ſicut viuentes ſic in ira abſorbet eos.

¶ Priuſq̃ ſpinę veſtrę .i. filij veſtri intelligerẽt .i. creſcerent in Rhãnum ſic abſorbet eos deus, & diſſipabit viuentes ſicut in ira .i. tanq̃ iratus. vel ſicut ignis in ira, & furore abſorbet, & deuorat rubos & ſpinas: ita deus abſorbet & deuorabit eos per Romanos ſicut in ira: id eſt tanq̃ iratus. Litera Hieronymi habet iuxta Hebræuꝫ ſic ab illo loco Ad nihiluꝫ deuenient &c. Deliquentur ſicut aquæ quæ defluunt intendendo ſagittas ſuas: ſic marceſcant ſicut limax: ſicut abortiuum mulieris qđ non videt ſolem: priuſq̃ creſcãt ſpinæ veſtrę in Rhamnũ, ſicut viuẽtes ſic in ira compeſcet eos. Quæ quideꝫ litera in aliquib⁹ eſt magis clara. Ex quibus patet ꝙ excidium iudęoꝝ cõparat ſex ſiue dat eis ſex maledictiones. Primo ꝙ conteratur eoꝝ poteſtas ſicut cõterũtur dentes & molares leonũ: vt ampli⁹ non poſſint ſcidere nec conterere alios. Secundo vt adnihilet̃ eoꝝ ſtat⁹, ſicut adnihilatur aqua torrentis deficiente pluuia. Tertio vt intantũ vulnerentur arcu, & ſagittis diuinę vindictæ vſquequo totaliter infirmentur & deficiant. vel intantuꝫ intendatur & incuruet̃ potentia eoꝝ: vſquequo infirmet̃ & frangatur ſicut arc⁹: qui quando nimis incuruatur & intenditur, frangitur. Quarto ꝙ auferãt̃ & conſumantur & deficiant ſicut cęra cõſumitur in cæreo ardente. Quito ꝙ cadat in eos ignis, & comburet eos ne videant ampli⁹ ſolem nec lumen: ſiue ꝙ cadant in ignem infernaleꝫ: qui licet ſit calid⁹ & vrens tamen eſt tenebroſus. Et ideo qui eſt in eo non videt lumen nec ſolem. Item ſcđm Hieronymũ fiant ſicut abortiuũ anteq̃ videant ſolem & vitam: id eſt ꝙ moriantur anteq̃ naſcant̃. Et hoc reſpõdet illi quod dictũ eſt. Alienati ſunt peccatores a vulua: errauerũt ab vtero. quia ſicut non credunt Chriſtũ eſſe Meſſiam natũ ex vulua & vtero legis: ita ipſi ſũt abortiui, & non nati ex lege, & ſunt mẽſtruoſi i lege: qa errauerũt ab vtero legis: ſicut errat abortiuũ in natura. Et ideo ſicut abortiuũ in natura non cõſequitur finem vitæ naturalis, qui ex eo expectabatur: ita Iudæi non conſecuti ſunt lumen, nec vitam gratiæ, quę ex lege expectabatur per Chriſtũ. Et ſic nunq̃ videbũt huc lumen gratię & veritatis, nec in futuro lumen gloriæ. Sexta maledictio eſt ne ſpinæ & filij eorum, nec etiam poteſtas creſcat in Rhãnũ: ſed cõteratur & infirmetur nec poſſit rapere nec lędere. Vnde iudæi moderni ſemper mordent lingua & corde: quia deſiderant deſtructionem chriſtianoꝝ, & fidei Chriſti, & ꝙ Meſſias eoꝝ venturus eſt, qui debet chriſtianos conculcare. Sed tales ſpinæ, & talia deſideria nunq̃ creſcent in Rhãnum: quia nunq̃ implebuntur: quia eorum ſacerdotium: & regnum in ęternum eſt ablatum, & ſpinæ eorum ſunt combuſtæ ab ira & ſententia dei. Et notanter dicitur: ſicut viuentes ſic in ira abſorbet eos: quia licet Iudæi viuant temporaliter: tamen ſpinę eoꝝ .i. poteſtates & vires ſunt debilitatę: & ipſi iam ſunt abſorpti, & deuorati morte peccati.

## Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris.

¶ Ex iſta litera inferſit hypocritę & quidã hęretici, ꝙ homo iuſtus debet deſyderare deſtructionem, & vindictam hominũ peccatorum & malorum: & cum de⁹ punit eos debet lætari, & gaudere de eorum aduerſitate & punitione, tam tẽporali q̃ ſpirituali. Immo dicũt etiam, ꝙ iuſtus ſi poſſibile eſt debet intingere, & lauare manus ſuas in ſanguine illius peccatoris puniti. Sed talis opinio eſt falſa, & peruerſa contra doctrinam, & pręceptum ſaluatoris: qui non vult mortem peccatoris: ſed vt conuertatur & viuat: & pręcipit dicens. Orate pro perſequentibus, & benefacite his qui

oderunt vos. Mathei. v. & ita orauit ipſe in cruce & doluit
de damnatione Iudę. Vnde dicit Auguſtin⁹. q̄ ſemper de-
bemus orare vſq; ad vltimū vitę ꝓ pctōre: quia hodie pec-
x cator & cras iuſtus: hodie heretic⁹ & cras fidelis. ℭ Ex quo
patet q̄ ſenſus huius literę nō eſt niſi q̄ qñ deus punit vnū
peccatorē pro aliquo magno delicto, tunc iuſtus tria debet
facere. Primo laudare diuinam iuſtitiam. Secundo timere
iuſtum dei iudiciū. Tertio lętari & laudare deum, qðia nō
permiſit eum cadere in ſimile peccatum ſed ipſum præſer-
uauit. Quarto lauare manus ſuas in ſanguine illius pecca-
toris, id eſt corrigere ſeipſuȝ & præſeruare ne cadat in tale
peccatū: ne puniať ſicut ille. Nam lauare manus, in ſcriptu-
ra, nil aliud eſt, niſi ſe innocentem reddere & non cū pec-
catoribus participare ſed a peccato præſeruare & corrige-
re. & ita fecerunt apoſtoli & oīes conuerſi de iudaiſmo cū
viderūt diuinā vindictā & ſententiam ſuper Hieruſaleȝ tūc
licet doluiſſent de perditione eoꝝ ſpirituali tamen ipſi læ-
tati ſunt quia non manſerant in eadē obſtinatione & dam-
natione: ſed venerant ad viam veritatis. Et ſic lauerūt ma-
nus ſuas in ſanguine & punitione illorum inquantum con-
ſilio eorum non conſenſerunt & cum eis non participarūt.
Et ſic putauit ſe facere Pilatus cū lauit manus ſuas dicens.
Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius: id eſt non conſen-
tio neci eius ſponte. Sed fuit inutilis talis purgatio & excu-
ſatio. quia oppoſitū fecit in executione. Sed Ioſeph ab Ari-
mathia & Gamaliel directe lauerunt manus ſuas qui non
conſenſerūt mēte nec opere. Et hoc eſt quod dicit hic Da-
uid. Iuſtus. ſcilicet cœtus apoſtoloꝝ & fideliū lętabitur cū
viderit vindictam diuinam factam in excidio Hieruſalē &
omniū Iudęoꝝ. Lætabiť dicēdo q̄ nō manſit in illoꝝ ob-
ſtinatione: ſed ſecutus eſt Chriſtum: & manus ſuas lauit in
ſanguine peccatoris populi Iudaici puniti: id eſt quia non
cū operibus eoꝝ participauit, ſed ex gratia dei fuit pręſer-
uatus & illuminatus per Chriſtū. Vnde cōmuniter in ſcri-
ptura per man⁹ opera intelligūtur. Et ideo ſequitur.

Et dicet homo: ſi vtiq; eſt fructus iuſto: vtiq;
eſt deus iudicans eos in terra.

ℭ Tunc dicet & cognoſcet homo iuſtus in ſe & in publico
vtiq;. i. certe ſi eſt aliquis fructus iuſto ex bonis operibus,
ita certe eſt deus iudicans, & puniens eos malos in terra.
quaſi dicat: ſicut nullum bonum irremuneratū: ita nullum
malum euadet impunitū: nam ſicut de⁹ dat fructū, & prę-
mium iuſto ex bonis operib⁹ & meritis: ita punit iniuſtos,
& malos ex ſuis demeritis. & ita punit iudęos non ſolum in
inferno: ſed etiam in terra: & præmiauit apoſtolos & fide-
les, hic per gratiaȝ, & in cælo per gloriā. Ex ſupradictis pa-
tet, q̄ totus iſte pſalmus principaliter loquitur prophetice,
& literaliter de iniquo iudicio facto cōtra Chriſtū, & de Iu-
dæorum punitione. Sed ex vltimo verſu patet q̄ etiam po-
teſt applicari contra omnes falſos iudices, & oppreſſores
pauperum.

ERipe me de inimicis meis deus me-
us: & ab inſurgentibus in me libera
me.

ℭ Titulus in Hebræo ſcđm Ra. Salo. ad victoriam ne diſ-
perdas Dauid canticū decens, quando miſit Saul, & cuſto-
dierunt domū ad cuſtodiendū eū. Hierony. Victori ne diſ-
perdas Dauid humilem & ſimplicē, quādo miſit Saul &c.
Secundū vero. lxx. In finem ne diſperdas vel corrūpas Da-
uid in tituli deſcriptione &c. Ex tituli huius deſcriptione
apparet q̄ Dauid fecit hunc pſalmum. Cuius materia ex
qua, & figuratiua patet primi Regū. xix. Nam poſtq̄ Saul
concepit odium ex inuidia contra Dauid: eo q̄ mulieres
tribuerunt maiorem gloriā ipſi Dauid q̄ ſibi: qðia canen-
tes in choro dixerunt: Saul occidit mille & Dauid decē mi-
lia. Ideo tūc Saul decreuit interficere Dauid. Et ſic dū pſal-
leret ante eum traiecit lāceam contra euȝ. Sed Dauid de-
clinauit, & euaſit, & fugit in domum ſuam. Sed Saul miſit
ſatellites ſuos qui per totam noctem domum Dauid cir-
cuirent, & obſiderent ne euaderet, ſed ipſum interficerēt.
Sed Michol ipſum per feneſtram dimiſit, & loco eius ſta-
tuam coopertam pellibus in lecto ſtrauit. Dauid autē qua-
ſi inuiſibilis factus illæſus euaſit cuſtodibus illuſis manen-
tibus: & quaſi cæcis. Et de hac materia literaliter Hebręi
moderni exponūt hunc pſalmū, ſicut videtur eis titulus ſo-
nare. Sed talis expoſitio non eſt vtilis nec fructuoſa immo
tollit dignitatem propheticam, & ſacramentalem huius
pſalmi. Ideo eſt dicendum, q̄ iſta non eſt materia de qua
& principalis: ſed eſt materia ex qua & figuratiua, inquā-
tum Dauid in illa obſidione ſatellitum ipſius Saul præui-
dit in ſpiritu figuratiue qualiter Chriſtus poſt mortem de-
bebat poni in ſepulchro: & qualiter Iudęi debebāt appo-
nere cuſtodes ne Chriſtus reſurgeret: aut diſcipuli venirent
de nocte ad furandū corpus eius, & dicerent plæbi, a mor-
tuis ſurrexiſſe. Et quomodo Chriſtus debebat reſurgere ad
gloriaȝ cuſtodibus remanentibus illuſis, & iudæis confuſis
& cæcis. Et quomodo Iudæi debebant corrumpere cuſto-
des pecunia: vt dicerent q̄ diſcipuli Chriſti eū furtiue ſuſtu-
liſſent. In qua obſtinatione & mendacio Iudæi erant mā-
ſuri vſq; ad conſummationem ſæculi. Et quomodo tanq̄
canes famelici bonis ſpiritualibus debent circuire ciuitateȝ
dei, & non intrare vſq; ad veſperā id eſt finem mūdi quan-
do omnes debent conuerti, & lumen veritatis cognoſce-
re. Quod præuidens Dauid in ſpiritu fecit hunc pſalmum.
Et hæc eſt materia principalis de qua eſt iſte pſalmus. Vn-
de ex titulo non habetur de neceſſitate, q̄ illa obſidio do-
mus Dauid ſit materia principalis huius pſalmi. Sed q̄ il-
la fuit materia ex qua & figuratiua: vnde Dauid ſūpſit oc-
caſionem faciendi hunc pſalmū: eo q̄ ibi præuidit in ſpiri-
tu myſteriū cuſtodiæ ſepulchri Chriſti, de quo loquitur in
hoc pſalmo. Et hæc eſt propoſitio quam aperit Dauid in
hoc pſalmo. Sed dicunt Iudæi, q̄ de vna materia non de-
bet eſſe niſi vnus pſalmus. Sed nos expoſuimus pſalmum
xv. & lvj. de reſurrectione Chriſti: ergo iſte non debet eſſe
de iſta eadem materia. Ad quod eſt dicendum: q̄ Iudęi lo-
quuntur tanq̄ cæci & obſtinati: nam dictum eſt q̄ Chriſtus
eſt finis legis, & ſe habet ad totam legem veterem ſicut
terminus ad viam, & ſicut punctus ad circūferentiam cir-
culi: ergo ſicut multæ viæ circunquaq; veniunt ad vnam &
eandem ciuitatem, & terminū, & multę lineæ ducuntur a
circunferentia circuli ad eundem punctum medium: ita
multifarię multiſq; modis olim locuti ſunt prophetæ de
vno & eodē Chriſto, & de myſterijs eius. Et ideo dicit Au-
guſt. contra aduerſariū legis & prophetarū, q̄ ſicut vna &
eadem ſcientia & ſententia eſt ſcripta per multas & diuer-
ſas linguas, & diuerſa idiomata: & vn⁹ & idē magiſter ex-
plicat vnā & eandē ſententiā per multa & diuerſa exēpla:
vt diſcipulus valet capere & intelligere: Ita vnū ſolū ſacri-
ficium altaris fuit, figuratū multis & diuerſis ſacrificijs in
veteri lege: & multi prophetę prenūciarūt vnū & eūdem
Chriſtū, & vn⁹ & idē ꝓpheta p mltas reuelationes p̄nūcia-
uit vnū & idē myſteriū de Chriſto & eccleſia ꝓpter altitu-
dinem tantoꝝ myſterioꝝ. Itē Chriſtus eſt vnicū pſalteriū
x. chordarū: vt dictū ē: ergo de ipſo Chriſto, & de vnaqua-
q; chorda ſiue myſterio potuit Dauid canere diuerſas cā-
tilenas, & pſalmos de reſurrectiōe, & de aſcenſione, & de
paſſiōe &c. ſcđm q̄ vnūqđq; myſteriū p̄uidebat per diuer-
ſas vias & myſteria. Ita etiā facit muſicus tēporalis & car-
nalis q cū vnico inſtrumēto cātat ifinitas cantilenas de ea-
dem pſona dilecta. Introduciť ergo Chriſt⁹ ad loquendū
in hoc pſalmo. in quo tria facit. Primo petit liberari & re-
ſurgere a mortuis. Secundo prædicit punitioneȝ tempora-

lē & ſpūalē Iudęoꝝ. Tertio agit gr̄as de ſua reſurrectiōe. Sēcūdū ibi: Intēde ad viſitādas. Tertiū ibi. Ego aūt cāta. Quātū ergo ad primū Chriſt⁹ petit liberari p reſurrectionē a ſepulchro cuſtodib⁹ obſeſſo, & circūdato, dicēs. O dn̄e pater eripe me de inimicis meis Iudæis: & de cuſtodibus ſepulchrū cuſtodiētib⁹, & eripe, & libera me ab iſurgētib⁹ Iudęis i me q putāt me nūq̄ āpli⁹ viuere nec reſurgere. & ſubdit.

## Eripe me de operantibus iniquitatem: & de viris ſanguinum ſalua me.

¶ Eripe me vniuerſaliter de oīb⁹ operantib⁹ iniquitatem ꝯtra me, tā Iudęis q̄ gētilib⁹: & ſalua me de viris ſanguinum homicidis & pc̄tōrib⁹, qui in meā necē cōſpirarunt. Et notāter dicit eripe: quia eripere idē eſt qd extra vel ab alio rapere. Et ſic Chriſtus fuit raptus, & ereptus de ſepuchro per reſurrectionē nō videntib⁹ nec ſentientibus cuſtodibus ꝓpter terrę motū magnū qui factus eſt hora reſurrectionis. Et reddit rationem ſuę petitionis dicens.

## Quia ecce ceperunt aīam meam: irruerunt in me fortes.

¶ Quia ecce. ſ. publice ceperunt aīaꝫ meā. i. vitā meā: quia vitā mihi abſtulerūt, & poſuerūt me in ſepulchro, & irruerūt in me fortes. i. milites fortes cū magno ipetu irruerūt in me ad cuſtodiendū ſepulchrū armati: & ſic i vita, & in morte irruerunt in me abſq; demeritis meis.

## Neq; iniquitas mea neq; peccatum meū dn̄e: ſine iniquitate cucurri & direxi.

¶ Nec iniquitas fuit aliqua mea neq; aliqđ pc̄m̄ meū: nā ſine iniquitate, & pc̄tō cucurri viam huius mūdi, & feci curſum meum, & conuerſatus ſum inter eos: & direxi, & inſtruxi, & docui eos viā dn̄i, & facere volūtatē patris mei. Et ſic neq; iniquitas mea: neq; pc̄m̄ talē meruit mortem.

## Exurge in occurſum meum & vide. & tu domine deus virtutum deus Iſrael.

¶ Exurge ergo o pater in occurſum meum & auxilium ſuſcita me a mortuis: qa tu exurgēdo in occurſum dādo virtutē, ego ſurgo inquātū hō: qa hūanitas recepit virtutē a diuinitate. & iō tu dn̄e de⁹ virtutū a quo eſt oīs virt⁹, & tu qui es de⁹ angelicaꝝ virtutū, & de⁹ Iſrl' vide & iudica inter me, & pſecutores meos: & da mihi bn̄ficiū reſurrectiōis poſtq̄ humiliaui meipm vſq; ad mortē crucis. Et tu dn̄e deus virtutū de⁹ Iſrl'. Hic incipit verſus & ſn̄ia ſequēs: in q̄ Chriſtus petit vltionē de Iudæis, & petit cōuerſionem gentiū. Nā cęcitas Iudæoꝝ in pte fuit cā cōuerſiōis gētiliū: nā poſtq̄ apl'i viderunt Iudæos obſtinatos: conuerſi ſunt ad viſitandas & cōuertēdas gētes. Dicit ergo. O dn̄e virtutum deus Iſrael.

## Intēde ad viſitandas oēs gētes: non miſerearis omnibus qui operantur iniquitatem.

¶ Intende ad viſitandas omēs gentes per p̄dicationē apoſtolorū & non miſererearis Iudęis operantibus iniquitatē: poſtq̄ ſe indignos fecerunt redemptione & verbo dei. & iō poſtq̄ auerſi ſunt a veritate, & lumine euangelico cōuertentur ad veſperam & tenebras, & cęcitatatem: & patiētur fameꝫ verbi dei & intelligentię vt canes: & circuibunt ſic ciuitatem eccl'ię, & per totum mundum. Nota q ly conuertanꝛ pōt dupliciter intelligi. Vno mōl'raliter: quia Iudęi p. xl. annos manſerunt in ſua prima obſtinatione poſt reſurrectionem Chriſti: ſed poſt tot ſtrages & cædes bn̄ nouerunt conuerſi in ſe, q hoc eueniebat eis in pœnam propter mortem Chriſti: ſed nō egerūt pœnitentiā immo māſerūt in ſua cęcitate. vnde dicit Ioſephus, q bn̄ cognouerūt q illa punitio fuit: aut propter mortē Ioannis Baptiſtę, aut ꝓpter mortem Chriſti: aut ꝓpter mortē Iacobi iuſti. Sufficit q ꝓpter mortē alicuius iuſti, & innocentis, & maxīe Ieſu Chriſti Nazareni. Et ideo dicit,

## Conuertentur ad veſperam & famem patiētur vt canes: & circuibunt ciuitatem.

¶ Conuertantur ad ſeipſos ad veſperā. i. ſero, & tarde poſt multas cędes, & iacturas, & cognoſcēt delictū ſuū, & patientur famē in illa obſidione, intantum q q̄dā mulier nobilis comedit filiū ſuum: vt ait Ioſephus: & vt canes famelici circuibunt ciuitatē: quia de die, & de nocte circuibant muros ciuitatis Hieruſalē cū cōtinuo timore vigilātes, ne ciuitas caperetur ab inimicis Romanis. Et hoc factuꝫ eſt dei iudicio: nā ſicut Chriſt⁹ iacuit i ſepulchro p. xl. horas: & per illas. xl. horas cuſtodierunt, & circuierunt ſepulchrum Chriſti: ita i pœnam peccati per. xl. annos paſſi ſunt ſeditionos, & iacturas, & miſerias inter ſe vſq; ad vltimā obſidionē Romanorum. Et ſic circuierunt ciuitatē, & muros eius ſicut canes famelici per. xl. annos, & datus eſt eis ann⁹ pro hora. Secūdo ly ad veſperā pōt intelligi pro cęcitate mentis: vt dictum eſt ſcꝫ Conuertenꝛ ad veſperā, & cęcitatē, & tenebras ignorantię: poſtq̄ noluerunt videre veritatem, & lumē euangelicū. Et patienꝛ famē ſpūalem bonoꝝ ſpūalium. ſ. intelligentiæ ſcripturę, & refectiōis ſacramentoꝝ: quia extra eccl'iam nō eſt ſalus, neq; ſpūalis refectio: & ſicut canes circuibunt ciuitatem eccl'iæ vſq; ad iudiciū: & nunq̄ intrabūt in eā: quia nō reperient portā ei⁹, q̄ eſt baptiſm⁹. Et circuibunt etiā ſacraꝫ ſcripturā: ſed nunq̄ intrabunt ad intelligentiā & veritatem eius: quia erūt cęci in nocte ambulantes, & ſic non reperiēt portā fidei, p quā intraꝛ ad itelligentiā veracē ſacrę ſcripturę. Tertio per ly veſperā pōt intelligi finis mūdi. q. d. nō cōuertantur vſq; ad finē mundi. i. ad veſperā mūdi viſa deceptione, & interitu miſerabili ipſius Antichriſti: quia tūc q̄ſi confuſi videbunt veritatem, & tunc reliquię Iſrl' ſaluę fiēt. Sed interiꝫ famem verbi dei & eccleſiaſticoꝝ ſacramentorum patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem eccl'iæ: & ſacræ ſcripturę. Sed per totum iſtud tempus nunq̄ intrabunt: quia vt cæci nō repererunt portam baptiſmi, per quam intratur ad eccl'iam: nec portam fidei, per quā patet introit⁹ ad intelligentiam ſacrę ſcripturę. Et hanc pœnam & punitionem patientur iuſto dei iudicio. Nam ſicut nō crediderunt Chriſtum reſurrexiſſe: ſed per apoſtolos corpus ei⁹ furtim eſſe ablatū: & ſic poſuerunt cuſtodes, qui obſiderent & circuirent ſepulchrū, & corruperūt eos pecunia: vt dicerēt, q diſcipuli corp⁹ Chriſti abſtuliſſent: ita ip̄i tanq̄ cęci, & famelici circuierunt ciuitatē eccl'iæ & ſacræ ſcripturæ nō valētes intrare, nec portā reperientes. Et vaganꝛ diſperſi & captiui p mūdū, vſq quo credāt Chriſtū reſurrexiſſe. qd imple bitur ad veſperā huius mundi. Vnde dicūt aliqui fideles q ſicut deus dedit quondā filijs Iſrael annuꝫ pro die: vt vagarentur, & circuirēt deſertum ꝓpter peccatū incredulitatis: & ſic vagati ſunt per. xl. annos, circūeundo per deſertū, nec aliquis eorum ingreſſus eſt terram promiſſā: niſi Caleph & Ioſue: ſed in fine. xl. annorum ingreſſi ſunt filij eorum. vt patet Nume. xiſ. Ita pariter deus dedit Iudæis poſt reſurrectionē Chriſti. xl annos. ſ. annum pro hora. Nam ſicut Chriſtus fuit obſeſſus in ſepulchro per. xl. horas: ita Iudęi circuibunt mundū famelici per. xl. q̄dragenas annoꝝ vſq; ad Antichriſtum: qui ſunt mille & ſex. C. anni. Alij dicunt q dedit eis Iubileū. l. annorum pro hora: & ſic eſſent. xl. Iubilei qui ſunt anni duo milia, & ſic dicūt iſti, q per ſpatiū. ij. miliū annoꝝ debent Iudæi circuire mundum vagantes cęci, vſq; ad Antichriſtum. Sed hoc dimittaꝛ diuinę volūtati. Sufficit q Iudæi cæci & famęlici vſq; ad veſperā mūdi circuibunt ciuitatē eccl'ię, & ſacræ ſcripturę vſquequo credant reſurrectionē Chriſti. Sed interim dum circumeunt ciuitatem diſperſi, & malitia occæcati maledicunt Chriſtuꝫ & chriſtianos in ſecreto. Ideo ſequitur.

## Ecce loquētur in ore ſuo: & gladius in labiis eorum: quoniam quis audiuit?

## Et tu domine deridebis eos: ad nihilum deduces omnes gentes.

¶ Loquentur in ore ſuo, & gladius maledictionis in labijs eorꝝ erit ſemp contra chriſtianos. Qm̃ quis audiuit? Et dicunt poſtea: quis nos audiuit? quaſi dicãt null⁹ audiuit nos dicere malũ: quia negãt coram gentib⁹ ſe maledicere: licet maledicãt i ſecreto. In Hebręo & litera Hieronymi habetur. Ecce redũdãt in ore ſuo gladij in labijs eorꝝ, quaſi nẽo audiat. Et tunc litera eſt clara: quia maledicũt in ſecreto, & non in publico: quaſi nemo audiat prę timore chriſtianorũ, ſub quorꝝ dñio degũt. Sed tu dñe deridebis eos: & ad nihilum deduces oẽs gẽtes Iudæorꝝ, qui talia dicunt & maledicũt: quia non audies maledictiones eorꝝ: immo cõuertes maledictiones ſup capita eorum. Et ſic ad nihilum deduces eos. Sed ego populus chriſtianus

## Fortitudinem meam ad te cuſtodiã: quia deus ſuſceptor meus deus meus: miſericordia eius pręueniet me.

¶ Fortitudinem meã ad te cuſtodiam: quia in te pono ſpẽ meã non timendo maledictiones eorꝝ: quia dum ipſi Iudęi & infideles circũeunt ciuitatem cęci & famelici ego ſum tutus itra muros ciuitatis eccl'iæ bene ſeptus fide, ſpe, & charitate, qui ſunt muri, & fortitudo huius ciuitatis. Ideo hanc fortitudinẽ meã ad te cuſtodiaꝫ. q.d. ſub hac fide, & ſub his muris volo cuſtodiri & tutari: & etiam hos muros, & hanc fortitudinem volo cuſtodire, & ſeruare, & pro hac mori, ſicut in baptiſmo promiſi: quia tu es ſuſceptor me⁹, & me ſuſcepiſti in hac ciuitate per baptiſmum. & ſicut mĩa tua p̃uenit me in baptiſmo: quia non meis meritis ſaluaſti me, ſed meritis tuæ paſſionis: ita deinceps mĩa tua, & gratia prędueniens præueniet me, ne perdam fideꝫ, & ne cadã in pc̃m̃: ſine qua miſericordia & gratia nemo põt ſtare ne cadat: & ſi homo ceciderit ſine eadem mĩa & gratia p̃ueniente volũtatem nemo põt ſurgere. q.d. p̃uenias me per mĩaꝫ, ne pdã fortitudinem & gratiam, & fidem, quã ex tua miſericordia ſuſcepi. Ex his oſtendit propheta ꝙ nõ ex proprijs meritis ſaluamur, nec venimus ad fidem: ſed ex ſola dei mĩa præueniente & ſubſequente, & perficiẽte, quam Iudęi nõ poſſunt habere. Agamus ergo gratias & dicamus. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſciẽtiæ dei: q̃ incõpræhenſibilia ſũt opera, & iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Ex hac auctoritate probat Aug. contra Pelagianos in libro de pfectione iuſtitię hois, & in cæteris, ꝙ nemo põt vitare pc̃m̃: nec ſurgere a pc̃õ, niſi p̃ueniatur p gratiã & miam dei: qua volũtas eius adiuuetur ad reſiſtendum & ad ſurgendum: q̃ dicit̃ grã p̃ueniens. Iſta eadẽ eſſe poſſũt verba Chriſti in capite: vt dicat. Licet Iudęi maledicant & negent me reſurrexiſſe: tñ ego cuſtodiam ad te fortitudineꝫ meã. i. in te ponã totam ſpem meam: & ſpero O pater quia tu ſuſcitabis me: quia tu es deus meus. Et miſericordia eius. ſ. patris p̃ueniet me reſuſcitando. & ſic iſta poſſunt dici in perſona capitis & membrorum.

## Deus oñdit mihi ſup ĩimicos meos: ne occidas eos: nequãdo obliuiſcantur populi mei.

¶ Quia ſuperius dixit ꝙ Iudęi tanq̃ canes circuibunt ciuitatẽ vſqꝫ ad Antichriſtuꝫ: hic reddit cauſam & dicit ꝙ ideo deus permittit eos viuere & non vult totaliter eos deſtruere: prĩo qa in fine filij eorꝝ cõuertent̃: ſc̃do vt ſint in ſignum & oſtenſionẽ, & memoriã paſſionis Chriſti: vt oſtendamus ad digitum ſucceſſores crucifixorꝝ Chriſti in memoriaꝫ. Dicit ergo Chriſt⁹: Deus pater oſtendit mihi punitioneꝫ ſuper ĩnimicos meos Iudæos: ſed rogo pater ne totaliter occidas, & deleas eos de terra: ne qñ. i. aliqñ ppl̃i chriſtianorꝝ obliuiſcant̃ paſſionẽ meã: ſed quotidie videant, & oſtendere poſſint ſucceſſores crucifixorũ meorꝝ in eorꝝ damnationem & confuſionem, & i cõfirmationẽ ppl̃i mei: ergo non occidas eos. ¶ Nota ſec̃dũ Aug. ꝙ duplici ex cauſa permittit de⁹ Iudęos viuere. Primo in memoriam ſuę paſſionis: prout hic tangitur in textu. Sc̃do vt baiulent nobis codices vete. leg. & ſeruent eos nobis ad confuſionem ipſorum: quia ſuiſmet libris conuincimus eos. Et hanc tangit Aug. in ſermone de Epiphania. Nam Iudęi moderni ſunt imitatores illorum, qui informarunt Herodẽ, & magos per ſcripturas vbi Chriſtus naſceretur, & remiſerunt eos in Bethleem ad Chriſtuꝫ adorandum. ſed ipſi noniuerunt ad Chriſtum. Dicit ergo. ne occidas eos: ſed

## Diſperge illos in virtute tua: & depone eos protector meus domine.

## Delictũ oris eorũ ſermonẽ labiorũ ip̃orum: & comprehendantur in ſuperbia ſua.

¶ Diſperge illos p mundũ in tua virtute, & vagentur, & circumeant p mundum vagi, & depone eos de regno & ſacerdotio O deus ꝓtector meus. Et ſic priuati regno & ſacerdotio vadãt diſpſi p mundũ: vt chriſtiani vidẽtes eos recordẽtur meę paſſionis. Et depone etiã, & confunde, & annilula delictũ oris eorꝝ. ſ. ſermonẽ falſũ labiorꝝ ipſorꝝ qui dicũt me nõ reſurrexiſſe: & cõphẽdant̃, & cõuincant̃ in ſupbia ſua tã q̃ mendaces, & confuſi, cũ videãt fidẽ gentiliũ de mea reſurrectione: & videant miracula manifeſta in die Pente. q̃ cõfirmabunt meam reſurrectionem.

## Et de execratione & mẽdacio annunciabuntur in conſummatione in ira conſummationis: & non erunt.

¶ Sic annũciabunt̃. i. arguent̃, & cõuincent̃ de mẽdacio & blaſphemia in conſummatiõe. i. finaliter conuincent̃: & cõuincentur in ira cõſummatiõis. i. vſqꝫ ad conſummationẽ, & deſolationẽ, & non erũt ampli⁹ i regno, nec ſacerdotio, nec in grã: ſed in captiuitate: vel etiã perſeuerabunt vſqꝫ ad iraꝫ conſummationis. i. vſqꝫ ad diem iudicij quidam eorꝝ: & nõ erunt amplius in hoc mundo.

## Et ſcient quia deus dominabitur Iacob & finiũ terrę.

¶ Tunc cũ viderint Chriſtũ venientẽ ad iudiciũ cum ptãte magna, & maieſtate: ſcient & cognoſcent, quia deus & dñs Ieſus Chriſtus dñabit̃ Iacob & finiũ terræ: quia cognoſcent in eo vniuerſalem poteſtatem. & tunc

## Conuertentur ad veſperam: & famẽ patientur vt canes: & circuibunt ciuitatem.

¶ Conuertent̃ & deſtruentur ad veſperam & tenebras inferni, & ibi patient̃ famẽ gl'iæ inęternum, & circuibunt ciuitatem inferni pœnas patiendo.

## Ipſi diſpergentur ad manducandum: ſi vero non fuerint ſaturati & murmurabunt.

¶ Ibi diſpergent̃ ad manducandũ: ſed quia nunq̃ erunt ſaturati, nec guſtabũt bona ſpũalia glorię, ideo murmurabũt cõtra deũ & blaſphemabũt. Sed forſan meli⁹ ẽ vt ly ſciẽt referatur ad tempus Antichriſti ante iudiciũ. Nã cum viderit manifeſtã deceptionẽ, & interitũ miſerabilẽ Antichriſti tũc ſcient & cognoſcẽt, ꝙ Chriſtus fuit verus Meſſias & dñabit̃ Iacob & finiũ terrę: & tunc Iudæi illuſtrati veritate fidei cõuertent̃ ad veſperũ, & finẽ mũdi. i. in fine mũdi. Sed interiꝫ vſqꝫ ad illud tẽpus patient̃ famẽ bonorum ſpũaliũ: ſicut canet patiunt̃ famẽ corporalẽ: & ſic circuibunt ciuitatẽ eccl'ię, & ſacrę ſcripturę, & non poterũt intrare vſqꝫ ad illud tempus: vt dictum eſt: ſed diſpergentur per mundum ad manducandum bona ſpiritualia in lege promiſſa. Sed quia nunquaꝫ attingent pro illo ſtatu: quia non fuerint ſaturati,

ideo murmurabũt ſemp & blaſphemabunt. Itẽ diſpergenſ
.i. ſcd͂s lr̃as Hieronymi vagabuntur ipſi Iudęi hodie p mun
dũ ad mãducandũ cibos legales:qui quidẽ cibi legales nõ
poſſunt ſaturare aiam:ideo Iudæi,quia ſe vident non ſatu
ratos talibus cibis:quia non habent talẽ virtutẽ ſicut ſacra
menta no.leg.iõ cõtinue murmurant expectando falſum
Meſſiã: qui liberet eos,& ſatiet bonis in lege promiſſis. Et
ſic circũeunt ciuitatẽ dei,& nunq̃ intrant,nec attingunt finẽ
tioribus terrę:& partim mori in ore gladij:& partim duci captiui in prædam vulpium,ſcilicet Philiſtinorũ.Et ſic dicunt Hebræi ꝙ Dauid fecit hunc pſalmũ dum eſſet in deſerto Iudęę in tali penuria.In quo pſal.prio explicat deſiderium ſuũ veniendi in proſperitatẽ regni & copiam bonorum temporalium ſibi promiſſam.Et in ſecunda parte pſalmi,ſcilicet Ipſi vero in vanum quæſierunt &c.prædicit miſerabilem exitũ ipſius Saul & ſuorum in montibus Gelboe,prout ſibi fuerat reuelatum.Et ſic literaliter exponũt Hebræi moderni iſtum pſalmum.Sed licet iſta fuerit materia occaſionalis & figuratiua,vnde motus eſt Dauid ad faciendum iſtũ pſalmum:tamen non eſt iſta materia pręciſa nec eſt ſiſtendum in ea:quia aliter non pertineret ad ſacrã ſcripturam.nec iſte pſalmus cantaretur in eccleſia in laudibus omniũ diuinoꝝ officiorum poſt matutinas quotidie:niſi contineret aliquod ſacramentũ de Chriſto & eccleſia vt ſuperius dictum eſt.Et ideo eſt dicendum ꝙ verum eſt ꝙ Dauid paſſus eſt illam inopiam & penuriam in deſerto Iudęę,& facta fuit ſibi illa ſupradicta reuelatio de proſperitate & abundantia ſui regni & de miſerabili exitu ipſius Saul & ſuorum.Sed protunc non fecit pſalmum iſtũ:ſed poſtea dum fuit in proſperitate & quiete in domo ſua & regno,& propoſuit ampliare diuinum cultum:tunc enim frequenter memorabat & in mente voluebat perſecutiones quas paſſus fuerat:& etiam aliquas reuelationes quas non totaliter intellexerat:& tũc in illa quiete & meditatione illuminabatur & erudiebatur a ſpiritu ſancto de futuris ſacramentis Chriſti & eccleſiæ:& ſic condebat pſalmos prout in illis geſtis pręteritis ſcilicet aduerſitatibus & proſperitatibus preuidebat in ſpiritu perſecutiones Chriſti futuras & eccleſię:& exaltationem regni eiuſdem:& ſic cõdebat pſalmos de Chriſto & eccleſia.Et ſic ergo eſt dicendum ꝙ Dauid dũ eſſet iam in ſua quiete & contemplatione meditando illam penuriam quam paſſus fuerat in deſerto Iudęæ et meditãdo reuelationẽ ſibi factã de regno ſuo & proſperitate futura,& de miſerabili exitu Saul & ſuorum:& cum vidiſſet totum illud iam fuiſſe impletum in eo:tunc in tali meditatione fuit multipliciter illuminatꝰ & eruditus a ſpiritu ſancto:qualiter totum genus humanum erat in maxima penuria bonorum ſpiritualiũ poſtq̃ fuerat electum ab illa abundantia & felicitate paradiſi terreſtris:& quomodo per Chriſtum debebamus recuperare maiorem abundantiã bonoꝝ ſpiritualiũ in hac eccleſia per gratiam ſacramentoꝝ & donoꝝ:& in alia per gloriam.& pręuidit etiam perſecutiões eccleſię in capite & membris & miſerabilem exitũ Iudæoꝝ Chriſti perſecutorũ:& etiam tyrãnorum & aliorum eccleſiæ perſecutorum.Et de his fecit hũc pſalmũ:in quo tria facit.Nam primo explicat deſiderium eccleſiæ bonorum ſpiritualium & gratię ante Chriſti aduẽtum.Secundo explicat reuelationẽ & promiſſionẽ ſibi factam de copia & refectione bonoꝝ ſpiritualiũ per aduentum Chriſti.Tertio prædicit miſerabilẽ exitum & interitũ perſecutorum Chriſti & eccleſiæ.Secundũ ibi.Sic in ſancto apparui tibi.Tertiũ ibi.Ipſi vero in vanũ. ¶ Quantum ad primũ dicit Rabi Hacados & multi hebræorum ꝙ ventus aquilonaris itrabat per feneſtrã & mouebat chordas pſalterij,& ad ſonum chordarũ excitabatur Dauid ante auroram:& tunc ſpiritus ſanctus replebat mentem eius & erudiebat ipſum de his quæ contemplatus & meditatus fuerat in lecto & ſtrato ſuo ex parte noctis.Et ſic cõdebat pſalmos de futuris myſterijs profundiſſimis.Et ſic ante lucem diei ſurgebat ad conficiendos pſalmos ad laudem dei.Dicit ergo Dauid in perſona totius eccleſię.O deus omnium per creationem:& deus meus per ſpiritualem cultum:ego excitatꝰ a ſpiritu ſancto vigilo de luce:id eſt de diluculo & aurora ad laudandũ te.Et cauſa & ratio quare ego de mane ſurgo & vigilo ad laudandum te:eſt quia anima mea et caro mea exiſtens ſupple in hac terra deſerta & inuia & inaquoſa & ſterili omnium bonoꝝ ſpiritualium,ſitiuit in te q̄ multipliciter:id eſt valde & multipliciter deſiderauit peruenire ad te Chriſte.In quo expectat multipliciter refici et reconciliari & reſtaurari per paſſionem & reſurrectionem tuam & multiplicia eccleſiaſtica ſacramenta.Vnde notanter dicitur,in terra deſerta & inuia & inaquoſa.Nam iſta vallis lachrymarũ in qua fuimus exules & relegati a facie domini erat primo deſerta conſortio angelorum,& erat inuia ante Chriſti aduẽtũ:quia lex Moyſi non deducebat ad perfectũ de ſe,nec poterat nos in gloriam introducere:& erat inaquoſa:quia erat ſterilis ex inopia gratiæ ſacramentorũ:quia de ſe non poterat iuſtificare.vt patz per totũ diſcurſum epiſtolę ad Romanos,& Galatas,& Hebræos.Et ſic aĩa exiſtẽs in hac terra deſerta & inuia,inaqnoſa & ſterili bonoꝝ ſpiritualiũ ſitiebat & deſiderabat peruenire ad Chriſtũ,vt in eo reficeretur.Secundo notanter dicitur,ſitiuit q̄ multipliciter anima:& caro mea:quia genꝰ humanum non ſolum expectabat refici per Chriſtũ quantũ ad animã:ſed etiam quantũ ad corpus.Nam quantũ ad animam primo expectabat refici multiplicibus bonis ſpiritualibus & liberari a multiplicibꝰ miſerijs.Nã per baptiſmũ expectabat liberari ab originali & refici gratia,& fide,& ſpe,& charitate.Et p confirmationẽ ſeptẽ donis ſpiritus ſancti repleri.Et per pœnitentiã a mortali liberari:& in gratiam reduci:& p euchariſtiã multipliciter refocillari & deo vniri & viuere.Quantũ vero ad corpus expectabat per reſurrectionem Chriſti ab omibus miſerijs & pœnalitatibꝰ corporalibus liberari,& imortale & glorioſum corpus recuperare:& ſic anima & caro noſtra ſitiebat multipliciter venire ad Chriſtũ:quia omnibus iſtis bonis carebat exiſtens in illo ſtatu & in illa terra deſerta & inuia & inaquoſa.Vnde illi in illo ſtatu omia iſta deſiderabant quantũ ad gratiam per aduentũ Chriſti:& etiam quantũ ad gloriã.Et ſic omnia iſta adepti ſunt ſancti patres per aduentũ Chriſti.Nam forſan Dauid & multi ſanctoꝝ patrum ſimul ſurrexerũt cũ Chriſto,vt dictum eſt pſalmo.lvj.Nos autem quia iam recepimus iſta bona ſpiritualia quantum ad animam,quo ad gratiã:tamen adhuc ſitimus & deſideramꝰ omnia iſta quo ad corpus & animam per gloriam futuram:quia bona gratię huius ſtatus,ſignificant & pariunt bona gloriæ in futuro,& ſicut bona tẽporalia legis veteris ſignificabant bona gratię huius ſtatus:ita bona gratię huius ſtatꝰ,ſignificant bona glorię in patria ſuperna nobis p iſta bona gratię pmiſſa:vt dictũ eſt pſal.xxij.Sic in ſctõ apparui tibi. ¶ Hic incipit verſus & ſententia in hebræo & trãſlatione Hieronymi:& eſt ſecunda pars in qua explicat promiſſionem & reuelationẽ ſibi factam de copia bonorũ ſpiritualiũ in hac eccleſia per gratiã & in ſuperna per gloriam.Vnde nota ꝙ Dauid excitatus a ſpiritu ſancto frequenter ſurgebat a lecto & intrabat tabernaculum dei:quod tetenderat iuxta domũ ſuam:& ibi in illo ſanctuario orabat,& cõtemplabat diuina myſteria & beneficia ſibi collata,& ibi apparebat ſibi ſpiritus ſanctus & videbat deũ in ſpiritu:& ſic erudiebat de futuris myſterijs:& ſic condebat pſalmos.Et ideo dicit Dauid.O domine ſic & taliter apparui tibi in ſancto:id eſt in ſanctuario & ſancto tabernaculo vt viderem gloriam tuam.Litera Hieronymi eſt magis clara,quę dicit ſic.In ſanctuario vidi te,vt viderem virtutẽ tuam & gloriã tuam.Ex quo patet,ꝙ Dauid vidit deũ in ſpiritu & per reuelationem factam in tabernaculo & ſanctuario dei:intantum vt per illam viſionem & reuelationẽ Dauid videret in ſpiritu virtutem Chriſti futurã,& gloriã & copiam bonorũ quam Chriſtus nobis erat daturus.

Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas:labia mea laudabunt te.

¶ Dicit Dauid: ego vidi in illa viſione, quoniã miſericordia tua O Chriſte, eſt melior ſuper oẽs vitas huius mundi: id eſt q̃ vita vegetatiua & ſenſitiua. Sed hic ponitur vitas in plurali: quia per vitas intelligit omnes cibos & potus & refectiones corporales quę faciũt ad vitã corporalem corporis. quaſi dicat: ego noui in ſpiritu: ꝙ meliores ſunt cibi & potus ſpirituales quos nobis debes dare per miſericordiam & paſſionem & reſurrectionem tuam q̃ omnes cibi & potus & refectiones corporales huꝰ mundi: quia illi ſunt cibi gratiæ & gloriæ q̄bus totus homo quo ad corpꝰ & animam viuet in æternum: ſicut dixit Chriſtus Samaritanæ. Qui bibet hanc aquam non ſitiet inęternum. Ioannis.iiij. Item Ioannis.vj. Qui manducat hunc panem viuet inęternum. Ideo ſequitur. Quia tu dabis mihi iſtos cibos ſpirituales meliores ſuper omnes vitas & cibos corporales: ideo labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.

¶ Semper benedicam te in hac vita mea agendo gratias: et leuabo manus meas in nomine tuo. id eſt inuocabo nomen tuum quod eſt Ieſus: in quo expecto ſaluari & conſequi omnia bona ſpiritualia ſupradicta.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum.

¶ Anima mea replebitur omnibꝰ illis bonis ſpiritualibꝰ: ſicut corpus repletur adipe & piguedine corporali & cibis pinguibus corporalibus. Naꝫ iſta bona ſpiritualia pinguefaciunt animaꝫ & corpus pinguedine gratiæ & glorię. Et ſic os meum tunc laudabit te labijs & cantibus exultationis & gratiarum actionis hic per gratiam & in futuro inæternum per cantum glorię.

Sic memor fui tui ſuper ſtratum meum: in matutinis meditabor in te: quia fuiſti adiutor meus.

¶ Sic etiam memor fui tui: id eſt memor ero tui O deus in hac eccleſia militanti: & memoriam agam ſuper ſtratum, id eſt lectũ meũ meditando & contẽplando beneficia recepta et etiam in ſtratu genibus flexis orando. Etiam meditabor in te in matutinis: quia ſurgam ante lucem ad confitendum nomini tuo & laudes tuas decantandum, agendo gratias quia in omnibus fuiſti adiutor meus: quia non ſolum me a peccato redemiſti: & a fame & miſeria liberaſti: ſed etiam ſupradictos cibos gratiæ & gloriæ tribuiſti. Et ſic

Et in velamento alarum tuarum exultabo: adhæſit anima mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.

¶ Ego exultabo me eſſe protectum in velamẽto alarum tuarum & ſub protectione miſericordiæ tuę: & exultabo quia anima mea relictis cerimonijs legalibꝰ & relictis idolis adhęſit & ambulauit poſt te: & tuæ legi & præceptis ſe ſubiecit: & quia dextera tua & miſericordia me ſuſcepit & vocauit ad fidem & eccleſiam & ad veniã & etiam ad gloriam in futuro.

Ipſi vero in vanum quæſierunt animam meã introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladii: partes vulpium erunt.

¶ Hic prædicit miſerabilem exitum perſecutorum Chriſti & eccleſiæ. Nam primo de Iudæis qui occiderunt Chriſtum fuerunt factę tres partes. nam quidã abſcondebãtur per ſpelũcas vt ait Ioſephꝰ: de quorũ fuit numero ipſe vnꝰ eum. CCCC. ſecunda pars fuerunt mortui. alia pars fuit ducta & diſperſa in captiuitatem per mundum. Ideo ait Dauid in perſona Chriſti & eccleſię. Ego ago gratias quia me ſuſcepit dextera tua, me i capite a mortuis ſuſcitando, & in membris a perſecutoribus liberando. Vero pro ſed ipſi: ſcilicet Iudęi Chriſti crucifixores in vanum quęſierunt animam & vitam meam delere & annihilare: quia reſurrexi in capite, & liberatus ſum in membris: & ſic ipſi manſerũt confuſi. Sed punitio eorum erit tripertita. nam quidaꝫ eorum introibunt in inferiora terrę per ſpeluncas ſubterraneas latendo & fugiendo diuinam vindictam factam per Romanos, & quidam erunt in manu & poteſtate gladij: quia decies centena milia mortui ſunt, vt ait Ioſephus, in illa ſtrage & obſidione Hieruſalẽ, & Galilęę, & Iudęę, & quidam erunt partes, & ſortes, & portiones in prædã vulpium, id eſt Romanoꝝ. gentes enim armorũ dicuntur vulpes: quia omnia deuorant. Eadem perſecutio fuit facta de tyrannis gentilibus, vt legitur in eccleſiaſtica hyſtoria: qui miſerabiliter moriebãtur: & ſic introierunt in inferiora terrę id eſt ad infernum quo ad animã, & ceciderunt in manu gladij per bella inteſtina: & ſic cadauera eoꝝ fuerũt partes & cibi vulpiũ, & luporum, & canum, & aliarum ferarũ. Etiam iſta pars Iudęoruꝫ dicuntur vulpes: quia fallaces ex vſura rapinaꝗ viuẽtes & doloſi. Iſti ergo perſecutores Chriſti ſic punientur vt dictum eſt.

Rex vero lætabitur in deo: laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.

¶ Vero pro ſed: Rex Chriſtus lętabitur in deo patre ſedẽdo a dextris eiꝰ in gloria: & oĩes chriſtiani fideles qui iurant in eo: id eſt qui promiſerunt in baptiſmo fidẽ, ſpem, & charitatẽ ipſi Chriſto & profitentur legẽ euangelicaꝫ & Chriſtum eſſe verũ deũ & Meſſiam, laudabuntur & a deo acceptabuntur hic per gratiam & in futuro per gloriam: & non ſolum laudabuntur a deo: ſed etiam ab hominibus. Iudęi vero per oppoſitum & cęteri infideles vituperabuntur & confundentur cũ viderint Chriſtũ reſurrexiſſe & vniuerſaliter regnare, & fideles laudabuntur & gloriabũtur: quia os gentiliũ & Iudæoꝝ loquentiũ iniqua cõtra Chriſtum & eccleſiam eſt obſtructũ & obtuſum prę confuſione cũ viderint proſperitatem Chriſti & eccleſię. Vnde nota ꝙ non dicit, omnes qui iurant per eũ: quia vt ſic non ſemper eſt laudabile: ſed dicit omnes qui iurant in eo: quia in baptiſmo & profeſſione fidei Chriſti non iuramus per eum ſed in eo: quia in eo ponimus ſpem noſtrã & fidẽ, & renunciamus mũdo & diabolo. Et nota ꝙ iſte pſalmus ſemp cantatur in laudibus matutinis: eo ꝙ Dauid ꝓphetice ꝓmittit in hoc pſalmo in perſona eccleſię ſurgere ante lucem & in matutinis laudare deũ pro gratiarũ actione de beneficijs gratiæ & gloriæ per Chriſtum nobis collatis.

EXaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam.

¶ Titulus, In finem pſalmus Dauid. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hunc Pſalmũ dirigens nos in Chriſtum qui eſt finis legis. Sed de materia huius pſalmi dicit Rabi Salomon: ꝙ Dauid pręuidens in ſpiritu preſſurã Danielis quãdo poſitus eſt in lacu leonum fecit hunc pſalmuꝫ in perſona Danielis deprecantis deum vt ipſum liberaret de lacu leonum. Et ſic non ſolum Rabi Salo. ſed etiam quidã catholici ſequentes eum exponunt hunc pſalmũ ad literam de illa liberatione Danielis de lacu leonum. Sed qui bene vult contemplari diſcurſum huꝰ pſalmi poterit videre qualiter talis literalis expoſitio eſt inepta & extorta & valde diſſona literę huius pſalmi. Item talis expoſitio facit iniu

riam prophetę Dauid, abſcondendo & contemnendo theſaurũ abſcõditũ: immo explicatũ in hoc pſalmo: in quo ꝓphetice prędicitur cõfuſio & cæcitas populi Iudaici in coniuratione facta contra necẽ Chriſti: prędicitur etiam ſublimitas ſcientię apoſtoloꝝ. ❡ Ad cuius intelligentiam eſt aduertendũ ꝙ Dauid contẽplando coniurationes quã fecit Saul cũ Abner, & Doech, & cæteris ęmulis contra Dauid, pręuidit in ſpiritu qualiter conſiliũ ſacerdotũ & ſcribarum & phariſæoꝝ debebat conſpirare contra Chriſtum, vt ipſum morti traderent putantes totaliter ipſum delere de terra: ne perderent regnũ & ſacerdotiũ. Sed contrarius eis euenit. nã Chriſtus reſurrexit & regnauit generaliter ꝑ vniuerſum orbẽ: & ipſi perdiderunt ſceptrũ & ſacerdotium & ciuitatẽ: & fuerunt diſſipati & diſperſi. Et manſerunt cõfuſi & cæci in intelligentia ſacræ ſcripturę, vt dictũ eſt pſal. ij. Hoc ergo pręuidens Dauid in ſpiritu fecit hunc pſalmũ. In quo duo principaliter facit. Nam primo prædicit in pſona Chriſti per modũ orationis confuſionẽ & cęcitatẽ Iudęorũ quæ accidit eis in coniuratione facta contra Chriſtũ ex malitia & ſuperbia. Secũdo prędicit & explicat altitudinem ſcientię apoſtoloꝝ in ſacris ſcripturis intelligendis: quã adepti ſunt ex humilitate & obediẽtia. ibi Sagittę paruuloꝝ. ❡ Quantũ ad primũ quia Chriſtus introducitur ad loquendũ, tria facit. Primo petit liberari ab iniquo conſilio & malipolio Iudæoꝝ facto contra Chriſtũ. Secũdo explicat iniquũ conſiliũ & coniurationes factã contra ipſum. Tertio ꝑdicit confuſionẽ & cęcitatẽ Iudæoꝝ ex eorũ malitia perpetratã. ij. ibi. Quia exacuerũt. iij. ibi. Scrutati ſunt iniquitates. ❡ Quãtũ ad primũ dicit Chriſtus ad patrẽ. O pater deus Exaudi orationẽ meã cum deprecor in horto & in cruce. Et primo rogo vt paſſio mea ſortiatur effectũ ſuũ ſcilicet vt recipias eam in pretiũ pro toto genere humano redimendo a perpetua captiuitate & morte. Et eripe animã meã: id eſt vitã meã a timore inimici populi iudæorũ, me reſuſcitando de morte ad vitã: & etiã eripe animã meã: id eſt eccleſiã. Primo a timore inimici diaboli. Secundo a timore inimici cœtus Iudeoꝝ & tyrannorum.

Protexiſti me a conuentu malignantiũ: a multitudine operantium iniquitatem.

❡ Protexiſti. i. protege me a conuentu Iudęoꝝ malignantium. i. a coniuratiõe & malipollo eorum: & a multitudine Iudæoꝝ & tyrannoꝝ operantiũ. i. machinantiũ iniquitatẽ contra me. & ponitur pręteritũ pro futuro ſiue imperatiuo vt frequenter fit in hoc lib. ❡ Deinde cum dicit,

G

Quia exacuerunt vt gladium linguas ſuas: intenderunt arcum rem amaram: vt ſagittẽt in occultis immaculatum.

Subito ſagittabunt eum & non timebunt: firmauerunt ſibi ſermonem nequam.

❡ Explicat iniquũ conſiliũ & coniurationẽ factam contra eũ dicens. Dñe protege me a conſilio Iudęoꝝ malignantium: quia oẽs fuerunt congregati contra me: & exacuerunt vt gladiũ linguas ſuas contra me: & intenderunt arcũ rem amaram. i. mortẽ & falſum teſtimoniũ cogitarũt, quaſi dicat: ꝙ ſicut ſagittarius intendit arcũ & mittit ſagittam contra inimicum aut contra feram: ita Iudæi intenderunt arcũ iniquitatis & malitię contra me, rem amarã. i. falſum teſtimoniũ: vt ſagittent. i. ſagittarẽt me immaculatũ & purum & innocentẽ. has ſagittas falſi teſtimonij & mortis miſerunt contra me in occultis & in abſcondito: quia me abſente tractabant meã mortes. Et ſicut mors huius iuſti fuit perpetrata in occultis: ita etiã in breui tempore: quia in die mercurij fuerant congregati in occulto & ſecreto ante dies paſchæ ne forte tumultus fieret in populo: ſed in die iouis fuit captus, & in die veneris crucifix⁹. Ex quo patet ꝙ ſubito & repente ſagittabant iſtum immaculatũ & iuſtũ: & nõ timebant deum nec mundũ in tam ſceletata & iniqua ſententia data cõtra hominẽ iuſtũ ſine peccato. & ſic abſ<sup></sup>ꝗ dei timore iſti iniqui firmarunt ſibi adinuicẽ ſermonẽ & conſilium & ſententiam nequam & iniquam. Et iſti iniqui

Narrauerunt vt abſcõderent laqueos: dixerũt quis videbit eos.

❡ Narrauerunt. i. cogitauerũt vt abſconderent & pararẽt laqueos contra Chriſtũ, vt caperẽt ipſum & dixerunt inter ſe, quis videbit eos? quaſi dicant: nullus poterit ſcire nec videre laqueos quos paramus contra iſtum hominẽ. Et ſic inopinate capiemus eum, nec poterit euadere manus noſtras: nec etiã aliquis poterit videre intentionẽ noſtrã: quia putabit populus ꝙ ex zelo legis occidimus iſtũ hominem qui agit contra legẽ. Tunc ergo Iudęi acuerunt vt gladiũ linguas ſuas contra Ieſum: quando congregati ſunt in conſilio & dixerunt. hic homo multa ſigna facit: ſi dimittimus eũ venient Romani & tollẽt locũ noſtrũ & gẽtẽ: meli⁹ eſt vt vnus homo moriatur pro populo. Item tũc etiam acuerunt linguas contra Ieſum quando dixerunt ipſum eſſe voracẽ et potatorem. Et quando dixerunt Pilato crucifige crucifige eum, dicentes euꝫ inimicũ Cęſaris & ſeditioſum & legis violatorem. Item tunc intenderunt arcum in rem amarã quando coniurauerunt in necem eius. & tunc in occultis ſagittarũt eũ quando congregati ſunt in atrio principis ſacerdotũ: vbi vocarũt eũ blaſphemũ: & alapis ceciderũt & opprobrijs affecerũt & irriſerunt. Sed tunc in occulto & ſecreto fatigarũt eũ quando in die mercurij de eius nece tractarunt & Iudę pecunias ſe daturos promiſerũt. & tunc firmarunt ſibi ſermonem nequã quãdo falſa teſtimonia cõfinxerũt & corã Pilato dignũ morte accuſarũt. & tũc narrauerũt vt abſcõderẽt laqos quãdo occaſiones mortis Chriſto parauerũt: & ipm capere in ſermone cogitarũt dicẽtes. Si licꝫ dari ſenſum cæſari an nõ. Matth. xxij. Deinde cum dicit.

Scrutati ſunt iniquitates: defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.

❡ Prędicit confuſionẽ & cęcitatẽ Iudæorum quam ex malitia & ſuperbia ſibijpſis perpetrarũt. Ad cuius intelligentiam eſt notandũ ꝙ Iudæi ſicut ex triplici iniquitate cõſpirauerũt in necẽ Chriſti: ſcilicet ex inuidia, & odio, & præſũptione: ita pariter incurrerũt triplicẽ pœnã. ſ. cõfuſioneꝫ, & captiuitatẽ: & cęcitatẽ mentis. Vnde Iudęi ſi depoſuiſſent inuidiã & odiũ: ante oculos bene potuiſſẽt cognoſcere ꝑ bona opera & miracula Chriſtũ eſſe Meſſiã in lege ꝓmiſſuꝫ. Item hoc idem potuiſſent cognoſcere ſi cũ charitate & humilitate inſpexiſſent ſcripturas: ſed malitia occęcati nõ perſcrutati ſunt ſcripturas niſi eas quæ pro eis faciebant, falſo interpretando: & trahendo eas ad ſuum malũ propoſitum, ſcilicet ꝙ violator ſabbati debet morte puniri: ſed noluere intelligere quomodo ſanare infirmos non eſt violare immo ſanctificare ſabbatum, cum ſit opus miſericordiæ. Et ſic Iudęi in ſcriptura non ſcrutabantur iuſtitiã & veritatẽ ſed iniquitatẽ. & ideo ſcrutantes cum tali iniquitate defecerunt in ſcrutinio. Iteꝫ ſi inueſtigaſſent & ſcrutati fuiſſent ſcripturas cũ charitate & hũilitate: reperiſſent qualiter Chriſtus erat ille propheta quẽ deus promiſerat Moyſi Deutero. xviij. Prophetã ſuſcitabo de medio fratrũ tuorũ ponã verba in ore eius: loqueturꝗ ad eos quecũꝗ dixero ei. Et ſic poterant cognoſcere ꝙ ex parte dei loquebatur & ꝙ Moyſes de Chriſto locutus fuerat. Itẽ ſi cum humilitate ſcrutati fuiſſent ſcripturas: reperiſſent qualiter Chriſtus non ſolũ debebat eſſe filius dei: ſed ꝙ ipſe eſt deus, vt patet per oẽs prophetas & per miracula quib⁹ poterãt cognoſcere Chriſtũ eſſe Meſſiam in lege ꝓmiſſum. Ideo di-

xit eis Chriſtus.Ioan.v.Scrutamini ſcripturas quia illę teſtimoniū perhibēt de me:& Moyſes de me locutus eſt. Et ideo quia Iudæi noluerūt accedere ad ſcripturas cū charitate & humilitate:ſed cū malitia & præſumptione:& noluerunt ſcrutari veritatē ſed iniquitatē cōtra Chriſtū:ideo defecerunt in ſcrutinio ſcripturarū facti cæci. Item quia acceſſerunt ad cor altū & ſuperbū cum ad ſcripturas ſine humilitate & charitate acceſſerūt:immo cū præſumptiōe eas perſcrutari voluerūt:ideo deꝰ fuit ab eis exaltatꝰ & abſcōſus tollendo & offuſcando eis veritatē & veram intelligentiam ſacrarū ſcripturarū:& ſic manſerūt cæci vſq; in finem mundi. Et ideo dicit propheta in hoc loco,ꝙ quia Iudęi in ſcriptura ſcrutati ſunt iniquitates contra Chriſtū & non veritatem,ideo defecerunt in ſcrutinio:quia nunq̄ amplius videbūt veritatē:ſed in ſua cæcitate permanebūt nō intelligentes ſacramēta dei quæ latent ſub velamine literę. Et dat eis rationem quare ineſt eis iſta cęcitas:dicens ꝙ quia homo ſupple pręſumptuoſus accedet ad cor altū.i.cū corde alto & ſuperbo & pręſumptuoſo nō cauſa videndi veritatem ſed cauſa proteruiendi & excuſandi ſuā malitiā:tūc deus exaltabiẗ ne ab eis attingaẗ,id eſt abſcondet veritatem ab eis ne intelligāt ſcripturam. Vnde eſt iterū aduertendū ꝙ multipliciter Iudæi ſcrutati ſunt iniquitates & multipliciter defecerūt in ſcrutinio & manſerunt cōfuſi. Primo ſcrutati ſunt iniquitates quādo quęſierōt falſa teſtimonia contra Chriſtū:ſed defecerūt ſcrutinio cum illa teſtimonia non fuerint conuenientia contra eū,vt ait euangeliſta. Itē ſcrutati ſunt iniquitates cū tradiderunt ipſum morti & crucifixerunt eū & cuſtodes ſepulchro appoſuerunt:ſed defecerunt ſcrutinio cū Chriſtus reſurrexit:& ſic manſerūt confuſi & fruſtrati in conſilio & deſiderio ſuo:immo oppoſitū euenit:quia putantes Chriſtū delere ipſi fuerūt deleti,& diſſipati,captiui,& diſperſi. Itē defecerunt in ſcrutinio ſcripturarū quando in die pentheco. Petrus & cæteri apoſtoli homines ſimplices & plebei conuicerūt principes ſacerdotum ſcribas & phariſæos,probantes per ſcripturas Chriſtum fuiſſe verū Meſſiā & ſaluatorē in lege promiſſum:vbi fuerūt conuerſi & baptizati de populo numero tria milia, vt patet Actuū.ij.& ſic Iudęi manſerunt confuſi.

Accedet homo ad cor altum : & exaltabitur deus.

¶ Iudęi tunc acceſſerunt ad cor altum quando ex malitia & propria pręſumptione & non cū humilitate & charitate conati ſunt ſcrutari intelligentiā legis:ſed tūc deus fuit exaltatus quando eis abſcondit veritatem ſcripturę & occęcauit eos ne intelligant ſacramenta dei in ſcriptura latentia. Itē tunc accedit homo ad cor altū,quando nō ſpiritualiter ſed carnaliter & tanq̄ homo carnalis vult ſapere i ſcriptura,& nō quęrit quę ſpūalia ſunt ſed carnalia:ſicut faciunt Iudęi qui omnia ſacrificia & cęteras cęrimonias legis carnaliter & literaliter conanẗ ſapere. & ideo deꝰ exaltabitur ab eis ne poſſint veritatē euangelicā quæ in illis legalibus latet intelligere. vnde in eadem ſcriptura litera occidit eos:ſed ſpiritꝰ ſanctꝰ viuificat nos.ij.ad Corith.iij. Vnde in eadē ſcriptura nos ſumus boni & Iudęi mali,vt inquit Augu. & deus occęcauit mētes eoꝝ ne luceat in eis euāgeliū, poſtq̄ malitia occęcauit eos. Ex quibus patet,ꝙ ex illo iniquo conſilio & coniuratione facta contra Chriſtum Iudęi incurrūt confuſionem & captiuitatem & cęcitatem.

Sagittę paruulorū factæ ſunt plagę eorū: & infirmatę ſunt contra eos linguæ eorum.

¶ Quia ſuperius dixit ꝙ ſcribæ & phariſæi defecerunt in ſcrutinio ſcripturarū:eo ꝙ tanq̄ homines & ſuperbe & carnaliter ſapiētes voluerūt accedere ad cor altum & profunda myſteria ſacrę ſcripturę:ideo deus fuit exaltatus & elōgatus ab eis ne poſſent attingere profundā intelligentiam veritatis ſacrę ſcripturæ nec ſacramenta Meſſiæ. Ideo hic oſtendit per oppoſitū ꝙ apoſtoli & fideles.quia non tanq̄ homines & carnales voluerūt ſuperbe ſapere:ſed tanq̄ ſpirituales & humiles voluerunt effici paruuli & Chriſtum ſequi:ideo eis datum eſt noſſe myſteriuꝫ regni dei & ſecreta ſacramenta:& ſic vicerunt tumidā & inflatā ſcientiā ſcribarum & phariſęorum:maxime Petrus in die pentheco.conuicit & confudit eos,& probauit per ſacras ſcripturas qualiter Chriſtus erat verꝰ Meſſias in lege promiſſus:& quomodo oportebat Chriſtū pati & a mortuis reſurgere pro ſalute humani generis:& ſic illa die cōuertit quatuor milia hominum:& abierunt ſcribę:& principes confuſi ſunt. Etiam apoſtoli & diſcipuli poſtq̄ receperūt ſpiritū ſanctum in die pentheco.profecti ſunt in vniuerſum mundū prædicantes euangelium:& cum ſagittis euangelicis penetrārunt corda magnoꝝ philoſophoꝝ & principum,& eos iugo fidei ſubiecerunt. Dicit ergo propheta ꝙ ſagittę.i.p̄dicationes paruuloꝝ.ſ.apoſtoloꝝ humilium & ſpiritualiū factę ſunt plagę & vulnera eorū.ſ.ſcribarū & phariſęorum ſcrutantium iniquitates & volentiū cum ſuperbia & carnaliter vt homines accedere ad cor altū & profundū ſacræ ſcripturę:& linguę eorum,ſcilicet ſcribarum & phariſęorum infirmatę & debilitatę ſūt cōtra eos.i.ꝯtra ap̄los q̄a nō voluerūt eis reſpōdere in die pēthe. imo Petrus & cęteri confuderūt & cōuicerunt eos per auctoritates ſacræ ſcripturę,vt patet Actuum.ij.& alij.& per totū diſcurſum illius libri. Nam maxima confuſio & plaga fuit ſcribis & phariſęis doctis in lege ꝙ ipſi non intellexerint ſcripturas de Chriſto loquentes:& ꝙ apoſtoli qui fuerant ſimplices & idiotę per eaſdem ſcripturas probarent Chriſtū eſſe Meſſiam & reſurrexiſſe. vnde linguę eorum infirmatę ſunt contra apoſtolos prędicātes & ſacram ſcripturam exponentes.

Conturbati ſunt omnes qui videbant eos: & timuit omnis homo.

Et annunciauerunt opera dei: & facta eius intellexerunt.

¶ Conturbati ſunt & admirati vnde ineſſet eis tanta ſapiētia:& omnis homo timuit Chriſtū:cū manifeſte cognouerunt ipm eſſe deū & Meſſiā. Ideo dixerūt oēs qui aderāt ipſi Petro.quid facienꝰ?& Petrus & apoſtoli reſpōderūt: vt agatis pœnitētiam & baptizetur vnuſquiſq; veſtrū i nomine Ieſu. Actuū.iij.& ſic apoſtoli idiotę & ſimplices:q: humiliati ſunt & ſecuti ſunt Chriſtū nolētes carnaliter:ſed ſpiritualiter ſapere:ideo annunciauerunt opera dei & mirabilia Chriſti in euangelio contenta & in veteri teſtamēto latentia & facta:& veritatē eius intellexerūt,quā veritatē & ſacramenta ſcribę & phariſæi intelligere non valuerūt propter eoꝝ ſuperbiā & malitiā & malas & carnales cupiditates. Ex quibus patet:ꝙ quia ſcribę & phariſęi accedere voluerūt ad cor altū:ideo deus occęcauit mētes eoꝝ ne intelligant euangelium:& ne fulgeat eis illuminatio euangelij.ij.ad Corinth.iiij. Apoſtoli vero & chriſtiani quia acceſſerūt ad cor humile:ideo annunciauerūt opera dei & facta eius intellexerunt,& ſagittis euangelicis alios conuicerunt. Et ideo dicit Augu. libro de vnico baptiſmo: ꝙ in eadē lege & ſcriptura Iudęi & infideles efficiunẗ mali carnaliter & peruerſe intelligendo:Chriſtiani autē efficiuntur boni ſpiritualiter & catholice ſapientes.

Lętabitur iuſtus in domino & ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.

¶ Hic cōcludit premiū iuſtoꝝ fidelium & ſimpliciū dicēs, ꝙ omnis iuſtus & fidelis & humilis lętabitur i domino:cū viderit ſe illuminatum & Iudęos occęcatos. Et ſic ſperabit & ponet ſpem & fiduciā in eo. Et om̄es recti corde laudabunẗ ab oibus nationibus & maxime a deo:q̄a ille ꝓba

tus eſt quẽ deus cõmendat, & ſic lętabit hic iuſtus ꝑ gratiã
& in futuro per gloriã. Ex ſupradictis patet, ꝙ iſte pſalmꝰ
inepte & improprie poteſt applicari ꝑſecutiõi Danielis, cũ
in eo manifeſte prenũcietur iniqua coniuratio Iudęoꝝ cõ-
tra Chriſtũ: & confuſio & occęcatio eorum: & mirabilis ꝑ-
dicatio apoſtoloꝝ. & ideo iſte pſalmus cantatur in feſtiui-
tatibus apoſtoloꝝ, ꝙ eis conueniat. Totꝰ etiã iſte pſalmꝰ
poteſt exponi de ꝑſecutione & vltima victoria eccleſię cõ-
tra tyrannos. Sępe enim dictum eſt ꝙ quicquid paſſus eſt
Chriſtus in capite: paſſus eſt poſtea in membris & eccleſia
ſua. Vnde ſicut ſcribę & phariſęi machinati ſunt falſa cri-
mina contra Ieſum: ita pariter principes & tyranni popu-
li gentilis congregati ſunt contra eccleſiã imponendo ne
fanda crimina chriſtianis. De quo fecit Iuſtinꝰ martyr apo
logiã in defenſionẽ chriſtianoꝝ, vt ait Euſebiꝰ in eccleſia-
ſtica hiſtoria. Sed poſt longã perſecutionẽ eccleſia trium-
phauit de tyrannis & toto populo gẽtili: quia ois poteſtas
ſubiugata eſt iugo Chriſti. Et ſic ſagittę & prædicationes
paruuloꝝ, martyꝝ, & omniũ chriſtianoꝝ factæ ſunt pla-
gę regũ & tyrannoꝝ: intantũ ꝙ ſtupebant oĩes qui vide-
bant eos: & timuit oĩis homo cũ videret conſtantiaꝫ mar-
tyrũ: & inſuperabilem ſcientiã: & prædicationẽ eoꝝ: quia
annũciauerũt opera dei & facta eius mirabilia intellexerũt
& alios docuerunt & conuicerũt. Et ideo poſt conuerſionẽ
Conſtantini & totius populi gentilis reddita pace & pro-
ſperitate ipſi eccleſiæ lętatus fuit iuſtus populus chriſtianꝰ
in domino & poſuit ſpem ſuã in eo: & laudati & honorati
ſunt omnes recti corde qui pro Chriſto paſſi ſunt & qui re-
cto corde in Chriſtũ crediderunt.

# TE decet hymnus deus in Sion: & tibi reddetur votum in Hieruſalem.

¶ Titulus in hebræo. Victori canticũ Dauid. In
multis biblijs noſtris reperit titulus In finẽ pſalmus Dauid
canticũ Aggęi, & Zacharię, & Hieremię, & Ezechielis de
verbo peregrinationis & de populo trãſmigrationis, cũ in-
ciperent proficiſci. ſed hoc nõ reperitur in Hebræo nec in
tranſlatione Hieronymi. Ideo creditur eſſe additũ ab ali-
quo expoſitore: eo ꝙ videbatur ſibi ꝙ iſte pſalmus ſit fa-
ctus in perſona Aggęi & Zacharię. In quo explicarũt de-
ſideriũ redeundi in Hieruſaleꝫ ad libere offerendũ ſacrifi-
cia, & cantandũ pſalmos, qñ fuit eis data licẽtia per Cyruꝫ.
Et ad hunc ſenſum exponunt oĩes hebræi moderni hunc
pſalmũ literaliter de copia & abũdantia bonoꝝ tẽporaliũ
quã habuerunt Iudæi in Hieruſalem poſt reditũ de capti
uitate Babylonica. Et ſic redeũtes de captiuitate quaſi ab-
horrentes ſterilitatẽ Babylonię & deſiderantes vbertatẽ
Hieruſalẽ & terræ promiſſionis dicebant. O deus hymnus
& oratio decet & delectat te in Sion: & ſi reduxeris nos tũc
reddetur tibi votũ in Hieruſalẽ: quod promiſimus. Nam
beatus erit qui habitabit in atrijs tẽpli ſecũdi quod ſumus
ędificaturi. Et ibi nos ſacerdotes replebimur in bonis: ſcili
cet oblationibus & decimis domus & templi tui: quia ſan-
ctum eſt templũ tuũ & mirabile in ęquitate: quia in eo erit
ſedes iudicij vbi iudicabunt ſacerdotes. Viſitaſti: id eſt viſi
tabis terrã promiſſionis fauore fertilitatis: & inebriabis im
bribꝰ & aquis: & ſic multiplicabis locupletare & ditare eã.
Et ſic dicunt hebręi ꝙ Dauid præuidens in ſpiritu futuraꝫ
abũdantiã in Hieruſalẽ & tota terra promiſſionis poſt re-
ditũ de captiuitate Babylonica, fecit hunc pſalmũ. Et ſic li
teraliter pręciſe exponũt ipſum. Sed talis expoſitio videt
inſufficiens: quia non explicat ſacramentum latens in hoc
pſalmo nec eſt cõſona veritati. Naꝫ poſt reditũ de Babylo-
nia nunq̃ fuit tanta vbertas fructuũ in Hieruſalẽ quãta hic
memoratur: maxime quia montana Iudęę in quibꝰ eſt ſi-
ta Hieruſalem eſt terra lapidoſa & ſterilis & miſerrima re-
ſpectu Babylonię quę eſt terra fœcũdiſſima. Secũdo quia
tũc iſte pſalmꝰ nõ pertineret ad ſacrã ſcripturã niſi contine-
ret aliqđ ſacramentũ de Chriſto Meſſia. Nã ſicut dicit Ra-
bi Salo. ſuper Zacha. oĩes prophetę locuti ſunt ad tempꝰ
Meſſiæ. Et ideo eſt dicendum ꝙ Dauid præuidit in ſpiritu
per reditũ illius captiuitatis Babylonicę aduentũ Meſſiæ
ad templũ ſecundũ. & ſic non eſt ſiſtendũ in litera: ſed ſem
per tendendũ ad tempus Meſſię iuxta intentionẽ prophe- H
tæ, vt ſępius dictũ eſt. ¶ Ideo eſt aduertendũ ſicut dictum
eſt: ꝙ ſicut lex vetus fuit figura & imago legis nouę ita illa
Hieruſalem materialis fuit figura & imago eccleſiæ nouę
Hieruſalẽ. Nam ſicut deꝰ elegit ſibi illud templũ & ciuita-
teꝫ vbi ſolũ erat licitũ immolari & offerri ſacrificia legalia:
& vbi ſolũ erat arca teſta. & cantabantur hymni & pſalmi
cum illis muſicis inſtrumentis: & vbi ſolũ exaudiebant ora
tiones & deprecationes. vt patet. iij. Regũ. viij. &. ij. Paraly
pomenon. vj. Ita poſt paſſionem elegit ſibi eccleſiam a ſo-
lis ortu vſq; ad occaſum: in qua offertur verum ſacrificium
acceptabile & hymni & orationes, vt patet Malachię pri
mo. Itẽ ſicut lex Moyſi intantũ fuit bona & obſeruãda in-
quantũ Chriſtus fuit finis eiꝰ & cõpleta in eo: ita illa Hie-
ruſaleꝫ materialis intantũ fuit a prophetis cõmendata, in-
quantũ lex & ſacrificia & oĩa legalia in illa debebant fi-
nire curſum ſuũ per aduentũ Chriſti, quia in illa ciuitate &
non alia Chriſtus erat immolandus & ſacrificandus & cru-
cifigendus, qui fuerat per illa ſacrificia veteris legis figura
tus. Et ideo ante nõ erat alibi licitũ ſacrificia immolari nec
offerri niſi in Hieruſalẽ in qua Chriſtus erat pro nobis im-
molandus. & ſic oblato Chriſto & immolato oĩa alia ſa-
crificia ceſſarũt. ¶ Itẽ ſicut mortuo Chriſto tota lex Moyſi I
materialis fuit mortua ſimul cũ Chriſto: ita & tẽplũ & Hie
ruſalẽ materialis fuit mortua cum Chriſto, quia nunq̃ am-
plius in ea fuerunt accepta ſacrificia veteris legis quia iam
impleuerant curſuꝫ ſuũ in Chriſto & mortua fuerant. Et ſic
dicit Auguſtinus ꝙ cũ honore mater noſtra lex & ſynago-
ga ſepulta fuit cũ Chriſto. Item ſicut Chriſtus ſurrexit in no
uitate ſpiritus & imortalitatis: ita pariter cũ Chriſto ſurre-
xit lex in nouitate ſenſus & ſpiritus: & iſta eſt lex euangeli-
ca. & ſic etiã ſimul cũ Chriſto ſurrexit noua Hieruſalẽ quę
eſt eccleſia. Item ſicut cũ Chriſto non ſurrexerunt niſi ea q̃
erant de veritate humanitatis cũ verbo: quia non ſurrexe-
runt cũ eo pœnalitates, nec infirmitates, nec; defectꝰ quos
ſponte aſſumpſerat ad inſtrumentũ patiendi: quia oĩa il
la fuerunt ſimpliciter mortua in cruce: nec illa erant nec
ſunt de veritate humanę naturę: ſed ſunt pœnalitates pec-
cato primi parentis inflictę, vt demonſtrat Auguſti. contra
Pelagianos: Ita pariter de lege Moyſi nõ ſurrexit niſi illud
qđ erat de veritate eiꝰ. ſ. veritas euãgelica quę in lege ſepul
ta latebat: ſed nõ ſurrexerũt cerimonialia, nec criminalia,
nec onera legis iportabilia, nec pœnalitates legis, qa oia
ſimplicitet fuerũt mortua cũ pœnalitatibꝰ & defectibus &
infirmitatibus corporis Chriſti, & oĩa fuerũt in cruce af-
fixa cũ noſtro chirographo: qđ diabolus contra nos habe-
bat. ad Coloſſenſes. ij. ita pariter cũ illa noua Hieruſalem
quę ſurrexit cũ Chriſto non ſurrexerũt defectus, nec iniqui
tas, nec homicidiũ, nec cęcitas illius Hieruſalẽ materialis:
ſed ſurrexit illud quod eſt de veritate Hieruſalẽ. Nã Hie-
ruſalẽ interpretatur pacifica & viſio pacis: q̃ per fidẽ mãſit
in illa ſancta ſocietate apoſtoloꝝ ſimul cũ virgine Maria
& alioꝝ. cxx. qui manſerant in illo cœnaculo, in quibꝰ ſolis
erat tota eccleſia Chriſti, & ideo ſolũ ſup eos venit ſpiritus
ſanctus cõgregatos in pacę & charitate in monte Sion. Et
ſic mortua & reprobata Hieruſalẽ materiali: ſurrexit alia
Hieruſalẽ & alia Sion vera & ſpiritualis & noua. Ex quibꝰ
ſequitur ꝙ illa materialis iaꝫ amplius poſt Chriſtũ nõ de-
buit dici Hieruſalẽ: quia ablatũ eſt ſibi ſacrificiũ & hoſtiaꝫ
& ipſa nõ amplius dicit pacifica ſed diſcors & confuſa: nec
dicit viſio pacis ſed cęca. Sed eccleſia Chriſti quæ inde or-

ta eſt & ſuſcitata & toto orbe diffuſa eſt vera Sion:qa in ea verus deus contemplatur & ſpeculatur, & eſt vera Hieruſalem,quia in ea perſeuerat vna fides,vnũ baptiſma,vna pax & charitas,& vna viſio pacis:& in ea offertur vnũ ſacrificiũ quod in lege fuerat figuratũ:& in ea cantatur ver⁹ hymnus & laudes deo acceptæ,& orationes exaudiunť:& ſic eſt verus templũ dei,in quo deus realiter habitat in ſacramento euchariſtiæ,& in filijs eccleſiæ habitat per gratiam. Synagoga vero amplius nõ eſt domus orationis ſed blaſphemię:quia Iudæi in ea negãt legẽ & ꝓphetas & faciunt deũ mendacẽ.Immo qđ peius eſt ipſi rogãt cõtra ſeipſos.Nam quãdo legunt pſalmũ.cviij.& omnes pſalmos in quibus continentur & prędicũtur punitiones crucifixorum Chriſti:tunc contra ſeipſos orant & ſententiã dãnationis eorum legunt.Et ſic oratio eorum vertitur in peccatũ & condemnationem ſibijpſis.Ex quo patet,ꝙ ſola eccleſia toto orbe diffuſa eſt vera Hieruſalẽ.Item patet ꝙ Daniel & Aggęus Zacha.& Malachi.nõ cõmendant Hieruſalem & ſecundũ templũ per eos ędificãdũ ratione ſui niſi inquantũ Chriſtus erat in illud.ij.templũ venturus & i eo erat pręſentandus Simeoni:& ibi erat mira facturus & noſtram redẽptionẽ operaturus.& ideo diciť Aggęi.ij.ꝙ maior erit gloria huius ſecundę domus q̄ primę.& Malachię.iij.dicitur.Statim veniet ad tẽplũ ſanctum ſuum dominator.Et ſic Eſaias,& Hieremias,& Ezechiel,& omnes ꝓphetę nõ cõmendãt Hieruſalẽ materialẽ,nec templũ,ſed eccleſiam,quę inde erat oritura & naſcitura.& ideo addiť in huius titulo.Pſalmus cantici Aggęi,& Zacharię:id eſt Dauid fecit hunc pſalmũ in perſona Aggęi & Zacharię, & Hieremię,& Ezechielis:eo ꝙ p̄uiderũt in ſpiritu Chriſtum venturũ in ſecũdũ templũ & in eodem præſentandũ & in illa ſecũda Hieruſalẽ immolandũ,& inde nouã Hieruſalẽ,ſcilicet ęccleſiã orituram & naſciturã,in qua omnia bona ſpiritualia i hoc pſalmo memorata erãt futura. Tria ergo facit Dauid in hoc pſalmo:ſecundũ ꝙ in tribus cõmẽdat eccleſiam dei & nouã Hieruſalez,in quib⁹ pręeminet Hieruſalem veteri.Primo in ſanctitate loci quo ad diuinũ cultum.Secũdo in magnitudine ambit⁹ & poteſtate.Tertio in abundantia ciborum & refectionis ſpiritualis:q̄ ſunt eccleſiaſtica ſacramenta,& dona gratiarum.Secundũ ibi. Exaudi nos deus ſalutaris. Tertium ibi.Viſitaſti terram.

R ℭ Quantum ad primũ eſt aduertẽdum,ꝙ cultus diuinus in tribus conſiſtit.Primo in hymnis & pſalmis & canticis in quibus deus laudatur & magnificatur in mirabilibus & beneficijs ſuis cum gratiarum actionibus.Secundo in ſacrificijs & oblationibus.Tertio in orationibus in quib⁹ petuntur beneficia,& in deprecationibus in quibus petũtur remiſſiones peccatorum & pœnarum.In his ergo Dauid commendat eccleſiam Chriſti.Primo quia in ea laudes diuinę & hymni & pſalmi ſunt deo grati & accepti:cuz dicit. O deus omnis hymnus & laus decet & delectat te in Sion noua.ſ.in eccleſia.Nã ſi in ea noſtra carmina & laudes delectant & decẽt & decorãt te:ſignum eſt ꝙ ſunt tibi grata & accepta.Item ſecundo dicit ꝙ ſacrificium & oblationes ſunt etiam gratę & acceptę,cũ ſubdit.Et tibi reddetur votum gratum ſupple in Hieruſalẽ.Vnde per votum intelligit ſacrificiũ euchariſtię inquãtum fuit in lege votũ & promiſſum & expectatum.Dicitur etiam votum quia cũ voto & charitate de corde bono & fide non ficta offertur.Tertio dicit orationes & petitiões in hac eccleſia eſſe deo gratas & acceptas & exaudibiles,cum ſubdit.

Exaudi orationẽ meam:ad te omnis caro veniet.

ℭ Exaudi.i.tanta eſt ſanctitas huius noue Hieruſalem,ꝙ non ſolũ in ea laudes erũt tibi gratę & ſacrificiũ acceptuz: ſed etiã orationes erũt tibi acceptę,& in ea exaudies orationẽ meã,& omis caro veniet ad te ad adorandũ & orandum,& laudandum,& ſacrificandũ in hac noua Hieruſalem.Ideo beatus erit omis ille quez elegiſti & aſſumpſiſti per gratiam ad iſtam & in iſta Hieruſalem,& habitabit in atrijs tuis & palatijs huius Hieruſalẽ per gratiã.quoniã poſtea habitabit in ſuperna per gloriã.Nota ꝙ ly beatus quẽ elegiſti,prius intelligitur & verificatur de Chriſto capite:poſtea de quolibet mẽbro.Nam verbũ prius elegit & aſſumpſit illum hominem in humanitate & in vnitate ſuppoſiti.Secundo totus Chriſtus elegit & aſſumpſit eccleſiã in vnitate corporis myſtici.& ſic iſte homo myſticus habitat in atrijs huius Hieruſalẽ per gratiã:& in ſuperna Hieruſalẽ ꝑ gloriam.Sed ꝙ tu exaudies orationem meam in hac ęccleſia,probo.Nam

Verba iniquorum pręualuerunt ſuper nos:& impietatibus noſtris tu propitiaberis.

ℭ Verba iniquorum:id eſt tẽtationes dæmoniorꝫ ab Adã huſcuſqꝫ præualuerunt ſuper nos:ſed tu propitiaberis peccatis noſtris in virtute ſacrificij,quod in eccleſia offertur,& orationum quę in ea funduntur.Et ſic ergo

Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti:habitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ:ſanctum eſt templum tuum mirabile in ęquitate.

ℭ Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti ad hãc eccleſiam:& omnis qui habitabit in atrijs tuis eiuſdẽ.Nam omnes habitantes in ea replebuntur bonis ſpiritualibus domus tuę: eo ꝙ templum huius nouę Hieruſalem eſt ſanctum & ſanguine tuo cõſecratũ & ſanctificatũ:& eſt mirabile in æquitate iuſtitię.Nam ſicut eccleſia eſt ſancta per ſacramenta: ita eſt mirabilis per doctrinã legis euangelicę:quæ præcipit omnẽ ęquitatem & iuſtitiam:& iubet omnem virtutẽ, et prohibet omne vitium.Et nota ꝙ totuz hoc ſupradictũ primo fuit impletum in illa Hieruſalem & templo ſecũdo materiali.Nam ibi fuit Chriſtus Simeoni pręſentatus,& ꝑ Simeonem decens hymnus cantatus,cum dixit in perſona omniũ patriarcharum & prophetarum gratias agẽdo. Nunc dimittis ſeruum tuum domine:ſecundum verbum tuum in pace.Item ibi fuit hymnus decens cantatus quando pueri hebræorum colligentes ramos oliuarum & ſternentes in via,cantabant & clamabant ſimul cum apoſtolis & cæteris qui preibant & ſequebantur, dicentes:Benedictus q venit in nomine domini oſanna filio Dauid.Qui quidẽ hymnus valde decuit & delectauit non ſolũ filiũ ſed etiam patrẽ in cuius nomine filius veniebat.Itẽ votum patribus promiſſum fuit redditũ & oblatum in Hieruſalem: quando Chriſtus primo fuit Simeoni pręſentat⁹ in tẽplo, & quãdo Chriſtus ingreſſus eſt cũ tanto honore in die palmarũ.Et vltimo quãdo oblatus eſt patri in cruce.Itẽ tunc exaudita fuit oratio noſtra & totius corporis myſtici,quando Chriſtus orauit vt caput noſtrũ pro nobis in horto & in cruce:& tunc fuit exauditus pro ſua reuerentia:quia pater propitiatus eſt peccatis noſtris, & debito ipſius Adam,& ibi in cruce Chriſtus ſanctificauit:& iuſtificauit templum ſuum:ſcilicet ęccleſiam ſanguine ſuo & reddidit ipſam ſine macula & ruga. Ex conſequenti autem nunc in noua Hieruſalẽ inde exorta & ſanctificata quotidie cãtať hymnus decẽs in matutinis.Benedict⁹ dñs deus Iſrael.& hymnus virginis Marię.Magnificat aia mea dominũ.& hymnus Simeonis.Nũc dimittis.& oẽs hymni Dauid & aliorꝫ prophetarum & ſanctorum noui teſtamenti.qui valde decent & decorant deum.& redditur & offertur ſacrificiũ euchariſtiæ deo gratum & per ſe acceptum:& offeruntur vota & orationes quib⁹ deus ꝓpitiatur peccatis noſtris.Quæ omnia ſupradicta,ſcilicet hymni & ſacrificiũ & orationes

ſunt accepta in hac eccleſia & grata deo.Omnia autē quę
fiunt in ſynagoga ſunt offerentibus mortifera & deo abo-
minabilia.Et nota ꝙ notanter dicitur Reddetur votum in
Hieruſalē:quia quādo aliquod promiſſum datur:reddi di
citur.Sed quia Chriſtus promiſſus eſt dari in Hieruſalem
per Aggęum,& Zachariam,& Malachiaꝫ:ideo quando
venit,redditus eſt.Item non ſolū illud votū & promiſſum
redditū eſt nobis,ſed etiā deo patri.Nam ſicut Adā furto
& contra voluntatē dei abſtulit fructū prohibitū & rapuit
de ligno:ita Chriſtus qui fuit fructus proueniens ab Adaꝫ
ſecundū carnem,licet non per propagationem,redditus
eſt in ligno crucis patri a quo fuit ablatus.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter:ſpes omniū .
finium terrę & in mari longe.

Præparans mōtes in virtute tua accinctus po
tentia:qui conturbas profundum maris ſonū
fluctuum eius.

¶ Hic commendat eccleſiam & Hieruſalē nouaꝫ quantū
ad magnitudineꝫ ambitus & poteſtatē a ſolis ortu vſqꝫ ad
occaſum. ¶ Ad cuius intelligentiā eſt notandū ꝙ ciuitas
L non eſt congeries lapidū materialiū:ſed ciuium multitudo
vnius iuris conſenſu & legis ſociata.vt inquit Plato & Ci-
cero. & ſic eccleſia toto orbe diffuſa maxime & proprie
meretur dici ciuitas:eo ꝙ eſt congregatio omniū fidelium
ſub vna fide & charitate & lege euangelica ſociata,& in
vna petra qui eſt Chriſtus fundata & radicata,& vno mu-
ro fidei ſepta.& ſic non dicitur ciuitas materialis:ſed ſpiri
tualis.Sed Dauid per iſta materialia ducit nos ad cognitio
nem ſpiritualium:& ſic ponit quatuor nomina partiū ter-
ręe,per quę intelligit quatuor conditiones ciuium & fide-
lium eccleſię:ſcilicet montes,colles, valles,campi. Vnde
ſicut ipſa ciuitas eſt ſpūalis:ita ptes ei⁹ ſunt ſpūales.Vnde
per montes intelligit apoſtolos & martyres qui tenent al
tiorem gradum in eccleſia:& per colles intelligit doctores
& pręedicatores:& per valles itelligit heremitas ſimplices
& continentes:& per campos intelligit cōmuneꝫ & planū
ſtatum coniugatoꝝ cōmunem & planam vitā agentium.
Quę quideꝫ quatuor conditiones & ſtatus fideliū repleue
runt & conſtituerunt eccleſiā:& ampliarūt a Iudęa & Hie
ruſaleꝫ Paleſtinę vſqꝫ ad fines terrę vndiqꝫ.Hos ergo mō
tes ſcilicet apoſtolos primo Chriſtus pręparauit in Hieru-
ſalem quando eis miſit ſpiritum ſanctum,& armauit & in-
duit eos virtute ex alto.ſ.ſepteꝫ donis ſpiritus ſancti:& mi
ſit eos ad pręedicandū per vniuerſum mundū:& ſic arma-
ti & ſublimati egreſſi ſunt a Hieruſalem terrena & pera-
grarunt mundū:& ſignis & miraculis conturbauerūt pro-
fundū maris huius mundi:cū oēs reges & principes & om-
nia regna mundi ſubiecerūt iugo Chriſti.Ideo ait Dauid.
O Chriſte deus & ſalutaris noſter.i.Ieſus ſaluator exaudi
nos & veni in carnem:quia tu es ſpes,non ſolum Iudęorū
& illius Hieruſalem terrenę:ſed omniū finiū terrę:& lon-
ge in mari,& in inſulis longinquis,& exinde ipſius maris:
quia non ſolū ſaluabis aliquos de Iudęis:ſed etiā ſaluabis
omnes gentiles habitantes vſqꝫ ad fines terrę & longin-
quas inſulas maris:& ſic tu es ſpes oim finiū terrę & in ma
ri lōge ſicut dicit patriarcha Iacob,Ipſe erit expectatio gē
tiū.Geneſis xlviij.Naꝫ tu Chriſte eris pręparans & pręepa
rabis,& diſpones montes.i.apoſtolos in fortitudine tua in
die pentheco.& armabis eos ſeptem donis ſpiritus ſanctis
& ſic accinctus potentia & tali virtute mittes eos in mun-
dū vniuerſum ad pręedicandū euangeliū omni creaturæ:&
accinctus tali potentia & virtute conturbas,id eſt contur-
babis profundum & altitudineꝫ & ſuperbiam maris huius
mundi,ſcilicet principū & regū:& cōturbabis & ſuperabiꝭ
& ſilere facies ſonum & minas fluctuū & perſecutionū ei⁹:

quia poſt minas tormenta & perſecutionem tyrannorum
vinces eos & ſubijcies iugo fidei. Et tunc

Turbabuntur gentes & timebunt qui habitāt
terminos a ſignis tuis : exitus matutini & ve-
ſpere delectabis.

¶ Omnes gentes & oēs qui habitant terminos mundi,ſci
licet Indi ab oriente,& æthiopes ab auſtro:& Scytę ab aq
lone & hiſpani & Mauritani ab occaſu turbabunt & time-
bunt a ſignis tuis:& miraculis quę facient apoſtoli & diſci-
puli in nomine tuo.Nam in nomine tuo dęmonia eijcient:
linguis loquentur nouis:ſerpētes tollēt.vnde ſic turbati &
admirati oēs cōuertent ad fidē:& ſic exitus matutini & ve-
ſperę delectabis.Vnde eſt aduertendū ꝙ hoc poteſt du-
pliciter intelligi:ſcilicet tēporaliter & localiter.Nam exi-
tus matutini temporalis eſt progreſſus diei ab aurora vſ-
qꝫ ad veſperaꝫ:& exitus veſperę eſt progreſſus noctis a ve-
ſpera vſqꝫ ad auroram:& ſic comprehendit totū diem na-
turalē.xxiiij.horarum:quia in toto iſto ſpatio ſemper lau-
datur deus per vniuerſum orbē.Nam in die ab aurora vſ-
qꝫ ad ſero dicūt horę canonicę:ſcilicet Prima,Tertia,Sex-
ta,Nona,Veſperę,& Cōpletoriū.Et poſtea in nocte cele
brantur horę nocturnę vſqꝫ ad laudes:intantuꝫ ꝙ non eſt
aliquod momentū tēporis quin in eo dicant hymni & lau
des deo:& reddātur vota in hac noua Sion & Hieruſalem.
Nam quando in noſtro hemiſphęrio eſt nox:i alio eſt dies
& econuerſo:& ſic quando hic celebrantur horę diurnę,in
alio celebrantur nocturnę:& quando in hoc celebrātur
nocturnę:in alio celebrantur diurnę,& econuerſo.ſic i hac
Hieruſalē nunq̄ vacatur a diuinis laudibus in quibus valde
delectatur deus.Ideo dicit Exitus matutini,& veſpere de-
lectabis.i.delectabiles tibi facies acceptando in hac Hie-
ruſaleꝫ laudes,& hymnos,et vota tibi reddita.Litera Hie-
ronymi dicit Exitus matutinos et veſpertinos laudātes fa-
cies:& tunc litera eſt magis clara.Aliter poteſt hoc intelli
gi localiter.Nam per exitum matutinum poteſt intelligi
tota terra ſita ab ortu ſolis:& per veſpertinum tota terra
occidua.quaſi dicat:oīes terras ab exitu & ortu ſolis vſqꝫ
ad occaſum & heſperiā tibi delectabiles & laudantes fa-
cies:& ſic in oīnibus terris mūdi & in oīnibus horis tempo
ris iugiter cantabuntur tibi hymni & laudes in eccleſia &
Hieruſalē noua toto orbe diffuſa.Ex quibus patet,ꝙ iſta
Sion & Hieruſalē noua erit longe & ſine proportione no-
bilior & maior & perfectior q̄ illa terrena & materialis q̄
eſt ſita in Palęſtina.Nā illa eſt arctata & ſita in illo paruo
ſpatio iuxta monteꝫ Oliueti,in qua non cantabātur hym-
ni & pſalmi:nec offerebātur ſacrificia niſi in aliquib⁹ ho-
ris & certis diei:nec exaudiebātur orationes niſi pro pręe-
mio tēporali.Sed hęc Hieruſalē noua eſt toto orbe diffuſa
a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum:& ab aquilone ad auſtrū:& in
ea vbiqꝫ,& omni tēpore,& momento diei,& noctis cantē
tur laudes & hymni:& offertur verum votum & ſacrificiū
euchariſtiæ,quę ſunt deo grata & accepta & delectabilia.
Hęc eſt ergo Sion de qua dixit in pricipio pſalmi.Te de-
cet hymnus deus in Sion.Et ſic etiam patet,ꝙ ea quæ di-
cuntur nō poſſunt conuenire illi Hieruſalem materiali.

Viſitaſti terram & inebriaſti eam:multiplica-
ſti locupletare eam.

¶ Hic commendat nouam Hieruſalem in abundantia re
ſurrectionis,& ciborum ſpiritualium,& bonorum gratiæ,
quibus Chriſtus ditauit eam ad noſtraꝫ ſalutem.Vnde di-
cit.Tu Chriſte non ſolum ampliaſti iſtam Hieruſalem vſqꝫ
ad terminos terræ:& in ea voluiſti in omni loco,& in oīni
hora,& tempore hymnos,& laudes cantari,& ſacrificium
offerri ad tuam delectationem & honorem:ſed etiam viſi
taſti iſtam terram in tuo aduentu,& inebriaſti & rigaſti eā

ſapientia & doctrina tua euangelica:& multiplicaſti locu-
pletare & ditare eam diuitijs & fructibus ſpūalib⁹ quæ ſūt
eccleſiaſtica ſacramenta.Nam ſicut ſapientia & doctrina
euangelica datur in potum:ita euangelica ſacramenta dā
tur in cibum & medicinam & refectionem ſpiritualem.Et
dat modum quomodo iſtud flumen ſapientię venit ad rigā
dam eccleſiam dicens.Nam primo iſtud flumen dei ſpūs ſā
cti defluxit in riuos.i.in apoſtolos. Exide per apoſtolos de-
ſtillauit in colles ſcilicet in doctores,puta in Aug. & Hiero-
nymus &c.Et exinde in valles.ſ.in ſimplices heremitas:pu
ta in Antonium,& Hilarionem·& exinde in campos ſcilic;
populares fideles & coniugatos. Et ſic repleta eſt eccleſia
ſcientia dñi a ſolis ortu vſq; ad occaſum.Dicit ergo Dauid.

Flumen dei repletū eſt aquis:paraſti cibum il-
lorum quoniam ita eſt prępáratio eius.
Riuos eius inebriās multiplica genimina eius:
in ſtillicidiis eius lętabitur germinans.

¶ Flumen dei ſc; ſpiritus ſancti repletum & plenu; eſt aq̄s
ſapientię & gratię ſine menſura. Ex quibus aquis tu Chri-
ſte paraſti cibum & potum illorum apoſtolorum & fideliū
id eſt inſtituiſti ſacramenta eccleſiaſtica ad cibum illorum
& omnium fidelium.quoniam ita & talis eſt pręparatio ei⁹
& diſpoſitio.i.iſto modo defluxit flumen ſapientię ſpūs ſan
cti in fideles.Nā primo impleſti riuos.i.apoſtolos:& ſic ie-
brians iſtos riuos & replens in die pentec.Et exinde multi-
plica.i.multiplicaſti genimina ei⁹.i.omnes fideles & filios
eccleſię per baptiſmum regeneratos.Et eccleſia germinās
filios ſuos ex fonte baptiſmi lætabitur in ſtillicidijs eius &
pluuijs deſtillantibus ex iſto flumine manāt ex latere Chri
ſti:a quo trahunt virtutem eccleſiaſtica ſacramenta:& etiā
ex flumine gratię ſpiritus ſancti:& ſic eccleſia lætabitur in
frequentia & multitudine filiorum regeneratorum.

Benedices corone anni benignitatis tuę & cam
pi tui replebuntur vbertate.

¶ Tunc etiam ex iſto flumine benedices.i.benedictionem
abūdantię & fertilitatis gratię largieris corone.i. & circulo
& reuolutioni & progreſſui anni benignitatis tuę & miſeri-
cordiæ qui eſt ſtatus & tempus legis gratię.Vnde nota q̧ ſi
cut tempus legis veteris dicebatur annus & dies ſterilitatis,
quia nō germinabat fructus gratiæ & iuſtitiæ:ita per oppo
ſitum tempus & ſtatus legis euangelice dicitur annus beni
gnitatis & miſericordiæ & gratię:q̄a germinat & fructificat
non ſolu; a peccato:ſed dat fructus meritorios vitæ æternę:
intantum q̧ campi tui repleti ſunt vbertate ſacramentorū
& bonorum ſpiritualium.

Pingueſcent ſpecioſa deſerti:& exultatione col
les accingentur.
Induti ſunt arietes ouium : & valles abunda-
bunt frumento : clamabunt etenim hymnum
dicent.

¶ Arua deſerti populi gentilis facta ſpecioſa per baptiſmū
pingueſcent pinguedine ſacramentorum & gratiarum.&
colles ſcilicet doctores accingentur & armabuntur & induē
tur exultatione ſapientię & doctrinę euangelicę.Nam ma
ior pars doctorum eccleſię fuerunt orti ex populo gentili,
vt puta Origenes,Euſebius,Ciprianus,Aug.Ambro.Hie-
rony.&c.Et etiam arietes ouium q̄ fuerūt prælati & paſto-
res eccl̄ię induti ſūt vellere copioſo multiplicis lanę.ex qua
contexti ſunt multi libri exponentes & declarantes ſacra;
ſcripturam vtriuſq; teſtamenti.quibus pannis nos defendi-
mus a frigoribus & ventis hæreticoru; & infidelium:vt p;
dę Aug.qui ſcripſit contra omnes hęreſes & defēdit eccl̄ia;
& cooperuit ab incurſibus Arrianorum & manichęorum:
& Palagianorum & Hæreticorum.Quæ quidem abundā-
tia & vbertas tota prouenit ex illo flumine ſpūs ſancti deflu
xo in riuos apoſtolorum & exinde in doctores. Item vellus
quo induti ſunt arietes.ſ. prælati eccl̄iæ,quibus eſt cura de
ouibus,eſt eccleſiaſtica poteſtas proueniēs ex illo flumine.
Et ex hiſdem riuis valles.i.fideles infirmi ſimplices irriga-
ti abundabunt frumēto & omni cibo ſpirituali nutrientur.
Et ſic clamabunt & dicent hymnum laudis & letitię agen
do gratias deo patri & dño noſtro Ieſu Chriſto pro tātis bñ
ficijs receptis in hac noua Hieruſalem p̄ aduentum dñi nr̄i
Ieſu Chriſti.Et talis hymnus decebit & delectabit deum in
hac noua Siō.Et tale votum & ſacrificiū euchariſtię reddeẗ
deo in hac noua Hieruſalem.qđ erit deo gratū & accepta-
bile & delectabile ſicut dictū eſt ī pricipio pſalmi.Ex ſupra
dictis p; q̧ iſte pſalm⁹ ipropríe pōt exponi de abundantia
Hieruſalem terrenę,& materialis. Nā nunq̄ ibi poſt reditū
de Babylonica captiuitate fuit tanta abundātia quāta hic
memoraẗ,cū de ſe ſit terra ſterilis & ſicca.immo fuit tāta pe
nuria tp̄e Neemiæ dū tēplū & ciuitas reędificabaẗ q̧ p̄res
cogebantur vēdere & locare filios pro cibis.Et ideo beatus
Hieronymus in ep̄l'a ad Dardanū inuehiẗ cōtra iudæos:&
dicit q̧ iſta Siō & Hierl'm & terra in hoc pſalmo memora-
ta eſt eccl̄ia & cultores eius ſunt ap̄l'i. Et demonſtrat q̧ ea
q̄ ſunt dicta hic & alibi de terra promiſſionis,nō poſſunt cō
uenire Palęſtinę tū propter ſterilitatē terrę,tū ꝓpter arctū
ſpatiū loci,quia a Dan vſq; Berſabeę vix ſūt.clxx.miliaria
in longitudine.Et a mari magno vſq; ad Iordanem,quæ ē
eius latitudo:& etiam vſq; ad montē Galaad,vix ſunt.lxx.
miliaria.Et ideo dicit q̧ pudet eū menſurare longitudine;
& latitudinem illius terrę ꝓpter ethnicos:id eſt gentiles &
paganos,q̄a videẗ minimū ſpatiū reſpectu tātoꝝ rumoꝝ.
Ex quibus p; q̧ propheta in hoc pſalmo cōmendat hanc
nouam Hieruſalem quæ eſt illa veteri fuit exorta. Primo
quia in hac cantātur hymni deo delectabiles & accepti.Se
cundo quia in hac offertur verū & acceptum ſacrificium &
votū euchariſtię,quod in illa minimę offerebatur. Tertio
quia in hac exaudiuntur orationes & in illa non,cum ſit to
taliter mortua & reprobata.Quarto quia iſta eſt ampliata
& diffuſa toto orbe terrarum vſq; ad fines terræ.Et illa eſt
arctata & ſita in illo paruo & arcto loco & mōte lapidoſo.
Quinto quia in hoc loco & parte illius nouę Hieruſalem of
fertur ſacrificiū euchariſtię.ſed ſacrificia veteris legis non
offerebantur niſi in illa parua ciuitate & templo.Sexto q̄a
in hac offertur iugiter ſacrificiū in omni hora & tempore:&
cantantur hymni & laudes.in illa aute; ciuitate non niſi in
certis horis diei.Septimo quia iſta abundat vbertate infini
ta bonorū et refectionis ſpiritualis. Et illa tantū paucoru;
tēporaliū & corporaliū.Et iſta abundat frequentia ciuium
illa caret. Vltimo eſt aduertendum:q̧ ſicut lex vetus erat
imago legis euangelicę:& illa Hieruſalem materialis erat
imago eccl̄ę Chriſti:ita iſta eccl̄ia & Hieruſalem noua eſt
imago illius Hieruſalē cęleſtis.Nā oēs ciues qui in hac vi-
uunt per gratiā & perfruuntur his bonis ſpūalibus gratiæ,
expectant viuere in illa & perfrui bonis gloriæ.Na; ſicut p̄
bona tēporalia legis veteris intelliguntur bona gratię futu
ra in lege noua:ita per bona gratię intelliguntur bona glo
rię,quia iſta ſunt cauſa illoꝝ vt dictum eſt pſal.xxij.& pſal.
lxij.Et ideo totus iſte pſalmus ſicut expoſitus eſt de abun-
dātia bonorū gratię hui⁹ Hieruſalē:ita pōt exponi de vber
tate bonorū glorię illius cæleſtis.Immo deus magis dele-
ctatur in hymnis & laudibus qui cātātur in illa Sion & Hie
ruſalē cæleſti:& magis ſunt beati qui habitant ī illa domo
cæleſti,quia in ſęcula ſęculorum laudabūt deum,& fruen-
tur bonis gloriæ. Etiam iſte pſalmus cantatur in laudibus
officij defunctorum:inquantum fideles qui ſunt in purga-
torio detenti,qui iā fuerunt refecti in hac Hieruſalē bonis

gratię, deſiderabant liberari: vt perfruantur bonis gloriæ i
cæleſti Hieruſalē: & ita nos agendo gratias de bonis ſpūa-
lib⁹ gratię quibus reficimur in hac Hieruſalem, cantamus
hunc pſalmū deſiderantes perfrui bonis gloriæ in illa cæle
ſti, & hymnos glorię cum beatis cantare.

IVbilate deo omnis terra: pſalmū dici-
te nomini eius: date gloriā laudi eius.

¶ Titulus ſcd̄m Hieronymus, Victori canticum
pſalmi In biblijs nr̄is reperitur in finē canticum reſurrectio
nis. ſed hoc forſan additum eſt ab aliquo auctore putante
hunc pſalmum fuiſſe factum pro gratiarum actione de be-
neficio reſurrectionis. Sed in titulo ſcd̄m hebręum nec ap-
paret materia: nec auctor huius pſalmi, Sed dicit Rabi Sa-
lomon ꝙ iſte pſalmus factus eſt pro gratiarū actione quā
aget ppl's iudęoꝝ in aduētu ſui Meſſię: qui debet eos libe-
rare de captiuitate in qua nunc ſunt ſub diuerſis regibus &
principibus Chriſtianorum & Sarracenorum: & ſic exponit
hunc pſal. Sed iſte cæcus & pfidus verum dicit ꝙ i hoc pſal.
memoratur iubilatio q̄ ppl's dei erat acturus poſt liberatio
nem factā per Meſſiam: ſed pertinaciter proteruit & deli-
rat in quātū illā qd̄ eſt iā pręteritū expectat futurū per falſū
Meſſiā quē adhuc fruſtra expectant. Et ideo eſt dicendum
ꝙ Dauid pręuidens in ſpū liberationem totius generis hu
mani de captiuitate peccati q̄ facta eſt per Chriſtum, condi
dit hunc pſal. in perſona Chriſti & eccleſię: in quo inuitat po
pulum gentilem ad iubilandū deo pro gratiarum actione:
eo ꝙ reprobatis & occæcatis iudęis venit ad agnitionem fi
dei & veritatis. Vnde primo facit quod dictum eſt. Secun-
do promittit vota, ibi. Introibo in domum &c. ¶ Quantum
ergo ad primū dicit propheta: O vos gētiles & oīs terra po-
puli gentilium qui ſecuti eſtis Chriſtū, iubilate & cum iubi
lo & lætitia agite gratias dn̄o noſtro Ieſu Chriſto: & dicite
pſalmum lætitię nomini eius, p quē ſaluati & liberati eſtis.
& date gloriam laudi eius, qui (reprobatis iudæis) vos ad
ſuam fidem elegit.

Dicite deo q̄ terribilia ſunt opera tua domine:
in multitudine virtutis tuę mentientur tibi ini
mici tui.

¶ Dicite ſic deo. O dn̄e Ieſu q̄ terribilia ſunt opera tua q̄ fe
ciſti in nr̄a redēptiōe, quia ſol eclypſat⁹ eſt in plenilunio cō
tra naturā: & tenebrę factę ſunt ſup vniuerſam terrā a ſexta
vſq; ad nonā in tua paſſione. Et introiſti infernus & portas
ęreas & vectes ferreos cōfregiſti: & inde fideles vete. te. edu
xiſti: & de ſepulchro reſurrexiſti: in qua reſurrectione terræ
motus fact⁹ eſt magnus: & exterriti ſunt cuſtodes &c. Et to-
tum hoc factum eſt in multitudine virtutis tuæ, qui es dn̄s
cęli & terrę & inferni. Et iō nō ſolū terrā & infernū: ſed etiā
cęlū mouiſti, q̄a āgel⁹ dn̄i deſcēdit de cælo: & reuoluit ma-
gnū lapidē &c. Sȝ inimici tui iudęi ſemp mētiunt̄ ꝯtra te, q
pecunia corruperūt cuſtodes: vt dicerēt te nō ſurrexiſſe: ſed
corp⁹ ab apl'is ablatū fuiſſe. Et etiā mentiunt̄ tibi iudęi non
accipiētes te, cū ſis verus Meſſias in lege patribus & ꝓphe
tis promiſſus. Et ideo nō ſolum mentiuntur tibi ſed etiāȝ to
ti ſacrę ſcrpturę.

Omnis terra adoret te deus: & pſallat tibi: pſal-
mum dicat nomini tuo.

¶ Poſtq̄ iudęi inimici tui mentiunt̄ ibi, te nō recipiētes, iō
reprobatis illis oīs terra gētiliū adoret te tanq̄ deū & hoieȝ
& pſallat ibi laudes decātando: & pſalmū dicat noī tuo qd̄
eſt Ieſus, profitendo verū redēptorem & Meſſiam. Deinde
propheta conuerſus non ſolummodo ad populū gentilem
ſed ad omnes fideles de limbo liberatos dicit.

Venite & videte opera dei: terribilis in conſilijs
ſuper filios hominum.

Qui conuertit mare in aridam: in flumine per-
tranſibunt pede: ibi lętabitur in ipſo.

Qui dominatur in virtute ſua in ęternum: ocu-
li eius ſuper gentes reſpiciunt: qui exaſperant
non exaltentur in ſemetipſis.

¶ O vos fideles redēpti & liberati, venite & videte opera
redēptionis dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, qm̄ terribilis eſt in cōſi-
lijs & ſapiētia & doctrina ſup oēs filios hoīȝ. Nā ſicut Moy-
ſes eduxit ppl'ȝ Iſrael de Aegypto i ſignis terribilib⁹ & portē
tis: & ſiccauit mare rubruȝ & diuiſit in diuiſiones & conuer
tit mare in aridā terram. i. oſidit terrā aridā p diuiſionē per
quā Iſrael tranſiuit & liberatus eſt de manu Aegyptioꝝ: &
poſtea conuertit retrorſum flumen Iordanis: & Iſrael trāſi-
uit & ītroiuit ſicco pede in terrā ꝓmiſſā: Ita pariter & āpli⁹
Chriſt⁹ cū maioribus ſignis & tumultu cęli & maris & terrę
& inferni, eduxit ſanctos patres de tenebris inferni, & totuȝ
gen⁹ hūanū de tenebris pctōꝝ: & mare & fluctus iferni con
uertit in aridā terrā: & diuiſit & fugauit dęmones & libera-
uit ſctōs patres: & poſtea per aquas & in flumie baptiſmali
remiſit aquas pctōꝝ: & ſic trāſiuimus pede ſicco & abluti a
ſorde pcti: & intrauimus eccl'iam in qua lętabimur in ipſo
Chriſto hic p gr̄am & i patria p gl'iāȝ. Itaq; ſicut ſancti pr̄es
fuerūt liberati de tenebris inferni: ita ppl's gentilis de tene
bris idoloꝝ: & tranſlati ad fidē & eccl'iam per flumē baptiſ
male. Ex quib⁹ pȝ ꝙ Chriſt⁹ eſt de⁹ qui dn̄atur in ęternuȝ
in virtute ſua i cælo & in terra & in inferno: & i mari: & ocu
li eius reſpiciunt ſup gentes: & eis ꝓſtidit hęreditatem gr̄ę &
gl'ię. Iō iudæi qui negant & exaſperant Chriſtū nō exaltē-
tur in ſemetipſis, imo deijciant̄ & ſubijciant̄ in captiuitateȝ
tpalē ſub principib⁹ hui⁹ mūdi: & ęternā ſub diabolo poſtq̄
noluerūt liberari per Chriſtū. Et nō etiā exaſperāt nec mur
murent: quia ipſi ſe indignos fecerunt diuinę gratię.

Benedicite gentes deum noſtrum: & auditam
facite vocem laudis eius.

Qui poſuit aiam meam ad vitam: & non dedit
in commotionem pedes meos.

¶ Hic incipit ſcd̄a ps. Ergo vos gētes bn̄dicite deū noſtruȝ
dn̄m Ieſū Chriſtū: & auditā facite vocē laudis ei⁹: & ꝓdica-
te eū & gr̄as agite ipi Chriſto q poſuit & eduxit aiaȝ meam
ad vitā gr̄ę & gl'ię p fidē: & nō dedit pedes meos i cōmotio
nē: nec pmiſit pedes meos a fide cōmoueri, ſicut iudęi moti
ſunt a fide & veritate. Vn̄ per pedes intelligit hic fūdamē-
tum fidei: q̄ in hoc mundo peregrinamur & ad patriam ten
dim⁹. Nā ſicut p pedes materiales gradimur p iſtā terrā ita
ſpecialiter p fidē tanq̄ per pedes ambulamus in eccleſia, q̄a
ipſa eſt pes & fundamentū oīm aliarum virtutum.

Quoniam probaſti nos deus: igne nos ęxami-
naſti ſicut examinatur argentum.

Induxiſti nos in laqueum: poſuiſti tribulatio-
nes in dorſo noſtro: impoſuiſti homines ſuper
capita noſtra.

Tranſiuimus per ignem & aquam: & eduxiſti
nos in refrigerium.

¶ Probo ꝙ non pmiſit cōmoueri pedes meos fidei, immo
firmauit qm̄ tu deus nos ꝓbaſti & nos examinaſti igne &
ira & crudelitate tyrānoꝝ p diuerſa tormēta, ſicut argentū
examinatur multo igne & fuſione: & induxiſti. i. induci pmi
ſiſti i laqū tētatiōis: & poſuiſti tribulatiōes tormētoꝝ i dor
ſo nr̄o p multa tp̄a, q̄a reſurrectiōe Chriſti vſq; ad Cōſtāti-

nū durauit perſecutio tyrannorū.vt impoſuiſti hoies ſuper capita noſtra,quia maximianus & Diocletianus ꝓmulgauerunt edictum:vt ſi quis Chriſtū profiteretur bonis fiſco deſtinatis capitalis ſcia puniret.Intīū ergo fuim⁹ afflicti ꝙ ꝑ totum iſtud tēpus tranſiuimus per ignem & aquam tormētoꝝ & perſecutionū.Sed tandem deduxiſti nos in refrigerium & quietem per conuerſionem Conſtantini,in quo quieuit ecclia:& etiam nos deduxiſti martyres in refrigeriuꝫ & fruitionē gl'ię poſt tot tormēta.q̄ſi vellet concludere .Ergo bñdicite gētes Chriſtū de tot bñficijs receptis.Prio qa fuiſtis liberati ab idololatria.Scdo quia plures martyres fuerunt de pplo gentili.Tertio quia tota eccleſia manſit in populo gentili iudæis reprobatis.

## Introibo in domū tuam in holocauſtis:reddā tibi vota mea quę diſtinxerunt labia mea.

¶ Hic promittit reddere vota poſt gratiarum actiōes. Vñ dicit hō myſticus.Poſtq̄ fuero liberatus de perſecutione tyrannorum:& Conſtantinus reddiderit pacem ecclīæ,ego tunc libere potero exercere diuinū cultum:& introibo domum tuam.ſ.eccſiam in holocauſtis & ſacrificijs,ꝙ erit cor contritum & humiliatum.Nam holocauſtū in le.vete.erat ſacrificiū qđ totū igni cōſumebatur añ altare.Ita pariter in lege noua cor contritū & hūiliatum dicitur holocauſtū totū igne charitatis crematū nil retinens de pc̄tō ſed totum i deum conuerſum:& hoc eſt verum holocauſtum Chriſtianorum.Et iō ſequitur.Reddā tibi deus vota mea.ſ.promiſſa volūtaria q̄ labia mea diſtinxerunt & expreſſerūt.Vnde vota que vouimus & deo promiſimus & profeſſi fuimus in baptiſmo,fuerunt fides,ſpes,& charitas de corde bono & conſcientia pura & obſeruantia legis euangelicę.Iſta ergo ſunt vota q̄ diſtinxerunt & expreſſerunt & ꝓmiſerunt labia noſtra in baptiſmo:& hæc tenemur reddere ſemper reſpōſo noſtro Chriſto tanq̄ debitum.

## Et locutum eſt os meum:in tribulatione mea.

¶ Dicit ecclia etiā reddā tibi illa vota & promiſſa q̄ locutū eſt os meum in tribulatione mea. Nam qñ eram in illa dira pſecutione tyrannorum fugiendo per montes & ſpeluncas & non poteram libere deo ſacrificare, tunc promiſi per os meum deo multa vota,ſi liberaret me de illa perſecutione.Poſtq̄ ergo fuero ego & ſuꝫ liberatus:volo reddere non ſolum vota mea q̄ diſtinxerunt labia mea in baptiſmo:ſed etiam illa vota quæ locutum eſt & promiſit os meū in illa tribulatione & perſecutione.

## Holocauſta medullata offeram tibi cum incenſo arietum:offeram tibi boues cum hircis.

¶ Et offeram tibi holocauſta medullata.Vñ nota ꝙ in le.ve.offerebant arietes pingues & boues & hirci:& toti cremabantur in holocauſtū:& ille fumus pinguedinis aſcendebat in cælū &c.Sed iā dictū eſt pſalmo.xlviij.ꝙ talia ſacrificia iā non ſunt accepta in lege noua & ꝙ de ſe non erant bona nec munda nec propria ſed aliena. Sed in lege noua offeruntur illa ſacrificia q̄ ꝑ illa figurabantur.Nā per agnū matutinū & veſpertinū qui tot⁹ in holocauſtū cremabat intelligit Chriſt⁹ q totus in cruce igne charitatis crematus eſt:& totū ſe deo patri ꝓ toto mūdo obtulit:& illud holocauſtum quotidie in eccleſia offertur in memoriā illi⁹ paſſiōis & recōciliatiōis ppli cum deo patre.Et per arietes intelliguntur ſacerodtes qui ſupradictū holocauſtū offerūt cū icēſo & deuotione,qui ſimul offerūt ſeipſos.Et ꝑ boues & hircos oblatos intelligūtur poenitentes,q a ſupbia & petulantia bouina & fœditate hircina mortificatos ſeipſos ſctōs & immaculatos offerunt deo. Dicit ergo.ego tunc offeram tibi holocauſta medullata & pinguia pinguedine & abundātia gratię qđ eſt ſacramentū euchariſtę:& hoc holocauſtuꝫ offeram tibi cū incenſo & deuotione arietū.ſ.ſacerdotum q ſunt ductores ouium:& offeram tibi boues.i.poenitentes a ſuperbia mortificatos cū hircis.i.cum poenitentibus ab hircina fœditate & luxuria mortificatis & mūdatis,ſicut dictū eſt pſalmo.l.in tertia expoſitione.Et etiaꝫ per iſta tria aialia occiſa intelliguntur martyres & confeſſores & virgines vt dictum eſt ibidem.quæ quidem holocauſta iugiter offeruntur in eccleſia. Et omnia iſta obtulit Chriſtus in cruce.Nā primo ipſe fuit aries & ductor populi & gregis Chriſtiani:& fuit vitulus ſine iugo peccati:& fuit hircus non de ſe ſꝫ quia pc̄tā omnium membroruꝫ ſecum crucifixit.

## Venite audite & narrabo oēs qui timetis deū:quanta fecit animę meę.

¶ Eccleſia prorumpens in gaudium conuocat omnes ad congaudendū ſecum dicens.Venite omnes fideles & videte quāta beneficia ſuperius expoſita dñs fecit animę meę.

## Ad ipſum ore meo clamaui:& exaltaui ſub lingua mea.

## Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo:non exaudiet dominus.

## Propterea exaudiuit dominus:& attendit voci deprecationis meę.

¶ Et ideo ore meo clamaui & clamabo ad ipſum ſepties I die gratias agēdo in diuinis officijs:& exaltabo ſub lingua mea.Nam ſi pro quia & non,quia non aſpexi iniquitatem in corde meo:ideo exaudiuit me domin⁹,quia ſi aſpexiſſeꝫ iniquitatem non exaudiſſet me dominus,quia peccatores deus non exaudit,ſed iuſtos.ſed quia ego mortificat⁹ a peccato obtulit cor contritum & humiliatum:propterea exaudiuit deus & intendit & ſatiſfecit voci deprecatiōis meę:ad implendo quod petebam.

## Benedictus deus:qui non amouit orationem meam & miſericordiam ſuam a me.

¶ Benedictus ſit ergo deus & gratias ago ipſi,q non amouit.i.non renuit nec repulit orationem.i.petitionem orationis meę:nec miam ſuam remouit a me. Nam per ſuam miſericordiam me adiuuit & cōpleuit petitioneꝫ oꝛonis meę.Nam primo per miſericordiam ſuam venit in carnem & liberauit me a peccatis & per eccleſiaſtica ſacramenta:& poſtea liberauit me a perſecutione tyrannoruꝫ.& ſic expecto liberari de carcere corporis huius & eſſe cum Chriſto Amē.

## DEus miſereatur noſtri & benedicat nobis:illuminet vultum ſuum ſuper nos & miſereatur noſtri.

## Vt cognoſcamus in terra viam tuam:in omnibus gentibus ſalutare tuum.

¶ Titulus Ad victoriam ſiue in finem pſalmus cantici.Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū dirigens in Chriſtum & eccleſiam:qui eſt finis legis omni credenti ad iuſtitiam ad Roma.x.Et exprimitur modus quo cantabatur i templo ex præcepto Dauid,quia in organis muſicis cum cantico & voce humana. Nam ita.Terentius in titulis comœdiarum exprimit organa & muſica inſtrumenta quib⁹ comœdiæ cantabantur cum dicit.Acta ludis megalenſib⁹ tibijs duabus &c.ita Dauid velut verus & ſpiritualis poeta & egregius pſaltes Iſrael in titulis ſuorum pſalmorum exprimit genera muſicorum & modum cantandi.Nam ſecundū ſacramēta i pſalmis cōtēpta dabat modū cātādi:vt cāt⁹ correſpōderet ſacramēto.Sed quia iſte pſalmus cōtinet altiſſima myſteria.ſ.myſterium aduentus Chriſti,& myſterium trinitatis:ideo voluit vt cantaretur cum organo & cantu ſiue voce humana iuncta cum organo.& ſic ſimul notificabatur vnitas verbi cum carne & lætitia aduentus Chriſti:

& cantabatur cū toto conatu vocum vſq; ad fines, ad denotandum altiſſimum myſterium trinitatis, in quo factus fuit. Iſte pſal. paruus in verbis: & maximus in ſententia diuidit̃ in duas partes. Nam in prima homo myſticus ſiue eccleſia petit ſaluatorem vt veniat in carnem vt ſaluet mundum ꝑ miam & paſſionem. Secundo quia licet iſta incarnatio terminetur ad filium tamen efficienter fit a tota trinitate. Iō in vltimo verſiculo inuocat & exprimit oēs tres perſonas ꝑ myſterum trinitatis, ibi. Benedicat nos deus. ¶ Quantum ad primum eſt notandum ꝙ actus miæ & noſtræ redemptionis primo & principaliter attribuitur patri & toti trinitati efficienter: ſed inſtrumentaliter & meritorie attribuitur humanitati Chriſti, eo ꝙ illa facta eſt noſtra iuſtificatio & punitio noſtri ſceleris: & ſic totus Chriſtus dicitur redemptor & ſaluator. ſed quia i illa hūanitate de⁹ pater fuit nobis notificatus inquātum Chriſt⁹ per humanitatem nobis loquebatur & prædicabat & reuelauit diuinitatem & notificauit voluntatē patris in lege euangelica: iō Chriſtus dr̃ vultus & facies patris in ſcriptura. quia per vultum & facieʒ notitia deſignatur. vt ait Grego. ſuꝑ Ezech. Nam vna q̃q; res per faciem & vultū cognoſcitur. ideo ait Dauid in principio huius pſal. Deus pater ſupple miſereatur noſtri. quia per magna tempora ab Adam hucuſq; fuimus in miſeria & captiuitate peccati. Et benedicat nobis obſoluendo nos a maledictione ſniæ datę in Adaʒ, & a maledicta lege. Sed quia talis miſericordia & benedictio nō poterat nobis dari niſi per incarnationem filij dei qui eſt verbum & vultus patris, ꝑ queʒ pater & ſua volūtas nobis debebat notificari: iō ſequitur. illuminet vultum ſuū ſuꝑ nos. i. oſtendat nobis filium ſuum in hūanitate: qui eſt lux vera illuminans omneʒ hoiem venientē in hunc mundū. q. d. per vultum ſuū. ſ. filiū ſuuʒ incarnatū illuminet nos dando legē euangelicaʒ: & ſic miſereatur noſtri nō ſolum per doctrinam ſed etiam ꝑ mortē & paſſionē a miſeria & maledictione reuelando: vt per ipm filium tuum cognoſcamus in terra viam tuam. ſ. legeʒ euangelicam q̃ eſt via ꝓuenientiū ad te: & ipſemet filius tuus eſt via veritatas & vita: & ſic cognoſcendo ipſum, cognoſcemus viā tuam, quia nemo poteſt venire ad patrem niſi per filiū: & etiā vt cognoſcamus Chriſtū ſalutare tuū & medicū ſalutis non ſolum in Iudęa ſed in omnibus gētibus: vt ſit vniuerſalis redemptor. Nā per ipſum filium tuum tanq̄ per facieʒ & vultum te omnes cognoſcemus. ergo mitte eū vt te omnes cognoſcamus.

## Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes.

¶ O Deus vt oēs ppl̃i cōfiteantur tibi confeſſione fidei: & oēs ppl̃i cōfiteantur tibi in cōfeſſione laudis. quaſi dicat: taliter cognoſcamus ſalutare tuū in omnibus gentibus: vt oēs ppl̃i gentiles qui hucuſq; fuerunt falſę ſuperſtitioni idoloꝝ dediti, deinde te verum deum trinū & vnum & incarnatuʒ confiteantur & adorent & laudent.

## Lętentur & exultent gentes. quoniam iudicas populos in ęquitate: & gentes in terra dirigis.

¶ Gentes ſic conuerſæ lætentur & exultent, quoniam tu iudicas populos in ęquitate per legeʒ euangelicā, quia nō ꝑcipit niſi omnem virtutem & ęquitatem & iuſtitiaʒ: & nō es acceptor ꝑſonaꝝ: quia ita ęque ſaluas gētiles ſicut Iudęos: & dirigis gentes in terra per legem euangelicā ſicut direxiſti iudęos. Nam licet ꝑdicaueris iudęis & direxeris eos, tn̄ poſtea miſiſti apl̃os ad ꝑdicandum & dirigendum gentiles in via dei. & ſic patet ꝙ iudicas in ęqtate. quaſi dicat: ꝙ ita lætabuntur gentiles ſicut iudęi in tuo aduentu, quia æque oibus dabis legem & omnes redimes.

## Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi oēs: terra dedit fructum ſuum.

¶ Quaſi dicat. Non ſolum confitentur tibi populi: quia tu es deus & Meſſias & ſaluator & iudex æquus & legiſer: ſʒ etiā quia es verus tutor & gubernator & dator bonorum tēporalium Nam per te terra dedit fructum ſuuʒ ad humanā ſubſtentationem: & ad vitam alimentum, quia omnia ad te expectant vt des fructum in tempore &c. Sed iſta expoſitio licet contineat veritateʒ, inquantum omnia iſta temporalia dantur a deo: tamen non credo ꝙ iſta ſit intētio ꝓphetæ in hoc loco, immo hic exprimit myſterium incarnatiōis & natiuitatis Chriſti de virgine Maria ſine viro ſʒ ſolo opere ſpirit⁹ ſancti, quaſi dicat. Cōfiteant̃ tibi oēs populi & firmiter credant ꝙ terra. i. virgo Maria q̃ reſpectu dei dicit̃ terra, dedit fructū ſuū. i. pepit Chriſtū patriarchis & ꝓphetis diu promiſſum & expectatum. de quo fructu ait Eſa. liij. Et erit ſicut virgultum corā eo: & ſicut radix de terra ſitienti. Idē cap. xlv. Rorate cæli deſuper: & nubes pluant iuſtuʒ: aperiatur terra & germinet ſaluatoreʒ. quaſi dicat, ꝙ ſicut terra ex ſola influentia cæli germinat virgultum & fructuʒ: ita virgo Maria ſine coitu viri, ſed ex ſolo opere ſpūs ſācti, & influentia ſuperna germinauit Chriſtum ſaluatorem & fructū benedictū, cum cęteri fructus fuerint in Adam maledicti deſcendentes per generationem. Ideo ſolus iſte fruct⁹ nos poterat benedicere.

## Benedicat nos deus deus noſter: bn̄dicat nos deus: & metuant eum omnes fines terrę.

¶ In hac ſcda pte explicat myſteriū triū ꝑſonaꝝ in vna eſſentia diuina & ſubſtātia. Nā quia ſuperi⁹ memorauit duas ꝑſonas diuinas. ſ. patrem a quo petijt miam & bn̄dictionē, & ꝑſonā filij intellectam ꝑ vultū, per quem facta eſt nobis mia & data bn̄dictio & ſalus & lex: ne putaremus eſſe tantum duas ꝑſonas in diuinis: iō explicat oēs tres: vt ſimul cōꝑhendat perſonam ſpūs ſancti triplicando hoc nomē de⁹, licet implicite facta ſit memoria de ſpū ſancto cū dixit Terra dedit fructum ſuum quaſi opere ſpūs ſancti ſupple. Ideo hic intēdit dicere ꝙ licet miſereri & benedicere pertineat ad patrem ꝑ filiū qui eſt vultus eius: tn̄ non excluditur ſpūs ſanctus qui diſponit corda noſtra ad miam & gratiā recipiēdā. Dicit ergo. Bn̄dicat nos deus pater & de⁹ noſter, ſcilicet filius: & bn̄dicat nos deus. ſ. ſpūs ſanctus, aiam noſtrā diſponēdo. Sed ne quis putaret ꝙ iſtę tres ꝑſonę ſint diſtinctę in eſſentia & ſubſtātia, iō ſequit̃. Et metuāt eū. i. ipʒ vnū ſoluʒ deū, oēs fines terræ. quaſi dicat: licet iſtę ſint tres perſonæ perſonaliter & relatiue diſtinctę: tum ſunt vna tm̄ eſſentia & ſubſtantia: & vnus ſolus deus trin⁹ in ꝑſonis & vn⁹ in eſſētia. Vn̄ per ly deus, deus, deus, non notificat̃ ꝙ ſint tres dij, ſed tres perſonę: quarū quælibet eſt ęque & perfectę deus. quia eadē deitate q̄ pater eſt deus: eadē numero filius & ſpiritus ſanctus eſt deus: & ſic nō eſt niſi vnus de⁹. Itē eadē entitate & eſſentia qua pater eſt ens: eadē pater filius & ſpiritus ſctūs eſt ens: & ſic nō ē niſi vnū ens abſolute vt ait Aug. cōtra Maximianū, licʒ ſint tria ſuppoſita relatiua. Naʒ pater non eſt deus paternitate ſed deitate: & eſſentia & ſubſtantia dicit̃ ens & deus: & hanc eandē cōmunicat filio: & ambo eādē cōicāt ſpiritui ſctō: & ſic oēs tres perſonæ ſunt vn⁹ deus & vnum ens & vnum aliquid. quia relatiua non ſunt aliquid ſcdm Ariſto. & Aug. ſed ad aliquid. & iō lʒ ſint tria ad aliquid, ſiue tria relatiua, tn̄ nō ſūt niſi vnū ens & vnū aliquid & vn⁹ de⁹, ſumēdo ens & aliquid noialiter. Sʒ ꝓpriū nomē dei eſt ens ſiue eſſētia ſiue eſſentię, ꝙ idē dicūt in deo. & iō opa eēntialia ad extra ſūt indiuiſa in diuinis. Nā tota trinitas dicit̃ creatrix: licet q̃nq; ſcriptura diſtinguat modū in perſonis. Nā pater creauit mundū ꝑ verbū in ſpū ſācto: & ſic patri attribuitur auctoritas miæ, & filio diſpenſatio eiuſdem qa ꝑ filiū miſertus eſt nobis & ſpiritui

ſctō attribuiť ſctificatio:quia ſicut pr̄ & fili⁹ ſpirāt ſpm̄ ſctm̄
ita p ipm̄ inſpirāt in nobis ſctificationem & grām. Et iō in
oronib⁹ petim⁹ prēm p filiū in vnitate ſpūs ſcti,quia ſic re-
quiriť & explicať ordo emanationū diuinaꝝ perſonaꝝ. Et
nos nō timem⁹ nec metuimus nec adoramus tres deos:ſed
vnū deū colim⁹ in eēntia & ſubſtantia,& trinū in perſonis.
cui⁹ opa mię & ſalutis circa nos facta ſatis explicanť in hoc
M pńo pſalmo. ¶ Et nota ꝙ Dauid non ſolum notificat no-
bis vnitatē diuinę ſubſtantię cum trinitate pſonaꝝ per hoc
pronomē ſingulare eū:qn̄ dicit metuant eum &c. ſed etiā
p hoc verbū ſingulare bn̄dicat:cū dicit Benedicat nos deus
de⁹ noſter &c.ad denotandū ꝙ licet tres pſonę realiter di-
ſtinctę cōcurrant ad bn̄dicendū nos:tn̄ vnic⁹ eſt actus eaꝝ
ad extra tanq̄ ab vno principio ſubſtātiali in quo ſunt vnū,
qa opera trinitatis ſunt diuiſa ad extra. Ideo tales act⁹ eſſē-
tiales cōiter ꝓferuntur in ſcriptura p verba ſingularis nume
ri.vt Gen.primo. In principio creauit deus cælum & terrā.
ſed qn̄qꝫ proferuntur per verbū plurale. vt ibidē. Faciam⁹
hoiem ad imaginē &c·per qd̄ denotatur pluralitas perſo-
narū cū vnitate ſubſtātię. Secus aūt eſt de productiōe ſpūs
ſancti. qui licet ſpiretur a patre & filio tāq̄ ab vno pricipio,
prout determinatum in conſilio Lugdunenſi: tn̄ doctores
catholici ſemp conſueuerunt dicere cū verbo plurali,ꝙ pa-
ter & filius ꝓducūt aut ſpirant ſpm̄ ſctm̄. Et hoc fit quadru
plici ratiōe:vt pōt colligi ex dictis Aug. Prio quia talis act⁹
nō eſt eſſentialis ſed perſonalis & nominalis. Secundo qa
licet pater & filius ſpirent ſpm̄ ſanctū tanq̄ vnū principium
propter vnicā virtutem ſpiratiuam In qua non opponunť
ſed vniuntur:tn̄ ſpūs ſanctus ꝓcedit ab oīs tanq̄ a duabus
perſonis ſe mutuo diligentibus:quia ſpūs ſanctus nō eſt pa
tris ſolius nec filij ſolius ſed amboꝝ. Et ideo quandā qua
ſe pater & filius diligunt,inſinuat nobis charitatem. vt in-
quit Aug. Et ſic ſimul denotat in eis pluralitatē & vnitatē.
inq̄tū eſt nexus amborum. Tertio hoc fit ad notificandam
trinitatē pſonaꝝ cū vnitate ſubſtātię. Quarto vt videamur
cōformari ſaluatori noſtro,qui dixit. Pater & ego vnū ſu-
mus:cum verbo plurali. Et ideo de hac ineffabili trinitate
cum grandi timore & tremore loquendum nobis eſt:ſemp
verba noſtra catholicę fidei ſubijciendo.

EXurgat deus & diſſipētur īimici eius:
& fugiant qui oderūt eum a facie eius.

¶ Huic pſal. p̄ponitur talis titul⁹.ſ. In finē ſiue
ad victoriam Dauid pſalm⁹ cantici. per qd̄ patet ꝙ Dauid
fecit hunc pſalmum dirigens in Chriſtū:& eccl'iā,qui eſt fi
nis legis:& p̄cepit ipm̄ cantari in templo cum inſtrumento
muſico cum toto conatu vocum,eo ꝙ ille populus cum ma
gno clamore & deſiderio vocabat Chriſtum:vt veniret ad
eccl'iam ſuam:vt patebit. Vnde eſt aduertendū ꝙ iſte pſal-
mus eſt difficilior inter omnes ad intelligendum & exponē
dum. Primo propter ſcabroſitatē & diuerſitatem tranſla-
tionum. Secundo quia vtitur cōiter vocabulis metaphori-
cis. Tertio quia vtitur multis figuris grāmaticalib⁹. Ideo ē
difficilis ad cōſtruendam & ordinandā l'ram. Et eſt magna
diuerſitas non ſolum inter catholicos:ſed etiā inter hebrę-
os in exponendo & ordinando particulas hui⁹ pſalmi licet
omnes hebręi conueniant pro maiori parte in expoſitiōe
eius quantū ad materiā Dicunt eñ ꝙ Dauid in hoc pſal.
agit gratias deo ꝓ beneficijs quę recepit ille ppl's in exitu
Aegypti:& in tota illa peregrinatiōe per deſertū vſqꝫ ad i-
greſſum terrę ꝓmiſſę incluſiue· Et ſic exponunt hunc pſal.
l'raliter abſqꝫ aliquo ſacramēto. Sed in tali expoſitione p̄-
ciſe l'rali iudęi cęci & obſtinati multipliciter errant. Prio qa
minuūt dignitatem ꝓphetę. Nā ſeqretur ꝙ Dauid nō eēt
propheta in hoc pſalmo,nec indiguiſſet lumine ſpūs ſancti,
quia vnuſquiſqꝫ ex ꝓprio lumine pōt narrare hiſtoriā p̄te-
ritoꝝ geſtoꝝ·quod eſt contra ſacramentū tituli huius pſal.

Nā dicit Rabi Camhi ꝙ vbicūqꝫ in pſal. poniť titulus in fi-
nē:ibi poniť & claudiť aliqd̄ magnū myſteriū de futuro re-
ge Meſſia. Itē ſcdo:quia multa inſeruntur i hoc pſal.q̄ ſūt p̄-
ter illā hiſtoriā. Itē tertio quia loquitur multotiēs per verba
de futuro vt patebit.ergo aliqd aliud intēdit dicere Dauid
p̄ter hiſtoriā in hoc pſal. Et iō eſt magis credēdū aplo Pau
lo q ad Ephe.iiij.exponit ſcripturā hui⁹ pſal.de donis grā-
rū q acceperūt apl'i in miſſiōe ſpūs ſcti i die pētec. allegādo
illud. Aſcēdiſti in altū,cepiſti captiuitatē,accepiſti dona in
hoibus. Et iō eſt dicendū ꝙ ꝓpheta Dauid cōſiderando &
cōtēplando totū diſcurſum filioꝝ iſr'l ab exitu Aegypti vſqꝫ
ad ingreſſum terrę ꝓmiſſę p̄uidit in ſpū totū diſcurſū eccl'ię
a reſurrectiōe Chriſti vſqꝫ ad ei⁹ ꝓſperitatē tēpore Cōſtāti-
ni:& etiā vſqꝫ ad iudiciū. Vñ p hoc ꝙ Moyſes eduxit illum
ppl'm de Aegypto in manu forti & brachio excelſo trāſue-
xit eū per mare rubrū ſubmerſo pharaōe cum exercitu ſuo.
de qua victoria ille ppl's cantauit illud canticū triūphale.ſ.
Cantem⁹ dn̄o gl'ioſe. p̄uidit Dauid in ſpū qualiter Chriſtus
in ſua reſurrectione confractis portis inferni debebat educe
re victos & captiuos pr̄es & fideles ve.te.& itroducere eos
in cælū. de quo triūpho angeli debebant cantare canticum
triūphale. Item per hoc ꝙ de⁹ pluit māna in deſerto ad re-
fectionē illi⁹ ppl'i:& dedit legē Moyſi i mōte Sinai cū igne
& tonitruis:p̄uidit Dauid qualiter Chriſtus debebat dare
eccl'iæ ſuę ſacramētū eucharıſtię ad refectionē ſpūalē:& in
die pētec. debebat pluere ſup apl'os pluuiā donoꝝ & grārū
ſpūaliū. Item tertio p hoc ꝙ Moyſes ex p̄cepto dei fabrica
uit tabernaculū & arcā:& diuiſit leuitis oia officia & ſpolia
tabernaculi vt patet Numeri.iiij. p̄uidit qualiter Chriſtus
debebat ſpūaliter fabricare eccleſiā ſponſā ſuā:& ornare
& dotare eā ornamentis diuerſarū virtutū & officioꝝ & ſa-
cramentoꝝ. Itē quarto per hoc ꝙ ille ppl's ex p̄cepto dei i-
terfecit regem Baſan & oēs reges Chanaan cū omnibus ha
bitatoribus propter ſcelera eoꝝ,p̄uidit Dauid qualiter ex
p̄cepto dei Titus cū exercitu Romanoꝝ debebat intrare p
Baſan i terrā ꝓmiſſiōis & deſtruere Hier'lm & oēs habita-
tores eius,in vindictā mortis Chriſti. Itē quinto p hoc ꝙ ille
ppl's introiuit p Iordanē cū duodeci ducibus & cū arca dn̄i,
ad cuius p̄ſentiā & voces ſacerdotum & leuitaꝝ corruerūt
muri Hierico:& exinde in virtute dn̄i exiſtentis in arca ca-
pta fuit tota terra & ſubiecta diuino cultui:p̄uidit Dauid in
ſpū qualiter reprobatis & deſtructis Iudæis:apl'i debebant
ingredi ad ppl'm gentilē:& ad p̄dicationē & in virtute no
minis Ieſu qd̄ in ore ferebant cū magnis ſignis & miraculis
debebant ſubijcere totū ppl'm gentilē iugo & fidei Chriſti
a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſū. Oia ergo ſupradicta præuidens
Dauid in ſpū fecit hūc pſal. In quo octo facit. Nā primo ex-
citat Chriſtū vt reſurgat a mortuis:& oēs fideles vt celebrēt
cū lætitia Chriſti reſurrectionē. Secundo inuitat & excitat
oēs angelos & oēs fideles redēptos ad cantādū cāticū triū-
phale,pro victoria quam Chriſtus habuit de diabolo & de
morte p ſuā reſurrectionē & aſcenſionē. Tertio explicat do
na gratioꝝ & ornamenta quibus Chriſt⁹ dotauit & orna-
uit eccl'iā ſponſam ſuam. Quarto explicat qualiter oia illa
dona Chriſt⁹ accepit a patre in ſua aſcenſione. Quinto ex-
plicat quō Chriſtus meruit accipe illa dona per mortē ſuā &
paſſionē. Sexto explicat & p̄dicit punitionē Iudęoꝝ factā
in vīdictā mortis Chriſti. Septio explicat & p̄dicit q̄liter re-
probatis & deſtructis iudæis,apl'i ingreſſi ſūt ad ppl'm gen-
tilem:ex cuius cōuerſione eccleſia fuit ampliata per totum
orbē. Octauo agit grās & excitat totā eccleſiam ad agendū
grās ꝓ oib⁹ beneficijs ſupradictis acceptis. ſecūdū ibi. Cāta
te deo. tertiū ibi. Deus cū egredieris. quartū ibi. Currus dei
quintū ibi. Benedict⁹ deus. Sextū ibi. Verūtn̄ cōfringet ſe-
ptimū ibi. Viderūt ingreſſus tuos. octauū ibi. Regna terræ
cantate. ¶ Quantū ad primum eſt aduertendū prout legi
tur Numeri.x.ꝙ poſtq̄ moyſes receperat legē & fabricaue-

rat tabernaculum cũ arca & erexerat ipm̃, & columna nobis ſimul cum tabernaculo incepit moueri, tũc Moyſes cũ leuitis cantarũt primũ verſum huius pſalmi. ſ. Exurgat de⁹ & diſſipenť inimici ei⁹ & fugient qui oderũt eũ a facie ei⁹. Et ſic qñcũq; arca dñi mouebatur de aliquo loco & manſione, ſemp̃ repetebãt hũc verſum: & oẽs inimici fugiebãt a facie eoꝝ: intantum ꝙ irruit timor ſuper oẽs habitatores illius terræ circunſtantis vt omnes fugerent a facie tabernaculi vſq; quo arca introducta fuit in terram promiſſam & collocata in Silo: vt patet per totum diſcurſum libri nũeroꝝ & Ioſue. In quo facta ſunt multa mirabilia. Nã a facie tabernaculi vict⁹ & fugatus fuit Amalech & Moab & Baſan & Iordanis conuerſus retrorſum & oĩa regna Chanaã ſubiecta. p q̃d ꝑuidit Dauid qualiter Chriſto reſurgente infern⁹ erat expoliãdus & diabolus a facie Chriſti fugand⁹: & etiã q̃liter a facie nois Ieſu: qd apl̃i portabãt in ore & arca euãgelica, tota terra debebat tremere & oĩa idola erãt proſternenda: & oĩa regna terrę Chriſto ſubijcienda. Hoc ergo præuidens Dauid in ſpũ incipit hũc pſalmũ cũ verbis Moyſi: & excitat Chriſtum vt reſurgat a mortuis de ſepulchro & expoliet infernum, dic. Exurgat Chriſt⁹ deus & hõ de ſepulchro ſicut ſurrexit qñ liberauit iſrl̃ de Aegypto: & intret infernũ & fugiant diaboli inimici eius & ducat exinde fideles ve. te. Et nõ ſolum fugiant diaboli a facie eius: ſed etiam Iudæi inimici eius, q oderunt & crucifixerunt eũ fugiant videntes eũ reſurrexiſſe.

**Sicut deficit fumus deficiãt: ſicut fluit cęra a facie ignis ſic pereant peccatores a facie dei.**

¶ Sicut fumus deficit & cęra fluit a facie ignis: ita tam iudęi q̃ diabolus pereant & fugentur a facie Chriſti dei & hominis poſt ſuam reſurrectionem. Et oẽs fideles ve. te. liberati de inferno per reſurrectionem

**Et iuſti epulentur & exultent in cõſpectu dei: & delectentur in lętitia.**

¶ Oẽs iuſti fideles no. te. liberati a pctõ & a iugo le. ve. exultent in cõſpectu dei ſe fuiſſe liberatos & delectẽtur in lętitia in lege euangelica: per quam intelliguntur myſteria ve. le. & prophetarũ. Vñ Chriſtiani qui Chriſtum receperunt epulentur in eſu ſacramentoꝝ & ciboꝝ ſpũalium euãgelicę doctrinę. Et delectentur in lætitia in eius intelligentia ſicut filij iſrael epulati ſũt in azimis & agno paſchali in exitu Aegypti. Deinde cum dicit.

**Cantate deo & pſalmũ dicite nomini eius iter facite ei quoniam aſcendit ſuper occaſum: dominus nomen illi.**

¶ Inuitat & excitat Dauid angelos & oẽs fideles redemptos & liberatos de captiuitate diaboli ad cãtãdũ Chriſtũ canticũ triũphale pro victoria quã habuit de diabolo per expoliationem inferni: & morte per reſurrectionem: prout præuidit per liberationem filiorum Iſrael de Aegypto.

N ¶ Ad cuius intelligẽtiam eſt notãdũ ꝙ quinq; fecit Moyſes in figura Chriſti in illo exitu Aegypti. Prio fecit multa ſigna in virtute nois dei tetragrãmaton. Scdo iterfecit oĩa primogenita Aegypti. Tertio liberauit oẽs filios iſrael de illa morte per ſanguinem agni. Quarto eduxit tres conditiões hoim̃ de illa captiuitate. Quinto congregauit totum illum ppl̃ꝫ ſub vna lege & ſocietate in terra promiſſionis: qui antea erat diſperſus p Aegyptũ. Et ideo poſtq̃ fuit liberat⁹ de Aegypto & de periculo maris rubri: cãtauit illd̃ triũphale, Cãtem⁹ dño glorioſe, pro gratiarũ actiõe. Sed qa oĩa illa fecit Moyſes in figura Chriſti: ideo Chriſtus cui eſt nomen domini tetragrãmaton. ſ. Ieſus, alia quinq; fecit in expoliatione inferni & ſua reſurrectione, quæ fuerunt multo maiora. Prio in ſua paſſione qñ deſcẽdit ad inferos fact⁹ eſt terręmotus per vniuerſam terram, & ſol obſcuratus eſt. Secundo confregit infernum & triumphauit de diabolo. Tertio expoliauit infernuꝫ & liberauit ſctõs patres. Quarto triõphauit de morte: quia per reſurrectionem mortẽ vicit & ſuperauit. Quinto cũ magno triumpho ſctõs patres in cælũ introduxit: & in domo vnius glię congregauit. de quo triũpho angeli cãticũ triũphale cãtarũt dicẽtes. quis eſt iſte qui venit de edõ. Eſa. lxiij. Hęc ergo ꝑuidens Dauid in ſpũ excitat angelos & fideles redẽptos ad cantandum triũphũ Chriſto in ſua aſcenſione dicens. O vos patres ve. te. ab inferno liberati: & vos fideles no. te. de tenebris redẽpti: qui per aquas babtiſmales mare rubrũ trãſiſtis & ad littus ſalutis p Chriſtũ ꝑueniſtis: cãtate deo & pſalmũ dicite noĩ eius qd eſt Ieſus ſignificatũ p nomẽ quatuor lraꝝ: quia melius poteſtis vos cantare in iſta redẽptiõe quã filij iſrl̃ poſt trãſitũ maris rubri, qa de maiori captiuitate & morte eſtis liberati per Chriſtũ. nã illi fuerũt liberati de captiuitate & morte tp̃ali: vos aũt de morte æterna. Et vos angeli non prohibeatis ingreſſum eius in cælum immo facite ei iter & date locum, quia licet deus relegauerit hoieꝫ a paradiſo & priuauerit ipm̃ cæleſtib⁹ mãſionibus ꝓpter pctm̃: tñ Chriſt⁹ multis rationib⁹ mereť intrare cælũ cũ ſuis fidelibus liberatis & redẽptis. Prio quia dñs eſt illi nomẽ. i. quia Ieſus eſt nomen ei⁹ ſignificatũ per nomen dñi tetragrãmatõ qd eſt nomen ſummę potẽtię & ſapiẽtię & mię & iuſtitiæ vt dictũ ẽ pſal. viij. Ergo ipĩ debeť i cælũ hæreditatẽ. Scdo quia ipe aſcẽdit ſup occaſum. i. ſupauit & vicit mortẽ p reſurrectionẽ. Tertio debeť ipi triũphus quia ipſe triumphauit de diabolo & turbauit & fugauit eũ & liberauit ſuos fideles, eo ꝙ eſt pater orphanoꝝ & iudex viduarũ. Iõ exultate in cõſpectu eius in iſto triũpho, quia principes inferni turbabuntur a facie ei⁹ . ſ. Chriſti pr̃is orphanoꝝ & iudicis viduaꝝ. Nã ad eũ pertinet defendere fidele ſuos orphanos & electos & aĩas viduas a deo p pctm̃ deſertas. Itẽ quarto debeť ipſi triũphus & debetis exultare, eo ꝙ eduxit vinctos in fortitudie de inferno, & etiã eos qui exaſperant. i. latroneꝫ & Paulũ & multos alios: q añ exaſperabãt cõtra eũ, liberauit & eduxit de morte perpetua. etiã eduxit multos qui habitabãt in ſepulchris quia multi ſurrexerunt cũ Chriſto de ſepulchris & venerũt in ſctãꝫ ciuitatem: & apparuerũt multis. Matth. xxvij. Iteꝫ quinto debeť Chriſto triũphus, eo ꝙ oẽs quos de iferno & de pctõ liberauit fecit habitare in loco ſancto ſcilicet i loco & in domo vnius moris & vni⁹ glię & charitatis. Et eſt figura q̃ diciť hyſterõ ꝓterõ. i. trãſpoſitio ſnię. Nã pri⁹ Chriſtus eduxit vinctos de inferno & de pctõ: & poſtea fecit eos habitare in loco ſctõ ſuo. Ex quinq; ergo rõnibus ſupradictis ꝓbat ꝓpheta, ꝙ Chriſt⁹ debeť triũph⁹ & hereditas i cælo Primo quia nomen eius eſt nomẽ dñi qd eſt Ieſus. Scdo qa triũphauit de morte. Tertio quia turbauit & fugauit diabolũ & triũphauit de eo. Quarto quia eduxit vinctos de inferno. Quinto quia cõgregauit eos in loco ſancto ſuo & in domo vnius moris. Ad quoꝝ intelligentiã eſt primo notandũ ꝙ oẽs patriarchę & ꝓphetę ideo deſiderabãt Chriſtũ videre quia ſciebãt in ſpũ ꝙ ſolus Chriſt⁹ debebat reuelare nomen dñi tetragrãmatõ ꝙ nulli patrũ antiquoꝝ fuerat reuelatum. Et ideo dicũt iudæi moderni ꝙ Meſſias quẽ falſo expectant debet habere ſecum illud nomẽ & ſcire proprietates eius, in cuius virtute debet facere multa miracula & ſubijcere totum mundum. Cũ ergo ſcdm veritateꝫ Chriſtus ſaluator nr̃ nõ ſolum habuit illud nomẽ immo ipe erat nomẽ dñi qd eſt Ieſus vt ꝓbatum eſt pſal. viij. Iõ habet ptãtẽ in cælo & in terra & in iferno: & p cõſequẽs debeť ſibi triũphus. Iõ dicit Dauid. Cãtate ei & pſallite illi quia dominus nomen illi. Scdo eſt notãdũ ſcdm apl̃m. primę ad Corinth. xvj. ꝙ mors añ reſurrectionẽ Chriſti dicebatur victrix oĩm. & ideo dicebatur occaſus vitæ. Nam ſicut mundus perdit lucem per occaſum ſolis: ita homo perdit vitam per

mortes, Et ideo dicebatur finis oim terribilium. vt pts pri-
mo ethicoꝝ. quia de oibus magnis & paruis triumphabat.
quia vltra mortem nō erat aditus neq; tranſitus. licet Chri
ſt⁹ repperit aliā vitā poſt mortē qñ reſurrexit ad vitam glo
rioſa; Et ſic triumphauit de morte: quia deuicta morte re
ſerauit nobis aditum ad aliā vitam per ipſam mortē. Et ſic
mors q̄ erat finis oim terribilium facta eſt nobis peruia ad
aliā vitā. Et ideo dicit Dauid ꝙ Chriſto debet triūphus in
cęlo. eo ꝙ aſcēdit ſup occaſū. i. ſup mortē qñ reſurrexit. Vñ
ſicut Chriſtus aſcendit ſuper occaſum mortis: ita meruit a-
ſcendere ſup occaſum cęli. i. ſup primū mobile qd dicit cę-
lum occaſus: eo ꝙ motu proprio mouet ad occaſum: cū cę-
teri cęli moueantur motu obliquo, & quaſi contrario ſup
polos zodiaci. ℂ Vñ eſt aduertendum ꝙ hic latet maximū
ſacramentū. nā ſicut ſol per raptū primi mobilis tendit ad
occaſu; p̄ter motū propriū & quaſi cōtra naturā ſui: & poſt
occaſū cauſat noctē p abſētiā ſuā in noſtro hemiſphęrio: &
tñ dū fert p aliud hemiſphærīū inferi⁹ ſemp lucet & cauſat
diē in alio hemiſphærio inferiori: quia nunq̄ in ſe perdit lu
cē: ſed pagrato alio hemiſphærio appet ſupra nrm hemiſ-
phæriū & horizōtē: & ſic cauſat nobis diem clarū & lætum
quia non manet in illo occaſu: imo trāſcēdit occaſū & trāſit
ad auroram & diē: Ita Chriſtus cōtra iuſtitiā & p̄ter meri-
ta ſua rapt⁹ & ductus eſt ad occaſum mortis per iudæos. &
corp⁹ eius fuit clauſum & ſigillatum in ſepulchro, qua pu-
tabant iudęi Chriſtū totaliter occidiſſe victū morte corpo-
rali & nūq̄ reuerſurū nec rediturū. Sed licet Chriſt⁹ vere fue
rit mortu⁹: tñ ei⁹ aia verbo pſonaliter vnita deſcēdit ad aliū
hemiſphæriū. ſ. ad infernū nūq̄ amittēs nec pdēs ſuu; lumē
cauſans lucē & diē ſctis patrib⁹ in libo: vbi Chriſtus tanq̄ pr̄
orphanoꝝ & iudex viduarū aiaꝝ ſedit p. xl. horas & cōdē-
nauit diabolū tanq̄ tyrannū: a cui⁹ facie fugerunt oēs dęmo
nes. & ipſe eduxit pdā antiquā & vinctos pr̄es de limbo in
ferni. Et ſic aia Chriſti cū tali triūpho reuerſa eſt ad corp⁹:
& reſurrexit Chriſt⁹ ad diē & vitā gl̄ioſa;. & ſic incepit dies
grē in eccl̄ia. Ex quo patet ꝙ Chriſt⁹ aſcendit ſup occaſum
mortis: & ideo meruit aſcēdere ſup occaſum cæli primi mo
bilis vſq; ad cælū empireu;. Et ideo dicit Dauid ꝙ Chriſto
debetur triumphus, eo ꝙ aſcendit non ſolum ſuper occaſū
mortis: ſed etia; ſup occaſum cæli. ℂ Iterum eſt notandu;
ꝙ Chriſtus tres conditiones hoim eduxit de inferno. ſ. vin-
ctos patres & omnes fideles ve. te. qui ibi vincti tenebant
propter pctm̄ primi hominis. Scdo eos qui exaſperāt: ſicut
fuit latro qui ante improperando exaſperabat Chriſtum i
cruce: ſed quia correctus & illuminatus dixit memento mei
dñe dū veneris in regnū tuū: ideo Chriſtus liberauit eū di-
cens hodie mecū eris in paradiſo. Tertio quoſdam nō ſolū
liberauit de iferno ſed etiā ſuſcitauit de ſepulchro & ſurre-
xerūt cum eo vt dictum eſt. & ideo dicit Dauid.

**Exultate in conſpectu eius: turbabuntur a fa-
cie eius patris orphanorum & iudicis viduarū.
Deus in loco ſancto ſuo: deus qui habitare fa-
cit vnius moris in domo.**

ℂ Exultate in conſpectu eius qui ducit vinctos in fortitudi
ne. ſimiliter eos qui exaſperant. i. latrone; & omnes qui ha
bitabant in ſepulchris. Hoc etia; pōt intelligi de liberatio
ne a pctō. nā Chriſtus quoſdā liberauit. ſ. apl̄os & cæteros
conuerſos de iudaiſmo qui erant ligati & victi iugo & victo
legis & ſic Chriſt⁹ eos liberauit & abſoluit a iugo legis. Se-
cundo liberauit quoſdam exaſperantes contra Chriſtū: ſi-
cut fuit Paulus & reges qui perſequebantur eccl̄iam. Ter-
tio liberauit quoſdā de ſepulchris pctōrum ſicut Magdale
nam & Matthæum & omnes peccatores. Et ſic de omnib⁹
pōt intelligi ille verſiculus. Nam primas tres conditiones
hoim eduxit Chriſtus de inferno & fecit eos habitare in do
mo vnius glorię: & alias tres eduxit de viculo pctōꝝ & infi
delitatis: & fecit eos habitare in domo vni⁹ moris & fidei.
Primo oēs qui ſunt vnius fidei facit habitare in hac eccl̄ia.
Scdo facit eos habitare per vnam gloriam in cælo.

**Qui eduxit vinctos in fortitudie: ſimiliter eos
qui exaſperant: qui habitant in ſepulchris.**

ℂ Nutandum ꝙ Moyſes tres conditiones hoim eduxit de
Aegypto. Nam primo eduxit quoſdam vinctos de captiui
tate. Scdo quoſdā exaſperantes qui nolebant exire. Tertio
eduxit quoſdā de ſepulchris. ſ. oſſa Ioſeph & patriarcharū.
& oēs iſtos qui erant diſperſi per Aegyptum eduxit & con
gregauit in domo vnius moris dando eis vnam legem & ri
tum colendi deum. Ita pariter Chriſtus tres cōditiones ho-
minum liberauit & congregauit in eccleſia. Na; primo ab
ſoluit victos iudęos a vinculo & iugo legis. Scdo eduxit ab
idololatria gentiles exaſperantes & perſequentes eccl̄ia;.
Tertio traxit multos de ſepulchris pctōꝝ ſicut Magdalenā
& Matthęum. Et oēs iſtos cōgregauit in domo vni⁹ moris
& legis euangelicę. Congregauit ergo Chriſtus eccl̄ia; ſuā
ex iudæis vinctis & gentilibus & peccatoribus ſub vnam le
gem. Deinde cum dicit,

**Deus cum egredieris in conſpectu populi tui:
cum pertranſieris in deſerto.**

**Terra mota eſt. etenim cęli diſtillauerunt a fa-
cie dei Sinai: a facie dei Iſrael.**

**Pluuiam voluntariam ſegregabis deus hęredi
tati tuę & īfirmata eſt: tu vero perfeciſti eam.**

**Animalia tua habitabunt in ea: paraſti in dulce
dine tua pauperi deus.**

ℂ In hac tertia parte p̄dicit & explicat bona ſpūalia q̄ con
tulit Chriſtus eccl̄iæ ſponſæ & ornamenta quibus eam do-
tauit & ornauit figurata per bona q̄ ille ppl̄s recepit a deo
in deſerto & illo itinere. ℂ Ad cuius intelligentia; eſt no-
tandū ꝙ quinq; bona inter cætera cōtulit deus illi ppl̄o in
deſerto. Nam primo deus pluit eis māna de cælo cum tam
deficerent fame. Scdo dedit eis legē in mōte Sinai: per quā
dedit eis cognitionē dei. Tertio p̄cepit fieri tabernaclu; &
ornauit ipſum & diuiſit ſpolia eius filijs leui. ſ. Cahatitis &
Gerſōitis & Meraritis: vt pt; Numeri. iiij. Quarto diuiſit &
diſtribuit gradus ſacerdotū & miniſtroꝝ. Quinto introdu-
xit illum populū & tabernaculū & collocauit ipſum in mō-
tibus pinguibus terre promiſſionis. Sed quia omnia illa fa-
cta ſunt in figura Chriſti & eccl̄ię ſponſę ſuę: iō Chriſtus vo
lens implere ſcripturas alia quinq; vel ſex dedit eccl̄ię ſpō
ſę ſuę poſt reſurrectionem & poſtq̄ liberauerat eā de capti
uitate pcti & cōgregauerat eā ex iudeis & gētilib⁹ & pctō-
ribus. Primo dedit ipſi ſacramentū euchariſtię ad refectio
¶ O vos Chriſtiani regenerati de fontibus baptiſmalibus Iſrael: ſcilicet eccleſię, benedicite dño deo & homini Ieſu Chriſto in eccleſijs & congregationib⁹ fideliũ. quaſi dicat. Vos gentiles in illo ingreſſu apoſtolo᷑ regenerati de fontibus baptiſmi confitemini fidem articulo᷑ domino deo noſtro Ieſu Chriſto relictis idolis. Et ſic eritis effecti filij Iſrael ſecundũ ſpiritũ p apoſtolos regenerati qui erant filij Iſrael non ſolum ſecundum ſpiritũ: ſed etiam ſecũdum carnem. ¶ Deinde cum dicit,

**Ibi Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu.**

¶ Explicat q fuerũt principes & duces qui ingreſſi ſunt X ad ſubijciendũ populũ gentilẽ. & dicit q oẽs illi apoſtoli & duces: licet potuerint eſſe ex omib⁹.xij.tribubus ſcđm carnem: tamen principaliter fuerũt de quatuor tribubus. ſ. de tribu Beniamin, & Iuda, & Zabulon, & Neptalim. Et hoc dicit Dauid ,put pręuidit in ſpũ prophetico per ea verba quę dicit Iacob. Geñ. xlviij. Vnde quando Iacob venit ad Beniamin dixit ſuper eũ. Beniamin lup⁹ rapax mane comedet aut rapiet prædaꝫ & veſpere diuidet ſpolia. Hoc quippe fuit impletũ in beato Paulo q fuit de tribu Beniamin. ad Phi. iij. Ipſe eñ primo fuit lupus rapax quando pſequebat̃ eccleſiã dei. primę ad Cor. xv. Sed poſtea raptus vſq; ad tertiũ cęlũ vidit arcana dei: quæ non licet homini loqui. ij. ad Cor. xiij. & Actuũ. ix. Vnde in illo raptu vidit diuinã eſſentiã. vnde rapuit & comedit prædã ſpiritualiũ myſteriorũ in illo mane & luce ſuę conuerſionis. ibi eni comedit & cibatus fuit in illo pane vitæ & doctrinę & intellect⁹: & aqua ſapientię fuit potat⁹, vt cæteris poſſet diuidere ſpolia ſapientię. Nam in diuina eſſentia quaſi viſione matutina vidit illa arcana quę non licet homini loqui. ſed veſpere diuiſit ſpolia myſterio᷑ quæ ibi viderat. Nam doctrina Pauli quam toti mũdo diuiſit fuit quaſi cognitio veſptina reſpectu viſionis quaꝫ habuit de diuina eſſentia eo᷑ quæ fuerũt ſibi oſtenſa in ea. Et ideo dicit q mane comedet p̃dam & veſpe diuidet ſpolia. i. viſione matutina videbit diuina myſteria in diuina eſſentia: ſed doctrina veſptina diuidet & annũciabit mũdo diuina arcana q̃ fuerant ſibi reuelata in illo raptu p viſionẽ matutinã. Itẽ beat⁹ Paulus in veſpere. i. vſq; ad finẽ mũdi diuidet ſpolia diuino᷑ arcanorũ q̃ rapuit & vidit in diuina eſſentia. quia continue leguntur epiſtolę eius in omnib⁹ eccleſijs mũdi. quã doctrinã habuit Paulus in illo raptu & mentis exceſſu. Nam cognitio rerũ in deo: dicitur matutina. ſed cognitio rerũ in ſeipis dicitur verptina: vt ait Auguſt. xj. de Ciuitate. & xij. ſup Geñ. Hoc eſt ergo qđ intẽdit dicere Dauid in hac pte. Vnde dicit q ibi in illo ingreſſu ad p̃dicandũ & cõuertendũ & ſubijciendũ populũ gentileꝫ erit dux & princeps Beniamin adoleſcentulus in mẽtis exceſſu. i. ibi erit Paulus de tribu Beniamin in mentis exceſſu. i. ille qui raptus fuit vſq; ad tertium cælũ: qui vidit arcana dei. quę quidem arcana de Chriſto & eccleſia p̃dicabit in ppl'o gentili principaliter.

**Principes Iuda duces eorum: principes zabulon: principes Neptalim.**

¶ Item ibi erunt principes Iuda. ſ. Ioannes & Iacobus & Simon & Thaddæus & Iacob⁹ de tribu Iuda erunt duces eorum ſcilicet populi gentilis. Item ibi erunt duces eorum principes Zabulon: ſcilicet Petrus & Andreas & Philippus qui fuerũt de tribu Zabulon habitãtes in Bethſaida. Item ibi erunt duces in illa expeditione & ſacro exercitu pricipes Neptalim. ſ. Mattheus & Bartholomeus & Thomas q fuerũt de tribu Neptalim ſecundũ quoſdã. Quidaꝫ etiam dicunt q Matthias & Lucas fuerũt de iſta tribu. Et ſic etiam eſt dicendũ q de omnibus decẽ tribubus fuerũt apl'i & diſcipuli: ſed principaliter ex ſupradictis quatuor

tribubus fuerũt quaſi oẽs apoſtoli qui totũ orbẽ peragrauerunt ad p̃dicandũ euangeliũ Chriſti:ideo hos principaliter nominat hic Dauid. ¶ Sed hic dubitatur:puta quare propheta Dauid in hac parte pręferat ip̃m Paulũ cæteris apoſtolis & principibus eccleſiæ. Primo.quia explicat mẽtis exceſſũ quẽ habuit Paulꝰ i illo raptu:& nõ explicat mẽtis exceſſum quẽ habuerũt cęteri ap̃li in die pẽthe. quando receperunt ſpiritũ ſanctũ.i tẽ ſecundo.quia prius memorat Paulũ ſub noĩe Bẽiamin:q̃ cæteros apoſtolos:& ſic videtur ꝙ pręferat eũ cæteris in dignitate:cũ fuerit poſterior tempore cæteris in apoſtolatu.maxime quia idẽ Dauid dixit de apoſtolis.pſal.xlvj.Principes populoꝝ congregati ſunt cũ deo Abrahã:qm̃ dij fortes terrę vehemẽter eleuati ſunt.Ex quo patet ꝙ non minus eleuati ſunt vſq; ad tertiũ cælũ:q̃ Paulus.Ad hoc reſpondet:ꝙ cauſa quare Dauid facit ſpecialẽ mentionẽ de raptu Pauli i hoc loco,eſt vt oſtẽdat ꝙ Paulus non fuit expers a receptione ſpiritus ſancti. Nã ſicut apoſtoli receperunt ſpiritũ ſanctũ in die pẽthe.ita pariter Paulus recepit ipſũ in illo raptu & mentis exceſſu:vt poſſet eſſe doctor gẽtiũ &c.Nec eſt negandũ tamẽ beatũ Ioannẽ attigiſſe hũc tertiũ gradũ raptus quando ſupra pectus dñi in cœna recubuit:vbi potauit fluenta illius fontis profundiſſimi:quia aliter nõ ita altius intonuiſſet:cũ dixit.In principio erat verbũ &c.Itẽ nec eſt negandũ oẽs alios ap̃los ſimul cũ virgine Maria cõſecutos fuiſſe & aſcẽdiſſe vſq; ad illud tertiũ cælũ in die penth.p raptũ ſpũs ſancti & per eleuationẽ intellectus ad ſupna.In quo raptu & viſione fuit impreſſa in mẽtibus apoſtoloꝝ tota ſacra ſcriptura cũ eiꝰ vera intelligentia. Vnde Petrus ilico poſt receptionẽ ſpiritus ſancti & poſt illũ raptũ incepit diſputare cũ Scribis & phariſæis & principibus ſacerdotum allegando ſcripturas quas nunq̃ nouerat:dando veraꝫ intelligentiã. vnde abierunt conuicti & confuſi phariſęi:& conuerſa ſũt tria milia i illa die:vt patꝫ Actuũ.ij.& p totũ diſcurſũ actuũ ap̃loꝝ,& per hiſtorias eoꝝ.Vnde nuſq̃ legit̃ ꝙ apoſtoli legerent in libris:quia quod ſemel legerũt in illo ſacro libro ſpiritus ſancti in illo raptu:nunq̃ poſtea ſunt obliti.Quę quidem viſio fuit multo altior & perfectior:q̃ illa quã habuit Moyſes.Qꝫ aũt talis viſio altiſſima fuerit neceſſaria oĩbus apoſtolis ſecundũ exigentiã ſuæ legationis,probatur.Naꝫ ſi fuit neceſſariũ Moyſi habere talẽ viſionẽ diuinæ eſſentiæ ſaltẽ inquantũ deus eſt vnus & principiũ oĩm creaturarum:eo ꝙ deus mittebat ipſum ad pręedicandũ vnũ ſolum deũ creatorẽ & gubernatorẽ omniũ:prout dictũ eſt in prologo:ergo a fortiori erat neceſſaria omnibꝰ apoſtolis talis viſio:eo ꝙ debebant prædicare & explicare toti populo gentili & toti mundo articulũ trinitatis & incarnationis & noſtræ redemptionis & glorificationis &c.Nã Augu. non propter aliud p̃bat Moyſen & Paulũ vidiſſe diuinã eſſentiam niſi quia ille fuit primus doctor Iudęoꝝ:& Paulꝰ primus doctor gentiũ.Sed manifeſtũ eſt ꝙ oĩes apoſtoli fuerunt primi doctores gentium & totius mundi.Nã Bartholomeus & Thomas prædicarũt apud Indos:& Matthęꝰ i Aethiopia:& Andreas in Syria,quo nunq̃ profectus eſt beatus Paulus.Sed cauſa quare Dauid præponit Paulum cæteris apoſtolis in hac parte:& explicat eius raptum:& non alioꝝ:eſt iſta.Naꝫ iam ſuperius aſſeruit apoſtolos oẽs conſecutos fuiſſe ſimilem viſionem,cũ dixit.Aſcendit in altum & dedit dona hominibus.& quando dixit.Pluuiam voluntariam ſegregabis hęreditati tuæ &c.vt dictum eſt. Sed quia dubitaret aliquis an Paulus receperit ſpiritũ ſanctum:ideo explicat raptum ſuum:vt oſtendat eum recepiſſe ſpiritũ ſanctum cum donis ſuis in illo raptu ſicut cæteri apoſtoli receperant in die penthecoſtes.Ideo dicit Ibi Bẽiamin adoleſcentulus in mentis exceſſu.i.in illo raptu qui factus fuit cum mentis exceſſu & quadã extaſi & eleuatione vſq; ad diuinam eſſentiam per modum tranſeuntis.Illud ergo idẽ & eadẽ arcana quę vidit Paulus in illo raptu:potuerunt videre oĩes apoſtoli quando factus eſt de cælo ſonus tanq̃ aduenientis ſpiritus vehementis.quia tũc tanq̃ dij fortes terrę vehementer ſupra humanã facultatẽ eleuati ſunt vſq; ad tertium cęlum multo magis q̃ Moyſes:vbi Chriſtus nõ tanq̃ ſeruis ſed tanq̃ amicis nota fecit eis quęcunq; audiuit a patre:prout promiſerat eis.Ioannis.xv.Et ſic patet qualiter omnes apoſtoli mane comederunt prędam ſicut Paulus. Nam quaſi quadam viſione matutina fuerũt cibati pane vitę & intellectus in illa receptione ſpiritus ſancti.ſed poſtea veſpere diuiſerunt ſpolia toti mũdo. Nam cognitio quam tota eccleſia habuit de rebus diuinis ab apoſtolis,fuit quaſi veſpertina reſpectu notitię quam ipſi habuerunt a Chriſto per ſpiritum ſanctum in illa die. Et ideo Dauid vt oſtenderet ꝙ non ſolum apoſtoli receperunt ſpiritũ ſanctũ cum donis ſuis quando Chriſtus aſcẽdit in altũ & dedit dona hominibus in die pentheco.ſed ꝙ etiam apoſtolus Paulus recepit eadẽ dona in illo raptu:ait ꝙ ibi fuit aggregatus in illa ſocietate Paulus in mentis exceſſu ad prędicandũ populo gentili cum cęteris.Item vt Dauid oſtenderet ꝙ illud idẽ quod operatus eſt Chriſtus ipſi Paulo in illo raptu:operatus eſt cęteris apoſtolis in die pentheco.ideo ſubdit.Manda deus virtuti tuę confirma deus hoc quod operatus es in nobis &c. Ideo ait Paulus. Qui operatus eſt Petrũ in apoſtolatũ:operatus eſt & mihi.ad Gala.ij.Et ſic patet ꝙ id quod operatus eſt Chriſtus apoſtolis in die pentheco.operatus eſt etiaꝫ Paulo in illo raptu:& econuerſo.Si aũt oẽs apoſtoli receperint dona ſpiritus ſancti ſcđm magis aut minꝰ:hoc nõ eſt nobis diſputãdum ſed relinquendũ determinationi ſacroſanctę Romanę eccleſię.Nã ego non reperio aliquã rationẽ nec ſcripturam contradicentẽ ſupradictę poſitioni.dignitas eñ apoſtolica eſt tã grandis & ſup̃ma in eccleſia:ꝙ poſt dignitatẽ virginis Marię nulla eſt ſibi conferenda.Et ideo dicti ſunt pricipes & duces eccleſię:& triũphatores de diabolo & toto mũdo.Sed cauſa quare Dauid i hoc loco præponit Paulũ ante alios apoſtolos,eſt:nõ ratione dignitatis:ſed quia primus cũ Barnaba fuit miſſus ad prędicandũ populo gẽtili.vt patet Actuũ.xiij. Sed cauſa quare Paulus magis fuit miſſus ad gentiles q̃ ad Iudæos:fuit ne diceretur ꝙ Paulus conuiciſſet Iudęos propter peritiã quaꝫ habebat de lege & prophetis.Sed Petrus qui nunq̃ nouerat literas miſſꝰ eſt ad Iudęos,q eos conuicit per ſcripturã legis & prophetarũ in die penthe.per qđ viſum eſt ꝙ illa ſcientia non erat humanitas acquiſita.Deinde cũ dicit.

## Manda deus virtuti tuæ: confirma deus hoc quod operatus es in nobis.

## A templo tuo in Hieruſalem:tibi offerent reges munera.

¶ Eſt aduertẽdũ ꝙ qa Dauid ꝓuidit i ſpiritu qualiter primo Iudęi,deinde reges & imperatores & pricipes populi gẽtilis,& etiã tyrãni & hęretici debebãt multipliciter impedire iſtã expeditionẽ:& p̃dicationi apoſtoloꝝ reſiſtere:& eccleſiã perſeq:& m̃ltos martyrio coronare:quales fuerũt Nero,& Domitianꝰ,& Galienꝰ,& Deciꝰ, & Diocletianꝰ, & cęteri tyranni:quia ꝓuidit etiaꝫ in ſpũ qualiter finaliter eccleſia debebat primo de populo Iudęoꝝ deinde de toto populo Gentili triũphare:& ip̃m iugo Chriſti ſubijcere per conuerſioneꝫ magni Conſtantini:& hoc in virtute nominis Chriſti Ieſu:& in virtute ſpiritus ſancti quẽ ap̃li receperunt in Hieruſalẽ in die penthe.quẽ etiã receperũt poſtea inuiſibiliter martyres & doctores:Hoc ergo ꝓuidẽs Dauid in ſpiritu apoſtraphat ad Chriſtũ dicẽs.O Chriſte deus manda & pręcipe virtuti tuę.i.excita virtuteꝫ nominis tui Ieſu:quod nomen apoſtoli & fideles portabunt in cande-

labro euangelico ante reges & pręſides:& pſice & confirma hoc quod operatus es in nobis a tēplo tuo in Hieruſalem. Nā ibi creaſti templū & eccleſiā tuam in monte Sion in illa ſancta ſocietate vbi erant .xij. apoſtoli cū Maria matre tua:& turba virorum & mulierum .cxx. congregati: ſuper quos miſiſti ſpiritū ſanctū:& diſtribuiſti eis dona gratiarū ad prædicandū euangeliū:& intelligendas ſcripturas:& ad reſiſtendū tyrannis & hęreticis:& ad pferendas perſecutiones & tormenta. ergo confirma iſta dona & opa in apoſtolis & martyribus & doctoribus:vt vincant & conuertant tyrannos:& imperatores & reges terrę: qui ante perſequebantur nomen tuū & eccleſiā tuā:poſtea conuerſi offerant tibi munera in eccleſia tua. Poſt conuerſionem autē magni Conſtantini, omnia iſta fuerūt completa. Nā Conſtantinus conuerſus & baptizatus per Syluestrū publicauit edictum per totū imperiū:vt oēs Chriſtiani libere poſſent ædificare eccleſias. & primo dedicauit eccleſiā Saluatoris in palatio ſuo in laterano:quā multis donis & muneribus dotauit:immo Romā cū tota Italia pontifici Romano & eccleſię Chriſti donauit. Et ipſe ſedē ſuā imperialem in Gręcia apud Bizantiū dedicauit. vbi eccleſiā & tēplū miro artificio ædificauit:quā ſanctā ſophiā .i. ſapiētiā in honorē Chriſti appellauit. Et exinde oēs reges terrę ad exemplū imperatoris baptizati cōfractis idolis omnia tēpla in eccleſias fecerunt conſecrari:in quibus magna munera cōtinue offerebant. Hoc ergo pręuidēs Dauid in ſpū dicit. tibi offerēt reges munera. quaſi dicat. O Chriſte confirma eccleſiā quā operat⁹ es & ędificaſti in nobis a tēplo tuo in Hieruſalē. ſ. ab illa congregatione ibi congregata:a quo tēplo & congregatione eccleſia fuit diffuſa per totum orbem. Ideo eccleſia dicta eſt Hieruſalem:quia inde fuit orta. Confirma ergo eam:& in ea offerent reges munera tanq̄ ſubiecti & deuoti. Et vt hoc poſſit fieri & in effectum deduci,

Increpa feras arundinis:congregatio taurorū in vaccis populorū:vt excludant eos qui probati ſunt argento.

❡ Increpa inquit, feras arundinis & ſyluarū, qui ſunt imperatores & tyranni dicti ferę & leones ſyluarū a ferocitate & crudelitate:qui volunt nomē tuū extinguere:& tuā eccleſiam extirpare. ſicut fuit Nero & Diocletianus &c. Iſti dicti ſunt ferę arundinis. quia licet eſſent feroces vt leones & vrſi:tamen eorū poteſtas erat arundinea & vana:quia tantū ſupra corpus:animā autem non poterāt occidere. & tandē male finierūt vitā eorum:& eorum poteſtas euanuit tanq̄ arundo vento agitata. vt patet de Nerone & Domitiano Seuero & Diocletiano in eccleſiaſtica hiſtoria. Et ſubdit. Congregatio taurorū:id eſt increpa iſtas feras:quia facta eſt congregatio taurorum .i. imperatorum & tyrannorum in vaccis populorum .i. minoribus de populo. Nam populares ſequebantur imperatores & reges & tyrannos ad perſequendum eccleſiam:ſicut vaccę ſequunt tauros:& oues ſequuntur arietes. Ita ergo iſti tyrāni feroces ſicut leones & tauri ſimul cū popularib⁹ pſequebant chriſtianos:qui pbati ſunt argēto fidei .i. purificati i fide ſicut argentū in igne. Et hoc faciebant tyranni vt excluderent eos a fide Chriſti. Et ideo dicit propheta.

Diſſipa gētes quę bella volunt:venient legati ex Aegypto Aethiopia præueniet manus eius Deo.

❡ O Chriſte increpa iſtas feroces beſtias & tauros:& comprime ferocitatem & infidelitatem eorum:& diſſipa gentes q̄ bella volunt cōmittere cōtra eccleſiam:& deſtruere eam: quibus diſſipatis & infidelitate eorum deſtructa:& fide in eis conſtructa & inſerta, tunc venient legati ex Aegypto ad eccleſiā:vt recipiant fidem & faciant ſibi obedientiam. Et tota Aethiopia, quę eſt maxima regio inter Tropicos præueniet & pmittet manus eius .i. eleuabit manus ei⁹ deo ad obediendū Chriſto & recipiendū fidem eius. Vnde per Aethiopiam & ægyptū ſubintelligit & cōprehendit totum populū gentilē & oia regna mundi per nonā regulā de ſpecie & genere poſitā in plogo. ſed ſpecialiter memorat Aegyptū & Aethiopiā:eo q̄ eccleſia prius floruit in Aegypto per Marcū:vbi maxima multitudo Chriſtianorum incepit viuere ſcdm euangeliū in fide Chriſti in continuo ſtudio ſacrarū ſcripturarū in hymnis & orationibus:in qua eccleſia Alexandrina multi poſtea floruerunt doctores ſucceſſores Marci:intantū q̄ illa eccleſia mittebat epiſcopos per partes mundi ad inſtruendos fideles. vt ait Euſebius in eccleſiaſtica hiſtoria. Et ideo dicit propheta q̄ ex Aegypto venient legati & doctores per oēs partes mundi ad cōuertendos & inſtruendos populos ad fidē. Itē dicit q̄ Aethiopia pueniet manus deo:quia citius cōuerſa eſt p Matthęū. Et quia cōtinue ex Aethiopia veniūt multę man⁹ & ſocietates ad viſitandū ſepulchrū Chriſti in Hieruſalē:per quas duas prouincias ſubintelligit oīa regna mundi:ideo ſubdit agendo gratias.

Regna terræ cantate deo:pſallite domino. Pſallite Deo qui aſcendit ſuper cęlum cęli ad orientem.

❡ O cætera oia regna terrę cantate deo & pſallite domino Ieſu Chriſto:quia relicta ſpurcitia & ſuperſtitione idolorum perueniſtis ad agnitionem veritatis:& recepiſtis fidem Chriſti. Ideo pſallite Chriſto deo & homini: q tanq̄ victor & triūphator aſcēdit ſuper cęlū cęli .i. ſup cęlū empyreū, qd dicitur cęlū cæli, ad orientē .i. reuerſus eſt ad patrē vnde ortus eſt:& exiuit & venit in mundū quādo incarnatus eſt: prout ipſe dixit Ioā .xv. Exiui a patre & veni in mundū. Et iterum relinquo mundū:& vado ad patrem vnde exiui. Ideo litera Hieronymi habet. Qui aſcendit ad principium:eo q̄ pater eſt principium non de principio. & eſt principiū pductiuum filij. Ideo ait Dauid. O vos fideles in Chriſto regenerati pſallite Chriſto:qui habita victoria de mundo & diabolo aſcendit ſuper omnes cælos : immo ſuper cælum empyreum vſq; ad patrem:& ſedet a dextris eius a quo accepit omnē poteſtatem in cælo:& in terra:& in inferno. Et ideo ſubdit.

Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis:date gloriam Deo ſuper Iſrael:magnificētia eius & virtus eius in nubibus.

❡ Mittet ſpiritū ſanctū in apoſtolos:& dabit voci ſuæ vocē virtutis .i. dabit virtutē & dona gratiarum & genera linguarū apoſtolis:vt prædicent vocē euangelicā quę eſt vox Chriſti:vt pręedicent euangeliū oīni creaturę. Et Dauid cōuerſus ad apoſtolos & omnes fideles dicit. O apoſtoli date gloriā Deo ſuper Iſrael .i. prædicate euangeliū & oīa mirabilia opa Chriſti ſup totā eccleſiā:& magnificētia ei⁹: & virtus ei⁹ ſit in nubibus .i. vſq; ad nubes :vel in nubibus .i. in apoſtolis qui dicuntur nubes. Eſai. lx. Qui ſunt hi qui vt nubes volant &c. Itē hoc poteſt referri ad angelos qui receperunt Chriſtū in nube in die aſcenſionis:& annūciantes vniuerſalem poteſtatē Chriſti dixerūt. Viri Galilęi qd admiramini aſpicientes in cælū? quia hic Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis ſic veniet in poteſtate magna ad iudicandum mundum:quemadmodum vidiſtis eum euntem &c. Et ideo concludit.

Mirabilis Deus in ſanctis ſuis : Deus Iſrael ipſe dabit virtutē & fortitudinem plebi ſuæ: benedictus Deus.

¶ Mirabilis erit Chriſtus deus in ſctis ſuis apl̃is & martyribus & doctorib⁹:quia ad p̄dicationẽ eoꝝ dabit fortitudinẽ fidei & virtutẽ ſpei & charitatis & aliaꝝ gratiaꝝ plebi ſuæ fideli:quia oẽs gẽtiles cõuertenẽ ad fidẽ:& eccl'ia Chriſti dilatabiẽ p oẽs ptes mũdi vſq; ad terminos terræ.qđ nõ fiet fortitudie armoꝝ nec viribus hũanis:nec p pricipes & imperatores:ſed per homines ſimplices & plebæos & piſcatores vicet Chriſtus reges & philoſophos & imperatores in ſola virtute nois Ieſu quã receperunt cũ ſpiritu ſancto.ergo benedictus deus qui per tales ſimplices voluit ſuam omnipotentiã demõſtrare & eccleſiam magnificare.

Y ¶ Ex toto iſto pſo recolliguntur.xxiiij.ꝓpheticæ concluſiones. ¶ Prima cõcluſio,ꝙ reſurgente dño & deſcendẽte ad iſeros iſern⁹ fugit turbat⁹ a facie ei⁹:eo ꝙ expoliauit eũ & iudicauit diabolũ ad pœnã æternã. ¶ Secũda cõcluſio, ꝙ Chriſt⁹ aſcendit ſup occaſum mortis:quia triũphauit de morte in ſua reſurrectione:ita meruit aſcẽdere ſuper occaſũ cęli.i.ſuper cælum aqueum quod eſt primũ mobilę ab oriẽte ad occaſum. ¶ Tertia concluſio,ꝙ Chriſtus tres conditiones hominũ eduxit ab inferno.ſ.vinctos:& latrones exaſperantẽ:& quoſdã de ſepulchro qui cum eo ſurrexerunt:ita pariter tres cõditiones eduxit de tenebris pctõꝝ.Nam Iudæos abſoluit a vinculis legis:& gentiles exaſperantes duxit ad fidem:& omẽs eduxit de ſepulchris peccatorum.

¶ Quarta cõcluſio,ꝙ eccl'ia Chriſti diciẽ dom⁹ vnius moris:eo ꝙ oẽs fideles viuunt in eã vnanimiter ſub vna fide & vna lege euãgelica ſociati. ¶ Quita cõcluſio,ꝙ ſola eccleſia diciẽ vere ppl's dei:eo ꝙ eſt cõcors multitudo hoĩm vna lege ſociata. ¶ Sexta concluſio,ꝙ ſola eccl'ia Chriſti dicitur hęreditas dei:eo ꝙ eius ciues pertinent ad cæleſtẽ hęreditatẽ & a deo poſſidenẽ p gratiã. ¶ Septima cõcluſio,ꝙ ſola eccl'ia dr ouile Chriſti:eo ꝙ in ea habitant aialia & oues Chriſti paſcentes paſcua eccleſiaſticoꝝ ſacramẽtoꝝ. ¶ Octaua ꝯcluſio,ꝙ Chriſt⁹ rector & diſpẽſator virtutũ & donoꝝ dilecti pr̃is ſui dedit verbũ apl̃is euãgelizãtib⁹ cum multa virtute miraculoꝝ. ¶ Nona concluſio,ꝙ Chriſtus diſpẽſator bonoꝝ dilecti patris ſui diuiſit ſpolia virtutum & gratiaꝝ domui ſpecioſę patris ſui.ſ.eccleſię ſponſæ ſuę. ¶ Decima concluſio,ꝙ eccl'ia eſt colũba habens pennas deargentatas & dorſum in pallore auri p diuerſos gradus virtutũ & ſctitatis & ſcđm diuerſos gradus ſanctorum qui figuranẽ p diuerſitates pennaꝝ colũbę. ¶ Vndecima concluſio,ꝙ Chriſtus ornauit eccl'iam ſponſam ſuaꝫ diuerſis gradib⁹ ordinũ & p̄latoꝝ & rectorum & officiorum ad purgandos & dealbandos peccatores. ¶ Duodecima cõcluſio,ꝙ ſola eccleſia eſt mons pinguis pinguedine ſacramẽtoꝝ in qua paſcũẽ oues Chriſti in paſcuis vberrimis ſacramentoꝝ. ¶ Decimatertia cõcluſio,ꝙ deus in ſola iſta eccleſia habitat per gratiam,& in ſuperna per gloriam.

¶ Quartadecima cõcluſio,ꝙ Chriſtus in ſua aſcẽſione accepit oia dona a patre omnibus diſtribuenda. ¶ Quintadecima cõcluſio.Chriſtus moriendo deſtruxit mortẽ & reſurgendo fecit eaꝫ nobis puiã:vt eſſet nobis p eã iter ad vitam:& aſcendendo fecit nobis iter ꝓſperũ per cęlũ ad gloriã. ¶ Sextadecima cõcluſio,ꝙ exitus Chriſti ab hac vita fuit per mortẽ.Ideo meruit oia ſupradicta dona a patre recipere & totum genus hũanũ liberare & ſaluare. ¶ Decia ſeptima concluſio,ꝙ deſtructio & punitio Iudęorum facta eſt in vindictã mortis Chriſti. Vnde perdiderunt regnũ & ſacerdotiũ. ¶ Decimaoctaua cõcluſio,ꝙ ſicut exercit⁹ filioꝝ Iſrael circuiuit terrã ꝓmiſſionis p deſertũ & montem Seir & intrauit p Baſã & Iordanẽ:& vaſtauit oẽs ciuitates Chanaan cũ regibus & habitatorib⁹ ſuis:ita pariter per eãdẽ partẽ introierunt copię Romanoꝝ & deſtruxerũt oẽs ciuitates:a Baſã vſq; ad mare occidẽtale:& vltimo cõbuſſerunt & euerterunt Hieruſalẽ,& trucidauerunt vnã partem habitatoꝝ:& alterã captiuauerunt:& tinxerunt pedes ſuos ſanguine occiſoꝝ:& canes linxerũt & ſatiati ſunt ſanguinẽ Iudęoꝝ.qđ totum factũ eſt in vindictaꝫ mortis Chriſti.Ex quo patet,ꝙ vaſtatio Chananeoꝝ fuit figura vaſtationis Iudęoꝝ. ¶ Decimanona cõcluſio.ꝙ igreſſus filioꝝ Iſrael fuit figura ingreſſus apoſtoloꝝ ad ppl'm gentilem.Nã ſicut in illo ingreſſu Ioſue elegit.xij.principes.ſ.vnum de qualibet tribu q p̄cederẽt arcam cũ leuitis tubicinantibus & pſallentibus & puellis tympanizantib⁹:& ſic trãſierunt Iordanem cũ Arca & ſubiecerunt totam terram cũ regib⁹ ſuis:ita pariter Chriſtus elegit.xij.apoſtolos ex eiſdeꝫ.xij.tribub⁹.qui portãtes hoc nomẽ Ieſus in Arca euãgelica intrauerũt per populum gentilẽ:& ſubiecerunt oia regna mundi iugo Chriſti. ¶ Vigeſima ꝯcluſio,ꝙ ſicut ex illis.xij.patriarchis filijs Iacob mulriplicatus fuit totus ppl's Iſrael per generationem carnalẽ:ita ex.xij.apl'is regeneratis a Chriſto multiplicatus eſt totus populus chriſtianus per regenerationeꝫ ſpiritualem & baptiſmalem. ¶ Vigeſimaprima concluſio, ꝙ omnes chriſtiani ſunt ſemen Abrahę & filij Iſrael ſcđm promiſſionem & ſpiritũ.& ſic tota eccleſia Chriſti eſt ver⁹ Iſrael Iudęis reprobatis. ¶ Vigeſimaſecunda concluſio,ẽ ꝙ virtus huius nois Ieſu & virtus ſpiritus ſancti quã diſcipuli receperunt in monte Sion in Hieruſalẽ in die pentec.cõfregit & repreſſit ferocitatẽ & crudelitatẽ imperatoꝝ & tyrannoꝝ eccl'iam perſequentiũ:itãtũ ꝙ apl'i & martyres & doctores triumpharunt de eis & de toto populo gentili:& ſubiecerunt omnia regna terrę iugo Chriſti.& ægyptus & æthiopia & totus populus gentilis receperũt fidẽ Chriſti p conuerſioneꝫ Conſtantini.intantum ꝙ reges terrę qui añ perſequebãtur eccl'iam,poſtea obtulerũt munera Chriſto in eccleſijs quas cõſtruxerunt. ¶ Vigeſimatertia cõcluſio, ꝙ Chriſtus fuit mirabilis in ſanctis ſuis apoſtolis.Nam per hoies ſimplices & piſcatores vicit & lucrat⁹ ẽ philoſophos & imperatores.Vñ maioris virtutis fuit fides & gratia apoſtoloꝝ:q̃ ſcientia philoſophorũ & fortitudo & potentia regum & imperatorum. ¶ Vigeſimaquarta concluſio eſt,ꝙ iſte pſalm⁹ non poteſt p̄ciſe intelligi de illo egreſſu Iſrael de ægypto & peregrinatione per deſertum:ſicut cęci Iudęi exponũt.Nã ſi Dauid non loquereẽ ꝓphetice in hoc pſalmo,tunc non eſſet propheta ſed hiſtoriographus narrans ſolam hiſtoriam.Itẽ multa intercesserunt in hoc pſalmo,q̃ nullo modo conueniunt illi hiſtorię.Nam hic propheta loquitur de futuro dicens:Pluuiã voluntariã ſegregabis de⁹ hęreditati tuę.ergo nõ loquiẽ de pluuia mannę facta in deſerto.Itẽ deus non dedit illi pplo verbũ euangelizantibus virtute multa:ſicut hic dicitur:nec deus accepit ab alio dona in mõte Sinai hominibus diſtribuenda:nec exitus mortis ſicut hic dicitur:nec ægyptus miſit legatos ad illũ ppl'ꝫ, nec æthiopia ꝓuenit tunc manus deo,nec regna terrę cantarunt deo Iſrael laudes,nec crediderunt deo,nec fuerunt ſubiecta illi populo:ſicut in hoc pſalmo memoraẽ.ergo ſequitur ꝙ Dauid ad literã loquiẽ de Chriſto & eccl'ia ſponſa ꝓut expoſitum eſt. Sed quia Dauid in hoc pſalmo & cęteris aliquãdo vtitur figura pro figurato in vocabulis:iõ decipiunẽ miſeri & cęci Iudęi,nõ percipientes ſacramenta dei quõ oia illa myſteria facta ſunt in figura Chriſti & eccleſię.Et quomodo illa domus ſpecioſa & colũba deargentata,& mons pinguis & eccleſia ſponſa Chriſti,& quõ Dauid præuidens in ſpũ oia myſteria euãgelica per illa myſteria ve.le.fecit hunc pſalmuꝫ & alios prophetice de Chriſto & eccleſia,Ex toto diſcurſu huius pſalmi patet,ꝙ Salomõ ex hoc pſalmo &.xliiij.ſumpſit materiam ad condendum librum canticorum.Eadeꝫ eſt enim materia in magna pte, niſi ꝙ mutauit ſtilum.Nam in illo libello nil aliud facit niſi ꝙ ſub metaphora ſponſi & ſponſę deſcribit totum diſcurſũ eccleſiæ ab incarnatione vſq; ad eius proſperitateꝫ poſt cõuerſionẽ Conſtantini,In hoc autem Dauid idem facit:niſi ꝙ incipit a reſurrectione Chriſti:quando lex euangelica

incepit promulgari:& quando eccleſia fuit per Chriſtum dotata. Et ideo Salomon quãq; vtitur eiſdem vocabulis:qa eccľam appellat columbam & ſpecioſam & ornatam diuerſis ornamentis:& quãq; ponit vocabula illis correſpondentia. Nã hortus irriguus idem eſt qđ mons pinguis &c. Ideo nemo miretur ſi tantum volui immorari in expoſitione huius pſalmi,eo ꝙ eſt durus & ſcabroſus propter vocabula metaphoricas:& figuras grãmaticales. Et ideo potiꝰ volui ſatiſfacere ſimplicibus ſacerdotibus & fidelibus ſingula pluries iterando q̃ cum peritis profunda diſputando.

**SAluũ me fac deus:quoniã intrauerũt aquę vſq; ad animam meam.**
**Infixus ſum in limo profundi:& non eſt ſubſtantia.**
**Veni in altitudinẽ maris:& tẽpeſtas demerſit me.**

¶ Titulus ſcđm Hiero. Victori ſuper roſis ſiue lilijs Dauid Dicit Chãhi ꝙ Dauid fecit hunc pſalmuʒ in perſona totiꝰ populi exiſtentis in hac captiuitate:eo ꝙ habitauit inter īfideles ſicut roſa inter ſpinas:& allegat illud cãticoꝝ. Sicut roſa inter ſpinas ſic amica mea inter filias.& dicit ꝙ loquitur totus populus iudaicus tanq̃ vna perſona. Sed iſte cęcus manifeſte mentit:quia ea q̃ dicuntur in hoc pſalmo non poſſunt conuenire illi populo obſtinato propter iam ſupradicta.maxie quia nullibi paſſio Chriſti eſt magis manifeſta q̃ in hoc pſalmo.& ratio eſt:quia hic propheta magis videtur euangeliſta q̃ ꝓpheta:& magis videtur texere hiſtoriã paſſiõis Chriſti q̃ ꝓphetiaʒ. Itẽ magis eſt credẽdũ beato Petro qui Actuũ primo allegat ſcripturam huius pſalmi contra crucifixores Chriſti di. Fiat habitatio eoruʒ deſerta:& in tabernaculo eorum non ſit qui inhabitet. Itẽ magis eſt credendum beato Ioanni euangeliſtæ qui aſſerit hunc pſalmum eſſe factum in perſona Chriſti,allegãdo illum verſum. Zelus domꝰ tuæ comedit me. Ioan.ij. Ideo eſt dicendũ ꝙ vbicũq; ponitur roſa ſiue lilium in ſcriptura ſemꝑ primo intelligitur Chriſtus qui fuit ſpecioſus ſine labe peccati inter filios hoiʒ. vt dictũ eſt pſalmo.xliiij.& fuit pulcher intęr peccatores:ſicut roſa inter ſpinas:quia ſolus ipſe ſcđm naturã non fuit punctus ſpinis peccatorum Adę:& alioꝝ hoim. Et ideo ſicut roſa q eſt pulcherrimus floruʒ naſcitur inter ſpinas in ſe non habens ſpinas ſed pulchrum odorem & colorẽ:ita Chriſtus inter ſpinas pc̃tõꝝ hoiʒ &c. Ex conſequenti intelligitur eccleſia. Nam ꝙ Chriſtus habet per naturam eccleſia habet per gratiam deriuatam a capite ſuo Chriſto. Nam cum ipſa eſſet ſpinoſa i filijs:tamẽ Chriſtꝰ per paſſionem ſuam & ſacramenta amouit ſpinas peccatoꝝ & reddidit ipſam pulchraʒ ſine macula & ruga:& fecit ipſam roſam.quę quideʒ eccleſia hodie eſt inter cæteros populos infideles ſicut roſa inter ſpinas:vt patet canticorũ.ij. Secundum vero.lxx. titulus huius pſalmi. eſt iſte. In finem pro his qui commutabuntur ipſi Dauid. ¶ Ad cuius intellectum eſt aduertendum ꝙ cõmutatio idem eſt qđ cambiũ ſiue venditio,& emptio.vtputa qñ vna res ex vna qualitate ſiue cõditione mutatur in aliam:ſiue qñ pro vna re cõmutatur & datur alia. Et ſic dicimus ꝙ oẽs chriſtiani & fideles ſunt commutati. Naʒ primo erant peccatores & in poteſtate diaboli:ſed per paſſionem Chriſti ſunt cõmutati de peccato ad gratiam & de captiuitate & i libertatẽ. Itẽ ſõt cõmutati pro paſſione. Nam Chriſtus dedit vitam ſuam in cruce pro eis:& ſic per paſſioneʒ ſuam redemit oẽs nos. Et ſic dicit Aug. ꝙ in baptiſmo nil aliud facit eccleſia niſi ꝙ emit illũ paruulũ baptizatuʒ ꝑtio paſſionis Chriſti:& liberat ipm a captiuitate. Et ſic paſſio Chriſti fuit quędã cõmutatio:& ſic omnes redempti ſunt ꝯmutati ꝓ paſſiõe Chriſti,quia Chriſtꝰ dedit paſſionẽ ſuam patri vt nos a captiuitate redimeret. Et ideo quia Dauid deſcribit totã paſſionem Chriſti in hoc pſalmo:quã paſſionem Chriſtus dedit patri pro nobis in cruce:ideo Eſdras præpoſuit in titulo pro roſis ſiue ꝓ his chriſtianis qui cõmutabunť.i. Dauid fecit hunc pſalmũ in perſona Chriſti:& dirigit ip̃ʒ in Chriſtuʒ qui eſt finis legis:qui dedit & obtulit paſſionem ſuã in hoc pſalmo memoratam pro his fidelibus qui redimenť:qui dicuntur roſę & lilia inter ſpinas infideliũ. Vñ eſt etiaʒ aduertendũ ſicut ſępius dictũ eſt:ꝙ quicquid paſſus eſt Chriſtus in capite,paſſus eſt poſtea in mẽbris.& iđ iſte pſalmus prio cõpetit Chriſto & ex conſequenti toti eccľiæ. Sed quia tam in Chriſto q̃ in eccľia iſta quatuor fuerũt ꝑ ordinem:primo perſecutio & paſſio:ſecundo liberatio:tertio punitio perſecutoꝝ:quarto proſperitas Chriſti & regni & eccleſię vbi diuinꝰ cultus fuit ampliatꝰ:Ideo quatuor facit Chriſtꝰ in hoc pſalmo ꝑ ordineꝫ. Nã primo exponit querelã ſuã narrando totã ſuam perſecutionẽ & paſſionem. Scđo petit liberari. Tertio petit vltionem de perſecutoribꝰ. Quarto promittit gratiaꝝ actiones per diuinũ cultuʒ.ij.ibi. Ego vero orationem.iij.ibi. Fiat menſa eorum.iiij.ibi. Laudabo nomen dei. ¶ Quantum ad primum duo facit Chriſtus. Nam prio exponit querelã ſiue querimoniam ante patrem. Scđo petit fructum ſiue noſtram redemptioneʒ pro meritis ſuę paſſionis. Quãtũ ad primum eſt aduertendũ ꝙ vehemens ꝑſecutio cõparatur periculo aquarũ cõiter in ſacra ſcriptura. Nam ſicut excedens aqua ſubmergit hominem ſine defẽſione:ita & vehemens perſecutio. Sed triplex eſt periculũ aquarum.vnum in torrente ſiue flumine tempore magnarum pluuiarũ. Scđo põt quis periclitari in aliquo lacu profundo & limoſo ſiue cœnoſo. Tertio in tẽpeſtate maris. Ita reperitur triplex perſecutio.ſ.populi & hypocritaꝝ & regum. Nam perſecutio & furia populi cõparatur furię torrentis. nam ſicut torrens tempore pluuiaruʒ trahit arbores & oia quę ſunt in ripa,& exit extra alueum:ſed in breui ceſſat eiꝰ furia:ita furia populi cõtra aliquẽ inuehitur vſq; ad mortẽ:ſed completa furia pœnitet eũ feciſſe. vnde incipiente vno in populo omnes ſequuntur. Item perſecutio hypocritaruʒ comparatur lacui profundo & limoſo. qui licet non mittat fluctus manifeſtos:tñ ſi abſorbet hoieʒ non põt inde exire. Perſecutio autem regis cõparatur fluctibus maris:quia rex & principes manifeſte perſequitur & cum magno impetu. Oia ergo iſta tria genera perſecutionum paſſus eſt Chriſtꝰ. Naʒ primo paſſus eſt ꝑſecutionem hypocritarum.ſ.ſcribarum & phariſęorum:quorum malitia fuit profunda & limoſa:quia ſub zelo eius proceſſerunt contra iuſtũ occulte:ne forte tumultus fieret in ppľo. Scđo paſſus eſt a ppľo. Nã ppľs videns intentionem ſcribarũ & phariſęorum,furioſe & abſq; deliberatione moti ſunt contra Chriſtuʒ dicentes:Crucifige crucifige eum.ſed i breui pœnituit eos poſtq̃ fuit crucifixus. Nam videntes ſigna facta.ſ.tenebras ſuper terrã &c. reuerſi ſunt in ciuitatem percutientes pectora ſua. Lucæ.xxiij. Tertio Chriſtus paſſus eſt a Pilato:qui manifeſte flagellauit & ſententiã mortis executioni mãdauit. Sic ergo Dauid iſtas tres perſecutiones cõparat tribus periculis aq̃rum. Dicit ergo Chriſtus per os Dauid O pater ſalutam me fac in hac paſſione:quoniam aquę perſecutionum intrauerunt vſq; ad animam meam. Nam quędam perſecutiones non attingunt niſi vſq; ad bona temporalia:quædam vero vſq; ad corpus,vt cum quis patitur infirmitates & dolores:ſed iſtę meę perſecutiones intrauerunt vſq; ad animã meã: quia realiter mortuꝰ ſum:& ſeparata eſt anima a corpore i cruce. Intrauerunt ergo aquæ vſq; ad animam meam id eſt vſq; ad ſeparationem animæ & corpore:quia paſſus ſum tres terribiles perſecutiones. Nam primo intrauerunt aquę torrentis furioſi vſq; ad animam meam,quando totus populus fuit commotus dicens.crucifige & cętera.ſed ſecũda

perſecutio ſiue periculum fuit peius. Nam infixus ſum inli
mo profundi ſcribarum & phariſſęorum & ſacerdotū: quia
in malitia inueterata eorū infixus eſt pes meus: & exinde
non potui exire ſine morte vſq; quo in me non fuit ſubſtan
tia. i. vita. quia nunq̃ ceſſauit eorꝫ limoſa & occulta malitia
vſq; ad mortem meā. Dicuntur enim hypocritę, & ſcribę,
& phariſſęi, lacus limoſus & profundus propter profundā
iniquitatem & malitiam & auaritiam. Item non ſolum in-
fixus in limo profundi phariſſęorꝫ & ſcribarꝫ: ſed etiam tē-
peſtas maris & furię & poteſtatis ipſius Pilati procuratoris
imperatoris demerſit me ad mortem crucis iudicādo & de
ſtinando. Et ſic incidi triplex periculum aquarū pſecutionū
ſcꝫ furioſi torrentis populi clamantis crucifige: & limoſi ꝓ-
fundi lacus ſacerdotum & ſcribarꝫ & phariſſęorum machi-
nantium in mortem meam & conſpirando, improperādo
mihi peccata legis: & incidi etiam in tempeſtatem maris
furioſi Pilati ferentis & promulgantis in me ſententiā mor
tis. & iſte demerſit me in ſepulchro & morte.

Laboraui clamās: raucę factę ſunt fauces meę:
defecerūt oculi mei dū ſpero in deum meum.

¶ Nota ꝙ ſupradicta pericula fuerūt ita magna ꝙ Chriſt⁹
nullum habuit adiutorem niſi deum patrem. Ideo ad ipſuꝫ
clamauit vt eum liberaret. Sed quomodo fuit exauditus ſē
per pro ſua reuerentia: & quomodo illa verba oratiōis ſūt
intelligenda ad ſenſum in quo fiunt: & non ad ſenſum quē
faciunt: dictum eſt pſalmo. ij. & . xxj. Ideo dicit Chriſtus. La
boraui in templo & per ſynagogas vocando eos ad fideꝫ.
Secundo in captione quando dixi tanq̃ ad latronem &c.
Tertio in horto quando ter oraui. Quarto in cruce quādo
ꝓ perſecutoribus exoraui. & clamans ſic prę nimio labore
fauces meę raucę factę ſunt. i. omnia membra mea debili-
tata ſunt & viribus euacuata vſq; ad mortem: & oculi mei
defecerunt, id eſt laſſati ſunt & clauſi per mortem: dum ſpe
ro & ſperabam deum meum patrem. ſpero dico vt mea mē
bra liberaret: & calix meus ad eos tranſiret: eodem modo
quo dictum eſt pſalmo. xxj. & ſperabam etiam ꝙ Iudęi cō
uincerentur & cognoſcerent veritatem.

Multiplicati ſūt ſuper capillos capitis mei: qui
oderunt me gratis.

Confortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici
mei iniuſte: q̃ non rapui tunc exoluebam.

¶ Ipſi Iudęi qui oderunt me gratis ſine demeritis meis
multiplicati ſunt contra me ſuper capillos capitis mei: quia
plures fuerunt perſecutores q̃ capilli capitis mei: & iſti fue-
runt populares decepti a ſacerdotibus. & omnes iſti tam
phariſſęi q̃ populares qui perſecuti ſunt me iniuſte ſine cau
ſa & demeritis meis, confortati & multiplicati & fortificati
ſunt contra me falſa crimina imponendo. Quę non rapui.
Hic probat ꝙ iniuſte paſſus eſt. Nam nullus punitur iuſte
niſi ex proprijs demeritis: ſed Chriſtus nunq̃ demeruit nec
peccauit: ſed paſſus eſt pro peccato primi parentis & pro
peccatis noſtris pręteritis & futuris. Nam Adam rapuit fru
ctuꝫ a ligno vetito: ſed Chriſtus paſſus eſt vt nos liberaret:
& ideo ait: Quod non rapui: tunc. ſ. in cruce exoluebam ꝓ
z omnibus ſupple. ¶ Sed eſt aduertendum ꝙ duplicem ra-
pinam commiſit Adam. Nam primo rapuit fructum pro-
hibitum. Secundo voluit rapere diuinitatem volendo ſe eē
ſimilem deo: & ideo perdidit felicitatem vt inquit Augu.
& ideo deus factus eſt homo: vt hominem redimeret. Sed
eſt aduertendum ꝙ paſſio Chriſti vno modo poteſt dici iu
ſta: alio modo eſt iniuſta. dicitur enim iniuſta ratione acto-
rum: quia mala voluntate Iudęorum perpetrata fuit ſine
cauſa & demerito Chriſti. Ideo dicit, qui de oderūt me gra
tis & iniuſte. Secundo dicitur iniuſta ratione perſonę Chri
ſti: quia talem mortem nō merebatur: cū eſſet iuſt⁹: iō ait
qd non rapui tunc exoluebam patiendo pœnam latronis
cum non eſſem latro. Sed illa paſſio fuit iuſtiſſima ratione
delicti primi parētis quod talem punitionem merebatur.
Sed quia Chriſtus voluit effici caput fideliū & pati pro mē
bris: vt nos omnes liberaret: tunc ratione noſtri illa paſſio
fuit iuſtiſſima: & modus redimendi debit⁹ & cōgruus. vt in-
quit Aug. xj. de tri. cap. xiij. Et iō in illa paſſiōe, noſtra iuſti
tia facta eſt: & nos ibi fuimus iuſtificati & noſtrū debitū pſo
lutum: quia pœnas quas nos pendere & perſoluere teneba
mur de iure, pſoluit Chriſt⁹ pro nobis: licet hoc fuerit factū
mala voluntate Iudęorum. ideo ſubdit Chriſtus.

Deus tu ſcis inſipientiam meam: & delicta mea
a te non ſunt abſcondita.

¶ In tranſlatione Hieronymi dicitur. Tu ſcis ſtultitiā meā
& peccata mea a te nō ſunt abſcondita. Quę quidem lite-
ra dupliciter poteſt intelligi. Vno modo ironice & per anti
phraſim: vt filius dicat. O pater tu ſcis inſipientiam meā:
quia nulla eſt: & delicta mea quę nūq̃ feci. quaſi dicat: tu
ſcis ꝙ nunq̃ peccaui. Alio modo hoc poteſt intelligi aſſerti
ue retorquendo ſtultitiam & pctm̄ in Adam qui putauit ra
pere diuinitatem & perdidit felicitatem. vt inquit Auguſt.
Sed hoc poteſt adhuc dupliciter intelligi. Vno modo ꝓut
Chriſt⁹ peccata ipſius Adā & noſtra dicit eſſe ſua: non quo
ad culpam: ſed quo ad pœnaꝫ: & hoc tanq̃ aduocatus & ꝓ
curator & fideiuſſor, & paſtor, & dn̄s, & ſponſus, & caput, ſi
cut dictuꝫ eſt pſalmo. xvij. & . xxj. Alio modo iſta locutio po
teſt intelligi per metonymiam: inquantum effectus nomi-
natur nomine cauſę. ſicut dicitur primo de anima ꝙ ira eſt
accenſus ſanguinis circa cor: & in ſecundo eiuſdem ꝙ guſt⁹
eſt quidem tactus. i. fit ex quodam tactu &c. quę quidem
locutiones & prędicationes dicuntur cauſales. quę frequē
ter fiunt in ſacra ſcriptura. Ita ergo Chriſtus omnes pœna-
litates quas pro nobis aſſumpſit: & pœnas quas ꝓ pctis no
ſtris pertulit, appellat peccata inquantum fuerunt cauſata
in eo ex peccatis noſtris. Et ſic famē, & ſitim, & flagella, &
crucem, & mortem ſuam: quaꝫ pro ſtultitia & peccato Adę
& omnium noſtrum ſuſtinuit, dicit peccata ſua nomine cau
ſę. Ita etiam ꝑ oppoſitum cauſa nominatur nomine effe-
ctus & ſcriptura: & ſic paulus concupiſcentiaꝫ appellat pec
catum ad Ro. vij. cum dicit. Nō operor ego: ſed qd habitat
in me peccatum. eo ꝙ illa concupiſcentia & lex membrorꝫ
efficit peccatum per conſenſum: quia ipſa non eſt peccatuꝫ
formaliter: ſed efficienter inquantuꝫ efficit peccatū in aīa.
vt ait beatus Iacobus cap̄. primo. ꝙ vnuſquiſq; tentatur a
concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Cōcupiſcentia au-
tem cum conceperit parit peccatum. peccatum autem cum
conſummatū fuerit generat mortem. Et ſic peccatum etiā
dicitur mors inquantum efficit mortem. Ita etiā ſacra ſcri-
ptura per eandē rationem & modum nō ſolum pœnalita-
tes & pœnas Chriſti appellat peccata: ſed etiam ip̄m Chri
ſtum dicit factuꝫ peccatū. ij. ad Cor. v. Vnde ait apoſtol⁹ ꝙ
deus pater eum. ſ. Chriſtū qui non nouerat peccatum ꝓ no
bis peccatum fecit. ¶ Ad cuius intellectum eſt aduertēdū,
ꝙ quando ſuſpenditur latro aut punitur aliquis reus nō in-
tendit lex naturam hominis delere. ſed furtum aut quodli-
bet crimen in eo: & ideo furtū aut crimen eſt illud qd ſuſpē-
ditur in illo: & ſic illa punitio & ſupenſio dicitur peccatum
inquantum eſt effectus peccati & criminis commiſſi. Cum
ergo Chriſt⁹ fuit crucifixus & punitus ꝓ peccatis noſtris: iō
ſcelera & peccata noſtra fuerunt in illo crucifixa & punita.
ſicut ait apoſtolus ad Ro. vj. ꝙ in Chriſto vetus homo cru-
cifixus eſt: & omnes fuimus crucifixi & conſepulti in eo. &
ad Colo. ij. dicit ꝙ chirographum quod cōtra nos erat fuit
affixum cruci cum eo. Item Eſa. liij. dicitur ꝙ deus poſuit in
eo iniquitates omniū noſtrum: & languores noſtros ipſe tu

lit &c.quaſi dicat:ꝙ in eo crucifixit iniquitates & peccata.
& per conſequens illa crucifixio effectiue poteſt dici pecca
tum noſtrum.i.ſacrificiũ pro peccaro noſtro:& hoc per figu
ram quæ dicitur metonymia.Ita ergo eſt intelligẽdum qñ
apoſtolus dicit ꝙ pater fecit Chriſtuꝫ filium ſuum peccatũ
id eſt crucifixum & punitum & paſſum pro peccato:inquã
tum in eo crucifixit & puniuit peccatum noſtrum.Item fe
cit ipſum pc̃tm̃.i.mortalem & paſſibileꝫ pro peccato:inquã
tum mors & paſſio & pœna eius fuit effectus noſtri peccati.
Itẽ deus pater fecit Chriſtuꝫ pro nobis peccatũ,id eſt ſacri
ficium pro noſtro peccato:inquantũ fuit factus ſacrificium
& oblatio pro noſtro peccato,ſicut dictũ eſt pſalmo.xxxix.
Et ſic etiã dicitur Oſeę.iiij.ꝙ ſacerdotes comedebant pc̃tã
populi.i.ſacrificia & oblationes quæ fiebãt pro peccatis po
puli.Et ſic Chriſtus in hoc loco & pſalmo peccata noſtra di
cit ſua non quo ad culpã:ſed quo ad pœnam,inquantũ ſua
mors & paſſio fuit effectus cauſatus ex peccatis nr̃is in ip̃o.
Et ideo ait:O pater tu ſcis inſipientiam meam,id eſt pœnã
quam patior propter inſipientiam ipſorum primorum pa
rentũ.Et peccata mea.i.pœnalitates quas aſſumpſi:& pœ
nę quas patior,a te non ſunt abſconditę:quia nõ patior ꝓ
me ſed pro peccatis filiorum Adam,qui rapuit fructum ꝓ
hibitum.Et ideo qđ non rapui in Adam:tunc exoluebam
in cruce:quia obtuli me in ſacrificiũ ꝓ peccato ipſius Adã
& omnium filiorum ſuorum.

Nõ erubeſcant in me qui expectant te domine: domine virtutum.

Non confundantur ſuper me:qui quærunt te deus Iſrael.

¶ In hac ſecũda parte petit Chriſt⁹ fructuꝫ ſuę paſſionis.ſ.
per ſuam paſſionem membra ſua liberari. Nam ſicut per
ſuam reſurrectionem nos glorificauit:ita per paſſioneꝫ nos
a morte perpetua & captiuitate liberauit.Ideo prius petit
captiuos redimi per paſſionem dicens.O pater deus Iſrael
poſtq̃ tu ſcis,& ad te non eſt abſconditum ꝙ ego patior ꝓ
inſipientia & delictis membrorum meorum:ergo fac vt il
li ſancti patres qui expectant te in limbo non erubeſcant
nec fruſtrentur deſiderio ſuo:ſed da mihi facultatem vt in
de poſſim eos liberare.quia per magna tempora expecta
uerunt Meſſiam in lege promiſſum:& meam mortẽ & paſ
ſionem per quam expectant liberari.Itẽ fac etiam vt pro
phetę non erubeſcãt:nec mẽdaces inueniant̃:qui per meã
paſſionẽ genus hũanum redimendum p̃dixerunt.ergo im
ple qđ per eos promiſiſti.Aliter erubeſcent & confundent̃.
Item oẽs viui qui quærunt te:& deſiderãt peruenire ad te
per me:& volunt ſalui fieri,non confundantur in me.Nam
ego promiſi omnibus credentibus vitam æternam:& per
meam paſſionem liberari:ergo fac vt mea paſſio ſit eis fru
ctuoſa:ne confundantur aut decipiantur & defraudentur i
fide ſua:poſtq̃ ego feci debitum meum & fui tibi obediens
vſq; ad mortem crucis:& impleui omnia dicta prophetaꝝ.
ergo iuſte debeo prædam recuperare poſtq̃ in me eos iuſti
ficaui:& pro eis ſolui:& punitio in me facta eſt.Et hoc ꝓbo

Quoniã propter te ſuſtinui opprobrium:operuit confuſio faciem meam.

¶ Propter te.i.vt tibi ſatiſfacerem pro eis:& vt tibi obedi
rem & nomen tuum & veritatẽ defenderẽ:ſuſtinui oppro
brium.Nam Iudei vocabant me voracem & dęmoniacum
& ſamaritanum.Ideo confuſio operuit faciem meam:cum
miniſtri Pilati velarunt faciem meã:& cędẽtes caput meũ
dicebãt.Prophetiza nobis Chriſte,qs eſt qui te pcuſſit &c.

Extraneus factus ſũ fratribus meis:& peregrinus filiis matris meę.

Quoniã zelus domus tue comedit me:& opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me.

¶ Extraneus factus ſum & reputatus ſum fratribus meis Iu A
dæis de tribu Iuda:& pegrin⁹ filijs ſynagoge matris meę,
ſcilicet ſacerdotib⁹ & ſcribis & phariſæis:qa non tanq̃ Meſ
ſiam me receperũt:ſed tanq̃ pegrinũ & extraneũ & male
factorẽ flagellarunt & crucifixerunt.Et hoc fecerũt qm̃ ze
lus domus tuę comedit me.Nã quia eieceram emẽtes & vẽ
dentes de templo zelans honorem domus dei:& quia prę
dicabam cõtra eoꝝ auaritiam:Ideo opprobria Iudæorum
exprobrantiũ & blaſphemantiũ tibi ceciderũt ſuꝑ me.Naꝫ
quia eos rep̃hẽdebã de opprobrio dei & blaſphemia ideo
eorum ira cecidit & redundauit ſuper me. Et ſic opprobria
tibi facta cęciderunt & redundauerunt ſup me,& reſilierũt
quo ad pœnam:quia hęc fuit cauſa quare occiderunt me.
Alio modo poteſt exponi quo ad extimationem iniurię vt
ſit ſenſus.Quare ſum fact⁹ odioſus & extraneus Iudęis? Re
ſpondet.qm̃ zelus domus tuę comedit & penetrauit me &
exponit quomodo:quia opprobria Iudęorum exprobran
tium tibi ceciderũt & reſilerunt etiã ſuper me:quia irreuerẽ
ter tractabãt & ꝓphanabãt tẽplũ dei,hoc cecidit mihi i in
iuriã:quia iniuriam factam templo dei magis mihi ad iniu
riam reputaui:quia meas iniurias & opprobria mihi facta
patienter tolerabam:ſed opprobria facta deo quæ offende
bant diuinitatẽ,tolerare non volui.qđ ptꝫ:quia emẽtes &
vęndentes de tẽplo eieci:& inde moti ſunt Iudęi & ſcribę &
phariſęi contra me.Ex quibus patet,ꝙ dupliciter oppro
bria facta deo patri ceciderũt ſup Chriſtũ.Primo inquantũ
ea noluit tacere nec tolerare:ſed magis q̃ ꝓpria reputare.
Secũdo quia ꝓpter hoc ipſum occiderunt. Vnde oẽs apo
ſtoli poſt receptionem ſpiritus ſancti per hunc verſum co
gnouerunt totum hunc pſalmum eſſe factum literaliter de
Chriſto,vt patet Ioan.ij.

Et operui in ieiunio animã meam:& factum eſt in opprobrium mihi

¶ Nota ꝙ paſſio Chriſti multipliciter & pro multis pc̃tis
noſtris ſatiſfecit.Ideo fuit neceſſe vt multiplicem pœniten
tiam in ſe contineret.Primo aſperitatem vitę quo ad ieiu
nium & carnis macerationem p cilicũ.Scđo labores itine
rũ.Tertio cõuitia & opprobria in verbis.Quarto irriſioneꝫ.
Quinto verba.Sexto vulnera.Septimo mortem in cruce.
Ideo Chriſt⁹ poſtq̃ oſtendit ſuperius patri qualiter ſatiſfe
cit pro nobis tolerando opprobria:nunc in his duobus ver
ſiculis oſtendit qualiter ſatiſfecit & paſſus eſt macerationẽ
carnis per ieiuniũ & cilicium,dicens. Et operui in ieiunio
aĩam & vitam meam:quia ieiunaui.xl diebus &.xl.nocti
bus vt ſatiſfacerem pro peccato gulæ ipſius Adam & oim
alioꝝ:& tamen hoc factũ eſt in opprobrium mihi.qm̃ Iu
dęi me voracem & vini potatorem vocabant.

Et poſui veſtimentũ meum cilicium:& factus ſum illis in parabolam.

¶ Poſui veſtimentum meum cilicium:quia indutus eram
cilicio aſpero,macerando carnem meam pro peccato car
nis eorum:& tamen non fuit acceptum apud eos:immo fa
ctus ſum illis in parabolam & prouerbium.

Aduerſũ me loquebantur qui ſedebant in porta:& in me pſallebant qui bibebant vinum.

¶ Aduerſum me loquebant̃ qui ſedebãt in portis.Nã per
aliqua tempora durauit ꝙ gentes & vicini ſedentes in por
tis ſuis varie loquebãtur de paſſione mea. Nã quidã dice
bant ꝙ ex meis demeritis fuerã flagellat⁹ & crucifix⁹ vocã
do me ſeditioſuꝫ & blaſphemũ & violatorem ſabbati &c.

Et qui bibebant vinū in tabernis pſallebant in me.i.cantilenas cantabant contra me.hoc forſan dicit:quia illi miniſtri pontificum,qui communiter erant & ſunt hiſtriones & hoies ꝓphani,& diſcurrebant per tabernas,compoſuerūt aliquas cantilenas contra Chriſtū:vt cōplacerent ſcribis & phariſęis & pontificibus & cantabant per tabernas & plateas vt oſtenderent populo ꝙ bene merito Chriſtum crucifixerunt:immo ſurrexit prouerbiuꝫ vulgare inter eos.Nā dicebat vnus alteri:caue ne eueniat tibi ſicut Ieſu Nazareno,qui ſe deum faciebat:ſed deus nec ipſe ſe potuit de cruce liberare.& ſic Chriſtus agitabat̃ in opprobrijs & parabolis per portas & tabernas & plateas.Et ideo ait aduerſum me loquebantur &c.

Ego vero orationem meam ad te domine: tempus beneplaciti deus.

℄ Hæc eſt ſcđa pars principalis:in qua Chriſt⁹ petit liberari ꝑ reſurrectionē.& duo facit.Naꝫ primo petit liberari. Secundo adducit rōnes & ꝑſuaſiones ibi.Exaudi me dn̄e.

B ℄ Quantū ad primū eſt notandum ꝙ tempus paſſionis & totū tēpus grĩe dicit̃ tēpus beneplaciti & acceptum deo ad exaudiendū.Nā primo pater exaudiuit Chriſtum ꝓ nobis propter merita paſſionis.Secundo ex conſequenti exaudiuit nos.Eſaię.liiij.Tēpore accepto exaudiui te & in tempore ſalutis auxiliatus ſum tibi.Itē.ij.ad Corinth.vj.Ecce nūc tēpus acceptabile &c.Dicit ergo Chriſt⁹.ego vero o dn̄e pater ad te dirigo ſupple orationem meam in hoc tempore paſſionis & gratiæ:quia eſt tempus beneplaciti & acceptabile tibi ſupple.& tempus ſalutis.

In multitudine mię tuę exaudi me: in veritate ſalutis tuæ.

℄ Quaſi dicat,ꝙ tēpus paſſiōis & gratiæ dicit̃ tēp⁹ mię ex parte pr̄is:& tempus veritatis ſalutis noſtræ ex parte filij. Nam quęcunqꝫ deus pater miſericors promiſit ad ſalutē noſtram,fuerunt ipleta ꝑ Chriſtum in paſſione:quia tunc fuerunt verificata diuina myſteria patriarcharum & dicta ꝓphetarum de ſalute & de redemptione noſtra.

Eripe me de luto vt non infigar:libera me ab his qui oderunt me:& de profundis aquarum.

℄ Qm̄ ſuperius conqueſtus eſt ſe infixū in limo profundi malitię Iudęorū & demerſū in ſepulchro & inferno ꝑ mortem:iō petit liberari per reſurrectionem.Dicit ergo.O pater eripe me de luto poteſtatis Iudęorū,& de luto inferni, vt non infigar.i.nō diu permaneā in inferno:nec in ſepulchro:ſed tertia die reſurgā:& libera me ab his Iudæis qui oderunt me.Nā poſtq̄ reſurrexero immortalis nō amplı⁹ habebunt in me poteſtatem.imo erunt ſubiecti ſub pedib⁹ meis &c.Et libera me etiam de ꝓfundis aquaruꝫ.i.quarūlibet ꝑſecutionum & periculoꝝ tam inferni q̄ Iudæorum. & gentilium:& tam in mēbris q̄ in capite.

Non me demergat tempeſtas aquę:neqꝫ abſorbeat me profundum:neqꝫ vrgeat ſuper me puteus os ſuum.

℄ Non me demergat & totaliter extiguat tēpeſtas aquę & furię tyrannoꝝ.Vnde nota ꝙ quoſdā demerſit tēpeſtas aquę quia mortui ſunt morte corporali:& quoſdam abſorbuit ꝓfundū inferni.ſ.purgatorium & limbus:ſed inde ſunt per Chriſtū liberati:& ſuper quoſdā puteus iferni clauſit & vrſit os ſuū:quia nunq̄ iñ exierunt,ſicut Iudas & cæteri dānati.De omnib⁹ ergo his petit Chriſt⁹ liberari.vnde dicit: non me demergat totaliter tēpeſtas aquę in mortē:ſed in breui reſurgam:nec ꝓfundū purgatorij:aut inferni abſorbeat me:quia non deſcendo in infernū vt ibi purger & diu maneā:ſed vt & ipſum expoliē & liberē captiuitatē ſctōruꝫ patrum.Ex hoc patet,ꝙ Chriſtus non proprie fuit ſubmerſus,nec abſorptus,nec clauſus in inferno:quia tanq̄ iudex & triumphator & liberator intrauit:& ideo in breui cū triūpho & pręda exiuit:& ſic infernus nō potuit ipſum abſorbere nec claudere os ſuper eum.immo compulſus eſt infernus reddere prædam tyrannice diu detentam. Hoc idem pōt moraliter intelligi Nam tēpeſtas aquę tentationis primo demergit peccatorem per ꝓpoſitū cum proponit peccare.Secundo abſorbet ipſum in ꝓfundo:quando actualiter cōmittit,& diu in peccato perdurat:ſed ſuper illuꝫ infernus claudit os ſuuꝫ qui in peccato ſine poenitentia moritur. & ſic Chriſtus ab omnibus his tribus gradibus peccari petit liberari in ſuis membris:quia ipſe in capite ſecundum naturam fuit immunis.

Exaudi me domine quoniam benigna eſt miſericordia tua:ſecundum multitudinem miſerationum tuarum reſpice in me.

Et ne auertas faciem tuam a puero tuo:quoniā tribulor:velociter exaudi me.

Intende animę meę & libera eam:propter inimicos meos eripe me.

Tu ſcis improperium meum & confuſionem meam:& reuerentiam meam.

In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulāt me: improperium expectauit cor meum & miſeriam.

℄ Hic adducit quatuor rationes ꝑſuaſiuas ad inclinanduꝫ deum patrē ad miſericordiā vt liberet eū.Prima ratio ſumitur ex parte miſericordię dei.Secunda ex parte puritatis & innocentiæ Chriſti.Tertia:quia non eſt alius qui poſſit eū liberare.Quarta ꝓpter ſufficientem ſatiſfactionem factaꝫ Dicit ergo primo.Exaudi me dn̄e qm̄ benigna eſt miſericordia tua q̄ neſcit deficere afflictis:& reſpice in me ſcđm multitudinē miſerationū tuarū:quia iā conſueuiſti miſereri afflictis,vt patet per totū diſcurſum ſacrę ſcripturę. Itē moueat miaꝫ tuā puritas & innocētia mea:& ne auertas facieꝫ a puero tuo ſine peccato.& ideo exaudi me velociter:qm̄ tribulor a Iudęis:& intende animę & vitę meę & libera eā ꝓpter inimicos meos.i.ab inimicis meis eripe me:quia tu ſcis improperium meū mihi factum & confuſionem meaꝫ: & reuerentiam,id eſt dignitatē & puritateꝫ meā:& per cōſequens quia iniuſte paſſus ſum:& ſic me debes citius liberare.Litera Hieronymi habet ignorātiam meā.qđ idē eſt: & hoc tu nō potes ignorare:qa in cōſpectu tuo & cognitiōe ſunt oēs qui tribulāt me tā manifeſte q̄ occulte:& ſcis qualiter cor meū expectauit & ſuſtinuit opprobriū & miſeriam: quia nō ſolū me afflixerunt in verbis inferendo opprobria: ſed verberibus flagellando:ergo miſerere.

Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur & non fuit: & qui conſolaretur & non inueni.

Et dederūt in eſcam meam fel:& in ſiti mea potauerunt me aceto.

℄ Tertia ratio ſumitur:quia nō habeo aliū adiutorem niſi te.Nā ego ſuſtinui.i.expectaui aliquē qui ſimul cōtriſtaret̃ mecū & cōpateret̃ mihi & cōdoleret meę miſerię:& nō fuit aliquis:& expectaui etiam qui me cōſolaretur,ſed non inueni aliquē cōſolātē:ſed bene inueni affligentes. Naꝫ dum perij potum in cruce ex nimia ſiti:tunc dederūt mihi fel in eſcam meā.i.in cibum:& potauerunt me aceto in ſiti mea. vt patet Matth.xxvij.quia acetū felle mixtū dederūt mihi bibere.Et ſic patet ꝙ ſufficiēter ſatiſfeci pro peccato primi

parentis. Nam quia ille guſtauit dulcedinem cibi prohibiti in pasadiſo vltra volũtatẽ dei: ꝓpter qđ totũ gen⁹ hũanũ erat ad mortẽ cõdẽnatũ: ideo in ſatiſfactionẽ illius furti & inobedientię ego ſponte guſtaui amaritudinẽ in cruce. Ex quib⁹ patet, ꝙ ſufficienter eſt facta ſatiſfactio ꝓ peccato ipſius Adã. Nã quia ille fuit rebellis & inobediẽs deo & ſupbus, ego factus ſum hũilis & obediẽs pr̃i vſqꝫ ad mortem. Et quia ille fuit blaſphem⁹, ego iã ſuſtinui opprobria: & q̃a ille voluit rapere diuinitatẽ, ego iã fui ſpis coronat⁹: & quia ille fuit latro rapiendo fructum ex ligno, ego iã fui flagellat⁹: & reddidi fructuꝫ ex ligno crucis cum fui crucifixus. Et ſic qđ non rapui tunc exſoluebam. Et quia ille fuit homicida: quia ſe & totũ genus hũanum in mortẽ p̃cipitauit: ideo ego innocens volui ꝓ toto genere humano mortẽ aſſumere & ſatiſfacere. quaſi dicat: in tota iſta prima & ſecunda partibus. libera me poſtq̃ ego ſufficienter ſatiſfeci: & reſuſcita me.

## Fiat mẽſa eorum coram ipſis in laqueum: & in retributiones & in ſcandalum.

¶ In hac tertia parte Chriſt⁹ petit vltionẽ de crucifixorib⁹.

C ¶ Ad cuius intellectũ eſt notandũ, ꝙ ſicut Iudæi multipliciter afflixerũt Chriſtũ: ita multiplici pœna puniuit eos: & ſicut Iudæi addiderũt Chriſto dolorẽ ſup dolorẽ: & appoſuerunt iniquitatẽ ſup iniquitatẽ cõtra eũ: ita deus addidit Iudæis pœnas ſup pœnas correſpondẽtes peccatis & ſceleribus eoꝝ. Nam p̃io ſicut Iudæi rebellarunt cõtra Chriſtũ regẽ & Meſſiam in lege ſibi ꝓmiſſũ: qñ dixerũt: nõ habemus regẽ niſi Cæſarẽ: ita pariter deus p̃miſit vt milites Romanoꝝ qui erant cũ p̃ſidibus qui fuerunt in Hieruſaleꝫ p xl. annos poſt paſſiõis Chriſti, īferrẽt eis tot opprobria & vituperia & afflictiones. intantũ ꝙ fuerũt cõpulſi rebellare cõtra Cęſarẽ & Romanos: quę fuit cauſa deſtructiõis eoꝝ. Itẽ ſcđo ſicut tp̃e paſchę prẽdiderũt Chriſtũ: ita tp̃e paſchę qñ de oĩb⁹ partib⁹ erant in Hieruſalẽ cõgregati fuerũt obſeſſi per Titum & Veſpaſianum. Item tertio ſicut in die paſchę crucifixerũt Chriſtum & dederunt ſibi fel in eſcam & acetũ in potũ. Ita cũ dolore & amaritudine obſeſſi comederunt paſcha in illa obſidione. Itẽ quarto ſicut poſuerũt velum Chriſto ante faciẽ dicẽdo, ꝓphetiza nobis Chriſte, q̃s eſt qui te percuſſit: ita fuerunt velati ignorantia & cęcitate mẽtis: ne intelligerent ſacramẽta & ſecreta ſcripturaꝝ. Itẽ quito ſicut impoſuerũt crucẽ ſup hũeros Chriſti, vt portaret eã vſqꝫ ad Caluarię locũ: Ita deus poſuit ſuper eos iugũ ſeruitutis & captiuitatis, vt vbiqꝫ ſint ſubiecti dñis mundi. Iteꝫ ſexto ſicut ipſi effuderunt furorẽ ſuũ ſuper Chriſtum dicentes, crucifige, crucifige: ita Chriſtus effudit ſup eos irã indignatiõis ſuę in corpe & aĩa inferẽdo eis multiplicẽ miſeriã: quia quaſi quolibet anno mouentur populi contra eos & expoliant & trucidant eos. Itẽ ſeptimo ſicut eiecerũt Chriſtũ extra ciuitateꝫ ad crucifigendũ: ita fuerunt eiecti a ſua ciuitate & regno & diſperſi per totũ mũdũ: ciuitate & tẽplo deſtructo. Itẽ octauo ſicut voluerũt Chriſtũ dęlere de mũdo ip̃ꝫ occidendo: ita fuerũt deleti de libro viuentiũ & iuſtorũ: & ſcripti in libro mortis ęternę manentes in ſua obſtinatione & dãnatione. Itẽ nono ſicut addiderunt dolorẽ ſup dolorem Chriſto: ita deus addidit afflictionẽ ſup afflictionem in illis. xl. annis & ſemp. Itẽ ſicut impoſuerunt iniquitatem ſup iniquitatẽ cõtra Chriſtũ: quia ſup opprobria & inuidiã addiderunt falſos teſtes cõtra Chriſtũ: ita deus appoſuit eis iniquitatem ſup iniquitatẽ p̃mittendo vt ſuper peccatuꝫ necis Chriſti adderẽt obſtinationẽ: vt in corpore & aĩa iugiter puniantur. Et hoc eſt qđ intẽdit dicere Chriſtus p os Dauid in hac tertia parte huius pſalmi petens vltionem de Iudęis crucifixoribus ſuis & ſucceſſoribus eoꝝ. Vnde ait, O pater quia Iudęi dederũt mihi fel in eſcam meã: & in ſiti mea potauerũt me aceto in cruce in die paſchę: ergo fac vt in vltionẽ tãti ſceleris fiat menſa eoꝝ & cõuiuiũ agni paſchalis in laqueũ & ſcãdalũ corã ip̃is in eodẽ die paſchę. Hęc aũt petitio fuit impleta. nã cũ Iudęi ex omnibus partibus mundi eſſẽt ꝯgregati in Hier̃lm in die paſchę, intrauerunt copiæ Romanoꝝ ex parte orientali per Iordanẽ: & ſubito obſiderũt Hier̃lm vt dictũ eſt pſalmo p̃cedẽti. q̃ quidẽ obſidio durauit vſqꝫ ad menſem Auguſti. vt inquit Ioſephus. Et ſic ſunt capti tanq̃ in laqueo & reti. Ex quo pꝫ, ꝙ mẽſa agni paſchalis fuit conuerſa eis in laqueũ & ſcandaluꝫ in retributionem & vltionem mortis Chriſti, quẽ in die paſchę crucifixerunt: & illi fel in eſcã p̃buerunt & ip̃ꝫ aceto potauerũt.

## Obſcurentur oculi eorum ne videant: & dorſũ eorum ſemper incurua.

## Effunde ſuper eos iram tuam: & furor irę tuæ comprehendat eos.

¶ Itẽ quia in tali die velauerũt faciẽ Chriſti dicẽtes, ꝓphetiza nobis Chriſte quis eſt iſte q te p̃cuſſit &c. ideo obſcurentur oculi mẽtis eoꝝ ne videãt ſacramẽta dei ĩ lege & ꝓphetis: ſed velũ ignorãtię & cæcitatis ſit ſẽp añ oculos eorũ ne intelligant veritatẽ ſcripturaꝝ: & ſic nõ ſolũ puniant̃ in corpore: ſed multo magis in mẽte. Itẽ ſicut īpoſuerũt crucẽ ſup me: ita tu pater incurua & ſubijce ſemper dorſum eoꝝ iugo ſeruitutis non ſolũ ſpũalis: ſed etiã temporalis: vt vbiqꝫ ſint ſubiecti & captiui, diſperſi per omnes nationes.

## Fiat habitatio eorum deſerta: & in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet.

¶ Sicut eiecerũt me extra ciuitatẽ ad crucifigendũ: ita fiat habitatio eoꝝ deſerta & deſtructa: & eijciant̃ de habitationibus ſuis partim diſperſi & captiui p mundũ & in tabernaculis ſuis ipſius Hieruſalẽ nõ ſit aliquis eoꝝ qui ampli⁹ inhabitet: ſꝫ ſint exules inęternũ. Et hoc fiat iuſto dei iudicio.

## Quoniã quem tu p̃cuſſiſti perſecuti ſunt: & ſuper dolorẽ vulnerum meorũ addiderunt.

¶ Me quẽ tu percuſſiſti & ꝓ mũdo p̃cuti ex mĩa permiſiſti ip̃i mala & iniqua volũtate & iuidia & odio pſecuti ſũt vſqꝫ ad mortẽ ſemp addendo mala malis: quia ſuper opprobria addiderunt falſa teſtimonia: & poſtea addiderunt alapas, & poſtea flagella, & poſtea mortem. Et ſic addiderunt ſup dolorem vulnerũ meoꝝ. Nam ſicut addebant mihi dolorem ſup dolorẽ corporalẽ & vulnus ſuper vulnus: ita addebant ſibi ipſis dolorẽ ſuper dolorẽ ſpũalẽ, & vulnus ſup vulnus peccati. Et ſic addiderunt peccata peccatis.

## Appone iniquitatem ſuper iniquitatẽ eorum: & nõ intrent in iuſtitiam tuam.

¶ O tu pater appone iniquitatem ſuper iniquitatem eoꝝ non effectiue ſed permiſſiue. i. non des eis gratiã vt cognoſcant peccatum ſuum: ſed maneant ſemp in eadeꝫ obſtinatione & cęcitate: & ſic apponent obſtinationem & cęcitatẽ ſupra primũ pc̃m̃, vt nunq̃ intrẽt in iuſtitiã tuã. i. ꝙ nunq̃ p pniam iuſtificent̃. ſine qua pœnitentia peccator nõ põt iuſtificari nec in iuſtitiaꝫ reduci. Et nota ꝙ ſicut iudęi addiderunt dolorem corporalẽ ſupra dolorẽ ipſi Chriſto & vulnus ſupra vulnus: ita pariter Chriſtus non ſolum addidit eis dolorem & vulnus ſpũale peccati ſupra vulnus & dolorem, & culpã ſupra culpam: ſed etiam addidit dolorem & pœnam corporalẽ ſup pœnã. nã ſopra obſidionẽ addidit famẽ & iediã. deinde deſtructionẽ ciuitatis & templi & trucidationeꝫ maioris partis & captiuitatem & diſperſionem alioꝝ. Item ſicut ipſi addiderũt pc̃m̃ & iniquitatẽ cõtra Chriſtũ quo ad culpã: ita Chriſtus addidit eis & appoſuit iniquitatẽ ſup iniquitatẽ, quo ad pœnã tẽporalẽ & ęternã. Nam duplici pœna puniunt̃. ſ. pœna ſeruitutis & captiuitatis temporalis: & pœna culpę & obſtinationis & cęcitatis ſpũalis. Et ideo di

cit appone iniquitatē ſup iniquitatē eoꝝ.i.poenā duplicē ꝓ iniquitatib⁹ eoꝝ. Et ideo ſubdit:& nõ intrēt in iuſtitiā tuaꝫ ſupple p poenitētiā:ſed ſemp maneant obſtinati. Iõ ſubdit

Deleantur de libro viuentium : & cum iuſtis non ſcribantur.

D ¶ Ad cuius intellectũ eſt notandũ:ꝙ liber vitæ ſiue viuētiũ dupliciter ſumiť in ſacra ſcriptura. Nā vnus dr̃ liber diuinę ꝑdeſtinatiõis ſcđm æternũ ꝓpoſitũ:& tũc nihil aliud ē niſi diuina volũtas bñplaciti quæ ab æterno ꝓpoſuit grãs iuſtis ꝑparare:& eos elegit,& in ſuo libro aſcribēdos & iuſtificandos propoſuit. in quo libro ab ęterno primo fuit ſcriptus Chriſt⁹ homo & virgo Maria & oẽs apli & iuſti. Secũdus liber diciť liber vitę ſcđm ꝑſentē diſpoſitionē:& iſte eſt cõſcientia cuiuſlibet iuſti diſpoſita per gratiaꝫ. & iſte liber non eſt in deo niſi obiectiue:inquãtũ deus pſpicit in aia iuſti ſimilitudinē ſuę bonitatis p quã iuſt⁹ eſt deo grat⁹ & accept⁹ ſcđm ꝑſentē diſpoſitionē. & de iſto libro multi nouiter deleniť p pctm̃,& in eo nouiter ſcribuniť p nouaꝫ grãm. Ita pariter eſt duplex liber mortis. vn⁹ dr̃ ſcđm ęternũ ꝓpoſitũ,i quo de⁹ ab ęterno nouit reprobãdos,& obſtinãdos, & ęternaliter puniendos. & alter diciť liber mortis ſcđm ꝑſentē diſpoſitionē in quo ſũt ſcripti pctõres tēpoi aliter ſcđꝫ ꝙ ſũt extra gratiã in pctõ. Et iſti duo libri mortis nullo modo ſunt in deo niſi obiectiue ſcđm ꝙ in eis nouit deus culpã & difformitatē ſcđm ꝑſentē diſpoſitionē. Differt ergo liber vitę ſcđm æternũ ꝓpoſitũ a libro vitę ſcđm ꝑſenteꝫ diſpoſitionē. nã ille eſt ſolũ in deo. iſte aũt in cõſcientia hoĩs. Itē ab illo ſemel ab æterno ſcript⁹ nullus deleť:ab iſto multi deleniť per pctm̃,ſicut in eo multi nouiter ſcribuniť p gratiã. itē liber vitę ſcđm ꝓpoſitũ æternũ differt ab vtroqꝫ libro mortis. nã ille liber eſt ſolũ in deo cũ ſit diuina volũtas: quę eſt ſola cauſa oim ꝑdeſtinatoꝝ. ſed liber mortis tã primus q̃ ſcđs nullo mõ eſt in deo niſi obiectiue ſcđm ꝑſentiã: eo ꝙ de⁹ nõ eſt cã obſtinatiõis nec peccati alicui⁹ p qđ ſcribiť in libro mortis & reprobatiõis. & ideo talis liber mortis nihil aliud eſt niſi conſcientia hoĩs ſubiecta peccato a deo difformi. Vnde de his duobus libris. ſ. mortis & vitę dicitur Apoca.xx. ꝙ in die iudicij mare & infernus dedit mortuos ſuos & aperti ſunt libri ante iudicem:& apt⁹ eſt ali⁹ liber q eſt vitę:& iudicati ſunt mortui ſecũdũ ea q̃ erant ſcripta in libris:& qui nõ eſt ſcriptus in libro vitæ miſſus eſt in ſtagnũ ignis. Ex ſupradictis patet,ꝙ liber vitę prædeſtinatoꝝ eſt tantũ vnus in quo ſunt ſcripti ab æterno ſoli electi & iuſti: eo ꝙ eſt ipſa æterna volũtas:ſed alij libri tã mortis q̃ vitæ ſcđm ꝑſentem diſpoſitionē ſunt multi:quia vnaqueqꝫ conſcientia & aia hoĩs eſt liber ſuoꝝ operũ:ſcđꝫ quę opera ſaluaniť vel damnaniť. de quo libro quis põt deleri p pctm̃ aut in eo ſcribi per grãm. Et de iſto ſcđo libro viuentiũ ſcđm ꝑſentē diſpoſitionē petit Chriſt⁹ p ꝓphetã ꝙ deleantur Iudęi ꝓpter pctm̃ necis Chriſti: & ꝙ nũq̃ reſcribaniť i eo p poenitentiã:ſed ſemp maneãt obſtinati. ¶ Sed eſt aduertēduꝫ ꝙ iſta locutio licet ꝓcedat p modũ petionis:tamē nõ eſt locutio nec petitio affectiua ſed ꝓphetica & ꝑnũciatiua:quia Chriſt⁹ ſicut nõ venit dãnare ſed vocare peccatores ad poenitētiã:ita nunq̃ petit a patre dãnationē ſed ſalutem. Ideo in hac parte:quia ab ęterno præuidit Iudæos obſtinandos inquantũ deus:ideo ꝑdicit eoꝝ futurã damnationē in corpore & anima. Quomodo autē pctm̃ Iudęorũ eſt grauiſſimũ oim peccatorum:& per omnia ſimile peccato diaboli, patebit pſalmo.lxxxj.& pſalmo.cviij.

Ego ſum pauper & dolens:ſalus tua deus ſuſcepit me.

¶ In hac quarta parte Chriſtus agit gratias patri ſuo de liberatiõe ſua p reſurrectionē explicãdo fructũ ſuę paſſionis. Dicit ergo:Ego ſũ & fui paup in tota hac peregrinatiõe:qa in aliena caſula & ꝑſepio natus & in alienis ædibus recept⁹ & hoſpitat⁹ & paſt⁹,& i alieno ſepulchro ſepult⁹:& fui etiã dolens quia multiplicib⁹ dolorib⁹ & flagellis affectus:& tamē ſalus tua ſuſcepit me de ſepulchro,me ad vitam glorioſam ſuſcitando. Ideo agendo,gratias pro tanto beneficio

Laudabo nomen dei cum cantico:& magnificabo eum in laude.

¶ Feſtiuitates ãnales & diuina officia celebrãdo & ſepties in die horas canonicas recitando. Deinde cum ſubdit,

Et placebit deo ſuper vitulũ nouellum:cornua producentem & vngulas.

¶ Dicit. non ſolum dicã tibi laudes ſepties in die,qđ ptinet ad primã ptē:ſed etiã offerã tibi ſacrificiũ p ſe ſufficiēs & acceptabile. ſ. ſacramentum euchariſtię in quo offertur agnus immaculat⁹,qđ pertinet ad ſecundam partem latrię. Ideo ait. tunc placebit deo ſup vitulum nouellum. i. ſacrificiuꝫ euchariſtię qđ offeram in lege gratię:placebit deo ſup vitulũ nouellum. i. multo magis placebit deo ſacrificium euchariſtię q̃ vitulus nouellus cornua producens & vngulas:qui offerebať in veteri teſtamento. Nam ille tantum offerebatur in figura:ſed iſte qui eſt mediator dei & hoim offertur in re & veritate. Nam ille vitulus non continebat realiter Chriſtũ ſicut continet hoc ſacrificiũ. ideo illud non iuſtificabat nec erat deo per ſe acceptabile, ſicut iſtud qđ eſt de ſe iuſtum & validum de opere operato. Et ideo hoc ſacrificium eſt in quo pater ſibi cõplacet & recipit ip̃m in ꝑtium ꝓ peccatis noſtris &c. Iſte verſiculus põt etiam intelligi aliter: intelligendo per vitulum nouellum ip̃m Chriſtũ tunc in cruce & quotidie in altari oblatũ:vt ſit ſenſus. Et tunc tempore grẽ placebit deo. i. erit deo placitũ ſup Chriſtum vitulum nouellũ figuratũ p vitulũ antiquũ ve. le. vitulũ nouellũ dico cornua ꝓducentē & vngulas. cornua dico. i. victoriã & dñiũ & vniuerſalē poteſtatē habentē in cælo & in terra & in oibus abyſſis ad ſaluandos & ſublimandos fideles. Et ꝓducētem vngulas dico,ad aperiendũ infernum & confringēdos vectes ferreos & portas ęreas & educendos ſanctos patres de limbo,& ad carpenduꝫ & conterendum diabolũ & mēbra eius. Hęc cornua & vngulas produxit Chriſt⁹ in cruce. quibus aperuit infernum & penetrauit cęlum & deiecit diabolum foras & aperuit nobis ſcripturas.

Videant pauperes & lętētur:quęrite deum & viuet anima veſtra.

¶ Hic propheta exhortatur ppl̃m fidelium & vniuerſaleꝫ eccleſiã ad recipiendũ Chriſtum:& vt cum deuotione recipiant ſupradictũ ſacrificiũ. Vñ ait. Videant pauperes Chriſti imitatores & mundi contēptores Chriſtũ in ſuo aduentu & videãt hoc ſacrificiũ iugiter in eccleſia celebrari:& lętētur ſe eſſe redēptos p Chriſtũ in ara crucis immolatũ,& cõuerſus ꝓpheta ad fideles eccleſię apoſtrophat dicens. O fideles quęrite deuꝫ Chriſtũ in ſuo aduentu in hoc ſacrificio i & viuet aĩa veſtra vita gratię ſi deuote & ſpiritualiter ſumpſeritis ipſum:qa ipſe dicit Ioan. vj. Sicut miſit me viuēs pater,& ego viuo propter patrem:& qui mãducat me ipſe viuet ꝓpter me:& qui manducat hunc paneꝫ viuet in ęternũ. quia hic eſt panis qui de cælo deſcēdit a patriarchis & prophetis diu deſideratus. Et ratio eſt ꝙ lętentur omnes pauperes & fideles in Chriſto.

Quoniam exaudiuit pauperes dominus:& vinctos ſuos non deſpexit.

¶ Exaudiuit dñs pauperes Chriſtũ expectantes:& nõ deſpexit vinctos ſuos:qui erant in limbo inferni detenti:quos Chriſtus liberauit. Nã cum cornibus crucis diabolum vicit & deiecit:& cũ vngulis ſuę potentię infernum aperuit & cõfregit & vinctos patres inde deduxit. Ergo

Laudent illum cęli & terra: mare & omnia reptilia in eis.

¶ Laudẽt eũ cęli.i.angeli quia Chriſtus eorũ ruinã reparauit: & laudet eũ terra.i.hoies redẽpti: & laudet ipſũ mare.i.oẽs iſulę: & oia reptilia.i.oẽs habitãtes & gradiẽtes in eis.ſ.i mari & terra: q̃a gñaliter oẽs ſunt redẽpti, quia vſq; ad oẽs inſulas puenit maris euãgelica p̃dicatio. Et ſic oẽs creaturę intellectuales laudẽt deũ & agũt Chriſto gr̃as ꝓ beneficio redẽptiõis. Apoca.v. Nã oẽs angeli ſtabãt in circuitu throni dicentes: dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere gloriã & honorẽ &c. & turba magna quã dinũerare nẽo poterat clamabãt, bñdictio & claritas &c. Deinde cum dicit,

Quoniam deus ſaluam faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iudę.

¶ Dat cãm q̃re Chriſt⁹ eſt laudãd⁹ & adorãdus & dicit. Iõ laudẽt eũ cæli & terra: qm̃ ipſe ſaluã faciet Siõ.i.eccl'iam toto orbe diffuſam: in qua deus ſpeculaẽ & cõtẽplaẽ: & p ipſm Chriſtũ ædificabuntur ciuitates Iudę.i.eccl'ia q̃ vere dicẽ Iuda: eo q̃ ſola ipſm deũ cõfiteẽ vt frequẽter dictum eſt.

Et inhabitabunt ibi: & hęrditate acquirent eã.

¶ Fideles Chriſtũ cõfitẽtes habitabũt ibi in hac Iudęa & ciuitatib⁹ ei⁹, & hęreditate acquirẽt eã. Nã iudęis ſcdꝫ carnẽ eiectis ſoli Iudęi ſcdꝫ ſpm̃ & ꝓmiſſionẽ habitãt in eccl'ia iſta p gr̃aꝫ: & acq̃rẽt ſupna i ętnã hęreditatẽ. & iſti fuerũt apl'i & diſcipli qui Chriſtũ cõfeſſi ſunt: & ædificauerũt eccl'iaꝫ ſãguine ſuo, & miraculis, & doctrinis, & exẽplis: & has ciuitates & eccl'ias reliquerũt nobis i hæreditatẽ. Et ideo ſequiẽ.

Et ſemen ſeruorum eius poſſidebit eam: & qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

¶ Semen ſeruorũ ei⁹.ſ.ppl's chriſtianus qui eſt ſemẽ apl'orũ ſeruorũ Chriſti, habitabunt in ea. Nã populus chriſtian⁹ eſt ſemen apoſtolorũ per baptiſmũ in Chriſto regeneratum & omnes fideles qui diligunt nomen dei qd eſt Ieſus habitabunt in hac eccl'ia per gr̃am, & in ſupna per gloriaꝫ. Et nota q̃ ly ſemen ſeruorũ ei⁹ non ſolum põt referri ad apl'os: ſed etiã ad patriarchas.ſ. Abraham, Iſaac, & Iacob, & Dauid. Nã totus ppl's chriſtianus eſt ſemen Abrahę & Iſrael ſecundum ſpm̃ & ꝓmiſſionem. vt patet ad Ro.ix. & xj. vt ſupradictũ eſt in ꝓlogo tractatu.iiij. Naꝫ ſicut Iacob genuit.xij. patriarchas per quos carnaliter generauit & multiplicauit totũ illũ ppl'm: ita Chriſtus qui eſt verus Iacob regenerauit ſpũaliter.xij.apl'os qui fuerũt.xij.patriarchę, p quos Chriſt⁹ regenerauit & multiplicauit per baptiſmũ totum ppl'm chriſtianũ. Et iõ ppl's criſtianus diciẽ ſemẽ Abrahę, Iſaac, & Iacob ſcdm ꝓmiſſionẽ & ſpm̃: & dr ſemẽ apl'orũ p regenerationẽ baptiſmalẽ. & ideo quãdocũq; in ſacra ſcriptura memoranẽ.xij.trib⁹ dñi ſiue Iſrael ſemp itelligiẽ ppl's chriſtianus per illos.xij.apl'os & ſpũales patriarchas regeneratus & principatus: & multiplicatus: vt dictum eſt pſal. p̃cedenti. Et ideo iſti.xij.patriarchę ſpũales iudicabunt.xij.tribus Iſrael carnales in die iudicij ſimul cum Chriſto aſſiſtẽtes, vt ait ſaluator Mat.xix. Ex ſupradictis patet, q̃ Dauid in hoc pſal. magis videẽ euangeliſta q̃ propheta, quia magis videẽ hiſtoriã paſſionis Chriſti cõtexere q̃ prophetiam

E prænunciare. ¶ Ex toto iſto pſal. poſſunt recolligi.xvj.concluſiones. ¶ Prima concluſio, q̃ triplici perſecutione Chriſtus fuit afflictus in ſua paſſione.ſ.ſcribarum & phariſſęorũ & populi gentilis & Pilati. ¶ Secũda concluſio, q̃ aquæ pſecutionũ Chriſti itrauerũt vſq; ad ſeparationẽ aiæ a corpore. ¶ Tertia cõcluſio, q̃ Chriſt⁹ in ſua paſſione nullum habuit publicũ adiutorem de ſuo ppl'o. ¶ Quarta concluſio, q̃ Chriſtus in ſua paſſione exſoluit qđ nunq̃ rapuit: quia p duobus furtis ipſius Adam perſoluit pretium in cruce. Prio quia Adam rapuit fructum prohibituꝫ de ligno ſcientiæ boni & mali. Scdo voluit rapere diuinitatem. ¶ Quinta concluſio, q̃ q̃ñq; in ſcriptura pœnalitates & pœnę Chriſti appellantur pc̃tã non formaliter ſed cauſaliter per metonymiã, inquãtũ fuerũt effectus noſtrorũ pc̃tõrum. vel dicuntur pc̃tã nõ quo ad culpã: ſed quo ad pœnã inquãtum Chriſt⁹ paſſus eſt pro pc̃tis noſtris. ¶ Sexta cõcluſio, q̃ Chriſt⁹ ſuſtinuit opprobriũ & paſſionẽ: primo vt obediret patri: ſcdo vt nos a morte liberaret. & ſic propter nos factus eſt extrane⁹ fratribus ſuis Iudæis. ¶ Septima cõcluſio, q̃ Chriſtus propter zelũ dom⁹ dei viſus ẽ extrane⁹ & odioſus ſcribis & phariſſęis. ¶ Octaua cõcluſio, q̃ totũ tẽpus ab aduentu Chriſti vſq; ad iudicium eſt tempus acceptabile & dies ſalutis.

¶ Nona cõcluſio, q̃ Chriſtus ſufficienter ſatiſfecit patri ꝓ nobis per ieiunium & labores & mortem & paſſionem.

¶ Decima cõcluſio, q̃ ſicut Iudæi multipliciter afflixerũt Chriſtũ: ita multiplici pœna ſunt puniti correſpõdente ſceleribus eorũ. ¶ Vndecima cõcluſio, q̃ ſicut Iudæi addiderunt Chriſto dolorẽ ſup dolorem & vulnus ſupra vulnus: ita eis deus addidit eis pœnam temporalem ſupra pœnam.

¶ Duodecia cõcluſio, q̃ ſicut Iudæi appoſuerũt iniquitatẽ ſup iniquitatẽ cõtra Chriſtũ quo ad culpã: ita Chriſtus appoſuit eis iniquitatẽ obſtinationis ſupra iniquitatẽ peccati.

¶ Decimatertia cõcluſio, q̃ ſacrificiũ euchariſtię i quo offerẽ Chriſt⁹ ẽ deo magis placitũ q̃ vitul⁹ nouell⁹ & q̃libet ſacrificia ve.te. & etiã de⁹ pater magis acceptat vitulũ nouellum no.te. qui eſt Chriſtus oblat⁹ in altari, q̃ vitulũ antiquũ q̃ ı offerebaẽ in lege: eo q̃ Chriſt⁹ vitul⁹ nouell⁹ figurabaẽ p illũ vitulũ antiquũ qui in figura huius offerebaẽ in lege.

¶ Deciaquarta cõcluſio, q̃ nõ erant Chriſtũ recepturi niſi ſoli pauperes.i.iſta terrena cõtẽnẽtes q̃ eſt ppl's chriſtianus.

¶ Deciaquinta cõcluſio, q̃ Iudęa & Sion & Hierl'm quã Meſſias erat ſaluaturus & ędificaturus eſt eccl'ia toto orbe diffuſa q̃ Chriſtũ cõfiteẽ eẽ deũ & cõtẽplaẽ & videt p fideꝫ.

¶ Decimaſexta cõcluſio, q̃ ſemẽ Chriſti & apl'orũ ſeruorũ ei⁹ qui eſt ppl's chriſtian⁹ in Chriſto p baptiſmũ regenerat⁹ erat poſſeſſurus iſtã Iudeã & Sion toto orbe diffuſam: & in ea debebat habitare hic per gratiam, & in futura p gl'iam.

Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum me feſtina.

¶ Titul⁹ Victori ſiue i finẽ pſal. Dauid ad recordandũ. Ex titulo apparet, q̃ Dauid fecit hunc pſal. dirigẽs nos in Chriſtũ & eccl'iaꝫ qui ẽ finis legis, ſed additur ad recordandũ, inquãtũ recordanẽ & mẽoranẽ afflictiões & paſſiões Chriſti & eccl'ię. vel forſitã quia iſte pſal. frequẽter recitabaẽ i tẽplo: maxie ꝓpter primũ verſũ q̃ feſtinãter petit auxiliũ a deo: quo ꝯtinue idigem⁹. Itẽ hoc etiã additũ ẽ: q̃a Dauid p̃uidit in ſpũ q̃ iſte prim⁹ verſ⁹ erat cãtãd⁹ quotidie i eccl'ia i pricipio oim horarũ. In quo pſal. itroduciẽ Xp̃s & etiã eccl'ia petẽs feſtinãter liberari ab afflictionib⁹ & pſecutiõib⁹. Vñ tria facit. Nã prio petit liberari. Scdo petit punitionẽ pſecutorũ. Tertio p̃miũ fideliũ. Scdꝫ ibi. Cõfundanẽ. Tertiũ ibi exultẽt & lætenẽ. Dicit ergo Chriſtus. O deus pr̃ intẽde in adiutoriũ & auxiliũ meũ: & o dñe feſtia & accelera ad adiuuãdũ me, vt ſit breuis mea reſurrectio i tr̃ia die

Confundantur & reuereantur qui quærũt animam meam.

¶ Nota q̃ totũ reſiduũ hui⁹ pſal. eſt diapſalma, ꝓ ps vltima pſal.xxxix. vbi ſufficienter literaliter de Chriſto quo ad humanitatẽ expoſitũ eſt. Ideo breuiter eſt tranſeundus. Dicit eñ Chriſtus. O pater feſtina ad adiuuandũ & reſuſcitandũ me: vt confundantur & reuereanẽ.i.verecũdenẽ Iudęi qui q̃runt mihi mala, ſiue quærunt aiam meam & vitam: q̃a p mortem putant me nũq̃ reſurgere: ſed totaliter extingui & deleri. Et ſic vidẽtes me reſurgere & regnare.

Auertantur retrorſum & erubeſcant qui volũt mihi mala.

℄ Auertantur retrorſum.i.cadant a dignitate & ſacerdotio & erubeſcant diſpſi p mundũ, & ſubiecti oẽs p̃dicti Iudæi qui ſemp mihi volunt & deſyderant mala. &

Auertantur ſtatim erubeſcentes qui dicũt mihi euge euge.

℄ Id eſt qui lętabantur in morte mea, & putabãt ſe iram dei euaſiſſe, erubeſcentes de reſurrectione & exaltatione mea auertanẽ & cadãt a dominio ſtatim: & ſint captiui & ſubiecti omnibus nationibus. maxime erubeſcant illi qui dicebant ſi filius dei &c. Sed per oppoſitum

Exultent & lætentur in te omnes qui quærũt te: & dicant ſemper magnificetur dñs qui diligunt ſalutare tuum.

℄ Fideles qui q̃rũt te p fidẽ exultẽt & lętenẽ hic p grãm, & in futuro p glĩam: & oẽs qui diligũt ſalutare tuũ.i. qui receperũt meſſiã Ieſum filiũ tuũ gratias agentes de beneficio redẽptionis dicant ſemp magnificeẽ dñs qui redemit nos. Et ſic magnificabũt deũ in beneficijs ſuis in oibus horis & officijs canonicis nocturnis pariterq; diurnis. Et concludit finem cum principio pſal. cum ſubdit.

Ego vero egenus & pauper ſum: deus adiuua me.

Adiutor meus & liberator meus es tu: domine ne moreris.

℄ Pauper ſum deſtitutus parẽtibus, & amicis, & bonis tẽporalib⁹: qa in alieno ſepulchro ſepult⁹ ſum: iõ de⁹ adiuua me, & ne moreris: nec tardes me reſuſcitare: quia tu ſolus es adiutor & liberator meus. ℄ Eſt tñ aduertẽdũ, q totũ hoc qd dicit Chriſtus in hoc pſal. in pſona capitis inquãtũ hõ: dicit etiam in pſona toti⁹ ecclię. quicquid eñ paſſus eſt primo in capite: poſtea paſſus eſt in mẽbris: & ſicut ipſe liberat⁹ eſt p reſurrectionẽ: ita eccſia ſurrexit a pſecutiõe, & liberata eſt p cõuerſionẽ Cõſtantini: vt ſępi⁹ dictũ eſt. Ideo totus iſte pſal. dictus poteſt exponi de tota eccleſia.

IN te dñe ſperaui: non confundar inęternum: in iuſtitia tua libera me & eripe me.

℄ Iſte pſal. apud Hebręos eſt oĩno ſine titulo. Iõ dicũt q̃dã eorũ, q iſte pſal. eſt idẽ cũ p̃cedenti. Sed oppoſitũ tenet annotatio pſal. ſcdm eos ãtiqua: in qua pſal p̃cedẽs annotaẽ. lxix. & iſte annotaẽ. lxx. Sed quia in q̃buſdã biblijs latinis reperiẽ iſte pſal. p filijs Ionadab: iõ crediẽ hoc eſſe additũ ab aliquo expoſitore: eo q iſte pſal. loquiẽ de pegrinatione ecclię ab Adã, vſq; ad Antichriſtũ, q̃ figurabaẽ p filios Ionadab qui ſemp pegrinabanẽ vt pz. ℄ Ad cui⁹ intellectũ e& notandũ, q tot⁹ diſcurſus ecclię ab Adã, vſq; ad Antichriſtũ cõſideraẽ & menſuraẽ p. vij. ętates, quarũ tres diſcurrerũt ab Adã vſq; ad Chriſtũ: & exĩde. iiij. vſq; ad finẽ mũdi. Nã Adã myſtic⁹ pegrinat⁹ eſt a ſuo lapſu & exilio ſub ſeruitute pcti, & iugo legis p totã infantiaz, & pueritiã, & adoleſcẽtiã vſq; ad Chriſtũ, in quo fuit ſaluat⁹ & redẽpt⁹ a ſeruitute pcti, & abſolut⁹ a iugo legis. Sed poſt aſcẽſionẽ Chriſti in ſua iuuẽtute, poſtq̃ a Chriſto fuit redẽptus & regeneratus: confeſtim incidit in perſecutionem tyrannorum, & paganoꝝ: de qua fuit liberat⁹ p cõuerſionẽ magni Cõſtantini. Sed ſtatim in ſua virilitate, incidit in pſecutiones hæreticoꝝ maxime Arrianoꝝ: de qua fuit liberat⁹ p Aug. & cæteros doctores, vſq; ad tpa Iuſtiniani. Sed in ſenectute incidit i pſecutionẽ Mahometi: in qua modo eſt: de qua expectat liberari. Sed in ſenio cũ tremore expectat pſecutionẽ Antichriſti, de qua ſperat liberari p Chriſtũ. Oĩa ergo iſta cõſiderans, & p̃uidẽs Dauid in ſpũ fecit hunc pſal. in pſona ecclię. in quo quinq; facit. Nã prio cũ firma ſpe petit liberari & ſaluari, & redemi p Chriſtũ de ſeruitute, & captiuitate pcti in ſuo prio aduẽtu. Scdo petit liberari i ſua iuuẽtute de pſecutione paganoꝝ: & in ſua virilitate de pſecutione hęreticorũ. Tertio petit liberari i ſua ſenectute de pſecutiõe ſarracenoꝝ, & oĩz mahometanoꝝ. Quarto petit liberari in ſenio de pſecutione Antichriſti. Quinto pmittit agere grãs in finẽ. Scdm ibi. De⁹ eripe me de manu pctõris. Tertiũ ibi. Ne pijcias me i tpe ſenectutis. Quartũ ibi. Qm̃ nõ cognoui lĩaturã. ſiue ibi. Et vſq; in ſenectã & ſeniũ. Quinta ibi. De⁹ quis ſimĩs tibi. ℄ Quantũ ad primũ eſt aduertendũ, q ſicut fides eſt q̃dã virtus theologica, & habitus infuſus eleuans intellectũ ad firmiter credẽdũ articulis reuelatis: & charitas eſt alia virtus theologica & habitus infuſus eleuans & roborans volũtatẽ ad amandũ deũ creditũ propter ſe: & pximũ pter deũ: ita pariter ſpes eſt quędã virt⁹ theologica, & habitus infuſus eleuans voluntatẽ ad firmiter ſperandũ bona ſpũalia futura credita, & amata, & promiſſa ad cõtẽnendũ oia terrena. Ex quo pz, q ſpes p̃ſupponit fidẽ, & charitatẽ, & pmiſſionẽ in hac vita: quia non ſperamus, niſi bona ſpũalia credita & amata, & in futurũ pmiſſa, pter q̃ cõtẽnim⁹ oia bona terrena: & patimur, & aggredimur mala terribilia: puta oẽm pſecutionẽ, & mortẽ in virtute hui⁹ ſpei, & patiẽter oia toleram⁹. Sed quia qñ Adã fuit expulſus a terreſtri paradiſo i peregrinationẽ, fuit ſibi promiſſus Chriſt⁹ ex ſua pgenie, qui debebat ipm redimere, & ſaluare, & liberare a ſeruitute pcti, & ſanare, & ſubleuare ab oĩi miſeria: q̃ quidẽ promiſſio fuit cõfirmata in Abrahã, & Iſaac, & Iacob, & Moyſe: & ſpecialiter ipi Dauid: ideo cũ ſpe in pſona totius corporis myſtici in pria parte hui⁹ pſal. petit Chriſtũ, vt veniat in carnẽ ad ſaluandũ, & redimẽdũ, & liberandũ ipm a ſeruitute pcti, & a iugo legis, & ab oĩi miſeria: ſicut oibus patriarchis, & prophetis fuit pmiſſus. Ideo dicit. O dñe Ieſu Chriſte in te ſperaui poſtq̃ mihi fuiſti pmiſſus. ideo fac: vt non confundar inęternũ, & ne ſim fruſtrat⁹ in mea ſpe & in tuis promiſſis, ideo veni in carnem: & libera me ab oĩi miſeria: & eripe me de hac captiuitate & ſeruitute peccati in quã incidi per inobediẽtiã, & eſum cibi prohibiti.

Inclina ad me aurem tuam: & ſalua me.

℄ Inclina aurẽ tuam orõnibus & p̃cibus meis: & ſalua me ab omni pctõ pſonaliter cõmiſſo. Et etiã inclina aurẽ.i. humanitatẽ, & carnẽ tuã & ſalua me tolerãdo mortẽ & paſſionẽ in ipſa tua humanitate & carne. q̃ quidẽ humanitas tua aſſũpta dr̃ auris tua: cũ qua ſiue p quam nos audiſti: & dicitur oculus tuus, cum quo, & per quem nos vidiſti: & lingua tua per quam nobis es familiariter locut⁹. Et dr̃ inſtrumentũ per qd nos ſaluaſti & redemiſti mortem patiendo.

Eſto mihi in deum protectorem & in locum munitum: vt ſaluum me facias.

℄ Veni ergo Chriſte in carnẽ: & eſto mihi nõ ſolũ i deũ redẽptorẽ, ſed i deũ ptectorẽ: vt ſaluũ me facias: qia nõ ſufficit, q ſis hõ ad patiẽdũ: ſz q etiaz ſis de⁹ ad ſaluandũ: qia ſoli deo cõpetit ſaluare, & ſalutẽ, & vitã æternã ſine defectu cõferre: vt dictũ eſt. pſal. viij. ergo oportet q ſis de⁹: vt in diuinitate ſit ptãs & auctoritas ſaluãdi & remittẽdi peccata: & q ſis hõ: vt in humanitate ſit habilitas patiẽdi, & p̃tiũ, & meritũ redimẽdi rõne vnionis. Et ſic cũ tali pſonali vnione eris ſaluator & redẽptor: & iõ diceris Ieſus Chriſt⁹ de⁹ hõ ſaluator. Veni ergo Chriſte in carnẽ. & libera me de ſeruitute pcti, & iugo legis p mortẽ & paſſionẽ: & poſtea eſto mihi in deũ ptectorẽ: & in locũ, & caſtrũ. & oppidũ bñ munitũ prio vallo articloꝝ fidei, & muratũ muro ſpei & charitatis, & obſeruãtia p̃ceptoꝝ: & opulentũ grã &co

pla eccliaſticoꝝ ſacramētoꝝ: vt ſic in iſto oppido bñ munito ſaluum me facias ab omnibus inimicis infeſtantibus.

Quoniam firmamentum meum & refugium meum es tu.

¶ Nā tu es illa petra firma ſupra quā fūdata ē tota eccl'ia quā vallaſti vallo articuloꝝ, & muraſti muro ꝓceptoꝝ, & repleſti copia ſacramētoꝝ: & ideo portę inferi nō ꝓualebūt aduerſus eā. Mat. xvj. Nec flumina tētationū, nec vēti ꝑſecutionū poterūt ipſas diruere. fundata eñ erat ſupra petrā. Mat. vij. Et ſic erit in domū refugij, & in locū munitū oib⁹ fidelibus habitantib⁹ in ea: tū ratione fundamenti qa flumina tentationū & hęreſum nō poterūt ipſas euellere, nec eradicare: tū ratione munitionis: quia nulli vēti pſecutionum poterūt ipſam expugnare. Deinde cum dicit,

Deus meus eripe me de manu peccatoris & de manu contra legem agentis & iniqui.

G ¶ Petit liberari a ꝑſecutiōe paganoꝝ & hęreticoꝝ. ¶ Ad cui⁹ intellectū eſt notandū, ꝙ eccl'ia Chriſti in ſua iuuētute primo fuit ilico afflicta poſt aſcēſionē a Iudęis ſciētibus legē. Scđo fuit infeſtata a paganis gentilib⁹ neſcientib⁹ legē. Tertio in ſua virilitate fuit vexata ab hæreticis ſcientibus vtrūq; teſtamētū. Et ideo iſte homo myſtic⁹ ab his tribus ꝑſecutorib⁹ petit liberari in hac ſcđa parte. vñ p agentē cōtra legē intelligit ppl'm iudaicū legē veterē ſciētē: & per peccatorē intelligit ppl'm gentilē: & per iniquū intelligit cœtū, & cōuēticulum hęreticoꝝ. Dicit ergo. O Chriſte deus libera me de manu & poteſtate pc̄tōris ppl'i gentilis & tyrannoꝝ: & eripe me etiā de manu ppl'i Iudæoꝝ agētis ſciēter & manifeſte cōtra legē dei: & ſic peccat ex malitia: & eripe me etiā de manu cœt⁹ iniq hęreticoꝝ, q ex iniquitate & pfidia pſequunť catholicos cōtra oēm charitatē ſicut fuerūt Arriani, quoꝝ pſecutio ſupauit oēs pſecutiones tyrānoꝝ: vt ait Rufinus & Caſſiodor⁹. Dicit ergo eccleſia: O Chriſte eripe me de his trib⁹ perſecutoribus.

Quoniā tu es patiētia mea dñe: domine ſpes mea a iuuentute mea.

¶ Patiētia mea. i. exēplū patiētiæ: qm̄ tu ꝑdicādo, & ꝓ nobis innocēs. patiēdo dediſti nobis exēplar patiētiæ: & tu es ſpes mea a iuuētute mea: qa eccl'ia incepit a Chriſto, & ab eo didicit exēplū patiētię i aduerſis, & cepit ſpē ex Chriſti reſurrectione: quia ſicut Chriſtus reſurrexit: ita ſperam⁹ reſurgere. Ideo ſub tali ſpe martyres ſpōte tolerabāt mortē & perſecutiones. Et ideo ſubdit.

In te cōfirmatus ſum ex vtero: de ventre matris meæ tu es protector meus.

¶ Nota ꝙ triplex eſt vter⁹ eccl'ię. Primus dr̄ latus Chriſti:
H vnde orta eſt eccleſia, & virt⁹ ſacramentoꝝ. Secūdus dicit̄ flumen ſpūs ſancti: vñ fluxerunt dona grāꝝ in die Pēthe. vbi fuerunt apl'i, & tota eccl'ia armata & cōfirmata: & vñ habuit originē i ſciētia. Tertius vter⁹ eſt fons ſacri baptiſmatis: & vñ particulariter regeneramur. ſed tā baptiſm⁹ q̄ miſſio ſpiritus ſancti ꝓcedit a Chriſto: & ſic prim⁹ vterus eſt Chriſtus. Primo a ſuo ore exiuit fons euangelicæ ſapiētię: quę poſtea p dona ſpūs ſancti fuit apl'is & toti eccl'ię ſuggeſta & diſtributa, & a ſuo latere exiuit ſanguis & aqua: vnde habuit virtutē baptiſm⁹ & oia ſacramēta. & iō dicit iſte hō myſticus. O Chriſte ſponſe, tu es patientia & ſpes mea: qa in te cōfirmatus ſum, primo ex vtero tui lateris, a quo exiuit ſanguis & aqua. ſcđo ex vtero ſpūs ſancti, quē miſiſti in apoſtolos, & totā eccleſiā ad ſuggerendā ſacrā ſcripturaſ. tertio tu es protector meus de ventre eccl'iæ matris meæ, ex qua in baptiſmo fui regeneratus. nā ibi recepi particulariter fidē, ſpes, charitatē, & gratiā. Poſtea particulariter fui in eccleſia ab ipſo confirmatus vbi recepi ſeptē dona ſpiritus ſancti ad debellandū inimicū. & ſic ex baptiſmo & cōfirmatione tu es ꝓtector me⁹: quia tbi dediſti iſta arma ad ꝓtegendū me: & inde ꝓuenit mihi ſalus & protectio.

In te cantatio mea ſemper: tanq̄ prodigiū factus ſum multis: & tu adiutor fortis.

¶ O dñe licet ego ſim fact⁹ ꝓdigiū multis: qa p fidē quā in vtero matris eccl'ię recepi cōfiteor te meū ſpōſuꝫ, & caput & dñm: & qa veneror & adoro crucē: in qua paſſus es: ideo Iudęi & pagani ſcandalizanť & reputant me quoddā ꝓdigiū & mōſtruoſum & fatuū: irridētes me qa adoro hoieꝫ crucifixū & deiectū: ſed iſta crux q̄ eſt ſcādalū Iudęis, & ꝓdigiū gētib⁹ eſt mihi ad gloriā & ſalutē: & iō in te Chriſte eſt ſemp cātatio mea in hymnis & cāticis: quia de tua incarnatione, & morte, & paſſione, & reſurrectione, & cruce celebrabo feſtiuitates, & cātabo hymnos: & etiā inter tormenta eſt in te cātatio & confeſſio mea fidei: quia tu eris ſemper adiutor fortis in omibus tribulationibus. ergo

Repleatur os meū laude: vt cantem gloriā tuā tota die magnitudinē tuam.

¶ Immo ex tua gratia replebiť os meū laude: vt tota die vſq; ad iudiciū cantē in eccl'ia, & prędicē in publico gloriā tuā, quā accepiſti i tua reſurrectiōe, & magnitudinē & vniuerſalē ptātē, quā accepiſti in tua aſcēſiōe: & etiā cātabo & ꝑdicabo gloriā tuę deitatis: & magnitudinē tuoꝝ miraculorum & tuæ poteſtatis quæ in euangelio memorantur.

Ne proiicias me in tēpore ſenectutis: cū defecerit virtus mea ne derelinquas me.

¶ Quia ſuperius eccl'ia fuit liberata a iuuentute de manu pc̄tōris & cōtra legē agētis & iniqui. ſ. de ꝑſecutione Iudęorū & tyrannoꝝ p Cōſtantinū: de ꝑſecutione hęreticoꝝ maxime quoꝝ p Iuſtinianū & Beliſariū, q totaliter deleuit vvandalos Arrianos in Africa: hic petit liberari de ꝑſecutione ſarracenoꝝ, quæ incepit in ſenectute eccl'ię. ſ. tp̄e Heraclij.
¶ Vnde eſt aduertēdū: ꝙ ſicut in ſenibus incipit deficere I
calor naturalis: & abundat frigiditas: & debilitanť mēbra: & ſic oia quę comedūt cōuertunť i malos, & indigeſtos humores: quos per os, & nares, & oculos emittūt ſenes: & ſic ſpernunť, & vilipendunť & habentur odio, & faſtidio: Ita pariter dicit Chriſtus ꝙ erit in nouiſſimis dieb⁹, & circa tēpora Antichriſti: ꝙ erūt hoies amātes ſeipſos: & frigeſcet ois charitas, & abundabit iniquitas: vñ ſequenť rapinę, & adulteria, & odia, & bella, & iurgia, & ſimonia, & ſupbia, & vanitas, & ꝓphanatio in eccl'ia, & nouę ſectę ꝓpter ambitionē, & dedignationes & inuidias: & ꝓpter pc̄tā chriſtianoꝝ & diuiſiones præualebunt infideles, & conculcabunt eccleſiam. Hoc autē incepit a principio ſenectutis eccleſiæ tp̄e Heraclij. Naꝫ tūc ſurrexit pſeudo propheta Mahometus in Arabia: cui⁹ ſecta occupauit totā Syriā, & Meſopotamiā, & Africā, & Aegyptum: vt diceť pſal. lxxiij. cuius ſectę adheſerunt turci, anno dñi. M. xl. qui occupauerūt totā Perſiā, & Mediā, & oēs Armenias, & totā Aſiā minorē, q̄ modo diciť Anatholia: & noſtris tēporibus occuparūt totā Gręciā, & Moeſiā, & ritui Mahometico ſubiecerūt. Poſtea anno dñi. M. ccxxij. ſurrexerūt Tartari idololatræ a partibus Aquilonarib⁹ vltra mōtē Imauū, & cōſtituerūt ſibi Giſcham in regē, q expulſo Ioāne preſbytero oēs tres Indias obtinuerūt. qui quidē Giſcha miſit duos filios cū infinita multitudine Tartatoꝝ, quorum vnus occupauit totā Syriam citra Imauū, vſq; ad Meotidē paludē, & fines Rutenorū Hūgarię. Et alter occupauit totā Aſiā, et Parthiā, & Mediā, & Perſiā, qui omes viuūt ſub maledicta ſecta Mahometica. De quoꝝ origine tam ſarracenorū, q̄ turcoꝝ, q̄ tartarorum dicetur inferius pſalmo. lxxxij. Ex quibus patet, ꝙ Sarraceni qui hodie poſſident totū reſiduum mundi cum tartaris idololatris, & cæteris mahometanis non

obtinuerũt in viribus ſuis:Sed ex defectu fidei & charitatis chriſtianoꝝ: propter diuiſiones,& diſcordias, & ſectas eorum.Nam Iacobitę,& Neſtoritę maluerunt eſſe ſub ſarracenis,q̃ ſub imperatore & pontifice Romano.Et ipimet ſponte ſe infidelibus ſubiecerunt:& contra catholicos eos vocauerunt in auxiliũ.Et ſic viuunt hodie ſub ditione eorum.Ex quibus patet ꝙ ab Heraclio imperatore vſq; ad tẽpora noſtra incepit eccleſia ſeneſcere,& in ea virtus continue perſeuerauit deficere,& fides,& charitas decreſcere,& minui,& frigeſcere:& ſicut fides & charitas decreuit: ita decreuit,& pſeuerauit minui iperiũ & dominiũ vſque, quo tota eccleſia ꝑ maiori parte fuit ſub infidelibus conculcata:quia non remanet niſi iſta parua particula in hoc angulo mũdi:in qua etiã ſunt cõtinuę diſcordiæ,& bella, & ſeditiones:vt pʒ.Hoc ergo ꝓuidẽs Dauid in ſpiritu dicit in pſona eccłię.O Chriſte q ex vtero lateris tui,& ex vtero baptiſmali regeneraſti me ab infantia,& me liberaſti in iuuentute mea de rabie Iudęoꝝ,& tyrannoꝝ:rogo ne ꝓijcias me i tpe ſenectutis,cũ defecerit virt⁹.ſ.cũ frigeſcet ois charitas,& abũdabit iniquitas.Nã ſicut humor radicalis cũ naturali calore eſt illa virtus quæ cõſeruat vitã i corpore,& auget corpus:ita fides formata charitate cõſeruauit & augmẽtauit eccleſiã.ſ.fides apłoꝝ,& martyꝝ: & doctoꝝ,& cæteroꝝ fideliũ:& conſeruauit eã in eſſe:ſed cuʒ incepit deficere virtus fidei:tunc incepit deficere & ſeneſcere eccleſia.Dicit ergo:Ne ꝓijcias me totaliter,nec ſubijcias ſub iugo infideliũ,& ſarracenorum in tẽpore meę ſenectutis:dũ defecerit virtus,& fortitudo,& charitas mea.i. inter meos filios chriſtianos:& ne derelinquas me id eſt ſubtrahas totaliter auxiliũ tuũ,& gratiam a me:vt poſſim tolerare,& repellere impetũ inimicorum,& infideliũ ne totaliter deleatur eccleſia.

Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui cuſtodiebant animã meam conſiliũ fecerunt in vnum.

Dicentes deus dereliquit eum : perſequimini & cõprehendite eum quia non eſt qui eripiat.

❡ Inimici mei ſarraceni & infideles vidẽtes victoriã quã quotidie habẽt contra me,putant ꝙ totaliter me dereliquiſti.Et ſic putant ꝙ ſecta eoꝝ eſt melior & verior q̃ fides mea.Et ideo dixerunt inimici mei mihi:& qui cuſtodiebant.i.inſidiantes qui obſeruabant ꝑdere animã,& vitam meã fecerũt conſiliũ in vnũ,& cõgregati ſunt contra me dicẽtes:deus iam dereliquit iſtũ pplm chriſtianũ:ideo perſequimini in eũ poſtq̃ deus reprobauit:& cõprehendite & ſubijcite eum:quia non eſt qui eripiat eum de manu noſtra.Sed licet ſarraceni & infideles temere dicant,

Deus ne elongeris a me:deus meus in auxiliũ meũ reſpice.

Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ:operiãtur confuſione & pudore qui quęrunt mala mihi.

❡ Tu deus & ſponſe Chriſte rogo ne elongeris a me,nec ſubtrahas gratiam:ſed reſpice & intẽde i auxiliũ meũ:immo confundantur ſarraceni,& infideles detrahẽtes,& exprobrantes animæ & vitæ meæ:& fruſtrati deſyderio ſuo, & intentione operiantur confuſione ſua & pudore:q quęrunt alam meã,& totaʒ eccłiam penitus delere,nec quod deſyderant impleatur.

Ego autẽ ſemper ſperabo:& adijciã ſuper omnẽ laudẽ tuã.

❡ Si quod oro facis ſemper in te ſperabo non perdendo fidem nec ſpem:& adijciam ſuper omnẽ laudem tuã,noua carmina & noua officia cantãdo,& cõponẽdo in laudẽ tui pro gratiarum actione.& ſic

Os meum annũciabit iuſtitiam tuam:tota die ſalutare tuum.

❡ Id eſt Ieſum tuum.prędicabo enim ſalutem quaʒ mihi feciſti:quia de infidelib⁹ me liberaſti.Litera.Hiero.habet Tota die Ieſum tuũ.& tũc eſt magis clarũ.Ex his verſibus ſupradictis putatur ꝙ eccłia nõ debet totaliter deficere i hac ſenectute in qua eſt:quia nec ſarraceni totaliter cõculcabũt,nec ſubijciẽt eã:immo iſta ſecta ſarracenoꝝ pri⁹ debet gladio perire & cõfundi,& aliqua ps eccłię debʒ manere i libertate & ꝓſeruari:& vſq; ad ſeniũ ꝑuenire.ſ. vſq; ad tẽpora Antichriſti:vbi erit maior copia martyꝝ:& maior ꝑſecutio & ſęuior:vt patebit.Et dicũt etiã aliq ꝙ eccłia añ tpa Antichriſti,& ante ſeniũ ſuũ debet canonizare oẽs patres ve.teſt.ſ.Adã,Noe,Abrahã,Iſaac, & Iacob &c.& cantare de eis noua officia & hymnos.Ex quib⁹ pʒ,ꝙ vſq; ad tpa Antichriſti in aliqua parte mũdi debet eccłia in ſua libertate permanere:extincta ſecta ſarracenorum.

Quoniam nõ cognoui literaturam:introibo in potentias domini:domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius.

❡ Poſtq̃ ſuperius iſte homo myſticus ſiue eccleſia petiit liberari a perſecutione ſarracenorum facta in ſenectute:hic petit liberari a perſecutione Antichriſti futura in ſenio,& decrepitu mundi & eccleſię.ſ.in nouiſſimis diebus.Ad cui⁹ intelligentiam eſt aduertendũ,ꝙ ſecta ſarracenica quę infeſtauit eccleſiã in ſenectute:cum de ſe ſit falſa & irrationabilis,& beſtialis,& voluptuoſa:ideo tres generationes mũdi beſtiales adhęſerũt ipi ſine difficultate.ſ.Arabes,& Tartari & Turci:qui oẽs erant beſtiales ſine ſcientia,& ratione paſtores ſequẽtes armẽta boum,& pecoruʒ,& camelorum,& greges ouium & hircorũ:ideo nõ potuerũt ſubijcere chriſtianitatẽ cum ſcientia nec ratione:cum nulla ſit in illa falſa ſecta:ſed infeſtarunt eccleſiam cũ armis.Sed Antichriſtus:eo ꝙ habet attrahere ad ſe de omnibus nationibus.ſ.Iudæis,& ſarracenis,& chriſtianis:q̃ quidẽ nationes iam ſunt magis callidę,& aſtutę:iõ Antichriſtus multipliciter attrahet eos.ſ.cũ ſcientia,& largitate pecuniarũ & donorum,eo ꝙ oẽs homines cuiuſcũq; conditionis ſint:ſunt dediti auaritię.Et ideo cũ ſcientia literali iudaica attrahet Iudęos & cũ ſcientia negociãdi.ſ.cũ iure ciuili,& cum arte necromancię ad inueniendos theſauros,& cũ arte fabrili ad fodiẽda metalla attrahet auaros chriſtianos & ſarracenos &c.Et ideo magis vtet̃ ſciẽtijs humanis ſupradictis ad attrahendum chriſtianos auaros & Sarracenos.Sed ad cõfundendũ chriſtianos eccleſiaſticos vtet̃ ſciẽtia naturali & metaphyſica,& ſcientijs mathematicis:& maxime literatura,& gloſſis iudaicis:& litera vete.teſt.& ſic faciliter vincet & decipiet chriſtianos.Et hoc accidet:quia circa tẽpora Antichriſti erit multũ debilitatũ ſtudiũ theologiæ.Nã cum oẽs ſtudeãt auaritię:iõ erit maxima copia iuriſperitorum,& notarioꝝ,& cęteraꝝ ſcientiarũ,& artium de pane quærẽdo:quæ oẽs dicuntur ſcientiæ literaturæ,& negotiationis.Itẽ quia in eccłia nõ dabunt̃ nec cõferentur bñficia niſi magnatibus,& litigioſis:& ex fauore regũ & magnorum prælatorum:ideo contemnetur theologia,& omnes eccleſiaſtici dabunt operã iuri canonico,& ciuili,& ſic theologia contemnetur. ❡ Vnde nota ꝙ omnis ſcientia vel eſt literalis vel ſpiritualis.Scientia literalis eſt illa quæ eſt ſolum gratia ſui,id eſt ad ſolum ſenſum literalem,& prout per terminos importatur intelligenda. Scientia vero ſpiritualis eſt iſta quæ non eſt principaliter gratia ſui,id eſt ſcdm ſenſum literalem ſolum intelligẽda:ſed in qua vltra

ſenſum literalē.alius ſenſus ſpiritualis ibi clauſus eſt quæ-
rendus & intelligendus.Primo modo ſunt omes ſcientiæ
ſeculares,& humanę.ſ.humanitus adinuentę:quæ ſunt in
triplici genere.Nam quædam ſunt rationales ſicut gram
matica,logica,rhetorica,poetica,oratoria.& quæda ſunt
reales & ſpeculatiuę:ſicut mathematicę,& phiſicę,& me
taphiſica:& quædā ſunt practicę:ſicut ſunt morales & fa-
ctiuę artes.Omnes ergo iſtę ſcientiæ ſupradictæ dicuntur
literales:eo ꝙ cōſiderant ſolā literaturā.i.ſenſum literalē,
& nil aliud vltra conſiderant.Sed ſola ſcientia ſiue lex di-
uina vete.teſt.dicitur ſcientia ſpiritualis:eo ꝙ non eſt gra
tia ſui ſed alterius.ideo ad alterum ſenſum intelligenda.ſ.
ad ſpūalē.qui quidem ſenſus ſpiritualis eſt triplex.ſ.allego
ricus,moralis,& anagogicus:vt dictum eſt in prologo.Et
ideo vetus teſta.nō ꝓprie dicitur ſciētia:ſed propoſitio ſi-
ue parabola:ſed lex euangelica non ſolū dicitur ſcientia.i.
concluſio ſcientifica:ſed etiam proprie dicitur ipſa veritas.
Ex hoc ergo patet cæcitas Iudæorum,qui vetus teſtamen
tum putant ſcientiam literalē,nolentes intelligere in eo ni
ſi ſolā literaturā & gratia ſui:cum non ſit ſcientia literalis:
ſed parabola &c.Sed magis eſt vituperanda peruerſitas ec-
cleſiaſticorum quorundā,qui contēnentes diuinā ſcientiaꝫ
vtriuſqꝫ teſt.conuertuntur ad fabulas,& ſcientiaꝫ oratoriā
& mūdanas negotiationes.Vtrāqꝫ ergo peruerſitatē,ſcili-
cet tam quorundā prælatoꝝ eccleſiæ q̄ Iudæorū,execra-
tur & exhorret Dauid cum dicit.Quoniam non cognoui li
teraturam &c.propter cauſas& lingia beneficiorum.Item
quia ex abundantia bonorum temporaliuꝫ erunt in otio,
& faſtu altiori conſtituti,abhorrētes,& contemnentes ſciē
tiam theologiæ:eo ꝙ prohibet omne vitium:& præcipit
omnem virtutem:& perſuadet contēnere terrena:& ama
re cæleſtia:Ideo dabūt operam literis humanis & delecta
bilibus & vrbanis.ſ.operibus Ciceronis,& Quintiliani,&
Virgilij &c. Et ſic deficiet ſcientia ſacræ ſcripturę:quā iam
videmus defeciſſe:non ſolum in ſæcularibus:ſed etiaꝫ in re
ligioſis:quia non curant,niſi audire aliquas quæſtiones &
curioſitates:vt ad tempus appareant & efficiantur magi-
ſtri in theologia.Sed in ſacra ſcriptura vbi eſt veritas ſacrę
ſcripturæ noui & veteris teſtamenti:pauci ſciunt:nec adhi
bent ſtudium.Ideo veniet Antichriſtus homo callidus:&
ſciens propoſitiones:vt patet Danielis octauo,& vndeci-
mo capitulo:& ſic ſuperabit ſimplices,& ignaros chriſtia
nos:& attrahet libēter iudæos cum ſolo ſenſu literali ſcri-
pturæ veteris teſtamenti,& hoc fiet iuſto dei iudicio:quia
poſtq̄ veram ſcientiam repulimus,& conuerſi ſumus ad fa-
bulas:ideo deus repulit iam nos:vt infideles & beſtiales
præualeant & dominentur toti orbi.Hoc ergo præuidēs
Dauid in ſpiritu ait in perſona paucoꝝ,in quibus mane-
bit fides tempore Antichriſti.O domine Ieſu quoniā ego
nō cognoui literaturā ſiue negotiationē:vt habet alia lite
ra.i.ſcientias humanas,quę tantū literaliter ſapiunt ad lu
crum,& faſtum honoris:& ad lucrū bonoꝝ temporalium,
immo tales ſcientias negotiatiuas contempſi (In Hebręo
habetur non cognoui numerū: ſed iſta interpretatio non
eſt nobis ſeruanda:ſed melius dicitur ſecūdū.lxx.non co-
gnoui literaturā) nec cognoui tantū literatuā ſcripturæ ve
te.teſta.quia nolui in litera tantū ſiſtere:nec in ea ſpeꝫ,&
finem conſtituere:ſed ad ſenſum ſpiritualem vltra trāſire:
Ideo & immo per ſenſum ſpiritualē intrabo potentias,&
ſecreta myſteria dñi,ibi i literatura clauſa & figurata.quia
vetus teſtamē tū nil aliud eſt,niſi occultatio noui:& ſic ibi
ſub illa literatura memorabor ſolius iuſtitiæ tuæ.& ſic nō
curabo de literatura:ſed de potētia tua,& iuſtitia tua ſolū
ibi clauſa.Vnde euangeliū ſiue veritateꝫ euangelicā clau-
ſam in literatura vete.teſt.vocat potētias dñi,& iuſtitiā eo
ꝙ ibi continenꝰ miracula,& mirabilia opera quę Chriſtus
fecit in ſua prædicatione,& noſtra redemptione,per quaꝫ
ſumus iuſtificati:& cōtinenꝰ victoria reſurrectionis,& triū-
phus aſcēſionis.& iſtas potentias & iuſtitiā ſolū conſide-
rat principaliter eccleſia in literatura vete.teſt.& hoc ꝑdi
cat & confitenꝰ in nouo.quia iſta docuit Chriſtus apl̄os ſuos
quando aperuit eis ſenſum & ſcripturas veteris teſtamēti
vt patet Lucæ.xxiiij.& hoc idem ſuggeſſit eis ſpiritus ſan-
ctus in die Penthe.Ideo ilico diſputarunt cum Scribis,&
Phariſæis:& conuicerunt eos:vt patet Actuum.ij.Et ideo
ſubdit.

## Deus docuiſti me a iuuētute mea:& vſqꝫ nūc pronunciabo mirabilia tua.

¶ Tu deus hęc docuiſti me a iuuētute,& infantia,& pue-
ritia mea:quando aperuiſti mihi ſenſum,& ſcripturas ili-
co poſt reſurrectionem & in die Penthe.& per tres annos
primo ꝑdicando:& ideo ſemper prædicabo & pronuncia
bo vſqꝫ nunc mirabilia opera tua.

## Et vſqꝫ in ſenectam & ſenium deus ne derelinquas me.

¶ Rogo ne derelinquas me vſqꝫ in ſenectaꝫ & ſeniō id eſt
vſqꝫ ad tēpora Antichriſti:nec per totā perſecutionē Anti-
chriſti q̄ fiet in meo ſenio & ſenecta:quia tunc magis indi
gebo tuo auxilio,& gratia,& lumine:tum ꝓpter callidita-
tē & malitiā,& ſciētias humanas illius filij perditionis:tū
ꝓpter crudelitatē:quia illa ꝑſecutio ſuperabit omes alias
prætteritas:vt ait Aug.Eſt aūt aduertendū,ꝙ inter ſene-
ctutē,ſiue ſenectā,& ſeniū hoc intereſt.Nā ſenectus ſiue
ſenecta dicit ætatē ſexagenariam,in qua ſenſus hominis:
& virtus corporalis incipit deficere:ſed ſeniū dicit ætateꝫ
octogenariam:vbi pro maiori parte iam defecit virtus,&
emergūt omes infirmitates & dolores:vt pꝫ pſal.lxxxviij.
Ideo in eccleſia no.teſt.aſſignanꝰ tres ſtatus vniuerſales.ſ.
iuuentꝰ vſqꝫ ad Iuſtinianū,in qua regnauit,& floruit fides,
& charitas,& ſcientia,ſiue ſapientia in eccleſia:& ſic fuit
multitudo martyꝝ,& ſacroꝝ doctoꝝ,& ſanctoꝝ cōfeſſo-
rum.Secūdo incepit ſenectus in qua defecit charitas:ſed vi
guit,& floruit ſciētia:maxie in Francia,& Anglia,& Ale-
mania:& etiā in Italia.Nā ab anno dñi.M.vſqꝫ ad trecen
teſimū fuit Hugo de ſancto victore,& magiſter Sentētia-
rum,& beatus Thomas de Aquino,q ſcholaſtico,& diſpu
tatioo ſtilo ſcripſerūt.Nūc aōt anno.M.cccclxxxiiij.eccle-
ſia eſt in ſenio:vbi nō ſolō defecit,& friguit fides & chari-
tas:ſed ſacra ſcientia defecit & cōtēnꝰ:& pōpa,& vanitas
creſcit,& auaritia in eccl̄iaſticis:& diſcordia,& iniquitas
abundat in laicis:& per ſingulos dies perdimꝰ,& decreſci
mus,& infideles ꝓſperanꝰ.Sed quia in paucis manebit fi-
des,& charitas,& ſpes,& aliqua ſcientia,& vera intelligē
tia ſpūalis ſacræ ſcripturæ in hoc ſenio:ideo ait ꝓpheta in
perſona eccleſię,Vſqꝫ in ſenectam & ſeniū deꝰ ne derelin-
quas me.i.ne totaliter deſiſtas dare mihi fidem formatā,
& intelligentiā ſacrę ſcripturæ veram.

## Donec annunciem brachiū tuum:generationi omni quæ ventura eſt.

## Potentiam tuam & iuſtitiam tuam deus vſqꝫ in altiſſima quæ feciſti magnalia:deus quis ſimilis tibi?

¶ Ne inquā dereliquas me:vt poſſim inſtruere ſimplices
fideles,& reſiſtere ſequacibꝰ Antichriſti.& exponit ſeipm
dicēs:donec annūciē brachiū tuū.ſ.potētiā tuā,& iuſtitiaꝫ
tuā.ſ.legē euangelicā poſſim audacter ꝑdicare & cōfiteri,
in qua manifeſtatur tua potētia & iuſtitia vſqꝫ ad altiſſima
magnalia,quæ tu Chriſte feciſti miraculoꝝ operatione in
noſtra redemptione,& patrum a limbo liberatione,& in
tua aſcenſione,& ſpūs ſancti miſſione:quia oia iſta publi-
ce prædicabo cōtra Antichriſtum & ſuos.Et etiā totū hoc

poteſt referri ad miſerabilem exitũ Antichriſti.Nã poſtꝗ Antichriſtus fuerit miſerabiliter coram om̃ibus ſuis ſequacibus materialiter per angelum deiectus & interfectus vt ait Apoſtolus ſecũdę ad The.ij.tũc om̃es Iudæi, & cæteri ſequaces Antichriſti viſa eorũ deceptione,& cognita veritate:om̃es ad Chriſtũ conuertent̃:& ſic tunc om̃is Iſrael ſaluus fiet.ad Ro.xj.quia tũc auferetur velamẽ ab eo.ij.ad Corin.iij.Tunc etiã cõplebitur illud Oſeæ.iij.poſt hæc reuertentur filij Iſrael,& quærent dñm deũ ſuum,& Dauid regem ſuum:& pauebũt ad dñm,& ad bonũ eius in nouiſſimo dierũ.Et tũc om̃es Iudæi cõuerſi quęrẽt chriſtianos per mõtes & latibula abſconſos:vt baptizent,& inſtruãt eos in fide euangelica:& ſic fiet vnũ ouile,& vnus paſtor, & chriſtiani publice & libere prędicabũt non ſolũ legem euangelicam:ſed magnalia quæ fecerit deus cõtra filios pditionis:& quomodo eccleſia erit mirabiliter liberata: & iterum de abyſſis terrę,& perſecutionũ liberata & reſuſcitata.Ideo ſubdit.O deus quis ſimilis tibi in tot & tantis magnalibus?quaſi dicat nullus.

Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas:& conuerſus viuificaſti me:& de abyſſis terræ iterum reduxiſti me.

Multiplicaſti magnificentiã tuam:& conuerſus conſolatus es me.

Nam & ego confitebor tibi in vaſis pſalmi veritatem tuam deus:pſallã tibi in cithara ſanctus Iſrael.

¶ Quantas tribulationes quondã oſtendiſti mihi multas & malas in pſecutione tyrannorũ,& hæreticorũ in mea iuuẽtute,& ſarracenorũ,& Tartarorũ,& Turchorũ in mea ſenectute:& Antichriſti nunc in meo ſenio.Sed tandẽ nunc cõuerſus ad pietatẽ,& miſericordiã viuificaſti me p interitũ Antichriſti,& iterũ reduxiſti me de abyſſis terræ.Sicut ergo multiplicaſti magnificẽtiã tuã,& cõuerſus cõſolatus es me poſt tot tribulatiões:ita ꝯfitebor tibi veritatẽ tuã.ſ. legẽ euangelicam,& oĩa mirabilia quæ feciſti in hac vltia cõuerſione fideliũ:& pſallã in pſalmis,& inſtrumentis muſicis.ſ.in pſalterio.x.chordarũ,& cęteris muſicis inſtrumẽtis:prout ſignificant om̃ia myſteria Chriſti.Et ſpecialiter pſallã in cithara.i.cũ fide,ſpe,& charitate tibi, qui es ſanctus Iſrael:quia tũc omnes nationes erũt verſus Iſrael ſecundum ſpiritum & promiſſionem.Et ſic

Exultabunt labia mea cum cantauero tibi:& anima mea quam redemiſti.

¶ Exultabunt labia mea & anima mea:quia ſimul i corpore & anima exultabo cum cantauero tibi,& prædicabo mirabilia tua.

Sed & lingua mea tota die meditabitur iuſtitiam tuã:cũ confuſi & reueriti fuerint qui quęrunt mala mihi.

¶ Lingua mea tota die meditabit̃.i.meditando cãtabit iuſtitiã tuã,cũ Antichriſtus,& oẽs ſui ſeq̃ces qui quęrũt mala mihi,fuerint confuſi,& cõuicti,& reueriti.i.cũ maxima verecũdia & timore ſuperati.quæ lætitia,& p̃dicatio,& celebratio officiorũ durabit vſq; ad iudiciũ per aliqđ temp⁹,qđ nobis incertum eſt.¶ Nota ꝙ ſcdm eos qui dicũt ꝙ ilico poſt interitum Antichriſti poſt paucos dies incipient ſigna horribilia pręcedentia iudiciũ vniuerſale:tũc ab illo loco, Conuerſus viuificaſti me:vſq; ad finẽ pſalmi eſt intelligendũ de lætitia beatorũ,ꝗ fiet in patria poſt iudiciũ.vt ſit ſenſus iſte:ego erã reſolutus,& incinerat⁹ & putrefact⁹ ſed iterũ reduxiſti me de abyſſis terræ,in qua erã ſepult⁹ & ſuſcitaſti me i corpus glorioſum:& ad tuũ regnũ duxiſti:ideo ibi cõfitebor tibi in vaſis pſalmi gloriæ &c.& cũ cãtauero tibi cantum gloriæ:labia mea corpis glorificati & anima mea quã redemiſti ab omni miſeria exultabunt in beatitudine & felicitate perfecta,& cũ oẽs perſecutores qui quærebãt mala mihi fuerint cõfuſi,& reueriti in inferno:poſtꝗ dixeris eis,Ite maledicti in ignem æternũ &c.tunc lingua mea meditabit̃ iuſtitiã tuã in illa cęleſti gloria &c.Totus etiam iſte pſalmus poteſt moraliter exponi pro quolibet iuſto & viatore,qui petit liberari de laſciuia,& omnibus vitijs iuuentutis,& ab auaritia ſenectutis:& vt non derelinquatur a diuino auxilio in ſenio inter multitudinẽ dolorum & infirmitatum:ſed deus det nobis virtutem & patientiam ad tolerandum patienter.

DEus iudiciũ tuũ regi da:& iuſtitiam tuã filio regis.

¶ Huic pſalmo pręponit̃ talis titulus in hebręo In Salomone.Propter hunc titulũ dicit Hieronym⁹ in ꝓlogo ſcdm opinionẽ magiſtri ſui Barrabã,ꝙ Salomon fecit hunc pſalmũ.ſed oppoſitũ probatur.¶ Nam in fine huius pſalmi:eo ꝙ fuit vltimus quem fecit Dauid & vltimus collocat⁹ in pſalterio antiquo:vt patebit:ſupponitur talis deſcriptio.Deficiũt orationes Dauid filij Eſai.Ex quo patet ꝙ Dauid fecit hũc pſalmum & alios.Item ipſemet mutauit opinionẽ.Vnde in ſermone de aſſumptione virginis dicit.Hoc quippe eſt quod canit Dauid.Deſcendet ſicut pluuia in vellus &c.Ex quo patet ꝙ Hieronymus ſe correxit & cognouit ꝙ Dauid fecit hunc pſalmũ.Multi etiam alij Hebræorum modernorum dicunt ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum rogãdo,& petẽdo ꝓſperitatẽ regni Salomonis filij ſui:vt ſibi fuerat promiſſum.ij.Reg.vij.& ideo pręponit̃ titulus ꝓ Salomone.ſed hoc eſt manifeſte falſum.Nam ea quæ memorant̃ in hoc pſalmo nullo modo poſſunt cõuenire Salomoni:nec in eo fuerunt completa:nec alicui hoĩ puro poſſunt conuenire.Puta deſcendet ſicut pluuia i vellus:& dominabitur a mari vſq; ad terminos orbis terrarũ: & ante ſolẽ nomẽ eius: & adorabũt eum omnes reges &c. Et ideo eſt magis credẽdũ Auguſtino:qui dicit ꝙ Dauid fecit hunc pſal.de Chriſto,& eius regno futuro figurato p Salomonẽ.¶ Ad cuius intellectũ eſt prio notãdũ,ꝙ totus L
iſte pſal.fundat̃ ſuper ꝓmiſſione facta ipſi Dauid de filio ſuo & eius regno æterno.ij.Reg.vij.quã promiſſionem nõ intellexit Dauid de Salomone:& eius regno tpali:ſed de Chriſto Meſſia in lege ꝓmiſſo,& eius regno ppetuo:ꝓut ipſi clare poſtea fuit reuelatũ:vt ipſemet teſtat̃.ij.Re.xxiij. cũ di.Hæc ſũt verba nouiſſima:ꝗ dixit Dauid fili⁹ Eſai cui cõſtitutũ & reuelatũ eſt de Chriſto dei Iacob:egregi⁹ pſaltes Iſrael &c.Spũs dñi p me locut⁹ eſt:& ſermo ei⁹ p linguã meã &c.Hoc idẽ pʒ pſal.lxxxviij.Ex quib⁹ patʒ ꝙ Dauid nõ credidit:nec expectauit illã ꝓphetiã impleri in Salomone carnali:nec in regno ei⁹ tẽporali:ſed in ſolo Chriſto & regno eius æterno vniuerſali.Sed bñ hoc ꝓuidit Dauid in figura per Salomonẽ & regnũ ei⁹.Nã ſicut ſcriptura ve.te. nõ eſt gr̃a ſui:ſed via in Chriſtũ:q eſt finis legis & oĩa geſta in le.ve.ſunt ꝗdã literatura,& ſigna,& parabola,& ꝓpoſitiones ex quib⁹ elicĩunt̃ myſteria Chriſti & eccłię, & toti⁹ no.te.vt dictũ eſt:iõ ſicut tẽplũ Salomõis fuit figura corporis Chriſti,& toti⁹ eccłię:ita regnũ Salomonis fuit ꝗdam figura,& lr̃atura,& exẽplar,in quo Dauid ꝓuidit totã ꝓſperitatẽ regni Chriſti futuri,ꝓut fuerat ſibi reuelatũ.Vñ legit̃.iij.Reg.j.&.ij.ca.ꝙ Dauid ad itercеſſionẽ Berſabee mr̃is Salomonis:& etiã cõmẽto ipſi⁹ Nathã ꝓphetę ithronizauit Salomonẽ i ſolio regio:& cõſtituit ipm ſucceſſorem ſuũ in regno,& fecit ipſum eqtare ſup mulã ſuã p ciuitatem & p̃cepit ipm vngi in Gion:& in buccina intonuit:& totus pp̃ls clamauit:viuat rex Salomõ.In hoc ergo myſterio regni Salomonis ꝓuidit Dauid in ſpiritu:ſicut etiã iam ſibi

multotiēſ fuerat reuelatū: qualiter de carne ſua ꝑ lineā Sa
lomonis erat Chriſtus naſciturus: quē deus pater debebat
a dextris ſuis ithronizare in regē vniuerſalē toti⁹ mūdi, cu-
ius erat egreſſus ante ſolē, & ab æterno ſcđm diuinitatē, q
erat operaturus noſtrā redēptionē: & operatur⁹ oia quę cō
tinenſ in hoc pſal. Et ideo Chāhi, tanq̄ ab ipſa veritate coa
ctus videns ꝙ ea q̄ in hoc pſal. memoranſ, non fuerūt im-
pleta in Salomone: dicit ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum in
ſuo ſenio & decrepitu: dū iaceret in lecto: & ꝙ fuit vltimus
pſalmus quē fecit: & cū hoc pſalmo ſigillauit, & cōpleuit li
brū pſalmoꝝ, & ꝙ nō loquiſ in hoc pſalmo de Salomone
filio ſuo: q poſt ipm regnauit & ſucceſſit: ſed loquiſ de illo
Salomone qui in cāticis memoraſ: de quo dicit: Mille tui
pacifici &c. ſ. de Meſſia in lege ꝓmiſſo. Sed decipiſ iſte mi
ſer obſtinatus: quia dicit ꝙ oia iſta habent ipleri in Meſſia
futuro. Eſt ergo intelligētia hu⁹ tituli, ꝙ Dauid fecit hūc
pſalmū in Salomone. i. poſtq̄ vidit filiū ſuū Salomonē in-
thronizatū, & regnātē tpaliter: ꝑ qđ ꝑuidit regnū Chriſti
futuri, q eſt ver⁹ Salomon, & pacificus, & pacificans i ſan-
guine ſuo: figuratus per primū Salomonē terrenū. de quo
vero Salomone, & eius regno facta fuerat ꝓmiſſio. ij. Re.
vij. in qua ꝓmiſſione octo fuerūt ꝓmiſſa ipſi Dauid: q̄ oia
ſimul, nec etiā particulariter poſſunt cōuenire, nec fuerūt
impleta in Salomone terreno: ſed i Chriſto vero Salomo
ne. Primo ꝙ ille rex erat naſciturus poſt mortē & ſepultu-
rā ipſius Dauid. Scđo de carne ſua. Tertio ꝙ erat futurus
rex. Quarto eius regnū æternū. Quinto ędificatur⁹ vniuer
ſalem eccliam. Sexto filius dei. Septimo iudex vniuerſalis.
Octauo miſericors. q̄ oia ipleta ſunt in Chriſto: vt memo-
ratur in hoc pſal. Et ideo Dauid ſex principaliter facit in
hoc pſal. Nā primo agit de vniuerſali iudiciaria poteſtate
huius magni regis Chriſti. Scđo de eius ꝑpetua duratione
& æternitate. Tertio de ei⁹ mirabili incarnatione & natiui
tate. Quarto de ꝑpetua pace & iuſtitia. Quito de ei⁹ regni
magnitudine. Sexto de ei⁹ cultu & latria. Scđm ibi. Et ꝑ-
manebit cū ſole. Tertiū ibi. Deſcēdet ſicut pluuia. Quartū
ibi. Orieſ in diebus. Quintuꝫ ibi. Et dn̄abit. Sextuꝫ ibi. Et
adorabūt eū. ¶ Quantū ergo ad primū vidēs Dauid filiū
ſuū Salomonē ithronizatū, & regnātē, q erat figura regni
Chriſti: deſyderans accelerari figuratū dicit ad deū patrē,
O deus da tu iudiciū tuū, & vniuerſalē poteſtatē iudicandi
regi Chriſto, & da iuſtitiā tuā. i. ſapiētiā & ſucceſſionē Chri
ſto filio regis æterni ſcđm diuinitatē: & filio meo ſcđm car
nē. i. inthroniza eū, & trade ei vniuerſalē ptātē in cęlo & in
terra: & in oib⁹ abyſſis: ſicut ego inthronizaui filiū meū Sa
lomonem, & tradidi ipſi iudicium & iuſtitiam: & vniuerſa
lem poteſtatē: & cōſtitui ipſum regem & ſucceſſorē i regno
meo. q. d. Poſtq̄ impleta eſt figura in filio meo Salomone:
fac vt impleatur figuratū in filio tuo & meo Chriſto: ſicut
mihi facta eſt ꝓmiſſio: & da iudicium & iuſtitiā regi Chri-
ſto filio regis æterni & meo.

## Iudicare populum tuū in iuſtitia: & pauperes tuos in iudicio.

¶ Intelligit per iuſtitiam ipſam regiam poteſtatem, ſi-
ue ipſam legem euangelicam: & per iudicium intelligit ip
ſam executionem quā Chriſtus inquantū homo accepit a
patre: quia poteſtatē dedit filio iudiciū facere. quia filius
hominis eſt. Ioan. v. Itēꝫ dicit. Da iudicium regi filio regis
iudicare. i. ad iudicandū. quia nec Hebræus, nec gręcus ha
bet gerundia: immo ponit infinitiuū pro gerundio. Item
dicit iudicare populum tuum in iuſtitia. i. per legem euā-
gelicam populum tuum iuſtificare, & pauperes tuos in iu-
dicio. i. in iudicio eos præmiare. Item nota ꝙ per paupe-
res intelligit omēs chriſtianos: quia cōtēnunt iſta terrena
propter cæleſtia. Et maxime intelligit apoſtolos: qui reli-
ctis omnibus ſecuti ſunt Chriſtum. Et ſic etiam ly iudicare



poteſt cōſtrui a parte poſt de ly apoſtolos: vt ſit ſenſus. Da
& concede pauperes apoſtolos iudicare, & ſint iudices in
iudicio iudicantes cæteros in hoc mūdo, & in iudicio iudi-
cantes duodecim tribus Iſrael. Nā apoſtoli fuerunt in hoc
mundo iudices & principes cōſtituti ſuper omnē terrā: quā
poteſtatē Chriſtus eis tradidit: cū dixit. Ite in mundū vni-
uerſum, & ꝑdicate euangeliū &c. Marci vltimo. Item cum
dixit. Accipite ſpiritū ſanctū: & quoꝝ remiſeritis peccata
remittentur eis. Ioan. xx. Item cū dixit. Quæcunqꝫ ligaue
ritis ſuper terrā. Mat. xviij. Item quādo dedit eis poteſtatē
calcandi ſuper ſcorpiones &c. Mat. x. & Lu. x. Ex quo pꝫ,
ꝙ Dauid nō ſolū petit: vt de⁹ tradat poteſtatē Chriſto: ſed
etiam vt Chriſtus cōmunicet ipſam poteſtatē apoſtolis ad
iudicandum in iudicio pœnitentiali: & non ſolū in iudicio
diſcretionis: ſed etiā in iudicio examinationis, & ꝑmiatio-
nis & punitionis. Ideo ſequitur.

## Suſcipiant mōtes pacem populo: & colles iuſtitiam.

¶ Per montes intelligit apoſtolos. Nam apoſtoli dicūtur
pauperes: inquantum contemptis his terrenis ſecuti ſunt
Chriſtū: ſed dicūtur mōtes propter altitudinē & eminen-
tiā ſapientiæ, & ſcientiæ, & poteſtatis eccleſiaſticæ, quam
a Chriſto acceperunt. ¶ Vnde eſt aduertendū ſecundum M
Gregoriū in ſermone de apoſtolis: ꝙ apoſtoli dicunſ mō-
tes in ſcriptura ſcđm quandā ſimilitudinē, eo ꝙ tenēt me-
diū inter nos & Chriſtū, qui eſt ſol iuſtitiæ. Nā ſicut mōtes
de mane primo illuminātur a ſole, & ex montib⁹ reuerbe-
raſ, & reflectiſ lumen ad valles inferiores: ita pariter apo
ſtoli in mane, & in principio eccleſię: primo ſuſceperūt lu
men a Chriſto, qui eſt ſol iuſtitiæ: & ſic per quādā reflexio
nē & reuerberationē lumē euangeliū ꝑuenit ab apoſto-
lis ad nos. Itē dicit Gregori⁹: ꝙ ſicut oculus noſter carna-
lis non poteſt aſpicere lumen in ſole propter ſui excellen-
tiam: ſed aſpicit ipm lumen ſolis in montibus illuminatis
a ſole: ita nos non poſſumus aſpicere oculo mentis lumen
euangeliū in Chriſto ꝓpter ſui excellentiā, & noſtrā ifir-
mitatem: ſed totus populus gētilis vidit lumē euangeliū
in apoſtolis ꝑdicantibus: & nos iugiter videm⁹ idē lumen
in ſcriptura apl'oꝝ & euangeliſtaꝝ: prout ipſi ſuſceperūt
a Chriſto. Et ſic eſt dicendū, ꝙ viſio quā habuerunt apl'i
de lumine euangelico in illo raptu in die Pentheē. fuit q̄ſi
matutina reſpectu viſionis quā nos habemus nūc de eodē
lumine per fidem & ſcripturā: ſicut dictū eſt pſal. lxvij. Et
ſic patet quare apoſtoli dicuntur mōtes in ſcriptura: eo ꝙ
ſuſceperūt lumē ſapientiæ a Chriſto: quaſi viſione matu-
tina: ſicut montes illuminan a ſole. & nos ſuſcepimus ab
eis, quaſi viſione veſpertina. Et hoc eſt quod petit Dauid
in hac parte. ſ. ꝙ apl'i ſuſcipiāt lumē a Chriſto in ſuo aduē
tu: & cōmunicent vniuerſo mundo. ideo dicit. O pater ve-
niat Meſſias filius tuus: & da ei iudiciū, & iuſtitiam ad iu-
dicandū ppl'm &c. vt mōtes. i. apl'i accipiant ab eo pacē. i.
legē euangelicā: q̄ pacificat & reconciliat homines, & po-
pulū cū deo: & colles. i. doctores accipiant iuſtitiā. i. legem
illuminantē & iuſtificantē ab apoſtolis. Nam apoſtoli ac
ceperūt primo legē, & poteſtatē, & lumē a Chriſto. Et di-
ſcipuli & doctores acceperunt ab apoſtolis. Nā apl'i maio
res impoſuerūt manus ſuper Barnabā, & Marcū, & miſe-
runt eos ad prędicandū: vt pꝫ Act. xiiij. & ſic Paulus con-
ſtituit Timotheū & Titū epiſcopos &c. Dicit ergo: Accipi
ant montes. i. apoſtoli pacē populo. i. legē euangelicā pro
populo: & vt annuncient populo: & colles. ſ. cæteri diſcipu
li & doctores accipiant iuſtitiā ab apl'is. i. eandem legem
iuſtificantē. vt declarent cæteris: ſicut fecit Auguſtinus &
Hieronymus &c.

## Iudicabit pauperes populi & ſaluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorē.

¶Nota ꝙ duplex eſt iudiciũ Chriſti. Vnũ dicit̃ iudicium diſcretionis, & alterũ examinationis. In primo aduentu Chriſtus iudicauit iudicio diſcretionis: inquantũ diſcreuit granũ a paleis de lege veteri: & collegit granũ ſacramentorũ, & veram intelligentiã, & repudiauit cerimonias: & poſuit terminũ in figuris, & patefecit veritatẽ: & elegit, & ſeparauit & diſcreuit apoſtolos, & cęteros fideles ab infidelibus: & ꝓmiſit pręmiũ obſeruatorib⁹, & pœnam tranſgreſſoribus. Et ſic iudiciũ diſcretionis fuit quędã electio, & diſcretio veritatis a figura, & bonoꝝ a malis. Sed iudicium examinationis fiet in ſecũdo aduentu: vbi examinabuntur facta hominũ: & vnuſquiſq; recipiet prout geſſit. Et de vtroq; iudicio intelligit Dauid. Vnde quãdo iſte rex Meſſias veniet in primo aduentu iudicabit. i. eliget pauperes populi. i. apoſtolos qui fuerũt de pauperib⁹, & infimis populi Iudęoꝝ: & ſaluos faciet filios pauperũ. i. filios regeneratos: & ſequaces iſtoꝝ apoſtoloꝝ pauperũ: quia non ſaluabit ſuperbos, nec diuites huius mũdi: ſed ſolum pauperes ſpiritu: id eſt mũdi contẽptores, ponentes ſpem ſuam in cæleſtibus: & humiles remittentes proprias iniurias, & patienter tolerantes: & ſimplices, & mites. Sed per oppoſitum humiliabit, & deijciet, & proſternet omnem calũniatorẽ. Vnde per calũniatores intelligit primo diabolũ: qui eſt pater, & caput omnis fraudis, & calũniæ, & mẽdacij, & ſuperbię, & oĩs peccati: & exinde intelligit oia mẽbra ſua. ſ. oẽs mẽdaces calũniatores, mẽdaces, ſuperbos, auaros, fornicatores, oſores &c. Vñ ſicut in primo aduẽtu elegit ad ſe pauperes, & humiles, & iuſtos: & his ꝓmiſit beatitudinẽ regni cæleſtis: cum dicit Matth. v. Beati paupes ſpũ &c. Beati mites &c. Ita ſuperbis & auaris cõminat⁹ eſt pœnam: cũ dicit. Diſcedite a me oẽs qui operamini iniquitatẽ. Pſal. vj. & ſic poſt vltimũ iudicium ibunt hi in ignem, & illi boni in vitam ęternam. Matth. xxv. Vnde per calũniatorẽ intelligit omnẽ hominẽ mundanũ & peccatorem. Nam qui viuit ſcd̃m mũdũ non viuit, niſi calumnia & fraude. Vnde oĩs ſuperbus conatur cũ calũnia omnes alios deprimere: & ſubijcere: & auarus cũ calũnia alios defraudare: & luxurioſ⁹ cũ calũnia oẽs mulieres decipere &c. Et per pauperes ſpũ intelligit omnes iuſtos. Nam ſiquis eſt pauper ſpiritu: eſt contemptor huius mũdi: aliter non eſt verus chriſtianus. & ideo vbicunq; in ſacra ſcriptura nominant̃ pauperes intelligũtur chriſtiani: & populus chriſtianus: quia ſolus populus chriſtianus vere contẽnit felicitatẽ mũdanã & tẽporalẽ: eo ꝙ expectat felicitatẽ ęternã in cęlo, quã nõ poteſt cõſequi, niſi cõtemnat terrenã. Vnde ſolus Chriſt⁹ fuit primus qui fecit hoc iudiciũ, & hanc diſcretionem: qui vitam pauperũ elegit & docuit: & futuram felicitatem promiſit: cũ in lege veteri bona mundana promitterentur. Vnde nunq̃ diuitię fuerunt in lege veteri prohibitę: nec regnum cęlorũ fuit eis explicite promiſſum: ſed bona temporalia in figuram bonoꝝ ſpiritualiũ. Ideo immediate deſyderabatur Chriſtus Meſſias in lege promiſſus: quia oĩa iſta habebat diſcernere, & veritatem legis docere, & viam in cęlum demonſtrare: & ſic Chriſtus dicebatur finis illius legis, in quem omnia dirigebantur, & gratia cuius gerebãtur, & in quem omnia tendebant tanq̃ in finem, in quem terminarentur, & in eo curſum finirent: & ab eo perfectionem acciperent. Et hoc petit & deſyderat Dauid cũ cęteris patriarchis & ꝓphetis in hoc pſal. Tria ergo p̃dicit Dauid in hoc verſu. Primo, ꝙ Meſſias debebat eligere pauperes in apoſtolatũ. Secũdo ſaluare filios pauperũ, id eſt per apoſtolos oẽs regenerationes beatificare, & a peccato liberare per baptiſmũ. Tertio humiliare & deijcere diabolum calũniatorẽ: qui totũ mũdũ decipiebat per idololatriam. Et ſic debebat idololatriã de mũdo delere. Et etiam debebat deijcere omnem calũniatorem.

## Et permanebit cum ſole & ante lunam: in generatione & generationem.

¶Hic deſcribit huius magni regis æternitatẽ. Nam diceret aliquis. Tu Dauid dicis ꝙ iſte rex erit fili⁹ tuus, & naſcetur poſt te: cũ dormieris cũ patrib⁹ tuis: ergo erit finitus & tẽporalis: & per conſequẽs paruę potentię. Ad hoc reſpondet Dauid dicens ꝙ non. Nam Chriſtus erit ęternus, & coęternus patri: & ideo permanebit cum ſole æternaliter a parte poſt: non ſolũ ſcd̃m diuinitatẽ: ſed etiam ſecundum humanitatẽ. Nã licet ſecũdũ humanitatẽ habuit principiũ: tamẽ adhuc erit ęternus, & manebit, & durabit ęternaliter cũ ſole a parte poſt: ſed iſte Chriſtus etiã eſt æternus a parte ante ſecundũ diuinitatẽ. Probat̃. Nã fuit ante lunã: & ꝑ cõſequẽs ante ſolẽ & oẽs ſtellas, & ante cælũ & terrã. Hoc ꝓbatur. Nã ipſe Chriſtus eſt illud verbũ per qd̃ facta ſunt oĩa iſta. Nam pater per hoc verbũ dixit: fiat lux: & fiat firmamentũ: & fiant duo luminaria. Naʒ ſi de⁹ pater non habuiſſet iſtud verbũ non potuiſſet loqui nec dicere omnia iſta creata ad extra: ergo iſtud verbum per qd̃ facta ſunt omnia, ſcilicet cælum & luna & ſol, præcedit cęlum & ſolem & lunam: ſed nihil p̃cedit cælũ & tempus, niſi ſolus deus & ſua ęternitas: ergo Chriſtus eſt deus, & ęternus: & ſic ergo ꝑmanebit æternaliter cum ſole: & fuit æternaliter ante lunam: & erit ſemper in generatione & generationem. & ſic eſt poſſibile ꝙ ſit natus æternaliter a patre ſcd̃m diuinitatẽ: & naſcatur temporaliter ex matre ſecundũ carnẽ. Et nota ꝙ comparat humanitatẽ Chriſti ipſi ſoli eo ꝙ caro Chriſti poſt reſurrectionẽ facta eſt incorrupta, & clara ſicut ſol: ideo ꝑmanebit cum ſole, id eſt ęternaliter. & clara ſicut ſol. Item cum ſubdit: & ante lunã: ly ante poteſt teneri comparatiue dicendo exceſſum: quaſi dicat, ꝙ Chriſtus ſemper erit lucidus ſicut ſol in ſe habens fontẽ lucis: vt ſic. & ante lunam, id eſt nobilior q̃ luna, quæ non habet lucem a ſe, ſed a ſole. & ſic in illa cæleſti gloria Chriſtus ſe habet vt ſol: cæteri aũt beati ſe habent vt luna: quia receperunt lumen gloriæ a Chriſto: qui lucet omnibus: vt patet Apo. xxij. Et ſic Chriſtus manebit lucidus cum ſole, & ante, id eſt ſupra lunam. Et non ſolum hoc verificatur de illa eccleſia triumphanti: ſed etiam in iſta militanti: in qua Chriſtus eſt ſol iuſtitię: de cuius plenitudine tota eccleſia, quæ dicitur luna, & omnes nos luminis, & gratiæ ſufficientiã accepimus: & in eis lumine ambulamus. & ſic Chriſtus ſemper eſt ſol ante. i. ſupra lunam.

## Deſcendit ſicut pluuia in vellus: & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.

¶Quia dictũ eſt ꝙ Chriſtus eſt ętern⁹ ſcd̃m deitatẽ: & tẽ- N
poralis, inquantũ habuit principiũ ſcd̃m humanitatem: ideo hic explicat mirabilem modum ſuę incarnationis: & oſtendit ꝙ in Chriſto non ſolum erat humanitas, & caro quam accepit ex virgine: ſed etiam erat in eo diuinitas, quam ab æterno habet a patre: & in qua deſcendit de cælo in vterum virginalem. Et alludit ad myſterium pluuiæ Gedeonis. Vnde legitur Iudicum. vj. capitulo: ꝙ cum Gedeon vellet ire contra Madianitas: vt liberaret populum Iſrael a tributo, & captiuitate, & ſeruitute: deus dedit ipſi hoc ſignum. Nam poſuit vnum vellus arietis ſiue ouis in area, & de mane reperit ipſum completum rore cæli. deſcenderat enim ros de cælo ſuper vellus: & nihil roris cecidit ſuper terram: immo reperit totam aream ſiccam: & tunc cepit vellus & expreſſit ipſum, & ꝑpleuit peluim aqua ex vellere preſſo. Et iterum dedit ei deus aliud ſignum victoriæ ſuæ futuræ. Nam alio mane reperit totam aream complutam: & vellus ſiccum in medio areæ. Per primum ſignum fuit figuratum ꝙ ſicut ille ros deſcendit de cælo de mane ſine ſtrepitu, & læſione velleris: ita fili⁹ dei erat

deſcenſurus in vterum virginis Mariæ abſq; læſione virgi
nitatis mirante natura. quod myſterium incarnationis eſt
nobis incomprehenſibile, & inſenſibile, & ineffabile. Et
poſtea ſicut illa aqua exiuit viſſibilis ab illo vellere, & ap=
paruit viſſibilis in peluı, abſq; læſione, & corruptione vel
leris: ita Chriſtus exiuit de vtero virginali, abſq; læſione
virginitatis Mariæ: & apparuit viſſibilis in mundo cum ho
minibus conuerſatus: & expreſſit nobis rorem ſuæ doctri=
næ, & gratiæ. Et etiã de illo vellere ſuæ humanitatis ex=
preſſit in cruce totum ſuum ſanguinem in redemptionem
pro nobis. & hoc apparuit in ſecundo ſigno. Nam ſicut to
ta area in ſequenti mane apparuit compluta vellere ma
nente ſicco: ita manente vellere, id eſt corpore Chriſti ſic=
co, & exangui, & exhauſto ſanguine ſuo: tota area eccle=
ſiæ, quæ ante fuerat ſicca: tunc fuit compluta & purpura=
ta. de quo ſanguine omnia ſacramenta traxerunt virtu=
tem. Et ſicut per primum vellus intelligitur humanitas
Chriſti, in quam verbum deſcendit: ita per ſecundum vel
lus intelligitur totus populus Iudæorum: de quo carnem
Chriſtus aſſumpſit: & ad quem principaliter venit, & cui
principaliter prædicauit: & ſuper quem rorem ſuæ prædi=
cationis effudit. Sed quia ille populus indignum ſe fecit
& rorem prædicationis euangelicæ abiecit, & contem=
pſit: ideo manſit ſiccus, & vacuus aqua gratiæ, & rore euã
gelico: & apoſtoli effuderunt, & pluerunt rorem, & plu=
uiam euangelicam per totam aream populi gentilis per
totum orbem: & ſic illa area fuit compluta, vellere ſyna=
gogæ manente ſicco. Et hoc intendit dicere Dauid in hoc
verſu. Vnde dicit: non miretur aliquis: nec dubitet quomo
do iſte rex ſit æternus, & naſcatur temporaliter in terris.
Nam licet ab æterno ſit deus procedens a patre: tamẽ ex
tempore deſcendit in vterum virginis, & vnitus eſt huma
nitati, & nat⁹ eſt ex matre. ſicut pluuia deſcendit in vellus
Gedeonis, & fuit inde aqua expreſſa abſq; læſione velle=
ris: vt dictum eſt: & deſcendit etiam verbum dei rorans ſa
pientiam euangelicam, & gratiarum dona ſuper terram:
ſicut ſtillicidia, & guttæ pluuiales cadunt & deſcendũt ſu=
per terram: ita pluuia euangelica cecidit ſuper apoſtolos,
& totam eccleſiã. Ex quo patet myſterium incarnationis
& myſteriũ ſapientiæ, & gratiæ infuſionis eſſe mirabile: &
incõprehenſibile: patet etiã ꝙ Chriſtus non eſt homo tã=
tum & rex terrenus: ſed deus & cæleſtis quia deſcendit de
cælo ſicut pluuia in vellus: & patet etiã ꝙ doctrina euan=
gelica nõ eſt humana: ſed diuina & cæleſtis: quia deſcẽdit
a deo in apoſtolos ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.

## Orietur in diebus illis iuſtitia & abundantia pacis: donec auferatur luna.

O ¶ Quia dixit ꝙ Chriſtus, id eſt verbum deſcendit in vte=
rum virginis, & in carnem ſibi vnitam, ſicut pluuia deſcẽ=
dit in vellus: & diuina ſapientia deſcendit ſicut ſtillicidia
&c. Quæreret aliquis quem fructum fecit illa pluuia ſiue
illud ſemen verbi in vtero virginali. Reſpondet Dauid &
dicit ꝙ ex illo deſcenſu verbi diuini in carnem, ſiue in vte
rum virginis: orietur in diebus eius, ſcilicet Chriſti iuſtitia
& abundantia pacis: quia ex illa benedicta pluuia incar=
nationis orta eſt iuſtitia id eſt Chriſtus, ſol iuſtitiæ, & abũ
dantia pacis. Ideo angeli cantarũt Gloria in excelſis &c.
Et durabit iſta pax, & abũtia pacis, & iuſtitiæ legis euan
gelicæ, & gratiæ & iuſtitiæ: donec auferatur luna: id eſt in=
æternum: quia luna nunq̃ auferetur, nec corrumpetur. Et
ſic ly donec tenet indeterminatæ. Item ex illa pluuia gra
tiæ & legis euangelicæ quam Chriſtus pluit, & diſtillauit
ſuper apoſtolos, & eccleſiã ſuam, orietur iuſtitia: quia pa=
cificauit & reconciliauit nos cum deo, & iuſtificauit nos a
peccato. Item illa pluuia & ſtillicidia, quæ emanauit ex
latere Chriſti induxit in nobis iuſtitiam, & abundantiam
pacis, conferendo virtutem ſacramentis ad iuſtificandum
peccatores. & hoc durabit donec auferatur luna: id eſt vſ=
q; ad diem iudicij durabit lex euangelica, & executio ſa=
cramentorum quando ſol, & luna, & omnes cæli quieſcẽt
a motu ſuo. Vnde luna non auferetur ſecundum ſubſtan=
tiam: ſed auferetur, & ceſſabit eius motus, & curſus cæte=
rorum aſtrorum. & ideo lex euangelica dicitur teſtamen=
tum æternum: quia non expectatur alia lex poſt eam. Et
ſic ſimul ceſſabit exercitium legis euangelicæ cũ motu cæ=
lorum & aſtrorum: ſed effectus legis euangelicæ & fructus
eius erit æternus: ſcilicet cæleſtis fruitio & beatitudo. Et
ideo dicit Caſſiodorus, ꝙ eccleſia comparatur lunæ: eo ꝙ
creſcit, & decreſcit ſecundum aſpectum & fauorem ſolis iu
ſtitiæ: qui eſt Chriſtus, illuminans eccleſiam per gratiam
& fauorem. Dupliciter ergo Chriſtus expreſſit ſuũ vellus.
Primo vellus humanitatis in torculari crucis, a quo exiuit
ſanguis & aqua, & impleuit peluim eccleſiæ & ſacramen=
torum. Secũdo expreſſit vellus diuinitatis: & exiuit doctri
na euangelica, & ſeptẽ dona ſpiritus ſancti: & compleuit
& rorauit totam aream eccleſiæ a ſolis ortu vſq; ad occa=
ſum. Ex qua pluuia & imbre orta eſt iuſtitia & abundan=
tia pacis. Et nota ꝙ Gedeon non in multitudine hominũ
nec vi armorum: ſed in virtute dei in ſono tubarum vicit
Madianitas, & Amalechitas: & omnes orientales natio=
nes: quibus ſuperatis fuit abundantia pacis in Iſrael. Ita
Chriſtus non virtute humana: ſed diuina ſuperauit diabo=
lum: & apoſtoli in ſono buccinæ & tubæ euangelicæ ſubie=
cerunt Chriſto totum orbem. & ſic fuit abundãtia pacis in
tota eccleſia.

## Et dominabitur a mari vſq; ad mare: & a flumine vſq; ad terminos orbis terrarum.

¶ In hac parte prædicit vniuerſale imperium, & dominiũ
huius magni regis Chriſti. ¶ Vnde eſt notandum, ꝙ Me= P
gaſthenes, & Strabo, & Plinius, & quidã alij coſmogra=
phi dupliciter deſcribunt, & diuidunt totam noſtram ter=
ram habitabilem. Vno modo accidentaliter per vnum ma
re mediterraneum & duo flumina. Nam cum tota noſtra
Quarta habitabilis ſit vndiq; circundata mari oceano ſe=
cundum eos: tamen per fretum Gaditanum ab occiden=
te intrat mare mediterraneum: procedens verſus ortum vſ
q; in Syriam relinquens Africam ad dextram, & Europã
ad ſiniſtram. quod quidem mare finitur, & terminatur in
famoſiſſimam, & antiquam ciuitatem Tyri: quondã em=
porium famoſiſſimum in Syria: ideo dicitur mare Tyrhenũ
ſeparans Europam ab Africa, & recipiens Nilum fluuium
venientẽ a montibus Aethiopiæ, & æquinoctiali: qui qui=
dem Nilus diuidit Africam ab Aſia. Rurſus iſtud mare Ty
rhenum intrat verſus aquilonẽ per Helleſpontũ & Pro=
pontidem inter Græciam & Phrygiam: & poſt Conſtanti=
nopolim aperitur in vaſtum & magnum ſinum: quod dici
tur mare Ponticum ſiue Euxinum: quod recipit magnum
fluuium Tanaim venientẽ a mõtibus Rypheis, & Mæo=
tim paludem a parte aquilonari: & ſic Tanais cum Ponto
& Helleſponto diuidunt Europam ab Aſia. Ex quo patꝫ,
ꝙ quicquid eſt a mari Tyrheno verſus partẽ aquilonarẽ,
pertinet ad Europam: & quicquid eſt ab eodem mari Ty
rheno verſus Auſtrũ ptinet ad Africã: & rurſus quicquid eſt
vltra Nilũ & mare Tyrhenũ, & Pontũ, & Tanaim verſus
ortũ: vſq; ad terminos terræ: pertinet ad Aſiam: & ſic Aſia
manet multo maior, & longior, & amplior q̃ Europa ſi=
mul cum Africa. Iſta autem deſcriptio terræ noſtræ habi=
tabilis: clarius patebit pſalmo .ciij. ſecundũ veram deſcri=
ptionem Ptolemæi. Sed quia omnes iſtæ tres partes prin=
cipales mundi. ſ. Aſia, Africa. & Europa receperũt iugũ, &
fidem Chriſti: ideo dicit Dauid, ꝙ iſte Chriſt⁹ rex Meſſias
dominabiť toti orbi a mari mediterraneo vſq; ad vtrunq;

mare oceanũ.ſ.vſq; ad Auſtrales:& ſic cõphẽdit totã Afri-
cam:& vſq; ad mare aquilonare:& ſic cõphendit totã Eu-
ropã:& etiã dñabit ab vtroq; flumine.ſ.Nilo & Tanai vſq;
ad terminos orbis terrarũ verſus ortum ſupple:& ſic cõphẽ
dit totam Aſiam. Et ſic patet ſecundum iſtam diuiſionem
& deſcriptionem terrę:  Chriſt⁹ toti orbi erat dominatu-
rus. Scdo modo Plinius & cæteri coſmographi diuidunt &
deſcribunt orbẽ naturaliter ſcdm aſpectũ cęli. & ſic diuidũt
ipſam terram habitabilẽ in tres partes Vnde totam terram
q̃ eſt inter tropicos vſq; ad tertiũ clima excluſiue appellãt
æthiopiã eo  eſt calida & gignit hoies nigros. & iſta ẽ ma-
ior pars terrę habitabilis rõne latitudinis & lõgitudinis:vt
põt patere intuẽti. Aliã extremitatẽ terrę poſt ſextũ clima
ad aquilonẽ appellãt Scythiã. & totã terrã cõtẽtã in q̃tuor
climatib⁹ itermedijs vocãt Tyrenã ſiue elyſiam. eo  eſt fa-
uorabilior & conuenientior vitę & habitationi hoim. & in
hac media parte mundi viget ſapiẽtia & ſcientia & artes &
leges & optimi & hũani mores hoim. cæteri omnes tã Scy-
thę q̃ æthiopes reputantur barbari & nomades & paſtores
ſemp errãtes & vagãtes & mutãtes loca, Aethiopes ꝓpter
ardorẽ & ęſtũ ſolis:& ſcythę ꝓpter glaciẽ & frigus: ſed oẽs
iſte tres ptes & gñationes mũdi venerũt ad iugũ & fidẽ xpi
vt patebit. Iõ ſubdit Dauid & probat per ſingula di.

## Coram illo ꝓcident Aethiopes:& inimici eius terram lingent.

¶ Corã illo.ſ.Chriſto ꝓcident adorãdo ipi Aethiopes:& ii-
mici ei⁹.ſ.Scythę terrã.i.veſtigia Chriſti lingẽt & adorabũt
& oſculabunt, vñ notãter dr̃ Corã illo ꝓcidẽt Aethiopes,
quia ꝓcidẽtes in terrã adorãt ſemp:& adorãt Chriſtũ cum
maiori deuotiõe & ꝓſtratiõe q̃ latini. Itẽ ſcythas dicit inimi-
cos, eo  erãt beſtiales & feroces & inhũani & inimici no-
minis Chriſti, ſicut fuerunt Gothi & Hũni & vvandali &
Alani: ſed poſtea fuerũt boni Chriſtiani, qui dñr terrã lin-
gere: quia veſtigia ſacerdotũ & ſctõꝝ & limina ecclĩarum
oſculant ſicut faciũt Vngari qui veniũt de ſtirpe hũnorum
& Scytharꝝ. Etiã p ly inimici poſſũt intelligi oẽs reges & ty-
rãni gẽtiliũ qui poſt cõuerſionẽ lingebãt & oſculabant limi-
na eccleſię. Vñ primo nominat Aethiopes, eo  primo ve-
nerunt ad fidẽ p̃dicatione beati Matthęi, de quibus ſupra
dictũ eſt pſalmo.lxvij. Aethiopia p̃ueniet manus eius deo.

## Reges Tharſis & inſulę munera offerẽt:reges Arabum & Saba dona adducent.

¶ Hic prędicit  nõ ſolũ Aethiopes & Scythę erãt vẽturi
ad fidẽ Chriſti: ſed etiã gẽtes medię.ſ.Indi & Arabes & cæ-
teri habitãtes inter ſcdm & ſeptimũ clima: quia ſapiẽtiores
& nobiliores ingenio & moribus. Vñ notandũ eſt  tota re-
gio q̃ eſt inter Gãgẽ & magnũ fluuiũ Seuũ qđ hodie dicitur
regnum Mantin. appellatur i ſcriptura vete. teſta. Tharſis:
q̃ regio Indoꝝ ditiſſima auro & argento & aromatibus:&
ante oſtia Gangis reſpondet in mari Indico magna inſula
Taprobana pariter argento & auro abundantiſſima. hanc
appellat ſcriptura Offir: Vnde ad hãc Tharſis & offir mit-
tebat Salomon naues per triẽniũ ad portandũ aurũ & ar-
gentũ in Iudeam: vt patet.iij.reg. Deĩde poſt Taprobanã
in eodẽ mari Indico ſunt.M.D.CCC.inſulę: q̃s Ptolemęus
Coortes appellat. Et ſic Dauid dicit. Reges tharſis & iſtę
inſulę oẽs offerent munera iſti regi Chriſto. Vnde per reges
Tharſis intelligit oẽs reges Indoꝝ qui regnant in regiõe
Sinarum & Catai. & Mantich. & cæterorum regnorum tri-
plicis Indię. Item per ly inſulę non ſolum intelligit. M.D.
CCC. Coortes ſitas in mari Indico: ſed etiam inſulas Cycla-
des & cęteras ſitas in mediterraneo:& etiam.xxx. Fortuna-
tas in Oceano Athlantico:&.xx. Orchadas in oceano
Britannico, quas Ptolemæus appellat Albiones, quia oẽs
iſtę venerunt ad fidem Chriſti: vt probabitur. Itẽ ſequitur,
Reges Arabũ. Arabia eſt quicquid eſt inter ſinũ Perſicũ &
Hellanicũ ſiue Arabicũ. & eſt pene inſula circũdata mari
rubro, in cuius littore verſus Auſtrũ eſt magna regio dicta
Saba:& tota iſta Arabia dicitur felix a felicitate auri:& aro-
matum:& dicitur Arabia interior in qua regnabant ſeptua-
ginta reges. & etiam iſta Arabia extenditur verſus aquilo-
nem vſq; Damaſcũ, q̃ etiam eſt duplex.ſ. Arabia petrea &
deſerta. in hac etiã regnabant multi reges qui omnes vene-
runt ad fidẽ Chriſti. Ideo dicit reges Arabũ & reges Saba
adducent dona ipſi Chriſto. Item vt comprehẽdat omnes
nationes & conditiones & dignitates hominum qui vene-
runt ad fidem Chriſti, ſubdit.

## Et adorabunt eum omnes reges:omnes gentes ſeruient ei.

¶ Hic prędicit latriã dandã & debitã ipſi Chriſto Meſſię.
¶ Ad cuius intellectum eſt notandũ  latria eſt cultus ſoli Q
deo debitus ratione ſummi dominij:& bonitatis & poteſta-
tis:& ſic ſoli deo debetur: quia eſt ſumme potẽs & creator
& recreator & ideo triplici honore eſt colẽdus. Primo ado-
ratione cũ ꝓcidẽtia:& hoc ratiõe oipotentię. Secũdo obla-
tione & ſacrificio & hoc ratione gubernatiõis. Tertio hym-
nis & orationibus:& hoc pro beneficiorũ largitione. Et ſic
vere Chriſto competit latria, quia creator & vniuerſalis do-
minus & iudex & redẽptor & verus deus. Vnde ſicut illa hu-
manitas fuit inſtrumentũ in noſtra redemptione: ita ſimul
adoratur cũ verbo cũ quo perſonaliter vnita eſt. Vñ in hoc
decipitur Cãhi in hoc paſſu dicens  nos ponimus quater-
nitatem in deo.ſ.patrem & filium & ſpiritum ſanctũ, & hu-
manitatẽ Chriſti, quẽ filiũ dei regis vocamus. Vnde iſte cę-
cus putat  humanitas Chriſti faciat numerum cum verbo
diuino. & hoc accidit, quia nõ percipit vnitatem perſonalẽ
humanitatis cum verbo:& ſic per ſe non adoratur humani-
tas ſed perſona: qua non adoratur humanitas ſed verbum
huma natum & incarnatum: vt ait Hieronymus in ſermo.
de aſſumptione virginis Marię. Ex hoc patet  toti Chri-
ſto p ſe debet latria. Tria ergo facit Dauid in hac vltia pte.
Nã primo p̃dicit adorationẽ ab oib⁹ natiõibus Chriſto ex-
hibenda. Scdo eius oblationẽ. Tertio q̃liter erat hymnis &
laudib⁹ colẽdus. ſcdꝫ ibi. Et viuet & dabitur ei. tertiũ ibi. Sit
nomẽ ei⁹ bñdictũ. ¶ Dicit ergo ad primũ eo  ſupradixit
eius vniuerſale dñium a mari vſq; ad mare &c. Ideo ratiõe
ſummi & vniuerſalis dominij debetur ſibi adoratio Iõ di-
cit adorabũt eum oẽs reges:& oẽs gentes ſeruient ei. Tota
iſta prophetia ſucceſſiue ipleta ẽ in Chriſto vt dictũ eſt. Nã
reges gentiliũ qui ante ſequebantur Chriſtianos, poſtea cõ-
uerſi ad fidẽ tpe Cõſtantini adorarũt eũ tanq̃ deũ & dñꝫ:&
ꝓciderũt corã eo:& veſtigia ei⁹ linxerunt & ſunt oſculari. &
ſeruiũt ei cultu latriæ: rõne ſummi dominij & maieſtatis &
bonitatis & poteſtatis. Et ideo reddit cãm quare adorabũt
eum omnes reges & dicit,

## Quia liberabit pauperem a potente:& pauperem cui non erat adiutor.

¶ Id eſt totũ genus hũanũ a diabolo potẽte, nõ  diabol⁹
habet de ſe tantã potẽtiã, niſi inquãtũ a deo ſibi erat per-
miſſa vſq; ad aduentũ Chriſti, ꝓpter pctm̃ primoꝝ parẽ-
tum. Vñ tanta eſt potẽtia diaboli cõtra hoiem quãtus loc⁹
ſibi a nobis dat, nõ ſeruando dei p̃cepta & recedẽdo a deo.
Nã q elõgat a deo adhæret & ſubijcit ſe diabolo:& tũc dia-
bolus dr̃ potẽs ptãte quã ſibi dãt pctõres:& quã deus ſibi p-
mittit:& ſic fuit totũ genus hũanũ in ptãte diaboli vſq; ad
aduentũ Chriſti, a qua ptãte nemo poterat hoiem liberare
niſi ſolus Chriſtus. Ideo dicit quia liberabit pplm pauperẽ
a potente.ſ.diabolo. pauperẽ dico cui non erat adiutor niſi
ſolus Chriſt⁹ ad hoc deputat⁹ & in lege ꝓmiſſ⁹. ¶ Vñ notã
 diabolus multipliciter affligebat genus humanum an- R
te Chriſti aduentũ, quia nõ ſolum vexabat per pctm̃ idolo-

latriæ & vitiorum in aīa: ſed etiam vexabat in corpore. Nā
cogebat cultores ſuos ad nefanda & enormia ſcelera: & fla
gitia. cogebat enī patres imolare filios et filias: vt pſalmo
cv. dicit. & etiā patres cōmedere filios & econuerſo: vt fie-
bat apud Scythas & alias barbaras nationes: & ſic Buſiris
Aegyptius comedebat hoſpites ſuos. & etiam cogebat ma
tres proſtituere filias lupanaribus & turpi & nefandę luxu-
rię: & conſecrare eas Veneri ad turpitudinem: & cogebat
cultores ad ludos ſcenicos & ad alios nefandos ritus: vt di
ctum eſt pſalmo. xj. A quibus miſerijs ſolus chriſtus libera-
uit genus humanum: vt demōſtrat Euſebi⁹. vj. de ꝑparatio
ne euangelica. Ex quo patet ꝙ Chriſtus nō ſolus liberauit
hominem quo ad animam a diaboli poteſtate: ſed etiam
quo ad corpus tales ritus nefandos auferendo. Et per hoc
patet huius magni regis Chriſti omnipotētia: propter quā
ſibi debetur adoratio latria. vnde non ſolum Chriſtus libe-
rauit genus humanus ab idololatria & ꝑdictis nefandis ri-
tibus: ſed etiam a culpa & peccatis commiſſis. Vnde dicit.

## Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum ſaluas faciet.

## Ex vſuris & iniquitate redimet aīas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo.

¶ Parcet pauperi & inopi. i. peccatori ope deſtituto: & ani
mas pauperum ſaluas faciet, a culpa & pœna æterna ſup-
ple. Vnde nota ꝙ omnis peccator dicitur pauper inquantū
caret bonis & diuitijs gratiæ, & dicitur inops inquantū nec
a ſe nec ab alio poteſt liberari. niſi a ſolo Chriſto: quia nul-
lus alius poterat ſibi opem ferre. quam opem tulit Chriſt⁹
nobis per paſſionem & ſacramenta. Item dicit etiam, Par-
cet pauperi: quia Chriſt⁹ non parcit ſuperbis: ſed humilibus
& pauperibus ſpiritu: & hos ſaluauit & ſaluat. Et non ſolus
Chriſt⁹ ſaluauit genus humanum a peccatis ꝓteritis & cul-
pis commiſſis: ſed etiam a futuris inquantum dedit legem
euāgelicam prohibentem omnem vſuram & iniquam paſ-
ſionem & operationem ideo ſequitur. Ex vſuris & iniqui-
tate redimet animas eoꝝ. Et quia ſeruans legem euange
licam prohibentem omnem vſuram & illicitam operatio-
nem, & docentem & ꝑcipientem omnem virtutem & dile-
ctiones dei & proximi in ea iuſtificatur: ideo obſeruator le-
gis euangelicæ dicitur iuſtus & virtuoſus: ideo ſibi debetur
honor & præmium coram deo. Ideo ſequitur: & nomen eo
rum. i. colentium euangelium erit honorabile & accepta
bile corā illo. ſ. Chriſto: quia tales honorificabit pater Chri
ſti in cælo. Ioan. xij. Si quis mihi miniſtrauerit, honorifica-
bit eum pater meus &c. Ex quibus patet ꝙ Chriſt⁹ eſt de⁹:
quia ſolus deus delet peccata populi. Eſa. xxxiiij. Ergo ipſi
debetur adoratio Latria. Item nomen Chriſtianorum eſt
honorabile coram deo: quia Chriſtianus dicitur a Chriſto:
& dicitur vnctus & genus regale & honorabile: & nomen
dignitatis: & deo acceptabile.

## Et viuet & dabitur ei de auro Arabię: & adorabūt de ipſo ſemper: tota die benedicent ei.

¶ Quia dictuꝫ eſt ſuperius ꝙ Chriſto debetur adoratio la
tria ratione ſummę omnipotentię: hic dicit ꝙ etiam dabiť
ipſi oblatio ratione ſummæ maieſtatis & dominij. Etiam
quia ſupra dixit, ꝙ Chriſt⁹ per ſuam paſſioneꝫ liberabit &
ſaluabit animas pauperum &c. Ideo ne quis putaret ꝙ iſte
Rex totaliter per mortem deleretur & conſumeretur: dicit.
Et iſte Rex Chriſtus poſt mortem viuet inæternum: quia
reſurget a mortuis: & poſt mortem & reſurrectioneꝫ regna-
bit inæternū & dabitur ſibi cultus Latriæ: & dabiť ſibi obla
tio, quia dabitur ſibi de auro Arabię in oblationem: & oēs
gentes adorabunt de ipſo. i. pro beneficijs ſuis: & tota die
i. per totuꝫ tempus gratię benedicent ei agendo gratias.

¶ Et nota ꝙ in hoc verſu tanguntur omnes partes Latrię.
Primo tangitur oblatio: cum dicitur: Viuet & dabitur ei de
auro Arabię in oblationem quia in Arabia naſcitur copia
auri: & maxime Chriſtus in Arabia fuit primitus adoratus.
Secundo tangitur adoratio. cum dicitur. Et adorabunt de
ipſo ſemper. Tertio tangitur hymnus & oratio quę ſoli deo
debetur per Latriam, cum dicitur. Tota die benedicent ei.
Hæc autem prophetia fuit impleta: primo quando reges
& magi obtulerunt Chriſto aurum thus & myrrhā. Secūdo
quando Conſtantinus & cæteri reges obtulerunt magnos
theſauros in fabricas & ornamenta eccleſiaruꝫ. Hic arguit
Chamhi contra chriſtianos dicens ꝙ Meſſias in lege pro-
miſſus debet viuere inæternum & non mori: ſed Ieſus Na-
zarenus mortuus fuit, ergo nō eſt Meſſias: cum hic dicatur
Viuet & dabitur ei &c. Sed manifeſte patet cęcitas hui⁹ ob-
ſtinati. Nam Chriſtus reſurrexit a mortuis ad vitam glorio
ſam & immortalem: & poſt reſurrectionem regnanit inęter
num.

## Erit firmamentum in terra in ſummis montium: ſuperextolletur ſuper libanum fructus eius: & florebunt de ciuitate ſicut fœnum terræ.

¶ Quia ſupra dixit ꝙ Chriſto erat danda adoratio & obla
tio tanq̄ vero deo: hic dicit ꝙ non ſolum ſibi dabitur obla-
tio: ſed etiā ipſemet erat offerendus in oblationeꝫ quotidie
ſub forma panis per ſacerdotes in ſacramento euchariſtiæ.
Et ſic ꝑdicit ſacrificiū euchariſtię, qđ iugiter in ecclia offer
tur in memoriā paſſionis Chriſti. ¶ Vnde eſt aduertenduꝫ
ꝙ vbi tranſlatio noſtra habet, Erit firmamentum in terra
in ſummis montiuꝫ, tranſlatio chaldaica habet. Erit panis
ſuper mōtes. trāſlatio aūt Hieronymi habet. Erit mēorabi
le triticum. in hebręo habetur. Erit placentula panis. Ideo
putant aliqui hoc vocabulum firmamentuꝫ eſſe corruptū,
quia debuit dicere: Erit frumentum. i. triticum. Et hoc for-
te accidit vitio ſcriptoris propter vicinitatem ſoni inter fru-
mentum & firmamentum. Sed forſan iſta noſtra tranſlatio
poteſt ſuſtentari. Nam quia frumentum & panis eſt firma-
mentum & ſuſtentamentum vitę hominis: ideo aliquando
in ſcriptura pro frumento ſiue pane ponitur firmamentuꝫ.
Vnde pſal. ciij. dicitur. Panis cor hominis cōfirmet Itē pſal.
ciiij. habetur. Vocauit famem ſuper terram & omne firma-
mentum panis cōtriuit. Quomodo ergo cunq; ponatur hic
memoratur & prædicitur ſacrificiū euchariſtiæ, in quo Chri
ſtus offertur in forma panis quotidie. ¶ Nam Chriſtus ele- 5
uatur ſuper capita ſacerdotum quotidie, ſicut figuratum ē
Exodi. xxix. vbi deus præcepit cruſtulam panis eleuari ſu-
pra capita ſacerdotum coram populo. Eadem figura præ-
ceſſit de panibus propoſitionis. Exodi. xxv. & Leuiti. xxiiij.
Et ideo in alia tranſlatione habetur quæ dicitur Targum.
Erit placentula tritici ſuper capita ſacerdotum & cætera.
Dicit ergo Dauid ſic. Iſte rex Meſſias erit firmamētū ſiue
frumentum: ſiue memorabile triticū in terra, in ſummis mō
tium. id eſt ſuper capita ſacerdotum eleuabitur in forma pa
nis. Nam ſæpe in ſcriptura per montes intelliguntur ſacer-
dotes propter eminentiam dignitatis ſicut dictuꝫ eſt ſupra.
Ideo ſequitur: Et extolletur ſuper libanum fructus eius. fru
ctus enim huius ſacramenti ſunt collatio & reſtauratio gra
tiæ deperditæ, reconciliatio membrorum ad caput, multi-
plicatio fidelium, augmentum virtutum, vita æterna &c.
qui fructus ſunt vberiores & altiores & pretioſiores q̄ ſit Li
banus & fructus eius, qui quidem libanus eſt fertilior cæte-
ris montibus. Et ideo ſequitur: fruct⁹ hui⁹ ſacramēti quę eſt
multitudo fideliuꝫ florebūt & multiplicabunť p mūdū ſicut
fœnū terræ: ex qb⁹ oībus fidelibus conficiť vnū corpus eo-

cleſiaſticū,ſicut ex multis granis vnus panis cōficiť.Et etiā iſti fideles qui nutriuntur iſto pane florebunt virore grē:& multiplicabunť ſicut multiplicatur & viret foenuȝ in terra. Hoc ergo eſt ſacrificiū qd̄ Dauid ꝑdicit i eccľia futurū,cui etiā debeť latria inquātū de⁹.Et nota etiā oēs terminos poſitos in hoc verſiculo. Nā prio dř.Erit memorabile triticū ſiue frumentū ſiue placentula panis in terra.ad denotādū ꝙ hoc ſacramentū ſiue ſacrificiū tm̄ eſt celebrādū & memorandū in terra.Nā in cælo nō erit neceſſarium celebrari.qa iam beati vident Chriſtū facialiter & eius pn̄tia clara viſione fruūtur & reficiunť:ſed tm̄ eſt neceſſariū ſacramētaliter celebrari in hac via.iō dř cib⁹ viaticus ſub tali ſpecie panis. Scd̄o dř Extolletur ſup libanū fruct⁹ ei⁹.Nam ſicut in montib⁹ Syriæ ſol⁹ Liban⁹ eſt magis fructuoſ⁹ & magis eminēs & altior:a quo fluit Iordanis fluuius:ita ſola eccľia in hoc ſęculo eſt fructuoſa germināſ & regenerans fideles & fructus dignos vitę æternę.a qua eccľia emanat fluuius & fons baptiſmalis:vñ regenerantur filij regni.Item denotat etiā ꝙ fructus hui⁹ ſacramēti ſupextollūtur ſup oia alia ſacramēta eccľiæ in dignitate.Tertio addiť Florebūt de ciuitate ſicut foenū terræ.Nā eccľia Chriſti nō ſolū dř Liban⁹ ꝓpter eminentiā & fertilitatē & albedinē & vehementē abūdātiā arboꝝ & herbaꝝ & aquarū:ſed etiā dř ciuitas propter frequētiā ciuiū & cōcordē multitudinē ſub vna fide & charitate ſociatā.Iō ſola eccľia mereť dici ciuitas qa ſub vera lege euāgelica regiť & viuit.Iō quotquot ſunt extra eccľiam dicunť Pagani:quia ſola iſta floret abūdantia & diuerſitate conditionū & ſtatuū.ſ.apľoꝝ martyꝝ doctoꝝ confeſſoꝝ religioſoꝝ monachoꝝ ſanctimonialium virginū viduaꝝ coniugatorū &c.Itē ſicut foenū abundat in Libano & creſcit & viret ex abundantia pluuiæ cæleſtis:ita fideles multiplicantur i eccleſia ex pluuia baptiſmali & abundantia donorū & gratiarum ſpiritus ſancti.Item per hoc ꝙ additur in ſūmis mōtium:denotatur ꝙ iſta abundantia non eſt intelligenda de tritico ſiue frumento materiali:ſicut cæci iudæi dicunt ꝙ in aduentu Meſſiæ erit magna abundantia frumēti & vini & olei.nā abūdantia taliū fructuum materialium potius ſolet fieri in planis & vallibus & locis cultis ꝗ̄ in ſummitatib⁹ mōtium.Ideo per ſummitates montium intelligūtur capita ſacerdotum qui eleuant corpus Chriſti ſub ſpecie panis ſuper capita ſua in ſacramento euchariſtię & oſtendunt populo. Et ſic patet manifeſte ꝙ hic loquitur de ſacramento altaris in quo Chriſtus offertur & adorať.& iō tranſlatio Chaldaica dicit ꝙ Meſſias erit placentula panis ſuper capita ſacerdotum &c.vt figuratur Exodi.xxix.

## Sit nomen eius benedictum in ſęcula:ante ſolē permanet nomen eius.

¶Hic deſcribiť tertia pars Latrię Chriſto debitę.ſ.hymn⁹ laus & oratio. ¶Vnde notandū ꝙ iſta.v.ſe habent per ordinē.ſ.reuereri,honorare,laudare,glorificare,ſiue magnificare:& adorare.Nam reuereri eſt qn̄ quis maiora bona exiſtimat in alio ꝗ̄ in ſeipſo.Honorare eſt reuerentiā quam quis in aīo gerit erga aliū,exterius oſtendere.Ideo dicitur honor exhibitio reuerētię in teſtimoniū virtutis ſcd̄m Tullium.Laudare eſt ipm̄ honoratū alijs cōmendare.Glorificare ſiue magnificare eſt laudes honorati large lateqꝫ ꝑconizare.Adorare aūt eſt reuerendū honoratum laudatuȝ glorificandum ſiue magnificandū ꝓpter eminentiam ſcťitatis & maieſtatis & bonitatis colere:& omni alia ſpe poſtpoſita ſe totū illi cōmittere & ſubijcere.Et talis cultus diciť Latria,quæ ſoli deo cōuenit.diciť etiam Euſebia in greco.i. optimus cultus,quę non fit ſine oblatione & adoratiōe & hymnis & oratione vt dictum eſt.Ideo Pythagoras triplici honore dicebat deum colendum.vt patet prio cæli.ſ.munere & proſtratione & hymno ſiue carmine.Hāc ergo tertiam partē Latrię Chriſto debitā & exhibendā quę eſt magnificatio & glorificatio cum hymnis & laudibus & benedictionibus & orationib⁹,tangit & ꝑdicit Dauid i hac vltia parte cū dicit,Sit nomē eius benedictū.ſ.glorificatū & magnificatū nō ſolum tēporaliter,ſed etiam in ſæcula,quoniā Chriſt⁹ non incepit temporaliter pręciſę ſicut dicunt cæci iudæi:ſed ante ſolem & per conſequens æternaliter manet nomen eius qd̄ eſt Ieſus & ſaluator.Nam ſaluare idem eſt qd̄ dare eſſe perfectum,& in tali eſſe conſeruare,vt dictum eſt.Et ſic ſoli deo conuenit qui dedit nobis eſſe per creationem & ꝑfectū eſſe per recreationeȝ & perfectiſſimū & optimū eſſe per glorificationē.Et ideo Chriſt⁹ recte vocatur Ieſus a quo habemus omne eſſe.nam dictum eſt frequenter ꝙ iſta ſe habent per ordineȝ.ſ.eſſe,viuere,& ſaluere.Nam eſſe conuenit omnibus tam inanimatis ꝗ̄ animatis:ſed viuere ſolis animatis:ſed ſaluere qd̄ dicitur habere vitam ſine defectu,ſoli deo per ſe competit:ſed participatiue communicatur ſolis angelis & hominibus beatis. Iō per ſe ſoli deo dicitur:Sit ſalus illi.i.vita ſine defectu. Et ſic ſolus deus eſt Ieſus.i.ſalus & ſaluator.Et hoc eſt nomē eius Adonai:vt dictum eſt in prologo:& pſalmo.viij.Et ſic Chriſto Ieſu debetur Latria & benedictio.Ideo quia hoc nomen non ſolum de ſe eſt benedictum ab angelis & hominibus inquantum eſt eſſentialiter ſalus & bn̄dictio:ſed quia iſtam ſalutem cōmunicauit hominibus per regenerationem,quia in ipſo ſum⁹ regenerati et benedicti & liberati & ſoluti a maledictoi ideo ſequitur.

## Et benedicētur in ipſo omnes tribus terræ:omnes gentes magnificabunt eum.

¶Benedicentur in ipo oēs tribus terrę.ſ.p mortē & paſſionem & regenerationē baptiſmalē.quaſi dicat.in ipſo Chriſto Ieſu cōplebitur promiſſio facta ipſi Abrahæ Geñ.xv. &.xxij.In ſemine tuo benedicentur omnes gentes.Et quia propter tale beneficium debetur ſibi tertia pars Latriæ q̄ dicitur magnificentia:ideo ſequitur.Et omnes gentes magnificabunt eum.i.magnificum & glorioſum longe lateqꝫ ꝑconizabunt agendo gratias de beneficijs creationis & recreationis & redēptiōis,in hymnis & cāticis & ꝑdicatiōib⁹.

## Benedictus dominus deus Iſrael:qui facit mirabilia ſolus.

¶Nota ꝙ quatuor cauſas aſſignat Dauid in his quatuor vltimis verſibus,quare Chriſto debeť Latria & magnificētia.Primo ratione æternitatis,quia ante ſoleȝ manet nomē eius.Secundo ratione ſummę bonitatis & miæ:quia in ipſo erant benedicendę omnes gentes & redimendæ vt dictum eſt.Tertio ratione omnipotentię,quia ipſe ſolus operatus eſt mirabilia.Primo quia mirabiliter mundū ex nihilo creauit.Secundo quia in ſuo aduentu primo fecit mirabilia ſol⁹ infirmos ſanādo,mortuos ſuſcitando,ſuper aquas ſiccis pedibus ambulando,& limbum inferni expoliando.quę omnia iſta mirabilia ſolus potuit facere:ideo pertinent ad ei⁹ omnipotentiam.Et ſic debetur ſibi latria benedictio.ideo dicitur.Benedictus Chriſtus dominus deus iſrael,id eſt Iſraeli promiſſus & expectatus:quia ipſe ſolus facit mirabilia ſupradicta.ideo detur ſibi & dabitur benedictio & honor & magnificentia cū Latria.Quarto debetur ſibi Latria benedictio ratione ſummę maieſtatis.Nota ꝙ Chriſtus licet in ſe habuerit maieſtatem:tamen non eam omnibus oſtēdit in primo aduentu,eo ꝙ venit ad patiendum pro nobis & ad dandū exemplum vitæ & doctriæ.Ideo venit cum humilitate & paupertate:& ideo potius oſtendit infirmitateȝ quam pro nobis aſſumpſerat ꝗ̄ maieſtatē quā ab ęterno habuerat:vt ipſe ait Ioā.xij.&.xvij.Clarifica me pater ea claritate quaȝ ab æterno habui &c.Sed in ſua aſcenſione oſtēdit ſuam maieſtatem ſolis diſcipulis,quam maieſtatem ꝑdicauerunt apoſtoli per vniuerſam terram.Et ſic maieſtas

Chriſti licet fuerit viſa ipſis apl'is tamē non eſt viſa per vni-
uerſam terram:ſed nomen maieſtatis Chriſti fuit auditum
& p̄dicatum & cognitū in vniuerſa terra. Sed in ſcđo aduē-
tu qn̄ Chriſtus veniet in poteſtate & maieſtate magna tūc
tota terra erit repleta maieſtate eius,quia tunc omnes ip̄ſ
videbunt in ſua maieſtate & cognoſcent ipſum eſſe deum
& dn̄m & verum Meſſiam in lege promiſſum:& cognoſcēt
ꝙ ipſi debetur adoratio Latria. Et ſic manebunt cōfuſi Iu-
dæi & infideles qui ipſum non receperunt. Et hoc eſt ꝙ di-
cit hic Dauid cum ait.

Et benedictum nomen maieſtatis eius in æter-
num:& replebitur maieſtate eius omnis terra.
fiat fiat.

¶ Quia pro nūc ſolum habemus nomen maieſtatis eius p
auditū & fidē. Et ſic ip̄m benedicimꝰ & adoramus &c. Sed
in ſecundo aduentu tota terra replebitur maieſtate eiꝰ:qa
omnes ipſuꝫ videbunt in ſua maieſtate. Ex quo patet ꝙ ſē
per debetur ipſi cultus latrię. Etiā poſſumꝰ dicere ꝙ in p̄io
aduentu tota terra fuit repleta maieſtate Chriſti effectiue
p opa & miracula facta p ip̄m & apl'os, Et fuit repleta terra
beneficijs & donis & gratijs eius. Quare ſit nomen eius be
nedictuꝫ.& concludit fiat fiat.i.fiat hoc in cęlo & in terra:
& fiat hoc corde & opere & cum affectu & effectu.&c.
V ¶ Et ſupponitur in hebręo talis ſuperſcriptio in fine huius
pſalmi.ſ. Completæ ſunt ſiue expliciunt orationes Dauid
filij Eſai. Per hoc concordant oēs doctores tam hebręi q̄ ca
tholici chriſtiani,ꝙ iſte pſalmus eſt vltimꝰ quem Dauid fe-
cit in ſua ſenectute:& ꝙ iſte pſalmus collocabatur vltimus
in ordine in libro pſalmorū antiquo ante Babilonycam ca
ptiuitatem. Sed quia Eſdras poſt incenſam legem recolli-
git hinc & inde pſalmos diſperſos per domos Leuitaruꝫ,iō
ſicut reperiebat,ita collocauit in hoc libro. Et ſic nō ſūt pſal
mi collocati ſecundum ordinē temporis ſicut ſucceſſiue ſunt
facti:ſed eo ordine quo fuerunt recuperati & reperti. Et ſic
quia iſte pſal. fuit repertus.lxxj.in loco.lxxj.fuit collocatus
in hoc libro:ſed in libro antiquo erat I vltio loco collocatꝰ,
quia erat.cl. Ideo in fine huius pſalmi appoſitus fuit talis ti
tulus,ſiue deſcriptio. Expliciunt orationes Dauid. Ex quo
patet ꝙ Dauid fecit iſtum pſalmum licet intituletur in Sa-
lomone:& omnes alios qui intitulantur ipſi Aſaph & filijs
Chore:& per conſequens fecit omnes pſalmos ſicut dictum
eſt in principio ſcđm opinionem beati Auguſtini. Ex quibꝰ
etiam patet ꝙ iſte non poteſt exponi de Salomone nec de
regno eius nec de aliquo puro homie:ſed de ſolo Chriſto:
cui conueniunt omnes conditiones in hoc pſalmo memora
tę:per quas poſſumus probare firmiter cōtra Iudeos Chri-
ſtum fuiſſe & eſſe verū Meſſiam in lege promiſſum & non
alium expectandum. ¶ Prima conditio quam hic aſſignat
Dauid,eſt ꝙ deus pater erat daturus vniuerſalem p̄tātem
iudiciariā Chriſto Meſſię filio ſuo. Hoc fuit impletū ī Chri
ſto. Primo quia Chriſtus eſt filius dei quo ad diuinitatē ab
ęterno & quo ad humanitatem ex tēpore:& non ſunt duo:
ſed vnicus filius vt dictum eſt. Itē ſecundo pater dedit filio
ſuo regi Meſſiæ p̄tātem iudicādi duplici iudicio.ſ.iudicio di
ſcretionis,& iudicio examinationis,vt dictuꝫ eſt ſæpiꝰ. Ter
tio dicit ꝙ Chriſtꝰ erat iudicaturus & electurus pauperes &
iudicaturꝰ iudicio diſcretionis:qđ impletū ē Matthęi.v.&
x. Quarto ꝙ montes.i.apoſtoli & colles.i.doctores erant
accepturi a Chriſto legem pacis & iuſtitiæ ad p̄dicandum
populo. Quinto ꝙ Chriſtꝰ erat ſaluaturꝰ pauperes & filios
pauperum,qđ impletum fuit per ſuam mortem & paſſionē
& per eccleſiaſtica ſacramenta. Sexto ꝙ Chriſtꝰ erat humi
liaturus & debellaturus & electurus & expulſurus diabolū
calumniatorem de mundo,in quo per idololatriam regna
bat. Septimo ꝙ Chriſtꝰ fuit ab æterno ante lunam & æter
naliter p̄manebit incorruptibilis ſicut ſol. Octauo ꝙ Chri-
ſtus erat deſcenſurus in vterum virginis ſicut pluuia in vel-
lus &c.& hoc quo ad incarnationeꝫ. Nono ꝙ in diebus eiꝰ
erat oritura iuſtitia & abūdantia pacis. Decimo ꝙ Chriſtꝰ
debebat dn̄ari a mari vſq; ad mare. Vndecimo ꝙ Aethio-
pes & oēs tyranni erant Chriſto ſubijciendi:& reges Thar
ſis & omnes inſulę debebant ſibi munera offerre. Duodeci
mo ꝙ Chriſtus erat liberaturus pauperem.ſ.genus huma-
num a potēte diabolo de multiplici miſeria. Tertiodecimo
ꝙ debebat parcere pauperi & culpam remittere. Quarto-
decimo ꝙ debebat eijcere omnem vſuram & iniquū & illi-
citum contractum de mundo. Quintodecio ꝙ nomen Chri
ſtianum debebat eſſe honorabile & acceptum & dignū an
te deum. Sextodecimo ꝙ poſt reſurrectioneꝫ ſemp viuet &
regnabit & adorabitur,quaſi dicat ꝙ regnum Chriſti poſt
reſurrectionem debebit oſtendi.xvij.ꝙ Chriſtus erat offerē
dus in eccleſia ſub forma panis in ſacramento euchariſtiæ:
& adorandus ſuper capita ſacerdotum.xviij.ꝙ fideles erāt
multiplicādi in ciuitate eccl'ię ſicut fœnū terræ.xix ꝙ Chri
ſtus ſiue nomen Chriſti erat benedicendum & adoranduꝫ
ratione æternitatis:quia ante ſolem manet nomē eius.xx.
ꝙ Chriſtus erat adorandꝰ ratiōe omnipotentię:quia erat
magna facturus.xxj.ꝙ Chriſtꝰ erat adorandus ratione ſū-
me bonitatis,eo ꝙ nos redemit:quia in ipſo erāt benedicē
dę oēs gentes.xxij.ꝙ Chriſtꝰ erat adorandus ratione ſum-
mę maieſtatis & glīę:quam maxime oſtendet omnibus in
ſecundo aduentu. Ex his.xxij.conditionibus & proprietati-
bus aſſignatis & memoratis q̄ fuerunt in ſolo Chriſto patet
ip̄m fuiſſe verum Meſſiam in lege promiſſum. ¶ Sed con X
tra totam expoſitionem huiꝰ pſalmi:& maxime contra cō
cluſionē p̄io intentā in qua cōcludiť,ꝙ iſte magnus rex de
quo Dauid loquitur in hoc pſalmo,fuit & eſt Ieſus Chriſtus
Nazarenus quē nos in verū Meſſiam recepimus eo ꝙ oia
dicta in hoc pſalmo fuerunt in eo verificata:arguunt Iudæi
moderni:& maxime Rabi Chāhi Barchinonēſis in gloſſa
huius pſalmi & .cix.vn̄ dicit ꝙ Ieſus Nazarenus fuit hō pau
per & deiectus & finaliter afflictus & crucifixꝰ:nec vnq̄ fuit
dn̄s vnius paruę villæ,ergo nō potuit eſſe iſtę rex de quo lo
quitur Dauid in hoc pſal. Qui dominabitur a mari vſq; ad
mare.quē adorabunt omnes reges:& omnes gentes ſeruient
ei &c.quia in maiori parte mundi regnant infideles:& ma
xime Mahometani. Nam apud Indos regnat magnꝰ Chā
Tartarꝰ & idololatra. In Aſia vero & Parthia & Media &
Meſopotamia & Armenia regnant Tartari Zagathei ſub
perfidia Mahometi. Et per totam oraꝫ Aquilonarem ma
ris Caſpij regnant Tartari Gazarei ſub eadem ſecta Sar-
racenica. Et in tota Aſia minori & Græcia vſq; ad Meotī
regnat magnus Turcus ſub eadem ſecta. Et in tota Aegy-
pto & Arabia & Syria regnat magnus Soldanus Aegypti
ſub eadem ſecta. Item in tota ora Africę regnat rex Tuni-
cij ſub eadeꝫ ſecta Sarracenica & Mahometana. Et ſic par
ua pars mundi reſtat in qua regnant Chriſtiani. Et ſic pa-
tet ꝙ Ieſus Nazarenus non eſt iſte magnus rex de quo lo-
quitur Dauid in hoc pſalmo.quia non omnes reges terræ
obediunt ei,nec ſeruiunt & cætera. ¶ Item arguunt quidā Y
Aſtrologi & curioſi ſic. Nam licet Chriſtus dominetur ſpi-
ritualiter in aliquibus partibus huius noſtræ regionis habi
tabilis citra Tropicos ſolis:tamen imperium ſuum non po
tuit nec poteſt tranſire ad partē Auſtralem vltra Tropicos
eo ꝙ apoſtoli ac aliqui alij nunq̄ potuerunt tranſire mon-
tes inacceſſibiles Aethiopiæ in quorum radicibus genera-
tur ignis:& in lateribus & iugis eorum ſunt perpetuę niues.
& minus potuerunt tranſire vltra Tropicum capricorni.eo
ꝙ illa terra eſt ſuppoſita oppoſito iugis ſolis, vbi generatē
continuus ignis ex reflexione radiorum ſolis:maxime dum
ſol eſt in ſignis Auſtralibus. Et ſic nullus poteſt accedere vi
uus ad illas partes vt dicunt omnes philoſophi:& aſtrolo-
gi. Tunc ergo arguitur ſic.nam in tota illa parte Auſtrali

ultra Tropicos vel habitāt & viuūt hoies aut non. Non eſt dicendū q̄ nō: quia tunc deus fruſtra creaſſet illam medietatē mūdi. hoc aūt eſt falſū, q̄a de⁹ & natura nihil faciūt fruſtra ergo ſequit̄ q̄ in illa parte Auſtrali habitāt hoies ſicut in iſta noſtra Aquilonari. Et p̄ conſequens ſequitur q̄ ad illos hoies nō potuit p̄uenire notitia de Chriſto, nec p̄dicatio euāgelica p̄ apoſtolos: nec alios Chriſtianos: & p̄ q̄ñs in illa media parte mundi nec Chriſt⁹ dñat̄ nec adorat̄ nec colit̄: & p̄ q̄ñs non eſt redēptor vniuerſalis, nec dñs de quo dī in hoc pſal. q̄ dñabitur a mari vſq̄ ad mare & ad terminos orbis terraꝝ, & aias pauperū ſaluas faciet &c. In oppoſitū eſt ipſa veritas euangelica Matthęi vltimo dicens. Data ē mihi p̄tās in cælo & in terra. Itē ad Philippen. ij. In noie Ieſu omne genu flectat̄, cæleſtium terreſtriū & infernoꝝ &c.

¶ Rñdeo pro huiuſmōi difficultate. In hac q̄ſtiōe duo ſūt videnda. Primo quō oia dicta in hoc pſalmo fuerūt verificata & cōtinue verificant̄ de Chriſto in hac tota p̄te mundi aquilonari. Scdo videbit̄ quō fuerunt oia verificata in p̄te mundi Auſtrali: in qua nunc Chriſtus adoratur & colit̄. Ex quibus patebit q̄ per oēs partes mūdi fuerit verificata & verificat̄ de Chriſto prophetia huius pſalmi. ¶ Quantum ad primū eſt aduertendū q̄ q̄druplicitet errant & decipiuntur Iudæi circa Meſſiam & vniuerſale regnū eius. Primo quia nec faciunt differentiā inter primū & ſcdm aduentū: nec inter dñiū ſiue regnū tp̄ale & ſp̄ūale: nec inter regnū occultū & manifeſtū: nec inter regnū ſucceſſiuū p̄ loca & tp̄a, & regnū totū ſimul. vñ Chriſtus nō erat regnatur⁹ tp̄aliter nec manifeſte nec familiariter in p̄io aduentu: ſed ſp̄ūaliter in abſentia poſt reſurrectionem. nec debebat regnare ſubito p̄ totū orbē & ſucceſſiue p̄ loca & tp̄a, incipiens ab Hieruſalē & Samaria & Galilea ſucceſſiue vſq̄ ad vltimuꝫ terrę, vſq̄ ad ſecundum aduentum in quo reſtituet totuꝫ regnum mūdi deo patri vt ipſe dixit apoſtolis Actu. j. quando aſcendit in cęlum. & vt ait ap̄ſs. primæ ad Corinth. xv.

¶ His habitis ponit̄ p̄ria cōcluſio. ſ. q̄ Ieſus Chriſt⁹ dñatus eſt ſp̄ūaliter a mari Galileę vbi cœpit p̄dicare vſq̄ ad mare Oceanū: & a flumine Iordanis vbi fuit baptizatus & incepit baptizare vſq̄ ad terminos orbis terraꝝ. Et hoc ſucceſſiue p̄ loca & tēpora a p̄io aduentu vſq̄ ad ſcdm: ſicut dicit propheta & intendit. Iſta concluſio probatur p̄ ſingula. nā primo Chriſtus fuit natus in Bethleē iuxta vaticiniū ꝓphetę Micheę, v. vbi ilico fuit adorat⁹ a paſtoribus. & eodē die ſtella apparuit in oriente, cuius ducatu magi venerunt adorare eū. Itē eodeꝫ die oia idola iuxta mare Caſpium & Mœotides paludes & p̄ oia regna Aquilonaria inceperūt clamare regē pacis totius mundi eſſe natum: & flumen Nili exiuit p̄ ſeptē dietas extra alueū ſuū abſq̄ lęſione: & exinde intrat mare nēm p̄ ſeptē oſtia, vt ait Strabo. & Virgilius in ſexto. vñ ait. Hui⁹ in aduētu iā nūc & Caſpia regna Reſpōſis horrēt diuū: & Mœotica tellus Et ſeptē gemini turbant trepida oſtia Nili. Ex quib⁹ p̄ꝫ q̄ regnuꝫ Chriſti iā incepit p̄ multa ſigna manifeſtari p̄ oēs p̄tes mōdi: ſed regnū Chriſti quo ad effectū incepit i Iordane q̄ñ fuit baptizatus & baptizauit Ioāñē baptiſtā & ap̄ſos: & p̄dicauit iuxta mare Galileę: & miſit ap̄ſos ad p̄dicādū p̄ totā terrā ꝓmiſſiōis, quia tunc incepit manifeſte facere, & augere pp̄ꝫ p̄ regenerationē baptiſmalē. Et poſtea cōpleuit myſteriū nr̄æ redēptiōis in Hieruſ: & poſt reſurrectionē & aſcēſionē miſit oēs ap̄ſos & diſcipulos ad p̄dicandū euāgeliū omni creaturæ per vniuerſum mūdū. Et ſic patet q̄liter regnū Chriſti icepit a mari Galileę & flumine Iordanis: & ſic fuit dilatatum vſq̄ ad mare Oceanum occidētale & vſq̄ ad mare Indicum: & ad omnes terminos orbis terrarum ſucceſſiue per loca & tēpora per ap̄ſos. Nā primo Petrus cōuertit tria. M. & exinde p̄dicauit per totā Iudęā: & Philippus in Samaria & Galilea: & Bartholomę⁹ & Thomas profecti ſunt in Indiā: & Mattheus in Aethiopiam: & Simō & Iudas per totā Aegyptū & Chaldęam & Perſiam: & Iacobus in Hiſpaniam: & Paulus per Græciam & Italiam & Galliam. Et ſic paulatim incepit dilatari regnū Chriſti per ap̄ſos. Sed tñ magis fuit dilatatū & cōfirmatum per martyres & vltimo per doctores tp̄e Conſtātini: p̄ cui⁹ cōuerſionē oēs reges venerūt ad fidē Chriſti. Vnde Athanaſi⁹ miſit Eſiciū & Frumētiū ad Indos: qui confirmauerunt omnes oriētales & inſtruxerūt plenius in fide Chriſti. Et ſic Chriſtus in tribus Indijs regnauit per fidem. Itē tota regio Iberorum & Albanoruꝫ iuxta mare Caſpium venit ad fidem per vnam puellā vt narrat Euſebius. Itē tp̄e Auguſtini tota Africa erat ſub fide Chriſti & tota Hiſpania anteq̄ caperetur a Sarracenis prodimēto comitis Iuliani. & tota Gallia venit a fidē per Remigium tēpore Clodouei regis Francię. Itē vltimo Norvvegia in p̄tibus aquilonarib⁹ cepit fidem Chriſti anno dñi. M. CC. Itē tp̄e Heraclij tota Arabia & Aegyptus & Chaldęa & Perſia & Media & Parthia erat ſub fide Chriſti. Sed nr̄is p̄ctis & demeritis exigentibus ſurrexit deteſtabilis ſecta & hereſis Mohometi: q̄ maiorem partem mundi occupauit Sed hoc non derogat veritati prophetię: quia ſucceſſiue fuit impleta per Chriſtū & continue impletur. Nā in Aethiopia regnant multi reges Chriſtianoꝝ, cum ſuo patriarcha ſecundum ritum Iacobitarum: & in India Sinarū regnat magn⁹ preſbyter Ioannes tēporaliter & ſp̄ūaliter ſcdm rituꝫ Neſtoritaꝝ. Et iter Sarracenos viuit infinita multitudo Chriſtianorum ſcdm ritum Neſtoritarum & Iacobitarum & aliaꝝ ſectaꝝ: qui omnes colūt & adorant Chriſtū licet indebite. Itē licet Sarraceni nō adorāt Chriſtū adoratione nec cultu Latrię: tñ colūt & venerant̄ ipꝫ cultu duliæ & hypdulię, q̄a licet nō cōfiteant̄ ip̄m deū tñ cōfitent̄ ip̄m eſſe filiū dei ex ſp̄ū generatū ex Maria virgine. Immo ſi aliquis diceret oppoſituꝫ aot blaſphemaret Chriſtū aut matrē ei⁹ inter eos, grauiſſima pœna puniretur: immo Sarraceni habent odio Iudæos & affligunt & vituperant eos propter Chriſtum, eo q̄ perſecuti ſunt eum: licet nō credāt eius mortem & paſſionē: ſed dicūt q̄ q̄ñ Iudęi voluerūt Chriſtuꝫ occidere angeli rapuerunt eum de medio eoꝝ: qui venturus eſt in mūdū in fine mundi ad occidendū Antichriſtum: vt dicitur in Alcorano eorū. Ex quibus patet q̄ p̄ oēs p̄tes mundi Chriſtus ſucceſſiue regnauit & regnat hodie tēporaliter aut ſp̄ūaliter. Sed hoc magis complebitur in fine mundi poſt intentum Antichriſti: quando Iudæi & cæteri ſequaces Antichriſti videbunt ſe deluſos, quia tunc quęrent Chriſtianos per montes & ſpeluncas qui baptizant eos & inſtruant in fide Chriſti. Et ſic reuertentur ad dominuꝫ deum ſuum & ad Dauid. ſ. Chriſtū regem & Meſſiā ſuuꝫ vt patet Oſeę iij. Et ſic ex omibus nationibus mundi fiet vnum ouile & vnus paſtor ſub vno capite & rege Chriſto prout dictuꝫ eſt pſalmo. lxx. Et ſic tunc totaliter erit impleta tota iſta ꝓphetia: quia nō ſolum regnauit ſpiritualiter ſed etiam temporaliter a mari vſq̄ ad mare & vſq̄ ad omnes terminos orbis terrarum. Et per hoc patet reſponſio ad miſeros Iudęos. & hoc quo ad primum articulum. ¶ Quantum ad ſecundum eſt primo notandum ſecundum Ariſtotelem primo cæli & mundi. & ſcdm Ptolemæum & omnes philoſophos & aſtrologos: q̄ totus orbis ſimul cum terra diuiditur in duas partes equales & principales: ſcdm q̄ linea ęquinoctialis diuidit ip̄m in duo hemiſphęria. ſ. in hemiſphęrium Auſtrale & Aquilonare. & dicūt q̄ Auſtrale eſt vertex & caput mūdi: & Aquilonare eſt inferior & quaſi pedes & ſētina mundi. Dextrum autem mundi eſt pars orientalis. vñ principium motus primi mobilis. Et ſiniſtrum mundi eſt pars occidentalis ad quā eſt mot⁹. Et dicunt vlterius oēs philoſophi Aethiopes Bragmāi & Gymnoſophiſtę: qui ſpeculant̄ illā p̄tē Auſtraleꝫ & maxime Ptolemęus: q̄ ſtellę illius partis ſont maiores & lucidiores & nobiliores & perfectiores: & per cōſequens multo maioris virtutis q̄ aſtra & ſtellæ Aquilona-

tes. Et dicunt q̄ ille pol⁹ Auſtralis eſt multo maior & luci-
dior q̄ iſte noſter arctic⁹. Et iō eſt. nā tota illa ps ē caput mū
di & p ɔ̄ñs influētię ſūt nobiliores: & p cōſequēs maioris vir
tutis. Itē alij philoſophi & aſtrologi & etiā poetę nō derogā
tes ſupradictę diuiſioni diuidunt totā terrā in tres ptes. ſ. in
ptē Auſtralē Aqlonarē & Menſam ſolis mediā. vñ ptē Au-
ſtralē appellāt quicquid eſt vltra Tropicū Capricorni hye
malē & ptē Aqlonarē appellāt qcqd eſt citra Tropicū Cā
cri ęſtiualē. Mēſā vero ſolis appellāt totā terrā q̄ claudiť in-
ter Tropicos, eo q̄ ſol paſciť & vr̄ paſci p totā illā mēſā in-
cluſiue. puta quotidie in. xxiiij. horis paſcēdo ab oriente in
occidētē ad motū primi mobil': ſed a motu ꝓprio in. vj. mē
ſib⁹ a Tropico hyemali vſq; ad ęſtiualē: & ecōuerſo p alios
ſex mēſes. Et ſic p quādā metaphorā tota illa ps dr̄ menſa
ſolis, quā Vergi. appellat Zonā torridā, prio Georgi. quā
quidē mēſā ſolis meminit beatus Hierony. in ep̄la ad Pau
linū. in q̄ eſt magna ciuitas philoſophoꝝ q̄ dr̄ Ari, & q̄dam
alię quarū ciues & habitatores vt plurimū dant operā ſciæ
aſtroꝝ & reꝝ naturaliū. Iō illi dicuntur refici & paſci pabu
lo & cibo ſapiētię. ad quos philoſophos audiēdos venit A-
pollonius vt inqt Philoſtrat⁹. Quomodocūq; philoſophi di
uidāt terrā & totū cælū, tñ oēs in hoc cōueniūt q̄ ps auſtra
lis vltra Tropicū hyemalē eſt nobilior & fauorabilior & fer
tilior & felicior, eo q̄ eſt ſub nobiliorib⁹ aſtris: & p cōſeqns
recipit nobiliores influentias & maioris virtutis: q̄ iſta pars
nr̄a Aquilonaris: & q̄ tota mēſa ſolis. Et ſic fruct⁹ & oia na
ſcentia q̄ ibi germinanť ſunt pfectiora & maioris virtutis.

Z ¶ His habitis ponitur prima cōcluſio: q̄ paradiſus delitia
rū: vñ Adā fuit expulſus: eſt aſſignanda in illa parte Auſtra
li vltra menſā ſolis & ambos tropicos. Iſta concluſio pōt ſic
deduci. nā nobiliſſima pars terrę debet collocari ſub nobi-
liori pte cæli. ſed illa paradiſus delitiaꝝ eſt hmōi. ergo. Ma
ior eſt nota. qa bonitas & fertilitas terrę ineſt ſibi ex nobi-
li influentia aſtroꝝ & aſpect⁹ cęli: ſed iā dictū eſt ex mente
Ariſtotelis & oim philoſophoꝝ, q̄ illa eſt nobilior ps cęli.
Minor aūt ꝓbať, ex dictis ſacrę ſcripturæ & ſacroꝝ docto-
rū. nā illa terra ſponte abſq; oi labore humano ꝓfert fru-
ct⁹ ſuauiſſimos ꝓ vita hūana cōſeruāda: & inter cætera ꝓ-
fert lignū vitę, cui⁹ fruct⁹ pōt vitā hoim in ęternū ppetuare
vt pʒ Geñ. ij. & iij. put hodie nutrit Heliā & Enoch. ergo
ſequiť q̄ illa terra eſt cæteris nobilior & foecundior & ma-
gis virtuoſa & amoena & delectabilis i oi gñe delitiaꝝ: qa
iō dr̄ paradiſus delitiaꝝ. Itē in illa terra hoies nō ſeneſcūt
nec īfirmāť nec miſerias patiunť: ſed hoc nō eſt niſi ex fauo
re optię influētię cęli & aſtroꝝ: ergo illa paradiſ⁹ eſt in illo
hemiſphęrio Auſtrali q̄ eſt optia & nobilior ps toti⁹ terræ:
& in nobiliori aſpectu cæli: eo q̄ ē vertex & caput mundi.
Itē hoc pōt ꝓbari a ſufficiēti diuiſiōe. Nā illa padiſ⁹ vel eſt i
hemiſphęrio Aqlonari, aut Auſtrali, aut in mēſa ſolis iter
tropicos. Nō primū vt pʒ p oia climata in quib⁹ nos degi-
mus & exulam⁹ inter beſtias & tribulos & ſpias ſubiecti tot
miſerijs & malis: vbi nulla pōt eſſe felicitas: ſʒ miſeria & la
bor & dolor &c. Nec talis padiſ⁹ pōt eſſe in mēſa ſolis inter
Tropicos. Prio quia tota illa terra ē ſabuloſa & arida & in-
aquoſa & ſterilis & infoecūda & deſerta, qa q̄ñq; p. lxx. die
tas nō repiť ppl's aliquis inter Garamantes & Agiſbam: &
inter Nubiā & Meroē p. xxx. dietas pegrināť Aethiopes:
vbi plurimi moriuntur fame p itinera. Et q̄ñq; ventus Aq-
lonaris eleuat ſabulū ad modū nebulę. & ſic ſuffocat hoies
& coquit inter arenas: ex quoꝝ carnib⁹ fit Momia. Ex qui
bus pʒ q̄ illa terra non pōt eſſe foecunda q̄lis eſt padiſus
terreſtris. Itē illa terra ſemp eſt ſubiecta intēſis & intolera
bilibus ardoribus & æſtui ſolis. vñ qñ ſol eſt i ſignis auſtrali
bus opʒ vt hoies fugiāt ad Tropicū ęſtiualē & ecōuerſo: in-
tantū q̄ cōtinue hoies vaganť & pegrinanť fugiendo ardo
rē & ęſtū ſolis. Ex quibus pʒ q̄ illa terra nullo mō pōt eſſe
delectabilis nec amoena ad habitādū: nec hoies in ea viuē
tes poſſunt eſſe felices: prout narrāt illi Aethiopes qui ve-
niūt ad nr̄as ptes: & put p experiētiā nouerunt philoſophi
nr̄i, quoꝝ notitia puenit vſq; ad mōtē lūę, p. xv. grad⁹ vltra
ęqnoctialē, vñ decurrūt fōtes Nili. Ex qb⁹ oib⁹ religť & cō-
cludiť, q̄ padiſus delitiaꝝ ſituať vltra Tropicū hyemalē in
hemiſphęrio Auſtrali. Vñ forſan ad hūc ſenſū ſunt intelligē
da illa verba. Geñ. iij. ſ. cū Adā audiſſet vocē dñi deābulātis
ad aurā poſt meridiē abſcōdit ſe &c. Nā aer illius loci dr̄ au
ra rōne bonitatis & lucis ſuauiſſimę & tēperatę & delecta-
bil'. Et dr̄ eſſe poſt meridiem ratione loci eo q̄ illa regio eſt
ſituata vltra meridiē. i. poſt menſam ſolis q̄ dr̄ meridies. Vñ
hęc eſt differentia inter meridiem & auraʒ. Nam Meridies
idē eſt q̄ lumē intēſiſſimuʒ cū calore exceſſiuo, q̄le eſt inter
Tropicos. & iō tota illa ps terræ dr̄ meridianuʒ ſiue meridi
es. ſed aura idem eſt qđ aer ſuauiſſim⁹ & vitalis & tēperate
lucid⁹ & calid⁹: q̄lis eſt in illo hemiſphęrio ꝓpter fauorem
ſtellaꝝ. Et ſic pʒ q̄ p aurā poſt meridiē itelligiť illa ps Au-
ſtralis q̄ ſituať poſt meridiē. i. poſt & vltra mēſaʒ ſolis. q̄ qdē
ps dr̄ paradiſus delitiaꝝ: q̄ fuit data primis parētib⁹ in hæ-
reditatē, a qua fuerūt expulſi ꝓpter pctm̄ in hanc vallē la-
chrymaꝝ & miſeriæ citra Tropicū capricorni. quo quideʒ
Tropico illa paradiſus ſepta & vallata: ne quis poſſit acce
dere. in quo quidem Tropico generať ignis maxie dum ſol
eſt in ſignis Auſtralibus: qñ ſol appropinquat ad oppoſituʒ
augis. Vñ ille tropicus igne⁹ eſt ille gladius verſatilis & chō
phęa flāmea quā poſuit deus inter paradiſum & nos: ne pri
mi parētes aut filij eoꝝ poſſēt illuc accedere ad comeden-
dūm de ligno vitæ: ne forte viuerent inæternum. Geñ. iij.
¶ Scđa cōcluſio, q̄ nō ſolū paradiſus delitiaꝝ eſt i illa pte A
Auſtrali: ſed etiā totū illđ hemiſphæriū fuit datū in paradi
ſum primis parētib⁹ ad habitādū cū oib⁹ ſuis poſteris tanq̄
regnū hęreditariū. ꝓbať. Nā ſi Adā nō peccaſſet: nunq̄ fuiſ
ſet mortuus: nec aliquis de poſteris ſuis: ſed edēdo de ligno
vite duxiſſent vitā felicē in lōgiſſimū tēpus ſucceſſiue: & ſic
multiplicata fuiſſet eoꝝ gñatio in imenſum: poſtq̄ ibi nulla
futura erat peſtilentia nec infirmitas nec iter eos aliquis ſte
ril'. Et per cōſequēs illa gñatio occupaſſet totū illđ hemiſ-
phæriuʒ. quia paruus & arct⁹ loc⁹ nō potuiſſet capere tā co
pioſā gñationem. Et ſic nulla pars illi⁹ hemiſphærij fuiſſet
fruſtra nec vacua: ſed tota populata illa felici gñatiōe. nec
eſt dicendū q̄ in illa felici regiōe ſint ꝑrupta mōtiū nec ꝑ-
cipitia nec maria nec paludes: niſi inquātū illa quattor flu-
mina lētiſſimo & ſuauiſſimo curſu & meatu irrigant totam
illā regionē & hortū delitiaꝝ: & in fine hemiſphærij iuxta
Tropicū ſubmerguntť & p meat⁹ ſubterraneos ebulliunt &
emanāt p quoddā æqlibriū in hac nr̄a pte Aquilonari. Naʒ
tigris & euphrates oriūť ex mōtib⁹ Armenię: & Phiſō q dr̄
Gāges ex mōtib⁹ Indoꝝ: & Geō q dr̄ Nilus ex mōtib⁹ Ae-
thiopię. Inde rigant terrā nr̄am cū magno ipetu & fragore.
Ex ſupradictis patet q̄ de⁹ nō creauit fruſtra illā partē Au-
ſtralē & felicē paradiſū: qa eā creauit ad felicē hitationē ꝓ
Adam & poſteris ſuis: quam perdidit propter peccatum.
¶ Tertia cōcluſio. q̄ in illa pte Auſtrali dñať Chriſt⁹ & co
liť & adorať. ꝓbať. Nā ibi viuūt Helias & Enoch ꝓtrahen
do vitā felicē p eſū ligni vitę, qđ pdidit Adā: & ibi ſūt i ſūma
& continua cōtēplatione dei: expectantes ſcđm aduentum
Chriſti. immo expectant vt ꝑueniant aduentū Chriſti pro
ſcribendo teſtimoniū de Chriſto cōtra Antichriſtum. quia
ꝑdicabūt legē euāgelicā cōtra eū & ſuos ſeq̄ces: ꝓpter quaʒ
fidē ſunt martyrio coronandi: vt patet Apoc. xj. Ergo ſequi
tur q̄ Helias & Enoch ibi adorāt & colūt Chriſtū tanq̄ do
minū & redēptorē & verū Meſſiā: & p cōſequens ibi adora
tur & coliť Chriſt⁹. Itē Chriſtus poſt reſurrectioneʒ intrauit
paradiſuʒ delitiaꝝ cū tota turba ſctōꝝ patrū & fideliū ve-
te. quos de libo & purgatorio iferni liberauerat: & habita-
uit cū illis in illa felici paradiſo vſq; ad diē aſcēſſionis. Et per
totos illos quadraginta dies tanq̄ dñs illius hæreditatis ſe-

dit ibi:vbi tota illa ſocietas adorabat & colebat ipm̄ tanꝙ
deū & dn̄m.vbi nō defuerūt agmina angeloꝝ cantantium
eius triumphum & laudantiū eū.Et poſt.xl.dies a reſurre
ctione aſcēdit in cælū cū tota illa ſancta ſocietate:& cepit i
poſſeſſionē & hereditatē illud cęleſte regnū a patre ꝓ ſe &
ſuis:& ſedit a dextris pr̄is tanꝙ vl̄is iudex & dn̄s:q tenens
cathędram in cęlis iugiter iudicat in terris occulto iudicio
vſq; quo veniat ad iudiciū vl̄e cum ptāte magna & maieſta
te.vt dictū eſt pſal.viij.Ex quib⁹ oib⁹ cōcludit ꝯcluſio prin
cipalr intēta.ſ.ꝙ Chriſt⁹ dn̄atus eſt nō ſolū in hoc nr̄o he
miſphęrio a mari vſq; ad mare & a flumine vſq; ad termi
nos orbis terraꝝ:ſed & dn̄at⁹ eſt in iferno:qa libū & purga
toriū expoliauit:& dn̄at⁹ eſt & dn̄at i toto hemiſphęrio au
ſtrali in illa felici paradiſo:qa ibi ſedit cū tota illa felici ꝑda
tanꝙ dn̄s a reſurrectiōe vſq; ad aſcēſionē:& ibi etiā adorat
& colit ab Enoch & Helia:& dn̄at & dn̄abitur & regnabit
in cęlo per ſcl'a ſcl'oꝝ.Et ꝑ hoc pt; rn̄ſio ad rōnes curioſoꝝ
B & aſtrologoꝝ.¶ Et ſi querit quō potuit iſi exire Adam cū
vxore ſua qn̄ fuit expulſus:& quomodo potuerunt intrare
Helias & Enoch qn̄ fuerunt rapti in illā paradiſum,cū to
ta ſit circūdata gladio verſatili:& thōphęa ignea illi⁹ tro
pici capricorni &c.Ad hoc rn̄det,ꝙ Adā; cū Eua miniſte
rio āgeloꝝ fuerūt ſup flāmas illi⁹ Tropici eleuati & ad par
tes nr̄as trāſlati.Et eodē modo fuit introductus Enoch qn̄
fuit rapt⁹ i padiſū.vt pt; Gen̄.v.& Eccl'iaſtici.xliiij.Et eo
dē mō fuit introduct⁹ i illā padiſū Helias qn̄ fuit rapt⁹ i cur
ru igneo:vt pt;.iiij.Reg.ij.Sed ex dicta poſitione inſurgit
grādis dubitatio.Nā manifeſtū eſt ꝙ ſol motu ꝓprio mo
uet in circulo obliquo a Tropico ad tropicū.ergo ſicut per
acceſſū ad nos cauſat intēſā æſtatē & calorē,& ꝑ receſſū in
tēſam hyemē in ptib⁹ Aqlonarib⁹:ita pīter ꝑ oppoſitum ꝑ
acceſſum ad aliū Tropicū cauſabit inteſum æſtū & ꝑ receſ
ſum intēſā hyemē in hemiſphęrio Auſtrali.imo maiorē &
inteſiorē calorē cauſabit ſol ꝑ acceſſū ad illā ptē:q̄ ad iſtam
Et ita eſt dicēdū de cōiūctionib⁹ planetaꝝ iter ſe & cū alijs
aſtris & ſignis.qa eoſdē effect⁹ cauſabūt:& eaſdē peſtilētias
& ſterilitates i pte Auſtrali:ſicut i Aquilonari:poſtq̄ ęq̄ mo
uent planetę inter hæc duo hemiſphęria.Itē ſicut tota ter
ra q̄ ē ſub polo arctico nō habet niſi vnā noctē & vnū diem
in toto anno,qa ꝑ ſex mēſes dū ſol ē in ſignis Auſtralib⁹,ſp
eſt nox ſub hoc noſtro polo:& ꝑ cōſequens ſemp eſt dies in
alio:& ſic ecōuerſo ꝑ alios ſex mēſes:cū eſt dies in noſtro
ſemp eſt nox in altero:& ꝑ conſequens nulla pōt eſſe amœ
nitas nec delectatio habitātibus nō ſolū circa illū polū:ſed
nec etiā habitātib⁹ i cęteris climatib⁹ a polo vſq; ad Tropi
cū capricorni:poſtq̄ accidūt eadē infortunia & varietates in
toto illo hemiſphęrio,ſicut in nr̄o. Et ꝑ cōſequēs nō pōt eē
tāta felicitas ibi ſicut cōuenit & narrat de paradiſo delitia
rū i ſcriptura.Ad hoc rn̄detur ſcd'm Auicēnā:ꝙ oia aſtra cę
li tā illa q̄ ſūt in Zodiaco:q̄ illa q̄ ſunt extra,hn̄t ſuas pro
prietates & q̄litates:q̄dā bonas & q̄dā malas:ſicut habēt &
planetę.Et iō qn̄ planeta mittit radios ſuos ad aſtra nr̄a q̄
ſunt extra Zodiacū:cauſat effect⁹ diuerſos apud nos ſcd'm
diuerſitatē qualitatum aſtroꝝ:& ſic planeta malitioſus ex
mixtione ſuę influētię cū influētia aſtri malitioſi cauſat pe
ſtilētias aut ſterilitates aut bella & diſcordias aut tempeſta
tes & cętera ifortunia apd̄ nos ſcd'm diſpoſitionem aſpect⁹
hoc idē facit ſol ſcd'm mixtionē radioꝝ cū alijs aſtris quo ad
calorē & alias influētias.Et ſic patet ꝙ non ſolū acceſſus &
receſſus planetaꝝ ad nos:aut cōiūctio eoꝝ inter ſe eſt ꝑci
ſa cā varioꝝ effectuū:ſed mixtio influentiaꝝ eoꝝ cū noſtris
aſtris q̄ ſunt ſupra nos.Sed qa oia illa aſtra q̄ ſunt in hemiſ
phęrio Auſtrali ſunt bona & fauorabiliora & magnę virtu
tis,prout dictum eſt:iō nullā pn̄t recipere malā influentiā a
planetis:imo reſiſtūt malitię eoꝝ itm̄ ꝙ nullum pn̄t facere
nocumentū i toto hemiſphęrio vltra capricornū ꝓpter vir
tutes illaꝝ ſtellaꝝ ꝓhibētiū malitiā planetaꝝ.Et ita ē dicē
dū de radijs ſolarib⁹,qa nō pn̄t cauſare intēſū & iordinatū
calorē & æſtū cū illis aſtris ſicut cū nr̄is,ꝑ eandē rōnē ꝓpter
nobilitatē & tēperātiā illoꝝ.Et ſic planetę nl̄lū pn̄t cauſare
nocumētū nec diſproportionē i illis ptib⁹ ꝓpter benignita
tē & fauorē & virtutē illoꝝ aſtroꝝ reſiſtētiū malitię plane
taꝝ.¶ Ad ſcd'm argumentū rn̄det,ꝙ tota illa ps iō dr̄ Au
ſtralis,qa ſemp ē lucida & illuminata lumine ſuauiſſimo &
tēperatiſſimo illoꝝ aſtroꝝ:& maxie lumine tēperatiſſio &
ſufficientiſſimo ad illuminandū totū illud hemiſphęriū cū
cęteris aſtris illius ptis.& iō totus aer illius regionis dr̄ aura
rōne illius bonitatis & lucis tēperatę:eo ꝙ ille aer eſt totus
tēperatiſſim⁹ luie ſuauiſſimo illuſtrat⁹ & ſaluberrimis iflue
tijs fauorat⁹ ad delectationē viuētiū & ad fœcunditatē ter
rę.Iō dr̄ paradiſ⁹ delitiaꝝ & ps mūdi Auſtralis:& ſtella il
lius ppr̄i dicit Auſter gręce ſiue Canopus.qd̄ latine interꝑ
tat lucidū & ſuauiſſimū & vberrimum & vitale.a quo Au
ſtro tota illa pars dr̄ auſtralis.i.amœna & lucida & ſaluber
rima & vberrima & delectabilis & amœna.& ideo dr̄ aura
poſt meridiem ſicut dictum eſt.Ex quib⁹ pt;:ꝙ ſicut ꝑ pſē
tiā ſol' nō pturbat aura i ſuo lumine & calore in tota parte
Auſtrali:ita ꝑ abſentiā ſolis non deficit lumē cōueniens ad
vitā felicē & delitias hoim circa polū Auſtralē. Et ſic pt; ꝙ
nullū incōueniēs ſequitur ex iſta poſitione:ſed multa & plu
ra incōuenientia ſequerēt:ſi paradiſus delitiaꝝ collocaret
ſub linea ęquinoctiali inter Tropicos ꝓut quidā dicunt aut
circa Tropicos i parte oriētali,ſicut alij autumāt:qa vt'aq;
iſtarū partiū eſt ſubiecta multis miſerijs:vt patet.

Q Vam bonus Iſrael deus:his qui recto
ſunt corde.

¶ Titulus Pſalm⁹ Aſaph. Ex hoc Ra.Sa.& mul
ti hebræi moderni dicunt ꝙ Aſaph fecit hunc pſal.& decē
ſequētes ipi Aſaph ititulatos:ſed dictū eſt in pricipio,ꝙ iſti
nulla rōne nec auctoritate hoc ꝓbant.immo ꝓbat oppoſi
tū.ſ.ꝙ Dauid fecit oēs pſal.vt dictū eſt in pricipio lib.& in
fine pſal. ꝑcedētis.Sed iſte pſal.attribuit ipſi Aſaph tanꝙ
cantori,vt inquit Aug. Ad cui⁹ intellectū eſt notandū vt le
gitur primi paralypomenon.xv.&.xvj.ꝙ Dauid q̄tuor ele
git cātores ad cantandū pſal.in domo dn̄i. In primo ordie
elegit Aſaph:q erat de filijs Gerſon.in ſcd'o Emā de filijs
Chore & Zahat.in tertio Ethan de filijs Merari.in quar
to Idithū de filijs Merari.Sed in veritate Ethā idē eſt qd̄
Idithū:q fuit binomi⁹.& ſic nō fuerūt niſi tres cātores tātū.
Et hos elegit ex magno myſterio,iquātū ꝑ ipos q̄tuor figu
rabat eccl'ia.Nā inquātū eccl'ia Chriſti eſt cōgregata ex oi
b⁹ fidelib⁹,figurat ꝑ Aſaph:qui interꝑtatur electio ſeu cō
gregatio.Inquātū vero eccl'ia eſt cōgregata ex fidelib⁹ ele
ctis ex ſynagoga reprobata & pp'lo gētili:quoꝝ patres fue
runt reprobati:figurata eſt ꝑ filios Chore ꝓuenientes ex
patre reprobato.Inquantū vero eccl'ia Chriſti aſcendit ad
culmē grę & glię:& fuit fortis & robuſta contra infideles &
tyrannos & hæreticos:figurat ꝑ Ethan,q interꝑtatur aſcē
dens & fortis & robuſtus.Inquātū vero eccl'ia Chriſti trāſi
liuit ſynagogā:& adepta eſt brauium legis grē,figurat per
Idithum q interꝑtat tranſiliēs eos.Sic ergo Dauid cōmiſit
& deputauit pſalmos iſtis q̄tuor cātorib⁹ cātādos vnicuiq;
iuxta interꝑtationē ſuā & ꝓprietates prout materia pſal.
ſpūaliter & myſtice exigebat.Et iō quia materia hui⁹ pſal.
& decē ſequentium dirigitur toti eccl'iæ ſimpliciter. & toti
cōgregationi fideliū:iō intitulant ipi Aſaph::cui fuerūt aſſi
gnati tanꝙ cantori.Vn̄ nō ſolū iſti vndecim pſalmi aſſigna
ti ſunt ipi Aſaph:ſ; etiā alleuiatici:vt patet primi paralypo
menon.xvj.vbi dicit ꝙ in illo die fecit Dauid pncipem ad
cōfitendū dn̄o Aſaph & fr̄es eius &c. Et cātate dn̄o ois ter
ra &c.Et cōfitemini dn̄o qm̄ bon⁹ ē &c.Per hunc ergo titu
lū nihil aliud habetur,niſi ꝙ Dauid fecit hunc pſal.& aſſi
gnauit ipm̄ cantandum ipſi Aſaph & fratribus eius,eoq; i

hoc pſalmo agitaꝛ q̄dā difficilis q̄ſtio directe expoſita toti
eccliȩ. Vñ queſtio eſt iſta. ſ. quare deus in hoc mundo per-
mittit malos & inquios proſperari: & bonos et iuſtos mul-
tipliciter flagellari: & a malis & iniquis conculcati & vexa
ti. Nā ex hoc ſequiꝛ ꝙ aut deꝰ eſt iniuſtus talia ſuſtinendo
aut ꝙ non curat nec habet prouidētiā de his inferioribꝰ &
actibꝰ hoiꝫ. & hāc qoeſtionē itroducit & mouet Dauid in ꝑ
ſona corpis myſtici ſiue hois myſtici in quo ſunt diuerſa mē
bra, quoꝝ q̄dā ſunt ſana & firma & q̄dam infirma. ¶ Et, iō
in pſona iſtius hois myſtici rōne mēbroꝝ infirmoꝝ intro-
ducit hanc q̄ſtionem. Et duo facit. Nā primo in pſona mē-
broꝝ ſanoꝝ dicit. O q̄ bonus eſt deus Iſrľ his qui recto ſūt
corde. quaſi dicat ꝙ quicquid deus agit vel pmittit ſemper
cedit in vtilitatē & meritū & gl'iam eoꝝ qui recto ſunt cor-
de: ideo deus ſemp eſt eis bonus & miſericors. Sed in pſona
& oſone mēbroꝝ infirmoꝝ cōqueritur & admiraꝛ & heſi
tat de hac q̄ſtiōe. vñ tria facit. Nā primo facit q̄d dictū eſt.
Scđo negat ſequelā: immo ꝓbat reuocādo falſam opinio-
nē: ꝙ licet deꝰ iſta ad tp̄s pmittat: tñ ip̄e ſemp manet iuſtꝰ:
& habet curā & ꝓuidētiā de actibꝰ hūanis. Tertio dādo ſa
lubre conſiliū & doctrinā dicit hanc q̄ſtionē eſſe inſolubilē
in hac via. ſ. q̄re deꝰ iſta pmittit, imo dicit ſe neſcire ſoluere
hanc q̄ſtionem. ſcđm ibi. Si dicebam narrabo ſic &c. tertiū
ibi. Quia inflammatū eſt cor meum. Iſte ergo homo ifirmꝰ
incipit dubitare de diuina prouidentia, dicens.

## Mei autem pene moti ſunt pedes: pene effuſi ſunt greſſus mei.

¶ Pedes mei. i. affectus & cōcupiſcētia mea moti ſunt pene
. i. fere & quaſi: & greſſus. i. cogitatio & intentio fuerunt mo
ti a rectitudine: & effuſi huc & illuc dubitando & titubādo
de diuina prouidentia. Ideo ſunt moti & effuſi ad ſequen-
dum malos & peruerſos. ¶ Nota ꝙ pedes animȩ dicuntur
Bb cogitationes quibus aiȩ diſcurrit & graditur huc & illuc. &
hoc ptinet ad cogitatiuā potentiā: q̄ negotiatur circa parti
cularia, tam ſenſata q̄ non ſenſata. & qoia dum in dubio eſt
animus huc & illuc impellitur: iō q̄nq; deuiat & mouetur a
ratione & ſequitur ſenſualitatem eligendo partem peio-
rem. & hoc eſt quod dicit. mei autem pene moti ſunt pe-
des &c. Et hoc accidit,

## Quia zelaui ſuper iniquos: pacem peccatorum videns.

¶ Id eſt cum indignatione & inuidia æmulatꝰ ſum ſup ini-
quos volendo eos ſequi, vidēs pacē & quietē & felicitatem
pctōrū. quaſi dicat: tētatus fui ſequi pctōres & iniquos vidēs
pacem & quietem & proſperitatem eorum.

## Quia non eſt reſpectus morti eorum: & firmamentum in plaga eorum.

¶ Id eſt qa diu viuunt: & ſi aliqñ habent aliquā aduerſita
tē aut plagā tñ nō eſt firmamētū nec duratio i plaga eoꝝ.
quia cito liberanꝛ a quacūq; aduerſitate. Vñ rō quare diui
tes diu viuunt, eſt qa non ſe exponūt tot periculis ſicut pau
peres ꝓpter neceſſitatē ad q̄rendū victū & veſtitū: & habēt
modū cuſtodiendi ſe a periculis & ſeruādi & ꝑſeruandi. Et
cauſa quare non eſt firmamentum & duratio in plaga &
īfirmitate ſeu aduerſitate eoꝝ, eſt: qa hñt diuitias & bona
tpalia cū quibꝰ poſſunt remediū adhibere & liberari: quod
minime obtinēt pauperes. Et ſic ex neceſſitate ſe exponūt
multis periculis. Vñ moltipliciter mors pauperū ꝓperat &
acceleratur: & cum difficultate & raro a plaga & infirmita
te liberatur. Et ſic eſt firmamentū & duratio in plaga pau-
perū Per oppoſitum autem diuites mali.

## In labore hominum non ſunt: & cum hominibus non flagellabuntur.

¶ Quia nō ſunt in cōi labore hoiꝫ. Et ideo nō flagellabūꝛ



ita frequenter cum hoibus: immo videntur excepti & exē-
pti a cōi vita & labore & miſeria & aduerſitate hoiꝫ.

## Ideo tenuit eos ſuperbia: operti ſunt iniquitate & impietate ſua.

## Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorū: tranſierunt in affectum cordis.

¶ Hæc eſt cauſa qoare tenuit eos ſupbia, quia putant non
hr̄e deū ſupra ſe: & ſic ex tali ſupbia opti & repleti & valla
ti ſunt iniquitate & iniuſtitia & impietate contra pauperes
& iuſtos eos vexādo & affligendo et expoliando. q̄ qdē ſup-
bia & iniquitas prodijt & emanauit ex diuitijs & ꝓſperita-
te longa. q. d. ex adipe & pinguedie. Nam ſicut magna pin-
guedo & quies & otiū ꝓuocat equū ad ſupbiā & petulantiā
& laſciuiā: ita diuitiæ & lōga ꝓſperitas ꝓuocāt hoieꝫ ad ſu
pbiā & cōtēptū dei & alioꝝ. Et ſic ſupbia & iniquitas iſtoꝝ
diuitū maloꝝ ꝓdijt in eis ex longa proſperitate & abundā
tia. Et ideo tranſierunt & proceſſerunt in affectū cordis, qa
qcqd deſiderarūt, obtinuerūt: & qcqd voluerūt facere fece-
runt, & ad effectum deduxerunt contra pauperes & iuſtos
& ſimplices. Et cōpleuerūt & expleuerunt deſideria ſua in
voluptatibus & flagitijs & ſceleribus &c. Et ſic etiam ex cō
tinuo otio

## Cogitauerunt & locuti ſunt nequitiam: iniquitatem in excelſo locuti ſunt.

## Poſuerunt in cęlum os ſuum: & lingua eorum tranſiuit in terra.

¶ Cagitauerūt & locuti ſunt oēm neq̄tiā cōtra deū & ꝓxi-
mū. Et locuti ſūt iniquitatē in deo excelſo: dicentes ꝙ deus
nō ē aut ſi eſt, nō curat iſta iferiora, nec pōt eis reſiſtere nec
liberare iuſtos et paupes de manibus eoꝝ. ſicut dicebant
Pharao: & Sennacherib: & Nabuchodonoſor: & Iulianus
apoſtata & Diocletianus. Et iſti blaſphemi poſuerūt os ſuū
in cælū contra deū. Et lingua eoꝝ trāſiuit & durauit in hac
terra p aliqd̄ tp̄s ſine punitione. Nota ꝙ multipliciter tyrā
ni loquunꝛ in cælū: & ligua eoꝝ trāſit in terra. Prio qa pe-
netrant cęlū blaſphemādo ſicut Sēnacherib: q̄ dicebat deū
Iſrľ non poſſe liberare Ezechiā de manu ſua. q̄rti Re. xviij.
Et Iulianus apoſtata qui vocabat Ieſū irridendo Galileū.
Scđo qñ lingua eoꝝ tranſit metas rōnis. Tertio qñ trāſit
p lōga tp̄a ſine punitione. Quarto trāſit lingua eoꝝ in ter-
ra: qñ oīa mala q̄ ꝑcipiūt adimplētur p ſatellites eoꝝ. Tūc
hæc eſt cauſa quare pauperes & ſimplices videntes iſtos ini-
quos tot ſceleribus impune tranſire: titubant & titubarunt
de diuina prouidentia & iuſtitia. Et ſic ſequitur.

## Ideo cōuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis.

¶ Iō. i. propter iſta ſupradicta ppl's meus. i. gentes ſimpli-
ces & populares ppl'i mei, ſiue populares mei & paoperes
cōuertenꝛ. i. cōuerſi ad ſe & in ſe dubitabūt & titubabūt &
hęſitabunt hic. i. in iſto paſſu cogitando ſupradicta: & dies
pleni. i. dies multi inuenienꝛ in eis in tali cogitatione. Qua
ſi dicat. p dies plenos & multos & per totā diem cogitabūt
inquirendo huiuſmodi myſterium & quærendo de hoc du
bio Vñ qō quis videt talia ſcelera impunita dr̄ cōuerti in ſe
& nō vltra ire ſed ſcādalizari, & ibi cogitationē figere p to
tam diem. Ideo ſequitur.

## Et dixerunt: quomodo ſcit deus: & ſi eſt ſcientia in excelſo?

¶ In tali cogitatione dixerūt iſti ſimplices populares. i. du
bitauerūt inter ſe: ſi ſcit & curat iſta: & ſi. i. vtrū ſit ſcia & ꝓ-
uidētia in deo excelſo de iſtis inferioribus & de actibꝰ hūa
nis. vñ dubitādo dixerūt: quō ſcit deus iſta: cū ita tranſeant

impunita: quaſi dicat dubiū eſt an ſciat deus: & an ſit ſcientia iſtoꝝ in deo excelſo. Nam ſi ſciret non pmitteret. Et ſic quaſi deſperati dubitarūt an iſta fierent a caſu & fortuna, & hoc probant ſimul de proſperitate maloꝝ & aduerſitate bonorum. Et ideo dicebāt iſti ſimplices iuſti dubitantes Non eſt mirum ſi dubitamus an deus ſciat & curet iſta: & an ſit ſcientia & prouidentia de iſtis in excelſo.

## Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſæculo: obtinuerunt diuitias.

❡ Quia ecce ipſi peccatores & ſcelerati abundantes i hoc ſæculo obtinuerunt diuitias & bona temporalia: & dignitates &c. Et nos per oppoſitū continue ſumus in afflictione, & paupertate, & aduerſitate, & perſecutione.

## Et dixi: ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum: & laui inter innocentes manus meas.

❡ Dixit vnuſquiſq; iuſtus. ergo ſine cauſa & fruſtra & ſine pręmio iuſtificaui cor meū, diuina pcepta ſeruando, & opera miſericordie adimplendo: & laui manus meas inter innocentes: ab oīni rapina & mala operatione eas phibēdo Nam ille iuſtificat qui nō proponit malū agere. Et ille, lauat manus inter innocentes qui prohibet eas a mala operatione: & licet aliqoando proponat: tamē non progredit in effectum: & ſic ſe ſeruat innocentem in c pere.

## Et fui flagellatus tota die: & caſtigatio mea in matutinis.

❡ Fruſtra etiā & ſine cā fui flagellat⁹ tota die. i. toto tpē vitę meę flagella & aduerſitates patiēter ſuſtuli. & caſtigatio & flagellatio mea fuit in matutinis ari aurorā ſurgendo ad orationē & pniam &c. Quaſi dicat. Si oia iſta fruſtra feci & ſine pmio: ergo meli⁹ fuiſſet mihi cōmittere oia ſcelera & vitā duxiſſe in flagitiis & voluptatibus: & eueniſſent mihi C oia proſpera ſicut ipſis ſceleratis. ❡ Et nota q͞ caſtigatio iuſtorum dicit matutina. i. velox. Nā quando iuſti delinquūt in aliquo, cito & velociter caſtigat eos deus. Per oppoſitum caſtigatio ſceleratoꝝ eſt cōmuniter veſptina & ſera & tarda: quia deus non caſtigat eos vſq; ad mortem: qoia moriūtur quo ad corpus & aiam ad pœnā æternam. Vn̄ tales mala capiunt in interitu: vt patebit pſal. cxxxix. Vn̄ dicit Ambroſius, q͞ ilico ſi quis poſt peccatū flagellatur: hoc cedit ipſi in bonū. Nā ſignū eſt q͞ deus non ſeruat ipſi punitiones poſt mortē. Per oppoſitū malū ſignū eſt quādo ſcelerati nō flagellantur in hac vita: quia ſignum eſt q͞ deus ſeruat pœnam in aliam. Ideo ait Augu. Hic vre dn̄e: hic ſeca vt in æternum parcas. Et nota q͞ tot⁹ iſte diſcurſus hęſitationis de diuina puidētia maxime fuit in primitiua eccl'ia. Nā multi ſimplices chriſtiani vidētes dirā & atrocē perſecutionē tēpore Decii & Diocletiani inceperunt dubitare de fide catholica: & ore negabant Chriſtum, licet non corde: intantum q͞ Marcellinus papa adoleuit idolis incenſū: licet poſtea fuerit correctus & reconciliatus. & ſic multi fugiebant per montes & ſpeluncas: vt ſępe dictū eſt. Et ideo eccleſia in perſona infirmorum dicit iſta verba. ſ. pene moti ſunt pedes mei. i. fides mea quæ eſt fundamentum & pes quo gradior in hac vita &c. Vnde ſicut cogitatio & affectio quę ſūt pedes animæ dicuntur moueri a medio virtutis moralis: cū effundunt & egrediunt extra metas rationis: & ita dicit vitioſus homo: ita pariter cū quis egredit ad credendū, & eligendum, & ſequendum ea quæ ſunt extra limites fidei, & contra fidem ex timore aut ſponte: tūc dicit infidelis ſiue hęreticus. Ideo iſte homo & Chriſtianus infirmus decept⁹ ex ſupradictis dicit. Mei pedes pene moti ſu. [illegible]: & greſſus mei pene effuſi & egreſſi ſunt extra limites fidei ſupple: dubitando an deus curaret actus humanos: & an eſſet iuſtus talia tolerando. Ex quo patet q͞ dubitare & titubare eſt quaſi a fide & ei⁹ limitibus moueri & effundi.

## Si dicebam narrabo ſic: ecce nationem filiorū tuorum reprobaui.

❡ In hac ſcda parte reuocat falſam opinionem ſeu dubitationē quā habuit dubitando de diuina prouidentia: & iuſtitia. Vnde nota q͞ ſupradicta ſimul fuit quæſtio & dubitatio. Nam quæſtio fuit quare deus pmittit prauos proſperari: & iuſtos flagellari: & a malis cōculcari. Sed ex hac q̄ſtione ſiue ignorantia hui⁹ q̄ſtionis ſequit dubitatio: an de⁹ curet & regat actus humanos. nā ſi regit eos, videtur iniuſtus talia tolerādo: quia ſi eſt iuſtus nullū bonū debet relinquere irremuneratū, & nullū malum impunitū. Ideo in hac ſecuoda parte ſoluit dubitationem: oſtendēdo deū curare & regere actus humanos: & q͞ licet toleret iſta ad temp⁹: tamen finaliter relinquit nullū malum impunitū: nec bonū irremuneratū. ex quo patet q͞ eſt iuſtus iudex. & ſic reuocat falſam opinionē: quā ignorando & etiā cū zelo & iro tenuit dicendo ſupradicta. Vnde licet nō affirmatiue tenuit iſtam falſam opinionē: tamen dubitauit: & pene adhæſit illi, mot⁹ a limitib⁹ fidei. ideo dicit quaſi correctus: Si dicebam narrabo ſic: ecce nationē &c. Litera Hieronymi habet: Si narrauero ſic ecce nationē filioꝝ tuorum reliqui. & ſic litera eſt plana. Dicit ergo tranſlatio noſtra: ſi dicebam .i. ſi ſic dicendo narrauero ſerioſe & affirmauero. i. ſi ſic affirmarē vt dictū ſupra eſt: approbando & laudando vitam & proſperitatē malorum ſicut ſupra dixi ex paſſione & infirmitate deceptus: ecce. i. manifeſte patet q͞ reprobaui: & reprobarem nationem filioꝝ tuoꝝ. ſ. Abel, & Noe, & Abrahā, Iſaac, & Iacob, & Iob: & oīm apl'oꝝ & martyꝝ, & iuſtorum noui teſtamenti: qui ſemper fuerunt flagellati & vexati a malis tyrānis. Nam deus quos amat corrigit & flagellat. Prouerbio. xxv. Et patet per totum diſcurſum sacrę ſcripturæ. Quaſi dicat. ſi eſſet vera iſta opinio oīnes viri iuſti veteris & noui teſtamenti eſſent reprobati & decepti: qui ſemper paſſi ſunt patiēter flagella & perſecutiones propter deum. ſed hoc nemo poteſt ſcire ex humana inueſtigatione: niſi reuoloat & perſcrutetur ſacram ſcripturam: & ibi videbit ſolutionem huius quæſtionis. ſ. qualiter deus eſt iuſtus iudex: & nullum malum relinquit impunitum. Ideo ſequitur & ſubdit.

## Exiſtimabam vt cognoſcerem: hoc labor eſt ante me.

❡ Exiſtimabā vt cognoſcerem iſta p humanā inueſtigationem: ſed hoc labor eſt ante me. i. valde laborioſū: quia nū q̄ potui videre veritatem: donec adhibui ſtudiū ſacræ ſcripturæ. Ideo dicit.

## Donec intrem in ſanctuarium dei: & intelligā in nouiſſimis eorum.

❡ Sanctuariū dei. i. ſacrā ſcripturā: quæ dicitur ſacrariū & ſanctuarium dei: in quo recondūtur oia ſacra geſta ſanctorum patrū: in quibus latent ſacramenta Chriſti & eccleſię. Et ideo ſacra ſcriptura dicit ſanctuariū dei: quia ibi literaliter ſcribuntur geſta & dicta ſanctorum patriarcharum & prophetarum, & virorum iuſtoꝝ: ſed myſtice figurant oia myſteria Chriſti & eccleſiæ. Et intelligā in nouiſſimis eoꝝ, Vnde nota q͞ Dauid ſiue iſte homo infirm⁹ anteq̄ videret & contemplaret ſcripturā: ex ignorantia dubitauit: & zelauit zelo irę & inuidiæ ſup iniquos: ſed poſtq̄ ingreſſus eſt ſanctuarium ſcripturæ: ibi intellexit in nouiſſimis illorum malorum. Nam ibi vidit & legit qualiter omnes tyranni & iniqui licet ad tempus fuerunt proſperati: tamen miſerabiliter dies finierunt & vitam. Tunc cognouit nullum impium impunitum abire: & ſic cognouit deum mundum regere ex ſapienti prouidentia & iuſtitia. & ideo dicit. non intellexi donec introiuit in ſanctuarium dei: id eſt ſecretum ſacrę ſcripturę: & intellexi iſtā materiam in nouiſſimis & in

finibus eorum prauorũ. quaſi dicat. quia ibi vidi malum finem & exitũ maloꝝ: id eſt qualiter male finierũt omnes perſecutores iuſtorum: puta Chain, Pharao, Zeb, Zebeę, Salmana, Nero, Domitianus & cæteri. quaſi dicat: poſtq̃ inueſtigatione hũana iſta non potui reperire: conuerti me ad ſtudium ſacræ ſcripturę: & reperi veritatem huiuſmodi quæſtionis per punitiones malorum: & præmia iuſtorum. Ideo ſequitur.

Veruntamẽ propter dolos poſuiſti eis: deieciſti eos dum alleuarentur.

¶ Id eſt ego noui in ſanctuario ſacræ ſcripturæ quomodo: propter dolos & iniquitates iſtoꝝ prauoꝝ poſuiſti eis finem felicitatis ſuæ & proſperitatis: delendo eos a facie terrę: quia nõ pmiſiſti eos in ppetuũ ꝓſperari: immo deieciſti eos a proſperitate: dũ alleuarent̃ & exaltarentur: & etiam permiſiſti eos proſperari propter dolos: vt deciperentur in proſperitate: quia dũ fuerũt in culmine ꝓſperitatis: tũc deieciſti eos ad terrã. & ſic proſperitas eoꝝ fuit eis in dolũ & ſcandalũ & perniciẽ & in cauſam interitus & dammationis. Nam vt ait Plato & Auguſtinus, Diuitię mũdanę & dignitates ſunt bonis bonę & ſalubres: & malis malæ: & pnicioſæ. Nam boni bene vtendo adipiſcuntur gloriam & felicitatem per eas: & mali male vtendo ꝓpter eas pereunt hic & in futuro: vt ait Iuuenalis. Ideo ſequitur.

Quomodo facti ſunt in deſolationem: ſubito defecerunt: perierunt propter iniquitatem ſuam.

¶ Sicut Amam: & Seianus: & Nero. quia ſubito defecerũt & ceciderunt a dignitate & diuitijs: & perierunt corporaliter & ęternaliter propter iniquitatem ſuam. defecerũt dico ſicut ſomniũ. Nam vita & proſperitas mũdi eſt ſicut ſomnium cito euaneſcens & annihilabile. Nã ſicut quis, ſomniat ꝙ eſt rex & diues: ſed quando excitatur a ſomno nihil reperit: & viſa eſt ei illa felicitas & lętitia breuis & deceptoria: ita homo licet per longã vitam vixerit in proſperitate: tamẽ in morte videtur ſibi ſuã vitã & ꝓſperitatẽ fuiſſe breuiſſimam: & quaſi ſomniũ & vmbram: & non veram felicitatem: ſed quaſi imaginem felicitatis. Ideo ait.

Velut ſomnium ſurgentium: domine in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges.

¶ O tu domine rediges imaginem eorum. i. proſperitates eorum, quæ fuit quaſi quędam imago proſperitatis, rediges ad nihilũ a ciuitate & regno tuo: quia nunq̃ intrabunt in ciuitatem cæleſtem. rediges dico ſicut ſomniũ ſurgentium. i. eorum qui ſurgunt a ſomno. Vel poteſt ſic ordinari. Iſti praui ſubito defecerunt & perierunt a ciuitate tua: ſicut ſomnium ſurgentium deficit & annihilatur. & ſic imaginẽ eorum ad nihilum rediges. i. ꝓſperitatem fallacem. & etiã poteſt hoc literaliter referri ad plures: qui in hac vita fuerũt in tanta dignitate: quia imagines eoꝝ erigebantur in plateis & in foro. Sed fuerunt turpiter eiecti a dignitatibus & interfecti. Ideo poſtea imagines eorum fuerunt conminutæ: & ad nihilum redactæ: vt dicit Iuuenalis de Seiano: & etiam de Nerone: & Domitiano. Nam imago Seiani trahebatur per ciuitatem: vſquequo fuit lacerata. Nam iſta erat cõſuetudo tyrannorũ: qui dũ erant in proſperitate faciebant fieri ſibi imagines ex ære & metallo: & poni in foro & locis publicis ad perpetuã memoriã eoꝝ: vt ita venerarentur in abſentia ſicut in præſentia. Sed quãdo deijciebantur a ſtatu & dignitate: aut interficiebantur, tũc etiã imagines eoꝝ conterebañt: ſicut factum eſt de Seiano qui erat Neroni dilectus: intantũ ꝙ erat ſecundus poſt eũ: ſed tandem venit in iram Neronis. qui fecit ipſum interfici: & ad ripam tyberis iactari: vbi inimici eũ calcabant dicẽtes. Calcemus Cæſaris hoſtem. & trahebant imaginẽ eius per terrã & cõminuerunt eam. Vnde ad hunc intellectũ forſan dicit. Et imaginem eorũ ad nihilũ rediges &c.

Quia inflammatum eſt cor meum: & renes mei commutati ſunt: & ego ad nihilum redactus ſum & neſciui.

¶ Hic Dauid in perſona cuiuſlibet iuſti confitetur errorẽ ſuum: & ignorantiã: & impoſſibilitatem ad ſoluendã iſtam quæſtionẽ. In qua tria facit. Nam primo facit q̃d dictũ eſt. Secundo agit gratias: quia non manſit in illo errore. Tertio dat ſalubre conſiliũ & doctrinã. ſcdm ibi. Et ego ſemper tecum. tertiũ ibi. Quid enim mihi eſt. ¶ Quantũ autẽ ad primum iam dictum eſt ꝙ duo ſunt conſideranda in prædicta quæſtione. Primo ipſa quæſtio ſiue dubiũ in ſe. ſ. quare deus permittit malos proſperari: & iuſtos deprimi & affligi. Scdo conſiderandus eſt error, quem ignorãtes & fragiles inferebant ex ſupradicto dubio. ſ. ꝙ vel deus non curabat nec gubernabat actus humanos: vel ipſe erat iniuſt⁹ talia tolerando. Sed iam hunc errorem remouit Dauid in particula p̄cedente: oſtendendo ꝙ deus gubernat act⁹ humanos: & ſemper in ſupradictis manet iuſtus iudex: quia licet permittat malos ad tẽpus proſperari: tñ finaliter punit eos & annihilat eoꝝ proſperitatẽ: & deijcit eos dũ eleuãtur & exaltantur &c. Et ſic peccatũ eoꝝ nõ abijt impunitũ. Sed quid dicendũ de quęſtione in ſe. ſ. quare deus iſta permittit ad tẽpus fieri: quia interim patit̃ iuſt⁹? Ad hoc dicit Dauid: ꝙ licet ipe inflãmat⁹ deſiderio ſciendi: vel zelo & inuidia ꝓſperitatis maloꝝ, per longa tempora inueſtigauerit ſolutionẽ hui⁹ quęſtionis: intantũ ꝙ cogitationes eius fuerũt cõmutatę ad ſupradictũ errorẽ hæſitando & dubitãdo de diuina prouidentia & iuſtitia: tñ finaliter nunq̃ potuit peruenire ad ei⁹ ſolutionẽ: imo tanq̃ iumentũ fact⁹ eſt ignorans: & quaſi ad nihilũ redacta eſt ſcientia ſua in hac ꝑſcrutatione: eo ꝙ iſta q̃ſtio eſt inſolubilis & inueſtigabilis per ſcientiã humanã. Vñ intantũ fact⁹ fuit ignorãs & quaſi iumentũ & beſtia in hac inueſtigatione: ꝙ incidit in errorẽ & dubiũ de diuina iuſtitia & prouidentia. Ideo dicit. Aug. ꝙ qui quęrit ſolutionẽ huius quæſtionis & cauſam, videt̃ quęrere cauſã diuinę volũtatis: cuius nulla eſt cauſa: cũ ipa voluntas diuina ſit cauſa oim. Ideo ait ꝙ de huiuſmodi arcanis diuinis melior ẽ fidelis ignorantia: q̃ temeraria ſcientia. Nã multi volentes inquirere de hoc profundo: verſi ſũt in profundũ multoꝝ erroꝝ: ſicut fecerat iſte afflict⁹ fragigilis. Et hoc eſt q̃d intendit dicere Dauid dicens. Ecce cor meũ inflãmatũ eſt inueſtigando hanc quęſtionẽ: & etiam cor meũ. i. affect⁹ & ſenſualitas iñflãmata eſt ardeſcens zelo iræ & inuidiæ: videndo proſperitatem malorum: & renes mei id eſt cogitationes meę interiores commutatæ ſunt ad incidendũ in ſupradictũ errorẽ dubitando de [illegible] una prouidentia & iuſtitia. ideo ad nihilũ redactus ſum & neſciui. i. tota ſcientia mea & labor ſtudij mei ad nihilũ redact⁹ eſt: & neſciui ſoluere ſupradictã quæſtionẽ: immo vt iumentum & beſtia ignorans factus ſum apud te: volẽdo quęrere cauſam tuæ voluntatis. Vnde nota ꝙ renes q̃nq; ſumunt̃ pro interiori cogitatione in ſcriptura: vt ibi. Scrutans corda & renes deus. Vnde litera Hieronymi habet. Quia contractum eſt cor meum: & lumbi mei velut ignis fumigans: & ego inſipiens & neſcius.

Vt iumentum factus ſum apud te: & ego ſemper tecum.

Tenuiſti manum dexteram meam: & in volũtate tua deduxiſti me: & cum gloria ſuſcepiſti me.

Quaſi dicat. Nã iſta ꝓueniũt ex profunditate & altitudine diuinarũ ſapientię & ſciẽtiæ tuæ:cui⁹ iudicia & vię ſunt inueſtigabiles. ideo quilibet intellectus humanus volens iſta inueſtigare:eſt quaſi iumentũ & beſtia apud te nõ valens iſta inueſtigare:imo incidet in diuerſos & nefãdos errores. Ex quibus patet ꝙ melius eſt talia fideliter ignorare:& altitudini diuinę ſapientię dimittere & relinquere:& cũ timore & tremore deũ magnificare:q̃ temere velle inueſtigare. & hęc videt̃ intentio ipſi⁹ Dauid:licet aliter alij exponãt hũc paſſum. ❡ Et ego ſemp tecũ. Hic incipit verſiculus & ſentẽtia in hebręo & tranſlatione Hierony. vbi Dauid in perſona iuſti agit gratias:ꝙ licet aliqñ ex dolore & afflictione hæſitauerit:quia ira ĩpedit animũ ne poſſit cernere verũ:tñ de⁹ nõ ꝑmiſit ipſm ꝑmanere in illo errore:immo cognouit ignorantiã ſuã, & talia ꝓuenire ex illis occultiſſimis & arcanis iudicijs ſapiẽtię diuinę. Nam deus ſemp tenuit manũ dexterã ei⁹. ❡ Ad cui⁹ intellectũ eſt notandũ:ꝙ ſicut ſenſualitas & caro dicit̃ ſiniſtra hois:eo ꝙ ſemp impellit hoiem ad partẽ deteriorẽ:ita ratio dr̃ dextera:eo ꝙ ĩpellit hoiem ad partẽ meliorẽ & iuſtã:& ad obediendũ deo & præceptis eius. Ideo licet Dauid & aliquis iuſt⁹ aliqñ fuerit impulſus a ſiniſtra id eſt a ſenſualitate ad dubitandũ de diuina iuſtitia:tñ deus ſemp tenuit manum dexterã.i. partem rationalẽ ipſius:ne maneret in tali errore immo ſcd̃m voluntatẽ deliberatiuã & fidelẽ intelligentiã conformatus fuit diuinæ voluntati:tribuendo talia occultiſſimo & iuſtiſſimo dei iudicio. Ex quo patet ꝙ in tali titubatione deus nunq̃ dimiſit illũ:imo ſemper fuit ſecũ: quo ad partẽ rationalẽ. Ideo dicit. gratias tibi ago ſupple: quia ego ſemp fui tecũ:& non fui ſeparatus a te per fidem in tali meditatione:immo ſemper tenuiſti dexterã manũ meam.i. partem rationalẽ & volũtatẽ deliberatiuã:in qua parte rationali conſiſtit vera fides, & ſpes, & charitas. & ſic tenuiſti dexterã meã per fidẽ in præſenti:cum qua fide & ſpe toleraui patienter perſecutiones & afflictiones temporales. ideo cũ gloria ſuſcepiſti me poſt hanc vitam in præmiũ laborũ & perſecutionũ. Vnde dextera in ſcriptura non ſolum ponitur pro parte rationali:ſed etiã ꝓ recta voluntate & operatione:& ideo dicit. Tenuiſti manum dexterã meã.i. rectã & piã intelligentiã & fidelẽ ad credendũ:& rectam voluntatẽ ad bona operandũ ne caderes in hęreſes: aut blaſphemias. & deduxiſti me in tua voluntate.i. per regulam mãdatoꝝ:& ſic cum gloria & victoria ſuſcepiſti me. quaſi dicat. Tu tenuiſti intelligentiã meã:ne caderem in errores contra fidẽ:& tenuiſti voluntatẽ meã ne cõmitterẽ opera illicita & nefanda contra tua præcepta. Et ſic ſemp fui tecum:te tenente dexteram meam &c.

Quid enim mihi eſt in cælo:& a te quid volui ſuper terram?

Defecit caro mea & cor meũ:deus cordis mei & pars mea deus in ęternum.

❡ Hic dat ſalubrẽ doctrinã & conſiliũ oĩbus fidelibus ſuper hac quæſtione. Vñ dicit. ꝙ ſi nos videm⁹ ꝙ deus ſemp punit malos:& agentes cõtra legẽ diuinã:& dat præmium bonis & iuſtis:ergo vanũ & inane eſt terere tẽpus inueſtigando de ſupradicta quæſtione, niſi declinare a malo:& facere bonum. & iſta eſt ſalubris doctrina & cõſiliũ bonũ. Dicit ergo. Quid eſt mihi in cælo amplius quærendũ:niſi gloriã quam das iuſtis? Et quid amplius volui a te ſup terram:niſi gratiã ſupple ad bene operandũ:quã das adhærẽtibus tibi:& inuocantibus te? ergo vanum eſt aliud quærere:& tẽpus in curioſitatib⁹ terere:quia in talibus curioſitatibus defecit cor meũ:& caro mea.i. ſenſualitas mea inquirẽdo & inueſtigãdo. ideo dimiſſis illis tu es de⁹ cordis & deſiderij mei:& tu de⁹ es pars hæreditaria.i. hęreditas mea in æternũ. & ideo aliud nolo quęrere nec inueſtigare. Et in hoc ꝓmio etiã defecit.i. terminauit deſideriũ cor meũ & caro mea. ideo nihil aliud volo. Et declarat ſeipſum, dicens.

Quia ecce qui elongant ſe a te peribunt:perdidiſti omnes qui fornicantur abs te.

Mihi autem adhęrere deo bonum eſt:ponere in domino deo ſpem meam.

Vt annunciem omnes prædicationes tuas in portis filię Sion.

❡ Quia ecce.i. manifeſte videt̃ ꝙ oẽs q elõgãt ſe a te trãſgrediẽdo ꝓcepta:peribũt in inferno:& tu ꝑdidiſti in dãnationẽ ꝑpetuã oẽs q fornicaot̃ abs te.i. q a te recedẽdo fornicant̃ cũ diabolo ei⁹ ſuggeſtiones ſequẽdo & operãdo. Ex quo patet ꝙ bonũ & meli⁹ eſt mihi adhęrere deo & ponere ſpẽ meã in eo:q̃ ſequi diabolũ:& elongari a deo:vt poſſim annũciare oẽs laudationes & opa tua in portis eccleſię:q̃ dicit̃ filia Siõ:vt frequẽter dictũ eſt. Et etiã aures fideliũ dicũtur portæ quibus audiunt̃ laudes dei &c. ❡ Ex his patet ꝙ Dauid in hoc pſal. coniũgit finẽ cũ principio. Nã ibi dixit. Qꝫ bonus Iſrael deus his qui recto ſunt corde. in fine vero concludit. Mihi adhęrere deo bonũ eſt. Nam quidã fragiles putabant:ꝙ deus erat melior & magis fauorabilis prauis & tyrannis & etiã infidelibus:q̃ iuſtis & fidelibus:eo q illos permittit ꝓſperari:hos autẽ affligi. Ad hoc reſpondet Dauid in hoc pſalmo dicens. ꝙ hoc eſt falſum:imo per oppoſitum deus eſt bonus:immo melior & fauorabilior iuſtis & rectis corde:q̃ prauis & tyrannis. qđ ꝓbatur. Nã licet ad tẽpus deus permittat proſperari malos:tamẽ hoc cedit eis in malũ & in ſcandalũ & in ꝑniciẽ:quia in feliciori & altiori ꝓſperitate deijcit eos a ꝓſperitate mũdana & glĩa cęleſti:& deſtinat eos ad pœnã æternã. Per oppoſitũ aũt:licꝫ ꝑmittat iuſtos aliqñ flagellari:tñ totalr̃ nõ reliquit eos:immo tenet manũ eoꝝ dexterã:conferendo gratiã:vt patienter tolerẽt flagella & aduerſitates:& etiam cedit eis in augmentũ meritoꝝ:& finalr̃ cõſequunt̃ glĩaꝫ & vitã æternã. Ex quo ptꝫ ꝙ de⁹ Iſrael melior & magis fauorabilis eſt iuſtis & rectis corde:q̃ prauis & tyrannis. Nã ꝓſperitas illoꝝ cedit eis in damnationẽ perpetuã:& aduerſitas iſtoꝝ cedit iſtis ad felicitatẽ & gloriã æternã:maxime quia nõ deſerit eos p gr̃am in tali aduerſitate. & cõcludit ꝙ melius ẽ adhęrere deo p fidẽ & charitatẽ & ſpem:q̃ elongari ab eo, cũ tales pereãt finalr̃. Et hęc eſt tota intẽtio huius pſal. & ſalubris doctrina:quã dat nobis ꝓpheta:licet principalis quæſtio maneat inſoluta vt dictũ eſt. Sed Aug. videt̃ ſoluere iſtam q̃ſtionẽ ſup pſalmo. liiij. dicẽs ꝙ deus ꝑmittit ꝓſperari & regnare malos:vt bonos exerceant. Itẽ in ſermone de innocẽtibus, dicit ꝙ nõ eſſet meritum nec corona martyrum niſi fuiſſet iniquitas tyrannoꝝ &c. Item de iuſtis dicit Augu. ꝙ ideo flagellant̃ in hoc mũdo:ne patiant̃ in alio. Ideo apoſtolus ad Corinth. dicit:ꝙ ne magnitudo reuelationũ extolleret eũ datus eſt ſibi ſtimulus &c. Ex quo patet ꝙ flagella permittunt̃ iuſtis ad cuſtodiã virtutũ:& etiã ad augmentũ meritoꝝ:vt ibidẽ dicit̃. quia virtus in infirmitate perficit̃. & ſic fuit flagellat⁹ Iob & Thobias. Sed in veritate Auguſtinus & Paulus ꝓpter hoc nõ ſoluũt totalr̃ q̃ſtionẽ quia nihil aliud ꝓbant:niſi ꝙ talia flagella cedunt iuſtis ad meritũ & gloriã. Sed nos videm⁹ ꝙ quidã iuſti flagellantur:& quidã non:ideo ſemp manet q̃ſtio inſoluta.ſ. quare magis deus ꝑmittit flagellari vnũ iuſtũ q̃ aliũ. Ideo Boetius.v. de cõſolatione:pſa vltima. putat hoc ſoluere dicẽs:ꝙ iõ deus magis ꝑmittit flagellari vnum q̃ aliũ:quia ſcit ꝙ iſte patiẽter tolerabit:& iſte forſan deficeret. Sed parcat mihi reuerentia tanti viri:quia adhuc manet quæſtio inſoluta. Nam iſte iuſtus non poſſet talia flagella patienter tolerare:niſi deus teneret manum eius dexteram per gratiã:vt

dictū eſt i hoc pſal. ergo adhúc reſtat ſcire quare deus dat
iſti talem gratiā & non illi. Et ideo dicit Auguſtinus libro
ſuper Malachiā: ꝙ iſta quæſtio eſt inſolubilis & inſcrutabi
lis nobis: imo de tali q̃ſtione melior eſt fidelis ignorantia:
q̃ temeraria ſcientia. Et hoc idē dicit hic Dauid: Ad nihilū
redactus ſum & neſciui: vt iumentū fact⁹ ſum apud te: ad
ſoluendū ſupple iſtam quæſtionem. Sed agit gratias quia
deus ſemper tenuit manum eius per gratiam in pſecutioni
bus. Ideo dat ſalubrē doctrinā: vt deo hæreamus &c. Hoc
idem videtur ſentire & referre Macrobius in Saturnalibus
dicens. De Epicteto philoſopho nobili: quia is quoq; ſeru⁹
fuit, recētior eſt memoria: q̃ vt poſſit inter oblita neſciri: cu
ius etiam de ſe ſcripti duo verſus referunt: ex quib⁹ illud la
tenter intelligas: non omni modo diis exoſos eſſe qui i hac
vita cum erumniarū varietate luctant: ſed eſſe arcanas cau
ſas: ad quas paucorum potuit curioſitas peruenire.

D ¶ Prima ergo cōcluſio ſiue doctrina hui⁹ pſalmi eſt: ꝙ de⁹
licet pmittat iuſtos ad tempus flagellari: tñ bonus & fauo
rabilis eſt eis finaliter. ¶ Scđa: ꝙ licet deus pmittat ma
los ad tempus proſperari: tñ finaliter punit eos: & proſpe
ritas cedit eis in dānū. Ex quo pꝫ ꝙ deus eſt iuſtus iudex.

¶ Tertia: ꝙ ois homo eſt ignorans vt iumentū ad inueſti
gandam & ſoluendam ſupradictam quæſtionem. ſ. quare
deus permittit bonos affligi a malis.

¶ Quarta ꝙ deus nunq̃ deſerit iuſtū in perſecutionibus p
gratiā: ſed ſemper tenet manum eius ad dexteram &c.

¶ Quinta ꝙ homo iuſtus non debet amplius quærere de
iſta quæſtione: poſtq̃ deus dat ſibi gratiā in pręſenti ad to
leranda flagella: & dat gloriā in futuro. vnde dictū eſt Pau
lo. Sufficit tibi gratia mea.

¶ Sexta ꝙ poſtq̃ omnes qui elongant ſe a deo pereunt &
perduntur ęternaliter: ergo melius eſt adherere deo p fidē
& charitatem: & ponere ſpem in eo. Et in hac vltima con
cluſione conſiſtit tota ſententia huius pſal. & tota intelligē
tia eius & finalis intentio prophetæ.

**V**T quid deus repuliſti in finem: iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuę tuæ?

¶ Huic pſal pponitur titulus Eruditio ſiue intellectus ipſi
Aſaph. Vnde licet quidē dicāt ꝙ Aſaph fecit hūc pſalmū:
tamen beatus Hieronymus in epiſtola ad Fabiolā de mā
ſionibus aſſerit Dauid feciſſe ipſum: cum allegando verſi
culum huius pſalmi ait: Et Dauid canit. Tu ſiccaſti fluuios
Ethan. & ideo eſt dicendū ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū: &
dedit ipſum cantandum choro ipſius Aſaph, inquantū di
rigitur vel loquitur de tota eccleſia. Qui quidem pſal. licet
videatur facilis: eo ꝙ eſt totus hiſtoricus: tamen ipe eſt be
ne difficilis quantū ad determinatā materiā aſſignandam:
& ideo eſt maximum ſchiſma inter Hebræos de materia
huius pſal. Nam quidā exponūt ipſum de vaſtatione Hie
ruſalem facta per Chaldæos: quā præuidit propheta i ſpi
ritu: & quidā de vaſtatione facta tempore Maccabæorum:
quidā autem de vaſtatione facta per Romanos: & de ca
ptiuitate in qua modo ſunt: de qua petunt liberari p Meſ
ſiam: quē falſo expectāt. & ſic non ſolum vnus contradicit
alteri: ſed etiam vnuſquiſq; cōntradicit ſibi ipſi in proceſſu
expoſitionis huius pſalmi. Et ideo ſpretis ineptijs eorum
præſupponēdo quintam regulam de ſpiritu & litera: & de
duplici ſpiritu pphetarum: prout fuit aſſignata in plogo:
eſt dicendū ꝙ Dauid qui fuit principiū & ampliator illius
regni & cultus diuini & templi: deſiderans ſcire diſcurſum
& durationem illius regni & ciuitatis & templi præuidit in
ſpiritu per reuelationē qualiter propter peccata illius po
puli ciuitas illa cum tēplo primo erat deſtruēda p Chaldę
os: & poſtea reędificāda cum ſecundo templo. Sed iterum
ciuitas erat vaſtāda & affligenda cum toto regno: & tem
plū prophanandū per Antiochum de genere Gręcorū tē
pore Maccabęorum. Sed quia pꝟidit in ſpiritu ꝙ Chriſtus in
ſuo aduentu nō ſolū erat liberatur⁹ illū ppl̄m & totū mūdū
a miſerabili ſeruitute pc̄ti: ſed etiā de pſecutione ppl̄i gēti
lis: inquantū iugo ſuo debebat ſubiugare totū populū gēti
lem: qui ſicut ante pſequebat nomē dei Abrahā, Iſaac: &
Iacob, & legem Moyſi, poſtea ille popul⁹ debebat ſubijci
deo Abrahā & Iſrael: & defendere nomē dei Iacob: Ideo
Dauid petit in hoc pſalmo liberari de pp̄lo gentili p aduē
tū Chriſti. Sed poſtea quia pꝟidit qualr̄ illa pſecutio facta
tpe Maccabęorum erat figura futurę pſecutionis eccl̄ię faciē
dę per Mahometū & Atichriſtū: ideo pariter petit libe
rationem eccl̄ię Chriſti. & ſic iſte pſalmus currit & pcedit
in duplici ſpū ſcdm ꝙ Dauid in pſona eccl̄ię petit liberari
de duplici perſecutione eccl̄ię quam pꝟidit in duplici ſpū.
Nam ipe petit eccleſiā liberari ſcdm ſtatū vete. teſtamēti
ab vtraq; afflictione tā ſpūali q̃ tpali pp primum aduentum
Chriſti: & etiā petit liberari ſcdm ſtatū noui teſt. de pſecu
tione Mahometi & Antichriſti. Et ideo ne confundant in
tellect⁹ ſimpliciū lectorum fiet duplex & diſtincta expoſitio
huius pſal. ſ. vna de vaſtatione illius ciuitatis & tēpli facta
p Antiochū: & altera de vaſtatione eccl̄ię noui teſt. facta p
Mohometū: & facienda p Antichriſtū: prout fuit figurata
per primā. ¶ Quantū ergo ad primā expoſitionē duo fa
cit. Nam primo exponit ſuā vaſtationē & afflictionem. ſe
cundo petit liberari p Chriſtum: ibi. Vſquequo domine.

¶ Cōqueritur ergo Dauid & dicit in pſona illi⁹ populi fi
delis afflicti tpe Maccabęorum. O deus vt quid repuliſti &
oblitus es nos in finem. i. totaliter: & irat⁹ eſt furor tuus ſup
nos: qui ſumus oues paſcuę tuę? Ex hoc patet ꝙ iſta nō eſt
vox populi exiſtētis in captiuitate babylonica ſicut Iudęo
rum quidam dicunt: quia Dauid iam pꝟidit ꝙ pp̄ter ſcele
ra ſua & peccatū idololatrię ille populus erat captiuandus:
& ſic non ignorabat cauſam illius captiuitatis. ſed loquitur
in pſona Maccabęorum & aliorum fideliū qui affligebātur.
Et etiā hic ppheta nō quęrit cauſam quare de⁹ pmittebat
eos affligi: quia nunq̃ defuerūt eis peccata pp̄ter quę me
rebant affligi. Sed cōquerit quare tanto tempore durabat
illa afflictio: & quare Meſſias tantū differebat aduentum
ſuū ad liberandū eos: quia videbat eos finaliter & totaliter
repuliſſe: & obliuiōi tradidiſſe: & oues ſuas refelliſſe: & ab
dicaſſe. Ideo Dauid vt moueat deū ad miſericordiam: & vt
mittat Meſſiaꝫ ad liberandū eos: cōmmemorat beneficia
pterita. Nā delectat magnanimus in audiendo beneficia
quę fecit: & magis mouetur ad maiora. vt patet. iiij. Aethi
corum. Et ideo memorantur maiora beneficia: & illa quæ
erant figura futurę redemptionis. Ideo dicit.

Memor eſto congregationis tuæ: quam poſſe diſti ab initio.

Redemiſti virgam hæreditatis tuæ: mōs Siō in quo habitaſti in eo.

¶ O dn̄e memēto cōgregationis tuę. ſ. filiorum Iſrael: quam
congregaſti & poſſediſti ab initio. ſ. ab Abrahā quē eduxi
ſti de Hur Chaldæorum: & poſtea de Meſopotamia: & edu
xiſti in terrā Chanaā: a quo iſta cōgregatio habet originē.
Et poſtea cōgregaſti iſtū populū ex Aegypto in Ramaſſe:
& ſic duxiſti ipm p deſertū: & multotiens redemiſti virgaꝫ
hęreditatis tuæ. ſ. ſceptrū & regnum Iſrael. Nam primo re
demiſti ipm de Aegyptiaca captiuitate. Secūdo in mari ru
bro. Tertio introduxiſti ipſum in terrā promiſſionis: & ibi
redemiſti & liberaſti ipſum per multos iudices: & finaliter
tempore Samuelis dediſti ipſi virgaꝫ: & ſceptrum regale.
Quæ virga & regnū multotiens fuit infeſtatū a regib⁹ Aſſy
riorū & babyloniorum & ęgyptiorum: ſed finaliter ſemp rede
miſti & liberaſti iſtā virgam & regnū hęreditatis tuę q̃ eſt

mons Sion.ſ.Hieruſalē caput & ſceptrū regni in quo habitaſti per ſpecialē cultū.Et nota ꝙ dicit̃ in quo & in eo:quia ad diuerſa referuntur.quaſi dicat:in quo monte & ciuitate habitaſti & habuiſti ſceptrū tanꝗ in capite regni:& habitaſti in eo.i.in templo per ſpecialem cultū.Nam ciuitas erat ſedes & ſceptrum regni:& templū ſedes ſacerdotalis:i quo templo erat arca dn̄i ſedentis ſuper cherubin.quaſi dicat. Tu donaſti liberā hæreditatem iſti populo:ſcilicet terram promiſſionis:& templū,& regnum,& omnes dignitates ſuper cæteras nationes.Et notanter ſecundum Auguſtinum, populum Iſrael vocat virgam hæreditatis dei:eo ꝙ fuit figuratus per illam virgam qua Moyſes fecit omnia miracula & prodigia in Aegypto:& in mari rubro:& per totum deſertum.Trāſlatio Hieronymi habet.Redemiſti ſceptrū hæreditatis tuæ:montem Sion in quo habitaſti.& ſic eſt litera plana.

Leua manus tuas in ſuperbias eorum in finem: quanta malignatus eſt inimicus in ſancto.

Et gloriati ſunt qui oderunt te: in medio ſolennitatis tuę.

℃ Hic petit liberari memorans inſtantes afflictiones & dicens.Leua manus tuas.i.potentiā tuā in finem.i.finaliter: in.i.contra ſuperbias eoꝝ inimicoꝝ infideliū.Et vide ſupple:quanta malignatus eſt iſte Antiochus inimicus in ſancto.i.templo & populo tuo & ſanctuario,vaſtando,cædendo,polluendo &c.Et quomodo illi infideles qui oderunt te:gloriati ſunt ſe habuiſſe victoriam in medio ſolennitatis.i.in medio tēpli & ciuitatis vbi celebrabant̃ tuæ ſolennes feſtiuitates.quaſi dicat.in odium tui & vituperiū & cōtemptum iſta quæ ſequuntur fecerunt.Nam primo,

Poſuerunt ſigna ſua ſigna:& non cognouerūt ſicut in exitu ſuper ſummum.

℃ Poſuerunt ſigna ſua:quia Antiochus poſuit imaginem ſuā:& idolū Iouis olimpij in medio tēpli vbi celebrabant̃ ſolennitates:& offerebantur deo ſacrificia:& etiam in ſignum captionis. Et interponitur non cognouerūt id eſt gētiles in omnibus his deū nō cognouerūt:nec timuerūt:nec cognouerunt ꝙ deus permittebat iſta ex peccatis Iudæorum:immo imputabant & attribuebant victoriæ ſuę.& debet ſic ordinari litera.Poſuerunt ſigna ſua in medio templo ſolennitatis tuæ.ſigna dico poſuerunt ſuper ſummū & turrim:& arcem:& tēplū:ſicut in exitu:quia bonus exitus belli dicitur victoria:& e conuerſo.i.ſicut ſolet fieri in victoria:ſicut in exitus.i.tanꝗ in victoriam:ſiue ad ſignum:& in ſignū victoriæ.& in hoc non cognouerunt iſta propter peccata populi permitti:immo propriæ victoriæ & viribus attribuerunt.

Quaſi in ſylua lignorum ſecuribus exciderunt ianuas eius in idipſum:in ſecuri & aſcia deiecerunt eam.

Incenderunt igni ſanctuarium tuum in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui.

℃ Non ſolum poſuerunt ſigna ſua in tēplo & præſidio ciuitatis:ſed etiā exciderūt ianuas eius.ſ.templi & ciuitatis in ſecuribus:ſicut ſolent excidi arbores in ſylua lignoꝝ & arborū:& in idipſum.i.ſimiliter deiecerūt eam:ſ.ciuitatē in ſecuri & aſcia.vnde ſicut ſecuris dicit̃ a ſecando:ita aſcia dicitur quaſi acuta & bene ſcindens ab acuendo.Et eſt iſtrumentū quo dolant fabri lignarij:& etiam incēderunt ſanctuarium tuū & templum:& polluerunt in terra tabernaculum nominis tui.id eſt vbi nomen tuum venerabatur & colebatur polluerūt:quia ibi poſuerunt idolū Iouis olympij:& ibidem ſacrificarunt dijs ſuis.

Dixerūt in corde ſuo cognatio eorum ſimul: quieſcere faciamus omnes dies feſtos dei a terra.

Signa noſtra non vidimus:iam non eſt propheta:& nos non cognoſcet amplius.

℃ Tota illa cognatio id eſt generatio & concio infidelium dixerunt & ſimul in conſilio ſtatuerunt:faciamus quieſcere & ceſſare a terra.i.de tota terra dies feſtos id eſt ſolennitates & feſtiuitates quas deus in lege præcepit.quaſi dicāt. Prohibeamus ne Iudæi ſeruent feſtiuitates & cætera legalia & præcepta:ſed ſeruent ritus gentilium.ſicut patet primo Maccabæorum per totū.& etiam.ij.Maccabæorū.vij. Sed iſta etiam verba ſunt verba illorū Iudæorum qui apoſtatarunt tempore Maccabæorum:qui dicebant:ꝙ poſtꝗ dimiſerant legalia & ſeruabant ritus gentiū:euenerat eis proſperitas.Ideo ſequitur:ſigna noſtra antiqua non vidimus:& iam non eſt propheta in Iſrael:nec deus cognoſcet nos amplius.quaſi dicant.Iam deus dimiſit illum populū & legem:& præbet fauorem gentilibus. Ideo melius eſt eis adhærere.

Vſquequo deus improperabit inimicus:irritat aduerſarius nomen tuum in finem?

Vt quid auertis manum tuam,& dexterā tuā de medio ſinu tuo in finem?

Deus autem rex noſter ante ſecula operatus eſt ſalutem in medio terrę.

℃ Hic petit non ſolū reſtaurationē ciuitatis:& templi prophanati & polluti per Antiochū:ſed etiā principaliter petit reſtaurationē:& liberationem toti⁹ generis humani vexati per diabolū:& per idololatriam.& ideo ſemper currit duplex intelligentia in hac ſecūda parte.Dicit ergo.O de⁹ vſquequo inimicus diabolus & populus gentilis improperabit nobis contemnendo legē tuā:& aduerſarius.i.populus gentilis irritabit nomē tuū dicendo:ꝙ deus Iſrael non eſt potens ad liberandū nos de manibus eoꝝ:& præferendo tibi deos ſuos:vt quid auertis manū tuā.i.potentiā tuā ab eis?quaſi dicat.cur ceſſas eos punire:& adhibere manū & potentiā tuam ſuper eos:& auertis.i.non mittis dexterā tuam & potentiā de ſinu tuo in finem.i.finaliter & totaliter contra eos:vt punias totaliter eos?Et eſt modus locutionis contra deſides:& ignauos:& ſecordes:& inertes:qui non curant vindicare iniurias:qui dicuntur habere manus in ſinu:non mittentes eas cōtra hoſtes.quaſi dicat.Quare non trahis manum de ſinu tuo:vt mittas in hoſtes qui irritant nomen tuum? ℃ Sed ego credo ꝙ hic lateat maius B ſacramentum.Ad cuius intelligentiam eſt aduertendum: ꝙ Chriſtus dicitur manus dextera ipſius patris:vt dictum eſt in prologo:qua pater exercet ſuam virtutem:& qua creauit mundum:& recreauit humanum genus:& vicit diabolum.qui quidem filius eſt deus ante ſæcula:& verbum in ſinu patris.Quare pater dicitur miſiſſe manum ſuam de ſinu ſuo:quando miſit verbum in carnem:per quod liberauit genus humanum:& vicit diabolum:& ſubiecit populum gentilem iugo fidei. Dicit ergo Dauid in perſona totius corporis myſtici pro illo ſtatu.O deus pater quid id eſt quare auertis a nobis manum tuam,non mittendo filium?& quare auertis dexterā tuam de ſinu tuo id eſt quare non mittis filium tuū de ſinu tuo:vt ſumat carnem & liberet nos?quia ipſe Chriſt⁹ rex noſter q eſt ante ſæcula:qa anteꝗ mūdus fieret ipſe erat verbū in principio:& verbum erat apud deū:& deus erat verbum:per quem ex tempore

mūdus & omnia facta ſunt. Itē Inquantū rex noſter opera
tus eſt ſalutem in medio terræ: Et ponit pterito ꝑ futuro:
ꝓpter certitudinē ꝓphetię: & ꝓpter reuelationē iam ipſi
factam. Quaſi dicat. tu mihi reuelaſti in ſpiritu: & per figu
ras ſcripturarū in ſpiritu ꝓuidi qualiter iſte rex noſter Chri-
ſtus: qui dicit tua manus dextera, eſt operatur⁹ ſalutē gene
ris humani in Hieruſalē: quę eſt in medio terrę habitabi-
lis. In medio dico ſcd̄m latitudinē: quia eſt ſita quaſi in fi-
ne ſiue i medio quarti climatis: & ſic dicitur eſſe in medio
mūdi. dico ſcd̄m latitudinem: quia diſtat ab æquinoctiali
quaſi triginta duob⁹ gradibus: vbi Chriſtus crucifixus eſt.
quaſi dicat: poſtq̄ hoc mihi reuelaſti fac vt impleatur.

**Tu confirmaſti in virtute tua mare: contribu laſti capita draconum in aquis.**

**Tu confregiſti capita draconis: dediſti eū eſcā populis Aethiopum.**

¶ Hic explicat myſteria in quib⁹ figuraliter Dauid ꝓuidit
redemptionē & liberationē noſtrā & excidiū diaboli. ex q̄
bus aſſumit parabolā & ꝓpoſitionē noſtrā & excidiū dia-
F boli. ¶ Ad cui⁹ intellectū eſt notandū: ꝙ illa virga cū qua
Moyſes fecit miracula in Aegypto: & diuiſit mare rubrū,
de qua ſupradictū eſt: fuit figura ipſius Chriſti: & Chriſtus
fuit figuratus per eā. Vñ ſicut illa virga fuit inſtrumētū per
qd̄ Moyſes fecit illa miracula in terris: vt ait Leo papa. Vñ
quaſi per oīa illa virga fuit figura Chriſti i cūctis myſterijs:
vnde per hanc Moyſes percuſſit aquas maris rubri: & a-
quæ fuerunt diuiſæ ad modum muri firmi: ex vtraq; parte
prebentes viam ſecuram filijs Iſrael: vñ euaſerunt & libe-
rati ſunt de Aegyptijs quæ quidem virtus non erat in vir-
ga principaliter: ſed in virtute diuina: exiſtente in angelo:
qui erat incluſus in nube. Ita pariter Chriſtus per contactū
carnis: præbuit virtutē regeneratiuā aquis ad baptiſmum
noſtrum: per quam aquam baptiſmalem liberamur de ca
ptiuitate diaboli: & tranſimus per vndas huius mundi: &
tendimus in terrā viuentiū nobis promiſſam. Et ſic Chri-
ſtus nos ducit in patriā per aquas baptiſmales. Et ſic ſicut
illemet aquæ venerunt ſuper Pharaonem: & Aegyptios:
ſuffocarūt eos: ita aquæ peccatoꝝ huius mundi ſuffocāt ho
mines in peccato originali & actuali: niſi ſint ſanatæ & fu-
G gatæ per virgam & poteſtatē Chriſti. ¶ Vnde nota ꝙ rex
Aegypti & oēs Aegyptij dicunt dracones: eo ꝙ habitāt
inter aquas & perfuſiones aquarū ipſius nili. & ſic Ezechi.
xxix. appellat draconē reges Aegypti, dicens. Draco ma-
gne qui excubabas in medio fluminū. Et etiam tota Aegy
ptus dicit draco. Et magnates Aegypti dicūtur capita dra
conis. Et ideo quando deus ſubmerſit Pharaonem & exer
citum eius in mari rubro: dicitur cōfregiſſe capita draconis
in aquis. quod fuit figura: ꝙ eodem modo Chriſtus debe-
bat cōfringere & ſubmergere diabolū qui dicitur draco: &
etiā ſubmergere capita draconis, quæ ſunt duo vitia capi-
talia, in aquis baptiſmalib⁹. Et ſic deus dedit pharaonē &
Aegyptios coruis nigris comedēdos: qui corui dicuntur po
pulus & multitudo Aethiopum: id eſt nigrorum. Illud fuit
figura: ꝙ poſtq̄ Chriſtus liberaſſet fideles per aquas baptiſ
males: & confregiſſet diabolum: & ſeptem vitia capitalia:
tunc debebat congregare fideles in eccleſiā ſuam: & relin
quere infideles diabolis comedendos. Et hoc eſt qd̄ dicit
hic propheta: adducens illud myſteriū in figura. Vnde ait.
O deus tu confirmaſti in virtute tua mare. i. ad modū pa-
rietis firmum ſtare feciſti: quando Moyſes percuſſit aquas
cum virga. Et poſtq̄ populus tuus illæſus tranſiuit: tūc con
tribulaſti & contriuiſti capita draconum: id eſt Aegyptio-
rum in aquis. Et tu confregiſti capita draconis id eſt ma-
gnates Pharaonis: & dediſti ipſum dracones. ſ. regem Ae-
gypti cum magnatibus ſuis, in eſcam populis Aethiopum
id eſt coruorum nigrorū. Sed quia hoc fuit figura tui aduē-
tus: ergo veni in carnē: & percute mare baptiſmale virga
tuæ humanitatis: & libera nos: & contribula & confringe
capita. i. vitia capitalia draconis. i. diaboli. quaſi dicat. Si-
cut tu contriuiſti & cōfregiſti capita Aegyptioꝝ in mari ru
bro: ita confringe diabolū & capita eius in baptiſmo ꝑ con
tactum tuę carnis in Iordane & in tota eccleſia. ¶ Vnde H
nota ꝙ peccatum originale dicitur caput draconis. i. dia-
boli: quo primo mordet in noſtra libidinoſa generatione.
Septem autē vitia capitalia ſunt capita in cauda draconis:
quibus mordet hominem per proceſſum tēporis: & in adul
ta ætate. Et ſic baptiſm⁹ non ſolum extinguit peccatū ori-
ginale qd̄ dicitur caput: ſed etiam actualia peccata: quæ
ſunt ſeptem capita in cauda draconis. & hoc eſt quod pro-
phetice dicit Dauid de Chriſto per figurā interit⁹ Pharao-
nis & ſuoꝝ in mari &c. Vnde iſte draco magnus diabolus
habet primo tria capita. i. tria genera peccatoꝝ. ſ. origina-
le, actuale, & veniale, quibus mordet genus humanū. Sed
actuale diuiditur in ſeptem vitia capitalia: ſiue ſeptem ſpi
ritus nequiores ſe: qui præſunt tanq̄ principes ſeptem vi-
tijs capitalibus: & omnes cōfregit Chriſtus. Primo per vir-
gam baptiſmi: Secundo per virgam pœnitentiæ. Ideo di-
cit. Tu confregiſti &c. & ſic ponit figura ꝑ figurato in hac
litera: & præteritum pro futuro: ſicut eſt mos Dauid in hoc
pſalmo & cæteris. Item ſequitur,

**Tu dirupiſti fontes & torrētes: tu ſiccaſti flu- uios Ethan.**

¶ Quaſi dicat. tu deus per Moyſen ꝑcutientē rupē Oreb
cū eadē virga dirupiſti & aperuiſti fontes & torrentes ema
nantes de petra, primo in Oreb. Exodi. xvj. & ſecundo ad
aquas contradictionis. Numeri. xx. Per quod figuratum fu
it ꝙ latus Chriſti debebat percuti: & lancea aperiri: & ſan-
guis & aqua ex eo emanare in remiſſionē peccatoꝝ & vir-
tutē ſacramentoꝝ eccleſiæ. quaſi dicat. Sicut tu dirupiſti ru
pem in fontes & torrentes aquarum ad potandos & refri-
gerandos populos pereuntes: ita aperiatur latus tuum lan
cea: vt inde emanet pretiū & refrigerium noſtrum &c.
¶ Tu ſiccaſti fluuios Ethan. Ad cuius intellectum eſt ad-
uertendū: ꝙ populus Iſrael erat in Ethan qñ Pharao pſe-
quebatur eū: & ꝑ littus Ethā intrauit Iſrael ꝑ ſiccū ad altā
partē deſerti ipſius Ethan. vt patet in Exodo. Et ſic Dauid
hic intelligit per fluuios Ethan: vndas & fluct⁹ marinos ip-
ſius Ethan: quos ſiccauit Moyſes quando percuſſit mare:
& apparuit via & terra ſicca in medio maris. Et ideo dicit:
ſiccaſti fluuios. i. fluctus & vndas fluētes maris & littoris E-
than. Quod ad oſtendendū duo cōtraria fecit deus cū ea-
dem virga. Nā ꝑcutiendo rupē eduxit aquam de ſicco: &
ꝑcutiendo mare ſiccauit ipm: faciēdo viā ſiccam in medio
eius. per quod oſtendit ꝙ Chriſtus per eandē virtutem &
potentiam præbet gratiam: & deſtruit peccatū: & refrige-
rat fideles: & conterit diabolum & obſtinatos: ideo vult di
cere hic Dauid. Sicut tu dirupiſti fontes & torrentes de pe
tra per eandē virgam ꝑcutiendo: & ſiccaſti mare & fluctus
Ethan: ita pariter cum veneris in carnem: ꝑ eandē virtutē
paſſionis ſaluabis fideles: & domabis diabolū: & infideles
& præbebis gratiā: & deſtrues peccatū. Ethan etiā poteſt
eſſe nomen appellatiuum: & interꝑtatur fortitudo. ideo li
tera Hieronymi habet. Tu ſiccaſti flumina fortia. ſ. in Ae-
gypto: & etiam flumē Iordanis: quādo introiuit Iſrael terrā
promiſſionis. Ioſue. iij. Et tunc eſt eadem ſententia myſti-
ca & ꝓphetica. quaſi dicat. Tu Chriſte qui feciſti illa myſte
ria mirabilia figuraliter in teſtamēto veteri, veni in carnē:
& fac ea quę ꝑ illa figurabant ad noſtrā redemptionē &c.

**Tuus eſt dies: tua eſt nox: tu fabricatus es au- roram & ſolem.**

Tu feciſti omnes terminos terrę:æſtatẽ & ver
tu plaſmaſti ea.

¶ Quaſi dicat.tu feciſti diẽ & noctẽ:& fabricat⁹es aurorã
& ſolẽ.Et tu feciſti terminos terræ.Nã terrã littorib⁹maris
terminaſti:imo mare littoribus terræ terminaſti:& tu plaſ
maſti æſtatẽ & ver.Et ſic patet ꝙ tu feciſti cælũ quantũ ad
ambitũ & aſtra & ſolẽ &c.Et tu feciſti & diſpoſuiſti terrã di
uidendo aquã ab aquis.Et apparuit arida ad habitationẽ
hoim terminata littoribus maris.Et etiã creaſti tẽp⁹:& diſ
tinxiſti ipm per æſtatẽ,& ver,& hyemẽ,& autumnũ vt ſucce
derent & durarent generationes & corruptiones:& tolle-
retur faſtidiũ hominũ:ne ſemper eſſent in ęſtate aut hye-
me.Ideo plaſmaſti ver ad tẽperandũ hyemem:vt hærbas
& fructus germinaret terra.Et formaſti ęſtatẽ vt in ea om
nes fruct⁹ maturarent.Nõ aũt nominat autumnũ nec hye
mem:quia potius faciũt ad corruptionẽ.Sed tota illa crea
tio & diſpoſitio vniuerſi:quę facta & creata fuit in princi-
pio per verbũ:erat figura noſtræ regenerationis & recrea
tionis:vt patebit pſalmo centeſimo tertio.Ideo hæc addu
cit Dauid in figura.Quaſi dicat:ſicut tu creaſti totum vni
uerſum in principio,& diſtinxiſti,& diſpoſuiſti per partes
& per ſpecies & loca & tẽpora ſignificando noſtrã regñã-
tionem:ita veni & imple op⁹noſtræ regenerationis & no-
ſtrę redẽptionis:prout ibi figuratur.Vnde ſicut in toto vni
uerſo ſignant tres partes.ſ.cęlum,& elementa,& elemen-
tata:ita pariter in eccleſia aſſignantur tres partes.ſ.ſancti
viri qui ſunt cælum:& ſapiẽtes,& doctores qui ſunt elemẽ-
ta:& omes ſimplices fideles qui ſunt elementata.Et ſicut
in mundo aſſignantur quatuor tempora:Ita pariter in ec-
cleſia.Nã primũ tẽpus fuit hyems poſt peccatũ Adæ.Secũ
dum fuit ver in lege Moyſi:in quo tanq̃ in arbore incepe-
runt myſteria generari.Sed tẽpus gratiæ in aduentu Chri-
ſti fuit æſtas:in qua fructus legis fuerunt maturi ad colli-
gendũ.ſed tẽpus Antichriſti erit autumn⁹:in quo folia ec-
cleſiæ cadent &c.Et ideo propheta hic tacet hyemẽ & au
tumnũ:quia p hyemẽ interp̃tatur pctm̃ Adæ & per autum
num tẽpus filij perditionis.Sed noiat ver p qđ interp̃tat
tp̃s ve.teſt.Et æſtatẽ:p quã ſignificat tp̃s gr̃ę.q.d.Tu de⁹
plaſmaſti & creaſti legẽ veterẽ & nouã:& tẽpus legis & tẽ-
pus gratiæ.Et ſic etiã creaſti diẽ & noctem.i.legẽ veterem
& nouam.Ideo ſicut tuus eſt dies.i.lex euangelica & tem
pus gratiæ:ita tua eſt nox.i.lex vetus & temp⁹ eius.Et hoc
dicit cõtra Manichæos qui dicunt legẽ veterẽ non eſſe da
tam a bono deo.Et etiam dicunt ꝙ deus ſolũ creauit crea
turas incorporeas & inuiſibiles.Et etiam per auroras intel
ligit tempus legis propinquũ Chriſto:qñ ſol mittebat ſuos
radios inter vmbras noctis per Ioannẽ baptiſtã.Et per ſo-
lem intelligit humanitatem Chriſti qui eſt ſol iuſtitię:per
cuius præſentiam factus eſt dies graitæ.Ex ſupradictis pʒ
ꝙ Dauid omia ſupradicta adducit in figurã aduẽtus Chri
ſti & noſtræ redemptionis:& ſic ponit figuram pro figura-
to.Nam omnia illa erant in Chriſto implenda:& fuerunt
de facto in eo impleta.& hoc petit Dauid in hoc pſalmo.
Et ideo ſubdit,

Memor eſto huius.inimicus improperauit
domino:& populus inſipiens incitauit nomẽ
tuum.

Ne tradas beſtiis aias confitentes tibi:& aias
pauperũ tuorum ne obliuiſcaris in finem.

Reſpice in teſtamentũ tuũ:quia repleti ſunt q̃
obſcurati ſunt terræ domibus iniquitatum.

Ne auertatur humilis factus confuſus:pau-
per & inops laudabunt nomen tuum.

¶ O dñe Ieſu memor eſto hui⁹ figuræ:& myſterij ſupradi
cti:& memor eſto huius ppl'i tui ad cõplendas figuras me-
moratas:& libera nos de manu:& iproperijs infidelium.
Erit ne verũ aut ſuſtinebis:ꝙ inimicus ppl's ifidelis ipro-
perabit & iproperia dicet dño:& ppl's infideliũ iſipiẽs in-
citabit ad cõtumeliã:& vituperabit nomẽ tuũ:hoc dicit ꝓ-
pheta cum indignatione.Et rogo ne tradas.i.ne tradi per-
mittas beſtijs.i.diabolo & mẽbris eius beſtialiter viuenti-
bus aias cõfitentiũ tibi.Et appellat beſtias Antiochum &
Nicanorẽ:& ſequaces eoꝝ:q vaſtarũt & deuorarũt illã ciui
tatẽ & pplm tanq̃ beſtiæ.Sed quia deus hoc pmittebat:iõ
ſubdit.Et ne in finẽ nec totalr obliuiſcaris aias pauperum
fideliũ tuoꝝ:quia infideles expoliauerũt eos:& ne contẽ
nas:ſed reſpice in teſtamentũ tuũ p̃bendo fauorẽ legi tuæ
& fidelibus tuis expoliatis:qm̃ inimici tui qui obſtinati &
denigrati & occęcati ſunt p auaritiã & infidelitates & cæ-
tera peccata,repleti ſunt domibus & cęteris tpalib⁹ bonis
iniquitatũ terrę.i.bonis terrenis per iniquitatem & rapinã
& violentiam acquiſitis.Litera Hiero.habet. Reſpice ad
pactum:quia repleti ſunt tenebris terræ habitationes ini-
quæ.& tunc litera eſt plana.Rogo ergo ne fidelis populus
tuus humilis auertat & pellat a te factus confuſus:& inad-
iutus,& deſolatus.Nam diuites huius mũdi nõ laudabunt
te:ſed iſte populus fidelis pauper & inops laudabũt nomẽ
tuum:& colent te ſeruando legem tuam.

Exurge deus:iudica cauſam tuã:memor eſto
improperiorum tuorum:eorum quæ ab inſi-
piente ſunt tota die.

Ne obliuiſcaris voces inimicorum tuorum:ſu
perbia eorũ qui te oderunt aſcendit ſemper.

¶ Ergo Chriſte exurge & veni in carnẽ:& iudica cauſam
tuã in nobis:& defende eã contra inimicos:& eſto memor
iproperiorũ tuoꝝ quæ ab illo populo inſipiente ſunt & di
cuntur & fiunt tota die contra te.Et ne obliuiſcaris punire
voces & blaſphemias inimicoꝝ tuoꝝ:qm̃ ſupbia eoꝝ ifide
lium qui te oderunt aſcendit & creſcit ſemp.Nã quia diſ-
fers aduentum tuum & punitionẽ ipſoꝝ:ideo blaſphemãt
dicentes deum Iſrael eſſe ipotentẽ:& dicunt legẽ tuã eſſe
vanã:in qua promittitur meſſias redẽptor & liberator.Et
etiã ſuperbia & plaſphemia eorum aſcendit ſemper in cę-
lum contra te,& creſcit in eis.¶ Hæc aũt expoſitio ſupra-
dicta licet ſit catholica & vera:inquantum Dauid inuocat
Chriſtũ ex parte eccleſiæ pro ſtatu veteris teſtamẽti:vt ve
niat in carnem ad liberandũ eos ſpiritualiter:& tempora-
raliter:tamen allegat figurã pro figurato:quia idem Ieſus
qui liberauit genus humanũ de poteſtate diaboli per mor
tem & paſſionẽ & aquas baptiſmi poſt incarnationeʒ:idẽ-
met Ieſus eduxit populũ de Aegypto:& traduxit per ma-
re rubrũ in figura noſtræ redemptionis & regenerationis,
vt ait beat⁹ Iudas in ſua canonica.& ſic benemerito Dauid
allegat figurã ꝓfigurato.Sed quia Dauid habuit multipli
cem ſpiritum prophetiæ:& plura ſimul videbat in ſpiritu
de Chriſto & eccleſia:quia prophanatio & vaſtatio tem-
pli & ciuitatis facta per Antiochum tempore Maccabæo-
rum fuit figura prophanationis & vaſtationis eccleſię:quę
facta eſt per ſectam Mahometicam:& fiet per Antichri-
ſtum:Ideo Dauid in ſpiritu prophetico præuidit omnes
perſecutiones eccleſiæ vſq; ad Antichriſtũ in figura p capti
uitatẽ Babyloniæ:& perſecutionem Maccabæorum:ſicut
etiã p̃uidit Daniel.Et ideo eſt dicẽdũ:ꝙ Dauid i hoc pſal.
non ſolũ inuocat Chriſtũ vt veniat in carnẽ ad liberandũ
illum populum de perſecutione infidelium:& totum gen⁹
humanũ de poteſtate diaboli:ſicut Iſrael de Aegypto:vt
dictũ eſt in ſupradicta expoſitione:ſed etiam inuocat Chri
ſtũ vt veniat in ſecũdo aduentu ad liberandũ eccleſiã ſuã

tiã ꝑſtratã de poteſtate Mahometi:& Antichriſti.Nã ipſi Dauid fuit reuelatus totus diſcurſus eccleſię vſq; ad diem iudicij:vt frequẽter dictũ eſt.& ideo exponẽd⁹ eſt iterũ ſpecialiter iſte pſalm⁹ de ꝑſecutione Mahometi & Antichriſti:vt diſtinctius intelligat̃.Duo ergo facit.Nã primo exponendo querelã:ꝓdicit ſtragẽ quã facturus eſt Antichriſtus in eccl'ia:& eius ꝓcurſores de ſecta ſarracenica.Secũdo inuocat Chriſtũ:vt veniat ad liberandã eccl'iam de poteſtate Mahometi & Antichriſti:allegãdo Chriſto ipotentiã ſibi.Vſq;quo de⁹ improperabit inimic⁹.

I ❡Quãtũ ad primũ eſt primo notandũ ꝙ ſicut eccleſia Chriſti habuit quatuor cõditiones ſctõꝝ ad cõſtruendũ:ita habuit & habet quatuor cõditiones inimicoꝝ ad deſtruendũ.Nam primo congregarunt eã ap'li p ſuã ꝓdicationẽ & miracula.Sc'do martyres rigarũt eã ſanguine ſuo.Tertio doctores roborarunt eã declarando ſacras ſcripturas.Quarto roborarũt eã ſcti viri confeſſores & religioſi p totã Aegyptũ,& Syriã,& Armeniã,& Meſopotamiã,& Perſiã,& Indiã,ex quoꝝ exẽplo & ſanctitate multi cõuerſi ſunt ad fidem:intantũ ꝙ ab aſcenſione Chriſti vſq; ad annũ quaſi ſeptingẽteſimũ oẽs nationes mundi ab India vſq; Hiſpaniã,& ab Aethiopia vſq; in Schythiã venerunt ad fidẽ Chriſti:& cõgregatę ſũt in eccl'ia ſub iugo fidei,p maiori parte.Ita pari modo ſurrexerunt quatuor cõditiones inimicoꝝ quos ꝑuidit Daniel vij.ca.per figurã quatuor beſtiarũ in mari magno cõtra eccleſiã Chriſti ad deſtruendã eã.Prima aũt beſtia fuit quaſi leæna.Secũda quaſi vrſus.Tertia quaſi pard⁹.Quarta terribilis ſine noie,q̃ oẽs alias deuorauit.Per leęnã intelligit̃ ꝑſecutio tyrãnoꝝ.Et per vrſum perſecutio hęreticoꝝ.per pardũ aũt ꝑſecutio ſarracenoꝝ:quæ incepit poſt Heracliũ imperatorẽ circa annos dñi.d.cc.quæ ſecta ideo dicit̃ quaſi pardus,ꝓpter varietatẽ nationũ beſtialiũ:quę eã receperunt.Nã tres nationes magis viles & beſtiales quę erãt in mũdo receperũt ſectã Mahometicã.ſ.Arabes,Turci,& Tartari,& vna pars Aethiopũ.Sc'do dr̃ ſimilis pardo propter diuerſitatẽ hęreſum:quas cõtinet in ſe illa ſecta:quia fuit cõficta ex multis & diuerſis hęreſibus:q̃ tũc laborabãt in Arabia.puta ex hæreſi virili q̃ dicebat Chriſtũ eſſe purũ hoiẽ:ſed in eo habitare diuinitatẽ patris:& cõcedebat ipſum eſſe genitũ ex ſpiritu ſancto ipſius patris.Et etiã ex hęreſi Iacobitarum qui ſeruant circũciſionẽ.Et ex hæreſi Manichæoꝝ qui dicebãt Chriſtũ nõ vere mortuũ & paſſũ realiter:ſed in apparentiã.Et ex hæreſi Mõtanoꝝ qui dicebãt Chriſtũ poſt Antichriſtũ & reſurrectionẽ generalẽ regnaturũ mille ãnis in libertate:& felicitate carnali cũ ſuis. Vnde dicũt Sarraceni ꝙ de⁹ ad hoc creauit & genuit Chriſtum ex ſpiritu ſuo:vt debellet & interficiat Antichriſtũ in fine dierũ:& iudicet mũdũ:& regnet in hoc mũdo p mille annos poſtea cũ ſuis &c.

K ❡Vnde ex his quatuor falſis aſſertionib⁹ & hæreſibus eſt conficta lex Mahometica:vt patet in ſuo Alcorano.Et ideo deſignatur per tertiã beſtiam quæ dicitur pard⁹ propter diuerſitatẽ coloꝝ.Iſta tertia beſtia conata eſt deſtruere totã eccleſiã:intantũ ꝙ ſub ſuo dominio ſubiugauit totã Scythiã:& maiorẽ partẽ Indoꝝ,& totã Parthiã,& Aſiã,& Perſiã,& Syriã,& Chaldęã,& Mediã,& oẽs Armenias,& minorẽ Aſiã,& Græciã,& Syriã,& Arabiã,& Aegyptũ,& quaſi totã Aethiopiã,& Aphricam Et reduxit eccleſiã Chriſti ad vnũ angulũ mũdi i parte ipſius Europę.Quarta beſtia terribilis expectat̃:p quaꝫ deſignat̃ Antichriſtus.Iſta quarta beſtia dicit̃ cæteras tres deuoraſſe:eo ꝙ oẽs alias debet trahere ad ſe:& ſequẽtur eã.Nam ipſe Antichriſtus erit circũciſus:vt trahat ad ſe Iudæos & Sarracenos:& finget ſe ſeruare vetus teſtamentũ:& etiã legẽ Mahometicã i parte:niſi ꝙ totaliter negabit Chriſtũ:eo ꝙ dicet ſe eſſe Meſſiam in lege promiſſum.Et erit hypocrita & hæreticus.Et cũ armis omniũ ſupradictarum beſtiarũ impugnabit eccleſiã.Vnde quicquid ab alijs relictũ eſt:iſte vaſtabit.Et ſic dicũt cõiter doctores:ꝙ omnes tres beſtiæ priores.ſ.tyranni & hęretici & ſarraceni ſunt & fuerũt ꝓcurſores Antichriſti.Et ſic ꝑſecutio illoꝝ aſcribitur Antichriſto in ſacra ſcriptura.Sed ipe conſummabit vaſtationẽ & ꝑſecutionẽ eccl'iæ.Et hanc ꝑſecutionẽ.ſ.Antichriſti & ſuoꝝ ꝓcurſoꝝ q ſunt ſarraceni,ꝓdicit & deflet propheta Dauid in hoc pſal.prout ꝑuidit in ſpũ:& fuit eruditus a ſpũ ſancto:& ſic p maiori parte ꝓdicit̃ ꝑſecutio Mahometi ꝓcurſoris Antichriſti in hoc pſal.Dicit ergo Dauid in pſona eccleſiæ Chriſti.O deus & hõ Chriſte,vt quid.i.quare repuliſti eccleſiã tuã in finẽ.i.total'r ſiue a principio vſq; in finem pmiſiſti eccleſiã vexari p has quatuor beſtias ſucceſſiue:& iratus eſt furor tuus ſup nos qui ſum⁹ oues paſcuę tuę:quos in ppl'm & ꝓprias oues elegiſti:& quib⁹ in ſancta eccleſia legẽ euãgelicã & eccleſiaſtica ſacramẽta in paſcuam & paſtũ ꝓparaſti.Ideo ne dereliquas eas:ſed memor eſto congregationis.i.eccleſię tuę:quã congregaſti ab initio tui aduẽtus:prio ex duodecim ap'lis:& ſeptuaginta duobus diſcipulis:& ſic paulatim eã ex Iudæis & gentilib⁹ adunaſti,& poſſediſti,& magnã feciſti.Et redemiſti virgã.i.ſceptrum hæreditatis tuæ.i.totã eccleſiã ex fidelibus congregatã:q̃ dicit̃ ſceptrũ & regnũ hæreditatis tuæ:& dicit̃ mons Sion per diuinã cõtẽplationẽ:in quo mõte & hæreditate tua habitaſti ab initio tui aduẽtus.Leua ergo manus & potentiã tuã in ſuperbias eoꝝ inimicorũ infideliũ,Iudæorũ,& tyrãnorũ,& hæreticoꝝ,& Sarracenorũ,& ſequaciũ Antichriſti,qui eã ꝑſequunt̃.Nã quãta malignatus ẽ.i.quanta mala fecit & cõmiſit cũ malitia ppl's infideliũ inimicus in ſctõ.i.in ſanctuario & eccl'ia tua:quia infideles tyranni & Sarraceni:qui te oderunt & gloriati ſunt in medio ſolennitatis tuæ.i.in medio eccl'iarũ:vbi celebrant̃ ſolennitates & feſtiuitates tuę:quia eas ꝓphanarũt cõmittẽdo turpitudines & abhominationes in eccleſijs:& faciendo eas meſquitas vbi laudat̃ ſacrilegus & imũdus Mahomet⁹.Et poſuerũt ſigna.i.vexilla ſup ſummũ & ſummitates eccl'iarũ in exitus.i.in ſignũ victoriæ & ꝓſperitatis.Signa dico poſuerũt & nõ cognouerũt deũ & dñm:ſed inuocabãt nomen ſacrilegi Mahometi in ſignũ victoriæ.Hoc ꝓdicit propheta.Nam quãdo Sarraceni capiebant ciuitates Chriſtianoꝝ ponebãt vexilla eorũ ſup turres & cãpanilia eccl'iarũ i ſignũ victorię:& inuocabãt magnis vocib⁹ pſeudo ꝓphetã Mahometũ. Et ſic fecerũt p totã Aegyptũ & Aphricam:& etiam hoc fecit Turcus in Conſtãtinopoli in tẽplo ſanctæ Sophię.Et q̃nq; ex eccl'ijs nr̃is:& plerũq; faciebant Meſquitas ad adorandũ ſcdm nefandũ ritum eoꝝ.Et quandoq; eccleſias incẽdebant igni:& cũ ſecurib⁹ frangebant ianuas earũ.Et ideo ſubdit.Quaſi in ſylua.i.ſicut ſolet fieri in ſylua q̃n fabri & carpentarij deicijũt & ſcindũt arbores cũ ſecurib⁹:ita in idipm.i.ſimiliter exciderunt iſti ſacrilegi Sarraceni & Turci ianuas ei⁹.ſ.eccleſiæ ſecurib⁹:& ſimiliter deiecerũt eã.ſ.eccl'iaꝫ in ſecuri & aſcia:qđ ẽ inſtrumẽtũ ad ſcindẽdũ & dolãdũ ligna.Et nõ ſolũ non ſufficiebat eis deijcere & diruere eccl'ias:ſed etiã incẽderũt igni ſanctuariũ tuũ:& polluerũt tabernaculũ nois tui in terra.Hoc dicit qa quaſdã eccleſias ꝓſternebãt:& quaſdã incendebant igni:& quaſdã prophanabant cõmittẽdo in eis turpitudines:aut polluebant faciẽdo ex eis Meſquitas eorum ad adorandũ.Et notanter dicit̃ in terra:quia tabernaculũ dei qđ eſt in cælo nemo poteſt polluere.Itẽ tabernaculũ nois dei ꝓprie eſt hũanitas Chriſti,q ſedet a dextris dei:qđ tabernaculũ nemo poteſt polluere.Et ideo licet infideles ꝓphanẽt & polluãt eccleſias materiales in terra:tñ in hoc nõ lędit̃ Chriſtus in cęlo.Vñ qa ſarraceni & turci ſatagũt & conant̃ total'r auferre verũ cultũ dei a terra:cũ ꝓhibent cãpanas ſonare:imo total'r auferunt:& ex eis faciũt machinas & tormẽta quas vulgariter bombardas vocant,ad muros ciuitatũ diruendos:& non ꝑmittunt feſtiuitates Chriſti publice celebra-

ti. Et hoc crudelius & vehemẽti⁹ faciet Antichriſt⁹. Iõ ſub-
dit ꝓpheta: cognatio eorũ. ſ. Antichriſt⁹, & ſarraceni, & tuc
ei pcurſores ei⁹ dixerũt, & decreuerunt ſimul in corde ſuo:
faciamus quieſcere a terra dies feſtos dei: ne amplius cele
brent in honorẽ Chriſti. ſ. diẽ natiuitatis, & feſtuꝫ reſurre-
ctionis, & aſcẽſionis &c. imo cogũt chriſtianos laborare in
die dñico &c. ſicut manifeſte videmus facere iſtũ turcũ in ci
L uitatib⁹, quas cepit a chriſtianis. ❡ Signa noſtra. Ad cuius
intellectum eſt notandũ ꝙ multi mali chriſtiani: & ſimpli
ces vidẽtes ꝓſperitatẽ ſarracenoꝝ, & victorias eoꝝ, & vi-
dẽtes ꝑ oppoſitũ deiectionẽ chriſtianoꝝ, nõ cõſiderãtes ꝙ
iſta eueniunt ex nr̃is demeritis & pc̃tis, qa deus punit chri-
ſtianos malos tẽporaliter cũ inimicis ĩfidelib⁹: putãt ꝙ de⁹
totaliter dimiſit eccl'iam, & ppl'm chriſtianoꝝ, tanq̃ repro
batũ: & diligit infideles: & ita multi facti ſunt ſarraceni ne-
gantes nomẽ Chriſti: & ita tpe Antichriſti ꝓ maiori parte
oẽs auari & voluptuoſi ſequẽtur eũ. Hoc ꝑuidẽs Dauid di
cit in pſona illoꝝ apoſtataꝝ: Iã nõ vidim⁹ ſigna nr̃a. i. mira
cula q̃ de⁹ ſiue Chriſt⁹ ſolebat facere in fauorẽ fideliũ i pri-
mitiua eccl'ia. Et iã nõ eſt in mũdo aliquis propheta, & ſã
ctus hõ miſſus a deo ſicut ſolebat fieri, qui prędicet nobis:
Immo omnes eccl'iaſtici ſunt dediti ſupbię, & ambitioni, &
auaritię, & voluptatibus. Et ſic non eſt qui nos reꝑhẽdat.
Hoc ergo eſt ſignũ ꝙ de⁹ iã nõ cognoſcet amplius, nec cu-
rat de ſua eccl'ia: ſequamur ergo ſectã ſarracenicã aut Anti
chriſtũ. & hoc videmus manifeſte. Naꝫ maior pars exercit⁹
ipſius turci, vel ſunt chriſtiani, vel apoſtate ex chriſtianis fa
cti mahometani propter fauorem.

Vſquequo deus. In hac ſecunda parte cõqueri-
tur coet⁹ fideliũ remanentiũ apud Chriſtũ allegãdo eius oĩ
potẽtiã. O Chriſte de⁹ vſq̧quo iſte inimicus. ſ. Mahomet⁹
& Antichriſtus improperabit tibi & eccl'ię tuę & iſte aduer
ſarius Antichriſtus irritat & cõtẽnit nomen tuum qd tota
liter conatur de terra delere? vt qd. i. quare O chriſte auer-
tis manũ tuam, quin punias eũ, & auertis dexteram tuam
in finẽ. i. totaliter de medio ſinu tuo. i. q̃re nõ abſtrahis ma
nũ tuã de ſinu tuo: & excitas potentiã tuã cõtra euꝫ? q̃re ꝑ-
mittis regnare tantũ iſtũ ſacrilegũ Mahometũ, & iſtũ An
tichriſtũ filiũ ꝑditiõis? & quare nõ punis eos, & das finẽ ꝑ-
ſecutionib⁹ eccl'ię tuę? Et ad hoc allegat oĩpotentiã Chri-
ſti dicens. Tu hoc potes facere ſupple ſicut feciſti maiora
quõdã. Nã tu rex nr̃ q es deus añ ſcl'a, opatus es ſalutẽ nr̃e
redẽptiõis in medio terrę. ſ. Hierl'm: q̃ eſt ſita in medio ter
rę habitabilis nr̃ę: vt dictũ eſt. Nã ibi fuiſti crucifixus, & ſe
pultus, & reſurrexiſti, & oĩa ſacramẽta eccl'iaſtica iſtituiſti,
& ſpm̃ ſctm̃ in apl'os miſiſti. Item tu confirmaſti mare aq̃ꝝ
baptiſmaliũ in virtute tua. Primo per contactũ tui corpo-
ris dando aquis virtutẽ regeneratiuã. Scd̃o dando virtutẽ
eis ꝑ exitũ ſanguinis & aquę de latere tuo. Et ſic contribu-
laſti in aquis baptiſmalibus, & pœnitentialibus capita dra
conũ. i. oĩa ſeptẽ vitia capitalia. Nã om̃e pc̃tm̃ delet baptiſ-
mus & pœnitẽtia. Item tu confirmaſti etiam mare Galileę
in virtute tua: qñ ſiccis pedibus ſup aquas ambulaſti: & Pe
trũ ſup aquas ad te venire iuſſiſti: & qñ mare & venti obe-
diuerunt tibi. Itẽ confregiſti capita draconis. i. diaboli ꝑ le-
gẽ euãgelicã, & eccleſiaſtica ſacramẽta: & dediſti ipm̃ dra-
conẽ. i. diabolum in eſcam populis Aethiopum. i. peccato-
ribus. ❡ Ad cuius intelligentiam eſt notanduꝫ, ꝙ reges &
principes gentiũ, & tyranni pſecutores eccl'ię dicebantur ca
pita draconis. i. diaboli, i quib⁹ diabolus dñabatur toti mũ
do ꝑ idololatriã: & per quos diabolus pſequebatur & cru-
ciabat martyres: ſed iſta capita confregit Chriſtus in aquis
baptiſmalibus tpe magni Cõſtantini, & eiectis idolis omẽs
reges ſubiecit iugo fidei, & dedit ipm̃ diabolum comeden
dum populis Aethiopum. i. iudęis, & cæteris infidelibus ꝑ
infidelitatem & peccata dinigratis. Vñ peccata, & diabol⁹

ſunt eſcę ipſis ĩfidelib⁹ & peccatorib⁹. Nã honores & digni
tates ſunt eſca ſupboꝝ: & pecunię, & diuitię ſũt cib⁹ & eſca
auarorũ: & voluptates eſca luxurioſoꝝ. & ſic de ſinglis. oĩa
iſta contẽpſerunt chriſtiani, qñ abrenunciauerũt diabolo,
& põpis eius: & reliquerũt ea populis Iudęoꝝ: qui propter
iſta mũdana noluerunt Chriſtũ recipere: & ideo iſta ſunt in
eſcã Iudęis, & ſarracenis, & cæteris infidelib⁹, & ingratis ꝑ
pc̃tm̃: nobis aũt reliquit in eſcã eccl'iaſtica ſacramenta: qa
ſumus oues paſcuę eius. Et nota ꝙ ſicut diabolus cum ſuis
ſeptem vitijs eſt eſca hoim terrenoꝝ: ita pariter hoies ter-
reni ſunt eſca diaboli. vñ ſicut ſuperbi comedũt honores &
auari bona tẽporalia, & pecunias male acquiſitas: & luxu-
rioſi comedũt voluptates carnales: quas diabolus eis pſua
d. cita poſt mortes diaboli comedũt terrenos & auaros &
luxurioſos in inferno: quia oẽs iſti ſicut oues in inferno poſi
ti ſunt, & mors depaſcet eos. pſal. xlviij. Et ideo dixit de⁹ ſer
pẽti antiquo. Geñ. iij. Terrã comedes oib⁹ dieb⁹ vitę tuæ. i.
hoies terrenos & peccatores. q. d. ſicut hoies terrem come-
dent te in hac vita: ita tu comedes eos poſt mortem in ifer-
no. Et ſic patet qualiter diabolus eſt eſca hoim terrenoruꝫ
& ecõuerſo. Itẽ Iob. xl. Ecce Behemoth quẽ feci: fœnũ q̃ſi
bos comedet &c. Et hoc eſt qd̃ ait hic propheta dicens. Tu
confregiſti capita draconũ: & dediſti eũ eſcã ppl'is Aethio-
pũ &c. Et ſequitur. Tu dirupiſti fõtes & torrentes. q. d. ſicut
quondã dirupiſti, & abſtraxiſti fontes & torrentes aquaruꝫ
qñ percuſſiſti petram Oreb &c. ita tu percuſſiſti corpus & la
tus tuũ in paſſione: vnde fluxerunt aquę, & fontes, & torren
tes eccleſiaſticoꝝ ſacramentoꝝ ad noſtrã redẽptionẽ & ſa-
lutẽ. Et ſicut ſiccaſti flumina in Aegypto: ita ſiccaſti fluuios
Ethã. i. fluuios fortes aquarum. i. pſecutionum tyrannoꝝ, &
iperatoꝝ: qñ eoꝝ potentiã exſiccaſti, & extinxiſti. Et ſicca
ſti etiã oĩa flumina cerimonialia legis veteris, & totũ pſal-
mũ ppl'i iudaici: qñ eius hoſtiã, & ſacrificiũ, & regnum, & ſa
cerdotium abſtuliſti. Itẽ tu chriſte licet appareas nũc in hu-
manitate: tñ tu idẽ es ille qui tũc feciſti in figura oĩa illa ſi-
gna & ꝓdigia, q̃ fecit Moyſes in Aegypto, & in mari rubro,
& in deſerto. Sed poſtea poſt incarnationẽ impleuiſti omnia
ſupradicta, q̃ tunc fuerunt figura: quia licet ſis rex noſter ap
parens in humanitate: tñ tu es de⁹ ante ſęcula: quia in prin
cipio erat verbũ: & deus erat verbũ &c. & omnia per te fa-
cta ſunt tanq̃ ꝑ verbũ. Ideo tuus eſt dies: & tua eſt nox: & tu
Chriſte fabricatus es aurorã & ſolẽ: & tu feciſti terminos ter
ræ &c. Et nota ꝙ hoc verbũ fabrico cũ ſimilibus põt eſſe cõ
mune in ſecundis, & tertijs perſonis: ꝓut pater hic: qñ dicit
Tu fabricat⁹ es aurorã &c. Si ergo tu Chriſte es ita oĩpotẽs:
quia oĩa ꝑ te creata ſunt, & feciſti oĩa illa ſigna, & prodigia
in veteri teſta. & poſtea in no. teſta. feciſti maiora. ſ. oĩa my
ſteria noſtrę redẽptionis &c. ergo memor eſto hui⁹ gregis,
& eccl'ię tuę, & nõ ꝑmittas eã perire: qa inimicus tuus Ma-
hometus iproperauit. i. improperia multa fecit dño: & ppl's
inſipiẽs ipſius Antichriſti incitauit nomen tuũ: qa totaliter
conat⁹ eſt delere nomẽ tuũ: de terra, & blaſphemare ipꝫ: ici
tauit etiã totũ mũdũ ꝯtra nomẽ tuũ: & fideles tuos diuerſis
tormẽtis afflixit. Rogo ergo ne tradas aĩas paupuꝫ chriſtia
noruꝫ confitentes tibi iſtis beſtijs. ſ. Mahometo, & Turco,
& Tartaro, & Antichriſto deuorandas & ne obliuiſcaris fi
naliter, & totaliter animas pauperum tuorum quia ſatis
ꝑmiſiſti eos affligi. ❡ Et dicuntur beſtiæ Mahometus cum M
ſuis & Antichriſtus: prio ꝓpter vitam beſtialẽ & voluptuo
ſam. Scd̃o propter immanitatẽ & crudelitatẽ quã exercẽt,
& exercebunt in chriſtianos, & maxĩe Antichriſtus q ſimul
erit tyrannus, & hypocrita, & hæreticus: & ſic habebit oẽs
proprietates aliarũ beſtiarum eccl'iam pſequentium. Et iõ
dicitur ſimilis Pardo. i. Mahometo: & habere pedes Vrſi:
& ſic erit hypocrita & draco. Et dicitur habere os Leonis:
& ſic erit tyrannus. & etiam per iſtam beſtiam põt intelligi
ſpeciałr iſte Mahometus precurſor Antichriſti. Chriſtiani

vero dicũtur paupes: eo ꝙ ꝑpter bona ſpūalia, tpalia reli-
quunt. Et dñr etiã pauperes: qa Antichriſtus, & Mahome
tus chriſtianos bonis tpalib⁹ expoliabunt, & ſuos ditabũt.
& ideo ſubdit. O Chriſte reſpice in teſtamentũ tuũ: & le-
gẽ tuã euãgelicã: qm ſarraceni & ſeqces Antichriſti q ob-
ſcurati ſunt, & denigrati ſunt in ſecta mahometica, & An
tichriſti: repleti ſunt, & ditati domib⁹ iniqtatũ terrę. i. do-
mib⁹, & bonis tpalib⁹ ſeu diuitijs terrenis, q̃s cũ iiqtate &
rapina acquiſiuerũt, & nobis abſtulerũt iniuſte & iniq̃. Bo
na tpalia & p rapinã ablata dñr domus, & bona iniqtatũ
. i. p iniquitatẽ, & iniuſtitiã, ablata. Bona etiã tpalia dñr do
m⁹ & vaſa iniquitatũ: qa in eis includit oĩs iniqtas. ſ. iiuſti-
tia, & rapina, & fraus, & dol⁹: iõ dñr mãmona iiqtatũ. Sub
dit ergo. O chriſte rogo ne ppl's chriſtian⁹ fact⁹ pauꝑ auer
tat, & deijciat, & ꝯtẽnat factus cõfuſus. Et nõ pmittas ipm
cõfũdi, ſed libera eũ de ore beſtiaꝝ ſupradictaꝝ: vt hono
ret te. Nã ſupradicti diuites & raptores nõ laudabunt te:
imo blaſphemabũt: ſed ſol⁹ ppl's chriſtian⁹ paup ſine bo-
nis tpalib⁹, & iops ſine hũano auxilio laudabũt nomẽ tuũ:
& cõfitebunt fidẽ catholicã. Sed hoc nõ poterũt facere, niſi
adiuueris eos. Ergo exurge & veni ne videaris dormire, &
iudica cauſam tuã, & iniuriã cõtra te factã. Et eſto memor
improperioꝝ tuoꝝ, q̃ facta ſũt tota die, & p totũ tp̃s pſecu-
tiõis ab iſipiẽte Antichriſto: & iterfice ipȝ ſpũ oris tui: put
dicit Apl's. ij. Theſſa. ij. ad Et moriat iſta beſtia: & ne obli-
uiſcaris voces blaſphemię inimicoꝝ tuoꝝ: tam Mahometi
q̃ Antichriſti: qm ſupbia eoꝝ qui te oderũt, & blaſphema
runt ſemp: aſcendit in cælum ad aures dei patris, et etiam
ſemper aſcendit. i. creſcit. q. d. veni & deſtrue. Primo ſectã
Mahometicã. Deinde ſectã Antichriſti cũ ſuo auctore: qui
ecclẽam tuã affixerũt, & nomẽ tuũ blaſphematũt. Et etiaȝ
tota iſta vltima particula põt referri ad vltimum iudiciũ, ad
qd Chriſt⁹ veniet cũ ptãte magna, & maieſtate, & iudica-
bit ſupradictas beſtias. ſ. Mahometũ & Antichriſtum, cum
oĩbus ſequacibus ſuis, & cum omnibus infidelib⁹, & ipœni
tẽtib⁹. Et mittet eos in ſtagnũ ignis inferni. vt ptȝ Apocal.
xix. Paupes aũt chriſtianos q pſecutionẽ paſſi ſunt ꝑpter iu
ſtitiã fideiiduces Chriſt⁹ in regnum p̃tis: vt ptȝ Apoca. xx.
& Math. xxv. Et iõ dicit Dauid: Exurge deus & iudica cãȝ
tuã. &c. ¶ Tota ergo ſnĩa hui⁹ pſal. ſcdm ſcdam expoſitio
nẽ eſt ꝙ Dauid p̄uidit in ſpũ imanem pſecutionem ecclĩę
Chriſti p Mahometũ, & Antichriſtũ finalr faciẽdã. Et iõ
iuocat Chriſtũ: vt veniat ad liberãdũ oues ſuas de ore iſtaꝝ
beſtiaꝝ duaꝝ. Vñ in pſona ecclĩe dicit. O dñe Ieſu Chriſte
poſtq̃ tu creaſti iſtas oues, & ab initio tui aduent⁹ iſtũ gre-
gem cõgregaſti, & multiplr redemiſti, & de ore draconis p
baptiſmũ liberaſti: libera ergo ipm ppl'ȝ finaliter de manu
iſtaꝝ duaꝝ beſtiaꝝ. ſ. Mahometi & Antichriſti: & in finali
iudicio puni perſecutores ecclĩæ in cruciatum æternum: &
glorifica pauperes tuos in vitam ęternam. q̃ quidem peti-
tio implebitur p interitum ipſius Antichriſti.

## COnfitebimur tibi deus: confitebimur & inuocabimus nomen tuum.

¶ Titulus, Victori ſiue ad Victoriã: ſiue in fineȝ
ne diſpdas, pſal. ipi Aſaph. Ex titulo ptȝ ꝙ Dauid fecit hũc
pſal. dirigens nos in Chriſtũ q eſt finis legis. Et cantabat cũ
omni conatu p chorũ ipſius Aſaph: eo ꝙ dirigit toti ecclĩę:
vt frequẽter eſt declaratũ. Et addit ne diſperdas: eo ꝙ pro
pheta in perſona toti⁹ ecclĩę rogat deũ: ne pmittat ecclĩaȝ
diſperdi per infideles. Iſte pſal. ab aliquib⁹ Hebręis, & etiã
catholicis expõit de pp'o Irael redeũte de captiuitate Ba
bylonica, & dicẽte. Cõfitebimur tibi de⁹ cõfitebimur: quã-
do egreſſi fuerim⁹ ab hac captiuitate. Et narrabim⁹ mira-
bilia tua: eo ꝙ facies iudiciũ, & punitionẽ, & vltionẽ de ini
micis noſtris: vt ptȝ p totũ diſcurſũ pſal. inquãtũ deus ꝑmit
tit facere vindictã &c. Sed Rabi Chamhi dicit: ꝙ iſte pſal.
fact⁹ eſt in pſona pp'i Iudeoꝝ exiſtẽtis in hac captiuitate
expectãtis liberari p Meſſiã: quẽ falſo & fruſtra expectãt: q
eſt facturus vltionẽ de chriſtianis & cæteris gentibus, q affli
gunt eos in hac captiuitate. Ideo dicit iſte ppl's O deus qñ
tu miſeris Meſſiã, & liberauerit nos de hac captiuitate: tũc
confitebimur tibi &c. Sed quia ſcda expoſitio eſt erronea,
inquãtũ tollit tẽp⁹ aduent⁹ Meſſię: & prima eſt inutilis, in
quantũ illud qd eſt ſpũale expectat tpale: iõ eſt dicendum
ſcdm catholicã, & verã intelligentiã ꝓphetę & eccleſię: ꝙ
Dauid p̄uidẽs in ſpũ gaudiũ fideliũ de aduentu Meſſiæ, &
bñficio nrę redẽptiõis: & p̄uidẽs futurũ iudiciuȝ, & punitio-
nẽ faciẽdã p Chriſtũ de perſecutorib⁹ ecclĩę, & de trãſgreſ-
ſorib⁹ legis euãgelicę, fecit hunc pſalmũ, orãs ne de⁹ pmit-
tat diſperdi pplm ſuũ: ſed faciat vltionẽ de perſecutoribus
ei⁹, in qua orõne forſan habuit certitudinẽ de aduẽtu Meſ-
ſię, & punitione faciẽda de iniquis. Iõ introducit populum
fideliũ dicens. O Chriſte nos de⁹ cõfitebimur tibi. i. laudes
dabimus tibi. Primo propter beneficium incarnationis, &
noſtrę redẽptionis: quia nos a peccato & perpetua captiui-
tate liberabis. Scdo confitebimur tibi quia de diabolo &
inimicis eccleſię facies vindictam, & vltionem, & inuocabi
mus nomen tuum quod eſt Ieſus.

## Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus ego iuſtitias iudicabo.

¶ Et tũc etiã cõfitendo narrabim⁹ mirabilia tua: & p̄dica
bim⁹ myſteriũ incarnatiõis, & natiuitatis, & p̄dicatiõis, &
miraculoꝝ operatiõis, & mortis, & paſſionis, & reſurrectio
nis, & aſcenſionis &c. q. d. tunc agemus gratias, & celebra-
bimus feſtiuitates in memoriaȝ hoꝝ beneficioꝝ &c. Cum
accepero tẽpus. ¶ Hæc eſt ſcda pars huiu⁹ pſal. in qua loqt
Chriſtus in lege ꝓmiſſus, q̃ locutio põt cõtinuari cũ ſupra-
dictis verbis. Primo ꝙ Dauid dicat. O chriſte deus nos cõ-
fitebibtur tibi. &c. eo ꝙ p reuelationẽ dixiſti mihi oĩa verba
ſequẽtia. ſ. cum accepero tp̃s ego iuſtitias iudicabo &c. Vel
põt dici ꝙ iſte pſal. eſt quidã dialogus, in quo Dauid dicit i
perſona toti⁹ ecclĩę, confitebimur tibi deus &c. Sed poſtea
Chriſt⁹ rñdẽs dicit verba ſequẽtia. ſ. cum accepero &c. quó-
cũq; intelligat: Chriſt⁹ eſt ille qui loquit in hac ſcda parte,
vbi Chriſtus tria facit. Nã primo ꝓmittit venire in carnem
ad iudicium diſcretionis. Scdo ꝓmittit dare legem iuſtificã
tẽ. ꝓhibẽtẽ oẽȝ violẽtiã & iniuſtitiã. Tertio promittit facere
vltionem de ſupbis & tranſgreſſorib⁹, & perſecutorib⁹ legis
euãgelicę. Scdm ibi. Dixi iniquis. Tertiõ ibi. Quia neq; ab
oriẽte. ¶ Quantũ ad primũ eſt aduertendũ ꝙ Chriſtus q ẽ
verbũ p̃ris, et de⁹ ab æterno cõſubſtãtialis patri, cũ ſit æter
nus & ſupra oĩe tp̃s factus eſt tpalis, & mortalis formã ſer-
ui accipiens. Et ſic accipiendo carnẽ accepit mortalitateȝ: &
accepit tp̃s: qa factus eſt hõ tpalis & mortalis: in qua forma
dedit nobis legẽ euãgelicã. Et in eadẽ forma debet mũduȝ
iudicare, in qua iudicat⁹ eſt a Pilato. Et hoc eſt qd dicit hic
Chriſtus rñdendo voto eccleſię dicẽs: Tu Dauid & vos oẽs
fideles dicitis ꝙ nõ pmittã ecclĩam diſperdi: & ꝙ cõfitebi-
mini mihi &c. Et ego dico vobis, & promitto ꝙ cum acce
pero tp̃s. i. cũ aſſũpſero carnẽ humanã, & effect⁹ fuero tp̃a-
lis & carnalis & mortalis: & venero in carnẽ: ego tunc iuſti-
tias quas petitis iudicabo. Primo per iudiciũ diſcretiõis Se-
cundo p iudiciũ examinationis, & retributiõis, & punitiõis:
quia puniam veſtros pſecutores: & liberabo, & reſtaurabo,
eccleſiam meam: & fideles meos.

## Liquefacta eſt terra & omnes qui habitãt i ea: ego confirmaui columnas eius.

¶ Hic explicat modũ hui⁹ reſtaurationis. Ad cuius intelle
ctũ eſt notandũ, ꝙ corda hoim ante xp̃i aduentum maxie
corda gentiliũ erãt dura & lapidea p ſuperbiã: ſed Chriſt⁹
fecit ea carnea, & liq̃fecit ea per humilitatem & doctrinaȝ

euāgelicā, & fidem,& charitatē. Itē ex alia parte caro hominū erat liq̃facta,& fragilis,& prona ad cadendū & peccandū: ſed Chriſtus firmauit colūnas eius.i. fortificauit vires aię p fidē,& charitatē,& grām,& eccleſiaſtica ſaramēta & p doctrinā legis euangelicę. Itē tota eccleſia fuit ī principio etiam fragilis. Nā in paſſione relicto Chriſto oēs fugerūt:& Petrus ad vocē vnius ancille ter negauit Chriſtū: & in illis dieb⁹ oēs apl̄i,& diſcipl̄i erant in cœnaculo abſcōſi,& congregati propter metum Iudęorꝝ. Sed Chriſt⁹ miſit ſpm̄ ſctū̄ in eos,qui erant colūnę eccl̄iæ fragiles: & ſic Chriſt⁹ cōfirmauit,& fortificauit columnas eccleſiæ. & ſic Chriſtus in ſuo aduentu liquefecit,& mollificauit dura:& confirmauit,& fortificauit fragilia per fidem & eccleſiaſtica ſacramēta. Dicit ergo Chriſt⁹,qn̄ ego veni in carnē tota terra.i. oēs qui habitant in ea,erat liquefacta & fragilis:& omnia corda hoīꝫ erant diſſoluta & corrupta in moribus: & [illegible] oc non ſolum in populo gentili:ſed etiam iudaico:ſed ego confirmaui columnas eius:ne totaliter caderent in ruinam. Nam conſtitui.xij. apoſtolos,& ſeptuaginta diſcipulos:& eos in fide ſolidaui:& hos feci columnas:ſuper quos ſuſtentatur eccleſia. Et iſti prædicarunt legem euangelicā: & conuerterunt omnes gentes ad fidem,& liberarunt genus humanum de magna ruina:& texerūt oēs fideles ſub vno tecto eccleſię. Et ſic nūq̃ iſta eccleſia ruet:nec totaliter cadet:quia ego confirmaui columnas eius per duodeciꝫ apoſtolos,& per duodecim articulos fidei,& per ſepteꝫ eccleſiaſtica ſacramēta:& per legem & præcepta euāgelica.

Dixi iniquis nolite inique agere:& delinquentibus nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altum cornu veſtrum:nolite loqui aduerſus deum iniquitatem.

¶ Hic Chriſtus ſpecialiter promittit dare legem euangelicam per quam firmatur eccleſia & diſcernitur ppl̄s fidelis ab infideli. Et ponit præteritum pro futuro propter certitudinem prophetię ſecundum morem ſuum. Vnde dicit. Ego confirmaui columnas eccleſiæ,non ſolum per apoſtolos & diſcipulos:ſed etiam per legem euangelicam. Nam ego in lege euangelica dixi & præcepi iniquis & violentis & iniuſtis:ne perſequātur iuſtos & pauperes,& ſimplices: immo dixi:Nolite inique agere contra deum & proximuꝫ: & etiam dixi delinquentibus,& tranſgreſſoribus & ſuperbis,Nolite exaltare cornu & faſtigium ſuperbię:quia dedi p̄ceptum de iuſtitia & humilitate:vt patet Matth.v.&.vj.&.vij.& per totuꝫ diſcurſum euangelicum:quia nil aliud p̄cipitur,niſi charitas dei,& proximi:& humilitas:quia q ſe humiliat exaltabitur:& qui ſe exaltat humiliabit. Ideo dixi. Nolite extollere cornu.i. ſtatum & dominium veſtruꝫ in altum in dictis aut factis:& nolite loqui iniquitatem.i. blaſphemiam,aut dolum,aut mendaciuꝫ aduerſus deum. Nam qui loquitur mendacium contra proximū:etiam offēdit deū:& ſic prohibetur omne dictum aut factum contra deum & proximū:& in hoc conſiſtit tota lex euangelica:& etiam lex & prophetę. Sed hoc magis explicatꝛ in lege euāgelica Matth.v.&.vj.&c. Et iſta lex euangelica non ſolum obligat Iudæos:ſed omnes nationes,& conditiones hoīm: & omnes regiones,& terminos terrę:ideo ſubdit comminando punitionem tranſgreſſoribus hic temporaliter,& in futurum ęternaliter,dicens.

Quia neq̃ ab oriente neq̃ ab occidente neq̃ a deſertis montibus:quoniā deus iudex eſt.

Hunc humiliat & hūc exaltat:quia calix in manu domini vini meri plenus mixto.

Et inclināuit ex hoc in hoc:verūtamen fęx eius nō eſt exinanita:bibēt omnes pctōres terræ.

¶ Nēo putet ſe excuſari ab hac lege,nec putet fugere punitionem:ſiue faciat ſecrete,ſiue palam:quia deus nec deficit ab oriente,neq̃ ab occidente:neq̃ a mōtibus Sythię, & Aethiopię:qm̄ deus iuſt⁹ iudex vbiq̃ eſt præſens,& nulli loco deeſt. Et notanter nominat orientem & occidenteꝫ, & non aquilonem nec auſtrum:quia p deſertos montes intelligit aquilonem & auſtrum. Et ratio eſt:naꝫ in parte aquilonari ſunt montes Sarmatici vltra ſeptimum clima:qui quidem montes ſunt deſerti propter frigus & perpetuum gelu. Et quia vltra ſexagintaquinq̃ gradus ab æquinoctiali, duꝫ ſol eſt in ſcorpione,& in capricorno ſemper eſt nox ſine luce:eo q̄ per illos duos menſes ſol eſt ſub horizonte eorum:per oppoſitū i Aethiopię mōtibus eſt ſemper ęſtus: & terra redditur inhabitabilis. Sed ſi aliqui habitantꝛ tā in montibus deſertis Aethiopię,q̄ in mōtibus Sarmaticis:adhuc illi ſunt ſub dei iudicio:& omnes illos,& iſtos qui habitant in media terra temperata.ſ. inter ſecundum,& ſeptimum clima deus iudicat ſecundum ſua demerita:hic temporaliter & in futuro æternaliter. Ideo ſubdit:Hunc humiliat.ſ. ſuperbum,& hunc.ſ. humilem exaltat:ſicut humiliauit Pharaoneꝫ,& Nabuchodonozor. Et exaltauit Dariū, & Cyrum,& Dauid &c. Et vnde proueniat hoc:ſubdit cauſam potentiæ dei dicens:quia calix in manu domini &c.

¶ Ad cuius intellectum eſt notandum,q̄ triplex calix legitur in ſacra ſcriptura. Primus calix paſſionis. Matth.xxvj. N
Tranſeat a me calix iſte. Et poteſtis bibere calicem &c. Secundus eſt calix punitionis. pſal.x. Ignis ſulphur ſpiritus procellarum pars calicis eorum. Item Apo.xiiij. Hic bibet de vino irę dei,quod mixtum eſt mero in calice iræ ipſius. Itē Apo.xvij. Date illi calicem vini indignationis iræ dei. Tertius calix eſt fruitionis & gloriæ. pſal.xv. Dominus ps hæreditatis meę & calicis mei. Item pſalmo.xxij. Calix me⁹ inebrians. Itē Eſa.lv. dicit de calice punitionis. Conſurge Hieruſalem quæ bibiſti de manu domini calicem iræ eius. Et ſic tot modis dicitur vinum.ſ. paſſionis,& punitionis,& fruitionis. Et ſic ſecundo modo ſumitur hic calix & vinum.ſ. irę & punitionis,cum dicitur calix in manu domini vini meri plenus mixto. Vnde calix iſte quo deus potat peccatores ē plenus mixto.i. quadam mixtura. Nam habet in ſummo vinum proſperitatis,& in fundo fęces aduerſitatis & damnationis & pœne æternę:ideo peccatores,& ſuperbi bibunt in hac vita vinum proſperitatis de hoc calice:ſed in fundo reperiunt fęcem,& vinum damnationis æternę. Per oppoſitum iuſti:quia bibunt in hac vita caliceꝫ paſſionis & perſecutionis:ideo in fundo reperiunt vinum fruitionis & glorię. Ideo dixit Chriſt⁹ Matth.xx. Poteſtis bibere calicē quē ego bibiturus ſum:vt ſedeatis ad dexteram in regno meo? Et ideo ait Lucę.xxij. Vado vobis parare regnum:vt edatis & bibatis ſuper mēſam &c. De vtroq̃ ergo calice pōt intelligi iſte verſus. Primo de calice paſſionis,qui habet vinū aduerſitatis,& amaritudinis in ſummo:& vinum glorię in fundo. vt ſit ſenſus:quia calix paſſionis eſt in manu dn̄i.ſ. calix vini meri plenus mixto.i. mixtura paſſionis cum gloria fruitionis. Vel pōt intelligi,& manifeſtius calix retributionis:vt ſit ſenſus,in manu dn̄i eſt calix retributionis plenus meri vini & mixto:cum quo deus retribuit bonis & malis. Nam merum purum eſt pro bonis:ſed mixtura q̄ eſt in fundo eſt pro reprobis. Et ſic pōt eſſe ille calix rōne dantis & iudicis. Et iſtuꝫ calicem iræ & retributionis deus inclinauit ex hoc in illud.i. ex hoc peccatore in illuꝫ:quia omnib⁹ peccatorib⁹ dat potum de iſto calice punitionis. Verūtamē fęx eius.ſ. fex punitionis nondum eſt exinanita & vacuata:imo ex ipſa bibent omnes peccatores terrę. Nā ſicut gloria dei nunq̄ euacuabitur pro iuſtis:ita ira dei nunq̄ euacuabitur pro damnatis:quia ſemper calix irę dei habet aliquid fęcis ad puniendos iniuſtos.

**Ego autem annũciabo in ſeculum: cãtabo deo Iacob.**

**Et omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabuntur cornua iuſti.**

¶ Iſta poſſunt eſſe verba Chriſti in pſona corporis myſtici vel ſunt verba ipſi⁹ eccl'ie dicentis: oẽs pctõres terre bibent de iſto calice punitionis & irę dei. aũt ꝓ ſed, ego annunciabo & ꝑdicabo iuſticiã & iudiciũ dei in ſcl'm: & cantabo deo Iacob, agẽdo gr̃as de punitione facta de pſecutorib⁹, cantabo dico, hoc eſt p mẽbra & fideles meos. Et confringam omnia cornua, & ſupbias pctõꝝ: eis dñium, & regna, & vitã auferendo, & a dignitatibus eijciendo, & in infernũ detrudendo: & cornua, & honores ppl'i chriſtiani exaltabuntur hic p gr̃am, & in futuro per gloriã. Hoc fuit impletum. Nã poſt deiectionem Diocletiani, & Maxentij, & aliorũ tyrannoꝝ: eccl'ia fuit exaltata etiã temporaliter: vt patet in eccl'iaſtica hiſtoria. Et Dauid cõiungit finẽ cũ principio: quia ibi dixit Cõfitebimur tibi deus cõfitebimur. & hic dicit Ego aũt in ſcl'm cãtabo &c. Et dat rõnẽ quare: quia oia cornua peccatoꝝ cõfringã: eos deijciendo & puniendo: eo ꝙ pſecuti ſunt eccl'iam. Et cornua ppl'i iuſti exaltabuntur: eo ꝙ patienter pſecutiões ꝓpter fidẽ & iuſtitiã tolerarũt: & ſic ſupbi humiliati ſunt: & hũiles exaltati p Chriſtũ: eo ꝙ iſti ſeruarũt legẽ Chriſti & illi non. Vñ nota ꝙ licet iſta cõfractio & depſſio pctõꝝ: & exltatio iuſtoꝝ fiat cõtinue in hoc mundo occulto dei iudicio: tñ in nouiſſimo die fiet publice & in manifeſto: & ſic de vtroq; iudicio poteſt intelligi iſte pſalmus, ſicut dictũ eſt pſalmo nono.

**Notus in Iudea deus: in Iſrael magnum nomen eius.**

¶ Titulus, Victori ſiue in fines in organis pſalmus Aſaph cantici. Dr̃ pſal. cantici in organis: quia ſimul cantabaẽ cũ organo muſico, & voce humana. dr̃ ipſi Aſaph: quia datus eſt ad cantandum ipſi Aſaph: eo ꝙ dirigitur toti eccl'iæ q̃ fuit finis legis. De materia huius pſal. Dicit Rabi Salomõ, & multi hebręoꝝ & catholicorum, q ipſum ſequuntur, ꝙ iſte pſalm⁹ eſt factus de ſtrage Sennacherib qui obſederat Hierl', ſed venit angel⁹ dñi: & in vna nocte interfecit centũ octogita quinq; milia: & ſic miſerabiliter fugit Sennacherib. Vñ tunc deus fuit notus. i. ſuam omnipotentiam oſtendit & notificauit in Iudęa, & Hierl'm cõtra inimicos populi ſui. & ſic exponunt hunc pſalmũ. Sed de illo cęco obſtiato Ra. Salo. non miror: quia quantum potuit conat⁹ eſt occultare veritatẽ ſacrę ſcripturę: ſed miror de catholicis qui ipm ſequunẽ: cũ per fidẽ videant ibi latere maxima ſacramenta de Chriſto & eccleſia, & velint ea tacere. Iõ Chãhi Barchinonenſis dicit ꝙ iſte pſalmus loquitur de magno p̄lio qđ facturi ſunt Gog & Magog in Hieruſalẽ cõtra Meſſiã, quẽ fruſtra, & falſo expectant Iudęi. Et quõ Meſſias debet vincere Gog & Magog. in Hieruſalẽ. & de hoc gloſſat ipm pſal. dicens. Tunc deus erit notus in Iudæa. i. notificabit potentiam ſuam, & fauorem Meſſię, & populi Iudaici, qñ Meſſias vicet Gog & Magog in Hieruſalẽ, de quo p̄lio & victoria loquitur Ezechiel. xxxviij. & xxxix. ca. Vnde licet iſte alius obſtinatus dicat mendacium, inquantũ gloſſat iſtum pſalmum de pręlio Meſſię: quem falſo expectãt: tamen dicit veritatem inquantum dicit ꝙ Dauid fecit hũc pſalmũ de victoria regis Meſſię in lege promiſſi. Ideo eſt dicendum ſecundum intenſionem ſacrorum doctorum & ſcl'm veritatem: ꝙ Dauid in hoc pſalmo ꝑdicit victoriam quã Chriſtus Meſſias in lege promiſſus habuit in Hieruſalem contra diabolũ per mortẽ, & paſſionẽ, & reſurrectionẽ ſuã, & ꝑdicit aĩa myſteria nr̃e redẽptionis q̃ cõpleta ſunt i Hierl'm, & Iudęa, & tota terra promiſſionis: vbi Chriſtus fuit notus, & fuit conuerſatus. Per Iudęã, & Hieruſalem intelligiẽ etiã tota eccleſia a ſolis ortu vſq; ad occaſum: eo ꝙ ab illa terrena Hierl'm orta eſt: vbi & in qua ſola de⁹ eſt notus per fidẽ, & opera mirabilia q̃ facta ſunt: & fiunt quotidie p Chriſtũ. & de hac eſt iſte pſalmus. ¶ Ad cuius intellectũ eſt notandũ, ꝙ ſicut nos veneramur cũ magna deuotione ciuitatẽ Hierl'm: eo ꝙ ibi Chriſtus ꝑdicauit: & miracula fecit. & fuit paſſus & ſepultus & reſurrexit, & aſcẽdit in cælũ &c. & veneramur Bethleẽ, quia ibi natus eſt, & cætera loca vbi fecit miracula: & dicim⁹ illã terrã ſãctã & beatã: in qua Chriſtus fecit oia illa myſteria p eandẽ rationem, & cũm oẽs patriarchę & ꝓphetæ beatificarunt illã ciuitatem & terrã: eo ꝙ ꝑuiderunt in ſpũ & reuelatione, ꝙ ibi myſteria ſupradicta erant implẽda p Chriſtum Meſſiam in lege promiſſum. Et ideo hoc ꝑuidens Dauid, beatificauit illam ciuitatẽ, & totã terram Iudę, & Iſrael. eo ꝙ Chriſt⁹ erat ibi naſciturus: & oia ſupradicta operatur⁹. Iõ dicit. Notus in Iudea de⁹ &c. Duo ergo facit in hoc pſalmo. Nam primo deſcribit, & ꝑdicit multiplicẽ noticiã, q̃ de⁹ erat i carne cognoſcẽd⁹ in Iudęa, & Hieꝛl'ꝫ ad noſtrã ſalutẽ. Scdõ ꝑdicit diuinum cultum Chriſto conferendũ ex gratiarum actione pro huiuſmodi beneficijs. ibi. qñ cogitatio hominis. ¶ Quantum ad primũ eſt notandum, ꝙ hic memorantur quatuor loca, q̃ ſeſe habent ſcdm cõtinens & contentum. ſ. Iſrael, & Iudęa, & Sion, & Hierl'm. Nam Sion cõtinetur in ciuitate Hieruſalem, cũ ſit altior & fortior pars eius: & Hierl'm continetur in Iudęa ꝓ maiori pte. Sed Iudęa cõtinetur in Iſrl'. Nam terra Iſrl' dr̃ tota terra promiſſiõis diuiſa p. xij. tribus. Per totã aũt iſtã terrã Iſrael fuit Chriſtus notus: qa ibi ꝑdicauit: & miracula fecit, maxime in Galilea. ſ. in tribu Zabulon & Neptalim &c. Scdõ fuit notus in Iudęa: quia ibi nat⁹ eſt. ſ. in Bethleem: & in Iudea fuit baptizatus. ſ. in illa parte Iordanis, q̃ irrigat Iudęam: & in Iudæa ieiunauit. xl. diebus &c. qa ibi iuxta Hierico q̃ ẽ i Iudęa. Et hoc eſt quod intẽdit dicere Dauid cum dicit. Notus in Iudæa deus. i. Chriſt⁹ de⁹ & hõ erit notus, & manifeſtus in Iudea: quia primo naſceẽ in Bethleẽ Iudę. Et ibi cantabunt angeli Gloria in excelſis deo. Et adorabiẽ a paſtorib⁹, & a magis. Et ſic ibi primo cognoſcetur. Item ibidẽ ꝑſentabitur in templo in Hierl'm: & cognoſcetur per Simeonẽ, & Annã prophetiſſã. & ibidem cognoſcetur diſputans in medio doctoꝝ. Item in eadem Iudęa cognoſcetur in baptiſmo a Ioanne baptiſta: qñ audieẽ paterna vox dicens. Hic eſt filius meus dilectus. Item in eadem Iudęa cognoſcetur per ieiunium: qñ tẽtabitur a diabolo: & cognoſcetur vt victor. & ſic in Iſrael, & Iudęa maxie erit notus.

**Et factus eſt i pace locus eius: & habitatio eius in Sion.**

¶ Loc⁹ eius, In Hębręo habeẽ: Factus eſt in ſalẽ. i. Hierl'm tabernaculũ ei⁹. Ex quo patet, ꝙ hic oñdit qũo ſpecialiter Chriſt⁹ erat noſcẽdus in Hierl'm. ¶ Ad cuius intelligẽtiã ẽ notandũ, ꝙ Hierl'm interpretatur viſio pacis: eo ꝙ componitur ex duob⁹. ſ. ex hoc noie ſalẽ qđ iterꝑtaẽ pax: & hiere, quod interꝑtatur videre ſiue videbiẽ. Vñ dicũt Hebręi, ꝙ hoc nomẽ fuit cõpoſitũ p duos ſanctos viros. Naꝫ primo Melchiſedech quem dicunt eſſe Sem filium Noe vocauit ipſã Salẽ: eo ꝙ fuit i ea rex & ſacerdos, & ſeruabat i ea iuſtitiam: ex qua ſequitur pax. Et ideo vocauit eam Salem. i. pacificam: in qua obtulit panem, & vinum pro Abraham: vt patet Geñ. xiiij. Secundam vero partem huius nominis impoſuit ipſe Abrahaꝫ. dicunt eñ & eſt veriſimile ꝙ in eodẽ monte vbi nunc eſt Hierl'm voluit Abraham ſacrificare filium ſuum Iſaac: ſed quia fuit ꝓhibitus ab angelo, & apparuit ibi aries hærens veprib⁹: & ſacrificauit, & imolauit ipſũ, loco ipſius Iſaac: ideo vocauit nomen loci illius Adonai hiere. i. dominus videt. & ſic vſq; ad hodiernum diem diciẽ

in mōte dn̄s videbit:vt pꝫ Gen̄.xxij.In Hebręo vero hā-
bet:dn̄s demonſtrabit ſiue videbit:& ſic ex ſtoc noie hieru
& hoc noie ſalē cōponitur Hierl'm:qđ idē ē qđ viſio pacis,
ſiue in qua dn̄s pacificus mōſtrabit vel videbit.Qđ quideꝫ
myſteriū vere cōpletū fuit in Hierl'm.Nā ibi dn̄s fuit viſus,
& mōſtratus in carne,& fuit in tēplo p̄ſentatꝰ,& ibi p̄dica-
uit,& miracula fecit,& ibi fuit ſepultus,& miſit ſpm̄ ſanctū
in diſcipulos,& aſcendit in cælū.Et eſt credendū,ꝙ in eo-
dem loco crucifixus eſt,& viſus eſt in cruce, vbi Abraham
immolauit arieteꝫ loco ipſius Iſaac.Et ideo recte dicitur lo
cus,dn̄s videbitur ſiue demōſtrabitur.Vn̄ multa erat factu
rus Meſſias in Hierl'm inter cætera,ꝓpter quæ omnes pa
triarchę,& prophetę ita ſæpe celebrarunt,& memorarunt
illā ciuitatē Hierl'm.Nā primo fuit eius locus:qa ibi p̄dica
uit & miracula fecit:vel quia ibi fuit ſepulchrū eiꝰ qđ dr̄ lo-
cus & tabernaculū eius.Ideo vbi Hieronymꝰ poſuit.Factus
eſt in ſalē locus eius:Septuaginta poſuerat factꝰ eſt in pace
locus eius.i.ſepulchrū eius:qa in illo loco & ſepulchro dor-
miuit Chriſtus in pace,& cum ſpe reſurrectionis:vt pꝫ pſal
mo xv.Scđo in Sion q̄ eſt altior pars Hierl'm hoſpitabatur
Chriſtus,& ibi comedit paſcha cum diſcipulis. Et ibidē in-
ſtituit ſacramentum altaris. Et ideo ſequitur,Et facta eſt
habitatio eius in Sion.& ibi fuerūt diſcipuli congregati ꝓ-
pter metum Iudęorum per aliquot dies.

Ibi confregit potentias:arcum ſcutum & gla-
dium & bellum.

¶ Scđo ibi in eadē Hierl'ꝫ Chriſtus debellauit diabolum
in cruce,& cōfregit arma eius,& potentias,& vires. Nā cō
fregit arma.ſ.arcū tētationū,cū quo mittebat ſagittas ſuas.
Itē cōfregit ſcutū chirographi vēditionis hūanæ:quo om̄es
fuimus venundati peccato.ad Ro.x.qđ chirographū affi-
xit cruci.ad Col'.ij.Scđo ibi cōfregit gladiū peccati origina-
lis,quo omnes vulnerauerat.Et cōfregit arma.vij.vitioruꝫ
capitaliū quibus omnes inficiebat:& ſic confregit bellū qđ
nobis diabolus faciebat. Et ſuperauit ip̄m per mortem &
paſſionem.Hāc victoriā pfecit in cruce.Ex quo patet ꝙ re
cte vocata ē Hierl'ꝫ:qa in ea multipl'r viſꝰ eſt Chriſtꝰ deꝰ &
hō in carne,& in ea pacificauit nos deo prī p ſanguinē ſuū.

Illuminans tu mirabiliter a montibus ęternis:
turbati ſunt omnes inſipientes corde.
Dormierūt ſomnum ſuum.& nihil inuenerūt
omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.

¶ Tertio Chriſtus notus eſt in Hierl'm & in Sion:quia in
ea miſit ſpm ſanctū in apl'os,& illuminauit eos:vn̄ intelle-
xerunt legem euangelicam & ſcripturas:& in illa die dedit
eis legē quo ad intelligentiā:& ſic ex paruis & infimis fecit
eos montes magnos:per quos poſtea illuminauit totū mū-
dum.Et ideo ſubdit Dauid.Bene dico ꝙ notus eſt deus in
Hierl'm,& in Sion:qm̄ tu eris ſiue fuiſti ibidē illuminās mū
dū a montibus æternis.i.ex apl'is,quos prio ibi illuminaſti:
poſtea ab eis,& p eos illuminaſti totū orbem:qn̄ in eos ſpi
ritū ſctm̄ miſiſti terribiliter in die Pentec.quia factus eſt de
cælo ſonus.Vn̄ oēs Iudæi inſipiētes corde,& ſcribę, & pha
riſſei turbati ſunt,& admirati audientes ſonum,& viden-
tes linguas igneas ſupra montē Sion,& apoſtolos & audiē
tes eos loquentes omnibus linguis,& allegantes & expo-
nentes oēs ſcripturas,& conuincentes eos. Vnde conuerſi
ſunt in illa die de popularibꝰ quaſi quatuor milia:vt patet
Act.ij.&.iij.ſed Scribę & Phariſęi manſerunt obſtinati in
ſua malitia ſequentes auaritiā & diuitias ſuas.Ideo ſubdit:
ꝙ iſti inſipientes corde dormierunt ſomnō ſuum in pecca-
to mortificati per auaritiā nolentes ſequi Chriſtum,qui p̄-
dicauerat paupertateꝫ.Et ideo omnes iſti viri nihil diuitia-
rum inuenerunt poſt morteꝫ in manibus ſuis.Et dicit Dor-
mierunt ſomnū ſuū:quia vita hoim mūdanoꝝ, & auarorū
& ſuperborum non eſt niſi quoddam ſomnium.Nam ſicut
ſomniator cum excitatur a ſomno:licet ſomniet ſe eſſe diui
tem & regem:tn̄ nil reperit in manibus poſt ſomnū:ita hō
auarus & mundanus licet multa poſſideat:tn̄ cum moritur
tota vita ſua viſa eſt ipſi breuis quaſi ſomniū:& nihil pōt ſē
cū portare prout dictū eſt pſal.xxxviij.&.xlviij. Et ideo di-
xit quidā philoſophꝰ.Votis decipimur,& tpe fallimur oēs.
Mors ridet curas,anxia vita nihil.q.d.ꝙ breue tp̄s & ino-
pinata mors decipiunt,& fallunt deſyderia,& curas hoiꝫ:&
annihilāt,& fruſtrant oia bona tēporalia multo labore cō
parata:eo ꝙ auferturꝫ nobis tēpus,& ſpatiū vitę per mortē:
& ſic manemus deluſi & decepti in noſtris votis & curis:&
ſic tota anxia vita,& laborioſa hoim diuitiꝫ,& mundano
rum vertitur in nihil.& ſic fuerunt decepti Iudæi,qui vt nō
ꝑderent diuitias noluerunt ſequi Chriſtum.Et ſic eſt dicen
dum de cæteris mundanis.Ideo ſubdit.

Ab increpatiōe tua deus Iacob dormitauerūt
qui aſcenderunt equos.

¶ O deus dormitauerunt.i.mortui ſunt in ſua obſtinatione
oēs milites:& reges,& principes,quia aſcēderunt equos.i.
oēs viri belliccoſi,& magnates:qa iſti tales cōſueuerunt aſcē
dere equos,& equeſtres incedere.Vn̄ iſti tales mūdani no-
luerunt recipere lumen euangelicū a montibꝰ æternis.i. ab
apl'is,& doctoribus in pompa mundana.ideo orbati oibus
bonis tēporalibꝰ ſepulti ſunt in inferno.Sed eſt aduertēdū,
ꝙ vbi nr̄a tranſlatio habet a montibꝰ æternis:lr̄a Hebręa
habet a montibus rapinę:& litera Hieronymi a montibus
captiuitatis.Et tunc tota iſta ſententia quatuor verſuuꝫ pōt
referri ad deſcenſum Chriſti ad infernum,& expoliationeꝫ
limbi:vt ſit ſenſus:Bene tu Chriſte fuiſti notus in Hierl'm.
Nā dū corpus tuū erat conditus in pace & ſepulchro:tu de
ſcēdiſti ad inferos,& ad mōtes rapinę & captiuitatis:vbi
diabolus tenebat genus humanum captiuum.Vnde vidē
tes lumen tuum omnes dęmones.& damnati inſipientes
corde turbati ſunt,& fugati a montibus rapinę & captiui-
tatis.i.a limbo inferni:qui dicuntur mōtes rapinæ & capti-
tatis.Intrans ergo infernum ſiue limbum,& illuminās tar-
tareū limbū & montes rapinæ:tunc oēs inſipientes corde
ſcilicet dęmones,& damnati turbati,& fugati ſunt ab illis
montibꝰ captiuitatis:& ſic Chriſtꝰ confregit vectes ferreos
&c.& ſedit in inferno p quadraginta horas tanq̄ iudex.&
condēnauit diabolum,& cunctos obſtinatos,& damnatos
ad pœnā æternā.Et abſtraxit ſecum omēs ſanctos patres:
& eos ſolum q ab hac vita diſceſſerunt in fide,& ſpe Chri-
ſti futuri:cęteros aūt ad carcerē perpetuū cum diabolo de-
ſtinauit,Et ideo ſequitur.Turbati ſunt omnes inſipientes
corde:eo ꝙ relinquentes verā fidē,& ſapientiā ſecuti ſunt
mūdanas diuitias.Et iō oēs iſti viri diuitiarū nihil vtilitatis
inuenerunt in manibus ſuis:quia nullum opus bonū fecerūt
dum viuerent.Et ſic O deus Iacob omnes qui aſcenderūt
equos.ſ.reges,& principes,& milites,& diuites huius mū-
di dormitauerunt,& morte puniti ſunt ab increpatione,&
ſententia tua.Et non ſolum dormitauerūt morte corpora-
li:ſed etiā æterna & ſpirituali.Iſti etiam duo verſus poſſunt
referri ad milites cuſtodes ſepulchri Chriſti. Nā dum mili-
tes armati cuſtodierūt ſepulchrū reſurrexit Chriſtꝰ:& ſic ni
hil inuenerunt in manibus ſuis:quia ab increpatione & vo-
luntate Chriſti dormierunt,nec potuerunt Chriſtum in ſe-
pulchro detinere cum reſurgeret.Ideo ſequitur.

Tu terribilis es:& quis reſiſtet tibi?ex tunc ira
tua.
De cælo auditum feciſti iudiciū:terra tremuit
& quieuit.

Cum exurgeret in iudicium deus: vt ſaluos faceret omnes manſuetos terrę.

℄ Tu Chriſte terribilis es & qs reſiſtet tibi? q.d. null⁹ poſſet tibi reſiſtere. Nã tunc ex ira tua auditũ feciſti iudiciũ de cælo, & terra tremuit: & poſt quieuit quando Chriſtus de⁹ & hõ reſurgeret in iudicio: vt ſaluos faceret omnes manſuetos terrę. Nam ecce terrę motus factus eſt magnus qñ ſurrexit: & ſurrexit ad iudicium damnatorum, & ſuperborum, & mundanorum, & ad ſalutem manſuetorum. Et ideo dicit vt ſaluos faceret omnes manſuetos terrę &c. quia reſurrectio Chriſti fuit ſalus & reſurrectio manſuetorum. Sed eſt aduertendum: q̧ hic non ſolum loquitur de reſurrectione Chriſti tunc facta: ſed etiam de reſurrectione vniuerſali futura: & de vltimo iudicio. Nam non ſolum mors & reſurrectio Chriſti facta eſt in Hierlm: ſed etiam vltimum iudicium & vniuerſale fiet in valle Ioſaphat. Nam Chriſtus veniet cum poteſtate magna & maieſtate, & erit in aere ſupra montem Oliueti, vbi erat quando aſcendit in cælum, & omnes apli qui dicuntur montes ęterni, erunt ſedentes ſuper ſedes duodecim circũquaq;: & omnes ſancti erunt in aere cum eo ſupra montem Oliueti: & oẽs iudicandi erunt in terra in valle Ioſaphat, q̃ eſt inter ciuitatem Hierlm & montẽ Oliueti. Nã Chriſt⁹ mittet primo angelos ſuos cum ſonitu tubę, & vocabũt oẽs mortuos ad iudicium. Et ſic cũ magno terrę motu infernus, & mare, & terra dabũt mortuos ſuos. Et ſic recuperatis corporibus omnes erunt ante tribunal iudicis. Et iõ dicit propheta. O Chriſte tu terribilis & potens es: nã quis reſiſtet tibi? q.d. null⁹. Nã tunc in nouiſſimo die ex ira tua concitata cõtra malos auditũ feciſti .i. facies iudiciũ & tota terra tremuit: primo p̄cedentibus illis quindecim ſignis terribilibus ante aduentum Chriſti ad iudicium: qa erũt ſigna in ſole, & luna, & i mari, & in terra &c. Luc. xxj. Sed poſtea terra quieſcet cum exurget deus in iudicium vt ſaluet omnes mãſuetos terræ: & damnet ſuperbos & obſtinatos. & ad hoc idem poſſunt referri oĩa q̃ p̄cedunt. ſ. illuminans tu mirabiliter a mõtib⁹ æternis turbati ſunt omnes inſipiẽtes corde. quia tunc omnes viri diuitiarum nihil inueniẽt in manib⁹ ſuis &c. Bñ ergo illa ciuitas vocata ẽ Hieruſalẽ .i. viſio pacis: quia ibi Chriſtus deus in carne viſus, & notus, & monſtrat⁹ eſt. Prĩo p p̄dicationẽ & miracula. Scdo ibi viſus eſt pati & mori: & ſic ibi pacificauit nos cũ patre in ſanguine ſuo. Tertio: qa ibi reſurrexit & aſcendit in cælum & miſit ſpm̃ ſanctum in diſcipulos. Quarto & vltimo: quia ibi fiet vniuerſale iudicium, & videbitur in ptãte magna & maieſtate. & ſic notus eſt in Iudæa, & terra Hierlm, & in monte Sion realiter &c.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi.

℄ In hac ſcda parte p̄dicit diuinum cultum latriæ debitum Chriſto a fidelib⁹ ꝓ bñficio redẽptiõis, & oĩs ſupradictorum: q̃ ſoli deo cõueniũt. ℄ Ad cuius intellectũ eſt primo aduertendũ: q̧ cogitatio hoĩs & interna cõſcientia, & deuotio cõtẽplando miracula & myſteria q̃ fecit Chriſtus, credit ipm̃ eſſe deũ, & hoĩem mediatorem & Meſſiã in lege promiſſũ. Et ſic confitetur Chriſto dando cultũ latriæ. Et ex tali fide ipſa eccleſia mota eſt ad ordinãdas feſtiuitates de myſterio incarnationis, & natiuitatis, & paſſionis, & reſurrectionis, & aſcenſionis &c. in quibus feſtiuitatibus damus latriã Chriſto. ſ. hymnos ſiue carmina, & offerim⁹ munera. Tertio adoram⁹ ipm̃ adoratione latria: & ſic colim⁹ Chriſtũ triplici honore. Etiã ordinauit eccleſia feſtiuitates p ſucceſſiones tpis. Ex quo patet, q̧ prima cogitatio hoĩs dicitur fides interna, q̃ p̄cedit omnem bonam operationem: & per quam mouemur ad colendum Chriſtũ. ſed reliquię cogitationis ſũt effectus fidei. ſ. cult⁹ diuinus. Et hoc eſt qđ dicit ꝓpheta. vnde ait. qñ .i. propter cauſas ſupradictas & bñficia, quæ tu Chriſte operatus es in Iudæa & Hierlm, q̃ myſteria nullus põt operari niſi de⁹: iõ ꝓpter hanc cãm cogitatio hoĩs fidelis .i. fides interna confitebitur tibi dando diuinos honores: & cõfitebitur te eſſe deum dignũ cultu latrię. Et reliquię cogitatiõis. ſ. effectus fidei, & oẽs fideles ſequentes fidẽ, & doctores eccleſiæ: qui ſunt reliquię cogitatiõis internæ fidei: agẽt tibi, & ordinabunt dies feſtos ad cultum diuinũ dedicatos. ſ. feſtum incarnatiõis, & natiuitatis, & infantiæ & reſurrectionis &c. in quibus feſtiuitatibus exercebit eccleſia diuinum cultum in memoriã ſupradictorum myſteriorum & beneficiorũ. Litera autem Hieronymi habet. Mœror hominis confitebitur tibi. & tunc idem eſt q̧ contritio hoĩs cõfitebitur peccata &c. Sed quia confeſſio eſt triplex. ſ. peccatorum, & fidei, & laudis: ideo poteſt intelligi de qualibet confeſſione. Nam interna cogitatio, & fides cõfitetur Chriſto: primo fidem quæ præcedit omnem actum virtutis. Secundo confitetur dãdo laudes & gratias agendo. Tertio confitetur peccata commiſſa. Et ſic omnes iſtę tres confeſſiones debentur Chriſto. Et ideo pro confeſſione fidei, & laudis pro beneficijs, ſequitur.

Vouete & reddite domino deo veſtro: omnes qui i circuitu eius offertis munera.

℄ Vnde ꝓpheta excitat oẽs fideles ad celebrandas feſtiuitates, & offerenda munera Chriſto: & exhibendã latriam, dicens. O fideles vouete domino Ieſu Chriſto in baptiſmo fidei &c. & reddite ipſi latriã ſibi debitam. ſ. confeſſionem laudis, & offerte munera. Et vos fideles omnes qui offertis munera Chriſto: & tenemini munera offerre: vouetę, & reddite .i. reddite quæ in baptiſmo vouiſtis: & reddite ipſi latriã, & honores diuinos ſibi debitos tanq̃ vero deo, & tanq̃ redẽptori pro gratiarũ actione pro beneficijs receptis. Reddite deo veſtro dico

Terribili & ei qui aufert ſpiritum principum: terribili apud reges terræ.

℄ Quaſi dicat, reddite ei vota promiſſa: quia eſt deus omnipotens & terribilis: quia intantum eſt terribilis: q̧ aufert ſpiritum & aĩam principum .i. quia interfecit pricipes & magnos: ideo eſt terribilis apud oẽs reges terræ. Ex his patet q̧ rationabilior eſt tranſlatio ipſorum ſeptuaginta, q̃ Hieronymi: quia hic loquitur de confeſſiõe fidei & laudis: per id qđ ſequitur: vouete & reddite. Nam exhortatur fideles ad cultum latriæ, quæ conſiſtit in tribus. ſ. adoratione, munere, & laude: vt dictũ eſt pſalmo. lxj. Ex iſta vltima parte huius pſalmi patet q̧ propheta Dauid in hoc pſalmo non ſolum intendit commendare Iudęam, & hierlm materialem, quę continetur in arcto loco Palęſtinę, in qua Chriſtus fuit notus p̄ſentialiter per natiuitatem, & paſſionem, & mortẽ, & reſurrectionem, & aſcenſionem: nec per Iſrael ſolum intelligit illã terram duodecĩ tribuũ, in qua Chriſtus fuit notus p p̄dicationem, & miraculorum operationem: ſed eccliam in qua eſt not⁹ p fidẽ & cultũ latrię. Vñ quia Dauid p̄uidit in ſpũ Chriſtũ fore cognoſcendũ p fidẽ, & adorandũ, & colendũ in pplo gẽtili ad fidẽ cõuerſo: & p̄uidit q̧ ppls gentilis erat futurus vera Hierlm & Iſrael, deũ per fidem vidẽdo: & vera Iudæa Chriſtũ cognoſcendo & cõfitendo: ideo fecit hunc pſalmũ: in quo non ſolũ cõmendat, & beatificat illã materia'l Hierlm, & Iudęã, quæ Chriſtũ vidit & nouit, & audiuit p̄ſentialiter in carne: ſed etiam magis cõmendat eccleſiam toto orbe diffuſam, quæ Chriſtum p fidẽ ſpũaliter cognoſcit, & colit, & veneratur, & confitetur.

℄ Ex ſupradictis in iſto pſalmo poſſunt recolligi quinq; concluſiones. Quarum prima eſt iſta. ℄ Prima concluſio, q̧ Chriſtus in lege promiſſus deus & homo erat cognoſcend⁹

& manifeſtandus in Iudæa & Hierlm,& ꝑ totũ Iſrael.probatur.Nã ibi fuit natus & adorat⁹,& ꝑdicauit,& miracula fecit,& fuit paſſus,& ſepultus,& reſurrexit:& ibi confregit gladium & ſcutum & arcum diaboli:qñ per paſſionem & reſurrectionem de ipſo triumphauit,& diſcipulos illuminauit. ¶ Scđa cõcluſio.ꝙ Chriſt⁹ relinquens corpus in ſepulchro deſcendit ad inferos,& omnes dęmones conturbauit,& infernũ expoliauit. ¶ Tertia cõclo.ꝙ qñ Chriſt⁹ reſurrexit & terra tremuit:tũc omnes milites qui aſcenderũt equos dormitauerunt.Et ideo turbati ſunt Iudęi & confuſi,videntes Chriſtũ reſurrexiſſe.Et nihil inuenerunt in manibus ſuis de his quæ cogitabant contra Chriſtũ. ¶ Quarta cõcluſio.ꝙ in finali iudicio oẽs diuites & principes reputabunt ſe deluſos & deceptos:& quaſi ſomniaſſe:cum videbunt diuitias nihil prodeſſe ad liberandum eos. ¶ Quinta cõcluſio.ꝙ ſoli Chriſto terribili & omnipotenti debet̃ oblatio:& latria,& confeſſio fidei,& laudis,& cõfeſſio peccatorum:eo ꝙ eſt iuſtus & terribilis iudex:& omnipotens, qui poteſt occidere & viuificare.

**VOce mea ad dominum clamaui:voce mea ad deum:& intendit mihi.**

¶ Titulus,Victori ſiue in finem ſup Idithũ ipſi Aſaph pſalmus.Prætermiſſa omni deliratione Iudęorum:& etiã friuola,& deuia expoſitione quorũdam catholicoꝝ qui magis videntur in hoc pſalmo iudaizare:eſt dicendum,ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum:in quo deſcribit deſyderium patrum antiquoꝝ de aduentu Chriſti.& dedit ipſum cantandũ ipſi Aſaph:eo qđ repſentabat & figurabat totã eccleſiam. Sed quia maxie tale deſyderiũ cõueniebat viris cõtemplatiois ecclię pro illo ſtatu:voluit ꝙ chorus Idithum ſideret.Idithũ em̃ interp̃tatur tranſiliẽs,& tranſcẽdẽs iſta mundana,& cõtẽplans cæleſtia,& altiſſima ſupra humanam facultatem:cuiuſmodi memorantur in hoc pſal. Et iõ voluit Dauid ꝙ cantaret̃ cum toto conatu vocum ad victoriam:ad denotandũ,ꝙ iſte pſal.vocat de lõge cum magno deſyderio Meſſiã q eſt finis legis.Et ideo in titulo ponitur ad victoriam ſiue in finem:eo ꝙ nos dirigit in Chriſtũ q eſt finis legis.& hoc denotat titulus.ſ.ꝙ iſte pſal.nos dirigit in finem datus ad cantandum ipſi Aſaph ad victoriã ſup chorũ Idithũ.Sed de materia hui⁹ pſal.ẽ notãdũ,ꝙ cũ Dauid cõtẽplaret̃ aduentũ Meſſię:deuenit ad conſiderandũ longũ deſyderiũ ipſius Adam,& oim alioꝝ patriarchaꝝ & ꝓphetaꝝ de aduẽtu Chriſti,& morã,& longã dilationẽ eiuſdẽ In qua contẽplatione fuit ipſi reuelatũ:ꝙ debebãt trãſire dies multi:ſed finaliter erat Chriſtus vẽtur⁹ abſq; oi defectu.Hoc ergo ꝑuidens Dauid in ſpũ,maxime ꝑ ſcripturas ꝑteritoꝝ,& reuelationẽ cõſolatus:fecit hunc pſalmũ:in quo introducit Adã loquẽtẽ cõ tota poſteritate fideliũ.Nã vt ſic dr̃ Adã myſticus ſiue corpus myſticũ.In quo pſal.duo facit.Nã primo ponit quãdã exclamationem ꝓpter dilationẽ aduent⁹ Chriſti.Scđo explicat cãm ſuę conſolatiõis,ibi. Et dixi nũc. ¶ Quantum ad primũ eſt aduertendũ,ꝙ ꝓmiſſio aduẽt⁹ Chriſti in carnẽ ad liberandum genus hõanũ:fuit cã fidei,& charitatis,& ſpei oibus patriarchis & ꝓphetis vet.teſt.q̃ qdẽ promiſſio prio facta fuit ipſi Adę,ſcđm ꝙ ait Aug.lib.Cur deus hõ.Vñ dicit,ꝙ prio homini ꝓmiſſus eſt aduent⁹ dñi ex virgine:vt ſi de inſtanti miſeria doleret:tñ de ſuo ſuęq; poſteritatis remedio iã de longinquo gauderet.Vñ Adã licet eſſet expulſus ab illa felicitate,tñ ex promiſſione ſibi facta de Chriſto redẽptore futuro incepit habere fidẽ.Et ex fide motus eſt ad charitatẽ Chriſti.Et ex tali firma fide reſultauit in eo firma ſpes aduent⁹ Chriſti.& hãc fidẽ & ſpẽ ſecut⁹ eſt Abel,& Seth,& Enos,& Enoch,& Noe,& Abrahã &c.Et ſic eſt dicẽdũ,ꝙ fides,& ſpes incepit ab Adã ex ꝓmiſſione ipſi facta.Et ſic deſcẽdit in totã eius poſteritatẽ fideliũ.Sed creuit in vnoquoq; ipſorum patriarchaꝝ & prophetaꝝ:ſcđm ꝙ vnuſquiſq; habuit ſpecialẽ reuelationẽ de Chriſti aduentu.Nã ſpecialẽ reuelationẽ habuit Abel,& Enos incepit inuocare nomẽ dñi:& Noe,& Abrahã cui facta eſt ſpecialis ꝓmiſſio.Et ſic eſt dicẽdũ de Iſaac,& Iacob,& cæteris patriarchis & ꝓphetis,in quibus ſemp creuit fides & ſpes,ꝓpter nouas reuelatiões & ꝓmiſſiões.Et ſic oẽs iſti ſunt corp⁹ myſticũ Chriſti:eo ꝙ vixerũt in ſpe,& fide Chriſti futuri.Et ideo diffinitur corpus myſticũ eccliaſticũ:ꝙ eſt multitudo fideliũ Chriſtũ expectãtiũ: ſiue in fide,& ſpe Chriſti viuentiũ:incipiẽs ab Adã,vſq; ad vltimũ electũ.Et eadẽ eſt diffinitio ipſius ecclię.Nã corpus myſticũ & ecclia conuertunt̃:ſicut dictũ eſt in ꝓlogo.& ſic Adã cõ tota poſteritate ſua fideliũ:dr̃ corp⁹ myſticum ſiue Adã myſtic⁹,ſiue hõ myſticus,ſiue eccleſia:ſiue ciuitas dei, ſiue ppl's dei ſcđm Aug.xv. de ciui.Et ideo in hoc pſal.& in multis alijs introducitur iſte Adã myſticus ad loquendum, inquantum deflet caſum ſuum & miſeriam.Et petit accelerari aduentum Chriſti:& conqueritur de lõga mora & dilatione.Nã in ſpe omnia iſta includuntur. Primo includit̃ & ſupponitur ꝓmiſſio alicuius boni:ex qua inſurgit ſpes & fides.Scđo includitur afflictio propter longã morã & dilationẽ:vt ait Seneca in Thyeſte.Odit verus & nõ patitur moras.Tertio patientia in aduerſis:nã cũ patientia tolerantur aduerſa:poſtq̃ qs expectat liberari ab aduerſis:& expectat bonum finẽ.Ideo ait Apl's ad Ro.v.ꝙ ſpes patientiã operatur.Et ideo diffinitur ſpes:ꝙ eſt quædã virtus theologica: qua æterna & ſpũalia promiſſa firma fide,& charitate expectantur:& aduerſa cum patientia tolerantur:contemnẽs terrena bona,& conſtituens finem in cæleſtibus.Ex quib⁹ patet ꝙ ſpes ſimul includit afflictionem & gaudium.Includit enim duplicem afflictionẽ.vnã de malis quæ patitur.& aliã de longa mora & dilatione finis promiſſi.Et in hac ſecũda afflictiõe laborauit cœtus fideliũ ab Adã vſq; ad aduentũ Chriſti.Nã primo ſe videbat exulem ab illa felicitate terreſtris paradiſi:& priuatũ illa futura beatitudine cæleſti.Scđo ſe videbat i captiuitate diaboli.Tertio ab ipſa carne,& mundo,& diabolo multipliciter afflictum & vexatũ. Quarto:quia videbat aduentũ Chriſti nimium morari:qa parua mora videtur afflictis longa:iõ erat confractus ex lõga ſpe,& dilatione finis.Ex qua longa mora multi non poterant habere perfectã patientiã. Et ſic affligebatur totum corpus myſticũ ex longa mora:licet firmiter crederet aduẽtũ Chriſti futurum,in qua fide aliqualiter conſolabat̃. & de hac afflictione loquitur prima pars huius pſal.in qua Adam myſticus per ipm Aſaph,& Idithum magnis vocibus vocat Chriſtum vt veniat,& acceleret aduentũ ſuum:& tollat cãm ſuę afflictionis ꝑ crucem,& paſſionem,& reſurrectionem: vt patebit in litera:in quo explicantur cauſę afflictionis,& lętitię,& conſolationis.Et ſic attribuitur ipſi Aſaph,& Idithum.Vñ cantat Aſaph,& eleuat vocem ſup Idithũ in pſona toti⁹ ecclię tã actiuoꝝ,q̃ contẽplatiuoꝝ.Vñ dicit Adam myſticus.Voce mea ad dñm clamaui ab Adam vſq; ad Dauid:& voce mea clamaui a Dauid vſq; ad Chriſtum:& tũc intendit mihi complendo deſyderium meum per aduentũ ſuum.Item

**In die tribulatiõis meę deũ exquiſiui manibus meis nocte contra eũ:& non ſum deceptus.**

¶ Deum exquiſiui manibus meis,eas eleuando cõtra eum,i.verſus deũ manus eleuando in cælum in die tribulationis meę:qui dies tribulationis durauit ab Adam,vſq; ad Chriſtum.Et etiam exquiſiui eum nocte.i.per totam noctem legis contra eũ.i.manus eleuãdo verſus eũ:petendo ei⁹ aduẽtũ & tñ nõ ſum decept⁹:qa venit ſicut ipſe ꝓmiſit.Oẽs ſupra dictę locutiones ſũt de pterito ꝓ futuro ꝓpter certitudinem prophetię,& firmitatem fidei,& ſpei in toto die tribulationis & nocte:quia totum genus humanum erat in tribula-

tione & captiuitate diaboli,& nocte tenebrarū peccati &
ignorantię.Et ſic clamabat manibus verſus deū. Sed iſte
Adā myſticus nō fuit deceptus,nec fuit fruſtratus in ſua fi-
de,& ſpe:quia tempore ſtatuto venit Chriſt⁹.Vnde prima
locutio.ſ.Voce mea ad dñm clamaui:vox eſt totius cœtus
patriarcharū & prophetarum ab Adā vſq; ad Zacharias,
& Ioannem baptiſtam:ſed ly & intendit mihi,eſt vox iſti⁹
hoīs pro tempore Zachariæ,& Simeonis,& Ioſeph:quia
potuit dicere iſte homo,& intendit mihi:& non ſum dece-
ptus:quia vidit ipm ocl'is ꝓprijs p Zachariā,& Simeonē.
Ideo dixit Zacharias.Benedictus dñs deus Iſrael:qa viſi-
tauit & fecit redēptionē plebis ſuæ.Et Elizabeth dixit vir-
gini Mariæ.Benedicta tu in mulieribus:& benedictus fru-
ctus ventris tui.Et virgo Maria dixit.Suſcepit Iſrael puerū
ſuum:recordatus mię ſuæ.Et Simeon dixit:Nunc dimittis
ſeruum tuum domine ſecundum verbū tuū in pace:Quia
viderunt oculi mei ſalutare tuum.Et ſic in perſona iſtorum
dicit propheta:non ſum deceptus,& intendit mihi &c. To
tam etiam iſtam locutionem pōt facere nunc eccleſia pro
ſtatu iſto grās agēdo. Nā in toto vet.teſt.per patriarchas,
& prophetas clamauit magna voce Chriſtum inuocando
vt veniret:ſed tandem intendit mihi Chriſtus in no.teſt.qa
patres vet.teſta.non receperunt promiſſionem ſine nobis.
ad Hebręos.xj.

Renuit conſolari anima mea:memor fui dei &
delectatus ſum & exercitatus ſum:& defecit ſpi
ritus meus.

Anticipauerunt vigilias oculi mei:turbatus ſū
& non ſum locutus.

Cogitaui dies antiquos:& ānos æternos in mē
te habui.

Et meditatus ſum nocte cum corde meo:& ex-
ercitabar & ſcopebam ſpiritum meum.

¶ Hic explicat cauſam ſuæ afflictionis & anxietatis:q̄ fuit
longa mora,& dilatio aduentus Chriſti. Vñ dicit. Anima
mea renuit conſolari in toto illo tēpore ab Adam vſq; ad
Chriſtū.imo abſtinebā a carnalibus delectationibus,in ie
iunijs & orationibus Meſſiam expectando,& erā ſemp in
cōtēplatione & meditatione. Et ſic memor fui dei,& dele-
ctat⁹ ſum.q.d.nō habebā aliā cōſolationē,niſi cōtēplari ſā
ctā ſcripturā,& diuina myſteria in ea ſcripta,& ꝓmiſſiones
mihi factas de Meſſia. Et ſic exercitatus & occupatus ſum
in tali ſtudio,& labore,& contēplatione. Et defecit & feſſ⁹
eſt ſpiritus meus,& contabuit,& ſtupuit non valens attinge
re hoc ſecretū ꝑ nimio labore & infirmitate mentis & cor
poris. Sed quia non ſufficiebat mihi iſta in die meditari:ſ;
etiam de nocte non poteram dormire:ideo oculi mei anti-
cipauerunt vigilias ſurgendo ante auroram:& lucem,& tē
pus quando ſolent alij dormire,ad conſiderandum ſtatū,
& peccata humani generis & miſerias:& ad contemplan-
dum iudicia dei rectiſſima. Et ſic cognoſcēs culpā primi pa-
rentis,& iniquitates noſtras,& ingratitudines contra deū
commiſſas cognoui nos iuſto dei iudicio merito fuiſſe puni
tos:& ſic non ſum locutus:immo tacui prę confuſione cul-
pam in meipſum retorquendo.& ſic non locutus ſum, nec
aliquid dixi:ſed cogitaui dies antiquos:reuoluendo, & p-
legendo hiſtorias,& annales antiquorum patrum:quæren
do vnde hoc malum proueniebat generi humano:quia ſic
fuerat vulneratum in carne per concupiſcētiam & infirmi-
tatem,& in aīa per peccatum. Et habui annos æternos in
mente:cōſideraui omnia tempora incipiendo a mūdi crea
tione,& ab inobedientia primorum parentum,& ſenten-
tia merito inflicta. Nam cōſideraui quō deus creauerat ho



minem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Et quomodo
conſtituit ipm dñm ſuper totam terram,& ſup oīa anima-
lia tam volatilia q̄ piſces,& reptilia,& quadrupedia &c. Et
conſideraui felicitatē ipſi promiſſam ſi ſtetiſſet in diuino ꝑ-
cepto & voluntate:quia poſt longam vitam trāſlatus eſſet
in vitam meliorē in cælum:ſed propter inobedientiam pul
ſus fuit ab iſta terrena paradiſo:& priuatus fuit illa futura,
& ſuperiori beatitudine:& factus exul in hac lachrymarum
valle:& ꝑcuſſus in corpore & aīa:& ſubiectus tot miſerijs i-
triſecis & extrinſecis,ſcilicet bellis & ſeruituti &c. Et cogno
ui omnia iſta mala prouenire homini ex illius primi iuſtiſſi
ma condemnatione peccati. Et ſic etiam in tota illa nocte
vet.teſt. meditatus ſum in corde meo,conſiderando quo-
modo Chriſt⁹ erat nobis in lege per multos,immo p oēs
prophetas,& patriarchas ad liberandum genus humanū
de ſupradictis miſerijs promiſſus. Et in tali meditatiōe ex-
ercitabar mirando cum anxietate quare tantum tardabat
noſtra redemptio,& differebatur Chriſti aduentus. Et ſic
ſcopebam ſpiritum meum.i.ſcrutabar,& inueſtigabam,&
diſcutiebam & examinabam,& purgabam per pœniten-
tiam quę in eo erat. Et erumpebant in talem clamores,q̄ſi
anxius de longa mora & dilatione,dicens.

Nunquid inęternum proiiciet deus:aut nō ap-
ponet vt complacitior ſit adhuc?

Aut in finem miſericordiam ſuam abſcindet a
generatione in generationem?

Aut obliuiſcetur miſereri deus:& continebit in
ira ſua miſericordias ſuas?

¶ Nunquid deus proijciet humanū genus a ſe inęternū:
q; non recipiat ipm ad veniam & miam?aut deus non ap-
ponet,& nō proponet adhuc.l.deinde vt ſit nobis compla
citior.i.magis placabilis q̄ fuit hucuſq;? Quaſi dicat:ſemp
erit nobis iratus,& non benignus,nec placabilis?aut abſci-
det.i.auferet in finem.l. totaliter & finaliter miam ſuam a
generatione in generationem.i.per omnes generationes
durabit ira eius:& non erit miſericordia:aut obliuiſceť de⁹
miſereri nobis:& nunq̄ recordabitur noſtri,aut continebit
miſericordias ſuas i ira ſua?Quaſi dicat. Erit ne tātę crudeli
tatis,& efficacię ira dei:q; contineat & claudat,& liget mi
ſericordias ſuas:& alliget deū ne faciat miam?q.d.non eſt
credibile:nec eſt tollenda deo tanta perfectio:immo hoc ē
nefas de deo credere,cuius miſericordię non eſt finis nec nu
merus. Vnde nota q; dicit Dauid ſcopebā ſpm meum.i.mū
danas,& falſas cogitationes a ſpiritu meo pellebam. Nam
ſpiritus longa anxietate,& cogitatione tribulatus,& obnu
bilatus non poteſt cernere verum:quia Nubibus atris con-
dita nullum fundere poſſunt ſydera lumen &c.vt ait Boeti⁹
Sed ſi quis ſcopit ſpiritum & ſe purgat & mundat pellendo
mundanas cogitationes,& nubes ignorantiæ per ſtudium
ſapientię:tunc cernit & cognoſcit veritatem & ita fecit iſte
homo myſticus. Nam perſcrutando ſacras ſcripturas pepu-
lit nubes ignorantię,& anxias cogitationes. Et cognouit
q; deus nunq̄ oblitus eſt facere miſericordiam:ſicut dicit p
geſta antiquorum. Ideo dixit:Nunquid ineternum proij-
ciet deus &c.quia ſcopere idē eſt quod ſcopa domum,ver-
rere & mundare. Et ſicut domus materialis ſcopitur & mū-
datur ſcopa materiali:ita domus ſpiritus & mentis interior
ſcopitur & verritur ſtudio ſapientiæ ab omni ignorantia,&
malis cogitationibus & anxietatibus:quia intelligentia ſa
cræ ſcripturæ fugat omnes anxietates:& ſcopit ſpiritum &
mentem,& facit eam cernere verū:vt patet hic de Dauid.

Et dixi nunc cœpi:hæc mutatio dexteræ ex-
celſi.

¶ In ſecūda parte explicat ſuā cōſolationē poſt ſuperiorē anguſtiā. Ad cui⁹ intellectū eſt ſciēdum, ꝙ poſtq̄ iſte homo anxi⁹ de longa miſeria & mora aduēt⁹ Chriſti diſcurrit per omēs ſcripturas & oīa geſta patrum antiquorū: & vidit ꝙ de⁹ multipliciter liberauerat patres antiquos tēporaliter. puta Noe de diluuio, & Abrahā de hur Chaldęoꝝ, & Iſaac de ſacrificio, & Iacob de manu Eſau, & totuꝫ iſrael de ęgypto &c. tūc in ſe dixit ſupradicta verba .ſ. nūqd ī ęternū ꝓijciet de⁹ &c. Quaſi dicat: ſemꝑ cōſueuit miſereri pr̄ibus antiquis & liberauit eos de periculis tēporalib⁹. ergo poterit eſſe ꝙ nō liberet nos de hac lōga captiuitate peccati: & de poteſtate diaboli, & miſeria nobis illata ex ſnīa data primis parētibus? Quaſi dicat: incredibile eſt ꝙ nō faciat. Sed quia dū iſta cū quadā pia indignatiōe diceret: quaſi illuminat⁹ incepit reſipiſcere: & cognoſcere in ſpū: ꝙ oēs illę liberationes tēporales patrū antiquoꝝ ſignificabāt futurā & generalē redēptionē: & ꝙ tota ira dei erat mutāda ī miſericordiā ꝑ aduētū Chriſti: Ideo ſubdit. Et dixi oīa ſupradicta ſupple, Et nūc cœpi reſipiſcere & cognoſcere ſupple veritatē & ſecretū ſcripturarū, & ſupradictoꝝ myſteriorū. qm̄ erant figura de noſtra redēptione. Et oīa erant implēda in Chriſto &c. In hebręo aūt habetur. Et dixi imbecillitas mea. & tūc eſt ſenſus. Et dixi in meipſo ꝙ ex ibecillitate & fragilitate & ignorantia dixerā oīa ſupradicta ſcꝫ nūquid ī ęternū ꝓijciet de⁹ &c. Sed magis rationabilis videtur noſtra tranſlatio quæ dicit. Et dixi nūc cœpi intelligere ſupple, ꝙ hæc eſt mutatio dexterę excelſi.

¶ Ad cuius intellectū eſt valde aduertēdū, ꝙ eccleſia dei habet tres ſtatus .ſ. duos in pręſenti: & vnū in futuro qui dicitur ſtatus glorię. Primus ſtatus dicitur ſtatus legis & vmbrę, & figurę, & captiuitatis, & irę, & iuſtitię, & ignorātię, & noctis. Secūd⁹ ſtat⁹ dr̄ ſtatus veritatis & luminis euāgelici, & libertatis, & gratię: & mīę, & ſapiētię, & diei. Tertius aūt dicī ſtatus glorię & p̄mij. In primo ſtatu oēs patres antiqui deſiderabāt ſtatū ſecundū. Et nos qui iam ſumus in ſtatu ſecundo, deſideramus tertiū .ſ. diſſolui & eſſe cū Chriſto in gloria. Et ideo ſicut per primū aduētū Chriſti prim⁹ ſtatus mutatus eſt in ſcd̄m: ita ꝑ ſcd̄m aduentū Chriſti ſecūdus ſtatus eccl̄ię mutabiī in tertiū. Nā ꝑ primū aduentum Chriſti .ſ. in carnē tota lex vetus mutata eſt in veritatē euāgelicā. & vmbra & nox mutata eſt in diē & lucē. & figura in veritatē, & ſententia & iuſtitia & ira dei in mīam. & culpa ſiue pc̄m̄ in gratiā. & captiuitas in libertatē: & ignorātia in ſapientiā: quia repleta eſt terra ſapiētia dn̄i. Eſa. xj. Ita pariter totus iſte ſtatus mutabiī in tertiū. Nā gr̄a cōuertet in gloriā: & fides in viſionē: & ſpes in poſſeſſionē. & charitas ī fruitionē &c. Scd̄o eſt notādū ꝙ Chriſtus diciī dextera dei excelſi in tota ſcriptura: eo ꝙ pater ꝑ ſp̄m operaī. Sed dextera diciī ꝑ relationē ad ſiniſtrā: & ſic punitio & ira dei dicitur ſiniſtra. mīa autem diciī dextera dei. Cū ergo tota lex vetus erat ſub punitione & ſentētia: & quaſi ira dei & iuſtitia & exilio: ideo poteſt dici ſiniſtra dei: quia de⁹ habebat ſuā ſiniſtrā ſupra gen⁹ humanū ante aduentū Chriſti: Sed nunc habet dexterā ſuā .i. mīam ſuā ſuper nos. Ex quo poteſt dici ꝙ ꝑ Chriſtū facta eſt mutatio a ſiniſtra in dexterā. Et ſic eſt dicēdū ꝙ Chriſt⁹ qui eſt dextera dei patris excelſi mutauit ſiniſtrā dei in dexteraꝫ .i. irā & iuſtitiā in mīam: & captiuitatē in libertatē: & culpā in gr̄am, & noctē in diē, & vmbrā ī veritatē & lucē: & vniuerſaliter totā legē veterē in euāgeliō: vt circūciſionē in baptiſmū: & eſum agni paſchalis in euchariſtiā. & ſic de ſingulis ſacramētis. Et talis mutatio fuit mutatio dexterę excelſi: quā p̄uidit Dauid in figura ꝑ geſta & myſteria vetera: vt patebit ꝑ ſingula. Ideo dicit. Et dixi nunc cœpi cognoſcere ſup. ꝙ hęc erat mutatio dexterę excelſi .i. per Chriſtū futura qui eſt dextera dei excelſi q oīa debet mutare: qa talis mutatio a nullo poteſt fieri niſi a Chriſto q eſt dextera excelſi. Nā ſicut de⁹ ꝑ ſiniſtrā miſit irā & ſententiā in totū genus humanū in ve. te. ita in nouo te. mittet mīam & veniam & gr̄am ꝑ Chriſtū qui eſt eius dextera. Et ideo quia Dauid præuidit in ſpiritu cōtemplādo myſteria ſacræ ſcripturę: ꝙ per ſolum Chriſtū erant omnia illa myſteria, vel in ſolo ipſo implenda: Ideo dicit hęc mutatio dexterę excelſi.

Memor fui operū dn̄i: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.

Et meditabor in oībus operibus tuis: & adinuentionibus tuis exercebor.

Deus in ſancto via tua: quis deus magnus ſicut deus noſter? tu es deus qui facis mirabilia.

Notam feciſti in populis virtutem tuam: redemiſti in brachio tuo populum tuum filios Iacob & Ioſeph.

¶ Hic explicat myſteria ſacrę ſcripturę ve. teſt. vbi Dauid ſiue homo myſticus p̄uidit iſtā mutationē dexterę excelſi & noſtrā redēptionē figuraliter. A qb⁹ myſterijs ſumit parabolā & ꝓpoſitionē ad petendū intentū. Vnde tria myſteria pricipaliter adducit in qbus pręuidit in figura noſtrā redēptionem. Nā primo adducit liberationē filioꝝ Iſrael de ægypto. Nam per hoc ꝙ Moyſes fuit a deo myſſus in ægyptū: & cū ſignis & portentis liberauit & eduxit totū illū populū de ægypto & poteſtate Pharaonis, p̄uiditꝙ Chriſtus filius & dextera dei patris a patre miſſus debebat liberare totū gen⁹ humanū de tenebris peccatoꝝ: & poteſtate diaboli. & ideo dicit. Ideo cœpi cognoſcere quia hęc erat mutatio dexterę excelſi .i. per Chriſtū facienda: qm̄ memor fui operū dn̄i .i. miſericordiarū quas fecit deus patribus antiquis. Et memor ero mirabiliū tuoꝝ quę feciſti ab initio: incipiendo a Noe: quē liberaſti de diluuio. Et ſic diſcurrēdo per Abrahā queꝫ liberaſti multipliciter: & per Iſaac quem liberaſti de gladio ſacrificij, & Iacob quē liberaſti de Eſau. Et meditabor in oībus operibus tuis quę feciſti patrib⁹ noſtris: & exercebor in adinuentionibus tuis .i. in ſecretis myſterijs clauſis in illis operib⁹. puta quomodo apparuiſti Moyſi in rubo ardenti: & quomodo vocaſti eū: & p̄cepiſti vt remoueret calciamenta. Et quomodo conuerſa eſt virga ī colubrū & econuerſo. et quō traxit manum leproſam de ſinu. Et ꝯſideraui ꝙ oīa iſta ſignificabāt miſſionē Chriſti in mūdum &c. Item conſideraui duritiā Pharaonis: & plagas ægyptijs illatas: quib⁹ ī plagis & portentis pręuidi totū myſteriū noſtrę redemptionis. Et quomodo via tua erit in ſancto. Quaſi dicat: ſicut ille ſanctus angelus erat ductor illi⁹ ppl̄i: & fecit illa ſigna terribilia: ita Chriſtus debebat eſſe ductor totius generis humani: & debebat ip̄m liberare de poteſtate diaboli. Nā quis magnus ſicut deus noſter? Et cōuerſus apoſtrophat ad Chriſtū futurum dicens. Tu es deus qui facis mirabilia maiora q̄ facta ſint tūc per Moyſen Nā ſicut tunc notā feciſti virtutē tuā ppl̄is ęgyptioꝝ & alioꝝ in mari rubro: ita notā facies virtutē tuā in humanitate ꝑ totū orbem. Et ſicut tunc redemiſti in brachio & potentia tua populū tuū .ſ. Iacob & Ioſeph: ita redimes totū gen⁹ humanum: & totam eccl̄iam intellectaꝫ per Iacob & Ioſeph. Et notanter dicit filios Iacob & Ioſeph. Nam licet inter filios Iacob intelligaī & comprehēdātur filij Ioſeph: tamē quia filij Ioſeph oēs ſunt nati in ægypto & reputabaī nobiliores apud ęgyptios eo ꝙ deſcēdebāt ab Ioſeph q fuerat princeps & rector & p̄fectus totius ægypti: ideo ſpecialiter nominat eos: & quia eccleſia maxime figuratur per filios Iacob: & Chriſtus maxime figuraī per Ioſeph: quia per fratres ſuos venditus: & poſt afflictionē exaltatus &c. ſicut dictū eſt pſal. ij. Iterum eſt aduertendū ꝙ in illis operibus mirabilibus duę ſubſtantię ſunt conſiderandę. Prio

angelus domini inuiſibilis qui faciebat illa miracula. Secūdo Moyſes viſibilis qui percutiebat aquas cum virga. & ſic fiebant illa opera mirabilia. per hoc præuidit Moyſes & Dauid ꝙ in Chriſto redemptore debebant eſſe duę naturæ: vna diuina inuiſibilis quæ principaliter & latenter operatur: & altera humana & viſibilis quæ inſtrumentaliter & viſibiliter videbatur operari. Et ideo dicit. deus in ſancto via tua: id eſt ſicut via tua & virtus & ducatꝰ erat in ſancto angelo inuiſibili & in ſancto Moyſe viſibili: ita pariter via noſtrę redēptionis fuit in Chriſto ſancto tuo, qui eſt ſanctꝰ ſanctoꝝ: in quo eſt duplex natura, ſcilicet diuina & humana. Per hęc ergo myſteria pręuidit Dauid totum myſteriū incarnationis & noſtrę redemptionis factæ per mortem & paſſionem Chriſti in ſignis &c.

Viderūt te aquæ deus: viderunt te aquæ & timuerunt: & turbatæ ſunt abyſſi.

Multitudo ſonitus aquarum: vocem dederūt nubes.

Etenim ſagittę tuę tranſeunt: vox tonitrui tui in rota.

Alluxerunt coruſcationes tuæ orbi terrę: cōmota eſt & contremuit terra.

¶ In ſecundo loco adducit miraculū & myſteriū factum in tranſitu maris rubri. vnde ſicut totus populus erat in periculo ne caperetur & trucidaretur per Pharaonem & ægyptios: niſi quia Moyſes cum virga percuſſit aquas: & diuiſæ ſunt aquę: & tranſiuit populus ad aliam partem littoris: & ſic per tranſitum aquarum ſaluatus & liberatus eſt populus: ita pariter Chriſtus per contactum ſui corporis præbuit virtutem regeneratiuam aquis baptiſmalibus. & per aquas baptiſmales liberauit fideles de poteſtate diaboli: ꝓut fuit ibi figuratū. Hoc ergo præuidens Dauid in figura dicit O deus Chriſte ſicut tunc viderunt te aquæ maris rubri, & viderunt te aquę Iordanis: & timuerunt, id eſt quaſi timentes ſunt diuiſæ & conuerſæ ſunt retrorſum: & liberati ſunt filij Iſrael: & abyſſi aquarum turbatæ ſunt: ita pariter quando aquæ baptiſmales viderunt te: timuerunt diaboli, & abyſſi infernales turbatæ ſunt: quia per baptiſmum deleſti peccatum: & fugaſti diabolicam poteſtatem. Item aquæ maris Galileæ timuerunt te quando ſiccis pedibus ſuper eas ambulaſti: & mari & fluctibus & ventis imperaſti: & Petrum de profundo pelagi liberaſti. Item ſicut poſt tranſitum Iſrael fuit multitudo ſonitus aquarum: & nubes dederunt voces & tonitrua: & ſagittæ tuæ tranſierūt, id eſt multa flumina fuerunt de nubibus immiſſa: & vox tonitrui tui fuit quaſi tonitrus qui fit in rota & curru: & mouerūt aquas: & reduxerunt eas ſuper Aegyptios & ſubmerſerunt eos: & ſicut ibi coruſcationes tuæ alluxerunt: & igneos radios dederunt orbi terræ, & tota terra tunc commota eſt: ita pariter O Chriſte multitudo ſonitꝰ aquarum tuæ ſapiētiæ, & nubes, ſcilicet apoſtoli tui dederunt vocem euangelicam: & ſagittæ tuæ euangelicæ tranſierunt per totū mūdum: & vox tonitrui tui. ſ. tuæ prædicationis fuit per totum mundum in rota euangelica & curru euangelico: quē quatuor euangeliſtæ ducūt & duxerunt per totum orbē. Et ſic coruſcationes euangelicę alluxerunt ex monte Sion in die pētheco. toti orbi terræ: quia ibi apl'i receperūt coruſcationes & ſplendorē ſapiētiæ: & donoꝝ & gratiarū: & ſic prædicauerunt toti orbi terrę. Et ſic cōmota eſt & cōtremuit tota terra ad prædicationē apoſtolorum: & oia idola corruerunt ſicut corruerūt ægyptij in mari rubro.

In mari via tua & ſemitę tuæ in aquis multis: & veſtigia tua non cognoſcētur.

¶ Sicut ibi fuerunt viæ tuæ in mari rubro & ſemitę tuæ in aquis multis, vt populus tranſiret, & veſtigia tua nō fuerūt nota: ita quādo venies tu Chriſte in mundū: via tua erit in mari: quia ſiccis pedibꝰ per mare Galileę ābulabis & etiā per mare huiꝰ mūdi: & ſemitę tuę erūt in aquis & ꝑſecutiōibus multis: qa apl'i tui nauigabūt in hoc mari ꝑſecutionū: ſed veſtigia tua non cognoſcenť in mari Galileę: qa ſuper aquas ambulabis: & etiā nec veſtigia pc̄ti cognoſcenť i te, ſicut in nobis: qa eris inter oēs mortuos liber. Veſtigia tua non cognoſcenť quādo intrabis mare huiꝰ mūdi: qa myſteriū incarnationis erit ineffabile & iueſtigabile. Vn̄ dicit Salomon ꝓuer. xxx. Tria ſunt mihi difficilia: & quartū penitꝰ ignoro. ſ. viam aquilæ in cælo, viā colubri ſuper petrā, viam nauis in medio mari: & viā viri in adoleſcētula. i. viam filij dei, quando deſcendit de cęlo in carnem: & viā Chriſti qn̄ exiuit de ſepulchro: & viam conuerſationis Chriſti in mari huius mūdi: & viam Chriſti qn̄ exiuit de clauſtro vteri virginalis: quia nullū veſtigiū aut violentiā reliquit Chriſtus in his quatuor vijs: quia abſq; violentia fecit Chriſtus iſta quatuor occulta & ineffabilia myſteria. ſ. myſteriū incarnationis, & natiuitatis, & reſurrectionis, & aſcenſionis, & conuerſationis huiꝰ vitæ: & veſtigia eius fuerūt mūdo ignota in iſto quadruplici itinere. Et ſic eſt dicendū de cęteris myſterijs Chriſti & miraculis q̄ latenter diuinitas operabatur.

Deduxiſti ſicut oues populum tuum in manu Moyſi & Aaron.

¶ Vltimo adducit ducatū per deſertū & introitū terræ ꝓmiſſionis. Vnde dicit. ſicut deduxiſti populū tuū ſicut oues in manu Moyſi & Aaron ex Aegypto per totū deſertū: ita deduces populū fidelē de tenebris peccatoꝝ & poteſtate diaboli. Et deduces ipſum per deſertū huiꝰ mūdi: & introduces in hanc eccleſiā per gratiā & in futurā per gloriam. Et dicit in manu Moyſi & Aaron: qa ꝑ os fuit Chriſtꝰ figuratus, quia dux & ſacerdos: quia iquātū dux ſiue rex dedit legem euangelicā: & inquantū ſacerdos cōtulit ſacramēta. Ex quibꝰ pꝫ, ꝙ Dauid nō allegat ſupradicta myſteria gratia ſui: ſed aſſumit ea in parabolā & ꝓpoſitionem: inquantum erant figura noſtræ redēptionis futurę ꝑ Chriſtū. & ſic allegat figuram pro figurato: quia ſicut omnia illa nō erāt gratia ſui: ſed gratia Chriſti futuri: ita allegat ip̄a, gratia & ratione figurati: qa aliter Dauid nō fuiſſet propheta. Vnde dupliciter eſt nobis Chriſtꝰ in lege ꝓmiſſus. vno modo per myſteriū & figurā: alio modo per expreſſam ꝓmiſſionē, & ideo nō ē minꝰ certa veritas myſterij & figurę q̄ veritas expreſſe promiſſionis. iō propheta audacter allegat figurā tanquā veraꝫ & certam ꝓmiſſionē in quibus figuris nouit mutationem dexterę excelſi. Et ſic Dauid in perſona totꝰ eccl'ię fuit cōſolatꝰ in ſua anguſtia. Ideo nihil aliud eſt dicere: tu deduxiſti ſicut oues populū tuum &c. niſi dicere: tu deus nobis redēptionem per illā figuram ꝓmiſiſti. iō fac quod tu promiſiſti in figura, ſiue facias in veritate qd̄ i figura ſignificaſti. ¶ Ex toto iſto pſalmo poſſunt recolligi tres concluſiones principales. R

¶ Prima cōcluſio, ꝙ Dauid cōtēplādo oēs ꝓmiſſiones factas patribꝰ antiquis: & liberationē filioꝝ Iſrael de ægypto præuidit totū myſteriū noſtræ redemptionis.

¶ Scd̄a concluſio, ꝙ totū myſteriū noſtrę redēptionis fuit mutatio dexterę excelſi. ſ. a iuſtitia in miſericordiam & ab ira in benignitatem &c.

¶ Tertia cōcluſio, ꝙ diuinitas verbi ita latēter operabať in illa humanitate: ꝙ veſtigia incarnationis & natiuitatis & conuerſationis, & miraculoꝝ operationis, & reſurrectionis: & aſcenſionis fuerūt mūdo ineffabilia & ignota vſq; ad miſſionem ſpiritus ſancti. quę quidē myſteria licet ſint nobis nota per fidem quo ad effectū: tamen nobis ſunt incōprehenſibilia quo ad cauſam & modum.

# ATtendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei.

¶ Titulus. Eruditio ſiue intellectus ipſi Aſaph. In græco autē ly intellectus ſiue eruditio eſt genitiui caſus: vt ſit ſenſus ꝙ iſte eſt pſal. intelligētię ſiue eruditionis ipſi Aſaph. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hūc pſalmū ſcd̄m ꝙ fuit eruditus a ſpiritu ſancto: & vt erudiret nos i hoc pſal. de his quæ ipſe fuit eruditus. Et dedit ipm cantādū & recēſendū ipſi Aſaph, & choro ei⁹. Vnde ſicut Terētius licet faciebat comœdias: tn̄ dabat eas recēſendas ipſi Calliopio: vñ ipſe dicit in fine cuiuſlibet comœdię: Valete & plaudite Calliopius recēſui: Ita pariter Dauid habebat tres cātores quos cōſtituit ad cantandū & recēſendū Pſal. vt patet primo paralypo. Et ſic Aſaph & Ethā & filij Chore & cęteri nō ponunt̄ in titulo pſalmoꝝ tanq̄ actores pſalmoꝝ: ſed tanq̄ recenſores & cantores: & etiam interpretes pro populo. Ex quo patet, ꝙ Dauid eſt actor huius pſalmi: & Aſaph eſt cātor ſiue recenſor. ſed perſona introducta ad loquēdū in hoc pſalmo, in cuius perſona factus eſt pſal. eſt ipſe Chriſtus, vt patet Matthęi.xiij. vbi dicit̄ ꝙ cū locut⁹ fuiſſet Ieſus in parabolis &c. poſtea dicit. Hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis: vt impleret̄ quod dictū erat per prophetam. Aperiam in parabolis os meū: & eructabo abſcondita a conſtitutione mundi. Ex quo patet, ꝙ Chriſtus loquitur in hoc pſalmo. Ad cuius intellectū omnib⁹ fabularionibus Iudęorum dimiſſis, eſt aduertendū ſcd̄m Auguſtinū.xvij de ciuitate capitulo quarto &.v. ꝙ Dauid contemplando ſacram ſcripturam: & maxime vt legit̄ primi Reg.iiij. qualiter filij Effraim: & totus populus Iſrael fuit victus in pręlio a Philiſtęis: qui occiſis ſacerdotibus filijs Heli detulerūt ſecū arcam domini: & tenuerōt eā in Achaton & Azoto. Et tūc ſacerdotium fuit tranſlatū a filijs Heli in Samuelē. Et arca dn̄i poſtea fuit tranſlata per Dauid in Hieruſalē. Et ſic tribus Effraim ſimul perdidit arcam & regnum ſiue iudiciū. quæ quidē punitio venit tribui Effraim & toti Iſrael propter pct̄m ingratitudinis & rebellionis & infidelitatis. Nā cū tot beneficia a deo recipiſſent. tamen fuerunt deo ingrati & rebelles: quia omnes montes Effraim erant pleni idolis Baalim. quę quidē idola proſtrauit poſtea Samuel dum factus fuit iudex & ſacerdos. Itē cōſiderabat poſtea Dauid qualiter propter ingratitudinē & inobedientiam tranſlatū fuerat regnum a Saule ad ipſum &c. Per hanc ergo triplicē tranſlationē. ſ. tabernaculi & regni & ſacerdotij: quę facta eſt propter peccatū ingratitudinis & rebellionis & infidelitatis, præuidit Dauid in ſpiritu qualiter populus Iudaicus debebat eſſe ingratus & rebellis & incredulus Chriſto Meſſię in aduentu ſuo: propter quod peccatū debebat perdere locū, ſcilicet templū & ſacerdotiū & regnum: & erat transferendū ad eccleſiam ex gētibus congregandā. Et hæc eſt ſententia Auguſtini.xvij. de ciuitate caplo.iiij. &.v. Hoc ergo præuidens Dauid in ſpiritu fecit hūc pſalmū: in quo introducit Chriſtū loquentē exhortantē & vocantē illū populum ad legē euāgelicam, ſub cōminatione perdendi tēplū & ſacerdotium & regnū. Duo ergo in hoc pſalmo ꝓpheta principaliter facit. Nā primo pręmittit procœmiū ſiue p̄fationē. Scd̄o exequit̄ de narratione. ibi. Filij Effraim.

¶ Quantū ad primū quia procœmiū eſt breuiloquiū quorundam dicendoꝝ, Ideo in prologo ſiue procœmio iſto aſſignat quatuor cauſas huius pſalmi. Nam cauſa efficiens eſt Chriſtus loquēs: in cui⁹ pſona factus eſt pſal. Cauſa materialis ſunt oīa myſteria vete. teſt. quæ hic adducunt̄. Cauſa formalis eſt mod⁹ procedendi: quia oia ea myſteria & geſta ve. teſt. quę memorant̄ in hoc pſalmo. adducit per modū parabolę & ꝓpoſitionis ad inferendū aliquā magnam cōcluſionē in nouo teſt. Cauſa aūt finalis eſt vtilitas quę ſequitur. ſ. vt efficiat auditores bonos, & deo obediētes & credentes. Quatuor ergo facit in hoc procœmio. Nam primo aſſignat cauſam efficientē. Scd̄o cauſam formalē. Tertio cauſam materialē. Quarto cauſam finalē. ſcd̄m ibi. Aperiā in parabolis. tertiū ibi. Quāta audiuim⁹. quartū ibi. Vt cognoſcat generatio altera. Quantū ad primū ꝓpheta introducit Chriſtū Meſſiam in lege ꝓmiſſum verū deū & hominem loquentē ad populū Iudæoꝝ in aduentu ſuo & dicētē. O popule attēdite. i. attēte & attendēdo audite & intelligite & ſuſcipite legē meā: quā vobis fero. Et etiā attēdite legem meā veterem: & percipite eā aurib⁹ mētis & cordis: quia in ea reperietis totā legē euāgelicā. Ex his patꝫ ꝙ iſte qui hic loquitur: eſt ipſe de⁹: qa dicit attēdite ppl̄e me⁹ legē meā: quia lex diuina eſt ſolius ipſius dei: & ille populus dicitur populus dei. Itē eſt aduertendū vt ſępi⁹ dictū eſt: ꝙ lex euangelica quā Chriſtus tulit nō eſt alia ſcd̄m eſſentiam a lege vete. ſed eſt ſpūs & veritas illius. Ioan.j. Lex p Moyſē data eſt: gratia aūt & veritas p Chriſtū facta eſt. Vnde vetus teſtamentū nihil aliud eſt niſi occultatio noui: & nouū teſtamentū nil aliud eſt niſi manifeſtatio veteris. vt inquit Augu. Ideo qui vult bene attendere ad legē veterē: & auribus eā ꝑcipere: ibi reperiet veritatē euangelicā totā figuratā. Et ideo dicit attēdite popule meus legē meā &c. Et dicit aurib⁹ ꝑcipite verba oris mei: ad differētiā legis euāgelicę ad veterē. Nam illa data eſt ſcripta in tabulis lapideis & in charta mortua. Et iſta in cordib⁹ hoim per ꝓpriū auditum. Ideo dicit aurib⁹ percipite &c. Itē illa data eſt per os Moyſi: iſta vero per os ipſi⁹ dei. ſ. Chriſti. Ideo dicit. Verba oris mei. Ad denotandū ꝙ de⁹ incarnat⁹ p os ſuū erat latur⁹ legem impſſam in cordib⁹ hoim. Dicit ergo Chriſtus in aduētu ſuo. O popule me⁹ Iſrael attēdite ad legē meā: & intelligite eā: quia hæc lex quā vobis p̄dico lex dei eſt: quia Moyſes de me ſcripſit. Totū hoc dixit Chriſt⁹ Matthęi.v. qñ aſcēdit in montē: & declarauit legē diuinā dicēs: nō veni ſoluere legē: ſed adimplere. Et hoc idē patꝫ per totū diſcurſū euāgelioꝝ: in quo deus nil aliud facit niſi vocare populū ad legem intelligendā: & ſuſcipiendam veritatem legis.

## Aperiam in parabolis os meū: loquar propoſitiones ab initio.

¶ Hic p̄mittit modū ꝓcedēdi in hoc pſalmo, quē vult tenere. ſ. adducere myſteria veteris teſta. per modū parabolarū & ꝓpoſitionū. Quaſi dicat: ꝙ ea q̄ intendit adducere: nō adducit pręciſe gratia ſui: ſed p modū parabolarū & ꝓpoſitionū gratia alterius cōcluſionis inferēdę de veritatib⁹ noui teſt. ¶ Ad cui⁹ intellectū eſt notandū ſicut dictū eſt in ꝓlogo hui⁹ libri: ꝙ ꝓuerbiū ſiue parabola nō ponit̄ gratia S
ſui: ſed alterius. Nā prouerbiū dicit̄ quaſi pro alio verbū: & parabola dicit̄ a para qd̄ eſt iuxta: & bole ſententia. quaſi iuxta ſententiā alterius. Item parabola nil aliud eſt niſi ꝓpoſitio alicuius rei geſtę: vel tanq̄ geſtę pro aliqua veritate ſimilitudinarię & exēplariter inferenda. Et ſic ſemper ponitur pro alio. Item ꝓpoſitio ſcd̄m Ariſtotelē primo poſteriorū, & in priorib⁹ eſt enūciatio affirmatiua aut negatiua ad inferendā cōcluſionem intentā. Et ideo propoſitio non proponitur gratia ſui: ſed gratia concluſionis inferendę. Et ideo quia tota ſacra ſcriptura veteris teſta. nō poſita eſt gratia ſui, ſed inquantū figurabat myſteria noui teſta. ideo dicuntur parabolę & ꝓpoſitiones quę p̄miſſæ ſunt in ve. teſt. ad inferendū myſtice & prophetice cōcluſiones & veritates euangelicas. Et ideo ſicut totū vetus teſtamentū nil aliud eſt niſi quędā parabolę & ꝓpoſitiones pręmiſſę ad inferēdum & figurandū legem euāgelicā: ita tota lex euangelica nil aliud eſt niſi quędā veritas & concluſiones illatæ ex myſterijs & ſcripturis legis veteris. Nam ſicut veritas cōcluſionis continetur virtualiter & confuſe in propoſitionibus pręmiſſis: ſed poſt illationē patet veritas diſtincte in conclu-

ſione:vt patet primo poſteriorum. Ita veritas euãgelica con
tinebatur virtualiter & in confuſo in lege veteri:ſed poſt ad
uentum Chriſti patuit illa veritas diſtincte ꝑ Chriſtũ in euã
gelio. Et ſic tota lex vetus nil aliud eſt niſi parabolę & ꝓ
poſitiones reſpectu euãgelij. Et ſic eccſia catholica & quili
bet fidelis:quãdo legit ſcripturã ve. te. non legit gratia ſui:
ſed ad myſteriũ & prophetiã:prout figurat veritates legis
euangelicę. Aliter intelligẽtia veteris legis nõ eſt vera nec
catholica:quia veritas eius eſt euãgeliũ. Et ideo dicit Hie
ronymꝰ in epiſtola de mãſionibus,ꝙ oia dicta in hoc pſal.
ponuntur tanq̃ propoſitiones & parabolæ inquantum fi
gurabant myſteria noui teſta. & ſic non proponũtur gra
tia ſui:ſed ad ſenſum ſpiritualem. Et hoc eſt qđ promittit
propheta in perſona Chriſti,ꝙ quicquid dicet in hoc pſal
mo de teſt. vete. non intendit adducere gratia ſui,ſed ꝓut
ſunt quædaꝫ parabolæ & propoſitiones. Vnde ait. Aperiã
in parabolis os meum:& loquar propoſitiones ab initio. i.
adducam oĩa myſteria ſacræ ſcripturæ incipiendo ab ini
tio exitus Iſrael de ægypto:quia tunc incepit iſte populus:
& etiã a promiſſionibus factis ab initio ipſi Abrahã Iſaac
& Iacob. Et ea quæ acciderũt toti populo Iſrael ſucceſſi
ue vſq; ad Dauid. Et oĩa iſta adducã tanq̃ parabolas &
propoſitiones. ex quibus inferã intentũ meum. Nam om
nia illa non ſunt gratia ſui:ſed parabolę & propoſitiones
reſpectu legis euangelicæ. & hæc erit cauſa formalis & mo
dus procedendi in hoc pſalmo.

Quanta audiuimus & cognouimus ea:& pa
tres noſtri narrauerunt nobis.

Non ſunt occultata a filiis eorum in generatio
ne altera.

Narrantes laudes dñi & virtutes eius:& mira
bilia eius quę fecit.

Et ſuſcitauit teſtimonium in Iacob:& legem
poſuit in Iſrael.

¶ Hic explicat cauſam materialeꝫ huiꝰ pſal. id eſt materiã
quam intendit adducere & loqui. quæ quidẽ materia dicit
materia antecedẽs. Et dicit ꝙ intẽdit adducere i hoc pſal.
oia iſta geſta quãta audiuimꝰ ſcripta i Geneſi & Exodo &
quinq; libris legis & Ioſue. & in libro Iudicũ,& in libris Re
gũ. i. tãta loquar quanta audiuimus &c. quę quidẽ geſta an
tiquorum patres noſtri annunciauerunt nobis voce & ſcri
pto. quę quidem geſta non ſunt occultata,nec tacita a fi
lijs eorum in generatione altera. immo ipſi narrauerũt fi
lijs ſuis narrantes laudes dñi & beneficia & virtutes eiꝰ &
mirabilia quæ fecit:quæ pro magna parte explicabunt in
hoc pſal. Oẽs ergo iſtas ꝓpoſitiões loquar:& adducã:& lo
quar etiã quomodo deus ſuſcitauit & nouiter dedit illã le
gem in teſtimoniũ in Iacob:& legem poſuit & ordinauit &
conſtituit in Iſrael. quaſi dicat:ꝙ illã legem quã dedit po
T pulo Iſrael in monte Sinai dedit in teſtimonium.

¶ Et nota ꝙ lex vetus dicitur teſtimoniũ. Primo qa fuit ꝑ
angelos teſtificata. Scđo quia repoſita eſt in arca in teſti
moniũ cõtra ꝑuaricatores. Deutero. xxxj. Tertio qa tota
lex vetus facit teſtimoniũ de Chriſto futuro. Ideo ait ſal
uator Ioan. v. Scrutamini ſcripturas qa ipſe teſtimoniũ phi
bent de me. Nã Moyſes de me ſcripſit &c. Et teſtimonium
ſuſcitauit. Ad denotandũ ꝙ lex ꝑceptorum anteq̃ eſſet lata
& ſuſcitata iam erat ſepulta & inſerta naturaliter in nobis.
ad Roma. ij. quia oia ꝑcepta continent in illa naturali le
ge. ſ. qđ tibi nõ vis alteri ne facias &c. Dicit aũt lex qa lata
& poſita ſiue poſitiua. Ideo dicit:Legẽ poſuit in Iſrael. Ec
cleſia dei dicitur Iacob inquantũ ſurripuit primogenituraꝫ
& benedictionem. Et dicitur Iſrael inquãtum videt deum
& eſt directa a deo,& fortis cum deo.

Quanta mandauit patribus noſtris nota face
re ea filiis ſuis:vt cognoſcat generatio altera.

Filii qui naſcentur & exurgent enarrabũt filiis
ſuis.

Vt ponant in deo ſpem ſuam & non obliuiſcã
tur operum dei:& mandata eius exquirant.

Ne fiant ſicut patres eorum:generatio praua
& exaſperans.

Generatio quæ non direxit cor ſuum:& non
eſt creditus cum deo ſpiritus eius.

¶ Hic ꝓpheta in pſona Chriſti explicat cauſam finalẽ hu
ius pſal. Nã qa iſte pſal dirigit Iudęis qui erãt tpe aduẽtus
Chriſti:vt reciperẽt Chriſtũ & legẽ euãgelicã:& eã ſerua
rẽt:ne fierẽt rebelles & ĩfideles,ſicut patres eorum. Et ne pri
uarent ſanctuario & regno & ſacerdotio:ſicut fuerũt priua
ti filij Effraim & cęteri filij Iſrael tpe Heli ꝓpter rebellio
nẽ & infidelitatẽ:Iõ ꝓpheta iã exhortat eos i pſona Xpi,
ſiue Chriſtꝰ iam exhortabat eos tũc ꝑ ꝓphetã i hoc pſal. cũ
ꝯminatione ablationis ſanctuarij,& tẽpli,& regni,& ſacer
dotij. Quaſi dicat:ſi vos Iudęi non audieritis & receperitis
Chriſtũ & legẽ eiꝰ:& obſeruaueritis eã in aduẽtu ſuo:aufe
ret a vobis ſanctuariũ & regnũ & ſacerdotiũ. Sicut fuit ab
lata a filijs Effraim de Silo:& ſacerdotiũ fuit trãſlatũ a fi
lijs Heli ad Samuelem:& regnũ a Saul ad ipm Dauid:ita
pariter auferet a vobis ſanctuariũ & regnũ & ſacerdotium:
& dabit pplo gentili faciẽti fructũ. Matth. xxij. Et hæc eſt
cauſa finalis huius pſal. ſ. inducere Iudęos ad recipiendum
Chriſtũ in aduentu ſuo & legẽ eius:& hoc ſub cõminatio
ne &c. Et in hoc cõſiſtit totũ argumentũ huiꝰ pſal. Dicit er
go. loquar in hoc pſal. & adducã in parabolas & ꝓpoſitio
nes tot geſta:& myſteria:& tanta quãta mandauit deꝰ pa
tribus noſtris ea nota facere filijs ſuis:vt cognoſcat genera
tio altera. hoc dicit. Nã deꝰ mãdauit filijs Iſrael:qñ egreſſi
ſunt de ægypto:vt quotiẽſcũq; comederẽt agnũ paſchalẽ:
narrarent filijs ſuis qualiter comedebãt illũ agnũ in memo
riã liberationis de ęgypto. vt pꝫ Exod. xiij. dicens. Narra
biſq; filio tuo in die illo dicens:hoc eſt qđ fecit mihi dñs qñ
egreſſus ſum de ægypto &c. Itẽ mãdauit patribꝰ vt memo
rarent filijs ſuis legẽ & cerimonias:quas a deo acceperant.
Deutero. vj. & iij. dicens. Eruntq; verba hæc quę ego pręe
cipio tibi hodie in corde tuo:& narrabis ea filijs tuis &c.
Ideo ſubdit propheta. Et filij tui qui naſcentur,ſcilicet qui
reperientur tẽpore aduẽtus Chriſti & exurgent & conuer
tentur:ſicut fuerunt Zacharias & Simeon & apoſtoli,nar
rabũt oia ſupradicta filijs ſuis:& demõſtrabũt oia figura
ta & geſta in lege veteri eſſe geſta dicta & figurata ꝑ Chri
ſto:vt illi ponant in deo & non in mũdo,nec in cerimonijs
legalibus ſpem ſuam:ſed recipiant Chriſtũ in verũ Meſſiã:
& non obliuiſcantur operũ dei:quæ Chriſtus facit. quę ope
ra nullus poterit facere niſi ſit deus. Nam per opera pote
runt cognoſcere ipm eſſe deũ. & ideo recipiant eũ:& exqui
rant & obſeruẽt mãdata eiꝰ,quę mandabit in lege euange
lica:ne fiant rebelles & increduli ſicut patres eorum:quę fuit
generatio praua & exaſperans,id eſt prouocãs deũ ad irã:
quę quidẽ generatio nõ direxit cor ſuũ ad credendũ deo,
nec ad obſeruandam legem eius,nec fuit creditus nec vni
tus cum deo ſpiritus illius generationis:immo fuerũt ſemꝑ
rebelles & increduli & ingrati vt patebit. Ex ſupradictis pa
tet,ꝙ iſte qui loquit in hoc pſal. eſt deus per hoc ꝙ ait. At
tendite popule meus legẽ meã &c. Scđo patet ꝙ ſit homo:
per hoc ꝙ ſubdit:Quanta audiuimꝰ & cognouimus. & quã
ta mandauit patribus noſtris. Et ſic iſte qui loquitur in hoc
pſal. eſt Chriſtus deus & homo. qui tanq̃ deus dicit. attendi
te popule meus legem meã. & tanq̃ homo de ſemine Abra

hę & Iacob dicit quãta mãdauit patrib⁹ nr̃is &c. Et ſic Chriſt⁹ eſt cauſa efficiẽs qui loquiṫ ad pplm iudaicũ in aduentu ſuo. & exhortaṫ: vt audiat & recipiat legẽ euãgelicã. q̃ non eſt alia ſcdm eſſentiã: ſicut dictũ eſt. Materia aũt hui⁹ pſal. eſt tot⁹ diſcurſus ab exitu Iſrael de ęgypto vſq; ad tẽpora Dauid & regnũ ei⁹: & vſq; ad tẽpliũ & ſãctuariũ. Forma autẽ eſt: qa oĩa q̃ hic narranṫ, adducunṫ tanq̃ figurę & parabolę & ꝓpoſitiones ad inferẽdã & p̃dicendã tranſlationẽ ſanctuarij & regni & ſacerdotij a ſynagoga i ecclia; Cauſa finalis eſt vt ppl's Iudęoꝝ recipiat Chriſtũ & legẽ eius: ne fiãt increduli & rebelles & ingrati ſicut patres eoꝝ: & hoc ſub cõminatiõe ſupradicta. Et ex hoc apparet vera ꝓphetia hui⁹ pſal. q̃ executio hui⁹ cõminatiõis fuit vere ĩpleta in illo pplo ꝓpter obſtinationem eoꝝ poſt aduentũ Chriſti.

Filii Effrem intendentes & mittentes arcum conuerſi ſunt in die belli.

Non cuſtodierunt teſtamentum dei: & in lege eius noluerunt ambulare.

Et obliti ſunt benefactorum eius: & mirabiliũ eius quæ oſtendit eis.

¶ Hic incipit narrationẽ dicendoꝝ ſicut ꝓpoſuit in ꝓœmio. Et duo facit. Nã primo memorat & narrat incredulitatẽ & rebellionẽ & ingratitudinẽ illi⁹ ppl'i. Scdo punitionẽ eoꝝ .ibi. Audiuit deus & ſpreuit. Vel poſſum⁹ dicere q̧ hic oſtẽdere intẽdit cauſam: quare filij Effraim fuerũt priuati ſanctuario & arca dñi, & filij Heli ſacerdotio, & Saul regno. Ideo prius aſſignat demerita & cauſam: q̃ eſt incredulitas & ingratitudo & rebellio. Scdo deſcribit huiuſmodi priuationẽ .ibi. Audiuit de⁹ & ſpreuit. ¶ Quantũ ergo ad primũ dimiſſis diuerſis modis dicẽdi tã hebręoꝝ q̃ catholicoꝝ in hoc loco, eſt notandũ vt legiṫ primi Reg. iiij. capl'o: q̧ cũ Heli eſſet iudex & ſacerdos i Iſrael de genere Aaron: & multotiẽs eſſet monit⁹ vt filios corrigeret: eo q̧ tyrãnizabãt: & multa enormia ꝑpetrabãt; & tñ hoc fecit negligẽter Heli: ideo ꝓpter hoc pctm̃: & ꝓpter pctm̃ idololatriæ: qa p totũ mõtẽ Effraim celebrabanṫ Baalim & Aſtarotis: ideo de⁹ ꝑmiſit q̧ venerũt Philiſtęi & congreſſi ſunt cũ filijs Iſrael: quoꝝ maxima pars erãt de Effraim. & victi ſunt filij Effraim illa die: & reuerſi ſũt fugiẽtes ad loca ſua cęſis ex eis quatuor milib⁹. q̃ punitio facta eſt ꝓpter pctm̃ ingratitudinis & tyrãnidis & idololatrię. tũc filij Effrai aduocarũt cũ eis multos ex alijs tribub⁹: & abſtraxerũt arcaʒ dñi de Silo: & exierũt oẽs cãpũ cũ arca dñi cõtra Philiſtęos. Sed iterũ Philiſtęi cõgreſſi cõtra eos vicerũt eos. Et abſtulerũt eis arcã & interfecerũt ſacerdotes. ſ. Ofni & Phinees filios Heli. & ceciderunt illa die triginta milia ex Iſrael. cęteri aũt retro terga vertẽtes cõuerſi ſunt in fugã ad loca eorũ. Et hoc eſt qd intẽdit hic dicere ꝓpheta. Nã quia ſuperi⁹ dicit: ne fiãt ingrati ſicut patres eoꝝ generatio praua &c. ſcʒ generatio quę nõ direxit cor ſuũ ad ſeruandã legẽ, nec eſt creditus cũ deo ſpũs eoꝝ: & ideo fuerunt puniti ſupple: ideo explicat hic q fuerunt illi puniti propter incredulitatẽ & idololatriã. & dicit q̧ fuerunt filij Effraim victi in bello Philiſtinoꝝ. de quo legiṫ primi Re. iiij. Vnde dicit. Filij Effreʒ. i. filij Effraim, cũ exirent in prȩliũ cõtra Philiſthijm intendentes arcũ & mittẽtes ſagittas contra Philiſtęos victi ſunt ab eis & cõuerſi ſunt fugientes ad domos ſuas i die belli. Nam in primo bello ceſa ſunt quatuor milia: & in ſecũdo bello cęſa ſunt triginta milia. Et cæſi ſunt ſacerdotes: & capta fuit arca. Et ſic fugientes cõuerſi ſunt ad loca ſua. Quæ quidẽ punitio nõ accidit eis niſi ex peccato idololatrię & ingratitudinis & infidelitatis: eo q̧ nõ cuſtodierunt teſtamẽtũ dei: & in lege eius noluerũt ambulare: & in hoc fuerũt infideles: quia adorabãt idola &c. Et nõ ſolũ fuerũt puniti ꝓpter infidelitatẽ: ſed etiã ꝓpter ingratitudinẽ: qa obliti ſunt benefactoꝝ id eſt beneficioꝝ eius & mirabiliũ operũ quæ oſtẽdit eis in ęgypto: & in deſerto, & in ingreſſu terrę promiſſionis, vt patet.

Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra ægypti: in campo Thaneos.

¶ Hic explicat beneficia quę oſtẽderat de⁹ patrib⁹ eoꝝ. Vnde quatuor facit. Nã primo dicit in genere beneficia & mirabilia q̃ fecit in ęgypto. Scdo ea quę ſpecialiter fecit in toto deſerto. Tertio reuertiṫ ſpecialiter ad narrandũ mirabilia q̃ fecit i ægypto. Quarto narrat ea beneficia q̃ fecit in terra ꝓmiſſionis. Scdʒ ibi. Quotiẽs exacerbauerũt eũ i deſerto. Tertiũ ibi. Nõ ſunt recordati man⁹ eius. Quartũ ibi. Et induxit eos in montẽ ſanctificationis. Vnde in quolibet iſtoꝝ ſimul narrat bñficia dei: & eoꝝ ingratitudinẽ. Quãtũ ad primũ: quia dixit ſupra obliti ſunt benefactoꝝ &c. iõ ſubdit quæ ſunt illa beneficia, dicẽs: quia corã patrib⁹ eoꝝ antiquis fecit mirabilia. ſ. illa decẽ ſigna & ꝓdigia in terra ęgypti corã Pharaone. & explicat partẽ ægypti in qua facta ſunt illa miracula: quia in campo Thaneos. Vnde ẽ aduertendũ q̧ ciuitas dicta Thanis erat regia Pharaonis ſita in ripa oriẽtali ipſius Nili in pago ſiue campo Thaneos. Thaneos enĩ eſt genitiuus gręcus huius nõis Thanis. Declinaṫ enĩ hęc Thanis. genitiuo Thaneos: Et ideo dicit q̧ in campo Thaneos de⁹ fecit illa mirabilia ſigna decẽ plagarũ corã patrib⁹ eoꝝ, in fauorẽ hebręoꝝ. Quæ fuerint illa mirabilia poſtea dicet per ſingula.

Interrupit mare & ꝑduxit eos: & ſtatuit aquas quaſi in vtre.

Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte i illuminatione ignis.

¶ Hic incipit explicare miracula & beneficia q̃ fecit deus in itinere omiſſis miraculis quę fecit in ægypto. ſed poſtea dicet & explicabit per ſingula. ¶ Vnde ponit quinq; beneficia facta in itinere. quoꝝ eſt primũ de tranſitu maris rubri. Vnde dicit: q̧ poſtq̃ eduxit eos de ægypto, interrupit. i. diuiſit mare rubrũ ſupple: & ſtatuit aquas, id eſt firmauit eas ad vtrãq; partẽ quaſi ſtarẽt in vtre cõtra naturã. Nã aqua cũ ſit effuſibilis nõ põt per ſe exiſtere niſi in aliquo vaſe duro: vt patʒ primo meteoroꝝ. ſed ibi per ſe ſtabat ad modũ parietis cõtra ei⁹ naturã. Scdm miraculũ eſt: q̧ eduxit eos in nube diei. i. in die per colũnã nubis & p totã noctẽ in illuminatione ignis. Nã ille angelus qui erat dux illius populi per diem ibat intra nubẽ & mouebat illã nubẽ quã ſequebatur ille populus. Et per totam noctẽ ibat intra flammam ignis: inquantũ illa nubes ardebat de nocte ſicut flamma ignis. & ſic ducebat illũ populũ per totum deſertũ. vt patet Exo. xiij. Sed quia oĩa illa contingebãt illis in figura: vt ait apoſtolus primę ad Corinth x. & ideo propheta dicit hic: q̧ oĩa iſta intẽdit adducere tanq̃ parabolas & ꝓpoſitiones, & ad myſticas cõcluſiones & euangelicas veritates inferẽdas, vt dictũ eſt: Ideo eſt dicendũ q̧ concluſio & veritas huius figurę eſt iſta. Nã ille angelus qui ibat intra nubẽ ſignificabat Chriſtũ verbũ incarnatũ: & nube carnis indutum. qui omnes fideles de tenebris peccatoꝝ eduxit: & de poteſtate diaboli cuʒ ſignis & portentis: & per aquas baptiſmales traduxit & liberauit. & ſic manifeſte figuratur myſteriũ incarnationis & noſtræ redẽptionis. Nam ſicut ille angelus latens in nube præſtabat viam illi populo: ita verbum latens in carne pręſtitit nobis ducatũ per legem euangelicã. ¶ Beatus vero Hieronymus dicit in expoſitione hui⁹ pſal. q̧ per hanc nubẽ poſſum⁹ intelligere beatã Mariã virginẽ: in qua Chriſtus per nouẽ menſes latuit carnaliter. Et ſubdit. Et pulchre dicitur in nube diei. Nam illa virgo Maria nunq̃ in tenebris fuit: ſed ſemper in luce: & nunq̃ in nocte ſed ſemper in die. Et hæc ſunt ad literam verba

Hiero.Ex quib⁹patet p ſententiã Hier. ꝙ virgo Maria nũ
q̃ fuit in originali pctõ:ſed ſemp in gr̃a.Et ſic oportet ꝙ di
caſ ꝙ aĩa virginis ſimul fuit creata & ſanctificata & corpi
infuſa:& per cõſequẽs corp⁹ſimul cũ aĩa ſanctificatũ:& ſic
pro nullo tẽpore põt dici ipſam obnoxiã fuiſſe pctõ.

Interrupit petram in eremo:& adaquauit eos
velut in abyſſo multa.

Et eduxit aquam de petra:& deduxit tanq̃ flu
mina aquas.

¶ Hic memorat tertiũ miraculũ & beneficiũ.Vnde legiſ
Exod.xvij.ꝙ quãdo defeceriſt aquę i Oreb:clamauit po‑
pulus ad Moyſen petens aquas:qui pcuſſit petrã Oreb,&
fluxerũt aquę de petra:& bibit oĩs ppl's.Ideo ait hic. diru‑
pit deus per Moyſen petras in eremo Oreb:& adaquauit
ſiue potauit eos velut in multa abyſſo & magno lacu.Sed
quia ſimile miraculũ fecit de⁹in monte Pharã:vt patet Nu
meri.xx.quando Moyſes percuſſit bis ſilicem:& fluxerunt
aquæ largiſſimæ:quæ dictæ ſunt aquæ cõtradictionis:ideo
ſubdit.Et eduxit aquã de petra i monte Pharan ad aquas
contradictionis ſupple:& eduxit aquas tanq̃ flũina.i.in ma
gnam abundantiã.Sed quia iſta myſteria fuerũt figurę,&
adducunſ hic tanq̃ parabolę & ꝓpoſitiones:ideo ex pria
pcuſſione petrę eliciſ concluſio euangelica:qualiter Chri‑
ſtus qui vere dicitur petra:erat in latere percutiendus.de
cuius corpore debebat exire ſanguis & aqua in remiſſionẽ
pctõꝝ:& ad cõferendã virtutẽ eccl'iaſticoꝝ ſacramentoꝝ.
vt ait apl'us primę ad Corinth.x.Bibebãt aũt de ſpũali cõ
ſequente eos petra.petra autẽ erat Chriſtus Per ſcdam p‑
cuſſionẽ petrę figurabaſ qualiter Chriſtus erat pcuſſurus
ſacrã ſcripturã vete.teſta.virga oris ſui.ſ.ſpiritu ſancto,qui
ab eo procedit.de qua ſcriptura debebat educere aquã ſa‑
pientiæ & veritates euangelicas:vt potaret oẽs fideles.Vñ
Ioannis.iiij.dixit Samaritanę.Qui autẽ biberit ex aqua:
quã ego dabo ei:non ſitiet inæternum &c.

Et appoſuerunt adhuc peccare ei:in iram ex‑
citauerunt excelſum in inaquoſo.

Et tentauerunt deũ in cordibus ſuis:vt pete‑
rent eſcas animabus ſuis.

Et male locuti ſunt de deo:dixerunt nũquid
poterit deus parare menſam in deſerto?

Quoniam percuſſit petrã & fluxerunt aquæ:
& torrentes inundauerunt.

Nunquid & panẽ poterit dare:aut parare mẽ
ſam populo ſuo?

¶ Hic memorat eorum ingratitudinẽ & rebellionẽ & mur
murationẽ:quia multotiẽs murmurarũt contra deũ:obliti
beneficia q̃ fecerat eis.Nã primo murmurarũt in mari ru‑
bro quãdo dixerũt.Melius erãt ſeruire ægyptijs:q̃ mori in
ſolitudine.Exod.xiiij.Scdo murmurarũt in Marath.Ideo
dicit ꝙ non ſuffecit prima murmuratio:ſed adhuc appoſue
rũt.i.addiderũt peccare ei murmurando in Marath.Et in
ira excitauerunt deũ excelſum in inaquoſo loco,ſcilicet in
deſerto vbi non erat aqua.immo tẽtauerũt in cordibus ſu‑
is vt peterent eſcas aĩabus ſuis quando tentauerũt deũ in
deſerto Sin:quando dixerunt:Vtinam mortui eſſemus in
ægygto:quando ſedebamus ſup ollas carniũ &c.Exo.xvj.
Item tentauerunt deũ quando petierũt ab eo carnes.Nu
meri.xi.quia tunc male locuti ſunt de deo dicẽtes.Ille qui
dedit nobis aquã de petra,nunquid poterit parare mẽſam
in deſerto:& dare nobis carnes?

Ideo audiuit dñs & diſtulit:& ignis accẽſus eſt
in Iacob:& ira aſcendit in Iſrael.



Quia non crediderunt in deo:nec ſperauerunt
in ſalutari eius.

¶ Audiuit dñs ingratitudines & murmurationes eorũ,&
diſtulit:& tolerauit ad tẽpus expectãdo correptionẽ.Sed
quia vidit obſtinationem & perſeuerantiam in malo:ideo
ignis accenſus eſt in Iacob:& ira deſcendit in Iſrael:eo ꝙ
non crediderunt in deo:nec ſperauerunt in ſalutari eius:
quaſi dolentes pro labore:& deſperantes de diuino auxi
lio.vt patet Numeri.xj.

Et mandauit nubibus deſuper:& ianuas cæli
aperuit.

Et pluit illis manna ad manducandum:& pa‑
nem cæli dedit eis.

Panem angelorum manducauit homo:cibaria
miſit eis in abundantia.

¶ Hic memorat quartũ beneficiũ,quod fuit quando pluit
manna ſuper eos.vt patet Exodi.xvj.Vnde ait.Et manda
uit dominus nubibus deſup:& aperuit ianuas cæli:& pluit
illis manna ad manducandũ.Et dedit eis panẽ cæli de cæ
lo miſſum.Vnde homo manducauit panẽ angelorum.Et
ſic talia cibaria angelica miſit eis in abundantiam:quod
fuit mirabile beneficiũ de ſe:inquantum ſatiauit eos:& mi
rabiliter ſine labore.Sed adhuc fuit maius pro eo quod fi‑
gurabat.ſ.euchariſtiã & ſacramentum altaris.Et ideo di‑
cit panem angelorũ manducauit homo.Manifeſtum eſt
enim ꝙ angeli nunq̃ manducauerunt de illo manna ma‑
teriali·ſed manducant hodie angeli in illa ſuperna fruitio‑
ne de illo pane quem ſignificabat & figurabat illud man‑
na.quẽ nos manducamus ſacramentaliter in hac eccleſia:
ſed angeli & beati fruuntur eo in patria cæleſti.Et hæc eſt
concluſio & veritas euangelica ex illa parabola & propoſi
tione ſiue figura illata.Iudęi aũt gloſſant ly panem ange‑
lorum.i.manibus angelorum formatum.

Tranſtulit auſtrum de cælo:& induxit in vir‑
tute ſua Africum.

Et pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes:& ſi‑
cut arenam maris volatilia pennata.

Et ceciderunt in medio caſtrorum eorum cir‑
ca tabernacula eorum.

Et manducauerunt & ſaturati ſunt nimis:&
deſiderium eorum attulit eis:nõ ſunt frauda‑
ti a deſiderio ſuo.

¶ Hic memorat quintum miraculũ & beneficiũ.ſ.quãdo
pluit eis coturnices in cibũ. vt habeſ Numeri.xj. ¶ Ad
cuius intellectũ eſt aduertendũ:ꝙ in Africa eſt copia illa‑
rum auiũ.ſ.coturnicũ:quas cõmuniter ventus auſtralis pel
lit verſus aquilonẽ.Et hoc explicat hic cũ dicit:ꝙ de⁹trãſtu
lit auſtrũ.i ventum auſtralẽ de cælo:& induxit Africũ qui
tenet medium inter auſtralẽ & occidentalem.Et hoc fecit
deus miraculoſe in virtute ſua:& pluit ſuper eos carnes il‑
larum auiũ ſpiſſas ſicut puluerem:& pluit ſuper eos volati‑
la pennata ſicut arenam maris in magna multitudine.Et
ceciderunt in medio caſtroꝝ eoꝝ:& iuxta tabernacula eo
rum:ita ꝙ abſq; labore vnuſquiſq; ad libitum capiebat.Et
ſic manducauerunt &c.Litera eſt plana.

Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum:& ira
dei aſcendit ſuper eos.

Et occidit pingues eorum:& electos Iſrael im
pediuit.

¶ Hic explicat punitionē eoꝝ ꝓpter ingratitudinē, vnde dicit ꝙ adhuc eſcæ erant in ore ipſoꝝ: & ira dei deſcendit ſuper eos. Et occidit pingues. i. maiores & ditiores eoruꝫ: & incuruauit electos & maiores Iſrael. Vnde vocat⁹ eſt loc⁹ ille ſepulchra concupiſcentię. ibi enim ſepelierūt populū q deſiderauerat carnes. vt ptꝫ nume. xj. Vñ p illud myſteriū fuit figurat⁹ pſens ſtat⁹ modernoꝝ Iudęoꝝ poſt aduētū Chriſti: q ꝓpter cerimonias & cibos corporales cōtēpſerūt Chriſtū & eccſiaſtica ſacramētā & eſcas ſpōales. Ideo ira dei deſcēdit ſuper eos: qa deſtructa eſt eoꝝ ciuitas & regnū: & vagant̄ diſpſi per mundū. Vñ ſi volumus cōtēplari totum hoc myſterium fuit impletū in eis p Chriſtū. Nam Chriſtus veniēs in carnē pdicauit aquā ſapientię & cibū ſpirituaſeꝫ legis euangelicæ. & ſaturauit in deſerto primo quatuor milia ex ſeptem panibus & paucis piſcibus. Secūdo ſatiauit quinqꝫ milia hoim ꝑter pueros & mulieres ex quinqꝫ panibus & duobus piſcib⁹. Ioan. vj. & ipſi increduli ſemper voluerūt eū tentare. E ideo dixit eis: operamini cibū qui nō perit: exhortando eos ad panē ſpiritualem euchariſtię: ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. vt patet Ioā. vj. ſed ipſi tanq̄ carnales contēnentes hunc panē dixerūt. Quomodo poteſt hic nobis dare carnē ſuā ad mā ducandū? Vnde Chriſt⁹ prognoſticauit eis futurā irā & punitionē allegando hāc figurā de patribus eoꝝ mortuis in deſerto &c. vt ptꝫ p totā illā diſputationē factā cōtra Iudęos Ioan. vj. quia ita ꝓprie accidit Iudæis incredulis. Nam poſt quadraginta annos poſt paſſionē Chriſti cū eſſent in magnis cōuiuijs: & cōcupiſcētijs epularū in die paſchę fuerunt obſeſſi per Titū & exercitū Romanoꝝ. Et ſic ciuitas fuit diruta & templū incēſum: & magna pars eoꝝ fuerunt trucidati & cæteri captiui. Vñ Hieruſalē potuit dici ſepulchrū cōcupiſcētię. Quę punitio accidit Iudęis ex igratitudine & infidelitate, ſicut accidit patribus eorū in deſerto.

In omnibus his peccauerunt adhuc: & nō crediderunt in mirabilibus eius.

Et defecerunt in vanitate dies eorum: & anni eorum cum feſtinatione.

¶ Hic aſſignat cauſam hui⁹ punitionis. ſ. qa ira dei occidit pingues eorum. cuius cauſa fuit ingratitudo & infidelitas. Ideo dicit: ꝙ filij Iſrael in oībus his beneficijs receptis peccauerunt. Nam licet debebāt magis moueri ad credendū propter ſupradicta miracula & beneficia: tamen ipſi magis fuerūt ingrati & increduli. Nam in omnibus his miraculis adhuc peccauerūt: & nō crediderūt in mirabilib⁹ ei⁹. Vnde nota ꝙ legitur Numeri. xiij. ꝙ poſtq̄ populus receſſit a ſepulchris cōcupiſcentię, venit in Aſiongaber q̄ eſt in deſerto Pharan. Et exinde miſit Moyſes. xij. exploratores vt conſiderarent totā terrā ꝓmiſſam. quibus abeūtibus populus venit in Cades. & dum eſſet ppl's ibi, reuerſi ſunt exploratores qui retulerūt pplo ea q̄ viderāt, ſcilicet qualiter illa terra erat amœna & fertilis: ſed difficilis ad acquirēdum ꝓpter ferocitatē & potentiā habitatoꝝ: & fortitudinem ciuitatū & oppidoꝝ: & quomodo gigātes habitabāt illam terrā deuorantē incolas ſuos. Tunc populus fuit intantum perterritus: ꝙ coniuratione facta tētarūt cōſtituere ducē qui reduceret eos in ęgyptū: niſi ꝑter Caleph & Ioſue: q ſe interpoſuerūt ſuadētes eis contrariū. immo aiatūs eos ad aggrediendū inceptum. Vnde tūc de⁹ voluit totaliter eos delere: niſi ꝙ Moyſes orauit p eis ſꝫ de⁹ ꝓmulgauit eis talē ſententiā cum triplici punitione. Primo ꝙ nul⁹ eorum qui egreſſi fuerant de ægypto a viginti annis vltra intrarent terrā ꝓmiſſam, poſtq̄ ſe indignos fecerant volentes retrocedere. Scdo ꝙ oēs illi rebelles morerent̄ i deſerto: & cadauera eoꝝ ibi ſepelirent̄ ſine honore. Tertio ꝙ ſicut exploratores tardarūt quadraginta dies in conſiderādo terram ꝓmiſſionis, ita ipſi vagarentur quadraginta annis per deſertum. & ſic dedit eis annū pro die. vt patet numeri. xiiij. Et ſic fuit ira dei mitigata. Ideo dicit. In oībus his beneficijs adhuc peccauerunt iterum in Cades. Et non crediderūt in mirabilibus eius: contēnētes terram promiſſionis: & volentes reuerti in ægyptū. & ſic defecerunt & finierunt dies ſuos in vanitate. i. inuanū vagantes & errātes per deſertum. xxxviij. annis & vltra. Et anni eoꝝ & vita fuit cū feſtinatione: quia multi eoꝝ mortui ſunt ante tempus cū Dathan & Abiron. Numeri. xvj. & p ſerpentes ignitos. Nūeri. xxj. & in pctō Belphegor. vbi occiſi ſunt. xxiij. milia Numeri. xxv. ¶ Nota ꝙ cauſa quare fuit antiquis patrib⁹ tanta cupiditas ſepeliendi in terra ꝓmiſſionis, fuit hæc: qa reuelatum fuit Abrahæ Iſaac & Iacob qualiter Chriſtus ibidē erat moritur⁹ & ſepeliendus & reſurrecturus. Ideo deſiderantes cū eo reſurgere: voluerūt cū vxoribus & filijs ibidem ſepeliri. Ideo Ioſeph impoſuit filijs Iſrael: vt ſecū deferrent oſſa ſua in receſſu ſuo de ægypto: & ſepelirēt cū patrib⁹ ſuis in terra ꝓmiſſa. vt patet Geñ. vltimo. Ex his patet ꝙ magna punitio fuit rebellib⁹ illius populi: quādo de⁹ priuauit eos ſepultura terræ ꝓmiſſionis. Nam per hoc denotabatur ꝙ priuabat eos glorioſa cum Chriſto reſurrectione: & non ſolum eos: ſed ſequaces eorum: quia contēpſerunt verum ducem Chriſtum & veram terrā viuentium quam Chriſtus promiſit. Et voluerunt retrouerti in ægyptum ad tenebras peccati & vmbram cerimoniarum legalium & ad captiuitatē Ppharaonis: de qua Chriſtus nos liberauit. ideo nunq̄ intrabūt in terram viuentiū nec in requiem domini: nec reſurgent cum Chriſto: nec in iudicio in concilio iuſtoꝝ: immo cadauera eoꝝ. i. animæ cū corpore paſſibili ſepelientur in deſerto inferni. & hęc eſt cōcluſio & veritas euangelica ſupradictę figurę.

Cum occiderent eos quærebāt eum: & reuertebātur & diluculo veniebant ad eum.

Et rememorati ſunt quia deus adiutor eſt eorum: & deus excelſus redemptor eorum eſt.

¶ Hic ponit falſam pœnitentiā eoꝝ. Nam cum viderent iram domini in punitione Dathan & Abiron: & in ſerpentibus ignitis: cum occiderent eos ſerpentes vel inimici, tūc pœnitentiam fingentes reuertebant̄ ad eum non virtutis amore: ſed formidine pœnę. & ſic quęrebant eū. Et quare? quia recordabātur qualiter deus adiutor eorum fuit cōtra Amalech: & redemptor eorum quādo in manu potētię duxerat eos de poteſtate Pharaonis. Et ſic ꝓmiſerūt Moyſi: ꝙ amplius non eſſent rebelles. immo rogarunt vt oraret pro eis ne occideret eos.

Et dilexerunt eū in ore ſuo: & lingua ſua mētiti ſunt ei.

Cor autē eorū non erat rectum cum eo: nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius.

Ipſe autem eſt miſericors: & propitius fiet peccatis eorum: & non diſperdet eos.

Et abundauit vt auerteret iram ſuam: & non accendit omnem iram ſuam.

Et recordatus eſt quia caro ſunt: ſpiritus vadens & non rediens.

¶ Dilexerunt deum in ore ſuo: ſed nō in corde. Et ideo lingua ſua mentiti ſunt ei: confitentes ipſum redemptoreꝫ: & promittētes ipſi corrigi: ſed cor eorum non erat rectū cum eo. i. erga eū. immo duplū & obliquū & obſtinatū deſiderātes reuertiū ęgyptū. Et ideo nō fideles habiti ſunt in teſta-

mento eius:quia nõ impleuerũt qđ promiſerunt ſub multis maledictionibus Deutero.per totũ.nec ea quę promiſerũt Numeri.xiiij.quia plures rebelliones & peccata cõmiſerũt. puta coniurationem Dathan & Abiron & iurgiũ ad aquas contradictionis:& quando initiati ſunt Belphegor &c.Ipe autẽ dñs noluit eos punire ſcđm eorum demerita totaliter delendo:immo cũ miſericordia:quia non ſolum diſperdidit eos totaliter niſi ſolũ principales.Ideo fuit propiti⁹ peccatis eorum:quia non totaliter diſperdidit eos:immo abũdauit miſericordia eius:vt auerteret iram ſuã:quia non accendit omnem iram ſuam contra eos prout merebanť.Et hoc fecit deus:quia recordat⁹ eſt quia caro.i.carnales & fragiles ſunt.Et ſpũs hois eſt vadens & nõ rediẽs.i.per ſe cadens:tamẽ non per ſe ſurgens:quia homo cito cadit in peccatum ꝓpter concupiſcentiã inflictam:tamen per ſe nõ poteſt ſurgere ſine gratia.Et iõ de⁹ noluit eos totaliter delere expectans eorum poenitentiam & correctionem.

Quotiens exacerbauerunt eum in deſerto:in iram concitauerunt eum in inaquoſo.

Et conuerſi ſunt & tentauerunt deum: & ſanctum Iſrael exacerbauerunt.

❡Nota ꝙ per illos.xxxviij.annos:quibus filij Iſrael errauerũt per deſertũ:poſtq̃ receſſerunt de Cades,per ſententias domini:vſquequo reuerſi ſunt in Cades anno.xl.vt patet Numeri.xx.multas rebelliones & peccata commiſerũt quę nõ ſunt ſcripta per Moyſen.quæ quidem peccata implicite memorat hic propheta dicẽs.Ha quotiẽs exacerbauerunt & amaricauerunt deũ ad iram prouocantes in illo deſerto:& quotiens concitauerũt ipſum ad iram in illo deſerto inaquoſo ideſt ſicco ſine aqua:& quotiens conuerſi ſunt promittentes falſam poenitentiam:& quotiens tentauerũt deũ & exacerbauerũt ſanctũ Iſrael per illos.xxxviij. annos.quaſi dicat:multotiens.immo totiens ꝙ longũ eſſet enarrare.Ideo Moyſes nil vel parũ ſcripſit de geſtis in deſerto per illos.xxxviij.annos:quibus errauerunt per deſertum:poſtq̃ receſſerunt de Cades vſquequo reuerſi ſunt in idem deſertum anno quadrageſimo.de qua reuerſione habetur Numeri.xx.

Non ſunt recordati manus eius:die qua redemit eos de manu tribulantis.

Sicut poſuit in ęgypto ſigna ſua: & prodigia ſua in campo Thaneos.

❡Hic propheta reuertitur ad narrandũ beneficia & mirabilia quæ facta ſunt in ægypto.& ideo vtitur modo poetico. Nam per quandam anticipationem prius narrauit ea quæ facta ſunt in itinere poſt exitum de ægypto.quem modum multotiens tenent poetæ.Ita enim facit Virgili⁹.Nã in primo æneidos narrat naufragium Aeneæ.quod factuʒ fuit poſt receſſum de Sicilia & poſt mortem Anchiſæ:ſed in ſecundo occaſionaliter narrat excidiũ Troiæ:quod ante factum fuerat.Ita pariter hic propheta capta occaſione de ingratitudine filiorum Iſrael in illo deſerto,dicit ꝙ maxime fuerunt ingrati deo:tot rebelliones & ſcelera committendo:quia non fuerunt recordati manus & potentiæ dei in die qua redemit eos de manu Pharaonis eos tribulantis in ægypto:qui eos cogebat ad onera portanda & lateres faciendos &c. Et non ſunt recordati ſicut,id eſt quomodo deus poſuit ſigna ſua in Agypto:& prodigia ſua in campo Thaneos,ſicut ſupradictum eſt.i.in pago & territorio Thaneos & in terra Geſſem,vbi habitabãt filii Iſrael. Et dicuntur ſigna inquantũ aliquid ſignificabant.Et prodigia inquantum aliquid portendebant & prodebãt:quia per illa ſigna & decem plagas poterant ægyptij cognoſcere dei omnipotentiam.

Et conuertit in ſanguinem flumina eorum:& imbres eorum ne biberent.

Miſit in eos cynomiam & comedit eos:ranam & diſperdidit eos.

Et dedit ærugini fructus eorum:& labores eorum locuſtæ.

Et occidit in grãdine vineas eorum:& moros eorum in pruina.

Et tradidit grandini iumenta eorum: & poſſeſſionem eorum igni.

Miſit in eos iram indignationis ſuę:indignationem & iram & tribulationem : immiſſiones per angelos malos.

Viam fecit ſemitæ iræ ſuæ:nõ pepercit a morte animarum eorũ:& iumenta eorum in morte concluſit.

Et percuſſit omne primogenitum in terra ægypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.

❡Hic incipit enũerare illa ſigna:licet non eodem ordine quo facta fuerunt:vt patet Exod.cap.vij.vſq; ad duodecimum.Quorum ſignorum primum ponit quando conuertit in ſanguinem flumina eorum,ſcilicet Aegyptiorum.Et conuertit etiam omnes imbres & pluuias eorum in ſanguinem:ne biberent id eſt ne bibere poſſent.Secundum ſignũ quando miſit cynomiam id eſt muſcam caninam & comedit eos.Tertio miſit etiam ranam id eſt copiam ranarum quæ diſperdidit eos. Quarto dedit fructus eorum ęrugini comedendos:& occidit & deſtruxit vineas eorum in grandine.Sexto deſtruxit moros eorum in pruina & frigore.Septimo tradidit iumenta eoꝝ grandini id eſt lapidi groſſo ex aqua congelato.& tradidit omnem poſſeſſionem igni: ſicut quandoq; ſolet ventus occidentalis calidiſſimus vrere arbores & vineas.Octauo miſit in eos iram indignationis ſuæ,ſcilicet indignationem & iram & tribulationẽ quæ ſunt immiſſiones factæ per angelos malos,ſcilicet dæmones ex diuino nutu aut permiſſione in punitionem rebelliũ & prauorum.Item dominus fecit viam iræ ſuæ id eſt nõ cõtinuit iram ſuam:immo dedit viam vt exerceretur contra ægyptios:& non pepercit nec ceſſauit a morte animarum id eſt animalium eorum.ſ.boum & ouium &c. immo cõcluſit iumenta eoꝝ in morte:quia miſit in ea peſtilentiam & morbum mortiferum. Decimo percuſſit omne primogenitum in terra ægypti ab homine vſq; ad pecus,& omnes primitias laboris eoꝝ.i.gregum & armentorum in tabernaculis Cham,id eſt ęgyptioꝝ filioꝝ Meſraim filij Chaʒ. Sed omnia iſta decem ſigna importãt in ſe maxima myſteria:de quibus forſan alibi dicetur:quia hic breuiter adducuntur ad oſtendendam ingratitudinem illius populi:ꝓ quo deus tot & tanta fecerat:cum ipſe ſemper fuerit ingratus & rebellis non recordatus tot beneficiorum ſibi a deo exhibitorum.Ideo ſequitur.

Et abſtulit ſicut oues populũ ſuum:& perduxit eos tanq̃ gregẽ in deſerto.

Et deduxit eos in ſpe & non timuerunt:& inimicos eorum operuit mare.

❡Non deus ſolum fecit illa ſigna contra ægyptios pro eis:ſed etiam abſtulit populuʒ ſuum ab ægypto,ſicut oues

aufert paſtor a lupo. Et pduxit eos deus tanq̄ gregē in deſer
to.i.ſicut paſtor ducit gregē p̄bendo paſtū. & deduxit eos
in ſpe terrę ꝓmiſſionis poſſidendæ:& non timuerunt ægy-
ptios inimicos:immo eos operuit mare rubrum cū curribus
& equitibus:nec timuerunt Amalechitas & cæteros inimi
cos:quia deus ſemper liberauit eos ab eis vſq; ad introitus
terrę ꝓmiſſe. Ex hac figura & parabola & ꝓpoſitiōe elicit
qualiter Chriſt⁹ debebat liberare totū genus hūanū de po
teſtate diaboli cū ſignis & prodigijs:ſicut petiuit in ſua paſ
ſione & reſurrectione:quia terręmotus factus eſt magn⁹ tā
in paſſione q̄ in reſurrectione:cum educeret patres de lim-
bo inferni:& confregit portas æreas & vectes ferreos &c.

Et īduxit eos in montem ſanctificationis ſuæ:
montem quem acquiſiuit dextera eius.

Et eiecit a facie eorum gētes:& ſorte diuiſit eis
terram in funiculo diſtributionis.

Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus
Iſrael.

¶ Hic narrat beneficia quæ fecit eis deus in terra promiſ-
ſionis. Vnde dicit.& induxit eos in mōtem ſanctificationis
.i.in terram promiſſam q̄ tota eſt montuoſa:quę dicta eſt
mons ſanctificationis:eo q; fuit ad cultum diuinū & ad ſa-
crificādū deo dedicata:& p Chriſti p̄ſentiā & paſſiones &
reſurrectionem erat cōſecrāda:& magnis miraculis fuit il-
la terra acquiſita. vt patet per totum diſcurſus libri Ioſue.
Vn̄ per hoc ſignificabatur qualiter Chriſtus debebat nos
introducere in hanc eccleſiam p gratiā,& in ſupernam per
gloriam. quæ quidem eccleſia a ſolis ortu vſq; ad occaſum
virtute nominis Ieſu in ſanguine martyrum acquiſita eſt.
Itē ſequit. Et eiecit gentes a facie eoꝝ. quia prio eiecit A-
morreos & etiam habitatores Baſan vltra Iordanē. Scd̄o
citra Iordanem deleuit Hierico & poſtea omnes habita-
tores Chanaan cum regibus ſuis. Et diuiſit terram ſorte &
funiculo diſtributionis omnibus vndecim tribubus. Et fe-
cit habitare tribus Iſrael in tabernaculis eoꝝ.ſ.Chananeo
rum:vt patet per totum diſcurſum Ioſue. Et per hoc fuit fi-
guratū qualiter totus mundus erat venturus ad fidē Chri-
ſti:& erat diſtribuendus.xij.apl̄is. Nā ſicut illi.xij. patriar-
chę multiplicarūt illuꝫ ppl̄m p generationē carnalem:ita
xij. apoſtoli Chriſti multiplicarunt ppl̄m gentilem per re-
generationem baptiſmalem per totum orbem.

Et tentauerunt & exacerbauerunt deum excel
ſum:& teſtimonia eius non cuſtodierunt.

Et auerterunt ſe & non ſeruauerunt pactum:
quemadmodum patres eorum conuerſi ſunt
in arcum prauum.

In iram concitauerunt eum in collibus ſuis:&
in ſculptilibus ſuis ad æmulationem eum pro-
uocauerunt.

¶ Hic memorat ingratitudīes & ſacrilegia quæ commiſe
runt in terrā ꝓmiſſionis. Nā vt legit̄ Iudicū prio &.ij.&.iij.
poſt mortē Ioſue filij Iſrl̄ non deleuerunt totaliter Chana-
neos:nec aras idoloꝝ:ſicut dn̄s p̄ceperat:ſed cupiditate lu
cri eos tributarios fecerunt:& inter ſe habitare pmiſerunt.
& ſic obliti bn̄ficioꝝ dei·opera eoꝝ didicerunt:& Baalim
& Aſtaroth adorauerunt in collib⁹ & montibus ſuis. & ſic
iratus dn̄s contra eos in manus inimicoꝝ multotiens & in
ſeruitutes tradidit eos. Et per.xiij.iudices liberauit. Sed q̄s
ſęptus recidiuabant & puniebantur:ideo quaſi ad nihiluꝫ
redacti ſunt vſq; quo perdiderunt arcam. Et hoc eſt q; dicit
hic propheta, q; iſti ingrati poſt tot bn̄ficia recepta tenta-
uerunt deum:& exacerbauerūt eum quęrentes auxilium a
dijs alienis. Et ſic teſtimonia eius.i.teſtamentum datum &
poſitum in teſtimonium cōtra p̄uaricatores in arca dn̄i nō
cuſtodierūt.qd̄ teſtamentū promiſerunt ſeruare ſub multi-
plici maledictione.vt ptꝫ Deutero.xxviij.immo auerterūt
ſe a via recta:& a ꝓmiſſo:& non ſeruauerunt pactuꝫ:ſed cō
uerſi ſunt in arcum prauū:quēadmodū patres eoꝝ. Nā ſi-
cut arcus iam induratus nō pōt flecti ad aliā partē:& ſi vio-
lenter flectatur ad tempus:ſi dimittatur in ſe ilico reuertit̄
ad ſuam naturam: Ita illi praui & filij prauoꝝ:licet qn̄q; re
uerterentur ad deum:qn̄ flagellabantur:tn̄ ilico cum dimit
tebat eos flagellum:reuertebantur ad idololatriam & alia
enormia & cōſueta ſcelera ſicut patres eoꝝ:& ſic cōcitaue
runt multotiens deum in iram immolando idolis in collib⁹
& montib⁹ ſuis. Et prouocarunt deum ad ęmulationem &
punitionē & zelum vindictę in ſculptilibus & idolis ſuis pro-
pter ingratitudinem & ſacrilegia ſua:quia per oēs montes
& colles Effraim habebant idola &c.q̄ poſtea deleuit Sa-
muel:vt patet primi regum ſeptimo.

Audiuit deus & ſpreuit:& ad nihilum redegit
valde Iſrael.

¶ Hæc eſt ſcd̄a pars principalis in qua memorat punitio-
nē huius ppl̄i in hoc pſalmo figuratiue principaliter intētā:
quā punitionem inceperat narrare ſuperi⁹ in illo verſu.ſ.fi-
lij Effrem intēdētes & mittentes arcū ſuū &c. Sed q̄a inter-
poſuit magnā digreſſionē de beneficijs collatis illi ppl̄o:&
multiplici ingratitudine cōmiſſa:ideo hic reuertitur ad pu
nitionē pricipaliter in figura intētā:q̄ fuit trāſlatio arce ab
Effraiꝫ i Hierl̄m:& trāſlatio ſacerdotij a filijs Heli in Sa-
muelem:& tranſlatio regni a Saule in Dauid. Dicit ergo.
audiuit.i.nouit dn̄s ſupradicta ſacrilegia & igratitudīes:&
ſic ſpreuit eos abdicādo a ſua tutela & auxilio:& quaſi val
de ad nihilū redegit ppl̄m Iſrl̄. q̄a.xiij.vicibus fuerant dati
in ſeruitutem & iterum liberati:ſed finaliter fuerūt redacti
quaſi in nihiluꝫ:cum perdiderunt primo quatuor milia ho-
minū. Scd̄o cęſa ſunt.xxx.milia.& cęſi ſūt ſacerdotes,& ar-
ca fuit ablata. Ideo ſequitur.

Et repulit tabernaculum Silo:tabernaculum
ſuum vbi habitauit in hominibus.

¶ Naꝫ a tēpore Ioſue vſq; ad illud tēpus arca dn̄i fuerat re-
poſita in Silo:q̄ eſt ciuitas ſita in monte & ſorte Effraim.
Ideo tribus Effraim ſe nobiliorem putabat nō ſolum quia
erat copioſior inter cæteras. ſed quia poſſidebat arcā dn̄i.
quo omnes filij Iſrael cōueniebant ad adorandum & ſacri
ficandum &c. ſed dn̄s iratus repulit & repudiauit & amouit
taberbernaculū ipſius Silo:quia noluit vt in illo tabernacu
lo arca remaneret ꝓpter indignitatē incolarū & habitato-
rum. q̄a nō erant digni vt arca dn̄i inter eos maneret. taber
naculū dico vbi dn̄s exiſtens in arca habitauit in hoibus &
filijs Effraim a tēpore Ioſue vſq; ad illud tēpus quo fuit eis
ablata arca. Et dicebatur dn̄s habitare ibi:quia ex arca il-
la dabat dn̄s reſpōſa.& q̄a in illa arca erant tabulę manda-
toꝝ & virga Aaron & vrna mānę:& liber Deutero. in teſti
monium cōtra p̄uaricatores legis:& dicebat̄ arca fœderis:
quo ſe obligauerat ille ppl̄s. Repulit ergo dn̄s tabernaculū
Silo:q̄a inde traxit arcā:& tradidit eā in man⁹ infidelium.

Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum:&
pulchritudinem eorum in manus inimici.

Et cōcluſit in gladio populum ſuum.& hęredi
tatem ſuam ſpreuit.

Iuuenes eorum comedit ignis:& virgines eo-
rum non ſunt lamentatę.

Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt:& vi-
duę eorum non plorabantur.

¶ Et tradidit etiam pulchritudinem & nobilitatem eoꝝ, ſcilicet Effraim & Iſrael in captiuitatem & in manus inimici, ſcilicet populi Philiſtinorũ. tradidit enim virtutem eoꝝ. i. totam potentiam & pulchritudinem. i. diuitias & mulieres. Et concluſit. i. totaliter perdidit pplm ſuum in gladio: & totam hęreditatem ſuã ſpreuit. i. deſtituit. Nam poſtq̃ occiſa ſunt in bello triginta. M. intrarunt per ciuitates & incenderunt eas igni. Iõ ſequitur. Iuuenes eoꝝ comedit ignis cum tota ſubſtantia: & virgines eoꝝ non ſunt lamentatę. i. non fuit factus pro eis fletus cõſuetus & lamẽtatio: q̃ ſolebat fieri pro virginibꝰ. Nã quando aliqua virgo moriebatur ſine prole: tunc parentes eius & conſanguineę deflebant eiꝰ virginitatẽ. xl. diebus: ſed in illo miſerabili excidio non potuit talis lamentatio fieri: nec obſeruari: quia omnes perierunt nec remanſerunt alię virgines & amicę quæ cæteras virgines mortuas deflerent. Item ſacerdotes eoꝝ. ſ. Oſni, & Phinees & cæteri portãtes arcã, in gladio ceciderunt. Et viduę eoꝝ non plorabant. i. non plorauerũt. vt habet litera Hieronymi. Nã hoc verbũ põt eſſe deponẽs. vel ponitur etiam paſſiue. Nã nõ ſolũ mortui fuerunt viri in p̃lio: ſed etiam viduę, & vxores aliquorũ fuerũt incenſę cũ ciuitatibus, licet vxor vnius iſtorum ſacerdotũ. ſ. Phinees ipſi ſupfuit & peperit poſt mortem viri. vt patet primi Reg. iiij.

Et excitatus eſt tanq̃ dormiens dñs: tãq̃ potẽs crapulatus a vino.

Et percuſſit inimicos ſuos in poſteriora: opprobrium ſempiternum dedit illis.

¶ Hic deſcribit punitionem infideliũ arcã deferẽtiũ. Nã licet deus ꝑmittat q̃nq; tẽpla ſua p infideles ꝓphanari ꝓpter peccata populi: tñ finaliter nõ impune euadunt infideles tales ꝓphanationes & ſacrilegia perpetrãtes. Vñ legitur primi Reg. v. ꝙ poſtq̃ Philiſtei poſuerunt arcã dñi in tẽplo Dagon, p tres vices inuenerunt idolũ Dagon ꝓſtratum ante arcã dñi: & finaliter comminutũ: & deus ꝑcuſſit oẽs Philiſtęos turpi infirmitate in poſteriora: & habito conſilio reddiderũt: & remiſerunt arcã cũ donis & muneribꝰ vt patebit ibidẽ. Et iõ dicit ꝙ dñs deꝰ q ſupradicta ꝑmiſerat: tñ finaliter excitatus eſt velut dormiens & tanq̃ crapulatꝰ: q̃a videbatur dormire ſicut hõ crapulatꝰ a vino. ſic deꝰ erat quaſi dormiens contẽnens eos: & quaſi crapulatus ex ira propter ſcelera populi ſui: ſed finaliter excitatus ꝑcuſſit inimicos ſuos Philiſtęos in poſteriora: & opprobrium ſempiternum dedit eis: quia emittebãt fluxum ſanguinis per poſteriora ad modum menſtrui mulierum quæ dicitur hęmorrhoica ęgritudo. Et ſic fuerunt coacti remittere arcam domini ad filios Iſrael.

Et repulit tabernaculum Ioſeph: & tribum Effrem non elegit.

Sed elegit tribum Iuda: montem Sion quem dilexit.

Et ædificauit ſicut vnicornis ſanctificium ſuũ: in terra quam fundauit in ſęcula.

Et elegit Dauid ſeruum ſuum: & ſuſtulit eum de gregibus ouium: de poſt fœtantes accepit eum.

Paſcere Iacob ſeruum ſuum: & Iſrael hæreditatem ſuam.

Et pauit eos in innocentia cordis ſui: & in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos.

¶ Facta punitione hic deſcribit tranſlationẽ ſanctuarij & regni ab Effraim in tribum Iuda. Nã reprobato effraim q̃ non fuit dignus regno nec ſanctuario, Deus elegit tribũ Iuda ad ſanctuariũ & regnũ. Nã elegit Hierl'm q̃ eſt i ſorte Iuda: in qua conſtrueretur tabernaculũ & templum in quo reponeretur arca: & fierẽt ſacrificia &c. Et finaliter reprobato Saule elegit Dauid in regẽ. Et ſic facta eſt trãſlatio ſanctuarij & regni ad tribum Iuda. Vnde licet hic nõ explicet trãſlationẽ ſacerdotij reſpectu termini ad quẽ: tamen memorat ipaꝫ quo ad terminũ a quo. Nam dicit ꝙ ſacerdotes eoꝝ. ſ. Oſni & Phinees filij Heli in gladio perierũt & ceciderunt. Et ſic trãſlatũ eſt ſacerdotiũ ad Samuelẽ. vt pꝫ primi Reg. vij. Et ſic memorat hic triplex trãſlatio. ſ. ſanctuarij & regni & ſacerdotij. quã triplicẽ trãſlationẽ pricipalr̃ in hoc pſalmo ꝓpheta intendit. Dicit ergo. Et dñs repulit & reprobauit tabernaculum Ioſeph. i. a tribu Effraim filij Ioſeph: quia inde tranſlata & ablata eſt arca dñi: & ducta in Azotũ, & ab Azoto remiſſa in Betſames: & a Betſame in Gabaa. Et ſic vr̃ ꝙ dñs nõ elegit tribũ effraim, nec pro ſãctuario, nec ꝓ regno: licet illa tribꝰ ſẽp anhelaret ad regnũ: q̃a ſe reputabat nobiliorẽ ꝓpter Ioſeph patrẽ ſuũ: q̃ rexerat totã ægyptũ: & ratione cuius pater & oẽs fratres fuerant honorati apud Pharaonẽ. Iõ ſemp aſpirabant ad regnum: & etiam ꝓpter Ioſue qui fuerat de illa tribu. Et tñ propter ſupbiã & ingratitudinẽ & idololatriã deꝰ repulit tribum Effraim quo ad ſãctuariũ & regnũ: ſed elegit tribum Iuda ſcꝫ montẽ Sion qui eſt Hierl'm: in quo voluit ſibi tabernaculũ fieri. Nã primo Dauid deduxit arcaꝫ de Gabaa de domo Aminadab in Hieruſaleꝫ: & poſuit eam in tabernaculo q̃d tetenderat iuxta domũ ſuã. vt pꝫ. ij. Reg. vj. Et poſtea ędificauit ſanctificiũ. i. ſanctũ ædificiũ ſuũ. i. tẽplũ p Salomonẽ vbi ſancta fiebãt & celebrabantur: & elegit hoc tẽplũ in ſãctificiuꝫ ſicut vnicornis. Nam ſicut vnicornis eligit ſibi vnicum antrum & non permittit nec patitur habitare ſecũ aliud animal in illo antro: ita deus elegit Hieruſalem & illud templum, in quo ſemper habitabat deus in arca ſedẽs ſup duo cherubin: & nunq̃ permiſit alium deũ habitare ibidem ſecum: & ſic ædificauit illud templum pro ſe in terra Hierl'm & Iuda: quam fũdauit in ſæcula pro ſe. Et ſic patet quomodo elegit tribum Iuda pro ſuo ſanctuario: in quo diſpoſuit cultum diuinũ: q̃d nullibi erat licitũ fieri niſi in Hierl'm & in illo tẽplo. Et etiã ex illa tribu elegit Dauid ſeruũ ſuũ i regem, reprobato Saule de tribu Beniamin. Et ſic non ſolum fuit repulſa tribus Effraim a regno: ſed etiam beniamin ꝓpter ſupbiã & inobedientiã. vt patet primi Reg. xvj. Et fuit electus Dauid de tribu Iuda: quẽ ſuſtulit deus de gregibus ouium. Et accepit eum de poſt oues fœtantes: & vnxit eũ p Samuelẽ: vt ibidem patet. Accepit eum dico. ſ. paſcere. i. ad paſcendũ & gubernandum ſeruũ ſuũ Iacob & Iſrael hęreditatẽ ſuã. Et ſic tanq̃ electus a deo pauit eos in innocentia cordis: & deduxit eos in intellectibꝰ manuũ ſuarũ. Litera Hieronymi habet. Et pauit eos in ſimplicitate cordis ſui: & in prudentia plantarũ ſuarũ deduxit eos. Et tunc eſt eadẽ ſententia. Nã non gubernauit pplꝫ cũ tyrannide ſed cum humilitate & ſimplicitate: & maxima prudentia quo ad agibilia. Nã cũ quis regit pplm prudẽter: dicimus ꝙ ꝓcedit pede fixo & manu limitata. Vnde per manus & pedes intelliguntur opera facta cum prudentia: & recta deliberatiõe. ¶ Ex oĩbus ergo ſupradictis parabolis & propoſitionibus propoſitis intendit Dauid prophetice probare: & cõcludere futurã trãſlationem regni & ſacerdotij & veri cultus diuini a ſynagoga & populo Iudaico in pplm gentilem ꝓpter illoꝝ infidelitatẽ & ingratitudinem & propter iſtoꝝ fidẽ & humilitatem. Vñ Dauid in perſona Chriſti in carnẽ veniẽtis exhortatur populũ Iudaicũ ad ſuſcipiendũ ſe & legẽ ſuã euangelicam: ſub cõminatiõe priuationis ſanctuarij & regni & ſacerdotij dicens. O popule meus attendite primo legem meã antiquã in qua figurat & prophetice prænũciatur aduentus

meus in carnē:& totū myſteriū hūanę redēptionis. Et inclinate autē veſtrā in verba euāgelica oris mei quando loquar vobis in carne: quia verba mea nō ſunt niſi veritates legis & prophetaꝝ. Et iō qñ veniā in carnē aperiā i parabolis os meū:& loquar ꝓpoſitiones ab initio.i.declarabo ea myſteria euāgelica q̄ latebāt figuraliter in parabolis & ꝓpoſitionibꝰ & geſtis ab initio i vet.teſt.qa lex euāgelica & teſtamentū nouū nil aliud eſt niſi manifeſtatio & declaratio veteris. Et ideo attēdite:ne ſitis ingrati mihi ſicut patres vrī. Et cauete ne accidat vobis: ſicut eis. Nā ſicut priuaui eos ſanctuario & regno & ſacerdotio:ita priuabo vos ꝓpter ingratitudinē. Nā ſicut propter pcīm idololatrię:& ꝓpter inſolentiā filioꝝ Heli trāſtuli ſacerdotiū ab eis in Samuelē:& tranſtuli ab eis tabernaculū in Hieruſalem:& ꝓpter iobediētiā & malitiā Saulis tranſtuli regnū in Dauid: Ita pariter trāſferā a vobis ſanctuariū & regnū & ſacerdotiū in ppl'm gentilē propter infidelitatē & ingratitudinem veſtrā:niſi audieritis me & receperitis legē meā & doctrinā euāgelicā:q̄ nil aliud eſt niſi veritas legis & ꝓphetaꝝ. Et in hoc cōſiſtit totū argumētū & ſententia huius pſalmi.

X ¶ Sed cōtra cōcluſionem & principale intentū ſupradictę expoſitiōis arguūt Iudęi. Nā Dauid in hoc pſalmo non videt̃ concludere niſi qualiter tribus Effraim perdidit ſāctuariū ꝓpter ingratitudinem & pctā ſua:& filij Heli perdiderunt ſacerdotium:& Saul pdidit regnū ꝓpter iobedientiā:& quō ſanctuariū trāſlatū eſt in Hierl'z:& regnū in Dauid: ſed nō ex hoc cōcludit expreſſe trāſlationē regni & ſacerdotij a ſynagoga in ppl'm gentilē:prout concludit ſupradicta expoſitio. Ex quo patet ſupradictā expoſitionem eſſe p̄ter intentū prophetę:& eſſe extraneā. Ad qđ reſpondet̃,ꝙ licet in litera nō exprimat̃:tñ ex quibuſdam conceſſis in hoc pſalmo:& p̄poſitis principijs theologię in prologo,de neceſſitate infertur iſta tranſlatio ſanctuarij & regni & ſacerdotij a ſynagoga in ppl'm gentilem. Vñ dictū eſt in prologo tractatu primo &.iij.ꝙ oia geſta & ſcripta vet.teſt.fuerunt q̄dā parabolę & ꝓpoſitiones:& figurę & ſigna reſpectu myſterioꝝ no.te.qa oia cōtingebāt illis in figura:& per conſequens nō erant gr̄a ſui:ſed gr̄a veritatis no.te.qa oia erāt verificāda in no.te. Itē dictū eſt tractatu.iij.& rl'a.x.ꝙ ꝓceſſus & diſcurſus a figura ad figuratū & a parabola ad ſuam veritatē correſpōdētē reducitur ad q̄rtā ſpeciē argumētatiōis qua maxie vſus eſt Dauid. Itē dictū ē in prio tractatu ex itēſiōe Ariſt.prio poſterioꝝ.ꝙ i q̄cūq; ſpecie argumētatiōis ꝓpoſitis p̄miſſis de neceſſitate infert̃ cōcluſio explicite vel implicite.qa argumētator ſimul inducēs cognoſcit cōcluſionē in p̄miſſis ꝓpoſitis:eo ꝙ cōcluſio cōtinet̃ virtualiter in p̄miſſis. Cū ergo Dauid dicit i hoc pſalmo:ꝙ oia geſta & myſteria q̄ narrant̃ in hoc pſalmo intēdit adducere tā q̄ parabolas & ꝓpoſitiōes & exēplaria,cōminādo ſilem ſētētiā in gñatiōe altera futura:ergo ꝑ trāſlationē regni & ſāctuarij & ſacerdotij quas adducit & proponit tanq̄ parabolā & ꝓpoſitionē,intēdit inferre & cōcludere aliā futurā trāſlationē ſanctuarij & regni & ſacerdotij ab illo pplo Iſraelitico in alterū.ſed tunc nō erat alius ppl's niſi gētilis.ergo ꝑ illā trāſlationē cōminabatur iſtā q̄ figurabat̃ ꝑ illā.tenet ɔ̄ñia:qa illa trāſlatio ſanctuarij in Hieruſalē:& ſacerdotij in Samuelē:& regni a domo Saul i Dauid:iā erat facta quādo Dauid fecit hunc pſalmū.ſꝫ ip̄e Dauid cōminat̃ aliā tranſlationē futurā in gñatione futura ab illo populo in alterū ꝓpter ingratitudinem & infidelitatē cōmittendā contra deū:quā erāt cōmiſſuri ſicut patres eoꝝ:qđ ſic facto fuit impletū qñ negarūt Chriſtū. Ideo bene merito ſunt a deo priuati regno & ſanctuario & ſacerdotio:quoꝝ trāſlatio facta fuit in ppl'm gentilem cōuerſum ad fidem Chriſti:ꝓut manifeſte videmꝰ eſſe cōpletū. Et ſic patet qualiter cōſideratis oibus q̄ dicta ſunt in prologo:& q̄ Dauid p̄ſupponit in hoc pſalmo,ꝙ ꝓphetice intendebat inferre & concludere explicite vel implicite trāſlationē regni & ſanctuarij & ſacerdotij ab illo pplo in ppl'm gētilē:prout dictū eſt i ſupradicta expoſitiōe. qđ maxie cōfirmatur:cū manifeſte videamus hoc eſſe cōpletū. Et ꝑ hoc patet cęcitas Iudęorum.

Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam: polluerunt templum ſanctum tuum: poſuerunt Hieruſalem in pomorum cuſtodiam.

Poſuerunt morticinia ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cęli:carnes ſanctorum tuorum beſtiis terrę.

Effuderūt ſanguinē eorum tanq̄ aquā in circuitu Hieruſalem:& non erat qui ſepeliret.

Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris:ſubſānatio & illuſio his qui in circuitu noſtro ſunt.

¶ Titulus,canticū Aſaph. Ex titulo patet ꝙ pſalmus iſte factus eſt a Dauid & datus ipſi Aſaph ad cantandū:& dirigitur toti eccl'ię:eo ꝙ Aſaph interp̄tat̃ congregatio:inquātum ex litera patet ꝙ loquit̃ de perſecutione eccleſię. Sed eſt dubium pro quo ſtatu eccleſię loquatur:an pro ſtatu vet.teſt.an no. Vnde multi Iudeoruꝫ dicūt ꝙ loquitur de deſtructione:Hieruſaleꝫ facta per Nabuchodonozor & Chaldęos. Sed alij arguunt contra:dicentes ꝙ hoc non pōt ſtare:eo ꝙ in illa ſtrage non fuerunt ſancti illi qui fuerunt trucidati:ſed ſcelerati & idololatrę.vt pꝫ.iiij.Reg.vltimo. Hic aūt dicit̃,poſuerunt carnes ſanctoꝝ tuoꝝ beſtijs terrę. Iō dicūt alij ꝙ potius iſte pſalmus loquitur de ſtrage & vaſtatiōe facta ꝑ Antiochum tempore Maccabæorum in qua multi ſācti trucidati & martyrizati ſunt pro lege dei.vt patet ꝑ totū diſcurſuꝫ primi & ſecundi Macchabęorum. Sed contra hoc arguunt alij dicentes hoc non poſſe ſtare per hoc quod dicitur in hoc pſalmo. Poſuerunt Hierl'ꝫ in pomorū cuſtodiā. manifeſtū eſt ꝙ tunc Hierl'm non fuit totaliter deſtructa: ſicut hic videtur dicere:& ideo dicunt quidam Hebręi moderni ꝙ hic loquitur de deſtructiōe facta per Titum & Romanos.quā deſtructionem ſperant reparari per Meſſiā quē expectant:vt hic videntur orare. Sed iſta intelligentia ē falſa & erronea. Primo quia Meſſias erat venturus in ſcđm tēplum:prout dixerunt Aggęus & Zacharias,& Malachias. Ex quo patet ꝙ anteq̄ Titus & Romani deſtruxiſſent templum ſcđm,iam venerat Meſſias.ſicut in veritate impletuꝫ eſt. Ex quo patet ꝙ oēs Iudęi qui fuerunt trucidati & captiuati in illo excidio:fuerunt ſcelerati & damnati & reprobati:& non ſancti & iuſti:ſicut hic dicitur. Item qa illa ruina & deſtructio nō debet amplꝰ reparari,nec ip̄i Iudæi liberari:prout dictū eſt ſupra pſal.xxvij.vbi dicitur.deſtrues illos:& nō reędificabis eos. Et quidā catholici dicunt ꝙ iſte pſalmꝰ loquit̃ de Hierl'm ſpūali.ſ.de tota eccl'ia Chriſti toto orbe diffuſa:ſcꝫ pro iſto ſtatu a paſſiōe Chriſti vſq; ad Cōſtātinū,in quo tp̄e multa milia martyrū ꝓ fide Chriſti occiſa ſunt. Sed huic contrariari videt̃ illđ qđ ſequit̃ in pſalmo.ſ.ne memineris iniquitatū noſtraꝝ antiquaꝝ &c.quia in illis ꝑſecutionibus martyres nō mortui ſunt pro peccatis eoꝝ:ſed ꝓ fide Chriſti defendenda & confeſſione fidei. Et ideo videt̃ mihi dicendū ꝙ Dauid cui reuelatus eſt totꝰ diſcurſus eccl'ię vſq; ad vltimū iudiciū in ſpū p̄uidit futuram deſtructioneꝫ Hierl'm faciendā ꝑ Chaldęos:& eius reſurrectionem faciēdā ꝑ Maccabęos.ꝑ quas vaſtatiōes & deſtructiones p̄uidit in ſpū futuras ꝑſecutiones eccl'iæ Chriſti faciendas per ſectā Mahometicam & per Antichriſtum.de quibus vaſtationibus & ꝑſecutionibus fecit plures pſalmos.ſ.pſalmū.xliij.&.lxiij.& hunc.lxxviij.& ſequentem.in quibus pſal.q̄dā verificant̃ de deſtructione Hierl'ꝫ facta per Chaldęos:& quę-

dam de vaſtatione facta p Antiochũ, prout ſunt figurę pſecutionũ ecclię Chriſti. Et q̃dã verificanẽ lr̃aliter de pſecutionib⁹ ecclię: puta de pſecutiõe tyrãnoꝝ: & q̃dã de pſecutione Mahometica in qua nunc ſumus: & q̃daꝫ de pſecutione Antichriſti quę futura expectaẽ: de qbus eccleſia expectat liberari: prout videbiẽ. Nã ſcdm Aug. lib. de catechizandis rudib⁹, per deſtructionem Hierl'm & captiuitatẽ Babylonię ſignificabaẽ & figurabatur pſecutio & ſtrages ecclię Chriſti facienda p tyrannos hęreticos. Et p reparationem illius Hierl'm & tẽpli materialis: p̃uidit Dauid renouationem & reparationẽ ecclię faciẽdã p Chriſtum. Et ſic intelligẽtia hui⁹ pſalmi & ꝓphetiæ ẽ biptita & etiã triptita: ſicut intelligẽtia alioꝝ ꝓphetaꝝ. vt inquit Aug. xvij. de ciui. ca. iij. Et iõ ſcdꝫ hũc intellectũ exponeẽ iſte pſalm⁹ & ſequẽs. Dauid ergo p̃uidit in ſpũ nõ ſolũmõ tunc futurã deſtructionẽ Hierl'm per Chaldæos: & vaſtationẽ futurã per Antiochũ: ſed etiã in illis p̃uidit pſecutionẽ Mahometicã & Antichriſti cõtra eccl'iam. Et ſic ĩter cæteros fecit hũc pſalmũ. In quo pſalmo tria facit. Nã primo exponit ſuã declamationẽ & q̃relã. Scdo petit liberationẽ. Tertio ſubdit gratiarum actiones. Scdm ibi. Vſquequo dñe. Tertiũ ibi. Nos autem populus eius. ❡ Quantũ ad primũ eſt primo notandũ: q gentes licet cõmuniter ſumanẽ ꝓ pplo gentili idolis quondã dedito: tñ proprie gẽtes dicunẽ oẽs qui viuunt ſcdm carnẽ ponentes ſpem ſuã in reb⁹ tẽporalib⁹ & carnalib⁹, non viuentes ſcdm ſpm̃. Et ſic oẽs generationes & cõditiões hominũ tam Iudæi q̃ Sarraceni & infideles dicuntur gentes quia viuunt ſcdm gñationẽ carnalẽ. Chriſtiani aũt qa p̃ter gñationẽ carnalẽ ſunt regenerati: ideo non proprie dicunẽ gentes: ſed populus dei in Chriſto regenerat⁹. Et ſic in iſto pſalmo & etiã in cæteris q̃ñ dr̃, Deus venerunt gentes, non ſolũmodo intelliguntẽ idololatrę: ſed Sarraceni & ſequaces Antichriſti. Scdo eſt notandũ q Dauid p deſtructionẽ Babylonicã & vaſtationẽ Hierl'm futurã p Antiochũ p̃uidit in ſpũ qualiter gẽs Mahometana debebaꝫ ſurgere ex pte Arabię cõtra eccl'iam Chriſti q̃ dicię vere Hierl'm. & vaſtare eam per plures partes mundi: & euertere eccleſias & ſãctuaria: & prophanare res ſacras: ſicut videm⁹ fuiſſe factũ p totã Africã & Aegyptũ & magnã ptẽ Aethiopię, & p totã Syriã & Meſopotamiã, & Chaldęaꝫ, & Perſiã, & Parthiã, & Indiã, & Scithiã, & Armeniam, & Aſiã, & Græciam: qa deduxerunt eccl'ias Chriſti quaſi ad tuguria & tabernacula armẽtoꝝ tempore huius turci. Et hoc eſt q̃d intẽdit hic Dauid in hoc pſal. Vñ dicit cõquerendo & exclamando. O deus ſicut gentes Chaldęoꝝ & Gręcoꝝ venerũt quondaꝫ in hęreditatẽ tuã. ſ. Hierl'm: & polluerunt tẽplũ ſcm̃ tuũ & ꝓphanarũt: & poſuerũt. i. reddiderũt Hierl'm in pomoruꝫ cuſtodiã. i. ſicut tuguriũ hortoꝝ: & etiaꝫ ſicut gentes Antiochi poſuerũt morticinia ſeruoꝝ tuoꝝ. ſ. cadauera ſanctorũ volatilib⁹ cæli: & dederũt carnes ſanctoꝝ tuoꝝ comedendas beſtijs terrę. Et effuderũt ſanguinẽ ipſoꝝ tãq̃ aquã i circuitu Hierl'm: quia intantũ iacebant cadauera, q nõ erat q̃ ſepeliret tpe Maccabęoꝝ: Ita pariter gens Sarracenoꝝ inſurrexerũt tpe chriſtianoꝝ: & venerũt cõtra hæreditatẽ: q̃ eſt eccl'ia toto orbe diffuſa: & polluerũt & ꝓphanarũt tẽplũ ſcm̃ tuũ. i. oẽs ſacras eccl'ias: & poſuerũt Hierl'z. ſ. ſpũalẽ in pomoꝝ cuſtodiã: qa incẽderũt oẽs eccl'ias: & deſtruxerunt. & reduxerũt eas quaſi tuguria: q̃ ponunẽ ad cuſtodiendas vineas & hortos & pomeria. Nã magnas ciuitates reduxerunt ad paruas villas: & magnas eccleſias & templa, aut fecerũt meſquitas Sarracenoꝝ: aut caulas ouiũ & armẽtoꝝ: q̃ hodie ſunt coopertę ramis & paleis ad modũ tugurioꝝ: vbi ſpeculatores ſolent cuſtodiri pomeria & hortos & vinea & fructus. Et etiaꝫ ſupradicti Mahometani tot mil. martyrum & Monachoꝝ ſeruoꝝ tuoꝝ occiderũt in ægypto & in cæteris ptib⁹ mũdi. q̃ morticinia. i. cadauera ſeruorũ poſuerũt & tradiderunt volatilib⁹ cæli. Et carnes ſctõrũ tuoꝝ tradiderunt comedendas beſtijs terrę. Et effuderũt ſanguinẽ ipſoꝝ ſanctoꝝ tuorũ in magnã abundantiã tanq̃ aquam in circuitu Hieruſalem. i. eccleſiæ toto orbe diffuſę: intãtum q non erat qui ſepeliret. Et ſic facti ſumus opprobrium vicinis noſtris: & ſubſannatio id eſt irriſio his qui in circuitu noſtro ſunt. i. omnib⁹ infidelibus qui circumquaq; nos p̃mũt. Omnes iſtę preſſurę fuerunt in eccleſia cõpletę. Primo tẽpore tyrãnnoꝝ: vbi mortua ſũt infinita milia martyrum. q̃ perſecutio habuit finẽ tẽpore magni Conſtantini: ſed poſtea fuit etiam impleta in pſecutione Arrianoꝝ maxime in Africa tẽpore vvandaloꝝ. fuit etiam impleta i pſecutione Mahometica per omnes partes mũdi vſq; in hodiernũ diẽ. Nam gentes ſarracenorum interfecerunt in Aegypto infinitã multitudinẽ ſanctoꝝ patrum monachoꝝ: & eoꝝ eccleſias deſtruxerunt. Hoc idẽ fecerunt in Syria, Meſopotamia, & Armenia, & p oẽs partes mundi. quas ſuæ ditioni ſubiecerũt. Ex his patet q propheta in hoc loco intelligit per gentes omnes ſarracenos: & ſequaces Antichriſti: qui peiora facient in ſuo tempore vt inquit Auguſtinus. Et p Hierl'm intelligit vniuerſalem eccl'iam toto orbe diffuſã: q̃ vere dicitur hęreditas dei. vt ſæpe dictum eſt. Quę quidẽ perſecutio & ſtrages figurata fuit per ſtragem factam per Nabuchodonoſor in Hierl'm.

Vſquequo dñe iraſceris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus?

Effunde iram tuam in gentes q̃ te nõ nouerũt: & in regna q̃ nomen tuũ nõ inuocauerunt.

Quia comederunt Iacob: & locum eius deſolauerunt.

❡ Hæc eſt ſecunda pars: In qua propheta ponit ſuam depcationem. Nam primo petit vltionẽ de ſupradictis pſecutoribus. Scdo petit liberari. ibi. Ne memineris. Dicit ergo. vſquequo dñe obliuiſceris nos in finẽ. i. totaliter: & vſquequo accendetur zelus tuus. i. ira tua velut ignis? quaſi dicat: tempus eſt vt ceſſet ira tua nobis. ſed effunde irã tuã & indignationem ſuper gentes. ſ. Sarracenorum & alioꝝ infideliũ & hæreticoꝝ: quæ te non nouerunt p fidẽ, nec charitatem: & in cætera regna infideliũ: q̃ nomen tuum nõ inuocauerunt: ſed inuocant Mahometũ & deos alienos: quia comederũt Iacob. i. deuorauerunt totum populum chriſtianum: & locũ eius. i. eccleſias & ciuitates deſolauerunt &c.

Ne memineris iniquitatum noſtrarũ antiquarum: cito anticipent nos mię tuæ: quia pauperes facti ſumus nimis.

Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & ꝓpter gloriã noĩs tui dñe libera nos: & ꝓpitius eſto pc̃tis noſtris propter nomen tuum.

Ne forte dicãt in gentibus vbi eſt deus eorum: & innoteſcat in natiõibus corã oculis noſtris.

Vltio ſanguĩs ſeruorũ tuorũ qui effuſus eſt: introeat in cõſpectu tuo gemitus cõpeditorum.

Secundum magnitudinem brachii tui poſſide filios mortificatorum.

Et redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorũ: improperium ipſorum quod exprobrauerunt tibi domine.

❡ Sed quia iſta pſecutio Sarracenoꝝ & Turcoꝝ prouenit ex demeritis & peccatis Chriſtianorũ: ideo petit liberari a ſupradictis preſſuris: inuocando diuinã miſericordiã, dicẽs,

O dñe rogo: ne memineris iniquitatū nrãꝝ antiquarū.i. nõ punias nos ſcdm demerita & pctã nra: ſed cito anticipēt nos miſericordiæ tuæ: a ſupradictis malis liberando: quia pauperes & deiecti facti ſumus nimis. Et iõ adiuua nos de⁹ ſalutaris noſter. Et libera nos propter gloriam nois tui: & ꝓpitius eſto pctis noſtris ꝓpter nomen tuū: qđ eſt Ieſus. qđ quidē nomē importat ſalutē & miſericordiã in ſe. qđ nos colim⁹: & i quo ſperam⁹ liberari. Et hoc fac: ne gētes Sarracenoꝝ & Antichriſti & alioꝝ infidelium forte deridentes dicant: vbi eſt deus: eoꝝ id eſt Ieſus deus chriſtianoꝝ? quaſi dicant: veniat ad liberandū chriſtianos de manib⁹ nřis. Et innoteſcat vltio ſanguinis ſeruorum in nationibus coram oculis nřis. i. fiat manifeſta vindicta ſanguinis ſeruoꝝ tuorū q fuſus eſt. Et gemitus compeditoꝝ. i. chriſtianoꝝ captiuoꝝ introeat in cõſpectu tuo: vt facias vindictã de pſecutoribus noſtris. Et ſcdm magnitudinē brachij: id eſt poteſtatis tuæ, poſſide filios mortificatorū. i. libera filios eoꝝ qui mortui ſunt pro te: poſtq̃ pmiſiſti patres martyrio coronari: vt filij remanentes pacifice ſeruiant tibi in regione chriſtiana. Et redde vicinis pſecutoribus noſtris ſeptuplum. i. punias eos ſeptupliciter. vel redde vicinis noſtris improperium ipſoꝝ ſeptuplū in ſinu eoꝝ: & in facie. qđ improperiū exprobrauerunt tibi: in tēplū tuuꝫ. quaſi dicat: multa improperia intulerunt nobis in cõtēptū tui. Iõ redde eis punitionē i ſeptuplum ꝓ retributiõe. Ex ſupradictis pꝫ q eccl̃ia Chriſti debet liberari a pſecutione Mahometica, in qua modo eſt: q̃a tota illa gens & ſecta debet grauiter puniri: & multipliciter perire ante aduentū Chriſti, vt multi autumant. Nos autem erimus victores. Iterū pꝫ q finaliter eccl̃ia eſt liberanda de pſecutiõe Antichriſti: & ipſe cū ſuis miſerabiliter periturus. vt ꝓbaꝫ multipl̃r p ſcripturas. Et per aliquod tēpus eccl̃ia debet manere in ſua libertate deo ſeruitura. Et ideo ſequitur vltima pars: in qua dicit.

Nos autem populus tuus & oues paſcuę tuæ confitebimur tibi in ſæculum.

In generatione & generationem annunciabimus laudem tuam.

¶ Nos populus tuus & oues paſcuę tuæ. i. qui ſacramentis tuis reficimur a ſupradictis pſecutionibus liberati gratias agendo confitebimur tibi in ſęculū: & annunciabimus laudem tuã in gñatione & gñationem. i. dum durabit gñatio humana vſq; ad iudicium.

QVi regis Iſrael intende: qui deducis velut ouem Ioſeph.

¶ Titul⁹, Ad victoriã ſiue in fines ſup roſas: aut lilia teſtimoniū Aſaph. Tria ponuntur in hoc titulo: p quæ denotaꝫ, q pſalm⁹ iſte loquiꝫ de Chriſto & eccl̃ia. Nã primo poniꝫ in finē ſiue ad victoriã. p qđ denotaꝫ, q loquitur de Chriſto q eſt finis legis: & victor cõtra diabolū & pſecutores eccleſię. Scđo addiꝫ ſup roſas ſiue ſup lilia: per qđ denotatur q eccleſia loquitur ad Chriſtū. Nam vbiq; in ſacra ſcriptura p roſas ſiue p lilia intelligiꝫ eccl̃ia Chriſti: q̄ē inter cæteras natiões ſicut roſa inter ſpinas. Cãticoꝝ primo. Tertio addiꝫ canticū Aſaph. qđ interp̃tatur cõgregatio. Et ſic rep̃ſentat totam eccleſiam. Et ſic patet q Dauid fecit hūc pſalmū: dirigēs nos in Chriſtū: loquens in pſona eccl̃iæ. Et dedit ipm cãtandū ipſi Aſaph: eo q rep̃ſentat totã eccl̃iaꝫ ſcđꝫ ſui nois interp̃tationē. In quo pſal. Dauid explicat tres preſſuras eccleſię: quas p̃uidit in ſpū. Prima fuit ante aduētū Chriſti: in qua erat totū gen⁹ humanum in tenebris peccatoꝝ & captiuitate diaboli: a qua captiuitate liberata eſt eccleſia p incarnationem & paſſionem Chriſti. Scđa fuit in pſecutione tyrãnoꝝ & hęreticoꝝ & ſarracenorum: de qua expectat liberari p virtutem Chriſti: cuius modus ignoraꝫ. Tertia preſſura erit tēpore Antichriſti: de qua liberabitur p ipm Chriſtū finaliter per aduentū ſuū ad iudicium. & has tres liberatiões exprimit hic ꝓpheta: q̃a ter dicit: Oſtende faciē tuã: & ſalui erim⁹. Tria ergo facit in hoc pſal. Nã prio petit liberari ab vniuerſali pctõ p primū aduentū & paſſionem Chriſti. Scđo petit liberari a preſſuris & pſecutionibus inimicoꝝ. Tertio petit liberari ſpecialiter de pſecutiõe Antichriſti: & ab oi miſeria hũana p ſcđm aduētū Chriſti. Scđm ibi. Vineã de ægypto. Tertiū ibi. Fiat manus tua. ¶ Quã- Y
tū ad primū eſt notandū q genus humanū in duplici miſeria erat poſitū ante aduentuꝫ Chriſti. Primo quo ad aiam: quia erat i captiuitate diaboli: & ſeparatū a deo. Scđo quo ad corpus: q̃a multiplici miſerię corporali ſubiectū. Et ideo Chriſtus ab hac multiplici miſeria nos liberauit. Nã prio p ſuã mortē & paſſionē nos a peccato liberauit & ſaluauit & deo pr̃i nos vniuit: p ſuã aũt reſurrectionē nos ab oi corporali miſeria liberauit: & nobis imortalitatē recuperauit: licꝫ nõdū poſſideam⁹: tñ eã ipſe lucrat⁹ ē nobis ꝓ nouiſſio die: & ſic ꝓmiſit nos in gl̃iaꝫ reſurrecturos. Et iõ prio hic eccl̃ia petit liberari a pctõ quo ad aiam. Scđo a corporali miſeria quo ad corp⁹, ibi. Dñe de⁹. ¶ Quãtū ad primū eſt notãdū, q totū myſteriū tabernaculi ſiue arcę fœderis vet. te. ſignificabat myſteriū icarnatiõis ipſius Chriſti: ſicut ſæpius dictū eſt. Nã hũanitas Chriſti eſt verū tabernaculū verbi dei: in quo latebat verbū ſiue diuinitas. Naꝫ ſicut in arca fœderis tria erãt icluſa. ſ. tabulę legis: & virga Aarõ: & vrna mãnæ: Ita in illa hũanitate tria erãt icluſa. ſ. verbū, & aia Chriſti: & caro. Et ſic Chriſt⁹ erat de⁹ & rex: & ſacerdos: & hõ. Et ſicut in illa arca ſiue tabernaculo deus incluſus dabat rñſa ſacerdotib⁹: & ſanctis viris: vt frequēter legiꝫ p totū diſcurſū libri Nũeroꝝ, & Ioſue, & Iudicū: q̃a dabat de⁹ rñſa de tabernaculo: ita ſignificabat q de⁹ erat includend⁹ i illa hũanitate Chriſti: & exinde vel in illa debebat dare vera rñſa & legē euãgelicã ſuis apl̃is & toti ppl̃o chriſtiano. Et ſicut deus quõdã deduxit illū ppl̃m Iſr̃l de ægypto: & fecit ſibi ipꝫ populū peculiarē: & exinde duxit ipm p deſertū: & introduxit ipm in terrã ꝓmiſſionis: ita ſignificabat q Chriſtus dux noſter nos debebat deducere de tenebris pctõꝝ: & cõgregare eccl̃iam ſuã ex Iudæis & gentilibus: & facere eã ſibi ppl̃m peculiarē: & dirigere eã p legē euangelicã: & itroducere in patriã cæleſtē: vel in iſtã eccl̃iam p gratiã & in aliã per gloriã. Hoc p̃uidens Dauid in ſpū: dicit in pſona tot⁹ eccleſię pro illo ſtatu. O chariſſime Meſſia venture: qui ab initio legis regis ppl̃m Iſrael: & educis Ioſeph. i. totū illū ppl̃m velut paſtor ducit ouē. Vñ nota q licet tot⁹ ille ppl̃s denoiaꝫ Iſrael a patre Iacob a quo deſcēdebat: tñ in ægypto totus ille ppl̃s dicebatur Ioſeph propter dignitatē ipſius Ioſeph: quia fuerat præfectus in ægypto p Pharaonē. Ideo ꝓpheta dicit: qui educis Ioſeph. i. ppl̃ꝫ ductū a Ioſeph in ægyptū & ibi receptū et fauoratū. Sed tu feciſti poſtea tibi populū peculiarem: & oues paſcuę tuę: & voluiſti eſſe paſtor eius. Ideo tu tanq̃ paſtor deducis illum velut ouē per deſertum: & introduxiſti in terrã promiſſiõis. Ergo tu Chriſte qui tūc illud feciſti in figura, intende in nos & fac modo in re. i. ſis paſtor & tanq̃ verus paſtor & verus Ioſeph deduc gen⁹ humanum de poteſtate diaboli & tenebris peccatoruꝫ. Et cõgrega eccleſiam tuã & ppl̃m tibi peculiarē: & introduc euꝫ in terram viuentium ſicut oues paſcuę tuę.

Qui ſedes ſuper cherubin manifeſtare coram Effraim Beniamin & Manaſſe.

Excita potentiam tuam & veni: vt ſaluos facias nos.

Deus conuerte nos: & oſtende faciem tuam & ſalui erimus.

¶ Nota ꝙ deꝰ fecit fieri chrerubin i arca: ſup q̄ cherubi deꝰ dicebaꝛ ſedere. Et ita Dauid ꝑcepit Salomõi vt faceret duo cherubin ſup q̄ ſedebat arca dñi: ſicut deus dicit ſedere in cælo ſuper cherubin. Per qđ denotabatur ꝙ verbum debebat includi in arca hũanitatis: & ibi ſedere ſuper duo cherubin: id eſt ſuper aīam & carnē: & exinde dare reſpõſa & doctrinā euangelicā. Scđo eſt notandum ꝙ talia reſponſa maxime dedit deꝰ in Silo: q̄ erat in terra Effraim iuxta mediā tribuꝫ Manaſſę: qa illę duę tribꝰ reputabātur q̄ſi vna: eo ꝙ erāt fratres. Sed quia poſtea arca fuit mutata de Effraim in Azotum: & exinde reducta io Gabaa: quæ eſt in tribu Effraim: ideo ibi per multa tempora deꝰ dedit reſpõſa ex arca. per qđ denotatur ꝙ deus incarnatꝰ daturꝰ erat rñſa populo chriſtiano ſignificato p iſtos tres hic noīatos. Nam Effraim interꝑtatur augmentū: ad denotandum ꝙ populus chriſtianus cui danda erat lex euangelica: erat augendus per totum mundū. Et per Beniamin: qui dicitur filius dextrę, ſignificabatur etiā ppl's chriſtianus: q per Chriſtū qui dr̄ dextera dei patris, eſt regeneratꝰ. Et p Manaſſē intelligitur populus gentilis qui erat oblitꝰ quondā a deo: ſed poſtea vocatus per apl'os recepit rñſa euangelica. Et ideo iſtę tres tribus collocabantur in parte occidentali ſpiꝰ tabernaculi: verſus quas deus dabat reſponſa. Et ſimiliter ſunt collocatę in ordine in terra promiſſiõis ad partē occidentalem. qđ totum factum fuerat in figura: prout ſignificabant populum chriſtianum: qui recepturus erat reſponſa legis euāgelicę. Hoc ergo ꝓuidens Dauid in ſpū dicit. O Chriſte qui ſedes ſuper duo cherubin in cælo & etiam i arca: qđ ſignificabat myſterium incarnationis: ita veni i carnem: vt ſedeas ſop duo cherubin. ſ. animę & corpois i eadē humanitate: aut ſup duo teſtamenta: ſcilicet nouum & vetus: & ſedeas etiam ſuper duos populos ad fideꝫ conuerſos ſcilicet ex Iudæis & gentilibus. Veni ergo & manifeſtare. i. ſis manifeſtus corā Effraim, Beniamin, & Manaſſe. i. veni ad ppl'm chriſtianū per totū orbē augmentatū: & filiū dexterę. i. p Chriſtū regeneratū: & domū patris ſui. i. gentilitatis & idololatrię oblitū. Manifeſta ergo te iſti pplo chriſtiano: & da ipſi reſponſa euangelica: ſicut tunc dabas in deſerto: & in terra ꝓmiſſiõis rñſa corā Effrai, Bēiami & Manaſſe. Et nota etiā vt legiꝛ Geñ. xlviij. ꝙ Ioſeph obtulit duos filios. ſcꝫ Effraim & Manaſſen patri ſuo Iacob & benediceret eos: & poſuit Manaſſen ad dexteram: vt imponeret ipſi manum dexterā ſup caput ad bñdicendum. Et poſuit Effraim ad ſiniſtram: vt imponeret ei ſiniſtram manum ſuper caput: eo ꝙ erat iunior. Sed Iacob inſpiratus ſpū ſācto cancellatis manibus poſuit dexteram ſup Effraim qui erat ad ſiniſtrā: & poſuit ſiniſtrā ſup caput Manaſſæ qui erat ad dexteram. Et ideo tribus Effraim multiplicata fuit & augmentata in magnū nũerū ſup oēs alias tribꝰ. Et ſic Manaſſes dr̄ quaſi oblitꝰ a patre, & poſtpoſitus. & ideo illa tribus fuit diuiſa. Nam media pars cepit ſortem vltra Iordanem i parte orientali: & alia pars citra Iordanē in parte occidentali. Iſtud myſterium figurauit ꝙ deꝰ pater debebat ponere dexterā ſuam. i. filium ſuum Chriſtum ſup populum chriſtianum qui erat iunior: & illum multiplicare in magnum numerum ex populo gentili: qui ſemper fuerat ad ſiniſtraꝫ & in minori dignitate: & ſic dedit ipſi benedictionē ſpūalē: & poſuit ſiniſtram ſuā ſuper populum Iudæorum: & oblitꝰ eſt eum: & non dedit ipſi benedictionem ſpūalem. Per hoc autem ꝙ tribus Manaſſæ fuit diuiſa in duas partes: quarū vna manſit vltra Iordanem inter idololatras: & altera citra Iordanē iuncta cum populo Effraim: ſignificatum fuit ꝙ populus Iudæorum erat in duas partes diuidendus: quarum vna erat ventura ad fideꝫ Chriſti: vt ſob eius dextera protegeretur: & debebat trāſire Iordanē per aquas baptiſmales. Sed altera erat in ſorde peccati & pfidia māſura. & illa dr̄ ꝓprie pars oblita. Et de hac pticula dicitur per prophetā: manifeſtare coraꝫ Effraim, Beniamin, & Manaſſe. Vel poſſumus dicere ꝙ oībus iſtis tribubus. ſ. gentibus intellectis p Manaſſen, lex euangelica fuit manifeſtata. Sed ſoli gētiles & apl'i cū quibuſdā bonis Iudęis receperunt legem euangelicā. Cæteri aūt mali Iudæi obliti & cōtēnētes oracula prophetarū & myſteria ſacrę ſcripturę: legem euangelicam recipere noluerunt. Propheta ergo Chriſtū inuocat vt veniat ad manifeſtandum ſe oībꝰ tā bonis q̄ malis: & vt ponat dexterā ſuā. i. bñdictionē ſpūalem: ſuper bonos ſcilicet Iudæos & apl'os & diſcipulos: & ſiniſtram. ſ. maledictionem ſup malos. Et hoc eſt qđ dicit: manifeſtare corā Effrai &c. Sed qa talis manifeſtatio & ſaluatio & redēptio habebat fieri per incarnationem & paſſionem veniendo in hūc mundum: ideo ſubdit propheta dicēs. O Chriſte excita potentiam tuā: & deſcende de cælo: & veni in carnem: vt ſaluos facias nos per mortē & paſſionē. Sꝫ quia nō ſufficit ꝙ tu venias in carnē: & ꝑdices legē euāgelicā: niſi diſponas nos ad eam recipiendā: iō tu dñe deꝰ virtutū cōuerte nos: gratiā ſpūs ſancti largiendo: vt fideꝫ recipiamus: & oſtende faciē. i. humanitatem tuā: per quam tua diuinitas notificetur & tua voluntas: & ſic ſalui erimus.

Dñe deus virtutum: quouſqꝫ iraſceris ſuper orationem ſerui tui?

Cibabis nos pane lachrymarum: & potum dabis nos in lachrymis in menſura?

Poſuiſti nos in cōtradictionem vicinis noſtris: & inimici noſtri ſubſannauerunt nos.

Deus virtutum cōuerte nos: & oſtende faciem tuam: & ſalui erimus.

¶ Hic ſecūdo petit liberari ab oñi miſeria corporali ſicut liberatus fuit populus de Babylonia per Ieſum ſacerdoteꝫ Zorobabel. Vñ ait O dñe Chriſte deus virtutum & angeloꝝ quouſqꝫ iraſceris ſup oratioēē ſerui tui, eā non audiendo: & cibabis nos in hoc mundo pane lachrymarū: & potū dabis nobis in menſura. i. ad magnā quātitatē? Quaſi dicat nō comedimos nec bibimus niſi cum lachrymis præ multitudie afflictionū: qa poſuiſti nos in cōtradictionem vicinis noſtris: qa circūquaqꝫ nos affligunt: & inimici noſtri ſubſannauerunt nos & deriſerunt nos. Totū hoc fuit impletuꝫ ad literam in captiuitate Babylonica: a qua fuerunt liberati p Ieſum ſacerdotē ſiue p Cyrum. Quæ quidem captiuitas ſignificabat captiuitatē ſanctorum patrum exiſtentiū in limbo Inferni faciē Chriſti expectantiū. Et iō ſeqꝛ in pſona eorū. Dñe deꝰ virtutū cōuerte nos: oñde faciē tuā & ſalui erimus. Vñ ſicut Chriſtꝰ oñdit faciē ſuā in terris p incarnationē & ꝑdicationem & mortem & paſſionem: & liberauit omēs a peccato: ita in inferno oñdit faciem ſuę omnipotentię: cū aīa eius verbo vnita deſcendit ad inferos & confregit portas æreas & vectes ferreos: & inde traxit ſanctos patres. Et de hac oſtenſione faciei dicit hic ꝓpheta. Domine deus virtutū cōuerte nos ad te: & oſtende faciē tuā in inferno: & ſalui & liberati erimꝰ. Etiā hoc idē pōt intelligi de oſtenſione faciei Chriſti poſt reſurrectionem: in qua ſe oſtendit diſcipulis in facie immortali & impaſſibili. Vnde ſicut ante reſurrectionem ſe oſtenderat mundo in carne: & facie paſſibili & mortali: per quā nos liberauit a pctō & morte ſpūali: Ita poſt reſurrectionē ſe oñdit i facie & carne impaſſibili & immortali: p quaꝫ nos liberauit ab omni miſeria & morte corporali quam immortalitatem poſſidebimꝰ in nouiſſimo die: & ſic erimus liberati a lachrymis & ab oñi miſeria. Et ſic patet ꝙ iſta oſtenſio faciei Chriſti quā petit ꝓpheta in ſcđo loco in hoc verſiculo, pōt intelligi de oſtenſione faciei Chriſti in inferno: & de oſtenſione faciei poſt reſurrectio-

nem in carne impoſſibili & immortali: quæ quidem oſtenſio fuit nobis neceſſaria.

Vineam de ægypto tranſtuliſti: eieciſti gentes & plantaſti eam.

Dux itineris fuiſti in conſpectu eius: & plantaſti radices eius: & impleuit terram.

Operuit montes vmbra eius: & arbuſta eius cedros dei.

Extendit palmites ſuos vſq; ad mare: & vſq; ad flumen propagines eius.

¶ Hic petit liberari eccleſia ab omnibus perſecutionibus inimicorum. Vnde nota: ꝙ eccleſia ilico poſt aſcenſionem Chriſti incepit affligi & pati perſecutiones. Prio a Iudęis. Scdo a tyrãnis. Tertio ab hæreticis & Sarracenis. Quarto patietur ab Antichriſto. a quibus perſecutionibꝰ liberabit eccleſia totaliter in ſecundo aduentu Chriſti ad iudiciũ. Et hanc liberationem petit in hac vltima parte. Quæ quidem pſecutiones fuerunt figuratę per antiochũ tempore Maccabęorum. Vnde dicit hic. O dñe Ieſu Chriſte tu tranſtuliſti quondam vineam: id eſt illum populum Iſrael de ægypto: & eleciſti gentes de terra promiſſionis: & plantaſti eã .ſ. vineã tuam: & ibidẽ collocaſti. Ita pariter tu trãſtuliſti & traxiſti vineam tuam .i. religionem chriſtianã de tenebris peccatorum: & eleciſti idololatriã & plantaſti in pplo gẽtili doctrinã euãgelicam. Et fuiſti dux itineris in conſpectu illius populi per lumen legis euãgelicę. Et plãtaſti radices huius vineę qui ſunt articuli fidei per totũ mundum: & ſic iſta vinea chriſtianę religionis impleuit totã terram a ſolis ortu vſq; ad occaſum. Et vmbra eius operuit omnes montes: & arbuſta eius cooperuerunt omnes cedros dei .i. omẽs reges & principes & philoſophos iugo fidei ſubiecit. Et iõ iſta religio chriſtiana extẽdit palmites ſuos .i. apoſtolos & martyres ſuos vſq; ad mare oceanũ tã orientale q̃ occidentale. Et extendit propagines ſuas vſq; ad flumina .i. vſq; ad fontem Nili & Tanais Gangis &c.

Vt quid deſtruxiſti maceriam eius: & vindemiant eã oẽs qui prętergrediuntur viam?

Exterminauit eam aper de ſylua: & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.

¶ Quid .i. quare deſtruxiſti maceriam eius .i. muros & fortitudinẽ eius: & oẽs qui ꝑtergrediunt viã .ſ. extranei & infideles vindemiant eam .i. deuorant & deprædantur? Nam aper de ſylua .ſ. Mahometus cũ ſua ſecta exterminauit eãt & ſingularis ferus .ſ. Antichriſtus depaſtus eſt eam. Vnde nota ꝙ tota ſecta Mahometica ſiue Mahometus cum ſequacibꝰ ſuis: dicitur aper de ſylua: eo ꝙ Arabes & Tartari & Turci: q ceperunt & ſequuntur illam ſectam: omnes erãt paſtores armentorũ: & hoies ſylueſtres p ſyluas vagantes. Et iſti exterminauerunt vineas Chriſti propter peccata noſtra. vt dictũ eſt pſal. lxiij. & lxxxij. Antichriſtus autem dicitur ſingularis ferus: quia præ cæteris omnibus erit ſęuior & crudelior. Et ideo propheta in perſona totius ecclię inuocat Chriſtũ vt veniat ad liberandum nos de ſupradictis beſtijs: quæ totam eccleſiam debent deuorare. Et ideo dicit Chriſtum inuocando.

Deus virtutum conuertere: reſpice de cælo & vide & viſita vineam iſtam.

Et perfice eam quã plantauit dextera tua: & ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi.

Incenſa igni & ſuffoſſa: ab increpatione vultus tui peribunt.

Fiat manus tua ſuper virum dexterę tuę: & ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi.

¶ O deus virtutũ & triũphoꝝ conuertere ad nos: quia qđ patimur peccata noſtra meruerunt. Et ne deſeras nos: ſed reſpice de cælo oculo miẽ: & vide afflictionem noſtram. Et viſita iſtam vineam tuam. Et perfice eam: quia in magnã parteꝫ apoſtatauit decepta per Sarracenos & Antichriſtũ. Quam vineam plantauit filius tuus qui eſt dextera tua. Et ideo O deus pater: reſpice Ieſum Chriſtuꝫ filium hominis: id eſt filium virginis Marię: vel filium Adam ſecundum carnem & deſcendẽtiã matris. quem tibi confirmaſti: id eſt verbo tuo vniſti & aſſũpſiſti. Nã tota iſta vinea ẽ ſuffoſſa & deſtructa igni & afflictione iſtarum beſtiarum. Ideo ab increpatione vultus tui peribunt: id eſt fac vt iſtę beſtię pereant ab increpatione & indignatione irę tuæ. Et fiat manus tua & omnipotentia ſuper Chriſtũ virum dexterę: id eſt potentię tuæ: & pro id eſt, ſuper filium hominis .i. filium virginis quem tibi confirmaſti & elegiſti ut ipſe Chriſtus veniat ad liberandum nos de ſupradictis beſtijs & perſecutionibus in ſecundo aduentu ſuo.

Et non diſcedimus a te: viuificabis nos & nomẽ tuum inuocabimus.

Domine deus virtutum conuerte nos: & oſtende faciem tuam: & ſalui erimus.

¶ Licet multi decepti diſceſſerit a te: & ſecuti fuerint Mahometum & Antichriſtuꝫ propter bona tẽporalia: tñ nos in firma fide pſiſtentes non diſcedimus nec diſcedere intendimuſ a te. Et ideo tu viuificabis nos dando fortitudinem ad reſiſtendum. Et ſic inuocabimus nomen tuum: & etiam viuificabis .i. reſuſcitabis nos ꝓbẽdo corpora glorioſa i ꝓmiũ. Et iõ Chriſte dñe deus virtutũ: conuerte nos ad te ſemper & in nouiſſimo die: & oſtende faciem tuam glorioſam .i. veni ad iudicandum viuos & mortuos in poteſtate magna & maieſtate: & retribue nobis præmium æternum in cælo: & perſecutoribus noſtris pœnam æternam. ¶ Ex ſupradictis patet, ꝙ licet iſte pſalmus poſſit exponi literaliter de liberatione populi Iudaici a tribus preſſuris: ſcilicet a captiuitate ægyptiaca & a captiuitate Babylonica & ab afflictione Antiochica tẽpore Maccabęorũ: tamen quia ille tres liberationes ſignificabant alias tres liberatiões futuras p Chriſtũ in ecclia: ſcꝫ liberationẽ a pctõ p mortẽ & paſſionẽ: & liberationem patrũ a limbo per deſcenſum ad inferos: & ab omnibus perſecutionibus infidelium ipſius eccleſiæ: ideo melius eſt ꝙ iſte pſalmus exponatur vltra ſenſum literalem ſicut expoſitus eſt. ¶ Vnde tota eccleſia ter petit faciẽ Z
Chriſti & ꝑſentiam vt veniat ad liberandum & ſaluandum eam: ſicut ter dicitur Dñe deus virtutũ. Vnde primo petit ꝙ oſtendat faciem in carne mortali & paſſibili in hoc mundo ad ſaluandum a peccato. Secundo petit vt oſtendat faciem ſuam in inferno ad extrahendos ſãctos patres & etiã oſtendat faciem ſuam impaſſibilem & immortalem poſt reſurrectionem ad ſaluandum ab omni corporali miſeria. Tertio petit vt Chriſtus oſtẽdat faciem ſuam glorioſam cũ poteſtate magna & maieſtate in finali iudicio, vt perficiat ſuam vineam & imponat laborum finem & perſecutionuꝫ in ea: & tribuat bonis gloriam & malis pœnam æternam. Et ſic prudens lector poterit ſupradicto modo exponere ꝑſentem pſalmum pro eccleſia poſita in quacunq; afflictione. & etiam quilibet fidelis poſitus i pꝛeſſura poteſt cum ꝑſenti pſalmo orare vt deus liberet eum. Et ſic etiam eccleſia dicit nunc hunc pſalmum, vt liberet eam de manu triuꝫ beſtiarum, ſcilicet Sarracenoruꝫ, Tartarorũ, & Turcorũ: & oſtendat Chriſtꝰ faciem & potentiaꝫ ſuam contra eos. Vel

poteſt dici ꝙ ſicut ille populus paſſus eſt q̃tuor perſecutio-
nes in teſtamento veteri, ſcʒ pſecutionẽ ęgyptiacã: & fini-
timoꝝ tẽpore Iudicum: & Babylonycam: & Antiochicã tẽ
pore Maccabæoꝝ: ita eccleſia poſt aſcenſiones Chriſti paſ
ſa eſt quatuor perſecutiones. Prima fuit tyrannorum. Secũ-
da hæreticorum. Tertia Sarrcenorum. Quarta Antichriſti.
De prima fuit liberata per martyres tempore Cõſtantini.
de ſecunda per doctores tẽpore Auguſtini. de tertia expe-
ctat liberari & de quarta. De omnibus ergo his quatuor pe
ſecutionibus petit eccleſia liberari in hoc pſalmo: petendo
vt deus oſtendat ſibi faciem miſericordię & fauoris: ſecun-
dum ꝙ quater dicit: Oſtende faciem tuã &c. Et ſic prudẽs
lector poterit adaptare hunc pſalmuʒ ſupradictis quatuor
perſecutionibus temporalibus: quia in duplici ſpũ loquitur
Dauid in hoc pſalmo: ꝙ habuit duplicem ſpiritum prophe
tię in eo.

EXultate deo adiutori noſtro: iubilate
deo iacob.
Sumite pſalmum & date tympanũ:
pſalterium iucundum cum cithara.

Buccinate in neomenia tuba: in inſigni die ſolẽ-
nitatis veſtræ.

¶ Huic pſalmo præponit̃ titul⁹, Victori ſiue in fineʒ in tor
cularibus Aſaph. Ex quo titulo apparet ꝙ Dauid fecit hũc
pſalmum: & dedit ip̃m cantandũ ipſi Aſaph, ad victoriam
vocum tempore torcularium. Et ſic in hoc titulo patet can
tor ſiue modus cantandi: & tempus in quo cantabatur pſal
mus. Sed licet titulus non exprimat muſicalia inſtrumenta
cum quibus cantabatur: tamen in pſalmo exprimitur quali-
ter cantabatur cum quinqꝫ muſicis inſtrumentis. ſ. cum cor-
nu & tuba & tympano & pſalterio & cithara. Prima ergo
particula huius tituli iam eſt nobis nota p ea quę dicta ſũt
in cæteris pſalmis. Nam per hoc ꝙ iſte pſalmus cantabat̃
in finem cũ omni conatu vocũ vſqꝫ ad vltimũ punctũ: deno
tatur ꝙ iſte pſalmus dirigitur in Chriſtuʒ qui eſt finis legis:
& vocabat eum cum maximo conatu: vt veniret in carneʒ.
Sed pro declaratione totius tituli & pſalmi: reſtant tria vi-
denda: vt capiamus intelligentiam pſalmi. Primo eſt vidẽ
dum qđ eſt hoc tempus torcularium: & in quibus feſtiuitati
bus præcepit Dauid cantari hunc pſalmũ. Secundo quare
& ad quem finem præcepit ipſum cãtari tali tẽpore. Tertio
quare pręcepit ip̃m cãtari cum talibus inſtrumẽtis muſicis.

A ¶ Quantũ ad primũ eſt dicendum ꝙ tempus torcularium
eſt menſis ſeptembris: qui dicitur ſeptimus mẽſis anni inci-
piendo a Martio qui eſt primus menſis. anni qui quidẽ mẽ
ſis ſeptimus dicitur tẽpus torcularium: eo ꝙ in tali menſe
vindemię iam mature colligebantur: & in torcularibus ex
eis vinũ extorquebatur: & in cellarijs reponebatur. In quo
mẽſe ſeptimo deus p̃cepit tria feſta ſolẽnia celebrari, vt pa
tet Leuit. xxiij. & Numeri. xxix. ſcilicet feſtũ tubaruʒ in pri-
ma die menſis in memoriã liberationis Iſaac de ſacrificio
pro quo aries fuit immolatus. Geñ. xxij. Secundo pręcepit
deus celebrari feſtũ propitiationis decimo die eiuſdem mẽ
ſis in memoriã propitiationis filiorum Iſrael: quando deus
propitiat⁹ eſt eis pro peccato vituli cõflatilis. Exodi. xxxij.
Tertio pręcepit de⁹ celebrari feſtũ tabernaculorũ decima
quinta eiuſdem menſis in memoriam peregrinationis de-
ſerti: in qua habitabãt in tabernaculis: vel potius in memo
riam quietis & poſſeſſionis terræ promiſſionis in qua quie-
uerunt a peregrinatione & habitatione tabernaculorũ mo
bilium. Hoc feſtum celebrabatur per octo dies: & octauus
erãt ſolẽnis qui dicebatur feſtũ cœtus ſiue collectę. Et ſic to
tus ille menſis ſeptimus erat illi populo feſtiuus. Dicebatur

ergo ille mẽſis ſeptimus, menſis ſiue tempus vindemiarum
& collectarum & torculariũ: liberationis & p̃parationis &
tabernaculorum ſiue quietis ratione illarum feſtiuitatum.
Et in hoc menſe toto feſtiuo Dauid præcepit cantari iſtum
pſalmum. Sed reſtat ſecundũ ſciendũ, quare & ad quẽ finẽ
præcepit deus iſta feſta celebrari: & Dauid ipſum pſalmum
cantari in tali tẽpore torcularium & in talibus feſtiuitatib⁹.
Ad hoc reſpondent Iudæi dicẽtes: ꝙ cauſa quare deus prę-
cepit iſta feſta celebrari in ſeptimo menſe fuit: quia in tali
tempore & menſe deus creauit mundum. Et ideo voluit ꝙ
totus ille menſis eſſet feſtiuus. Et hoc probat ſic. Naʒ deus
oia creauit in ſua perfectiõe: quia perfecta ſunt dei opera.
Deutero. xxxij. Igitur in illo menſe creauit deus mundum.
Quod cõfirmatur. Nam ilico poſt creationem Adã come-
dit de fructibus paradiſi. Sed oppoſitũ dicitur Exod. xij. de
Martio: Menſis iſte primus erit vobis in mẽſibus anni. Vñ
tota eccl̃ia tenet ꝙ mundus fuit creatus in ęquinoctio ver
nali: & per conſequẽs in menſe Martij: & ſic fuit ille prim⁹
menſis anni: & per conſequens ſeptembris fuit ſeptimus: &
ſic ſacra ſcriptura ſemper ſeptẽbrẽ appellat ſeptimũ mẽſeʒ.
vt patet Leuit. xxiij. Nec valet confirmatio & ratio eorum.
immo minor eſt falſa: quia in menſe ſeptimo arbores non
ſunt omnes in ſua perfectione: immo in ſua deiectiõe: quia
pro maiori parte omnes fructus ſunt collecti: & folia cadũt
ab arboribus propter autumnum imminentem. Et quia
omnes fructus erant collecti, deus pręcipiebat tunc feſta ce
lebrari. Quando vero dicunt ꝙ omnes arbores fuerũt crea
tę cum ſuis fructib⁹: maxime quia Adam ilico comedit: Re
ſpondetur ꝙ veruʒ eſt: maxime in illo hemiſphęrio auſtra
li: vbi Adam fuit poſitus: vbi nunq̃ deficiunt fructus: nec ca-
dũt folia propter fauorem cæli & aſtroꝝ in illa paradiſo. ſʒ
in iſta noſtra parte aquilonari defecit poſtea propter pecca
tum illa fœcũditas prout dictuʒ eſt pſalmo. lxxj. Et ideo ca
tholice reſpondendo ad quæſitum: eſt dicendum ſecunduʒ
regulas & pricipia p̃poſita in prologo: ꝙ cum Chriſtus fuit
finis totius legis veteris: & tota lex tendebat ad Chriſtum:
tanq̃ via in propriũ terminum & finem: ideo ſicut omnia cõ
tingebãt illis in figuram: ita omnia pręcepta legis data fũt
illis in ſignum & figuram futuroꝝ myſteriorum Chriſti &
eccleſiæ ſuę. Et ſic ſicut illđ tabernaculum & tẽplũ & illa ci
uitas Heruſalem fuit dedicata & conſecrata ad cultum di-
uinum in figuram totius eccleſię Chriſti toto orbe diffuſæ.
Ita pariter omnia illa feſta temporalia quæ celebrabantur
in ſeptimo menſe cum cæteris fuerunt a deo dedicata & p̃-
cepta in ſignum & figuram totius tẽporis Chriſti Meſſiæ.
Nam ſicut Chriſtus fuit finis totius legis: ita totum tempus
gratię fuit finis toti⁹ temporis legis & omnium feſtiuitatũ
eius. Et ideo omnia illa figurabant tempus Chriſti Meſſię
cuius erant figuræ. ¶ Ad cuius maiorẽ declarationẽ eſt ite B
rum aduertendum: ꝙ omnia feſta veteris legis fuerunt p̃-
cepta celebrari in fine alicuius ſeptenarij. Nam ſabbatum
vſuale fuit præceptuʒ celebrari in quolibet ſeptimo die heb
domadę. Et feſtum pentecoſtes in ſeptima ſeptimana poſt
paſcha in memoriam dationis legis. & feſtum tubarum &
expiationis & tabernacolorum & collectarum in ſeptimo
menſe. Et ſabbatum terræ in ſeptimo anno. vt omnia iſta
patent Leuit. xxiij. & Numeri. xxix. Ideo ſicut omnia alia
erant figuratiua & ſignificatiua: ita iſte numerus ſeptena-
rius erat figuratiuus totius temporis eccleſię. Naʒ ſicut vna
eſt eccleſia ab Adam vſqꝫ ad iudiciũ, habens diſtincta mẽ-
bra ſucceſſiue: ita fuit vnum tempus habens diſtinctas æta-
tes, & dies, & menſes, & annos. Et ſic ſicut ſunt & compu-
tantur ſepteʒ ætates mundi, ita computantur ſeptem dies,
ſiue menſes, ſiue anni mundi, non ſolum ſecundum nos: ſed
etiã ſcđʒ Hebręos. Et ſic pria dies mũdi fuit ab Adã vſqꝫ ad
Noe. Et ſcđa dies ſiue mẽſis aut ãn⁹ mũdi fuit a Noe vſqꝫ ad
Abrahã. Tertia vero ab Abrahã vſqꝫ ad Moyſẽ. Exiñ q̃rta

vſq; ad Dauid. Exinde quinta vſq; ad captiuitatẽ Babylonis. Et exinde ſexta vſq; ad Chriſtũ. Et exide ſeptima vſq; ad iudiciũ. Et ideo Hebręi totũ tp̄s ab Adã vſq; ad diluuiũ appellãt tẽpus & diẽ primi mũdi: & a diluuio vſq; ad Abraham appellãt tẽpus & diẽ ſecũdi mũdi. Et ab Abrahã vſq; ad Moyſen appellant tempus & diẽ circũciſionis: eo q̄ ſola circũciſio currebat in populo dei. A Moyſe aũt vſq; ad Dauid appellant tẽpus & diẽ tabernaculi: eo q̄ in ſolo tabernaculo fiebant legalia. A Dauid aũt vſq; ad captiuitatem appellãt tẽpus & diẽ primi tẽpli. A reditu captiuitatis Babylonicę vſq; ad Veſpaſianũ, appellãt tempus, & diẽ ſecũdi templi. Totũ vero reſiduũ poſt deſtructionẽ ſecũdi templi appellãt tempus regis Meſſię: eo q̄ ſcd̄m oẽs ꝓphetas rex Meſſias erat venturꝰ in fine ſecundi templi: & ſic oñes Rabini Iudęoꝝ totã iſtã ſeptimã ætatẽ poſt ſcd̄m templũ aſſerunt eſſe tẽpus & diem regis Meſſiæ: & ſic cõtinue expectant eũ fruſtra: vt patebit in fine huius libri. Ex oībꝰ ſupradictis patet q̄ iſta tota vltima ætas poſt aduẽtũ Chriſti eſt ſeptimus dies, & ſeptimus mẽſis, & annus mũdi, & vniuerſalis eccl̄ię, figuratus, & ſignificatꝰ per illũ diẽ ſeptimũ & menſem & annũ, quẽ deus p̄cepit celebrari in lege. Et per cõſequẽs totũ iſtud tẽpus gratię, & tẽpus euangelicum in quo ſumus, eſt illud ſabbatũ in lege figuratũ: & qđ deus in figura p̄cepit celebrari in fine cuiuſlibet ſeptimanæ: & eſt ille ſeptimus menſis in quo p̄cepit illa quatuor feſta in figura celebrari: & eſt ille ſeptimꝰ annus figuratus p ſabbatũ, terrę. Et per cõſequẽs totũ iſtud tẽpus dicit verũ ſabbatum, in quo p̄cimur ceſſare ab operibus legis Moyſaicę, & ab omni opere ſeruilis peccati Et totum hoc tempus eſt ſeptimus menſis in quo præcipimur celebrare oia illa quatuor feſta in re & veritate, quæ illi celebrabant & obſeruabant in figura. Nam totum hoc tempus eſt dies liberationis, & expiatiõis, & ſalutis, & humanę redẽptionis. de quo dicit Eſaiæ xlviij. Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tibi. Itẽ eſt annus placabilis, & dies medelæ, & indulgentiæ, & redẽptionis. Eſa. lxj. Spiritꝰ domini ſuper me: eo q̄ vnxit me: ad annunciandum manſuetis miſit me: vt mederer contritis corde & prædicarem captiuis indulgentiã & clauſis apertionem: & prædicarẽ annum placabilem domino &c. Cum ergo quæritur quare deus præcepit celebrari illa quatuor feſta in ſeptimo menſe, & tempore vindemiarum & torcularium: Reſpondetur q̄ illud præcepit in figura, eo q̄ ille ſeptimus menſis figurabat iſtum ſeptimum menſem gratiæ & euangelicum in quo ſumus, in quo illa myſteria illarum quatuor feſtiuitatum erant implenda. ſ. myſterium ſacrificij Abrahæ & myſterium ꝓpitiationis vniuerſalis: & myſteriũ tabernaculorum & torculariũ. Nã ſacrificiũ Abrahæ fuit impletum per Chriſtum in cruce: & myſteriũ ꝓpitiationis & expiationis noſtrorum oim pctõꝝ: & myſteriũ tabernaculoꝝ in quibꝰ habitamus p gratiã in hac militanti eccl̄ia: & completum eſt myſteriũ torculariũ, & collectę alioꝝ fructuũ. Nã Chriſtꝰ expreſſit vinũ euãgelicũ & eccleſiaſticorum ſacramentorum ex vindemia legis veteris: & ſeparauit vinũ a vinaceo, & oleũ ab amurca, & granũ euangelicũ ex paleis cerimonialium legis. Oleum autem & vinum euangelicum repoſuit in cellario: & granũ in horreo eccleſiæ: quibus nos fruimur in hac eccleſia p gratiam. Et ſic illa feſta quæ illi ſemel in ſeptimana, & ſemel in ãno celebrabãt in figura: nos ſemp & iugiter & cõtinue obſeruamꝰ & celebramus in veritate, ꝑut latius videbitur in quæſtione finali deo concedente. Et ideo Dauid p̄cepit cantari iſtum pſalmũ in ſeptimo menſe tempore torcularium, quod primo quęrebatur. Sed nunc reſtat videndum quare pręcepit ip̄m cantari cũ tympano, & pſalterio, & cithara &c. Ad qđ r̄ndet ſicut dictũ eſt in ꝓlogo tractatu quinto: & latius dicetur pſalmo vltimo, q̄ omnia illa inſtrumẽta muſicalia, cum quibus Dauid præcepit cantari pſalmos, figurabant futura myſteria Chriſti & eccleſiæ. Nam tympanũ ſignificabat paſſionem Chriſti: qui erat pcutiendus & flagellandus &c. & cornu figurabat imperiũ & crucẽ Chriſti cũ qua debebat diabolũ debellare. & pſalteriũ figurabat decẽ articulos fidei euãgelicę: & decem præcepta. Cithara aũt triãgularis figurabat fidem articulorum, & obſeruantiã p̄ceptorum: & gratiam ſacramentorum in quibus tota conſiſtit chriſtiana religio. Tuba vero figurabat euangelicam prædicationem & vocationem fidelium ad fidem Chriſti, & ad recipiendam ſalutem, quæ omnia figurabãtur in lege, & p̄nunciantur ꝓphetice in hoc pſalmo. Quæ omnia p̄uidens Dauid in ſpũ fecit hunc pſalmum: & dedit ipſum cantandum choro ipſiꝰ Aſaph: eo q̄ dirigitur toti eccleſiæ. & præcepit ipſum cantari ad victoriam vocum cum toto conatu & cum ſupradictis inſtrumentis: eo q̄ lex vocabat Chriſtum vt veniret ad liberandum & redimendum genus humanum: ꝑut p omnia illa feſta legis figurabatur. In quo quidem pſalmo Dauid excitat omnes fideles veteris teſtamenti & illius ſtatus vt celebrent illa feſta in figura ſub fide Chriſti futuri: vocãdo ipſum vt veniat in carnem ad complendum omnia illa myſteria per illum menſem ſeptimum & illa feſta figurata: & vt recipiant Chriſtũ in ſuo aduentu cum ſumma exultatione. Et ex conſequenti apoſtrophat ad fideles noui teſtamenti exhortando: vt cum receperint Chriſtũ celebrent illũ ſeptimũ menſez, & illa ſabbata & feſta in re & veritate in hoc menſe & ſabbato gratiæ p illa ſabbata vete. leg. figurato, & celebrent iſta feſta cum tympano & pſalterio, & cithara euangelica. Et ſic ſemp iſte pſalmus eſt legendus & cantandus fidelibus cum duplici ſpiritu. In quo quidẽ pſalmo duo facit Dauid. Nam primo excitat ſynagogam ꝓ illo ſtatu ad celebrandum figuraliter illa quatuor feſta cum illis muſicis inſtrumentis, vocando Chriſtum in carnem: vt veniat ad implendum omnia illa myſteria in veritate. Secundo introducit Chriſtum venientem in carnem vocantẽ populum Iudæorum: vt audiat eius legem euangelicam & recipiat ipſum: ibi. In tribulatione inuocaſti me.

¶ Quantum ergo ad primum dicit propheta. O ſynagoga o popule Iſrael exultate in his feſtiuitatibus deo nr̄o: & iubilate non dijs gẽtiũ: ſed deo Iacob qui eſt verꝰ deꝰ. Et in hac celebratione & cantu ſumite pſalmũ. i. cantate hũc pſalmum, & date. i. pcutite tympanum in ſignum paſſionis Chriſti futuri: & pulſate pſalteriuz iucundum. i. libenter adimplete decem pręcepta cum cithara. i. cum hymnis & laudibus. Buccinate cum buccina & cornu in memoriam ſacrificij Abrahæ: & cum tuba neomenia pro gratiarum actione de collectione nouarum frugum & vindemiarum in hoc feſto neomenię, & inſigni die ſolennitatis veſtrę, ſcilicet in feſto ſolenni ſcœnophęgiæ in memoriam fixionis tabernaculi. quaſi dicat: celebrate cum exultatione omnes has quatuor feſtiuitates cum his quinq; inſtrumentis &c. Et reddit cauſam quare, dicens.

Quia præceptum in Iſrael eſt: & iudiciũ deo Iacob.

¶ Pręceptũ eſt in Iſrael a domino. Leui. xxiij. & Numeri. xxviij. qui præcepit huiuſmodi quatuor feſta cũ ſacrificio celebrari: & iudiciũ eſt deo Iacob. Nam ſub iudicio & comminatione maledictionis & punitionis, hoc pręcepit deus ipſi Iacob. i. pp̄lo Iſrael filio Iacob. Et reddit cauſam quare deus inſtituit iſta feſta: dicens

Teſtimonium in Ioſeph poſuit illud cum exiret de terra Aegypti: linguam quam non nouerat audiuit.

Diuertit ab oneribus dorſum eius: manus eius in cophino ſeruierunt.

¶ De⁹ poſuit & inſtituit illud p̄ceptū, & legē ī teſtimoniū,
& fœdus, & memoriā ipſi Ioſeph.i.pp̄lo Iſrael q̄ in Aegy-
pto Ioſeph ab ægyptijs noīabat̄: quaſi a nobiliori: vt dictū
eſt. iō dicit q̄ toti Iſrael poſuit hāc legē de feſtis celebrādis
in teſtimoniū & memoriā: cū exiret de terra æpypti, qa tūc
audiuit ille pp̄l's linguā quā nunq̄ nouerat. Nam neſciebat
loqui niſi ægyptiace. in qua lingua nutriti fuerant in ægy-
pto. Sed cum fuerunt in deſerto, & in terra promiſſionis, cō-
municando cū cæteris gētibus, didicerūt idiomata, & lin-
guas ignotas. Et etiā dicit q̄ Moyſes cogebat eos loqui li-
gua Hebraica, q̄ fuerat ab eis obliuioni tradita. Et etiā ille
pp̄lus audiuit linguā ignotā: cū legem p os Moyſi a deo da-
tam accepit: in qua ſunt & erant cerimonię, & pręcepta, &
myſteria eis ignota. q.d. q̄ de⁹ iſtituit hoc p̄ceptū, q̄n̄ edu-
xit Iſrael de Aegypto, & docuit nouā legē. Et etiā quia de
Aegypto liberatus ille populus diuertit, & remouit dorſū
ſuū ab oneribus: quia ibi ſeruiebat, & opa vilia exercebat
portando onera ſupra dorſum ſuū: quia oēs erant portito-
res onerū per domos p vili p̄tio. Et ideo ſequit̄: Et manus
eius in cophino ſeruierūt: quia in cophinis & ſportis porta-
bant terram ad faciēdos lateres: vt p₃ Exo. ij. ſed ab oibus
his fuerūt diuerſi, & ſubtracti, & liberati tūc. Cū ergo eſſent
in mōte Sinai deus p̄cepit huiuſmodi feſta inter cętera p̄-
cepta cerimonialia, in memoriā & p gratiarū actione tan-
torum beneficiorū receptorū: & in figurā futuro⁊: vt dictū
eſt. Ergo bene merito debent filij Iſrael tales feſtiuitates
celebrare cū oibus cerimonijs ſupradictis. q.d. O filij Iſra-
el celebrate huiuſmodi feſtiuitates nō ſolū literaliter cum
cerimonijs: ſed cū intelligētia allegorica & ſp̄ūali. i. deſide-
rate & petite accelerari aduentū Meſſiæ p huiuſmodi my-
ſteria figuratum. Et cum venerit recipite eum: qui nos de-
bet a iugo legis & a peccato liberare, & ſeruate ei⁹ legem
& p̄cepta: quia iſta lex vere ibi eſt finienda: quia ibi eſt fi-
nis & pfectio & veritas. ¶ Eſt tamen aduertendū, q̄ Da-
uid non ſolum excitauit ſynagogam ad celebrandum illa
quatuor feſta in figura, & myſterio & pphetia: ſed etiam
excitat populū chriſtianū ad celebrandū p̄dicta feſta iam
per gratiā. Nā ſicut exhortatur ſynagogam ad celebrandū
iſta feſta in figura: ita pariter exhortatur fideles noui teſt.
ad celebrandū ea in re & veritate. Vnde dicit nobis. O ec-
cleſia & populę Chriſtiane poſtq̄ iam Chriſtus venit & oīa
p̄dicta myſteria in ſe impleuit: & nos a iugo legis & pecca-
to, p paſſionē, & reſurrectionē liberauit: exultate ipſi Chri-
ſto vero deo adiutori noſtro: quia ab omnibus his libera-
uit nos, & pro gratiarū actione iubilate ipſi qui eſt verus
deus Iacob: qui tranſplantauit ſynagogam in eccleſiā & le-
gem in libertatē, & nos a peccato in gratiā: & ſumite pſal-
mum. ſ. laudē euāgelicā, & date tympanum cōtemplando
paſſionē Chriſti, & macerando veſtrā carnē per pn̄iam. Et
pulſate pſalteriū iucūdū, iplendo ſpōte diuina p̄cepta cu₃
cithara. i. cū hymnis & laudibus, ſepties in die, & frequēter
deū laudādo, & orādo. Et buccinate. i. victoriā & triūphu₃
Chriſti annūciate in neomenia tuba. i. in noua & publica
euangelij p̄dicatione: & hoc facietis in inſigni die ſolenni-
tatis veſtræ, qđ eſt totū tēpus gratię. Et buccinate. i. voca-
te oēs gētes & pp̄l'os ad fidē Chriſti. Et iſto mō vere & ſp̄ūa-
liter & perfecte celebrabitis feſta p̄dicta recipiendo Meſ-
ſiā: & ſeruando ei⁹ legē euāgelicā: quia hoc eſt p̄ceptū qđ
poſuit & impoſuit in Iſrael. i. qđ tota illa lex ſignificabat.
Nam ſicut Moyſes eduxit pp̄lm de captiuitate, & ſeruitu-
te Aegypti: ita nos Chriſtus eduxit, & liberauit de captiui-
tate, & ſeruitute diaboli, & de tenebris ad lucē & gratiam.
Et ſicut illi ſeruiebāt ī cophino & cæteris: ita nos ſeruieba-
mus ſub iugo legis onere cerimoniarū & onere peccato⁊
&c. Et ſicut illi liberati a ſeruitute audierunt nouā linguā
& legem: ita nos liberati a iugo legis audiuimus nouam le-
gem euangelicam liberam, & noua & ſalubria ſacramen-
ta. Et ergo peramplius, & pfectius, & veri⁹ debemus exul-
tare deo adiutori nr̄o Chriſto, & iubilare deo Iacob.
¶ Eſt aūt aduertendū q̄ in toto libro pſalmo⁊ quā doci- C
q̄ ponit̄ Iſrael ſæpius addit̄ Iacob: vt hic: quia p̄ceptum in
Iſrael eſt, & iudiciū deo Iacob. Nā hoc notanter dicitur ad
magnū myſteriū q̄ populo chriſtiano & eccleſia. Nā pri-
mo Iacob qui erat minor & vltimus in natiuitate fuit ele-
ctus & p̄poſitus Eſau maiori reprobato. Per hoc ſignifica-
tū fuit q̄ pp̄l's chriſtianus vltimus in tp̄e: & minor erat p̄-
ponēdus pp̄lo Iudęo⁊: & eligēdus illo reprobato: hoc eſt
q̄ reprobata ſynagoga erat a Chriſto eccl'ia eligenda, &
trāſplantanda. Itē ſicut Eſau vendidit primogeniturā ipſi
Iacob: ita Iudęi cōtēnentes Chriſtū ppter tp̄alia dimiſerūt
eccl'ię primogeniturā. & nos ſubripuim⁹ eis bn̄dictionem
&c. Item ſicut Iacob poſtq̄ luctat⁹ eſt cum angelo & vidit
deū: dictus eſt Iſrael. i. vidēs deū: ita poſtq̄ Chriſtus luctat⁹
eſt in paſſione cū diabolo: & nos iſta p fide₃ nouimus: tota
eccleſia Chriſti dicit̄ Iſrael. i. videns deū: qa ſola eccl'ia vi-
det myſteria veteris legis, ſynagoga manēte cęca & male-
dicta, & priuata primogenitura. Et eccl'ia tranſplātata ſuc-
ceſſit in hæreditate & noīe. Ideo vere dicit̄ Iacob inquātū
tranſplātata & electa, & p̄poſita, & ſuccedēs in hęreditate
& primogenitura & benedictione. & dicit̄ Iſrael inquantū
videt deū. Ex ſupradictis p₃, q̄ illa quatuor feſta vete. le-
gis iā nō debēt literaliter pro iſto tp̄e celebrari: eo q̄ fuerūt
p̄cepta in figura. Et iā fuerunt mortua, & impleuerūt offi-
cium & curſu₃ ſuū in Chriſto: vt dictū eſt pſal. xxxviij. Ideo
iam colimus & celebramus ſp̄ūaliter in nouo teſtamento
alia feſta per illa ſupradicta figurata. Sed iſta latius pate-
bunt in fine totius libri.

In tribulatione inuocaſti me & liberaui te: ex-
audiui te in abſcondito tēpeſtatis: probaui te
apud aquam contradictionis.
Audi populus meus & conteſtabor te: Iſrael
ſi audieris me non erit in te deus recens neq₃
adorabis deum alienum.
Ego enim ſum dominus deus tuus qui edu-
xi te de terra Aegypti: dilata os tuum & im-
plebo illud.

¶ Hęc eſt ſcđa pars principalis: in qua ponit̄ vocatio Iu-
dęo⁊ p Chriſtū incarnatū, in qua duo facit. Nā p̄io ponit̄
vocatio. Scđo ponitur eo⁊ obſtinatio & reprobatio: ibi. Et
non audiuit. ¶ Quantum ad primū tria ſigna dat Chriſt⁹ D
Iudæis quare debent ipſum recipere. Primo, quia libera-
uit eos de captiuitate & tribulatione Aegypti. Secūdo, qa
liberauit eos de abſcondito & ſubmerſione tēpeſtatis ī ma-
ri rubro. Tertio, quia ſuccurrit eis de potu apud aquam con-
tradictionis: vt patet Numeri. xx. Sed quia vt dictum eſt
pſalmo. lxxvij. q̄ quicquid adducit propheta de veteri te-
ſtamento proponit tanq̄ propoſitiones vt inferat & eliciat
concluſiones & veritates noui teſtamenti. Ideo ex his figu-
ris & myſterijs propoſitis intelligūtur & inferuntur tria mi-
rabilia facta per Chriſtū in nouo teſta. Primo, quia eduxit
nos per paſſionem ſuam de tenebris peccato⁊, quæ intel-
liguntur per Pharaonem & Aegyptum. Item ſecundo, qa
liberauit ſanctos patres de abſcondito tempeſtatis infer-
ni. Tertio, quia pbauit nos oēs & potauit apud aquā, & p
aquam baptiſmi, q̄ exiuit de latere Chriſti pcuſſo, q̄ dicunt̄
aquę ɔtradictionis, quibus cōtradicūt Iudęi & ſarraceni &
cęteri infideles. Et p illas aq̄s ſum⁹ pbati & ſeparari ab infi-
delib⁹: & refecti & refrigerari. Dicit ergo Ieſus veniēs i car-
nem. Audi popule meus Iudęo⁊. Nā quondā inuocaſti me
cum eſſes in terra Aegypti in tribulatione, & liberaui te de
ſeruitute ęgyptiaca: & exaudiui te i abſcōdito tempeſtatis

in mari rubro:qñ ſubmerſi Pharaonem cũ exercitu ſuo:& te illęſum tranſportaui:Et etiã ꝓbaui te apud aquã cõtra-dictionis,dando tibi aquã de ſilice:Ita nunc pari modo venio in carnẽ:vt liberẽ te de captiuitate diaboli:& exaudiã te liberãdo in abſcondito tẽpeſtatis inferni:et liberem ſanctos patres qui ibi abſcõditi tenenť. Et probẽ te etiã apud aquas baptiſmales:quib⁹ infideles cõtradicunt:vt probem fidem veſtrã,& ſeparẽ vos ab infidelib⁹.Nã oportet ꝙ iſta tria mirabilia cõpleanť in me:ꝓut in lege veteri fuerũt figurata.Audi ergo pp̃ls me⁹ Iſrael:q aper iſta tria teſtimonia adducta cõteſtabor te.i.teſtẽ te faciã:qñ me in verum Meſſiã debes recipere.Vñ dico tibi:ꝙ ſi audieris me,& legẽ euangelicã receperis,nõ erit in te aliquis de⁹ recẽs:nec adorabis aliquẽ deum alienũ:ſed me tm̃ qui ſum de⁹ tuus ꝓprius.Et nota ꝙ iſta lr̃a ad duplicẽ intellectũ põt trahi. vno modo ſicut dictũ eſt.Alio modo ſic.nã dicit Chriſtus apparẽs in forma hoīs.O popule me⁹ Iudęoꝝ ſi audieris me.& receperis tanq̃ Meſſiã,& adoraueris me,nõ erit i te deus recens,nec de⁹ alienus:eo ꝙ vides me in forma hoīs immo dico tibi ꝙ ſum deus ęternus,& de⁹ tuus,& nõ ali⁹: ſed deus & homo:de quo locuti ſunt ꝓphetę.q.d.adorãdo me,nõ adorabis deũ alienũ nec hoiem purũ:ſicut putant infideles:immo adorabis verũ deuꝫ in humanitate. Nam ego ſum illemet deus pſonaliter, & nõ alius qui eduxi te de terra Aegypti:licet tũc nõ eſſem incarnatus .Nam ſicut tũc loquebar in angelo,& in Moyſe,& in ꝓphetis:ita nũc loquor in carne pſonaliter aſſumpta,& ſic nõ ſum ali⁹ de⁹. Ideo ſequiť.Ego ſum dñs deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti q modo venio in carnẽ:vt educã te de captiuitate peccati,& declarẽ tibi legẽ:ꝓut tibi de⁹ ꝓmiſit.Deut. xviij cũ dixit.Prophetã ſuſcitabo de medio fratrũ tuoꝝ ſimilẽ tui:& ponã verba mea in ore eius:loquetur q ad eos quęcũq; dixero tibi.Ergo popule meus audi me:q a ego ſum ille deus tuus,& ille ꝓpheta ſilis tui.i. homo & deus. Ergo dilata os tuũ,& adĩplebo illud dãdo tibi legẽ euangelicã,& gratiã,& ſapiẽtiã.Hoc aũt cõpletũ fuit in his qui Chriſtũ audierũt.ſ.in ap̃lis,& toto pp̃lo chriſtiano quibus Chriſtus reuelauit euãgeliuꝫ:& dedit dona ſpũs ſancti.Iudęis aũt minime.quib⁹ ap̃lis dixit.Dũ ſteteritis ante reges & p̃ſides nolite cogitare quõ aũt quid loquamini:nõ enim vos eſtis qui loquimini:ſed ſpũs patris veſtri q loquitur in vobis &c.Ex p̃dictis patet ꝙ idẽ deus locutus eſt in vtroq; teſtamento & fecit miracula:Ideo dicit Iudas in canonica ſua ꝙ Ieſus eduxit populum de Aegypto.

Et non audiuit populus meus vocem meam: & Iſrael non intendit mihi.

Et dimiſi eos ſcd̃m deſideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus ſuis.

¶ Hic ponitur Iudęoꝝ obſtinatio & ingratitudo & reprobatio.Vnde dicit Chriſtus.Ego clamaui & vocaui Iudęos. Primo in pſona p tres annos cũ dimidio in Iudęa & Galilea,allegãdo ſupradicta teſtimonia de me in lege ſcripta: qñ dixi:Scrutamini ſcripturas:qm̃ illę teſtimoniũ phibent de me.ſi Moyſi crederetis:crederetis forſitan & mihi:qm̃ ille de me ſcripſit Ioan.v.Et multa dixi eis:ſed pp̃lus me⁹ nõ audiuit me nec vocẽ nec p̃dicationẽ meã:imo occiderũt me.Item ſecundo vocaui eos p ap̃los meos:& Iſrael nõ intendit nec obediuit mihi.Et ideo dimiſi eos reprobatos & obſtinatos ſcd̃m deſideria cordis eoꝝ:ſubtrahẽdo eis gratiã:& ſic ruerunt in omnia mala.Nam ſi gratia dei deſtitu erit hoiem tunc appetitus ſauciatus inclinatus,& pron⁹ ad malum ruit ad omnia ſcelera. In tranſlatione Hieronymi habeť:Dimiſi eos in prauitate cordis ſui & ambulabũt in cõſilijs ſuis.Et tunc eſt litera plana.Nam ſi quis cõſilijs proprijs ducitur ſine gratia:non poteſt niſi de peccato in p̃ctm̃ cadere:nec poteſt eſſe peior maledictio:Et in hac maledictione ſunt poſiti Iudei:quia a deo derelicti.

Si populus meus audiſſet me: Iſrael ſi in vijs meis ambulaſſet.

Pro nihilo forſitan inimicos eorum humiliaſſem:et ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meam.

¶ Ponit punitionẽ tẽporalẽ.nã quia cõtẽpſerũt Chriſtum Meſſiã & occiderũt.iõ deſtructa eſt ciuitas & tẽplũ eoꝝ:& ipſi occiſi & captiui p Romanos & victi.oppoſitũ tñ fuit de chriſtianis quia ſubiecerũt & humiliauerũt ſibi inimicos & totũ Romanũ imperiũ.iõ dicit Chriſt⁹.Si pp̃ls me⁹ Iudęorum audiſſet me cũ p̃dicaui eis p me,& p ap̃los meos quadraginta annis:& ſi Iſrael in vijs meis & p̃ceptis ambulaſſet,ſumẽdo legẽ euãgelicã,ꝓ nihilo.i.ad nihilũ forſitã inimicos eoꝝ humiliaſſẽ.Et ſup Romanos tribulãtes eos miſiſſem manũ,& ptãtẽ meã eos puniẽdo:ſicut puniui eos,ꝓpter pſecutionẽ Chriſtianoꝝ.Et ſubieci eos & totũ impium eccl'ię.Et oẽs reges terrę humiliaui ſub vmbra eccleſię.oppoſitũ aũt feci de Iudęis:imo dedi fauorẽ Romanis,q eos occideruot & captiuauerunt,& ciuitateꝫ Hieruſalem,& tẽplum deſtruxerunt.& ideo ſequitur.

Inimici vero dñi mentiti ſunt ei:& erit tẽpus eorum in ſęcula.

¶ Vero ꝓ ſed:ſed inimici dñi.ſ.Iudęi mẽtiti ſunt ei negãdo ipm:iõ tp̃s pœnaꝝ,& dãnationis eoꝝ erit in ſęcula,& in ęternũ. ¶ Vñ nota ꝙ iudęi dicunť Chriſto mentiti,eo ꝙ Moyſi & Ioſue ꝓmiſerũt ſub iureiurando & maledictione ſeruare legẽ,& recipe Meſſiã ꝓmiſſum in lege Deut.xviij. Prophetã ſuſcitabo &c.& ſic dicunť mẽtiti in nõ recipiẽdo eũ.Item dicunť mẽdaces:quia dicuntur & volũt vocari filij Abrahę:& nõ ſunt:cũ nõ recipiãt Chriſtũ ſibi ꝓmiſſum in Iſaac.Itẽ dicũtur mẽtiti cũ dicũt ſe ſeruare legem,& nõ ſeruãt cũ nõ recipiãt Chriſtũ q venit legẽ adĩplere.Itẽ dicunť deo mẽtiti cũ falſo intelligunt & gloſſant ſcripturas ſacras peruertendo ſenſum earum.

Et cibauit illos ex adipe frumenti:& de petra melle ſaturauit eos.

¶ Nota ꝙ ſententia huiꝰ verſiculi p̃cedit ſuperiorẽ. Nam dicit hic propheta.ſicut dñs cibauit illos.ſ.populũ Iſrael ex adipe & pinguedine,& abũdantia frumẽti in terra ꝓmiſſionis,& melle de petra ſaturauit eos:quia in terra ꝓmiſſionis apes mellificãt in cauernis & foraminibus rupiũ, & petrarũ:iõ dr̃ terra manãs melle & lacte:ſic ergo dicit propheta nũc Chriſtus in aduẽtu ſuo ſatiauit eos ex adipe frumenti.i. ſacramẽtũ Euchariſtię ad cibũ ſpiritualẽ eis pręparauit:& melle de petra ſaturauit eos.i.cętera eccl'iaſtica ſacramẽta eis cõſtituit dulciſſima,de petra lateris Chriſti emanantia ad ſatietatẽ ſpũalẽ.Et eis dedit etiã mel ſapiẽtię & doctrinę:& dona gr̃aꝝ ipe q dr̃ petra eis miſit.Et tũc ordinatur ſic litera:Chriſtus cibauit eos ex adipe frumẽti,& de petra melle ſaturauit eos:& inimici dei mẽtiti ſunt ei tanq̃ ingrati ipm nõ recipiẽdo.& iõ erit tp̃s dãnationis eoꝝ in ſcl'a &c. Item nota ꝙ lex vet⁹ dicit frumẽtũ,& lex euãgelica dicitur adeps & pinguedo illius frumẽti,ſiue legis veteris,qua pinguedine & adipe ſatiauit nos dñs. Ex quibus ſequiť.ꝙ iſte pſalm⁹ loquitur de vocatione Iudęoꝝ facta p Chriſtũ i carne:& de publicatione euangelij.per hoc ꝙ dicit Dilata os tuum & adimplebo illud.Secundo ſequitur ꝙ loquitur de vltima reprobatione & damnatione Iudęorum,q̃ facta ẽ per aduentũ Chriſti:per hoc ꝙ dicit Inimici vero dñi mentiti ſunt ei:& erit tẽpus eoꝝ in ſęcula:nã dat eis ſententiam ſine miſericordia. Nam in pſalmis in quibus explicantur punitiones factę ante aduẽtum Chriſti:vt puta captiuitas

Babylonię,aut vaſtatio Antiochi:ſemp ꝓpheta orat ꝑ il-
la liberatione illius ppl'i:vt pꝫ pſal.xliij.&.lxxiij.&.lxxviij.
ſed in hoc pſalmo non orat pro eis:immo ꝑnũciat finalem
punitionẽ ſine liberatione dicẽs.Dimiſi eos ſcdm deſide-
ria cordis eoꝝ.Et erit tẽpus eoꝝ in ſecula.In quib' demõ-
ſtrat eoꝝ ꝑpetuã damnationẽ,& ſententiam perpetuã que
non data eſt eis,niſi poſt aduentũ Chriſti.Ergo totus iſte
pſal.eſt exponẽdus de aduẽtu Chriſti,& publicatione euã
gelij:& reprobatione Iudæoꝝ·ſed adducit propheta my-
ſteria ve.teſt.vt figuraliter inferat myſteria no.teſta.vt di-
ctũ eſt.Ex quibus pꝫ manifeſta obſtinatio,& cęcitas Iu-
E dæoꝝ in hoc pſal. ¶ Ideo dicit Auguſtinus libro de vnico
baptiſmo,ꝙ Iudęi ſunt mali in bona lege carnaliter intel
ligentes.Sed chriſtiani ſunt boni in eadẽ lege ſpũaliter ſa
pientes.Nam ex eadẽ lege Iudæi colligunt cibos carnales
& mortiferos:chriſtiani vero fructus ſpirituales & ſalutife-
ros.& ideo lex vetus ſemper manet bona:ſi recte & ſpiri-
tualiter intelligatur:nec per Iudæorũ falſam intelligentiã
lex diuina in aliquo deprauatur.Nam veritas legis non ſu
mitur ab intellectu intelligentis:ſed a Chriſto qui eam in
ſe verificauit & impleuit vt ſæpius dictum eſt.
F ¶ Ex toto titulo & expoſitione huius pſalmi poſſunt re-
colligi ſeptem concluſiones.
¶ Prima cõcl'o ꝙ totum tẽpus gratię ab aduentu Chriſti,
vſq; ad iudiciũ eſt verũ ſabbatũ,ꝑ ſabbata legis figuratũ,
& verus ſeptim' menſis:& tẽpus collectę,& vindemiarum
ſpũalium,ꝓbatur.Nã in hoc tpe cõpleta ſunt oia illa my-
ſteria q̃ per illa ſabbata,& feſta figurabant.Nam primo in
hoc tpe nos ceſſamus,& ꝑcipimur ceſſare ab operibus le-
gis Moyſaicę,& ab omi opere ſeruili peccati:& in hoc tpe
fuimus per ſacrificiũ Chriſti liberati & expiati,& cõſecuti
ſumus ꝓpitiationẽ,& indulgentiã.Et in hoc tẽpore Chri-
ſtus extorſit nobis vinũ euãgelicũ a vinaceo legali:& oleũ
a murca in torculari euangelico:& ſeparauit granũ a pa-
leis.Et in hoc tpe cõtinue colligim' fructus euãgelicos,&
fruimur gratia ſacramentoꝝ.Et i hoc tpe cõtinue celebra
mus veraciter,& realiter feſta illa quæ illi ſemel in anno,
& ſeptimana celebrabant in figura.
¶ Scđa cõcl'o ꝙ poſt aduẽtũ Chriſti oia illa feſta ceſſarũt
legaliter,& figuraliter celebrari.ꝓbatur.Nã ſicut aduenię
te iſto tpe ceſſauit illud:Ita aduenięte veritate q̃ completa
fuit,& cõpletur cõtinue in hoc tpe:debent ceſſare ea quæ
fiebant figuraliter in illo tẽpore:quia veniente lumine ceſ
ſat vmbra:& veniente veritate ceſſat figura.Ex quibus ſe
quitur ꝙ falſo modo Iudęi & inuanum celebrant & obſer-
uant in hoc tempore illa feſta.
¶ Tertia concl'o ꝙ iſte pſal.debet cantari,& illa feſta cele
brari cũ pſalterio euãgelico & cithara:hoc eſt cõ obſeruan-
tia ꝑceptoꝝ,& fide articuloꝝ,& grã ſacramẽtoꝝ,& cũ tu
ba cõfeſſionis,& ꝑdicatiõis euãgelicę:& cũ tympano me-
morię paſſionis.Ex quib' pꝫ ꝙ Iudęi moderni nõ vere cã
tant iſtum pſalmum nec celebrant iſta feſta.
¶ Quarta cõcl'o,ꝙ religio chriſtiana vere cantat iſtũ pſal
mũ & celebrat illa feſta.ꝓbaŧ:qa ſeruat oẽs illas ↄditiões,
& veram intelligentiam illoꝝ myſteriorum.
¶ Quinta concl'o ꝙ magis obligantŧ chriſtiani ad ſeruan-
dũ illa feſta in veritate & ſpũaliter:q̃ illi obligabantŧ tunc
in figura.ꝓbatur:quia maiora beneficia recepimus:quia
illi fuerunt liberati a ſeruitute corporali & tẽporali:nos au
tem ab æterna & ſpirituali.
¶ Sexta cõcl'o ꝙ populus iudaicus non ſolum fuit ingra-
tus deo in non recipiendo Chriſtũ:ſed etiã mendax:quia
fecit mendacem deum,& legem,& prophetas per quos
Chriſtus fuit promiſſus.
¶ Septia cõcl'o ꝙ ꝓpter hoc pc̃m Iodęi fuerũt dimiſſi.&
derelicti in adinuentionibus ſuis per ſubſtractionẽ grę:&
ideo manent obſtinati vſq; ad finem mundi.



DEus ſtetit in ſynagoga deorum:i me-
dio autem deos diiudicat.
Vſquequo iudicatis iniquitatẽ:& fa-
cies peccatorum ſumitis?
Iudicate egeno & pupillo:humilem & paupe-
rem iuſtificate.
Eripite pauperem:& egenum de manu pecca
torum liberate.

¶ Huic pſalmo ꝑponitur talis titulus.ſ.pſal.ipſi Aſaph,ad
denotandũ ꝙ Dauid fecit hũc pſalmum & dedit ipm can-
tandum ipſi Aſaph:eo ꝙ dirigiŧ toti eccliæ ꝑ Aſaph figu-
ratæ.Qui quidem pſalmus licet ſit paruus & breuis in ver-
bis:tñ eſt longus in ſententia & intelligẽtia:eo ꝙ ꝑſuppo-
nit multa,& magna ad ſuã intelligentiam in vtroq; teſta-
mento:ideo non tedeat lectorem totã expoſitionẽ inſpice
re. ¶ Ad cuius intellectũ eſt primo notandum ſcdm Ioſe- G
phũ.xviij.Antiquitatũ.&.ij.de bello Iudaico:ꝙ per.xl.an
nos ante natiuitatem Chriſti ſurrexerunt quatuor ſectæ in
Hieruſ'm:inter quas ſurrexerunt duę principales.Quarum
prima fuit ſecta Saducęoꝝ:qui nõ recipiebant,niſi quinq;
libros Moyſi:& ſic ſpernebant libros ꝓphetarum,& nu-
ptias,& negabant angelos eſſe.Contra quos ſurrexit ſecta
phariſęoꝝ de tribu Simeon:qui recipiebant legem & ꝓ-
phetas:& colebant nuptias,& aſſerebant angelos eſſe,&
expectabãt Meſſiã futurũ per prophetas ꝑnunciatũ,ventu
rum ad liberandum eos temporaliter de iugo Romano-
rũ &c.Iſti aũt fingẽtes arctã religionẽ,& obſeruantiam le-
gis erant diuiſi a cæteris popularibus,& habitu,& morib',
& modo viuẽdi:& ideo dicti ſunt phariſæi.i.diuiſi.Et quia
prę cæteris dabant operã ſtudio legis & ꝓphetarũ:iõ aſſũ-
pti ſunt ad dignitatẽ iudicialẽ,accipientes a principibus ſa
cerdotũ poteſtatẽ gloſſandi,& legendi,& iudicandi iudi-
cia ſup cathedrã Moyſi loco illoꝝ.lxx.quos Moyſes ſtatui-
it ad cauſas audiendas,& diſcutiendas:& litigia ſedãda,&
dirimenda in populo.Et ſic inceperunt ordinare aliquas
traditiones nouas ad regendum populum ſemper ad pro-
prium lucrum,& augendas diuitias,& impinguandas do-
mos ſuas:eo ꝙ fuerunt aſſumpti & recepti ad portionẽ de-
cimarũ & oblationum ſimul cum ſacerdotibus.Cæteri au-
tem iuris & legis periti de tribu Simeon ſimul cum phari-
ſæis iudicantes & ſedentes in cathedra Moyſi,qui nõ ſerua
bant illã religionẽ dicebanŧ Scribæ:eo ꝙ ſimul gloſſabant
legem,& ſcribebant traditiones,& decidebant cauſas & li
tigia.Oẽs ergo iſti tam Scribę q̃ phariſęi iſtarũ ſunt abuſi
ſua poteſtate propter propriũ lucrũ ꝙ deſtruebãt popula
res dilatãdo litigia & comedebãt domos viduarum & pu-
pillorum,& opprimebãt pauperes,& fauebãt diuitibus fa
cti acceptatores perſonarũ.Sed quia in hoc tpe venit Chri
ſtus ad quem pertinebat declarare legem & ꝓphetas,&
manifeſtare volũtatẽ patris,recipiens templũ & legem ꝓ-
phanatam per eos:ideo incepit prædicare contra eorum
auaritiam & tyrannidem,& diiudicare in tẽplo,& ſynago
gis contra Scribas & phariſęos:quia omnia iudicia puer-
terant,& bonos mores,& templum prophanauerant.Et
hæc fuit cauſa quare moti ſunt contra eum,& conſpiraue-
runt in necem eius:vt dictum fuit pſal.ij.Hoc pręuidens
Dauid in ſpiritu fecit hunc pſalmũ:in quo tria principaliter
facit introducẽdo Chriſtũ loquentẽ.Naꝫ primo exprobrat
& reprehendit prauũ & peruerſum iudiciũ Iudęorum.ſ.Scri
barũ,& phariſæorum:qđ fecerũt cõtra Chriſtum & cæte-
ras pauperes.Scđo ꝑdicit eoꝝ cęcitatẽ & obſtinationem.
Tertio eoꝝ punitionẽ.Scđm ibi.Neſcierũt neq; intellexe-
runt.Tertiũ ibi.Ego dixi dij eſtis. ¶ Quantũ ad primũ eſt
notandum ſicut dictum fuit pſalmo.xlix.ꝙ ſacra ſcriptura

multotiẽs iudices appellat deos ſcd̃m officiũ p̃ quãdã par-
ticipationẽ:inquantũ de⁹ cõmunicat eis officium regẽdi in
terris:quia oĩs poteſtes a deo eſt:vt ifra patebit. Et ſic di-
xit dñs ad Moyſen. Exo.xxij. Si latet fur:dñs domus ap-
plicabitur ad deos. Itẽ in eodẽ. Ad deos.i.ad iudices vtri-
uſq; cauſa pueniet. Itẽ in eodẽ. Dijs.i.iudicibus nõ detra-
hes,& principi pp̃li tui non maledices. Et ſic deus vocat
eos deos:inquãtũ gerſit,& exercẽt officiũ ex p̃te dei i ter-
ris. Et ita pariter Dauid in hoc pſalmo ſcribas,& phariſſe-
os,& principes ſacerdotũ vocat deos:eo q̃ ſedebant i ca-
thedra Moyſi iudicantes iudicia tanq̃ ſucceſſores illorum
lxx.quos Moyſes conſtituit ad iudicandũ ex conſilio Ie-
tro & precepto dei:quoꝝ falſa & pueꝛſa iudicia Chriſtus
reprehendit,& dijudicat in hoc pſalmo ꝓphetice:prout
poſtea dijudicauit principaliter in carne. ❡ Dicit ergo
Dauid.q̃ Chriſtus deus & verus iudex venit in carnẽ,& ſte-
tit in ſynagoga & cõgregatione deoꝝ.ſ.iudicũ Scribarũ,
& phariſęoꝝ,& ſacerdotũ,qui iudicabãt iudicia in ſyna-
gogis ſedentes ſup cathedram Moyſi:ſed Chriſtus tanq̃ iu-
dex principalis,& verus dijudicat inter deos.ſ.inter Scri-
bas & phariſęos,q alios iniuſte & falſo iudicabãt:q dijui-
dicando eos,eoꝝ praua iudicia reprehendebat,dicens. O
Scribæ & phariſęi qui ſedetis in cathedra Moyſi:vſque-
quo iudicatis inique & iniqua iudicia;& facies peccatoꝝ
ſumitis.i.pſonas peccatoꝝ acceptatis contra iuſtos & pau-
peres?quia hucuſq; multos innocẽtes condẽnaſtis:& nocẽ-
tes,& iniuſtos abſoluiſtis. Iudicate ergo pupillo & egẽno
ipſi iuſtitiã miniſtrando;& iniuriam non inferendo:ſed in
ſua iuſtitia fauendo,& humilẽ,& pauperem iuſtificate.i.
in iudicio iuſtum oſtendite:quia q condẽnat innocentẽ &
iuſtũ,iniuſtũ ip̃m apud populũ oſtendit. Et eripite paupe-
rem & egenũ:& liberate eũ de manu pc̃tõris opprimentis
eum iniuſte. Sed inter cęteros nolite me ex inuidia iniu-
ſte ad mortẽ iudicare,& eripite me pauperẽ & egenũ,& li-
berate me de manu Pilati:cui me crucifigendũ tradidiſtis.

H ❡ Sed ad maiorẽ intellectũ eſt notãdũ q̃ Chriſt⁹ in qua-
druplici ſynagoga dicit̃ dijudicare:& hoc quadruplici iudi-
cio. Nã p̃mo dijudicauit in ſynagoga.i cõgregatione apo-
ſtoloꝝ,& hoc iudicio diſcretiõis diſcernẽdo veritatẽ & in-
telligẽtiã legis:vt p3 Matth.v.&.vj.& per totũ diſcurſum
euangelicũ. Scd̃o dijudicauit in ſynagoga ſcribarũ,& pha-
riſæoꝝ,& ſacerdotũ:& hoc iudicio exprobrationis & re-
prehẽſionis:vt patet etiã p totũ diſcurſum euangelicũ:&
maxime Matth.xij.qñ phariſęi dixerũt q̃ in Beelzebub
eijciebat dęmonia.vbi p multas rõnes exprobrauit eorũ
maliciã,& cęcitatẽ,& futurã dãnationẽ. Itẽ ap̃d Capharna-
um. Ioan.vj.vbi diſceptauit cũ eis de pane viuo. Itẽ i Hie-
ruſalẽ,qñ dixit:Quis ex vobis arguet me de pc̃tõ? Itẽ Mat-
thęi.xxj.& xxij.&.xxiij.quando dixit eis:Ve vobis Scribæ
& phariſęi Et qñ dixit. Sup cathedrã Moyſi ſederũt Scri-
bę & phariſęi &c. Et ſic patet qualiter Chriſtus multotiẽs
& ſępe ſtetit in ſynagoga ſcribarũ,& phariſęoꝝ,& dijudi-
cauit inter eos,eoꝝ prauos mores & falſam doctrinã rep̃-
hendendo,& iniqua iudicia quæ faciebant cõtra paupe-
res,& contra ip̃m improperando,& eoꝝ dãnationẽ & ob-
ſtinationẽ prędicẽdo & improperando. Tertio dijudicauit
& dijudicat Chriſtus in ſynagoga beatoꝝ in cælo,& occul-
to iudicio obſtinatos Iudęos ad perpetuã captiuitatem,
& ſeruitutẽ tẽporalẽ:in qua ſunt hodie:& etiã ad ſp̃ualem
condẽnando. Quarto iudicabit in fine mũdi in medio.xij.
ap̃loꝝ:qñ veniet in poteſtate magna & maieſtate:& tũc
dijudicabit iudicio vniuerſali & manifeſte inter reges &
ſuos pp̃los,& inter p̃latos,& ſuas oues:& ſic tribuet vni-
cuiq; ſcd̃m opera ſua. Et ſic iſta prima pars principalr̃ in-
telligit̃ de iudicio quo Chriſtus dijudicauit inter ſcribas &
phariſſeos eoꝝ iniqua iudicia deteſtando:& maxime ini-
quũ iudiciũ qd̃ fecerũt cõtra eũ. Vñ ait Dauid: q̃ Chriſtus
deus ſtetit in ſynagoga deoꝝ.ſ.iudicum Scribarum dicẽs:
Vſquequo iudicatis iniquitatem,& facies peccatoꝝ ſumi-
tis,innocentes cõdẽnando & prauos abſoluendo?iudicate
pupillo & egeno:humilẽ,& pauperẽ ip̃m iuſtificate.i.iuſtũ
cognoſcite:& eripite me egenũ & pauperem & inopem,
& liberate me de manu Pilati peccatoris,& hoĩs idololą-
tręe & gentilis,cui me crucifigendum tradidiſtis.quaſi di-
cat:ſicut liberaſtis Barrabã ſeditioſum,& latronem,& ho-
micidam de manu Pilati volẽtis ip̃m ſuſpendere:ita libe-
rate me egenũ & pauperẽ & innocentẽ:quia nullus veſtrũ
eſt qui poſſit arguere me de peccato. Sed vultis me interfi-
cere:quia veritatem locutus ſum vobis. Ioannis.vij.&.viij.
&.x. Omnia ergo ſupradicta poſſunt eſſe verba prophetæ
incipiendo cõſtructionẽ a ſecundo verſu:vt q̃ dicat Dauid
apoſtrophando O Scribæ & phariſęi vſquequo iudicatis
iniquitatẽ,& facies peccatoꝝ ſumitis cõtra Chriſtũ & pau-
peres?iudicate Chriſto,& vnicuiq; pupillo,& egenũ et pau-
perem & innocentẽ iuſtificate,iuſtum oſtendendo. Eripite
Chriſtum pauperem et innocentẽ,& de manu Pilati pec-
catoris liberate:quoniã Chriſtus deus ſtetit.i ſtabit in iudi-
cio finali in ſynagoga.xij.apoſtolorum,iudicãdo.xij.trib⁹
Iſrael,& ſic ip̃e qui iudicatus fuit a vobis inique,iudicabit
vos iuſte ad mortem,& pœnam æternam &c. Vtroq; ergo
modo poteſt intelligi,& exponi iſta prima pars hui⁹ pſal-
mi:ſed prima expoſitio continet plura ſacramenta:eo q̃
continet & implicat totum diſcurſum euangelicum:& eſt
magis conformis literæ;& ſententiæ ſubſequenti. Deinde
cum ſubdit,

Neſcierunt neq; intellexerunt: in tenebris
ambulant: mouebuntur omnia fundamenta
terræ.

❡ Prędicit propheta cęcitatem et obſtinationẽ Iudæoꝝ
conceptam cõtra Chriſtũ. ❡ Ad cuius intellectũ eſt primo I
notandũ ſicut ex prædictis poteſt haberi:q̃ tres conditio-
nes Iudæorum concurrerunt in principio ad coniurandũ &
cõſpirandũ in mortẽ Chriſti. Primo Saducęi ex ignorantia
legis et ꝓphetarũ:eo q̃ Chriſtus p̄dicabat reſurrectionem
et vitã futurã beatoꝝ,& honeſtatẽ,et ſtabilitatẽ matrimo-
nij:quę omnia ipſi ignorabãt ex ignorantia legis & ꝓphe-
tarũ,prout Chriſtus oſtendit eis Mat.xxij. Scd̃o cõuenerũt
principes ſacerdotũ:eo q̃ p̄dicabat contra eoꝝ auaritias.
Tertio conuenerunt Scribæ & phariſſæi ex odio concepto
& inuidia:quia eos flagellauerat & eiecerat de templo,&
exprobrauerat eoꝝ vitã ſimulatam & ſuperbiã. Mat.xxiij.
Itẽ ſcd̃o eſt notãdũ:q̃ ſicut illę tres conditiones.ſ.Saducæi,
& Scribę & phariſęi,& ſacerdotes cõuenerunt,& cõſpira-
uerũt ad tractãdũ necẽ Chriſti:ita tres ꝯditiões hoĩm ꝯue-
nerũt ad executionẽ mortis Chriſti. Primo oẽs ſupradictę tres
cõditiones.ſ.Saducęi,& ſcribę & phariſęi,& ſacerdotes q
tanq̃ reũ tradiderũt eũ Pilato ad crucifigendũ. Secundo to-
tus populus ab eis ſeductus:qui ſimul cũ eis inſtabat & cla-
mabat crucifige. Tertio Pilat⁹ cũ ſuis miniſtris,q Chriſtum
flagellauit & crucifixit. Et oẽs iſti tam primi q̃ ſcd̃i conuene-
rũt & ꝓceſſerũt in mortẽ Chriſti ex quadã ignorãtia:ſed di-
uerſimode ꝓut videbitur. Nã quidã ꝓceſſerũt ex ignoran-
tia negationis:qdã ex ignorãtia ſeductionis:& qdã ex igno-
rantia affectata & perpetrata.& de oĩbus his poteſt intelli-
gi:immo intelligitur iſte verſus. Vnde dicit propheta,q̃
Chriſtus deus venit in carnem,& ſtetit in ſynagoga ſcriba-
rum & phariſęoꝝ declarando legem & prophetas,& re-
prehendendo eorum peccata. Sed tres conditiones homi-
num Iudęorum cõtempſerunt eũ in principio ex quadam
ignorantia:& ſic cõſpirarũt in necem eius Nam primo Sa-
ducæi neſcierunt ex ignorantia negationis:eo q̃ non re-
cipiebant prophetas niſi ſolos quinq; libros Moyſi ad li-
teram ſine aliqua intelligentia. Secundo non intellexerũt

cum ſacerdotes & Leuitę:eo ꝙ non dabāt operā ſtudio le
gis & prophetarū,niſi ad reciplendas decimas & oblatio-
nes:cętera aūt cōmittebāt Scribis & phariſęis.Sed tertio
Scribę & phariſęi ābulauerunt in tenebris & ignorantia
affectata & craſſa,& ſpōte,& ex induſtria,& inuidia,& ma
litia perpetrata:quę occęcauit eos ne intelligerēt ſacramē
ta dei in ſcripturis:nec doctrinā quā Chriſtus eis p̄dicauit.
Et ſic omnes iſtę tres conditiones Iudęoꝝ cōſpirauerunt
in necem Chriſti:primi neſciendo,ſacerdotes non intelli-
gendo:Scribę & phariſęi in tenebris,& malitia,& odio,
& inuidia occęcati ambulando.Itē iſte verſus & intelligē-
tia eius non ſolū referṫ ad conſpirationē:ſed etiā ad execu
tionem necis Chriſti.Nam primo Pilatus & eius miniſtri
neſcierunt ex ignorātia negationis:quia nunq̄ viderunt le
gem & prophetas:nec tenebantur videre:quia erant gēti
les.Scdo populares Iudęoꝝ nō intellexerunt legem quā
intelligere tenebanṫ:& etiā non intellexerunt doctrinam
Chriſti,eo ꝙ erāt occupati circa negocia temporalia.Sed
tertio Saducęi,Scribę,& Phariſęi in tenebris ambulaue-
runt ex auaritia,& inuidia,& odio,& malitia,quę occę-
cauit eos,ne intelligerēt doctrinā Chriſti,nec legis,nec ꝓ-
phetarū,quibus dixit Chriſtus: Scrutamini ſcripturas q̄a
illę teſtimoniū perhibēt de me:& ſi crederetis Moyſi cre-
deretis forſitan & mihi:q̄a ille de me ſcripſit.Ioan.v.Itē
Ioan.xij.dixit Chriſtus eis:Ambulate dum lucē habetis:
ne tenebre vos comprehendant:& dum lucem habetis,
credite in lucē,vt filij lucis ſitis.Sed ſubdit euangeliſta,ꝙ
cū tanta ſigna feciſſet corā eis:nō crediderūt:vt ſermo Eſa.
impleretur.Excęcauit oculos eoꝝ,& indurauit cor eoꝝ:
vt non videant oculis,nec intelligant corde &c.Eſaiæ.vj.
Et ſic ptꝫ qualiter oēs iſti cōuenerūt in mortē Chriſti.ſ.Pi-
latus cū ſuis neſciendo:& pplſ Iudęorum ſiue turba non
intelligēdo:& Saducęi,& ſcribę,& phariſęi,& ſacerdotes
in tenebris odij,& inuidię occęcati ambulando.Itē tertio
iſte verſus poteſt intelligi,& exponi referēdo ad triplicem
ſtatum ſcribarum & phariſęoꝝ.Nam primo ante aduen-
tum Chriſti neſcierunt intelligentiaꝫ legis & ꝓphetarū:eo
ꝙ ſolus Chriſtus erat legē & ꝓphetas declaraturus:vt ptꝫ
Deut.xviij.Sed ſecundo qn̄ venit Chriſtus declarans legeꝫ
& prophetas non intellexerunt,nec voluerunt intelligere:
prout dictum eſt.Sed poſtq̄ non crediderunt poſt paſſionē
& reſurrectionē:ſed in eadem cæcitate,& malitia & obſti-
natione permanere decreuerunt:& in eadem hodie perſe
uerant:ideo dicit propheta ꝙ in tenebris ambulant.Naꝫ
primo ambularunt in tenebris obſtinationis a reſurrectio-
ne Chriſti vſqꝫ ad deſtructionē ciuitatis hieruſalem,& va-
ſtationem eoꝝ,per quadraginta annos:ſed modo ambu-
lant in tenebris vſqꝫ ad finē mundi in eadem obſtinatione
ſemp̱ perſeuerando,& falſā,& deteſtabilē doctrinā ſemper
addendo & augendo.Et ſubdit:Mouebuntur fundamen-
ta terræ:quaſi dicat:ꝙ iſta cæcitas & obſtinatio durabit &
perſeuerabit vſquequo mouebuntur fundamenta terrę.i.
per quadraginta annos poſt reſurrectionem Chriſti,vſqꝫ
ad deſtructionē Hieruſalē,& totius terræ ꝓmiſſionis factā
per Titum & Romanos:in qua deſtructione tota ciuitas
fuit euulſa & euerſa a fundamentis.Et non ſolum fuit euer
ſa Hieruſalē a fundamentis:ſed etiam multæ aliæ ciuita-
tes Iudęę,& Galileę:& totius terræ promiſſionis:vt ait
Ioſephus in libro de bello Iudaico.Item non ſolū ambu-
larunt in tenebris cæcitatis & obſtinationis,vſqꝫ ad deſtru
ctionē Hieruſaleꝫ a fundamentis:ſed etiam ambulant in
tenebris pſeuerando in ſua malitia:addendo dolorem ſup̱
dolorem,& apponendo iniquitatē ſup̱ iniquitatē & mala
malis vſqꝫ ad finem ſæculi:qn̄ mouebuntur fundamēta to-
tius terræ.Nam poſt paſſioneꝫ Chriſti diabolus egreſſus a
ppl̃o gentili aſſumpſit ſeptem ſpiritus,& hæreſes nequio-
res ſe:& ingreſſi habitarunt in populo Iudaico.Et ſic facta

ſunt nouiſſima illius peiora prioribus:ſemp̱ addendo ma K
la malis.❡ Ad cuiꝰ intelligentiā eſt vlteriꝰ notādū ꝙ illa ſu
pradicta doctrina deteſtabilis Scribarū & phariſęoꝝ pſe
uerat hodie inter Iudæos modernos tanq̄ morbus hæredi-
tarius cū augmēto Thalmudicę prauitatis.Vnde Phariſęi
ante aduentū Chriſti ſolum deprauauerant ſcripturas quo
ad p̄cepta pertinentia ad iudicia & oblationes inquantuꝫ
attrahebant,& gloſſabant ad lucrū ſuū fingendo religio-
nē:vt patet Matt.xxiij.ſed poſt reſurrectionē Chriſti vidē
tes Scribæ & phariſæi manifeſtatam reſurrectionē p̱ mira
cula apoſtoloꝝ:& quō multa milia hoim cōuertebanṫ ad
Chriſtū:confitentia ipſum eſſe Meſſiam in lege ꝓmiſſum:
tunc confuſi,& malitia occæcati:excogitauerunt immit-
tere deterius venenū,& fermentū ad corrūpendū ſacram
ſcripturam ve.teſta.peruertendo legē & prophetas a vero
ſenſu:volendo probare,ꝙ Chriſtus in lege ꝓmiſſus nō de-
bebat eſſe deus,ſed purus homo:& ꝙ tantū erat venturus
ad liberandū illū populū de captiuitate tpali Romanoꝝ,
& ad conferendū eis bona tpalia.Sed vt ſuā pfidiā fortius
poſſent aſtruere aſciuerunt in ſocietatē ſuā quendā Necro-
manticū noie Mair genere Idumæū,& fecerūt ipſum ꝓſe
litum p̄cibus,& muneribus:inſtruendo ipſum in lege & ꝓ-
phetis cuꝫ falſa intelligentia,& deteſtabili fermento eoꝝ.
Sed cū iſte Mair eſſet tam verſutus & aſtutus:vt cōplaceret
phariſæis:excogitauit iniquū modū ad cōfirmandā & au
gendam malitiam eoꝝ.Et dixit qualiter deus dedit dupli
cem legē Moyſi in monte Sinai.Primo vnā ſcriptā in tabu
lis,& in chartis:& aliā oretenus & ſecretā.Vn̄ Moyſes ſolū
manifeſtauit legē ſcriptā populo quæ continet̄ in illis quin
qꝫ libris qui habentur apud omnes:ſed non manifeſtauit
legē ſecretā oretenus datā:ſed illā tantū manifeſtauit Io-
ſue cū pacto:vt ille tantuꝫ manifeſtaret ſuo ſucceſſori.Et ſic
dicebat iſte ſacrilegus Mair:ꝙ illa lex per ſucceſſores vene
rat vſqꝫ ad ipſum,cui p̄cepit deus manifeſtare eā omni po-
pulo Hebræoꝝ ꝓpter inſtantē neceſſitatē:quia multi Iu-
dęoꝝ cōuertebanṫ ad Chriſtū:ne Iudaiſmꝰ deſtrueret̄:quā
legem appellauit Miſna.i.ſecundā legem.In qua quidē le
ge continent̄ multa erronea & contraria veritati:ſed inter
cætera continet̄,ꝙ prima lex nō fuit data,niſi ad quandā
inſtructionem tpalem:ſed iſta ſcda eſt de vltima intētione
dei:tanq̄ declaratio primæ:& ꝙ iſta ſcda debet corrigere
primā,cuꝫ ſit maioris auctoritatis:& de vltima intentione
dei.Et ſic continet multa cōtra veritatē literæ peruertēdo
verū ſenſum primę legis,quā habemus,ad falſum ꝓpoſitū
eoꝝ.Et cōtinet etiā oēs traditiones phariſæoꝝ:vt oſten-
deret eas a deo ordinatas.Oēs aūt iſtas traditiones contē-
tas in iſto Miſna ſiue ſcda lege:poſtea redegit in ſcripta q̄-
dam appellatus Rabi Indanaſi:qui ſcd̄m alios vocat̄ Ra
bi Monoa,in quodā volumine multis libris diuiſo:qd̄ Iu-
dæi appellant Miſna.i.ſcdam legem.Sed tempore magni
Conſtantini videntes Rabini Hebræoꝝ totū populū gen-
tilē cōuerti ad Chriſtū,& deſtrui idola,& oia tēpla idolo-
rū cōſecrari in eccl̃ias Chriſti:ex cuius occaſione maxima
multitudo Iudæoꝝ cōuertebat̄ ad Chriſtū:eo ꝙ patebat
manifeſte Chriſtū fuiſſe verū Meſſiā:poſtq̄ in noie ſuo oia
idola delebanṫ ſcd̄m oracula oim ꝓphetarū.Hoc ergo vi
dentes Rabini Iudæoꝝ congregati ſunt in Babylonia æ-
gypti in magna multitudine:qui ſupradictū Miſna proli-
xius & copioſius expoſuerūt:& in plures libros diuiſerunt:
quā ſcripturā Thalmud appellauerunt.In quo qdē Thal-
mud multa falſa,& cōtra rōnē,& naturā,& bonos mores
cōfinxerūt.inter cætera eñ dicūt ꝙ qn̄ Moyſes accepit ſu
pradictā duplicē legē in mōte Sinai:pariter fuerūt cū Moy
ſe animæ omniū ꝓphetarū.ſ.Eſaię,& Hiere.& alioꝝ qui
ſinguli ſuas ſingulas acceperūt ꝓphetias:quæ quidē ani-
mæ prophetarum poſtea temporibus ſuis venerunt ad
corpora ſua:& ſic ſuis temporibus manifeſtarunt in Iſrael

ſuas prophetias. Item tertio dicũt ꝙ ibidẽ fuerunt animæ
omniũ rabinorum qui compoſuerunt Thalmud:& ibi in
monte Sinai acceperũt intelligentiã legis,& prophetarũ,
& totã doctrinã traditã in ipſo Thalmud:quę quidẽ animę
venerũt ad ſua corpora tempore magni Conſtantini,qui
tradiderunt Thalmudicã doctrinã in libris Thalmud. Et
ideo dicunt,ꝙ illa doctrina non poteſt mẽtiri,poſtꝗ fuit
tradita a deo ſimul cũ lege & prophetis. Quã quidẽ doctri
nã Thalmudicã legunt,& obſeruãt oẽs Rabini Iudæorũ:
& cũ ea regũt iudaiſmũ:& Iudęos ſimplices:& in tali de-
ceptione & cęcitate pſeuerant. Ex quibus omnibus ſequi-
tur. Primo ꝙ doctrina Thalmudica habuit ortum a ſecta
Phariſſęorum:ſed poſt proceſſit & creuit addẽdo deterio-
ra mendacia,& figmenta,& deteſtabilius fermentũ:cor-
rũpẽdo verã intelligentiã legis & ꝓphetarũ,& puertẽdo ſa
cram ſcripturã a vero ſeſnu:negando Chriſtũ eſſe Meſſiã
ꝓmittendo alium Meſſiam temporalem. Secundo ſequi-
tur,ꝙ doctrina Thalmudica eſt doctrina phariſſaica. Nã
vt dicunt,doctrina Thalmud nil aliud eſt,niſi explicatio
ipſius Miſna ſiue legis ore tenꝰdatę. Et Miſna nil aliud eſt
niſi prima lex expoſita ſcdm traditiones phariſſęoꝝ. Ex
quibus patet ꝙ doctrina phariſſaica adhuc perſeuerat ho-
die inter Iudęos modernos:quã doctrinã Chriſtus appel-
lat fermentũ phariſſęoꝝ. Matth.xvj.& Lucę.xj.eo.ꝙ cor-
rũpit verã intelligentiã legis & ꝓphetarum. Hęc eſt ergo
illa tenebroſa doctrina:quã pręcepit vitare Chriſtus Iudę
is,quãdo dixit:Ambulate in lucem,ne tenebrę vos com-
prehendant. Et in his tenebris ambulant Iudęi:poſtꝗ ne-
garunt Chriſtum,vſq; ad pſentẽ diem:& ambulabunt vſq;
in finem mundi. Ex ſupradictis pꝫ,ꝙ Iudæi moderni iã
non ambulant in lege dei:ſed in tenebris phariſſaicis,&
Thalmudicis,& tenebroſo fermento illius ſacri legi Mair
Idumęi. Et ideo iam non ſunt populus dei:nec Iudęi,nec
Iſraelitę:ſed Idumęi ab illo Mair,cuius doctrinam ſequũ-
tur:qui cum ſeptẽ diabolis Thalmudiſtis ingreſſus eſt i ſy-
nagogam:& facta ſunt nouiſſima illius peiora prioribus.
Qđ præuidens Dauid in ſpiritu dicit,ꝙ Scribę & phariſſęi
neſcierunt legẽ dei & prophetas ante aduentũ Chriſti nec
intellexerũt quando Chriſtus eam declarauit:quia nõ in-
telligendo Chriſtum non intellexerunt legem nec ꝓphe-
tas:quia noluerunt ipſum intelligere inuidia,& malitia,&
auaritia occęcati:& ſic cruci fixerunt eum. Sed taliter fue-
runt obdurati,& occęcati poſt reſurrectionem:ꝙ in eadẽ
malitia,& obſtinatione ambularunt,vſquequo fuerũt euer
ſa,& mota fundamenta terrę,& ciuitates eorum deſtructę
ꝑ Titũ & Romanos. Sed adhuc magis tenebroſi & depra
uati per falſam doctrinã Thalmud,& Mair in tenebris am
bulant,vſquequo mouebuntur fundamenta terrę.i.totius
orbis tempore iudicij:quando erit vniuerſalis terræmotus
in mundo:quando non ſolum fundamenta terrę:ſed etiã
virtutes cælorum mouebuntur. Matthæi.xxiiij.quaſi di-
cat Dauid,ꝙ vſq; ad finẽ mundi perſeuerabit iſta cęcitas,
& obſtinatio,& Iudęi ambulabunt in tenebris huius dete-
ſtabilis doctrinę Mair & Thalmudiſtarum. Sed eſt aduer
tendũ,ꝙ licet iſta cęcitas,& obſtinatio Iudęoꝝ ſit irremiſ-
ſibilis reſpectu totius ſynagogę,vſq; ad iudiciũ:tamen par
ticulariter eſt remiſſibilis reſpectu aliquoꝝ. ¶ Ad cuius in-
L tellectum eſt notandum:ꝙ voluntas hominis tenet mediũ
inter voluntatem dei & diaboli ratione conſultationis &
electionis. Nam voluntas dei eſt omnino immutabilis in
ſua electione:cum non indigeat conſultatione:eo ꝙ ſua du
ratio ſit interminabilis & tota ſimul. Et ſic oĩa videt & ꝓui
det ſimul,& ſic peccare non poteſt. Sed quia voluntas dia-
boli non elegit ſine ꝓuia conſultatione:ideo ꝑ totã moram
cõſultationis potuit errare in ſua electione dum fuit viator
ſcdm ꝙ fuit mutabilis ad vtrũlibet. Sed poſtꝗ ſemel ele-
git,manſit immutabilis in ſua electione. Et ideo boni an-
geli fuerunt confirmati in gratia poſt electionẽ & mali mã
ſerunt obdurati,& irreuocabiliter obſtinati in peccato ſuo.
Et illud peccatum eſt eis irremiſſibile:ſicut eſt in eis irreuo
cabile:eo ꝙ peccauerunt in termino ſuæ vię. Sed quia vo-
luntas hois tenet mediũ inter voluntatẽ dei & angeli:iõ ita
eſt mobilis poſt electionẽ,ſicut ante ad retractandũ quod
elegit:& eligendũ oppoſitũ bonũ vel malũ:quia tota vita
hois eſt via,vſq; ad terminum mortis:vt poſtea dicet:& ſic
nunꝗ peccat in termino vſq; ad mortẽ incluſiue:& ſemper
eius peccatũ ꝑpetratũ in vita eſt remiſſibile. Et ideo pecca
tũ primorũ parentũ fuit remiſſibile:quia peccarunt in via.
Et ſic pctm̃ cuiuſlibet chriſtiani eſt remiſſibile vſq; ad mor
tẽ excluſiue:eo ꝙ vſq; ad illum terminũ comitatꝰ ipſum gr̃a
Chriſti in virtute:ratione characteris quẽ accepit in bapti-
ſmo. Secus autẽ eſt de Iudęis qui totaliter reſiſtunt gratiæ
Chriſti q noluerũt recipere characterẽ Chriſti:q frequẽtiſſi
me in chriſtianis eſt cauſa recuperandę gratiæ & charita-
tis per peccatum actuale perditę & amiſſę. Immo vltra pœ
nã ignorantię inflictę in Adam perpetrarũt ſibi cæcitatem
& obſtinationẽ ꝓpter mortẽ Chriſti,& legis euangelicæ,&
doctrinę eiꝰ:immo etiã ꝓcurarũt ſibi falſam doctrinã Pha
riſſaicã,& Thalmudicã q̃ magis reddit eos hebetes & ine-
ptos,& indiſpoſitos ad lumẽ veritatis capeſſendum ꝓpter
contrariam indiſpoſitionẽ inflictã & affectatã & perpetra-
tam. ¶ Et ſic manet pctm̃ eoꝝ de ſe irremiſſibile,eo ꝙ cę M
citas eoꝝ eſt indelebilis:nec habent de ſe aliquam diſpo-
ſitionẽ,nec aptitudiñẽ ad gratiã recipiendã,ſicut habent
chriſtiani poſt pctm̃ cõmiſſum:qa reſtat chriſtiano peccato
ri character Chriſti & fides informis:per quã eſt aptꝰ ad re
cipiẽdã gratiã & charitatẽ,& ad faciendã pœnitẽtiã. Et ſic
pctm̃ ſynagogę,& cęcitas manet indelebilis,& obſtinata,
vſq; ad Antichriſtum:ſed ex hoc non tollitur quin deꝰ quã
dam gratia ſpeciali poſſit aliquos Iudæos particulariter
illuminare,ſimul remouendo velamen cæcitatis & diſpo-
nendo & gratiam conferendo,ſicut frequenter fieri vide-
mus:ſed tota ſynagoga ſimul in tenebris ambulat vſq; ad
Antichriſtum:ſicut dictum eſt.

Ego dixi dij eſtis:& filij excelſi omnes.
Vos autem ſicut homines moriemini:& ſicut
vnus de principibus cadetis.

¶ Hęc eſt tertia pars in qua pdicit punitionẽ Iudæoꝝ ꝓ-
pter eoꝝ ingratitudinẽ:qa Chriſtus venit de cęlo & factus
eſt homo:vt eos ex hominibus deos faceret,& filios dei:
ſed ipſi noluerũt Chriſtũ audire:imo voluerũt tanꝗ hoies
manere:& qđ deteriꝰ eſt,effecti ſunt filij diaboli Chriſtuꝫ
occidendo. ¶ Ad cuius intellectum eſt primo notandum, N
ꝙ licet ſola trinitas perſonarum ſit vnus deus per naturã:
tamen quadrupliciter aliqua creatura poteſt fieri & dici
deus. Primo modo per perſonalem vnionem:& ſic ſolꝰ ho
mo Chriſtus dicitur deus,& factus deus:quia fuit aſſum-
ptus a verbo in vnitatem perſonæ. Secundo modo poteſt
aliquis fieri & dici deus:per myſticam incorporationem
ad Chriſtũ,& per vnionem gratiæ fidei & charitatis. Et
ſic omnes fideles tanꝗ membra Chriſti qui eſt deus:dicũ-
tur dij & facti dij per vnionem myſticam ad Chriſtũ deuꝫ
& hominem. Tertio modo quis poteſt fieri & dici deꝰ per
participationem gloriæ:inquantũ deus eſt,& erit omnia
in omnibus in illa cæleſti gloria.primę ad Corinth.xv. Et
ſic ſoli beati comprehenſores ſunt dij tam homines q̃ an-
geli. Quarto aliquis poteſt dici deus per participationem
& officium:inquantũ deus cõmunicat alicui poteſtateꝫ re-
gendi,& gubernandi,& iudicandi in terra:& ſic omnes re-
ges,& principes,& pręlati dicunꝭ dij in ſcriptura,& oẽs iu-
dices vt dictum eſt:quia omnis poteſtas a domino deo eſt
Ideo dicit Chriſtus Pilato:Nõ haberes poteſtatem aduer
ſum me vllam:niſi tibi datum eſſet deſuper. Ioan.xix. Et

non ſolum iudices & rectores dicunt dij in terra: ſed etiam Michael dicitur quis vt deus in cælo ſecundũ officium regendi & gubernandi ex parte dei. Ex ſupradictis patet, ꝙ nulla creatura poteſt eſſe deus, niſi per quandã participationem alicuius diuinæ perfectionis: inquantum deus communicat alicui creaturæ aliquam perfectionem ſibi propriam per eſſentiam. Et ſic inquãtum communicat ſuam iudiciariam poteſtatem regibus & principibus in terra: & p̄latis eccleſiaſticam poteſtatem, & claues diſcernendi, & ligandi, atq; ſoluendi, & ſacerdotibus miniſtrandi ſacramẽta, facit eos deos ſecundum officium. Et ſic etiam homines facit deos cõmunicando ſuam ſapientiam. Et ſic apoſtoli dicuntur dij, quibus Chriſtus communicauit, & nota fecit eis quæcunq; audiuit a patre. Ioãnis decimoquinto. & ideo dicit Ariſtoteles. x. Ethicorum, ꝙ inquantum poſſumus debemus conari attingere cognitionem ſubſtantiarum ſeparatarũ, & imitari deum: vt poſſumus per ſapientiam: quia vt ſic efficimur quaſi dij. Item Chriſtus cõmunicando nobis ſuam gratiam, & merita ſuæ paſſionis nos fecit deos per myſticam vnionem, & communicando ſuam gloriam & beatitudinem nos fecit deos per æternam fruitionem. Et ſic patet ꝙ licet ſolus deus trinus & vnus ſit deus per naturam: tamen homines poteſt facere deos per participationem gratiæ & gloriç. & ſic dicit Boetius tertio de Conſolatione proſa. viij. Nam quoniam beatitudinis adeptione fiunt homines beati: beatitudo vero eſt ipſa diuinitas: diuinitatis adeptione beatos fieri manifeſtum eſt. ſed vti adeptione iuſtitiæ iuſti: & adeptione ſapientiæ ſapientes fiunt: ita diuinitatem adeptos deos ſimili ratione fieri neceſſe eſt. omnis igitur beatus deus eſt. ſed natura quidem vnus: participatione vero nihil prohibet eſſe pluſimos. ¶ Secundo eſt notandum ꝙ ſicut deus fecit tripliciter homines deos, ſcilicet per perſonalem vnionez, & myſticam incorporationem, & per participationem ſiue communicationem gratiæ & gloriæ &c. Ita pariter fecit homines filios dei tripliciter. Nam primo deus fecit Chriſtũ hominem filium dei naturalem per perſonalem vnionem ad verbum: quia tota illa perſona dicitur vnus filius dei naturalis. Secundo fecit omnes fideles filios dei adoptiuos per adoptionem: inquantum ſunt Chriſto incorporati ꝑ myſticam vnionem, & fidem, & gratiam. Nam ſicut vnus eſt filius dei naturalis: ita Chriſtus verus deus & homo eſt vnꝰ Chriſtus myſticus cum omnibus membris fidelibus ſuis vt plures dictum eſt. Ergo ſequitur, ꝙ ſicut omnes fideles per talem myſticam vnionem ad Chriſtum dicũtur dij nõ naturaliter nec perſonaliter: ſed per participationem gratiæ & talis vnionis: ita pariter dicuntur & efficiuntur filij dei non naturales: ſed adoptiui & per adoptionem. Tertio ex conſequenti nos fecit filios dei per ſuç gloriæ participationem & cõmunicationem. Ex qbus patet ꝙ ſolus deꝰ fecit Chriſtum hominem deum, & filiũ dei naturalem per perſonalem vnionem. ſed Chriſtus deus & homo caput eccleſiæ fecit omnes fideles deos, & filios dei per regenerationem baptiſmalem, & myſticam vnionem & glorificationem: quia dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Ioannis primo. Q autem per talem regenerationem & incorporationem omnes fideles ſint facti dij, & filij dei, & vnꝰ Chriſtus cum capite ſuo Chriſto vero, & vnum cum deo: oſtendit ſaluator Ioãnis. xvij. in oratione ad patrem: cum dixit. O pater ego pro eis ſanctifico meipſum: vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate: non pro eis autem rogo tantũ: ſed pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me: vt omnes vnũ ſint: ſicut tu pater in me: & ego in te: vt & ipſi nobiſcũ vnũ ſint. Et ego claritatez quã dediſti mihi: dedi eis: vt ſint vnũ: ſicut & nos vnũ ſumus. & ego in eis: & tu in me: vt ſint conſummati in vnum &c. Ex quibus verbis dicit Auguſtinus: ꝙ non ſolum nos facti ſumus ipſe Chriſtus, & ip̄e deus ſed ip̄e Chriſtus, & ipſe deus factus eſt nos: & ſic ſumus facti dij, & filij dei per talem vnionem ad Chriſtũ: & ſic cum ipſo ſumus, & concrucifixi, & conſepulti, & conglorificati, & in eo baptizati, & cum eo conſurreximus: vt ait Apoſtolus ad Romanos ſexto. Ex omnibus ſupradictis patet: ꝙ tota cauſa Chriſtum veniendi in mundum fuit: vt homines ex hominibus deos faceret: vt inquit Auguſtinus ſuper Ioannem. Et quia omnes homines portabant imaginem ipſius Adam terreni: ideo venit ſecundus Adam de cælo cæleſtis ad auferendam imaginem ab hominibus Adam terreni: vt portarent imaginem cæleſtem: vt ex hominibus deos faceret: ſuam imaginem imprimendo: primæ ad Corinthios decimoquinto. Item Chriſtus lux venit in mundum: vt ab hominibus Iudçis tenebras auferret: ſed ipſi tãq̃ homines terreni, & carnales dilexerunt magis tenebras peccatorum in quibus ambulabant: q̃ lumen veritatis: qđ prædicabat & docebat: quia erant eorꝫ mala opera. Ioannis tertio. Et ſic magis voluerunt manere homines q̃ fieri dij. Item dixit eis. Ioannis duodecimo. Ego ſum lux mundi: ambulate in lucem: vt filij lucis ſitis. Sed ipſi maluerunt eſſe, & manere in tenebris: & filij tenebrarũ, & filij diaboli, q̃ filij lucis, & filij dei: quia cũ tanta ſigna feciſſet in eis, & coram eis non crediderunt. Item cũ multi de popularibus crederent & baptizarentur propter doctrinam & miracula Chriſti: tamen Scribæ & Phariſſçi conſiliũ dei ſpreuerunt non baptizari: vt dicitur Lucç ſeptimo. Et ſic patet qualiter Chriſtus voluit Iudços ex hominibus deos & immortales facere: & peccatum ipſius Adam cum ſuis pœnis, & pœnalitatibus ab eis auferre: & imaginem gratiæ, & gloriæ, & diuinitatis eis imprimere per baptiſmum: & filios adoptiuos dei facere. ſed ipſi voluerunt in ſuo peccato tanq̃ homines & filij hominum manere: ſupra quod peccatum addiderunt homicidium Chriſti: & ſic facti ſunt filij diaboli, eius deſyderia adimplendo: vt patet Ioannis ſeptimo. Et ideo quia Scribæ & phariſſçi cum ſuis ſequacibus noluerunt a Chriſto illuminari, nec a peccato liberari: ſed ſub obligatione ipſius Adam manere mortales: & per homicidium & obſtinationem voluerunt diaboli fieri: inde eſt ꝙ Chriſtus puniuit eos pœna ipſi Adam comminata & inflicta: quia duplici morte eos puniuit: ſcilicet temporali & çterna, & puniuit eos pœna diaboli. Nam ſicut eiecit diabolum de cælo: & ſubſtituit homines ſucceſſores hæreditatis cçleſtis: ita pariter eiecit Iudços a ſedibus ſuis & a regno & ſacerdotio: & redegit eos in perpetuam ſeruitutem per mundum diſperſos: & priuauit eos cæleſti hçreditate: & tradidit eam populo gentili ad fidem conuerſo. Et hoc eſt quod intendit dicere Dauid in hac tertia parte in perſona Chriſti ſub paucis verbis. Vnde ait Chriſtus. O miſeri Iudçi ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes, id eſt ego deliberaui de cçlo in mundum venire, & carnez aſſumere, & me hominem mortalem fieri: vt vos omnes eſſetis, & efficeremini dij: & filij dei excelſi, id eſt vt vos deos facerem per per participationem & gratiaz: & filios dei per adoptionem, & noluiſtis. Vnde ego veni lux in mundum, declarando legem & prophetas: ſed neſciuiſtis nec intellexiſtis ex cçcitate affectata & perpetrata propter veſtra mala opera. Et ſic dilexiſtis magis tenebras q̃ lucẽ: & decreuiſtis tanq̃ obſtinati in tenebris ambulare. Item ego volui vos liberare a ſeruitute peccati & diaboli: quando dixi: Si filiꝰ dei vos liberauerit, vere liberi eritis. ſed noluiſtis liberari ab obligatione, & pœnis peccati ipſius Adam: nec a ſeruitute diaboli, nec a iugo legis. imo reſpondiſtis: Nos ſemen Abrahç & liberi ſumus: & nemini ſeruiuimus vnq̃. Ioan. viij. & ſic noluiſtis eſſe vere liberi, nec fieri mecũ filij dei: ſed filij diaboli ꝓponẽdo me occidere: & fuiſtis facti filij diaboli deſyderia eiꝰ adiplẽdo. Nã ſicut ille fuit ab initio homicida: ita voluiſtis me occidere, ne ſuper ip̄m regnarez

ꝑponendo:& etiã primos parentes in vtrãq; mortẽ ꝑcipi-
tando:ita vos fuiſtis homicidę me interficiẽdo & illũ imi-
tando.Nã diabolus ab initio ꝓpoſuit & deſiderauit me oc
cidere:ſed vos tanq̃ filij & imitatores ꝑ effectũ, deſideriuȝ
eius conſummaſtis & impleſtis.Et ideo pœnas vtriuſq; ſci-
licet ipſius Adam & diaboli pendetis & luetis & patiemi-
ni.Nam primo ſicut homines & filij Adam moriemini in
corpore & aia,poſtq̃ in eius peccato & in obligatione pma
nere vultis & nõ liberari.Scdo ſicut Lucifer vnus.i.primus
de principibus paradiſi cadetis:& non ſolum a dignitate ſa
cerdotali & veſtra terrena ciuitate Hieruſalem:ſed etiam
a cæleſti hæręditate cadẽtes in æternã pœnã inferni deſtia
bimini cum diabolo:cuius filij & imitatores eſſe voluiſtis:
& in cuius obſtinatione permanſiſtis.❡ Et nota ꝙ ſupradi
ctus verſiculus cum ſua intelligentia allegatur a ſaluatore.
Ioan.x.contra Iudæos arguentes ipm̃ de blaſphemia:qa
ſeipm̃ filiũ dei dicebat.vñ ait.Nonne ſcriptum eſt in lege
veſtra:Ego dixi dij eſtis:& filij excelſi omnes?Si illos dixit
deos ad quos ſermo dei factus eſt:& nõ poteſt ſolui ſcriptu
ra:quẽ pater ſanctificauit:& miſit in mundõ:vos dicitis qa
blaſphemat:quia dixi filius dei ſum?Si non facio opera pa
tris mei nolite credere mihi.Si aũt facio et mihi non vultis
credere:operibꝰ credite:vt cognoſcatis & credatis quia pa
ter in me eſt:& ego in patre.Ex his verbis videtur Chriſtꝰ
confirmare non ſolum dictum prophetę:ſed omnia quę di
cta ſunt in hac parte.ſ.quõ ipſe eſt filius dei naturalis miſſus
in hunc mundum:vt nos deos faceret.Et quomodo oẽs
illi ad quos ſermo dei per Chriſtũ factus eſt & crediderunt
in eum:ſunt dij per myſticam vnionem,& filij per adoptio
nem & regenerationem.Et quomodo illi qui non credide
runt manent in obligatione & mortalitate ipſius Adam
tanq̃ homines,& in ſeruitute & tenebris diaboli tanq̃ filij
eius.Deinde cum dicit,

## Surge deus iudica terram:quoniam tu hęredi tabis in omnibus gentibus.

❡ Dauid petit vltionẽ de Iudæis & conuerſionẽ ppli gen-
tilis.Vñ oñdit ꝙ ſicut pœna iudęoꝝ fuit ſimilis pœnę ho-
minis & diaboli quantũ ad caſuȝ:quia vterq; cecidit ab he-
reditate:ita ſucceſſio hæreditatis & reparatio ruinę iudęoꝝ
fuit ſimilis reparationi ruinę diaboli.Naȝ ſicut Chriſtus re
parauit ruinã diaboli per iuſtificatos de filijs Adam:qui p
gratiam & fidem Chriſti & humilitatem ſucceſſerunt in hę
reditatem cæleſtem amiſſam & perditam a diabolo per ſu
perbiam & rebellionem & inuidiam:Ita pariter Chriſtus p
conuerſos ad fidem de populo gentili præparauit ruinam
ſynagogæ.Nam populus gentilis ad fidẽ conuerſus ſucceſ-
ſit & adeptus eſt hęreditatem cæleſtem:quam Iudæi per-
diderunt per inuidiam & auaritiam & homicidium perpe
tratum contra Chriſtum:& per obſtinationẽ in qua perſe-
uerant:ſicut eis Chriſtus ꝓdixit Matth.viij.Multi ab oriẽ
te & occidẽte venient & recumbent cum Abraham:Iſaac:
& Iacob in regno cælorum.Filij autem regni eijcientur in
tenebras exteriores.Item Matthei.xxj.Auferetur a vobis
regnũ:& dabitur genti faciẽti fructus eius &c. Hoc eſt ergo
quod intendit dicere Dauid in hoc vltimo verſu.Vnde ait.
O Chriſte deus & homo ſurge a mortuis:& iudica terrã.i.
condemna homines iudæos terrenos qui cæleſtia contem-
pſerunt & terrena elegerunt:& ſicut homines carnales vi-
uere & manere voluerunt:& ab obligatione Adam non li
berari:ſed in ea manere ſtatuerũt.Et ideo priua eos non ſo
lum terrena:ſed etiam cæleſti hæreditate:de qua cecidit
diabolus:quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.i.
eliges populum gentilem ad tuam hęreditatem:a qua eie
ciſti Iudæos propter ſuam iniquitatem & rebellionẽ & in-
obedientiam & homicidium & obſtinationem. Sententia
etiam huius vltimi verſus cõuenit cum primo.Quaſi dicat.
Quia Scribæ & Phariſæi iniuſte te ad mortem condem
narunt & fuerũt peruerſi iudices pupillos, & viduas & pau
peres & egenos expoliando:& perſonas diuitum acceptan
do,& abſoluendo,& innocentes condemnando, Ideo ſur-
ge primo a mortuis:& iudica eos ad æternam pœnam pri-
uando eos tua hæreditate:& conferendo eam omnibus te
recipientibus.

❡ Ex toto iſto pſalmo poſſunt recolligi quinq; concluſio- o
nes.Quarum

❡ Prima eſt ꝙ Chriſtus diiudicauit Scribas & Phariſæos,
eorum falſam doctrinam & peruerſa iudicia exprobrando
in primo aduentu.

❡ Secunda concluſio. Qȝ Iudęi ante aduentum Chriſti le
gem neſcierunt:& Chriſtũ legẽ declarantẽ intelligere no-
luerunt & poſt paſſionem Chriſti in ſua obſtinatione & te-
nebris vſq; ad deſtructiones Hierłm ambulauerunt & am-
bulant vſq; ad finem mundi.

❡ Tertia concluſio. Qȝ Chriſtus venit vt Iudæos deos &
filios dei faceret:ſed ipſi recuſauerunt:& in ſuis peccatis &
pœnis manere maluerunt.

❡ Quarta concluſio.ꝙ Iudęi ſunt puniti pœna diaboli &
ipſius Adam tanq̃ imitatores eorum.

❡ Quinta cõcluſio.Qȝ gentiles ad fidẽ conuerſi repararũt
ruinã iudæorum & ſucceſſerunt in hæreditatem eis. Quia
propheta Dauid in perſona Chriſti videtur cõparare pc̃m̃
crucifixoꝝ Chriſti & ipſius ſynagogę pc̃õ diaboli & ipſius
Adã quantum ad pœnã,cum dicit:Vos autẽ ſicut Adã mo
riemini:& ſicut vnus de principibꝰ cadetis.ideo videtur ꝙ
hoc pc̃m̃ fuerit ſimile illis etiã quãtũ ad culpam & reatuȝ:
quia pœna eſt effectus reatus.❡ Et primo eſt videndũ.qd p
& quale fuit pc̃m̃ diaboli.ex quo videbitur quõ pc̃m̃ ſyna
gogę fuit ſimile illi quo ad culpã & modũ.Scdo videbiť qd
& q̃le fuit prioꝝ parẽtũ:& in quo differt a pc̃õ diaboli:ex
quo videbiť quõ & in quo pc̃m̃ ſynagogę fuit ſimile pecca
to ipſius Adam:& in quo differt ab eo.Tertio videbiť quõ
pœna ſynagogę eſt ſimilis pœnæ diaboli & ipſius Adam:
& in quo differt ab vtraq;.

❡ Quantũ ad primũ eſt notãdũ ꝙ iſta q̃ſtio & materia eſt
valde difficilis.primo:quia Moyſes non ſcripſit nec expli
cuit pc̃m̃ & caſum diaboli:eo ꝙ non pertinebat ad eũ:eo
ꝙ ſacra ſcriptura eſt via in Chriſtum tanq̃ redẽptorem hois
& finem legis & prophetarum.ſed quia ſolus homo erat re
dimẽdꝰ p Chriſtũ & nõ diabolꝰ:iõ ſolũ deſcripſit pc̃m̃ & ca
ſũ hois,& nõ diaboli.Iõ i paucis locis ſcripturę ve.te.memo
rať pc̃m̃ diaboli & q̃ſi p accidẽs.ſ.Eſa.xiiij.inquãtũ Eſaias
aſſumit porabolam ex caſu luciferi cõtra regem Babylonis
dicens:quõ cecidiſti Lucifer &c.Et Ezechieľ.xxviij. contra
regẽ Tyri.di.Tu ſignaculum ſimilitudinis &c.vt patebit.ſȝ
in no.teſt.hoc magis & clarius explicat ſaluator Ioan.viij.
dicens de diabolo.ꝙ ab initio homicida fuit et in veritate
nõ ſtetit &c.Iteȝ Luc.x.Videbã Sathanã ſicut fulgur de cę-
lo cadentẽ.Itẽ Apoca.xj.Factũ eſt præliuȝ magnũ in cælo.
Et ideo beatus Auguſtinus per coniecturas altiſſime per-
tractat hanc materiam ſup Geñ.& lib.xj.&.xij.de ciuitate.
Et magiſter in ſecundo diſt.vij.Et ibi oẽs ſcholaſtici docto-
res medio altiſſimo & ſubtiliſſimo cũ verbis obſcuris & dif-
ficilibus io eum modum ꝙ ſimplices capere non poſſunt.
Sed quia expoſitio huius libri & iſte labor noo eſt per me
aſſumptus pro peritis:ſed pro ſimplicibus vt dictũ eſt in pri
cipio:iõ oportet me procedere per terminos planos & intel
ligibiles:vt ſimplices ſacerdotes & catholici capere valeãt.
Et ſemp cum correctione & ſub determinatione ſanctæ Ro
manæ ecclię eſt dicendũ:ꝙ quaſi omẽs doctores cõueniũt
in hoc ꝙ diabolus peccauit per ſuperbiam,q̃ eſt appetitus
proprię excellentiæ & peruerſæ celſitudinis ſecundum Au
guſti.xj.de ciuitate dei.Et oẽs cõueniunt in hoc:ꝙ appeti-
uit æqualitatẽ dei:ꝓpter illud.Eſa.xiiij.Statuã ſoliũ meum

ſup aſtra cæli:& ero ſimilis altiſſimo. Itē ꝓpter illud Augu
ſtini. ſup pſal. lxviij. ꝙ Adā & Eua vt diabolus volentes ra
pere diuinitatē perdiderunt felicitatem. Itē in queſtionib⁹
no. ac ve. teſta. ꝙ diabolus elatiōe inflat⁹ voluit eſſe vt de⁹
&c. Itē in hoc cōueniunt ꝙ diabolus peccauit ex electione:
& per conſequens creatus in tanta perfectiōe nō potuit eli
gere nec appetere aliquid ſimpliciter impoſſibile. Et ideo
eſt videndū, ſi aliqua æqualitas alicuius creaturæ ad deum
ſit poſſibilis quā diabolus potuerit appetere. Ad hoc eſt di
cendū: ꝙ inter res duplex pōt æqualitas conſiderari quātū
ad p̄ſens ſpectat. Vna dī æqualitas æquiparantię & com-
menſurationis. Et altera æqualitas cōicationis alicu⁹ ꝓ-
prietatis & pſectiōis. Prima æqualitas nullo mō pōt eē nec
cōſiderari: nec intelligi inter aliquā creaturā & deū: quia
talis ſolū eſt inter diuinas pſonas: quia ęqualitate cōmēſu
rationis ſunt coęterne & coomnipotētes &c. Et nunq̄ talē
æqualitatē potuit Lucifer appetere nec etiam intelligere
cū ſit ſimplr̄ impoſſibilis. Scđa aūt ęqualitas eſt poſſibilis.
Nā poſſibile fuit vt verbū aſſumeret humanitatē Chriſti
in vnitate pſonę. Et p conſequēs ꝙ cōicaret ipſi ſuā ꝓprie
tatē pſonalē: & p conſequens eſſet filius dei naturalis: & p
conſequēs ꝙ cōicaret ipſi idiomata eoꝝ q̄ ſūt dei. ſ. ꝙ ſimr̄
cū verbo illa hūanitas adoref & cōglorificef & colaf: & ꝙ
dicaf creator. &c. Et ꝙ eſſet mediator inter deū & omnes
angelos & hoīes: & ꝙ coicaret ipi nō ſolū iudiciariā pote-
ſtatem ſup angelos & hoīes: ſed imperiū ſup oēs creaturas
& ſup totū vniuerſū: ſicut videmus eſſe factū & cōpletū in
Chriſto: vt patet per totū diſcurſū ęuāgeliū. Vñ talis æq̄-
litas non eſt ſimpliciter impoſſibilis: qa ſemp importat ali-
quā minorationē: qa Chriſt⁹ ſemp manet minor pr̄e, & mi
nor tota trinitate ſcđm hūanitatē aſſumptā: ſed ſemp dicif
ſimilis deo: eo mō quo dictū eſt: quia ſemp illa humanitas
cooperabatur cū verbo circa iſta miracula facienda: vt ait
Damaſcenus. Diabolus ergo licet in principio non potue-
rit appetere primā ęqualitatem ad deū: tñ potuit appetere
ſcđam: quia potuit appetere imperium vniuerſi & totum
illud qđ habuit Chriſt⁹ in ſua incarnatione & aſcenſione. ſ.
accipere imperiū vniuerſi & ſedere a dextris dei & in po-
tioribus bonis glię. Sed hoc diabolus non potuit appetere
niſi pu̓erſe & cōtra voluntatem dei: q ſolū Chriſtū ad hoc p̄
deſtinauerat ab æterno: vt nō ſolū p pſonalē vnionē: ſed et
p mortē & paſſionē illā celſitudinē mereref. ſ. imperiū mū-
di: & vt eſſet triūphator & redēptor & glificator gn̄is hūa-
ni. Sed ꝙ Lucifer appetiuit ſupradictā celſitudinē & impe-
riū ꝓbaf rōe & authoritate. Nā licet Lucifer nō fuerit p̄ſci⁹
ſui caſus añ lapſum, nec etiā caſus hominis: tñ fuit p̄ſci⁹ my
ſterij incarnationis filij dei: qa non minus fuit reuelatū ipſi
q̄ hoī: q in illo ſopore p̄nouit incarnationē: vt inquit Aug.
Et per conſequēs Lucifer vidit ſoliū & ſedē p̄paratā ſupra
totā naturam euāgelicā ꝓ Chriſto homine futuro: cui erat
tradendū imperiū ſup totā naturā angelicā & ſuper omnē
creaturam: abſq; hoc ꝙ ſciuerit myſterium paſſiōis & redē
ptionis hūanę: quia diabolus ignorādo caſū hominis igno
rauit etiā myſteriū paſſiōis Chriſti & humanę redēptionis:
ſed non ignorauit myſterium incarnationis & exaltationis
humanitatis Chriſti: & ſic habuit occaſionem pu̓erſe appe
tendi. Vnde in hoc conueniunt omnes doctores ꝙ Lucifer
appetijt ſummā celſitudinē & æqualitatē q̄ ſub deo pōt eē
& intelligi: ſed talis eſt celſitudo quā Chriſt⁹ poſſidet in vni
tate perſonę verbi: ſedēs in potioribus bonis patris cum im
perio totius vniuerſi: ergo illam appetiuit diabolus. ſed hāc
non potuit appetere niſi contra voluntatem dei: & deuian
do a diuina voluntate q̄ eſt lex æterna in cuius cōformitate
conſiſtit omnis vera iuſtitia. ergo hoc non potuit facere dia
bolus ſine peccato. immo dicunt aliqui ꝙ omnibus angelis
fuit poſita lex qualiter deus p̄parauerat illā ſedē pro Chri
to tuo & filio Chriſto:ſicut promiſiſti.ij.Reg.vij.qñ dixiſti Stabiliã regnũ ei⁹ in ſempiternũ.Et ſaluũ fac me filiũ ãcillę tuę Marię:& ſaluũ fac populũ chriſtianũ filiũ eccl'ię ancillę tuę fonte baptiſmatis regeneratũ:& ſalua ipm̃ p meã paſſionẽ & reſurrectionẽ:& ſacramẽtoꝝ ſuſceptionẽ.& fac mecũ ſignũ in bonũ.i.fac vt ipleat̃ in me ſignũ Ionę ꝓphetę.Nã ſicut Ionas ꝓpheta poſt triduũ exiuit illæſus de vẽtre cetę:ita ego reſurgã tertia die a mortuis de ſepulchro & corde terrę:vt Iudæi qui oderũt me videant me reſurrexiſſe.& cõfundant̃ videntes ſe illuſos & fruſtratos a deſiderio ſuo:& cognoſcãt:qm̃ tu dñe adiuuiſti me:& conſolat⁹ es me p glorioſã reſurrectionẽ & aſcẽſionẽ.Et nota ꝙ multipliciter Chriſtus petit ſignũ:ſicut fuit ipletũ in ſua paſſione:quia obſcurat⁹ fuit ſol & tenebrę factę ſunt ſup vniuerſalẽ terrã &c.In ſua reſurrectione factũ eſt ſignũ bonũ.Nã terręmotus factus eſt magnus:& angelus dñi deſcendit de cęlo:& reuoluit lapidẽ:& nũciauit reſurrectionẽ mulierib⁹ Et ipſemet Chriſtus totiẽs apparuit ap'lis:& oſtendit eis cicatrices:& corã eis aſcẽdit in cęlũ:& miſit ſpiritũ ſanctum viſibiliter in eos in die penthe.Iudęis audiẽtibus tonitrua & fulgura:& vidẽtibus linguas igneas.Et etiã ap'li fecerũt multa ſigna & miracula in illa die in virtute nõis Chriſti corã eis:& ſic mãſerũt cõfuſi.& ſic ap'li ꝑfecti ſunt p̃dicãdo fidẽ Chriſti vbiq; Chriſto cooperãte & ſermonẽ confirmãte ſequentibus ſignis.Etiã iſte verſus põt referri ad diẽ iudicij qñ veniet Chriſt⁹ in poteſtate magna & maieſtate:& apparebit ſignũ filij hois i cęlo.ſ.crux vbi fuerat crucifix⁹. qd ſignũ erit in bonũ & in gloriã fideliũ & terrorẽ maloꝝ: quia videbũt in quẽ confixerunt.Et ſic cõfundent̃ Iudęi:& cognoſcent Chriſtũ fuiſſe verũ Meſſiã:& a mortuis reſurrexiſſe:& cognoſcẽt ipm̃ eſſe iudicẽ bonoꝝ & maloꝝ.Hoc idẽ põt dicere vnuſquiſq; fidelis i pſona ſui:& petere a deo ſignũ ſalutis cõtra inimicos viſibiles & inuiſibiles.Vnde dicit.O pater ſaluũ fac filiũ ancillę tuę.ſ.eccleſię:& fac ſignũ mecũ ſalutaris crucis in fonte baptiſmi,in quo debeo ſaluari:vt diaboli qui oderũt me:& cæteri inimici videãt tale ſignũ in me:& confundant̃ & fugiant & nõ noceant mihi:& cognoſcant qm̃ tu dñe adiuuiſti me ab eis liberãdo.& cõſolatus es me gratiã cõferendo.Ex ſupradictis patet qualiter eſt valde attendendũ in iſto pſal.qñ Chriſtus orat pro ſuis.& ideo attẽdat lector quõ cõmunicant̃ idiomata rõne vnitatis capitis ad mẽbra:& econuerſo.Et quõ iſte pſal.eſt literaliter ꝓphetia illius orõnis quã Chriſtus fecit ꝓ ſuis fidelibus & mẽbris.Ioã.xvij.Ex toto iſto pſal. cõcludit̃ ꝙ ſynagoga reprobata pp'ls gentilis debebat colere & adorare nomen domini dei Iſrael.

FVndamenta eius in montibus ſanctis: diligit dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.

¶Titul⁹.Filijs Chorę pſal.cãtici.Ex titulo apparet ꝙ iſte pſal.cantabat̃ voce hũana ſolũ cũ inſtrumento muſico:& hoc ꝓpter myſteriũ in eo cõtẽtũ.& ideo dat⁹ eſt filijs Chorę ad cantandũ:p quos figurabat̃ eccl'ia ex gentibus cõgregata:vt pluries dictũ eſt.Sed licet auctor hui⁹ pſal.nõ explicetur in hoc titulo:tñ Hierony.in ep'la ad Dardanũ videt̃ affirmare Dauid feciſſe iſtum pſal.vbi dicit.Dauid in alio pſal.Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei.& iterum.Diligit dñs portas Sion &c.Item in ſermone de aſſumptione ait. Vnde & Dauid:Et homo nat⁹ eſt in eą:& ipſe fundauit eã altiſſimus.Ex quo patet ꝙ Dauid fecit hũc pſalmũ:& dedit ipm̃ cantandum filijs Chorę:eo ꝙ cęteris erant intelligẽtia ſublimiores non ſolũmodo ad cantandũ:ſed etiã ad interpretãdũ pp'lo & explicandũ mentẽ prophetę de myſterijs futuris contentis in hoc pſal.& in cæteris:prout eis erat poſſibile ꝓ illo ſtatu.Et hæc eſt cã quare pſal.intitulati filijs Chorę ſunt altioris & ꝓfundioris itelligẽtiæ q̃ cæteri: vt inquit Hieronym⁹:quia quaſi oẽs loquũtur de dignitate & felicitate eccl'ię ꝓ maiori pte ex gentib⁹ congregatę.

L ¶Ad cuius intellectũ:relictis figmentis & fatuitatibus Iudæoꝝ,eſt primo notandũ:ꝙ Dauid multipliciter p̃uidit in ſpũ felicitatẽ & ꝓſperitatẽ eccl'ię Chriſti.Nã vt legit̃.ij.Regum.ca.vltio.poſtq̃ dñs miſerat peſtilẽtiã a Dan vſq; Berſabee:angelus dñi apparuit ipſi Dauid ſup areã Iebuſei:q̃ erat ſupra quendã monticulũ q dicebat̃ Moria:qui p̃cepit Dauid:vt ibi cõſtrueret dño altare:& ſic ceſſauit plaga.In quo loco p̃cepit Dauid Salomoni ędificare tẽplũ dño ſecũdum exemplar & deſcriptionẽ ſibi traditã a ſpũ ſctõ.i quo exemplari cognouit Dauid multa myſteria de futuris.In quo ædificio & exemplari ſeptẽ myſteria & dignitates p̃uidit Dauid in ſpũ de eccleſia & ciuitate dei per Chriſtũ ædificanda.Nã primo p̃uidit ꝙ eccl'ia Chriſti erat ædificãda in populo gẽtili:eo ꝙ tẽplũ Salomonis per qd figurabatur eccleſia Chriſti fuit ędificatũ in p̃dio ſiue poſſeſſione illius hois gentilis.Secũdo ꝙ eccl'ia Chriſti ex parua erat in magnam amplianda:eo ꝙ Salomon vt ambiret tẽplum intra ciuitatem habuit eam dilatare & ampliare muro maiori. Tertio p̃uidit ꝙ nullus poterat ſaluari a morte peccati niſi per eccleſiam dei & eius ſacramenta:eo ꝙ ilico poſt cõſtructionem altaris in illa area,ceſſauit peſtilẽtia.Quarto p̃uidit ꝙ myſteriũ incarnationis erat operandũ in illa eccleſia Chriſti.Quinto p̃uidit ꝙ illa eccl'ia erat ædificãda p cõuerſos de populo gẽtili.Sexto p̃uidit magnã proſperitatẽ & lætitiã illius eccl'ię.Hoc idẽ p̃uidit & intellexit in exemplari & deſcriptione templi ſibi tradita a ſpũ ſctõ.vt patet primi Paralypo.xxviij.¶Scdo eſt notandũ ꝙ oẽs iſtę reuelationes factæ ſunt ipſi Dauid in domo ſua quã conſtruxerat in monte Sion.in qua domo faciebat pſal.dũ erat in quiete & cõtẽplatione.maxime poſtq̃ quieuit a bellis & negotijs: quia tunc dedit operã ad ampliandũ cultũ diuinũ:& ad cõdendos pſal.Vñ dicunt:ꝙ Dauid ex parte noctis erat i cõtẽplatione myſterioꝝ dei.& ſic in tali cõtẽplatione opprimebatur ſomno:& ventus intrabat a parte aquilonari p feneſtrã:& mouebat chordas citharę & pſalterij pẽdentis ad caput lecti ſui:& ſic excitabat̃ a ſomno:& tunc ſpirit⁹ ſanct⁹ intrabat & ſuggerebat ipſi Dauid q̃cũq; ex parte noctis cõtẽplatus fuerat.& ſic de talibus reuelationibus & myſterijs condebat pſalmos.Quę quidẽ opinio nõ totaliter eſt abijcienda.Nã qñq; reprobi viri ipſa veritate coacti dicũt aliquando verũ.Nã dictũ eſt in principio:quõ ſpũs ſanct⁹ multis modis tangebat mentẽ ipſius prophetę Dauid:& maxime p interiorẽ inſpirationẽ.Nã per myſteria p̃ſentia reuelebant̃ & rep̃ſentabant̃ ipſi myſteria futura de Chriſto & eccl'ia:dũ erat in illa cõtẽplatione in ſuo ſtratu vt ipſe frequenter refert.Vñ dũ eſſet in cõtẽplatione in domo ſua in mõte Sion fuit ipſi reuelatũ a ſpũ ſancto qual'r in eodẽ loco vbi erat ipſe:debebat Chriſtus cõdere ſacramẽtũ euchariſtię:& dare finẽ legi ve.& incipere nouã.Et in eodẽ loco debebat ædificare eccl'iam ex lapidibus viuis ſupra.xij.mõtes.ſ.ſupra.xij.ap'los,mittendo eis ſpm̃ ſanctũ qui debebat eis inſpirare intelligentiã ſacrarũ ſcripturarũ & infundere ſeptẽ gña donoꝝ & gratiarũ:cũ quibus debebat ædificare & congregare eccleſiã:& exinde exire per totum orbẽ terrarũ,& p̃dicare euangeliũ p totũ populũ gentilẽ:& introducere ipſum in eccleſiã.vñ manifeſtũ eſt ꝙ in eodem loco vbi Dauid fecit pſal.recepit ſupradictas reuelationes.ſ.in monte Sion:& ibidem Chriſtus fecit cœnã:& apoſtoli receperunt ſpiritũ ſanctũ:Vt oſtendit̃ hodie in monaſterio fratrum minorum,& eccleſia quę ſita eſt in monte Sion.Hoc ergo præuidens Dauid in ſpiritu fecit iſtũ pſalmũ in quo prędicit ſeptẽ reuelationes ſibi reuelatas de iſta ſanctiſſima eccl'ia & glorioſa ciuitate dei.Et ſic iſte pſal.habet ſeptẽ partes.Nã i prima parte oſtẽdit ꝙ iſta ciuitas dei erat

fundata in mōtib⁹.i.viris ſctis.Scdo ꝙ de⁹ debebat dilige-
re & deſpōſare ſibi iſtā ciuitatē & magis diligere ꝗ ſynago-
gā.In tertia ꝙ iſta ciuitas erat ꝑ totū orbē amplıāda & ex
pplo gentili cōgregāda.Quarto ꝙ in ea erat implēdū mi
rabile myſterium incarnationis.Quito & ex cōſequenti ꝙ
iſta ecclia.debebat eſſe mater dei & a deo fūdari.Sexto ꝙ
in ea erat ꝓmulganda & manifeſtanda lex & veritas euā-
gelica.In ſeptima ꝙ finis huius ciuitatis eſt ſūma felicitas
& perfecta btitudo.Tertia ibi.Memor ero Raab & Baby-
lonis.Quarta & quita ibi.Nūqd ſiō dicet hō.Sexta ibi.Do
min⁹ narrabit.Septia ibi.Sicut lętantiū.Quātū ad primuꝫ
duplr poſſum⁹ ꝓcedere i hoc pſal.ſcdm ꝙ pōt fundari in
duab⁹ pticulis.Primo ꝙ dicat Dauid apoſtrophādo ad ci-
uitatē Dei:& ecclię,dicendo. O ciuitas Dei glorioſa ſunt
mihi dicta & reuelata de te.Nā primo ꝙ es fūdata in mō-
tibus ſctis.Scdo dilecta.Tertio cōgregata ꝑ totū orbem ex
pplo gentili.Quarto ꝙ eccleſia debet eē mater Dei.Quī
ta ꝙ Chriſt⁹ qui fundauit eā:debet ex ea naſci.Sexto ꝙ in
ea pdicatur euangeliū.Septimo ꝙ finis hui⁹ ciuitatis eſt ſū
me felicitas.Secundo pōt fundari iſte pſal.ſupra illam par-
ticulā.ſ.diligit dñs portas ſion ſuper omnia tabernacula Ia
cob.Quaſi dicat propheta ꝙ Deus deſpōſauit ſibi eccliaꝫ
propter ſepteꝫ dignitates.Primo quia eſt fundata ſupra ſā
ctos viros.Scdo quia glioſa & mirabilia dicta ſunt de ea in
vtroq; teſtamento.Tertio ꝓpter eius proſperitatē & lati-
tudinem ꝗ eſt toto orbe diffuſa:& ex gentibus congregata.
Quarto quia per altiſſimū fūdata.Quinto quia myſteriuꝫ
incarnationis in ea factū.Sexto qa lex euāgelica in ea eſt
manifeſtata.Septio qa finis ei⁹ ē btitudo & felicitas.quō-
cunq; ergo ſit,ſeptē dignitates ecclię Chriſti memorant̄ in
M hoc pſal.ꝑut dictum eſt.¶Quātū ad primū ergo ꝓpheta
cōmendando eccliam dicit.Nō eſt mirum ſi Chriſt⁹ deſpō
ſauit ſibi eccliaꝫ.Nā inter cæteras dignitates habet iſtā,ꝙ
eſt fundata in mōtibus ſanctis.i.ſup.xij.lapides altiſſimos:
qui ſunt duodecim articuli fidei:ꝗ ſunt fundamenta totius
eccliæ.ꝗ fundamēta ſunt & fundantur in montibus ſāctis.i.
ſup.xij.viros ſanctos q ſunt duodeci apli:q dicunt̄ mōtes ſā
cti ab eminētia ſctitatis & altitudine gratię & ſciētię:ſupra
quos eſt fūdata iſta ſctiſſima ciuitas.ꝗ habet quatuor prin-
cipales portas.ſ.baptiſmū ad intrandū:& pniam ad redeū-
dum:& ordinem ad aſcendendum:& extremā vnctionem
ad exeundū.Et etiā.xij.articuli fidei nō ſolū dr̄ fundamē
ta huius ciuitatis:ſed etiā portę:inquantū ꝑ eas intramus
in eccliam.& ſunt ordinatę iſtę.xij.portę inter ſe & vna eſt
infra aliā:& ideo nēo pōt ꝑuenire ad infimā & interiorē turri
huius ciuitatis:niſi ordinatim tranſierit per iſtas duodecim
portas.Prima porta eſt credere in vnū deū trinuꝫ & vnum
creatorē cæli & terrę.Scda articulus incarnationis. Tertia
articulus paſſiōis.Quarta.deſcenſus ad inferos.Quinta ar-
ticulus reſurrectionis.& ſic vſq; ad vltimum. Et ideo nemo
poteſt tranſire ꝑ ſcdam portā:niſi penetrauerit primā quia
ſecūdus articulus ꝑſupponit primū:& terti⁹ ſcdm:& ſic per
ordinē &c.Clauis aūt harū portaꝝ eſt fides per quam ape
riūtur iſte portę.Et ſic duodeciꝫ articuli non ſolūmodo ſūt
portę hui⁹ ciuitatis ſed etiaꝫ fundamēta:& .xij. apoſtoli ſūt
mōtes in quibus fundatur tota ciuitas.quā diſpoſitionē ciui
tatis nō ſolūmodo ꝑuidit Dauid in ſpū in hoc pſal.ſed etiā
Io.Apo.xxj.vbi dicit.Et muri ciuitatis habent fundamen-
ta.xij.& i ipis .xij.noia.xij.aploꝛum & agni.Iſta ergo ciui-
tas eſt fortiſſime fundata & clauſa & murata ꝙ portę inferi
non præualebūt aduerſus eam.vt ait ſaluator Matth.xvij.
Portę enim inferi ſunt ſeptem vitia capitalia quibus & per
quæ eſt ingreſſus ad infernum. Nam ſicut per.xij.articulos
fidei & eccliaſtica ſacramenta eſt ingreſſus ad hanc ciuita-
tem:ita ꝑ ſeptē vitia capitalia eſt aditus ad gehēnā.Dñs er
go diligit hanc ciuitatē,intantū ꝙ deſponſauit eā ſibi hic ꝑ
gratiā & in futuro per gloriā:vt patet Apo.xxj. Hanc pro-
duxit ex latere ſuo:hanc fundauit ſanguine ſuo:vt pꝫ Ioā.
xx.qñ ex latere eius exiuit ſanguis & aqua.Hanc fundauit
ſupra.xij.aploſ,qñ dixit.Quęcūq; ſolueritis ſupra terram:
erunt ſoluta & in cælis.Matth.xvij.& Ioā.xx. Licet vniuer
ſalem iuriſdictionē cōmiſit ſoli Petro.Matth.xvj.Tibi da-
bo claues regni cęloꝝ.& Ioan.xxj.qñ dixit.Paſce oues me-
as.Ex quo patet ꝙ duę dignitates memorantur in hoc ver
ſiculo.i.fundatio,& deſponſatio ecclię.Dicit ergo ꝓpheta.
Dñs Ieſus Chriſtus Meſſias in lege promiſſus diligit portas
Sion.i.ciuitatis dei ꝗ eſt ecclia:vbi & vñ deus ſpeculatur &
cernit̄.Quaſi dicat.Diligit iſtam ciuitatē.Primo ꝓpter por
tas ei⁹ quę ſunt eccliaſtica ſacramēta & virtutes theologicę
quibus eſt aditus ad eā.Scdo diligit eā:eo ꝙ fundamēta ei⁹
ſcꝫ articuli fidei ſunt & fundantur in montibus ſctis:quia fū
dati ſunt ſupra fundamenta aploꝝ & prophetarū:& diligit
iſtas portas & iſta fundamenta & ciuitatē ſup oia taberna-
cula Iacob.¶Ad cuius intellectum eſt notandū ꝙ Dauid
ꝓpheta in hoc loco alludit ad myſteriū ipſius Balaā qñ bñ
dixit tabernacula Iacob:vt habet̄ Numeri.xxiiij.qui cum
ſuaſu ipſius Balach aſcendiſſet ad maledicendum populo
Iſrael:& eleuans oculos vidiſſet Iſrael in tētorijs commorā
tem ꝑ tribus ſuas:irruente in ſe ſpū dei, & cogente eum di-
xit.Qꝫ pulchra tabernacula tua Iacob:& tentoria ſua Iſrl̄
vt valles nēoroſæ:vt horti iuxta fluuios irrigui:vt taberna-
cula ꝗ fixit dñs quaſi cedri ꝓpe aquas:fluet aqua de ſitula
eius:& ſemen illius erit in aquas multas.& infra.Qui bene-
dixerit tibi erit ipe benedictus:qui maledixerit tibi in ma
ledictione reputabitur.& infra.Orietur ſtella ex Iacob &c.
Quæ quidem benedictio ſi quis diligenter velit intueri nō
pōt cōuenire niſi Chriſto & ecclię ſuæ.In qua benedictiōe
ꝑdixit Balaā totū principiū eccliæ:qñ ex modica debebat
creſcere in magnā.& ſic illa tabernacula Iacob fuerūt figu-
ra ipi⁹ ecclię xpi.Et iō qñ dixit.Qꝫ pulchra tabernacła tua
Iacob:& tentoria Iſrael,non benedixit illa tabernacula ꝓ-
pter ſe:ſed inquātum figurabant eccleſiam Chriſti.Et ideo
Balaā ex ꝑcepto dñi in illa benedictione ꝑdixit totum my-
ſteriū & proſperitatem & illationem & victoriā & gloriam
futurā ecclię Chriſti.Vñ Dauid cōtēplās totā illā bñdictio
nem & myſteriū ꝑnouit in ſpū totū fundamentū & progreſ
ſum & finē ecclię Chriſti figuratę per illa tabernacula.Et
ideo dicit hic.Diligit dñs portas Sion ſup oia tabernacula
Iacob.quaſi dicat ꝙ Chriſtus rex Meſſias diliget ſuam ec
cleſiā & ciuitatē dei quā ipſe debet fundare & in ſponſam
aſſumere ſuper oia tabernacula Iacob.i.magis ꝗ illa taber
nacła materialia ꝗ vidit Balaā:qa illa erāt figura hui⁹.Et
ex conſequenti diliget magis eccliam ꝗ ſynagogam & figu
ratū ꝗ figuram.Ex ſupradictis verbis patet ꝙ ſynagoga ꝑ
illa tabernacula materialia intellecta a Chriſto erat repu
dianda in aduentu ſuo:& eccleſia erat diligenda & deſpō-
ſanda qa Chriſtus non poterat habere duas ſponſas.Et ſic
patet differentia,& dignitas ecclię Chriſti ſupra ſynagogā
& tabernacła materialia.nā iſta eccła fūdat̄ ſupra ſctōs mō
tes & lapides viuos qui ſunt apli & ꝓphetę & doctores:&
maxime fundatur ſupra maximā petram qui eſt Chriſtus.
ſynagoga aūt ſiue tēplū Salomonis fundabatur ſupra lapi
des mortuos & paruum mōticulū.Hoc idem eſt dicendum
de Hierlm terrena materiali.& hoc eſt dictū quo ad primā
& ſcdaꝫ dignitatē ipi⁹ ecclię Chriſti. ¶Eſt etiā ſciendū ꝙ
fundamēta ecclę ꝗ ſunt articuli fidei & eccliaſtica ſacramē-
ta fuerunt iacta & inchoata in mōtibus ſctis materialibus.
Nam in monte Caluariæ vbi Abraham immolauit Arie-
teꝫ pro Iſaac:vbi facta fuit ipſi de Chriſto repromiſſio:ibi-
dem fuit Chriſtus crucifixus.Ex cuius latere orta eſt eccle-
ſia & oia ſacramenta.& in mōte Sion Chriſtus inſtituit ſa-
cramentū euchariſtię:vbi Melchiſedech obtulit panē & vi
num.& ibidē apli receperunt ſpm̄ euangelicum:vbi Dauid
receperat ſpm̄ propheticum:& cōdiderat pſal.Item tertio

Chriſtꝰ p̃dicauit & docuit in tẽplo ſito in mõte Moria. vbi apparuit angelꝰ pcutiẽs in area orna Iebuzei. Et patet q̃liter eccľia fuit fundata & inchoata in his duobus vel tribus mõtibꝰ ſcťis:& exinde deriuata fuit & toto orbe diffuſa. Iõ dicta eſt Hierusalem, vt dictum eſt pſal. xlvij.

## Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei.

¶ Hic ponitur tertia dignitas ipſius eccleſię. & .ij. rõ quare deꝰ tm̃ diligit eã. q̃ dignitas & rõ eſt q̧a glioſa dicta ſunt de ea in veteri teſtamẽto & in nouo. Nã oia q̃ geſta ſũt in veteri & nouo cõtingebãt illis in figura. Vñ demonſtrat apľs per totã epľam ad hebræos, q̧ totus diſcurſus de creatiatione mũdi ſignificat fundationem eccľiæ ſcdm oẽs ptes eius. Similiter eccleſia figuratur p fabricationẽ arcæ Noe. Item eccľia figurať p egreſſũ Abrahæ de terra ſua in terrã Chanaã p ſacrificiũ Iſaac. Et per Iacob qñ vidit ſcalã: & per fabricationẽ tabernaculi Moyſi: & p exemplar & deſcriptionẽ eiuſdẽ. qd oſtẽdit apľs ad Hebręos. ix. & p egreſſũ Iſrľ in terrã promiſſionis: & p exẽplar & deſcriptionẽ quã accepit Dauid a ſpũ ſancto pro tẽplo ædificãdo. Et ſic de oibꝰ myſterijs eccľiam figurantibus: in quibus Dauid p̃uidit in ſpũ fundationẽ eccľię per Chriſtũ & apľos: & progreſſum & pſperitatẽ ipſius. Et ideo dicit hic. O ciuitas dei glorioſã & magnifica dicta ſunt mihi de te & reuelata: prout intellexi & p̃uidi in ſupradictis myſterijs de te ſcriptis: q̧a p̃uidi i ſpũ qualiter fundamenta tua erunt in montibus id eſt in viris ſanctis, puta in apľis & prophetis: Vñ nota q̧ eccľia Chriſti fundatur in Chriſto per gratiã: ſed in prophetis & apľis fundatur per doctrinam vt ait apľs ad Epheſios. ij. Sed in apľis fũdatur p doctrinã veritatis: & in pphetis per doctrinã figuratiuã. & iſta eſt vera eccľia q̃ incepit ab Adã & proceſſit vſq̧ ad Chriſtũ in patriarchis & prophetis figuratiue & prophetice. ſed a Chriſto fundata eſt realiter per ſe & p apoſtolos ſuos: vt dictum eſt.

## Memor ero Raab & Babylonis ſcientiũ me. Ecce alienigene & Tyrus & populus Aethiopum hi fuerunt illic.

¶ Hic ponit quartã dignitatẽ ipſius eccľię, q̃ fuit dicta ipſi Dauid in ſpũ: q̃ eſt copia & mutiplicatio ciuiu3: & latitudo ſpatij: & diffuſio per totũ orbẽ terrarum. Nam illa terra pmiſſionis non continebat niſi filios Iſrael ſcdꝫ carnẽ. Et illa Hierľm terrena non capiebat niſi Iudæos de tribu Iuda. Et illa lex nõ obligabat niſi filios Iſrael ſcdm carnem. ſed iſta ciuitas dei fuit toto orbe diffuſa: & lex euãgelica fuit oibus nationibus mũdi pmulgata. Et ſic ciuitas dei & eccľia Chriſti fuit congregata ex omnibus ppľis & nationibus: & ex iudęis & gentilibus: nec eſt exceptus gentilis nec Iudęꝰ: nec Græcus: nec Aethiops: nec Scytha: quia omnes vocati ſunt ad eccľiam. Nã omnes fideles cuiuſcumq̧ nationis & conditionis ſint: Chriſtũ & legẽ euangelicam recipiẽtes ptinẽt ad eccľiam & ciuitatẽ dei. Ideo p iſtas quatuor nationes hic noiatas. ſ. per Raab & Babylonẽ & Alienigenas & Tyrum & ppľm Aethiopum intelligit totũ ppľm gentile3: qui ad hanc ciuitatem dei erat venturus per fidem Chriſti.

¶ Ad cuius intelligentiã eſt notandum: vt legiť Ioſuę. ij. q̧ Raab meretrix recepit exploratores quos miſerat Ioſue in domo ſua: & abſcondit eos: & rogauit eos: vt qñ ciuitas caperetur: ipſa ſaluaretur cũ domo ſuo: qd ita factum eſt. nam poſuit coccinu3 in feneſtra in ſignũ. Et qñ ciuitas eſt capta & euerſa, ſola Raab ſaluata eſt: & fuit recepta in ppľo Iſrľ & Salmon duxit ipſam in vxorem: ex qua genuit Booz. per quod myſteriũ fuit figuratus & ſignificatus populus gentilis: qui relicta idololatria & recepturus fidẽ Chriſti: erat cõnumerandus & recipiẽdus in eccľia. & debebat ponere coccinum in ſignum in feneſtra. i. debebat ponere crucem ſanguinis Chriſti per baptiſmum in fronte ſua. Et ſic ille ppľs p ſignũ crucis & baptiſmũ de vaſtatione diaboli liberatꝰ: Chriſto per fidem erat deſponſandus. & ſic fuit figura ipſa Raab de quocunq̧ conuerſo ad fidem relicta infidelitate. Et hoc eſt q̧ dicit hic propheta in pſona Chriſti. Vnde ait. in aduentu meo ſupple ero memor ipſius Raab. i. illius myſterij ſignificati per Raab. Nam ſicut populus Iſrael recepit ipſam Raab ad fidem & cultum vnius dei ppter actum quem fecit: ita ego recipiam populum gentilẽ idololatria3 relinquentem: & ſumentẽ ſignũ coccineum. i. crucem ſanguinis mei in fronte. Et ego deſponſabo ipm populum per fidem: & erit annumeratꝰ in eccleſia mea. Vnde Raab interp̃tatur ſupbia ſiue impetus: & Salmon interp̃tatur pacificus. Vnde ibi fuit ſignificatum q̧ populus gẽtilis qui erat ſuperbus debebat humiliari & ſubijci paci & virtutibus eccleſiæ. & ſic per Raab intelligitur quicunq̧ infidelis factus humilis fidei Chriſtianę ſubiectus. Et per Babylonem intelligitur populus confuſus: & per conſequens populus gẽtilis, qui erat in confuſione ſine lege. ſed principaliter ppľs Babylõnis qui ſemper fuerat inimicus populo dei, venit ad fidem per p̃dicationẽ apoſtolorum Simonis & Iudæ. Et iõ dicit hic Memor ero Raab & Babylonis: quia eos recipiã ad fidem qui magis videbantur inimici populi dei. Et non ſolummodo Raab & Babylonis ero memor: ſed omnium gentilium ſcientium. i. cognoſcentium me per fidem: & confitennum me Meſſiam & ſaluatorem. Nota q̧ in hebræo dicitur Memor ero Raab quod interpretať Aegyptꝰ. & iõ nominatur hic Babylon & Aegyptus: quia ſemp fuerũt cõtra populum dei. Sed in aduentu de primis venerunt ſimul cum Aethiopibus vt ſupra patuit pſal. lxvij. Venient legati ex Aegypto: Aethiopia p̃ueniet manus eius deo. Et iõ lr̃a Hieronymi habet. Ego recordabor ſupbiæ. i. Aegypti magnę & ſupbę. Et iõ ſequitur. non ſolummodo recipiam ſupradictos ad fidem in hac mea ciuitate: ſed etiam oẽs hi. ſ. alienigene qui non ſunt de Iſrael ſecundum carnem, ſicut eſt Tyrus: q̃ eſt in prouincia Phœnicię: & populus Aethiopum habitans inter Tropicos ſolis ad meridiẽ: quem beatꝰ Matthęus conuertit: oẽs inquam iſti fuerunt illic. i. erunt in hac ciuitate Sion. Noianť ergo hic quatuor vel quinq̧ ppľi per quos intelligiť tota gentilitas q̃ erat ventura ad hanc ciuitatem p fidẽ quã Chriſtꝰ debebat ſibi deſponſare. Et per hoc patet quarta dignitas huius magnę ciuitatis: q̃ eſt magnitudo ambitus & copia ciuiu3. Alia aute3 lr̃a habet. Memorabor Raab & Babylonis ſcientibus me. tunc debet ſic expõi. Ego memorabor. i. cõmittã, Raab & Babylõis apľis ſcientibus me: vt vocẽt eos ad fidẽ poſt reſurrectionẽ meã: ſicut dicimus quandoq̧ memoror tibi factum meum. i. committo tibi factum meum.

## Nunquid Sion dicet homo: & homo natus eſt in ea: & ipſe fundauit eam altiſſimus?

¶ Hic ponitur. v. dignitas eccľię: qd eſt myſteriũ incarnatiõis factũ in hac ciuitate dei: qd eſt incõprehenſibile & mirabile dictu in ſe & rõne circũſtãtiaꝝ. nã in ea quatuor mirabilia narranť. Primũ eſt q̧ deꝰ ſit factꝰ hõ. Scdm q̧ deus factus hõ ſit natus in hac ciuitate Sion. Tertium q̧ ipſe deꝰ altiſſimus factus homo fũdauerat ipſam ciuitatẽ in qua natus eſt. Nã iſta videnť contradicere. ſ. q̧ iſte fundauerit iſtã ciuitatẽ & ſit natus in ea. Quartũ mirabile eſt q̧ aliquis hõ poſſet perſuadere alteri hoiꝰ vt crederet iſta tria mirabilia ſupradicta. Et hæc quatuor mirabilia facta in ciuitate pponit hic propheta ſub interrogatiõe admiratiua, di. Nũqd Siõ dicet hõ. i. aliqs hõ dicet & pſuadebit ipſi Siõ & ipſi Hierľm. ſ. toti eccľię & ciuitati dei toto orbe diffuſę: q̧ credat q̧ deꝰ factꝰ eſt hõ: & q̧ ipſe factꝰ hõ ſit natus in ea: & q̧ ipſemet altiſſimus natus fundauit eã? quaſi di. hoc eſt mirabile dictu & difficile ad credendum: quia videtur impoſ-

ſibile. ¶ Vñ nota q̄ quaſi hoc idē adducit Aug. xxij. de ci. ca. iiij. ad probandū myſteriū incarnatiōis cōtra paganos. vñ dicit q̄ añ aduētū Chriſti tria videbanſ ipoſſibilia apđ Ariſtotelē & oēs philoſophos. Primū impoſſibile erat apđ eos q̄ deus poſſet fieri homo. Secundum q̄ mundus & maxime philoſophi & ſapientes hoc crederent. ſ. deū poſſe fieri hominē. Tertium videbaſ eis magis impoſſibile. ſ. q̄ homines ſimplices & plebei poſſent pſuadere philoſophis & cæteris vt hoc myſteriū incarnationis crederent. Tunc arguit Augu. Iſta tria videbanſ philoſophis impoſſibilia: ſed duo vltima ſunt facta poſſibilia: & iam in eſſe. ſ. quia iā totus mund⁹ hoc credit pro maiori parte. quia iā credit Deū factū eē hoiem. & etiā tertiū factum eſt poſſibile: quia. xij. apoſtoli & cæteri diſcipuli qui erāt ſimplices & plebei hoc pſuaſerūt philoſophis & totus mundus hoc credidit p eos: ergo ſequitur q̄ primū eſt poſſibile. ſ. q̄ Deus ſit fact⁹ hō! & incarnat⁹. nā philoſophi ita, Imo magis reputabāt impoſſibile ſcđm & tertiū q̄ primū. Vñ eſt aduertendū q̄ licet iſta videbanſ difficilia ad credendū: tñ habito myſterio & modo incarnatiōis efficiunſ credibilia. Nā verbū diuinū virtute ſpūs ſancti formauit illū hoiem ex puris ſanguinibus virginis: & formando animauit: & animando aſſumpſit illam humanitatem in vnitate perſonę. Et ſic aſſumpſit eſſentiaꝫ & humanitatem non aſſumēdo eſſe perſonale: immo ſuppoſitauit illū hoiem aſſūptū per ſuam propriam pſonalitatem. & ſic fuerunt duæ naturæ in vna perſona. Et ſic ille homo Deus natus eſt tēporaliter ex virgine ex opere ſpūs ſancti: qui formauit ex ſanguinibus puris virginis illud corpus. Et tota trinitas creauit animā in eodē inſtanti: & ſic verſus deus & homo perfectus eſt quo ad naturaꝫ: & natus eſt in eccleſia: qa i eodē iſtāti quo fuit cōceptus & incarnat⁹ fuit caput eccleſiæ: & Maria verum mēbrū eccleſiæ: ergo tunc iam fundauit eccleſiam: & anteq̄ naſceretur iaꝫ fecerat Ioānem baptiſtam mēbruꝫ eccłię & Zachariaꝫ & Helizabet: ergo tū nat⁹ eſt in eccleſia: quā ipemēt fūdauit in ſua incarnatione & conceptione: & poſtea in ea prædicauit & paſſus eſt & mortuus & reſurrexit: ergo iſtā ſtāt ſimul ſcilꝫ q̄ deus ſit factus homo & ſimul fundauit eccleſiam & poſtea ſit natus in ea. Nam ſua conceptio & incarnatio fuit fundatio ecclīæ &c. Et fuit poſtea poſſibilē q̄ hoīes ruſtici & ſimplices hoc myſterium philoſophis & mundo predicarent & eos conuerterent: quia non in virtute propria nec in ſapientia humana hoc fecerunt nec potuiſſent facere: ſed hoc fecerunt in virtute ſpūs ſancti quem in die pentecoſtes receperunt: qui loquebatur in eis: cuius virtus exuperat omnē ſenſum & captiuat omnem intellectum: & ſic totum redditur poſſibile. Et ideo ſequitur.

## Dn̄s narrabit in ſcripturis populorum: & principum horum qui fuerunt in ea.

¶ Nō mireris q̄ hoc ſit poſſibile. ſ. q̄ aliquis hō hoc potuerit perſuadere mundo. ſ. q̄ deus ſit factus homo: & q̄ ſit natus in ea ecclīa quā ipe fundauit. nā non erant ipſi apoſtoli qui loquebantur. nā dn̄s narrauit in ſcripturis & euangelijs & epiſtolis populorū. ſ. apoſtolorum qui erant populares & ſimplices & imperiti: & principū horum qui fuerunt in ea, .i. in ſcripturis principum horū qui fuerunt in ea. Nam apłi qui ante fuerunt populares & ruſtici poſtea fuerunt principes in eccleſia. Et iſti ſcripſerunt euangelia: & epłas canonicas: & act⁹ apłoꝝ: & apocalypſim: in quibus narrauerūt totum myſteriū incarnationis: & paſſionis: & conuerſationis: & p̄dicationis: & miraculorum: & mortis & reſurrectiōis: & aſcenſionis Chriſti. Et prædicauerūt toti mūdo: & conuerterunt infideles ad eccleſiam. Et ſic multiplicata & dilatata eſt magna ciuitas Sion. Etiam poteſt legi aliter licet ſub eadem ſnia ſic, Nunquid altiſſimus factus homo dicet .i. loq̄tur & p̄dicabit ipi Sion. ſ. ecclię: & ipe hō natus eſt in ea & ipe altiſſimus fundauit eam: quaſi di. hoc eſt difficile credere. Et ideo ſubdit ad ſoluēdā admirationē: q̄ dn̄s hoc narrauit in ſcripturis populoꝝ .i. q̄ euangeliſtę & apoſtoli inſpirati iſta myſteria narrauerunt in ſcripturis euangelioꝝ & epiſtolarum. Nā illa euangelia ſunt ſcripturæ populoruꝫ inquantum populi euangelio crediderunt: & ſunt ſcripturę principum & hoꝝ populorum qui ſunt apoſtoli, inquantū euangelia ſcripſerunt & p̄dicauerunt. Nam ibi traditur myſterium incarnationis. ſ. quō miſſus angelus Gabriel a deo ad virginem Mariā &c. Et traditur ibi modus natiuitatis & adorationis & conuerſationis vitę & mortis & paſſiōis & reſurrectionis & aſcenſionis & ſpiritus ſancti miſſionis: & pgreſſus eccleſię in actibus apoſtolorum. ¶ Eſt etiā aduertendū q̄ p ly populoꝝ poſſum⁹ intelligere doctores ecclīæ qui poſt apoſtolos ſcripſerūt quaſi di. q̄ licet hoc myſteriū incarnationis ſit difficile ad docendū & pſuadendū, tñ ipm ſine dubio eſt verū. Nā dn̄s deus narrauit hoc myſteriuꝫ incarnationis: primo prophetice in ſcripturis populoꝝ. ſ. prophetarum & patriarcharum: ſecundo in ſcripturis principū hoꝝ populoꝝ. ſ. apoſtoloꝝ qui fuerūt principes terræ. & itē dominus narrauit hoc myſterium in ſcripturis populorum id eſt doctoruꝫ, & in ſcripturis principum horum. ſ. apoſtolorū qui fuerūt principes hoꝝ doctoꝝ: q oēs tam populi q̄ principes eoꝝ fuerunt ciues in hac ciuitate, licet apłi fuerīt principaliores. Item etiā p ly populoꝝ intelligūtur omnes ſimplices fideles vtriuſq; teſt. & p principes hoꝝ populoruꝫ intelligūtur oēs patriarchę & pphetę & apłi & euāgeliſtę & doctores no. te. Nā vna & eadē eſt ſcriptura populoꝝ fideliū & principū eoꝝ. ſed iſta ſcriptura dicitur populoꝝ iquātū eſt eis prædicata: ſed dicitur principū inquantū ab eis eſt pprio ſcripta & p̄dicata & declarata. Et p ly principū hoꝝ poſſunt intelligi apoſtoli & euangeliſtę qui fuerunt principes doctoꝝ totius eccleſię. Nam doctores populares ſunt reſpectu apoſtoloꝝ & euangeliſtaꝝ: nam iſti conati ſunt intelligere & gloſſare & declarare dicta apoſtolorum & euāgeliſtarū: & declarare myſteriuꝫ incarnationis & paſſionis &c. Ideo dicit ppheta: Dn̄s narrabit hæc myſteria ſupradicta in ſcripturis populoꝝ .i. doctorum eccleſię. ſ. Auguſtini: Hieronymi: Ambroſij: & Gregorij. Et in ſcripturis pricipū horum: qui fuerunt apoſtoli & euangeliſtę. quorum ſcriptutis eſt credendum. Ideo qui iſta non intelligit myſteria recurrat ad ſcripturas: & in eis inueniet veritatem: & ſic ſoluetur omne dubium & omnis contradictio. Ex his patet q̄ dignitas ecclīæ non ſolum apparet ex mirabili myſterio incarnationis & paſſionis & reſurrectionis: ſed etiam ex mirabili confirmatione & ſcriptura & p̄dicatione apoſtoloꝝ: & euangelij promulgatione & ſacrorum doctorum ſcriptura & declaratione. Et ideo eccleſia eſt tāto affectu Chriſto dilecta. Et ſic patꝫ ſexta dignitas hui⁹ magnę ciuitatis Sion: quia in ea erat pmulganda lex euāgelica, q̄ eſt manifeſtatio olim myſteriorum q̄ erant clauſa & obumbrata in lege veteri. Et hoc erat manifeſtandum p Chriſtuꝫ & apoſtolos & euangeliſtas qui fuerunt principes eccleſię: in quo euangelio continentur myſteria incarnatiōis & paſſionis Chriſti. quæ quidem myſteria poſtea fuerunt magis dilucidata per doctores in gloſſis ſuis. Et ſic qđ fuit per Patriarchas ſignificatuꝫ, & p pphetaꝫ obſcure prophetizatū: fuit poſtea p Chriſtum & etiam per apoſtolos in hac ciuitate manifeſte narratū & annunciatū & p doctores declaratum.

## Sicut lętantium omnium habitatio eſt in te.

¶ Hic ponit ſeptimā dignitatē ecclīæ rōne finis: quę eſt ſūma lætitia & felicitas in patria. Ad cuius euidentiā eſt aduertendum ſicut dictum eſt in principio: q̄ eccleſia militās & ſuperna triumphans eſt vna: ſed ſe habent ſicut via & terminus ſiue patria: ſicut mare & portus: ſicut finis & ea quæ ſunt ad finē. Nam ſicut triumphus nō pōt adipiſci: niſi præceſſerit pugna & victoria: & portus niſi p̄ceſſerit nauigatio

nec terminus niſi decurſa fuerit via: Ita patria paradiſi, nec illa triumphans eccleſia poteſt attingi niſi quis peregrinatus fuerit per iſtam: cum iſta ſit finis itineris huius: & per cõſequens continuatur tanq̃ finis. Et ſic dicitur illa eccleſia finis pugnę & militię & nauigationis & laboris & triſtitię. Et ideo adepto fine omnia iſta ceſſant: & manet quies & gaudium & lętitia. Et ſic eſt perpetua felicitas in ea abſq; altera admixtione. Et hoc propter tria. Primo ratione ſubiecti ſiue potentiæ. Secundo ratione obiecti. Tertio ratiõe vnionis potentię ad obiectum. Primo ratione ſubiecti ſiue potentiæ. nam ratio quare hic non poteſt eſſe vera felicitas nec perpetua lætitia, eſt ratione corporis ſubdit miſeriæ, infirmitati, corruptioni, & paſſionibus. ſ. timori, auaritiæ, triſtitię, zelo, inuidiæ, indignationi, ſpei, deſperationi, ire: & ſic de cæteris naturalibus paſſionibus, quæ non ſinunt hominem eſſe felicem. Sed per mortem anima expoliatur ab omnibus his paſſionibus: & per reſurrectionem recuperabit corpus incorruptibile & glorioſum cum omnibus dotibus glorię &c. Igitur non poterit eſſe infelix ratione corporis & potentiæ ſiue ſubiecti, ſed felix. Secundo inerit felicitas ratione obiecti quia ibi nulla erit miſeria proximorum: nec ſenſus aut potentiæ noſtræ poterunt percipere aliquam miſeriam cũ nulla ſit in alijs. quia hic licet quis non habeat miſeriam: tamen triſtatur dum videt eam in proxio. ſed ibi nulla erit miſeria nec in ſe nec in proximo. ergo non poterit eſſe triſtitia. ſed quia vnuſquiſq; beatus videbit & poſſidebit deum in quo ſunt omnia bona: & nullum malum, & in eo fruetur: ergo in ipſo felicitabitur. Sed quia deus intantũ vnietur & vnitur vnicuiq; beato vniõe inſeparabili ꝙ quaſi immutabitur in deũ: ideo magis erit in deo vnuſquiſq; beatus: q̃ in ſeipſo: quia amor tranſmutat amantem in amatum: & anima magis eſt vbi amat q̃ vbi informat: & ſic eiꝰ felicitas erit copioſa & ſecura & ſufficiens ſatians appetitũ & ppetua. Et totum hoc & omnes has tres rationes tangit apoſtolus primę ad Corinth. xv. cum dicit ꝙ corpus hoc induet incorruptionẽ: & mortale hoc induet immortalitatem. Tunc deus erit omnia in omnibus. Super quod dicit Auguſtinus in de ſpiritu & anima cap. viij. Cũ corporale hoc induet incorporalitatem: & mortale hoc induet immortalitatem: tunc mẽte & corpore ſpirituales effecti ſecundum modulum noſtrum per mentis illuminationem omnia ſciemꝰ: & corporis incorruptibilis leuitate vbiq; eſſe poterimus: volabimus mente per contemplationem: volabimus corpore per incorporabilitatem: diſcernemus mẽte: diſcernemꝰ corpore, cum ſenſus noſtri vertẽtur i rationem: & ratio in intellectum: & intellectus in intelligentiam: & intelligentia mutabitur in deum. Ex quo patet ꝙ ibi non poterit eſſe niſi pꝛpetua felicitas. vnde. xxij. de ciui. dei. cap. vltimo. dicit. Quãta erit felicitas illius æternæ ciuitatis: vbi nullũ malum nulſum latebit bonum: vocabitur dei filius in ſæcula ſęculorũ. Sed quia felicitas nil aliud eſt niſi perpetua lętitia. Felix eſt dicitur quaſi ferens lætitiam. Ideo Dauid hoc præuidens i ſpiritu dicit. Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te. id eſt glorioſa dicta ciuitas de te bene mlta glorioſa dicta ſũt: & bene merito ciues tui ſunt felices: nam habitatio tua eſt ſicut habitatio & ſocietas & congregatio omnium lætantium Et dicit ſicut omnium. nam licet hic ſit qñdoq; aliqua lætitia in aliqua ciuitate: tñ non oẽs lętantur, quia aliquis eorum patitur triſtitiã. vñ raro eſt in hoc mũdo ꝙ aliquis celebret nuptias quin alter celebret funeralia. Et nõ ſolũmodo accidit in eadẽ ciuitate: ſed etiã in eadẽ domo. nam ſi aliquis lętatur alter triſtatur. Sed quia in illa glorioſa ciuitate nullus poteſt eſſe malũ: & nullum latet bonum: ergo nullus poteſt triſtari. ergo eſt habitatio oim lætantiũ: & non quorũdã tñ ſed omniũ. Et in hoc differt illa lætitia ab iſta: quia eſt oim & ſp & perfecta: & ſufficiens lætitia: cũ ſit ſtatus oim bonorum aggregatione pfectus. ¶ Ex ſupradictis patent. vij. dignitates & perfectiones huius ciuitatis & eccleſię Chriſti Quarũ prima eſt, ꝙ non eſt fundata ſuper lapides mortuos: ſed ſup montes & viros viuos & ſanctos. Secunda ꝙ Meſſias diligit iſtam ciuitatem magis q̃ veterem ſynagogam. Et hanc ſibi deſponſauit. Tertia ꝙ omnes patriarchę & prophetę dixerunt multa glorioſa de iſta ciuitate. Quarta ꝙ hæc ciuitas recepit in ſe omnes nationes mundi. Quinta ꝙ fundator huius ciuitatis qui eſt deus altiſſimus, natus eſt in ea & per conſequens eſt filius eius. Sexta ꝙ in hac ciuitate pronunciatum eſt euangeliũ per hoies ſimplices: per quos totꝰ mũdus credidit. Septima: ꝙ finis huius ciuitatis eſt ſumma felicitas & habitatio omnium lætantium ſine triſtitia in gloria cæleſti. & per conſequens iſta ciuitas eſt via & ordiatur ad illam. Ex omnibus iſtis ſequitur ꝙ hæc glorioſa ciuitas de qua loquitur hic propheta Dauid: eſt tota eccleſia dei toto orbe diffuſa: quam Chriſtus ędificauit & fundauit in aduentu ſuo ſuper. xij. fundamenta articulorum fidei: & ſuper xij. montes ſanctos, ſcilicet apoſtolos: cui ciuitati conueniũt omnes dignitates & conditiones ſupradictę. quæ omnes in ea fuerunt complete.

¶ Secundo ſequitur eſſe vanam & fictam ſpem Iudæorum modernorum qui expectant prophetiam huius pſalmi implendam per futurũ Meſſiam: quem falſo expectant: quæ ſpes & perſuaſio multipliciter eſt falſa. Primo quia Meſſias conditor huius ciuitatis erat venturus ad ſecũdum templũ, vt patet per Aggęum & Malachiam & Zachariam: quibꝰ deꝰ promiſit mittere Meſſiam in illud templum. ſed illud templum fuit deſtructum per Titum & Veſpaſianum. xlij. anno poſt aſcenſionem Chriſti. ergo ſequitur ꝙ iam venerat Meſſias vt latius alibi declaratur. Secũdo eſt falſa talis ſpes: nam poſt deſtructionem ſcdi illꝰ templi non expectatur aliud templũ reędificari: vt patet Danielis. ix. capi. vbi dicit ꝙ poſt hebdomadas. lxij. ab ędificatione ſecũdi tẽpli occidetur Chriſtus: & non erit eius populus, qui eum negaturus eſt: & ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo: & finis eius vaſtitas: & vſq; ad conſũmationem & finem perſeuerabit ſtatuta deſolatio &c. Itẽ per Aggęum dicitur in. ij. cap. Maior gloria erit huic domui nouiſſimę q̃ primę. & per conſequens ſi illa domus fuit nouiſſima non expectat alia in Hieruſalem. Ex ſupradictis patet ꝙ poſt illam deſtructionẽ q̃ facta eſt per Romanos poſt illas ſexaginta duas hebdomadas & poſt mortẽ Chriſti nõ debet amplius aliud templum in eodem loco ędificari: nec etiam alia ciuitas eiuſdem cultus: immo debet perſeuerare ſtatuta deſolatio vſq; ad conſummationem & finem mũdi. Hoc idem patet p Hieremiam in. vij. ca. vbi deus vocat mẽdaces & deceptores iudęos modernos qui expectant tertium templum ędificari poſt illud ſcdm deſtructum: & pſuadent ſimplicibus Iudæis tertium templum expectandum & ędificandum. vñ dicit deus per os Hieremiæ. Nolite confidere in verbis mendacij dicentes templũ domini, templum dñi, templum domini eſt. hoc innuit deus ꝙ bene fuit templum domini primum ędificatum per Salomonem & templum dñi ſecũdum reędificatum per Zorobabel & Aggęũ & Zachariam & Malachiam: ſed nunq̃ erit templum dñi tertiũ quale ipſi expectant: quia nunq̃ tertio reędificabit. Hoc idem patet ſuperius pſalmo. xxvij. vbi dicitur Deſtrues illos & non reędificabis eos. Ex ſupradictis & multis alijs patet ſpem & perſuaſionẽ eorum eſſe falſas. Tertio patet falſitas eorum. nam ciuitas terrena quam expectant p falſum Meſſiam in monte Sion eſſe conſtruendam non poſſet eſſe talis nec habere has ſeptem conditiones quas propheta Dauid hic deſcribit vt patet per ſingula. nam cum talis ciuitas ſit in arcto loco ſita, non poſſet capere omnes populos Aethiopum & Scytharum & Babyloniorum & omniũ nationum & linguarum: nec poteſt eſſe habitatio oim lętantium &c. Sed hæc quęſtio alibi determinabitur.

DOmine deus ſalutis meę: in die clamaui & nocte coram te.

Intret in conſpectu tuo oratio mea inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta eſt malis anima mea: & vita meã inferno appropinquauit.

¶ Titulus, Cãticum pſalmi filijs Chore ad victoriã ſiue in finem ſuper Malaach ad reſpondendu; eruditio ſiue intellectus Heman Hezeraite. Ex hoc titulo habet̃ ꝙ iſte pſalmus continet maximum myſterium: eo ꝙ cum magna ſolennitate & cerimonia cantabatur. Vnde Dauid rex & propheta qui fecit hunc pſalmum iuxta reuelationem ſibi factam dedit ipſum cantandum choro filiorum Chore. vñ Heman qui erat cantor & princeps illius chori incipiebat verſum & totus chorus filiorum Chore reſpondebat & repetebat verſum: ſicut mos eſt in eccleſia quando dicuntur letanię ſanctorum & iſte pſalmus ſimul cãtabatur cum inſtrumento muſico, quod dicebatur Malaach: & cantabatur cũ toto conatu vocum vſq; in finem & vltimum punctum.

¶ Vnde hic clare oſtenditur ꝙ filij Chore erant cantores. Ex quibus verbis patet contradictio eorum qui negabant filios Chore fuiſſe cantores. Nam manifeſtum eſt ꝙ Hemã princeps vnius chori cum toto choro ſuo erat de filijs Chore. vt patet primi paralypo. vj. cap. vbi Eſdras deſcribẽdo diſpoſitionem cantorum, dicit ꝙ Dauid conſtituit tres pricipales cantores. ſcilicet Heman, Aſaph, & Ethan, Et demonſtrat tibi ꝙ Heman deſcendit de Zachar per Chore: & Aſaph per Gerſon deſcendit de Leui: & Ethan per Merari. Et ſic Heman erat Zacharita & Aſaph Gerſonita & Ethan Merarita. Sed vt eſſet diſtinctio inter ſacerdotes & choꝝ Heman, oẽs de choro Heman dicti ſunt filij Chore: ſiue Choritę. Sacerdotes autẽ dicti ſunt Aaronitę. eo ꝙ inter Aaron & Chore erat altercatio de ſacerdotio: & ſic qñ in titulis nominantur filij Chore intelligitur Heman cum fratribus ſuis cantoribus. Sed qa de filijs Chore non ſolum fuerunt cantores: ſed etiam ianitores vt patet primi Paralypomenon. xxv. ideo cõmuniter quando memorantur filij Chore in titulis intelliguntur cantores. & quando nominãtur choreitę intelliguntur ianitores. & in hoc decipiuntur illi qui dicebant ꝙ filij Chore non erant cantores ſed ianitores. nam manifeſte patet in ſupra allegato textu ꝙ quidam ex eis fuerũt cantores, & quidem ianitores. ¶ Sed eſt aduertendum ꝙ inter cæteros cantores Heman & Ethan fuerunt prudentiores in ſtudio & intelligentia ſacrę ſcripturæ. & ideo in commendationem eorum dicitur. iij. Re. uij. capit. ꝙ Salomon fuit ſapientior Ethan & Heman. Et hoc dicitur quia iſti fuerunt magiſtri Salomõis: qui declarabãt ipſi Salomoni intelligentiam pſalmorum ipſius Dauid & totius ſacrę cripturæ. Sed poſtea Salomon ſuperauit omẽs in ſcientia & ſapientia. Et ideo legitur primi paralypo. xxv. ꝙ iſti cantores & maxime filij Heman erant videntes. i. ꝓphetę regis: eo ꝙ declarabant Regi Salomoni ſacram ſcripturam: & maxime intelligentiam pſalmoru;: & non ſolũmodo Salomoni: ſed etiam toti populo: interpretabantur & declarabant intelligentiam pſalmorum prout in illo ſtatu poterant attingere. Et ideo dicebantur prophetę, nõ ꝙ ipſi condidiſſent pſalmos: ſed quia declarabant populo: ſicut modo faciunt noſtri predicatores. Et ſic in illo tempore tam cantores q̃ ꝑdicatores & recitatores prophetiarum dicebantur prophetę & prophetare. & ita dicitur in prçallegato capi. ꝙ Aſaph & Heman & Idithum prophetabant in cytharis & pſalterijs. & etiam de Saule dicitur ꝙ prophetabat inter prophetas. & etiam cantores vocat prophetas apoſtolus. primę ad Corinth. xiiij. cap. Ex ſupradictis patet ꝙ filij Chore in titulis pſalmoꝝ nõ memorantur vt cõditores pſalmoꝝ: ſed vt cantores vt dictum eſt pſalmo. xlj. talis enĩ ſpũs ꝓphetię ſoli Dauid datus eſt: vt ibi dictum eſt. Ex quo patet ꝙ Dauid fecit iſtum pſalmum & dedit ipſum cãtandum filijs Chore. in quo Hemã pricẽps incipiebat verſu; & cæteri filioꝝ Chore reſpondebãt & cãtabãt ip; cũ iſtrumẽto muſico dicto Malaach: qđ ſignificat infirmitates ſiue choꝝ. Et ideo qa loquit̃ hic de afflictiõe & iſirmitate Chriſti ꝑcepit Dauid vt cantaret̃ cũ tali inſtrumẽto. ¶ Sed de materia hu⁹ pſalmi eſt altercatio apud Iudęos modernos. nã quidã dicũt: ꝙ ꝓpheta loquitur hic de afflictionib⁹ & paſſionib⁹: quas paſſus & paſſurus erat ille populus vſq; ad captiuitatẽ Babylonicã. Alij aũt dicũt ꝙ loquit̃ de afflictionib⁹ quas Iudęi patiuntur i captiuitate in qua mõ ſunt de qua expectãt liberari per falſum Meſſiã futurũ. Sed hoc eſt manifeſte falſum. Nã lr̃a hu⁹ pſalmi non põt cõpetere illi pplo: maxie illud qđ ſcribit̃. Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber. Na; iſte ppl's nõ ſolũmõ fuit non liber a peccato: immo peior oib⁹ infidelib⁹: quia ſemꝑ regnauit in eo, idololatria: & nũc in eo regnat oẽ mẽdaciũ fraus, dolus, vſura, & rapina: & oia gña vitioꝝ. Et ſic in expoſitione huius pſalmi nõ ſolũmodo contradicunt lrę: ſed etiã de verbo in verbũ cõtradicunt ſibiipſis. Et ideo eſt dicẽdũ ꝙ Dauid in ꝑſecutiõibus ſuis ꝓuidens myſteriũ paſſiõis Chriſti & mortẽ & ſepulturã & reſurrectionem & maxime quõ erat affligendus a ſuis, fecit plures pſalmos: inter quos ꝑcipue fecit iſtũ. in quo Chriſt⁹ inquãtũ hõ & in forma ſerui cõquerit̃ apud prẽ; de infirmitatib⁹ q̃s paſſus eſt. Et iõ cãtabat̃ cũ illo inſtrumẽto dicto Malaach: qđ ſignificabat infirmitates & dolores & paſſiões: q̃s deflet ꝓpheta in ꝑſona Chriſti in hoc pſalmo. in quo duo facit. Nã pmo Chriſtus deflet apud prem infirmitates & paſſiões ſuas & ꝑſecutiones. Scdo petit liberari ꝑ reſurrectionẽ, ibi. Clamaui. ¶ Quãtũ ad primũ dicit Chriſtus. O dñe pater q es de⁹ ꝑ eſſentiã & deus ſalutis meę: qa quicqd habeo in forma dei habeo a te ꝑ eternã gñationẽ: & quicqd habeo in forma ſerui a te habeo ꝑ ſpũalẽ vnionẽ & gra;: ego clamaui in die. i. ꝑ totũ tp̃s meę ꝑdicatiõis vocãdo pplm ad fidẽ: & clamaui in nocte. ſ. tꝑe paſſiõis & ꝑſecutiõis. ſ. in horto: qñ ter oraui: puta ꝓ mẽbris meis & pro mea reſurrectione: & clamaui in cruce petens redemptione; eoꝝ. intret ergo oro mea in conſpectu tuo. i. accipe mortẽ meã & paſſionẽ in ꝑciũ ꝓ redẽptiõe mẽbroꝝ meoꝝ: inclina aurẽ tuã ad ꝑcẽ meã acceptando eam ſimul cum paſſione. & exponit qd aufert ꝓ noſtra redemptione dicẽs, qa repleta eſt aia mea malis. ſ. laborib⁹ & opprobrijs & cõuitijs & ꝑſecutiõib⁹: & flagellis & dolorib⁹ eſt repleta vſq; ad mortem concluſiue: intm̃ ꝙ aia appropinquauit vſq; ad infernũ. & dicit appropinquauit: quia ibi nõ manſit nec fuit tanq̃ reus & punit⁹: ſed tanq̃ victor & iudex & triũphator ad repetendã ꝑdã. Et nõ ſolum paſſus ſum dolores flagella & opprobria &c. ſed quo ad æſtimationẽ hominum qui putabant me ex neceſſitate mortuu; ex pctõ & impotentia & putabant ꝙ ſicut cæteri tanq̃ condẽnatus & ſubiectus & obnoxius pctõ primi parentis deſcendi in ifernum: cum ego ſolus ſim liber inter omnes mortuos & peccatores. Dicit ergo.

Aeſtimatus ſum cum deſcendẽtibus in lacum: factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris: quorum nõ es memor amplius: & ipſi de manu tua repulſi ſunt.

Poſuerunt me in lacu inferiori: in tenebroſis & in vmbra mortis.

¶ Aeſtimatus ſum a Iudęis cum omnibus hominibus deſcendentibus in lacum inferni: & ꝙ eſſem peccator & in numero alioꝝ hoim. Et ego qui ſum liber a peccato inter oēs mortuos: ac ſi eſſem peccator factus ſum derelict⁹ in triduo
P ſine adiutorio in poteſtate Iudęorū. ¶ Fuit profecto Chriſtus ex debito & ex natura ſolus liber a peccato: quia non ex opere Adam nec per naturalem generationem natus ē nec conceptus. Et ideo ſi virgo Maria fuit libera ab omni peccato: hoc non fuit de debito: ſed ex gratia, qua fuit ꝓuēta in ſui creatione anima eius &c. quia ſimul fuit creata & ſanctificata in corpore & anima. Et etiam fuit exiſtimatus a Iudæis ſicut exiſtimantur & cenſentur homines vulnerati vulnere corporali & ſpirituali dormientes & mortui iacentes in ſepulchris: quorum tu non es memor amplius vt eos ſuſcites: ita putabant ꝙ tu oblitus eras mei: & nunq̄ me ſuſcitares ad vitam glorioſam: & putabant ꝙ eram ſicut ipſi peccatores qui de manu tua & auxilio repulſi ſunt. Ita ergo putabāt Iudæi ꝙ tu repuliſſes me ab auxilio & amore & gratia: & ꝙ totaliter oblitus eſſes mei. Et ſic poſuerunt me in lacu inferiori .i. in ſepulchro quod erat exciſum ex petra ſubtus terraꝫ, & in locis tenebroſis & vmbra mortis. nam ſepulchra ſūt obſcura ſubt⁹ terrā & īportant horrorē & quādā vmbrā & feritateꝫ mortis: qa pauci ītrare audēt ad ſepulchra propter horrorem & terroreꝫ mortis. quaſi dicat. Mors & ſepultura non datur homini niſi in pœnā peccati ipſius Adę: ſed ego ſecundum naturam eram liber, immunis ab omni morte & peccato ſolus inter omnes peccatores: quia non obligatus eram peccato Adę: nec poteram peccare, quia non traxi fomitem in carne: nec poteram deuiare a regula veritatis nec deſtitui a gratia in qua eram cōfirmatus, etiam inquantum homo: nec poteram deuiare a veritate verbi cui perſonaliter eram vnitus. Et tamen punitus ſum pœna peccatoris q̄ eſt mors & ſepultura ſcdm ſententiam datam in Adam. ſ. morte morieris &c. quaſi dicat. non obligabar ad mortem & punitus ſum pœna mortis.

Super me confirmatus eſt furor tuus: & omēs fluctus tuos induxiſti ſuper me.

Longe feciſti notos meos a me: poſuerunt me abominationem ſibi.

Traditus ſum & non egrediebar: oculi mei languerunt pręinopia.

¶ Notandum ꝙ ſicut pluries dictū eſt pſal. lxxxiiij. ex tranſgreſſione præcepti Adam incurrit indignationem & iram dei & maledictionem & ſententiam mortis vtriuſq;. ſed qa ipſe non potuit ſatiſfacere pro ſe & ſuis: ideo Chriſt⁹ factus eſt caput noſtrum: & voluit portare pœnam omnium nr̄m: vt liberaret nos a maledictione & ſententia mortis æternę: & recuperaret nobis vitam. Noluit ergo trahere peccatuꝫ: ſed veſtigium & pœnā peccati: vt dictuꝫ eſt pſalmo. xxxiiij. quæ quidem pœna peccati dicitur furor dei: & fluctus ſententię dei: q̄ fuit paſſio Chriſti & flagella & perſecutio & dolores & opprobria & mors. Ita ergo iſta q̄ Adam & ſua poſteritas ex ira dei & ſententia debebat portare in pœnam peccati: hæc eadem voluit Chriſtus pro nobis perferre. Dicit ergo Chriſtus. O pater, furor tuus. i. ſententię tuæ datę in Adam, confirmatus eſt ſuper me. i. inductus eſt ſuper me: & omnes fluctus. i. perſecutiones tuas induxiſti ſuper me. i. oēs afflictiones & ꝑſecutiones & dolores quos Adam & genus humanum debuit pati ex furore & ſententia tua: tu ꝑmiſiſti induci & euenire ſuper me. Vnde non ſolū paſſus ſum dolores & flagella & perſecutiones: ſed etiam ſum deſtitutus & derelictus a meis amicis & diſcipulis, quia relicto me oēs fugerunt in captione mea: & populus Iudeorum qui erant noti mei & contribules: quibus tot beneficia contuleram: qui me defendere debebant: iꝑi me poſuerunt abominationē ſibi: loquendo de me per ciuitatem & vicos & plateas & tabernas: vocando incantatorem & maleficum &c. Traditus ſum a Iuda traditore in man⁹ Iudæoruꝫ & ligatus & ꝑcuſſus & ante Annaꝫ & Caipham opprobrijs & conuitijs affectus & illuſus & in maxilla percuſſus: & poſtea ante Pilatum examinatus & flagellatus: & tamē in omnibus his nō egrediebar vltra limites rationis: ſed cum patientia in oībus reſpondi: & abſq; propulſatione iniuriæ patienter tuli in corde meo & carne intantū ꝙ oculi mei langueruntflendo ꝑ inopia & defectu auxilij. Nā abſq; miſericordia tractatus fui ab eis & abſq; pietate.

Clamaui ad te domine: tota die expandi ad te manus meas.

Nunquid mortuis facies mirabilia? aut medici ſuſcitabunt & confitebuntur tibi?

Nunquid narrabit aliquis in ſepulchro miam tuā: & veritatem tuam in perditione?

Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua: & iuſtitia tua in terra obliuionis?

¶ Narrata ſua afflictione, hic ponit petitionem ſuā quā fecit patri in cruce in ſepulchro petēs reſurrectionē ſuā a mortuis: & poti⁹ petēs redēptionē & reſurrectionē ſuā a morte ꝑpetua & a pctō. Dicit ergo. Oculi mei languerunt præ inopia, qa clamaui ad te dn̄e in horto deꝑcādo pro membris. Et tota die expandi manus meas in cruce, brachijs apertis & eleuatis manibus in cruce rogando pro redemptione generis humani, petendo reſurrectionem non ſolū pro me de qua iā erā cert⁹: ſed pro reſurrectiōe gn̄is hūani a morte ꝑpetua. Et dicebam tibi. nunqd mortuis facies mirabilia?
¶ Vn̄ eſt aduertendū ſicut dictū eſt pſalmo. lxxiiij. ꝙ mai⁹ Q
miraculum fuit & eſt ſuſcitare & iuſtificare impium a morte pcti q̄ creare cælum & terram, propter rationes ibi aſſignatas. qa oportet ꝙ ibi prio deſtruatur pctm̄ & remoueatur obiex & mutetur voluntas: & ꝙ deus ponat de ſuo. ſ. ſanguinē &c. & creet etiam gratiā nouam. & hoc eſt maximū miraculum. Nam Paulus qui erat inimicus Chriſti, ſuſcitatus eſt ab illa iniquitate & mutatus eſt in virum alterum & factus eſt defenſor fidei & pro Chriſto paſſus eſt famem & carceres & ꝑſecutiones: & labores: & mortem. & reges gentiū, qui ꝓpter idola perſequebantur Chriſtianos ſuſcitati ad fidem propter Chriſtum deleuerunt idola. & omnes martyris fuerūt de populo gentili & doctores eccleſię. Dicit ergo Chriſt⁹ patri in ſua deprecatione. O pater nunquid mortuis facies mirabilia? quaſi dicat ꝙ maiora miracula facies in conuerſis ad fidē & p eos cōuertēdo alios q̄ creare cæluꝫ & terram. quaſi di. non relinquas eos mortuos: quia ſi manerēt i ſuo peccato & morte nullū hoꝝ miraculoꝝ ſequeret̄. Rogo te ergo p hanc paſſionē quā paſſus ſum manibus expāſis in cruce & p mortē & ſepulturā meā vt tu remittas eis pctā & ſuſcites eos a morte pcti: & p reſurrectionē iꝑi reſurgant in iudicio. i. vt reſurrectio mea ſit cauſa reſurrectionis oim vt appareant mirabilia & potentia tua, cū iꝑi qui erāt ꝑſecutores fidei ſint poſtea defenſores: & iꝑi q ꝑſequebantur Chriſtū in mēbris, poſtea moriant̄ ꝓ Chriſto: & ipſi qui erant ſub poteſtate diaboli poſſint in poteſtate mea fugare diabolum a corporibus obſeſſis, & ab aiabus pctōrum per eccleſiaſtica ſacramenta. ¶ Vnde nota ꝙ hic Chriſtus demonſtrat ꝙ ſua mors eſſet inanis & vacua niſi ſequeret̄ reſurrectio. q̄ qdem Chriſti reſurrectio debebat eſſe cā reſurrectionis omniū: qua nullus alius potuiſſet nos reſuſcitare a morte animæ: & etiam a corruptibilitate corporis: cum iꝑe ſolus ſit primitiæ omnium reſurgentium. & ideo ſubdit.

¶Nunquid medici ſuſcitabunt.i.poterunt mortuos a peccato aut morte corporali ſuſcitare, vt poſtea mortui confiteanť tibi? quaſi di.nō: quia non habent talem ptātem: q̄a ſolus ego poſſu ſuſcitare hoies a peccato: & p reſurrectionem meam potero ſuſcitare mortuos in corpus & vitāglorioſam. quaſi dicat: totum genus humanū eſt mortuū pc̄tō & ęgritudine ſpirituali & incurrit mortem corporalē: a qua nullus medicus poteſt eos ſuſcitare niſi per mortem & paſſionem meam & reſurrectionem meam. Itē nunquid medici corpales & hūani ſuſcitabūt mortuos ſupple: & ipſi mortui ſuſcitati cōfitebunť tibi? quaſi dicat nō, q̄ illi non habēt ptātem nec artem niſi ad ſanandas egritudines quandoq̄ corporales. ergo oportet vt tu ſuſcites me vt per reſurrectionem meā poſſim eos ſuſcitare. Et ſic confitebuntur tibi: & confitebuntur me eſſe verum Meſſiam in lege promiſſum: & recipient legem euangelicam & ſic ſalui fient & ſuſcitabuntur modo a peccato. & in die iudicij ad vitam glorioſā.

¶Nota ꝙ litera Hieronymi habet. Nūq̄d gigātes ſurgēt & confitebuntur te? & tunc eſſet ſenſus nunquid hoies terreni ſurgent &c. Sed maius ſacramentum videtur continere trāſlatio noſtra. demonſtrat enim ꝙ neceſſe eſt Chriſtū reſurgere vt ſuſcitet omnes alios: & ſua reſurrectio prędiceť per totum orbem vt oēs crederent per illum, quia ſi nō reſurrexiſſet: nulla fides fuiſſet ſibi data. & ſic reſurrectio ſua non ſolūmō eſt cauſa reſurrectionis corporis noſtri: ſed ſpiritualis a morte peccati, q̄a per fidē reſurrectiōis ſuę credidimus p̄dicationi apoſtoloꝝ: & recepimus legē euāgelicā p quā ſalui facti ſumꝰ & a pc̄tō ſuſcitati. Dicit ergo Chriſtꝰ. ſuſcita me vt poſſim enarrare p apl̄os meos miſericordiam & oipotentiā tuam. Nunquid aliquis exiſtens in ſepulchro narrabit miaꝫ & oipotentiā tuā: aut exiſtēs in perditione.i. in morte narrabit veritatē & legē tuā? quaſi di.non. immo oportet ꝙ ſuſcitetur a mortuis. Et ſic oportet ꝙ tu ſuſcites me a morte corporali: vt ego ſuſciteꝫ eos a morte ſpirituali: vt ſuſcitati poſſint te laudare. nam peccatores & infideles non laudant Deū ſed blaſphemant. Et ideo ſubdit. nūq̄d cognoſcentur mirabilia tua in tenebris mortis: aut iuſtitia tua cognoſceť in terra obliuiōis.i. in inferno omnes pc̄tōres ſunt extra memoriā & gr̄aꝫ & acceptionē tuā? quaſi di.nō: immo oportet ꝙ ego reſurgam a morte corporali & ſuſcitē eos a morte ſpirituali. Et ſic patet ꝙ omēs iſti quatuor verſus principaliter referuntur ad reſurrectionem Chriſti: & ex conſequenti ad reſurrectionem noſtrā. Vñ dicit. O pater reſuſcita me. nā aliter nō cognoſcēť mirabilia nec erit valida paſſio mea: nec aliquis alioruꝫ poterit reſurgere a peccato: cum mea reſurrectio ſit cauſa reſurrectionis omnium tā corporalis q̄ ſpiritualis.ſ. aię & corpis. Nā ſi ego nō reſurrexero & incineratum fuerit corpus meum in ſepulchro, & aīa permanſerit in inferno: non cognoſcentur mirabilia tua p̄dicta. Et ideo licet vtraq̄ expoſitio ſit neceſſaria, quia vna dependet ex alia: tñ Chriſtꝰ iaꝫ certus de ſua: principaliter petit noſtrā reſurrectionem corporis & animę ſcilicet vt p ſuam reſurrectionem nos reſurgamus.

Et ego ad te dñe clamaui: & mane oratio mea p̄ueniet te.

Vt quid domine repellis orationē meam auertis faciem tuam a me?

Pauper ſum ego & in laboribus a iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus ſum & conturbatus.

In me tranſierunt irę tuę: & terrores tui conturbauerunt me.

Circundederunt me ſicut aqua tota die: circundederunt me ſimul.

Elongaſti a me amicum & proximum: & notos meos a miſeria.

¶Iſta eſt ſecunda pars: in qua vt oſtēdat ꝙ magis rogat p nobis q̄ pro reſurrectione ſua de qua erat certus vult oſtendere ꝙ pro nobis paſſus eſt: & vt ſanaret infirmitates nr̄as & peccata & non pro ſe: cum ſit inter mortuos liber. Ideo dicit Chriſtus in perſona membrorum & corporis myſtici: & ego ad te dñe ſemp a principio clamaui poſtq̄ Adā peccauit: & reſurgens de mane anteq̄ aliquod opus facerem & faciā: oratio mea p̄uenit te rogando vt venias ad liberandū me ab huiuſmodi miſerijs.ſ. peccato & pœnis eius tēporalibus & æternis. Vt quid ergo domine & quare repellis orationem meaꝫ: & auertis faciē tuā a me? quia noluiſti me audire p tot ſpatia & ætates tēporis nec per patriarchas nec reges nec prophetas. veni ergo & adiuua me quia pauper ſum ego & ſemper in laboribus & afflictionibus a iuuentute mea. ¶Nam eccleſia ſemper paſſa eſt perſecutiōes per omnes ætates. R Primo paſſa eſt in Abel per Chaim. Secundo in diluuio. Tertio in Abraham Iſaac Iacob: & in captiuitate Aegyptiaca: & in prophetis: & multotiens fuit exaltatus ppl̄s in ſuperbia & rebellione & idololatria: & multotiens humiliatus p captiuitatē decem tribuum: & per captiuitatem Babylonis: & vaſtationem Antiochi: & fuit conturbatꝰ & afflictꝰ & iræ tuæ.i. ſentētia punitionis & terrores tui tranſierunt ſuper me & conturbauerunt me propter peccata mea in punitionem: & iſte perſecutiones & afflictiōes tota die.i. p omnes ætates circundederūt me ſimul ſicut aqua.i. ſicut fluctus maris circundant & torquent & concutiūt naueꝫ in pelago, ita perſecutiones & aduerſitates infidelium circundederunt & affixerunt me. & in omnibus his aduerſitatibus elongaſti a me omnem amicum quia omnes populi circundantes & omnes proximi mei.ſ. Idumæi qui erant fratres mei: & filij Edon ſiue Eſau fratris Iacob: omnes iſti fuerunt a me elongati: & etiam elongaſti omnes notos meos & amicos a miſeria & tribulatione mea derelinquendo me ſine auxilio. Dicit ergo populus & corpus myſticum p illo ſtatu: veni tu Chriſte & Meſſia: & libera me a peccatis propter q̄ hæc mala mihi euenerunt: & ſalua me. & iſte eſt vnus ſenſus. Sed etiā eſt alius ſenſus in quo loquitur Chriſtꝰ narrando perſecutiones quas patitur ꝑpter pc̄tā nr̄a: & vt ſanaret ifirmitates noſtras voluit ad ſe trāſferre pœnas peccati noſtri. Et iō dicit Chriſtꝰ in pſona mēbroꝝ infirmoꝝ. Ego ſum factus pauper & expoliatꝰ ab oibꝰ bonis gratuitis ratione mēbroꝝ ſiue in mēbris meis. Et ſemp fui in laboribus vulneratus fomite & lege mēbroꝝ & concupiſcentia a iuuētute mea, q̄a ſā naſcimur filij irę & vidictę. Et ſic qñq̄ ſū exaltatꝰ & rebellis i ſupbiā p pc̄tm̄, iquātū caro ſurgit aduerſus ſpm̄ & qñq̄ hūiliatꝰ p pœnitētiā & punitus tēporaliter p aduerſitates: & ſic maneo cōturbatus. in me tranſierūt iræ tuæ. hic loquitur caput i forma ſerui, di. O pater iræ tuę id eſt punitiones & pœnæ ſententię tuę eis debitę trāſierūt ſup me q̄a voluiſti vt paterer pro eis: & iō conturbauerunt me non cōturbatione mentis ſed doloris carnis. Et iſte afflictiones circundederunt me ſimul tota die & tpe paſſionis meę: ſicut aquā & fluctus maris circūdāt & quatiunt & agitāt nauē tpe tēpeſtatis. & ꝑ maiori affectiōe elōgaſti.i. elōgari pmiſiſti oēm amicuꝫ & proximū: & oēs apl̄os & notos meos a miſeria mea: q̄a in captione mea omnes fugerunt.

¶Et nota ꝙ oēs fluctus irę & ſentētię dei trāſierunt ſuper totū corpus myſticū quātū ad culpā & pœnā propter pc̄m̄ Adę. ſed illi fluctus tranſierūt ſup Chriſtū caput huius corporis quo ad pœnā tm̄: quia pro oībus paſſus eſt vt frequēter dictū eſt. Et cū tali intelligētia loquiť Chriſtꝰ i hoc pſal. Tota etiā iſta vltia ps pōt referri ad liberationeꝫ eccl̄æ de

perſecutionibus tyrannorum & cæterorum infidelium,
quas patitur vſq; ad iudicium.

MIſericordias dñi:inęternum cantabo.
In generatione & generationem an=
nunciabo veritatem tuam in ore meo.

M ¶ Titulus.eruditio Ethan Ezraitæ. ¶ Iſte Ethã fuit vnus
de principibus cantoꝝ quos conſtituit Dauid ad cantandũ
vt patet primi Paralypomenon.vj.cap. Vnde ibidem dicit
ꝙ Heman canebat chorum ſuum ad dexteram & Ethan
ad ſiniſtram.Vñ in pſalmo p̃cedenti dicitur ꝙ Hemã erat
Ezraita ſicut iſte:eo ꝙ erant oriũdi de quodam vico dicto
Ezra. Et ſic ambo erant Ezraitę.Per hoc patet mendaciũ
Iudæorum qui dicunt ꝙ iſti duo deſcendebãt de Iuda per
Zaran.Nã in ſupradicto capi.vbi deſcribitur genealogia
iſtorũ,demonſtratur qualiter omnes tres cantores erãt Le
uitę.Nam Heman deſcẽdebat de Leui p Zahat:& Aſaph
per Gerſon:& Ethan per Merari.Et ſic patet ꝙ Ethã erat
Merarita.Et creditur ꝙ iſte Ethã eſt ille Idithun.qui me=
moratus eſt in ſupradictis titulis.Nam eundem filium quẽ
Eſdras vocat Ethan in memorato.vj.capite:eundẽ vocat
Idithun in.xxv.ca.Et ſic apparet ꝙ Ethan erat binomius:
vnde ponitur in hoc titulo,Eruditio Ethan:inquantũ fuit
ipſi datus iſte pſalmus ad cantandum & etiam interpretan
dũ populo:quia Ethã erat prudentior & eruditior filiꝰ cum
Heman vt dictum eſt pſalmo p̃cedenti. Eſt ergo ſenſus hu
ius tituli.ꝙ Dauid fecit iſtum pſal.in quo fuit eruditus a ſpũ
ſancto:& dedit ipſum cantandũ ipſi Ethan & vt interp̃ta=
retur ipſm & erudiret populum. ¶ Ad cuius intellectum eſt
notandum ꝙ totus iſte pſal.fundatur ſuper promiſſionẽ fa=
ctam ipſi Dauid de perpetuitate & ęternitate regni ſui per
Chriſtum futura.Vñ tria fuerunt promiſſa ipſi Dauid.Prĩo
ꝙ Chriſtus Meſſias in lege promiſſus debebat eſſe de ſua
generatione ſcd̃m carnem:& ꝙ nunq̃ deficeret ſemen ſuũ
vſq; ad Chriſtum.Scd̃o ꝙ regnũ ſuũ debebat eſſe ęternum
& firmũ.De q̃ ꝓmiſſiõe habet.ij.Reg.vij.ca.Itẽ.iij.ꝙ Chri=
ſtus filius ſuus debebat ędificare domum dño.Hoc ergo p̃=
uidẽs Dauid in ſpũ non ſolũmodo per reuelationẽ Nathã:
ſed per propriam ſpũs ſancti inſpirationem:ꝙ tale pactũ
deus feciſſet cum domo ſua:fecit hunc pſalmũ:in quo duo
facit.Nam prĩo agit gratias de ſupradicta promiſſione.Se=
cundo petit ęternam ſucceſſionem ſui regni,explicando p=
ticulariter promiſſionẽ ibi. Tunc locutus es in ſanctis tuis.
¶ Quantũ ad primum duo facit. Primo prorumpit in lau
des pro ſupradicta promiſſione.Secundo admiratur mira=
bile myſterium incarnationis in ſua gñatiõe promiſſũ.Ibi.

N Confitebunť cæli. ¶ Quantũ ad primum eſt aduertendũ.
ꝙ cauſa quare deus promiſit omnibus ſanctis patribꝰ mit=
tere filium ſuũ in carnem,fuit mia eius vt liberaret genꝰ hu
manũ a miſeria & captiuitate pc̃ti.Et ſic per pomiſſionem
oſtendit maximã miam ſuã:& ſic promiſſio dicitur mia:ſed
impletio illius promiſſionis q̃ fuit facta in no.te.dicitur veri
tas.& ideo dicit Dauid in principio huius pſal.ꝙ duo intẽ
dit cantare.ſ.miam dei & veritatem.i.promiſſum myſterij
incarnationis:& veritatẽ.id eſt impletionem eius.Vnde di=
cit Auguſtinus ꝙ mirabilis eſt prophetię promiſſio in qua
oſtenditur veritas.nã inutilis eẽt ꝓphetię ꝓmiſſio niſi ſeq̃re
tur eiꝰ adimpletio.Nã p ꝓmiſſionẽ deꝰ dr̃ miſericors:ſed per
impletionẽ dr̃ verus & iuſtꝰ.Dauid ergo eruditus de promiſ
ſione incarnationis eius,& certus de impletione eiuſdẽ in
ſuo ſemine ꝓrumpit in laudes & cantũ dicens. Miſericor=
dias dñi inæternũ cantabo.& loquiť ꝓpheta in pſona totiꝰ
ecclię,& dicit mias in plũ q2 plures promiſſiões de Chriſto
pluribus factę fuit.Primo promiſſus eſt Abrahæ Geñ.xxij.
Cui dictum fuit.In ſemine tuo benedicentur omnes gẽtes.
Secundo fuit promiſſus ipſi Iacob in myſterio ſcalæ.Geñ.



xxviij.Et eidem in luctatione angeli.Geñ xxxij.Item eidẽ
cum dixit.Non auferetur ſceptrum de Iuda &c.Item Chri
ſtus fuit promiſſus Moyſi.Exodi.xxxiij.cum dixit.Poſterio
ra mea videbis.Item Deuterono.xviij.cum dixit.prophetã
ſuſcitabo &c. Item ipſi Dauid.ij.Regum.vij.de quo ſupra
dictum eſt.Et ideo dicit.Inęternũ cantabo quia vidit Da=
uid in ſpiritu ꝙ iſte pſalmus erat cantandus in eccleſia vſq;
ad finem mundi.ſed quia præuidit & fuit certus ꝙ deus de
bebat implere qd̃ promiſerat:ideo ſequitur.a generatione
vſq; in generationem annunciabo veritatem tuam in ore
meo.Vnde ſupra dixit.Miſericordias cãtabo.hic autem di=
cit.Annunciabo veritatem tuam.id eſt doctrinã euangeli=
cam.Nam euangelium eſt annunciatio eorum quę fuerunt
promiſſa in lege:vt ait Euſebius.Ideo ad teſtamentum ve=
tus pertinet cantare prophetiam:& ad nouum pertinet an
nunciare veritatem prophetię:quæ eſt veritas euangelica.
Et ſic eccleſia pro illo ſtatu cantabat miſericordias domi=
ni:nunc autem annunciat veritatem a generatione in ge=
nerationem vſq; ad diem iudicij.Nam incarnatio & paſſio
Chriſti & reſurrectio inquantum promiſſę,dicuntur miſeri
cordiæ:ſed inquantũ impletę in Chriſto dicuntur veritas.

Quoniã dixiſti inęternum mia ędificabitur in
cælis:prępparabitur veritas tua in eis.
Diſpoſui teſtamentum electis meis:iuraui Da
uid ſeruo meo:vſq; inęternum prępparabo ſe=
men tuum.
Et ędificabo in generatione & generationem
ſedem tuam.

¶ Hic reddit cauſas quare intendit cantare miſericordias
domini & annunciare veritatem. Cuius cauſę ſunt duæ.Pri
ma cauſa eſt,a deo multiplex facta promiſſio. Secunda ꝓ=
miſſorum adimpletio.Ideo dicit.ideo ſupple cantabo qm̃
dixiſti,id eſt promittendo dixiſti & dicendo promiſiſti,quo
niam miſericordia ædificabitur in cælis inæternum & præ=
parabitur veritas tua in eis.quaſi dicat:non erit irritum qd̃
promiſiſti & dixiſti:immo miſericordia tua & ꝓmiſſio erit
firma in cælis:& veritas tua,id eſt adimpletio promiſſionis
præparabitur in eiſdem cælis.Sed nota ꝙ maius ſacramen
tum latet hic.Vnde nota ꝙ hoc multipliciter poteſt intelli
gi.Nam hoc forſan dicit alludendo promiſſioni factę Abra
hę,Geñ.decimoquinto capitu.quando deus traxit ipſum
foras:& dixit Reſpice cælum.enumera ſtellas ſi potes.ſic
erit ſemen tuum & cætera. Vnde tenent omnes doctores:
ꝙ promiſſio facta Abrahæ non fuit vera in terra nec in bo=
nis terrenis:ſed in cælo & in bonis cæleſtibus.Et ſic præmi=
um promiſſionis & miſericordia quæ per Chriſtum expe=
ctabatur,non erat in terris:ſed in cælis.& veritas illius pro=
miſſionis in cælis erat adimplenda per Chriſtum. Et ideo
dicit.Tu deus dixiſti Abrahæ & omnibus patribus:miſeri=
cordia,id eſt præmium & effectus miſericordię Chriſti pro
miſſi ædificabitur,id eſt firmabitur inæternũ in cælis:id eſt
in bonis cæleſtibus & non terrenis:& veritas tua,id eſt im=
pletio promiſſionis & finis quæ eſt vera fruitio & quies ęter
na,præparabitur a Chriſto in eiſdem cælis.hoc dicit.Nam
ſicut deus promiſit nobis præmium in cælo:ita veritas il=
lius præmij præparata eſt nobis a Chriſto in eiſdem cæ=
lis per ſuam paſſionem & reſurrectionem:ſicut ſupra dictũ
eſt pſalmo octogeſimo tertio & quarto. Item per illos cæ=
los intelliguntur etiam apoſtoli:in quibus Chriſtus ædifi=
cauit miſericordiam .id eſt dedit legem euangelicam:vt
cæteris miſericordiam dei prædicarent:& ædificauit in eis
etiã primo miſericordiã,quia primo eos miſericorditer ele=

git & iuſtificauit: & poſtea in eis veritatem euangelicam præparauit: vt cæteris prædicarent. & ideo dicit propheta. O deus ego cantabo miſericordias &c. Quoniam dixiſti mihi per reuelationem ſupple: miſericordia & iuſtificatio ædificabitur prio in cælis id eſt in apoſtolis eos vocando & iuſtificando: & poſtea præparabitur veritas tua euangelica in eis eos inſtruendo & illuminando. Quomodocunque ergo ſit: ſemper deus promiſit miſericordiã in veteri teſta. & præparauit veritatẽ in nouo. Itẽ dicit: Diſpoſui teſtamentũ meõ electis meis. in qua locutione & clauſula propheta implicat omnes promiſſiones factas in veteri teſtamento: quia ivetus teſtamentum nihil aliud eſt niſi diſpoſitio & præparatio ad nouum. & ideo dicit tu deus etiã dixiſti: Diſpoſui teſtamentum meum electis meis. Nam promiſſiones factę Abrahæ, Iſaac, & Iacob, & Moyſi fuerunt quędam diſpoſitiones: vt illi ponerent ſpem ſuam in Chriſto futuro. Vnde per illas promiſſiones diſponebantur ad fidem: in qua fide iuſtificabantur & ſaluabantur: vt ait apoſtolus ad Romanos. iiij. & patet de Abraham: quia credidit deo de promiſſione ſibi facta de Chriſto futuro: ideo reputatum eſt ei ad iuſtitiam: id eſt iuſtificatus eſt. Geneſis xv. Item tota fabricatio tabernaculi & deſcriptio, & omnia myſteria & præcepta cerimoniarum, & ſacramenta veteris legis: & ædificatio templi Salomonis &c. non fuerunt facta gratia ſui: niſi inquantum erant diſpoſitiones & figuræ ad Chriſtum: & legem euangelicam. & ideo dicit. Tu domine dixiſti mihi per reuelationem: ego diſpoſui teſtamentum electis meis: id eſt patribus veteris teſtamenti diſpoſui per figuras omnia myſteria incarnationis & paſſionis & reſurrectionis: & eadem præparaui in veritate & compleui fidelibus meis in nouo teſtamento. Sed tu deus ſpecialiter promiſiſti mihi dicendo. ego iuraui Dauid ſeruo meo: id eſt cum firmo pacto immobiliter promiſi. ij. Regũ ſeptimo capite. quod vſque in æternum præparabo ſemen tuum: & ædificabo ſedem tuam: ſcilicet tui regni in generatione & generationem. & ſic non ſolummodo promiſiſti mihi ſucceſſionem in generatione ſed etiam æternitatem regni per Chriſtum. Ex quo patet quod propter talem promiſſionem ſpecialiter mihi factam de æterna ſucceſſione generationis & regni mei teneor in æternum cantare & cantabo miſericordias tuas: & annunciabo veritatem tuam in generatione & generationem.

Confitebuntur cæli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum.

Quoniam quis in nubibus æquabitur domino? ſimilis erit deo in filiis dei?

Deus qui glorificatur in cõcilio ſanctorũ: magnus & terribilis ſuper omnes qui in circuitu eius ſunt.

¶ Quia ſuperius facta fuit promiſſio de myſterio incarnationis & de ſucceſſione regni ęterni: hic admiratur de ineffabilitate huius myſterij. Nam admirabile eſt quod aliquis homo mortalis poſſit eſſe æternus & durare in æternum: & quod aliquod regnum poſſit eſſe æternum in hoc mundo: & quod aliquis homo poſſit habere ſedem æternam & regalem in cælo. & ideo dicit quod hoc myſterium ita ineffabile & incomprehenſibile apud homines confitebũtur cęli: quia homines non poſſunt hoc confiteri niſi cęleſtes efficiantur: quia aliter homines non poſſunt credere myſterium incarnationis: niſi per ſigna cæleſtia: & homines cæleſtes.

¶ Hoc ergo præuidens Dauid in ſpiritu dicit. O domine, cæli confitebuntur mirabilia tua: ſcilicet mirabile myſterium incarnationis, & natiuitatis, & mortis, & paſſionis, & reſurrectionis. Primo quia in tua natiuitate apparebit noua ſtella in cælo denũcians natiuitatem temporalem regis æterni: & ducet magos vſque ad cunas infantis: ad adorandum Regem natum. Item annunciabunt & confitebuntur cęli mirabilia tua: quando angeli cantabunt: Gloria in excelſis deo. Item cęli confitebuntur mirabilia tua in tuo baptiſmo: quando aperientur: & vox paterna audietur dicens Hic eſt filius meus dilectus & cętera Hoc idem confitebuntur cęli in tua transfiguratione. Item confitebuntur cęli mirabilia tua in paſſione: quando ſol obſcurabitur: & fient tenebrę ſuper vniuerſam terram. Item in ſua reſurrectione quando cum magno terrę motu deſcendet angelus de cęlo: & reuoluet lapidem ab oſtio monumenti. Item confitebuntur cęli mirabilia tua in tua aſcenſione quando angeli dicent. Viri Galilei quid admiramini & cętera. Item confitebuntur cęli: id eſt homines cęleſtes: ſcilicet apoſtoli: qui dicti ſunt cęli in ſacra ſcriptura: quando per totum orbem tuam incarnationem, & natiuitatem, & paſſionem, & totam legem euangelicam prędicabunt. & ſic confitebuntur veritatem: id eſt legem euangelicam in eccleſia ſanctorum: id eſt omnium fidelium. Confitebuntur enim veritatem tuę diuinitatis: & omnia miracula tua facta ſupra naturam. quod quidem myſterium incarnationis & cętera mirabilia miracula non poterant fieri per humanam facultatem: nec aliquis poteſt aſcendere in cęlum: nec facere talia mirabilia: niſi deus aut æqualis deo. & ideo ſequitur. Quoniam quis in nubibus æquabitur deo? Vnde propheta pręuidens Chriſtum ſic eleuari in cęlum in nubibus: & ſedere ad dexteram patris: & facere talia mirabilia, prorumpit in admirationem & dicit. Cęli confitebuntur mirabilia tua: quæ ſunt ſupra hominem: & potius diuina. Nam quis æquabitur & erit æqualis deo in nubibus cæli: aut quis erit ſimilis domino in filijs dei: id eſt inter angelos & homines: quod poſſit aſcendere in cælum propria virtute: & ſedere ad dexteram: id eſt æqualitatẽ patris? quaſi dicat: nullus angelus nec homo purus niſi ſit deus. Et ideo ſequitur: deus eſt ille homo Chriſtus Ieſus: qui glorificatur in concilio & ſocietate ſanctorum: & ſedet ad dexteram patris. Et ideo non eſt angelus nec purus homo: ſed deus & homo magnus in potentia: terribilis in poteſtate iudiciaria ſuper omnes homines qui in circuitu eius ſunt. Quaſi dicat: quod iſte Chriſtus qui fecit iſta mirabilia in terris & aſcendit in cælũ: & ſedet ad dexteram: id eſt ad æqualitatem patris ſecundũ diuinitatem: & ſimul adoratur & glorificatur cum patre in concilio ſanctorum: non ſolũmodo eſt homo: ſed deus & magnus dominus in virtute: & terribilis in potentia & iudicio: quia expoliauit infernum: & ſuperauit mortem. Et iudex & dominus ſuper omnes qui in circuitu eius ſunt. Et iſta mirabilia confitebuntur cæli: id eſt apoſtoli & omnes prædicatores in eccleſia ſanctorum in hac eccleſia per gratiam: & in ſuperna per gloriam. Et deinde conuerſus propheta ad Chriſtum dicit in perſona totius eccleſiæ.

Domine deus virtutum quis ſimilis tibi? potens es domine: & veritas tua in circuitu tuo.

¶ O Chriſte domine deus virtutum: quis ergo erit ſimilis tibi? quia veritas tua erit ſemper in circuitu tuo. Omnia promiſſa in te complebuntur. Nam tu es potens in miraculis faciendis: & ad vincendum diabolum, & expoliandum infernum, & ad delendam idololatriam, & ad eijciendum foras principem huius mundi diabolum: qui per tot tempora regnauit: & ad liberandũ hominem a peccato per mortem & paſſionem &c. Et narrat per ſingula.

**Tu dominaris poteſtati maris: motũ autẽ fluctuum eius tu mitigas.**

**Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſupérbum: in brachio virtutis tuę diſperſiſti inimicos tuos.**

¶ Tu dominaris poteſtati maris: quia ambulaſti ſuper aquas ſiccis pedibus: & præcepiſti fluctib' maris ſtare: & motum eorum mitigaſti: & Petrum cum cæteris de profundo pelagi liberaſti. & cætera. Item ſicut quondam in mari rubro humiliaſti Pharaonem ſuperbum: & diſperſiſti & ſubmerſiſti oẽs ſeruos eius: ita per paſſionem & reſurrectionẽ tuam humiliaſti diabolum ſuperbum ſicut vulneratum & victum a te: & in brachio & in potentia virtutis tuæ diſperſiſti primo diabolos & fugaſti inimicos tuos per infernum: quando attraxiſti prædam ſanctoꝝ patrum. Secundo diſperſiſti eos a mundo, & fugaſti quando diſſipaſti idololatriam. Tertio diſperſiſti per mundum Iudęos obſtinatos qui te crucifixerunt. Neq; mirum ſi talem babes poteſtatem. nam

**Tui ſunt cæli & tua eſt terra: orbẽ terræ & plenitudinem eius tu fundaſti: aquilonem & mare tu creaſti.**

¶ Quaſi dicat. Sicut in toto vniuerſo creaſti cælũ & terrã: ita in eccleſia creaſti cęlos. ſ. apoſtolos: & terrã qui ſunt populi: & totam plenitudinem eccleſiæ creaſti: in qua inuenitur oriens ſcilicet tempus apoſtolorum: & occidens: id eſt tempus Antichriſti: & aquilo qui ſunt hęretici & falſi chriſtiani & frigidi: & inuenitur mare. i. perſecutiones. In Hebreo habetur: aquilonẽ & dextrum tu creaſti: quia in eccleſia inuenitur dextrum & ſiniſtrum. dextrum ſiue meridionale ſunt catholici ſiue boni chriſtiani: ſiniſtruꝫ eccliæ ſunt hæretici & mali chriſtiani. illos enim permittit deus in eccleſia: iſtos aũt creat per gratiam.

**Tabor & Hermon in nomine tuo exultabũt: tuum brachium cum potentia.**

¶ Tabor eſt mõs in terra promiſſionis: vbi Barat vicit exercitum Siſarę. Iudicum. iij. Hermon autẽ mons paruus eſt prope Iordanem iuxta quem tranſierunt filij Iſrael in terram promiſſionis. Sed poſtea in monte Tabor Chriſtus fuit transfiguratus vbi apoſtolis oſtendit gloriam ſuã: & iuxta Hermon in Iordane fuit baptizatus. ideo dicit ꝑpheta. O Chriſte mõs Tabor & Hermon exultabunt quãdo in vtro ꝗ; audiet vox paterna dicens. Hic eſt filius meus dilectus. Nam in vno oſtendetur tua gloria: & in altero tua potentia. Nam aqua Iordanis recipiet virtutẽ regeneratiuam ex tactu tuo & virtute ſpiritus ſancti deſcendente ſuper aquas: & ibi dabitur virtus & potentia ipſi baptiſmo ad delenda peccata: & ad eijciendum diabolum foras. Ex quibus patꝫ ꝙ Tabor & Hermon exultabunt in illis diebus: cum viderint brachium tuum id eſt humanitatem tuam: quę dicitur brachium & inſtrumentum diuinitatis ad exercendũ miracula. ſed omnia iſta facies cum potentia diuinitatis.

**Firmetur manus tua & exaltetur dextera tua: iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuę.**

**Miſericordia & veritas præcedent faciem tuam: beatus populus qui ſcit iubilationem.**

**Domine in lumine vultus tui ambulabunt: & in nomine tuo exultabunt tota die: & in iuſtitia tua exaltabuntur.**

**Quoniam gloria virtutis eorum tu es: & in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum.**

¶ Hic propheta petit accelerari aduentum Chriſti: vt expediat redemptionem noſtram per prædicationem & paſſionem, & reſurrectionem, & aſcenſionem. Dicit ergo. O Chriſte: firmetur manus tua cõtra inimicos tuos diabolos: eos debellando & fugando: & peccata noſtra delendo per paſſionem. Et exaltetur dextera tua & potentia tua per reſurrectionem. & iuſtitia tua & iudicium erit præparatio ſedis tuæ per aſcenſionem: quia tunc tradetur tibi iudiciaria poteſtas vniuerſalis in cælo & in terra: & ſedebis ad dexteram patris. ſed in omnibus miſericordia & veritas præcedẽt faciem tuam. Vnde eſt notandum ſicut ſuperius dictum eſt: ꝙ ante aduentum Chriſti prima erat promiſſio & punitio: ideo omnes expectabant miſericordiam & veritatem & iuſtitiam: per miſericordiam temperandaꝫ. Sed poſt aduentum Chriſti miſericordia & veritas paſſionis præcedũt iuſtitiam: & ſic iuſtitia iam eſt temperata cum miſericordia. & ideo hæc eſt differentia inter nos & illos. & ideo prænũcians dignitatem & gratiam noui teſtamenti, dicit. Miſericordia & veritas iuſtitię præcedent facieꝫ tuam O Chriſte: & o popule chriſtiane. ideo addit. Beatus populus chriſtianus qui ſcit iubilationem præ gaudio pro gratiarum actione & pro beneficio redemptionis. Item multas alias cauſas iubilandi habebit populus chriſtianus. Nam in lumine vultus tui ſcilicet in lumine legis euangelicæ ambulabunt: quaꝫ oſtendet eis claram viam ad patriam: & in noĩe tuo exaltabunt: quia in nomine Ieſu dęmonia eijcient: linguis loquentur nouis: ſerpentes tollent &c. Et in iuſtitia tua: ſcilicet in paſſione tua: per quam fiet iuſtitia peccati: & in lege tua exaltabuntur: id eſt iuſtificabunt a peccato: & exaltabuntur in dignitate nominis chriſtiani: vincent diaboluꝫ & peccatum virtute baptiſmi & ſacramentorum. & hoc fiet quia gloria virtutis eoꝝ tu es: & nõ alius. Et ſic in beneplacito tuo: & gratia quæ prouenit ex beneplacito tuo, & liberalitate, & miſericordia, exaltabitur cornu noſtrum & honor: quia triumphabimus de diabolo. Et vnde euenient nobis iſta, ſcilicet dignitas & honor & exaltatio? Reſpondet ꝙ per incarnationem Chriſti: qui voluit aſſumere carnem noſtram & humanitatem. Ideo ſubdit.

**Quia domini eſt aſſumptio noſtra: & ſancti Iſrael regis noſtri.**

¶ Id eſt quia aſſumptio noſtræ humanitatis eſt facta a domino filio dei qui eſt ſanctus Iſrael & rex noſter. Nam aſſumendo carnẽ noſtrã factus eſt caput eccleſiæ & rex & dux noſter: & ſanctificator noſter. & ſic nos exaltauit & honorificauit & dignificauit. Ex quo patet ꝙ a principio huius pſalmi vſq; ad præſentem verſum: dependet & continuatur tota vna ſententia. Nam dicit propheta. Miſericordias domini inæternum cantabo &c. Et hoc quia dixiſti & promiſiſti: ideo miſericordia inæternum ædificabitur in cælis. Nam tu promiſiſti ꝙ filius meus Chriſtus ædificaret domũ tibi inæternum: ſcilicet eccleſiã catholicam in terris: ex qua replebitur eccleſia cæleſtis. ideo ita fiet. Nam ipſe ædificabit miſericordiam inæternum in cælis: & præparabit veritatem tuam inęternum. Item tu dixiſti. Diſpoſui teſtamentum electis meis: quod figurabat totum myſterium incarnationis. Nam totum teſtamentum vetus erat diſpoſitio & præparatio ad euangelium & eccleſiam. & ſimiliter dixiſti: Ego iuraui Dauid ſeruo meo: vſq; inęternum præparabo ſemen tuum: id eſt ſeruabo generationes ex ſemine Dauid: & continuabo vſq; ad Chriſtũ. Et deinde ꝑparabo ſemen regeneratũ in Chriſto vſq; in ſempiternum: & ædificabo io gñatione & gñationẽ ſedem & regnũ tuum. Et ideo cũ iſta oĩa fuerint ĩpleta in Chriſto: tũc cõfitebunt cęli mi-

tabilia tua in eccl'ia fidelium.ſed hoc erit mirabile.Nã qs in nubib⁹ equabit dño &c.Tũc rñdet q Chriſtus de⁹ q glorificabit in cõſilio ſanctoꝝ: equabit dño in æternitate:& erit filius ei in ſubſtãtia ſcdm diuinitatẽ.Et tunc Dauid apoſtrophat ad Chriſtũ ꝓrũpẽs in cõfeſſionẽ laudis dicẽs.Dñe de⁹ virtutũ &c.ꝓnũciãs virtutes Xp̃i & triumphũ & potẽtiã &c. vt dictũ eſt:vſq; ad humanã exaltationẽ & dignitatem.

Tunc locutus es in viſione ſanctis tuis:& dixiſti poſui adiutorium in potente: & exaltaui electum de plebe mea.

Inueni Dauid ſeruum meum:oleo ſãcto meo vnxi eum.

Manus enim mea auxiliabitur ei:& brachium meum confirmabit eum.

Nihil proficiet inimicus in eo:& filius iniquitatis non apponet nocere ei.

Et concidam a facie ipſius iĩimicos eius:& odiẽtes eum in fugam conuertam.

Et veritas mea & miſericordia mea cum ipſo: & innomine meo exaltabitur cornu eius.

Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius.

¶ Poſtq̃ ſuperi⁹ cecinit & admirat⁹ eſt myſteriũ incarnationis ſibi ꝓmiſſum:nũc in hac ſcda pte pricipali petit ſucceſſionẽ ęternã ſui regni:explicãdo particulariter totã ꝓmiſſionẽ ſibi factã.in qua duo facit.Nã prio facit qd dictũ eſt. Scdo adducit quoddã ipedimẽtũ qd videt ipedire totũ effectũ promiſſionis:ibi.Tu vero repuliſti. ¶ Quantũ ad primum eſt aduertendũ ſicut ſupra dictũ eſt:q tot⁹ iſte pſal.fundatur ſupra illã ꝓmiſſionẽ factã ipſi Dauid reuelatam ipſi Nathã de ſucceſſione regni ſcriptã.ij.Reg.vij.ca.Quæ q lẽ ꝓmiſſio eſt neceſſe vt ad literã hic ſcribat:q̃ quidẽ ꝓmiſſio talis eſt.Nã cũ Dauid ꝓponeret in corde ſuo ędificare tẽplum fixũ dño:locutus eſt dñs ad Nathan dicẽs.Hęc dices ſeruo meo Dauid.Hęc dixit dñs exercituũ.Ego tuli te de paſcuis ſequẽtẽ greges:vt eſſes dux ſup populũ meũ Iſrael. & infra.Cũq; cõpleti fuerint dies tui:& dormieris cũ patribus tuis:ſuſcitabo ſemen tuũ poſt te,qd egredietur de vtero tuo:& firmabo regnũ ei⁹:ipſe ædificabit mihi domũ nomini meo:ſtabiliã thronũ regni ei⁹ vſq; in ſempiternum.ego ero ei in patrẽ:& ipſe erit mihi in filiũ.qui ſi inique aliquid geſſerit arguã eũ in virga virorũ:& in plagis filioꝝ hoim: miſericordiã aũt meã non auferam ab eo.& fidelis erit domus tua:& regnũ tuũ vſq; in ęternũ ante faciem meam:& thronus tuus erit iugiter firmus.Hæc ſunt verba ad literã totius ꝓphetiæ:quã ꝓphetiã intelligũt Iudæi ad literã de Salomone & regno ei⁹ p̃ciſe.ſed hoc eſt manifeſte falſum. Nã aliqua ſunt & dicunt i hac ꝓphetia q̃ nullo mõ poſſunt ptinere regno Salomonis.Nam regnũ Salomonis tẽporale non fuit æternũ:nec firmũ:imo defecit in captiuitate Babylonis:nec ipſe fuit ſemp fidelis:nec domus ſua:imo ipſe fuit idololatra & oẽs ſucceſſores eius præter Ezechiam & Ioſiam.Et regnũ eius ilico poſt ipm fuit diuiſum.Et ideo eſt valde aduertendũ q ſicut agens artificiale ſemper in actione ſua reſp'cit duo:vnũ principalr & p ſe:& aliud tanq̃ viã:ſicut domificator primo principaliter & p ſe reſpicit finẽ tanq̃ terminũ principalr intentũ.ſ.quietẽ & ſecuritatẽ ab imbribus & caumatibus:ſcdo aũt & minus principaliter reſpicit ea q̃ ſunt ad finẽ:Silr medic⁹ primo & principaliter tanq̃ terminum vltimatum intẽdit ſanitatẽ:ſed tanq̃ viam ad finẽ intẽdit medicinã & potionem:quæ quidẽ potio nõ eſt gratia ſui:ſed gratia finis:Ita pariter deus omnipotens in tota ſcriptura ſacra vete.teſta.& oibus ꝓmiſſionibus ſuis primo & principaliter intendebat Chriſtũ in lege ꝓmiſſum:& regnũ eius tanq̃ finẽ vltimatũ principaliter intentũ: ſed ex conſequenti intendebat ea q̃ figurabãt ipſũ Chriſtũ: & regnũ eius.Et iſta talia intẽdebat tanq̃ viã in finem.Nã figura reſpectu figurati ẽ ſicut via ad finẽ & terminũ.Et ſic Salomon fuit figura Chriſti inquãtũ ædificauit illd tẽplũ: & regnauit in pace in regno ſuo.ſed quia figura non poteſt eſſe ita perfecta ſicut figuratũ:nec via ſicut terminus:ideo Salomon non potuit ædificare tẽplum æternũ:nec firmare ſuum regnum ęternũ:ſed ſolus Chriſtus figuratus p Salomonẽ ædificauit & firmauit tẽplũ & regnũ æternum:& ideo ſupradicta ꝓphetia in parte verificatur de Salomone: & verificata fuit tãq̃ de figura & de via:ſ; verificata & impleta fuit de Chriſto tanq̃ de termino vltiato & principaliter intento.Et ideo Salomon non in oibus fuit figura Chriſti: ſed in his quæ bene fecit iuxta p̃ceptũ patris.& in hoc decipiuntur Iudæi:quia viderũt aliqua eſſe literaliter impleta in Salomone tpaliter.& ideo putarunt q tota prophetia primo & principaliter & p̃ciſe fuiſſet dicta de Salomone.Sed ꝓpheta Dauid cui facta fuit talis ꝓmiſſio,multum inſudauit & laborauit:poſtq̃ fuit i quiete:vt poſſet ſcire intelligentiã huius ꝓmiſſionis.& ideo fuit ipſi reuelata tota veritas huius prophetiæ.ſ.quomodo erat intelligenda de Chriſto deo & hoie Meſſia in lege promiſſo:de ſua gñatione & poſteritate naſcituro:ſicut ipſe dicit.ij.Re.xxiij.ca.vbi dicit.Hæc ſunt verba nouiſſima q̃ dixit Dauid fili⁹ Eſai.Dixit vir cui conſtitutũ eſt de Chriſto dei Iacob egregius pſaltes Iſrael.Spiritus dñi locutus eſt per me:& ſermo eius per linguã meã.deus Iſrael mihi locut⁹ eſt fortis Iſrael:ſicut aurora oriente ſole mane abſq; nubibus rutilat &c.nec tanta eſt domus mea apud deũ:vt pactũ æternum iniret mecum firmũ in oibus atq; munitũ. Ex ſupradictis verbis patet q præter reuelationẽ factã ipſi Nathan:facta eſt alia reuelatio immediata a ſpiritu ſãcto ipſi Dauid magis clara & explicita:per quam magis intellexit veritatem ſupradictę ꝓmiſſionis de æterna ſucceſſione ſui regni implenda i Chriſto.Et ſic eſt dicendũ q melius & clarius intellexit ſupradictam ꝓmiſſionem Dauid:q̃ Nathan:& ideo Dauid iã illuſtratus ſpiritu ſancto declarat illã promiſſionẽ fuiſſe dictam de Chriſto in lege promiſſo.Et ideo in hac ſcda parte pſalmi dicit.O dñe deus pater tũc locut⁹ es in viſione ſanctis tuis.ſ.Samueli qñ p̃cepiſti vngi Dauid in regẽ.j.Reg.xvj.qa fuit figura Chriſti futuri regis.& etiam locutus es in viſione ipſi Nathã:de ſucceſſione & ꝑpetuitate regni Chriſti:& vltimo mihi ſupradictã ꝓmiſſionẽ declaraſti.Vnde dixiſti cũ promiſſione:Poſui adiutoriũ in potente.i.dedi olpotentiã ipſi filio meo Chriſto:& exaltaui ipm de plebe.Nam ſicut exaltauit Dauid de gente paupere:ita fecit de⁹ naſci Chriſtũ ex matre paupe.Nã oia iſta q̃ verificant hic de Dauid ad literã,verificant de Chriſto in figura:vt patet intuenti.ideo nõ eſt neceſſe explanari literam cũ de ſe ſit plana: ſed figurã detegi.Nam ſicut Dauid fuit exaltatus de humili ſtatu:ita & Chriſtus:licet deſcẽdat a Dauid.& ſequit.Inueni Dauid ſeruũ meũ:oleo ſancto meo vnxi eũ p Samuelẽ:vt pꝫ primi Reg.xvj.Hoc fuit etiã impletũ in Chriſto qa electus eſt obediẽs patri:& vnct⁹ oleo lętitię:& baptizatus per Ioannẽ baptiſtã in Iordane in perſona totius corporis myſtici Chriſt⁹ aũt Dauid etiã dicit:quia manu fortis.Manus aũt mea.i.poteſtas auxiliabitur ei:& brachiũ meũ confortabit eum.Chriſtus eñ dicit man⁹ dei patris & brachiũ: inquantũ naturaliter ꝓcedit a patre:ſicut man⁹ & brachiũ a corpore:quia quicquid habet filius inquantũ de⁹ habet a patre:& inquantũ homo a verbo:& a tota trinitate.Nihil proficiet &c.hoc dicit:quia diabolus nil potuit contra

Chriſtũ. Primo q2 fuit liber ab oĩ pctõ. Scd̃o quia liberauit genus humanum a diabolo filio iniquitatis. Et concidam. i. dirũpã & diſſipabo & fugabo a facie eiꝰ inimicos. ſ. dæmones: & odiẽtes eũ in fugã conuertã. Hoc eñi multipl'r ĩpletũ eſt in Chriſto. Primo qñ fugauit dęmones a corpibus obſeſſis. Scd̃o qñ abſtraxit ſctõs patres de inferno. Tertio quãdo deleuit pctã p ſacramẽta. Quarto qñ deleuit idololatria de mũdo. Quinto etiã quãdo fugati & diſperſi ſunt inimici eius Iudęi p mundũ & pulſi a Hieruſalẽ. Et veritas mea & mia mea cũ ipſo. hoc dicit: quia per paſſionẽ Chriſti facta eſt nobis mia: quia ſubleuati ſumus a miſeria. q̃ mia etiã dicta eſt veritas: inquãtũ fuit adimpletio pmiſſoꝝ i Chriſto: vt ſępiꝰ dictũ eſt. Sed quia ex hũilitate paſſionis adeptꝰ eſt Chriſtus nomẽ qd̃ eſt ſup oẽ nomẽ: & exaltatus eſt &c. ideo ſequiẽ. Et in noĩe meo exaltabiẽ cornu eiꝰ. i. poteſtas & iperiũ eiꝰ. Et ponã in mari manũ. i. potẽtiã eiꝰ & in fluminibus dexterã. i. ſceptrũ eiꝰ. Hoc dicit. Nam apoſtoli nõ ſolum p̄dicarũt euangeliũ in Iudęa & Samaria ſed in inſulis maris: & vſq3 ad flumina Indorũ: & Aethiopum. ſ. vſq3 ad fontẽ Nili & etiã ad fontem Gangis apud Indos: & ad fontem Tanais apud Scythas: & breuiter a mari vſq3 ad mare & vſq3 ad fines terrę: & dilatatum eſt regnum Chriſti ſicut dictum eſt pſalmo. lxxj.

Ipſe inuocabit me pater meus es tu: deus meus ſuſceptor ſalutis meæ.

Et ego primogenitũ ponam illum: excelſum præ regibus terræ.

¶ Poſtq̃ deſcripſit pmiſſionẽ magnitudinis ĩperij: etiã hic deſcribit dignitatem huiꝰ regis quo ad ſubſtantiã: quia filiꝰ naturalis ipſius dei patris & cõſubſtantialis: ideo dicit Ipſe Ieſus Chriſtꝰ inuocabit me dicẽs: pater meꝰ es tu naturalis.

P ¶ Nam Chriſtus nõ ſolũ inquantũ deꝰ eſt filius naturalis dei pr̃is: ſed etiã inquãtũ hõ: quia nullũ aliũ patrẽ habet in terris. Nã ope ipſiꝰ ſpũs ſancti in vtero virgineo formatꝰ eſt ex puris ſanguinibꝰ. qui qdẽ ſpũs ſanctꝰ eſt virtꝰ dei pr̃is. & ideo etiã inquãtũ hõ dr̃ naturalis dei filiꝰ: maxime q2 vnitus eſt pſonaliter verbo. & ideo in oĩbꝰ vere inuocauit patrẽ: qui fuit deus eiꝰ p creationẽ aĩæ. & fuit ſuſceptor ſalutis eiꝰ, non ſolũ quo ad mẽbra: ſed etiã quo ad ipm̃: inquamõ eũ

Q pater ad gloriã ſuſcitauit. ¶ Et ego priogenitũ ponã illu3. eſt eñi Chriſtus primogenitus & vnigenitus nõ ſolũ quo ad diuinitatẽ ſed etiã quo ad humanitatẽ. Itẽ eſt primogenitus quo ad hæreditatẽ quã adeptus eſt vſq3 ad terminos terræ: & in cęlo & in terra. Tertio dr̃ primogenitus: quia excelſus poſitus eſt prę oĩbꝰ regibus terrę ſedẽs ad dexterã patris in excelſis: cui data eſt vniuerſalis ptãs. Nã terrenis regibus dat poteſtatẽ in vno regno & prouincia: ſed Chriſto data eſt in cælo & in terra & ſup oẽs gẽtes tanq̃ primogenito dei patris. & ideo dicit. Excelſum præ regibus terræ.

Inæternum ſeruabo illi miſericordiam meam: & teſtamentum meum fidele ipſi.

Et ponam in ſęculum ſęculi ſemen eius: & thronum eius ſicut dies cęli.

¶ Poſtq̃ ſuperius p̄dixit & deſcripſit dignitates quas Chriſtus accepit a patre pro ſe: nunc enumerat ea quæ accepit a

R patre pro mẽbris ſuis: & pro toto corpore myſtico. ¶ Quæ generaliter fuerunt quattuor. Primo eñi accepit vniuerſalẽ miſericordiam & remiſſionem per mortem & paſſionẽ. Secundo legem euangelicã quam dedit per prædicationem. Tertio æternũ ſemen per ſacramenta & regenerationem. Quarto poteſtatẽ ordinis & iuriſdictionis. Ideo ait: Inæternum ſeruabo illi miam meã p membris meis: quia per paſſionẽ ſuã relaxauit totũ genus humanũ a captiuitate diaboli: & teſtamentũ. i. lex euãgelica ſemper erit fidelis ipſi: quia oẽs iuſtificat & neminẽ decipit: ſicut ſupſtitiones gentiliũ & alioꝝ hæreticoꝝ. Et etiã dicit teſtamentũ meũ fidele ipſi: quia oia ſunt ĩpleta in Chriſto: q̃ ſcripta ſunt in veteri teſtamento p eccl'ia eiꝰ, & vtilitate eccl'ię, & membrorũ &c. & ideo ſequiẽ. Et ponã in ſæculũ ſæculi ſemen eius. ſ. populũ chriſtianũ qui dr̃ ſemen Chriſti: eo q fonte baptiſmi ſit regeneratꝰ: cui daẽ vita ſempiterna in ſæculũ ſæculi. Et thronus Chriſti in eccleſia erit ęternꝰ ratione finis. Na3 finis eiꝰ ẽ regnare i cælo. de quo throno dixit ãgelꝰ ad Mariam Luc. j. Dabit ei dñs ſedem Dauid patris eiꝰ: & regnabit in domo Iacob inæternum: & regni eius non erit finis.

¶ Ad cuius intellectum eſt notandũ q ſemen Abrahæ & S Iſrael & Dauid habet duplicẽ reſpectu3. Vno modo ad generationẽ & ſucceſſionẽ carnalẽ: alio modo ad Chriſtũ pmiſſum in illa generatione carnali. Et ideo fuit continuata generatio carnalis ab iſtis vſq3 ad Chriſtũ. & ſic Chriſtus in lege promiſſus natus eſt ex iſtis ſcd̃m carnem & ſecũdu3 pmiſſionem. Sed quia non natus eſt per generationẽ carnalẽ: ideo in Chriſto finiuit & terminata eſt generatio carnalis: & mãſit ſola gñatio ſcd̃m pmiſſionem. Et quia Chriſtꝰ nõ amplius genuit filios carnales: ſed regenerauit filios ſpirituales: ideo totus populus chriſtianus p Chriſtum regeneratus diciẽ ſemen Abrahæ & Iſrael & Dauid: & ſcd̃m pmiſſionem & nõ ſcd̃m carnem: quia deſcendunt a Chriſto qui deſcẽdit ab illis ſcd̃m carnem & ſcd̃m promiſſionẽ. Vnde ſicut Iacob genuit carnaliter duodecim filios & patriarchas: a quibus multiplicatus eſt totus ille populus Iſrael ſecundũ carnem: ita Chriſtus prio ſpũaliter regenerauit per aquam baptiſmalẽ duodecim apoſtolos: a quibꝰ regeneratus eſt: & multiplicatꝰ totus populus chriſtianus. & ideo dicunẽ duodecim patriarchæ: & duodecim principes eccl'iæ: quos Chriſtus regenerauit loco duodecim patriarcharum filiorum Iacob de quibus ſupradictũ eſt pſal. xliiij. Pro patribus nati ſunt tibi filij: conſtitues eos principes ſup omnem terram. Ex quibus p3 q populus chriſtianus continuaẽ de ſemine ipſius Abrahæ: & Iacob: & ſic tota eccleſia dicitur ſemen illorum ſcd̃m promiſſionem & ſpiritũ. & hoc eſt illud ſemen de quo dictum eſt ipſi Abrahæ. Geñ. xv. Suſpice cælum: & numera ſtellas ſi potes: ſic erit ſemen tuum: & in ſemine tuo benedicentur oẽs gentes. Ex quo patet q huic ſemini ſecundum promiſſionem promiſit deus hæreditatẽ in cælis. Et hoc ſemen promiſit deus ipſi Iacob: quando vidit ſcalam a terra vſq3 in cælum: & quãdo luctatꝰ eſt cũ angelo: & quãdo benedixit filio ſuo Iuda. Et hoc ẽ ſemẽ æternũ quod promiſit deus ipſi Dauid in ſupradicta promiſſione: & in hoc pſalmo. & in hoc ſemine promiſit ipſi ęternã ſucceſſionẽ in regno. & ſic eccleſia diciẽ Domus Dauid: & regnum Dauid: & ſedes Dauid. quę quidẽ eccleſia diciẽ ęterna ratione finis inquantum continuaẽ cũ ſuperna: ſicut dictum eſt pſalmo. lxxxvj. Nam ciues huius ciuitatis iã ſunt ciues ſanctorum & domeſtici dei: ad Ephe. ij. Quia iã pertinent ad illam ciuitatem: quia conuerſatio noſtra in cælis eſt. De hoc ergo ſemine dictum eſt & promiſſum ipſi Dauid: Ponam in ſæculum ſęculi ſemen eius. Et de hoc regno dictum eſt: Thronus eiꝰ ſicut dies cæli. & ſic p3 veritas huius promiſſionis.

Si autem dereliquerint filii eius legem meam: & in iudiciis meis non ambulauerint.

Si iuſtitias meas prophanauerint: & mandata mea non cuſtodierint.

Viſitabo in virga iniquitates eorum: & in verberibus peccata eorum.

Miſericordiam autem meã nõ diſpergam ab eo: neq3 nocebo in veritate mea.

Neq̧ prophanabo teſtamētū meū:& quę pro=
cedunt de labiis meis nō faciam irrita.
Semel iuraui in ſancto meo:ſi Dauid mentiar:
ſemen eius inęternum manebit.
Et thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo:&
ſicut luna perfecta inæternum:& teſtis in cę=
lo fidelis.

¶ Hic remouet quoddā dubiū. Nā ſupradixit: Seruabo il-
li miam meā inæternū:& thron⁹ ei⁹ ſicut dies cæli. Ideo du
bitaret aliquis ſi ꝓpter pctā ppli & regū ipediret̄ ſupradi-
cta ꝓmiſſio de Chriſto ꝓmiſſo:& de ei⁹ regno ęterno. Ad
hoc rńdet deus dicens. ꝙ ſi filij Dauid.ſ. Salomon & cæteri
ſucceſſores deliquerint in lege p idololatriā vel quodcūq̧
aliud peccatū, ꝓpter hoc nō ipediret̄:nec ceſſaret ſupradi-
cta promiſſio:quin Chriſtus veniret in carnem. ſed bñ tales
reges & ppli tranſgreſſores punirent̄ tpaliter:& verberarē-
tur p bella & captiuitates:tñ ꝓpter talia pctā de⁹ nō ceſſa-
ret nec annullaret myſteriū incarnationis p tot myſteria &
figuras in teſtamēto veteri patribus promiſſum. Dicit ergo
deus:autē ꝓ ſed:ſi filij ei⁹.ſ. reges & ſucceſſores ipſi⁹ Dauid
& Salomonis dereliquerint & p̄uaricati fuerint legē meā:
& nō ambulauerint in iudicijs & p̄ceptis meis:& ſi propha
nauerint iuſticias meas per idololatriā:& non cuſtodierint
mādata mea:tūc viſitabo iniquitates eoꝝ in virga punitio
nis:& puniā pctā eoꝝ in verberib⁹ tpalibus. aūt pro ſed:nō
auferā miam meā ab eo.ſ. ab ipſo Dauid:quā ꝓmiſi oibus
patrib⁹:eo ꝙ talis mia redēptionis ſe extēdit ad totū gen⁹
humanū:neq̧ nocebo ei in veritate & ꝓmiſſione mea:ne
q̧ ꝓphanabo.i. non falſificabo teſtamentū meū & pactum
factū cū oibus patribus:& nō faciā irrita & caſſa & vana ꝓ-
miſſa q̄ ꝓcedunt de labijs meis quia ſemel iuraui in ſancto
meo.i. per ſanctitatē meā firmiter promiſi ipſi Dauid ſan-
cto meo:ꝙ ſemen ei⁹ inęternū manebit p Chriſtū. ſi ꝓ nō:
& nō mētiar:imo firmiter adiplebo qđ promiſi. Itē ſerua-
bo qđ promiſi de æternitate regni.ſ.ꝙ thronus ei⁹ erit ęter
nus & icorruptibilis ſicut ſol & ſicut luna pfecta inęternū.i.
ꝙ ſicut ſol & luna durabunt inęternū:ita regnū Chriſti erit
ęternū:& ipſe Chriſt⁹ erit mihi teſtis fidelis in die iudicij q̄ñ
veniet ad iudicādū:& appebit i cælo cū ptāte magna & ma
ieſtate:& thron⁹ ei⁹ erit mihi teſtis fidelis i cęlo i die iudicij.
Et ly teſtis pōt referri ad ly ſol & luna.q.d. ſol & luna erunt
mihi teſtes in cælo. Nam ſicut ſol & luna nō deficient inæ-
ternū. & eſt ſimile illi qđ dr̄ Hiere.xxxiij. Si irritus pōt fieri
pactū meū cū die & cū nocte:vt nō ſit dies & nox in tpe ſuo:
& pactū meū irritū eſſe poterit cū Dauid ſeruo meo:vt non
ſit ex eo fili⁹ q regnet in throno ei⁹. Tota etiā iſta particula
pōt exponi moralr̄ de quibuſcūq̧ pctōrib⁹ filijs ecclię poeni
tentib⁹, quib⁹ de⁹ ꝓmittit veniā q̄ñcunq̧ egerint pniaȝ. Vñ
dicit.ꝙ ſi aūt filij ei⁹.ſ. chriſtiani deliq̄rint in aliquo pctō:ſā
nō erit eis ꝓpter hoc irremiſſibile:ſi egerint pniam ſed pu-
niā tpaliter. Nā prīo viſitabo in virga cōminationis pecca-
ta eoꝝ leniter puniēdo. Et ſi ꝓcedāt in pctis, viſitabo ī ver-
beribus & plagis pctā eoꝝ, p bella, & captiuitates, & peſti-
lentiā, & famē eos affligendo:ſed ſi egerint pniam:miam
meā nō diſpergā ab eo.ſ. ab illo pplo:neq̧ nocebo ei i veri-
tate & ꝓmiſſione mea:imo faciā qđ promiſi:quia nunq̄ ne
gabo ipſi miſericordiam & veniā:neq̧ puniaȝ æternaliter:
ſed temporaliter tantum.

Tu vero repuliſti & deſpexiſti:diſtuliſti Chri=
ſtum tuum.
Auertiſti teſtamentum ſerui tui:prophanaſti
in terra ſanctuarium eius.
Deſtruxiſti omnes ſepes eius:poſuiſti firma=
mentum eius formidinem.
Diripuerunt eum oēs tranſeūtes viam:factus
eſt opprobrium vicinis ſuis.
Exaltaſti dexterā deprimentiū eum:lætificaſti
omnes inimicos eius.
Auertiſti adiutoriū gladii eius:& non es auxi=
liatus ei in bello.
Deſtruxiſti eum ab emundatione:& ſedē eius
in terra colliſiſti.
Minoraſti dies temporis eius:perfudiſti eum
confuſione.

¶ Hec eſt tertia pars:in qua ꝓpheta cōquerit̄ de apparē-
ti ipedimēto p̄dictarū promiſſionū. ¶ Nā tria principaliter g
fuerūt promiſſa ipi Dauid. Prio rex ęternus de ſemine ſuo.
Secundo ꝑpetuitas regni. Tertio oipotētia regis. Sed p tria
quę poſtea ipſi Dauid fuerunt reuelata:viſa fuerūt ipi ipe
diēda p̄dicta tria ꝓmiſſa. Nā fuit ipi reuelata deſtructio ciui
tatis & tēpli & toti⁹ regni Iudęę:& captiuitas facta p Chal-
dęos. Secūdo ablatio ſceptri regalis de ſuo ſemine:qđ fuit
ipletū i Sedechia &c. Tertio ꝙ iſte rex ipſi ꝓmiſſus erat af
fligendus & occidendus. q̄ oia videbant̄ eſſe contraria pro-
miſſis. Naȝ ſi ciuitas erat deſtruenda & tēplū a fundamen-
tis:& totus ppl's capiendus:ergo regnū nō erat ppetuū nec
ęternū. Et ſi reges erāt auferēdi de ſemine ſuo:ergo nō po
terat peruenire regnū vſq̧ ad filium ꝓmiſſum:nec talis filius
erat naſciturus:ſi oēs reges erāt auferēdi. Itē ſi ille fili⁹ erat
naſciturus:& erat taliter affligēd⁹ & ignominioſe tractād⁹:
& finaliter occidendus:ergo nō erat potens nec futur⁹ rex:
nec regnū reſtitutur⁹ nec recuperaturus:nec reſtauratur⁹:cū
per mortē eſſet impediendus. Iſta ergo tria videbant̄ pro-
miſſa impedire. verūtñ licet iſta tria darent ipſi Dauid cau-
ſam q̄relæ:tñ poſtea fuit ipſi reuelatus modus regni Chriſti
ſpūalis p reſurrectionē & aſcēſionē. ¶ Nā regnū Dauid fuit r
figura regni Chriſti:& Salomon inquātū filius & hęres Da
uid fuit figura Chriſti:quia vt ſic habuit regnuȝ pacificum
poſt multos labores patris. Et ex p̄cepto pr̄is ædificauit tē-
pluȝ mirabile:& murauit ciuitatē triplici muro. & vt ſic fuit
figura Chriſti. Sed inquantū fuit pctōr & deprauatus amo
re mulierū & idololatrię:vt ſic non fuit figura Chriſti:& ſiđ
ſucceſſores eius & imitatores idololatriæ fuerunt expulſi &
priuati regno terreno:& regnū terrenū eorum fuit deſtru-
ctū:& ciuitas:& tēplū ꝓpter peccata. Quæ quidem deſtru-
ctio tpalis fuit figura mortis Chriſti. Nam ſicut ciuitas fuit
verſa:& diruta:& ꝑcuſſa:& poſtea p Ieſum ſacerdotem ma
gnū reędificata:p hoc figurabat̄ ꝙ tēplū Chriſti terrenum
& mortale:qđ erat corpus ei⁹ humanū:erat prīo multiplici
ter affligēdū flagellis & opprobrijs:& totalr̄ p mortē diſſol
uendum:ſed poſt triduū totaliter reſtaurandū. Iō dicit Chri
ſtus. Soluite tēplū hoc:& in triduo reædificabo illud quaſi
diceret:vos ſoluitis & deſtruitis tēpluū hoc.ſ. corpus meū per
mortē:ſicut Chaldęi deſtruxerūt tēplū Salomonis:ſed Ieſ⁹
ſacerdos reędificauit illud:ita ego reædificabo corpus meū
per reſurrectionē:& reſuſcitabo illud. Iō ſubdit euangeliſta,
hoc autē dicebat de tēplo corporis ſui. & ſic tēplū Chriſti.ſ.
qđ Chriſtus p ſuā reſurrectionē reædificauit:factū eſt æter-
num:& ſic cōpleta eſt promiſſio facta ipſi Dauid.ſ.ꝙ Chri
ſtus filius ſuus, de ſemine ſuo naſciturus, ędificaret tēpluȝ &
regnū ęternū. Nā tēplū ſiue regnū Chriſti nō eſt de lapidi-
b⁹ materialib⁹ & inaīatis:ſed ex lapidib⁹ viuis q ſūt fideles:
quoꝝ ipſe eſt caput & fundamētū. ergo in die reſurrectiōis
fundauit tēplū ęternū & eccliam:& ſic promiſſio fuit verifi
cata in Chriſto tā de rege q̄ de regno æterno:& de oipotē
tia eius. Nā tūc fuit ipi data ptās in cælo & in terra. Mat.vl.

V ¶ Duo ergo facit ꝓpheta. Nã prio exponit q̃relã ſuã de impedimẽto ꝓmiſſionis. Scdo orat pro veritate ſpũali ꝓmiſſi. ibi. Vſqquo dñe auertis. Et nota ꝙ iſta pria pars eſt duplicitet exponẽda. Primo ꝑ deſtructiõe regni & tẽpli terreni Iudęorũ p Chaldęos. Scdo exponiť de ꝑſecutione & morte & paſſione Chriſti factã p Iudęos. Nã dictũ eſt ꝙ ciuitas & tẽplũ primo ſignificat ꝑſonã Chriſti:& ex cõſequẽti eccliam:& ſic deſtructio ciuitatis & templi fuit figura diſſolutionis & mortis Chriſti:& ſic iſta lr̃a prius fuit verificata de figura:poſtea de figurato. & ſic in duplici ſpũ ꝓphetico eſt exponẽda. ¶ Quantũ ergo ad primũ dicit ꝓpheta. O dñe deus pr̃:tu dixiſti ſuperius in ꝓmiſſione ꝓ ſctõs tuos Nathã & Samuelẽ: Nõ ꝓphanabo teſtamẽtũ meũ:& q̃ ꝓcedũt de labijs meis nõ faciã irrita. Et dixiſti. Semel iuraui in ſancto meo:ſi Dauid mẽtiar. ſemẽ eiꝰ in ęternũ manebit. Et thronꝰ eiꝰ ſicut ſol in conſpectu meo:& ſicut luna ꝑfecta in ęternũ & teſtis in cęlo fidelis. p quã ꝓmiſſionẽ putaui regnũ meũ ęternũ. Nunc vero video oppoſitũ:qa tu repuliſti Chriſtũ tuũ. ſ. regẽ vnctũ ex regno:qa in Sedechia defecerũt reges. & poniť ibi ly Chriſtũ indi finite pro oibꝰ regibꝰ: ſicut diciť: ꝓpter iniquitatẽ corripuiſti hoiem. i. oẽm hoies. & intelligiť hic regnũ ſimul cũ regibꝰ. Ideo ſequiť:& deſpexiſti:quia nõ ſolũ Sedechias fuit deſpectus & illuſus:ſʒ etiã totũ regnũ & natio Iudęorũ ab oibꝰ gẽtibꝰ. & diſtuliſti chriſtũ tuũ. i. diu durare feciſti tribulationẽ & afflictionẽ eiꝰ. Itẽ: auertiſti teſtamentũ ſerui tui Dauid. i. ꝓmiſſum mutaſti & retardaſti:vel a ꝓſperitate in aduerſitatẽ mutaſti:& ꝓphanaſti in terra ſanctuariũ eiꝰ:quia Chaldæi tẽplũ ꝓphanarunt ſacrificantes in eo dijs ſuis ꝓ victoria habita:& in fine ipſum incẽderunt. Deſtruxiſti oẽs ſepes & muros eiꝰ:poſuiſti firmamentũ eius formidinẽ. quia ipſa ciuitas quę ante erat firmũ ꝓſidiũ:poſtea ſine muris facta eſt in formidinem maximã quando reædificabať:quia cum vna manu ædificabant:& in alia habebant gladiũ ꝓpter formidinẽ finitimorũ. ideo ſequiť. Diripuerũt eũ. ſ. regẽ & ciuitatẽ oẽs trãſeuntes viã:& ſic factꝰ eſt i opprobriũ vicinis. Exaltaſti dexterã. i. potẽtiã deprimẽtiũ eũ:dãdo eis victoriã &c. Deſtruxiſti eũ ab emundatione:quia tũc ceſſarũt oia ſacrificia purgatiua quę fiebant in tẽplo:& aſperſio ſanguinis & aquæ cũ hyſſopo:q̃ fiebat ad mũdandũ morticinũ. Et cerimonię & emũdationes ceſſarũt:& ſedẽ regni eiꝰ in terra. ſ. ſceptrũ regale & dñiũ terrenũ colliſiſti & deſtruxiſti. Tota iſta litera eſt ſatis plana intelligẽdo hiſtorialiter. ¶ Scdo autem eſt neceſſe ꝙ hęc lr̃a exponať ſpũaliter de diſſolutione corporis Chriſti:& morte, & paſſione eiꝰ:cuius figura fuit deſtructio regni Iudæorũ facta p Chaldęos:vt dictũ eſt. Dicit ergo Dauid exponendo querelã ſuam de apparẽti violatione ꝓmiſſionis ſibi factę. O dñe deus pater tu ſuperiꝰ ꝓmiſiſti ꝑpetuitatẽ regni & ſceptri in Meſſia filio meo &c. tu vero ſcdm reuelationẽ mihi factã repuliſti Chriſtũ tuũ. ſ. Meſſiã. i. repelli & negari a Iudæis ꝑmiſiſti, & detuliſti, & durare ipſum feciſti in afflictione & ꝑſecutione p triduũ:& auertiſti teſta. eius:vt a Iudęis nõ recipiať I verũ regem & Meſſiã:de quo totũ teſtamentũ vetus eſt ſcriptũ. Nam Iudæi totũ teſtamentũ vetus auertunt & ꝑuertũt ad malũ ſenſum:dũ ipſum nõ intelligũt ſpũaliter de Chriſto:ſed ſolum intelligũt lr̃aliter cerimonias. Et ſic ꝓphanãt totã ſacram ſcripturã in terra. i. terrenaliter loquẽdo & intelligẽdo:quæ quidẽ ſcriptura eſt ſanctuariũ Chriſti in qua figurať. Nã ſicut deꝰ dicebať eſſe i ſctis ſctõꝝ clauſus:& in arca teſtamẽti in qua erãt tabulæ:& virga Aaron &c. Ita Chriſtꝰ erat clauſus & velatꝰ in lege veteri tãq̃ in ſanctuario. Ideo Iudæi dicunť ꝓphanare ſanctuariũ dei quia ꝓphano & terreno modo intelligunt. Itẽ ꝓphanarũt ſanctuariũ Xp̃i cum carnem eiꝰ ꝑcuſſerunt palmis & pũgnis & flagellis. Nã caro Chriſti ſanctuariũ & tẽplũ diuinitatis eſt. Deſtruxiſti oẽs ſepes eiꝰ: qñ abſtuliſti a Chriſto oẽ auxiliũ humanũ:& dereliquiſti eũ in manibꝰ Iudęorũ. Et ipſe q eſt firmamẽtũ oim:tũc formidauit mortẽ:& oẽs diſcipuli eiꝰ q erãt ſepes eiꝰ ex formidine fugerũt:q añ erãt defenſores eiꝰ. imo Petrus negauit. Diripuerũt eũ oẽs tranſeũtes viã:qñ rapuerũt & ligauerunt eũ in horto miniſtri põtificũ:& p terrã traxerũt:& corã põtifice ꝑcuſſerũt:& ei opprobria & cõuitia intulerũt. Exaltaſti dexterã deprimentiũ eũ:quia in illo triduo data eſt poteſtas Iudęis & terrena victoria contra Chriſtũ. Ideo dixit eis. Hęc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarũ. ideo lætati ſunt:cũ viderũt ipm ligatũ in poteſtate ſua. Auertiſti adiutoriũ &c. quia in illo triduo totaliter fuit derelictꝰ & ſubtractũ adiutoriũ hũanũ in illo tpe paſſionis. Deſtruxiſti eũ ab emundatione quo ad opinionẽ Iudęorũ. Nã Iudæi reputarunt Chriſtũ imundũ & cõtra legẽ agentem & maledictũ: poſtq̃ fuit in cruce ſuſpenſus. Et ſic putarũt alienũ ab emũdatione legis:imo putarunt ipm eſſe imundũ:ſicut cętera morticina:nec audebant tãgere eũ:ne imundi putarentur & ne cõtaminarenť:ſed manducarent paſcha. Et ſedeʒ eiꝰ i terra colliſiſti:quo ad opinionẽ Iudæorũ. Nã poſtq̃ Iudęi viderunt ipm mortuũ:putarũt ipm nunq̃ amplius regnaturum:nec ſedẽ regalẽ & põtificalẽ in terra habiturũ. Minoraſti dies tpis eiꝰ:quia in magna iuuentute ipm occidi permiſiſti. Et minoraſti dies tpis eiꝰ:quia non ad ſceptrũ & regnũ ꝑuenire ꝑmiſiſti ſcdm opinionẽ Iudęorũ. & ſic perfudiſti ipm confuſione in opinione Iudæorũ:qui diffamabant ipm eſſe confuſum, poſtq̃ non erat adeptus regnũ qđ prædicauerat pro ſe & ſuis:& ſic irridebant eũ:& percutiebant arundine & illudebant in cruce.

Vſquequo dñe auertis in finem:exardeſcet ſicut ignis ira tua?

Memorare quę mea ſubſtantia:nunquid enim vane conſtituiſti omnes filios hominum?

Quis eſt homo qui viuet:& non videbit mortem:eruet animã ſuam de manu inferi?

¶ Hic petit remoueri ſupradictũ ipedimẽtũ p reſurrectionem Chriſti vt ipleanť ꝓmiſſa. Nã ſi Chriſtꝰ nõ reſurrexiſſet:non ſolũmodo ꝓmiſſio facta ipſi. Dauid & pr̃ibus fuiſſet ipedita:ſed finis hũanus eſſet caſſus & vanus. Nã deꝰ creauit hoiem vt deũ cognoſceret:& cognoſcẽdo amaret & diligeret:diligẽdo frueref:& ſic fruendo in ſupna patria btificareť:& glorificaretur. ſed talis finis & beatitudo fuerat nobis ipedita p pctm̃:qđ pctm̃ Chriſtus abſtulit per ſuã mortẽ & paſſionẽ. ſed ſi nõ reſurrexiſſet a tali morte:non adeptus nobis eſſet glorificationẽ. per cõſequẽs, nec aſcẽdiſſet in cælum ad paradiſũ beatã mãſionẽ. Et ſic de primo ad vltimũ, ſi non ſurrexiſſet finis noſter eſſet caſſus & vanus. & hoc eſt quod quærit ꝓpheta in hac parte. vñ dicit. O dñe vſq̃quo auertis miam tuã a nobis in finẽ. i. totaliter:& finaľr exardeſcet ſicut ignis ira tua? quaſi dicat. ira tua nũq̃ ceſſabit cõtra genus humanũ? erit ne ſicut ignis exardeſcẽs:qui ſemp ardet dum ipſi apponiť combuſtibile? quaſi dicat nõ. quia eſſet contra promiſſum vbi dixiſti:Si dereliquerint filij eiꝰ legem meã &c. miſericordiã meã nõ diſpergã ab eo. Poſtq̃ ergo nos tpaliter verberaſti & flagellaſti:non auferas in finem miſericordiã redẽptionis ꝓmiſſam:& poſtq̃ pro nobis flagellatus & verberatus eſt filius tuus & corporaliter mortuus, non auferas a nobis miſericordiaʒ reſurrectionis eius: per quam noſtra mors eſt deſtruenda:& vita reparãda. Reſuſcita ergo nobis ipſum ad vitam glorioſam:& memorare quæ & qualis eſt mea ſubſtantia. ſ. humana natura:quia fragilis & corrupta & vulnerata:& ad peccandũ ꝓna:quæ niſi per eius reſurrectionẽ non poteſt ſanari:nec reparari: nec ſuũ vltimũ finẽ acquirere:quia aliter in vanũ eſſet creata & cõſtituta. Ideo ſequiť. Nunquid enim vane cõſtituiſti ſiue creaſti oẽs filios hoim? quaſi dicat non:quia eos creaſti

vt tecũ beatificares in cęlo:& tuã gl'iam pticiparẽt. Sed ſi tu nõ reſuſcitas filiũ tuũ:oẽs corruẽt & manebũt in inferno in ęternũ ꝑpter pctã cõmiſſa:cũ oẽs ſint pctõres & mortui & ad iſernũ deſtinati. Ideo ſequit̃. Quis eſt hõ qui viuet in hac vita:& nõ videbit mortẽ corporalẽ ſupple:& quis eſt homo qui eruet.i.eruere poſſet animã ſuã de manu & poteſtate inferi:quaſi dicat nullus:qa null⁹ põt euadere mortẽ corporalẽ ꝑpter illã ſententiã datã in Adã.ſ.Puluis es & in puluerẽ reuerteris.nec poteſt euadere mortem ſpiritualem animę de manu inferi:ꝑpter illã ſentent.ã. Qua hora comederis morte morieris.ſ.in cõrpore & aia:& nullus poterit liberari a morte corporali & ſpũali nec reſuſcitari niſi per reſurrectionẽ Chriſti:& ſic oportet ꝙ reſurgat. Aliter tu deus pater vane cõſtituiſſes oẽs filios hoim:quia nõ conſequerentur finẽ ſuum vltimatũ p mortẽ & peccatũ ipeditum:quia cęteri non reſurgerẽt niſi ipſe reſurgat.

Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ dñæ:ſicut iuraſti Dauid in veritate tua?

Memor eſto domie opprobrii ſeruorum tuorum:quod continui in ſinu meo multarũ gentium.

Quod exprobrauerũt inimici tui dñe:ꝙ exprobrauerunt cõmutationem Chriſti tui.

¶ Hic exclamat ad patrẽ allegando promiſſum:vt excitet ipm ad reſuſcitandũ Chriſtũ. vnde dicit. O pr̃ dñe:vbi ſunt miæ tuę antiquæ:quas patribus antiquis ab antiquo ꝓmiſiſti:& quas antiquis patrib⁹ in figura reſurrectionis Chriſti & totius ppl'i antiquit⁹ feciſti? Et vbi ſunt miſericordiæ tuę antiquæ ꝓmiſſæ de Meſſia futuro:& de ei⁹ regno ęterno:ſicut iuraſti ipſi Dauid i veritate tua:q̃ mẽtiri nõ põt:eſto memor eſto. Vñ nota ꝙ ſi Chriſtus non reſurrexiſſet:tã Iudæi q̃ gẽtiles irriſiſſent ap'los q expectabant reſurrectionem Chriſti. iproperaſſent eñi ad mendaciũ ꝓmiſſionem Chriſti de reſurrectione de qua dixit:poſt tres dies reſurgam. Itẽ oẽs gẽtiles iproperaſſent patriarchis & ꝓphetis q expectabãt,& p̃dixerunt Chriſtũ a mortuis reſurrecturus. Et ideo dicit ꝓpheta. O tu pater memor eſto opprobrij ſeruorũ tuoꝝ patriarcharũ,& ꝓphetarũ,& apoſtoloꝝ,& ois chriſtianoꝝ:qd opprobriũ multarũ gentiũ,a multis gentibus cõtinui & ſuſtinui in ſinu meo.i.in facie mea & in tota eccleſia:qd opprobriũ exprobrauerunt.i.exprobrando dixerunt oẽs inimici tui infideles:ꝙ ꝓ quia:exprobrauerunt .i.irriſerunt cõmutationẽ Chriſti tui.i.mortẽ & paſſionem:quia mors & paſſio fuit p̃tiũ & cõmutatio:qua Chriſtus cõmutauit & redemit nos. Vnde hãc cõmutationẽ exprobraſſent & irriſiſſent infideles:niſi Chriſt⁹ reſurrexiſſet.& ideo manſerũt ipſi cõfuſi poſt reſurrectionẽ. Oia iſta verba etiã poſſunt eſſe ipſius Chriſti petẽtis reſurrectionẽ a patre:qui cõtinuit in ſinu ſuo.i.in mẽbris & eccleſia opprobriũ multarũ gentiũ. Nota ꝙ mors Chriſti dupliciter dicta eſt commutatio. Primo:quia fuit cõmutatio & cãbium de vita mortali ad immortalẽ. Scdo:quia fuit prætiũ noſtræ redẽptionis.ſed Iudęi ignorãtes hanc cõmutationẽ & reſurrectionẽ Chriſti:improperabant ipſi mortem.

Benedictus dñs inęternum:fiat fiat.

¶ Hic ꝓpheta cõcludit certitudinẽ ſuæ ꝓphetiæ:& veritatẽ toti⁹ ꝓmiſſionis. Vnde dicit:Bñdictus ſit dñs de⁹ Iſrael fiat:fiat:quia certiſſime fient oia q̃ ſupra ꝓmiſſa ſunt.ſ.incarnatio Chriſti:& a mortuis reſurrectio:& noſtra redemptio & glorificatio & beatitudo.& ſic videt̃ ꝓpheta agere gratias tanq̃ certus ꝓ oibus ſupradictis.quaſi dicat:fiat fiat.& impleatur promiſſio nobis facta de oibus ſupradictis:& tunc benedicemus deum ꝓ talibus beneficijs receptis.ſ. de Chriſti incarnatione,& morte,& reſurrectione,& de noſtra redemptione.



Domine refugiũ factus es nobis:a generatione in generationem.

Priuſq̃ montes fierent aut formaretur terra & orbis:a ſęculo & vſq; in ſęculum tu es deus.

Ne auertas hominem in humilitatem:& dixiſti:cõuertimini filii hominum.

¶ Titulus:Oratio Moyſi viri dei. qdã magiſtri Hebræoꝝ dicũt ꝙ Moyſes pſonaliter fecit hũc pſalmũ & oẽs ſequentes vſq; ad pſalmũ cẽteſimũ excluſiue. ſed hoc eſt manifeſte falſum maxime de pſalmo nonageſimoquarto:qui icipit. Venite exultem⁹. Nã ap'ls ad Hebrę.iiij.aſſerit Dauid feciſſe hũc pſalmũ:allegãs illũ verſũ,& oẽs ſequẽtes.ſ.Hodie ſi vocẽ ei⁹ audieritis. Et ſic ſicut mentiunt̃ de illo:ita mẽtiũtur de cæteris. Hoc idẽ dicit beat⁹ Hieronymus in expoſitione tituli huius pſalmi:ſed hoc nõ dixit aſſertiue:niſi ſecundũ opinionẽ magiſtri ſui Barrabã:& cæteroꝝ rabinoꝝ ſui tpis quibus nulla fides eſt adhibenda:ſicut ſæpius dictũ eſt. Et btũs Hieronymus poſtea ſcdm cõmunẽ opinionem eccl'ię attribuit iſtum pſalmũ ipſi Dauid tanq̃ actori. Vñ in epiſtola ad Iulianũ quę eſt cẽteſimaſeptima dicit. Audi & Dauid. Dies vitę nr̃æ ſeptuaginta anni:ſi aũt ampli⁹,octoginta:& qcquid ſupereſt:labor & dolor. Sed nũc reſtat ſcire quare in titulo dicit̃ Oratio Moyſi viri dei. Ad hoc dicũt quidã Hebręi:ꝙ Dauid inuenit iſtã orationẽ factã ab ipſo Moyſe & ſcriptã:& ideo interpoſuit inter ſuos pſalmos. hoc eſt manifeſte falſum. Nã ſi Moyſes feciſſet iſtas orationem ſicut iacet:nõ omiſiſſet ipas ſcribere & inſerere in lib. legis. ſicut ſcripſit cãticũ illã.ſ.Cãtemus dño glorioſe. Exo.xv. Et illud aliud. Audite cœli quæ loquor. Deuter.xxxij. Et ideo dicit beatus Hiero.ꝙ quia Moyſes ſcripſit a principio gñis hũani hiſtoriã:& quõ homo fact⁹ ſit:& peccauit:& quõ punitus eſt:ideo attribuit̃ ipſi iſte pſalm⁹:in quo memoratur miſeria generis hũani:& ponit̃ in ei⁹ titulo Oratio Moyſi viri dei. Sed licet hoc ſit bñdictũ tñ ſaluo meliori iudicio aliter videt̃ mihi dicendũ. ¶ Ad cui⁹ intellectũ eſt notandum:ꝙ poſtq̃ Moyſes impetrauerat gratiã propitiationis a dño ꝓ illo populo q peccauerat in adoratione vituli:tunc fecit mirabilẽ orationẽ & ꝓfundiſſimã apud dominũ. Quæ quidem oratio eſt referta maximis & ꝓfundis myſterijs & ſacramẽtis:licet Iudęi ſua cęcitate perculſi & malitia obſtinati eam percipere nõ valeant. Quę quidem oratio talis eſt. Exo xxxiij. Dixit aũt Moyſes ad dñm. Pręcipis vt educã populũ iſtũ:& nõ indicas mihi quẽ miſſurus ſis mecũ:pręſertim cum dixeris:noui te ex nõie:& inueniſti gratiam corã me. ſi ergo inueni gratiam in conſpectu tuo:oſtende mihi faciẽ tuam:vt ſciã te:& inueniã gratiã ante oculos tuos. Reſpice ppl'm tuum gentẽ hanc. Dixitq; dñs:facies mea p̃cedet te & requiẽ dabo tibi. Et ait Moyſes Si nõ tu ipe præcedas ne educas nos de loco iſto. In quo ſcire poterim⁹ ego & populus tuus inueniſſe nos gratiã in conſpectu tuo:niſi ambulaueris nobiſcum:vt glorificemur ab omnibus populis qui habitant ſuper terram? Dixit autẽ dñs ad Moyſen.& verbum iſtud quod locutus es facias. Inueniſti eñi gratiã corã me:& teipſum noui ex nomine. Qui ait. Oſtende mihi gloriam tuam. Reſpondit. Ego oſtendã omne bonum tibi:& vocabor in noie domini coram te.& miſerebor cui voluero:& clemens ero in quem mihi placuerit. Ruſumq; ait. Non poteris videre faciem meam:non enim videbit me homo & viuet & iterũ. Ecce,inqt,eſt locus apud me & ſtabis ſupra petrã. Cũq; trãſibit gl'ia mea ponã te in foramine petræ.& ꝓtegã dextera mea donec trãſeã. Tollãq; manũ meã:& videbis poſteriora mea:faciẽ autẽ meã videre

nõ poteris.Hęc aũt eſt oratio Moyſi quã fecit in paruo tabernaculo.in qua oratione petit Moyſes tres petitiones: quarũ prima eſt:ꝙ deus veniat in pſona ad deducendũ & dirigendũ totũ illũ populũ in terrã ꝓmiſſiõis.Secũdo petit vt oſtẽdat deꝰ ſibi faciẽ & diuinitatẽ clara viſiõe.Ad hoc reſpondet deus ꝙ facies ſua pcedet eũ:& qđ faciet qđ petit.ſ. quia in pſona ambulabit cũ eis:& ꝙ inueniet gratiã corã eo.Tertio petit Moyſes vt oſtendat ſibi gloriã ſuã ad qđ ꝓmiſit deus ꝙ dabit ipi oẽ bonũ.Hucuſq; deꝰ ꝓmittit ipi duo includẽtia maxima myſteria cõuenientia toti generi humano.Nã promittit ꝙ veniet in pſona ad deducẽdum & dirigẽdũ totũ genus humanũ.Nã ſicut ille angelus pcedebat caſtra in die in colũna nubis:& in nocte in flamma ignis:vt viderent & dirigerentur in ſuo itinere vſq; ad terram ꝓmiſſionis:ita deus ꝓmittebat venire pſonaliter in carnẽ:& ambulare ſimul cuꝫ genere humano factꝰ homo. & ꝙ facies hũanitatis Chriſti pcederet totũ populũ tanq̃ dux & caput:& lumine legis euangelicę dirigeret oẽs in hac via vſq̃quo introduceret oẽs electos ſuos in cęleſtẽ patriã.Et hoc myſteriũ incarnationis & dationis legis euangelicę puidit Dauid i ſpiritu,contẽplando huiuſmodi orationẽ & petitionẽ Moyſi:& ꝓmiſſionẽ dei.Pręuidit etiaꝫ Dauid qualiter Chriſtus in ſuo aduẽtu debebat oſtendere nobis oẽ bonũ grę:& oĩa bona ſacramẽtoꝝ in hac eccl'ia per gratiã:& in ſupna p gloriã.Et quomodo talia bona & talis gratia nõ erãt nobis dãda ex meritis noſtris pcedentibus:ſed dei miſericordia:per hoc qđ ait:miſerebor cui voluero.Itẽ per hoc qđ ſubdit.Nõ poteris videre faciẽ meã. præuidit Dauid in ſpũ qualiter nemo poteſt deũ videre p eſſentiã manens in hac carne mortali vſquequo induerit Imortalitatẽ.Itẽ per hoc qđ ſequit̃ & ſubdit deꝰ.Ecce,inquit,locus eſt apud me.præuidit Dauid in ſpiritu qualiter humanitas Chriſti debebat eſſe locus & tabernaculũ, & turris,& caſtrũ diuinitatis:ſupra quam turrim & caſtrum oẽs debebamus ſaluari,& tueri,& fundari.ad quã petram oẽs debebamꝰ habere refugiũ.Et iõ p hoc ſubdit Stabis ſupra petrã.quaſi dicat.Firmaberis ſupra petrã q eſt Chriſtꝰ. Itẽ per hoc qd ſubdit.Ponã te in foramine petrę:& ꝓtegã dextera mea.puidit qualr Chriſtus oẽs nos debebat reponere ſimul cũ tota eccl'ia in foramine huius petrę.ſ.in vulnere lateris ſui:& ibi nos debebat ꝓtegere dextera ſua:ſicut colũbę ꝓtegunt̃ in foraminibꝰ petrę:& in cauerna macerię.Oſtẽde mihi faciẽ tuã.Vnde quaſi p hũc modũ exponebatꝰ Aug.hãc orationẽ ſecũdo de trini.ca.xvij.Oĩa ergo myſteria ſupradicta ipi Moyſi ꝓmiſſa puidens Dauid in ſpũ:& cõtẽplãdo hãc orationẽ fecit hũc pſal.& intitulauit ipm orõnẽ Moyſi.q.d.ꝙ in hoc pſal.explicat̃ tota illa oratio Moyſi q̃ ſcribit̃ Exo.xxxiij.Nã Dauid petit in hoc pſal.oĩa illa quę deus ꝓmiſerat ſub magnis ſacramẽtis ipi Moyſi per ordinẽ.Priõ ꝙ ipe veniret pſonaliter in carnẽ:& facie ſua pcederet eos & dirigeret.Secũdo ꝙ oſtẽderet oĩbus ſuis fidelibus oẽ bonũ.ſ.gratiæ & gloriæ.Tertio ꝙ oſtẽderet nobis ſuã miam.Quarto ꝙ ipſe fieret nobis petra refugij:& poneret nos in foramine ſui lateris & ꝓtegeret nos dextera ſua.Quinto ꝙ licet in hac vita nullus poſſit videre deũ p faciẽ diuinę eſſentię:tñ fideles viderẽt eũ per faciẽ poſteriorẽ.i.p faciem humanitatis:q̃ ita Moyſes vidit ipm in mõte Tabor qñ vidit faciẽ eius reſplendentẽ ſicut ſol Et ſic exponit iſtũ pſal.Aug.ij.de trinita.ca.xvij. Quinq; ergo facit Dauid in hoc pſalmo qui intitulat̃ oratio Moyſi.petit eñ illa.v.licet non eodem ordine quo in illa oratione ſcribuntur.nam primo petit vt deus recipiat ſub ſuũ refugiũ hoiem in multiplicem miſeriã deiectũ:vt liberet ipm ab illa miſeria.Secũdo petit vt notificet̃ dextera dei in hũanitate qua nos debet protegere.Tertio petit vt repleat nos miſericordia ſua.Quarto petit vt det nobis gloriã promiſſaꝫ.Quinto petit totã eccleſiã fideliũ dirigi in hac vita per lumen gratię euangelicę doctrinę.ſcđm ibi. Dexterã tuã.tertiũ ibi.Conuertere dñe.quartũ ibi.Lætati ſumus.quintũ ibi.Reſpice domine.

¶ Quamũ ergo ad Y
primũ eſt notandũ ꝙ Chriſtus in ſacra ſcriptura ſæpe dicit̃ petra refugij.Nã cõiter caſtra fortia fundant̃ ſupra altas & fortiſſimas petras ſiue rupes.& ſic cõiter per petrã & rupẽ intelligit̃ oppidũ ſiue caſtrũ ſiue locus munitus:qui quidẽ locus dr̃ petra refugij.Et ſic illud oppidũ ſiue pſidiũ qđ eſt ſitũ in terra Moab vulgariter dicebat̃ petra refugij vel petra deſerti:eo ꝙ oẽs vici & villę circũquaq; habebãt refugium ad illã petrã tpe tribulationũ & latronũ:& ibi ſaluabantur & tuebant̃.Ita pariter Chriſtꝰ in tota ſacra ſcriptura:& in pſalmo dicit̃ locus munitus ſiue petra refugij:eo ꝙ totũ genꝰ humanũ exiſtens in captiuitate diaboli:& in ꝓfunditate multiplicis miſerię nõ potuit habere aliud refugiũ niſi ad ſolũ Chriſtũ:qui aſcendit in altiſſimũ refugiũ crucis: & ibi factꝰ petra nr̃a aperuit foramina.ſ.lateris,& manuũ, & pedũ,& in foraminibꝰ illiꝰ petrę poſuit & abſcõdit nos: & ſic fuimus liberati a captiuitate diaboli & miſeria huius mũdi.Et hæc eſt illa petra refugij:& ille locus quẽ ꝓmiſit deꝰ Moyſi i pſona totiꝰ gñis hũani cũ dixit.Eſt locꝰ apud me:& ſtabis ſupra petrã:& ponã te in foramine petrę.Vñ hũanitatẽ Chriſti vocat locũ dei & tabernaculũ verbi ſicut pluries dictũ eſt:in qua petra factũ eſt foramẽ lateris Chriſti vñ exiuit ſanguis & aqua in remiſſionẽ pctõꝝ:in quo quidem latere & foramine oẽs fuimus regenerati & recluſi. Hoc ergo refugiũ,ſiue in hoc foraminę petrę petit Dauid vt recipiant̃ oẽs fideles:cuꝫ dicit in hac prima parte.Dñe refugiũ factus es nobis.quaſi dicat.Tu dñe Ieſu Chriſte es factus refugiũ ſiue petra refugij & pſidij a gñatione in generationẽ.

¶ Sed eſt aduertendũ:ꝙ iſti verſus ſunt trãſpoſiti quãtũ ad ſentẽtiã.Nam ſecũdus verſus debet eſſe prior in ſentẽtia & cõſtructione.vñ ſic debet ordinari tota ſentẽtia iſtoꝝ triũ verſuũ:vnde ſic incipit.O dñe Ieſu Chriſte:tu qui es deus a ſęculo & vſq; in ſęculũ ſęculi.i.ab æterno ſine principio & ſine priuſq̃ mõtes fierent aut formaret̃ terra .i.anteq̃ mũdus crearet̃:nec eſſet aliqua creatura:tu tamẽ ex tpe factꝰ es nobis refugiũ & pſidiũ a gñatione l gñationẽ p carnis aſſumptionẽ.Et dixiſti.O filij hoiꝫ & oẽs filij Adã conuertimini.i.reuertimini ad me vos qui receſſiſtis & expulſi fuiſtis a paradiſo terreſtri ꝓpter peccatũ patris veſtri Adã:reuertimini ad me qñ venero in carnẽ:quia ego recipiã vos ſub meum refugium & pſidiũ.Ergo dñe ſi tu factꝰ es refugiũ nobis:& dixiſti oĩbus filijs Adã vt cõuerterent̃ ad te:ergo non auertas.i.nõ repellas nec reijcias hoiem.ſ. totum genus humanũ in humilitatẽ i.deiectionẽ & multiplicẽ miſeriã ſubmerſum.Ex ſupradicta ordinatione literę patet fuiſſe falſam intelligentiã Origeniſtarũ:qui vt firmarent ſuũ errorem ſumpſerunt occaſionẽ ex iſto loco ad dicendum ꝙ omnes animæ hominũ iam erant ante mundi creationẽ:per hoc qđ dicit.Dñe refugiũ factus es nobis:& ſequitur.Priuſq̃ montes fierent &c.Ordinabant eñ falſo modo literã.Nam prius debet legi ſecũdus verſus ſicut dictũ eſt cum diſtinctione & puncto.Nam deus fuit a ſæculo & ab æterno prius q̃ montes fierent:& formaret̃ terra:ſed poſtea ex tpe factꝰ eſt nobis refugiũ per carnis aſſumptionẽ et ꝙ ita intelligat̃ iam explicat̃ in litera cum dicitur.factus es nobis refugium nõ ab æterno:ſed a gñatione in generationem.Nam gñationes nõ fuerũt ante mundũ creatum: ſed poſt:vt patet.Geñ.iiij.Nã per prius fuit creatus homo: poſtea gñauit:vt ibidẽ patet.ergo gñationes fuere ex tpe: et nõ anteq̃ mũdus fieret.

¶ Sed adhuc reſtat dubium:ſi Z
Chriſtꝰ factꝰ eſt refugiũ nobis a gñatione in gñaitonẽ:ſequitur ꝙ a prima gñatione cœpit carnẽ hũanã:qđ eſt falſum. Nã verbũ poſt.lxij.gñationes ab Adã cepit carnẽ & tunc factus eſt refugiũ nobis.ergo nõ a gñatione in gñationeꝫ. Ad hoc rñdetur ꝙ Xpm eſſe factũ refugiũ oĩbꝰ filijs Adã

ſtat dupl'r.ſ.in ſpe,vel in re:in ſpe & fide iã factus eſt refugi
um ipſi Adam & filijs ſuis quib⁹ facta eſt ꝓmiſſio de Chri
ſto:vt ait Aug.lib.Cur deus hõ.Et ſic eſt dicẽdũ de oib⁹ pa
triarchis & ꝓphetis & fidelib⁹ vſq; ad aduentũ Chriſti:qui
oẽs fuerunt mẽbra Chriſti:in quoꝝ tpe licet Chriſtus nõdũ
eſſet incarnat⁹:tñ iã erat eis creditus.Et ſic iã erat refugiuꝫ
eis expectatũ.In cuius fide & ſpe & refugio credito iã ſalua
bãtur.ad Hebrę.xi.Ex quo pꝫ ꝙ Chriſt⁹ fact⁹ eſt refugiuꝫ
oibus fidelibus filijs Adã a generatione i generationẽ vſq;
ad iudiciũ.Naꝫ oẽs fideles ve.te.recepit realiter i foramie
petrę lateris ſui in die paſſiõis:& abſtraxit eos a libo infer
ni in die reſurrectionis.Et ſic non fruſtra petit Dauid recipi
ſub hoc refugiõ & ꝑſidiũ in perſona olm tam veteris q̃ no
ui teſta.cum dicit.Ne auertas hoies in humilitatẽ:ſed reci
A pe ipſum.¶ Vnde eſt aduertendũ ꝙ Chriſt⁹ non ſolũ fuit
refugiũ ſpirituale omnibus patribus ve.teſta.ſed etiam tẽ
porale.Nam primo liberauit Noe cum ſuis de aquis dilu
uij.Secũdo Abraham de Hur chaldeorum:& de rege Ge
raris & Aegypti:& liberauit Iacob de ira & odio Eſau:&
omnes filios Iſrael de ſeruitute aegyptiaca:& de mari ru
bro:& de multis periculis deſerti.& liberauit eos multiplici
ter tpe Iudicũ & regũ.Naꝫ illemet Ieſus qui abſtraxit illos
de terra Aegypti,liberauit gen⁹ humanũ de poteſtate dia
boli:vt ait apl's Iudas in canonica ſua:qꝛ Ieſus Chriſtus
hęri & hodie in ſcl'm & in ſęcula.ad Hebræ.xiij.Et ſic fa
ctus eſt refugiũ nobis tã tpale q̃ ſpũale a ꝯgñatione in gñati
onem.¶ Sed adhuc reſtat dubiũ vbi Deus dixit:conuer
timini filij hoim &c.Nã poſt ipm Dauid bene reperitur ꝙ
de⁹ dixerit ꝑ Eſaiã.Derelinquat impius viam ſuã & reuer
tatur ad dñm &c.Et per Hieremiaꝫ.Reuertere virgo filia
Iuda.& ꝑ Ezechielẽ.Si impi⁹ egerit pñiam &c.Sed dubita
tur in quo loco ſacrę ſcripturę añ tpa ipſius Dauid dñs fue
rit locutus de conuerſione hoiꝫ.Ad hoc reſpondetur ꝙ ſcd'm
Hierony.loquitur de futuro in hoc loco:vñ ait.Et dices re
uertimini filij Adã.& tunc nullum eſt dubium:quaſi dicat.
Tu dñe dices ꝑ Eſa.Hiere.& Ezechie.& cæteros ꝓphetas
Reuertimini filij hoim.vñ licet hoc ſit verum:tñ deus ad
huc ꝑ ſcripturas q̃ ꝓceſſerunt ipm Dauid:multipliciter vo
cauit fideles ad fidẽ & pñiaꝫ:& ꝓmiſit veniã pœnitẽtib⁹ &
refugiũ reuertentib⁹ & inuocantib⁹ eũ:vt patet ꝑ totũ Liui
ticũ:vbi ordinauit oblationes & ſacrificia pro pœnitentib⁹.
Item dicit Deutero.ca.iiij.Nouiſſimo aũt tpe reuerteris ad
dñm deũ tuũ & audies vocem eius:quia deus miſericors do
minus deus tuus nõ dimittet nec oino delebit.hoc idẽ dicit
in primo cap.& .xxx.ꝑ totũ.Dicit ergo Dauid. Tu domine
dixiſti in locis ꝑallegatis:cõuertimini ſiue reuertimini filij
hoim:ergo nõ auertas hoiem.i.gen⁹ hũanũ nec deijcias in
hũilitatẽ.i.deiectionem & multiplicem miſeriam poſitum
& afflictũ:ſed recipe ipm ſub tuũ refugiũ qñ veneris in car
nem.id eſt accelera venire.

Quoniam mille anni ante oculos tuos:tãq̃ di
es heſterna quę pręteriit.
Et cuſtodia in nocte:quę pro nihilo habentur
eorum anni erunt.

¶Quia ſupra dixit ne auertas hominẽ in humilitatẽ & mi
ſeriã:hic explicat multiplicẽ miſeriã in quã homo fuit deie
ctus qñ fuit expulſus a paradiſo propter pctm̃:vnde duo fa
cit.Primo enumerat huiuſmodi miſerias.Secundo demon
ſtrat ꝙ propter pctm̃ ſumus in eas deiecti.ibi:Quia defeci
B mus.¶ Quantum ad primum eſt aduertendum ꝙ in duo
bus cõſiſtit noſtra miſeria.Primo:quia fuit nobis abbreuia
ta vita.Scdo:quia illa breuis vita eſt variata per multas ęta
tes & infirmitates & defectus. Nam incipimus ab infantia
& mutamur in pueritiaꝫ:& exinde in iuuentutem & exide
in ſenectutem:& exinde in decrepitam;in quibus ætatib⁹
ſunt multi & varij defectus & infirmitates & miſerię:immo
quanto magis creſcunt dies,magis creſcunt miſeriæ. Et ſic
homo nunq̃ in eodem ſtatu permanet.Dicit ergo prophe
ta:Ne auertas hominem.i.ne deijcias in tantam deiectio
nem:qm̃ breuis & miſera eſt vita eius.nã licet viueret mille
annis:tamen eius vita breuiſſima eſt.Nam mille anni ante
oculos tuos.i.reſpectu æternitatis tuæ & comparati ad tuã
durationem ſunt tanq̃ dies heſterna quæ præterijt:& tanq̃
vna vigilia noctis quæ ſunt tres horę:cuius tempus videtur
quaſi nil maxime dormientibus.Sed quęritur quare magis
dixit,ſicut dies heſterna q̃ ſicut dies craſtina. Reſpondetur
ꝙ ſemper tempus futurum videtur nobis magis longum:&
tempus pręteritum videtur breuiſſimum:vt patet.nam gu
loſis longius videtur tempus trium dierum a die Iouis ſan
cta vſq; ad paſcha q̃ totum reſiduuꝫ quadrageſimę ꝑteritũ.
Et ſequitur:quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt.q̃
litera ſic eſt conſtruenda.Anni temporales erunt ſiue ſunt
earum rerum quæ pro nihilo habentur in reſpectu æterni
tatis.i.omnes anni temporales.i.totum tempus compara
tum ad æternitatem eſt de numero eorum quæ pro nihilo
habentur.i.omnes anni ſunt quaſi nihil,cõparati ad æter
nitatem dei.ergo tota vita hominis quãtũcunq; ſit longa ſi
cut vita matuſalem eſt quaſi nihil reſpectu dei. Et etiaꝫ in
aliquibus eſt ita breuis ꝙ mane tranſeat.i.in infãtia & pue
ritia moriuntur:& in aliquibus ſicut hęrba quæ mane flo
ret:ſed veſpere decidit & induret & areſcit:quia in ſenectu
te cum multitudine infirmitatum macilenti moriuntur.

Mane ſicut hęrba tranſeat:mane floreat & trãſ
eat:veſpere decidat induret & areſcat.

¶Poſtq̃ ꝓbauit ꝙ vita hominis eſt breuiſſima & quaſi ni
hil comparata ad deuꝫ:hic probat ꝙ eſt variabilis per mul
tas miſerias & defectus & infirmitates.Nam ſi homo ma
neret ſemper in codeꝫ ſtatu:vita breuis adhuc diceretur bo
na:ſed nunq̃ manet in eodeꝫ ſtatu quia variatur per ętates:
in quibus ſemper eſt aliqua imperfectio & miſeria.Naꝫ ho
mo in infantia eſt ſine ſenſu perfecto & in multa miſeria &
indigeſtiõe:quandoq; propter multas infirmitates quę ac
cidunt infantibus:& ſic nunq̃ peruenit ad florem iuuentu
tis:& in mane.i.in infantia vſq; ad veſperam.i.vſq; ad ſene
ctutẽ in qua ſunt infinitę ęgritudies ibi induret & areſcit:&
finaliter decidit & moritur vt patet per Ariſtotelem in lib.
de iuuẽtute & ſenectute:& de morte & vita. Ordinet ergo
ſic litera.oẽs anni homines ſunt de numero eorum quæ ꝑ
nihilo.i.quaſi nihil habentur:intantum vt ipſe homo ma
ne ſicut hærba tranſeat:mane floreat & trãſeat:veſpere.i.
i ſenectute induret.i.rigeat in cadauer:& areſcat in cinere:
& totaliter putrefiat & corrumpatur.ſic etiam homo trãſit
de ętate in ætatem:& de qualitate in qualitatem:& de in
firmitate in infirmitatem vſq; ad mortem.hoc idem habe
tur Iob.xiiij.capi.Homo natus de muliere breui viuens tẽ
pore repletur multis miſerijs:qui quaſi flos egreditur & cõ
teritur:& fugit velut vmbra & nunq̃ in eodem ſtatu per
manet.

Quia defecimus in ira tua:& in furore tuo tur
bati ſumus.
Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo:
ſæculum noſtrũ in illuminatione vultus tui.
Quoniam omnes dies noſtri defecerunt:& in
ira tui defecimus.

¶Hic reddit cauſam vnde euenit nobis hoc maluꝫ.ſ.vt no
bis ſit vita non ſolum breuiata:ſed etiaꝫ multiplici miſeria
afflicta & variata:quia in adoleſcentia vireſcimus:& in iu
uentute florem⁹:& in ſenectute decidim⁹ & indureſcimus
& areſcimus.Et ſic deficimus ab omni ꝑfectione.Et dicit ꝙ

hoc euenit nobis ex ira diuinę ſententiæ date in Adã qñ di
xit.Meledicta terra in opere tuo:& in ſudore vultus tui ve-
ſceris pane tuo:qa de terra aſſumptus es & in terrã ibis &c.
Iõ ait:qa defecimus in ira tua.i.in ſententia irę tuæ:& in fu
rore tuo cõturbari ſumus:qñ eieciſti Adam de paradiſo:qa
tunc perdidimus immortalitatem:& defecit vita noſtra &
contracta eſt ad durationem temporalem:ita ꝙ Adam vi
xit vſq; ad nongẽtos.xxx.annos:& Matuſalẽ nongentos.
lxx.annos.& poſt diluuiũ defecit etiã magis vita noſtra,qa
reducta & cõtracta eſt vſq; ad q̃dringẽtos annos:& poſtea
vſq; ad.c.xl.annos.Et hoc factum eſt in furore tuo propter
pctã hoim ſucceſſiue perpetrata.Et ſic poſuiſti iniquitates
nr̃as in conſpectu tuo.i.reſpexiſti in furore iniquitates no-
ſtras oculo punitionis:& ſæculum noſtrum,id eſt totum tẽ-
pus vitæ noſtræ & omnia peccata quæ fecimus in vita no-
ſtra poſuiſti in illuminatione vultus tui.i.in lumine & viſiõe
vultus tui:quia nõ oblitus es:immo ea puniuiſti.Vnde Iob.
xiij.Contra folium qd̃ vento rapitur oſtendis potentiã tuã:
& ſtipulã ſiccã perſequeris.Et ita dignus ducis ſup huiuſce-
modi aperire oculos tuos & adducere eum tecum in iudi-
cium.Qm̃ propter peccatum primi parentis condẽnati oẽs
ſum⁹ & facti ſum⁹ filij irę & vidictę:qa in pctĩs naſcimur:&
in iniquitatib⁹ cõcepit nos mater noſtra.¶Nota ſcd̃m Au-
guſtinum ꝙ tũc de⁹ pctã noſtra obliuiſcitur:& auertit faciẽ
ſuã a pctĩs noſtris:qñ pctã noſtra non imputat ad pœnam.
ſed tunc dicitur pctã noſtra reſpicere & ante oculos habere
qñ ſumus in ira ſua & ad pœnam intendit imputare:& ſic
eramus omnes filij iræ.Et ſequitur.Quoniã dies noſtri de-
fecerunt.i.ſpatium vitæ noſtrę quod ante erat perpetuum
ante caſus primi hominis:poſtea fuit reductũ ad.lxxxvij.
annos:& ſemper fuit diminutum.Et ſic in ira tua.i.ſecũdũ
ſententiã iræ tuæ defecimus:non ſolum in breuitate vitæ:
ſed in multitudine miſeriarum & infirmitatum.& ideo vt
additur:araneę homo comparatur.

Anni noſtri ſicut arãea meditabuntur:dies an-
norum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni.

Si autem in potentatibus octoginta anni &
amplius eorum labor & dolor.

Quoniam ſuperuenit manſuetudo:& corripie
mur.

¶Vñ nota.ꝙ aranea laborat per magnũ temp⁹ ad faciẽ-
dum telam:ſed tela eius eſt ita debilis ꝙ in momento de-
ſtruitur & frangitur.ita homo laborat per totã vitam vt ac
quirat bona temporalia vel aliquam dignitatem:& in vno
momento omnia perdit:aut per aliquẽ caſum:aut per mor
tem.& ideo dicit:Anni noſtri ſicut aranea.i.ſicut tela ara-
neæ meditabuntur.i.putabũtur & ęſtimabuntur:& non ſo
lum meditabuntur friuoli in varietate fortunę:ſed etiã in
breuitate vitæ.Nam ſicut aranea viuit breui tempore:ita
non diu viuit homo.Nam dies annorum noſtrorũ cõſiſtũt
in ipſis.lxx.annis:& ſi quis eorum vſq; ad octogeſimũ an
num & amplius viuat vltra:tunc nihil aliud eſt eorum vita
niſi labor & dolor.& quare?qm̃ veniet manſuetudo & cor
ripiemur.i.veniunt tunc infirmitates & dolores q̃ corripiũt
& proſternunt & deijciũt hominẽ.Exclamat propheta ad-
mirans ſententiam dicens.

Quis nouit poteſtatem irę tuæ?& prę timore
tuo iram tuam dinumerare?

¶O domine quis nouit.i.quis poteſt noſcere poteſtatem
iræ tuæ & poteſt ſuſtinere eam?aut quis nouit & potuit di-
numerare iram tuam & cogitare iudicia tua.ſ.quare feciſti
hominem peccabilem:& poſt pctm̃ quare voluiſti eũ tali
punitione plectere:& quare voluiſti talem ſententiã in po
ſteros tranſferre?quaſi dicat O altitudo diuitiarum ſapien
tiæ & ſcientię dei q̃ incõprehenſibilia ſunt iudicia eius &c.
Item quis poterit noſcere punitiones & ſecreta iudicia tua
in quibus videris explicare iram tuam?Et nota ꝙ vbi nos
habemus veniet manſuetudo & corripiemur:in Hebręo &
in litera Hierony.habetur.Qm̃ tranſibimus cito & euola-
bimus.Et oſtendit breuitatẽ vitę humanę.& ideo ſequit̃.
Quis nouit poteſtatem ire tuę &c.

Dexteram tuam ſic notam fac:& eruditos cor-
de in ſapientia.

¶Hęc eſt ſecunda pars principalis:in qua ponit ſcd̃am pe
titionẽ.ſ.vt Chriſt⁹ in lege ꝓmiſſus manifeſtetur & veniat i
carnẽ ꝓut de⁹ ꝓmiſit ipſi Moyſi i orõne:qñ dixit:ꝓtegã te
dextera mea.vñ dicit Dauid.O dñe deus pater tu ꝓmiſiſti
Moyſi hoi dei ſeruo tuo.Exod.xxxiij.cũ petiuit:dñe mitte
quẽ miſſur⁹ es:tũc dixiſti:Protegã te dextera mea & poſte-
riora mea videbis.i.mittã tibi filiũ meũ Xp̃m i lege ꝓmiſſũ
q dextera mea dr̃:eo ꝙ i eo oſtẽdã potẽtiã meã cõtra mũdũ
& diabolũ:& p ipſũ faciã opa miraculoꝝ.Iſtũ ergo filiũ meũ
videbis incarnatũ.vñ faciẽ meã.ſ.eſſentiã diuinitatis non
poteris videre viuens in hac vita:qa illa diuinitas latebit in
carne.ſed videbis poſteriora mea.i.hũanitatẽ verbo cõiun
ctã &c.Fac ergo dñe notã nobis dexterã tuã.i.filiũ tuũ &
veniat in carnẽ & noſcamus eũ p fidẽ.Et notanter dicit ſic
notã fac:qa hũanitatẽ videbim⁹ clare:ſed nõ diuinitatem:
qa ſolũ per effectus & miracula nouim⁹ Chriſtũ eẽ deũ.Et ſic
nõ nouimus ſimplr̃ ſꝫ quaſi nouim⁹:qa per fidẽ.nã Petr⁹
& Thomas videbant humanitatẽ:ſed crediderũt & cõfeſſi
ſunt diuinitatẽ in ipſa carne latentẽ:vtputa cũ dixit Petrus.
Ego dico tibi ꝙ tu es Chriſt⁹ fili⁹ dei viui.Et cũ dixit Tho
mas.Dñs meus & deus meus.Hanc ergo dexteram & hęc
poſteriora petebat ꝓpheta nobis quaſi notã fieri per incar
nationem & p̃dicationẽ.& iõ ſequit̃:Et eruditos corde i ſa-
pientia.i.fac nos eruditos corde in ſapia,dãdo nobis legem
euangelicã:q̃ nõ ſolũmõ erudit intellectũ ſed etiã iuſtificat
cor.q̃ſi dicat ꝓpheta:fac nobis notum filiũ tuũ qui erudiat
nos ſua euãgelica ſapia:& loquatur nobis ad aures & decla
ret verba tua & totam legẽ ve.ad aures noſtras ſicut promi
ſiſti Moyſi Deut.xviij.cum dixiſti prophetam ſuſcitabo de
medio fratrũ tuoꝝ ſimilem tibi.ſ.in natura hũanitatis:ſed
digniorem & ſublimiorẽ in maieſtate deitatis:& ponam
verba mea in ore eius:loqueturq; ad eos quæcunq; dixero
ipſi &c.mitte ergo iſtum prophetam filium tuũ vt nos eru
diat in vera ſapientia & non amplius per figuras nec ceri-
monias legis.hęc etiam dicit:quia deus promiſit Moyſi:ꝙ
præcederet & dirigeret eum.

Cõuertere dñe vſquequo:& deprecabilis eſto
ſuper ſeruos tuos.

Repleti ſumus mane miſericordia tua:& exul-
tauimus & delectati ſumus in omnibus diebus
noſtris.

¶Hic ponit̃ tertia petitio.vbi petit miã ꝓmiſſã ipſi Moy
ſi pro toto genere humano in ſupradicta oratione qñ dixit
miſerebor cui voluero.& ideo petit Dauid vt deus cõuerta-
tur ad nos p miã & paſſionẽ ſuã:& faciat nos filios miæ &
gr̃æ:vt ipſe qui ante erat nobis inexorabilis ꝓpter irã:fiat
nobis dep̃cabilis p miã,nos exaudiẽdo & gratos faciẽdo.&
vtit̃ verbis Moyſi in ſupradicta orõne Exo.xxxij.qñ dixit
dño.O dñe quieſcat ira tua.& eſto placabilis ſup nequitiã
populi tui.iõ ait Dauid i hoc loco.O domine Ieſu Chriſte
cõuertere aliquãtulũ:ꝓut habet alia lr̃a:& non amplius te
auertas a nobis:nec repellas nos a te.ſicut feciſti vſq; modo
ꝓpter peccatum primoꝝ parentũ & nr̃a ꝓpria:& cõuerte
nos ad te ſicut quõdã dixiſti.Conuertimini filij hoim & re-
uertimini ad me:& ego ſaluabo contritiões vr̃as.cõuertere
ergo & cõuertemur:& eſto dep̃cabilis & exorabilis & pla-

cabilis ſup nos ſeruos tuos:vt nr̃æ orationes tibi ſint exaudibiles & acceptabiles.quæ cõuerſio & recõciliatio non põt fieri niſi per mortẽ & paſſionem tuã.ergo expedias myſteriũ tuæ paſſiõis vt ſequaẽ effect⁹ nr̃e redẽptionis:& reſurge a mortuis vt repleamur mane mĩa tua.Vñ nota.ꝙ vbi nos habemus:Repleti ſum⁹ mane miſericordia tua:exultauimus & delectati ſumus omnibus diebus noſtris:& lætati ſumus pro dieb⁹ &c.In Hebræo & in litera Hierony.habeẽ. Satia nos mane mĩa tua:& cantabimus & lætabimur omnibus diebus noſtris:& lætifica nos &c.Vñ dicit Hieronymus ꝙ in hac pte.lxx.interp̃tes frequenter poſuerunt p̃teritum pro futuro:& hoc propter firmitatem prophetię:qa iſti pſalmi erãt cãtandi in ecclĩa poſt aduentũ Chriſti,poſt ĩpletas ꝓphetias.Alia aũt lr̃a habet.Replebimur mĩa matutina:& exultabimus & delectabimur &c. Dicit ergo ꝓpheta.O dñe Ieſu Chriſte cõuertere aliquã tulũ:& eſto dep̃cabilis:ſup ſeruos tuos:& ſatia & reple nos mĩa tua mane .i.in die reſurrectiõis qñ reſurges in claritate & gloria tua. qui quidem dies reſurrectionis dicẽ mane in ſacra ſcriptura:& ideo dicitur illa mĩa matutina:quia ſimul cum Chriſto ſurrexit mĩa:poſtq̃ ira & ſententia regnauerat in nocte legis veteris.Et ideo ſequiẽ.Exultabim⁹ & delectabimur omnibus diebus noſtris.id eſt in toto tempore gratiæ.

Lętati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti:annis quibus vidimus mala.

❡ Hic ponit quartam petitionem.in qua petit gloriã quã deus promiſit Moyſi in perſona noſtri:cũ dixit.Oſtendam tibi omne bonum.vnde ſimiliter hic ponitur præteritum ꝓ futuro.ideo dicit Dauid.O domine da nobis gloriaꝫ quam promiſiſti Moyſi.Exod.xxxiij.quando dixit.Domine oſtẽde mihi gloriam tuã.cui reſpondiſti.Ego oſtendam tibi oẽ bonum.Ergo lætifica nos gloria tua poſt tuam aſcenſionẽ poſtq̃ fuerimus iam renouati a vetuſtate peccati:quia iam nox peccati & tenebrarũ mutata eſt in diem lucis:& malũ in bonum:& humilitas ſiue deiectio in exaltationem.ideo lætemur in illa gloria pro diebus quibus nos humiliaſti & deieciſti:& lætemur pro annis quibus vidimus mala.i.loco & recõpenſatione triſtitię & maloꝝ præteritorum da nobis gloriam & lætitiam & fœlicitatem:& vertas triſtitiam in gaudium:& mœrorem in lætitiam:& dolorem in refrigeriũ. ❡ Et nota ꝙ hic non ſolum petit gloriam animę:ſꝫ etiam gloriam corporis.& ideo dicit:repleatur mane:ſiue ſatia nos mĩa matutina.quaſi dicat:per tuam reſurrectionẽ conſequamur & noſtram.id eſt reſurge & reſuſcitare tu:vt ſuſcites nos:& aſcende in cælum:vt aſcendamus tecum:& felicitemur in illa beatitudine & fruitione.Et hæc eſt intẽtio prophetę.lxx.aũt tranſtulerunt præteritum pro futuro propter rationem iam dictam ſicut frequenter fecerunt in alijs pſalmis.

Reſpice in ſeruos tuos & in opera tua:& dirige filios eorum.

Et ſit ſplendor domini dei nr̃i ſuper nos & opera manuum noſtrarũ dirige ſuper nos:& opus manuum noſtrarum dirige.

❡ Hic ponit quintã petitionẽ:qua petit dirigi per ſplẽdorẽ gratię & doctrinę euãgelicę:ſicut petijt Moyſes cũ dixit.ſi nõ tu ipſe p̃cedas:ne educas nos de loco iſto.in quo ſcire poterimus nos inueniſſe gratiã in conſpectu tuo:niſi ambulaueris nobiſcũ:quaſi dicat,niſi tu perſonaliter venias in carnẽ,& grã tua direxeris nos & oĩa opa nr̃a,nũq̃ pueniemus ad terminũ optatũ.Nã nõ ſufficit nos eſſe redẽptos & renouatos p paſſionẽ & reſurrectionẽ,& regeneratos per baptiſmũ rõne cui⁹ pticipamus paſſionẽ Chriſti:ſed etiaꝫ oportet vt habeam⁹ grãs p̃uenientẽ vt velim⁹ bonũ:& cooperanteꝫ & dirigentẽ vt operemur & dirigamur in operãdo:& pficiẽtẽ vt incepta & directa opa pficiam⁹:ſine q̃ nec diuina pręcepta implere:nec opera meritoria facere poſſum⁹.qd̃ ẽ cõtra Pelagianos qui dicebant hoiem ex naturali & libero arbitrio poſſe bñ operari & malum vitare:& ex proprijs viribus ſaluari.Hãc ergo falſã opinionẽ condẽnans ꝓpheta petit hãc gratiã in hoc loco.& ratio eſt.Nã ſuperius oſtendit naturã hũanã eẽ ſauciatã & corruptã ꝓpter pc̃m̃ & ꝓnã ad malũ & debilẽ ad bonũ propter fomitem & concupiſcentiã & pœnalitates inflictas:& ſic liberum noſtrum arbitrium eſſe valde claudicatum & ex vna parte inualidum & victum.Oportet ergo vt per gratiaꝫ eleuetur & adiuuetur:non ſolum vt vitet malum:ſed etiam vt velit & faciat bonũ:& dirigatur in actione ſua,& perficiatur vſqꝫ ad terminum incluſiue.Hanc ergo gratiam petit propheta dicens.O domine Ieſu Chriſte reſpice primo in ſeruos tuos.ſ.i aplõs & diſcipulos,cõferendo eis gratiã & oĩa ſeptẽ dona gratiaruꝫ vt poſſint p̃dicare euangelium omni creaturæ & reſpice in opera tua.i.in miracula per eos facienda:& in cæteras virtutes:vt poſſint fideles in ecclĩam cõgregare & tibi filios regenerare.Et ſic dirige filios eorum:quos tibi in euangelio & baptiſmo regenerauerunt.Item reſpice ſeruos tuos apoſtolos:qui ſũt opera tua:quia tu vocaſti & regeneraſti eos:& ex conſequẽti dirige filios eoꝝ &c.Et ſic patet ꝙ in hoc verſiculo petit primo gratiã ꝓ aplĩs:& ex conſequenti pro populo regenerato & redẽpto.& vtitur verbis Moyſi q dixit in ſupradicta oratione.Reſpice populum tuum gentem hanc.Et ſic petit propheta gratiam in generali.Poſtea ſeqtur in ſpeciali:cum ſubdit.Et ſit ſplendor domini.

C ❡ Ad cuius intelligentiam eſt aduertendum:ꝙ duplex eſt gratia.Quædam dicitur gratuita:quædam gratificans. Prima datur toti eccleſię.ſ.ad vtilitatem totius eccleſię.ſicut ẽ gratia ſermonum & linguarum interp̃tationis:& gratia ordinis & iuriſdictionis.Iſta genera gratiarum dantur ad vtilitatem totius eccleſiæ:ſed gratia gratum faciens datur ad gratificandum habentem.Prima data fuit apoſtolis:& datur prælatis ecclĩæ:ſcd̃a datur ſolis ſc̃tis & iuſtis.Ideo poſtq̃ propheta in ſuperiori verſu petijt gratiam gratuitam ad vtilitatem totius eccleſię,quam maxime apoſtoli habuerunt:nunc in hoc verſu petit gratiam gratificantem & dirigentẽ hominem ad bonum agendum & implendum pręcepta & opera charitatis.

D ❡ Sed quia opera noſtra ſunt in duplici genere.Nam quædam pertinent & diriguntur ad proximuꝫ:& pertinent ad charitatem proximi. Et quædam dirigunẽ in ſolum deum:& iſta pertinẽt ad cultum diuinum & latriã:ſicut oratio oblatio & adoratio &c.Dicuntur ergo iſta opera dei & ꝓximi ratiõe obiecti.Et ideo opera charitatis ꝓximi dicuntur opera manuũ noſtraruꝫ in plurali:eo ꝙ non ordinantur nec obligant ad vnum tãtum ſed ad omnes:qa omnes obligamur diligere in affectu:& omnib⁹ ſubuenire in effectu:ſi adſit facultas.Et etiam quia diuerſa ſunt opera miſericordiæ:eo ꝙ diuerſa ſunt genera miſeriarũ. Sed op⁹ charitatis circa deum eſt tantum vnum quia eſt vnus ſolus deus:& ideo vnus ſolus cultus & adoratio ipſi debetur.Vñ ſaluator Lucę.vij.ait.Martha Martha ſollicita es & turbaris erga plurima.Quia vita actiua eſt erga proximos:ideo eius ſunt multa opera:ſed contemplatiua eſt circa ſolum deum:& cultum eius:ideo ſubdit:porro vnuꝫ eſt neceſſariũ id eſt primum & principale.ſ.cultus diuinus.ideo illa dicuntur opera plurima:iſtud vero vnum opus ſicut vnus ſolus ẽ deus.Sed quia tam opera charitatis circa proximum q̃ op⁹ latriæ circa deum non poteſt exerceri nec incipi:nec continuari:nec perfici a nobis niſi ſit ſplendor gratiæ dei ſuper nos:qui dirigat opus manuum noſtrarum circa proximos:& dirigat etiam opus manuum noſtrarum erga deum colẽdum &c.Ideo propheta ſigillatim implorat & petit hanc gratiam dicens.Et ſit ſplendor domini dei noſtri ſuper nos ad

volendum bonum & incipiendum. & tu deus dirige opera manuum noſtraruȝ ſuper nos, id eſt ſuper proxios noſtros: quę ſunt opera miſericordiæ & charitatis erga proximos. & dirige etiam opus manuum noſtrarum circa cultum diuinum: qa ſine tua gratia neutrũ opus exercere poſſumus. Et notanter dicit Dirige opera manuum noſtrarum ſuper nos: & in ſecundo dicit Dirige opus manuum: & non addit ſuper nos: ad denotandum ꝙ ly opera refertur ad proxios: ſed ly opus refertur ad deum & cultum diuinum: ideo nõ dicit ſuper nos: quia tale non fit ſuper nos: ſed ad deum dirigimus ipſum. Quidam autem referũt ly opera ad opera miſericordiæ corporalia: & ly opꝰ ad ſpiritualia. ſed prima expoſitio magis videtur ſatiſfacere literæ & rationi: quia opꝰ erga deum vnum tantum eſt. ſ. cultus diuinus. Lucę. vij. Porro vnum eſt neceſſarium. Miſeri vero & cæci Iudęi non valentes introire in ſanctuarium dei: manentes in ſola literatura, exponunt hos duos verſus de fabricatione tabernaculi: dicentes ꝙ Moyſes perit vt deus dirigat fabricatores: & manus ad conſtruẽdum tabernaculum. Sed nõ mirum, qa non merentur videre Theſaurum inęſtimabilem clauſum in hoc pſalmo. Tu autem Chriſtiane quære gratiã & pulſa & aperietur tibi: & age gratiam.

QVi habitat in adiutorio altiſſimi in ꝓtectione dei cęli commorabitur. Dicet dño ſuſceptor meus es tu: & refugium meum deus meus ſperabo in eum. Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantium: & a verbo aſpero.

¶ Iſte pſalmus apud Hebręos eſt omnino ſine titulo. ſed dicunt Hebræi moderni ꝙ Moyſes fecit hunc pſalmum cõmendando diuinum refugium: oſtẽdens quomodo ille qui ſe committit diuino adiutorio non poteſt temporaliter perire. qd̃ probat exemplo filiorum Iſrael: qui ſe commiſerũt diuino adiutorio: iõ fuerũt liberati a captiuitate: & per totũ deſertum fuerunt protecti ſub illa nube: & tuti fuerunt ab inſidijs inimicorum diurnis pariterq; nocturnis. & prębuit eis deus cuſtodiam angeloꝝ ad defendendum non ſolum ab incurſibus hoim: ſed etiam a veneno beſtiarum: & ſic ſecuri ambularunt inter leones & dracones: & obumbrauit eos
C ſcapulis ſuis colũna nubis. Et ſic literaliter exponunt pſalmum iſtum de protectione quam habuerunt in itinere. Sȝ licet iſte pſalmus ſic literaliter poſſit applicari ſupradictę hiſtoriæ: & etiam poſſit exponi moraliter de quocũq; iuſto ſe diuino adiutorio committenti: tamen principalis intentio prophetæ non fuit iſta. ideo cõtinet maiora myſteria: vt patebit: maxime per ea quæ dixit i fine huiꝰ pſalmi: quia Dauid non fuit minus propheta in hoc pſalmo q̃ in cæteris. Et ideo eſt dicendum ꝙ iſte pſalmus vel eſt idem numero cum pſalmo ſuperiori: & pars eius diuiſa per diapſalma: vł eſt conſecutiuus ad ſuperiorem in materia: & ideo dicũt Iudæi moderni ꝙ quando dicunt hunc pſalmum incipiũt ipſȝ a verſu vltimo pſalmi præcedentis. ſ. Sit ſplendor domini ſuper nos & opera manuum noſtrarum dirige &c. Et ſic continuant iſtum pſalmum cum vltimo verſu pſalmi præcedẽtis. Vnde poſtq̃ Dauid in ſuperiori pſal. inuocauit Chriſtuȝ vt veniens in carnem fieret noſtrum refugium & notificaret dexteram ſuam per incarnationem & predicationem: & repleret nos miſericordia ſua per paſſionẽ & reſurrectionem: & lętificaret nos gloria ſua: & dirigeret nos & opa noſtra per ſplendorem gratię & euangelicę doctrinę ſuæ ſicut ꝓmiſerat ipſi Moyſi in eius oratione. Exo. xxxiij. Nunc in hoc pſalmo vel diapſalmate conſecutiõe inuitat & exhortatur totum genus humanum ad iſtam petram & domum refugij, qui eſt Chriſtꝰ: ſub cuiꝰ tutela & refugio totũ genꝰ humanũ ſiue omnes ad eũ confugientes erant liberandi a captiuitate diaboli: & ab omni humana miſeria tam corporali q̃ ſpũali in ſuperiori pſal. memorata: in quã inciderant ex ſnia data in Adam. In quo pſal. duo facit. Primo agit quod dictũ eſt. Secundo introducit deum confirmantem ſniaȝ & promiſſionem ꝓphetę. Et breuiter promittit cõplere totaȝ promiſſionem factam ipſi Moyſi. Exod. xxxiij. & complere petitionẽ factã in ſuperiori pſal. Erit ſcda pars ibi. Qm̃ ĩ me ſperauit liberabo eum. Vnde eſt intentio & concluſio huius prophetę in hoc pſal. ꝙ veniant oẽs & confugiant ad Chriſtũ: & cõmittant ſe eiꝰ adiutorio & refugio: & ſine dubio liberabunť ab omni miſeria; immo cognoſcent ſe eſſe liberatos. & enumerat omnes miſerias a quibꝰ & quomodo liberabunť per Chriſtũ. ¶ Vñ dicit ꝙ oĩs ille qui habitat ĩ adiutorio. id eſt qui habitat ĩ petra refugij & in lapide adiutorij ipſiꝰ dei altiſſimi q eſt Chriſtus & commorabiť in protectiõe dei cęli: talis dicet ſe eẽ liberatũ. Vñ eſt aduertendũ: ꝙ vbi nos habemꝰ. Qui habitat in adiutorio altiſſimi in ꝓtectione dei cęli cõmorabiť: Hebręus & litera Hierony. hȝ ſic: Habitat in occulto altiſſimus in vmbraculo oĩpotens ꝑmanet. Et ſic iſta litera videtur magis explicare ſacramentũ incarnationis Chriſti. vñ dicit ꝙ deus altiſſimus habitat in occulto humanitatis: & verbũ dei oĩpotẽs ꝑmanet in vmbraculo carnis ꝑſonaliter vnitum per incarnationẽ. Nã iſta hũanitas vt ſępiꝰ dictũ eſt: eſt tabernaculum & habitaculũ diuini verbi, in quo filiꝰ dei permanet inęternum: qa qd̃ ſemel aſſumpſit nunq̃ dimiſit. Vñ iſta hũanitas ſicut diciť tẽplum dei ꝑ ꝑſonalẽ vnionẽ: ita diciť habitaculũ oĩm fideliũ ꝑ myſticã icorporationẽ & regenerationẽ. Nã Chriſtꝰ iquãtũ hõ eſt caput eccłię. Et ſic illa humanitas eſt lapis adiutorij & petra noſtri refugij & habitaculũ miſeroꝝ. in foramine cuius petræ Chriſtus poſuit omnes fideles & ꝓtexit dextera ſua. Huic ergo refugio dicit ꝓpheta vt nos committamꝰ: & ad hoc ꝓſidiũ vt oẽs nos miſeri confugiamus. de quo etiã dicit Boetius. iij. de conſolatione. carmine. xj. Huc oẽs pariter venite capti Quos fallax ligat improbis catenis: Terrenas habitans libido mentes. Hic erit vber requies laborũ. Hic potius placida manens quietæ: Hoc patens vnuȝ miſeris aſylũ. Itẽ iſte Chriſtus in humanitate eſt ille locus & petra refugij: quã promiſit deꝰ per Moyſen in ſua oratione: & eſt illud refugiũ; de quo habitũ eſt i pſal. ꝓcedẽti. Ad quod refugiũ exhortať Dauid oẽs cõfugere in pricipio huiꝰ pſal. cũ dicit ſcdm nr̃am trãſlationem. Qui habitat in adiutorio Chriſti altiſſimi poterit dicere ꝙ in protectione dei cęli cõmorabitur. Nã eſt ꝓtectio & dextera qua deꝰ paternos ꝓmiſit ꝓtegere. ¶ Vñ eſt aduertẽdũ ꝙ fideles ponunt ſpẽ E
ſuam in Chriſto. Primo in p̃ñti ponendo ſpem & fiduciam ſuã in paſſione Chriſti & ſacramẽtis eccłię: ꝑ q̃ credũt liberari ab oĩ pctõ. Scdo ponẽdo totã ſpẽ in cęleſtibus ꝓmiſſis contẽnendo terrena. & hoc eſt ſe cõmittere diuino adiutorio & talẽ impoſſibile eſt perire: nec a diabolo ſuperari. & hãc cõcluſionẽ ꝓponit propheta dicẽs. Oĩs ille qui habitat in adiutorio Chriſti filij dei altiſſimi. i. illiꝰ adiutorio & auxilio ſe totaliter cõmitit oĩa alia mũdana fiducia & ſpe relicta: ille cõmorabiť in ꝓtectiõe dei cæli. i. cæleſti ꝓtectiõe defendeť & ꝓtegať: & ꝑ cõſequens nũq̃ ꝑibit nec ſupabitur a diabolo nec ab hoie: nec aliq̃ tẽtatiõe vincetur & ꝓſequiť quõ ponit aliquis ſuaȝ habitationẽ in adiutorio altiſſimi, dicẽs: qa ille q vult ſe diuĩo adiutorio cõmittere: dicet dño noſtro Ieſu Chriſto ſic. tu es ſuſceptor meꝰ: quia liberaſti me ꝑ paſſionem: tu es refugiũ meũ: qa ad te confugio vt ſaner per ſacramentoꝝ medicationẽ & tu es deus meus per ſpecialeȝ cultũ & adorationẽ. quaſi dicat ꝙ confiteatur Chriſtũ verũ eſſe Meſſiã: & verũ redẽptorẽ. Et ſic dicet & ꝓponet in corde ſuo: ſperabo. i. totam ſpẽ & fiduciam meã ponam in eo operãdo & dirigẽdo mea opera in eũ. quaſi dicat ꝙ ille vere ſe cõmitit adiutorio Chriſti qui ſuſcipit ipſum in re-

dẽptorẽ & ſaluatorẽ:& credit ipm eſſe verũ deũ & opatuꝫ ſcd͂m legẽ euãgelicã ꝓpter p̃mũ vitę æternæ:& p cõſequẽs credit ipm eẽ verũ Meſſiã:& etiã credit & p̃dicat firma fide q̷ ipe Chriſt⁹ liberauit me de laqueo venãtiũ:& a verbo aſpero. ❡ Ad cuius intellectũ eſt notandũ q̷ laque⁹ venantiũ dr̃ pct̃m primi parentis. Nã diabolus cum dixit primis parentib⁹:nequaq̃ moriemini:ſed eritis ſicut dij ſciẽtes bonũ & malũ:tũc parauit eis laqueũ.& qñ ipi comederunt fructũ tũc inciderũt i ipꝫ:& fuerunt expoliati bonis gratuitis & ligati pct̃õ & facti captiui & ſerui diaboli. qui quidem laque⁹ obligauit oẽs poſteros ad culpam propter tranſgreſſionem primorum parentum. Egreſſum eſt verbum aſperũ a deo cum data eſt ſñia eis vt eijcerentur:& felicitate in p̃nti & i futuro priuarent̃:& ad culpã & reatũ æternũ & mortem æternã & temporalem obligarentur:& pœnalitatib⁹ temporalib⁹ ſubderentur. Iſta ergo ſententia & maledictio a deo hoi promulgata fuit verbum aſperum & durũ & crudele toti generi hũano .a quo laqueo & verbo aſpero & ſẽtẽtia dura ſolus Chriſt⁹ nos liberauit. Dicat ergo oĩs fidelis ipſi Chriſto. Ego fiducialiter ſperabo in eum.ſ. Chriſtum Meſſiam & ſaluatorẽ in lege ꝓmiſſum. qm̃ per mortem & paſſionem ſuaꝫ liberauit me de laqueo pct̃i & culpę ipſoꝝ dæmonioꝝ venãtiũ:& p ſuã reſurrectionem liberauit me a verbo aſpo.i.ſñia mortis æternę:& miſerabili ſeruitute diaboli & miſeria pœnalitatũ & dura maledictione. Quaſi dicat ꝓpheta:q̷ iſta debet eſſe firmiſſima fides & fiducia cuiuſcũq; fidelis.& hoc eſt ſe cõmittere diuino adiutorio.q̃ſi dicat.ſi cõmiſeris te diuino adiutorio:& confugeris ad refugiũ Chriſti:non eris deceptus immo liberatus:& dices.i.poteris dicere dño agendo gratias.nunc cognoſco quia tu es ſuſceptor meus:& verum refugium meũ.& dices:vere Chriſt⁹ fuit refugiũ meum:qm̃ ipſe liberauit me de laqueo venãtium & a verbo aſpero eo mõ quo dictum eſt. ❡ Et nota q̷ ꝓpheta in hoc pſal. ꝓcedit cum difficultate.qa multotiens mutat pſonã & modũ loquendi p ſynepteſim:ſicut multotiẽs accidit non ſolũ in poetis:ſed etiã in prophetis in qbus ſpũs ſanctus loquebatur. Ideo aduertat lector. Et ideo eſt aduertendum q̷ ſcd͂s verſus põt ordinari cũ primo:eo modo quo dictũ eſt. Vel põt ordinari cũ ſequẽtib⁹:vt ſit ſenſ⁹. q̷ ille qui habitat in adiutorio Chriſti:& cõmorabitur in ꝓtectione eius:ille talis cõſequetur octo ſequentes vtilitates:& liberabitur de ſeptem periculis ſequentibus per ordineꝫ. Nam primo dicet & poterit dicere dño,ſuſceptor meus tu &c. Et liberabitur de laqueo venantium & a verbo aſpero. Secundo obumbrabit̃ ſcapulis Chriſti:& ſub pẽnis eius ſperabit. Tertio circundabit̃ ſcuto Chriſti:& ſic nihil timebit. Quarto a dextris & ſiniſtris cadent Iudęi & cæteri infideles:tamen ipſe liberabitur a peccato. Quinto infideles flagellabuntur multis plagis:tamen flagellum non appropinquabit tabernaculo ſuo. Sexto:quia angeli eum cuſtodient ab omni periculo. Septimo.quia cõculcabit aſpidem & baſiliſcum & Leonem & Draconem. Octauo:quia glorificabitur in æternitate. Et totum hoc patebit ſequendo literaꝫ. Dicit ergo ſecundam vtilitatem.

Scapulis ſuis obũbrabit tibi:& ſub pennis eius ſperabis.

Scuto circundabit te veritas eius:non timebis a timore nocturno.

A ſagitta volante in die:a negotio perambulãte in tenebris:ab incurſu & dęmonio meridiano.

❡ Ad cuius intelligentiam eſt notandũ q̷ tripliciter poteſt aliquis alium protegere. Primo inter ipſum & inimicum ſe obijciendo & interponendo:ſicut facit vacca & bos qñ vi. vident lupos venientes ad ſe. tunc.ſ. bos remittit filios a tergo ſiue ad ſcapulas:& obijcit ſe lupo & morſib⁹ eius & defẽdit filios cum cornu:& ſic ſub vmbra ſcapularum bouis defenduntur & proteguntur filij:& cum cornu bouis vulnerat̃ lupus & fugit. Secundo poteſt quis alium protegere ſub alis recipiendo & cooperiendo ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alis,& liberat eos a miluo & fouet & nutrit eos ſub proprio calore. Tertio ſicut quando quis cooperit amicum ſuum ſcuto & obijcit ſcutum contra inimicum. Iſtis ergo tribus modis liberauit & protexit nos Chriſt⁹ de poteſtate diaboli & a morte perpetua. Primo nos liberauit ſicut bos liberat filios ſuos. Nam ipſe poſuit ſcapulas ſuas in cruce & poſuit nos a tergo ſuo & obiecit ſe morti & paſſioni contra diabolum:& recepit in ſe ictus & verbera & vulnera inimici:vt noſtra vulnera ſanaret:& cum cornibus crucis percuſſit inimicum diabolum & fugauit eum & confregit portas inferni:& liberauit ſanctos patres & attraxit prædam. Itaq; ſcapulis ſuis protexit futuros,& cornibus liberauit præteritos. Secundo liberauit nos ſub alis & pennis ſuis ſicut gallina ꝓtegit pullos ſuos. Nam quatuor facit gallina. Primo recipit oua aliarum gallinarum ſiue oua aliena ſub alis & pennis ſuis. Secundo proprio calore fouet & excitat & viuificat foetum ex ouo:& ita viuificat multos pullos,& ex alienis facit proprios:& tantum diligit eos q̷ tota liqueſit in ſudorẽ ad fouendum pullos ſuos:& ſic conſumit proprium ſanguineꝫ & ſubſtantiam:itantum q̷ mutat vocem & perdit plumas & efficitur pallida conſumpto & exhauſto ſanguine & ſubſtantia:& ſic fouet filios. Tertio protegit eos a miluis & cęteris animalibus & nocumentis. Quarto paſcit eos & dirigit in paſtum. Ita ſimili modo Chriſtus cum nos eſſemus oua aliena:quia filij carnales ipſius Adę,& mortificati per culpam:ipſe Chriſtus congregauit nos ſub & pennis & alis ſuis in eccleſia:& viuificauit nos per ſacramenta ſua quę habent virtutem & calorem ex paſſione & ſanguine ſuo. Nã primo liberauit nos per paſſionem:& effudit totum ſanguinem ſuum pro nobis:vt daret virtutem ſacramentis ad ſanãda vulnera noſtra:& ſic manſit pallidus in cruce & nudus. vbi tantam dilectionem oſtendit erga nos:q̷ totum ſe in nobis transformauit noſtros defect⁹ & pœnalitates ſuſtinendo. quos defectus & pœnalitates in cruce ſecum affixit vt ait apoſtolus. Et ſic nos viuificauit & pauit. Tertio nos protexit cooperiendo ſcuto gratię & doctrinę & legis euangelicę:& contra diabolum ipſum ſcutum obiecit ad repellẽdum eius incurſus & ictus. Nam ſicut ſcutum materiale ſimil̃ repellit omẽs ictus inimici & protegit pugillem:ita lex euãgelica quæ præcipit omnem iuſtitiam & prohibet omne vitium ſimul cum gratia.vij.donorum ſpiritus ſancti protegit nos & repellit omnem tentationem inimici. Et ſic tam lex euãgelica q̃ gratia.vij.donorum dicitur ſcutum per Chriſtũ nobis conceſſum. ❡ Triplicibus ergo armis potexit Chriſt⁹ F filios & fideles ſuos. Primo paſſionis:vt ab vniuerſali ſeruitute liberaremur. Secũdo armis & medela ſacramentorũ:vt a vulneribus peccatorũ ſanaremur. Tertio armis & ſcuto legis euangelicę & virtutũ vt futura peccata caueam⁹ & tẽtationibus diaboli reſiſtamus & repellamus.& ſic Chriſtus nos liberauit & ſanauit & ꝓtexit. Qui ergo habitat in adiutorio altiſſimi.i.Chriſti adiutorio ſe committit:& his tribus armis ſe munit & armat:erit ſemp in protectione dei cęli,& commorabitur:quia protectione dei vallatus non põt ſuperari. Et hoc eſt qd̕ dicit. Qm̃ ipſe liberauit me de laq̃o venantium &c. Ideo propheta apoſtrophat ad populum fidelem dicens:Ipſe Chriſtus ad cuius refugium confugiſti & cuius armis te muniſti,obumbrabit tibi ſcapulis ſuis.i.vmbraculum ſalutare et tutatiuum pręſtabit tibi ſcapulis ſuis ſi ad eius paſſionem recurreris qui in cruce pro te ſcapulas poſuit. Et ſub pennis.i.ſub alis eius ſperabis.ſi ſub ſacramentis eccleſiaſticis te conſtitueris:et ex eiſdem medicinam ſuſceperis:quæ fouent virtutes et ſanant vulnera. Scuto circun-

dabit te veritas eius.i.lex eius euangelica circundabit te & proteget ſcuto ſacramentorum & articulorum & præceptorum & conſiliorum ad repellendas tentationes & inſidias diaboli & cauẽda peccata.quaſi dicat.ergo propheta ſi tu homo confugeris ad refugium Chriſti,& voluens in eo ponere habitaculum tuum:tunc ipſe ſcapulis ſuis obumbrabit tibi:& ſub pennis eius ſperabis:& ſcuto circundabit te veritas eius prout dictum eſt:ſicut promiſit Moyſi.qñ di.Ponam te in fo.&c.Exod.xxxiij. ¶ Non timebis hic enumerat omnia pericula & omnes miſerias de quibus Chriſtus liberauit omnes confugientes ſub vmbram ſcapularũ & alarum ſuarum quos protexit ſcuto ſuę veritatis & gratię.

nota q pecca tu ꝯsistit in quatuor

G ¶ Ad cuius euidentiam eſt notandum ꝙ tentatio ſiue peccatum conſiſtit in quatuor gradibus.Nam primo præcedit cogitatio.Secundo ſequitur propoſitum.Tertio actus peccandi.Quarto perſecutio.Cogitatio comparatur nocti:eo ꝙ ſicut in nocte homo frequenter cadit:ita ex frequenti cogitatione & delectatione homo frequenter cadit in propoſitum peccãdi.Propoſitum vero comparatur crepuſculo & tenebris.nam ſicut crepuſculum exit ex nocte,& eſt prope diem:ita propoſitum exit ex cogitatione & eſt prope actũ & effectum:& iam imputatur ad peccatum. Operatio aũt in hac parte comparatur diei:eo ꝙ iam peccatum exiuit in clarum & manifeſtum.Proſecutio autem & duratio pcti iã comparatur meridiei:quia iam peccator non timet ſuam famã.Diabolus ergo primo inducit hominem in cogitationẽ peccati:& exinde detinet eum in conſuetudine.Et hæc ſũt quatuor arma diaboli quibus hominem inuadit.Sed Chriſtus dedit nobis arma & ſcutum legis euangelice continentis omnes virtutes:quo reſiſtimus & repellimus tentatiões.& arma diaboli.Nam in lege euangelica reperies quõ nõ debes cogitare de mundo:immo oportet ſemper orare:& quõ non debes peccare:& ſi peccaſti debes ad pniã recurrere &c.Et ſic ſi legem euangelicam ſectatus fueris:de facili diabolum vinces:& a te repelles.Et ideo dicit propheta: Scuto circundabit te veritas eius.i.lex eius. & non timebis a timore nocturno ſ.cogitationibus malis:nec a ſagitta volante in die.ſ.a peccato in actu.Nam ſicut arcus pellit ſagittam:ita propoſitum producit actum peccandi in clarum & manifeſtum.Nec timebis a negotio perambulante in tenebris.Nam peccatum anteq̃ producatur in clarum,negociatur:& agitatur in tenebris propoſiti.nec timebis ab incurſu meridiano.i.a peccato male conſuetudinis:qd iam non timet:nec veretur infamiam.quaſi dicat.ſi munitus & armatus & circundatus fueris ſcuto legis euangelicę:non timebis iſtos quatuor incurſus diaboli:& quatuor gradus peccatoꝝ. Per iſtos etiam quatuor terminos intelliguntur quatuor genera peccatorum.Nam per timorem nocturnum intelligitur peccatum ignorantiæ neglectæ:& per negocium tenebroſum,peccatum auaritiæ.per ſagittam volantem in die,intelligitur peccatum luxurię. Per dęmonium meridianum intelligitur peccatum ſuperbiæ.Nam ſuperbus ab omnibꝰ vult videri.Sed omnibus his peccatis & armis diaboli reſiſtit lex euangelica:& eorum repellit incurſus & ictus:vt patet per ſingula.Per laqueum autem venantium poſſunt & intelligi omnia genera peccatorum,& tentationum.& per verbum aſperum omnia genera perſecutionum.& ſic martyres in primitiua eccleſia:& omnes viri iuſti fuerunt liberati de laqueo diaboli,& de perſecutionibus & minis tyrannorum per Chriſtum.

**Cadent a latere tuo mille:& decem milia a dextris tuis:ad te autem non appropinquabit.**

¶ Totum hoc legitur conſequutiue:vbi monſtrat ꝙ abſq; paſſione Chriſti & lege euangelica nullus poterit ſaluari. Ideo dicit propheta ad virum iuſtum:ꝙ tãta eſt virtus paſſionis Chriſti & ſacramentorum eccleſiaſticorũ:& legis euãgelicæ & donorum ſpiritus ſancti:ꝙ ſicut per ipſam oẽs ſaluant & proteguntur:ita ſine ipſa nẽo poteſt ſaluari,nec ꝓtegi.Nam in pugna huius mundi cadent mille a latere iuſti:& decem milia a dextris eius.ſed ad iuſtum talia mala non poſſunt appropinquare:eo ꝙ munitus eſt & protectus ſub ſcapulis & alis & ſcuto Chriſti.ideo dicit propheta.O Chriſtiane & vir iuſte qui adiutorio dei te commiſiſti:& armaſti armis Chriſti & ſcuto eius te protexiſti in pugna huius mundi:cadent a latere tuo mille de infidelibus & peccatoribus & decem milia a dextris tuis.i.omnes Iudæi & pagani circunquaq; cadent victi a dextris & ſiniſtris a diabolo & carne & mundo ſuperati.Et ſic omnes infideles peribunt:ad te autem talis plaga damnationis non appropinquabit:eo ꝙ diuino adiutorio te cõmiſiſti:& eiꝰ armis te muniuiſti.& ideo manebis & euades liber & victor.Item tu cum iſtis armis Chriſti munitus pugnabis contra diabolum & membra eius & infideles:& vinces eos:intantum ꝙ cadent victi mille a latere tuo ſiniſtro:& decem milia a dextris tuis.q̃ſi di.circunquaq; omnes infideles cadent:ad te autem nullũ malum appropinquabit:ſed illæſus & triumphator exibis. Et nota ꝙ apoſtoli & martyres quoſdam vincebãt conuertendo eos ad fidem:ſicut fuerunt gentiles:& illi cadebant a dextris ipſorum.Et alios vicerũt temporaliter & ſpiritualiter.ſ.Iudęos qui manſerunt in ſua obſtinatiõe & cęcitate:& iſti ceciderunt a ſiniſtris ſpiritualiter victi & condemnati ad pœnam perpetuã.Et ceciderunt etiam victi temporaliter:quia a proprijs ſedibus expulſi ſunt:& ciuitas eorum incenſa:& regnum & ſacerdotium ablatum:& vna pars eoꝝ trucidata:& alia captiuata & diſperſa.Et iſti ponuntur ſub numero milenario eo ꝙ fuerunt pauciores q̃ gentiles.Gentiles autem conuerſi ceciderũt ab idololatria ad latus dextrum.ſ.ad baptiſmum per regenerationem.qui quidem baptiſmus procedit ex latere dextro Chriſti.ideo dicitur dextera pars eccleſię.& ad hanc partem ceciderunt gentiles:q dicuntur decem milia:eo ꝙ in decuplo fuerũt in maiori numero q̃ Iudæi.Eccleſia ergo omnes ſibi ſubiecit.ſ.Iudæos ad ſiniſtram,quos in captiuitate poſſidet temporaliter. Et gentiles ad dexteram:quos in ſalubri libertate & obedientia regeneratos gubernat.Et ideo ſequitur quinta vtilitas.

**Veruntamen oculis tuis conſiderabis:& retributionem peccatorum videbis.**

¶ O vir iuſte,& retributionem peccatorum Iudęorum:& infidelium videbis:maxime in die iudicij:vbi peccatores & obſtinati exiſtentes a ſiniſtris Chriſti:mittentur in ignem æternum.Fideles autem exiſtentes a dextris Chriſtus ſecum in vitam æternam deducet.Et ſic iuſtus ibi videbit retributionem peccatorum.Hoc idem manifeſte videmꝰ oculis noſtris tam ſpiritualibus q̃ corporalibus.Nam oculis corporalibus videmus Iudæos per mundum diſperſos & captiuos ſine regno & ſacerdotio:& oculis mentis videmus eos cæcos:& maledictos:& intelligentia ſacrę ſcripturæ priuatos,& a bonis cæleſtibus alienos:& ad mortem perpetuam deſtinatos:& hoc in retributionem mortis & paſſionis Chriſti.a qua ſententia videmus fideles immunes & liberos.Et ideo ſequitur.

**Quoniam tu es domine ſpes mea:altiſſimum poſuiſti refugium tuum.**

**Non accedet ad te malum:& flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.**

¶ Qm̃ tu es domine ſpes mea.quaſi di.iuſtus.O dñe Ieſu Chriſte ego ſum liber a tali ſententia:& vici oẽs tentatiões & pctã:& deieci malos a dextris & ſiniſtris.qm̃ tu es ſpes mea,& refugiũ meũ:& protectus ſuꝫ & munitꝰ armis tuis.Et quia altiſſimum poſuiſti refugiũ & fortalitiũ tuũ:quaſi a mundanis eleuatum:& armis tuæ potentię munitum:iõ fui

in eo ſaluatus & liberatus. quoniam nullus malũ culpę nec flagellum pœnę appropinquabit ad te. & ſic omnes iuſti q habitant tecum in tabernaculo tuo ſaluabuntur & liberabuntur ab omni malo culpę & etiam flagello pœnæ.

¶ Et nota etiã ꝙ iſta particula poteſt dirigi ad quẽcũq; virum iuſtũ & fidelẽ. Vnde dicit propheta. O vir iuſte & fidelis quia tu poſuiſti altiſſimum refugiũ tuũ. i. quia non poſuiſti ſpem tuaꝫ in rebus terrenis & infimis & corruptibilib⁹: ſed in rebus altiſſimis & cæleſtib⁹: & poſuiſti Chriſtum adiutorem tuum: & ad eius refugium confugiſti: ideo non accedet ad te malum culpę: & flagellum perſecutionis nõ appropinquabit tabernaculo tuo: id eſt eccleſię: in qua tabernaculum elegiſti. q̃ quidẽ eccleſia eſt tabernaculuꝫ fideliũ. Vnde eſt notanduꝫ ſicut ait Saluator Matthęi. vij. ꝙ eccleſia Dei eſt fundata ſupra firmam petram qui eſt Chriſt⁹: in altiſſimis montibus: quia tota ſpes eius & fiducia eſt in cæleſtibus: vbi expectat præmium. Ideo nec ventus nec flumina poſſunt eam proſternere: & perſecutiones temporales tyrannorum non valuerunt contra eam. Et licet ad tẽpus fuerit afflicta: tamen finaliter permanſit victrix tẽpore Conſtantini: & hoc quia altiſſimum poſuit refugium ſuum. Ideo licet flagella appropinquauerint ad corpora: & carnes martyrum: quia eos corporaliter occiderunt: tamen nõ acceſſerunt vſq; ad tabernacula: id eſt vſq; ad animas & cõſcientias eorum in quibus Chriſtus reſidebat: quia firmi & ſtabiles permanſerunt in fide: & ſic victores & triũphatores extiterunt: & ſic vincebant & ſubiecerunt reges & pricipes ipſi eccleſię. Et iõ licet corpora morerentur & trucidarentur: tamen tabernaculum eccleſię nunq̃ fuit proſtratum in perſecutiõibus tyrannorum & imperatorum: immo in fine ipſi tyranni & imperatores fuerũt victi & ſubiecti eccleſię. & ſic flagellum temporale nunq̃ appropinquauit tabernaculo domini quæ eſt eccleſia, non ex lapidibus materialibus: ſꝫ viuis & ſpiritualibus conſtructa. Nec tale flagellum potuit ad animas martyrum appropinquare: quæ quidem animę ſunt tabernaculum ſpiritus ſancti. Et ſic patet ꝙ mille & decem milia infidelium & paganorũ ceciderunt victi a latere eccleſię: ſcilicet a dextris & a ſiniſtris: & tamen ad eam non potuerunt appropinquare vt poſſent eam delere. Et ita finaliter quilibet vir iuſtus armis Chriſti munitus deiecit a dextris & ſiniſtris mille & decem milia tentationum: & ſic ad eum non potuerunt appropinquare: eo ꝙ altiſſimuꝫ poſuit refugium ſuum.

## Quoniam angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis.

## In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

¶ Quia promiſſum eſt auxilium temporale omnibus fidelibus confidentibus in Chriſto, qui ſe diuino adiutorio committunt vt dictum eſt ſuperius: ꝙ arma contra diaboluꝫ ſũt paſſio Chriſti: & eccleſiaſtica ſacramẽta & lex euangelica: quibus prouidit Chriſtus ſuis fidelibus: & eos armauit contra inſidias & tẽtatiões diaboli. Hic aũt ponit q̃rtũ auxiliũ quæ eſt cuſtodia angelorum quos deus tribuit fidelibus ad cuſtodiam hominum contra pericula temporalia & etiam ſpiritualia. Vnde ſecundum Hieronymũ ſuper Matth. xvj. ſecundum Aug. libro ſoliloquiorum, vnaquæq; anima habet angelum a principio ſuæ creationis & natiuitatis ad ſui cuſtodiaꝫ deputatũ rõne aiæ & rõne coropris. Et ratio eſt. Nã eiuſdem eſt facere et conſeruare. Cũ ergo deus permiſerit diabolũ homini inimicum a principio & exordio mundi: eo ꝙ habet poſſidere locũ quẽ ille p caſũ pdidit: etiam ſemp diabolus conatur hoieꝫ deſtruere nõ ſolũ in aia ſꝫ etiã in corpore vellet: ipſꝫ ei interimere qñ ẽ in peiori ſtatu culpę vt auferret ipſi locũ pœnitentię: & ſic poſſet ipſm præcipitare vel aliud dãnũ ipſi inferre per ignem aut aquã: & quouis alio mõ: poſtq̃ habet poteſtatẽ ſup elemẽta: cũ ſit vnum corpus. Itẽ poſſet hoieꝫ multipliciter affligere vt deduceret ipſm ad blaſphemiam vel deſperationem: & maxime quia homo eſt ſubiectus multis miſerijs & infirmitatibus: & habet liberum arbitriũ claudicatuꝫ: vt ait Aug. ideo eſt ipſi neceſſaria cuſtodia angelorum, vt liberet ipſm ab huiuſmodi piculis corporalib⁹: & etiã a tẽtationib⁹ occltis & ſpũalib⁹ & ne cadat in diuerſa genera vitioꝝ. Ideo dicit hic: continuando lrãm cũ ſuperiori verſu: non accedet ad te malũ: & flagellũ nõ appropinquabit tabernaclo tuo. Quare & quo adiutorio? reſpondet. qm̃ angelis ſuis Deus mandauit. i. mãdatũ dedit eis de te: vt cuſtodiãt te in oib⁹ vijs tuis i hoc mũdo & via: qa in pria nõ erit neceſſaria cuſtodia vbi nullum erit periculũ ſed erũt angeli ad ſocietatẽ felicitatis. H ¶ Et deſcribit qnq; picula a quibus liberant angeli hoies. Nã prio liberãt hoiem ne forte offẽdat pedẽ ſuũ ad lapidẽ. Per pedẽ intelligit pars corporea. Nam aia dicit caput hois quia regit corpus: ſed corp⁹ dicit pes aiæ: qa cũ corpore anima mouetur & operatur & excercet oia opa: & tãgit terrena: ideo Deus dedit angelũ homini: vt ipſum cuſtodiat quo ad corpus ne lædat & offendat pedem ſuum. ſ. corpus ad lapidem intelliguntur. Nam ſi non phiberet angel⁹ cuſtos, diabol⁹ poſſet hoiem lędere: aut in aquis ſuffocando: aut igni comburendo: aut præcipitando. Vnde angelus non ſolum phibet diabolum & cohibet eius poteſtatem contra homineꝫ: ſed multiplici via hominem inſtruit: & cautum reddit ne in huiuſmodi pericula incidat vt multiplici colligimus exemplo: Ideo ſubdit. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Vnde nota etiam ꝙ ſenſualitas quæ dicitur pes animæ primo læditur & vincitur a lapide tentationis. Exinde voluntas rationalis conſentiendo ſenſualitati lęditur & vulneratur culpa: a qua lęſione præſeruatur ex cuſtodia angelorum. Item per lapidem poteſt intelligi Chriſtus quem offendimus quotienſcunq; peccam⁹.

## Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem.

¶ Sed quia cuſtodia angelorum non ſolum liberat a periculis carnalibus: ſed etiam a periculis culpæ ſpiritualis aiæ: ideo deſcribit hic quatuor pericula ſiue mala a quibus aial lęditur: quæ deſignantur per quatuor animalia in hoc verſiculo memorata quæ ſunt Aſpis: Baſiliſcus: Leo & Draco, quoruꝫ nomina gerit diabolus. ¶ Nam ipſe dicitur Aſpis: inquantum reddit hominem ſurdum & cæcum per peccatum. Nam ponit caudam vitiorum in auribus hominis: ne audiat voces incantantis ſapienter: id eſt ne audiat exhortationes & doctrinam euangelicam. Et ſuper oculos ne videat & ne conuertatur. Dicit etiam Baſiliſcus inquantum ſuo veneno inficit hominem in peccato. Dicitur autem Leo inquantuꝫ iraſcitur. Dicitur Draco inquantum occulte inſidiatur. Item dicitur Aſpis inquantum inducit ignorantiam craſſam: & perpetratam. Dicitur Baſiliſcus inquantum inducit luxuriam: & inficit concupiſcentiam hominis & incitat ad luxuriam. Dicitur Leo inquantum incitat ad irã: & ſuperbiam. Dicitur Draco inquantum incitat ad auaritiaꝫ & ambitionem: quæ omnia deuorant hominem. Per oppoſitum aũt angelus cuſtos occulte perſuadet & cõſulit homini: vt caueat huiuſmodi peccata & reſiſtat tẽtationibus diaboli. Ideo dicitur in litera non ſolum non offendas ad lapidem pedem tuum: cum auxilio: & cuſtodia angelorum: ſed etiam ſuper Aſpidem & Baſiliſcum ambulabis & conculcabis Leonem & draconem. i. omnia iſta genera peccatoruꝫ: & tentationum vinces & ſuperabis cum præſidio & cuſtodia angelorum.

¶ Notandum eſt ꝙ totum iſtum ordinem tenuit diabolꝰ
quando voluit ipſum Chriſtum tentare. Nam ipſe fuit ba-
ſiliſcus inquantū ip̄m voluit inficere peccato gulæ: qa nō
auſus eſt ipſum tentare de luxuri: qa ſciebat ipſum non eſſe
conceptum in originali peccato: vn̄ ineſt nobis fœditas libi
dinis: & concupiſcentia carnis: ideo voluit ip̄m tentare de
gula ſicut tentauit Adam: vt exide poſſet inducere ad alia
peccata carnis. Secundo fuit Leo inquantū tentauit ip̄ꝫ de
vana gloria: & ſuperbia. quādo dixit. Mitte te deorſum. &
non ſolum ibi fuit leo: ſed etiam baſiliſcus & aſpis: quia vo-
luit ipſum inficere ignorantia diſpoſitionis hæreticę praui
tatis: q̄n allegauit ip̄i ſuperiorē verſum: ſcilicet Angelis ſuis
deus mandauit de te &c. Nam ſicut induxit ignorantiaꝫ &
hęreſim in primis parētibus falſo interpretando verba dei
qui dixerat: qua hora comederitis morte moriemini: & dia-
bolus falſo interp̄tatus eſt, dicens: Nequaq̄ moriemini: ſed
eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum: ita pariter ipſe dia
bolus conatus eſt peruertere: & falſo intepretari dictum &
ſcripturam ſpiritus ſancti: cum allegauit Chriſto iſtum ver-
ſum: ſcilicet Angelis ſuis & cætera. & hoc multipliciter. Naꝫ
hoc non erat dictum de capite Chriſto: cum non indigeret
cuſtodia angelorum: quia erat cuſtos eorum & dominus ſe
cundum communem opinionem. ſed hoc dictuꝫ erat de ho
mine viatore &c. Immo inducebat maiorem hęreſim & cę
citatem ignorantię & venenum. Nam cuſtodia angelorum
data eſt homini ad cauendum ea quæ non ſunt in poteſta-
te hominis: & maxime a nocumentis diaboli tam corpora-
libus q̄ ſpiritualibus: ſed non ad cauendum ea quæ ſunt i po
teſtate & libero arbitrio hominis. ſed ſeipſum occidere eſt i
poteſtate hominis: & in ſuo libero arbitrio: ideo tunc ange
lus non liberat hominez a tali periculo corporali: poſtq̄ ho
mo poſſit cauere: quia angelus ſolos datus eſt & ad prohi-
bendum extranea pericula non propria: quia iam liberum
arbitrium & naturalem appetitum eſſendi: & permanendi
habet vnuſquiſqꝫ ex natura. Et ſic diabolus ergo volebat
decipere Chriſtum: allegando illam ſcripturam & falſo mo
do interpretando: qoia deus mādauit angelis: vt cuſtodiāt
hoīeꝫ in omnibus vijs ſuis a periculis extraneis corporalibꝰ:
& non a proprijs periculis: quia iam habet liberum arbitriū
& naturalem appetituꝫ ſe cuſtodiendi a proprijs periculis.
& iſto modo diabolus decepit Heroen monachū ægyptiū:
qui ſeipſum in puteū precipitauit: vt narrat Caſſianꝰ in col-
lationibus patrum. ¶ Secundo eſt notandum. ꝙ deus non
ſolum deputauit angelos ad cuſtodiam particularium ho-
minum: ſed etiam ciuitatum & Regnorum & cōmunitatū
& totius eccleſię: & ſic non ſolum dedit ecclīę merita paſſio
nis Chriſti & ſacramenta & legē euangelicam in dotem, vt
ſe defendat a dibolo: ſed etiam dedit ipſi cuſtodiaꝫ angelo
rum: vt eā defendant & liberent a tyrānis & inimicis & infi
delibus & hæreticis qui ſunt membra diaboli. ¶ Vn̄ qua-
I tuor genera inimicorum infeſtarunt: & infeſtant eccleſiaꝫ:
quæ intelliguntur per illa quatuor animalia prædicta. Nā
prima perſecutio fuit ſynagogę: quę intelligitur per aſpidē.
conati enim ſunt Iudęi percutere eccleſiaꝫ cęcitate & igno
rantia in principio: & ſic perſecuti ſunt apoſtolos: ſed Petrꝰ
per angelum liberatus eſt de carceribus. & ſic angeli libera
runt apoſtolos de manibus Iudæorum in prima perſecutio
ne. Secundo infeſtauit eccleſiam Leo ſcilicet impetus tyran
norum: ſed in fine liberata eſt tempore Conſtantini opere an
gelorum. Tertio infeſtauit eccleſiam Baſiliſcus. ſ. prauitas
hæreticorum: quæ ſuo veneno multos infecit & ſauciauit:
ſed multipliciter fuit liberata per doctores. Quarto infeſta-
bit eam draco Antichriſtus: & coetus hypocritarum. Erit ei
Antichriſtus ſimul aſpis & baſiliſcus, leo & draco: ſcilicet Iu
dæus & Hæreticus: & tyrannus & hypocrita: & ſic vaſtabit
eccleſiam: ſed non totaliter delebit: immo miniſterio ange
lorum in fine comminuetur: & interficietur: & eccl̄ia præua
lebit & triumphabit. Et ideo ad hunc intellectum applicat
tota litera prædicta. Vnde propheta apoſtrophat ad eccle
ſiam Chriſti, dicens. O eccleſia quia altiſſimum poſuiſti re-
fugium tuum, & ſpem tuam in Chriſtum: ideo non accedet
ad te malum: & flagellum perſecutionis non appropinqua
bit tabernaculo tuo quoniam angelis ſuis deus mandauit
de te &c. Et ſic ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis &c.
id eſt cum auxilio angelorum tu vinces & ſuperabis malitiā
Iudęorum & venenum hęreticorum: & conculcabis ſuper-
biam tyrannorum: & tuæ ditioni ſubijcies & conculcabis ini-
quitatem Antichriſti & eius ſequacium & fautorum: qoia fi
naliter omnes vinces: non ſolum ſpiritualiter: ſed etiam tē-
poraliter. Nam porte inferi non pręualebunt aduerſus ec-
cleſiam: quæ licet fluctuabit: tamen nunq̄ ſubmergetur na-
uicula Petri. Nam ſemper cuſtodia & miniſterio angeloruꝫ
liberabitur.

Quoniam in me ſperauit liberabo eum: pro-
tegam eum quoniam cognouit nomen meum.
Clamauit ad me & ego exaudiam eum: cū ipſo
ſum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo
eum.

Longitudine dierum replebo eum: & oſtendā
illi ſalutare meum.

¶ Hic ꝓpheta ex parte & in p̄ſona Chriſti promittit ad-
implere omnia ſupradicta in pſal. præcedente & in iſto.
¶ Ad cuius euidentiam eſt aduertendum: ꝙ propheta Da
uid contemplando orationem Moyſi & promiſſionē a deo
ipſi factam: præuidit totum myſterium incarnationis & no
ſtræ redemptionis. ideo fecit pſal. præcedentem: in quo fe-
cit illas quinqꝫ petitiones: puta vt Chriſtus accelerare ad-
uentum ſuum: vt fieret noſtrum refugium. Et ne repelleret
nos a ſuo refugio: ſed liberaret nos ab omni miſeria. Et i pri
ma parte huius pſalmi inuitauit totum genus humanum &
omnes: vt confugerent ad hoc refugium in quo omnes de-
bebant ſaluari: & ab omni miſeria liberari: vt ſupra oſtenſū
eſt. ſed quia in tali oratione & contemplatione fuit ipſi re-
uelatum: & iterum cum certitudine fuerūt reuelata ipſi oia
promiſſa: quæ petierat in pſal. præcedenti: & quæ dixerat i
prima parte huius: iō in hac vltima parte itroducit Chriſtuꝫ
loquentem: & cum affirmatione promittentem adimplere
omnia quæ promiſit Moyſi in illa oratione. Exodi. xxxiij.
& etiam oia q̄ petit Dauid in pſal. p̄cedenti. & oia illa q̄ pro
miſit Dauid in hoc pſalmo cuiqꝫ diuino adiutorio ſe cōmit-
tenti. Vnde dixit Chriſtꝰ: Qm̄ ſperauit. Quaſi dicat: ego ꝓ-
miſi Moyſi ꝙ ego venirem in carnem ad liberandum ge-
nus humanum: & promiſi ipſi oſtendere gloriam meam: &
promiſi miſereri venientibus ad me: & eos reponere in fo-
ramine petræ. Et promiſi eis oſtendere humanitatē meā.
Et oia iſta tu Dauid petiſti in perſona totius corporis myſti
ci in pſal. p̄cedenti: & oia iſta tu promiſiſti veniētibꝰ ad me
& committentibus ſe adiutorio meo. Naꝫ promiſiſti eis ꝙ
ego obumbrarem eis ſub ſcapulis meis: & protegerem eos
ſcuto & ſub pennis meis: & liberarem a timore nocturno:
& a ſagitta volante in die: & a dęmonio meridiano &c. Et
ideo dico tibi & promitto: ꝙ quicunqꝫ poſuerit ſpem ſuam
in me & fecerit quod tu conſuluiſti in hoc pſalmo: dico tibi
ꝙ talis vir iuſtus non erit deceptus: immo liberabo euꝫ ab
omni miſeria: qm̄ in me ſperauit. i. quia ſe cōmiſit meo ad-
iutorio & refugio per ſpem firmam: & protegam eum ſub
ſcapulis & alis & ſcuto meo: & hoc qa cognouit nomē meū
per fidem: quod eſt Ieſus: id eſt ſaluator: id eſt quia cogno-
uit & confeſſus eſt me eſſe verum deum: & hominem: & ſal
uatorem: & Meſſiam in lege promiſſum. Inſuper exau-
diam eum in omni petitione: eo ꝙ clamauit ad me cum

deuotione & charitate:& ideo ero cũ ipſo in tribulatione: quia veniã in carnẽ ſicut ꝓmiſi:& eripiã eũ de captiuitate diaboli:& ab oĩbus miſerijs ſupradictis tam corporalibus ꝙ̃ ſpiritualibus:& etiã glorificabo eũ in die iudicij reſuſcitãdo in corpus glorioſum:& ſic erit liberatus ab oĩni miſeria corporali.ſ.ab oĩbus ĩfirmitatibus:& a mortalitate & paſſibilitate:quia corpus glorioſum eſt liberũ ab oĩbus ſupradictis: & ſic longitudine dierũ replebo eum:quia viuet in æternũ in patria cęleſti:eo ꝙ erit imortalis & impaſſibilis:& oſtẽdam illi ſalutare meum. Nam per oculos corporeos videbit humanitatẽ meã:& oculis mentis videbit facialiter diuinitatẽ:& ſic erit perfecte beatus:& ſic non erit fruſtratus deſiderio ſuo. Nam ſicut in vita ſua credidit & ſperauit in me:& habuit fidem, ſpem, & charitatẽ:ita in patria habebit claram viſionẽ:& protectionẽ:& fruitionẽ de me:i quibus conſiſtit vera felicitas. ℭ Ex ſupradictis poteſt patere cuicunq; diligenter conſideranti & ſpeculanti:ꝙ Dauid fecit pſalmũ pręcedentem:& iſtũ ſequentẽ contẽplando orationẽ Moyſi:& ꝓmiſſionẽ ipſi a deo factam. Exod.xxxiij. Nam in pſalmo p̃cedenti Dauid petijt ea quæ fuerunt ꝓmiſſa in illa oratione:& in vltima parte hui⁹ pſalmi introducit Chriſtũ oĩa ſupradicta cõfirmantẽ & adimplere ꝓmittentẽ:ſicut in veritate Chriſtus adimpleuit in ſuo aduẽtu per ſuã prædicationẽ paſſionẽ & reſurrectionẽ & aſcẽſionem. Et ideo nos in hac eccleſia vltra ſenſum ꝓpheticum cantamus iſtũ pſalmũ quotidie moraliter in completorio: quia continue nos cõmittimus adiutorio Chriſti:vt poſtq̃ nos redemit velit nos liberare a tentationibus inimici:& totaliter in ſua gloria collocare:& etiam in die iudicij cũ ſuis

K ſanctis in cęlo glorificare. ℭ Ex hoc pſalmo colligunt nouem concluſiones. ℭ Prima concluſio:ꝙ quicunq; habitat & commoratur in hac eccleſia militanti per gratiã ſub protectione Chriſti, liberabitur a laqueo peccati & a ſententia aſpera data in Adam : & a verbo & ſententia aſpera quę dabitur damnatis in iudicio:cum dicetur. Ite maledicti &c.

ℭ Secunda concluſio:ꝙ quicunq; habitat in hac eccleſia ſub protectione Chriſti:erit obũbratus & ſeptus ſcapulis & ſub alis Chriſti. Nam Chriſtus in die paſſionis poſuit ſcapulas in cruce:obumbrans & protegens fideles:obijciens corpus contra diabolum:ſicut vacca protegit filium a tergo obijciens ſe contra lupum. ℭ Tertia concluſio:ꝙ Chriſtus protexit & liberauit fideles ſuos in cruce:ſicut gallina liberat & protegit pullos ſuos ſub alis. Nam ſicut gallina primo recipit oua aliena:ſecundo viuificat pullos proprio ſudore & ſanguine:tertio liberat de vnguibus milui:quarto paſcit eos & dirigit in paſtu:ita pariter Chriſtus primo recepit filios quos Adam carnaliter genuit mortuos in peccato. Secũdo eos proprio ſanguine viuificauit & fouit. Tertio eos de raptu diaboli liberauit. Quarto eos continue pabulo eccleſiaſticorũ ſacramentorũ & cibo ſpirituali ſacræ ſcripturæ paſcit & nutrit. ℭ Quarta concluſio:ꝙ qui habitat in hoc diuino refugio & tabernaculo eccleſiæ, non timebit a timore nocturno : id eſt a peccato cogitationis : nec a negotio tenebroſo:id eſt a peccato propoſito & deliberato:nec a ſagitta ambulante in die:id eſt a peccato in actu commiſſo:nec ab incurſu & dæmonio meridiano:id eſt a peccato malæ conſuetudinis. Item non timebit a peccato negligentiæ:nec auaritiæ:nec luxuriæ:nec ſuperbiæ:quæ ſunt arma quibus diabolus ſauciat hominem. Et ratio eſt. Nam eccleſia habet arma contraria : quæ ſunt eccleſiaſtica ſacramenta:ad deſtruenda & delenda omnia ſupradicta peccata. ℭ Quinta concluſio:ꝙ omnes Iudæi & infideles cadent vulnerati & ſauciati veneno peccati a dextris & ſiniſtris ipſius iuſti fidelis:tamen non appropinquabit iuſto talis peſtis. ℭ Sexta concluſio:ꝙ quia refugium eccleſiæ eſt fundatum ſupra altam petram qui eſt Chriſtus:ideo malum culpæ & pœnæ æternę nunq̃ accedet ad virum iuſtum in illo refugio & tabernaculo habitantem.

ℭ Septima concluſio:ꝙ vir iuſtus habitans in tabernaculo eccleſiæ, nõ ſolum liberatur a peccato & pœna æterna per eccleſiaſtica ſacramenta:ſed etiã liberatur a periculis corporalibus:& dirigitur in hac vita per cuſtodiã angelorũ.

ℭ Octaua concluſio:ꝙ vir iuſtus habitans in hoc refugio dei conculcabit aſpidem:& baſiliſcum:& leonem:& draconem:id eſt vincet & ſuperabit cæcitatem & venenum luxuriæ:& iram & auaritiam diaboli : quia nec iſta vitia, nec diabolus poterunt iuſto per illa vitia nocere.

ℭ Nona concluſio:ꝙ quilibet vir iuſtus qui inuocauerit nomen domini Ieſu:& confeſſus fuerit Chriſtum eſſe ſaluatorem:& ſeruauerit legem eius:liberabitur ab omni malo:& Chriſtus proteget eum ſub alis & ſcapulis ſuis , & exaudiet eum in omni tribulatione & petitione:& glorificabit eum Chriſtus poſt hanc vitam:& tandem dabit ei vitam æternam. ℭ Ex ſupradictis patet ꝙ Dauid in hoc L
pſalmo nil aliud vult innuere:niſi oſtendere quomodo ille qui habitat in adiutorio & ſub gratia Chriſti:& commoratur ſub protectione eius:& totaliter ponit ſpem ſuam in eo:ille talis conſequetur ſeptem bona vel octo:& liberabitur de ſeptem periculis. Nã primo liberabitur de laqueo venantium dæmoniorum:& a verbo & a ſententia aſpera in Adam:& a verbo aſpero quod dicetur damnatis in die iudicij. Secundo Chriſtus obumbrabit ipſum ſcapulis ſuis in cruce:& cooperiet ſub pennis & alis ſuis:& viuificabit:& fouebit:& nutriet, & cuſtodiet eum:ſicut gallina pullos ſuos. Tertio circundabit & proteget eum ſcuto legis euangelicę & & eccleſiaſticorum ſacramentorum. & ſic non timebit a timore nocturno peccatorum & tentationum. Quarto quia mille ex Iudæis, & decem milia ex gentilib⁹ & Sarracenis cadent a latere eius vulnerati peccato originali & actuali:tamen ad eum non appropinquabit illa peſtis. Quinto infideles multis flagellis corporalibus & ſpiritualibus flagellabuntur:quæ flagella non appropinquabunt ad tabernaculum & altiſſimum refugium fidelium. Sexto:ꝙ deus dabit angelos & ſpiritualem cuſtodiam fideli:vt cuſtodiant eum in omnibus vijs eius. Septimo:ꝙ omnis fidelis ambulabit ſuper aſpidem & baſiliſcum : & conculcabit leonem & draconem. Octauo:ꝙ finaliter poſt hanc vitam Chriſtus glorificabit omnes iuſtos in longitudinem dierum & vitam æternam. Et in his ſupradictis cõſiſtit tota ſententia & intelligentia huius pſalmi, prout expoſitus eſt.

BOnum eſt confiteri domino: & pſallere nomini tuo altiſſime.
Ad annunciandum mane miſericordiam tuam:& veritatem tuam per noctem.
In decachordo pſalterio : cum cantico in cithara.

ℭ Titulus. Canticum pſalmus in die ſabbati. Dicitur autem canticum pſalmus: quia ſimul cantabatur voce humana & inſtrumentis muſicis:ſcilicet pſalterio & cithara. additur autem in die ſabbati:quia tali die cantabatur. Sed hic non exprimitur eius author nec materia:ſed communiter dicunt Hebręi moderni ꝙ Moyſes fecit hunc pſalmum pro beneficio creationis:& ideo cantabatur in die ſabbati:eo ꝙ tali die quieuit deus ab omni opere quod patrarat. de quibus operibus fit memoria in hoc pſalmo. Rabi Chamlui vero dicit ꝙ Adam hariſon fecit hunc pſalmum:non ꝙ ipſe fecit:ſed ꝙ Dauid fecit ipſũ in perſona ipſius Adam : & ſic Adam loquitur in pſalmo in perſona totius poſteritatis . cuius cauſam aſſignat . Dicit enim ꝙ Adam fuit creatus in die veneris, quaſi

hora tertia:& peccauit hora vndecima. Et hora.xij.fuit ex
pulſus & ad mortē cōdēnat⁹:& ſic manſit in fletu & plāctu
per totā illā,diē & noctē vſq; ad diē ſabbati de mane:i qua
fuit ipſi remiſſa culpa:& ad pniam receptus:& tūc incepit
cōſiderare opa dñi.ſ.vniuerſitatē creaturarū:& ſic fact⁹ læ
tus in die ſabbati:incepit canere & pſallere,dicēs. Bonum
eſt cōfiteri dño:& pſallere noi tuo altiſſime. Et dicit vltra
ꝙ Adā præuidit in ſpū totū diſcurſum filioꝝ ſuoꝝ vſq; ad
Meſſiam.cuius regnū debebat exaltari ſicut vnicornis:&
maxime ꝓſperari in multitudine filioꝝ.Et ſic gloſſat iſtū
pſalmū de tpe Meſſiæ & ꝓſperitate ei⁹.Cuius poſitio licet
ſit aliqualiter vera inquātū dicit ꝙ iſte pſalm⁹ & oēs ſequē
tes vſq; ad.C.loquunť de tpe Meſſiæ:tñ dicit falſum & er
roneū inquantū qđ eſt iam ꝑteritū expectat futurū.& hoc
accidit:quia non eſt plantatus in domo dñi per baptiſmū:
& ſic non poteſt florere in vera intelligētia ſacrę ſcripturę:
vt patebit infra. Et ideo eſt dicendum ꝙ Dauid fecit hūc
pſalmū ſicut oēs alios:in quo introducit ad loquendū ipm
Adam myſticū. ¶ Ad cuius euidentiā eſt primo notandū
& aduertendū:ꝙ iſte homo myſticus incipiēs a pmo homie
prout habebat fidē Chriſti:habuit ſuas ętates ſicut dictū ē
in prologo.& ita ſimiliter ipſa lex diuina prout incepit ab
Adā vſq; ad iudiciū habuit ſua ſęcula & ſuos dies. Et ideo
tota vltima ætas.ſ.tpis grē,in quo venit Chriſt⁹,dicit ætas
vltima ipſius hois vel ipſi⁹ eccleſiæ in hac vita. Et dicitur
ſenectus ei⁹.ſ.iſtius hois myſtici:in qua ſenectute iſte homo
fuit proſperatus & exaltat⁹ per grām Chriſti. Et dicit ꝓſpe
ratus in ſua ſenectute:cū in tota ſua iuuētute ab expulſiōe
paradiſi vſq; ad aduentum Chriſti ſemp fuit a diabolo mul
tipliciter afflictus. Item:iſta vltima ætas dicit etiā ſabbatū
ipſius legis.in quo ſabbato quieuit iſte homo myſticus per
gratiā:& fuit exaltatus & redēptus p miam:& de captiui
tate ductus, Per oppoſitū diabol⁹ cū ſuis mēbris & toto cœ
tu infideliū,quę dicit ciuitas diaboli,fuit deiectus & ꝓſtra
tus per iuſtitiā. Vnde Chriſt⁹ ad hoc venit cum humilitate:
vt deijceret & deponeret ſupbos p iuſtitiam: & exaltaret
& vocaret humiles per pniam.& hoc eſt vnū de maioribus
operibus quæ fecit deus. Et ſic noſtra redemptio fuit exal
tatio humilium & depreſſio ſuperborū.& de hoc myſterio
virgo Maria fecit illud canticū:quod incipit. Magnificat
anima mea dñm.quod quidē canticum memoratur in hoc
pſalmo:immo de illo cantico factus eſt iſte pſal.vt patebit.
Nam præuidens Dauid in ſpiritu qualiter in ſuo aduentu
hoc eſt vltima ætate quæ dicit ſabbatū mundi:& ſenecta
hominis myſtici:redemptor noſter Chriſt⁹ debebat deijce
re & ꝓſternere diabolum cū tota ei⁹ ciuitate & mēbris per
iuſtitiā:& debebat exaltare humiles:& facere eos membra
ſua per miam. Cātat ergo Dauid in hoc pſalmo miam qua
Chriſt⁹ exaltauit eccliam:& humiles fideles ſuos poſt mul
tas & magnas perſecutiones.& maxime decantat ꝓſperi
tatem eccleſię & iuſtitiā & punitiones qua puniuit & depſ
ſit ſuperbos Iudęos & tyrānos pſecutores ecclīæ. Hāc ergo
iuſtitiā & hāc miam decantat Dauid in hoc pſalmo.in quo
duo facit. Nam primo promittit hāc miam & iuſtitiā cātare
in aduentu Chriſti in pſona ipſius hois. Secūdo reddit cau
ſam:ibi. Quoniā delectaſti me dñe. ¶ Quantū ad primū,
dicit. Bonū eſt cōfiteri dño.i.iuſtū & dignū & debitū erit cō
fiteri & laudes exhibere tibi dñe Ieſu Chriſte:& pſallere.i.
cū inſtrumētis muſicis cantare nomini tuo Ieſu o altiſſime.
M ¶ Ad cuius intellectū eſt notandū:ꝙ totū tēpus gratię di
citur mane reſpectu legis vete.q̄ dicebať nox:in qua iſte ho
mo myſticus non poterat cantare canticū lętitię:eo ꝙ erat
in afflictione peccati & p iuſtitiā cōdēnat⁹:ſed in tpe grāe,
quia iam eſt dies,iam cantat canticū lætitiæ liberat⁹ p gra
tiam & miam Chriſti. Et iō ſubdit ꝓpheta. Ad annūciandū
mane miam tuā. Quaſi dicat:ꝙ bonū eſt canere & pſalle
re & annūciare in mane.i.in die gratię annunciare miam
Chriſti:qua liberauit nos de poteſtate diaboli:& exaltauit
nos p grām. Et ſequit. Et veritatē tuā per noctē. Vnde no
ta ꝙ veritas hic ſumitur pro iuſtitia. Nam ſicut verum ſi
ue veritas dicitur adæquatio rei ad intellectū & ecōtra in
quantū intellectus nō deuiat a re:ita iuſtitia dicit inquātū
nō deuiat a rectitudine:& illa iuſtiſſima regula:Nullū bo
bonū irremuneratū:& nullū malū impunitū. Et qđ tibi vis:
alteri fac:& qđ tibi nō vis,alteri nō facies.qđ eſt vnū princi
piū naturale & morale.& ideo tūc iudiciū dicit verū:qñ eſt
iuſtū,non deuians ab illa regula. Et ſic veritas dicit iuſtitia.
Et ideo dicit hic:ad annūciandā veritatē.ſ.iuſtitiā per no
ctem.i.tēpore legis. Sed melius eſt ꝙ per noctē intelligatur
dies iudicij in quo iudicabunť ſuperbi & infideles ad dāna
tionē perpetuā & noctē inferni. Et etiā per iſtā noctē intel
ligitur totū tēpus ab aduentu Chriſti vſq; ad iudiciū. quod
quidē tēpus ſicut dicit dies reſpectu fideliū:eo ꝙ receperūt
lumen:& ambulant in die:ita idem tempus dicit nox reſpe
ctu Iudęoꝝ modernoꝝ:qui nō recipiēdo Chriſtum perdi
derunt lumen fidei qđ ante habebant:& ceciderunt in cæ
citatē & ignorantiā.& ſic ambulāt in nocte. Et ſic ſicut nos
per miſericordiā fuimus illuminati:ita illi per iuſtitiā fuerūt
occæcati & obtenebrati ꝓpter ſuā ſuperbiā:& malitiam:&
inuidiā:quia occęcauit eos malitia eoꝝ:ne intelligerēt ſa
cramenta dei:quia noluerūt eſſe humiles:ſed ſupbi. Dicit
ergo Dauid in perſona totius eccleſiæ ſiue corporis myſti
ci. Bonū eſt cōfiteri dño &c.i.iuſtū erit annūciare miā tuā
in mane.i.tpe grę.in quo illuminaſti & exaltaſti humiles p
miam. Et bonū erit etiā cantare & annūciare veritatē.i.iu
ſtitiam tuam per noctē Iudæorum:in qua occæcaſti eos &
deiecisti per iuſtitiā. Etiam eſt notādū:ꝙ ſicut p mane in
telligitur totū tēpus gratiæ:ita per noctē poteſt intelligi to
tū tēpus le.ve. Nam ſicut nos cantamus miam dei quā reci
pimus:ita illi cantabāt veritatē quā ꝓphetę prænunciabāt.
Item etiā per ly mane poteſt intelligi tempus ꝓſperitatis:
& per noctē tēpus aduerſitatis. Quaſi di.ꝙ bonū eſt cōfite
ri dño ad annunciandū miam tuā in tēpore ꝓſperitatis:&
veritatem ſiue iuſtitiā in tēpore aduerſitatis. Deinde cum
ſubdit, In pſalterio:oſtēdit quomodo iſte cantus & annun
ciatio cantabit & fiet cū duob⁹ inſtrumētis muſicis.ſ.i pſal
terio decachordo.i.in pſalterio.x.chordarum:& cithara ſi
mul cum cantico humano. ¶ Ad cuius intellectū eſt notā N
dum ſicut dictū fuit in principio:ꝙ pſalterium eſt inſtrumē
tum muſicū quadratū habens.x.chordas & cithara eſt in
ſtrumentū triangulare hñs q̄tuor chordas principales. Eſt
aūt verū ꝙ in hoc verſu Hebręi faciunt differentiam inter
pſalteriū & decachordū. Nam dicunt ꝙ decachordū eſt in
ſtrumentū.x.chordarū:& pſalteriū eſt multarū chordarū.
Cithara aūt eſt aliud inſtrumentū triangulare.& ideo in
hebręo ponit dictio coniūctiua inter decachordū & pſalte
rium. Dicitur eoi:In decachordo & pſalterio.& ſic aſſignan
tur tria inſtrumenta.ſ.decachordū & cithara & pſalterium
Sed in hoc non eſt vis:ſed magis eſt inſudandum circa my
ſterium:qđ figurabant iſta inſtrumenta. Nam inſtrumen
tum decachordorū ſignificabat totum euangelium:in quo
continent.x.myſteria Chriſti.ſ.incarnatio:natiuitas:bapti
ſmus:ꝑdicatio:miraculoꝝ opatio:mors ſiue paſſio:reſurre
ctio:aſcenſio:ſpūs ſancti miſſio:& euangelij per totū orbem
promulgatio. Iſtę ſunt decem chordæ inſtrumenti ſiue pſal
terij euangelici. Et hoc inſtrumentum ſiue pſalteriū can
tat & perſonat quotidie eccleſia per totum orbem terra
rum. Similiter per pſalteriū decē chordarum intelligitur cā
ticum qđ cantauit tympaniſtria noſtra virgo Maria in do
mo Elizabeth:qñ dixit. Magnificat aia mea dominum.il
lud enim canticū dicit pſalterium decem chordarum:eo ꝙ
cōtinet decē verſus.qđ quidē pſalteriū & canticū fabrica
uit virgo Maria:& primo cantauit:& exinde quotidie cā
tat ecclīa in veſperis. Quod præuidens Dauid in ſpū:dicit

in iſta pte. Bonū eſt cōfiteri dño:& pſallere miam in pſalterio decē chordarum:& hoc in mane.i.in die grē.quaſi dicat.ꝙ magna lętitia erit in mūdo tpe gratię. Nā cū virgo Maria tympaniſtria noſtra:& primū mēbrū eccleſiæ incipiet cātare pſalteriū.x.chordarum:ſiue incipiet annūciare miam tuā in pſalterio.x.chordarum:qn̄ dicet. Magnificat aia mea dn̄m.tūc tota eccleſia perſonabit illud pſalteriū:& cātabit illud cāticū p totū mane.i.per totū diem gratiæ. Et etiā cātabit eccl'ia totū pſalteriū euāgelicū.x.chordarum.i.continens decē ſupradicta myſteria. Et cantabit etiā cū cithara:qđ eſt triangulare inſtrumentū.p qđ intelligit̄ trinitas pſonarū in diuinis:vel intelligitur trinitas virtutū theologalū.ſ.fides,ſpes,& charitas. ℭ Nā iſtæ tres virtutes includūt totā legē euāgelicā. Nā oīa q̄ cōtinent̄ in lege euāgelica:aut pertinēt ad fidē:aut ad ſpē:aut ad charitatē. quia nihil docet̄ in euāgelio:niſi quid credendū:aut diligendū:aut ſperandū:vt ait Aug.in enchiridio.& ſic eccleſia cātat hodie euangeliū cū pſalterio decē chordarū:& cū cithara:vt dictū eſt. Et cātat etiā pſalteriū decē chordarū ipſius virginis Marię quotidie in veſperis.& cantat etiā citharā Simeonis.ſ. Nunc dimittis ſeruū tuū dn̄e:qđ eſt cāticū continens quatuor chordas.ſ.quatuor verſus.& hoc cantat in cōpletorio. Et hoc eſt ergo pſalteriū virgineū & euangelicū:& hęc eſt cithara euāgelica:de qua dicit Dauid in hoc pſalmo. In pſalterio Decachordo &c. Vn̄ debꝫ ſic ordinari litera. Bonū eſt cōfiteri dño:& pſallere nomini tuo altiſſime.ſ.in Decachordo pſalterio cum cantico & cithara. Et ſubdit illud qđ intendit cantare:quia intendit cantare miam per quā Chriſtus exaltauit humiles:& veritatē ſiue iuſtitiā:p quam deiecit & puniuit ſuperbos. Et ideo ſi bene volumꝰ conſiderare:videbimus ꝙ iſte pſalmus eſt figura illius cantici:qđ virgo Maria cantauit:quia eandē materiā cōtinet. qa ſicr illud cāticū nō memorat niſi miaꝫ qua Chriſtꝰ exaltauit humiles:& iuſtitiā qua deiecit ſuperbos:vt magis patebit in fine huius pſalmi. Vel poteſt dici breuius:ſicut dictū eſt in ꝓlogo:ꝙ p pſalteriū decachordū intelligit Dauid decē myſteria eccl'iaſtica.ſ.myſteriū incarnationis,& p̄dicationis & miraculoꝝ operationis,& paſſionis:& noſtrę liberationis per deſcēſum ad inferos & eccleſiaſtica ſacramenta:& myſteriū reſurrectiōis,& aſcēſionis,& ſpūs ſancti miſſionis,& eccleſię cōgregationis,& vltimi iudicij,& glorificationis. Hoc eſt pſalteriū qđ cōtinue cantat & cōfitet̄ eccleſia.ſed non cantat id ſine cithara:p quā intelligit̄ myſteriū trinitatis:eo ꝙ ſupradicta decē myſteria Chriſti p̄ſuppo nūt myſteriū trinitatis:eo ꝙ Chriſtꝰ eſt ſecūda pſona in trinitate:q quidem Chriſtꝰ refert̄ ad patrē & ſpiritū ſanctum:ſine quibꝰ nō pōt eſſe. Et ideo nemo pōt cātare nec cōfiteri pſalterium Chriſti ſine cithara trinitatis. Et hęc eſt cauſa quare Dauid in pſalmis nunq̄ memorat nec nominat pſalteriū,quin nominet citharā. Per cāticū aūt intelligit forſā Dauid canticū virginis Marię. Et ſic eccl'ia cōtinue cantat & cōfitetur pſalteriū decē chordarꝫ & myſterioꝝ Chriſti cū cithara trinitatis:& cū cantico virginis Mariæ. Et hoc ē qđ intendit dicere Dauid. Bonū eſt confiteri dño in Decachordo pſalterio & cantico & cithara.

Quia delectaſti me dn̄e i factura tua:& in operibus manuum tuarum exultabo.

ℭ In hac ſcđa parte reddit cām quare mouet̄ ad pſallēdū & cōfitēdū deo:& dicit:ꝙ cōſideratiōe & cōtēplatiōe diuinoꝝ operū. Nā cū in hac vita nemo poſſit vidére deū p eſſentiā ſuā:tn̄ qa effectus & opa diuina oſtēdūt oīpotētiā & ſummā bonitatē & ſapientiā dei:ideo cōſideratio & contēplatio mirabiliū operū dei mouēt hoīem ſapientem de neceſſitate ad laudādū deū & cōfitendū ipm eſſe magnificuꝫ & oīpotentē & ſapiētiſſimū & tremēdū. Dicit ergo Dauid in pſona totiꝰ ecclię:Bonū.i.debitū & iuſtū eſt mihi cōfiteri dño &c. qa tu delectaſti me.i.lætificaſti me in factura tua & in operibꝰ manuū tuarū:& nō ſolū me delectaſti in opibꝰ creationis:ſed etiam redemptionis generis humani.

Qꝫ magnificata ſunt opera tua domine:nimis profundę ſunt cogitationes tuæ.

Vir inſipiens non cognoſcet:& ſtultus nō intelliget hæc.

Cum exorti fuerint peccatores ſicut fœnum:& apparuerint oēs qui operantur iniquitatē.

Vt intereant in ſæculum ſęculi:tu autem altiſſimus in æternum domine.

ℭ Hic explicat q̄ ſunt iſta diuina opera:ꝓpter quæ mouet̄ ad cātādū & pſallendū & cōfitendū deo. ℭ Ad cuius intellectū eſt notandū ꝙ opa diuina ſunt in triplici gn̄e. q̄dā dicunt̄ opera creationis:& q̄dā opa pmiſſionis:& q̄dā opera redēptionis:& q̄dā opa iuſtificationis & punitionis. Prima opera.ſ.creationis:puta cęlū & elemēta & oīs ornatus eoꝝ dicunt̄ opera magnifica:qa demōſtrāt dei oīpotētiā. Opa vero pmiſſionis.ſ.quare deus pmittit ꝓſperari malos:& affligi bonos in hac vita:ptinēt ad ꝓfundiſſimaꝫ & abyſſalē ſcientiā dei. Opera vero punitionis maloꝝ ptinent ad dei iuſtitiā:& demōſtrant deū eſſe iuſtiſſimū. Sed iuſtificatiōes bonoꝝ ptinent ad dei miſericordiā:quia ſicut punit malos per iuſtitiā:ita iuſtificat & vocat & exaltat bonos nō ex meritis:ſed p ſolā miam.& talia opa etiā ptinēt ad altitudinē ſapientiæ & ſcientię dei. ideo dicuntur inſcrutabilia & inueſtigabilia:eo ꝙ nullus pōt reddere cauſam:cū ſint ex volūtate dei:& occultiſſimis iudicijs eiꝰ.& talia opa dicunt̄ ꝓfūdiſſimæ cogitationes dei. Duo ergo facit hic. Nā prio oſtēdit ꝙ deus eſt laudandus & [illegible] ꝓpter ſuā inueſtigabilem ſcientiā,qua pmittit [illegible]pus malos ꝓſperari:& ꝓpter ſuā iuſtitiaꝫ qua punit eos in hoc ſæculo vel in alio. Secundo oſtendit ꝙ eſt laudandus eo ꝙ exaltat humiles & iuſtificat per pniam.ibi. Et exaltabitur ſicut vnicornis. ℭ Quantū ad primū ergo dicit Dauid admirādo:q̄.i.quātum ſunt magnificata tua opera creationis.ſ.cælum & terra & omnis ornatus eoꝝ.ſed nimis,id eſt multo magis ſunt profundæ cogitationes tuę.i.permiſſiones quibus permittis proſperari malos in hac vita:& bonos deprimi:& etiam quare & quō punis malos & exaltas bonos. Vnde in tantū ſunt ꝓfundę iſtę cogitationes tuę:ꝙ inſipiēs nō cognoſcet:& ſtultus nō intelliget hæc myſteria & ſecreta tua.ſ.cur & quomodo exorti.i.multiplicati & ꝓſperati fuerint peccatores in hac vita:ſicut fœnum quod cito creſcit:& in breui ſiccatur. Et ſimiliter quomodo omnes qui operantur iniquitatem.i.iniqui & praui apparuerint in diuitijs & dignitatibus conſtituti in hac vita:& tamen in breui poſtea intereant & pereant:& damnentur in infernō. Quaſi dicat:ꝙ inſipiens & ſtultus nō poterūt peruenire ad cognitionē huius ſecreti.ſ.quare deus permittit malos tantuꝫ ꝓſperari vt poſtea pereant in æternū,quia hoc prouenit ex illis profundiſſimis & occultiſſimis iudicijs & ſecretis dei. Poteſt etiā hoc moraliter intelligi:quia ſtultus eſt ille qui totaliter conuertitur ad iſta terrena & inſipiens & imprudens eſt ille qui non conſiderat cæleſtia:nec prouidet de futuris bonis cæleſtibus.& ideo talis inſipiens & ſtultꝰ non intelligit nec vult conſiderare vitam & caſum maloꝝ hominum. Nam videmus quotidie ꝙ licet praui & iniqui ad tempus proſperentur:tamen videmus eos manifeſte a dignitatibus & diuitijs deijci & proſterni:& mala morte puniri:& ſine pœnitentia ab hac vita decedere. Si ergo ſtultus vel inſipiens vellet iſta iudicia dei attendere:non poneret ſpem ſuam in terrenis rebus & diuitijs:ſed prouideret pro vita futura.& ideo propheta dicit:Stultus & inſipiens non intelliget

hæc. Et nota ꝙ dicit hic Ra. Chãhi ꝙ Moyſes tria petiuit a deo in illa orõne. Exo. xxxiij. inter q̃ fuit vnũ. ſ. vt de⁹ oſtẽderet ipſi faciẽ ſuã. i. cauſas quare deus permittit malos ꝓſperari & bonos deprimi. Sed iſtã noluit ipſi detegere: quia hoc ſolũ vult in ſua ſecreta ſciẽtia cõtinere. & ideo ſequitur. Tu aũt altiſſimus in æternũ dñe. i. tu es altiſſimus: & nõ vis iſta ſecreta inferioribus manifeſtare. Et declarat propheta omnia ſupradicta cum ſubdit.

Quoniam ecce inimici tui domine: quoniam ecce inimici tui peribunt: & diſpergentur omnes qui operantur iniquitatem.

℃ Quaſi dicat. O domine, nimis ſunt profundę cogitationes tuæ. Et ſtultus nõ intelliget hęc: qm̃ ecce inimici tui peribunt: & oẽs qui operanᵵ iniquitatẽ diſpergenᵵ. Sed melius eſt ꝙ hoc referam⁹ ad diuinã iuſtitiã. Nã dictũ eſt ſupra ꝙ hic intendit laudare deum nõ ſolũmodo ꝓpter opera magnifica: q̃ ſunt cælũ & terra: & oĩs ornat⁹ eoꝝ: ſed etiam ꝓpter ꝓfundas cogitatoines. i. ſcientiaꝫ ſuã qua pmittit malos proſperari. Hic autẽ admiratur iuſtitiã dei per quã vult malos puniri. Ideo dicit: Profundę ſunt cogitationes tuæ: id eſt iudicia tua. Nam ecce oẽs inimici tui dñe peribunt. & duplicat ly inimici: eo ꝙ dupliciter peribũt inimici dei. ſ. tẽporaliter: & in futuro ęternaliter per pœnã. Et ideo ſubdit: Et diſpergentur oẽs qui operanᵵ iniquitatẽ. i. Iudęi qui operati ſunt iniquitatẽ occidẽdo Chriſtum: nõ ſolũ ęternaliter & in aĩa: ſed etiam in corpore tẽporaliter punienᵵ: qa captiui ducenᵵ: & per totũ mundũ diſpergenᵵ. Ex ſupradictis patet quomodo tenemur confiteri & pſallere nomini dñi altiſſimi. Primo ꝓpter opera magnifica creationis. Secundo: quia ꝓfundę ſunt cogitationes & iudicia ei⁹ altiſſima. quia licet ad tẽpus permittat malos proſperari: tñ finaliter eos punit per iuſtitiam: & deponit potentes: & diſpergit ſuperbos mente cordis ſui.

Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum: & ſenectus mea in miſericordia vberi.

℃ Hic oſtẽdit qualiter tota eccleſia teneᵵ cõfiteri dño: eo ꝙ ſicut deiecit inimicos ſuos per iuſtitiã: ita exaltauit eam & iuſtificauit fideles per miam. Vel poſſumus dicere ꝙ ſicut ſuperius corpus myſticum cõfeſſum eſt & cecinit iuſtitiã dei qua puniuit ſuperbos & malos & iniquos: ita in hac parte cãtat & annũciat miam dei: qua iuſtificauit & exaltauit fideles iuſtos & humiles. Dicit ergo corpus myſticũ O dñe, inimici tui peribunt: & ſuperbos deijcies per iuſtitiã ſed me exaltabis per miſericordiã. Nã cornu meũ. ſ. Chriſt⁹ qui eſt rex & honor meus, ſicut vnicornis exaltabitur. Nam ſicut vnicornis nõ habet niſi vnũ cornu: nec patitur ſecũ ſociũ in latibulo: ita tota eccl'ia nõ habet niſi vnũ caput & vnũ regẽ qui eſt Chriſt⁹: q eſt eleuatus & exaltat⁹ nõ ſolũ modo ſup oẽs hoĩes: ſed etiã ſuper oẽs angelos ſedẽs a dextris dei. Et nõ ſolũmodo Chriſt⁹ eſt exaltatus: ſed etiã cornu. i. imperiũ & honor & poteſtas ſacerdutalis eccl'ię ẽ exaltata ſicut vnicornis. Nã ſicut tota eccl'ia toto orbe diffuſa eſt vna: ita habet vnũ caput & vnũ ſummũ ſacerdotẽ: qui intantũ eſt eleuatus & exaltatus: ꝙ oẽs Chriſtiani & oẽs reges & principes terræ ipſi colla ſubijciunt. & non ſolũmodo ſummo põtifici: ſed etiã toti eccleſię deferunt honorẽ & obedientiaꝫ. Et etiã iſtud corpus myſticum nõ ſolũ eſt exaltatũ in honore mundanoꝝ ſpirituali: ſed etiã in gſa & meritis per miſericordiã copioſam & abundantẽ: qua oẽs fideles p ſolã dei miſericordiã ſunt a peccato iuſtificati: & ad gratiã vocati. & ſic per miſericordiã ſunt exaltati. Et ideo dicit iſte homo myſticus: Exaltabitur ſicut vnicornis cornu meũ: & ſenect⁹ mea erit exaltata in miſericordia vberi & abundanti. Et dicit ſenectus mea: quia iſte homo myſticus qui per totã iuuentutem a principio fuit a diabolo & mẽbris eius multipliciter afflict⁹: tamen in ſenectute: id eſt in vltima ętate fuit per Chriſtum in vberi & abundanti miſericordia exaltat⁹ & copioſe redemptus. Et etiam iſta eccleſia diciᵵ exaltata in miſericordia vberi propter vbertatẽ & affluentiam medicamentoꝝ & eccl'iaſticorum ſacramentoꝝ ad ſananda vulnera noſtra: & propter vbertatem bonorum ſpiritualium: ſcilicet donorum & gratiarum.

Et deſpexit oculus meus inimicos meos: & inſurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.

Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur.

Plantati in domo domini: in atriis domus dei noſtri florebunt.

℃ Eccleſia in hac parte oſtendit ꝙ non ſolũ fuit exaltata per vniuerſalẽ miam Chriſti in ſua redẽptione: ſed etiã fuit exaltata p̄ benignũ fauorẽ Chriſti inter oẽs ſuas pſecutiões. Nã licet deus pmiſerit eã multipliciter affligi in pſecutiõib⁹ tyrãnoꝝ: tñ poſtea exaltauit eã tpe magni Cõſtãtini. vñ dicit: Et oculus meus deſpexit inimicos meos: tã Iudęos q̃ tyrãnos: & malignãtib⁹ inſurgentib⁹ in me audiet auris mea.

℃ Et nota ꝙ ly malignãtib⁹ inſurgẽtibus eſt ablũs abſolutus. & debet ſic ordinari iſta litera. Auris mea audiet qñ malignãtes ſiue dũ malignãtes ſurgent in me. i. cõtra me: & tñ oculus meus deſpexit. i. deſpiciet inimicos meos. i. ego deſpiciã oẽs tyrãnos & Iudęos: licet inſurgant contra me: imo deſpiciã, & deijciã, & ſubijciã eos mihi. nã gẽtiles ſubieci ad fidẽ cõuertendo: & Iudęos in captiuitate poſſidẽdo. Sed iuſtus. i. ppl's chriſtianoꝝ iuſtoꝝ florebit vt palma: & multiplicabitur vt cedrus. ℃ Et nota ꝙ ſuperius cõparauit ꝓſperitatẽ mũdanaꝫ maloꝝ hoĩm fœno ſiue hærbæ: & cõparat hic exaltationẽ iuſtoꝝ palmæ & cedro. nam ſicut hærba & fœnuꝫ breuiter creſcit & floret: ſed cito decidit & ſiccaᵵ: ita mali & iniqui in hoc mundo: licet ad tẽpus ꝓſperenᵵ: tñ ꝓſperitas eoꝝ eſt breuis: quia cito decidit: aut p aduerſitatẽ: aut p mortẽ corporalẽ: & ſic miſerabiliter finiũt vitã ſuam breuiter: & poſt mortẽ patiunᵵ pœnã ęternã. Sed exaltatio iuſtoꝝ eo ꝙ nõ eſt tpalis ſed ſpũalis, cõparaᵵ cedro & palmæ. Nam inter cęteras arbores & plãtas cedr⁹ & palma ſũt altiores & lõgioris vitę & durationis. Nam dicũt Sarraceni & Arabes: ꝙ aliquę palmę ſunt in Cades & in Arabia quę ſunt ortę & plãtatæ p quingentos annos ante tpa Mahometi: quæ quidẽ palmæ hodie adhuc ſtãt & fructificant. Et ſic patet ꝙ durant & viuunt vltra. M. annos. Et ideo ꝓpheta cõparat ꝓſperitatẽ iuſtoꝝ ipſi palmæ ꝓpter æternitatẽ vitæ. Vnde non ſolummodo cõparat propter durationem vitę: ſed etiam propter altitudinem eius pręmij. Nam ſicut palma habet radicem in terris: ſed habet ſummitatẽ eleuatam a terris: quaſi in cælo: ita pariter iuſti plantantur in terra & laborant: ſed mẽs eoꝝ eſt eleuata in cælis. & ſic florent & fructificant in cælo: quia ibi datur eis præmium. Dicit ergo Dauid ꝙ iuſtus non florebit ſicut hęrba & fœnum: quia cito decidit & areſcit: quemadmoduꝫ florent iniqui & mali. Sed florebit oĩs iuſtus ſicut palma altiſſima & cedr⁹ Libani. quæ quidẽ palmæ & cedri viuunt & durant per magna tempora. Et etiam iuſti ſunt ſicut palmæ & cedri. Naꝫ ſunt plantati in domo domini. i. in iſta eccleſia generati & conuerſati: ſed in atrijs domus dei noſtri florebunt in cælo: & habebunt fructum & præmium. Et non ſolummodo iſta proſperitas eccleſiæ & altitudo eſt in cælo: ſed etiã in terra. nam licet eccleſia fuerit afflicta a paſſione Chriſti vſq; ad Conſtantinum per Iudæos & tyrannos: tamen poſt cõuerſionẽ Cõſtãtini fuit exaltata & ꝓſpata ſup gẽtiles & Iudæos ſicut palma & cedrus ſup oẽs alias plãtas: qa ſubiecit gentiles per fidem: & Iudęos poſſedit in captiuitate. & ſic

oēs gentiles & cęteri qui venerūt ad fidē: fuerunt plantati
in domo dñi.ſ.in hac eccl'ia p baptiſmū: & ideo floruerunt
in atrijs dom⁹ dei noſtri.ſ.in hac eccl'ia floruerūt p gratiā &
intelligentiā ſacrarū ſcripturarum: & in cœlo per gloriam.

Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi: &
bene patientes erunt vt annuncient.

Quoniam rectus dominus deus noſter: & nō
eſt iniquitas in eo.

Q ¶ Ad cui⁹ intelligentiā eſt notandū: q ecclesia multū fuit
exaltata & multiplicata: & floruit p totū orbē terrarū poſt
ↄuerſionē Cōſtātini. Nā ſicut dictū eſt ſupra, oēs natiōes.ſ.
Aethiopes, & Chaldęi, & Scythæ, & Græci, & Latini ve-
nerūt ad fidē Chriſti. Sed poſtea ſurrexit iſta maledicta ſe
cta mahometica: & occupauit maiorē partē mūdi & veniet
poſtea Antichriſtus, qui magis eā diripiet eccleſiam. Sed
poſt miſerabilē exitū Antichriſti oēs nationes mūdi & oēs
Iudæi & cæteri ſequaces Antichriſti vidētes ſe eſſe manife
ſte deceptos: & cognoſcētes veritatē euāgelicā oēs maxio
affectu venient ad fidē Chriſti: & regenerabunť per bapti
ſmum. Et ſic fiet vnū ouile & vnus paſtor: & ſic tūc erit ec-
cleſia in maxima copia & vbertate filiorꝫ & ꝓlis. & hoc ē
qđ dicit hic ꝓpheta. vñ ait. Non deſperent chriſtiani: nec
lætenť infideles cū viderit eccl'iam afflictā & minoratam
tpe mahometi & antichriſti. Nā filij eccl'ię adhuc multipli
cabunť in ſenecta vberi.i. in fine vltimę ætatis poſt interitū
antixp̄i: qñ eccl'ia erit in ſenecta: qa tūc oēs natiōes veniēt
ad fidē: & ſic erit i ſenecta vberi, & abūdanti. & copioſa in
ꝓle filiorꝫ, & illi filij eccl'ię tūc erūt bñ patiētes.i. bonū ꝓ-
miū recipientes. ¶ Vñ nota q ſicut liberalis & ille q dat dř
bñficus.i. bñfaciēs: ita recipiēs donū vel munus bene patiēs
vel bene paſſus: vt patet.iiij. & .v. Ethicorꝫ. & ſilr dicit pro-
pheta q oēs fideles in die iudicij erūt bene patiētes.i. bonū
ꝓmiū recipiētes, vt annūciēt.i. annūciare poſſint in iudicio:
qm̄ dñs de⁹ noſter eſt rectus & iuſtus iudex: & nō eſt iniqtas
in eo: imo ſūma iuſtitia. q.d. q tunc omēs iuſti recipiēt prę-
miū laborꝫ ſuorꝫ: & laudabunt Chriſtū de ſumma iuſtitia:
qa pmiſerit malos ad tēpus exaltari: & bonos p malos de-
primi: tñ nō eſt iniuſtus: quia in fine oſtēdet ſuā iuſtitiā: qa
malos puniet: & bonos exaltabit. ergo bonū & iuſtū eſt cō
fiteri dño: & pſallere noi tuo altiſſime: & bonū eſt annun-
ciare mane miam tuā, & veritatē.i. iuſtitiā & ſapientiā tuā
per noctē.i. tpe aduerſitatis & ꝓſperitatis: & in die legis:
& in nocte ignorantiæ Iudæorꝫ: quia ſemp debemus deū
laudare: eo q deiecit & depſſit Iudæos & oēs infideles per
iuſtitiā: & exaltauit iuſtos & humiles per miam in p'o ad-
uentu a captiuitate pcti per ſuā paſſionē educendo. Et in
ſecundo aduētu puniet infideles p iuſtitiā ad pœnā ęternā
deſtinādo: & exaltabit humiles p miam, gloriam largiēdo.
Ex ſupradictis patet q intētio ꝓphetæ in hoc pſalmo eſt
cantare & pſallere diuinā miam qua Chriſtus exaltabat ſi
ue debebat exaltare in ſuo aduētu humiles: & iuſtitiā qua
debebat deijcere ſuperbos, & malos, & iniquos, & ifideles
&c. ¶ Ex ſupradictis etiā eſt manifeſtū q iſte pſal. eſt ꝓ-
R phetia cātici virginis Marię. Nam pariter virgo Maria nil
aliud facit: niſi q magnificat & cōmēdat deum de magna
miſericordia qua exaltauit humiles: & de iuſtitia qua diſp
ſit ſuperbos mente cordis ſui: & depoſuit potētes de ſede.
Vñ Dauid ꝓuidēs q virgo Maria faceret illud canticum cō
tinens .x. verſus: qđ quidē canticū debebat cātari quotidie
in eccleſia: in quo cantico virgo Maria magnificat deū de
iuſtitia & miſericordia: ideo ꝓpheta Dauid in hoc pſal. ꝓ-
phetizando de illo cantico dicit in hoc pſalmo. Bonum eſt
confiteri dño in pſalterio decachordo cum cantico. Etiam
Dauid magnificat deum in hoc pſal. dicens. Exaltabiť ſi-
cut vnicornis cornu meū. quaſi dicat. honor & regnum mi-
hi promiſſum exaltabitur in Chriſto & Maria virgine: qui
erunt & naſcentur de carne mea. & ſenectus mea.i. filij ſe-
nectutis meæ exaltabūtur in miſericordia vberi: & ego ero
redēptus cū eis: & ero honoratus in Chriſto & virgine Ma
ria matre eius. Nam vterq; vocabiť filius Dauid. & ſic ho-
norabor in filijs. ergo bonum & licitū eſt mihi cōfiteri dño
præ cæteris: quia maiorē honorē recipiā. Et ſic patet q in
hoc pſalmo nō ſolū loquiť Adam primus homo: ſed etiam
Dauid auctor huius pſalmi: quia vterq; diciť pater Chri-
ſti & virginis Mariæ. ¶ Ex hoc pſalmo poſſunt recolligi S
vj. concluſiones. ¶ Prima cōcluſio: q Adam ſiue Dauid
intendit cātare in hoc pſalmo dei miſericordiā & iuſtitiā.ſ.
miſericordiā qua redemit & exaltauit humiles: & iuſtitiā
qua damnauit & diſperſit ſuperbos & infideles.
¶ Secūda concluſio: q hunc pſalmū intēdit cantare cū de-
cachordo pſalterio, & cithara, & cantico.i. cū pſalterio euā
gelico decem chordarū: & decē myſteriorꝫ de Chriſto & ec
cleſia: & cū cithara trinitatis diuinarū pſonarū: & cū cātico
virginis: quia hic cātat myſteriū regni & ſacerdotij Chriſti,
quę eſt quinta & ſexta chorda: & cātat ꝓſperitatē eccl'ię &
vbertatē q̄ eſt nona chorda: & cātat vltimū iudiciū & ꝓmiū
iuſtorū: & punitionē malorꝫ q̄ eſt decima chorda pſalterij
euāgelici: & cātat iſtū pſalmū cū cithara trinitatis: quia ope
ra creationis & noſtræ redemptionis ꝓſupponunt myſteriū
trinitatis. Ideo nemo poteſt cantare nec confiteri pſalte-
rium euangelicū decem chordarum & articulorum huma-
nitatis Chriſti: quin cantet & confiteatur myſteriū trinita-
tis: vt dictum eſt in prologo.
¶ Tertia cōclūſio: q lꝫ opa creationis rerū ſint magnifica: tñ
iudicia dei ſunt magis ꝓfunda & iſcrutabilia.ſ. quare pmit-
tat ad tēpus malos ꝓſperari: & bonos deprimi & cōculcari.
¶ Quarta cōclūſio: q lꝫ de⁹ pmittat ad tēpus malos ꝓſpera-
ri & bonos affligi: tñ finaliter mali non ſolū poſt hāc vitam
æternaliter: ſed etiā in hac vita tpaliter puniunť & cadunt.
¶ Quinta cōcluſio: q tam Iudęi q̄ tyrāni pſecutores eccle
ſię finaliter fuerūt puniti, & diſpſi, & ſubiecti iugo chriſtia-
norꝫ. ſed tota eccl'ia & fideles iuſti finaliter ſunt exaltati ſi
cut cedrus & palma: quia in hac vita & eccleſia ſunt plan-
tati per gratiam: & in cœlo florent per gloriam.
¶ Sexta concluſio: q ſenectus & finis eccl'ię, qđ eſt totum
tempus gratiæ, eſt in miſericordia vberi propter abundan
tiam eccleſiaſticorum ſacramentorum & bonorum gratiæ.
Sed in ſenectute hui⁹ ætatis poſt interitum Antichriſti mul
tiplicabitur in ſenecta vberi quia omnes Iudęi & infideles
ad Chriſtum conuertētur. ſed poſt iudicium erit in amplio-
ri vbertate in bonis gloriæ.

DOminus regnauit decorem indutus
eſt: indutus eſt dominus fortitudinē
& pręcinxit ſe.

Etenim firmauit orbem terrę: qui non com-
mouebitur.

Parata ſedes tua deus extūc: a ſęculo tu es.

¶ Iſte pſal. in hebręo eſt oīno ſine titulo: licet in aliquib⁹
byblijs ſit talis titulus.ſ. Laus cantici Dauid in die ſabbati
qñ fundata eſt terra. eo q aliqui Iudęi applicant hūc pſal
mū & exponūt de creatione mūdi. Sed Rabi Chamhi di-
cit q iſte pſal. factus eſt de tpe regis Meſſię quō debet pu
gnare cōtra Gog & Magog: & finaliter debet eos vincere,
& moueť p hoc qđ dř in pſal. Eleuauerūt flumina dñe ele-
uauerūt flumina vocē &c. Sed iſte obſtinat⁹ fundať ſupra
erroneū fundamentū: quia qđ eſt iam præteritū expectat
futurū. Et ideo eſt dicēdū q Dauid ꝓuidēs ꝓſperitatem & V
exaltationē Chriſti & regni eius poſt reſurrectionem, fecit
hunc pſalmū in quo duo facit. Primo deſcribit maieſtatem
Chriſti & poteſtatē. Scđo ꝓſperitatē & decorē regni eius. q̄
eſt eccleſia. Vel poſſumus dicere q Dauid primo cātat pul

chritudinẽ & decorẽ quẽ Chriſt⁹ inquantũ hõ adept⁹ eſt in
ſua reſurrectione. Scdo cãtat pulchritudinẽ & decorẽ eccle
ſię collatũ per Chriſtũ in die aſcẽſionis & pẽthe. ibi. Eleua
T uerũt flu. ¶ Quãtũ ad primũ eſt aduertẽdũ ꝙ Chriſt⁹ qua-
tuor adeptus eſt in ſua reſurrectione: q̃ oĩa decorãt ſuã ma
ieſtatẽ. Nã prĩo induit imortalitatẽ & incorruptibilitatẽ &
ipaſſibilitatẽ & oẽs pfectiones corpis glioſi. Scdo adeptus
eſt fortitudinẽ & potentiã cõtra diabolũ ad expoliandũ in-
fernũ. Tertio fundauit totã eccleſiam ſupra firmam petrã.
Quarto adeptus eſt ſedẽ in cælo & iudiciariã poteſtatẽ ſup
oẽs hoies, & angelos, & dæmones. Et hęc quatuor q̃ Chri-
ſtus habuit in ſua reſurrectione memorat ꝓpheta in primis
tribus verſiculis. Vñ dicit: Dñs nr̃ Ieſus Chriſt⁹ regnauit: &
regnũ obtinuit vniuerſale ſuper oẽm creaturam in cælo, &
in terra, & in inferno p ſuã reſurrectionez. Nam primo fuit
indutus decorẽ & pulchritudinẽ glorię. ſ. imortalitatem, &
claritatẽ, & agilitatẽ, & ſubtilitatẽ ſui corporis. Scdo indut⁹
eſt fortitudinẽ: & p̃cinxit ſe virtute & armis cõtra diabolũ:
quibus eiecit ipm foras & expoliauit infernũ. Tertio funda
uit orbẽ terrę. i. eccliam ſuã diffuſam per totũ orbẽ terraꝝ:
& hoc ſupra petrã & ſupra fundamentũ apl'oꝝ & ꝓpheta-
rum. & ideo nunq̃ cõmouebit̃: nec portæ inferi præualebũt
aduerſus eam. Quarto cõuerſus ꝓpheta ad Chriſtũ ponit
quartã dignitatẽ ei⁹ dicens. O Chriſte, extunc. i. po ſt reſur-
rectionẽ parata eſt ſedes tua in cælo: quia ſediſti ad dexte
ram patris: & accepiſti iudiciariam poteſtatẽ vniuerſaliter
in cælo & in terra. Verũtñ licet ex tẽpore quãtũ ad humani
tatẽ acceperis talẽ ſedẽ & iudiciariaz poteſtatẽ: tñ a ſæculo
. i. ab æterno tu es ſecundum diuinitatẽ. quaſi dicat. licet tu
ſis iudex temporalis ſecundum humanitatem: tamen tu es
æternus ſcdm diuinitatem.

Eleuauerũt flumina domine: eleuauerunt flu-
mina vocem ſuam.

Eleuauerunt flumina fluctus ſuos: a vocibus
aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis do
minus.

Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis: do
mum tuam decet ſanctitudo domine in lõgi-
tudinem dierum.

¶ Hic cantat decorẽ & dotes ecclïæ: vbi cõmemorat qua-
tuor dotes quibus Chriſt⁹ decorauit eccliam quã fundauit
in ſua reſurrectione. Primo flumina gratiarũ, q̃ ſunt ſeptem
dona ſpũs ſancti, eleuauerunt vocẽ ſuã: quãdo apoſtoli poſt
miſſionem ſpiritus ſancti ꝓfecti ſunt per vniuerſum mun-
dum: & prædicauerunt euangelium omni creaturæ. & hæc
fuit prima dos eccleſiæ. Secũdo eleuauerunt flumina ſacra
mentoꝝ fluctus ſuos: qñ adminiſtrauerũt fidelibus. vij. ec-
cleſiaſtica ſacramenta, abluẽtes eos a peccatoꝝ ſordib⁹ vir-
tute fluctuũ ſacramentoꝝ. & hæc fuit. ij. dos. Tertia dos ec-
cleſię fuit magnitudo miraculoꝝ corã perſecutoribus eccle
ſię. nam licet mirabiles fuerint crudeles elationes maris. i.
pſecutiones tyrannoꝝ & infideliũ: tñ magis fuit mirabilis
dñs oſtendendo & faciẽdo miracula per ſanctos ſuos. vnde
victi ſunt pagani & tyranni: ſicut patet in eccliaſticis hiſto-
rijs. Quarta eſt veritas teſtimoniorũ doctrinæ & legis euã-
gelicæ, prębens verũ & credile teſtimoniũ de Chriſto & ec
cleſia. ideo ait. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis:
Non ſolũ ipſa eſt vera & credibilis: ſed etiã apl'i & euãgeli-
V ſtę qui eã ſcripſerunt. ¶ Vnde nota ꝙ Chriſtus multiplici
teſtimonio fuit approbatus & teſtificatus: quibus de neceſ
ſitate creditur deus & homo & Meſſias in lege promiſſus.
Primo teſtimonio patriarcharũ p multa myſteria præmon
ſtrata ipſi Adam, Noe, & Abrahã, Iſaac, & Iacob. Secun-



do vaticinio ꝓphetaꝝ: & hoc añ ſuũ aduẽtũ. In ſuo aũt ad-
uẽtu fuit teſtificat⁹ & approbat⁹ p oẽs creaturas. Prĩo p ãge-
los q in ei⁹ natiuitate cãtarũt: Glĩa i excelſis deo &c. Scdo p
nouã ſtellã. Tertio: qa oĩa idola aglonis clamauerunt regẽ
pacis eẽ natũ: vt ait Virg. in. vj. Quĩto: p vocẽ pr̃is in bapti-
ſmo: q dixit: Hic eſt fili⁹ me⁹. Sexto: teſte Io. ba. q dixit. Ec
ce agn⁹ dei. Septĩo: ope infinitoꝝ miraculoꝝ: q̃ nullus po-
tuit facere niſi ſolus de⁹: puta ſuſcitare mortuos &c. Octa-
uo: fuit cognit⁹ in ſua morte & paſſione: & reſurrectione: &
aſcẽſione: & ſpũs ſcti miſſione. Nono: qa viri ſcti ſcripſerũt
& p̃dicauerũt ei⁹ vitã & doctrinã. Vltimo: p miracula q̃ fece
rũt in noie Ieſu: & ſic totũ orbẽ iugo Chriſti ſubiecerũt. Ex
quo pz ꝙ teſtimonia Chriſti fuerũt nimis & valde credibi
lia. Hoc ergo p̃uidẽs Dauid in ſpũ dicit. O Chriſte, teſtimo
nia tua credibilia facta ſunt nimis: quia multa in nũero &
ſupra oẽm facultatẽ creaturę in potẽtia & virtute. Itẽ nota
ꝙ ſãctitudo q̃ decorat domũ dei. ſ. eccliaz: cõſiſtit i quiqȝ do
tib⁹. quaꝝ pria ẽ dona grãꝝ. Scda virt⁹ ſacramẽtoꝝ. Ter-
tia magnitudo miraculoꝝ. Quarta eſt veritas legis euãge-
licæ. Quinta eſt puritas ſctitatis ecclię. ideo ſubdit. Domuz
tuã decet ſanctitudo in lõgitudinẽ dieꝝ. Nã Chriſt⁹ reddi
dit ſpaz ſine ruga & macula. de qua dr̃ in cãticis. Tota pul-
chra es amica mea: & macula non eſt in te. Iſta ergo decẽt
domũ ſiue eccliaz dei in lõgitudinẽ dieꝝ. ſ. vſqȝ ad cõſuma
tionẽ ſcl'i. q̃ quidẽ ſunt dona grãꝝ, virt⁹ ſacramẽtoꝝ, magni
tudo miraculoꝝ, veritas legis & doctrinę, & puritas ſãctita
tis hęc quinqȝ decẽt domũ dei: de qua pluria dicta ſunt in
cęteris pſal. Ideo iſte pſal. prim⁹ cãtatur inter cęteros diui-
nę laudis in dieb⁹ feſtiuis: quia memorat decorez Chriſti &
pulchritudinẽ. Ex ſupradictis manifeſte patet ꝙ Dauid in
hoc pſal. cantat pulchritudinẽ & decorẽ Chriſti & eccleſiæ
poſt reſurrectionẽ & aſcẽſionẽ. ¶ Ex quo pſal. poſſunt re- X
colligi tres cõcluſiones. ¶ Pria cõcl'io: ꝙ Chriſt⁹ in ſua re-
ſurrectione adeptus eſt & indut⁹ pulchritudinẽ & decorẽ ſui
corpis glorioſi. ſ. imortalitatẽ, ipaſſibilitatẽ, claritatẽ, agili-
tatẽ, & ſubtilitatez, eo modo quo dictũ eſt pſal. xv. ¶ Scda
concluſio: ꝙ Chriſtus firmauit, & regenerauit, & decorauit
eccleſiã bonis ſpũalibus grãꝝ, & donoꝝ, & ſacramentorũ.
¶ Tertia cõcluſio: ꝙ. v. ſunt dotes quas eccleſia recepit a
Chriſto ſponſo ſuo. Prima eſt: dona gratiarũ. ſcda: virtus ſa
cramentoꝝ. tertia: magnitudo miraculoꝝ. quarta: veritas
legis euangelicę. quinta: puritas & ſanctitudo. quibus ec-
cleſia ſubiecit ſibi totuz orbem & nutrit filios ſuos. de qui-
bus dictum eſt pſalmo. lxvij.

DEus vltionum dominus: deus vltionũ
libere egit.

Exaltare qui iudicas terram: redde re-
tributionem ſuperbis.

¶ Licet iſte pſal. apd hebręos modernos ſit ſine titulo. tñ
apud ãtiquos p̃ponit̃ talis. ſ. Pſal. Dauid. iiij. ſabbati. & ita
exponit Hiero. in ſuo cõmẽto. De materia aũt ei⁹ dicũt aliq
ꝙ Dauid fecit hũc pſal. petẽdo vltionẽ de ſuis pſecutorib⁹:
q oino negãt diuinã ꝓuidẽtiã ſe extẽdere ad act⁹ hũanos.
Sed Rabi Chamhi dicit ꝙ iſte pſalmus factus eſt in pſona
ppl'i Iudęoꝝ: q petit Meſſiam, vt veniat ad vindicandum
eos de chriſtianis & cæteris qui opprimũt eos in hac capti
uitate. Sed quia petitio & deſideriũ huius eſt vanũ & ina-
ne: ſicut ſæpius dictũ eſt: eſt ergo dicendũ ꝙ Dauid p̃uidẽs
in ſpũ pſecutionẽ Chriſti & omniũ iuſtoꝝ faciendã per ho
mines incredulos & iniquos negãtes diuinã ꝓuidẽtiã, fecit
hũc pſalmũ. Ex quo patet ꝙ iſte pſal. eſt vn⁹ illoꝝ quos fe-
cit Dauid cõtra negãtes diuinã prouidentiã. In quo Dauid
p̃dicit & cantat vltionẽ quã Chriſtus erat factur⁹ de pſecu-
toribus ecclię: & olim iuſtorum. In quo quatuor facit. Nam
primo concitat Chriſtum: vt veniat ad iudicium ad vindi-

candam eccleſiā & oēs iuſtoꝝ de pſecutoribus ſuis. Secundo ponit falſam opinionem maloꝝ de diuina prouidentia: vnde mouentur ad opprimendū & perſequendum bonos & pauperes: & improbant eā. Tertio conſolaẽ iuſtos & oppreſſos exhortando eos ad patientiā. Quarto prædicit damnationem malorum: & perſecutorum. Secundum ibi. Et dixerunt. Tertiū ibi. Beatus homo. Quartū ibi. Nunqd adhæret tibi. ℂ Quantum ad primū Dauid cōcitat diuinā vindictā contra perſecutores iuſtoꝝ di. Ne deſperent iuſti & afflicti ſupple. quoniaꝫ dominus eſt deus vltionū & vindictarum: eo ꝙ eſt iudex iuſtus. & ſicut eſt deus vltionum ita ſemper libere & abundanter egit iuſtitiam & vindictā de perſecutoribus & oppreſſoribus iuſtorum: vt patet de Caim quē deus puniuit ad exiliū perpetuum: eo ꝙ occidit Abel. hoc idem patet de Pharaone & exercitu eius: queꝫ ſubmerſit in mari rubro in vindictam filioꝝ Iſrael &c. Ex quo patet ꝙ deus eſt vltor afflictoꝝ. Et conuerſus ꝓpheta ad Chriſtū cui collata eſt poteſtas iudicandi a patre dicit. O Chriſte qui iudicas terrā. i. cui data eſt poteſtas iudicandi in terra & hoies terrenos, exaltare id eſt aſcēde in cæluꝫ poſt reſurrectionē: & poſtq̄ acceperis iudiciariā poteſtateꝫ redde retributionē ſuperbis perſecutoribus tuis & eccleſiæ & omnium iuſtorum & pauperum.

Vſquequo peccatores domine: vſquequo peccatores gloriabuntur?

Effabuntur & loquentur iniquitatem loquentur omnes qui operantur iniuſtitiam?

Populum tuum domine humiliauerunt: & hęreditatem tuam vexauerunt.

Viduam & aduenam interfecerūt: & pupillos occiderunt.

ℂ Nam o dn̄e: vſq̄quo peccatores gloriabunẽ ſe opprimere bonos? & om̄es qui operanẽ iniquitatē effabuntur & loquentur blaſphemias contra te & iniurias cōtra pauperes? quia non ſufficit eis ꝙ perſequanẽ pauperes: ſed etiā gloriantur in elictis ſuis. nā populū tuū humiliauerunt: & hæreditatē tuā. ſ. eccleſiaꝫ Iudæi & tyranni vexarunt: & in ea viduam & aduenam interfecerunt & pupillos & vexarunt: & hoc falſe iudicando: vel publice tyrannice opprimendo.

Et dixerunt non videbit dominus: nec intelliget deus Iacob.

ℂ Hic ponit falſam credulitatē ſupradictoꝝ pſecutorum de diuina prouidētia: quia tales putantes ꝙ deus nō curet de iſtis inferioribus: nec ſit iudex in actib⁹ humanis: nec putantes habere punitionē de ſcelerib⁹ ſuis: ſumunt audaciaꝫ ad perpetrandū omne malū. ideo ait ꝓpheta. Iſti tales pſecutores Chriſti & eccleſiæ: & oim iuſtorū: ideo moti ſunt & auſi committere omne malū: quia temere dixerūt in corde ſuo. Dn̄s non videbit iſta ſcelera q̄ facimus: nec deus Iacob intelliget: quia non curat iſta inferiora: nec habet prouidētiam de eis: ideo poſſumus facere quicquid libet.

Intelligite inſipientes in populo: & ſtulti aliquando ſapite.

Qui plantauit aurem non audiet? aut qui finxit oculum non conſiderat?

Qui corripit gentes nō arguet? qui docet hominem ſcientiam?

Dominus ſcit cogitationes hominum: quoniam vanæ ſunt.

ℂ Hic ꝓpheta inuehiẽ cōtra iſtos prauos reprēhēdēdo falſam credulitatem & opinionem eoꝝ: & dicit. O inſipiētes in populo deponite ſtultā opinionem: & o ſtulti ſapite aliquando & conſiderate & cognoſcite veritatē. Deus qui plātauit aurē in homine non audiet? & qui finxit & formauit oculū in homine non conſiderat? quaſi dicat. Si ipſe de⁹ dedit homini auditū & viſum: ergo a fortiori ipſe videt & audit. Item ille deus qui corripit gentes: id eſt corripuit tempore Pharaonis & tēpore iudicū corripuit cæteros in veteri teſtamento, non arguet Iudæos qui Chriſtū crucifixerūt & perſecuti ſunt apoſtolos: & oppreſſerunt viduas & pupillos falſe iudicando? Item ille deus qui docet hominē ſcientiā: & dedit legē & præcepta: non intelliget ſcelera veſtraꝫ & non corriget iniquitates veſtras? quaſi dicat: imo a fortiori puniet. ℂ Et nota ꝙ non dicit ꝙ de⁹ qui plantauit aurē in homine habeat aures carnales: & qui finxit oculuꝫ habeat oculos carnales: quia deus cū non ſit corpus nō habet huiuſmodi mēbra corporalia: ſed habet officia & operationes iſtoꝝ mēbroꝝ. & ideo dicit ꝙ deus videt & audit non per organa corporalia: ſed per ſuam eſſentiam. Et ſic propheta quaſi demonſtratiue arguit. Nam bene valet: ſi deus confert viſum & auditū iſtis inferioribus: ergo ipſe audit & videt: quia nemo dat quod non habet. Item ſi homo vidit & audit per participationē: ergo deus audit & intelligit per eſſentiā: imo ſuū eē eſt intelligere, videre, & audire. Item arguit per regulā poſterioꝝ. ſ. Propter vnū quodq; tale: & illud magis. Nam ſi homo & quodcunq; tale animal videt & audit: & homo & angelus intelligit propter deum id eſt in virtute dei qui confert eis virtutē & potentiā audiēdi & ingelligendi: ergo a fortiori deus audit, & intelligit, & gubernat: nō ſolū ſuperiora ſed & inferiora: quia illa regula verificatur in cauſis efficientib⁹ & finalibus: vt patet primo poſteriorū. Ex quo patet ꝙ fatui ſunt illi qui putāt deū non habere curā de iſtis inferioribus: nec habere ſcientiam de eis. Ideo ſequiẽ. Dn̄s ſcit cogitationes hoim quoniā vanę ſunt. i. ſcit ꝙ tales opiniones ſunt falſæ & vanę. ſ. ꝙ homo putet ꝙ deus non conſideret nec puniet ſcelera.

ℂ Ad cuius intellectū eſt notandū ſecundū Caſſianū collatione prima: ꝙ triplex eſt vel poteſt eſſe cogitatio hoīs. Vna eſt a deo illapſa: & iſta ſemper eſt ſancta. Alia eſt a diabolo ſuggeſta: & iſta ſemꝑ eſt praua & deceptoria. Alia eſt ab ipſomet homine cōmenta & orta: & iſta eſt vana & inanis: quia ſemper homo cogitat de mundanis: puta de diuitijs congregandis: & honoribus adipiſcendis & in talibus cogitationibus & laboribus terunt homines ſpatiū vitę ſuę. Et tales cogitationes mundanę ſunt friuolæ & tranſitorię. de quibus dicit Perſius. O curas hominū: o quantū eſt in rebus inane. De omnibus ergo his curis & cogitationibus humanis & a diabolo ſuggeſtis: quia diabalus ſemper ſuggerit cogitationes hæreticas, prauas, & falſas: dicit propheta in hoc loco: Deus qui docet hominem ſcientiam ſcit cogitationes hominum quoniam vane ſunt.

Beatus homo quem tu erudieris domine: & de lege tua docueris eum.

Vt mitiges ei a diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea.

Quia non repellet dominus plebem ſuam: & hæreditatem ſuam non derelinquet.

Quoadusq; iuſtitia conuertatur in iudicium: & qui iuxta illā? omnes qui recto ſunt corde.

ℂ Hic ꝓpheta cōſolatur afflictos cōfirmando eos in vera credulitate de diuina ꝓuidentia. exhortando eos ad patiētiā & gratiā auxiliatiuā petendā. Vnde dicit ꝙ deus q docet hoiem ſcientiā ſcit cogitationes prauoꝝ hoim: q̄m va-

lę ſunt .hic conuerſus ad deum dicit.O dñe beat⁹ eſt ille hõ
quẽ tu erudieris:& de lege tua docueris eũ.quaſi dicat .ꝙ
ſicut eſt maledictus homo q ſequit̃ vanas cogitationes ſu-
as:& ſequitur ſuggeſtiones diaboli:ita per cõtrariũ eſt bñ-
dict⁹ qui ſequit̃ diuinas inſpirationes & doctrinã ſacrę ſcri
pturę & legis euangelicę.q̃ quidẽ ſacra ſcriptura docet qua
liter deus creauit cęlũ & terrã:& oia diſpoſuit ſcdm ſapien
tiam ſuã:& creauit hoiem vt deũ cognoſceret:& cognoſcẽ
do amaret:& amãdo frueret̃.& ſic dedit ei legẽ & ꝓcepta:
quæ prohibet oẽ vitiũ:& exhortatur ad oẽm virtutẽ:& cõ
minat̃ poenã ęternã trãſgredientib⁹:& ꝓmittit vitã ęternã
obſeruantib⁹:& donat cõſilia quo facili⁹ homo poſſit acqui
rere merita in hac vita:vt valeat poſſidere pręmiũ in alia.
& demonſtrat eadẽ lex euãgelica qualiter Chriſtus eſt de⁹
& homo,& legifer noſter,& glorificator.Ex quibus patet
ꝙ deus ſpecialẽ curã habet de hoibus:& de ſalute & felici
tate eoꝝ.Sed quia oia iſta docet lex diuina:ergo letat⁹ eſt
homo qui eſt doct⁹ a deo in lege diuina.Ideo dicit ꝓpheta.
O dñe beatus homo fidelis quẽ tu erudieris.i.a quo tudi-
tatẽ taliũ falſarũ cogitationũ expuleris & docueris veritatẽ
de lege tua.Sed quia homo fidelis nõ ſolũmodo habet ta
lem verã ſcientiã de diuina ꝓuidẽtia in lege diuina:ſed ha
bet cõſolationẽ & mitigationẽ in ſuis afflictionibus & pſe
cutionibus:quia lex diuina ꝓmittit afflictis ꝓmiũ:& perſe
cutoribus cõminat̃ poenã:& docet qualiter oẽs pſecutores
ecclię & ppli dei ſemp male finierunt:vt patet in veteri te
ſtamento & nouo:ideo ſubdit:Vt mitiges ei dolorẽ a dieb⁹
malis.q.d.Beatus homo quẽ docueris de lege tua quõ ma
li & pſecutores patient̃ poenã æternã:& fideles afflicti ha-
bebũt præmiũ ęternũ:vt mitiges ei dolorẽ a diebus malis.
q.d.ꝙ quilibet fidelis legendo legẽ tuam & doctrinã euã
gelicã mitigabit dolorẽ ſuũ & patienter tolerabit pſecutio
nes ſuas:cũ inde expectet ꝓmiũ æternuꝫ .Et hoc tolerabit
donec fodiatur peccatori fouea.i.vt videat malum finẽ &
punitionẽ de ſuis pſecutoribus.Et ponitur ly donec ꝓ vſq;-
quo.quaſi dicat propheta.Beat⁹ hõ quẽ tu docueris de le
ge tua:vt exẽplo alioꝝ mitiges ei afflictionẽ a dieb⁹ malis
& durãte tpe pſecutionis:vt habeat patientiã in aduerſis:
donec fodiat̃ pctõri fouea.i.vſquequo peccator & pſecutor
moriat̃ & ſepeliat̃ in fouea:nõ ſolũ in fouea terrę:ſed etiaꝫ
in fouea inferni:& vſq;quo fiat punitio particularis a deo:
& etiã punitio generalis in iudicio:qm̃ nõ repellet dñs ple
bem ſuã & eccleſiã:quin puniat pſecutores ei⁹ & hęredita-
teꝫ ſuã nõ derelinquet finaliter in manibus inimicoꝝ:imo
liberabit eã:& puniet eos:quia nullũ malũ impunituꝫ nec
bonũ irremuneratũ:ſed ſemp ſuſtinebit eam vſquequo iu-
ſtitia vertatur in iudicium.i.vſq; ad diem iudicij.

Z ℂ Vnde nota ꝙ iuſtitia dicit habitũ ſiue actũ primum ſed
iudiciũ dicit actũ ſcdm.& ſic deus ſemper eſt & habet iuſti-
tiam:imo eſt ipſa iuſtitia per eſſentiã.ſed nõ ſemp facit iuſti
tiã reſpectu noſtri:immo expectat peccatorẽ ad poeniten-
tiã:& ſic differt facere iudiciũ vſquequo conuertatur.ſed ſi
nõ agit poenitentiã:tunc conuertit deus iuſtitiã in iudiciũ:
& condẽnat eũ in actu.ideo dicitur ꝙ i nouiſſimo die iuſti-
tia dei cõuertet̃ in iudiciũ:quia nõ amplius erit loc⁹ nec tẽ-
pus poenitẽtiæ:& ſicut de⁹ expectat vnũquẽq; peccatorem
ne cõuertat iuſtitiã in iudiciũ vſq; ad mortẽ:ita expectat to
tũ mundũ vſq; ad iudiciũ.Et ſic vult deus ꝙ ſicut ipſe expe
ctat & tolerat peccatores vſq; ad mortẽ:& vſquequo agat
poenitentiã:ita & nos debemus expectare & patienter to-
lerare pſecutores noſtros poſtq̃ deus tolerat eos.Dicit ergo
ꝓpheta:ꝙ deus per doctrinã legis mitigat afflictionẽ hoi
iuſto,docens ipſum habere patientiã in aduerſis:donec fo
diatur peccatori fouea:& donec iuſtitia conuertatur in iudi
ciũ.i.donec moriatur peccator & iudicet̃:& iuſtitia dei po-
natur i executione:niſi egerit poenitentiã.Et ſequit̃:Et qui
iuxta illã &c.ℂ Ad cui⁹ intellectũ eſt aduertendũ:ꝙ in he



bræo nõ reperit̃ iſtud relatiuũ qui.ſed lr̃a Hiero.ſic habet.
Nõ derelinquet dñs plebẽ ſuã:& hæreditatẽ ſuã non deſe-
ret:qm̃ ad iuſtitiã reuertet̃ in iudiciũ:& oẽs ſancti & iuſti
recti ſequent̃ illud iudiciũ.i.ibi erunt cuꝫ Chriſto oẽs ſancti
iudicantes & aſſiſtentes iuxta Chriſtũ:& ſententiã approbã
tes:vt patet Matth.xix.Sedebitis ſupra.xij.ſedes &c.Item
Prouerb.vlt.Dñs ad iudiciũ veniet cũ ſenatorib⁹ terrę.Sed
quia tranſlatio noſtra habet illud relatiuũ qui:ideo debet
ſic conſtrui.Et qui iuxta illã.i.qui erũt aſſiſtentes iuxta illã
iuſtitiam quæ conuertetur in iudiciũ in nouiſſimo die?& re
ſpondet:oẽs recti corde.ſ.ſedebunt iuxta Chriſtũ appro-
bantes eius ſententiã in die iudicij.Et tunc introducit̃ Chri
ſtus ad loquendum,dicens.

Quis conſurget mihi aduerſus malignantes:
aut quis ſtabit mecum aduerſus operãtes ini-
quitatem?

ℂ Quaſi dicat Chriſt⁹.Quando ego iudicabo in die iudi-
cij:& inſurgã contra dãnatos inferendo ſententiaꝫ poenæ
æternę:quis conſurget aſſiſtens mihi aduerſus malignãtes:
aut ſtabit mecũ ſedendo ſuper.xij.ſedes aduerſus operan-
tes iniquitatẽ?& quis ſtabit iuxta eam ſententiã quam ego
fulminabo contra impios?Reſpondet propheta:oẽs re-
cti corde.Ex quo patet ꝙ tota iſta ſententia continuat̃ ſi-
mul:& eſt ſic ordinãda litera.ſ.in perſona Chriſti.Quis cõ-
ſurget mihi aduerſus malignãtes:aut quis ſtabit mecũ ad-
uerſus operantes iniquitatem:& qui ſtabunt iuxta illã ſen
tentiã?Reſpondetur ꝙ oẽs qui recto ſunt corde.i.oẽs iu-
ſti & ſancti erunt aſſiſtentes in iudicio approbantes ſenten
tiã Chriſti,iudicantes.xij.tribus Iſrael.i.incredulos & obſti
natos Iudæos & cæteros infideles & peccatores:qui nõ ſo-
lũmodo approbabunt ſententiaꝫ:ſed etiã accuſabunt ſuos
pſecutores & oppreſſores.Nam tũc ſtabunt iuſti in magna
conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt:vt patet Sa-
pientiæ.v.Tota etiaꝫ ſupradicta locutio poteſt eſſe vox ec-
cleſiæ.vt dicat eccleſia.Quis conſurget mihi in auxilium in
die iudicij aduerſus malignãtes:& pſecutores meos?aut qs
ſtabit mecũ aduerſus operantes iniquitatẽ quando ego in
die iudicij accuſabo eos?& qui erunt iuxta illã iudicialẽ ſen
tentiam:quã Chriſt⁹ fulminabit contra impios &c.Reſpõ
detur:ꝙ oẽs qui recto ſunt corde.Aliter videt̃ Beatus Hie
ronymus exponere iſtam particulam : ſed magis videtur
mihi conueniens præſens expoſitio.

Niſi quia dominus audiuit me : paulominus
habitaſſet in inferno anima mea.
Si dicebam motus eſt pes meus:miſericordia
tua domine adiuuabat me.
Secundum multitudinem dolorum meorum
in corde meo:conſolationes tuæ lętificauerũt
animam meam.

ℂ Hic ꝓpheta demõſtrat quõ ẽ neceſſaria gr̃a Chriſti ſpe-
cialis ad tolerandas pſecutiones cũ patientia,vñ dicit.Niſi
qa dñs adiuuit me tenẽdo manũ meã,& dãdo mihi gr̃am
& patiẽtiã in tolerãdis pſecutionib⁹:paulominus habitaſſet
in inferno aia mea.quaſi di.Si de⁹ nõ dediſſet mihi gratiã
& fidẽ,incidiſſem in deſpationẽ & erroreꝫ:& aliquẽ caſum
cõmiſiſſem.& ſic aia mea fuiſſet in inferno.Nã ſi dicebam:
motus eſt pes meus.i.qñ ſenſualitas mea fatigata & affli-
cta q̃ſi dubitabat & titubabat de tua diuina ꝓuidẽtia,& ꝑ-
debã aliqualr̃ patientiã:tũc miſericordia tua releuabat me
a tali meditatione:& gratia tua tũc adiuuabat me illuminã
do & reducẽdo ad patientiã:& refrenabã irã meã:& cũ pa
tiẽtia tolerabã pſecutiones meas:& ſic cõſolationes tuæ:&
bonę inſpirationes lętificauerũt aiam meã ſecundũ multi-

tudinem dolorum meorum qui erant in corde meo. Nam quandoq; me inſpirabas per internas inſpiratiões:& qñq; per euangelicas exhortatiões. Et ſic deſiſtebã in ira & vindicta:& mitigabas dolorem meum,& tolerabam perſecutiones,& aduerſitates cum patientia:quia cognoſcebam te eſſe iuſtum iudicem,& patientem expectando peccatores ad poenitentiam.

Nunquid adhęret tibi ſedes iniquitatis:qui fingis laborem in pręcepto?

Captabunt in animam iuſti:& ſanguinem inocentem condemnabunt.

Et factus eſt mihi dominus ĩ refugium:& deus meus in adiutorium ſpei meę.

Et reddet illis iniquitatem ipſorum : & in malitia eorum diſperdet eos:diſperdet illos dominus deus noſter.

¶ Hic p̄dicit punitionem & damnationem impiorum,& perſecutorũ Chriſti,& eccleſię,& oim iuſtorum. Vnde propheta conuerſus ad Chriſtum dicit. O Chriſte iudex nunqd adhęret tibi ſedes iniquitatis,qui fingis laborem in p̄cepto .i.tu qui dediſti p̄cepta,& ſtatuiſti,& fixiſti laborem,& cõminationem peccatoru; in p̄cepto,& in lege tua ipſis trãſgredientibus,& promiſiſti præmiũ obſeruãtibus:eris iudex iniquus.i.nunquid ſedes in ſede iniquitatis & iniuſtitię,& eris ita iniquus ꝙ nõ punias iniquos & perſecutores meos? quaſi dicat:non,cum ſis iuſtus per eſſentiam:immo facies iudicium tribuens vnicuiq; iuxta opera ſua. Nam ideo dediſti p̄cepta cum labore.i.ſub comminatione poenarũ trãſgreſſoribus:& etiam promiſiſti præmium pro labore obſeruantibus. ¶ Vnde nota ꝙ præmium eſt pretiũ meritum ꝓ labore.& ideo ponitur hic labor pro præmio laboris cum dicit:Qui fingis laborem in præcepto.quaſi dicat.tu qui ꝓmiſiſti p̄miũ laborãtib⁹ i lege & p̄ceptis,nõ iudicabis iiq̃:immo punies malos & p̄miabis bonos. Et iõ ſubdit. Iudęi iiq captabũt occaſionẽ,& ꝑpetrabũt mortẽ i aia; Chriſti iuſti:& cõdenabũt ſanguine; innocentẽ abſq; cauſa:ſed dñs pater factus eſt mihi refugium,& in adiutoriũ ſpei meę a mortuis me ſuſcitãdo:& reddet illis Iudęis crucifixoribus meis iniquitatem ipſorum.i.reddet eis pœnam ſecundum iniquitatem ipſorum,& diſperdet illos dñs deus noſter in malitia ſua.i.ſcdm malitiam ſuam æternaliter puniẽdo. Totũ hoc etiam poteſt dici in perſona eccleſię totius,& cuiuſlibet iuſti.vnde dicit eccleſia,& quilibet iuſtus. O Chriſte tu es vere iudex iuſtus:& nõ ſedes in ſede iniquitatis:immo tribuis vnicuiq; iuxta opera ſua. Nam tyranni & iniqui captabunt cõtra aia; iuſti,& condẽnabunt ſanguinem innocentẽ martyres occidendo,& bona pauperu; auferendo & iuſtos opprimendo,& viduas,& pupillos vexando. Tamẽ dñs fact⁹ eſt mihi in refugium,& in adiutorium ſpei meę:quia ab eis me liberauit,& præmium æternum mihi contulit pro laboribus & perſecutionibus:& tamen illis reddet iniquitatem ipſorum,& in malitia eorum diſperdet eos ad pœna; æternam deſtinando. Ex quibus patet ꝙ deus eſt iudex iuſtus:& deus vltionum:& per conſequens non cõtẽnit:immo habet ſpecialem curam,& prouidentiã circa actus humanos. & ſic patet ꝙ iſte pſal. eſt vnus de illis quos fecit Dauid cõ-

A tra negantes diuinam prouidentiam. ¶ Ex hoc pſalmo poſſunt recolligi quatuor concluſiones.

¶ Prima concluſio.ꝙ Chriſt⁹ eſt deus vltionu; & vindictarum:eo ꝙ eſt ſibi tradita poteſtas iudicandi ab ipſo patre.

¶ Secunda concluſio.ꝙ poteſtas iudiciaria Chriſti maxime apparebit in iudicio finali,vbi retribuet vnicuiq; præmium ſecundum opera ſua.

¶ Tertia concluſio.ꝙ licet infideles & tyranni contemnãt diuinam prouidentiam in hac vita:quia putant ꝙ deus nõ videat ſua mala opera:tamen in die iudicij iuſtitia & miſericordia dei,qua expectat peccatores ad poenitentiam,cõuertentur in iudicium contra malos & tyrannos.

¶ Quarta concluſio.ꝙ beatus eſt homo qui eſt eruditus in lege dñi:qm̃ contẽplando geſta ſanctorum:quõ antiqui & ſancti fuerunt liberati de multis perſecutionibus,& perſecutores eorum fuerunt finaliter puniti:tunc iuſtus talia conſiderans patienter tolerabit aduerſa.

VEnite exultemus domino:iubilemus deo ſalutari noſtro.

Pręoccupemus faciem eius in confeſſione:& in pſalmis iubilemus ei.

¶ Titulus,Laus cantici ipſi Dauid. Iſte pſalmus apud Hebręos eſt omnino ſine titulo.& dicũt quidam eorũ ꝙ Moyſes fecit ip̄m.ſed quia apoſtolus Paulus ad Hebrę.iij.& iiij. allegat magnam partẽ huius pſalmi ſub nomine ipſius Dauid:ideo eſt magis credendum ipſi,perfidis Iudęis modernis qui conantur peruertere ſenſum ſacrę ſcripturę,& auferre ab ipſo Dauid propheticam dignitate; de Chriſto.& iõ nec hic,nec alibi eſt illis fides adhibenda. Ideo eſt dicendũ ꝙ propheta Dauid præuidẽs in ſpiritu Chriſtum futurum verum deum,& hominem,& ſaluatorem a gentilibus recipiendum,& pro maiori parte a Iudęis repudiandum:ideo fecit hunc pſalmum,in quo omnes nationes inuitat ad recipiendum Chriſtum,& exhibendu; ipſi honores diuinos & cultum latrię tanq̃ deo vero & redẽptori,& Meſſię in lege promiſſo.in quo duo facit. Nam primo facit ꝙ dictũ eſt. Secundo ſpecialiter vocat,& inuitat Iudeos ad Chriſtum audiendum,& legem euangelicam recipiendam.ibi. Hodie ſi vocem eius audieritis. ¶ Quantum ad primum duo facit. Primo inuitat omnes nationes ad recipiendum Chriſtum cum exultatione & confeſſione fidei tanq̃ deum. Secundo inuitat eos ad cultum latrię aſſignando rationem.ibi. Quoniã deus magnus dñs & rex magnus ſuper &c. ¶ Quantũ B

ad primum eſt aduertendum:ꝙ quia Chriſtus venit in mũdum verus deus & homo:ideo debetur ipſi latria.ſed quia venit ad liberandum nos a peccato & captiuitate:ideo talis latria ratione beneficiorum debet eſſe cum exultatione & gratiarum actione.& quia non ſolum corpora:ſed etiam animas liberauit:ideo talis exultatio debet eſſe cum confeſſione laudis,& etiam in pſalmis cum inſtrumentis muſicis:& totum hoc propter beneficium redemptionis. Dicit ergo Dauid. O vos omnes gentiles relinquite idola & deceptorias,& execrabiles ſuperſtitiones:& vos Iudæi reliquite ſacrificia & cerimonias legales.& omnes ſimul venite exultemus domino Ieſu Chriſto in aduentu ſuo,& iubilemus ipſi domino ſalutari noſtro.ſ. Ieſu,qui eſt ſaluator noſter,quia ideo dicitur Ieſus:quia venit ad ſaluandum nos. Vnde litera Hieronymi habet. Venite laudemus dominum iubilemus petrę Ieſu noſtro. nam pro maiori parte vbicunq; in ſcriptura reperitur ſalutare ipſe tranſtulit Ieſus ad denotandum:vt ſaluator,& defenſor:in quo tanq̃ imobili, & infrangibili petra ſum⁹ immobiliter fũdati.& ideo ſequitur. Pręoccupemus, id eſt antecedamus faciem,id eſt aduentum eius in confeſſione laudis,confitendo ipſum eſſe verũ deũ:licet veniat in forma ſerui:& ſic in pſalmis,& cãticis, & muſicis inſtrumentis iubilemus ei pro gratiarum actione.

Quoniam deus magnus dominus:& rex magnus ſuper omnes deos.

Quia in manu eius ſunt omnes fines terrę:& altitudines montium ipſius ſunt.

Quoniam ipſius eſt mare: & ipſe fecit illud: & ſiccam manus eius formauerunt.

Venite adoremus & procidamus: & ploremus ante dominum qui fecit nos: quia ipſe eſt dominus deus noſter.

Et nos populus paſcuę eius: & oues manus eius.

Hodie ſi vocem eius audieritis: nolite obdurare corda veſtra.

Sicut in irritatione: ſecundum diem tentationis in deſerto.

Vbi tentauerunt me patres veſtri: probauerũt & viderunt opera mea.

C ❡ Hic reddit cauſam quare debentur ſibi tales honores, & quare debetur ſibi cultus latriæ. ❡ Ad cuius intellectum eſt notandum, ꝙ latria eſt quædam ſeruitus ſiue cultus ratione ſummi dominij, & ſũmæ poteſtatis & bonitatis. Sed quia Chriſtus ab ęterno, inquãtum deus eſt ſummus & vniuerſalis dominus, & ab ęterno habet ſummam potentiã, quæ maxime fuit oſtenſa in creatione, & ſummam bonitatem, quæ maxime oſtenſa fuit in noſtra redẽptione: & etiã Chriſtus inquantum homo accepit a patre vniuerſale dominium, & iudiciariam poteſtatem in cælo & in terra: & Inquantum deus & homo operatus eſt myſterium noſtrę redẽptionis: ideo perſonę Chriſti recte & debite exhibetur cultus latrię & vera adoratio. & hoc eſt qđ dicit Dauid in hac parte. vnde ait. Venite exultemus &c. O vos gentiles qui hucuſq; adoraſtis deos ligneos, & aureos, & argenteos, & homines mortales: puta Saturnum, Iouem, & Phœbum, venite adoremus dominum Ieſum Chriſtũ: q̃m ipſe eſt rex magnus & deus magnus ſuper omnes angelos, & ſuper oẽs deos quos coluiſtis. quia non repellet plebem ſuam. quaſi dicat: non repellet vos a plebe ſua: quia non ſolum eſt dñs Iudæorum, ſed etiam gentilium: quia in manu & poteſtate ei⁹ ſunt omnes fines & termini terræ, a ſolis ortu vſq; ad occaſum, & ab aquilone vſq; ad meridiem: & omnes altitudines montium ipſius ſunt ſub eius poteſtate & dominio: & ipſe conſpicit altiſſimos montes: puta Caucaſum, & Taurũ, & Emanum, & montes Rhypheos Scythię, & Athlantem Africę, & montẽ Lunę Aethiopię. q. d. licet iſti montes ſint altiſſimi: tamẽ altior eſt dominus & ipſis dominabitur. Ex quo patet, ꝙ dominium Chriſti eſt vniuerſaliſſimum: quia fuit extenſum per omnes habitatores ſupradictorum montium, & terminorum terre qui fuerũt ſubiecti dominio Chriſti. & ratione ſummi dominij debẽtur Chriſto diuini honores & cultus latrię. Sed quia non ſolũ ratione creationis, & beneficij redẽptiõis debetur ſibi latria: ideo ſequitur. Q̃m ipſius eſt mare & ipſe fecit, & creauit illđ & aridã ſiue ſiccã terrã fundauerũt manus eius. & ponitur ibi proprietas pro ſubſtantia: eo ꝙ terra eſt naturaliter ſicca: ſicut aqua frigida, & aer humidus, & ignis calidus, ergo propter ſupradictas rationes: quia Chriſtus eſt vniuerſalis dñs terrę, & maris: ergo venite adorem⁹ & ꝓcidam⁹ ante deũ. Et ſimiliter quia ipſe eſt dominus deus noſter: & nos ſumus populus ei⁹ & oues paſcuę eius: & per conſequens ip̃e eſt paſtor noſter, qui paſcit nos in paſcua ſacramentorũ eccleſiaſticorũ, quæ traxerunt virtutem ex morte & paſſiõe eius & ſanguine ex latere effuſo: & per conſequens ipſe eſt ſaluator, & redemptor noſter. Et ſic ip̃e eſt de⁹ & vniuerſalis domin⁹, & creator omnium: & redemptor, & ſaluator, & paſtor noſter. Iđ propter omnia iſta venite omnes nationes, & conditiones hominum, & adoremus ipſum Ieſum Chriſtũ, & procidamus ante eum: quia talis adoratio cum procidentia debet ei propter rationes ſupradictas. q. d. non dubitetis adorare iſtum Chriſtum. Nam licet appareat in carne humana: tamen ipſe eſt verus deus & dominus omniũ: qui creauit oĩa &c. ❡ Hodie ſi vocem &c. Hæc eſt ſecunda pars: in qua ſpecialiter inuitat Iudæos ad recipiendũ Meſſiam Chriſtũ eis promiſſũ. Vnde eſt aduertẽdũ ſicut legitur Deutero. xxviij. ꝙ Iudęi deſiderabant intelligere legẽ, & cerimonias quas deus præcipiebat in lege: quia per Moyſen hoc non potuerunt intelligere, & deſiderabant videre deum facialiter: vt patet Exo. xxxiij. ſed de⁹ promiſit Moyſi dicẽs. Poſteriora mea videbis &c. & ca. xiij. dixit Prophetã ſuſcitabo de medio fratrum tuorum ſimilem tibi: & ponã verba mea in ore eius: loqueturq; ad eos quæcunq; dixero tibi, & qui eum nõ audierit vltor exiſtã. In quib⁹ verbis quatuor promiſit de⁹: primo ꝙ iſte propheta a deo mittendus erat futurus verus homo de populo Iſrael. ſ. de Iuda. Secũdo ꝙ deus pater poneret verba ſua in ore eius. in quo demonſtratur naturalis, & conſubſtantialis proceſſio filij a patre. & ſic iſte propheta non ſolum erat homo: ſed etiam deus. Tertio ꝙ erat declaraturus leges & cerimonias, & locutur⁹ populo ex parte dęi patris ſecundum voluntatem eius. Quarto ꝙ Iudęi rebelles, & non audientes Chriſtum iſtũ prophetã erãt puniendi terribili vltione & vindicta. Dauid ergo introducit hic deũ patrẽ ad Iudęos loquentẽ & dicẽtẽ. O Iudęi qui hucuſq; fuiſtis in nocte ignorantię ſub lege & cerimonijs: & in tenebris peccatorꝝ: ſi ꝓ q̃n hodie. ſ. tpe gratiæ: qa iã nox ꝑceſſit & dies appropinquauit, audieritis vocẽ, & ꝑdicationes eius. ſ. ipſius prophetę Chriſti in lege promiſſi, in cuius ore pater poſuit verba ſua: nolite obdurare corda vr̃a ſicut obduraſtis corda veſtra in exacerbatiõe: q̃n exacerbaſtis & irritaſtis me ad irã in deſerto ſcđꝫ diem tentationis: q̃n miſit Moyſes exploratores ad terram promiſſiõis, & vos pariter voluiſtis reuerti in Aegyptum, non confidentes de meis ꝓmiſſis, & dubitantes de mea potentia, ꝙ non poſſem idololatras delere: & vos introducere immunes. In quo loco tentauerũt me patres veſtri: vbi & ad aquas cõtradictionis ꝓbauerunt & viderũt opera mea: puta miracula quæ ibi feci & punitiones: vt patet Numeri. xiiij.

Quadraginta annis offenſus fui generatiõi illi: & dixi ſemper hi errant corde.

Et iſti non cognouerunt vias meas: vt iuraui in ira mea: ſi introibunt in requiem meam.

❡ Quadraginta annis proximus & propitius fui gñationi illi, & ſemp fui offenſus ab eis, & diſplicuit mihi gñatio illa, & rebellis fuit & incredula. & tunc videns obſtinationẽ illorum dixi, & ſtatui, & decreui: qa iſti filij Iſrael non cognouerunt vias meas, nec crediderunt: ideo iuraui in ira mea, ꝙ non introibunt in requiẽ meã. q. d. ſicut illi propter duritiaꝫ, & incredulitatẽ eorũ, nõ introierunt in terrã ꝓmiſſionis: ſꝫ vagantes per deſertũ mortui ſunt, & eorum cadauera ibi ſepulta: ita pariter Iudęi increduli q Meſſiaꝫ nõ ſunt recepturi, nec voluerunt audire vocẽ euãgelicã, nunq̃ intrabũt in requiẽ meã cęleſtẽ: ſed diſpſi p mundũ vagabunt̃, & corꝫ aiæ in inferno ſepelient̃. Ex quo patet ſcđm Apl̃m ad Hebrę. iiij. ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum inuitans ad recipiendum Chriſtũ, & audiendũ eius vocẽ euangelicã: vt ingrediamur in requiẽ dñi. ſ. in hanc eccl̃iam per gratiã, & baptiſmũ & cętera ſacramenta: & in aliam eccl̃iam p gl̃iam. quia nõ eſt dicendũ ꝙ Dauid exhortet̃ Iudęos ad audiẽdã legẽ Moyſi, quã iã p. xl. annos ante audierant: nec inuitat eos ad ingrediendũ terrã ꝓmiſſiõis, in qua per totidẽ annos habitabãt ante illum diem: ſed vocat omnes, & inuitat ad adorandũ & recipiẽdũ Chriſtũ in hoc die gr̃ę, & ad igrediẽdũ eccl̃aꝫ, & verã requiẽ hic p gratiã, & in futuro per gloriã. Probat au

tẽ Dauid ꝙ Chriſto debetur latria.prio qa deus & dñs vni-
uerſalis.ſcdo qa creator.& tertio qa ſaluator & redẽptor.Et
iõ in pria pte vocat oẽs ad latriã Chriſti.In ſcda vero parte
vocat,& inuitat oẽs ad audiendã,& recipiendã legẽ euãge
licam & vt ingrediant eccl'iaꝫ Chriſti,& requiẽ eius:& hoc
ſub cõminatiõe priuationis hæreditatis æternæ. ℂ Ad ma
iorẽ aũt intelligentiã hui⁹ pſal.eſt aduertendũ,ꝙ Dauid in
hoc pſal.apit nobis vnã ꝓpoſitionẽ de ve.teſt.& infert vnã
concluſionẽ,& cãtat vnã chordã de pſalterio euangelico.
Propoſitio aũt eſt iſta.nã legit Nũe.xxiij.& xiiij.ꝙ Moy-
ſes ex ꝑcepto dei miſit.xij.exploratores,q ꝯſiderauerũt to-
tã terrã.i qua viderũt ciuitates fortiſſimas,& hoĩes ferociſſi-
mos.ſed erat intantũ fertilis:ꝙ inde aſportauerũt magnũ
botrũ cũ palmite auulſum de vite.q quidẽ exploratores re-
uerſi narrarunt ppl'o ea q̃ viderãt dicẽtes. Terra fertilis eſt
fluẽs lacte,& melle,& copia fructuũ:ſicut ex his fructib⁹ co
gnoſci poteſt:ſed habet ciuitates grãdes,atqꝫ muratas.Vñ
Caleph.& Ioſue dixerũt.Aſcendam⁹ & poſſideam⁹ terrã,
qm̃ poterim⁹ obtinere eã.oẽs aũt alij exploratores dixerũt:
nequaq̃ ad hunc ppl'm valemus aſcendere:qa fortior nobis
eſt:quia terra deuorat habitatores ſuos:qa vidimus gigan-
tes in ea &c.qb⁹ auditis ppl's voluit lapidare Moyſẽ,& cõ-
ſtituere aliũ ducẽ,& reuerti i Aegyptũ,niſi ꝑter Caleph &
Ioſuę,q obſtiterunt eis.vñ tũc deus voluit totaliter delere
illum ppl'm niſi ꝓpter ꝑces Moyſi:& tũc deus puniuit eos:
intantũ ꝙ nullus illius ppl'i ingreſſus eſt terrã ꝓmiſſã.ſꝫ.xl.
annis vagati ſunt per deſertũ,& oẽs mortui ibi,& cadaue-
ra eoꝝ ibi ſepulta,ꝑter Caleph & Ioſue,q fuerãt deo obe-
dientes.iõ ipſi ſoli cũ filijs illoꝝ rebellium ingreſſi ſunt ter-
ram ꝓmiſſionis.In quo myſterio ꝑuidit Dauid in ſpũ ele-
ctioneꝫ gentiliũ,& reprobationẽ Iudæoꝝ ꝓpter rebellio-
nẽ factã cõtra Chriſtũ.Nã licet oẽs illi.xij.electi ex oib⁹ tri-
bub⁹ cõſiderarũt terrã ꝓmiſſã:tñ ſolus Caleph,& Ioſue lau
dauerũt,& voluerũt aſcẽdere in eã.Per qd figurabatur,ꝙ
oẽs tribus Iſrael audierunt Chriſtũ ꝑdicantẽ ſuã legẽ euãge
licã:qa in Hierl'm & Galilea habitabant de oĩbus tribu-
bus:ſed maiori parti eoꝝ viſa eſt lex euãgelica difficilis,eo
ꝙ ꝓhibet oẽm auaritiã,& ſuperbiaꝫ,& oia vitia:& ꝑcipit
oẽm virtutẽ,& ideo noluerunt obedire Chriſto:qa erat con
trarius operibus eoꝝ:immo crucifixerũt,& ꝑſecuti ſunt eũ.
ſed ſoli apl'i & diſcipuli,& quidã de phariſęis,& nobilibus,
& popularibus obedierunt Chriſto & euangelio:& iõ Chri
ſt⁹ expulit omnes rebelles Iudæos:& priuauit eos terra vi-
uentiũ in lege promiſſa:ad quã ſoli apoſtoli & diſcipuli cũ
cæteris ad fidem Chriſti conuerſis ſunt ingreſſi.Vnde Chri
ſtus expectauit Iudæos,xl.annis:ſed qa manſerunt obdura
ti,& obſtinati in ſua nequitia & cæcitate:ideo miſit de⁹ Ti
tum cum exrcitu Romonoꝝ,qui ciuitatem & populum cõ-
buſſit & euertit:& eos trucidauit,& captiuauit:& diſperſit.
& ſic duplici morte puniuit eos.ſ.corporali & æterna & du
plici exilio.ſ.ab illa terra mundana,& a terra viuentium qa
nunq̃ intrabunt in illã requiẽ dñi.Hanc propoſitioneꝫ ape-
rit nobis Dauid:& hanc cõcluſionẽ & chordã euãgelicã cã
tat in hoc pſal.Dicit ergo deus per os Dauid comminando
Iudæis rebellibus Chriſto.O ſi & qñ audieritis vocem dei
incarnati.ſ.vocem euangelicam:nolite obdurare corda ve
ſtra:ſicut obdurauerunt patres veſtri corda ſua quando tẽ-
tauerunt me in deſerto volentes retrocedere in Aegyptum
&c.quos expectaui quadraginta annis.ſed quia manſerunt
in ſua malitia & obduratione:ideo iuraui i ira mea:ꝙ ſicut
ipſi non intrauerunt terram ꝓmiſſam:ita vos nunq̃ intrabi
tis in requiẽ meã:niſi obedietitis voci euangelicę. Quaſi di
cat:ſicut expectaui patres veſtros.xl.annis in deſerto:vt cõ-
uerterent a ſua duritia:ita expectabo vos.xl.annis poſt paſ
ſionem meam:ſed quia manebitis in veſtra duritia & obſti
natione ſicut patres veſtri,ideo ſicut illi fuerunt omnes pro
ſtrati in deſerto,& nunq̃ intrarunt terram promiſſam:ita &
vos cum ciuitate veſtra eritis proſtrati,& diſſipati & nunq̃
intrabitis in requiem meam cæleſtem:ſed peribitis in cor-
pore & anima. ℂ Sed contra intentum noſtrę expoſitionis D
in hoc pſal.arguũt quidã moderni Iudæi dicẽtes:ꝙ non ve
niunt contra intentũ ꝓphetę in hoc pſal.nam deus cõmina
tur i hoc pſal.illis qui non ſequunt,nec audient voceꝫ regis
Meſſię in ſuo aduentu,quos non introducet in terraꝫ pro-
miſſionis,quã poſſiderunt antiqui patres:ſed ſolũ rex Meſ
ſias introducet eos q obediẽt.ſed qa Chriſtus non fuit verus
Meſſias:iõ nõ audierũt eũ:ſed ſunt parati audire Meſſiam
quẽ expectant,q eſt ędificaturus nouã Hierl'm,& cõgrega
turus oẽs filios Iſrael ex oibus ptib⁹ mundi.Qꝫ autem Ieſus
Chriſtus nõ fuit verus Meſſias:ꝓbatur:qa non vocauit eos
ad illam terrã:nec retinuit eã pro ſe,nec pro ſuis:cũ fuerit i
ea crucifixus.iõ nõ potuit illã terrã dare filijs Iſrael:ſicut di
cunt oẽs ꝓphetę.In hac ergo cęcitate ꝑſeuerãt hodie mo-
derni:ſed quantũ decipiat eos iſta vana cupiditas rerum tẽ
poraliũ:dictum eſt in ꝑcedẽtib⁹. ℂ Sed ad detegendã eoꝝ B
falſam intelligentiã,& vanã ſpẽ ponitur pro cõcluſione:ꝙ
illa terra Chanaã,in qua eſt ſita Hierl'm terrena,nõ fuit ſã
ctis patribus a deo promiſſa in ꝑciſum ꝑmiũ ꝓ lege ſeruan-
da:nec expectabant eam patriarchę & prophetæ tanq̃ re-
quiẽ & terminũ vltimatũ.Hęc cõcluſio multipliciter proba
tur.Primo ſic:nam ſi deus ꝓmiſiſſet & dediſſet illã terrã Iu
dęis in ꝑciſũ ꝑmiũ pro lege obſeruanda:ſequeret ꝙ de⁹ eẽt
iniuſtus:aut ſupſtitio & cultus idoloꝝ fuiſſet nobilior q̃ lex
diuina.Nam terra quã poſſidebant gẽtiles.ſ.Damaſcus &
Babylonia,& Aegyptus,& opima regio Indoruꝫ,abſqꝫ ꝓ-
portiõe fuerũt ſemp fertiliores & ditiores,q̃ terra Chanaã,
q̃ eſt ſterilis & inaquoſa,& miſera,frequenter patiens famẽ
& inediã:vt patet per totũ diſcurſum patriarcharuꝫ in libro
Geneſis.Nam propter famẽ & inediam cõpulſi ſunt fuge-
re Abraham,Iſaac,& Iacob cum ſuis filijs ab illa terra in
Aegyptum.Ex quo patet ꝙ meliorẽ terrã poſſederunt ſẽp
gentiles & idololatrę.& per conſequens deus non promiſit
illam terram in præmium obſeruantię legis:quia nobiliori
legi nobilius debetur ꝑmiũ.Item hoc ideꝫ patet auctorita
te.Nam ſi illam terram promiſiſſet deus in ꝑciſum ꝑmium
ſuis cultoribus,non priuaſſet Moyſen famuluꝫ ſuũ ingreſſu
illius terrę.nã multi ſcelerati ingreſſi ſunt cum Ioſue in illaꝫ
terram:& tamen Moyſes non ꝑmiſſus fuit introire,q ma-
gis ſeruauit ꝑcepta dei q̃ aliquis alioruꝫ.Item Dauid tanq̃
rex & dñs poſſidebat illam terram:ſed tamen contẽnens il-
lam aliaꝫ deſiderabat cum dicebat.Satiabor cum apparue
rit gloria tua.pſal.xvj.Itẽ pſal.lxxxiij.Elegi abiectus eſſe in
domo dei magis,q̃ habitare in tabernaculis peccatorũ.Iteꝫ
pſalmo.cxix.Heu mihi quia incolatus meus prolõgatus eſt
&c.Item pſal.cxlj.Portio mea in terra viuentium.Item Sa
lomon rex erat in Hierl'm potentiſſimus &c.& tamen di-
cit ꝙ Hierl'm illa terrena cum omnibus regnis mundi ſunt
q̃dam vanitas.vt patet Eccleſiaſtes primo cap.& per totũ:
immo concludit in fine illi⁹ libelli,ꝙ omnia iſta ſunt vana:
nec eſt alia beatitudo in hoc mundo:niſi ſeruare mandata:
eo ꝙ debemus apparere in fine vitę ante deuꝫ iudicem,&
ꝑmiatorem &c.ergo ſancti patres nõ expectabant Meſſiã
ꝓpter poſſeſſionẽ illi⁹ terrę miſerę.Hoc idem affirmat Ra-
bi Moyſes Abenmaimõ in libro Iudicum in ſentẽtijs Regũ
vbi ait:ꝙ nõ deſiderarũt ꝓphetę & ſapiẽtes tẽpus Meſſiæ:
vt dñarent ſup orbẽ:nec vt haberẽt poteſtatem in gẽtibus,
nec ad comedendũ & bibendũ:nec ad delitias & volupta-
tes:ſed vt vacarent in lege & ſapiẽtia:vt eſſet eis fas habere
vitam ſæculi futuri:ſicut declarauim⁹ in ſententijs de pnia.
vñ in illo tpe oẽs diuitiæ reputabuntur tanq̃ terra & nõ erit
occupatio in Iſrael,niſi ad ſciendum dñm.ideo erunt ſapiẽ
tes magni,& ſcient verba clauſa,& obſcura:& attingẽt ſciẽ-
tiam ſui creatiõis:vt dicitur Eſa.xj.quia tunc erit terra ple-
na ſcientia domini &c.Ex dictis ergo huius magni magiſtri

reputati apud Iudæos, patet qualiter rex Meſſias non eſt daturus Iudæis in ſuo aduentu illam terram Hieruſalē nec alia mundana: ſed ſcientiam veram, & intelligentiam legis: vt per illam conſequerentur vitam venturi ſeculi. quod totum fuit impletum per Chriſtū in apoſtolis, & doctorib⁹, & omnibus fidelibus ſuis. Propter hanc ergo requiem ęternam in cęlo conſequendam exhortatur Dauid in hoc pſal. oēs gentiles & Iudæos: vt recipiant Chriſtō in ſuo aduētu, & audiant vocem eius euangelicam: & priuationem huius requiei & beatitudinis cōminatur Iudæis rebellibus & cōtēnētib⁹ vocem Chriſti: cum dicit. Hodie ſi vocem eius audieritis &c. Et per hoc patet reſponſio ad vanum argumētum Iudæoꝝ, & ad vanam ſpem, & intelligentiam eorum. Sed hoc latius patebit in tractatu finali contra Iudęos. Ex qoibus patet ꝙ Dauid in hoc pſalmo prædicit electionem gentilium, quia ad Chriſtum colendum, & adorandum venerunt, & vocem euangelicam audierunt: & p̄dicit reprobationem Iudæorum qui Chriſtum negauerunt.

Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra.

Cantate domino & benedicite nomini eius: annunciate de die in diem ſalutare eius.

Annūciate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniā magnus dn̄s & laudabilis nimis: terribilis eſt ſuper omnes deos.

Quoniam omnes dii gētium dæmonia: dominus autem cælos fecit.

¶ Titulus. Pſalm⁹ Dauid qn̄ dom⁹ ędificabat poſt captiuitatem. Iſte pſalm⁹ apud Hebręos eſt omnino ſine titulo, ſed dicūt Hebręi moderni, ꝙ Moyſes fecit iſtum pſalmum pro gratiarū actione de reędificatiōe tēpli reędificati poſt captiuitatem Babylonię: quā p̄uidit Moyſes in ſpū. Sed iſti manifeſte mentiuntur. Naꝫ legitur ſecundi Paralypomenon ſeptimo capitulo, ꝙ in dedicatione templi ſacerdotes ſtabant in officijs ſuis: & leuite in organis carminum: quæ fecit Dauid rex ad laudādum dn̄m quoniam bonus: quoniā inęternum miſericordia eius: hymnos Dauid canentes per manus ſuas. Ex quo patet ꝙ Dauid fecit omnes pſalmos q incipiunt Confitemini, vel cantate, vel laudate &c. Itē manifeſte patet: ꝙ iſte pſalmus totus cantatus eſt cum pſalmo centeſimoquarto: & centeſimoquinto quando Dauid introduxit arcam in Hieruſaleꝫ: vt patet primo Paralypomenon decimoſexto. Ex quo patet ꝙ iſte pſalmus ſpecialiter factus eſt ad laudandum deum in templo ab ipſo Dauid.

¶ Sed ad maiorem euidentiam huius pſalmi, & omnium
F ſubſequentium, & etiam præcedentium, eſt aduertendum iterum: ꝙ ſicut tota lex euangelica dicitur pſalterium decē chordarū: eo ꝙ continet decem myſteria de Chriſto, & eccleſia, quę ſunt decem articuli hūanitatis Chriſti: prout ſæpe dictum eſt: ita pariter lex euangelica dicitur canticū nouum in toto iſto libro pſalmorum eo ꝙ lex euangelica continet & cantat noua myſteria de Chriſto: & tota eccleſia, qui ſunt omnes articuli fidei: & omnia geſta Chriſti: & oīa conſilia & præcepta. Vnde ſicut tota lex Moyſi dicitur continens ſexcenta. xiij. p̄cepta veteris legis ſcilicet moralia, & iudicialia, & cerimonialia: ita lex euangelica dicitur Canticū nouum: eo ꝙ relicta vetuſtate literę: cantat noua myſteria de Chriſto, & eccleſia figurata per illa antiqua myſteria veteris legis. Vnde relicta vetuſtate, & renouati p Chriſtū, & ambulantes in nouitate ſpūs iam cantamus in eccleſia, & lege euangelica myſterium trinitatis diuinarum perſonarum: & myſterium incarnationis & prędicationis Chriſti: & operationis miraculorum eius: & myſterium mortis, & paſſionis, & liberationem fidelium veteris teſtamenti per deſcenſum Chriſti ad inferos: & cantamus & celebramus iugiter eccleſiaſtica ſeptē ſacramenta: in quibus continentur virtus ipſius paſſionis Chriſti, & prætium eius. Item cantamus Chriſti reſurrectionem, & aſcenſionem, & ſpiritus ſācti miſſionem: & gentilium in vnam eccleſiam vocationem, & Iudæorum reprobationem, & vltimi iudicij examinationeꝫ: & bonorum, & malorum retributionem. Hoc eſt ergo canticum nouum euangelicum ꝙ modo iugiter cantat realiter eccleſia: ꝙ Dauid frequenter prophetice commemorat in pſalmis. Nam ſicut Dauid per cytharam intelligit myſterium trinitatis, & per pſalteriuꝫ decem chordarum intelligit decem articulos humanitatis Chriſti: ita per canticum nouum intelligit omnia pacta, & conſilia, & geſta, & miracula euangelica, & omnia ſeptem eccleſiaſtica ſacramēta, & omnes articulos fidei tam diuinitatis q̄ humanitatis. Vn̄ ſicut nos cantamus hoc canticum realiter & euangelice: ita Dauid cantat ipſum in toto libro pſalmorum figuraliter & prophetice. Ideo in hoc pſalmo apoſtrophando inuitat oēs gentes & nationes mundi: vt veniant ad cantandum hoc canticum nouum euangelicum Chriſto in aduētu ſuo. Tria ergo principaliter facit Dauid in hoc pſalmo. nam primo inuitat omnes gentes & nationes ad cantandum omnipotentiam, & excellentiā, & mirabilia opera, quæ fecit Chriſtus in ſuo aduentu. Secundo inuitat omnes ad cantanduꝫ, & exhibendum Chriſto cultum verę latrię ſecundum morem euangelicum. Tertio inuitat omnes ad cantandum & prędicandum regiam, & iudiciariam poteſtatem Chriſti, quam accepit in ſua reſurrectione, & aſcenſione ex merito ſuæ paſſionis: & per conſequens inuitat omnes: vt recipiant Chriſtum tanq̄ Meſſiam, & ſaluatorē, & legiſlatorem. Secunduꝫ ibi. Confeſſio & pulchritudo. Tertium ibi. Commoueatur a facie eius.

¶ Quantum ergo ad primum dicit. O vos Iudæi quib⁹ primo facta eſt promiſſio de Chriſto cantate ipſi domino Ieſu Chriſto canticum nouum, & nolite iam cantare canticum antiquum ipſius Moyſi: quia iam perfecit curſum & officiū ſuum in aduentu Chriſti. ergo cantate Chriſto canticum nouum & euangelicum, profitendo & obſeruādo omnia quæ in lege euangelica continentur. Quæ ſunt obſeruantia p̄cæptorum & conſiliorum, & fides articulorum, & gratia & ſanctificatio ſacramentorum, & firma ſpes futurorum bonoꝝ. Et vos omnis terra id eſt omnes habitatores terræ. ſcilicet Græci & latini, & omnes barbare nationes. ſcilicet Indi, & Scythæ, & Aethiopes, cantate hoc ſupradictum canticum euangelicum cum omnibus partibus & conditionibus: & omnes ſimul cantate dn̄o Chriſto: & benedicite nomini ei⁹ quod eſt Ieſus: quia non eſt aliud nomen ſub cælo, in quo nos oporteat ſaluos fieri: & quia nomen domini eſt Ieſus. i. ſaluator: in quo totus mundus debet ſaluari: ideo annunciate de die in diem. i. continue & aſſidue & omni tempore ſalutare, ei⁹ & p̄dicate hoc nomē Ieſus vbiq̧ & ſp. ſ. annūciādo eius redēptionē & ſaluationē: quā Ieſus Chriſt⁹ operat⁹ ē in mundo per mortem & paſſionem. & vos apoſtoli & diſcipuli annūciate inter gentes. i. inter gētiles gloriā eius. i. gloriam quam acquiſiuit & oſtendit in ſua reſurrectiōe & aſcēſione. & annūciate oībus populis mirabilia ei⁹: quę operatus eſt infirmos ſanando, & mortuos ſuſcitando: & p̄dicate euangelium omni creaturę: ſicut præcepit vobis Marci vltimo. & oſtendite poteſtatem in miraculis faciendis: quam Chriſtus vobis contulit in ſua aſcenſione: vt patet ibidem. Quaſi dicat. Non ſolum annunciate & prædicate miracula q̄ fecit Chriſtus ante ſuā paſſioneꝫ & aſcēſionem: ſed etiam vos facite ſigna & miracula in noie eius i pplo gētili, & Iudaico: ſicut patet per totū diſcurſum actuū aploꝝ, & p hiſtorias eorum, & aliorum ſanctoruꝫ. Et ſic nō ſolū dictis &

prędicationibus:ſed etiã ſignis & miraculis oſtẽdite,qm̃ &
quõ dñs nr̃ Ieſ⁹ Chriſt⁹ ẽ de⁹,& magn⁹ dñs,& rex magnus
& nimis & valde laudabilis,& terribilis ſup oẽs deos gen-
tium:& quõ ſoli Chriſto debetur laus,& honor,& cultus
latriæ tanq̃ vero deo.nã ipſe eſt terribilis ſup oẽs deos gẽtiũ.
qđ ꝓbať.Nã ipſe eiecit eos de corporibus obſeſſis.Itẽ Chri
ſtus eſt terribilis ſup oẽs deos gentiũ.nã oẽs dij gentiũ ſunt
dęmonia immunda.Dñs aũt Ieſus Chriſt⁹ eſt dñs magn⁹.
qđ ꝓbať.nã ipſe fecit cælos,& oĩa in eis & ſub eis cõtẽta.&
ideo Ieſus Chriſtus intantũ eſt magnus & terribilis ſup oẽs
dęmões:ꝙ primo eiecit eos de cælo.Scđo eiecit eos de cor-
porib⁹ obſeſſis.Tertio eiecit eos foras de mũdo & pplo gẽ-
tili,& alligauit eos in inferno:& quotidie eijcit eos de aĩa-
bus hoĩm per ecclíaſtica ſacramenta. Ex quo patet,ꝙ ſol⁹
Chriſtus eſt laudabilis,& ſibi debetur honor latriæ,& nõ
dęmonibus:cũ ſit creator & redẽptor mundi,& triũphator
contra diabolum & omnes dęmones.

Cõfeſſio & pulchritudo in cõſpectu eius:ſãcti-
monia & magnificentia in ſanctificatione eius.
Afferte domino patrię gentium:afferte domi-
no gloriam & honorem:afferte domino gloriã
nomini eius.
Tollite hoſtias & introite in atria eius:adora-
te dominũ in atrio ſancto eius.

ℭ Hæc eſt ſcđa pars in qua Dauid inuitat oẽs ad exhibẽ-
G dum latriam ipſi Chriſto in ſuo aduentu. ℭ Quæ quidem
latria conſiſtit in tribus.ſ.in confeſſione fidei & laudis,cum
munditia cordis,& in oblatiõe,& adoratione:vt pluries di-
ctũ eſt.Dicit ergo Dauid.poſtq̃ ita eſt,ꝙ Chriſtus eſt ma-
gnus dominus & deus qui fecit cælos,& eſt terribilis ſuper
omnes deos gentium qui non ſunt dij niſi dęmonia, quos
Chriſtus eiecit de cęlo,& de corporibus obſeſſis,& de aĩa-
bus & idolis gentiũ:ergo ſoli Chriſto debetur latria,& non
idolis gentium:in quibus habitant dęmones. Exhibeatur
ergo Chriſto prima pars latrię,q̃ dicitur cõfeſſio,& pulchri
tudo,& ſãctimonia,& magnificẽtia.Vñ triplex eſt cõfeſſio
ſcꝫ confeſſio pctõꝝ,& fidei,& laudis.vna ꝓſupponit aliaꝫ.
nam cõfeſſio laudis non eſt acceptabilis in cõſpectu dei ſi-
ne confeſſione verę fidei omnium articulorũ.nec confeſſio
fidei ſine confeſſione peccatoꝝ,& munditia cordis:vt talis
ſit in charitate:quia non eſt ſpecioſa & acceptabilis laus
in ore peccatoris.Et iõ oportet ꝙ ſit confeſſio in ore,& pul
chritudo & mũditia in corde ipſius cultoris dei in cõſpectu
Chriſti.Iteꝫ oportet ꝙ ſit tibi ſanctimonia.i.ꝙ tales laudes
& honores ſint res ſacræ,& ad diuina applicatę:& non ſint
obſcœne ſicut laudes turpes:quas gentiles exhibebant deę
Veſtę & Baccho & Priapo &c.Item oportet ꝙ ſit magnifi
centia.i.ꝙ narrentur,& ꝓdicentur opera magnifica in tali
latria,& in tali ſãctificatiõe & cultu Chriſti q.d.ꝙ talis cul-
tus fiat cum confeſſione peccatoꝝ & fidei & laudis,& cum
pulchritudine & munditia cordis:& ꝙ narrentur opera q̃
pertinent ad diuinitatem & ſanctimoniam, & magnificen
tiã,& oĩpotentiam Chriſti.& talis cultus eſt exhibendus in
conſpectu eius,q̃ eſt prima pars latrię in conſpectu Chriſti
H exhibendę. ℭ Poſſunt etiam iſte quatuor conditiones me-
morari ad differentiam latrię vet.teſt.Nam illa latria non
fiebat cũ tali confeſſione interiori & exteriori:nec cũ tanta
munditia ex parte offerentis & oblati:qa ibi offerebantur
aĩalia bruta: hic aũt offerť ſacrificiũ purũ & mũdũ de ſe bo
nũ & acceptabile.Et ſic latria noſtra ſit cum maiori ſancti-
monia & magnificentia:quia offertur Chriſtus deus & hõ,
agn⁹ ſine macula & immortalis.Et ideo ſubdit. Afferte do
mino Ieſu Chriſto gloriaꝫ & honorẽ.O vos omnes patriæ,
& regna gentium cantate iam eius gloriam & reſurrectio-
nẽ & aſcenſionẽ:& afferte glĩaꝫ & claritatẽ nomini eius:qđ
eſt Ieſus.i.ꝓdicate hoc nomẽ Ieſus,& virtutem eius per oĩa
regna mundi:quia hęc eſt prima pars latrię Chriſti.deinde
tollite hoſtias,& introite in atria eius.i.introite in templa &
eccleſias eius:& ibi tollite & offerte hoſtias,ſcilicet ſacrifi-
cium euchariſtię.qđ ponitur in plurali:eo ꝙ offertur corp⁹
de per ſe:& ſanguis de per ſe ad explicationẽ paſſiõis Chri
ſti:in qua ſanguis fuit effuſus a corpore.Nam in hoſtia eſt
corpus ex vi cõſecrationis,& ſanguis per concomitantiam,
& in calice econuerſo.ſed hoc fit ad explicandum paſſio-
nem Chriſti. Item ponitur ly hoſtias in plurali ad deno-
tandum,ꝙ licet ſit vnum ſolum ſacrificium:tamen offer-
tur in diuerſis,& multis eccleſijs diffuſis per totũ orbem.Sꝫ
quia in omnibus eccleſijs & altaribus non offertur niſi vnus
& idem,Chriſtus deus & homo:ideo ſubdit. Adorate dñm
in atrio ſancto eius.& ſic memorat omẽs partes latrię.ſ.cõ-
feſſionẽ,& oblationem,& adorationes. Deinde cum dicit,

Commoueatur a facie eius vniuerſa terra: dici
te in gentibus quia dominus regnauit.
Etenim correxit orbem terrę qui non commo-
uebitur:iudicabit populos in æquitate.

ℭ Inuitat omnes ad cantandum Chriſti regiam dignitatẽ,
& iudiciariaꝫ poteſtatem.ſed quia regiam dignitatẽ, & vni
uerſale dominiũ,& iudiciariam poteſtatem adeptus eſt ꝑ
meritum ſuę paſſionis.ad Phi.ij.quia humiliauit ſemetipm̃
factus obediẽs patri vſq; ad mortẽ crucis:ideo dicit Dauid.
Commoueatur vniuerſa terra a facie eius:quia vniuerſa ter
ra tremuit,& fuit commota in Chriſti paſſione:& velum tẽ
pli ſciſſum eſt a ſummo vſq; deorſum:& petrę ſciſſę ſunt:&
monumenta aperta ſunt, & factæ ſunt tenebræ per vni-
uerſam terram &c.Vnde dixit Dionyſius areopagita, Aut
deus naturę patitur,aut tota machina mũdi deſtruetur.Ex
quo patet ꝙ Chriſtus tunc ſe oſtendit vniuerſalem deum &
dominum mundi in cruce.Ideo ſubdit. Dicite in gentibus
id eſt prœdicate & annunciate inter gentes:quia dñs Ieſus
Chriſtus regnauit,& adept⁹ eſt regnũ ſuper vniuerſas crea-
turas.Litera aũt Origenis,& Hilarij,& Ambroſij,& Augu
ſtini,& Caſſiodori habet.Dicite in gentibus,quia dñs re-
gnauit a ligno.i.a cruce.Et ideo Ambroſius ſecutus literam
Origenis dicit in hymno paſſionis.Impleta ſunt q̃ concinit
Dauid fidelis carmine:dicens in nationibus regnauit a li-
gno deus.Vbi aſſerit Dauid feciſſe hunc pſalmum:& protu
liſſe hanc particulam.ſcꝫ a ligno. Sed beatus Hieronymus
ſic nõ tranſtulit:eo ꝙ in litera Hebraica pũctuata nõ repe-
ritur.vel quia ex defectu ſcriptoris non repperit in exempla
ri græco ipſorum.lxx.Et ideo tranſlatio ad exẽplar Orige-
nis,& aliorũ ẽ magis conformis fidei noſtrę. Eſt ergo ſentẽ
tia iſta.vniuerſa terra commoueatur a facie eius: nõ ſolum
in natiuitate & miraculoꝝ operatione:ſed in ſua paſſione,
& in deſcenſu ad inferos,& in reſurrectione:quia terręmo-
tus factus eſt magnus:& angelus deſcendit de cælo & reuol
uit lapidem &c.Et ideo vos apoſtoli,& omnes fideles dici-
te & ꝓdicate in gẽtib⁹:qa dñs regnauit a ligno crucis:qa ibi
confregit gladiũ,& ſcutũ,& arcũ diaboli:& meruit liberare
genus hũanũ:& obtinere regnum ſuper omnes creaturas.
Math:vltimo.& Marci vltimo.Item ibidem accepit vni-
uerſalem poteſtatem iudiciariam. Etenim.i.ideo correxit
totum orbem terrę:idola conterendo,& legem euangelicã
ferendo.& ſic corriget populum gentilẽ,& mundabit ipſus
ab idololatria. qui quidem orbis non commouebitur a fi-
de catholica vſq; ad iudicium duratura.

Lętentur cæli & exultet terra:commoueatur
mare & plenitudo eius:gaudebũt campi & oĩa
quę in eis ſunt.

Tunc exultabūt omnia ligna ſyluarum a facie dñi quia venit: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrę in æquitate: & populos in veritate ſua.

Hic inuitat cælum & terram, & omnia quæ in eis cōtenta ſunt: vt lætentur in aduentu Chriſti: ſicut fuit impletum in eius natiuitate: quia noua ſtella apparuit i cælo quæ duxit magos ad Chriſtū adorandum: & angeli cantarūt. Gloria in excelſis deo &c. Itē terra fuit lætata: qa per omnes partes mundi data ſunt ſigna regis pacis nati: & mare cum plenitudine ſua fuit motum: quia in omnibus inſulis maris data, & facta ſunt ſigna vt ſępius dictū eſt. Dicit ergo Dauid. Lætentur cæli. i. omnes angeli cæleſtes, & exultet terra. i. omnes habitatores terrę: & moueatur mare. i. omēs inſulę marinæ, & plenitudo eius. i. omnes habitatores ei⁹: & gaudebūt campi. i. paſtores i campis, & ſyluis greges paſcētes: quia paſtores venerunt ad Chriſtum adorandum. Tunc. i. in aduentu eius quando igredietur in Hieriīm in die Ramis palmarum, exultabunt omnia ligna ſyluarum a facie domini: quia venit ad patiendum, & liberandum genus humanum: quia tunc pueri cædent ramos oliuarum, & palmarum de arboribus, & ſternent in via ante pedes Chriſti: & exultabunt etiam quando veniet iudicare terram. i. ad iudicandum mundum iudicio diſcretionis, ſeparādo fideles ab infidelibus per obſeruantiā legis euangelicę. & hoc erit in primo aduentu: & iudicabit orbem terræ in ęquitate, & populos in veritate ſua in ſecundo aduentu: quia nō erit acceptator perſonarum: quia ſicut in primo aduentu dedit legē euangelicam æquam & rectam: ita in ſecundo aduentu iudicabit orbē terrę in ęquitate, & populos in veritate ſua. i. ſecundum æquitatem, & veritatem euangelicam. quia bonis dabit præmiū, & vitam ęternam: & malis pœnam ęternam. Ex ſupradictis patet q̄ Dauid in hoc pſalmo canit cāticum nouum euangelicum prophetice: qđ nos canimus & profitemur euangelice. & principaliter canit futuram Chriſti omnipotentiam, & veram latriam ſibi debitam, & eius regiam dignitatem & vniuerſalem iuriſdictiones, quam acquiſiuit in ſua reſurrectione, & aſcenſione per merita ſuæ paſſionis in ligno crucis.

DOminus regnauit exultet terra lętentur inſulę multę.

Nubes & caligo in circuitu eius: iuſtitia & iudicium correctio ſedis eius.

Ignis ante ipſum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius.

Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit & cōmota eſt terra.

Montes ſicut cæra fluxerunt a facie domini: a facie domini omnis terra.

Annunciauerunt cæli iuſtitiam eius: & viderūt omnes populi gloriam eius.

Huic pſalmo præponitur talis titulus. Pſalmus Dauid qñ terra reſtituta eſt ei. licet apđ Hebræos iſte pſal. ſit ſine titulo: tñ p̄fatus titulus non eſt ſine myſterio. Nam Dauid poſtq̄ tota terra reſtituta eſt ei poſt mortē Abſalō p̄uidit q̄liter Chriſt⁹ poſt pſecutionē & mortē erat regnatur⁹: & quō hęreditas ſua. ſ. imortalitas erat ſibi reſtituenda per reſurrectionē: & etiā quomodo hęreditas patris. ſ. genus humanū qđ diabolus detinebat captiuū: erat ſibi reſtituendū: & etiā quomodo poſſeſſio cæli erat ſibi reſtituenda pro ſe, & ꝓ ſuis. Hoc ergo prævidens Dauid fecit hunc pſalmum in quo deſcribit regnum Chriſti poſt reſurrectionem: & quomodo in ſua aſcenſione accepit vniuerſale imperium, & iudiciariā poteſtatē. & deſcribit etiā vtrūq; iudiciū. ſ. diſcretionis & examinationis. Vñ eſt aduertendū q̄ iudiciū Chriſti incepit I a primo aduentu in quo dedit legem euāgelicā promittentem obſeruantibus regnū cælo⁊, & tranſgreſſoribus pœnā æternā, & pœnitentibus veniā. & iſtud dicitur iudicium diſcretionis, & durat vſq; ad ſecundum aduētū, in quo examinabuntur omnes qui receperunt legem euangelicā: & tunc recipiet vnuſquiſq; p̄miū ꝓut geſſit in hac vita. & ideo ea ſigna quę fient corporaliter, & viſibiliter in ſecundo aduentu facta ſunt ſpiritualiter in primo aduentu. Nam ſicut in ſecundo aduētu erūt ſigna in cęlo, & in ſole, & luna, & in mari, & in terra: vt refert Hieronymus: qa tota terra cremabit, & montes ęquabuntur: & poſtea omnes reſurgēt a mortuis, & venient ad iudicium: ita omnia iſta fuerunt ſpiritualiter in primo aduentu. Nam ita totus mundus qui erat in peccato & vetuſtate culpę fuit crematus & renouatus igne ſpirit⁹ ſcti: & cōmota ē tota terra: & iſulę maris ad p̄dicationē apoſtolo⁊. & etiam Chriſtus venit tanq̄ iudex & legiſlator, & expoliauit infernū, & aperuit cælum, & introduxit ſanctos patres, & omnes gentes a peccato ſurrexerūt. Ex quo patet q̄ iſte pſalmus de vtroq; iudicio & aduentu pōt exponi. Nā regnum Chriſti icepit poſt reſurrectionem. Duo ergo facit Dauid in hoc pſalmo: nam primo deſcribit regnū Chriſti. Secundo exhortatur omnes ad obſeruantiam legis euangelicę. ibi. Qui diligitis dominū. Quantum ergo ad primū dicit Dauid. Dominus Ieſus Chriſtus deus & homo regnauit in forma humana glorioſa poſt reſurrectionem ſuā, & accepit vniuerſale⁊ poteſtatē in cælo & in terra: iō exultet tota terra habitabilis: & lętent̄ inſulę multę recipiētes legē euāgelicā ei⁹: per quam debent iuſtificari a peccato, & adipiſci regnū cęleſte: qđ ꝓ nobis Chriſt⁹ adept⁹ eſt in ſua paſſiōe, & reſurrectione. Vñ q̄ ſit ipſe caput eccleſię, & regnet vniuerſaliter in cælo & in terra: ꝓbatur. Nā qñ aſcēdit in cęlū, nubes & caligo. i. ſplēdor apparuit in circuitu eius. p qđ denotatur ei⁹ dñium in cælo, & in angelis: & ibi apparuit qualiter iuſtitia & iudiciū erat correctio ſedis, & ſceptri iudicialis eius: qñ angeli in veſtibus albis dixerūt. Sic veniet ad iudicandum quēadmodū vidiſtis eū eūtē in cælū. qui ſedes iudiciaria & lex Chriſti nihil aliud eſt, niſi iuſtitia, & iudiciu⁊, & correctio. ſed hoc maxime verificabitur & apparebit in ij. aduentu. Vñ i iſto primo aduētu ignis charitatis & donoru⁊ ſpūs ſancti ante ipm p̄cedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius. Hoc impletum fuit qñ apl̄i perluſtrarunt vniuerſum mundum, & prædicauerunt euangeliu⁊ qđ eſt ignis comburens: & inflammans corda hominu⁊. Vnde ille ignis inflāmauit in circuitu per totū mūdū oēs gētiles q ante erāt inimici, & cremauit in eis vetuſtatem infidelitatis & deſtruxit in eis pc̄m: & fecit eos amicos, & ſubditos Chriſti p baptiſmū & pœnitentiam, & cætera ſacramenta. Et tunc fulgura Chriſti. ſ. miracula & verba euāgelica alluxerūt, & illuminationem dederūt toti orbi terrę: quia ex miraculis crediderunt. Et tunc vidit miracula, & commota eſt tota terra, & cōuerſa ab infidelitate & idololatria, & nefāda ſupſtitiōe ad verā fidē, & cultū latrię Chriſti, & tūc magni mōtes. ſ. imperatores, & reges, & pricipes, & philoſophi gētiū hoc vidētes. ſ. illa miracula, fluxerūt, & liq̄facti ſūt a duritia & mollificati: ſicut cęra fluit & mollificat̄ calore ignis: ita oēs iſti, & ois terra. i. populares fuerunt mollificati a facie caloris gřę ſpūs ſancti, & p̄dicatiōis apl'o⁊. Et iō ſequit̄. Annunciauerūt cęli. i. apl̄i iuſtitiā, & legē eius euangelicā. Et ſic omnes ppl̄i viderūt gloriā eius. Pimo p miracula: poſtea per fidē & ſic omnes ſunt ad fidem conuerſi.

Confundantur omnes qui adorant ſculptilia: & qui gloriantur in ſimulachris ſuis.

¶ Tūc cōfuſi ſunt omnes qui adorāt ſculptilia & idola &c. quia tūc cognouerūt errorem ſuū: & ideo deleuerūt idola, & conſecrarūt tēpla idoloꝝ i baſilicas & eccleſias Chriſti, & coluerunt Chriſtū verum deū. ¶ Tota etiam lr̄a p̄dicta pōt exponi de futuro iudicio, qn̄ apparebit dn̄s in nube cū poteſtate magna & maieſtate: ideo nubes & caligo erit in circuitu eius: & ignis ante ipſum præcedet: & realiter inflāmabit omnes inimicos eius, qui ſecuti ſunt Antichriſtum: & allucebunt fulgura orbi terræ: quia erunt ſigna in ſole & luna &c. & ſic montes ſicut cæra liq̄ſient & cremabuntur, & æquabuntur campis planis: & cæli annunciabunt iuſtitiā Chriſti, quando dabunt ſigna aduentus eius: quę ſigna videbunt omnes populi, & poſtea videbunt gloriam eius qn̄ apparebit &c. Et tunc omnes gentiles qui adorant ſculptilia, & noluerunt conuerti: ſed perſecuti ſunt ſanctos martyres, confundentur videntes Chriſtum regem iudicē, & ſanctos martyres & apoſtolos ſimul cum Chriſto iudicantes & ipſos cōdēnantes. Mat. xix. & Sapientię. v. Quia ſtabunt iuſti in magna conſtātia aduerſus eos, q ſe anguſtiauerūt &c.

Adorate eum omnes angeli eius: audiuit & lętata eſt Sion.

Et exultauerunt filie iudæ: propter iudicia tua domine.

Quoniam tu dominus ſuper omnen terram: nimis exaltatus eſt ſuper omnes deos.

¶ Hic demonſtrat quō poteſtas Chriſti non ſolū ē ſup oēs homines: ſed etiam ſuper omnes angelos: & ſic eſt vniuerſalis in cælo & in terra. qđ fuit viſum in ſua reſurrectiōe: qn̄ angelus annunciauit eius reſurrectionem mulierib⁹: & aſcēſionem, quia non ſolum nubes in obſequium ſuſcepit illū: ſed etiam angeli eius aſtiterunt iuxta illum in miniſterium, & adorauerunt ip̄m tanq̄ dominum & deum, & annunciauerunt ſcđm aduentum, dicētes. Viri Galilæi &c. dicit ergo. Adorate eum. ſ. Chriſtum omnes angeli eius. q. d. ꝙ apoſtoli audierunt qualiter omnes angeli adorauerunt Chriſtum in ſua aſcenſione, & ſociarunt ip̄m in cælum exhibentes ei diuinū cultū, & honorē, & adorationē latrię. & ſic audiuit Siō. i. tota eccl'ia, q̄ erat ibi in virgie Maria, & apl'is, & diſcipulis. & ideo lætata eſt tota eccleſia in aſcenſione Chriſti, cū viderunt angelos p̄bere latriā Chriſto. & ideo inter ſeptem gaudia virginis Marię numeratur aſcenſio glorioſa Chriſti. Et ideo ſequitur, ꝙ exultauerūt filię Iudæ. ſ. virgo Maria, & ſorores ei⁹, & Magdalena, & Martha, q̄ erāt de tribu Iudę. omnes iſte exultauerunt propter iudicia tua O dn̄e. & etiā omnes animæ confitentes Chriſtū dicuntur filię Iudę: quia ibi cognouerunt & viderunt te accepiſſe iudiciariam poteſtatem in cælo & in terra. & probat̄: qm̄ viderunt quomodo tu es dn̄s vniuerſalis & altiſſimus, & iudex ſuper oēm terram: & quō nimis exaltatus eſt ſup oēs deos. ſcꝫ ſup oēs angelos. nam ibi fuit manifeſtata tua vniuerſalis poteſtas ſup oēs hoies & angelos. Et iō lætata eſt Sion. ſ. totus cœtus apoſtoloꝝ, & filię Iudę. i. Maria cum toto cœtu mulierū fideliū, in quo erat tota eccleſia. ¶ Tota litera p̄dicta poteſt etiam referri ad ſecundum aduentum Chriſti: vt patet intuenti, & applicare volenti per ſingula. Item omēs animę fidelium Iudę. i. filię verę confeſſionis eo ꝙ confitētur verum deum incarnatum ideo omnes iſtę filię Iudę lętatę ſunt in aduentu Chriſti ip̄m recipiendo, & confitēdo

Qui diligitis dominum odite malum: cuſtodit dn̄s animas ſanctorum ſuorum: de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta eſt iuſto: & rectis corde lætitia.

Lætamini iuſti in dn̄o: & confitemini memorię ſanctificationis eius.

¶ In hac ſecunda parte principaliter propheta exhortatur omnes fideles ad recipiendam legem Chriſti euangelicā, & eam obſeruandam, quæ conſiſtit in fugiendo malum, & ſequendo, & diligendo bonum. ideo ait. O vos omnes qui diligitis dominum recipiendo legem Chriſti, odite malū, & declinate ab omni malo, & peccato agendo pœnitētiā. Pœnitentia autem conſiſtit in deteſtando pctm̄, & conuertēdo ad dominum. nam per pœnitentiam cuſtodit domin⁹ animas ſanctorum ſuorum & de manu peccatoris diaboli liberabit eos. Et etiam in primo aduentu ſuo, per mortem & paſſionem cuſtodiuit aīas ſanctorum ſuorum qui fuerunt ad ip̄m conuerſi. & de manu diaboli liberauit eos. Et etiā cuſtodiuit ſanctos ſuos, & liberauit eos de manu tyrannoꝝ in perſecutione eccleſiæ. & ſequitur: Lux legis euāgelicę, & ſacramentorum, orta eſt populo chriſtiano iuſto: & orta eſt lætitia rectis corde in primo aduentu per legem euangelicam, & paſſionem Chriſti & ſacramenta. Et omnes iuſti qui redempti, & regenerati, & renouati eſtis in Chriſto, & lætamini in domino, & confitemini memoriæ ſanctificationis eius: & ſitis memores quomodo eſtis ſanctificati in eius paſſione, & reſurrectione, & regenerati in baptiſmo. iō cōfitemini, & prædicate palam, & agite gratias, & laudes &c.

CAntate domino canticum nouū: quia mirabilia fecit.

Saluauit ſibi dextera eius: & brachium ſanctum eius.

Notum fecit dominus ſalutare ſuum: in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam.

Recordatus ē miſericordię ſuę: & veritatis ſuæ domui Iſrael.

Viderunt omnes termini terræ: ſalutare dei noſtri.

¶ Huic pſalmo præponit̄ titulus: Pſalmus, abſolute abſq; alia dictione, & ē vnus de illis quos fecit Dauid ad cōfitēdū nomini domini, & ad laudandum deum in tabernaculo tēpli: vt dictum eſt pſal. xcv. Vnde Dauid præuidens Chriſtū in ſuo aduentu renouaturum mundum: & daturum legem euangelicam, & facturum multa miracula, & mirabilia fecit hunc pſalmum: vt cantaretur in templo cum inſtrumentis muſicis infra nominatis. In quo duo facit. nā primo inuitat & excitat omnes nationes ad recipiendum Chriſtum in ſuo aduentu, & profitendum nouam legem euangelicā. Secundo explicat modum recipiendi Chriſtum. ibi. Iubilate domino. ¶ Quantum ergo ad primum eſt aduertendū K
ꝙ hic ponuntur quinq; nomina idē ſignificantia realiter. ſed differunt ſecundum modos ſignificandi. ſ. dextera dei, & brachium, ſalutare, iuſtitia: veritas. quę oīa ſignificant vnum & eundem Chriſtum diuerſis reſpectibus conſideratum. Nā Chriſtus dicitur dextera dei patris ratione mirabiliū operū q̄ fecit. dicit̄ brachiū rōne victorię cōtra diabolū. dicit̄ ſalutare rōne noſtrę medicatiōis. Dicitur iuſtitia rōne noſtrę iuſtificationis. Dicitur veritas ratione euāgelicę prędicationis, & ſcripturę adimpletionis. quæ omnia fuerūt facta, & impleta in eius aduentu. Dicit ergo propheta ad oēs gentes & nationes. Cantate domino Ieſu Chriſto canticū nouum. O vos Iudæi relinquentes legalia antiqua profitemini legem nouam euangelicam, Et recipite eam. Et vos gentiles relictis idolis veſtris & antiquis ſuperſtitionibus renouamini, & recipite nouam legem, & cantate cāticum nouum: nouam legem profitendo. qm̄ mirabilia & noua opera fecit, & operatus eſt in ſuo aduentu. & enumerat mi-

tabilia dicens. Quia ſaluauit nos ſibi cum dextera eius ſcʒ cum filio ſuo Ieſu Chriſto. Et dicit modum. Nā notum fecit dn̄s deus pater brachium ſanctum ſuum, cum miſit Chriſtum filium ſuū: qui ab eo procedit tanq̄ brachium a corpe. ideo eſt patri cōſubſtantialis. in quo denotatur vniuerſalis potentia: quia pater tradidit filio poteſtatem in cælo & in terra & cætera. Et non ſolum pater fecit nobis notum brabrachium ſuum, & oipotentiam in filio: ſed etiam notuʒ fecit nobis ſalutare ſuum & virtutem noſtrę ſalutis per mortē & paſſionem. Et in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam in filio ſuo: in quo nos iuſtificauit pro nobis ſatiſfaciēdo. Et hoc fecit qa dn̄s recordat⁹ eſt miſericordię ſuæ, quā ꝓmiſit non ſolum Abrahę, & Iſaac de ſaluatore ſuo: ſed toti domui Iſrael: in qua tota eccl̄ia figurabatur. Et etiam recordatus eſt veritatis ſuę quia mentiri non poteſt in promiſſis ſuis & figuris. Nam ſicut totum myſteriuʒ Chriſti fuerat figuratum in lege & tabernaculo: ita oportebat vt in euangelio verificaretur: & ſic euangelium dicitur veritas oim figurarum: & ideo viderunt omnes termini terrę tam Iudæi q̄ gentiles ſalutare dei noſtri per euangeliuʒ, & per affectū, & per eccleſiaſtica ſacramenta, qui ſunt effectus paſſionis Chriſti: in quibus noſtra ſalus effectiue continetur: quia in nobis ſalutem efficium virtute paſſionis Chriſti: inquātum virtutem & ꝑtium ſalutare paſſionis Chriſti in nos tranſferunt, & nos participes efficiunt.

Iubilate deo omnis terra: cantate & exultate & pſallite.

Pſallite dn̄o in cithara: in cithara & voce pſalmi in tubis ductilibus & voce tubę cornec.

❡ In hac ſecunda parte inuitat nos ad modum recipiendi Chriſtū. Et quomodo debemus cantare & laudes & beneficia eius ꝓpalare: quia cum iubilo & exultatione: cum ſim⁹ a morte ꝑpetua & captiuitate, & miſeria liberati, & a vetuſtate renouati. ideo ait. Iubilate deo non ſolū populus Iudaic⁹, ſed omnis terra quia redemptio vniuerſalis eſt: & oēs receperunt beneficium iſtud. Iubilate ergo gaudio intrinſeco. & cantate cum expreſſione vocis: eius beneficia profitēdo. Et exultate oſtenſione corporali, & pſallite muſicis inſtrumentis. & exprimit quatuor inſtrumenta, dicens. pſallite domino noſtro in cithara ſcilicet fide ſanctę trinitatis formata ſpe, & charitate: & in voce pſalmi. ſ. obſeruantia decē articulo℞, in tubis ductilibus. i. cum euangelij ꝑdicatione, & voce tubę cornee. i. cum paſtorali ſollicitudine.

Kk ❡ Vn̄ eſt aduertendum ꝙ iſtis ſex modis Chriſtū colimus in eccleſia, ſcilicet iubilo interioris gaudij pro noſtra liberatione, & vocis expreſſione confitendo beneficia: & cum cithara fidei trinitatis, ſpei, & charitatis, ſine quibus mereri non poſſumus: & cum pſalterio. x. præceptorum, & chordarum. x. articulorum: quia ex fide, & charitate formata operamur, & præcepta implemus. quæ oia quatuor ſunt omnibus chriſtianis neceſſaria. Quinto colimus Chriſtuʒ cum tubis ductilibus cum ꝑdicationis: qd̄ ꝑdicatoribus & doctoribus conuenit. Nam ſicut tuba ęrea martello percuſſa extenditur, & ducitur virtute, & mollificatiōe ignis, & poſtea oēs ad bellum excitat: ita lex euangelica eſt igne purgata cerimonijs legis, & martello paſſionis Chriſti, & martyrum extenſa, q̄ oēs gentes ad bellum contra diabolum & munduʒ concitauit, & ad eccleſię campuʒ congregauit. Sexto dicit ꝙ pſallam⁹ in voce tubæ cornec: qd̄ paſtorib⁹ & ꝑlatis eccleſię conuenit, qui in buccina paſtorali oues ſuas vocāt: & lupos arcent, & fugant a grege fidelium: & tanq̄ ſpeculatores & cuſtodes vigilant: & oues cuſtodiūt. vt ptʒ Eze. xxxiij. Speculatorem poſuit te filij hominis &c. Et ideo ſequitur.

Iubilate in conſpectu regis domini moueatur mare & plenitudo eius: orbis terrarū & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu: ſimul montes exultabunt a conſpectu domini: quoniam venit iudicare terram.

❡ Vos apoſtoli & ꝑdicatores & pręlati pſallite & iubilate in tubis ductilibus, & voce tubę cornec prædicationis &c. Iubilate, & clangitę, & buccinate in conſpectu regis Chriſti domini qui venit ad inuadēdum diabolum armatus: & moueatur mare huius mundi: & plenitudo eius, ſcilicet omnes inſulę. Et moueatur totus orbis terrarum: & omnes qui habitant in eo. Quod totum impletū eſt in prędicatione apoſtolorum, Nam tuba Pauli & cæterorum apoſtolorum totum orbem concitauit. Vnde non ſolum inſulę maris & populi terrę. ſed etiam flumina. i. habitantes in ripis fluminū ſcilicet Nili, & Euphratis, & Gangis, & Thanais plauſerūt manu & ingenti ſocietate, & ſimul montes. i. habitantes in montibus Aethiopię, & Athlātis, & Caucaſi, & Veſeui &c. exultauerunt a conſpectu domini qn̄ venit ad iudicādū terrā iudicio diſcretiōis & vocatiōis & electiōis ad fidē. & nō ſolum hoc impletum fuit literaliter: ſed etiam ſpiritualiter. nam flumina fontis baptiſmi plauſerūt cum in Iordane carnem Chriſti tetigerunt: in cuius contactu omnes aquę virtutem regeneratiuam receperūt. & mōtes. i. apoſtoli & doctores exultauerunt: cum altitudinem, & profunditateʒ intelligentię diuinorum myſteriorum acceperunt: & ad culmen diuinorum ſecretoruʒ conſcenderūt. Sed quia non ſolum Chriſtus fuit conſtitutus iudex diſcretiōis in primo aduentu: ſed etiam expectatur iudex vniuerſalis in ſecundo aduentu: ideo ſequitur.

Iudicabit orbem terrarū i iuſtitia: & populos in æquitate.

❡ Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia, i. ſecundum legem euangelicam, quam mundo tradidit, quę præcipit omnem iuſtitiam, & populos in æquitate, tribuendo vnicuiqʒ ſecundum opera ſua. Nam ſicut in primo aduentu venit iudicare terram in miſericordia, in qua nulla erat iuſtitia, nec ęquitas ex parte noſtri: quia non ex operibus quæ fecimus nos: ſʒ ſecundū miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit: ſic in die iudicij iudicabit ppl̄os in ęqtate in nobis reperta: qa tūc vnuſquiſqʒ iudicabit̄ ſcd̄m merita propria. ❡ Et nota ꝙ iſte pſalmus cum duobus ꝑcedentibus recitātur in officio beatę virginis Marię. & bene merito. Nam ipſa fuit prima quæ cantauit canticum nouum, & profeſſa eſt Chriſtum & legē euāgelicam, & annunciauit Chriſtuʒ in carne: cum cecinit illū canticum: Magnificat anima mea dominum; vt patet ibidem. Et etiam quia iſte rex & dominus qui venit in mundū in forma humana: ex ipſa virgine carnem aſſumpſit.

DOminus regnauit: iraſcantur populi: qui ſedes ſuper Cherubin moueatur terra.

Dominus in Siō magnus: & excelſus ſuper oēs populos.

❡ Licet nullus titulus præponatur huic pſalmo: tamen credendum eſt, ꝙ iſte pſalmus eſt de illis quos fecit Dauid ad confitendum & laudandum dominum in templo & tabernaclo: ſicut dictū eſt pſal. nonageſimoquito. In quo Dauid duo facit. Nā primo inuitat principaliter Iudęos ad cultuʒ, & obedientiā regis Chriſti in ſuo aduētu. Scd̄o adducit exēplum antiquorum patrum: vt Iudæos magis confirmet in fide. Dicit ergo ad primum. Dn̄s regnauit iraſcantur populi. i. qn̄ dn̄s Ieſus Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam incepit

regnare in cælo & in terra:tunc oēs populi non ſolũmodo gētiles:ſed Iudæoꝝ iraſcētur & mouebunť:maxime Iudęi qui eũ crucifixerunt:qui putabant eum penitus extinctum & deletum:timebunt & trement & terrificabuntur. Et conuerſus propheta ad Chriſtuꝫ dicit. O Chriſte qui ſedes ſup cherubin ad dexteram patris:& adeptus es dominium ſup oẽs poteſtates angelicas:fac vt ad prædicationẽ apoſtolorum moueatur tota terra:& totus populus gentilis.

L ¶ Vnde nota ꝙ arca domini ſedebat ſuper duo cherubin: ad denotandũ ꝙ filius dei debebat ſedere in humanitate .ſ.ſuper aiam & corpus:& debebat ſedere ſuper duo teſtamenta.ſ.vetus & nouum:& ſuper duos populos.ſ. gentileꝫ & iudaicum:& ſuper duas intellectuales naturas in cælo, ſcilicet humanã, & angelicã. Et ſub tali figura, deus præcepit Moyſi:vt poneret arcam ſuper duo cherubin:qđ proprie ſignificabat myſteriõ incarnationis & dominiũ & regnum Chriſti. Vnde Dauid iam inuocat Chriſtũ ſedentem ſup duo cherubin. Quaſi dicat. O Chriſte ſicut quando arca dñi ſedentis ſuper duo cherubin ducebať per deſertum: & intrauit totam terram promiſſionis:tota terra mota eſt a facie dñi:ita in aduentu tuo moueať a facie tua:qm̃ tu es dñs magnus in Sion:& excelſus ſup oẽs populos. Iſta prophetia fuit cõpleta nõ ſolũmodo in prædicatione Chriſti: quãdo tota Iudęa & terra ꝓmiſſionis fuit mota ad p̄dicationẽ Chriſti:& eius miracula, vt patet per totuꝫ diſcurſum euangelicũ:ſed etiã fuit mota tota terra in eius reſurrectione:quia terrę motus fact⁹ eſt magn⁹ quando Chriſtus reſurrexit. Et etiam fuit mota tota Hierl̃m in die pẽthecoſtes: quia prædicatione Petri & alioꝝ apoſtoloꝝ conuerſi ſunt in illa die quaſi quatuor milia. vt pꝫ Actu.ij. Et exinde ꝓceſſerũt apli per vniuerſum mundõ:& cõmouerũt totã terram:& totum populum gentilẽ dño cooperante:& ſermonem cõfirmante ſequentibuſ. Et ideo ſequitur.

Confiteantur nomini tuo magno: quoniam terribile & ſanctum eſt:& honor regis iudiciũ diligit.

Tu paraſti directiones: iudicium & iuſtitiam in Iacob tu feciſti.

¶ O Chriſte: confiteantur omnes gentiles nomini tuo magno qđ eſt Ieſus. Qm̃ ſanctũ eſt. in quo diabolus victus eſt: & princeps huius mũdi eiectus eſt foras, cui colla ſubiecerũt oẽs reges terrę. in quo tot mirabilia & prodigia facta ſunt. Et ideo terribile eſt contra diabolum & omnes inimicos: & ſanctũ eſt apud fideles. Et ideo quia nomen tuũ ſanctũ eſt debetur ipſi honor & latria:& quia terribile eſt, eſt timẽdum:& tremendũ:quia tradita eſt tibi poteſtas in cælo & in terra. & ideo honor talis regis diligit & requirit iudiciuꝫ & meretur habere iudiciariã poteſtatẽ:quia tu Chriſte paraſti directiones.i.vias humanas direxiſti dando regulas, & leges, & pręcepta, & cõſilia humanę vitæ directiua in lege euangelica. Et tu feciſti iudicium & iuſtitiam in Iacob, id eſt in tota chriſtiana religione quæ regnũ Iacob dicif. Nam in lege euangelica præcipitur omnis iuſtitia & omne iudiciũ. Iuſtitia enim dicit habitum:& iudiciũ dicit actum: & effectũ iuſtitię. Iuſtitiã enim feciſti:cũ dixiſti in lege euãgelica. Diligite inimicos veſtros:benefacite his qui oderũt vos &c. Iudiciũ autẽ feciſti cũ dixiſti adulterę:nec ego te cõdemnabo:amplius iam noli peccare. Et dixiſti phariſæis: qui ſine peccato eſt veſtrum:in eam primũ mittat lapideꝫ. Et ſic de multis alijs iudicijs quę feciſti id lege euangelica ad noſtram doctrinam.

Exaltate dominum deum noſtrum:& adorate ſcabellum pedũ eius quoniam ſanctum eſt.

¶ Poſtq̃ ſuperius inuitauit oẽs ad obedientiã:& recipiendam legem magni regis Chriſti:nũc in hac ſecũda parte inuitat oẽs nationes, principaliter autem Iudæos ad cultum & latriam. Vnde dicit. O vos Iudęi quibus deus dedit legem veterem:& per tot tẽpora adoraſtis deũ ſedentem ſuper cherubin in tabernaculo & templo in quo figuraliter ſedebat:exaltate Chriſtum dominũ deum noſtrũ:& adorate ſcabellum pedum eius.i.eius humanitatẽ:quoniã ſanctum eſt. Nam ſicut ante ſedebat in illa arca ſuper cherubin:nunc ſedet filius dei in illa humanitate quã aſſumpſit in vnitate ſuppoſiti. Et iam ſedet ad dexterã patris:& adeptus eſt regnum vniuerſale. Et ſic non ſolũ adoretis ei⁹ diuinitatem ſeorſum, ſed etiã ipſam humanitatem quæ eſt verbo perſonaliter coniuncta: quæ dicitur ſcabellum pedum eius. quaſi dicat Adorate eum ſimul cũ humanitate in qua ſedet tanq̃ rex in ſolio vel i ſcabello:quia talis humanitas ẽ ſancta:quia verbo perſonaliter coniuncta. Nam Chriſtus inquantum homo eſt caput eccleſię & principium & fons omnium donorum & gratiarum, a quo deriuantur in omnia membra ſua. Et ideo quia talis humanitas fuit inſtrumentum paſſionis, per quaꝫ Chriſtus meruit pro omnibus: ideo ſimul cum dei vnitate debetur ipſi vna adoratio:& vna latria ratione verbi vniti. Et ideo licet videatis ip̃m hominem nõ dubitetis ip̃m adorare & exaltare:quoniã verus deus eſt:& eſt ille idem deus qui eduxit iſrael de ægypto:& traduxit ip̃m per mare rubrũ &c. Item adorate crucẽ quę eſt ſcabellum pedum eius:in qua ſedit clauis affixus & triũphauit de diabolo:quaſi dicat. ſicut adoratis ipſum incarnatum, ita adorate eum crucifixum.

Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius:& Samuel inter eos qui inuocant nomen eius.

Inuocabãt dñm & ipſe exaudiebat eos:in colũna nubis loquebatur ad eos.

Cuſtodiebant teſtimonia eius:& præceptum quod dedit illis.

Domine deus noſter tu exaudiebas eos:deus tu propitius fuiſti eis:& vlciſcẽs in omnes adinuentiones eorum.

¶ Dauid propheta in hoc loco vult remouere dubiũ a Iudęis:& cõſtimare eos in fide:vt recipiant Chriſtũ in aduẽtu ſuo:& tribuant ipſi latriã & honores diuinos. Nam poſſent dicere Iudęi:Deus præcepit nobis in lege Deutero.vj. Dñm deũ tuum adorabis & illi ſoli ſeruies. quomõ ergo tu Dauid dicis ꝙ adoremus & exaltemus Chriſtũ in ſuo aduẽtu? Ad hoc reſpõdet, ꝙ nõ dubitẽt. Nam licet ſit homo:tamen ipſe eſt etiaꝫ verus deus incarnatus & humanatus. Et eſt illemet deus qui locutus eſt Moyſi in mari rubro:& eduxit Iſrael da ęgypto:quem Moyſes & Aaron adoraoerunt. K Et cui Moyſes & Aaron & Samuel ſacrificia obtuleſunt: & qui dedit legem Moyſi in monte Sinai:& qui loquebatur Moyſi & Aaron de tabernaculo. Et ideo illemet Ieſus qui venit in carnem:& dedit legem euangelicam:eſt illemet deus qui dedit legeꝫ Moyſi:& creauit mundum:quia Ieſus Chriſt⁹ heri & hodie & ip̃e in ſęcula. Et ſic ẽ vere adorandus:& timẽdus. & hoc eſt qđ dicit hic Dauid. vnde ait. O Iudęi non dubitetis nec timeatis adorare Chriſtõ cũ venerit in carnem:quia licet videatis ipſum hominẽ:tamen ipſe eſt verus deus quem adorauerunt patres veſtri in vete. teſta. Nam Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius:& Samuel inter eos qui inuocant & inuocabãt nomen ei⁹. Quaſi dicat:ꝙ Chriſtus eſt ille deus quem Moyſes, & Aaron, & Samuel inuocauerunt in veteri teſtamẽto:& adorauerunt. Nã iſti tres cũ oibus alijs ſacerdotibus iam inuocabãt Chriſtum dñm in tabernaculo:& ipſe Chriſtuꝫ iam exaudiebat eos de tabernaculo:& iam loquebať ad Moyſen & Aarõ

M in colūna nubis. ¶ Ad cuius maiorē intelligentiā eſt aduertendū ſicut dictum eſt in ꝓlogo & pſal. viij. & .cij. & .cxvij ꝙ Ieſus Chriſtus eſt nomē dei non ſolum ſono literarum: ſed etiā realiter. Nam primo in hebræo ſcribit̃ eiſdem quatuor literis. ſ. ioth. he. vau. he. quę reddūt hoc nomē iohetſua in hebręo. qđ eſt Ieſus & ſaluator latine. Et ſic hoc nomē Ieſ⁹ eſt nomē dei Adonai: qđ oēs patriarchę & ꝓphetę inuocabant in veteri teſtamento & expectabant ad ſaluandū, vt patet per totū diſcurſum legis & ꝓphetarū. Itē ibi probatum eſt qualiter verbum incarnatum eſt realiter nomē dei notificans mundo quatuor pfectiones dei. ſ. oipotentiā: & ſapientiā: & miſericordiā: & iuſtitiam. Et per cōſequens Ieſus ſaluator noſter eſt illud nomē dei qđ quatuor literis ſcribebat̃ in lege: qđ oēs expectabāt vt ſaluaret eos. Et Moyſes & Aaron & Samuel offerebāt ſua ſacrificia i ſignū fœderis: & ſub proteſtatione Chriſti futuri inuocando ipm tanq̄ nomen dñi. Ergo iam innocabāt Ieſum Chriſtū qui eſt nomen dñi: vt veniret ad ſaluandū eos: & ad inuocatonē huius nois Moyſes fecit oia miracula. Hoc ergo pręuidēs Dauid in ſpiritu, dicit: Moyſes & Aaron in ſacerdotibus ei⁹ & Samuel inter eos qui inuocabant nomē ei⁹ qđ eſt Ieſus: & qui loquebatur ad eos per deſertū. Nā ille deus qui ibat p illam colūnā nubis, poſtea fuit incarnatus in colūna hūanitatis. Et ſicut ducebat illū populū p deſertuꝫ dirigēdo in terraꝫ promiſſionis latens in illa nube, ita poſtea latens in humanitate direxit populū chriſtianū per legem euangelicā in patriam cæleſtem. Et ideo ſequitur ꝙ illi tres cuſtodiebant teſtimonia ei⁹ & p̄ceptū qđ dedit illis. ¶ Ad cuius euidētiam eſt notandū ꝙ ꝓpheta cōuenienter adducit hos tres ſacerdotes & duces pricipales ve. teſt. in teſtimoniū & cōfirmationem latriæ Chriſti: quia maxime fuerunt figura ei⁹. Vnde legit̃ in Exodo & Leuitico, ꝙ de⁹ præcepit moyſi vt fabricaret arcā & tabernaculū ſcdm exēplar ſibi datū: & dedit ipſi legē ſacrificioꝝ & holocauſtoꝝ & oblationū: in quibus figurabat̃ paſſio Chriſti & ei⁹ latria. Et ſic Moyſes fecit tabernaculū & arcā & ꝓmulgauit legē tanq̄ legiſlator. Sed Aaron tanq̄ ſacerdos obtulit oblationes & holocauſta & ſacrificia. Ideo Chriſtus fuit figuratus in Moyſe inquātū fabricauit tabernaculū. ſ. eccl'iam & ꝓmulgauit legē: & fuit figuratus in Aaron inquantū ſeipm obtulit vt verū ſacrificium in ara crucis: quia ipſe fuit ſibi ſacerdos & hoſtia & ſacrificium. Item fuit figuratus in Samuele, inquantū repudiata ſynagoga tranſtulit ſacerdotiū in eccleſiam: & etiam repudiatis oibus cerimonijs & ſacrificijs legalibus tranſtulit veritatē illoꝝ in ſeipm: quia oīa quæ in illis figurabātur: in Chriſto ſunt cōpleta. Ideo aduenjente veritate oīa illa ceſſarunt. Et nō ſolū ſacerdotiū tranſlatū eſt: ſed etiā tota lex vetus in euāgelicā. quia tranſlato ſacerdotio neceſſe fuit vt legis tranſlatio fieret. vt dictū eſt pſal. lxxvij. Ideo ꝓpheta Dauid hos tres maxie adduxit in teſtimoniū regni & ſacerdotij & legis Chriſti: eo ꝙ in ſpū pręnouerūt Chriſtū futurū: & iam ipſi ſacrificia in figura obtulerūt: tanq̄ vero deo & redēptori: & ſub tali fide Chriſti futuri ſaluati ſunt vt fuit demonſtratū in ꝓlogo. Ideo dicit ꝓpheta. O vos Iudæi licet videatis Chriſtū verū hoiem nō dubitetis adorare eū: qm̄ de⁹ & homo eſt. Ideo adorate ſcabellū pedū eius .i. humanitatē ſimul cū verbo: eo modo quo dictū eſt. Nam Moyſes & Aarō in ſacerdotib⁹ ei⁹: & Samuel inter eos fuerunt teſtes eius: quia inuocabāt nomē eius oēs tres Chriſtuꝫ figurātes. Q. d. aſi dicat: ꝙ iā tunc inuocabāt nomē ei⁹: quia oīa ſacrificia & oblationes offerebāt in noie ei⁹: & illū deſiderabant vt ſaluatorē & redēptorē vēturū ad liberandū genus humanū. Et ipſe iam tunc exaudiebat eos qn̄ in columna nubis loquebatur ad eos. Nam ſicut ille angelus latēs in nube ducebat eos & defendebat a periclis & dirigebat eos per viā: & finaliter introduxit eos in terrā promiſſionis: ita per hoc præuiderūt in ſpiritu qualiter Chriſtus incarnat⁹ debebat dirigere gen⁹ hūanū p legē euāgelicā, & introducere regnū cęloꝝ. ergo iā tūc exaudiebat eos in figura. & illi iaꝫ cuſtodiebant teſtimonia ei⁹ in figura: & p̄ceptū qđ dedit illis. Nā licet corporaliter offerrēt illa ſacrificia: & literaliter obſeruarent cerimonias le. ve. tamē mētaliter credebāt myſteriū incarnationis & aduentus Chriſti. & ideo ꝓpheta cōuertitur ad Chriſtū apoſtrophando, dicens. O Chriſte dñe deus noſter tu iam tunc exaudiebas eos. ſ. totū populū i afflictione clamantē: quando de captiuitate eduxiſti. & ꝓpitius fuiſti eis, multis periculis liberādo: & etiā fuiſti vlciſcēs & vindicator in oēs. i. cōtra oēs inuentiones & pctā eoꝝ eos puniendo qn̄ fuerūt rebelles & voluerūt retrocedere in ægyptū: q̄a nullus eoꝝ intrauit terrā ꝓmiſſionis: niſi Caleph & Ioſue. & ſic de cæteris punitionibus.

Exaltate dn̄m deū noſtrū: & adorate in monte ſancto eius: quoniā ſanctus dn̄s deus noſter.

¶ Cōcludit ergo ꝓpheta & exhortat̃ & inuitat oēs ad recipiēdū Chriſtū & legē & cultū ei⁹, dicēs. Exaltate & magnificate Chriſtū dn̄ꝫ deū nr̄ꝫ in cōfeſſiōe laudis: & vt pfect⁹ ſit cult⁹ & latria adorate eū in mōte ſctō ei⁹ .i. in hūanitate aſſūpta q̄ dr̄ mons dei: mons pinguis: & mōs in quo verbū dei habitat p vnionē pſonalē: in quo mōte tota ſupædificat̃ eccleſia: qui eſt lapis abſciſus a monte ſine manibus. Et etiā adorate eū in mōte ſancto ei⁹ .i. in eccl'ia q̄ dicit̃ mōs ſanct⁹ & mons pinguis & mōs coagulat⁹: in qua Chriſtus habitat per grām in vnitate myſtica tanq̄ caput. vt dictū ē pſal. lxvij. Et adorate eū in mōte ſctō ei⁹ .i. i ſacramēto altaris. ¶ Altare autē mōs dr̄: eo ꝙ alte eſt eleuatū & in eccl'ia adorat̃. N
ergo primo deus ſiue Chriſtus adoratur in monte ſancto ei⁹ .ſ. in cælo ſimul cū patre, & ſpū ſancto, in vna ſubſtantia & eſſentia. Secundo in humanitate per vnitatē ſuppoſiti. Tertio in ſacramento euchariſtiæ per vnitatē ſacramēti. Quarto in tota eccl'ia tanq̄ rex in atrio, & caput in corpore, & in anima vniuſcuiuſq; tanq̄ in tabernaculo p grām. Et adorate eū in monte ſancto crucis: ad quē aſcēdit ad redimendū nos. Vnūquodq; ergo iſtoꝝ dicitur mons in quo Chriſt⁹ inhabitat. Quoniā in vnoquoq; iſtoꝝ eſt Chriſtus ſanct⁹ dn̄s deus noſter: ideo debetur ipſi latria.

IVbilate deo omnis terra: ſeruite domino in lętitia. Introite in conſpectu eius: in exultatione.

¶ Titulus, Pſal. Dauid ad cōfitendū ſiue ad laudādū dn̄m. Ex iſto titulo apparet, ꝙ iſte pſal. eſt de illis quos fecit Dauid appropriatos ad laudādū & cōfitēdū. vt pꝫ. ij. Paraly. vij. ca. in quo pſalmo inuitabat Dauid illū ſtatū ecclię ad ſacrificia figuralia & hoſtias & oblatiōes. vn̄ tūc cantabatur pſal. iſte i oblatiōe hoſtię pacificę i figura Chriſti futuri. q̄a in ara crucis ſemel erat offerēdus: & p ſanguinē ſuū nos erat deo patri pacificaturus & recōciliatur⁹. ad Colo. j. De cuius hoſtię pacificę oblatiōe habet̃ Leu. vij. Vn̄ q̄a Chriſt⁹ ſemel ſe obtulit deo pr̄i tāq̄ hoſtiā pacificā: ideo ex ei⁹ p̄cepto i memoriā illi⁹ nos quotidie eādē hoſtiā in eccl'ia ſacramētaliter & realiter offerim⁹ cū euchariſtiā celebram⁹. Hoc ergo p̄uidens in ſpū dicit in hoc pſal. Iubilate deo ois terra. i. tota eccl'ia ex Iudæis & gētilib⁹ nō ſolū in Hieruſm: ſed in oibus terris: & p totū orbē cōgregata. Et ſeruite dn̄o Ieſu Chriſto in lætitia. i. cultū latrię ei cū iubilo laudis & lætitia cordis & deuotione exhibete & p̄bete: q̄a latria eſt q̄dā ſeruit⁹ cū iubilo & deuotione cordis: q̄ ſoli deo debet̃. Sed q̄a talis latria ſiue ſacrificiū nō debet fieri, niſi in eccl'ia deo deputata. Ideo ait. Introite i cōſpectu ei⁹ in exultatiōe. i. introite in eccl'iam: vbi eſt & cōtēplat̃ de⁹: & habitat tanq̄ in ꝓprio tabernaculo ſibi ad ſacrificiū deputato: & hoc facite i exultatione & animi deuotione. Sed q̄a tale ſacrificiū non ſolum

ſit in tẽplo materiali:ſed etiã in tẽplo dei ſpũali,q̃ eſt cõſcĩetia noſtra:in qua offerimus ſacrificiũ laudis & vota nr̃a,ſcilicet ſpm̃ cõtribulatũ:& cor cõtritũ & hũiliatũ. Ideo nõ ſolũ pcepit nos introire in tẽplũ materiale:ſed etiã in ſpũale.ſ.vt recolligamus nos in cõſcientia noſtra:& ibi offeramus orationes & noſtra vota:vt pꝫ Matthæi.vj. Tu autẽ cum oraueris intra in cubiculũ tuum.

Scitote quoniã dñs ipſe eſt deus:ipſe fecit nos & non ipſi nos.

Populus eius & oues paſcuę eius:introite portas eius in confeſſione:atria eius in hymnis:confitemini illi.

¶ In hac ſcd̃a parte reddit cauſam quare debemus latriã Chriſto exhibere.Vnde eſt aduertendũ,q latria eſt ſeruit⁹ & cult⁹ ſoli deo debit⁹ ratiõe ſummi dñij & bonitatis & poteſtatis. ¶ Et ideo fit triplici honore.ſ.oblatiõe ratiõe ſummi dñij:& ꝓſtratione rõne ſũmę poteſtatis:quia ex nihilo nos creauit & cõfeſſione laudis rõne ſũmæ bonitatis & ꝓpter bñficia recepta.Et ideo oĩa iſta.iij.ex parte Chriſti explicat hic:quia eſt de⁹ creator & dñs & bñfactor q̃a redemptor.iõ tria debemus ipſi exhibere i vera latria.ſ.adorationẽ,laudẽ,& oblationẽ.Dicit ergo.Bñ debetis ſeruire Chriſto in lętitia latria ſeruitute.Q̃m ſcitote q̃m ipſe eſt ver⁹ de⁹:licet appareat in hũanitate:ideo habet vniuerſale dñi iuꝫ,& ipſe fecit & creauit nos.Et nos ipſi nõ creauim⁹ nec fecimus nos ipſos.Ex quo patꝫ q in Chriſto eſt ſũma poteſtas.ideo debet̃ ei adoratio.Ideo ſubdit.o vos fideles qui eſtis ppl's ei⁹ p redẽptionẽ & ſpũalẽ electionẽ:& cepiſtis charactere baptiſmi & cõfigurationis ei⁹:& q eſtis oues paſcuę ei⁹ p paſcua eccl'iaſticoꝝ ſacramẽtoꝝ:Ex quo apparẽt bñficia vobis exhibita:ideo tenemini ipſi exhibere laudes & oblationes cũ adoratione vt ſit perfecta latria.Introite ergo portas eius exteriores:ſed vſq; in atria eius,ſcilicet vſq; ad penetralia conſcientię veſtrę.Nam qui offert deo apparẽter ſine deuotione,ad portas manet.Sed qui offert cũ ſumma deuotione & contritione & mõditia:ille talis intrat in atria:quia offert ſacrificiũ in ſpũ humiliato & in aĩo cõtrito.Ideo ſequit̃:in hymnis & cãticis laudis cõfitemini illi cõfitendo bñficia vobis exhibita.ſ.incarnationis paſſionis & reſurrectionis &c.Ideo ſequitur.

Laudate nomen eius quoniã ſuauis eſt dñs:in ęternum miſericordia eius:& vſq; in generatione & generationem veritas eius.

¶ Laudate nomẽ ei⁹ q̃d eſt ſaluator.i. narrate oĩa bñficia nr̃æ redẽptionis & ſalutis:& gr̃as agite ꝓ bñficijs receptis. Q̃m dñs Ieſus ſuauis eſt.Nã ſicut fuit benignus ad patiendũ pro vobis:ita eſt miſericors ad parcendũ peccatoribus. Ideo ſequit̃.Q̃m inęternũ mĩa ei⁹:& nũq̃ deficiet nec obliuiſcet̃ miſereri ſemp & parcere.& vſq; in generatiõe & generationẽ erit veritas ei⁹.Nã ille q dixit Petro:nõ dico tibi vt dimittas peccatori ſepties:ſed ſeptuageſies ſepties.& ille qui dicit.Venite ad me oẽs q laboratis & onerati eſtis& ego reficiam vos:nunq̃ mentietur:ſed ſemper promiſſa ſua ſeruabit:& nũq̃ deficiet a promiſſo.Ideo vſq; in generatione & generationẽ erit veritas ei⁹:& lex ei⁹ euangelica q̃ eſt veritas eius nunq̃ mentiet̃:ſed ſemp erit vera:& ſacramenta eius eccl'iaſtica nunq̃ perdent virtutẽ dũ in hoc mundo erunt generationes.ergo inęternũ miſericordia eius.

MIſericordiam & iudicium cantabo tibi domine.

Pſallam & intelligam in via immaculata:quando venies ad me.

¶ Titulus,Pſalm⁹ Dauid.Ex titulo apparet q Dauid fecit iſtũ pſalmũ.De materia aũt huius pſalmi dicũt cõmuniter hebręi,q poſtq̃ Dauid fuit vnct⁹ in regẽ ſup totũ Iſrael voluit ordinare domũ ſuã & regnũ:& diſpoſuit eam quadruplici ordine.Primo ordinauit ea quæ pertinent ad cultum diuinum.Et ſic tendit tabernaculũ iuxta domuꝫ ſuam:& ampliauit cultũ diuinũ:& ordinauit centum cantores & ſacerdotes.vt patet.ij.Regũ.vij.Secundo ordinauit domum ſuam quo ad perſonã propriã:quia ſe cuſtodiuit a vitijs inquantũ potuit.Tertio ordinauit miniſtros ſuos:& ſic exterminauit & eliminauit oĩes virtuoſos & prauos de domo & ſocietate ſua.Bonos vero & vitioſos adunauit & cõplexus eſt ſecum & præpoſuit in miniſterio domus ſuæ.Quarto autem quantum ad criminoſos oĩes interfecit & puniuit:licet aliquos permiſerit viuere ne mouerent ſeditionem.ſicut patet de Ioab.Sed in fine vitæ ſuæ cũ vidit iam regnuꝫ ſuũ firmum & ſtabilitũ:præcepit Salomoni,vt Ioab interficeret:& cæteros criminoſos.Et ſic cõmuniter hebręi exponunt literaliter iſtũ pſalmuꝫ de quadruplici ordinatione & diſpoſitiõe Domus Dauid.Vnde de ordinatione eorum q̃ pertinent ad cultũ diuinũ dicit̃ Miſericordiã & iudiciũ cãtabo tibi dñe &c.De diſpoſitiõe aũt pſonæ ipſius Dauid dicitur.Perambulabã in innocentia cordis mei &c.De expulſione prauoꝝ dicit̃.Non proponebã ante oculos meos rẽ iniuſtã.Et hoc per quatuor verſus.Et de acceptione bonorũ miniſtroꝝ dicit̃:Oculi mei ad fideles terræ &c.De punitione vero criminoſoꝝ dicit̃.In matutino &c.Sed licet iſta expoſitio literalis aliqualiter videat̃ conueniens literę & apparẽter poſſet applicari:tamẽ nõ fuit iſta prima intẽtio & finalis ipſi⁹ ꝓphetę.Primo quia ſi ſic p̃ciſe iſte pſalm⁹ exponatur & intelligat̃,nõ videtur pertinere ad ſacrã ſcripturã:nec includeret aliq̃d ſacramentum de Chriſto & eccleſia.Scd̃o q ea q̃ dicunt̃ in principio & in fine hui⁹ pſalmi:nõ vident̃ ptinere ad ipm̃ Dauid:nec ad diſpoſitionẽ materialẽ & tẽporalẽ domus ſuę.Nam primo dicit:mĩam & iudicium cantabo.modo clarum eſt q ipſe nullã mĩam ſuam cantat hic:nec mĩa Dauid nec alicuius alterius ſancti meretur cantari in ſacra ſcriptura nec in templo:nec ſolius dei cui ſoli cõuenit miſereri ſemp & parcere.Secundo propter hoc q̃d dicit̃ in fine.in matutino interficiebã oĩes peccatores terræ.q̃a ptinet ad diẽ iudicij:vt patebit.Quia Dauid nũq̃ interfecit oẽs peccatores terrę.Et ideo eſt dicẽdũ q Dauid nõ ſolum fabricauit tabernaculũ & diſpoſuit in eo cultũ diuinum:& ſimiliter ſtatuit ædificare templũ ſecundũ exemplar ſibi traditũ:& diſpoſuit ordinẽ cantorum & ſacerdotum:& fecit pſalmos appropriatos ad laudem dei:in quibus prędicebant̃ oĩa myſteria Chriſti & eccleſię ſed etiã ordinauit in eo ſanctas ordinationes, prout ſignificabãt eccleſiã Chriſti.In qua etiã pręuidit diſpoſitionẽ totius legis euãgelicę.Et ideo in hoc pſalmo cantat diſpoſitionẽ legis euangelicę:q̃ per Chriſtũ erat dãda.Quę quidẽ lex euãgelica ordinat totã domũ.i.eccl'iam Chriſti:& dirigit eam in ſuũ finẽ vltimatũ. ¶ Ad cuius euidentiã eſt notandũ,q totus diſcurſus legis Chriſti cõſiſtit in duob⁹,ſcilicet in mĩa & p
iudicio Nã mĩa regnat ab aſcẽſione Chriſti vſq; ad finẽ mũdi:quia Chriſtus iudicat per mĩam oẽs pœnitẽtes.Sed in fine iudicabit ſecundum iuſtitiam noſtram.& ideo tunc iam non erit tẽpus miſericordiæ,ſed iudicij.Et ſic ſe habet in diſcurſu vitę cuiuſlibet.Nam tota vita hominis dicit̃ tẽpus miſericordiæ:eo q habet locũ pœnitentiæ.ideo iudicat̃ p miſericordiã.ſed in morte.i.poſt mortẽ iam non eſt locus miſericordiæ.ſed iudicij.ideo iudicatur vnuſquiſq; ſecundũ iuſtitiaꝫ ſuã.Sed quia in prauis nõ inuenietur iuſtitia:ſed iniuſtitia:quia ſine pœnitentia mortui ſunt:ideo ſecundum illam iudicabuntur.Ideo dicit ꝓpheta pſalmo.cxlij.Exaudi me in tua iuſtitia.nõ in mea:quia nulla eſt.Ideo ſequitur.Et non intres in iudiciuꝫ cum ſeruo tuo &c. ¶ Vnde in hoc ſæculo deus iudicat nos ſecundum iuſtitiam ſuam quæ idem eſt q̃d miſericordia.Sed poſt mortẽ & in iudicio iudi-

cabit ſecundũ iuſtitiã vniuſcuiuſq;.ſed nullus habet iuſtitiã de ſe niſi per miſericordiã adeptus fuerit eam & ex gratia. Ideo praui condẽnabũtur,ſcilicet impœnitentes. Et ideo diſtinguiť duplex iudiciũ.ſ.iudiciũ diſcretiõis: in quo deus .ſ.Chriſtus diſcernit bonos a malis per gratiaꝫ & merita:& hoc iudicat ꝑ miſericordiã.Nã pœnitẽtib⁹ continue indulget:& peccatores expectat ad pœnitentiã.Secundũ eſt iudiciũ examinationis:in quo de⁹ ſegregat bonos a malis per pœnam & præmiũ:in quo iudicat Chriſtus ſecũdum iuſtitiam inuentam in homine.Primuꝫ iudiciũ durabit vſq; ad finẽ mundi in eccleſia:& durat in vnoquoq; per totũ tempus vitæ ſuæ.Secundũ iudiciũ erit poſt finem mũdi in nouiſſimo die generale oĩbus. Et eſt vnicuiq; in fine huius vitæ.Ad primũ iudiciũ veniet Chriſtus in primo aduentu. Ad ſecũdũ iudiciũ veniet in ſecũdo cũ poteſtate magna & maieſtate.& quia de iſto duplici aduentu fit mentio in ſacra ſcriptura:ideo eſt valde aduertendũ de quo iſtoꝝ duorum loquiť ſcriptura. ¶Cum ergo lex euãgelica ſit regula
Pp & diſpoſitio totius vitæ noſtræ:vt nos bonos efficiat & deo charos & acceptos ad vitã æternã:in quatuor ergo cõſiſtit. Primo præcipit diuinum cultum.cum dicit.Diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo &c.& præcipit oĩes articulos fidei cũ dicit.Si creditis in deũ:in me credite.Et ſic præcipit ſpem,fidem,& charitatẽ,& latriaꝫ.& hoc quo ad deũ.Secũdo præcipit omneꝫ innocentiã & iuſtitiã & puritatem.cum dicit.Beati mundo corde.Tertio prohibet omne vitiũ:& ſeparat prauos a iuſtis in meritis:cuꝫ dicit.Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatẽ.Matth.vij.Quarto minatur perpetuã pœnã obſtinatis in iudicio:cum dicit.Ite maledicti in ignẽ æternũ.Et iſta quatuor continet lex euãgelica:quæ docet quid agendũ:quid credendũ: quid petendum:& quid fugiendũ.Dauid ergo in perſona Chriſti prædicit in hoc pſalmo totam diſpoſitioneꝫ legis & domus eccleſiæ.Vnde quatuor facit.Primo dicit ea quæ pertinent ad cultũ diuinũ.Secũdo ea quæ pertinent ad perfectioneꝫ hominis in ſe.Tertio ea quæ pertinent ad alterũ in conuiuendo.Quarto cõminatur finale iudiciũ ad pœnã præuaricatoꝝ legis.ij.ibi.Perambulabã.iij.ibi.Non proponebã iiij.ibi.In matutino inter. ¶Sed quia tota lex conſiſtit in obſeruantia & præmio eius:ideo reducitur ad miſericordiã in hac vita:& ad iudiciũ in alia.ideo principaliter intendit hoc cantare & narrare hic ꝓpheta.& non ſolũ in perſona ſui incipit narrare:ſed etiã in perſona Chriſti. ¶Quantum ergo ad primũ dicit Dauid in perſona ſui tanq̃ ꝓpheta:& in perſona Chriſti tanq̃ legiſlator:Miſericordiã & iudiciuꝫ cantabo tibi dñe,id eſt in hoc pſalmo cantabo totũ tẽpus miſericordiæ a prædicatione Chriſti vſq; in finẽ mundi:in quo miſericordia eſt & locus pœnitentiæ & miſericordiæ:in quo lex euãgelica diſpoſuit hominẽ ad gratiã & meritũ ꝑ bona opera.Primo erga deũ per diuinũ cultũ.Secundo erga hominem ſeipſum in puritate & innocentia conſeruando.Tertio erga proximũ iuſte cũ eo conuiuendo:quia hoc eſt viuere ſcdm miſericordiã dei:& in tali vita miſericordia dei habet locũ.Et etiã cantabo iudiciũ tibi dñe.i.finale iudicium non ſolum totius mundi,ſed etiam vniuſcuiuſq; hominis in fine vitæ ſuæ.& dicit propheta:quam quidem miſericordiam & iudiciũ pſallam operando & prædicando & intelligam diſcernendo quãdo venies ad me:primo in carnem:ſecundo ad iudiciũ.Nam in primo aduentu quando venies ad iudiciũ miſericordiæ diſcretionis dabis nobis intelligentiã legis:vt ſecundum legeꝫ euangelicã operemur. Nam pſallere eſt decẽ præcepta obſeruare:& operari ſecũdũ ea.Et non ſolũ intelligã in primo aduentu legẽ ad operandũ:ſed in ſecundo aduentu intelligã præmiũ & iudiciũ vnicuiq; iuxta merita tributũ.Nam in primo aduentu venit ad dandã miſericordiã & legẽ:& regimẽ vitæ.In ſecũdo vero veniet ad tribuendũ præmiũ ſcdm merita vnicuiq;.& in his trib⁹.ſcilicet cantare pſallere & intelligere,poteſt intelligi tot⁹ cult⁹ diuin⁹ deo debitus.q̃ cõſiſtit in confeſſione laudis & deuotione & ſacrificio & oblatione ſpũali:ex ſpũ contribulato:& corde contrito & hũiliato.Et ideo dicit.In via imaculata.q.d.Ego cantabo miam:qñ tu Chriſte venies ad me in primo aduentu in via immaculata & in lege euangelica.Et catabo iudiciũ in ſcdo aduentu.

Perambulabam in innocẽtia cordis mei:ĩ medio domus meę.

Non proponebam ante oculos meos rem iniuſtam:facientes pręuaricationes odiui.

¶Hic narrat ea quæ præcipit lex homini:quo ad ſeipſm. Et loquitur hic Dauid in perſona Chriſti qui cœpit facere & docere:cuius vita fuit nobis lex & doctrina.Et dicit.Perambulabã in innocentia cordis mei:in medio domus meę. ideo ſicut ego duxi totã vitaꝫ meã cũ innocẽtia & puritate non ſolũ operis:ſed etiã cordis:& ſeruaui me ab oĩni peccato & iniuſtitia in medio dom⁹ meę quę eſt eccleſia & ĩ medio diſcipuloꝝ meoꝝ:ita præcipio in lege euangelica oĩb⁹ fidelibus chriſtianis:vt perambulẽt in eccľia:& vita huius mundi in puritate,innocentia,iuſtitia,& munditia:non ſolum operis:ſed etiã cordis:quia lex euangelica nõ ſolũ iuſtificat opera,ſed corda & affectũ.vt patet Matth.v.Nã tota iuſtificatio hominis ſtat in innocentia cordis & affectu charitatis pricipaliter:& ex conſequenti in effectu.Vnde ſequiť.Non proponebam ante oculos meos rem iniuſtam.i. nunq̃ rem iniuſtã agere propoſui:nec ex cõſequẽti egi.immo facientes præuaricationes.i.opera prauoꝝ odiui.hoĩes autẽ præuaricantes ꝑfecto odio odi.quia eoꝝ conuerſionẽ extincto in eis peccato deſideraui. Et ſic non adhæſit mihi cor prauum:ſed innocens & rectum.

Non adhæſit mihi cor prauum:declinãtẽ a me malignũ non cognoſcebam.

Detrahentem ſecreto proximo ſuo hunc perſequebar.

Superbo oculo & inſatiabili corde:cum hoc non edebam.

¶Ponitur tertia pars legis euãgelicę:quæ pertinet ad cõuerſationem proximi. ¶Vnde eſt aduertendũ ſcdm Ariſtoteleꝫ.v.ethicoꝝ:ꝙ hæc differentia eſt inter iuſtitiam & Q
alias particulares virtutes. Nã oẽs aliæ virtutes faciunt hominem perfectũ & bonum virum:eo ꝙ ſunt hominis ad ſeipſum.Sed iuſtitia eſt ad alterum,vt in diſtributionibus & commutationibus,& vt conuiuitur cum alijs.& ſic præcipit omnem actum iuſtitiæ erga proximũ:& prohibet omnem iniuſtitiam & iniuriã proximi.& hoc præcipit lex euangelica.Et quia primo incepit Ieſus facere & docere:ideo ait. Non adhęſit mihi cor prauuꝫ.id eſt nolui in ſocietate mea hominẽ habentem cor prauũ & iniuſtum.Sed contra.quia Chriſtus habuit Iudam hominẽ prauũ in ſocietate ſua.Ad hoc reſpondetur,ꝙ licet fuerit Iudas in ſocietate corporali Chriſti:tamen non in ſpũali:quia licet corporaliter eſſet ꝓpe tamen non ſpũaliter:immo erat longe:quia non erat Chriſto charus & acceptus:licet ꝑmitteret euꝫ in ſocietate manere vt myſteriũ paſſionis impleret.Ideo ſequitur.Declinantem a me.i.hominẽ malignũ declinantẽ a volũtate mea,& lege,& doctrina hunc non cognoſcebã cognitione approbatiõis:cũ tales habeam reprobatos. Quia maledicti qui declinant a mandatis tuis.Itẽ ego perſequebar detrahentem proximo ſuo in ſecreto & abſentia:nec ego edebam cũ oculo ſuperbo & inſatiabili.i.cũ hoĩe ſuꝑbo & auaro.Octo ergo conditiones excludit Chriſtus a ſocietate ſua .i.ab hęreditate & gratia & merito & gloria.ſ.iniuſtos,pręe

uaricatores legis, prauos corde ſcilicet malitioſos, vel hypocritas, & rebelles a voluntate Chriſti: & detractores ꝓximorum: & ſuperbos, & auaros.

Oculi mei ad fideles terræ vt ſedeant mecum: ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat.

Non habitabit in medio domus meę qui facit ſuperbiam: qui loquitur iniqua non direxit in conſpectu oculorum meorum.

¶ Ex oppoſito diligit fideles & immaculatos & mundos & puros: quia omne ſimile diligit ſimile: quia pares cum paribus facillime coniunguntur. Cū ergo Chriſtus ſit iuſt⁹ & innocens & purus, vt dictum eſt: ergo diligit iuſtos & puros: & hanc puritatem & charitatē & fidelitatem docet in lege euangelica exemplo & doctrina. Ideo dicit: oculi mei ſcilicet oculi charitatis & acceptationis ſemper ſunt propiqui ad fideles terræ vt tales ſedeant mecū in regno & mēſa mea: & ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat. quaſi dicat: ille eſt vere miniſter & diſcipulus & ſeruus meus qui ambulat in via immaculata & pura: quia ſuperbus & qui facit ſuperbiam non habitabit in medio dom⁹ meæ ſcilicet huius eccleſiæ per gratiam nec alterius per gloriam. Hoc idem habetur pſalmo xiiij. per totum ſcilicet Domine quis habitabit in tabernaculo &c. Qui ingreditur ſine macula & operatur iuſtitiam &c. per totum. quia ille pſalmus eſt ſimilis iſti. hoc idem patet per totum diſcurſum euangelicum. Ideo dicit Chriſtus, Ioānis. xij. Qui mihi miniſtrat me ſequatur.

In matutino interficiebam omnes peccatores terrę: vt diſperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.

¶ Poſtq̄ deſcripſit diſpoſitionem legis euangelicæ per totum diſcurſum huius vitæ, quæ iudicat per miſericordiam: hic deſcribit ſtatū finis ipſius legis quę iudicat per iuſtitiā. ideo dicit̃ ſtatus iudicij: ſicut primus ſtatus dicitur ſtat⁹ miſericordiæ. Sicut prius promiſit cantare miſericordiā & iudicium: poſtq̄ cātauit miſericordiā, nunc cantat & prędicit iudicium: & dicit in matutino. i. in die iudicij qui dicit̃ matutinū: eo ꝙ omnia erunt manifeſta quæ hic fuerunt occulta. Et ideo quo ad hoc totus diſcurſus huius vitæ dicit̃ nox: eo ꝙ corda hominū ſunt occulta: & hypocritæ & hæretici ignoti habitant inter fideles & iuſtos, & non cognoſcūtur. Sed illa die omnia ſcelera eoꝝ erunt manifeſta in lumine claritatis Chriſti. ideo dicit In matutino interficiebam, id eſt interficiā oēs peccatores terræ, id eſt terrenos & obſtinatos. Interficiā dico morte ꝑpetua & ſpūali, taliter vt diſperderem & diſperdā oēs operātes iniquitatē de ciuitate dei cęleſti: cū dicā. Diſcedite a me & ite maledicti in ignē ęternū &c. Totus ergo iſte pſalm⁹ poteſt exponi de Dauid literaliter qualiter diſpoſuit domū ſuā & regnū poſtq̄ fuit generaliter vnctus in regē. Moraliter etiā & doctrinaliter poteſt exponi: & docet qualiter quilibet rex debet diſponere domū ſuā & regnū: & quomodo ſe debet habere erga deum in religione: & quomodo octo genera hominum ſupradicta debet a ſe & a domo ſua & ſocietate ſecludere: & quos debet amplecti: & quomodo reos & criminoſos debet punire & priuare. Allegorice autē exponitur de Chriſto: imo vt verius dicam literaliter: & de eius lege & regno
S vt dictum eſt. ¶ Ex toto iſto pſal. poſſunt recolligi quatuor concluſiones ſiue doctrinę.

¶ Prima concluſio, ꝙ Dauid in hoc pſalmo cantat miſericordiā quā Chriſtus fecit generi humano in primo aduentu, & iudiciū quod faciet in ſecundo. Vel poteſt dici ꝙ cantat miſericordiā quā lex euangelica ꝓmittit bonis: & iudicium quod comminatur prauis.

¶ Sc̄da cōclſio & doctrina, ꝙ octo genera prauoꝝ excluſit & docet Chriſt⁹ excludere a ſocietate noſtra. ſ. iniuſtos & ꝑuaricatores legis: & prauos corde & hypocritas: & rebelles conta deū: & detractores, ſuperbos, & auaros.

¶ Tertia concluſio, ꝙ Chriſtus dilexit iuſtos & mundos corde & innocentes & fideles: & hos pręcipit diligi in lege euangelica.

¶ Quarta concluſio, ꝙ Chriſtus interficiet oēs peccatores impœnitentes, in mortē & pœnā perpetuā deſtinando & cæleſti hæreditate priuando. Vnde moraliter docet Dauid iſta quatuor eſſe ſeruanda in domo cuiuſlibet regis & principis. Quia primo debet ſeruare miſericordiā bonis & corrigibilibus, & iudiciū incorrigibilibus. Et debet ſeruare iuſtitiam cum miſericordia. Secundo debet abijcere de domo ſua ſupradicta octo genera prauoꝝ. Tertio debet amplecti & eligere iuſtos & mūdos ad regimen regni. Quarto debet interficere obſtinatos: incorrigibiles: homicidas & latrones.

DOmine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuam a me: in quacunq; die tribulor inclina ad me aurem tuam.

In quacunq; die inuocauero te: velociter exaudi me.

¶ Titulus, Oratio pauperis cū anxiaretur, & corā domino effudit eloquiū vel precem ſuam. ¶ Ad cuius intelligen- T
tiam eſt notandū ſc̄dm apoſtolū primę ad Corinthios. xv. ꝙ duplex eſt Adam ſ. primus & ſecundus. Primus Adam factus eſt in animam viuentem. Nouiſſimus Adam in ſpiritum viuificantem. primus homo de terra terrenus. ſecundus de cęlo cæleſtis. Qualis terrenus: tales & terreni. Qualis cæleſtis: tales & cæleſtes. ergo ſicut portauimus imaginem terreni: portemus & imaginē cæleſtis. Ex his habet apoſtolus, ꝙ iſti duo Adam ſunt principia omniū hominū. Nam primus eſt principiū & caput omniū hominū inquantum ſunt terreni & peccatores, & portant imaginem & veſtigiū peccati & pœnā eius. Secundus Adam: ſcilicet Chriſtus eſt principiū omniū hominū ſpiritualiū & cæleſtiū, inquantū portant imaginē Chriſti. ſcilicet vt ſunt regenerati per baptiſmū: & portant characterē Chriſti: & ſunt effecti participes paſſionis eius & reſurrectionis. Ex quo patet ꝙ ante aduētum Chriſti: & anteq̄ reciperemus baptiſmū omnes portauimus imaginē & characterē primi Adā, ſcilicet culpā originalē in anima: & fomitē & pœnalitates in carne. Sed poſt baptiſmū portamus imaginē & characterem Chriſti in anima: remoto & expulſo peccato: licet maneat veſtigiū in carne ad exercitū & ſignū. Ergo quicquid terrenum manet in nobis habemus ab Adam: & quicquid cæleſte habemus a Chriſto. Sed vnde traxerit Adam talē imaginē & miſeriā animę & corporis, narrat Chriſtus Lucæ. x. in parabola illius qui voluit deſcendere ab Hieruſalē i Hierico: & incidit in latrones qui expoliauerūt eum & percuſſerunt & plagis affectū reliquerūt &c. Ex quo patet ꝙ iſte primus Adam dioes & felix creatus eſt et dominus omniū inferioꝝ. vt patet Geneſis primo & ſecūdo. Sed voluit deſcēdere ab Hieruſalē i Hierico. i. declinare a diuino pręcepto et ſequi conſiliū ſerpētis. ideo incidit in latrones et in poteſtatē diaboli: qui ipſum expoliauit oībus gratuitis et iuſtitia: et eiectus eſt a paradiſo et perdidit oīa bona corporis et aīæ: et bona exteriora, ſcilicet dñium et domiciliū illi⁹ felicis ciuitatis. Et vltra hoc fuit percuſſus et plagatus in aīa originali culpa et actuali, et fuit plagat⁹ in carne morbo fomitis et ſeminis peccati et omniū pœnalitatū. Et iſta ima-

go & plaga fuit īpreſſa in anima & corpore ipſius Adam. Quam imaginē tranſtulit in oēs poſteros per generationē libidinoſam. Et ſic oēs portauimus eius imagines in aia ante baptiſmū: & portamus nūc veſtigiū in carne. Sed poſt baptiſmū portamus imaginē Chriſti in aia, licet maneat veſtigiū primi Adam in carne. Adā ergo qui ante lapſum erat felix & diues in paradiſo voluptatis: factus eſt infelix & pauper per exiliu: & expoliatus diuiniſs ante collans: & factus eſt anxius & tribulat⁹ ex plagis ſibi impoſitis. Et ſic māſit pauper & anxiatus. Sed quia quando eiectus eſt a paradiſo fuit ſibi promiſſum, ꝙ de ſua poſteritate naſcereť vnus alius ſecundus Adam cęleſtis: qui releuaret & liberaret ipſum, & totā ſuā poſteritatē a miſeria ipſi ex peccato inflicta: & renouaret ipſum, & impingeret aliā imaginē felicitatis p quā efficereť cęleſtis: Hinc eſt ꝙ primus Adā pauper & anxius ſemper cū ſua tota poſteritate expectauit & deſiderauit iſtū ſecundū Adam cęleſtem, vt ipſum redimeret & liberaret. vt ait Auguſtinus in libro Cur deus homo. & de hoc eſt totus iſte pſalmus, & multi alij. Nam conſiderans Dauid totū ſtatū primi Adam & omniū portantiū eius imaginē: quod erat totum genus humanū (Nam ſicut Chriſtus eſt vnū corpus cū oibus chriſtianis portantibus imaginem: & dicitur vnū corpus myſticū & vnus Chriſtus myſticus cuius Ieſus eſt caput: ita totū genus humanū inquantū portat imaginem primi Adam dicebatur vnus Adam plagatus, cuius caput eſt Adam: in quo oēs peccauerunt) Ideo in ſcriptura loquitur in perſona oim mēbroꝝ & filioꝝ ſuorum ab eo per libidinoſam generationē deſcendentium, & conqueriť, & petit veniā, & inuocat Chriſtum. Et ideo eſt aduertendū in pſalmis huiuſmodi myſteriū. Nā ſicut Chriſtus multotiens loquitur in perſona ſuorum membroꝝ: ita Adā loquiť in perſona ſui & omniū filioꝝ ſuoꝝ. & ſic eſt intelligēdus pſalmus .xxxvij. & iſte pſalmus præſens. Nā Dauid introducit Adā loquentē & conquerentē de infortunio & infelicitate, petentē veniā & quærentē reſtitui. Ideo dicitur in hoc titulo. Oratio pauperis. Adā ſupple. cū anxiaretur ante aduentū Chriſti exiſtēs in miſeria. Qui cupiens redimi per Chriſtū & liberari a ſua paupertate & anxietate effudit precē ſuā ad Chriſtū dicēs. Dñe exaudi &c. Tria ergo facit iſte paup in hoc pſalmo. Primo præmittit ſuā orationem & deprecationē. Secūdo exponit & deflet ſuū infortuniū & miſeriā quā conſecutus eſt. Tertio ꝑdicit ſuā ſecurā liberationē per Chriſtū: & petit futurā redēptionē. Secundō ibi. Quia defecerūt. Tertiū ibi. Tu autē domine in.

¶ Quantū ergo ad primū dicit iſte paup anxiat⁹ & tot miſerijs ſeptus. O dñe Ieſu Chriſte vēture: exaudi orōnē meā quā ſemp effudi cū oib⁹ filijs meis poſtq̄ fui expoliat⁹ & eiectus de paradiſo. Et clamor meus: & oim filioꝝ meoꝝ patriarcharū & ꝓphetarū clamantiū in hoc limbo & expectātium aduentū tuū: vt liberes nos: iſte inquā clamor veniat ad te: & ad aures miſericordię tuę: & veni ad liberādū nos de iſto lacu. Nā hucuſq; oēs clamarūt ad te. Nā Abraham deſiderauit videre diē tuū: & Iſaac, & Iacob cū dicit. Non auferetur &c. & Anna, & Samuel, & Daniel, & Dauid, & Eſaias cū dicit. Vtinā dirūperes cęlos & deſcēderes &c. Iſte ergo clamor oim noſtrū qui eſt clamor me⁹: qa ꝓpter peccatū meū, veniat ad te. Et rogo ne auertas faciē tuā a me differēdo aduentū tuū: quia in quacunq; die tribulor: & p totū tēpus ſū in continua tribulatione & pœna & miſeria in corpore & aia: & vbiq; per totū orbē. Et ſicut i quacūq; die & continue tribulor: ita continue oro & inuoco. ergo in quacunq; die inuocauero inclina ad me aurē tuā & velociter exaudi me: & veni in carnē ad liberandū me.

Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: & oſſa mea ſicut cremium aruerunt.

¶ Hæc eſt ſcda pars: In qua iſte paup anxius expoliat⁹ pcuſſus & plagatus a diabolo, vt moueat Chriſtū ſaluatorē ad veniendū & properandū aduentū ſuū & liberandū ipſū: detegit & oſtēdit ipſi & narrat totū infortuniū ſuū & miſerias ſuas oēs quæ ſibi ex pctō ſunt inflictę intrinſecus & extrinſecus, tam corporales q̄ ſpūales. Vnde iſte dicitur paup inquantū fuit expoliatus oibus bonis gratuitis: & diciť anxius ratione pœnarū & tribulationū quibus eſt afflictus.

¶ Deflet ergo Adā hic ſuā paupertatē & anxietatē. Primo V
quia perdidit immortalitatem: & factus eſt de neceſſitate mortalis. Ideo dicit: Quia defecerunt ſicut fumus dies mei. Secūdo quia deditus & expoſitus eſt diuerſis infirmitatib⁹ corporalib⁹. ideo ſubdit. Et oſſa mea ſicut cremiū aruerūt. Tertio quia pcuſſus eſt in appetitu: fomite concupiſcentię. ideo dicit. Percuſſus ſum. Quarto debilitatus eſt in omībus potentijs animæ cognitiuis & naturalibus. ideo ſubdit. Vt fœnū arui. Quinto ſubiectus eſt laboribus ad acquirendū victū. ideo ſubdit. A voce gemitus. Sexto fuit expulſus a paradiſo & relegatus & exul in hac valle miſeriæ. ideo ſubdit. Similis factus ſum pelicano. Septimo fuit tradit⁹ perſecutionibus diuerſorum hominū. ideo ſubdit. Tota die exprobrabant mihi &c. Octauo quod fuit infeliciſſimū, de alta felicitate deiecit ipm ī infimā miſeriā. ideo ſubdit. Quia eleuans alliſiſti me. Quia quāto altius eleuauerat deus eū per gratiā, tanto maiori lapſu alliſus decidit. Ideo ſubdit. ꝙ ſicut dies per præſentiā ſolis erat clara: & per abſentiā vertitur in vmbram: ita Adam fuit in gloria & felicitate dum deus fuit ipſi præſens. ſed pulſus a facie dei declinauit in vmbrā miſerię. Et ſicut fœnum viret & creſcit in vere & æſtate ex præſentia ſolis: ſed in autūno & hyeme aret & deſiccať per elongationē ſolis: ita Adam aruit a viriditate proſperitatis & felicitatis per abſentiam dei. ¶ Sed oportet ꝙ omnia iſta per ſingula declarentur. Primo ergo iſte homo myſticus deflet immortalitatē quam perdidit: & mortalitatem in quam incidit: dicens. Quia defecerunt ſicut fumus dies mei. Quaſi dicat. O Chriſte veni & libera me ab hac mortalitate: & redde mihi immortalitatem quam perdidi. Nam ego fui creatus immortalis: quia poteram non mori. Sed ex peccato taliter factus ſum mortalis ꝙ habeo neceſſitatē moriendi. Et ſic dies mei ſicut fumus ſucceſſiue defecerunt. Nam ſicut fumus tantum durat: quantum durat lignū combuſtile: ſed conſumpto ligno per ignem deficit fumus & euaneſcit: ita vita & dies hominis deficiūt paulatim, conſumpto corpore per mortē: & exhauſto humido radicali. Et hæc eſt prima miſeria: in quam incidi per peccatū. Secūda miſeria in quam incidi fuit: quia ſubiect⁹ fui infinitis infirmitatibus & ægritudinibus: quia oia oſſa mea ſicut cremiū aruerunt. Nam ſicut cremiū carnis dum frigitur in patella vel aſſatur ad ignem continue perdit humidum naturale & ſic aret: ita homo continue per calorē extraneū & intraneū præter naturā perdit humidū radicale: & alterantur eius humores. Et ſic incidit in diuerſas infirmitates & areſcit vſq; ad mortem.

Percuſſus ſum vt fœnum & aruit cor meū: qa oblitus ſum comedere panem meum.

A voce gemitus mei: adhæſit os meum carni meæ.

¶ Hic ponit tertiū damnū. Quia pcuſſus eſt in ſenſualitate veneno concupiſcētię: intātū ꝙ potētię fuerūt vulneratę & debilitatę & pronę ad cadendū: nō ſufficientes reſiſtere malo: nec agere bonū. Et ſic claudicat liberum arbitriū. Sicut fœnū pcuſſū nimio ardore ſolis & ſectū a radice aret: ita homo eiectus a gr̄a perdita originali iuſtitia aruit perdens virorē gr̄ę. Ideo ait. Percuſſus ſum ex dei ſentētia: ſicut pcutiť fœnū quando falce ſecať a prato. ideo aruit cor meū. Et dat cauſam quare, & vñ hoc damnū: & dicit. Quia

oblitus ſum comedere. quaſi dicat. Quia tranſgreſſus ſum ꝓceptum dñi. Nam deus aſſignauit oẽs arbores in panẽ & cibum ad ſuſtẽtandũ vitã: dicẽs. De omni ligno qđ eſt in paradiſo comedes prꝫterꝗ de arbore ſciẽtiæ boni & mali: quia qua hora comederis &c. Sed ego cõtemnẽs præceptũ dñi, oblitus ſum comedere panẽ meũ. i. cibũ mihi licitũ & aſſignatũ: & comedi illicitũ & vetitũ. ideo ex ſententia dñi venerunt mihi oĩa prædicta mala. Nã ilico audiui vocẽ dei dicentis. Adam vbi es? & audiui ſententiã a deo mihi datã dicente. Quia audiſti vocẽ vxoris tuæ ideo maledicta terra in opere tuo. tribulos & ſpinas germinabit tibi: & in ſudore &c. Et iſta ſentẽtia fuit vox gemitus & fletus & infortunij & pœnę meę. Et ſic ilico ex iſta voce gemitus mei quæ fuit diuina ſententia, adhæſit os meum carni meæ: ex infirmitatibus & aduerſitatibus &c.

Similis factus ſũ pelicano ſolitudinis: & factus ſum ſicut nicticorax in domicilio.

¶ Quartũ damnũ fuit exiliũ ab illa paradiſo deliciarũ in hac valle lachrymarũ. Nã ego qui ibi erã in ſocietate & colloquio & familiaritate angeloꝝ: expulſus ſum inter beſtias perdẽdo locũ mihi debitũ ex gr̃a. Et ſic fui factus ſimilis pelicano ſolitudinis vagans ꝑ deſertũ. Nã ſicut pelican⁹ fugit ſocietates hoim: ita ego ſocietatẽ angeloꝝ ꝓpter peccatũ meũ. Et etiã factus ſum in hoc exilio, ſicut nicticorax in domicilio. Litera Hieronymi habet: Factus ſum quaſi bubo ſolitudinũ. Nicticorax autẽ grecę interp̃taſ coruus nocturnus ſiue noctua latine. noctua enim non valens ſuſtinere lumen ſolis abſcõditur in foraminibus muroꝝ in die, & quęrit victum. Ita ego non valens videre lumen veritatis fugio lumẽ ſolis & oĩs virtutis: & gradior in nocte & in tenebris peccatoꝝ: ſemper fugiendo lumen & eligendo ignorantiã & omne malum: iudicando bonũ malũ & malũ bonum ex mala inclinatione & ignorantia ꝓpter peccatũ: quia nõ ſolum ſum ꝑcuſſus in potẽtijs cognitiuis: ſed etiã in appetitiuis. Item ſi noctua exit a domicilio in die, tunc oẽs paſſeres congregati conanſ ipſi eruere oculos. Ita dũ homo exit in lucem: vt aliquid boni agat: oẽs diaboli congregantur ad tentandũ eũ: & auferendũ ipſi lumen fidei & charitatis. vt patet Matthæi. xij. quia tunc aſſumit ſeptem alioſ ſpũs nequiores ſe &c. Et ideo ait hic propheta. Factus ſum ſicut nicticorax: contra quẽ oẽs aues inſurgunt: ita contra me oĩes tentationes diaboli &c. Pelicanus eſt auis in ſolitudine ęgipti lantans: quę proprios filios interficit. Sed mœrore ducta & mutata, proprio roſtro trahit ſanguinẽ a pectore & latere ſuo, & effundit ſup filios. Et ſic reſuſcitat & viuificat eos. Ita Adam ꝓpter pctm̃ interfecit oẽs poſteros ſuos. Sed ſecũdus Adã qui eſt Chriſtus, aſſumpta humanitate ꝓprio ſanguine oẽs viuificauit. Ideo Dauid in perſona ipſius primi Adã dicit. Similis factus ſum pelicano occidendo oĩes filios meos; quia ſentẽtia mortis ꝑ me trãſiuit in oẽs. Et factus ſum ſicut nicticorax in domicilio: odiens & fugiens lucem: quẽ ſemper dæmones perſequũtur & obſcurant in tenebris peccatorum & ignorantiæ.

Vigilaui: & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.

¶ Hic ponit ſextũ damnũ. qui eſt cõtinuus labor in ſudore vultus propter victũ acquirendũ: quia oportet vt homo ſit in continua vigilia & motu ſicut paſſer ſolitarius qui habitat in tecto. i. in tegulis domoꝝ, ſub quo conficit nidũ: & ſemper quærit eſcã pro ſe & pro filijs cum periculo. Ita ego ſemper vigilaui quærendo victũ pro me & filijs meis: cũ potuiſſem eſſe immunis a ſolitudine tali: ſi non peccaſſem: quia terra libere & abſq; labore ferebat mihi cibum & victum. Nunc autem in ſudore veſcor pane.

Tota die exprobrabãt mihi inimici mei: & qui laudabant me aduerſum me iurabant.

Quia cinerem tanꝗ panem manducabam: & potum meum cum fletu miſcebam.

A facie iræ indignationis tuę: quia eleuans alliſiſti me.

¶ Ponit ſeptimũ dãnũ. quę eſt continua ꝑſecutio ab extraneis & alienis hoibus & proximis. Nam ſemꝑ homo patiſ ꝑſecutiones & ęmulationes & inuidiã & exprobrationes occultas & manifeſtas ab amicis fictis. Ideo dicit de inimicis. Tota d. i. ſemꝑ exprobrabant mihi inimici mei oppro bria inferendo. Et amici mei ficti qui in p̃ſentia laudabant me poſtea in abſentia aduerſum me iurabãt. i. coniurabant falſa iponendo & dãna ꝓcurando. ¶ Quia cinerẽ. Hic ponit octauũ defectũ: quia ſemꝑ homo eſt in continuo dolore: cui veniunt vndiq; aduerſitates aut infirmitates: intãtũ ꝙ cõtinu⁹ dolor nõ ſinit eſſe felicẽ. Et ſic nec in vigilia: nec in prandio quis poteſt eſſe ſine fletu & mœrore. ideo ait: qa cinerẽ. i. amaritudinẽ tanꝗ panẽ mãducabã: & potũ &c. i. amaritudo erat mihi cibus, & fletus mihi pot⁹ a facie irę tuę. i. a facie punitionis ꝗ eſt effect⁹ iræ & indignationis tuæ: dũ conſidero irã tuã cõtra me: qa eleuans alliſiſti me: qa quãtũ me in dignitatẽ eleuaſti & extuliſti in illa felicitate paradiſi: tantũ poſtea me alliſiſti dum a paradiſo expuliſti: quia quãto fuit altior aſcenſus tanto fuit grauior lapſus in miſeriã. Et eſt aduertendũ ꝙ iſti duo verſus poſſunt exponi de humana pnia. vt ſit ſenſus. Ego patior huiuſmodi defectus & pœnã: vñ oportet me facere pœnitentiã ꝓ pctõ. Quia. i. quapropter cinerẽ tanꝗ panẽ manducabã. i. amaritudinẽ & cõtritionẽ in corde. & potũ meũ cũ fletu miſcebã in ſatiſfactionẽ pro reatu. Et hoc a facie irę tuę: quia eleuans &c.

¶ Vlterius eſt aduertendũ ꝙ oẽs iſti quinq; verſus poſſunt referri ꝑſonaliter ad ipm̃ Dauid vt dicat. ſilis fact⁹ ſũ pelicano ſolitudi: & ſicut nicticorax i domicilio fugiẽs a facie Abſalon filij mei: & vigilaui per mõtes ſicut paſſer: & inimici. ſ. Semei & alij tota die exprobrabãt mihi dicendo. Egredere vir ſanguinũ. & Achitofel: & cęteri qui ante laudabãt me in facie poſtea aduerſũ me iurabãt. & tũc oĩa poſſunt figuraliter exponi de Chriſto cui⁹ figurã gerebant. Itẽ oĩa p̃dicta verba poterat dicere populus dei: exiſtẽs in perſecutiõe Antiochi & captiuitate Babylonica. Et ideo quomodocũq; exponantur oĩa prædicta: vnuſquiſq; poteſt dicere verſum qui ſequitur.

Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: & ego ſicut fœnum arui.

¶ Nã ſicut pręſente ſole oĩa viuũt & aer dicſ viuere qa eſt illuminatus: & hęrbę aliquę tantũ viuunt quantũ ſol eſt p̃ſens: & ſole abſente ilico mortificanſ & inclinanſ: vt patet de flore cucurbitę, & de hęrba ſolis: ita fit i vita humana. nã tantũ homo viuit quantũ deus vitã influit & eſſe naturale. Et intantũ bene operaſ inquantũ influit ipſi gratiã deus: & intantũ ꝓſperatur inquantũ ipſi fauet. ſed ſi deus auertitur ab eo oĩa bona deficiũt: & ſic deficit & inclinatur ſicut vmbra. Et ideo ait ꝓpheta in perſona vniuſcuiuſq;: quia eleuãs alliſiſti me a te abijciendo: ideo dies mei nõ ſolũ vitæ: ſed etiã proſperitatis tanꝗ vmbra declinauerũt & defecerunt deficiẽte ſole: & ego ſicut fœnũ arui: deficiente mihi humore gratię poſtꝗ fui a te abiectus & ſeparatus per pctm̃. Et ſic poteſt exponi tota pars huius pſalmi ſupradicta de quolibet pœnitente qui per peccatũ incidit in oẽs miſerias ſpirituales ſupradictas ideo iſte pſal. poniſ. v. inter ſeptem pſalmos pœnitentiales. ſed in veritate ſenſus propheticus eſt principaliter intentus a propheta.

Tu autẽ dñe inęternum permanes: & memoriale tuũ in generatione & generationem.

Tu exurgens miſereberis Sion: quia tempus miſerendi eius quia venit tempus.

❡ Poſtq̃ ſuperius iſte paup explicauit querelas & miſerias ſuas: in hac tertia parte quęrit remediū & inuocat ſecundū Adam cęleſtē. ſ. Chriſtū qui eſt deus & homo: & per conſequens æternus ſcḋm diuinitatē: vt veniat ad liberandū eū ab omni miſeria & reſtituat ipſi immortalitatē & vitā æternam. vn̄ duo facit. primo facit qḋ dictū eſt. ſcḋo ꝓmittit gratias agere ꝓ bn̄ficijs receptis. ibi. Scribant̄. Dicit ergo ad primū. licet ego ſim effectꝰ mortalis ꝓpter pctm̄: Tu autē dn̄e Ieſu Chriſte ięternū manes inquātū deꝰ: & memoriale tuū in gn̄atione & gn̄ationē. ideo potes me a morte & a pœnis liberare. Et tu exurgēs. i. veniēs in carnē: & etiā exurgēs a mortuis poſt paſſionē miſereberis Sion. i. toti eccl'ię credētiū, eos a morte & captiuitate liberādo: quia iam venit tēpus miſerendi eiꝰ. ſ. Sion ſicut ab æterno ſtatuiſti.

Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius: & terræ eius miſerebuntur.

Et timebunt gētes nomen tuū domine: & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ędificauit dominus Sion: & videbitur in gloria ſua.

Reſpexit in orationem humilium: & non ſpreuit precem eorum.

Scribantur hęc in generatione altera: & popupulus qui creabitur laudabit dominum.

❡ Ad cuius intellectū eſt notandū, ꝙ iſta ciuitas Sion ſiue Hieruſalē quā Chriſtus erat ædificaturus p totū orbem non erat cōſtruēda ex lapidibꝰ mortuis ſicut erat illa ciuitas terrena Hieruſalē: ſed ex lapidibus viuis. ſ. ex fidelibꝰ cōuerſis pro maiori parte de pp'lo gētili: quos lapides debebāt apl'i eligere & adaptare in ſua ꝑdicatione: & ex talibꝰ erat eccleſia cōſtruēda. qui qdē lapides fuerūt ędificati & cōpaginati ſupra fundamentū apl'oꝝ & ꝓphetarū. Vn̄ Zacha. ix. Et ſaluabit eos dn̄s deus eoꝝ in die illa vt gregē populi ſui: qa lapides eleuabunt̄ ſup terrā. Ex quibꝰ patꝫ ꝙ tales lapides maxime erant excidendi per apl'os de pop'lo gētili: ex quibus debebat ædificari iſta ciuitas Sion toto orbe diffuſa. & hoc eſt quod dicit. Quoniā lapides eius. lapides huius ciuitatis placuerūt ſeruis tuis apoſtolis ad ædificiū eccleſiæ. Et ideo apoſtoli miſerebunt̄ terrę populi gentilis: & tunc gentes timebūt nomē tuū dn̄e: & omnes reges terræ timebunt gloriā tuam: quia ex iſtis lapidibus dominus Ieſus Chriſtus ædificabit Sion. i. eccleſiā ſuā: & ſic videbit̄ in gloria: ſynagoga & Iudæis ſuperbis cęcis & obſtinatis, reprobatis. quia dominus Ieſus Chriſtus reſpexit in orationē humilium gētiliū: quia per fidē fuerūt humiliati. Et Chriſtus non ſpreuit precem eoꝝ: immo admiſit eos ad fidē: & per baptiſmum regenerauit: & Iudæos reprobauit. ideo hęc myſteria redēptionis ſcribent̄ & memorabunt̄ in altera generatione. ſ. in religione chriſtiana: & ideo ille populus chriſtianꝰ qui creabitur & regenerabitur, laudabit dominū in Chriſto redemptore ſuo: & aget gratias in teſta. no. pro beneficijs receptis in ſua redemptione. de quibus feſta celebrabit. Ex his patꝫ ꝙ Dauid non loquitur de ipſa Sion & Hieruſalē materiali quæ iam erat ædificata ex lapidibus mortuis: ſed loquitur de Hieruſalē ſpirituali toto orbe diffuſa: quæ per Chriſtum erat ædificanda ex lapidibus viuis excıſis ex vtroq; populo.

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: dominus de cælo in terram aſpexit.

Vt audiret gemitus compeditorum: vt ſolueret filios interemptorum.

Vt annuncient in Sion nomen domini: & laudem eius in Hieruſalem.

In conueniendo populos in vnum: & reges vt ſeruiant domino.

❡ Hic enumerat beneficia pro quibꝰ populus chriſtianus hodie laudat Chriſtū cū deo patre. Primo quia cū eſſet deꝰ æternus in ſinu patris, proſpexit de cælo excelſo & ſancto ſuo. i. de altitudine ſuæ maieſtatis in terrā: vt audiret gemitus cōpeditoꝝ exiſtentiū in carcere inferni. ſ. ſanctorum patrum in limbo expectantiū: & vt ſolueret filios interemptorum. i. patrū damnatorum: vt tales gentiles ſoluti a peccato & ad fidem cōuerſi annūcient ſiue annunciarent laudes domini in Sion & Hieruſalē. i. vt annūciarent & ꝓfiterent̄ legem euangelicā in eccleſia Chriſti toto orbe diffuſa. In cōuertendo populos in vnū & reges vt ſeruiant dn̄o. i. vt cōuenirent populi Iudęoꝝ & gentiliū & oēs reges terræ in vnū baptiſmū & vnā fidē & ſeruiret vni deo in ſubſtantia & trino in perſonis: & adorarent vnū Chriſtū deum & hominem adoratione latriæ.

Reſpondit ei in via virtutis ſuę: paucitatē dierū meorum nuncia mihi.

Ne reuoces me in dimidio dierū meorum in generatione & generationem anni tui.

❡ Nota ꝙ iſte paſſus eſt valde difficilis ſcḋm tranſlationē noſtrā ad ordinandū & cōcordādū cū litera ꝑcedēti & ſubſequenti: & hoc accidit quia litera noſtra eſt differēs ab hebraica prout nūc eſt pūctuata. nā illa litera dicit. Cū cōgregati populi ſimul: & regna vt ſeruiant dn̄o. ſequit̄. Afflixit i via fortitudinē meā abbreuiabit dies. dicā deꝰ ne rapias me in dimidio dieꝝ. tūc litera videt̄ magis plana: quia videt̄ eſſe vox huius pauperis cū ſupiori ſentētia repetendo miſeriā ſuā. Afflixit dn̄s fortitudinē meā in hac via: & abbreuiabit dies meos faciēdo me miſerū & mortalē. Sed ego dicā. O deus meus ne rapias me in dimidio dieꝝ meoꝝ: ſed fac me videre Chriſtū anteq̃ moriar. Et tunc iſta lr̄a eſſet ſatis plana. Trāſlatio aūt nr̄a dicit. Reſpōdit ei i via virtutis ſuę: paucitatē dieꝝ meoꝝ nūcia mihi: & ne reuoces me in dimidio dieꝝ meoꝝ. quā literā bea. Aug. & Caſſiodorus ſequentes ipſam exponūt anagogice ꝓ deſiderio vitę æternę. vn̄ dicūt ꝙ eccl'ia ſiue pp'l's chriſtianus reſpōdit ei. ſ. Chriſto i via virtutis ſuę. i. obediuit & ipleuit eiꝰ voluntatē in via virtutis ſuę. i. ambulando in lege euāgelica q̃ eſt via virtutis dei. Et ſic ſeruando legē euāgelicā reſpōdit Chriſto & eiꝰ volūtati: ſicut ager bonus & vber reſpōdet votis agricolę cū bn̄ fructificat. Et qḋ ſequit̄. ſ. paucitatē dieꝝ meoꝝ nūcia mihi: referūt ad deſideriū vitæ æternæ: qa iuſtus cupit diſſolui i breui & eſſe cū Chriſto. Ne reuoces me. i. ne tardes me vocare ad te: quia iſta vita breuis eſt reſpectu tuæ: quia anni tui ſūt æterni in generatione & generationē. Verūtamen licꝫ hęc ſententia: & intelligētia beati Augu. ſit vera & ſubtiliſſima: tamen nō eſt omittēda expoſitio ꝓphetica. ❡ Ad cuiꝰ in- x
telligentiā eſt aduertendum. ꝙ oēs ſancti pr̄es ve. teſta. ſ. Abrahā Iſaac & Iacob &c. confracti longa miſeria: & captiuitate, cū grandi affectu deſiderabant accelerari aduentū Chriſti, vt eos liberaret, & viderent mirabilia opera Chriſti. vnde dicit Chriſtus Matth. xj. & Lucę. Ideo multi reges & prophetæ voluerūt videre quæ vos videtis: & non viderunt. Et ideo Simeon & Zacharias cum magno affectu deſiderauerunt videre Chriſtum domini anteq̃ morerent̄. Et ſic accepit Simeon reſponſum: non viſurum ſe mortem niſi prius videret dominum. Lucæ ſecundo. Ex quo patet ꝙ vnuſquiſq; ſanctorum patrum deſiderauit videre Chriſtum anteq̃ moreret̄. His habitis, ly reſpondit ei, dupliciter

poteſt exponi. Vno modo ꝙ referatur ad Chriſtū ꝫ cōtinuatio cū litera ſuperiori. vt ſit ſenſus. populus qui creabitur laudabit dñm multipliciter. Primo q̄a dñs ꝓſpexit de cælo: & audiuit gemit⁹ compeditoꝝ. Scdo quia ſoluit filios interēptoꝝ. Tertio q̄a iam reges & ppl̄i cōuenerunt in vnū vt ſeruiant dño. Quarto quia Chriſtus reſpondit ei. i. iſti homini myſtico, iuxta votum & deſideriū ſuū. Nā iſte hō ſp rogādo dicebat. O dñe nūcia mihi paucitatē dieꝝ meoꝝ. q. d. abbreuia aduētū tuū: & veni ad liberandū mē. Et ne reuoces me in dimidio dieꝝ meoꝝ. i. nō tollas me de hac vita: ſed videā aduētū tuū anteq̄ moriar. Sed dñs reſpondit deſiderio ſuo: q̄a iā venit ſicut ꝓmiſit. Et ſic reſpondit & ſatiſfecit ei in via virtutis ſuę. i. in lege euāgelica: & in tp̄e incarnationis q̄ dicitur via virtutis Chriſti. Pōt etiā iuxta eundē ſenſū ſic ordinari lr̄a. ſ. dñs reſpōdit ei. ſ. eccleſię & ſatiſfecit ipſi iuxta votū & deſideriū ſuū: & hoc patet in cōueniendo populos in vnū. i. q̄a oēs ppl̄i & reges gētiū cōuenient & cōgregabunt in vnū, vt ſeruiāt domino nr̄o Ieſu Chriſto. Sed quia hoc pŭiderat Dauid in ſpū, cōuerſus ad Chriſtū petit accelerari ei⁹ aduentū: anq̄ moriatur. Iō dicit. & ſubdit. O dñe Ieſu Chriſte ne reuoces me in dimidio derū meoꝝ. i. nō moriar ego ante aduentū tuum: ſed nuncia mihi paucitatē dierum meoꝝ. i. abbreuia dies aduētus tui: & reuela mihi aduentū tuū: & ne differas ipſ: quia dies mei ſunt pauci & breues: ſed tu es ętern⁹ ſcd̄m diuinitatē. qđ patet. Nā tu ī itio terrā fundaſti &c. Similiter cū eccl̄ia eſſet in magna anxietate tēpore tyrānoꝝ, rogabat Chriſtū: ne annihilaret eā in dimidio dierū ſuoꝝ: ſed pmitteret eā creſcere: vſquequo oēs gētiles venirēt ad fidē: & omnes crederent euangelio. Sed Chriſt⁹ rñdit ei & ſatiſfecit iuxta petitionē ſuā. Nā tp̄e Conſtantini eccl̄ia fuit liberata a pſecutionibus: & omnes venerunt ad fidē: & ſic ppl̄s q̄ fuit creatus, & regeneratus laudauit dñm. Nā reges & ppl̄i cōuenerunt in vnū ad ſeruiendū dño poſt Cōſtātinū. Et ſic Chriſt⁹ reſpondit eccl̄ię iuxta petitionē & votū ſuū. Alio mō poteſt exponi iuxta eandem ſētentiā referēdo ly reſpōdit ad ipam eccl̄iaꝫ: vt ſit ſenſus. iſte hō myſticus & tota eccl̄ia ante aduentū Chriſti multotiens rogando & clamādo reſpondit & dixit ipſi Chriſto. O Chriſte nūcia mihi paucitatē dieꝝ meoꝝ in afflictione poſitoꝝ: & ne reuoces me: ſed veni ad liberandū anteq̄ moriar. Et hoc dixit Abraham q̄n deſiderauit videre diem dñi. Et Moyſes q̄n dixit. Mitte quē miſſurus es. Exod. xxxiij. Hoc idem dixit Dauid q̄n dixit. Oſtende faciem tuam & ſalui erimus. pſal. lxxix. & Eſa. cum dixit. Vtinam dirūperes cælos & deſcenderes cap. lxiiij. Ex quo patet ꝙ omnibus iſtis rñdit Chriſtus q̄n venit: q̄a audiuit voces eoꝝ: & ſimiliter p oppoſitum ipſi reſpondebant Chriſto, cum clamabant, & inuocabāt eū. Nā multotiens in ſacra ſcriptura ponitur reſpondere ꝓ rogare, vt patet Matth. xvj. Reſpōdens Petrus dixit ad Ieſum. Bonū eſt nos hic eſſe. ¶ In gñatione & generationē. Hic ꝓbat ꝓpheta, ꝙ ſolus Chriſtus poterat redimere genus hūanum: & venire ad liberādū ipſum: & reſtituere ipſi immortalitatē: & dare ipſi vitā ęternā: eo ꝙ Chriſtus eſt ęternus: & ipſa vita p eſſentiā inquātū deus: & p cōſequēs præbere pōt alijs vitam. Nam tempus procedit ab ęuo: & eſt affectus æternitatis: & ęuuꝫ in quo ſunt ſancti in patria, fluit ab æternitate.

Initio tu domine terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cæli.

Ipſi peribunt tu autem permanes: & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.

Et ſicut opertorium mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipſe es: & anni tui non deficient.

Filij ſeruorum tuorum habitabūt: & ſemen eorum in ſa culum dirigetur.

¶ Dicit hic propheta i pſona hoīs myſtici. O Chriſte veni & libera nos ab hac mortali miſeria: q̄a tu ſolus potes hoc facere: & recreare gen⁹ hūanū: q̄a tu creaſti cælos: & es ęternus. Nā in gñatione & gñatione ſunt anni tui. Nā initio tu dñe terrā fundaſti: q̄a oīa p verbū facta ſūt: & opa manuum tuarū ſūt cæli. ergo tu p̄ceſſiſti cælō: & ſucceden. Nā ipī peribūt: licꝫ nō quo ad ſubſtantiā: ſed quo ad motū & operationē: q̄a ceſſabunt moueri. Et ideo dicunł corrūpi & pire non ſimplr̄: ſ. ſcdꝫ q̄d, quo ad opationē. Nā alteratio di gñatio & corruptio ſcd̄m q̄d: vt patet p̄mo de gñatione. Tu autē Chriſte pmanebis in corpore glorificato: & immortał: & icorruptibilis: & inalterabilis. Et anni tui. i. duratio non deficiet: & ſicut tu manebis immortalis ita & mēbra tua: q̄ participabūt gl̄iam capitis. & iō nō ſolū ſerui tui apl̄i: ſed etiam omnes filij ſeruoꝝ tuoꝝ. ſ. oēs fideles quos apl̄i in Chriſto genuerunt p baptiſmū, habitabunt in iſta Sion p g̃faꝫ: & in ſupna p gl̄iam: & ſemē eoꝝ. i. oēs fideles ſequētes fidē illorum, dirigenł in ſcl̄ꝫ ad gl̄iaꝫ. quaſi di. iſte paup. O Chriſte licet tu ſis hō de matre ex tp̄e natus: tñ tu es deus ab ęterno ex patre generatus: q̄a in initio tēporis mundū creaſti: & terrā fūdaſti: & cælos formaſti. ideo q̄a hō poteſt ꝓ me pati: & miſerias meas ſuleuare: & quia es deus potes mihi peccata remittere: & ſicut creaſti me: potes me recreare: & regenerare. Et ſicut formaſti & creaſti cælos & totū mūdum ex nihilo: ita potes nouū mundū. ſ. eccl̄iam ſpūalē ędificare ex lapidib⁹ viuis & hoīes renouare. Et q̄a es æternus: quia inęternum permanes: & anni tui erunt & ſunt & fuerūt in gñatione & gñationē. i. ęternaliter: ideo potes mihi imortalitateꝫ quā pdidi, retribuere & vitā æternā cōdonare. Hanc lr̄am hui⁹ pſalmi adducit apl̄s ad Hebr. prio ad ꝓbandū ꝙ Chriſt⁹ q̄ locutus eſt in no. teſt. eſt idē de⁹ q̄ dedit legē Moyſi: & locutus eſt p ꝓphetas: & creauit oīa. Hęc eſt ergo ſententia ſpi⁹ ꝓphetę i hoc pſal. in quo introducit Adā deflētē caſum ſuū: & redēptionē, & remiſſionē futurā p Chriſtū poſtulantē. Sed q̄a vnuſquiſq; peccator pōt recuperare p pœnitētiaꝫ g̃ram quā pdidit p culpā ad inſtar ipſius Adę: quæ quidem pœnitentia habet virtutē ex paſſiōe Chriſti: ideo eccl̄ia ordinauit iſtū pſal. in quinto loco inter ſeptē pſal. pœnitentiales. & nō ſolū tota eccl̄ia: ſed vnuſquiſq; peccator debet dicere frequēter hūc pſalmū pro remiſſione oīm pc̄toꝝ ſuorū.

BEnedic anima mea domino: & oīa quę intra me ſunt nomini ſancto eius. Benedic anima mea dño: & noli obliuiſci omnes retributiones eius.

¶ Titul⁹, Ipſi Dauid. ſine additione. Ex quo pꝫ ꝙ Dauid fecit hūc pſal. & eſt de illis quos fecit ad laudandū dñm. vt dictū eſt pſal. xcv. Ad cui⁹ intelligētiā eſt notandū. ꝙ poſtq̄ Adā myſticus defleuit caſū ſuū: & explicauit miſerias: a quibus liberatus eſt p Chriſtū: iā Dauid in hoc pſal. & in ſequētib⁹ introducit eūdē Adā bñdicētē & laudantē deū & agentē g̃ras ꝓ bñficijs. Et hoc facit p. vij. pſal. ſequentes. Naꝫ in iſto pſal. agit gratias pro beneficio redēptionis: & remiſſionis pc̄ti: & ſic laudat deuꝫ de ſumma mia: in quo duo facit. Nā primo excitat ſeipm ad laudē dei. Scdo inuitat naturā angelicā. ibi. Dñs in cęlo. ¶ Quātū ad primū eſt aduertendum ꝙ tota iſta prima pars eſt quoddā ſoliloquium in quo iſte hō myſticus introductus ad loquenduꝫ, alloquił aīam ſuā excitādo eā ad laudādū deū de mia & de beneficio redēptiōis: agēdo g̃ras q̄a p ſuā paſſionē & reſurrectionē liberauit eū de ſex pœnis ppetratis ex peccato primi parentis: ſcilꝫ a culpa: ab infirmitatibus: a periculo mortis futuræ: & a miſeria: & pœnuria: & morte: & corruptione. Iſta enim ſex

damna incurrit Adam propter peccatū inobedientię:ſicut
dictum eſt pſalmo ꝑcedenti.a qbus liberati ſum⁹ per Chri-
ſtū.❡ Dicit ergo excitando ſeipm:& alam ſuā ad laudem
dei.Bñdic aia mea dño:& ola.i.oēs potētię interiores ſen-
Y ſitiuę & intellectiuę bñdicāt noi ſancto eius.❡ Et nota ꝙ
duplex eſt bñdictio.Vna eſt gīę collatio:in qua maior bñ-
dicit minorē cōferendo gīas.q̄ cōuenit ſoli deo:& ſacerdoti
loco dei.Scda dicit bñdictio laudis:& ſic minor bñdicit ma
iorē.& iſto modo dicit hic propheta Benedic ala mea dño
.i.lauda dñm:& dic:& narra ola bona:& beneficia quę ti-
bi fecit.Et ideo ſequit.Noli obliuiſci oēs retributiones eius
.i.noli obliuiſci retribuere oēs gratias ꝑ beneficijs receptis
in noſtra redēptione.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis:
qui ſanat omnes infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vitā tuā:qui coronat
te in miſericordia & miſerationibus.
Qui replet in bonis deſiderium tuum:re noua
bitur vt aquilę iuuentus tua.

❡ Enumerat ſex beneficia q̄ recepim⁹ a Chriſto ī redēptio
ne.Primo quia remiſit nobis culpā.iō ait:Qui ꝓpitiatur
oībus iniquitatib⁹ tuis:ſatiſfaciendo ꝑ mortem.Secūdo ſa
nauit languores noſtros mitigando concupiſcentiam non
vt nō ſit:ſed vt nō iputetur per baptiſmū.ideo ait.qui ſanat
oēs infirmitates tuas.& ideo recepit flagella.Tertio præſer
uauit nos a peccato per doctrinā legis euāgelicę.ideo ait.
Qui redimit de interitu vitam tuam. Quarto dat nobis
ꝑmiū:& meritū ex obſeruantia legis.Ideo ſequitur:Qui co
ronat te in mia & miſerationibus:quas ipe fecit tibi.pro q̄-
bus tu facis proximo.Quinto per ſanguinē ſuum emit nobis
regnū cæleſtę,cum ei⁹ felicitate.ideo ſequitur.Qui replet
in bonis deſiderium tuum.Sexto adeptus eſt nobis immor
talitatem corporis:& hoc per ſuā reſurrectionem.ideo ſub
dit:Renouabitur vt aquilę iuuētus tua:qſi recuperabis cor
pus glorioſum in nouiſſimo die. Ergo propter præfata ſex
beneficia ſpūalia & intrinſeca,ala mea debet laudare dñm
Z & benedicere.❡ Sed hoc etiam poteſt moraliter exponi.
❡ Vnde eſt aduertendū,ꝙ peccatum ſex mala affert hoī.
Primo elongat eum a deo. Secundo ſauciat alam culpa.
Tertio captiuat in poteſtate diaboli.Quarto reddit hoiem
deo odioſum.Quinto expoliat ipm oībus bonis:nō ſolum
gratificis:ſed etiam gratuitis.Sexto indurat ipſum ex con-
ſuetudine in malo. Ita per oppoſitum medicina pœniten
tię ſex operatur in pœnitente.Nam primo facit deum ꝓpi
tium,vt tanq̄ medicus accedat ad peccatorem:& appropi-
quet.Secundo ſanat ipm a vulnere peccati. De primo di-
cit.Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis.De ſecūdo
dicit.Qui ſanat omnes infirmitates tuas.Tertio redimit a ca
ptiuitate diaboli:& liberat a morte perpetua & finali ipœ
nitentia.Ideo ſubdit:Qui redimit de interitu vitam tuam.
Quarto reddit deū benignum reconſiliando ipſi peccato-
rem.Ideo ſubdit:Qui coronat te in mia:& miſerationibus.
Quinto reddit bona q̄ ꝑ pctm̄ fuerāt mortificata.cum ſub-
dit.Qui replet in bonis deſideriū tuū.Sexto renouat ipm i
nouā vitā,fortificando oēs potentias & excitando habitus
virtutum theologaliū:& donoꝝ ſpūs ſancti.etiam operat
meritorie per gratiā ipſum renouantem & perficientē.Iō
concludit.Renouabitur vt aquilę iuuentus tua.

Faciens miſericordias dominus & iudicium:oī
bus iniuriam patientibus.
Notas fecit vias ſuas Moyſi:filiis Iſrael volū-
tates ſuas.

❡ Sed quia eccla fideliū nō recepit a deo ſolū beneficia



ſpūalia ꝑ redēptionē:ſed etiā quōdā recepit bñficia tēpora
lia:faciens mias populo ſuo,vindicādo de inimicis iniurias
illatas fidelibus:vt patet de Pharaone:& ægyptijs:& cæte
ris pſecutoribus populi dei:Ideo ſeptimo debet anima no-
ſtra bñdicere dño:quia fecit miſericordias ſuas fidelibus in-
iuriam patientibus,cum vindicauit eos de inimicis eorum.
& hoc in vtroq; teſt.Nā nō ſolū in veteri teſta.deus afflixit
inimicos ecclię:ſed etiā in nouo.vt pꝫ de Nerone:& Domi
tiano,& Diocletiano.Octauo debꝫ aia noſtra bñdicere do
mino:qa quōdā ipe miſericors & miſerator dñs fecit notas
vias ſuas Moyſi:& filijs Iſrael volūtates ſuas:cū dedit eis le
gem in qua ſunt præcepta & mandata moralia:vt faceret
eos bonos:& cerimonialia,vt faceret eos fideles.quia ceri-
monialib⁹ erant figurata oīa myſteria Chriſti & eccleſiæ:
& viuebant in fide & ſpe Chriſti venturi:& ſaluabant.Lex
ergo dei dicunt vię dñi inquantū in ea continentur manda
ta & ꝑcepta ꝑ q̄ tendimus,& q̄ vehunt nos ad deū.Dicunt
etiā volūtates dñi.Nā qa lex eſt conſtans & perpetua volū-
tas:ideo in lege exprimitur voluntas legiſlatoris:quę figu-
rabatur in cerimonialibus:vt dictum eſt. Quaſi dicat:ſicut
deus in primo teſta.fecit miſericordias & Iudicium hebręis
in ægypto iniuriam patientibus:eos liberādo:& ægyptios
flagellando:ita in nouo teſta.fecit miam chriſtianis:& iudi
cium de inimicis tyrannis eccliam pſequentib⁹ eos conterē
do & ſubijciēdo.Item ſicut tunc fecit notas vias ſuas Moyſi
in monte Sinai:& filijs Iſrael voluntates ſuas dando leges
veterem:& cerimonias:ita per Chriſtum fecit nobis notas
vias ſuas & voluntates dando legem euangelicam quę ex-
primit & notificat voluntatem patris.

Miſerator & miſericors dominus:longanimis
& multum miſericors.
Non in perpetuum iraſcetur:neq; in æternum
comminabitur.
Nō ſecūdū pctā noſtra fecit nobis:neq; ſecun-
dum iniquitates noſtras retribuit nobis.

❡ Quia ſuperius enumerauit beneficia dei:nunc demon-
ſtrat vnde emanauerūt iſta bñficia collata generi hūano:&
dicit ꝙ ex ſola mia:qa inquantum miſerator & miſericors
fecit nobis illa bñficia.Et primo narrat magnitudinē miæ
dei.Scdo dicit modū in quo mō miſeret.Dicit ergo ꝙ non
aliud mouet deū ad ſupradicta bñficia nobis exhibenda,ni
ſi ſola mia.Nā ipe eſt miſericors habitualiter & eſſentiali-
ter:& eſt miſerator actualiter:qa iugiter facit nobis miaſ ſu
am:& intantū eſt miſericors quia ē lōganimis in punitione:
qa per magna tempora expectat & ſuffert peccatorē vt cō
uertat:& viuat.ꝙ ꝓbat quo ad tēpus.Nā nō ipꝑetuū iraſce
tur:qa licet qñq; corripiat:tñ cito placat.Sed quia talis cor
reptio nō eſt niſi q̄dā cōminatio:ne pctōr æternaliter punia
tur,ſed corrigat ꝑ pœnitētiā:ideo talis comminatio nō eſt
æterna:ſed temporalis ergo nō inęternū cōminabit:qa ci-
to deſiſtit a minis correptiuis.Et iō qſi tēporaliter corrigit:
nō in ꝑpetuū damnat:ſed cōminat tēporaliter.ex quo pꝫ
magnitudo miæ ſuę.Et quia non ſolū oſtendit magnitudi
nē miſericordię ſuæ:qa nō punit ęternaliter:ſꝫ etiā quo ad
quantitatē:qa non punit cōdigne ſcdm grauitatē peccati:ſꝫ
citra condignū.Iō ſequitur.Nō ſcdm pctā noſtra fecit nobis
& puniuit nos pœna ifinita:ſicut peccauim⁹ cōtra ifinitū:
neq; ſecundū iniquitates noſtras retribuit nobis:qa non re-
tribuit pœnā ſcdꝫ q̄titateꝫ delicti:nec hic,nec i purgatorio.

Quoniā ſecūdū altitudinē cęli a terra:corrobo
rauit miam ſuam ſuper timentes ſe.

❡ Probat q̄ magna eſt mia dei ſup nos. Et dicit:ꝙ quanta
eſt lōgitudo cæli a terra.Nā ipſe deſcendit de cælo in terrā

& aſſumpſit carnẽ. ergo mia dei attingit a cęlo vſq; ad ter-
ram tantum corroborauit & prolongauit miſericordiã ſuã
ſuper timentes ſe. Item non ſolum diſtantia cæli a terra eſt
longa: ſed comparatio terrę ad cęlum eſt infinitum diſtãs.
Nam terra eſt ad modum pũcti reſpectu cæli: & eſt quaſi i-
ſenſibilis. Sed de⁹ qui eſt maior toto cælo ſine comparatio-
ne, aſſumpſit carnem & corpus de terra quæ eſt minor cæ-
lo ſine comparatione. ergo corroborauit miſericordiam ſuã
ſup nos ſcdm altitudinem cæli a terra. ideo plus fecit ſine
comparatione quando verbum cato factum eſt: quia finiti
ad infinitum nulla eſt proportio.

Quantum diſtat ortus ab occidente: longe fe-
cit a nobis iniquitates noſtras.

¶ Nota ꝙ altitudo cæli a terra diſtat p mediã diametrum
mundi a ſummitate cæli ſupra zenith capitis noſtri vſq; ad
centrum. Sed diſtantia ab oriente in occidentem dicit totã
diametrum a polo ad polũ ſecantẽ centrũ mũdi. Ideo dicit
duplicẽ ꝓportionẽ. & in tali proportione ſe habet remiſſio
peccati noſtri ad myſterium incarnationis. Nam per incar-
nationem nobilitauit & exaltauit naturam hũanã in ſũmã
dignitatẽ. Sed p myſteriũ paſſiõis remiſit pctm̃ & iuſtifica-
uit gen⁹ hũanũ. Sed iuſtificatio impij eſt maximũ inter opa
dei. ergo in duplũ oſtendit nobis miſericordiã ſuã liberãdo
nos a peccato p paſſionẽ: quã exaltando natutam p incar-
nationẽ. ¶ Sed q̃ritur quare eſt mai⁹ op⁹ remiſſio peçati:
q̃ incarnatio & creatio. Reſpondetur ꝙ in opere creatiõis
vel incarnationis. Deus nil poſuit de ſuo nec aliquis mot⁹
factus eſt in deo. ſed in remiſſione peccati dedit ſuũ ſangui
nem: qa non fit remiſſio pcti, quin exponatur de ſanguine
Chriſti: quia ipſe ſoluit de proprio pro peccato impij. etiã
vltra reſiſtentiam quã reperit ſoluit aliquid de proprio. Et
iõ dicit ꝓpheta. Quantũ diſtat ortus ab occidẽte: lõge fecit
a nobis iniquitates nr̃as. q. d. ꝙ eſt dupla diſtãtia in quanti-
tate. Aliter exponunt alij. Nã Chriſtus duo nobis remiſit. ſ.
culpã & poenã. Et p minorẽ diſtãtiã intelligũt remiſſionem
poene: & p maiorẽ, remiſſionẽ culpę: eo ꝙ culpa eſt infini-
ta ſ qa cõtra obiectũ infinitũ. Sed totũ eſt bene dictum. quia
vtrobiq; oſtenditur magnitudo miſericordię dei.

Quomodo miſeretur pater filiorum: miſertus
eſt dominus timentibus ſe: quoniã ipſe cogno
uit figmentum noſtrum.

Recordatus eſt quoniam puluis ſumus: homo
ſicut fœnum: dies eius tanq̃ flos agri ſic efflore
bit.

Quoniã ſpũs pertranſibit in illo & non ſubſi-
ſtet: & non cognoſcet amplius locum ſuum.

¶ Quia ſuperi⁹ dixit miſericordiã dei infinitã reſpectu tẽ-
poris: & reſpectu quantitatis culpę: hoc idẽ probat hic exẽ-
plo ſiue ratiõe. Primo quo ad quantitatẽ in ſe. Scdo quo ad
lõgitudinẽ tẽporis. Primo ergo ponit quõ cognoſcitur miſe
ricordiam dei eſſe infinitã ratione modi redimendi dicens:
A Quomodo miſeretur. ¶ Ad cuius intellectum eſt notandũ,
ꝙ aliter miſeret extraneus homo. aliter amicus. aliter con-
ſanguineus. aliter pater. Nã extraneus q̃nq; miſeret ore: dũ
quis eſt in miſeria. & q̃nq; ore & corde tanq̃ proximus. Sʒ
amicus miſeretur non ſolum corde & ore, ſed etiam auxilio
bonorum tẽporalium. Conſanguineus iuuat quandoq; cum
perſona. Sed pater miſeretur corde, & ore, & opere, & aſſu-
mit negociũ filij vt ꝓpropriũ: & ſemp: & cum proprio ſan-
guine redemit filiũ: vt liberet a malo. Ita ergo de⁹ nõ ſolũ
corde & ope: ſed in pſona aſſũpſit negociũ noſtrũ vt ꝓpriũ:
& deſcẽdit de cælo factus homo: in qua humanitate voluit
pro nobis pati: & dare ſuũ ſanguinẽ vt nos a morte ꝑpetua
liberaret. ergo miſertus eſt nobis non ſicut amicus & frater:
ſed ſicut pater. Nam frater quandoq; deficit. Ideo ait Da-
uid. quõ miſeret pater filioꝝ: ita miſertus eſt dñs timenti-
bus fidelibus: & per conſequens miſertus eſt nobis. qm̃ pro
quia, aut pro vt, cognouit figmentum noſtrũ p experientiã
. i. voluit aſſumere carnẽ noſtrã vt cognoſceret & experiret i
ſe fragilitatẽ noſtrã & pœnas noſtras. Vnde ly qm̃ non ſtat
cauſaliter ſed conſecutiue. & poteſt etiam ſtare cauſaliter, p
quia. i. quia cognouit & cognoſcere voluit & experiri figmẽ
tũ noſtrũ & fragilitatẽ noſtrã p carnis aſſumpſionẽ: ideo mi
ſertus eſt nobis ſicut miſeret pater filiorum. Et tũc cum fuit
factus homo cognoſcẽs figmentum noſtrum per experien-
tiã: recordatus eſt qm̃ puluis ſum⁹ & fragiles: & cognouit ꝙ
hõ ſic efflorebit & florebit tanq̃ flos agri: q de mane proſpe
ratur: & in ſero marceſcit. ita vires hois cõſiſtũt in quadã ap
parentia: cũ ſit fragiliſſim⁹ & ꝓnus ad peccandũ: & ſit in-
firmus & mortalis: & ſemp in cõtinuo fluxu. qm̃ ſpiritus vita
lis & naturalis & aialis eius pertranſibit in illo: qa continue
generant & corrũpunt & fluũt huiuſmodi ſpũs: & nũq̃ hæc
natura ſubſiſtit continue in eiſdem: nec cognoſcet amplius
locũ ſuũ eũdẽ. Et etiã põt exponi: & meli⁹ de ſpũ rationali:
qm̃ aia nõ ſemp ſubſiſtet in illo: ſed recedet p mortẽ: & am-
pli⁹ nõ cognoſcet locũ ſuũ. i. illud corpus mortale. & ſi recu-
perauerit illd p reſurrectionẽ, hoc nõ fiet naturaliter: ſʒ vir-
tute dei in nouiſſimo die. Hæc eadẽ ſententia habetur pſal.
lxxxix. p totũ, de hũana fragilitate: & infirmitate: & fluxibi
litate: & vitę breuitate: & varietate: vt ibi largius dictũ eſt.

Miſericordia autem domini ab ęterno & vſq;
in æternum: ſuper timentes eum.

Et iuſtitia illius in filios filiorum: his qui ſeruãt
teſtamentum eius.

Et memores ſunt mandatorum ipſius: ad faciẽ
dum ea.

¶ Nõ erit ſic de mia dei: ſicut de fragilitate hois. Nã licet
homo ſit fragilis: & mortalis: & variabilis: & tpalis: tñ mia
dei eſt immortalis: & fortis: & firma. Nã quacunq; hora in-
gemuerit pctõr ſp eſt de⁹ parat⁹ parcere: & hoc non ſolum
nunc: ſʒ ab iitio. Ita ſtatuit & oſtẽdit in patrib⁹ antiquis. Et
erit iuſtitia illius. ſ. retributio p̃mij ꝓmiſſi, in filios filiorum
. i. oẽs ſucceſſores apl̃oꝝ: & imitatores. ſ. in his qui ſeruãt te
ſtamentũ eius: & ſunt memores mãdatorum ei⁹ ad facien
dũ: & ad ſeruandũ ea. Ex quo pʒ ꝙ mia dei non ſolum eſt
infinita in virtute intenſiue & extenſiue: ſed etiam eſt infi
nita in duratiõe & ſucceſſiõe. Et bene dicit ad faciendũ ea.
Nã multi ſunt memores mãdatorũ dei de lege dei loquen-
do, & diſputando, & volunt ſcire legẽ dei & mãdata: ſed nõ
ad faciendũ ea: ſed vt ſcire videãtur. Ex quo pʒ ꝙ mia dei
& retributio: & iuſtitia p̃mij ꝓmiſſi: nõ erit niſi i his q obſer-
uant mãdata: & legẽ euãgelicã. ¶ Ad maiorem intelligen B
tiã huius eſt notandum ſicut dictum eſt pſal. xxxiiij. ꝙ caro
Chriſti quã infirmã ꝓ nobis aſſũpmſit, fuit ſibi tanq̃ ciliciũ
pœnitentiale. Nã quia cilicium eſt contextũ ex pilis & ſetis
aialiũ, ideo eſt punitiuũ: & per conſequẽs affligit carnẽ: ex
qua afflictione pœnitens recordat ſuoꝝ peccatoꝝ. & ſic cõ
tinue memor peccatoꝝ pœnitet: & dolet pctã cõmiſiſſe: &
ſic meret veniã. Et rurſus ſic recordat⁹ ſuoꝝ pctõꝝ cõfũdit
detrahere ꝓxio. immo cognoſcit proximũ peccare ex fragi
litate: & ſic cõpatit ipſi & miſeret ei: & citius remittit ei in-
iuriam. Et ſic patet qualiter ciliciũ pungitiuum reducit i me
moriam peccata p̃terita: & in dolorem & pœnitentiã pec
catorũ: & ad cõpatiendũ ꝓxio & miſerendũ ei. Hęc fuit er-
go cauſa quare filius dei voluit induere carnẽ noſtrã infir-
mam tanq̃ cilicium pœnitẽtiale: vt ĩ ea ageret ꝓ nobis pœ
nitẽtiã. Nã aſſũpſit illã carnẽ cum ſpinis pœnalitatũ. ſ. cũ fa
me & ſiti & dolore: & nuditate: & mortalitate &c. pręter cõ

E. ij.

cupiſcentiā & pcām̄:vt eſſent inſtrumenta ad merendum ꝓ nobis & patiendū.q̄ quidē pœnalitates erant q̄dā ſpinę q̄ cōtinue pūgebāt aīas Chriſti,memorādo ipi pcām̄ ipi⁹ Adā, & oim noſtrū:ex qua cōpūctione & memoria cōtinue dolebat & affligebatur:& patiebatur:& ꝑconſequens merebat̃. Et ideo ab inſtanti incarnationis vſq; ad emiſſionē ſpūs:& etiam vſq; ad reſurrectionem,fuit ſemp dictus vnus act⁹ cōtinuus nr̄ę redemptionis non interpolatus.vt dictū eſt pſal. xxix. Itē rurſus iſta continua compunctio:& afflictio inflicta Chriſto ab iſto cilicio carnis ſpinoſo,inducebat Chriſtuȝ experimentaliter ad cōpatiendū nr̄æ fragilitati:& per conſequēs ad miſerendū nobis & remittendū pcā̄ noſtra. Et ſic pt̄ȝ ꝙ ga experimētaliter cognouit figmētū & fragilitatē noſtrā:iō Chriſt⁹ fuit mot⁹ ad miaȝ erga nos. Duplici ergo ex cā Chriſt⁹ miſertus eſt nobis.vno mō tanq̄ pater:qa creauerat nos.alio modo tanq̄ frater:eo ꝙ cepit carnē noſtrā:& expertus fragilitatē noſtram,cognouit figmentum noſtrum. Et hoc eſt qđ intendit dicere Dauid in hac parte cum ait. Quomodo miſeretur pater filiorum.

Domius in cælo parauit ſedē ſuam:& regnum ipſius omnibus dominabitur.

Benedicite dmino omnes angeli eius:potentes virtute:facientes verbum illius ad audiendam vocem ſermonum eius.

¶ In hac ſcđa pte demōſtrat ꝓpheta ꝙ nō ſolū hoīes obligant̃ ad benedicendū Chriſtuȝ ꝓpter bn̄ficia recepta:ſed etiā angeli.ideo inuitat naturā angelicā ad benedicenduȝ: & laudandū Chriſtū. Et licet nō exprimat niſi vnam cām̄.ſ. quia in cælo parauit ſedē ſuā tanq̄ dn̄s:tamen ſubintelligūt̃ duæ cauſę præcedentes. ¶ Ad cuius intellectū eſt aduertē-
C dū:ꝙ quadruplici cauſa nō ſolum homines:ſed etiam angeli obligant̃ Chriſtū laudare & benedicere. Primo tanq̄ eorum redēptorē:qa eos redemit. Secundo tanq̄ eorū caputi qa ſimul Chriſt⁹ eſt caput hoim & angeloꝝ. Tertio tanq̄ reparatorē angelicę ruinę:qa ꝑ hoīes quos redemit,angelorū ruinā repleuit & reparauit. Quarto tanq̄ dn̄m & iudiceȝ hoim & angeloꝝ:qa dn̄s Chriſtus parauit ſedē ſuā in cælo. Quomodo autem Chriſtus ſit & eſt redemptor & caput & reparator:& dn̄s angelorum:cui ſedes imperialis fuit ab origine mundi præparata:partim dictum eſt pſalmo.lxxxj.ſȝ clarius dicetur in fine huius pſalmi. Ex quib⁹ pt̄ȝ,ꝙ licet ſos prædicta quadruplici cauſa & ratione angeli obligentur benedicere & laudare Chriſtū etiam inquantuȝ eſt homo·tn̄ Dauid non tangit niſi quartam cauſā hoc in pſal.ſ.inquantum Chriſt⁹ eſt dn̄s:& parauit ſedē ſuam imperialē ſup oēs angelos.quæ quidē ſedes licet fuerit p̄parata ꝓ Chriſto ab origine mundi,vt videbit̃:tn̄ hoc poſſedit ea manifeſte vſq; ad diem aſcēſionis. Ideo ait Dauid,qa dn̄s in cęlo p̄parauit ſedē ſuā:& regnū ipſius omnibus angelis & hoibus dn̄abit̃: ideo benedicite dn̄o oēs angeli eius potentes virtute.i. qui accipitis potentiā & virtutē ab eo vt faciatis verbum eius: & ad faciendum verbum eius & ad audiendā vocem ſermonū ei⁹.i.ad exequendū ei⁹ iperiū & p̄ceptū. Quaſi dicat:bn̄dicite Chriſto qa eſt dn̄s:& vos miniſtri eius:& executores voluntatis eius.

Benedicite domino omnes virtutes eius:miniſtri eius qui facitis voluntatem eius.

D ¶ Ad euidentiā hui⁹ verſus:& præteriti eſt notanduȝ ſcđm Ariſtotelē.xvj.de aialib⁹,ꝙ opus naturę eſt opus intelligētię. Vn̄ videt̃ dicere Aug.ſup Gen̄.ꝙ oēs ratiōes ſeminales quas actiue imp̄ſſit deus in angelis,& cælis:impreſſit paſſiue in elementis.& ē iſte ordo. Nam deus primo ab æterno habet in mente & eſſentia ſua rationes & formas oim rerū creatarū:quę vocantur ratiōes & ſpecies ęternę.quas Plato Ideas appellauit:vt ait Augu.libro octogintatrium.q.ad q̄ruȝ ſimilitudinē ex tēpore creaturas ꝓduxit i ſpecies ſuaa ſeruando iſtū ordinē. Nam in mentibus angelorum qui ſūt nobiliores creaturę,imp̄ſſit ſimilitudines oim inferiorum. quas quidē doctores appellant ſpecies cōcreatas:q̄ nō ſoluȝ faciūt ad cognoſcendū ſed etiā ad agendū:& ſunt quaſi artes in mentibus intelligentiaruȝ.& iſtę eędē poſſunt eſſe rationes ſeminales & potentię actiuæ ad operādū i hæc inferiora:& ſic mouent cęlū propter deū amatū & deſideratū, ad gn̄ationē iſtoꝝ inferiorū. Ex hoc innuit Aug.ꝙ oportet poni i elemētis & elemētatis q̄ſdā ratiōes ſemiales paſſiuas correſpōdentes rationibus ſeminalib⁹ actiuis ipreſſis in angelis:& corporibus cæleſtibus.quæ ſcđm Ariſto.ſunt q̄dam potentiæ paſſiue in materia:de qbus agentia naturalia virtute intelligētiarū educūt formas de potentia in actū.& dicit Aug.ꝙ iſtę intelligētię ſeparatę.i.angeli & dæmōes habēt tā grāde dn̄iuȝ ſup elemēta ꝓpter rationes ſemiales,ꝙ poſſunt operari abſq; agente particulari in elemēta addendo & applicando actiua paſſiuis. Ita ꝙ quę faciunt lōgo tēpore mediātibus agētib⁹ particularibus,faciāt per ſe in breui. Et ita dicit ꝙ magi Pharaonis virtute dæmonū fecerunt ranas & cætera tēpore Moyſi. Et iſto modo deus fecit miracula & facit ſibi tpe oportuno per angelos. Et iſto modo oēs angeli dicuntur virtutes dei:qa in eis deus a principio imp̄ſſit huiuſmodi virtutes:q̄ vocant̃ quaſi naturales:& cōtinue deus pręcipit & dat virtutē angelis ad faciendū miracula noua ſcđm ſuā volōtatē. Sed inter angelos eſt quidam ordo q̄ ſpecialiter dicitur ordo virtutū:eo ꝙ mouent cælū & elemēta:& ꝓhibēt dæmones ne lædant mundū ex potentia naturali quā habent ſup elemēta:ne inducant tēpeſtates &c. Sed gn̄ali noīe oēs poſſunt dici virtutes propter ratiōes p̄dictas:qa deus tradit poteſtatē & virtutē qn̄ vult vt faciāt miracula ſicut ipſi placet:& ſic oēs ſunt executores diuinę volūtatis:& dicunt̃ potētes virtute & facientes verbū ei⁹:& parati ad audiendā vocē ſermonū ei⁹ obediēdo. Sed quia iſtimet angeli q̄ fuerūt potentes virtute ad audiendā vocē dei & exequendū p̄ceptū in veteri teſtamento,puta ad diuidēdum mare rubrū:& inferendas plagas ægyptijs:poſtea fuerunt miniſtri Chriſti ad mitigandū vndas maris:& faciendū cętera miracula:& ſont quotidie miniſtri Chriſti in miniſterium miſſi:ex quo patet ꝙ ſunt ſub ditione Chriſti. Iō dicit Dauid:Bn̄dicite dn̄o oēs virtutes ei⁹:quia eſtis miſtri eius: & qui facitis volōtates ei⁹ implentes & exequētes eius p̄cepta & imperiū. Sed eſt alia potētia obediētialis in materia q̄ reſpicit ſolū deū.de qua oon eſt ad p̄ſens ſpeculatio.

Benedicite dn̄o oīa opera eius:in omni loco dominationis eius benedic aīa mea domino.

¶ Quia in prima parte inuitauit ſeip̄ȝ in perſona totius generis hūani ad laudandū Chriſtū ꝓpter bn̄ficiū redēptiōis &c.& inuitauit in ſecunda parte angelos:eo ꝙ Chriſtus eſt adept⁹ dn̄ium & ſedē in cælo:ex quo patet ꝙ Chriſtus habet vniuerſale dn̄iū in cælo & in terra:ſed oīa elementa & elemētata ſūt ꝓpter hoīem:ergo ſeq̄t̃ ꝙ oīa opa creata ſūt Chriſto ſubiecta & obligata:& ſup oīa habet dn̄ium:quia inquantum deus eſt in omnibus ꝑ ſubſtātiā virtutē & opationē:& inquātū hō,omnia ſunt ſubiecta ſub pedibus ſuis. ergo omnia obligant̃ laudare Chriſtū vbiq;. Cōcludit ergo. Bn̄dicite dn̄o oīa opera eius tā creata q̄ recreata in oī loco dn̄ationis eius:qa nullus loc⁹ excludit̃ a ſua ditiōe & dn̄io. Et cōuerſus ad ſeip̄ȝ dicit. Benedic aīa mea dn̄o:qa nō ſolū me redemit:ſed oīa creauit:& angelos redemit ante caſum & hoīem poſt caſū:eo modo quo dictum eſt. Nam oīa elemēta & plātas & mineralia creauit ꝓpter hoīeȝ:& etiā cælos & mot⁹ eoꝝ propter nos diſpoſuit.ergo tenemur ſpecialiter deū laudare &c. ¶ Ex toto iſto pſalmo poſſum⁹ recolli E

gere quatuor cõcluſiones. ¶ Quarũ Prima eſt: ꝙ nos obligamur bñdicere & laudare Ieſum Chriſtũ dñm non ſolum ore, ſed etiam corde & opere. ſ. ex toto corde & mẽte & aia & ex oibus virib⁹: ꝓpterea ꝙ non ſolum quo ad totã aiam: ſed quo ad totum corpus nos redemit & ſanauit. Nam primo propitiatus eſt iniquitatib⁹ noſtris oia peccata remittẽdo. Scđo ſanauit oẽs infirmitates nr̃as non ſolũ ſpũales: ſed etiam corporales. Tertio quia redemit nos a morte corporali & ſpũali. Quarto quia reddidit nobis corpus glorioſum & impaſſibile. Quinto quia repleuit nos bonis cæleſtibus. Et ſic recuperauit nobis omnia quæ perdidimus in Adam.

F ¶ Scđa cõcluſio, ꝙ deus non punіuit ſecundũ iuſtitiam ſiue per iuſtitiam: ſed ſaluauit nos p miam: quia non ſecundum peccata noſtra fecit nobis. ¶ Tertia ꝯcluſio, ꝙ deus magis eſt pronus ad miam q̃ ad iuſtitiam erga nos: quia nõ punіuit nos vt ſeruos rebelles ſꝫ miſertus ẽ nobis tãq̃ filijs. ¶ Quarta concluſio, ꝙ non ſolum hoies ſed etiã ãgeli obligant̃ laudare & benedicere Chriſtum tanq̃ dominum & redemptorẽ & caput & reparatorem &c. ¶ Sed contra omnia prædicta arguitur. Et primo arguũt Iudęi contra primam concluſionem dicentes: ꝙ iſte de quo loquitur iſte pſal. non eſt Ieſus Chriſtus quem nos recepimus in Meſſiam & redemptorẽ. Nam ipſe non ſanauit omnes infirmitates noſtras per mortem & reſurrectionem: quia adhuc manemus ſubiecti morti & omnibus morbis & laboribus & infirmitatibus corporalibus. ergo non perfecte nos redemit nec abſtulit omnem lachrymam ab oculis noſtris prout dicitur in Eſaia. Secundo arguitur contra ſecũdam concluſionem. Nam ſi de⁹ nõ puniret nos ſecũdum peccata noſtra, ſequeretur ꝙ non eẽt iuſtus iudex tribuens vnicuiqꝫ ſecundum opera ſua. Tertio arguitur contra tertiam concluſionem. Nã ſi deus eſſet magis ꝓnus ad miſericordiam q̃ ad iuſtitiã: ſequeretur ꝙ in eo eſſet maior miſericordia q̃ iuſtitia: quod videtur falſum: qa iſta duo ſunt vnum ſubſtantialiter & eſſentialiter in deo. ergo vna non eſt maior altera. Quarto arguitur contra quartam concluſionem: & videtur ꝙ Chriſtus non ſit dominus angelorum: quia minor non poteſt eſſe dominus maioris. ſed Chriſt⁹ eſt minor angelis: cum ſit homo. igitur. Item nec Chriſtus poteſt eſſe caput angelorum: quia corpus non poteſt influere gratiam & gloriã rebus ſpiritualibus. Itẽ Chriſtus non poteſt eſſe redemptor angelorum: quia angeli remanentes nunq̃ peccauerunt: & per conſeqꝫens non indiguerunt redemptore nec reparatore. In oppoſitum eſt propheta Dauid in hoc pſalmo. ¶ Reſpõdeo. Hic ſunt quatuor videnda. Primo an Chriſt⁹ dicatur perfectus redemptor: dato ꝙ maneamus mortales & paſſibiles. Secundo eſt vidẽdum quare deus eſt magis pronus ad miſerendum q̃ ad puniendum. Tertio eſt videndum an propter hoc deus ſit minus iuſtus iudex: & lędat ſuam iuſtitiam: & ſit maior ſua miſericordia q̃ iuſtitia. Quarto videbitur quomodo Chriſt⁹ eſt dominus & redemptor & caput & reparator angelorum.

¶ Qantum ergo ad primum eſt dicendum ſecundum apoſtolum ad Roma. vj. ꝙ per baptiſmum omnes ſumus mortui & conſepulti cum Chriſto: & ſic omnes conſurreximꝰ cũ Chriſto: poſtq̃ oẽs ſumus baptizati in eo. qa ſicut reſurrexit: ita oẽs reſurgemus. primę ad Corinth. xv. Ex quibus vult innuere apoſtolus, ꝙ Chriſtus in ſua reſurrectione accepit poteſtatem reſuſcitandi omnes ſuos fideles & membra ſua per baptiſmum ſibi incorporata. Et per conſequens intendit dicere ꝙ oẽs baptizati, de pñti liberantur a peccato in anima: & adipiſcuntur meritum & facultatem vt mereantur reſurgere in corpus glorioſum in generali reſurrectiõe. Et ſic adipiſcunt̃ reſurrectionem glorioſam in habitu, licet non in actu. Et hoc confirmat beatus Augu. in quodam ſermone de martyrib⁹: qui etiã attribuit̃ beato Ambroſio. vbi dicit: ꝙ licet omnes martyres & iuſti nondũ ſurrexerunt in actu: tamen iam ſurrexerunt in merito: quia iam ſunt certi de ſua reſurrectione: quia ſicut fuerũt ſocij paſſiõis Chriſti: ita erũt ſocij reſurrectionis. Ex quibus ſequit̃ ꝙ iam perfecte redemit nos nõ ſolũ quo ad animã: ſed etiã quo ad corp⁹: & oẽs infirmitates & miſerias. Sed cauſam quare Chriſtus noluit vt ilico poſt baptiſmum ſicut abſoluimus a peccato abſoluamur a pœnis corporalibus: aſſignat Augu. lib. de baptiſmo paruulorũ. & xij. de ciuitate dei. cap. iiij. vbi ait. ꝙ Chriſtus voluit vt ablato peccati nexu, mortis & cæterarum infirmitatum experimentum nobis relinqueretur. Et hoc ꝓpter multiplex bonum noſtrum. Primo quia ſi tales corporeę infirmitates nobis non fuiſſent relictę, tunc nulla poſſet eſſe pugna: & ſi nulla eẽt pugna: tũc nulla eẽt victoria martyrum, nec virginum, nec continentium, nec iuſtorum: & ꝑ conſeqꝫens nulla eſſet eorum corona. Item nulla eſſet ſpes reſurrectionis: & per conſequens nullum meritum. Item ſi ilico per baptiſmum tollerentur huiuſmodi paſſiones: & cõferretur immortalitas baptizatis: tunc multo plures recurrerent ad baptiſmum vt abſoluerentur ab huiuſmodi paſſionib⁹: q̃ vt conſequerentur futuram beatitudinem. & ſic nullum operarentur bonũ propter deum. Et ideo iſtę infirmitates & paſſiones nobis relictę ſunt bonis bonę ad meritum: & malis malę ad ſupplicium. Itẽ hoc factum eſt propter vniuerſale bonum eccleſię triumphantis: & reparatiõis angelicę ruinę. Nã ſi talis pugna tolleretur in corpore noſtro per baptiſmum: tunc homines non poſſent coęquari angelis q ruerunt, in meritis: nec per conſequens poſſent adipiſci per meritum & laborem ſedes quas illi amiſerunt per ſuperbiã. Et ſic angelica ruina manſiſſet irreparata. Quatuor ergo operatur baptiſmus in nobis. Nam primo abluit animam a peccato. Secundo confert meritum vitę æternę de præſenti. Tertio tollit debitum cõcupiſcẽtię. nõ vt non inſit: ſed vt nõ imputet̃. Quarto confert aptitudinẽ & meritum reſurgẽdi ad vitam glorioſam corporis in nouiſſimo die. Ex ſupradictis pꝫ rñſio ad miſeros Iudæos, q ſolũ carnaliter ſapiũt.

¶ Quantum ad ſecundum eſt dicẽdum ꝙ manente iuſtitia æquali cum miſericordia & abſqꝫ leſione iuſtitiæ deus eſt magis pronus ad miſerendum pœnitentibus q̃ ad ęternaliter puniendum. & hoc multiplici ratione. Et primo ratione animę rõnalis quã ad ſuã imaginẽ creauit. & ideo in tantũ diligit hoiem: ꝙ non permittit nec placet ſibi vt aia maneat peccato deturpata nec ſubiecta. Scđo rõne abominationis peccati: quia de⁹ intantum odit & abominat̃ peccatũ, ꝙ ſemp eſt paratus deſtruere & delere ipſum per gratiam & pœnitentiam. Tertio ratione humanę fragilitatis cui ſẽp deus compatitur. Quarto ratione ſuæ magnanimitatis: quia magnanimus non exiſtimat, immo vilipendit iniurias ſibi factã. Ideo cito ignoſcit cum videt humilitatem & pœnitudinem in pœnitente: vt patet. iiij. Ethico. Quinto ratione ſummę liberalitatis: quia liberalis & magnificus ſemper eſt pronus ſoluere pro paupere indigenti. Et ſic Chriſtus ſẽper eſt paratus pro nobis ſoluere debitum. Sexto ratione paternitatis inquantum deus eſt pater noſter: ideo ſemper eſt pronus ad parcendum filijs ſuis. Septimo ratione fraternita[illegible] quia filius dei factus eſt frater noſter carnem aſſumẽdo. Octauo ratione experimentalis pietatis. Nam deus voluit experiri fragilitatẽ noſtrę carnis, vt diſceret cęteris miſereri. ideo recordatus eſt qm̃ puluis ſumus: quia cognouit figmentũ & fragilitatẽ noſtrã per experientiã. Nono deus eſt magis pronus ad parcendũ q̃ ad puniendũ ratione promiſſionis: quia per totam legẽ & ꝓphetas deus ꝓmiſit veniam & remiſſionem pœnitentibus. Et ſic deus in parcẽdo iuſtificat & ratificat iuſtitiam. Item ſi deus nõ parceret peccatori pœnitenti, ſequeretur ꝙ magis diligeret peccatũ q̃ hominem: cũ delendo peccatum poſſit hoiem liberare. Iõ in hoc oſtendit deus ꝙ magis diligit hoiem q̃ peccatum: qa vt hominẽ liberet extinguit & deſtruit peccatum in eo: vt ſaluet naturã: & hoc pertinet ad iuſtitiã vt deſtruat malũ &

ſaluet bonum. Et ideo ponitur pro concluſione, ꝙ deus in parcendo & miſerendo peccatoribus poenitētibus exercet opera omniū virtutū:& ꝑ conſequens opera iuſtitiae:cum iuſtitia ſit omnis virtus.v.Ethico. Quod ꝑ ſingula probaẗ. Nam primo exercet opera boni viri.nam in parcendo & miſerendo diligit & conſeruat bonum naturę:& odit & deſtruit malū culpae,& peccatum qđ corrūpebat naturā.Itē exercet opera magnanimi,non eſtimando iniuriā:& compatiendo hūanę fragilitati.Itē exercet opa liberalis qa de proprio ſanguine ſoluit pro debito pctōris. Itē exercet opa boni patris & paſtoris:qa nō pmittit filiū nec ouē ſuā perire.Itē exercet opa iuſti viri:qa non violat immo cōplet promiſſū qđ promiſit.Eze.xviij.& per alios prophetas.ſ. Qua hora conuerſus fuerit peccator a via ſua mala oim iniquitatum quas fecerit non recordabor.Item exercet opera iuſti iudicis:quia nec relinquit crimen nec malū impunitum. Nam peccatum licet inſufficienter puniatur in peccatore: tamen ſufficiēter punitur in Chriſto:vt patebit in ſeq̄nti articulo.Et ſic patet reſponſio ad argumētum. Nam licet de⁹ ſit magis pronus ad parcendū & miſerendū peccatoribus: tñ ſemp manet iuſtus:qa qđ non punit in peccatore puniuit in Chriſto.vt infra patebit.Et ſic licet mia videatur maior q̄ iuſtitia effectiua reſpectu noſtri: tñ eſſētialiter in deo vna nō eſt maior altera:cum ſint idem. ℭ Quantū ad tertiū eſt aduertendom ſicut dictum fuit pſalmo ſexto,ꝙ duplici iudicio pōt de⁹ iudicare pctōrē.Vno mō iudicio obſtatiōis & finalis ipoenitentiae.Alio mō iudicio poenitētiali.Primō iudicat de⁹ pctōrē iudicio irę & furoris ſcđm ſuā obſtinationē deſtinando peccatorem ad poenā aeternam .Secūdo modo iudicat iudicio miae remittendo culpā:& mutando poenam aeternā in poenā tēporalē.& in hoc deus oſtendit ſuam iuſtitiam:quia iudicat ſecundum menſuram & qualitatem peccati.Nā qoia obſtinatus peccat in termino:& ꝑ conſequens aeternaliter proponit peccare : ideo iuſte iudicatur ad poenā aeternā ſuę obſtinationi correſpōdentē:& qa non eſt ſibi remiſſa culpa in hoc ſęculo:ideo nunq̄ remittitur nec dimittitur ſibi poena in alio.Sed quia poenitens ꝑ poenitentiam peccatū dimiſit in via anteq̄ ꝑueniret ad terminū quia reduct⁹ eſt a mala via in viā ſalutis a qua receſſerat:ideo peccatum ſuū factū eſt finitō & tēporale reſpectu ſui.& iō quia remittitur culpa in hoc ſaeculo:pariter remittiẗ poena i alio. Et ſic patet qualiter deus tribuit vnicuiq; ſecunduꝫ opera ſua tanq̄ ioſtus iudex.Nam poenitenti tribuit miſericorditer veniā ſcđꝫ ſuā poenitentiā i hac vita & in hoc ſaeculo:& per conſequēs remittit poenam in alio:& obſtinato tribuit poenā ſecundum ſuam obſtinationem .Nam ſicut peccator per contritionē & poenitentiam dimiſit pctm̄ & deleuit culpam in hac vita ante terminum mortis:ita deus dimiſit ſibi poenam aeternam. Et ſicut obſtinatus in via noluit dimittere peccatum:ita deus nunq̄ ſibi dimittet poenaꝫ in altero ſęculo.Nā ſicut ſola poena tēporalis correſpondet poenitentię in hac vita,vel in purgatorio ſecundū iudicium mię:ita poena ęterna correſpondet obſtiationi & impoenitentię in inferno ſecundū iudiciū irę dei.Et ſic de⁹ ſemper manet iuſtus iudex.Sed adhuc manet & reſtat dubiom:quia omne peccatum eſt infinitum ratione obiecti:inquantuꝫ peccator peccauit contra deū infinitum.ergo cuiq; peccato iuſte debetur poena infinita:& per conſequens nullo ꝓtio poteſt ſatiſfieri offenſę factę contra deū:nec iuſte poteſt peccatori poena remitti:cū ois poenitentia & oia bona opera peccatoris ſint finita. Ad hoc reſpondetur ſicut dictum eſt pſal. lxxxiiij.ꝙ quia nullum ꝓtium finitū pōt ſatiſfacere pro peccato cōmiſſo cōtra deū:iō fuit neceſſaria paſſio Xp̄i ad iuſte ſatiſfaciendum pro omni peccato.quę quideꝫ paſſio fuit ꝓtij infiniti ratione puritatis & innocentiae Chriſti:& ꝓcipue ratione gratiae vnionis.vt dictum fuit pſal.xvij.&.lxxxiiij. ideo Chriſtus potuit pro omnib⁹ ſatiſfacere:& in eo ſufficiē teroīa nr̄a peccata fuerunt punita virtualiter & habitualiter:quia deus pater poſuit in eo iniquitates oim noſtrū:& ꝓpter pctm̄ populi ſui percuſſit eū:cuius liuore ſanati ſumus. Eſaię.liij.Et deus pater fecit ipſum peccatū.i.ſacrificium ꝓ peccato.ij.ad Corinth.v.Et ſic omnia peccata noſtra fuerūt virtualiter in Chriſto punita & in eius paſſione:qoam paſſionem nos participamus per baptiſmū & poenitentiam & cętera ſacramenta.Et ideo nulla poenitentia poſſet ſatiſfacere pro peccato alicuius niſi participaret paſſionē Chriſti: quia illa fuit poenitentia generalis pro omnibus peccatoribus poenitētib⁹ & baptizatis:a qua ſumūt virtuteꝫ oia ſacramenta quā quidē poenitētiā pticipam⁹ ꝑ eccſiaſtica ſacramēta.Et iō noſtra poenitētia pticolaris nō ſatiſfacit in virtute ꝓpria:ſed in virtute paſſionis Chriſti quā participat:inquantū filius offert patri ſuā paſſionē ꝓ baptizato ſiue poenitente.Et ſic eſt dicendū ꝙ peccatū peccatoris punitur in peccatore ꝑ illā modicā contritionem & poenitentiā:& per poenā tēporalem in purgatorio:ſed plene punitur in Chriſto:cuius paſſionem ponitens participat ꝑ particularē poenitentiam:& ſic particularis poenitentia roborata & adiuta virtute paſſionis Chriſti redditur ſufficiens ad ſoloenduꝫ & ſatiſfaciendum pro debito infinito.Et ſic nullum peccatum manet impunitū:nec debitō inſolutū:quia omne peccatū partiꝫ punitur in peccatore:& plene puniẗ in Chriſto: cui⁹ paſſionem pater acceptat in pretiū ſufficiens ꝓ debito peccatoris.Et ſic de⁹ ſemp manet iuſtus & ſimul miſericors in ſuo iudicio : manente iuſtitia inuiolata & integra ſimul cum mia.Et hoc eſt quod intendit dicere Daoid cum ait. Non ſecūdū peccata noſtra fecit nobis:neq; ſcđm iniquitates noſtras retribuit nobis &c.Sed vt oſtendat ꝙ deus tanq̄ pater & frater expertus noſtram fragileꝫ carnem eſt magis pronus ad parcendum q̄ ad puniendū,ſubdit.Sicut miſereẗ pater filiorum:miſertus eſt deus timentibus ſe:qm̄ ipſe cognouit figmentum noſtrū &c.Et ſic pꝫ rn̄ſio ad argumenta ſecundi & tertij dubij.

❡Ad ſecundũ dubiũ dicit,ꝙ propter calorem intenſum radiorum ſolariuꝫ continue fiunt reſolutiones in mari:ex quibus reſolutionibus aqua vt plurimũ conuertitur in aerẽ & reſoluitur,& ſic mare nunq̃ augetur.Sed in veritate ſi plenius volumus conſiderare:licet iſtę rationes partim contineant aliqualem veritatem:tamen non ſufficiunt:nec euacuant ſupradicta dubia.nam manifeſtũ eſt:ꝙ ex deceꝫ pugillis aeris vix generatur vnus pugillus aquæ.Et ſic aer incluſus in terra vel vapores eleuati in concauitatibus montium bene ſufficerent,& ſufficiunt ad generanduꝫ aliquos fonticulos emanantes in verticibus montiũ.ſed nullo modo poſſent ſufficere ad generandum tantam copiam aquarum continue:ſicut videmus ꝙ Araxes in principio iam emanat maximus & copioſus exit a monte Armeniæ. & ſic oporteret ꝙ in decuplo intraret copia aeris ad concauitatem illorũ montium ad generandum tantam copiam aquaruꝫ:quod eſt falſum & inexpertũ:quia oporteret ꝙ per aliud latus illius montis intraret decupla portio aeris cum maximo impetu:ex qua continue generaretur illa copia aquarum.Item ſecunda ſolutio eſt inſufficiens. Nam talis reſolutio aquæ maris per radios ſolares non fit continue, niſi in die,& non omni tempore:ſed in æſtate & in feruore diei:& non ęqualiter in omni parte mundi ſed iuxta Tropicos.Et ſic in hyeme,& in nocte,& in partibus aquilonaribus paruæ fiunt reſolutiones propter elongationem & debilitatem radiorum ſolarium.Sed continue & omni tẽpore intrant vaſtiſſima flumina & innumera:maxime in mare Caſpium:quod vix habet duo milia miliariũ in longitudine,& mille in latitudine.De quo dicunt philoſophi:ꝙ ſi per aliquam potentiam totaliter poſſet euacuari,repleretur in decem diebus.Quia duodecim vaſtiſſima flumina maiora Danubio intrant in ipſum cũ cxx.alijs.Et tamen iſtud mare nunq̃ augetur:ſicut nec cætera maria.Et ideo eſt dicendum conformando cum ſacra ſcriptura:ꝙ ſicut ille ſapientiſſimus architectus omnipotens deus in principio creationis diſpoſuit faciem terræ eleuando montes,& declinando campos,& deprimendo valles infimas in quibus congregantur omnes aquæ a montibus per campos decurrentes:vt dictum eſt:ita pariter taliter diſpoſuit interiores & viſcerales partes terræ,ꝙ in ea fecit venas & meatus ſubterraneos penetrantes totam terram,per quas venas continue ſerpunt aquæ vt manifeſte videmus.Nam in profundo cuiuſlibet maris fiunt multę ſubmerſiones aquarum,& per venas ſupradictas ſerpunt penetrantes partes terræ,& dulcorantur ex frigiditate:& per æquilibrium emergunt,& ebulliunt ex radicibus,& lateribus montium oppoſitorum:& fiunt flumina fluentia,& decurrentia per faciem terræ vſq̧ ad maria. ❡Ex quibus ſequitur primo,ꝙ aqua quæ decurrit ſupra faciem terræ:primo ſerpit & intercurrit per venas,& conductus,& meatus in viſceribus terræ:ſicut ſanguis continue mouetur per venas animalis:quia homo dicitur microcoſmus:id eſt mundus paruus,factus ad inſtar mundi magni.& hoc videmus manifeſte.Nam in quacunq̧ parte fodimus terram,ſemper reperimus venas aquarum tranſeuntium per viſcera terræ:& non ſolum per viſcera terræ:ſed etiam per viſcera rupium reperiuntur aquæ tranſeuntes & penetrantes rupes per venas.In quibus rupibus fiunt putei:vt ego oculis pluries vidi in diuerſis partibus.vnde ſicut in homine reperiuntur venæ magnæ,per quas diſcurrit copia ſanguinis:& reperiuntur meſeraicę per quas diſcurrit modicus ſanguis:ita pariter in viſceribus terræ.& hoc in manifeſtatur ſũma ſapientia creatoris. ❡Secundo ſequitur ꝙ aquæ continue mouentur circulariter:quarum medius circulus fit ſuper faciem terræ,& alius medius inter viſcera terræ.Nam eadeꝫ aqua quæ ſubmergitur in maris profunditate,& ſerpit per venas & meatus viſcerales terræ,& emergit ex montibus & campis:poſtea decurrit inter conualles,& per campos decliues vſq̧ ad mare:& ſic ſemper aqua mouetur circulariter. ❡Tertio ſequitur ꝙ maria nunq̃ augẽtur,nec decreſcunt quo ad partes formales:quia quaſi quanta aqua intrat per flumina decurrentia ſuper terram:tanta exit & ſubmergitur in profundo:& continue ſerpit per venas viſcerales terræ:& emergit in fontes,& flumina ex montibus & campis.& ſic ſemper fit motus circularis.Et hoc dicit ſapiens Salomon.Eccleſiaſtes primo.ꝙ omnia flumina intrant in mare,& mare non redundat:& ad locuꝫ vnde exeunt flumina reuertuntur vt iterum fluant.Ex quibus patet manifeſta ſolutio ſupradictorum dubiorum.

❡Eſt tamen aduertendũ:ꝙ propter hoc non tollitur quin ratio Ariſtotelis contineat aliqualem veritatem.Nam in concauitatibus montium bene eleuantur aliqui vapores in verticibus & lateribus montium:qui reſoluuntur in fontes:& ideo tempore magnæ ſiccitatis ſiccantur illi fontes ex defectu taliũ vapo℞.Et etiã ex aere incluſo in cauernis terrę generaẽ aqua parua:ex qua oriũẽ aliqui parui fontes: ſed talis aqua gñata ex vaporibus & aere non ſufficeret ad tantã copiã & cõtinuũ fluxũ aquarũ:vt ex eis tam vaſta flumina cõgregarentur:& tot & tam vaſta maria cõplerent & & efficerent.Itẽ verũ eſt ꝙ radij ſolares in feruore diei reſoluunt partẽ aquæ maris in aerem:ſed talis reſolutio eſt parua & non continua reſpectu tantæ multitudinis & copiæ aquarũ quæ continue intrant maria.Nã licet in mari Indico fiat magna reſolutio:eo ꝙ eſt inter tropicos:tamen non in Caſpio:cum ſit ad Aquilonem:nec etiã in mari pontico & ſic ſemper maria augerentur:niſi magna copia exiret aliunde:vt dictum eſt.Et ideo magis eſt credendum Salomoni:qui eruditus a ſpiritu ſancto dicit Eccleſiaſtes primo. ꝙ omnia flumina intrant mare,& mare non redundat. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur:vt iterum fluant.Et hoc idem intendebat dicere Dauid pſalmo.xxxij. cum ait:Congregans ſicut in vtre aquas maris ponens in theſauris abyſſos.Nam abyſſi & profunditates maris ſunt theſauri vñ excũt aquæ per venas terræ.Et ſic in diſpoſitione terrę,& maris,& fontiũ,& fluminũ manifeſtatur ineffabilis omnipotentia,& ſapientia,& prouidẽtia creatoris.de qua ſapientia dicit Salomon Prouerbio.vij Quando præ-

parabat cælos aderam. Quando certa lege gyro vallabat abyſſos. Quãdo ęthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarũ. Quãdo circundabat mari terminũ ſuũ, & legẽ ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos &c. Ex quibus verbis Salomonis ſequuntur tres concluſiones.

℄ Prima ꝙ abyſſi & maria ſunt vallata in gyrũ per montes & circundata littoribus.

℄ Secunda, ꝙ fontes aquarũ erũpunt, & emergunt in mõtibus per quoddã æquilibriũ prout dictum eſt: eo ꝙ dicit: Librabat fontes aquarũ. Et per conſequens aquæ non ſemper generantur ex aere nec ex vaporibus.

℄ Tertia concluſio. ꝙ omne mare habet terminũ, & terminos intra quos includitur: per hoc quod ait: Quando circundabat mari terminũ ſuũ &c. Ex quibus patet ꝙ mare non continet terrã: immo continetur inter montes & littora terrę. Hoc eſt ergo qđ intẽdit dicere Dauid in hac parte, cum ait. Aſcendunt montes & deſcendunt campi. quaſi dicat: Tu deus in principio taliter diſpoſuiſti terram propter neceſſitatẽ animaliũ & plantarũ, ꝙ tota terra conſiſtit in montibus, & campis, & vallibus. Nam tu eleuaſti mõtes in altũ, & campos creaſti in quodam deſcenſu & declinatione: & ſic ſemper campi, licet videantur plani: tamen ſemper deſcendunt, & declinant in locũ quẽ fundaſti eis, id eſt vſq; ad valles quas fundaſti in infimo loco: vt eſſent loca aquarũ: quia a montibus deſcendunt aquæ per valles, ac campos decliues, vſq; ad valles infimas. ex quarũ congregatione fiunt ibi maria: vt dictũ eſt. Ex quo patet, ꝙ ipſi montes terminant maria. ideo ſubdit. Terminum poſuiſti quem non tranſgredientur &c. Quaſi dicat: tu poſuiſti mõtes in terminũ ipſis aquis: quẽ terminũ nunq̃ tranſgredientur neq; conuertentur operire terras: quia poſtq̃ deſcendũt aquæ ad loca infima: non poſſunt aſcendere, nec conuerti, nec redire ſupra montes: quia tunc contra naturã aſcenderent. ideo quieſcunt in vallibus infimis.

Qui emittis fontes in conuallibus: inter mediũ montium pertranſibunt aquę.

Potabunt omnes beſtiæ agri: expectabunt onagri in ſitu ſua.

Super ea volucres cęli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.

℄ Ex tali diſpoſitione & ordine ſitus terrę ſequit̃ alia vtilitas. nam tu emittis fontes in conuallibus. i. per valles: & ſic inter medius montiũ pertranſibunt aquæ. Nam aquæ primo deſcendunt a montibus: poſtea inter montes tranſeunt per conualles: quia ſem per inter montes ſunt conualles, per quas tranſeunt aquæ, & ſic deſcendunt ad campos & exinde ad maria: eo ꝙ ſunt infima loca terrę. Sed quia iſta non fecit deus a caſu: imo ad vtilitates animaliũ: quia tales fontes & flumina ſeruiunt hominibus, & ad alia neceſſaria: ideo ſubdit. Potabunt oĩes beſtiæ agri ex his aquis: etiam onagri: id eſt aſini ſylueſtres, & cęterę beſtię expectabunt has aquas in ſiti ſua: id eſt quando ſitient venient ad iſtas aquas fontales & fluuiales. Et volucres cæli habitabunt: id eſt volabunt ſuper ea ſcilicet flumina, vel habitabunt in ripis, & rupibus quæ ſunt ſuper flumina & dabunt voces de medio petrarũ. quaſi dicat: ꝙ cantabunt ſuper ripas fluminum: ſicut frequenter videmus: quia canunt aues quando veniunt ad bibendus ad fontes vel ad flumina. Ex ſupradictis apparet profunditas ſapientiæ & prouidentię dei. Nas ex tali diſpoſitione in qua deus creauit terram, ſaluatur, & ſoluitur omnis quæſtio quæ poſſet fieri. Nam ex eo ꝙ montes ſunt alti, de neceſſitate aquæ deſcendunt inter montes per valles: & exinde decurrunt per campos, qui de neceſſitate declinant ad infima loca terrę quę ſunt valles: vbi congregantur omnes aquę: & ſic efficiuntur maria. Et ſic montes & campi ſeruiunt hominibus ad habitationem: & fontes, & flumina ad potum animalium, & ad purgandas ſordes rerum, & ad rigandos campos. maria autem ſeruiunt hominibus ad nauigandum: vt infra patebit. Ex quibus omnibus patet ſumma ſapientia & prouidentia dei. Deinde cum dicit,

Rigans montes de ſuperioribus ſuis: de fructu operum tuorum ſatiabitur terra.

Producens fœnum iumentis: & hærbam ſeruituti hominum.

Vt educas panem de terra: & vinum lætificet cor hominis.

Vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet.

℄ Commendat diuinam prouidentiam & ſapientiam circa diſpoſitiones pluuiarũ. Nam licet aquæ fluuiales & fontales ſufficiant ad potum animalium, & rigandos aliquos campos: tamen non ſufficiunt ad rigandos montes: nec omnes partes terrę: eo ꝙ non attingunt cacumina montium: nec terram per omnes partes: etiam non ſufficiunt ad nutritionem plantarum: & ſic ſunt neceſſaria flumina adimplendas ciſternas, & rigandos montes, & omnes partes terræ ad quas fontes & flumina attingere non poſſunt. Et ideo ſummus & ſapiens artifex deus prouidit de aquis pluuialibus. Nam taliter diſpoſuit machinam mundi: vt ſol per virtutem, & calorem ſuorum radiorum attraheret vapores a terra humidos vſq; ad medius interſtitium aeris: vbi per antiparistaſim infrigidantur & congelantur in nubes, quæ reſoluuntur in aquam: & ſic per ſui ponderoſitatem pluuia cadit ſuper montes, & totam terras ad nutritionem arborum & plantarũ. Et ſic germinantur fructus terræ: & creſcunt plantæ ad æſum hominum, & beſtiarum, & implentur ciſternæ ad potũ hominũ. Et hoc intendit dicere Dauid in hoc paſſu. Vnde ait: O deus tu es rigans montes de ſuperioribus ſuis: id eſt rigas ſuperiora & ſummitates montiũ per aquas pluuiales ex nubibus deſcendentes. Et ſic ſatiabitur terra de fructu operus tuorũ: ques terra compluta producit. Nas ex tali pluuia produces in montibus fœnũ iumentis & beſtijs, & produces hærbã ſeruituti hominum. & eſt ſenſus: ꝙ tu produces fœnũ, & hærbã iumentis ſeruituti. id eſt ad ſeruitutes hominus. quia iumenta nutrit deus ad ſeruitutẽ hominũ. Et mittis iſtã pluuiã: vt educas panẽ de terra & vinus, vt lętificet cor hominis: & rigas etiam terrã per pluuiã: vt creſcant & nutriantur oliueta: & producant oleũ: vt homo exhilaret, & vngat, & lætificet faciẽ ſuã in oleo vel lætetur in videndo abundantiã, & copiã olei: & ſit tanta copia panis: vt cõfirmet cor hominis & fortificet. & per tales pluuiã ſaturabuntur & nutrientur ligna & arbores cãpi, & cedri Libani, quas ſolus deus ipſe plantauit abſq; manibus & cura hominũ. Eſt autẽ aduertendũ ꝙ propheta notanter memorat tres fructus terrę ſpeciales quos nutrit pluuia cęleſtis ad cõſeruandã vitã hominis: ſcilicet panẽ, & vinũ, & oleũ: eo ꝙ iſti tres fructus ſunt valde neceſſarij ad cõmunes vſus vitæ hũanæ propter tres effectus quos efficiunt in homine: prout memorat propheta in hac parte. Nã panis confirmat cor hominis: id eſt fortificat & ſuſtentat. Nã cibus panis poſt fames & inediã reſtaurat deperditũ, & viuificat cor hominis, & vires hominis, quæ ex inedia deficiebant. Ites homo ex ſiti triſtatur & deficit: ſed potus vini refocillat, & lętificat cor hominis. Hoc etias dicit: quia manifeſte videmus, ꝙ ſi vinus datur ſyncopizantibus, ilico viuificantur & recuperãt ſenſum, & motum & lętificantur. Ex quo patet ꝙ vinũ lętificat cor hominis

Itē ſubdit: Vt exhilaret faciē in oleo. ¶ Ad cuius intellectū eſt notandū: ꝙ exhilarare idē eſt qđ ex lætitia os & naſum & oēs venas aperire: & ex tali intrinſeca lętitia anhelitū p̄ tiſum emittere: ſicut videmus in ridentibus. nam ſicut ex triſtitia rugatur facies, & reſtringitur os, & naſus, & venæ, & retinet anhelitus: ita p̄ oppoſitū ex lætitia, & ſanitate, & bona diſpoſitione oia ſupradicta aperiunt, & hō exhalat anhelitū per os & naſum: & ſic oſtēdit lætitiā cordis i facie p̄ riſum, & faciē lętā: & tunc dicit exhilarare quaſi exhalare. & talis homo dicit hilaris & lætus. Sed qa hūc effectū facit in hoie vſus olei: iō dicit vt exhilaret facieȝ in oleo. nam quia oleū eſt valde nutritiuū ꝑpter ſuā pinguedinē & bonū humorē & qualitatē: iō cauſat bonā cōplexionē in hoie. Ideo eſt valde vtile ad cōdimētū in oīı cibo, & eſt penetratiuū in oī medela. & videm⁹ etiaȝ manifeſte ꝙ hoies vtētes oleo cōiter habēt faciē plenā, & piguē, & lucidā, & bñ coloratā, & facilē ad riſum & lætitiā: ideo dicit ꝓpheta: vt exhilaret, id eſt lętificet facieȝ in oleo. i. in vſu & eſu olei. Poteſt etiam dici ꝙ in partibus orītalibus & meridionalibus homines vngunt oleo facies ſuas: vt appareant læti, & lucidi: vt patet in Daniele. Deus ergo per pluuiam educit panem de terra ad cibum: & vinum ad potum, & oleū ad condimētum & ſaporem cibi hominis.

Saturabuntur ligna cāpi: & cedri Libani quas plantauit: illic paſſeres nidificabunt.

Herodii domus dux eſt eorum: montes excelſi ceruis: petra refugium erinaciis.

¶ Aduertendum eſt ꝙ notanter dicit propheta Cedri Libani quas plantauit. nā ſcđm virg. in Georgicis q̄dam ſunt partes terræ, quę ſponte de ſe proferunt quaſdā arbores, & plantas & fructus: quos alię terræ nō proferunt: ſicut Arabia profert cynamomū, & incēſum &c. quæ nō profert Germania nec Scythia. itē quędā ſunt q̄ nō naſcunt niſi ſeminētur per arteȝ & curā hoim: ſicut frumentū, & hordeū &c. & quędā ſunt arbores quę in quibuſdā locis per ſe naſcunt ex ſola dei prouidentia abſq; labore hoim: ſicut copia altiſſimarum cedrorū naſcitur in mōte Libani. & has virtutes & differentias deus contulit terrę in primordio creationis: vt ait Aug. ſuper Geñ. quando dixit. Germinet terra hęrbas virentem &c. quia tunc indidit & creauit rationes ſeminales in diuerſis partibus terrę: vt abſq; labore hominū ex ſola influentia & virtute actiua cæli & humore pluuiæ terra germinet & producat ſpōte tales plantas & arbores. Ideo dicit propheta ꝙ ex illa pluuia ſaturabuntur Ligna campi & cedri Libani, quas ſolus plantauit. ¶ Illic paſſeres nidificabunt. Hic commendat diuinā prouidentiā circa diſpoſitionē locoꝝ aialium brutorum ad refugium. nam deus creauit arbores altas ad habitationem auiū: in quibus nidificāt & habitant ad tuendam vitam: & ad quas refugiunt ne lædantur a venatoribus & ſagittarijs. Item creauit montes altos: vt eſſent refugiū ceruis & capreolis, & cęteris quadrupedibus ad quos montes refugiunt propter venatores. Item creauit & diſpoſuit cauernas in terris & rupibus: vt eſſent refugium & latibulū cirogrillis, & leporibus, & vulpibus, & cęteris aialib⁹ piloſis. Iō ait ꝙ paſſeres, & oēs volucres nidificabunt, & facient nidos ſuos illic. i. in cedris & cęteris arboribus ad quietē, & tuendā vitā pulloꝝ. Et Herodij domus dux eſt eoꝝ. Ad cuius intelligentiā eſt notādū: ꝙ Herodi⁹ eſt auis prædalis & rapax, & nidificat, & habitat in cedris, & altis arboribus: & eſt talis nature, ꝙ non q̄rit eſcā in locis vbi facit nidū: ſed a longe per deceȝ miliaria a nido ſuo. & ſic non nocet auibus quæ nidificant & habitant in arboribus propinquis. & ideo oēs paſſeres & aues libenter nidificant & habitant prope nidos Herodioꝝ ꝑpter ſecuritateȝ: quia Herodius non ſolum non nocet eis: ſed etiam tuetur & defendit eas a cæteris auibus ex rapina viuentibus. qui quidem Herodius apud nos dicitur Griſaldus & ideo cęteri paſſeres & aues habent nidum & latibulū Herodij tanq̄ ducem & refugiū. Ideo dicit ꝓpheta ꝙ domus, i. nidus & latibulum Herodij eſt dux & refugiū eoꝝ. ſ. paſſerum, & mōtes excelſi ſunt refugium ceruis, & cęteris quadrupedibus. Et petra cauernoſa eſt refugium erinacijs. ſ. aialibus piloſis aptis ad venationē: ſicut ſunt cuniculi & lepores: etiam ericius: quia omnia iſta eligunt latibula in cauernis terræ, & petrarum ad ſecuritatem.

Fecit lunam i tempore: ſol cognouit occaſum ſuum.

Poſuiſti tenebras & facta eſt nox: in ipſa pertrāſibunt oēs beſtię ſyluę.

Catuli leonum rugientes vt rapiant: & quærant a deo eſcam ſibi.

Ortus eſt ſol & cōgregati ſunt: & in cubilibus ſuis collocabuntur.

Exibit homo ad opus ſuum: & ad operationē ſuam vſq; ad veſperam.

¶ Cōmendat hic diuinā ꝓuidentiā & ſapientiā circa diſpoſitionē & varietatē tēporū, quæ fit per variationē ſolis & lunæ. nā ſol p̄ lationē & curſum ſuū ſupra noſtrū hemiſphęriū cauſat diē apud nos, & per eius abſentiā cauſat noctē, eo ꝙ fert ſup aliud hemiſpheriū: cauſat ibi diē, & apud nos cauſat noctē. & hac fit p̄ motū diurnū ad raptuȝ primi mobilis ſed per motū ꝓpriū in circulo obliquo cauſat in nobis quatuor tēpora diuerſa in anno. ſ. ver, & æſtateȝ, & autūnū, & hyemeȝ ſcđm acceſſum & receſſum ad polos. Luna aūt diuerſificat etiā t̄pa in quolibet menſe: ſcđm ꝙ diuerſimode illuminatur a ſole quo ad partes ſuas: & quo ad noſtrū aſpectū. Nā in cōiunctione illuminatur tota medietas ſuperior: & ſic lumen eius nullo modo videt a nobis. & ſic cauſat magnam alterationē in mari, & in terra, & in arboribus, & animalibus ꝑpter humiditatē eius. ſed ſicut incipit elongari a ſole: ita incipit videri a nobis aliqua particula ei⁹ illuminata, & ita creſcit vſq; ad primā quadrā: & exinde vſq; ad plenitudinē cū eſt in oppoſitione, & exinde incipit accedere ad ſolē: & quantum accedit tantū decreſcit eius lumē, quo ad noſtrū aſpectū: quia reſpectu ſui ſemp̄ illūinat medietas ei⁹ & ſic luna per acceſſū, & receſſū ad ſolē cauſat, & diuerſificat quatuor t̄pa in terra, & in mari ſcđm quatuor quadras eius & hoc eſt qđ dicit Dauid in hac parte. vnde ait. Deus fecit lunā in tēpore. i. diuerſitatē in t̄pe ſcđm acceſſum & receſſum ad ſolem ſuppie, ſiue ad diuerſificāda t̄pa. & ſol cognouit occaſum ſuū. i. talē diſpoſuit motū ſuū: quia dū fertur ſuper terrā cauſat diē. ſed poſtea cognouit occaſum ſuū cadēdo ſub noſtro horizonte. & ſic tu de⁹ poſuiſti tenebras p̄ caſuȝ ſolis, & abſentiā. & ſic facta eſt nox ſup noſtrū hemiſpheriū. Sed quia talē diſpoſitionē nō fecit de⁹ in aſtris a caſu & fortuna: ſed ꝑpter finē bonū ad vtilitatē & vitam hoim, & alioꝝ aialiū: ideo ſubdit: Ideo facta eſt nox: quia in ipſa nocte pertranſibunt oēs beſtię ſyluę, & diſcurrēt ad quęrēdū cibū. & catuli leonum diſcurrēt de nocte: vt rapiāt eſcam ſibi, & quærant a deo prouidente. nam pater cęleſtis paſcit omnia animalia: vt ait ſaluator Matthæi. ſeptimo. Sed poſtq̄ ortus eſt ſol & lucet dies tunc leones & cæteræ beſtiæ rapaces congregati ſunt fugientes diem & collocabuntur in cubiculis & latibulis ſuis. ſed per oppoſitum homo tunc in die poſtq̄ ortus eſt ſol: exibit ad opus ſuum faciendum: & ad operationem ſuam exercendam: vſq; ad veſperam, & occaſum ſolis. Ex quibus patet ꝙ nō a caſu nec inuaniū diſpoſuit deus tēpora: ſed diſtinxit diē a nocte pro-

pter ſupradicta. Et diſtinxit annū in quatuor tēpora ſcd̄m acceſſum & receſſum ſolis ad polos, ꝓpter generationes & corruptiones rerū. nam per acceſſum ſolis ad polū arcticū cauſant generationes arboꝝ, & plantaꝝ, & etiā aialiū citra ęquinoctialē: ſed per receſſum ſolis a nobis, & acceſſum ad alium polum cauſant corruptiones citra ęquinoctiales, & generationes vltra ęquinoctialē ſcd̄m Ariſto. ij. de generatione. Vnde, quia oīa iſta proueniunt ex ſumma ſapiētia & prouidentia illius ſummi artificis, & architecti: ideo admirando exclamat propheta dicens:

Q͡ꝫ magnificata ſunt opera tua domine: omnia in ſapientia feciſti: impleta eſt terra poſſeſſione tua.

❡ O q̄ magnificata ſunt opera tua dn̄e. i. q̄ magnificatus es in operibus tuis: quia oīa opa tua feciſti in ſapientia magna & ꝓuidentia: quia omnia ſic ordinaſti ꝓpter aliquem bonum finem: vt vnūquodq; ꝓduceret fructū ſuū in tempore ſuo ſibi determinato. & ſic impleta eſt terra poſſeſſione tua, id eſt donis & beneficijs tuis, quæ ꝓueniūt ex tua mera largitate. Deinde cum dicit:

Hoc mare magnū & ſpatioſum manibus: illic reptilia quorum non eſt numerus.

Animalia puſilla cum magnis: illic naues pertranſibunt.

❡ Cōmendat diuinā ſapientiā circa diſpoſitionem maris, quo ad eius magnitudinē, & extenſionē, & diuerſitatē ſpatiorum, & locoꝝ, & habitationū ad vitā piſcium, & ad vtilitatē nauigantiū. Ad cuius intelligentiā eſt notandū, q̄ ſicut deus diuerſificauit terrā per montes, & valles, & cāpos decliues ad habitationē hoim & aialiū reſpirantiū q̄ viuūt in aere: vt dictū eſt: ita pariter diuerſificauit maria, & extēdit per diuerſa loca ad vitā piſciū, & vtilitatē nauigātiū. nā primo voluit: vt hoc mare eſſet magnū, & ſpatioſum ꝓpter duo. Primo: vt in eo ꝓcrearetur copia piſcium: & nauigantes poſſent attingere loca remota. Itē voluit vt circa littus eſſet vadoſum ꝓpter piſces paruos: & circa mediū eſſet profundū ꝓpter piſces magnos, vt ibi ſaluent, ne poſſint deuorare oēs piſces paruos natātes circa littora. & voluit diſponere receſſus & ſin⁹, & portus in hoc mari: vt attingeret terrā per multas partes, & naues ſaluarentur refugientes ad portus tpe tēpeſtatis. Vnde ait Dauid: O dn̄e tu creaſti hoc mare magnū, & ſpatioſum, & latū manibus. i. locis, & receſſibus & ſinibus. & quia magnū: ideo illic ꝓcreant reptilia, & natatilia, & piſces magni, & parui quoꝝ nō eſt numer⁹. i. innumerabiles piſces, & aialia natatilia in eo creaſti, & cōtinuo procreātur. & ſic procreātur ibi aialia natatilia puſilla cū magnis. Et quia hoc mare creaſti ſpatioſum & plenum magnis manibus & ſpatijs: ideo illic naues pertranſibunt, & nauigabunt ab vno littore in aliud: & ab vna regione in aliā. Vnde nota q̄ hoc nomen manus eſt ęquiuocū ad tria. nā vno modo ſignificat mēbrum hois. alio modo ſignificat fortitudinē, & turmā exercitus ſiue ſatellitū. Tertio ſignificat extenſiones locoꝝ, & brachia, & ſinus ſiue receſſ⁹ maris. nā ſicut homo extendit manus & brachia ad attingēdum aliquid extrinſecus: ita pariter oceanus, & q̄dlibet mare extendit manus, & brachia intra terrā: qui dicūtur ſin⁹, & receſſus, & portus maris. Et iſto modo ocean⁹ primo extendit vnū brachiū inter Norvvegiā, & Germaniā, q dicit̄ ſinus Codanus, ſiue Germanicus, ſiue Sarmaticus. Scd̄o vltra ęquinoctiales extēdit aliud brachium, aut manū inter mōtes Aethiopie, & terrā Guineoꝝ, q dicitur ſinus Speri⁹ quē hodie nauigāt Portugalēſes ad fodiendū aurū ex minera. Tertio mittit aliud brachiū p anguſtū fretū Gaditanū inter Africā, & Europā vſq; in Syriā; qd̄ dr̄ mare Thyrrhenum: quod mare Thyrrenū mittit aliud brachium verſus aquilonem inter Phrygiā, & Thraciā per anguſtū Helleſpontū & Propontidem. & ſic intrat mare Ponticum ſiue Euxinū: & exinde intrat Mœotidē paludē per anguſtum Boſphorū inter ꝓmōtorium Caucaſi, & Tauricā Cherſonneſum: quæ dicitur Caffa. Ex quibus patet q̄ hoc mare magnum. ſ. oceanus dicitur ſpatioſum & extenſum longis manibus, & brachijs & ſinibus. ❡ Item mare Indicū qd̄ clauditur inter montes Aſiæ, & montes auſtrales, dicit̄ magnum & ſpatioſum manibus: quia habet duos gradus in longitudine a Pręſo Africe vſq; Catigaram regionem Sinarum, & habet quinq; gradus in latitudine: & habet plures ſinus, ſicut eſt Arabicus & Perſicus &c. Et ita eſt dicendum de mari Caſpio: quod clauditur inter Caucaſum & montes Medoꝝ: & inter mōtes Armenię, & mōtes Sacarū ſiue Maſſagetarū. Et ita eſt dicēdū de marib⁹ nobis ignotis: nā de neceſſitate oportet, q̄ vltra mōtes Aethiopię ſint alia maria q̄ recipiāt aquas decurrentes ab alio latere illoꝝ mōtiū verſus Auſtrū. Et etiā vltra mōtes Sericos verſus Aquilonē eſt mare Sericū recipiēs aquas decurrētes a latere aquilonari illoꝝ montiū: qd̄ quidē mare erat ignotū Græcis, & Iannis tpe Ptolomæi. Sed poſtea Tartari ab illis regionib⁹ egreſſi notificarunt Perſis, & Medis, & Latinis qualiter ibi vltra Imaum, eſt q̄dda mare magnū vbi congregant̄ oia flumina a circūſtantibus mōtibus deſcēdētia. & ſic eſt ꝑſumendū q̄ vltra mōtes magnos Sinarū verſus ortū ſunt alia maria, in quibus congregant̄ oēs aquæ decurrentes a lateribus orientalibus illoꝝ montiuꝫ. Ex quibus patet, q̄ mare non eſt tantū vnū, nec cōtinet terram: vt vulgares autumāt: imo ſunt multa maria inter mōtes contenta & terminata: vt ait Ptolemæus: prout dictum eſt. Nec mare eſt maius terra: vt quidā putāt: imo terra eſt maior in ſpatio ſepties q̄ oia maria: vt legit̄ in. iiij. lib. Eſdrę. ca. vj. vbi ſic dicit̄. Et tertia die imperaſti aquis congregari in ſeptima parte terrę: ſex vero partes terrę ſiccaſti & cōſeruaſti: vt ex his ſint corā te miniſtrantia ſeminata a deo & culta. Et in quinto die dixiſti ſeptimæ parti, vbi erat aqua congregata: vt ꝓcrearet animalia, & volatilia, & piſces: & ita fiebat. ❡ Ex ſupradictis patet q̄ terra eſt maior oibus maribus ſeptuplicit̄er: & tamē mare qui dicit̄ oceanus eſt magnū, & extēſuꝫ p multos ſin⁹ & brachia: vt dictū eſt: & eodē modo mare Indicū, & mare Caſpiū. & hoc ordinauit deus nō ſolum ꝓpter copias piſciū ad eſum hoim: ſed etiā ꝓpter nauigationē & vt victualia q̄ germinant̄ in vna parte terrę, vehantur ad alias partes: & ſic oia bona terræ cōmunicentur oibus. Deinde cū ſubdit.

Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei: omnia a te expectant vt des illis eſcam in tempore.

Dante te illis colligent: aperiente te manum tuam omnia implebūtur bonitate.

❡ Oſtendit q̄ deus non ſolū fecit mare longū manibus, & brachijs, & ſinibus propter merces vehendas: ſed etiā fecit ipſum mare profundū in medio, & vadoſum ad littora: vt balenæ, & piſces magni viuāt in profundo: & parui ſaluentur iuxta littora vadoſa, ne piſces magni poſſent accedere ad littora ad deuorādum paruos. Vnde qn̄q; piſces magni deludunt̄ a paruis. nā dum Balena vel quilibet alius magnus piſcis inſequitur piſces paruos ad deuorādū: tūc piſciculi fugiunt ad littora: ſed balenę volētes piſces paruos ſeq per littora vadoſa cū magno impetu, reperiunt̄ in modica aqua non valētes natare ſup arenā, nec valētes retrocedere ad ꝓfundū: & ſic nautę, & piſcatores interficiūt balenas, & piſces magnos: & ſic piſces magni decipiuntur, & illudunt̄ a paruis. Dicit ergo Dauid: O dn̄e tu feciſti hoc mare magnum & ſpatioſum manibus: quia illic ſunt reptilia puſilla cū magnis: & etiā quia illic naues ꝑtrāſibūt. ſed etiā feciſti

iſtum profundũ in medio: & vadoſum in littore: vt illic ſit etiam iſte draco. i. balena: & quilibet alius magn⁹ piſcis ad illudendũ ei vt ſibi illudatur a paruis piſcibus per modũ iã dictum. Vnde eſt aduertendum: ꝙ per draconem intelligit balenam ſiue cetum. Vñ Geñ. j. vbi noſtra tranſlatio dicit: Creauit deus cete grandia. alia tranſlatio dicit: Creauit de⁹ dracones magnos. Et in hoc loco dicit lr̃a Hieronymi. Leuiatam iſte quem formaſti. Et alia tranſlatio habet Cætus iſte. per quem intelligitur quęlibet belua marina. Ex quib⁹ omnibus patet ꝙ deus omnia creauit apta ad debitũ finẽ: & omnibus viuentibus prouidit de loco & tp̃e & victu neceſſario ad vitã tuendã & conſeruandam. Oĩa ad te expectant dñe. Hic incipit verſus apud Hebręos: & etiam ſentẽtia. Nam poſtq̃ ſuperius oſtendit propheta ꝙ Deus omnia creauit & diſpoſuit propter debitum finẽ: & omnibus prouidit de loco & tempore opportuno & cibo & potu neceſſario ad vitã: ideo in hac parte conuerſus ad dñm concludendo dicit: o domĩe omnia animalia expectant a te vt des illis eſcã in tẽpore opportuno. nã animalia bruta expectãt vt i vere des eis fœnũ & hęrbã ad cibum: & hoĩes expectãt tp̃s vernũ vt colligãt quoſdã fruct⁹: & eſtatẽ vt colligant frumẽta & cæteras fruges & ſegetes. Et expectãt autũnũ vt colligant vindemias & cæteros fructus tunc maturos ſecundum naturas ſuas &c. Ideo te illis dante copiã fructuũ & ciborum tunc illi colligent fructus per te creatos & augmentatos. Et te aperiente manum tuã & theſauros largitatis tuę: oĩa implebuntur bonitate. i. bonis terrę ex tua bonitate largitis. Ad cuius intellectum eſt notandũ: ꝙ duplex eſt appetitus in viuentibus: vnus naturalis: & alius volũtarius. Appetit⁹ voluntati⁹ regit̃ per ſeip̃m cum ſit primũ principium mouẽdi. Sed appetitus naturalis regitur ab intelligẽtia ſuperiori mouẽte orbẽ. iõ nõ ſolum aĩalia pfecta appetunt & expectant cibũ in tp̃e ad conſeruationẽ vite appetitu volũtario & naturali ſimul: ſed etiã plantę & aĩalia impfecta hoc idẽ expectant quodam naturali appetitu ab intelligentia directo: quia opus naturę eſt opus intelligentię. Vñ dicit ꝓpheta ꝙ oĩa viuentia tam plãtę q̃ aĩalia expectãt a deo: vt det eis eſcam in tempore opportuno. Et ſic formica ex diuina ordinatione a ſuperiori intelligentia directa & mota recolligit granum in ęſtate pro tẽpore futuro.

Auertente autem te faciem turbabuntur: auferes ſpiritum eorum & deficient: & in puluerem ſuum reuertentur.

Emitte ſpiritum tuum & creabũtur: & renouabis faciem terrę.

Sit gloria domini in ſęculum: lætabitur dominus in operibus ſuis.

Qui reſpicit terram & facit eam tremere: qui tãgit montes & fumigant.

Cãtabo domino in vita mea: pſallam deo meo q̃diu ſum.

Iocundum ſit ei eloquium meum: ego vero delectabor in domino.

Deficiant peccatores a terra & iniqui ita vt non ſint: benenedic anima mea domino.

¶ Poſtq̃ ſuperius Dauid oſtendit Deũ eſſe prouiſorẽ & datorẽ oĩm bonorum ad conſeruationẽ vitę & ipſius eſſe in oĩb⁹ eb⁹. Ad cuius intellectũ eſt notandũ: ꝙ cũ de⁹ ſit cauſa oĩm in triplici genere cauſę: ſcilicet efficientis, formalis, & finalis: ita creatura recepit a Deo triplex eẽ: ſcilicet eẽ eſſentiale & actuale & operatiuum. nam inquantum eſt facta ad imaginẽ Dei aut ſimilitudinẽ, habet eſſe eſſentiale & ſpecificũ & formale. Sed quia nulla creatura eſt p eſſentiam ſuã: ideo habet a deo eſſe exiſtentię influxũ: p qd exiſtit i actu: & ſic exiſtit in eſſe perſonali: & ſic creatura non ſolum depẽdet a deo quo ad eẽ eſſentię: ſed etiã quo ad eſſe exiſtentię: inquantũ deus cõtinue influit eſſe in eam: & conſeruat eam in eſſe. nam ſi p aliqd inſtans Deus deſiſteret influere eſſe i eam, ilico deficeret: ſicut nr̃m hemiſphęrium intantũ eſt illuminatum inquantum ſol influit lumen per ſuã pręſentiã. ſed quando ſol ſubtrahit ſuam præſentiam, ilico deficit lumen & efficitur nox apud nos. ita pariter dicit Dauid ꝙ qñ Deus influit vitam in creaturas: tunc creaturę viuunt & operantur: ſed ſi Deus auertit ſuam præſentiam & influentiam, tunc creaturę deficiunt. Et ita pariter eſt dicendum de cibo corporali. nam quando deus ifluit virtutem ſuper terram in vere, tunc terra germinat: ſed quando auertit ſuam virtutem tunc terra turbatur & omnia deficiũt: vt patet in autumno. ſed quãdo iterũ in vere mittit ſuam virtutem & influentiam: tunc terra renouatur & germinat plantas & fructus. & hoc ẽ qd vult dicere Dauid in hac parte: Vnde ait: O domine ſicut te aperiente omnia implentur bonitate: ita pariter te auertente faciẽ & influxũ oĩa turbabũtur. Et tunc auferes ſp̃m id eſt eſſe actuale eorum: qd habent ex influxu tuo: & tunc totaliter deficient & morientur aĩalia & plantę: & ſic mortua reuertent̃ in puluerem ſuum: qa incinerabunt̃ & putrefiẽt cadauera aĩalium. Et arbores reſoluent̃ in puluerem, poſtq̃ deficit eis influxus. Sed qñ tu emittes ſp̃m & influxum, tunc ſes creabuntur. Et ſic renouabis faciem terrę. nam ſicut quidam moriunt̃ propter defectum huius influx⁹: ita alij creat̃ per influxum tuum in eis: & ſic facies terrę renouat̃ per hoĩes nouiter creatos: quia quotidie creas ſp̃us & aĩas i eis. Et ſic licet vnus moriatur, tamẽ alter de nouo per te creatur. & ſic renouatur ſemper facies terrę: & mundus conſeruatur in eẽ. Hoc etiam poteſt referri ad cæleſtes influentias ſecundum diuerſitatem temporum: nam in autumno deus auertit faciem. i. influentiam a terra per receſſum ſolis: & tunc omnia folia arborum cadunt cum fructibus ſuis: & hærbę deficiũt. Sed poſtea in vere deus emittit ſp̃m & influentiam p acceſſũ ſolis: & tunc hærbę recreantur & arbores frondeſcunt & florent: & ſic renouat̃ facies terrę. Sed prima expoſitio eſt melior & profundior & magis cõſona lr̃ę. Ex ſupradictis patet q̃ immenſa fuit oĩpotentia dei: & q̃ profunda & inſcrutabilis ſapientia & prouidentia dei in creatione & diſpoſitione mundi. Et quantum eſt immenſa bonitas dei in mundi conſeruatione. de qua quidem omnipotentia & ſapientia & ꝓuidentia & bonitate commendauit Dauid deũ in hoc pſalmo. Et ideo concludens agit gratias dicens. ſit gloria domini in ſęculum ſæculi &c. Quomodo autem paradiſus delitiarum ſituetur in Hemiſphærio auſtrali: & de diſpoſitiõe ei⁹, dictum eſt pſalmo. lxxj.

## Secunda expoſitio.

BEnedic anima mea domino: domine deus meus magnificatus es vehementer.

¶ Quia vt dictũ eſt in principio expoſitionis hui⁹ pſalmi ſecũdũ meñtẽ Augu. cõtra aduerſariũ legis & ꝓphetarum ꝙ ꝓpheta Moyſes auctor libri geneſeos magis intẽdebat vt eius narratio rerũ factarũ eſſet etiã figura futurarum ideo a fortiori eſt credendũ & affirmandũ ꝙ Dauid qui non eſt minus ꝓpheta in hoc pſal. q̃ in cæteris: nõ ſolum intendit cõmendare diuinã ſapientiã & ꝓuidentiã & bonitatẽ circa creationẽ & diſpoſitionẽ mũdi materialis quẽ produxit ad inſtar mundi idealis & æterni: Sed etiam a fortiori magis intendit commendare tandem diuinam ſapiẽtiam & ꝓuidentiã & bonitatẽ circa recreationem mũdi ſp̃ũalis: q̃ eſt eccleſia: quam recreauit & regenerauit & diſpoſuit ad inſtar mũ-

di idealis:& ad figurã huius mundi materialis. In cui⁹ crea
tione cõtemplando Dauid ꝓuidit in ſpũ totũ myſterium re
generatiõis eccĩiæ:q̃ dicitur mundus ſpũalis. Ideo poſtq̃ ex
poſuim⁹ iſtum pſalmũ literaliter de mũdo materiali:expo-
natur iterum conſequenter de mundo ſpũali:& eius recrea
tione:de qua primo & principaliter Dauid intendebat deũ
cõmendare in hoc pſal. ad quã intentionez principaliter le
git & cãtat ipm eccĩia. Nam licet vtraq; creatio ſit eiuſdem
potentię & ſapientię:tamen creatio mundi ſpũalis eſt ma
ioris mię & bonitatis:quo ad nos:q̃a nihil nobis ꝓfuiſſet ꝙ
creaſſet niſi miris atq; ineffabilib⁹ modis recreaſſet:vt inq̃t
Aug. Hoc idem innuit Gregorius in benedictione cęrei pa
ſchalis. & ideo eſt valde attẽdẽdus iſte pſal. vt inquit Aug.
q̃a totus eſt refertus ꝓfundiſſimis myſteriis:& ſacramentis.
nam ꝓpheta Dauid per figuram creatiõis mundi intendit
commendare & nobis notificare ꝓphetice diuinã ſapiẽtiã
& bonitatem circa fundationem & regenerationem eccĩię
L Chriſti. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt primo notanduz:ꝙ
cum creatio mũdi materialis fuit figura fundationis eccĩię:
eundem ordinem ſeruauit deus in fabricatione eccleſiæ
quẽ tenuit in creatione mundi. Nã ſicut tũc pr̃ dicendo per
verbũ ſuũ fiat lux:fecit lucẽ:& dicendo fiat firmamentũ:fe-
cit firmamẽtũ &c. & ſic p verbũ factus fuit totus iſte mund⁹
materialis:quia ipſe pater dixit & facta ſunt omnia. & ver-
bo dñi cęli firmati ſunt:Ita pariter in fabricatione eccleſiæ
idẽ deus pr̃ locutus eſt nobis per idem verbum incarnatum
& dixit nobis totũ euãgeliũ:& ex latere ſuo ꝓduxit totam
eccĩiam. Nam tota eccleſia cõſiſtit virtualiter in euangelio
dicto p Chriſtũ q̃ eſt verbũ patris. nã ſicut olim de⁹ pater lo
quebatur multifarie in ꝓphetis, nouiſſime locutus eſt nobis
in filio:vt ait Apl̃s ad Hebrę. j. Ex quo pz ꝙ p idez verbũ
p qd̃ deus creauit mundũ:fundauit eccleſiam. Hoc idẽ ma
nifeſtauit Ioan. primo, q̃ dicit. Oĩa per ipſum facta ſunt. &
infra: Verbum caro factũ eſt:& dedit poteſtatem credenti
bus filios dei fieri:q̃ non ex ſanguinibus:ſed ex deo nati ſũt
&c. Ex quo patet ꝙ pater per idem verbum nos regenera
uit p qd̃ nos ante creauit:& per qd̃ facta ſunt oĩa. Item ſicut
tunc per ſpm̃ ſanctum oĩa q̃ creauit viuificauit dãdo eis vitã
& motũ: quia ſpũs dñi ferebaẽ ſup aquas dando vitam &
operationẽ reb⁹:ita pariter pater i nr̃a regeneratiõe poſtq̃
p filiũ ſuum verbũ incarnatũ fũdauerat eccĩiam in apoſtolis
& diſcipulis:in die pẽthecoſtes miſit ſpm̃ ſanctũ i eos quos
ad gr̃am & vitã ſpũalẽ p ſeptẽ dona viuificauit:& mouit ad
ꝑdicandũ euãgeliũ oĩ creaturę. Et ſic quia ſpũs dñi fereba
tur ſuper eos:ideo tali ſpũ viuificati totum orbem ſubiece-
runt eccĩiæ & iugo Chriſti. Ex quib⁹ patet ꝙ ſicut tota trini
tas indiuiſe concurrit ad creationem mundi:ita eodem mo
do ad fundationem eccleſię. Item ſicut tunc creauit in mũ-
do triplicẽ naturã. ſ. angelicã ꝓpe ſe qua dicitur indutus:&
cæleſtẽ ad mittendas influentias in hęc inferiora:& elemẽ-
talẽ ad recipiẽdas cæleſtes influẽtias:ita pariter in eccĩia re
creauit & diſpoſuit tres ſtatus. ſ. ſtatum apl̃oꝝ prope ſe q̃b⁹
primo reuelauit myſteria euãgelica. Scd̃o ſtatũ doctoꝝ:qui
moti ab apl̃is, ſicut cæli mouenẽ ab angelis, declararunt ſa
cras ſcripturas hoibus ſimplicibus. Tertio fundauit ſtatum
cõmunem coniugatorum & ſimpliciũ qui receperunt ſacrã
doctrinã a doctoribus. nã ſicut deus influit in angelos:& an
geli mouentes influũt in orbes cælorum:& cæli influunt in
elemẽta:ita Chriſtus influxit primo in apl̃os:apl̃i in docto
res:& doctores in ppl̃m, qui ſunt elemẽta eccĩię. Et hoc er-
go ꝓuidẽs Dauid in ſpũ laudat diuinã ꝓuidentiam & boni
tatẽ in hoc pſal. dicẽs. O aĩa mea bñdic dño & lauda eũ de
tanta ſapiẽtia & mia. Itẽ ſicut tũc primo creauit mũdũ quo
ad ſuas tres partes pricipales:ſed poſtea ornauit eum in tri
bus diebus ſequentibus:ita pariter Chriſtus primo funda-
uit eccleſiam in apl̃is. Et poſtea ornauit eam donis gratia-
rum ſpũs ſancti in die pẽte. Hęc ergo oĩa ꝓuidens Dauid in



ſpũ:fecit hunc pſalmũ:in quo cõmẽdat diuinã ſapientiaz &
prouidentiã circa fundationem & diſpoſitionem eccĩiæ. In
quo quatuor facit. Nã primo cõmẽdat diuinã ſapientiã cir-
ca fundationem eccĩię quo ad partes ſuas. Scd̃o quoad ad
eius ornatum. Tertio quo ad diſpoſitionem tẽpoꝝ. Quar-
to agit gr̃as. ſcd̃m ibi. Rigãs mõtes. iij. ibi. Fecit lunã. iiij. ibi.
Sit gl̃ia dñi. ¶ Quantũ ad primũ eſt aduertendũ vt dictuz
fuit pſalmo. xviij. ꝙ cũ eccĩia ſit q̃dã mũdus ſpũalis ſiue Mi
crocoſmus & hõ myſticus, in ea conſideramus caput qui eſt
Chriſtus. Et totũ reſiduũ dicĩ corpus eius ſiue mẽbra. & ſic
Chriſt⁹ vno modo computatur cũ eccĩia tãq̃ caput ei⁹:ſicut
deus qui eſt prima cauſa totius vniuerſi, cõputatur vno mõ
cũ toto vniuerſo:vt patet primo cæli. Et iõ cum Chriſtus ſit
caput huius mundi ſpũalis:& hoc inquãtũ homo:ideo pro-
pheta incipit fundationẽ eccĩiæ ab incarnatiõe. nã ſicut di-
ctũ eſt in alia expoſitione, vt de⁹ in pricipio creationis mũ-
di induit ſe decorẽ & cõfeſſionem:& fuit amictus lumine ſi
cut veſtimẽto cũ creauit naturã angelicã:ita pariter verbuz
æternũ. ſ. filius dei in principio fundationis eccĩiæ circunda
tus & indutus eſt hũanitate & carne in vtero virginali. Hoc
ergo ꝓuidẽs Dauid in ſpũ excitans aĩam ſuam ad laudẽ, di-
cit. Bñdic aĩa mea dño. & cõuerſus ad Chriſtũ dicit O Chri
ſtẽ dñe deus meus tu in principio fundationis eccĩię magni
ficatus es vehementer. Nam tũc induiſti confeſſionẽ & de
corem hũanitatis. i. mundã & immaculatã carnem de virgi
ne aſſumpſiſti. Et ſic fuiſti factus ſpecioſus forma præ filiis
hoim. nã illã hũanitatẽ & veſtẽ multipliciter ornatã indui-
ſti:q̃a ſup te requieuit ſpũs ſapientię & intellect⁹, ſpũs conſi
lii & fortitudinis &c. & talibus virtutibus & donis fuiſti ami
ctus & veſtitus ſicut veſtimento. vñ triplici ornamento fui-
ſti indutus in illa incarnatione. ſ. confeſſione laudis ꝓpter
magnã miaz & hũilitatẽ:quia cum eſſes in forma dei volui-
ſti induere formã ſerui. Scd̃o fuiſti indutus decore puritatis.
Tertio lumine oim virtutum & donoꝝ:q̃ omnia fuerunt in
te tanq̃ in fonte:vt poſſes influere in membra tua. ¶ Dein-
de cum dicit. Extendens cælum &c. deſcribit fundationem
eccĩiæ Chriſti quo ad ſuas partes. vnde dictũ eſt pſal. xviij.
ꝙ ſicut iſte mũdus ſenſibilis conſtat ex tribus partibus. ſ. ex
cælo & elemẽtis & elementatis:ita pariter mundus ſpũalis
q̃ eſt eccĩia. Nã apl̃i ſunt cęli:& eccĩię doctores & martyres
& ꝓlati ſunt quaſi elementa:& ppl̃i ſunt quaſi elemẽtata.
nam Chriſtus tanq̃ caput influxit doctrinã euangelicam in
apl̃os tanq̃ in cælos:& apl̃i in doctores & martyres & ꝓla-
tos:& ꝓlati & doctores in ppl̃os. quia apl̃i tanq̃ cæli enarra
runt gl̃iam dei incarnati. Itẽ iſtimet apl̃i dicuntur etiam nu
bes inquantũ pluerunt imbrẽ euangelicũ p totum orbem.
Item dicunẽ pennę ventorũ. nã ſicut duodecim venti pflãt
oẽs ptes terrę & diſcurrũt per totũ orbẽ:ita duodecim apl̃i
diſcurrũt per oẽs partes terræ ferentes nomẽ Ieſu:& nubẽ
euangelicã:& ſic mouerunt totũ orbẽ. Ita apl̃i cõparati ad
alias ptes terræ dicunẽ mõtes in ſacra ſcriptura. nam ſicut a
montibus deſcendũt fontes & flumina per cõualles ad cam
pos:ita ab apl̃is deſcẽderunt flumina euangelica ad docto
res & ꝓlatos & exinde ad populos. Hæc ergo oĩa intendit
explicare ꝓpheta in hac prima parte:vñ ait. O Chriſte tu
es extendens cælos. i. apl̃os ſuper totam eccĩiam ad tegen-
dũ eã ſicut pellẽ. i. admodũ pellis, extendens eos ad tegen
dã & defendendam eccĩiam & vt influant influẽtiã euange
licę doctrinę ſup eã. Sed quia tota eccleſia fundatur & tegi
tur aquis baptiſmalibus:quia ſacramentum baptiſmi con-
tinet oĩa eccleſię ſacramenta:q̃a tam apoſtoli q̃ cęteri fue-
runt de neceſſitate baptizati:iõ ſubdit. Qui tegis aquis ba-
ptiſmalibus ſuperiora eius. ſ. totius mundi. naz ſicut cælum
aqueum eſt primũ mobile mouẽs omnes cælos inferiores:
ita baptiſmus eſt primum ſacramentum mouens oĩa alia.
Item quia apoſtoli tanq̃ nubes tulerũt nomẽ Chriſti & tan
q̃ vẽti p totũ mundũ:ideo ſubdit. Qui ponis nubem. ſ. cœtũ

apoſtoloꝝ aſcenſuƺ tuũ:quia ſup apl'os tanq̄ ſup nubes aſcē-
diſti & ſup eos ambulaſti:tanq̄ ſup pennas ventoruƺ quia in
ore eoꝝ volaſti per totum orbē velociter eum ſubijciendo
ꝗa tanq̄ nubes & venti portantes nomē Chriſti & ibreƺ euā-
gelicum volarunt per totum orbē.Sƺ quia apoſtoli miniſte-
rio & ope angelorum ex nutu dei faciebāt miracula:iō ſub-
dit.Qui facis angelos tuos ſpũs & miniſtros in miraculis fa-
ciendis.Itē ꝗa Chriſt⁹ fũdauit eccl'iam ſupra ſeipm ꝗ eſt la-
pis & petra fũdamētalis:& ſupra.xij.articulos fidei:cu⁹ fun
damentũ non pōt deficere:ideo ſubdit:Qui fundaſti terrā
.i. eccl'iam militantē ſupra ſtabilitatē.i.ſupra petrā ſtabilem
& firmam qui eſt Chriſt⁹ & ideo in ſcl'm ſcl'i non inclinabiť:
nec ruet:quia portæ inferi nō ꝑualebunt aduerſus eam.nā
fluctuare pōt:ſed nunq̄ mergi nauſcula Petri. Sed quia iſta
nauicula Petri eſt vndiq; circũdata aquis perſecutionum:&
percutitur a tyrānis & hæreticis ſicut littora ab oceano. Et
iſtæ aquæ ꝑſecutionum non ſolum voluerunt percutere lit-
tora eccl'iç:ſed etiā aſcēdere ſup mōtes.i.ſup apl'os & marty
res ſicut nubes tēpeſtuoſæ aſcendunt ſuper montes.Sed ſi-
cut fulgura & tonitrua pellōt nubes tempeſtuoſas:ita apl'i
mittentes flumina & tonitrua euangelicç ꝑdicationis incre
pantia pc̄tā,& infidelitatē paganoꝝ fugarũt tyrānos:& ſu
perſtitionē & cultũ idoloꝝ.vñ eccl'ia amicta & veſtita aqs
baptiſmalibus pepulit:& fugauit aquas perſecutionũ tyrā-
noꝝ:& ideo ſubdit propheta ꝙ abyſſus baptiſmalis eſt ſi-
cut veſtimentũ amictus eius.ſ.eccl'iç:ſicut Oceanus eſt ami
ctus & veſtimentum terrç:& aquæ baptiſmales magis te-
gent eccl'iaƺ q̄ Ocean⁹ q nō tegit mōtes.Sed aquæ baptiſ-
males etiā ſtabũt ſup mōtes.i.ſup apl'os:& martyres & ꝑla
tos.Ideo iſtç aquæ baptiſmi fugabunt aquas perſecutionũ:
& omnes tyranni & infideles fugient ab increpatione tua
.i.a ꝑdicatione legis euangelicç:quæ increpat & prohibet
omne vitium & infidelitatem:& formidabunt oēs tyranni
a voce tonitrui euāgelicæ ꝑdicatiōis.Intantũ ꝙ fugata ſup-
ſtitione idoloꝝ:totus populus gentilis conuertetur ad fidē.
Item ne iſtç aquç perſecutionum & mare fluctuoſum ſub-
mergat terrā:iō aſcēdunt mōtes.i.tu Chriſte eleuaſti apl'os
altitudine donoꝝ & gratiaꝝ:& cāpi.i.populi fidelium de-
ſcendunt.i.ſunt inferiores q̄ montes vt ab eis recipiant aq̄s
euangelicas.Itē poſuiſti iſtos montes.ſ.apoſtolos & marty-
res & ꝑlatos tanq̄ terminum maris hui⁹ mundi.quaſi dicat:
ꝙ ſicut poſuiſti montes qui terminarent maria ne aq̄ exeāt
& ſubmergant terram:ita pariter poſuiſti apoſtolos & mar
tyres & doctores ne aquæ perſecutionũ & tentationum cō-
uertanť retro ad operiendā & ſubmergendam eccl'iam:ſed
vt faciant obſtaculum & reſiſtant tyrānis & dæmonibus ne
ſubmergant eccl'iam & nauiculam Chriſti.Itē ſicut tu Chri
ſte in principio emiſiſti fontes in conuallibus emanātes ex
montibus:& tranſeunt inter montes & campos ad potum
aīalium:ita pariter in eccl'ia emittes fontes ſacramentoruƺ
& doctrinç euangelicç in conuallibus doctorũ:& pertrāſi-
bunt inter medio montiũ.ſ.apl'oꝝ vſq; ad campos ppl'oꝝ.
de quibus fontibus & fluminibus aquç euāgelicç potabunt
oēs beſtiç agri.i.oēs de ppl'o gentili:qui tanq̄ beſtiç agri re
putabantur:non habentes legeƺ nec prophetas. Et onagri
.i.philoſophi & principes expectabunt in ſiti ſua iſtā aquaƺ
euangelicā quā ſitiebant & carebant ad ſalutem aīç. Et ſic
ſatiabuntur in ſiti ſua.Et volucres.i.apl'i volātes ꝑ cælō ec-
cleſiç habitabōt ſup ea flumina:& dabũt voces euangelicç
prædicationis de medio petrarum.xij.articulorum fidei.

¶Rigans montes de ſuperioribus.Hæc eſt ſecũda pars pri
cipalis.in qua cōmēdat diuinā largitatem circa diſpoſitionē
pluuiç & ornatus ſacramētoꝝ eccleſiç & alioꝝ donoꝝ.vñ
ſicut qñ deus pluit ſuper mōtes attingit omnes partes terrç:
& maximç ſummitates montiũ:vnde germinant hærbæ &
fructificant arbores tam ſylueſtres q̄ domeſticæ & vineç &
fruges:ita pariter Chriſtus in die pente.pluit pluuias dono-
rum & gratiaꝝ ſuper apoſtolos.q̄ quidē dona fuerunt orna
menta eccl'iç,& aqua ſapientiç ſalutaris quæ ab apoſtolis
deſcendit ad valles.ſ.doctores:& exide ad campos.i.ppl'oꝝ
fideliũ:& ſic illa pluuia irrigauit totā eccl'iaƺ & oēs ſtat⁹:&
fecit eam germinare. Iō dicit Dauid:O Chriſte tu eris rigās
mōtes.i.apl'os qui ſunt montes eccl'iç.i.ſuper eos mittes plu
uiā ſpiritus ſancti:& tunc tota terra ſatiabitur de fructu ope
rũ tuorũ:ꝗa de fructu illoꝝ donoꝝ quæ receperunt apoſto
li,fuit tota eccleſia ſatiata ſcd'm omnes ſtatus & conditiōes.
vñ ex pluuia produces fœnum iumentis.i.paſtum ſpũalē ſa-
cramentorum produces gentilibus q ante viuebant ſine le-
ge tanq̄ iumenta:& produces hçrbā intelligentiç ſacrç ſcri-
pturç:& hçrbā virtutũ moralium:& theologaliuƺ ad ſerui-
tutem.i.neceſſitatem hoīm fidelium.Et plues etiam ſuper
eccl'iam.vt educas panē ſacramenti euchariſtiæ de terra:&
vinũ ſacramētale ſanguinis Chriſti lætificet cor hoīs.quaſi
dicat.ꝙ ꝑ iſtā pluuiā eccl'iaƺ irrigantē ꝓduxit ſacramētũ eu-
chariſtiæ in quo offertur corpus Chriſti ſub forma panis:&
ſanguis eius ſub forma vini ad lætificandā aīam hoīs. Et ēt
vt ex iſta pluuia homo exhilaret & lætificet faciem in oleo
ſacramentorum:quaſi di.hac pluuia irrigaſti eccleſiaƺ vt ꝓ-
ducat & germinet quatuor ſacramenta q̄ ꝑ oleuƺ conficiũť:
q̄ ſunt baptiſm⁹/& confirmatio/& extrema vnctio/& ordo:
vt homo exhilaret & lætificet faciē cōſciētiç ſuæ in oleo iſto
rũ q̄tuor ſacramentoꝝ:vt ſicut panis ſacramētalis cōfirmat
cor & aīam hoīs in grā:ita vnctio olei iſtorum ſacramento
rum exhilaret & lauet & lætificet faciē aīç hominis.Ad cu-
ius intellectũ eſt notādũ ꝙ tres fructus memorat:quos ꝓdu
xit iſta pluuia ſpũs ſcti.ſ.panē & vinũ & oleũ.ꝑ quos intelli-
git quinq; ſacramenta eccl'iæ.nam in pane & vino confici-
tur ſacramentum eccleſiæ:ſed oleum cōficiť & conſecratur
ad q̄tuor ſacramenta.ſ.ad baptiſmũ/& cōfirmationē/& ex-
tremā vnctionē/& ordinē.nam oleo catechuminoꝝ vngũť
baptizati & preſbyteri:& chriſmate vnguntť confirmati:&
oleo infirmoruƺ vnguntur infirmi.ſed oleo miſericordiç in-
uiſibili vnguntť pœnitētes:oleo aũt vinculi charitatis vngũť
cōiugati.Et ſic ꝑ panē & vinũ & oleũ intelliguntť oīa ſepteƺ
eccl'iç ſacramenta:quæ germinata ſunt in eccl'ia ex pluuia
ſpũs ſancti.Quæ qdē ſacramenta cōfirmant & lætificant
& exhilarant aīam hoīs ꝑ grām.Quinq; ergo ſunt fructus le
gis euangelicç per pluuiaƺ ſpũs ſancti germinati in eccl'ia.ſ.
fœnum/hærba/panis/vinum/oleuƺ.quibus paſcuntur fide-
les Chriſti.Item ex pluuia ſupradicta ſaturabunť ligna ſiue
arbores cāpi & cedri Libani.ſ.magni & parui fideles:tā pri
cipes,q̄ populares.Et paſſeres.i.hoīes contēplatiui nidifica
bunt illic.i.in montibus eccl'iç in vita ſolitaria habitabunt. M

¶Vñ tres ſũt grad⁹ eccl'iæ fideliũ.ſ.populares,& pricipes,
& doctores cōtemplatiui.& ſic per arbores campi intelligũ
tur populares:& per cedros Libani intelligit principes & re
ges.& per paſſeres intelligit contemplatiuos & doctores:&
etiam eremitas ſolitariam vitam ducentes:qui omnes cre-
uerunt ex hac plouia ſpũs ſancti. ¶Deide cũ dicit:Herodij
domus:explicat refugium ad qd̄ refugiunt omnes iſti ſtatus
vt ſaluentur & liberentur ab omni periculo.Ad cuius intel-
lectũ eſt aduertendum ſicut dictum eſt in alia expoſitione:
ꝙ Herodius ſiue Griſaldus cuſtodit oēs aues fingentes ni-
dum ꝓpe ſe:& oēs alias aues prædales fugat.Et iō oēs aues
ſimplices libenter fabricant nidum prope nidum & latibu-
luƺ Herodij:quē habent tanq̄ ducē & tutorē & refugiũ.Per
iſtũ ergo Herodiũ intelligiť Chriſtus:qui ſtatuit nidō ſuum
in cruce:qui fugauit & exterminauit oēs dçmones prçdales
& raptores aīarũ. Et cuſtodit & tuetur oēs fideles q ſtatuũt
nidũ ſuũ iuxta crucē eius:& recipiũt ipm in ſaluatorē.& ſic
oēs fideles habent Chriſtũ crucifixũ in ducē & tutorē:& po
nunt ſpē & nidũ ſuũ in cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti:ꝑ quam
ſaluati & liberati ſum⁹.Et hoc intendit dicere Dauid vnde
ait:ꝙ ſicut domus Herodij eſt dux & refugium paſſerum

vt ſaluent̃ ab auib⁹ ꝑdalib⁹:ita dom⁹.i.crux Chriſti:eſt dux
& refugiũ oim̃ fideliũ:& ſicut mõtes excelſi ſunt refugium
ceruis:ita excelſa eccl'ia eſt refugiũ ꝑlatis & regib⁹ per cer-
uos intellectis:& ſicut petra cauernoſa eſt refugium erina-
ceis & leporibus:ita petra articloꝝ fidei eſt refugiũ oib⁹ fi-
delib⁹ ſimplicibus. ❡ Ex ſupradictis patet ꝙ ſicut Chriſt⁹
ꝓuidit eccl'ię ſuę de pluuia ſp̃us ſc̃ti ad refrigeriũ ita proui-
dit de triplici refugio:in quo ſaluentur hoies. Tria enim re
fugia fecit Chriſt⁹ in eccl'ia,ad q̃ fugiam⁹ tp̃e neceſſitatis.ſ.
ad arborẽ crucis & paſſionis:in qua Chriſt⁹ poſuit nidũ ſuũ
in paſſione.ij.ad montẽ oṙonis.iij.ad petram articulorum fi
dei. Iſta ſunt vltima refugia nr̃a:in quibus nos oportet ſalua
ri.nã fideles ilico currunt ad crucem & paſſionem ꝑ pniam
& alia ſacramenta:ſcd̃o ad fidem articuloꝝ:tertio ad ora-
tionẽ. Aliter nullus põt ſaluari. ❡ Fecit lunã in tp̃e. Hic cõ
mendat prouidentiã Chriſti circa diſpoſitionẽ & diſtinctio
nem tẽpoꝝ eccl'ię. Ad cuius intellectũ eſt notandum ꝙ ſi-
cut luna ꝑ acceſſũ & receſſũ ad ſolẽ cauſat & diſtinguit qua
tuor tp̃a in vno menſe ſcd̃m quatuor quadras:ꝑ quas qua-
tuor quadras fiunt multę alteratiões in elemẽtis & elemen
tatis:ita pariter eccl'ia figurata ꝑ lunã q̃ totũ ſuũ lumen &
virtutẽ recipit a Chriſto,variauit q̃tuor tp̃a ſcd̃m ꝙ recepit
fauorẽ a Chriſto. Nã prima quadra eccl'ię fuit a Chriſto vſ-
ꝗ ad magnum Conſtantinũ:in cuius tp̃e eccl'ia fuit q̃ſi me-
dia in mũdo:qa medietas mundi venit ad fidẽ. Scd̃a q̃dra
eccl'ię fuit tp̃e Iuſtiniani:qa tũc eccl'ia fuit plena ꝑ totũ orbẽ
dilatata a ſolis ortu vſꝗ ad occaſum. Sed tp̃e Heraclij iam
eccl'ia incepit decreſcere & diminui ꝓpter ſectã Mahome
ti:& ſemꝑ proceſſit in diminuendo q̃ſi in.iij.quadra:vſꝗ ad
annũ.M.cc.qñ ſurrexit dñus tartaroꝝ:q occuparũt omnes
Indias & totã Mediã & Perſiã & Meſopotamias & totam
Scythiã & Sarmatias vſꝗ ad fines Ruthеноꝝ:& ſic manet
eccl'ia in ſola Europa & non in tota. Ex quo patet ꝙ eccl'ia
eſt in vltima quadra prope Antichriſtum:niſi Chriſt⁹ ſol iu
ſtitię ad augeat lumen fauoris in ea. ❡ Iterũ eſt notandũ ꝙ
ſicut ſol per acceſſũ & receſſũ ad polos cauſat & variat qua
tuor tẽpora anni.ſ.ver/æſtatẽ/autũnũ/& hyemen:ſcd̃m ꝙ
diſcurrit ꝑ quatuor quadras ſignoꝝ:ita pariter Chriſt⁹ ſol
iuſtitię q ꝑ ſuã ꝑſentiã & aduentũ cauſauit diẽ gr̃ę i eccleſia:
licet ſemꝑ reſpiciat eã ꝑ gr̃am:tñ ſcd̃m ꝙ accedit & recedit
ab ea ꝑ fauorẽ tẽporalẽ ꝓpter pc̃tã nr̃a:cauſauit & variauit
in ea quatuor tp̃a ſcd̃m quatuor quadras eccl'iæ. Nam pri-
ma quadra eccl'ię fuit vſꝗ ad Cõſtantinũ. Scd̃a fuit vſꝗ ad
Iuſtinianũ:qñ eccl'ia fuit in plenitudine ſua & fauore extin-
cta tota idololatria ꝑ totũ mũdũ:& extĩcta hereſi Arriana
in Africa & Hiſpania:& extĩcta hæreſi Pelagianoꝝ & Ma
nicheoꝝ quaſi ꝑ totũ mũdũ:& regnãte fide catholica. Sed
poſtea icepit minui eccl'ia ꝑ Sarracenos i tota Arabia & Sy
ria & Aegypto & Africa. Sed poſtea per Turcos & Tarta-
ros totaliter eſt reducta in vnã partẽ Europæ.& ſic patet ꝙ
eccl'ia eſt in vltima quadra. Iterũ eſt notandũ:& ſicut ſol ꝑ
ſuã ꝑñtiã cauſat diẽ:& ꝑ ſuã abſentiã cauſat noctẽ in mũdo
materiali:ita pariter Chriſtus ſol iuſtitię:qñ peccauit Adã:
ꝑ ſuã abſentiã cauſauit noctẽ in eccl'ia. Sed per ſuũ aduentũ
& natiuitatẽ cauſauit diẽ gratię in eccl'ia. Et ſic totum tẽpus
ab Adã vſꝗ ad Chriſtũ dr̃ nox:& totũ tp̃s a Chriſto vſꝗ ad
iudicium dicit̃ dies gratię. De q̃ nocte & die ait ap̃ls ad Ro.
xiij. Nox ꝑceſſit:dies aũt appropinquauit &c. Vñ ſicut in no-
cte propter abſentiã lucis leones & lupi & oẽs beſtię rapa-
ces diſcurrũt ꝑ mõtes & ſyluas:rapiẽtes parua aĩalia in eſcã
ſibi:ita pariter diabolus exiuit per totã noctẽ ante aduentũ
Chriſti,& rapuit totũ pp̃l'ꝫ gẽtilẽ in eſcã ſibi:qa ab oibus co
lebat̃ ꝑterq̃ a pp̃lo Iſr̃l. Et etiã ille pp̃l's frequẽter apoſtata
uit ad idololatriã:& ſic diabol⁹ regnabat in toto mundo ꝑ
oĩa vitia:qa totus mũdus erat in tenebris. Sed poſtq̃ ortus
eſt Chriſt⁹ ſol iuſtitię in mũdũ,oẽs tenebrę noctis fugerũt:
& diabolus incluſus eſt in inferno:ſicut leones includuntur



& fugiũt ad latibulum ſuum in die:& ſic factus eſt dies gr̃æ
in eccl'ia. Et Chriſtus de⁹ & hõ exiuit de vẽtre virginali ad
op⁹ ſuũ.ſ.ad opus redẽptionis vſꝗ ad veſperam ſuę mortis.
Sed poſtea exiuit de ſepulchro per reſurrectionẽ. Et tũc hõ
myſticus cuius Chriſt⁹ eſt caput,exiuit ad operationẽ ſuam
qa ſemꝑ viuit:& opat̃ ſcd̃m euãgeliũ & fidẽ vſꝗ ad veſperã
mundi. Et ſic ptꝫ quõ ab Adã vſꝗ ad Chriſtũ ſemꝑ fuit nox
& tenebra in eccl'ia. Sed a Chriſto vſꝗ ad iudicium eſt dies
gr̃ę. Et ſic patet quõ variata ſunt quatuor tẽpora in eccl'ia ꝑ
ſucceſſuꝫ tp̃is ſcd̃m acceſſum & receſſuꝫ eccleſię ad Chriſtũ.
Nã qñ acceſſimus ad Chriſtũ ꝑ verã fidẽ & ſpem & charita
tem:Chriſt⁹ ſemꝑ augmẽtauit eccl'iam. Sed qñ receſſimus
per multitudinem peccatoꝝ tunc Chriſtus ꝑmiſit infideles
regnare. Et hoc ẽ qd intendit dicere ꝓpheta in hac pte.vñ
ait ꝙ Chriſtus deus fecit lunã.i.eccl'iam in tp̃e.i.vt per tp̃a
variaret̃ ſcd̃m acceſſum & receſſum ad Chriſtũ. Et Chriſtus
ſol iuſtitię cognouit occaſum ſuũ.i.receſſũ qñ peccauit Adã:
qa tũc tu Chriſte deus poſuiſti tenebras & facta eſt nox:qñ
ab hoie propter pc̃tũ receſſiſti. Et ĩpa nocte pc̃ti ptrãſibũt
oẽs beſtię ſyluę & catuli leonum.i.omnes diaboli:vt rapiãt
hoies a deo in eſcã ſibi. Nã Adã erat in gr̃a dei in illa para-
diſo. Sed qa voluit deſcẽdere in Hierico per inobedientiaꝫ:
iõ incidit in latrones q expoliauerunt & rapuerunt ĩpm in
eſcã ſibi. Et ſic diabolus rapuit Adã a deo in eſcam ſibi. Et
ſic diabolus ꝑ totã illã noctẽ rapiebat hoies & pp̃los genti
liũ:& multotiẽs rapuit populũ Iſr̃l in eſcã ſibi:vt ptꝫ ꝑ totũ
diſcurſum lib. Iudicũ & regũ. ❡ Sed ortus eſt Chriſt⁹ ſol iu-
ſtitię ꝑ incarnationem & reſurrectionẽ:& fact⁹ eſt dies gr̃ę
& tunc diaboli cõgregati ſũt fugiẽtes ſolẽ iuſtitię:& colloca
ti & abſcõſi ſunt in cubilibus & antris inferni. Et tunc Chri-
ſt⁹ deus & hõ exiuit in hũc mũdũ ad op⁹ redẽptiõis vſꝗ ad
veſperã mortis & paſſionis & ſepulturę. Sꝫ poſtea exiuit de
ſepulchro ꝑ reſurrectionẽ: & aſcẽdit in cælũ. Sed hõ myſti-
cus.ſ.eccl'ia cuius Chriſt⁹ eſt caput:exiuit in hunc mundum
ad operationẽ ſuã:& operat̃ i hac vinea a mane vſꝗ ad ve-
ſperã:in qua recipiet mercedẽ & denariũ ꝓmiſſũ qñ veniet
Chriſt⁹ ad reddẽdũ mercedẽ operarijs:vt patet Matth.xx.
❡ His ergo ſupradictis cõſideratis admirat̃ ꝓpheta Chri-
ſti ineffabilẽ ſapientiã & miam:& exclamat dicẽs. O Chri-
ſte q̃ magnificata ſunt opa tua erga noſtrã redẽptionẽ & ſa
lutem:qa oĩa feciſti cũ magna ſapientia:qa omnibus proui-
diſti:& in nullo defeciſti de his q̃ ptinẽt ad nr̃am redẽptiõeꝫ
& ſalutẽ & ad conſeruationẽ eccl'ię:puta in copia donoꝝ &
gr̃aꝝ & ſacramẽtoꝝ. Et impleta eſt terra.i.eccl'ia militans
poſſeſſiõe tua.i.copia bonoꝝ. ❡ Deinde cũ dicit, Hoc ma-
re:poſtq̃ ſuperi⁹ cõparauit eccl'iaꝫ ad lunã:hic cõparat ĩpaꝫ
ad nauẽ fluctuãtẽ in mari huius mũdi.& cõparat diabolum
ad draconẽ ſiue balenã,poſtq̃ cõparauit ĩpꝫ ad leonem ra-
pientẽ. Ad cui⁹ intellectũ eſt notandum.nã dictũ eſt in alia
expoſitione:ꝙ de⁹ taliter diſpoſuit mare ꝙ fecit illud ma-
gnũ & ſpatioſum ad copiã piſciũ:& vt naues poſſent attige
re terras remotas:fecit ĩpm ꝓfundum in medio & vadoſum
ad littora:vt balena & magni piſces nõ poſſent accedere ad
paruos piſces in littore natantes. Et quõ balena deluditur
ſi exit a profundo ad littora. Ita ergo pariter Chriſtus fabri
cauit eccl'iam ſuam leuẽ & mundam ab onere peccatoꝝ cõ
tẽnendo iſta mundana:vt onerata poſſet natare ſuper hoc
mare vaſtũ & ponderoſum huius mundi & vehere merces
euangelicas ꝑ oẽs partes orbis. Et conſtituit littora vadoſa
& port⁹ in hoc mari:ad q̃ littora & port⁹ cõfugerẽt parui pi
ſces.i.humiles fideles per humilitatẽ & fidẽ:qñ magn⁹ dra
co exiẽs a profundo ſupbię & alioꝝ vitioꝝ conatur eos pſe-
qui & deuorare.. Sed ſicut parui piſces fugientes ad littora
illudunt draconi:ita fideles fugientes diabolum a ſuperbia
& ceteris vitijs & pc̃tis ad pniam:decipiunt diabolum & cõ
fundunt & interficiunt. Ideo ait propheta. O dñe Ieſu Chri
ſte bene omnia feciſti cum magna ſapientia & prouidentia

nā tu feciſti hoc mare huius mundi magnuꝫ & ſpacioſū ma-
nibus .i. magnis ſpatijs & brachijs & ſinibus & portibus qa
illic ſunt reptilia & aialia puſilla cū magnis, quoꝝ non eſt
numerus .i. ſūt infinita gn̄a vitioꝝ & pctōꝝ & periculoꝝ &
tyrānoꝝ & prauoꝝ hoiꝫ. Sed naues eccleſiæ ab oi pōdere
pctōꝝ ſubleuate illic ſupra hoc mare pertranſibūt & naui-
gabunt cū ſecuritate. qa nauis eccl'ię eſt armata multis & di
uerſis armis & auxilijs ad nauigādū p hoc mare. Nā habet
crucē Chriſti ꝓ arbore: & fidē ꝓ anchora: & ſpē ꝓ temone:
& charitatē ꝓ velo: & eccl'ię ſacramenta ꝓ ſcuto. Et iō licet
fluctuet tñ nunq̄ ſubmergeť nec expugnabitur iſta nauicu-
la Petri. ¶ Eſt etiā illic in iſto mari huius mūdi iſte magnus
Draco diabolus quē formaſti in principio ad illudendū .i. vt
illudať ei a paruis & hūilibus per pœnitētiā & alia ſacramē
ta: ſicut illudiť draconi a piſcibus paruis fugientibus ad litto
ra vadoſa. Iſte eſt ille magn⁹ Behemot & Leuiatā cuius for
titudinē & naturā & mores & poteſtatem deſcribit Iob. xl.
& .xlj. cui nulla ptās creata valet cōparari. Sed Chriſtus il-
luſit ei qn̄ venit ad tētandū eū in deſerto: a quo diſceſſit cō
fuſus & victus: vt patet. Matth. iiij. Item Chriſt⁹ illuſit ei pa
rando ipſi hamū. nā iſte Leuiatā voluit mordere eſcā hūani
tatis Chriſti ſub qua latebat ham⁹ diuinitatis. & ſic Chriſt⁹
cepit Leuiataꝫ hamo ſuo: & perforauit nares eius & ligauit
linguā eius: vt patet Iob. xl. Et quotidie illudit Chriſtus ei
per eccl'iæ ſacramenta. nā licet iſte Draco poſſederit hoieꝫ
per magna tēpora: tñ in vno momento perdit euꝫ ſi hamo
recurrit ad pœnitentiā: & ſic illuditur ei. Oia a te expectāt
dn̄e. Hic cōmendat diuinā prouidentiā & oipotentiam cir-
ca conſeruationē vitæ ſpūalis in ipſis fidelibus. ¶ Ad cuius
intellectū eſt notandū: q̧ ſicut pater & fili⁹ ſpirant vitā cor
poralē in reb⁹ per ſpm̄ ſctm̄ qui ferebať ſup aquas vt dictuꝫ
eſt: ita etiam ſpirant per eundem ſpm̄ ſanctum vitam ſpūa-
leꝫ & gratiā in angelis & hoibus. & ſic omnia viuētia & oia
entia intantum viuunt & habent vitam & eſſe inquantum
Deus ſpirat vitam in eis. & ſi deus retraheret ſuum influxū,
omnia deficerent: Ita pariter oēs fideles & iuſti intantū vi-
uunt ſpiritualiter inquantū pr̄ & filius inſpirant in eis gra-
tiam per ſpiritū ſctm̄ Et ſi de⁹ deſineret ſpirare gratiā ſub-
trahendo: tunc oēs ruerēt in peccatum & mortem. Et iō ſi-
cut oia entia expectant a deo vitam naturalem & eſſe: ita
oēs creaturæ rationales expectāt a deo vitā ſpūalē & grāꝫ.
Iō ꝓpheta conuerſus ad Chriſtū dicit. O Chriſte oia ratio-
nalia expectant ad te vt des eis eſcam ſpūalem ſacramento
rum & grāꝝ in tpe opportuno .i. oēs fideles ve. teſta. expe-
ctant te: vt venias in carnē ad redimendū eos: & ędifices ec
cleſiā tuā: & des eis eſcā ſacramentoꝝ ad refectionē ſpūalē
& vitā gratificā i tpe aduētus tui. Et omnes fideles noui te
ſtamenti expectāt a te: vt cōtinue des eis eandē eſcā: & con
ſerues eos in ea. nā dante & largiente te iſtā eſcā illis: tūc ipſi
colligēt dona grāꝝ: & te aperiente manū tuā oia implebū-
tur bonitate .i. bonis ſpūalibus. Sed p oppoſitū te auertente
faciē tuæ largitatis & retrahente manū: tūc oēs turbabunť
& deficient a vita ſpūali. & ſic morienť & reuertenť in pul-
uerē ſuū .i. in pctm̄: & cōtēptis rebus & bonis ſpūalib⁹ reuer
tentur ad terrena quę occidunt aiam. Et licet tales homies
ſint mortui ex pctō: tñ ſi tu emittis ſpm̄ tuū & grām ſpūs ſan
cti: tūc creabunť nouiter p grām: & ſic renouabis faciē terrę
.ſ. faciē aię. Hoc etiā dicit ꝓphetice. Nā Chriſt⁹ i triduo ſub-
traxit grās ab apl'is: & ſic turbati oēs defecerunt & dubita-
uerunt in fide: & relicto Chriſto oēs fugerunt. Et reuerſi ſūt
in puluerē .i. ad opera terrena qa ꝓ maiori pte reuerſi ſunt
ad artē piſcatoriā: vt patet Ioan. xxj. Sed in die pente. miſit
eis ſpm̄ ſctm̄ & recreati ſunt ad gratiā: & ſic fuit renouata fa
cies eccl'ię: & fortificata & confirmata. vnde Petrus qui de
ficiens in fide ad vocem vnius mulieris Chriſtū ante nega-
uerat, poſt miſſionem huius ſpūs in gratia renouatus & con
fortatus paratus fuit mori pro Chriſto. Et ſic etiam Chriſt⁹
quotidie emittit ſpm̄ gratię in pctōres: & recreat & renouat
eos ad vitā ſpūalem. ¶ Sit glia dn̄i in ſclm̄. Poſtq̄ ſuperius
explicauit oia beneficia q̄ recepim⁹ a deo in noſtra creatio-
ne & eccl'iæ recreatione: nunc in hac vltima parte agit gra-
tias pro tātis beneficijs receptis. vñ ait: Sit gloria dn̄i in ſe-
culum .i. in ęternū: lętabiť .i. lęteť deus in operibus ſuis qua-
ſi dicat q̧ ſicut creauit & recreauit nos: ita nos ſeruiam⁹ ipſi.
Et tunc ipe lętabitur in nobis. qa lętitia & gaudium eſt deo
in iuſtificatione & ſalute hoim. qui quidem Chriſt⁹ reſpicit
.i. reſpexit terrā p miaꝫ: & fecit eam tremere in die pente. &
tetigit mōtes .i. apl'os mittendo eis ſpm̄ ſctm̄ in ſpū vehemē
ti &c. Et tunc montes ſic illuminati fumigarūt legem euan
gelicā prędicando p totū orbem. Naꝫ tetigit apl'os igne ſcti
ſpūs: & ipi fumigarunt & fulminarunt euangelium oi crea-
turę. Et ideo ſubdit. Cātabo domino Ieſu Chriſto in tota vi
ta mea in hac eccleſia celebrando diuina officia & feſtiuita
tes in memoriam natiuitatis & paſſionis & reſurrectionis &
aliorum beneficiorū. Et ſic pſalmuꝫ .i. pſalmos & laudes di-
cam deo q̄diu ſum .i. quantum vixero. ¶ Deficiant pecca-
tores a terra .i. poſtq̄ peccatores repudiāt gratiam ſine q̄ aia
non pōt viuere: ideo deficiant a terra & ab iſta eccleſia: ita
vt non ſint: ſed moriantur in peccato ſuo. & non ſolum pec-
catores & infideles moriantur quo ad animam: ſed etiam
quo ad corpus: & ſic deficiant a terra ſicut mortui fuerūt &
trucidati crucifixores Chriſti, & tyranni, & oēs perſecutores
eccleſię. Et conuerſus ad ſe dicit. O aia mea licet iſti pecca-
tores & infideles nolunt laudare dominum nec Chriſtū re-
cipere: tamen tu benedic domino deo noſtro: a quo tot &
tanta beneficia recepiſti per creationem: & quia dedit tibi
gratiam vt peruenires ad cognitionem veræ fidei.

¶ Ex iſto pſalmo poſſunt recolligi viginti concluſiones. O
Quarum

¶ Prima cōcluſio eſt. q̧ ſicut Moyſes in principio Gen̄. nō
intendit ſcribere creationem mundi ſolum literaliter: ſed ēt
prout illa creatio fuit figura recreationis eccleſię: ita pariter
Dauid in hoc pſalmo intendit commendare diuinam ſapiē
tiam & prouidentiam non ſolum circa mundi creationē ſed
etiam circa eccl'iæ recreationem.

¶ Secūda concluſio. q̧ ſicut iſte mundus ſenſibilis eſt crea
tus a deo trino & vno ad exemplar illius mundi idealis: ita
totus & quælibet pars ſui retinet ſimilitudinem trinitatis.
& ſic ſicut in diuinis eſt trinitas pſonarum: ita in mundo eſt
trinitas naturarum: puta angelica natura: & cæleſtis: & ele
mentaris &c.

¶ Tertia cōcluſio. q̧ ſicut deus impreſſit in creaturis quā-
dam ſimilitudinē trinitatis. ſ. ſubſtātiā virtutē & operationē.
Ita pariter Chriſtus in eccl'ia ſua impreſſit triplicē caracte-
rē ad ſimilitudinē ſui. ſ. caracterē baptiſmalē & cōfirmatio
nis & ordinis: & ita in quolibet fideli impſſit fidē & ſpē &
charitatē ſicut in Chriſto eſt diuinitas & aia & corpus: qua
humanitate Chriſt⁹ indutus eſt ſicut veſtimento.

¶ Quarta concluſio. q̧ ſicut deus in principio fundauit ter
ram ſupra centrū mundi ne poſſit inclinari: ita Chriſt⁹ fun-
dauit eccl'iam ſupra petrā fidei & ſupra ſeipſum q eſt centrū
& fundamentum apl'orum & prophetarum. & ideo nunq̄
totaliter cadet vſq; in finem.

¶ Quinta cōcluſio. q̧ ſicut deus in creatione eleuauit mō-
tes ad terminandū fluctus maris ne aquę exeant ad coope
riendum terram: ita Chriſtus ſublimauit apl'os & martyres
ad reſiſtendum tyrannis. Et poſuit fidem ſpem & charita-
tē tanq̄ murum & montes ad reſiſtendum & repellendos i-
curſus perſecutorum.

¶ Sexta cōcluſio. q̧ ſicut deus in principio diſpoſuit mon-
tes & valles vt ex radicibus & lateribus montiū decurrerēt
aquæ p conualles & flumina p campos ad potum aialium:
Ita pariter Chriſtus taliter ordinauit eccl'iam: vt ex fōtibus
Chriſti exirent aquę ſapientię ſalutaris, & diſcurrerent in

ter valles apſtoꝝ ad campos pplóꝝ: vt inde bibant fideles.

❡ Septima cõcluſio. ꝙ ſicut deus ordinauit & prouidit de pluuia iſti mũdo ſenſibili: vt attingeret ſummitates mõtiũ & terrã p oẽs partes ad germinãdũ arbores, & fœnũ, & herbã ad vitã aialiũ: & panẽ: & vinũ: & oleũ: ad vitã corporalẽ hoim: ita pariter Chriſtus pluit ſuper eccl'iam pluuias ſacramentorum ad vitam ſpiritualem omnium fidelium.

❡ Octaua concluſio. ꝙ ſicut nidus Herodij eſt refugium ſecurũ & dux oibus auib' facientibus nidũ & habitaculũ prope herodiũ: ita pariter arbor crucis in qua Chriſt' poſuit nidum ſuũ in paſſione, eſt dux & refugiũ ſecurũ omnibus fidelibus ponentibus ſpẽ ſuã in cruce & paſſiõe Chriſti. Et ſicut mõtes excelſi ſunt refugiũ ceruis: & petrę cauernoſę erinacijs & cunicul': ita Chriſt' & eccl'ia eſt refugiũ oib' cõtẽplatiuis. & vulnera Chriſti q̄ ſũt cauernę ſre: q ẽ Chriſt' & duodecim articuli in quibus fundatur eccl'ia ſunt refugiũ oib' ſimplicibus fidelibus. Oẽs ergo fideles vt ſaluent̃ refugiunt ad arborẽ crucis: & ad montẽ euangelicuꝫ: & ad petram articulorum: quæ ſunt tria refugia miſerorum.

❡ Nona concluſio. ꝙ ſicut luna per acceſſuꝫ & receſſuꝫ a ſole variat̃ in luie & variat quatuor tẽpora in quolibet mẽſe in his inferiorib': ita pariter eccl'ia p acceſſũ & receſſũ ad Chriſtũ variauit quatuor ſtat'. Hoc idẽ eſt dicendũ de ſole p acceſſum & receſſũ ad polos: q variat quatuor tpa in anno.

❡ Decima cõcluſio. ꝙ ſicut ſol p ſuã pñtiam cauſat diem ſuper nrm hemiſpheriũ: ita Chriſt' p ſuũ aduentũ & ortũ cauſauit diem gratiæ in eccl'ia vſqꝫ ad finẽ mundi.

❡ Vndecima cõcluſio. ꝙ ſicut dies artificialis a mane vſqꝫ ad veſperam datus eſt ad laborandum ꝓ vita naturali: ita ab aduentu Chriſti vſqꝫ ad finẽ mũdi. i. ad iudiciũ eſt dies cõſtitut' ad laborãdum in hac eccl'ia. & in hoc die laborat hõ myſtic' ab Adã & ab aduẽtu Chriſti vſqꝫ ad iudicium. q̃ vltra nõ erit tp̃s laboris ſed p̃mij. Item tota vita hois eſt dies laborandi vſqꝫ ad veſperã mortis: in quo die põt hõ exercere opa meritoria: & agere pœnitentiã vſqꝫ ad morteꝫ. quia poſt mortẽ nõ erit tp̃s laboris ſed mercedis: q̃ oportet operari dum dies eſt: quia veniet nox. i. finis vitæ qñ nemo poterit operari.

❡ Duodecima cõcluſio. ꝙ ſicut deus in pricipio omia creauit cũ magna ſapia & ꝓuidẽtia: ita recreauit eccl'iaꝫ i tãta ſapientia & prouidẽtia ꝙ nihil defecit eccleſiæ de his quæ ꝑtinent ad noſtrã ſalutẽ. nã p eccl'ię ſacramẽta omnibus nociuis obuiauit: & contra omnem infirmitatem confecit medicinam & ſubſidium.

❡ Decimatertia cõcluſio. ꝙ ſicut ars repplt nauẽ ex ligno leui ad nauigandũ ſup hoc mare magnũ & ſpatioſũ ad vehẽdas merces ad oẽs partes mũdi: ita Chriſt' cõſtituit & fabricauit eccl'iam nõ habentẽ maculã neqꝫ rugã terreno põdere alleuiatã & liberã vt poſſet nauigare ſuper mare ponderoſum & fluctuoſũ hui' mũdi: & vehere merces & aromata euãgelica p oẽs partes mundi ad vitã ſpũalẽ fideliũ. & ſicut ars prouidit de arbore & temone & anchora & velo ad tutelã nauis ne pereat & ſubmergatur: ita pariter Chriſt' in eccl'ia. nam poſuit in ea crucem pro arbore: & charitateꝫ p velo: & fidem pro anchora: ne euellatur: & ſpem pro temone ad dirigendã nauem eccl'ię in Chriſtum. & ſic licet aliqñ fluctuet tamen nunq̃ ſubmergetur nauicula Petri.

❡ Decimaquarta concluſio. ꝙ ſicut piſces parui fugientes ad littora vadoſa ſaluantur & decipiunt balenam & draconem marinum: ita pariter fideleles ſimplices fugientes ad littora hũilitatis & pœnitentiæ & aliorum ſacramentorum non ſolum ſaluantur: ſed etiam illudũt diabolo volenti eos deuorare: & decipiunt eum.

❡ Decimaquinta cõcluſio. ꝙ ſicut pater & verbum p ſpm ſactũ ſpirant vitã naturalẽ in oibus rebus indiuiſibiliter: ita pariter pater & Chriſtus verbum incarnatum per ſpiritum ſanctũ ſpirant vitã ſpiritualẽ. ſ. gratiam in omnibus iuſtis & fidelib'. Ex quo patet ꝙ ſicut opera trinitatis ſunt indiuiſa in mundi creatione & cõſeruatiõe: ita etiam in noſtra recreatione & iuſtificatione.

❡ Decimaſexta cõcluſio. ꝙ ſicut oia alalia expectant eſcã a deo & vitã naturalẽ: ita oẽs creaturę rationales expectãt a Chriſto eſcã ſpũalẽ gratiaꝝ & donoꝝ & ſacramẽtoꝝ. Et ſicut Chriſto dante & aperiẽte manũ oẽs colligũt & viuũt p grãm: ita Chriſto ſubtrahente manũ & gratiã oẽs deficiũt a vita & ruũt in pctm. nã ſicut pater p verbũ creauit oia: ita p ipſũmet verbũ incarnatũ regenerauit eccl'iam: & ſicut ſine ipſo factũ eſt nihil: ita ſine ipſo recreatũ & redẽptũ eſt nihil. Et ſic ſine gratia ſpiritus ſancti donata a patre & filio nihil viuit ſpũaliter & meritorie.

❡ Decimaſeptia concluſio. ꝙ ſicut in tpe veris qñ deus mittit influẽtiã & ventũ occidẽtalem germinat terra herbas & flores & renouatur facies terrę: ita pariter in die pẽte. Chriſtus miſit ſpm ſctm ſup apoſtolos: qui germinauit i eis ſeptẽ dona gratiaꝝ. & ſic renouata fuit facies eccl'iæ & corroborata. & eodẽ modo qñ deus mittit ſpm gratiæ ſuper quẽcũqꝫ pctõrem, recreat & renouat ſpm. vt qui per autumnum & hyemẽ peccati perdiderat folia & fructus gratię: poſtea recuperata gratia germinet & proferat fructus meritorios vitæ æternę. & ſic renouat̃ facies aię peccatorũ p pœnitẽtiaꝫ.

❡ Decimaoctaua cõcluſio. ꝙ deus nõ ſolũ delectatur & felicitat̃ in cõtẽplatione ſuiipſius: ſed etiã in opib' ſuis ſcilicet in creaturis: & non ſolum in creatione mundi: ſed multo magis in creatione eccleſię & gratificatione & iuſtificatione fideliũ. & non ſolũ in operibus creationis: ſed magis in operibus redẽptionis & recreationis.

❡ Decimanona cõcluſio. ꝙ ſicut deus reſpiciendo terram facit eã tremere: ita Chriſtus in aduentu primo mouit totã terrã ſpiritualiter & tetigit mõtes apoſtoloꝝ & fumigarũt & fulminarunt euangelium.

❡ Vigeſima concluſio. ꝙ ſicut fideles viuentes p grãm laudant dñm agẽdo gratias ꝓ bñficijs ſupradictis receptis: ita per oppoſitum infideles ex defectu grę mortui in pctõ non poſſunt dñm laudare. ergo aia nra q̄ per gratiã ad hanc cognitionem & vitam peruenit: maxime obligatur deuꝫ laudare & gratias agere & benedicere.

COnfitemini domino: & inuocate nomẽ eius: annunciate inter gentes opera eius.

Cantate ei & pſallite ei: narrate omnia mirabilia eius.

Laudamini in nomine ſancto eius: lætetur cor quærentium dominum.

Quęrite dominum & cõfirmamini: quęrite faciem eius ſemper.

❡ Titul', All'a. Iſte ẽ primus pſalm' alleluiaticus ſecundũ Hieronymum. ſ. intitulatus cum al'la. nam al'la intepretatur laudate deum. Ex quo ſequitur ꝙ omẽs pſal. in quo narrantur laudes dei poſſint dici alleluiatici, licet non præponatur talis titulus niſi in viginti pſal. tantum. Vnde eſt aduertendũ ſicut ſuperius frequenter eſt dictum: ꝙ Dauid in deſcriptione tẽpli ſibi tradita a ſpũ ſctõ intellexit myſteria futura Chriſti & eccl'iæ: vt ipſe dixit. j. Paralyp. penul. & ſic fecit pl'es pſal. ad laudãdũ deũ, appropriatos certis feſtiuitatib': & tẽporibus: vt patet primi Paralyp. xvj. vbi dicitur ꝙ ſacerdotes ſtabãt in officijs ſuis: & leuite in organis carminũ q̄ fecit Dauid ad laudãdum deũ qm̃ in æternum mia eius &c. Inter quos fecit iſtũ pſal. & ſequentẽ. vt patet. j. Paralyp. xvj. Ex quo patet ꝙ iſte pſal. pricipaliter eſt fact' ad laudandum deum. ideo ꝑponitur titulus alleluia. & in duo

bus ſequētib⁹:in quib⁹ narranť laudes dñi:& mirabilia.Sꝫ
eſt differentia.Nā i iſto narranť mirabilia dei,referēdo ad
ei⁹ iuſtitiā:& in.iij.referēdo ad ei⁹ prōptā miaꝫ.Sꝫ eſt aduer
tendū licet iſti tres pſal.videantur hiſtoriales:tñ nō ſunt in
tellīgēdi ad ſolā hiſtoriā.Nā Dauid bñ nouerat iſpū ꝙ mi
rabilia myſteria in his pſal.narrata nō erāt facta gřa ſui:ſꝫ
ꝓut figurabāt mirabilia q̄ Chriſtus erat factur⁹ in nřa redē
ptiōe.Et oēs patriarchę & ꝓphetæ nouerāt ex reuelatiōe
ꝙ non poterant liberari & ſaluari niſi per verbū & Chriſtū
incarnatū:in quo oēs receperūt repromiſſiōes ad Heb.xj.
Hūc ergo deū incarnatū exhortabať Dauid oēs ad ꝯfiten
dū & inuocandū in his tribus pſal.& in cæteris.Principalis
ergo intētio ipſius Dauid in hoc pſal.fuit inducere omēs ad
laudē dñi,ꝓpter nimiā bonitatē quā oſtēdit patrib⁹ ꝓpter
fidē:vt per myſteria & fidē illoꝝ iduceret nos ad fidē Chri
ſti & ad recipiendū eū.Duo ergo facit.nā primo inuitat oēs
ad laudē dei.ſcđo ibi.Memētote.dat cām & aſſignat q̄re ē
P laudand⁹.¶ Quātū ergo ad primū eſt aduertēdū ſicut ſu
peri⁹ dictū ē,ꝙ hęc ſe habēt p ordinē.ſ.reuereri/honorare/
laudare/glorificare/cōfiteri/adorare.Nā reuereri eſt aliqd
mai⁹ bonū i alio q̄ in ſe exiſtimare.Honorare aūt eſt reue
rentiā exhibere ꝓpter illđ bonū.Laudare ē honoratū ꝯmē
dare.Glorificare eſt laudes ipſi⁹ honorati large lateq́ ꝑco
nizare.Cōfiteri eſt deū & dñm vniuerſalē affirmare coram
hoib⁹.Adorare ē reuerēdū honorādū & glorificādū ꝓpter
eminentiā oīpotentiæ & ſctitatis colere:& oī alia ſpe poſt
poſita ſe totū illi ſubijcere.& hoc ſoli deo ptinet & conue
nit.¶ Ex quo patet ꝙ adoratio cōtinet in ſe oia alia.ſ.reue
rentiā/honorē/& laudē/& gloriā ſiue glorificationē/& con
feſſionē.Et iō cū intentio Dauid ſit inducere pplm ad reci
piendū Meſſiā Chriſtū:iō exhortať ipm pplm ad laudādū
& honorādū/& reuerendū/& glorificādum/& adorandum
eū:cū ſit dñs deus nř,de⁹ & hō.vt patebit.Et hūc ordinē ex
plicat in tota pria pte.Dicit ergo.O popule dei cōfitemini
dño noſtro Ieſu Chriſto cōfeſſiōe laudis & fidei confitendo
ipm eē deū,licet appareat in forma hūana.& inuocare no
mē ei⁹ qđ eſt Ieſus & ſaluator.q̇a nō eſt aliud nomē ſub cæ
lo i quo poſſum⁹ ſaluari niſi hoc nomē Ieſus.Et q̇a nō ſoluꝫ
veniet ad ſaluandū iudęos:ſed etiā gētiles:cū ſit redēptor &
ſaluator vniuerſalis:iō annūciate iter gētes opa eius.cū vos
apři pagrabitis vniuerſū mūdū ꝑdicādo euāgeliū oi creatu
rę:& in noie ei⁹ eijcietis dæmonia &c.Et vos mēbra Chriſti
& tota ecclia ex iudęis & gentib⁹ ꝯgregata cātate ei & pſal
lite ei laudes & carmia & officia canonica.& narrate oia mi
rabilia ei⁹ i choro & i pulpito.q̇a hoc ē deū glorificare.ſ.ipſꝫ
reuerendū & honorandū cōmēdare:& laudeꝫ ei⁹ large la
teq́ ꝑconizare.Sed quia non ſufficit nos deū & Chriſtū ore
laudare,ſꝫ in eo laudari.nā tunc qs i deo laudať cū bñ viuē
do ſcđm legē Chriſti bonū exemplū cæteris ꝑbet:vt viden
do bona opa eius glorificent přem q in cælis eſt.iō ſubdit:
laudamini.i.faciatis bona opa vt laudemini i noie ſcō ei⁹,
vidēdo opa vřa bona & exēpla.& ſic lætet cor fideliū q̄ren
tiū dñꝫ,& vidētiū vřa opa bona:q̇a lętanť iuſti cū vidēt bo
na opera & exēpla in proximo.p oppoſitum triſtanť praui
inuidentes fraterne charitati. Sed quia non ſufficit Deum
ſiue Chriſtū laudare & glorificare,ſed etiā debemus tanq̄
deū colere & inuocare & oī alia ſpe poſtpoſita nos tota in
tētiōe illis ſubijcere:qđ ptinet ad cltū latrię & adorationē:
iō ſubdit.Quærite dñꝫ Ieſū Chriſtū & non aliū.& cōfirma
mini in eo tota ſpe & intētione & deuotione & confidentia
abſq́ oī hęſitatiōe & dubio.q̇a ſol⁹ ipe poteſt ſaluare.& q̇a
oportet pſeuerare & frequēter & aſſidue pulſare ad oſtiuꝫ:
iō quęrite faciē ei⁹ ſemp.ſ.maieſtatē & miam:q̇a multus eſt
ad ignoſcendū & paratus ad parcendū. Iteꝫ hoc dicebatur
iudæis & gētib⁹ ante aduētum Chriſti.ſ.q̄rite faciem eius.i.
ꝑſentiā vt veniat ad ſaluādum.nobis aūt nunc dicit q̄rite fa
ciem eius ſemp hic per gřaꝫ:& in futuro facialiter p gloriaꝫ.
vnde per faciem dei in ſcriptura ſemp intelligitur hūanitas
Chriſti:per quam cognitio diuinitatis deſignatur.

Mementote mirabilium eius quæ fecit:prodi-
gia eius & iudicia oris eius.

Semen Abraham ſerui eius:filii Iacob electi
eius.

Ipſe dominus deus noſter:in vniuerſa terra iu-
dicia eius.

Memor fuit in ſęculū teſtamēti ſui verbi quod
mandauit in mille generationes.

Quod diſpoſuit ad Abraham:& iuramenti ſui
ad Iſaac.

Et ſtatuit illud Iacob in præceptum:& Iſrael ī
teſtamentum æternum.

Dicens tibi dabo terram chanaan:funiculū hę-
reditatis veſtræ.

¶ Hęc eſt ſcđa pars principalis ī qua reddit cauſaꝫ q̄re de⁹
eſt laudādus & glorificādus & colendus.ſed quia cā talis eſt
collatio beneficiorum facta antiquis patrib⁹:i q̄ deus oſtē
dit ſuā oīpotentiā & bonitatē & largitatē:iō ſimul exhorta
tur nos ad confeſſionē bñficioꝝ ſiue gratiarum actioneꝫ.iō
iſta ſcđa pars diuidiť in tres partes ſiue particulas.Nā i pri
ma memorat bñficia q̄ deus contulit ipſi Abrahę & Iſaac &
Iacob ꝓpter iuſtitiā fidei.ſcđo bñficia collata ipſi Ioſeph.
tertio beneficia collata ipſi Moyſi & toti populo iſrl' in exi
tu de Aegypto:eo ꝙ maxime iſti fuerūt figura Chriſti futu
ri.ſcđa ibi.Et vocauit famē.tertia ibi.Et intrauit iſrl' in Ae
gyptum.¶ Quātum ad primum eſt notādum ꝙ beneficia
collata patribus ſimul ſunt dicta mirabilia & ꝓdigia & iu Q
dicia.Dicebantur enim mirabilia inquantū fuerūt facta ſu
per naturā:vtputa tranſitus maris rubri &c.Dicebanť ꝓdi
gia inquātū aliquid ꝑfigurabant & prodebant futurum in
Chriſto & in ecclia.Dicebanť iudicia inquantū puniebant
infideles & malos:vtputa decē plagę & flagella illius ppli
&c.& iō iſte pſal.& cęteri triplici reſpectu leguntur in ecclia
primo in memoriā inquātū memoranť bñficia & illa mira
bilia facta & collata antiquis.ſcđo leguntť ad ꝓphetiam:i
quātū figurabāt futura myſteria in Chriſto & ecclia.tertio
leguť ad doctrinā & bonos mores:inquantū nos inducūt
ad finē ex imitatione ſanctoꝝ patrū & ad timorē iudicij di
uini ex punitiōe illoꝝ maloꝝ & rebelliū & infidelium. Iō
iſte pſal.& cæteri non ſoluꝫ eſt exponendus lřaliter:ſed pri
cipaliter ē exponēdus allegorice & ſpūaliter de Chriſto &
ecclia,& ex cōſequēti moraliter.ſed quia faciliter vnuſqſq́
pōt ſibi ſumere doctrinā moraleꝫ p ea q̄ memoranť:iō poſt
ſenſum lřalē principaliter eſt inſiſtēdū in allegorico & ſpūa
li.Dicit ergo Dauid:Cōfitemini cōfeſſiōe fidei & laudis ꝓ
pter bñficia recepta:& mementote mirabiliū q̄ fecit přibus
antiquis inquātū fuerūt facta ſup naturā:& memētote q̄ ꝓ
digia fecit inquātū figurabāt Chriſtū & eccliam. & iudicia
oris eius inquātū malos puniuit ex ꝑcepto ſuo.Et incipit cō
ſtructio in verſu ſequēti.q̄ſi dicat:O ſemen Abraham non
ſolum ſcđm carnē ſed ſcđm ſpm & promiſſionem:& O filij
Iacob electi eius.ſ.electi ipſius dei,memētote mirabilium
ei⁹ q̄ fecit:& ꝓdigia & iudicia oris ei⁹.Nā ipſe Chriſtus dñs
deus veſter:licet veniat ad vos in forma hoīs & ſerui:& iō
iudicia eius & lex euāgelica eſſent in vniuerſa terra manife
ſta.naꝫ ſicut figuraliter memor fuit teſtamēti qđ ꝓmiſit ad
Abraham & Iſaac & Iacob,dando ſucceſſoribus eorum ter
ram Chanaā:ita memor fuit qñ venit in carnē in ſæculum
.i.qñ venit in carnē temporaliter tunc memor fuit verbi in
ſeculū.i.qđ ęternaliter ꝓpoſuit & infallibiliter ſeruandum

ſcilicet teſtamenti promiſſi & verbi qđ mandauit & promi
ſit in mille generationes.i.a progenie in progenies.& poni
tur numerus determinat⁹ pro indeterminato.i.per multas
generationes.qđ quidem teſtamentum deus diſpoſuit ad
Abraham cum dixit: Egredere de terra &c. Geñ.xij.& cũ
dixit In ſemine tuo benedicentur omnes gẽtes. Geñ.xxij.
Et memor fuit iuramẽti qđ diſpoſuit ad Iſaac:cum dixit In
Iſaac vocabitur tibi ſemen.Geñ.xj.Et quia cum iuramen-
to promiſit deus Chriſtum venturum figuratum per ſacriſi
cium ipſius Iſaac.Et ſtatuit & firmauit illud teſtamẽtũ de⁹
ipſi Iacob in p̃ceptuȝ cũ apparuit ipſi in Bethel.Geñ.xxviij.
Et poſtea toti Iſrael in teſtamentum æternũ,vel ipſi ſoli Ia
cob:qui in ipſa luctatione vocatus eſt Iſrael.Et quia vnicui
q; iſtorum p ſe promiſit terrã Chanaã.ſ.Abrahę.Geñ.xvj.
& Iſaac Geñ.xxvj.& Iacob.Geñ.xxviij.iõ ſubdit. Diſpo-
ſuit teſtamẽtum ſuum &c dicens vnicuiq; iſtoꝝ.Tibi dabo
terram Chanaã.ſ.funiculum & mẽſuram & ſortem hęredi-
tatis veſtræ.quaſi dicat:Confitemini & inuocate nomen
Chriſti.& quęrite faciem eius ſemper.qm̃ ip̃e eſt dñs deus
noſter &c.Qm̃ memor fuit teſtamenti.i.quia ipleuit qd ꝓ-
miſit ipſi Abrahę dicens.In ſemine tuo &c.cum per mortẽ
& paſſionem & reſurrectionem nos abſoluit a maledictiõe
Euę:& per baptiſmum nos ſanctificauit. Et cum natus eſt
ex virgine tunc impleuit quod promiſerat:In Iſaac vocabitᷓ
tibi ſemẽ.nam virgo Maria deſcẽdit de Abraham p Iſaac.
Et tunc dedit nobis terram Chanaam in poſſeſſioneȝ æter-
nam,cum in die aſcenſionis penetrauit cęlos & ſedit a dex
tris patris & pręparauit nobis ſedes æternas,qđ minime de
terra materiali Palęſtinę verificari poteſt.tunc enim p̃pa-
rauit vnicuiq; & ſedem & manſionem ſcđm mẽſurã & funi
culum gratiarũ & meritoꝝ.nã vnuſquiſq; iuxta mẽſurã me-
ritoꝝ & gratiæ poſſidet illã hæreditateȝ. Nota q; Chanaã
interp̃tatur negotiatio ſiue mercatio.& iõ p terrã Chanaã
interp̃tatur regnũ cæloꝝ:qđ non poteſt acquiri niſi p nego
tiationẽ & mercationẽ operũ mię & laboris ſpũalis.vnde ait
ſaluator.Matth.xj.Regnum cæloꝝ vim patitur.& violenti
rapiunt illud.vñ dicit Euſebius.Regnuȝ cęloꝝ paupertate
& fletu & miſeria & pſecutione emitᷓ.& cũ labore acquiritᷓ:
& cum negotiatione quinq; & duoꝝ talentoꝝ adipiſcitur.&
cum vſura vnius talenti comparatur.Matth.xxv.Ex quib⁹
patet q; terra Chanaam patribus promiſſa in poſſeſſioneȝ
æternam,eſt regnum cælorum.

Cum eſſent numero breui:pauciſſimi & incolę
eius.

Et pertranſierunt de gente in gentem:& de re-
gno ad populum alterum.

Non reliquit hominem nocere eis:& corripuit
pro eis reges.

Nolite tangere chriſtos meos:& in prophetis
meis nolite malignari.

¶ Hic oſtendit ſpecialia bñficia collata primis patriarchis
propter virtutẽ fidei.quia ſemp de⁹ eos cuſtodiuit in pegri
nationib⁹ ſuis inter gentes extraneas & feroces.nec permi-
ſit eos lędi:immo flagellauit eos lædentes.vñ dicit q; cum
ſancti patres in principio.ſ.Abraham Iſaac & Iacob eſſent
pauciſſimi incolæ & aduenę & peregrini in numero breui,
pertrãſierunt de gente in gentem:& de regno ad populuȝ
alterum abſq; lęſione.Nã primo Abraham cum patre ſuo
Thare & fratre ſuo Nachor venit de Chaldęa in Meſopo
tamiã.vt patet Geñ.xj.Et poſtea de Meſopotamia in ter-
rã Chanaã.Geñ.xij.Et exinde ꝓpter famẽ & inediaȝ trãſ-
iuit in Aegyptũ.& poſtea in Geraris.& ſimiliter Iſaac.vt
pȝ Geñ.xxvj.Et poſtea Iacob profectus eſt de terra Cha-
naam in Meſopotamiã.Et exinde deſcendit in Aegyptum
cũ filijs & nepotibus:& tñ in nullo iſtoꝝ locoꝝ reliq̃t nec p
miſit aliquẽ hoiem nocere eis.Nã primo Abraham libera-
tus eſt de Hur Chaldęorum,Et deus corripuit Chaldęos &
flagellauit ꝓpter eũ:& flagellauit Pharaonẽ regem Aegy-
pti:eo q; detinebat Sarrã vxorẽ ei⁹.& Elimelech regẽ Ge-
rarę ꝓpter eãdẽ cãm.Geñ.xij.Et ita p̃it nõ pmiſit vt Labã
noſceret ipſi Iacob cũ ſequeretur euȝ:nec etiam Eſau frater
eius.Ita etiam deus flagellauit & corripuit regẽ Gerarę ꝓ-
pter Iſaac Geñ.xxvj.quaſi deus diceret.Nolite tangere pa
triarchas & ſanctos Chriſtos meos:& in prophetis meis.i.
ꝓphetas meos nolite malignari. ¶ Vñ nota q; licet Abra- R
ham Iſaac & Iacob nõ fuerint vncti oleo materiali ſicut ſa-
cerdotes & reges poſt Moyſen:tñ fuerunt vncti oleo ſpũali
ſpũs ſcti:& ſic fuerũt veri ꝓphetę:q̃a multa myſteria Chri-
ſti & eccl̃ię p̃uiderũt in ſpũ & figura.& iõ vocat hic eos pro-
phetas & Chriſtos.Nã p̃io cũ Abrahã receſſit a Chaldęa
& Arã ex p̃cepto dei,p̃uidit i ſpũ q; oẽs gentiles relicta ido
lolatria erant venturi ad eccl̃iam & fideȝ Chriſti. Geñ.xij.
Item p vaccã triennẽ & capram trimã & arietem trium an-
norum & turturẽ & columbam p̃uidit in ſpũ totũ diſcurſum
poſteritatis ſuæ vſq; ad Chriſtuȝ.vt patet Geñ.xv. Item qñ
voluit immolare filiũ ſuum Iſaac,p̃uidit totũ myſteriũ paſ
ſionis Chriſti:& facta fuit ſibi ꝓmiſſio in ſemine ſuo de Chri
ſto & eccl̃ia.Geñ.xxij.Itẽ qñ Iacob vidit ſcalã & fudit oleũ
ſuper lapidẽ &c.Geñ.xxviij.tunc in ſpũ p̃uidit totum myſte
rium incarnationis & paſſionis Chriſti & futuram proſperi-
tatem eccl̃iæ.& ideo cum benedixit filijs ſuis:p̃dixit eis oĩa
q̃ ventura erãt eis vſq; ad Chriſtũ.& cũ bñdixit filio ſuo Iu-
da manifeſte p̃dixit regnũ Chriſti & eccleſię & paſſionem
& reſurrectionẽ &c.Geñ.xlix.Ex quo pȝ q; oẽs iſti patriar-
chę fuerunt Chriſti:inquãtũ fuerunt vncti oleo ſpũs ſancti.
& etiam Iacob fuit vnctus oleo materiali cum vnxit lapidẽ
oleo & erexit ip̃m in titulum.Geñ.xxviij.Item oẽs iſti fue-
runt ꝓphetę:q̃a ſpũ ſancto illuſtrati & moti multa futura
p̃dixerunt & p̃uiderunt de Chriſto & eccl̃ia:vt dictũ eſt.Et
ideo dicit Dauid in pſona dei.Nolite tangere Chriſtos me-
os:& in ꝓphetis meis nolite malignari.Ex quo patet q; Da
uid in hoc pſalmo non ſolum intendit narrare hiſtorias:ſed
& intendit deducere nos ad fidem Chriſti : & cognitionem
myſteriorum & beneficioꝝ futurorũ per Chriſtum q̃ in me-
moratis beneficijs figurabantur.Nam Dauid non ſolum ẽ
hiſtoriographus:ſed propheta:vt dictũ eſt.quaſi dicat. Me
mentote mirabilium quæ Chriſtus facturus eſt in ſua natiui
tate & ſua prædicatione & paſſione:quæ ſunt figurata p mi
rabilia & beneficia collata prædictis ſanctis patriarchis &
prophetis.Nam de ſemine iſtorum eſt Chriſtus naſciturus
ſecundum carnem &c.i.de virgine Maria. Et ſicut paſſi ſũt
perſecutiones:ita & Chriſtus paſſus⁹ eſt.Et ſicut iſti fuerunt
liberati:ita & Chriſtus eſt liberãdus per reſurrectionem:&
ſicut iſti peregrinati ſunt:ita & eccleſia erit peregrina & af-
flicta & in fine liberata &c.Ergo ſicut illi patriarchę lauda
uerũt & confeſſi ſunt deo confeſſiõe fidei & laudis propter
beneficia a deo recepta:ita & vos confitemini domino Ie-
ſu Chriſto deo & homini propter beneficia incarnationis
& redemptionis &c.Nam hoc eſt teſtamentum quod deus
diſpoſuit ad Abraham:& iuramentum ad Iſaac Et iſta ſci-
licet eccleſia militans & triumphãs eſt illa terra Chanaam
quam deus promiſit abrahæ & ſemini eius in funiculum hę
reditatis &c.Quia omnia illa quæ ibi fuerunt impleta lite-
raliter & figuraliter in teſtimonium & pactuȝ,ſunt ſpiritua
liter implẽda per Chriſtũ.Quia,ille nos debet introducere
in terram viuentium promiſſam:in qua fruemur bonis gra
tiæ in præſenti:& bonis glorię in futuro.

Et vocauit famẽ ſuper terram:& omne firma-
mentum panis contriuit.

Miſit ante eos virum: in ſeruum venundatus
eſt Ioſeph.
Humiliauerunt in compedibus pedes eius: fer
rum pertranſiit animam eius: donec veniret ver
bum eius.
Eloquium domini inflammauit eum: miſit rex
& ſoluit eum: princeps populorum & dimiſit
eum.
Conſtituit eum dominum domus ſuę: & prin-
cipem omnis poſſeſſionis ſuę.
Vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum: &
ſenes eius prudentiam doceret.
Et intrauit Iſrael in Aegyptum: & Iacob ac-
cola fuit in terra Cham.
Et auxit populum ſuum vehementer: & fir-
mauit eum ſuper inimicos eius.

S ¶ Hic memorat beneficia mirabilia collata ipſi Ioſeph in
figurā Chriſti. Dicit ergo ꝙ cauſa quare deus exaltauit ip-
ſum Ioſeph fuit iſta. Nam deus vocauit & procurauit famē
ſuper terram ſubtrahendo influentiam & gratiam ſuam: 
prohibendo cælum & elementa &c. Et ſic omne firmamē-
tum & ſuſtentamentum panis contriuit & minorauit. Et ſic
miſit virum Ioſeph ante eos ſ. Aegyptios vel ante fratres
ſuos, qui venundatus fuerat a fratribus ſuis in ſeruum & ca-
ptiuum Iſmaelitis. & poſtea Aegyptij. ſ. Phutifar & ſerui ei⁹
humiliauerunt pedes ipſius Ioſeph in compedibus carce-
ris: & ferrum cathenarum & compedum pertranſiuit aīam
id eſt vitam & vires animæ eius. & ſtetit in carceribus do-
nec veniret verbum eius. ſ. interpretatio ſomniorū illorum
duorum ſociorum qui erant vincti cū eo. quia tunc eloquiū
domini. ſ. ſpiritus prophetiæ inflammauit & illuſtrauit ipm
Ioſeph, vt interpretando ſomnia prędiceret futura. Tunc
Pharao rex Aegypti miſit principes & magnates populo-
rum: & ſoluit eum a vinculis: & dimiſit eum liberum. Et fa-
cta interpretatione de ſeptem vaccis pinguibus & macilen
tis: conſtituit eum dominū totius domus ſuæ: & principem
& rectorē poſſeſſionis ſuæ: vt erudiret omnes principes Ae-
gypti: & ſenes eius prudentias doceret in agibilibus. Et ſic
prouidit de frumento in ſeptem annis pinguibus ꝓ ſequen
tibus ſterilibus: vt patet Gen̄. xlj. & ſic fuit exaltatus & ve-
neratus tanq̄ rex in Aegypto. Sed quia per exaltationem
Ioſeph poſt venditionem & incarcerationem prępidit Da-
uid exaltationem Chriſti & regni eius poſt venditionem &
mortem, & paſſionem, & reſurrectionem: ideo per hoc nos
intendit deducere ad laudes & confeſſionē fidei Chriſti ꝓ-
pter beneficia redemptionis &c. quaſi dicat ergo Dauid. O
fideles, qui eſtis ſemen Abrahæ ſecundum ſpiritum: me-
mentote &c. Quoniam ſicut Ioſeph fuit venditus a fratrib⁹
viginti denarijs: ita & Chriſtus eſt vendēdus a Iuda diſcipu
lo ſuo triginta argenteis. Et ſicut Ioſeph fuit poſitus in car
ceribus: ita Chriſtus in ſepulchro. & ſicut Ioſeph abſtractus
a carcere interpretatus eſt ſomnium Pharaonis: ita Chri-
ſtus poſt reſurrectionem interpretatus eſt apoſtolis ſenſum
ſcripturarum. vt patet Lucæ vltimo. Et ſicut Ioſeph libera-
uit Aegyptū a fame corporali ex ſua prouidentia: ita Chri-
ſtus liberauit genus humanū a morte & fame ſpirituali per
legem euangelicā & ſacramenta eccleſiaſtica. Et ſicut rex
Pharao exaltauit Ioſeph poſt exitum carceris ſuper totam
Aegyptum, & omnes principes & magnates: ita deus pa-
ter exaltauit filium ſuum poſt reſurrectionem & aſcenſio-
nem ſuper angelos & homines: & data eſt ei poteſtas in cęlo
& in terra. Et ſicut Ioſeph introduxit patrem ſuum Iacob
& fratres ſuos in Aegyptum: vbi erat abundantia frumenti
&c. ita Chriſtus introduxit fratres ſuos apoſtolos in fertili-
tatem ſcripturarum & ſacramentoꝝ eccleſiæ: in qua ſunt⁹
accolæ & peregrini. Et ſicut Ioſeph ſiue deus auxit populū
ſuū in Aegypto: & firmauit eum ſuper inimicos eius Aegy-
ptios: ita Chriſtus auxit populū ſuum chriſtianum & fide-
les ſuos: & firmauit ſup inimicos ei⁹ Iudęos & cęteros infi-
deles. Oīa ergo ſupradicta myſteria de Chriſto & eccl̄ia p̄-
uidens Dauid in ſpiritu adducit myſteriū Ioſeph in figura.

Cōuertit cor eorum vt odirent populum eius:
& dolum facerent in ſeruos eius.
Miſit Moyſen ſeruum ſuum: Aaron quem ele-
git ipſum.
Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum: & prodi-
giorum in terra Cham.

¶ Hic memorat mirabilia beneficia collata Moyſi & po- T
pulo Iſrael ꝓpter fidē eoꝝ. & memorat punitionē & affli-
ctiones Pharaonis & Aegyptiorū ꝓpter infidelitatē & du-
ritiā eoꝝ. & primo aſſignat cauſam. Nam vt patet Exo. pri
mo, videntes Aegyptij filios Iſrael in tam magnū numerū
creuiſſe: & in bonis tēporalibus abūdaſſe: moti inuidia co-
gitauerūt eos debilitare: & dura opera & vectigalia ei⁹ im
ponere. & pręcepit rex obſtetricibus vt maſculos ſtrangula-
rent &c. Et hæc eſt cauſa quare filij Iſrael clamauerunt ad
dominum. Vnde dn̄s miſit Moyſen & Aaron ab liberan-
dum eos. Ideo ait Dauid. Dn̄s cōuertit cor coꝝ. ſ. Aegyptio
rum: vt odirent populum ſuum. ſ. Iſrael inuidentia fraternę
charitatis & proſperitatis: & dolum facerent in ſeruos eius,
dura onera & labores in luto & lateribus imponendo: & do
lum de pueris ſtrangulandis machinando. & dicit. Conuer
tit cor eorum. non ꝙ deus impelleret eos ad malum agen-
dum: cum non ſit auctor malorū: ſed quia permiſit cor eoꝝ
peruerti: vt odirent populū eius dimittendo eos in ſua ma-
litia & duritia: non largiendo gratiā ꝓpter peccata eorum
præcedentia. quia peccatū quod per pœnitentiā nō delet:
mox per ſui pondus in aliud trahit. Et ſic filij Iſrael habue-
runt cauſam clamandi ad dn̄m. & tunc deus cōpaſſus illi po-
pulo miſit Moyſen ſeruū ſuum apparens ei in rubo: & miſit
cum eo ipſum Aaron quem elegit in ſocium ad loquendum
ante Pharaonem. vt patet Exo. iij. Et poſuit in eis dn̄s ver-
ba ſignorum ſuorum eos informando quomodo loquerent
ante Pharaonem. in quibus verbis & virga erat virtus fa-
ciendi ſigna & prodigia. Et dicunt ſigna inquantū ſignifi-
cabant virtutem & potētiam dei. & ideo dixerūt magi Pha-
raoni: Digitus dei eſt hic. Et dicunt ꝓdigia inquantū aliud
futurū protendebant & portendebant. Nam ille decē pla-
gę ſignificabant decē damna quę patitur hodie populus Iu
daicus ꝓpter peccatū infidelitatis: vt ſupra dictum eſt pſal.
lxxvij. Et dicit Aegyptus terra Cham: eo ꝙ Meſraim filius
Cham populauit Aegyptum.

Miſit tenebras & obſcurauit: & non exacerba-
uit ſermones ſuos.
Conuertit aquas eorum in ſanguinem: & occi-
dit piſces eorum.
Et dedit terra eorum ranas: in penetralibus re-
gum ipſorum.
Dixit & venit cynomyia & cyniphes: in omni-
bus finibus eorum.
Poſuit pluuias eorum grandinem: ignem com
burentem in terra ipſorum.

Et percuſſit vineas eorum & ficulneas eorum: & contriuit lignum finium eorum.

Dixit & venit locuſta & brucus:cuius non erat numerus.

Et comedit omne fœnū in terra eorū:& comedit omnem fructum terrę eorum.

Et percuſſit omne primogenitū i terra eorum: primitias omnis laboris eorum.

Et eduxit eos cum argento & auro:& non erat in tribubus eorum infirmus.

Lętata eſt Aegyptus in profectione eorū:quia incubuit timor eorum ſuper eos.

Expandit nubem in protectionem eorum:& ignem vt luceret eis per noctem.

¶ Hic incipit enumerare ſigna & ꝓdigia quæ fecit dn̄s per Moyſen:ſed nō eodē ordine quo facta ſunt. Vn̄ primo ponit nonā plagā, quādo miſit tenebras per totā Aegyptum Exo.x. Ideo ait. Miſit dn̄s per Moyſen in virtute dei tenebras:& obſcurauit totā Aegyptū.& deus vel Moyſes non exacerbauit ſermones ſuos. Nam ſemp cū benignitate exhortabatur & loquebat̄ Pharaoni vt dimitteret pplm̄. Et cū Pharao ceſſabat a malitia & ꝓmittebat:piter ceſſabat plaga. Et ſic ſermones Moyſi cū dulcedine ꝓcedebant. In ſecundo loco ponit primā plagā:cū dicit. Conuertit aquas eorū in ſanguinē ne poſſent bibere de aqua Nili:& occidit piſces eoꝝ. In tertio loco ponit plagam ſecundā:quando dedit ranas in terra eoꝝ in tanta quantitate ꝙ penetrabant totum regnū ipſoꝝ exeūtes ab aquis. In quarto loco ponit quartam plagam:quæ fuit muſca canina. Nam dixit Moyſes in virtute dei:vel deus dixit.i.p̄cepit & venit cynomyia. Venit etiā cyniphes:quę fuit tertia plaga in oibus finib⁹ eorum. Poſuit etiā pluuias eorum grandinē:quę fuit ſeptima plaga quādo venit grando mixta cū igne.ſ.fulminibus & coruſcationibus. Et percuſſit vineas eoꝝ & ficulneas:& cōtriuit oē lignū.i.oēs arbores finiū eoꝝ. Et dixit etiā & p̄cepit: & venit locuſta & brucus:q̄ fuit ſexta plaga.q̄ quidē locuſta & brucus corroſerunt qd̄ remanſerat. Vltimo ponit decimā plagā:cū dicit. Et percuſſit oīe primogenitū in terra eoꝝ: & primitias oīs laboris eoꝝ tam hoim̄ q̄ beſtiarū & pecudum. Et ſequit̄. Et eduxit eos Moyſes cū argento & auro qd̄ mutuo acceperāt a vicinis ex p̄cepto dn̄i. Et nō erat aliquis infirmus in tribubus eoꝝ. Nam cū angelus dn̄i percuſſiſſet oīa primogenita Aegypti ab hoie vſq; ad pecus:ſoli filij Iſrael fuerūt imunes eo ꝙ vnxerant limina & poſtes ſanguine agni:vt patet Exodi.xij. Et ſic ſalui facti ſunt filij Iſrael ab illa plaga & infirmitate.& ſic lætata eſt Aegyptus & totus populus in profectione & receſſu eoꝝ.ſ.filiorum Iſrael: quia incubuerat timor ſuper Aegyptios ex morte primogenitorum. Et tunc deus expandit nubē in protectionem eoꝝ:& etiā expandit ignē vt luceret eis per noctē. Nā nubes ducebat eos in die,& colūna ignis per noctē. Exod.xiij. Et hoc fuit primum & maximū beneficium poſt exitum de Aegypto quantū ad continuū ducatum. ¶ Sed hic quæritur vtrū filij Iſrael peccauerint & cōmiſerint furtū & mendacium aſportando ſecū vaſa argētea & aurea q̄ mutuo acceperant ab Aegyptijs:cū ſit contra illud pręceptū:Nō furtum facies. Ad hoc reſpondent cōmuniter doctores:ꝙ illemet deus qui dixit:Non furtum facies generaliter:ille idē dixit tunc ſpecialiter vt filij Iſrael acciperent mutuo illa vaſa & portarent ſecū. Ideo nō egerunt contra voluntatē dei: immo impleuerūt dei voluntatē:qui eſt dn̄s auri & argēti & omniū creaturarū. Ideo filij Iſrael non fecerunt contra pręceptum dei qui eſt conditor legis.nec facta fuit iniuria Aegyptijs:eo ꝙ erant debitores filiis Iſrael:quos per longa tēpora violenter oppreſſerat:& abſq; mercede ab eis ſeruitia acceperant.ideo deus voluit vt in ſolutionē & ſtipendiū ſuorū laboꝝ acciperent filij Iſrael illa vaſa argentea & aurea. Sed addit Augu.ꝙ deus non ſine cauſa illud præcepit. Nā quia Aegyptij abutebant̄ auro & argento faciendo ex eis deos aureos & argenteos & vaſa & cætera vtenſilia ad vſum ſacrificiorum falſorum deorū:ideo deus voluit vt auferretur ab Aegyptijs aurū & argentū:vt filij Iſrael cōmutarent illa vaſa aurea in meliorem vſum.ſ.ad ornatum tabernaculi & ad cultum veri dei:quia ex illa copia auri & argēti obtulit vnuſquiſq; pro vaſis & vtenſilibus fabricandis ad cultum veri dei,vt patet Exodi.xxv.&.xxviij.

¶ Item addit Auguſtinus:ꝙ illud factum eſt in figura & ad doctrinam noſtram. Nam abſq; peccato nos accepimus a philoſophis gentium ſcientias mathematicas & naturalē & moralem philoſophiam & complures morales & doctrinas,applicando & conuertendo eas in meliores vſus.ſ.vt ancillentur & ſeruiant noſtrę ſacrę theologię.de quibus ait Salomon Prouerbiorum.ix.ꝙ ſapientia vocauit ancillas ſuas ad artem &c.

Petierunt & venit coturnix:& pane cęli ſaturauit eos.

Dirupit petram & fluxerunt aquę : abierunt in ſicco flumina.

¶ Secundum beneficium fuit:quia petierunt carnes & cibum:& venit coturnix,& pane cęli ſaturauit eos.ſ.māna de cælo miſſo:& durauit per quadraginta annos vſq; ad terram promiſſionis. Exo.xv.& Numeri.xx. Tertium beneficium fuit:quando dirupit petrā & fluxerūt aquæ:& in ſicco abierunt & emanarunt flumina.quare deus non defecit eis i ducatu nec in cibo nec in potu.

Quoniam memor fuit verbi ſancti ſui:quod habuit ad Abraham puerum ſuum.

Et eduxit populum ſuum in exultatione:& electos ſuos in lætitia.

Et dedit illis regiones gētium:& labores populorum poſſederunt.

Vt cuſtodiāt iuſtificationes eius:& legem eius requirant.

¶ Et hæc omnia non fecit deus in meritis eorum cū eſſent rebelles:ſed vt impleret quod promiſit ad Abrahā puerū & verum & fidelē famulū ſuū, cui promiſit illā terram pro ſemine ſuo. Et ſic Moyſes ſiue deus per Moyſen eduxit populū ſuū cum exultatione:& electos ſuos cum lętitia & victoria contra Amalechitas & Seon regē Amorreoꝝ:& Og regē Baſan:& per Ioſue dedit eis regiones gentiū.ſ.a Dan vſq; Berſabee:& labores populorum gentilium poſſederūt illis expulſis & ſubiectis. Et cauſa quare deus eduxit eos de Aegypto & dedit eis illam terram : fuit vt libere poſſent cuſtodire legem dei & iuſtificationes eius in illa lege contentas quo ad iudicialia & cerimonialia & moralia: & legem eius exquirant quo ad myſteria in lege clauſa & contenta de Meſſia futuro.

## Secunda expoſitio vltimę partis Pſalmi.

¶ Sed quia Dauid fecit hunc pſalmum non ſolum propter literam.ſed principaliter in prophetiam propter myſteria Chriſti & eccleſiæ in prædicta litera clauſa & ſignificata : vt in vltimo verſiculo ait. Vt legem eius exquirant. Tenebantur enim Iudæi exquirere in lege myſteria Chriſti:in cuius fide ſaluabantur. Ideo videndus eſt ſenſus ꝓpheticus & allegoricus hui⁹ vltime partis. ¶ Vnde notandum

¶ Vigeſimaſecunda eſt.quia iſta maledictio & vexatio Iudæorũ non ſolũ eſt ad extra corporaliter:ſed etiaꝫ ab intra & ſpiritualiter:quia non ſolũ patiuntur tormenta & opprobria a chriſtianis & ſarracenis:ſed etiam patiuntur ab intra peſſimas & enormes ęgritudines.nã quidã patiunt̃ mẽſtruũ ſanguinis ſicut mulieres:& quidã non valent ſuſpicere cælũ nec numerare ſtellas nec ſpuere in altũ:ſicut ſunt illi qui ſpuerũt in faciẽ Chriſti:& qui properarũt ei i cruce.& iſti nõ ſolũ cõtẽnunt̃ a noſtris:ſed etiã a cęteris Iudęis:vt cõpertũ eſt a fide dignis.Itẽ nõ ſolũ patiuntur has vexationes:ſed etiã cõtinuũ remorſuꝫ conſcientię:qa cognoſcũt vera eſſe q̃ dicunt̃ de Chriſto:& eſſe ipletas ſcripturas:& tamẽ contra conſcientiã cogunt̃ negare ex malitia:& ſic ſemper accuſat eos conſcientia & corrodit vermiculus.Itẽ ſemp ſunt in continuo dolore:cũ videãt cæteros ſibi dñari & ſe ſemp cęteris ſeruire.quæ poteſt eſſe.xxiij.maledictio.ideo ait:Et induit maledictionẽ ſicut veſtimentum.quia extriſecus torquetur ab extraneis.& intrauit maledictio ſicut aqua in interiora eius quo ad remorſum conſcientiæ:& ſicut oleum in oſſibus eius quo ad ſecretas infirmitates & dolores &c.

Fiat ei ſicut veſtimentum quo operitur:& ſicut zona qua ſemper pręcingitur.

¶ Hæc eſt.xxiiij.maledictio.nã multi patiunt̃ aliqđ malũ ad tẽpus:ſed Iudęi patiunt̃ ꝑdictas maledictiones iugiter & ſemp,ſicut nõ poſſunt eſſe ſine coopimẽto.Sunt ergo oĩa ꝑdicta dãna eis ſemp in coopimẽtũ:& ſicut zona qua ſemp ꝑcingunt̃:& nõ ſolũ corpaliter:ſed etiã ſpũaliter & intrinſecus & extrinſecus:& hic & in futurũ:qua ſemp circundantur.

Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum:& qui loquuntur mala aduerſus animam meam.

¶ Hic concludit ꝙ ex iuſto dei iudicio hoc patiunt̃ iudęi:& dicit.Hoc opus.i.hoc pretiũ & præmiũ & punitio & ſententia pro opere eoꝝ Iudæorum qui detrahũt mihi:quia multipliciter detraxerunt ei ante Pilatũ,& in cruce,& locuti ſũt mala & falſa teſtimonia & crimina imponendo cõtra animã & vitã Chriſti quia mortẽ ipſi procurarunt.quaſi dicat:ꝙ oĩa prędicta mala paſſi ſunt Iudæi in pretiũ & præmium pro criminibus quæ Chriſto impoſuerunt & opprobria quæ ipſi improperarũt:& ꝓ morte quã ipſi procurarunt.Itẽ hoc idem patiuntur Iudæi moderni quia ſunt imitatores patrum ſuorum:quia aſſidue detrahunt Chriſto & maledicũt in ſynagogis ſuis:& loquuntur contra ipſum & contra membra eius,deſiderantes deſtructionem chriſtianorum.ergo iuſte hanc pœnam patiuntur.

Et tu dñe dñe fac mecum propter nomen tuũ:quia ſuauis eſt miſericordia tua.

Libera me quia egenus & pauper ego ſum:& cor meum conturbatum eſt intra me.

Sicut vmbra cum declinat ablatus ſum:& excuſſus ſum ſicut locuſtę.

Genua mea ĩfirmata ſunt a ieiunio:& caro mea immutata eſt propter oleum.

Et ego factus ſum opprobrium illis:viderunt me & mouerunt capita ſua.

¶ Hęc eſt tertia pars:in qua petit liberari per reſurrectionẽ.Sed eſt aduertẽdũ ꝙ qñ Chriſt⁹ petit liberari in oĩb⁹ pſal. per reſurrectionẽ,nõ ſolũ rogat ꝓ ſe,vt reſurgat a morte corporali:ſꝫ etiã ꝓ mẽbris,vt reſurgãt ab vtraqꝫ morte.& ideo talis ſimul eſt petitio ꝓ nobis & ꝓpheta ꝓ ſe.nã p ſuã mortẽ corpalẽ vicit & occidit noſtrã mortẽ ſpũalẽ:& p ſuã reſurrectionẽ renouauit & adept⁹ eſt nobis immortalitatẽ.Ideo in hac petitiõe allegat ſuã mortẽ & paſſiões & labores quos ꝓ nobis ſuſtinuit:quib⁹ nos liberauit.& hoc facit in oib⁹ pſalmis qui loquuntur de ſua paſſione.Dicit ergo Chriſtus.Et ꝓ ideo,ſiue ꝓ ſed.ſed tu dñe pater fac mecũ miam tuam.i.reſuſcita me ꝓpter miam tuam.vel fac mecum miam tuã.i.tu & ego faciamus ſimul miam eccliæ & mẽbris meis:quoniam ſuauis & benigna & ſalubris eſt mia tua.libera me reſuſcitãdo a morte corporali:& membra mea ab vtraqꝫ morte,iuſtificãdo a peccato & glorificando:quia pauper,id eſt inops & egenus ego ſum derelictus ſine auxilio in toto triduo.& cor meũ.ſ.caro mea conturbata eſt & afflicta & infirma facta eſt,in me ſcilicꝫ:vt patet per oẽs euangeliſtas,qñ Chriſtus orauit vt calix ab eo tranſiret.Et hoc principaliter intelligit̃ de mẽbris:& ſic totus Chriſtus loquit̃ ꝓ mẽbris dicẽs:Qm̃ egenus & paup & expoliat⁹ oib⁹ bonis gratuitis ſũ in Adaꝫ.& cor meũ,id eſt tota pars ſenſitiua fuit turbata & pcuſſa fomite cõcupiſcentię:& ſauciata & infirmata vt ſemper repugnet legi mẽtis:quia itra me inuenio iſtã legẽ & in mẽbris meis &c.Itaqꝫ ſicut cũ declinat vmbra ſequit̃ nox & auferet̃ lux & dies:ita ego & vita mea ablata eſt per mortẽ:quia realiter fui mortuus & tradidi ſpiritũ in manus patris:& ſicut homines excutiunt & pellũt locuſtã a termino & finibus ſuis:ita ego excuſſus & expulſus ſum a vita per Iudæos ſicut excutitur locuſta.Et ſicut quilibet homo per nimiaꝫ abſtinentiam debilitatur & infirmatur:ita ego per nimium ieiuniũ non ſolum in illis quatuor diebus & quinqꝫ noctib⁹:ſed etiam per oẽs tres annos cum dimidio fui in continua abſtinentia & laboribus & itineribus ꝓpter ſalutem hominum:& ſic genua mea infirmata ſunt a ieiunio.i.ꝓpter ieiunium:& caro mea imutata eſt in maciẽ & debilitatẽ ꝓpter oleũ & pinguedinẽ.i.ꝓpter defectũ pĩguedinis & ſubſtãtię & ſedi laſſus & feſſus iuxta puteum Sichar.vt patꝫ Ioan.iiij.quia defecit in me oĩs pinguedo & fortitudo & oẽs corpora-

les vires non ſolum propter labores:ſed etiã propter nimias
afflictiones in toto triduo:& etiam ego factus ſum opprobri
um multis:gentilibus.ſ.& Iudęis.vñ poſtq̃ viderũt me i cru
ce,putantes me purũ hoiem & totaliter derelictũ & indes
fenſum mouerunt capita ſua irridendo dicentes. Aue rex Iu
daeorum.& vah qui deſtruis tẽplum dei &c. Item dixerũt. Si
filius dei eſt liberet eum.

Adiuua me domine deus meus:ſaluum me fac
propter miſericordiam tuam.

Et ſciant quia manus tua hæc:& tu domine feci-
ſti eam.

Maledicent illi & tu benedices: qui inſurgunt
in me confundantur: ſeruus autem tuus lætabitur.

Induantur qui detrahunt mihi pudore:operiã
tur ſicut diploide confuſione ſua.

¶ Adiuua ergo me dñe deus & pater meus:& ſaluũ me fac
propter miſericordiã tuã,me a mortuis ſuſcitãdo:& ſciant.i.
ſciẽt & cognoſcẽt:quia manus tua & poteſtas eſt hęc.i.pote
ſtate tua talis reſurrectio facta eſt.quia hoc ad ſolũ deũ ptis
net.ſ.mortuos ſuſcitare.& ideo ſequit:& ſciãt qa tu feciſti eã
.ſ.talẽ poteſtatẽ & reſurrectionẽ.etiã dũ illi & licet illi males
dicãt improperãdo & deridẽdo:tamẽ tu benedices me res
ſuſcitãdo:& facta reſurrectione Iudęi & gẽtiles crucifixores
qui inſurgunt vt inſurrexerũt in me:& inſultarũt ad mortes
condẽnando:confundantur non valẽdo aſſequi intentũ ſuũ:
ſeruus aũt tuus Chriſtus & eccl'ia lætabit ex gloria reſurre-
ctionis.& ſic Iudęi qui detrahũt & detraxerũt mihi,induãs
tur.i.induent pudore & verecũdia:& induent cõfuſione ſua
ſicut iduunt diploide.Vnde aduertẽdũ q diplois gręce idẽ
eſt q'i duplex palliũ & veſtimẽtũ.& ita Iudęi duplici cõfuſio
ne & cõtritione pculſi & induti ſunt.ſ.exterius pudore & ve-
recũdia cum relinquantur mẽdaces & videant Chriſtũ coli
tanq̃ Meſſiã p totũ orbẽ.ſcdo interi' cũ videant ſe afflictos
& captiuos.& ſic duplici cõtritione ſunt contriti & duplici cõ
fuſione confuſi.& ideo vt euaderent hãc confuſionem poſt
reſurrectionẽ corruperũt cuſtodes pecunia vt dicerent q diſ
cipuli fuiſſent furati corpus Chriſti.

Confitebor domino nimis in ore meo:& in me-
dio multorum laudabo eum.

Qui aſtitit a dextris pauperis:vt ſaluam faceret
a perſequentibus animam meam.

¶ Hęc eſt quarta pars.in qua Chriſtus in perſona ſui & mẽ
brorum promittit gratiarũ actiones ſe acturũ patri p bene-
ficio reſurrectionis & dicit.Ego poſtq̃ reſurrexero & aſſum-
ptus fuero in cęlum ad dexterã patris confitebor domino
deo patri in ore meo & in membris meis.Naꝫ diſcipuli mei
ab ore meo habuerũt doctrinã euãgelicã quã prędicarunt:
& miſericordiã & potentiã dei annunciauerunt.Et ſequitur.
In medio multoꝝ:ſcilicet tam gentiliuꝫ q̃ iudęoꝝ laudabo
eum:& in medio eccleſię diuina officia celebrãdo & feſtiui-
tates:ſecũdo benedicẽdo & laudando.Et ſequitur.Ideo lau
dabo eũ quia aſtitit a dextris pauperis & indefenſi:id eſt in
fauorem & auxilium meũ:vt ſaluaꝫ faceret animã & vitam
meã a Iudęis me perſequentibus:& hoc me reſuſcitando &
membra mea iuſtificando & eccleſiã a tyrannis liberando
& eam ampliando & per totũ orbem dilatando.

P ¶ Ex ſupradicta expoſitione patet error hebręoꝝ moder
norum:qui dicunt q Dauid fecit hunc pſalmũ petẽdo vin-
dictam de Saul perſecutore ſuo.quia manifeſte dicunt fal-
ſum.nam Dauid nunq̃ maledixit ipſi Saul,nec petiit vindi
ctam de eo.immo ſemp rogauit pro eo in toto tempore ſuæ
perſecutionis:nec voluit ipſum occidere:nec permiſit q ali'
occideret eum:cum potuiſſet ipſum interficere in ſpelunca
quando abſtulit ipſi particulã chlamydis:& quãdo dormiẽ
ti abſtulit ſcyphum & haſtã.immo defleuit caſum & interi-
tum eius & interfecit nunciũ qui nunciauit ſibi mortem Sau
lis:& compoſuit canticum lugubre de morte Saulis & Iona-
thę.vt pꝫ.ij.Regũ primo capl'o.Ex quo patet q Dauid nõ
dirigit ſupradictas maledictiones ipſi Sauli:ſed populo iu-
daico crucifixori Chriſti & obſtinato ſicut ſupra expoſitum
eſt.Et patet manifeſte impletum per experientiam.

¶ Ex his etiã patet maior error & deterior quorũdam chri Q
ſtianoꝝ ignorantiũ tam clericoꝝ q̃ laicoꝝ:qui dicunt hunc
pſalmũ cõtra perſecutores ſuos chriſtianos a quib' patiun-
tur aliquam iniuriã vel oppreſſionem,petendo a deo vindi
ctam de eis:deſiderando ſupradictas maledictiones eueni-
re eis.qđ non ſolũmodo eſt deteſtabile:ſed irriſoriũ.Nã pri-
mo eſt contra doctrinã euangelicã:qua dicitur Matthæi.v.
Orate pro eis qui vos perſequuntur. & benefacite eis qui
oderunt vos. Item ſi quis te percuſſerit in vnam maxillam
præbe ei aliam.Item dimittite & dimittetur vobis.Itẽ hoc
idem eſt contra conſuetudinem eccleſię:quę non ſolum ro-
gat pro malis chriſtianis:ſed etiã pro hęreticis & ſchiſmati-
cis:vt depoſita perfidia & hæretica prauitate reſipiſcãt ad
fidem catholicam.Item rogat pro perfidis Iudæis:vt deus
auferat velamen de cordibus eorum & videant lumen veri
tatis & conuertantur ad vnum verum deum Ieſum Chriſtũ.
Et ſic tenemur rogare pro omnibus inimicis: vt depoſito
odio diligant nos.& rogamus contra Paganos non vt mo-
riantur:ſed vt potentia eorum conteratur:ne noceant nobis
Item hoc videtur irriſorie dictum. nam cauſa exauditionis
orationis apud deũ eſt puritas mentis & charitas.ſed qui pe
tit talem vindictam:& infert tales maledictiones proximo:
non poteſt eſſe in charitate:ſed in execrabili & deteſtabili
odio.ergo nõ poteſt exaudiri apud deum.Quia in hoc pſal-
mo non ſolummodo memorantur punitiones temporales:
ſed etiã ſpũales & eternę.cum dicit.Diabolus ſtet a dextris
eius:& cum iudicat exeat condẽnatus:& oratio eius fiat in
peccatũ &c.Ex quibus patet opinionẽ talium eſſe deteſta-
bilem & irriſoriã & falſam.Nam Dauid non locutus eſt ad
hanc intenſionẽ:ſed prædicit & vaticinatur punitionem cru
cifixorum Chriſti vt dictum eſt. ¶ Sed contra totã ſupradi- R
ctam expoſitionem arguunt:immo murmurant Iudæi dicẽ
tes,q indebite ſit inflicta poena ſupradictarum maledictio-
num populo Iudaico ſiue ſynagogę propter necem Chriſti.
Quod probãt ſic.nam peccatũ idololatrię eſt maximũ om
nium peccatoꝝ:& per conſequẽs eſt maius q̃ homicidium.
nam illud eſt contra primũ præceptum & immediate eſt cri
mẽ lęſę diuinę maieſtatis:& iſtud eſt contra quintũ præce-
ptum & contra proximũ.ſed ppter peccatũ idololatriæ ſo-
lum fuerunt Iudęi puniti ad captiuitatẽ ſeptuaginta anno-
rum in Babylone:in iſta autẽ iam perſeuerarunt per Mil.
cccc x.annos cum omnibus ſupradictis maledictionibus.er-
go indebite patiuntur maioreꝫ poenã pro minori peccato.
In oppoſitũ eſt propheta in hoc pſalmo qui poſtq̃ pnuncia
uit oẽs ſupradictas maledictiones venturas illi populo pro-
pter mortẽ Chriſti,concludit dicẽs.Hoc opus eoꝝ qui de-
trahunt mihi.i.hæc eſt iuſti dei ſententia & poena omĩb' his
qui detrahendo machinati ſunt in necem meã.Reſpondet
q pro ſolutione huius difficultatis primo eſt vidẽdũ an pec-
catum idololatriæ cõmiſſum ab antiquis Iudæis ſit maius
aut minus q̃ peccatũ mortis Chriſti.Et ex conſequenti faci-
liter concludet intentũ ratione & auctoritatibus. ¶ Quan-
tum ad primũ eſt aduertendũ q vnum peccatum eſſe mai'
altero contingit quadrupliciter.primo ratione inobedien-
tię.ſcdo ratione voluntatis.tertio ratione circunſtantiarum.
quarto ratione obſtinationis.Vnde ppter oĩa iſta quatuor
ſimul maius fuit peccatũ necis Chriſti,q̃ peccatum idolola-

triç. Quod primo, ratione ꝓbatur obediētię. nā antiqui per idololatriā ſolū peccabāt cōtra deū recedendo ab eo: & cōuertēdo ſe ad idola: ſed crucifixores Chriſti nō ſolū receſſerūt a deo volūtarie occidēdo Chriſtū: ſed etiā occiderūt ꝓximū innocentē. & ſic fecerūt contra primū & ſcdm̄ p̄ceptū: quia ſimul occiderūt deū & hoiem: qd non fecerūt idololatrę. Scdo hoc pctm̄ fuit maius illo ratione malę voluntatis. nā cū deteriori voluntate & malitia & odio Iudęi crucifixerunt & ꝑſecuti ſunt Chriſtū q̄ patres eoꝝ cōmiſerunt idololatriā: quia ex odio & inuidia, & malitia, & ſine cauſa iluſte occiderūt innocentē: & cū maiori & clariori notitia. Tertio hoc peccatū fuit grauius & deterius illo ratione circūſtātiarū. nā Iudæi in occidēdo Chriſtū nō ſolum occiderūt deū & hoiem innocentē & ſanctū: ſed etiā benefactorē & redēptorē. & ſic peccarunt p ſummā ingratitudinē. Itē fecerunt deū & legē & ꝓphetas mēdaces in negando Chriſtū, & ſic cōmiſerunt ſacrilegiū & blaſphemiā. Itē obligauerunt ſe & filios ſuos & oēs poſteros illi peccato. & ſic multipliciter fuerunt homicidę. Et ſic per omnia fuit peius & deterius q̄ peccatū Adę, vt dictū eſt pſal. xiij. & lxxxj. Quarto aūt hoc peccatū fuit peius q̄ idololatria antiquoꝝ ratione obſtinationis, in qua māſerunt & manent ſucceſſores eoꝝ: quia continue occidunt Chriſtū poſtq̄ placet eis q patres eoꝝ crucifixerūt eū: & retinent eandē malitiā & odiū cōtra Chriſtū, & non ſolum ſunt hæredes illius homicidij: ſed oim aliarū circunſtantiarū. nam pariter faciunt deū & mendacē & legē & ꝓphetas: & per hoc negāt deū eſſe, peius q̄ idololatræ. quia nullū deū adorant. quia adorant vnū deū qui non eſt trinus & vnus nec incarnatus. ſed talis deus nuſq̄ eſt. ergo nullū deū adorant. Et ſic p oia peccatū necis Chriſti in quo nunc manent Iudęi, eſt peius q̄ peccatū idololatrię patrum eoꝝ. qd multis auctoritatibus probatur. Nā Hieremię. xvj. introducit iſtū populū conquerētē de captiuitate in qua modo ſunt, & dicentē. Quare dn̄s locutus eſt ſup nos omne malū grāde iſtud? Quę noſtra iniquitas aut qd peccatū noſtrū qd peccauimus dn̄o deo noſtro? dices ad eos. Quia dereliquerūt me patres veſtri, ait dn̄s. Et abierunt poſt deos alienos & ſeruierunt eis: & adorauerūt eos & dereliquerūt me: & legē meā nō cuſtodierūt. Sed & vos peius operati eſtis q̄ patres veſtri. Ecce em̄ ambulat vnuſquiſq; poſt prauitatem cordis ſui mali, vt me non audiat. & eijciam vos de terra hac &c. Ex ſupradictis patet q pctm̄ poſteriorum iudæoꝝ qui noluerūt audire deū incarnatū & manent in prauitate & obſtinatione cordis ſui & in malitia & odio inueterato, ē & fuit peius q̄ peccatū idololatrię patrū ſuoꝝ: & p cōſequēs aliud pctm̄ poteſt eſſe peius q̄ idololatria: qd nō potuit eſſe aliud niſi coniuratio in mortē Chriſti & odiū & obſtinatio in eū. vt magis patebit. Vnde in iſto eodē capitulo ſequitur deſtructio & diſſipatio illius populi & reprobatio eiuſdē. & predicit mutatio legis & feſtiuitatū: & prędicit cōuerſio populi gētilis. Sed q iſta poena & perpetua punitio ſit inflicta populo Iudeoꝝ propter mortē Chriſti, patet Eſa. l. Vbi dicit dn̄s ad populū iudaicū conquerentē quare p tot tēpora permiſit eos in hac captiuitate. vnde ait. Quis eſt hic liber repudij matris veſtrę quo dimiſi eā? aut qs eſt creditor meus cui vendidi vos? Ecce em̄ iniquitatibus veſtris vēditi eſtis: & in ſceleribus veſtris dimiſi matrē veſtrā: quia veni & nō erat vir. Vocaui & nō erat q audiret. Et ita dn̄s aperuit mihi aurem. ego autē nō cōtradico. retrorſum nō abij. Corpꝰ meum dedi percutientibꝰ: & genas vellētibus: faciē meā nō auerti ab increpātibus & cōſpuentibus in me dn̄e, deus auxiliator meꝰ, & ideo nō ſum cōfuſus &c. Ex dictis & cæteris quę dicunt in toto iſto caplo patet qualiter deꝰ qui loquit in hoc capitulo erat pcutiendus & pilādus & paſſurus cum magna patiētia & obediētia, vt obediret deo pr̄i. Et quomodo ꝓpter iniquitatē & pctā ſua debebat repudiare ſynagogā rebellē & inobedientē: nec audire volentē ſpōſum in ſuo aduentu. Et quomodo reprobat populū iudaicū: & reliquit ipſum dormientē in doloribus ſuis & maledictionibus ſuis. Et patet qualiter ꝓpter mortē Chriſti puniunt hac poena diuturna. Sed q hęc captiuitas & punitio ſit vſq; in finē ſæculi duratura, patz pſal. xxviij. Deſtrues illos & non reædificabis eos. Itē pſal. lviij. Cōuertent ad veſperā & famē patient vt canes & circuibūt ciuitatē. Itē Danie. ix. Vſq; ad cōſummationē & finez perſeuerabit ſtatuta deſolatio. Ex ſupradictis patet reſpōſio ad dubiū & admirationē Iudæorū: qa turbātur quare p minori pctō infligit eis maior poena q̄ patribus ſuis idololatris. Ad quos reſpondet q pctm̄ cōmiſſum contra Chriſtū in quo nūc pſeuerāt, eſt multo grauius q̄ idololatria patrū ſuoꝝ. nā ipi ſunt peiores q̄ idololatrę: qa nullū deū adorāt niſi deū fictitiū ſine verbo & ſpū ſancto: q nuſq̄ eſt. Itē negādo Chriſtū negāt deū & faciūt ipm mendacē & legē & ꝓphetas: & ſic ſunt ſacrilegi & blaſphemi qa blaſphemando & maledicēdo cōtinue Chriſtū, blaſphemāt deū & legē & ꝓphetas & ſunt homicidę & deicidę quia hoiem deū pcuſſerūt & flagellarunt & occiderūt vt dictū eſt: & hoc gratis & ſine cauſa. vt dr in hoc pſal. qa oſtēderūt odiū p dilectione & oderūt ipm gratis. Vltimo peccāt in obſtinatiōe: qd eſt grauiſſimū peccatoꝝ, & cōtra ſpiritū ſanctū: qa manent obſtinati ſemp in odio inueterato cōtra Chriſtū & mēbra eius. ideo ratio eſt q poſtq̄ culpa eoꝝ eſt ꝑpetua: vt poena eoꝝ ſit ꝑpetua dū manēt in eadē obſtinatione. Et ideo dicit ſaluator Matth. xij. q fiunt nouiſſima hois illiꝰ peiora prioribus. Et ideo Dauid in hoc pſal. p̄dixit cauſas & qualitates peccati Iudęoꝝ & maledictiones & poenas eoꝝ perpetuas vſquequo in finem conuertantur.

**DIxit dominus domino meo: ſede a dextris meis.**

**Donec ponam inimicos tuos: ſcabellū pedum tuorum.**

¶ Huic pſalmo pręponit talis titulus. Ipſi Dauid pſal. Ex titulo apparet q Dauid fecit iſtū pſalmum. Sed de materia huius pſal. & etiā de auctore varię ſunt poſitiōes & ſentētię inter hebręos modernos volentes occultare veritatē aduētus Meſſię. Nā qdā dicūt q Heliezer pcurator ipſiꝰ Abrahę fecit hūc pſal. pro victoria Abrahæ de quatuor regibꝰ q expoliauerūt Sodomam. quaſi diceret. Dixit dn̄s deus q eſt dn̄s oiz: dn̄o meo Abrahę: ſede a dextris meis i. eſto ſecurꝰ: donec ponaz inimicos tibi ſubiectos. Chamhi vero dicit q cantores Dauid fecerūt iſtū pſal. poſt mortem Saulis poſtq̄ Dauid fuit vnctus in regē ſup totuz Iſrael, quaſi dicant. Dixit dn̄s dn̄o meo Dauid poſtq̄ iam mortuus eſt Saul: tu ſede a dextris meis, id eſt ſis rex ſuper totū Iſrael: & ego ponam oēs inimicos tuos ſub pedibus & poteſtate tua. qd impletū fuit. Nā obtinuit totū regnū Iſrael, & etiā Moabitas, & Idumęos, & Philiſteos fecit ſibi tributarios. Sed tam prima q̄ ſcda expoſitio eſt falſa. Nam ea quę memorant i hoc pſal. nec cōueniūt ipſi Abrahæ: nec ipſi Dauid: quia nullus eoꝝ fuit ſacerdos in æternū: nec genitus ante luciferū, vt patebit. Et ideo ora impudentiū omniū iſtorum ſaluator noſter Ieſus Chriſtus obturauit: cū dixit Matth. xxij. Quomodo ergo Dauid vocat ipm dn̄m dicens. Dixit dn̄s dn̄o meo: ſede a dextris meis. Itē Petrus Actuū. ij. quando dixit. Non em̄ Dauid aſcendit in cælos. dicit autē ipſe Dixit dominus dn̄o meo: ſede a dextris meis. Itē Paulus ad hebræos prio. Cui aliquando angeloꝝ dixit: ſede a dextris meis. Itē Paulꝰ primę ad Corinth. xv. Oportet autē illū regnare donec ponam oēs inimicos ſub pedibꝰ eiꝰ. Cū quibus cōcordat Ionathan Abēhuziel vir magnę auctoritatis inter hebræos: cui nullus auſus eſt cōtradicere: qui in trāſlatione chaldaica interp̄tatus eſt iſtū pſalmū de Chriſto filio dei Meſſia in lege promiſſo, dicēs. Dixit dn̄s verbo ſuo. Item Rabi Barachias

adducit ſcripturam hui⁹ pſalmi:& gloſſat ipſam de Chriſto
Meſſia in lege ꝓmiſſo. ¶ Ad cui⁹ intelligentiã eſt notãdũ,
ꝙ poſtq̃ Dauid in pſal. pręcedenti memorauit & pręnũcia-
uit ſentẽtiã & dãnationẽ & maledictiones quas incurrit po-
pulus iudaicus ꝓpter mortẽ Chriſti:in hoc pſal. prędicit &
S prænũciat dignitates quas Chriſtus adept⁹ eſt in p̄miũ & ſti-
pendiũ ſuoꝝ laboꝝ & ſuę mortis & paſſionis. ¶ Nã tres di-
gnitates acq̄ſiuit & adeptus eſt Chriſt⁹ etiã inquãtũ homo:
nõ ſolũmodo ſuper oẽs hoies:ſed etiã ſuper oẽs creaturas tã
ſpũales q̃ corporales. Nam primo adept⁹ eſt dñiu3 & regnũ
& imperiũ vniuerſale ſup oẽs creaturas in cęlo & in terra &
in inferno. vt ipſe ait Matth. vltio. Data eſt mihi poteſtas in
cælo & in terra. Scdo adeptus eſt ſacerdotiũ ęternũ ſeu ſacer-
dotalẽ poteſtatẽ conſtituẽdi ſacramẽta & cõferẽdi eis virtu-
tẽ. q̃ poteſtas nulli eſt data:niſi ſoli Chriſto tanq̃ ſummo ſa-
cerdoti & ęterno. Tertio adeptus eſt & tradita eſt ipſi vni-
uerſalis iudiciaria ptãs diſcernẽdi & iudicandi & tribuẽdi p̄-
miũ ſcdm merita nõ ſolũ hoibus:ſed etiã diabolo & ange-
lis eius. Principalis ergo cõcluſio in toto pſalmo intẽta eſt ꝙ
Chriſtus ex merito ſuę paſſionis meruit ſupradictas tres ſũ-
mas dignitates ſiue poteſtates. Quatuor ergo facit Dauid ĩ
hoc pſal. Nã primo oſtẽdit qualiter deus pater tradidit hoi
Chriſto filio ſuo vniuerſale regnũ & imperiũ totius mundi.
Scdo q̃liter tradidit ſibi ſũmã poteſtatẽ ſacerdotalẽ ſiue ſa-
cerdotium ęternũ. Tertio qualiter tradidit ſibi iudiciariam
poteſtatem vniuerſaliter ſuper omne3 creaturam. Quarto
oſtendit qualiter has tres prędictas dignitates meruit Chri-
ſtus propter ſuã paſſionẽ & mortem & obediẽtiã. Scdm erit
ibi. Iurauit dñs. Tertiũ ibi. Dñs a dextris tuis. Quartum ibi.
De torrente in via bibit. ¶ Quantũ ergo ad primũ dicit ꝓ-
pheta Dauid. Sicut ego ꝓuidi in ſpũ punitionẽ & damnatio-
nẽ quam incurrit populus Iudaicus ꝓpter mortem & paſſio-
nem Chriſti, & ingratitudinẽ & inuidiã quam cõmiſerunt cõ-
tra ipm:ita pariter ꝓuidi tres dignitates & ſummas poteſta-
tes:quas Chriſtus adept⁹ eſt a patre in pręmiũ & ſtipendiu3
ſuæ mortis, & paſſionis, & humilitatis, & obedientię. Nam
primo ꝓuidi in ſpũ qualiter dñs de⁹ pater oĩpotẽs dixit dño
meo Ieſu Chriſto filio ſuo:ſede a dextris meis. Donec ponã
inimicos tuos & ſubiectã tanq̃ ſcabellũ pedum tuoꝝ. In hac
autẽ prima particula ſunt tria videnda. Nã primo videndũ
eſt quid eſt ſedere, ſiue quomodo ſedet filius ad dexteram
patris:& quando pater dixit hoc filio. Scdo quomodo & qñ
pater poſuit & ſubiecit filio inimicos ſuos ſub pedibus eius.
Tertio eſt videndum quomodo ſumatur ly donec. Nam ſi
Chriſtus ſedet ad dexterã patris donec ſubijciantur ſibi ini-
mici ſui:videtur ꝙ poſt iudiciũ poſtq̃ ſubiecti fuerint oẽs
inimici Chriſto, nõ amplius ſedebit filius ad dexterã patris.
T quod eſt erroneum. ¶ Ad primũ eſt dicẽdũ ſcdm Aug. ꝙ di-
cere dei idẽ eſt qđ facere, vel ꝑcipere. Nã deus dicendo fe-
cit oia. Sed eſt aduertẽdum, ꝙ deus pater dupliciter locutus
eſt. Vno modo ab æterno:& ſic ꝓduxit filiũ ſuũ & verbũ ſi-
bi coequale & conſubſtantiale. Et ſic patrẽ loqui ad filiũ ni-
hil aliud eſt niſi producere verbũ ſibi coequale & cõmunica-
re ſibi totam ſuã ſubſtãtiã & eſſentiã, vt dictũ eſt pſalmo. ij.
Alio modo deus pater locutus eſt ex tẽpore. & ſic produxit
vniuerſitatẽ creaturę:quando dixit fiat lux & facta eſt lux.
Geñ. primo. & Ioã. j. Omnia per ipm verbum facta ſunt. Et
iſtud dicere eſt ad extra & temporaliter. Tertio modo mul-
tipliciter locutus eſt ad filiũ. ſ. quando vniuit ipm perſona-
liter verbo ſuo in die incarnationis. Nã licet talis vnio termi-
netur ad ſolã perſonã filij:tamẽ tota trinitas operata eſt ef-
ficienter totũ illud myſteriũ incarnationis. Et ſic locutus eſt
pater filio in baptiſmo, & in transfiguratione, cu3 dixit Hic
eſt filius meus dilect⁹. & ita locutus eſt etiam in die aſcẽſiõis:
quando aſſumpſit eũ & fecit ipm ſedere ad dextera3 ſuã:&
tradidit ipſi regnũ & imperiũ ſuper oẽs creaturas. & ſic dice-
V re dei idem eſt qđ facere. ¶ Scdo eſt notandũ ꝙ ſedere tri-
pliciter ſumitur in ſacra ſcriptura. Vno modo dicit poſitionẽ
ſiue ſitum in loco. & ſic conuenit ſoli aĩali. Scdo modo idem
eſt qđ a labore quieſcere. Tertio modo idem eſt quod re-
ſidere ſiue poſſidere. vt cu3 dicimus ꝙ rex reſidet ſiue ſedet
in regno, id eſt poſſidet ipm & potiť & dñatur ei. Scdo ergo
& tertio modo Chriſtus ſedit a dextris patris in die aſcenſio-
nis ſiue reſurrectionis:ſcilicet qñ quieuit ab omni labore
paſſionis, & amplius non paſſus eſt, nec mortuus, nec mors
illi vltra dominabiť. ſecũdo quia reſidet & potiť potioribus
bonis patris:& poſſidet illa potiora bona. ¶ Tertio eſt no-
tandũ ꝙ dextru3 quatuor modis ſumitur in ſacra ſcriptura.
Vno modo dicit poſitionẽ in loco ſiue differentiã poſitio-
nis, cuius oppoſitũ eſt ſiniſtrũ:& ſic ſolis rebus corporeis cõ-
uenit. Secundo modo dicit ęqualitatẽ in eſſentia & potẽtia.
Tertio dicit principiũ vnde motus:ſiue mediante quo quis
immediate operať. Et ſic dicit Ariſtoteles prio cęli, ꝙ oriẽs
eſt dextrũ mundi:eo ꝙ inde incipit ois primus motus. & ſic
dicit etiã in libro de motu animaliũ ꝙ quodlibet aial habz
dexterã vnde incipit operari:& cũ qua immediate operať.
Quarto modo dicitur dextrũ ois ꝓſperitas:& aduerſitas di-
citur ſiniſtrũ. Et ſic potiora bona dicunť etiã dextera patris.
Primo modo filius non ſedet a dextris patris:quia deus pa-
ter cũ ſit ſimpliciſſima ſubſtãtia & icorporea, nec habet dex-
trum nec ſiniſtrũ. Scdo modo filius ſedet a dextris patris ſe-
cũdũ deitatẽ:quia ẽ ſibi coequalis in eſſentia & potentia:&
ſic non cõuenit humanitati. Tertio mõ filius ſedet a dextris
patris. primo ſcdm deitatẽ quia Chriſtus eſt verbũ patris ꝑ
quod fecit oia:quia pater dixit oia verbo ſuo:& ſic oia facta
ſunt ꝑ ipm verbũ. vt dictũ eſt pſal. xxxij. Scdo ſedet inquan-
tũ homo. Nã ſicut ꝑ ipm inquantũ de⁹ creauit & regenera-
uit nos per grãm. ad Corinth. j. quia nulla gratia poteſt ho-
mini conferri niſi per Chriſtũ mediatorẽ dei & hominum:
in cui⁹ fide & grã ſaluati ſunt oẽs fideles vtriuſq; teſta. ideo
ratione vtriuſq; naturę Chriſtus dr̃ dextera dei patris & vir-
tus. Sed iquãtũ homo, dr̃ mediator & dextera patris ꝑ quã
pater operať. Ex quo p3 ꝙ vt ſic nõ ſolũ ſedet a dextris pr̃is
ſed etiã eſt dextera patris. Quarto mõ Chriſt⁹ ſedet a dex-
tris patris:inquantum homo:quia reſidet in potioribus bo-
nis patris:& potiť eis & poſſidet ea i ſummo gradu poſt pa-
trẽ. Et notãter dicit, ſede a dextris meis:& nõ ad dexteram
meã. quia potiora bona patris in quib⁹ reſidet filius:dicunť
multa. ſ. ſummũ regnũ & imperiũ, ſiue ſumma regia & im-
perialis poteſtas ſup oẽs creaturas. ſecũdo ſummũ & æternũ
ſacerdotiũ. tertio vniuerſalis iudiciaria poteſtas & diſtribu-
tio pręmioꝝ. quarto eadem adoratio & veneratio ſimul cũ
verbo. Hæc quatuor ſunt illa dextera & proſpera & poten-
tiora bona dei patris:in quibus ſedet & reſidet filius etiam
inquantum homo. quę quidẽ bona pater ſoli homini Chri-
ſto tradidit. Deridẽda eſt ergo cauillatio Porphyrij:qui di-
cebat ꝙ ſi fili⁹ ſedet a dextris pr̃is, ergo ſeqť ꝙ pr̃ ſedet ad ſi-
niſtram. Ad quem reſpondeť. ꝙ dextera patris in qua ſedet
Chriſtus:nõ dicit differentiã poſitionis in loco:ſed dicit po-
tiora bona quæ pater põt cõmunicare creaturæ alicui. Per
hoc etiã reſpondeť ad Arrium:qui dicit, ꝙ ſi filius eſt ſubie-
ctus patri ꝑ oia:vt ait apl's:ergo quomodo ſedet a dextris
eius? Reſpondetur ꝙ quilibet filius primogenitus ſiue vni-
genitus patriſfamilias eſt ſubiectus patri:tamen cum hoc ſe-
det in potioribus bonis:& in ſumma poteſtate gubernati-
ua & honore poſt patrẽ reſpectu oim famulorum & ſeruoꝝ
domus. Et iſto modo primogenitus cuiuſcũq; regis ſedet a
dextris patris ipſo viuente. Sic ergo Chriſtus licet inquantũ
homo ſit patri ſubiectus:tamẽ dicitur ſedere a dextris reſpe-
ctu omniũ creaturarũ in quatuor ſupradictis potioribus bo-
nis. Sed ꝓpter hoc Chriſtus vt homo nõ dicitur ęqualis pa-
tri per oĩa:qui vt ſic non eſt ſibi tradita poteſtas creatiua
inquantũ homo qua poteſtate de⁹ poteſt creare multos mũ-
dos. quia alia eſt poteſtas creatiua, alia gubernatiua. Nam

poteſtas gubernatiua & iperialis pôt cõmunicari alicui crea
turæ verbo vnitæ:ſed forſan hoc repugnat poteſtati creati-
uę.ſed hoc relinquatur determinationi eccliæ.Sed hoc eſt
certũ q Chriſtus inquantũ homo habet poteſtatẽ guber-
natiuã & regnũ & imperiũ ſup oẽs angelos & hoĩes & dæ-
mones.Et per hoc dr̃ ſedere ad dexterã patris.Habet etiã
hoc humanitas Chriſti:quia ſimul adoraſ & veneraſ cũ ver
bo ab angelis & beatis.cũ quo verbo facit vnã pſonã.vt pꝫ
Apò.v.&.vij.vbi Ioan.vidit.xxiiij.ſeniores & turbã magnã
& oẽs angelos procidẽtes & adorantes Chriſtũ ad dexterã
patris & dicẽtes.Dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere
virtutem & diuinitatẽ & honorẽ & gl̃iã & benedictionẽ &
oẽm creaturã q̃ in cęlo eſt & ſup terrã & ſub terra & q̃ ſunt
in mari.Ex quibus patet q humanitas Chriſti ſiue Chriſt⁹
inquantũ homo ſimul cũ patre & ſpũ ſancto adoraſ,& glo-
rificatur,& regit & gubernat omnẽ creaturã:licet quãtũ ad
humanitatẽ ſemp ſit minor patre.Sed reſpectu oim aliarũ
creaturarum ſimul cum patre & ſpiritu ſancto dicitur rex &
dñs,& gubernator,& ſup oẽs,& ab oibus habet gloriam &
honorẽ,& cultũ,& latriã adorationẽ.Et hoc eſt ſedere ad
dexteram patris.Sed ſi quęriſ qñ homo Chriſt⁹ hoc habuit
a patre:Dicendũ q habuit realiter in die incarnationis ex
perſonali vnione.Nã ſemp ſedit in potioribus bonis glorię
& fruitionis:& ſemp fuit adoratus ab angelis ſimul cũ ver-
bo.ſed effectiue & oſtẽſiue hoc adeptus eſt in die aſcẽſionis
Et ideo cũ aſcendit in cælũ:dixit diſcipulis ſuis.Data eſt mi-
hi poteſtas in cælo & in terra.ergo non ſolummodo dẽ die
aſcenſionis:ſed etiam de die incarnationis poteſt intelligi
de Chriſto hoĩe hoc qd̕ dicit propheta Dauid.Dixit dñs do
mino meo:ſede a dextris meis.i.accipe poteſtatẽ guberna-
tiuam & regnũ & imperiũ ſup oẽs creaturas:& gl̃iam & ho-
norẽ,& latriã,& ſummã fruitiõẽ & gl̃iam.Sed hoc nõ fuit
manifeſtũ niſi poſt reſurrectionẽ in die aſcenſionis vt magis
patebit.Nã dupliciter debetur Chriſto hoĩ talis ſeſſio.Vno
modo inquantum filius naturalis ratione vnionis verbi.
Alio modo ex merito ſuę paſſionis.Primo modo accepit ta
lem poteſtatem & incepit ſedere a dextris patris in die in-
carnationis.Scd̃o modo in die aſcẽſionis,vt magis patebit.
X ¶ Ad ſcd̃m eſt dicẽdũ q multipliciter pater poſuit & ſubie
cit inimicos Chriſti ſub pedibus eius.& hoc a principió ſuæ
incarnationis & natiuitatis.Nam illico in natiuitate ſua cor
ruerunt multa idola in ægypto:& vlularunt idola apud Ge
tas & Maſſagetas:& dederunt reſponſa dicẽtia vniuerſaleꝫ
dñm & regẽm eſſe natũ:immo Nilus ægypti diuiſus eſt per
quatuordecim alueos.quoꝝ ſeptẽ diffuſi ſunt per totã ægy-
ptum:& intrauerunt per ſeptẽ oſtia in mare mediterraneũ:
& alij ſeptẽ intrauerũt mare rubrũ vſq; in hodiernũ diẽ.Et
hoc accidit tẽpore Octauiani:quãdo Chriſtus natus eſt : vt
ait Strabo in libro de ſitu orbis.Hoc idem dicit Virgilius in
vj.cũ dicit.Huius in aduẽtu iam nũc & Caſpia regna Reſpõ
ſis horrent diuũ & meotica tellus Et ſepteꝫ gemini turbant
trepida oſtia nili.Hoc idẽ pꝫ per totũ diſcurſum euãgelicũ:
vbi demonſtraſ q nõ ſolũ venti & mare obedierunt Chri-
ſto:ſed etiã dæmones fuerũt ipſi ſubiecti:quos eiecit de cor
poribus obſeſſis:& multos eoꝝ miſit in porcos:qui ſe in ma
re p̃cipitauerũt.Similiter Chriſtus ſubiecit dæmones inimi-
cos ſuos qñ deſcendit ad inferos & ibi ſedit tanq̃ iudex circi
ter.xl.horas:& cõdẽnauit & ligauit diabolũ vſq; ad iudiciũ
& expoliauit limbũ & purgatoriũ:& inde traxit ſanctos pa
tres & oẽs qui vixerant in fide Chriſti ſub vete.teſta.vſq; ad
illã diem.Itẽ poſtea ſubiecit inimicos ſuos dęmones cum pe
nitus eiecit eos ab idolis de mundo & deſtruxit oia noia ido
lorum nec nominanſ vltra.Itẽ ſubiecit ſub pedibus ſuis oẽs
inimicos ſuos Iudęos:quando abſtulit eis hoſtiam & ſacrifi
ciũ & ſacerdotiũ:& eos p Titũ & Romanos deſtruxit & ca-
ptiuauit & diſperſit:& in ſeruitutẽ ſub chriſtianis & ſarrace
nis redegit.Itẽ ſubiecit ſibi oẽs inimicos gentiles quoſdã pu
niendo:& quoſdã ad fidẽ ſuã conuertendo.Nam totus po-
pulus chriſtian⁹ p maiori parte qui hodie eſt ſub iugo Chri-
ſti:deſcendit de pplo gentili:ſup quẽ populũ Chriſtus ſedet
tanq̃ ſupra ſcabellũ.cæteros aũt conculcat ſub pedibus ſuis
puniendo poena tẽporali & æterna.Sed hoc magis appare-
bit in die iudicij quando deſtinabit oẽs dãnatos cũ diabolo
& angelis eius ad poenã æternã:iuſtos aũt ſecũ aſſumet ad
felicitatẽ perpetuã.Tunc ergo perfecte erit cõpleta iſta p-
phetia.ſ.Donec ponam inimicos tuos.vt ait apl̃s primæ ad
Corinth.xv.Qui dicit.Deinde finis cũ tradiderit regnũ deo
& patri:cũ euacuauerit oẽm principatũ & poteſtatẽ & virtu
teꝫ.oportet autẽ illũ regnare donec ponat inimicos ſuos ſub
pedibus eius.nouiſſime autẽ inimica deſtruetur mors. Sed
eſt aduertendũ q quando dicimus q Chriſtus inquantum
homo ſedet a dextris patris in illis quatuor potioribus bo-
nis:non eſt dicendũ q ly inquantũ replicet rationẽ forma-
lem humanitatis:quia hoc non conuenit Chriſto ex princi-
pijs formalibus humanitatis:quia ſic cuilibet homini cõue-
niret.Sed ly inquantũ replicat materialiter ipſam humani-
tatem Chriſti ratione vnionis verbi & filiationis naturalis
quã accepit in incarnatione.Et ratione paſſiõis quã ex obe
dientia patris accepit.Et ex charitate ſuoꝝ mẽbroꝝ.Quaſi
dicat:q Chriſtus ſcd̃m q homo q eſt vnitus verbo & fili⁹ na
turalis dei patris,ſedet a dextris eius. ¶ Ad tertiũ dicitur q Y
iſtud aduerbiũ donec,& iſtud aduerbiũ vſq;,tripliciter ſumũ
tur in ſacra ſcriptura.Primo mõ p̃ciſiue & determinatiue.Et
ſic ſumiſ Geñ.xlix.cũ diciſ Non auferetur ſceptrũ de Iuda:
donec veniat qui mittendus eſt.Quaſi dicat:q poſt aduen-
tum Chriſti nõ erit rex tẽporalis de tribu Iuda.Itẽ eodẽ mõ
dicimus q mulier eſt alligata coniugio donec vir moriaſ.&
ſancti patres fuerũt in limbo donec Chriſtus venit.Et eodẽ
modo ſumitur illud apl̃i ad Gala.iiij.Quanto tẽpore hęres
paruulus eſt,ſub tutorib⁹ & actoribus eſt vſq; ad p̃finitũ tem
pus a patre.i.donec emancipieſ & donec ſit finitũ tẽpus,pa
ter ſubmiſit ipſum tutoribus.quaſi dicat:q poſt tale temp⁹
ſtatutũ non amplius eſt ſub tutoribus.Scd̃o modo ſumiſ do
nec & teneſ abſolute & indeterminate.Et ſic ſumiſ pſalmo
cxxiiij.cum diciſ:Oculi noſtri ad dñm deum noſtrũ donec
miſereatur noſtri.quia nõ ſequitur q poſtq̃ deus miſert⁹ fue
rit noſtri non amplius habeamus oculos ad deũ.Itẽ eodeꝫ
mõ indeterminate & abſolute ſumitur hoc aduerbiũ donec
Matth.primo.cũ diciſ:Ioſeph non cognoſcebat virginẽ do-
nec peperit filiũ ſuũ primogenitum.Et eodẽ modo ſumitur
hic donec in hoc pſalmo indeterminate & abſolute:quia nõ
ſequitur q poſtq̃ pater ſubiecerit filio omnes inimicos ſuos,
quin filius ſedeat a dextris patris . Tertio ſumitur do-
nec infinite & æternaliter.& ſic ſumitur pſalmo.lxxj.cum di
citur.Orietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis do
nec auferaſ luna.Sed quia luna nunq̃ auferetur nec annihi
labiſ:ideo pax Chriſti nunq̃ ceſſabit:ſed erit inęternũ.Item
eodẽ modo ſumitur ly donec Matth.xviij.cũ dr̃ q irat⁹ dñs
tradidit illũ ſeruũ nequã & ingratũ tortorib⁹ donec redde-
ret debitum.Sed quia nullus poteſt reddere debitũ in infer
no:ergo inæternũ cruciabiſ.Eodẽ ergo etiã modo poteſt ſu
mi hic ly donec.cum dr̃ Dixit dñs dño meo:ſede a dextris
meis.Donec ponã inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorum.
Et poniſ pro q̃diu.i.q̃diu ponã inimicos tuos.q.d.q inęternũ
ſubijciã tibi inimicos tuos:quia inæternũ erũt tibi ſubiecti
in inferno dãnati.ergo inæternũ ſedebis a dextris meis.Et
ſic patet veritas ſententiæ huius verſiculi.

## Virgam virtutis tuę emittet dñs ex Sion:do-
## minare in medio inimicorum tuorum.

¶ Hic oſtẽdit p̲pheta vbi & qñ incepit manifeſtari execu
tio & poteſtas regni Chriſti.Et demonſtrat q hęc poteſtas
incepit in Hieruſalẽ in mõte Sion:quãdo miſit ſpiritũ ſan-
ctũ in diſcipulos.Nã tunc dedit eis.vij.dona:puta donum

ſapientię & intellectus ad intelligendas ſcripturas:& ſpiritū
cōſilij & fortitudinis ad pſecutiones tolerādas:& ſcientię &
pietatis:& aliarum gratiarū ad miracula facienda,& vices
Chriſti exercēdas. Itē in die aſcēſſionis dedit eis poteſtateꝫ
calcandi ſuper ſcorpiones:ſed in die pentecoſtes habuerunt
executionē. Ideo dicit Dauid. Dñs pater mittet ſimul tecū
virgam virtutis,id eſt poteſtatē & dona gratiarū:qua apo-
ſtoli fecerunt virtutes.& hoc mittet ex Sion in die penteco.
Et ideo poſtq̄ habes poteſtatē & cōmiſiſti eā apoſtolis:do
minare in medio inimicorum tuoꝝ:& ſubiuga inimicos.i.
ſubiugabis oēs inimicos & eis dominaberis:quoſdā ad fidē
conuertendo:& quoſdam.ſ. Iudæos principibus mūdi tēpo
raliter ſubijciendo:& quoſdā.ſ.oēs infideles obſtinatos,ad
Z æternam mortem condemnando. ¶ Vnde ē aduertenduꝫ:
ꝙ notanter propheta ponit in hoc loco virgā pro poteſta-
te. Vnde quadruplex memoratur poteſtas in ſacra ſcriptu-
ra.ſcilicet regia:& ſacerdotalis:& doctrinalis:& virtutis.ſci
licet miracula faciendi. Sed vnaquęqꝫ iſtarū poteſtatuꝫ de-
notatur & figuratur per virgam. Nam de poteſtate regia di
citur Geñ.xlix. Non auferetur ſceptrū ſiue virga de Iuda.
Ideo reges & regij officiales ſemp portant virgā in manu.
& ita pinguntur cū virga in ſignū dominij & regiminis. De
virga autem ſacerdotali habetur Numeri.xvij.quādo data
eſt virga ipſi Aaron. Et ideo epiſcopus portat virgam pa-
ſtoralem in manu in ſignū regiminis ſpiritualis. Tertio mo-
do magiſter ſcholaruꝫ qui docet tenet virgam ſiue ferulam
in manu in ſignū doctrinę. De quarta autem virga virtutis
habetur Exo.iij.quam deus dedit Moyſi.cū qua fecit oīa
miracula.vt patet per totū diſcurſum. Exo. Eſt ergo quadru
plex virga poteſtatiua.ſcilicet regia,ſacerdotalis,& doctri-
nę,& virtutis faciendi miracula. Hanc ergo quadruplicem
virgam tradidit deus pater ipſi Chriſto filio ſuo inquantū
homo:& ipſe Chriſtus tradidit eam diſcipulis ſuis in die pē-
tecoſt. Et etiā in die aſcēſionis quādo miſit eos per totū or-
bem.cū qua virga apoſtoli ſubiecerunt Chriſto oēs inimi-
cos ſuos. Nam ſicut virga Moyſi fuit dicta virga virtutis:eo
ꝙ cum ea faciebat miracula ſcdm virtutem a dño illi virgę
collatā:ita etiā lex euāgelica dr̄ virga virtutis:continēs illas
quatuor poteſtates ſupradictas:cum qua apoſtoli miracula
faciebant. Quā virgam emiſit dñs ex Sion. Nam quaſi illas
quatuor poteſtates dedit Chriſtus apoſtolis ſuis in monte
Sion. Nam in illa eadeꝫ domo in qua Dauid fecit iſtū pſal-
mū & oēs alios,quæ erat ſita in mōte Sion:fuit poſtea cœ-
naculū in quo Chriſtus fecit cœnā cū diſcipulis ſuis in die io
uis ſancta:& ibidem inſtituit ſacramentū altaris:& dedit po
teſtatē apoſtolis conficiendi hoc ſacramentū,cum dixit. Su-
mite & diuidite inter vos.hoc quotienſcūqꝫ feceritis &c. Iteꝫ
in eodem loco in die paſchę in ſero ſtetit in medio apoſto-
lorum poſt reſurrectionem:& aperuit eis ſenſum & ſcriptu-
ras.vt patet Lucę vltimo. Item in eodē loco in die octauo
poſt paſcha dedit poteſtatē apoſtolis remittendi & retinē-
di peccata.vt patet Ioan.xx.quando inſufflauit in diſcipu-
los ſuos dicens. Accipite ſpiritum ſanctum:quorum remiſeri
tis peccata:remittuntur eis. Item in eodē loco in die pente-
coſtes miſit ſpiritū ſanctum in diſcipulos:vbi receperūt om-
nia dona gratiaruꝫ.& intelligentiā ſcripturarum:& genera
linguarū.vt patet Actuū primo. Ideo ilico beatus Petrꝰ cœ-
pit facere miracula ſimul cū cæteris apoſtolis:intantum ꝙ
illa die conuerſa ſunt quatuor milia hominū.& ſic apoſtoli
diſperſi ſunt per vniuerſum mundū:& conuerterunt totum
populum gentilem. Ex quo patet ꝙ virga virtutis Chriſti &
poteſtas incepit & egreſſa eſt de Sion. Et ſic dilatata eſt per
vniuerſum mundū ſicut dictum eſt pſalmo.xlviij.&.l. Quia
de Sion exibit lex:& verbum dñi de Hieruſalem. Eſaię.ij.
Ideo dicit hic propheta. O Chriſte dominus pater ſimul te-
cum emittet virgam virtutis.ſ.legis euangelicę,ex Sion:do-
minare in medio inimicorum tuorum.



**Tecū principiū in die virtutis tuę i ſplēdoribus
ſanctorum:ex vtero ante luciferum genui te.**

¶ Sed ne quis putaret Chriſtū ex tēpore totaliter icepiſſe:
& velut filium adoptiuū & nō naturalē regnū a patre acce-
piſſe:ideo hoc remouet Dauid oſtendens Chriſtū eſſe verū
filiū dei patris naturalē & æternū:& per conſequēs iure hę-
reditario regnū ęternū & ſupradictā poteſtatē a patre acce
piſſe. Nā licet ſit tēporalis ſcdm humanitatē:tamen eſt ęter
nus ſcdm diuinitateꝫ. Et etiā licet ſit verus homo ex matre
ſcdm carnem:tamen eſt verus deus ſcdm diuinitatē. Et quia
verbū accepit illā humanitatē in vnitatē pſonę:ideo Chri-
ſtus deus & homo eſt vna pſona & nō plures.& ſic eſt vnus
filius naturalis dei patris. Nec etiaꝫ inquantū homo habet
alium patrē niſi deum. Et ſic iure hæreditario debet ipſi re
gnum mundi. Nam ſicut ſimul cum verbo adoratur & glo-
rificatur & veneratur:ita ſimul cū verbo oīa regit & guber-
nat:eo modo quo ſupradictū eſt. Et hoc habuit humanitas
Chriſti a principio ſuæ vnionis vt dictum fuit. Sed magis
oſtenſum eſt & demonſtratū & manifeſtatū in die aſcenſio-
nis,vt ſupradictū fuit. Et hoc eſt qd̄ intēdit dicere:cū ait. Te
cum principium in die virtutis tuæ. Vnde per principiū intel
ligit verbū quod eſt principiū formale omniū creaturarum.
Ad cuius exēplar facta ſunt oīa:& per quod verbū deꝰ di-
xit oīa creata ad extra.vt ait Auguſt. Hoc principiū ſem-
per fuit vnitū cum humanitate Chriſti a primo inſtanti ſuæ
incarnatiōis:a quo incepit dies virtutis:maxime tēpus pere-
grinationis Chriſti in hac vita:duꝫ fuit viator:quaſi dies mi
litię & certaminis & triūphi & laboris. Nā Chriſtus a primo
inſtanti ſuę incarnationis ilico incepit operari noſtrā redē-
ptionem. Nā ſtatim mouit virginē Mariam matrem ſuā vt
iret ad viſitandū Heliſabeth:& etiā ex vtero virgineo ſan-
ctificauit Ioannē baptiſtā vt eſſet pcurſor. Et etiā in die na-
tiuitatis ſuę operatus eſt ineffabiles virtutes:quia apparuit
noua ſtella in oriente:quę duxit magos ad præſepe:& mul-
titudo cæleſtis exercitus cantauit Gloria in excelſis deo. Et
illa die fuerunt facta miracula per diuerſas partes orbis ter-
rarū:quia oēs creaturæ dederunt ſignum eiꝰ natiuitatis. Et
multas alias virtutes operatus eſt Chriſtus vſqꝫ.xxx. annū:
quas ſcriptura tacet. Sed oēs euangeliſtę inceperunt nar-
rare virtutes & miracula Chriſti a ſuo baptiſmo. Et ſic in il-
lis tribus annis operatus eſt tot virtutes & miracula:quæ ſi
oia ſcriberentur mūdus non poſſet capere qui ſcribēdi ſunt
libros.vt patet Ioānis vltimo. Sed maxime fuit dies virtu-
tis Chriſti,dies paſſionis & reſurrectionis ſuę:qñ triumpha-
uit de diabolo & expoliauit infernū. Sed dies ſplendoris fuit
& ſanctorū fuit totū tempus poſt reſurrectioneꝫ. Dicit ergo
pater ad filiū:O Chriſte nō ſine cauſa debetur tibi regnum
mūdi etiā ſcdm humanitatē ratione vnionis pſonalis verbi.
Nā principiū exemplare oīm creaturarū.ſ.verbū ęternū per
qd̄ facta ſunt oia,fuit ſemp tecū pſonaliter vnitū in die im-
mo a die tuę virtutis.i.tuę incarnationis:& in toto die tui
certaminis & militię:& in die tui triūphi:in quo die operatꝰ
es virtutes & miracula:& viciſti diabolum,& abſtuliſti ipſi
prędā. Et non ſolūmodo fuit tecū principium in die virtutis
& laboris mortalis vitæ:ſed etiā fuit ſemper tecum in ſplen-
doribus ſanctorum.i.in toto tempore poſt reſurrectionem
cum accepiſti gloriā & ſplendorē pro te & ſanctis tuis. Naꝫ
humanitas tua ſplendet in cęlo oibꝰ ſanctis & beatis pluſq̄
ſol. Cuius ſplendor nunq̄ cognoſcet occaſum Apocalip.vlti
mo. Ex quo patꝫ ꝙ verbū poſtq̄ ſemel aſſumpſit humanita
tem nunq̄ dimiſit. Nam ſemper fuit vnitū in toto die virtutis
ante reſurrectionem,licet aīa fuerit ſeparata a corpore:&
ſemper fuit vnitū poſt reſurrectionē ſicut ante:& ſemp fuit
vna perſona cum verbo:& per cōſequēs filius dei. Vtruꝫ aūt
Chriſtus in triduo fuerit homo vel non, alibi diſputabitur:
quia non eſt præſentis ſpeculationis. Sufficit ꝙ Chriſtus

ſemp fuit filius naturalis dei. Et ſic iure hęreditario meruit
regnū ſup oĩes creaturas tanq̄ filius naturalis. Et ideo vt
probaret hanc naturalitatē, ſubdit. Ante luciferū genui te.
Quaſi dicat: O Chriſte licet ſis homo: tamē es deꝰ a princi-
pio tuę incarnationis. Nā verbum ſemper fuit tecū pſonali
ter vnitū ante & poſt reſurrectionē. Et ſic es filius meus na-
turalis & ęternus ratione verbi cōſubſtantialis ſcđm diuini-
tatē: qa ex vtero. i. ex ſubſtantia mea genui te ante luciferū
. i. ante oēm creaturā: & ante ſolē & lunā & ſtellas. Nā nihil
pręcedit luciferū. ſ. ſolē niſi ſola æternitas. Vnde eſt aduertē
dū ꝙ ſcđm cōmunē opinionē doctoꝝ qui ponunt ſucceſſio-
nem tēporalē in diebꝰ creationis nō valet iſta cōſequētia:
Chriſtus fuit genitus ante luciferū ſiue ante ſolē. ergo Chri-
ſtus eſt ęternus. eo ꝙ ſol fuit creatus in. iiij. die. Sed bene va
let cōſequentia apud Auguſtinū. qui ponit oĩa eſſe ſimul
creata & diſtincta ſcđm duas ſpecies & formas, referendo il
los dies ad ſucceſſionē naturę & cognitionē angeloꝝ. Et ſic
ante luciferū nihil fuit niſi ęternitas. Etiā per ly ante luci-
ferū poteſt intelligi natura angelica: quę in prima die po-
nit creata ſub noīe lucis. De qua dicit deꝰ. Fiat lux. & facta
eſt lux. Et tunc bene valet cōſequentia: ꝙ ſi verbū æternū
ſiue filius dei eſt genitus ante luciferum. i. ante naturā ange
licam quę primo fuit creata, eſt ęternus & genitus de vtero
. i. de tota ſubſtantia patris: quia pater per ſe totū dixit. i. de
tota ſua ſubſtantia dixit verbū. Et ſic de tota ſubſtantia fi-
lium ſibi æqualem genuit: quia totā & eandē eſſentiā cōmu
A nicauit vt ait Augu. xv. de trinitate. ¶ Et nota ꝙ notanter
ait propheta Ex vtero ante &c. Nam per vterum intelligit
memoriā fœcundā patris ex qua verbum generaꝛ ſubſtan-
tialiter. quæ quidem memoria paterna ſimilitudinarie &
metaphorice dicitur vterus ſiue matrix. Nam ſicut ex ma-
trice fœcūda mulieris ſiue ex fœcunditate matricis generaꝛ
fœtus: ita per quandā ſimilitudinē ex memoria fœcūda pa
tris dicentis generatur verbū. Et ſic dicit Auguſtinus ꝙ pa-
ter dicit verbū de tota ſua memoria fœcunda ſiue facunda.
Hoc eſt ergo ꝙ dicit hic: ex vtero. i. ex memoria fœcunda &
de tota ſubſtantia mea ante luciferū. i. ab æterno genui te.
Et ideo vbi nos habemus Ex vtero ante luciferū genui te:
quędā litera hebraica habet. De matrice aurorę tibi ros na
tiuitatis tuę. Quę litera ad eandē ſententiā deducitur. To
ta ergo ſententia ſiue cōiunctio huius verſus ſtat in hoc qa
dicit pater ad filiū. O Chriſte dñare in medio inimicoꝝ tuo
rum: quia tibi debeꝛ ſumma regia poteſtas iure hęredita-
rio: eo ꝙ tu es filius meus naturalis nō ſolum inquantū de-
us, ſed etiā inquantum homo. Nam inquantum homo prin-
cipium. i. verbum eſt perſonaliter vnitum in die virtutis. i.
peregrinationis, & laboris, & certaminis, & militiæ, & triū-
phi, ſcilicet a die incarnationis vſq; ad dies paſſionis inclu-
ſiue. Et etiam tecum eſt principium in ſplendoribus ſancto-
rum, id eſt in die tuę glorię ſplendoribus ſanctoꝝ qui incę-
pit aꝰ tua reſurrectione & durabit inęternū. Et ſic etiam in-
quantum homo tu es filius meꝰ naturalis ratione verbi vni-
ti. Secundo tu es filius meus naturalis inquantum deus. qa
ex vtero. i. de tota memoria mea fœcunda & ſubſtantia an-
te luciferū. id eſt ab æterno genui te. Ex quo patꝫ ꝙ iure hę
reditario tibi debetur ſedere ad dexteram meam: & domi
nari in medio inimicorum tuorum: & poſſidere regnum &
imperiū ſuper oēs creaturas. vt dictū eſt. Quaſi dicat pater:
O Chriſte ſede a dextris meis: & dominare in medio inimi-
corum tuorum: quia tu es filius meus naturalis. Nam inquā
tum deus ego te genui ante luciferū ex vtero, id eſt ex me-
moria mea fœcunda, id eſt de tota ſubſtantia mea. Sed in-
quantum homo ego te genui poſt luciferum ex vtero virgi-
B nali opere ſpiritus ſancti. ¶ Sed contra hoc arguitur & vide
tur ꝙ Chriſtus inquantū homo non ſit filius naturalis dei
patris. Nam dicit Galenus ꝙ ſolus ille eſt pater naturalis
qui generat filium de ſubſtantia ſua, cuius ſemen concurrit

etiam materialiter ad fœtum. ſed deus pater non genuit
Chriſtum ſecūdū ꝙ homo de ſua ſubſtantia. ergo nō eſt eiꝰ
pater naturalis. Item Auguſtinus dicit ſuper Ioannē ꝙ du-
as legimus Chriſti natiuitates. Vnā in cælo ſine matre: & a-
liam in terris ſine patre. ergo Chriſtus vt homo nullum ha-
bet patrem naturalem. Ad hoc reſpondeꝛ, ꝙ ſi volumus ſe-
qui viā Ariſtotelis. xvj. de animalibꝰ, & alioꝝ philoſopho-
rum, qui dicunt ꝙ pater naturalis non concurrit niſi actiue
ad generationē fœtus inquantum ſpiritus prolificus ſiue vir
tus generatiua conſeruata in ſemine tantum format fœtum
in matrice mulieris ex menſtruo: Et ſic nullam ſubſtantiam
cōmunicat pater filio: niſi inquantū ſe habet actiue ad for-
mationem fœtꝰ mediante ſpiritu prolifico ſiue generatiuo:
Tunc abſq; pręiudicio fidei poſſemus dicere ꝙ deus eſt pa-
ter naturalis Chriſti, etiā quo ad humanitatem: quia ille eſt
pater naturalis cuius virtus format fœtum in matrice. Sed
ſpiritus ſanctus qui eſt virtus patris ex puris ſanguinibus for
mauit corpus Chriſti in vtero virginali. ergo Chriſtus eſt fi-
lius naturalis dei patris. Maior etiam patet ex ſentētia phi-
loſophi. Minor etiam patet ex articulo fidei. Et etiam pa-
tet Lucę primo. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: & virtus
altiſſimi obumbrabit tibi. Sed quia ex hoc modo dicendi
poſſent fieri complures cauillationes: quia per eandē ratio
nem Chriſtus vt homo poſſet dici filius verbi eo ꝙ ſpiritus
ſanctus qui formauit corpus Chriſti in vtero virginis, proce
dit tam a verbo q̄ a patre: & eſt virtus vtriuſq;. Item quia to
ta trinitas creauit animam Chriſti. ideo ſecundū creationē
Chriſtus poſſit etiam dici filius trinitatis. ſicut Adam dici-
tur filius dei. Lucæ. iij. &c. Ideo ad remouendam omnē ca-
uillationem arguendi: & ad vitandum oīne ſcandalum: me-
lius eſt ꝙ recurramus ad perſonam. ¶ Nam Chriſtus inquā C
tum homo nullam habet propriā perſonalitatem. niſi ſolā
perſonalitatem verbi: in qua ſubſiſtit. Nam ſicut pater com
municat verbo eſſentiam non communicando perſonam:
ita per oppoſitum verbū communicat illi humanitati ean-
dem perſonalitatem non communicando naturam. quia
vtraq; natura manet integra in ſua eſſentia ſub vna & eadē
perſonalitate. Et ſic manet vna ſola perſona quæ dicitur
Chriſtus habens duas naturas eſſentialiter diſtinctas. Et ſic
verbum communicando humanitati perſonalitatem com-
municat etiam filiationem. Et ſic Chriſtus homo dicitur
filius naturalis dei patris. qa in Chriſto ſicut nō eſt niſi vna
& p̄miū ipſoꝝ viroꝝ crudeliū & maloꝝ.Quę quidē pœna erit quadruplex.Prio qa cū pctōr ſupbus videbit ibi in iudicio miſericordes,& paupes ad gloriā deſtinari:quos ipe pſecutus eſt in hac vita & cōtēpſit:tunc iraſcetur prę inuidia & vretur in corde.Scđo qa fremet ex pœna ſenſus ad quā deſtinabitur ex ſnia Chriſti.Tertio tabeſcet & putreſiet in anima ex pœna vermis cū cognoſcet ſe talem felicitatē perdidiſſe ex ſua culpa.Quarto quia votū,& deſideriū ſuum erit fruſtratū:qa tunc perdet gloriā mūdi,in qua cōfidebat, & illecebras,& delectatiōes illi':& ſic torq̄bit̄ in aīo.Patietur ergo pœnam inuidiæ,& fremitū doloris ſenſus,& tabē

vermis ꝓpter culpã, & amaritudinẽ, cũ bonis mundanis, & delectationibꝰ priuatũ ſe viderit. Quas pœnas deſcribit ſapiens Sapientię.v. dicens: Et qui abſtulerunt labores illoꝝ turbabunt timore horribili &c. per totũ capitulũ. Nota ꝙ diuerſum eſt deſideriũ, & ſpes pctõꝝ a deſiderio, & ſpe iuſtoꝝ. Nã pctõres ponũt ſpem, & deſideriũ in delitijs & diuitijs & dñio tẽpali huiꝰ mũdi. Iuſti aũt oĩa iſta cõtẽnunt: ponẽtes ſpem in vita futura ęterna: & ꝓpter illã diſtribuũt diuitias in eleemoſynas pauperibus. Et ideo deſideriũ, & ſpes iſtorum nõ cõmouebitur a b eis: immo iuſtitia & ꝑmiũ eoꝝ manet in ſęculũ ſęculi. ſed deſideriũ & ſpes peccatoꝝ ꝑibit ſimul cum eis: quia nihil inuenient diuitiarũ ſuarũ. qđ maxime apparebit, & cognoſcetur in iudicio. & hoc cõcludit Dauid in hoc pſal. in quo enumerat fructus, & præmia iuſtoꝝ, & miſericordiũ, & damna, & pœnas peccatoꝝ & crudeliũ

B impiorum. ¶ Ex toto ergo iſto pſalmo inferunt tres cõcluſiones. Quarũ pria eſt, ꝙ oĩs timens deũ eſt miſericors. Qđ probat. quia oĩs timẽs deũ toto conatu cupit & laborat adimplere diuina mandata. ſed omne mandatũ eſt de charitate dei & ꝓximi: & per cõſequẽs de miſericordia erga ꝓximum. ergo omnis timens deũ eſt miſericors.

¶ Scđa concluſio. ꝙ oĩs miſericors eſt beatꝰ tam beatitudine tẽporali, q̄ eterna. Probatur. Naꝫ ex miſericordia & eius operibus colligit, & recipit decẽ ꝑmia ſiue fructꝰ, tres tẽporales, & ſeptẽ ſpirituales. qui quidẽ decẽ fructꝰ reddũt hominẽ beatum in hac vita in ſpe, & in alia in re. igitur &c.

¶ Primꝰ fructus tẽporalis eſt copia & benedictio filioꝝ bonorum: per hoc ꝙ ait. Potens in terra erit ſemen &c. Secũdus fructꝰ eſt copia bonoꝝ tẽporaliũ, & honor in hac vita: ꝑ hoc qđ ſubdit. Gloria & diuitię in domo eiꝰ &c. Tertius eſt bona fama in hac vita: ꝑ hoc ꝙ ſubdit. Et iuſtitia eiꝰ manet in ſęculũ ſęculi. Primus fructus ſpiritualis eſt illuſtratio animæ: vt declinet a malo & faciat bonũ. per hoc ꝙ ait. Exortum eſt &c. Secundus fructus eſt iucunditas & ſecuritas ad reſpondendum in iudicio. per hoc ꝙ ait. Iucundus homo q miſeretur. Tertius erit memoria æterna, & ꝑmium immobile. per hoc ꝙ ait. Quia inęternuꝫ non cõmouebitur, & in memoria &c. Quartus erit quia non timebit ſententiam datam contra malos in iudicio: ꝑ hoc ꝙ ait. Ab auditione &c. Quintus erit. quia gaudebit cũ audiet Chriſtum dicentem. Venite benedicti patris mei. per hoc ꝙ ait. Paratum eſt cor eius &c. Sextus erit. quia videbit vindictam de inimicis ſuis: per hoc ꝙ ait. Donec deſpiciat inimicos ſuos. Septimus fructus erit. honor & beatitudo ęterna. per hoc ꝙ ait. Cornu eius exaltabitur in gloria.

¶ Tertia concluſio. ꝙ ꝑmiũ auaroꝝ & crudeliũ erit quadruplex pœna. Primo ineffabilis inuidia ex ꝓſperitate iuſtoꝝ. ſecũdo quia fremẽt pœna ſenſus. tertio quia tabeſcẽt pœna vermis. quarto qa fruſtrabunt in deſiderio ſuo huius mũdi.

C ¶ Sed cõtra prędicta arguũt auari dicẽtes: ꝙ Chriſtus iniuſte cõdẽnabit in iudicio eos qui nõ egerũt eleemoſynas. nã ſiquis cuſtodiens bona ſua quę iuſte acquiſiuit negat eleemoſynã pauperi: nulli facit iniuriã, nec furat aliqđ, nec agit contra aliquod decẽ pręceptoꝝ. ergo non debet puniri. In oppoſitũ eſt Dauid in hoc pſalmo: & ſaluator. Matth. xxv. qui dicet eis. Ite maledicti in ignem æternũ &c. Reſpondetur ꝙ ſubuenire miſeris & pauperibus, & indigẽtibus in neceſſitate, non ſolũ eſt de lege euangelica: ſed de iure & lege naturę, & de lege Moyſi & doctrina prophetica.

¶ Sed vltra hoc ponit pro cõcluſione ꝙ chriſtianus negãs eleemoſynã, & auxiliũ chriſtiano indigenti cõmittit furtũ, & agit contra illud ꝓceptũ: non furtuꝫ facies. Pro cuius probatione præſupponuntur tres propoſitiones.

¶ Prima. ꝙ negans aut retinens debitũ creditori: committit furtum. Iſta eſt clara in foro conſcientiæ.

¶ Scđa ꝙ Chriſtus veniẽs in carnẽ, & paſſus labores, & miſerias ꝓ nobis cõſtituit ſeipſm creditorẽ: & nos oẽs ſibi debitores. Probat. nã cũ eſſet dei filiꝰ in gloria patris: ſeipſm exinaniuit formã ſerui accipiẽs cũ ſeptẽ miſerijs noſtris. ſ. cũ siti & fame &c. vt iſtę miſerię eſſent inſtrumẽtũ ad patiendũ, & merẽdũ ꝓ nobis: quia voluit eſurire, & ſitire, & mẽdicare, & infirmari, & peregrinari, & capi, & vẽdi, & mori, & in alieno ſepulcro tanq̄ pauper ꝓ nobis ſepeliri. ergo vnuſquiſq; obligatur Chriſto reddere vicẽ. ſ. ipſum cibare, & potare, et veſtire, & hoſpitari, et redimere, & ſepelire &c. Tertia propoſitio. ꝙ oẽs pauperes chriſtiani, et ĩdigẽtes petẽtes amore Chriſti ſunt hæredes, et ſucceſſores Chriſti. ꝓbat. quia hos reliquit Chriſtus ſucceſſores ad recipiẽdũ ꝓ ſe debitũ, et auxilium miæ loco ſui: vt patet Mat. xxv. Qđ vni ex his minimis feciſtis, mihi feciſtis &c. Itẽ capitulo. xxvj. Semper pauperes habetis vobiſcũ, quibus poteſtis bñfacere: me autẽ non ſemp habebitis. q. d. dum viuo tenemini mihi ſubuenire: quia poſt mortẽ & reſurrectionẽ iã relinquo vobis pauperes, quibus poteritis ſubuenire loco mei. His ergo habitis arguitur ſic. Oĩs negans auxilium, et miam Chriſto cõmittit furtũ: ſed negans miam paupeibꝰ indigẽtibus negat auxiliũ Chriſto: cum oẽs pauperes ſint Chriſti ſucceſſores, cui nos oẽs ſumus debitores: ergo oĩs diues negãs auxilium, & miaꝫ paupibꝰ in neceſſitate poſitis, cõmittit furtum contra Chriſtũ: & ꝑ cõſequẽs iuſte poteſt ipſm cõdẽnare in iudicio dicẽs. Ite maledicti in ignẽ æternũ. &c. Et per hoc patet reſponſio ad argumentum auarorum. Quia ſub pœna furti vnuſquiſq; chriſtianus de iure obligatur ſubuenire pauperibus in effectu vel in affectu: vt magis patebit pſal. cxiij.

LAudate pueri dominum: laudate nomen domini.

Sit nomen domini benedictũ: ex hoc nunc & vſq; in ſæculum.

A ſolis ortu vſq; ad occaſum laudabile nomen domini.

Excelſus ſuper omnes gẽtes dominus: & ſuper cælos gloria eius.

¶ Titulus. Allꝉa. Ex titulo apparet ꝙ iſte eſt de illis pſal. quos Dauid fecit ad laudãdum nomen dñi in templo: vt ſæpe dictũ eſt. Vnde eſt notãdum ꝙ Iudęi moderni in tribus magnis feſtiuitatibꝰ, et in omni Neomenia cãtant iſtũ pſalmũ cũ quinq; ſequentibus. Et appellãt ipm allꝉa magnum, ſiue hymnum magnũ: quia ex ſex pſal. faciũt vnũ. et etiam in nocte Paſchę poſtq̄ comederũt panẽ azimũ loco agni paſchalis: dicunt iſtũ pſalmũ cũ magna ſolẽnitate: & dicunt ꝙ ita faciebant primi patres in primo, & ſecundo templo. Sed hoc iſti Iudęi moderni nulla auctoritate, nec ratione poſſunt probare: immo hunc ritũ et multas alias cerimonias, quas hodie ſeruant, ordinarunt Thalmudiſtę in Babylonia Aegypti tempore magni Conſtãtini. Nã a deſtructiõe ſecũdi tẽpli vſq; ad magnũ Conſtantinum, tanq̄ beſtię viuebãt Iudęi diſperſi. & captiui per mundũ ſine aliqua cerimonia et ritu. Sed videntes maiores eorũ, ꝙ maior pars iudaiſmi conuertebatur ad fidem Chriſti ſimul cum populo gentili: tunc congregati in Babylonia Aegypti punctuarũt ſcripturam veteris teſtamenti, quaſi ad ſuum inteptum: et ordinarunt quoſdam ritus et cerimonias quas hodie ſeruant. Immo eſt dicendum ꝙ de titulis pſalmoruꝫ, et cerimonijs, et ritibus qui ſeruabantur in primo, et in ſecundo templo, melius ſcimus nos dare rationem q̄ ipſi: et hoc per Ioſephum, & Philonẽ, & alios antiquos, quos ipſi penitus ignorant. et ideo in ſimilibus nulla fides eſt eis adhibenda. Et ideo non eſt multum curandum de quibuſdam ad fideꝫ nouiter conuerſis, qui volunt ſucceſſiue incipiendo ad Abel ꝑ tempora diſcurrendo hos ſex pſalmos exponere: cum maniſeſte iſte pſal. primus loquatur de conuerſione ppli gentilis

facta poſt Chriſtũ.Nã manifeſte ꝓpheta inuitat ppl̃m gẽ-
tilẽ ad fidẽ cõuerſum a ſolis ortu uſq; ad occaſum,ad laudã-
dũ deũ:& agendũ gratias:eo ꝙ ipſuȝ de ſtercore idololatrię
ſuſcitauit:& inter principes populi ſui collocauit:vt patebit.
¶Ad cuius intellectũ eſt notandũ,ꝙ Dauid legens & con
templans myſteriũ Annę matris Samuelis,quæ ante erat
ſterilis,& deiecta,& opprobrijs afflicta,& contempta a Fe
nenna pellice ſua.Et quomodo propter humilitatẽ ſuã de⁹
aperuit vuluam eius:& peperit Samueleȝ:qui fuit ſanct⁹ &
iudex in Iſrael.Et reprobatis,& interfectis filijs Heli tranſ-
latũ eſt ſacerdotiũ ad Samuelem.Vnde Anna mater ei⁹ re-
pleta ſpiritu ſancto cecinit illud canticũ.Exultauit cor me-
um.vt patet primi Regũ.ij.cap.In quo manifeſte ꝑdicit re-
probationem,& abdicationẽ ſynagogę,& electionẽ popu-
li gentilis.Per quod myſteriũ ꝓuidit Dauid in ſpiritu,qua-
liter ſynagoga quæ ante erat fœcunda in copia filiorum:
erat repudianda a viro ſuo Chriſto:quem per longa tem-
pora expectauerat:propter ſuperbiam.Et præuidit quali-
ter gentilitas,quę per magna tẽpora fuerat ſterilis:quia nõ
generabat filios ad cultũ diuinũ:debebat effici fœcunda in
aduentu Chriſti:eo ꝙ ipſum in virum erat acceptura:& ex
eo plurimos filios regeneratura. Itaq; ipſa quæ ante erat
abiecta in domo dei,erat recipienda:& ex filijs ſuis erat ec
cleſia congreganda:& filij ſui qui ante erant pagani:debe-
bant effici ciues,& habitare in ciuitate,& domo dei:& ſic
domus dei quæ ante ſtringebatur intra fines Palęſtinę
erat dilatanda a ſolis ortu vſq; ad occaſum:& deus qui ſolũ
in Iudæa erat notus:erat adorandus,& colendus a ſolis or-
tu vſq; ad occaſum per vniuerſum orbem a populo gentili
ad Chriſtum conuerſo.& de hoc fecit Dauid hunc pſalmũ.
in quo duo facit.Nam primo inuitat totũ populũ gentilem
ad laudandum dominũ venientẽ in carneȝ.Secundo oſten-
dit eius opulentiã & largitatẽ,& beneficia quare eſt laudã
dus.ibi.Quis ſicut dominus.¶Quantum ergo ad primum
dicit Dauid.O pueri.i.gentiles ad Chriſtũ nouiter conuerſi
ſimplices & teneri in fide:laudãte dñm noſtrũ Ieſum Chri
ſtum:& laudate nomen domini qđ eſt ſaluator:quia ſalua-
uit vos:quia vt ſic eſt deus & homo.& nomen eius quod eſt
Ieſus ſit benedictum a vobis,& inter vos confitentes ipſum
verum deum,& hominem redemptoreȝ & colite eum.& nõ
ſolum colatis & benedicatis ipſum ad tempus:ſicut Iudæi,
qui coluerunt deum vſq; ad aduentũ Meſſiæ:& poſtea ma-
ledicunt eum,& negant eum in Chriſto.ſed colite eum:&
ſit benedictũ nomen eius a vobis,ex hoc nunc.i.ex hoc in-
ſtanti,in quo cepiſtis fidẽ,vſq; in ſæculum:& inæternum:&
in omni tempore:& non ſolũ in omĩ tempore:ſed in omni
loco a ſolis ortu vſq; ad occaſum.i.ab India,vſq; in Hiſpa-
niam,& Mauritaniã,quę ſunt ad occaſum,& ab Aethiopia
in Scythiã ſit laudabile nomẽ dñi a vobis Hæc autem pro-
phetia iam fuit impleta.Nam omnes iſti ceperunt fidẽ:vt
oſtenſum eſt pſal.lxxj.Et reddit cauſam:Quia excelſus ſu-
per omnes gentes dominus.Nam ſicut in gloria eſt ſup om
nes cælos,& ſuper omẽs angelos:Ita ergo debet eſſe,& erit
excelſus ſuper omẽs gentes.Quaſi dicat:ꝙ ſicut omẽs an-
geli obediunt,& laudant deũ:ita omẽs gentes venient ad
fidem,& laudabunt deum a ſolis ortu &c.

**Quis ſicut dñs deus noſter qui in altis habi-**
**tat:& humilia reſpicit in cælo & in terra.**
**Suſcitans a terra inopem:& de ſtercore erigens**
**pauperem.**
**Vt collocet eum cum principibus:cum princi-**
**pibus populi ſui.**

¶Hic oſtẽdit dei oĩpotentiã quare eſt laudandus,& quõ ẽ
D excelſus ſuper cęlos,& ſup oẽs gẽtes.¶Vñ eſt notandũ:ꝙ
oĩpotentia vnius regis maxime in hoc demõſtraſ.ſ.ex ma-
gnis facere paruos,& ex paruis magnos:& deijcere ſupbos,
& exaltare hũiles,& parcere ſubiectis,& debellare ſupbos.
Et ideo virgo Maria in cãtico ſuo maxime in hoc oñdit deũ
eſſe oĩpoteñtẽ:quia Depoſuit potẽtes de ſede & exaltauit
humiles.Et diſperſit ſupbos mẽte cordis ſui.Dicit ergo Da-
uid Quis oĩpotens ſuppie ſicut eſt dñs deus nr̃:qui in cęlis al
tis habitat.i.ſummitatẽ,& imperiũ ſuper oĩa tenet:& tamẽ
humilia,& ſolos hoĩes reſpicit,& diligit,& fouet tam in cę-
lo q̃ in terra.Nã in principio deiecit luciferũ cũ ſequacib⁹ ius
is ſuperbis de cælo:& exaltauit Michaelẽ & alios humiles,
& fecit Michaelẽ principẽ militię cęleſtis:cũ eſſet minor lu-
cifero in natura.¶Et oſtẽdit etiã de⁹ magis ſuã oĩpotẽtiã,
cũ ex hoĩb⁹ qui tenent vltimũ gradũ in genere intellectuo-
rũ,& ſuſcitauit,& eleuauit quoſdã per gratiã in tam ſublimẽ
gradũ:vt poſſideant loca,& ſedes per humilitatẽ,quas illi
angeli ꝑdiderunt per ſuperbiã:& collocentur inter princi-
pes ppl̃i,& cæleſtis exercitus.Vnde deus primo reſpexit hu
milia in cælo:qñ angelos hũiles & obedientes elegit:& ſu-
perbos in infernũ deiecit.Secundo reſpexit humilia in terra
qñ ſeipſum exinaniuit,formam ſerui accipiens.Et tunc ere-
xit de terra inopẽ & pauperẽ:qñ hoiem ſauciatũ,& expo-
liatum redemit,& per gratiã elegit.Et tunc inter principes
populi ſui collocauit,qñ inter hierarchias angeloꝝ colloca
uit.Itẽ tũc ſuſcitauit Chriſtus a terra inopẽ:qñ hoiem ſaucia
tum relictum in terra iacenteȝ ſupra humeros ſuos poſuit:&
a morte peccati per mortẽ,& paſſionẽ ſuã redemit:& in cę-
lo inter angelos collocauit.Ideo ſubdit Suſcitans a terra.i.
de hoibus de terra formatis inopem.ſ.Adã,& Petrũ,& Pau
lum,& latronẽ,& Magdalenam,& cæteros pœnitentes,&
terrenos,& erigens pauperem de ſtercore terrenoꝝ.Vocat
hominẽ pauperẽ:inquantũ per peccatũ fuit expoliatus bo-
nis gratuitis,& originali iuſtitia,cũ ſuo ꝑmio fuit priuatus.
Et vocat ipſum inopẽ,inquantũ fuit ſauciatus in oĩbus po-
tentijs fomite concupiſcentiæ debilitat⁹.& ſic fuit ſine auxi
lio.& iſtum collocauit inter principes populi ſui.i.inter hie-
rarchias angelorum:& inter principatus & poteſtates,vnũ-
quẽq; ſcd̃m menſuram gratię,ſibi collate,& ſcd̃m merita,&
opera bona collocauit.Ita eñ exaltauit apoſtolos,& euan
geliſtas,& martyres,& oẽs pœnitentes,& fideles:hic ꝑ gra
tiam,& in cælo per gloriã,& inter hierarchias quæ ſunt pri
cipatus cęleſtis collocauit.Itẽ exaltauit Petrũ,& Ioannem,
& Iacobum,& cęteros apl̃os & diſcipulos de ſtercore,& ſi-
mo artis piſcatorię,& ignorantia,& ſimplicitate,& per do-
na ſpiritus ſancti eos ex piſcatoribus apoſtolos,& euangeli-
ſtas,et doctores fecit,et principes terrę conſtituit.et ſic inter
principes populi ſui.ſ.eccleſię ſuę collocauit.Naȝ principes
eccleſię ſunt patriarchę,et prophetę,et apoſtoli.Sed princi
paliores ſunt apoſtoli qui nati ſunt ecclię ꝓ patribus ſuis,et
ſubſtituti.Nam eccl'ia Chriſti ex pauperibus,et ſimplicibus
congregata eſt,et eleuata,et ſuſcitata.et in hoc magis oſtẽ
ſa eſt Chriſti potentia.Itẽ etiã per inopẽ ſuſcitatũ a terra in-
telligit populum gentilem liberatum a terrenis per fidẽ.
Et per pauperẽ erectũ de ſtercore intelligit quemlibet pec-
catorem a ſordibus peccatoꝝ per pœnitentiaȝ mundatũ et
eleuatum.Naȝ ille erat mortuus in terra:et iſte iacebat in-
uolutus in ſtercore peccatoꝝ.¶Tres ergo conditiones per- E
ſonarũ Chriſtus eleuauit,et ſuſcitauit a terra.nã primo ſuſci
tauit Adã,et totã ſuã poſteritatẽ fidelium,& collocauit in-
ter hierarchias angelorum.¶Secũdo ſuſcitauit apoſtolos,
et cęteros diſcipulos a terrenis,et de ſtercore cerimonialiũ.
et conſtituit eos principes eccleſię,et collocauit eos cum pri
cipibus cęleſtis exercitus.¶Tertio ſuſcitauit et erexit po-
pulum gentilem a terrenis voluptatibus:et de ſtercore,et
ſpurcitia idolorum,et nefandorum rituum:et collocauit eos
cum principibus populi ſui in cælo per gloriam,et in hac
eccleſia per gratiam et honorem.Nam ſucceſſores apoſto-
lorum eos fecit:et ex eis epiſcopos,et ſacerdotes con-

ſtituit:vt magis patebit in ſequenti verſu.

## Qui habitare facit ſterilem in domo: matrem filiorum lętantem.

❡ Hic concludit principale intentum. Nam poſtq̄ oſtendit oppoſitionem dei:eo q̄ de cælo eiecit angelos ſuperbos & rebelles in abyſſum inferni:& ſuſcitauit de terra hominem pauperem,& inopē,& collocauit eum inter principat⁹ angeloꝝ:vt poſſideret loca & ſedes,quas angeli ſuperbi pdiderant. Ita pari ratione Chriſtus venit in hunc mundū miſſus a patre tanq̄ Meſſias in lege promiſſus ad ſynagogam fœcundam copia filioꝝ,quam deus ante per magna tempora deſponſauerat,& in ſublimen gradū erexerat:& in ꝓprium populum,& hæreditatem elegerat,cui tot beneficia contulerat:& cui ducem & ſaluatorem & Meſſiam promiſerat,qui eam de hoc mundo in cælum transferret. Sed ipſa velut rebellis & ingrata:non ſolum ipſum negauit & repudiauit:ſed etiā crucifixit. Ideo Chriſtus poſt reſurrectionem & aſcenſionē ipſam repudiauit & abdicauit & reprobauit, & maledixit, & ſterilem reddidit. Quia ſanctuario & lege priuauit,& regno,& ſacerdotio,& hoſtia:& ſacrificio. Et ſynagoga repudiata eccleſiā ex gentibus congregauit & ſibi eam deſponſauit:& fœcundam reddidit:cū ipſi legem euāgelicam & ſacramenta donauit. Ex qua copiam filiorum p ſacramenta quotidie regenerat. Itaq̄ gentilitas,quę ante erat ſterilis & pagana:& exul extra domum,& hæreditatē deinnunc facta eſt ſponſa Chriſti,& mater multorū filioꝝ & fœcunda,& habitat in hęreditate dei & domo quę eſt eccleſia:hic per gratiam,& in futuro per gloriam. Ideo dicit Dauid. Bene deus eſt omnipotens,& laudādus in cælo,& in terra,& excelſus. Nam gentilitatem quondam ſterilem per conuerſionem ad fidem factam fœcundam matrē multorum filiorum facit habitare in domo ſua lætantem:quæ eſt eccleſia:abdicando,& repudiādo ſynagogam:quę ante erat ſponſa & fœcunda. & hoc factum eſt ex ei⁹ ſuperbia,& ingratitudine. ❡ Nota q̄ Dauid ex duobus cōcludit repudiationem ſynagogę,& electionem eccleſiæ ex gentibus cōgregatę. Primo exemplo electionis angeli ſuperbi & ſublimatione hominis humilis ſuccedentis in dignitatē. Secundo per figuram Annæ quæ ante fuerat ſterilis & poſtea facta eſt fœcunda:cuius proles,ſcilicet Samuel,ſucceſſit in ſacerdotium filijs Heli reprobatis. Et hęc adducit Dauid in ſimilitudine verborum. primum cum dicit. Suſcitans a terra inopem. & ſcdm cum ſubdit. Qui habitare facit ſterilem in domo. de quo myſterio canticum cecinit Anna primi Regū.ij. ❡ Item hoc idē vaticinatus eſt Eſa.xliiij.cap.dicēs. Lauda ſterilis quę non parturis &c. Quam prophetiā adducit Apoſtolus ad Galatas.iiij. ad probandum gentilitatem venturā ad gaudiū & laudem dei. Et ideo Dauid ꝑuidens hoc anteq̄ Eſa. in hoc pſalmo excitat gētiles nouiter conuerſos ad laudem dei,dicens. Laudate pueri dominum:pro gratiarum actionibus. ❡ Ex ſupradictis in hoc pſal. poſſunt recolligi ſex concluſiones.

❡ Prima concluſio. q̄ nomen dñi Ieſu fuit dilatatum inter oēs gentiles,& cultus dei a ſolis ortu vſq̄ ad occaſum.

❡ Scđa concluſio. q̄ cum deus ſit excelſus:tamen ſuperbos deſpicit,& humiles reſpicit & eligit.

❡ Tertia concluſio. q̄ tunc deus in cælo reſpexit humilia: quando angelos ſuperbos de cælo deiecit: & obedientes elegit:& in gratia confirmauit.

❡ Quarta cōcluſio. q̄ tunc deus in terra reſpexit, & inopeſ de terra ſuſcitauit,quando carnem ſuſcepit,& hominem de morte peccati liberauit.

❡ Quinta concluſio. q̄ tunc paupereſ de ſtercore erexit:& inter principes populi ſui collocauit:quando reprobatis Iudęis gentiles de ſtercore,& ſpurcitia idolorum retraxit,& inter apoſtolos & angelos in cælo collocauit.

❡ Sexta cōcluſio. q̄ Chriſt⁹ tunc ſterileſ in domo tanq̄ matrem filioꝝ fecit habitare:qn̄ reprobata ſynagoga ex gentibus conuerſis ſuā eccleſiā congregauit. & ſic gentilitas quę ante ſterilis erat ſine fructu:facta eſt fœcunda,& mater multorū filiorū per Chriſtū. ❡ Sed dubitaret forte aliquis quare Dauid dicit. Laudate pueri dominum. Et poſtea ſubdit. G Laudate nomen domini. quia videtur facere differentiā inter dominū. & nomen domini. & inter laudate dominū,& laudate nomen domini. ❡ Ad quod reſpondetur: q̄ Dauid hoc non fecit abſq̄ grandi & profundo myſterio. Nam dictū eſt in prologo tractatu quarto. q̄ in ſacra ſcriptura frequenter memoratur deus ſiue dominus:& verbū dei: ſiue verbū domini:& nomen dei: ſiue nomen domini. Et dictuꝫ eſt ibi quomodo deus ſiue dominus quandoq̄ ſumitur eſſentialiter:quod idem eſt quod deus trinus & vnus:vt ibi. In principio creauit deus cælum & terram. Et quandoq̄ ſumitur perſonaliter pro perſona patris:vt ibi. *Dominus* dixit ad me:filius meus es tu. Et quandoq̄ ſumitur pro perſona filij: vt Eſaiæ.xv. pater dicit ad filium. Tu es deus abſconditus. Sed verbum dei, ſiue verbum domini ſemper ſumitur pro perſona filij:quod quidem verbum pater ab æterno dicendo produxit:per quod ex tempore facta ſunt omnia. Sed nomen domini idem eſt quod verbum incarnatum, ſcilicet dominus noſter Ieſus Chriſtus deus & homo Meſſias in lege promiſſus. Nam inquantū verbū ab æterno,explicat totam eſſentiam patris,tanq̄ eius propria diffinitio:vt ibi dictum eſt. Sed inquantum verbum incarnatuꝫ dicitur nomen dei:eo q̄ explicauit, & notificauit mundo quatuor ineffabiles effectus dei,ſcilicet omnipotentiaꝫ per miracula,& ſummā dei ſapientiam per dationeꝫ legis,& in ſua prædicatione,& ſpiritus ſancti miſſione. & ſummam miſericordiam in peccatorum remiſſione. & notificauit ſummam iuſtitiam in Iudęorum,& tyrannorum punitione. Sed magis illam notificabit in generali iudicio:vt frequenter dictum eſt. Propter iſta ergo quatuor quæ Chriſtus mundo de patre notificauit, Ieſus Chriſtus dicitur nomen domini. & ideo dixit ante ſuam paſſionē. Ioannis.xvij. Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus. vt oſtenderet q̄ propter hoc venerat in mundum. Et hoc eſt nomen domini tetragrāmaton. quod in lege veteri quatuor literis ſcribebatur, ſcilicet Iot.he.vau.he. Quæ quidē quatuor literæ hoc nomen Iohetſua in Hebræo ſonant:& reddunt : quod latine Ieſus declinatur. quod Hebræi præter naturam literarum Adonai pronunciabant. Et ſic hoc nomen Ieſus eſt illud nomen dei quod omnes patriarchę & prophetæ,& fideles veteris te. ſcire deſiderabant. & hoc nomen Ieſus oēs inuocabant, & in hoc oēs ſaluari expectabāt. Ex quibus pateꝫ q̄ differentia eſt maxima inter iſtud nomen domini,& nomina rerū creatarum. Nam omnia nomina rerū creatarū,vel ſunt mētalia,vel vocalia,vel ſcripta:& ſic oīa ſunt accidentia tranſitoria:& ita ſunt ſigna rerum,quæ non ſunt res quas ſignificant,& notificant. Nam hoc nomen homo diſſyllabū,nō eſt homo:ſed ſignificat hominem. Sed ipſe dominus Ieſus Chriſtus eſt ſubſtātia & res realis:& eſt ipſe de⁹, quem in mundo realiter per ſua opera & effectus notificauit mundo. non q̄ Chriſtus ſit pater:ſed eſt eadem ſubſtantia diuina cū patre,& deus ſicut pater,& vnus deus cum patre & ſpiritu ſancto. Et ideo quando in ſacra ſcriptura memoratur nomē dei,ſiue nomē dñi,& nō intelligitur hoc nomen de⁹ habens duas ſyllabas breues:quia vt ſic nō eſt de⁹ ſed quādam accidens:ſed intelligitur Ieſus Chriſtus ſaluator noſter deus & homo,q notificauit mundo ſummā dei oīpotentiā,& ſapientiā,& miſericordiā,& iuſtitiā,& voluntateꝫ patris. Nā ſicut verbū materiale induit vocē,vel literaꝫ:vt notificet intentionē: Ita verbuꝫ diuinum induit carnem:vt nobis notificaret diuina myſteria vt inquit Augu. Et ſic patet q̄ oīa creata notificantur per nomina primę intētiōis

vel impoſitionis.Sed ſolus deus notificatur per nomen rea
le:qui eſt Ieſus ſaluator noſter verbum incarnatũ,qui non
conſtituitur ex literis:ſed ex verbo & humanitate.Vnde di
ctum eſt pſalmo.viij.ꝙ verbum incarnatum eſt nomen quo
deus pater nominat ſe.Iſte ergo Ieſus ſaluator eſt illud no-
men domini quod omnes ſancti patres expectabant & in-
uocabant in vete.teſta.in quo expectabant ſaluari. Vnde
hoc eſt nomen domini quod incepit inuocare Enos.Geñ.
iiij.Itẽ hoc eſt nomẽ dñi qđ inuocauit Abraham:qñ ędifica
uit altare dño.Geñ.xij.&.xiij.Itẽ hoc eſt nomẽ dñi qđ inuo
cauit Iſaac in altari ędificato.Geñ.xxvj.Item hoc nomen
inuocauit Iacob ſup lapidem quem erexit in titulũ.Gene.
xxviij.Item hoc eſt nomen domini quod deus non reuela-
uit viſibiliter patribus vet.teſta.vſq; ad incarnationem.Iteꝫ
hoc eſt nomen dñi quod venit de longinquo.Eſai.xxx.Itẽ
hoc eſt nomen domini de quo dicit̃ Eſai.xij.Haurite aquas
de fontibus ſaluatoris,& dicetis in illa die:Confitemini do-
mino,& inuocate nomẽ eius.Item hoc eſt nomen domini:
& nomen dei Iacob qđ Dauid in toto iſto libro pſalmorũ
exhortatur inuocandum & laudandum ſæpe:de quo præ-
cipue dicit in hoc pſalmo.Laudate pueri dominuꝫ laudate
nomen domini.Vnde ly laudate dominũ:dicit deum in tri-
nitate.& ly nomen domini:dicit verbũ incarnatũ.i.Ieſum
Chriſtum ſaluatorem.q.d.O gentiles conuerſi ad fidem,
laudate dominũ deuꝫ in trinitate perfecta:& laudate nomẽ
domini.ſ.Ieſum Chriſtum deum & hominem verbuꝫ incar-
natum.Sit etiaꝫ hoc nomen domini Ieſus laudabile per to-
tum populum gentilem,a ſolis ortu vſq; ad occaſum:poſtq̃
Iudæi non receperunt ipſum.Quaſi dicat.ꝙ non ſufficit ad
veram & perfectam latriam ſolum adorare:& deum trinũ
& vnum colere,& laudare:ſed oportet Ieſum Chriſtum ver
bum incarnatum ſaluatorem colere & laudare:& cum cæ-
teris articulis ad humanitatem pertinentibus credere.

¶Ex ſupradictis patet ꝙ Iudæi non adorant nec laudãt
nec colunt deum.Probat̃.Nam non intendunt immo dete-
ſtantur adorare deũ trinũ & vnũ.Sed ille qui eſt verus de⁹
creator omniũ eſt trinus & vnus:& nullus alius eſt verus de-
us:vt frequenter probatum eſt per ſcripturam.ergo nullum
deum adorant nec colunt.¶Item ſecundo ſequitur:ꝙ Iu-
dęi non laudant:immo ſemper blaſphemant nomen domi
ni in ſcriptura frequenter memoratum.probatur.Nam iu-
giter blaſphemant Chriſtum,& nomen eius in ſuis ſynago
gis,& domibus,in publico,& in ſecreto.Sed Ieſus Chriſtus
eſt illud nomen dei in ſcriptura frequenter memoratum.
ergo continue blaſphemant deum & nomen eius.Ideo ſunt
reprobati & maledicti.de quibus dicitur Eſai.primo.Blaſ-
phemauerunt ſanctũ Iſrael & alienati ſunt retrorſum.Item
blaſphemauerunt nomen meum quotidie.Et quia hoc no-
men domini contempſerunt Iudæi:ideo fuit dilatatum,&
veneratum per omnes gentes:a ſolis ortu vſq; ad occaſum.
Ideo dicitur Malachię primo.A ſolis ortu vſq; ad occaſum
magnum eſt nomen meum in gentibus,& in omni loco ſa-
crificatur,& offertur nomini meo oblatio munda.quia ma
gnum eſt nomen meum in gentibus,& vos polluiſtis illud
&c.Præuidens ergo Dauid in ſpiritu reprobationem Iu-
dęorum:eo ꝙ contẽpſerunt hoc nomen domini,& blaſphe
mant quotidie:& præuidens conuerſionem populi genti-
lis,in quo debebat hoc nomen Ieſus coli & laudari,dicit:
Laudate pueri dominũ:laudate nomen domini &c.Quaſi
dicat.Poſtq̃ Iudæi reprobati contempſerunt deum trinum
& vnum,& Ieſum Chriſtũ qui eſt nomen domini:ergo vos
gentiles tanq̃ pueri nouiter conuerſi laudate deũ in trinita
te,& vnitate,& verbum incarnatũ,quod eſt nomen domi-
ni.ſ.Ieſum Chriſtũ filium dei deum & hominem.Ex quib⁹
patet ꝙ ſemper in ſacra ſcriptura per nomen domini intel-
ligitur Ieſus Chriſtus dominus noſter,deus & homo Meſ-
ſias in lege promiſſus.Sed miſeri & cæci Iudæi hoc myſte-
rium,& ſacramentum capere non poſſunt ex maledictione
& cęcitate eis inflicta:quia non ſunt digni tanto beneficio
nec lumine illuſtrari.

IN exitu Iſrael de ægypto:domus Ia-
cob de populo barbaro.
Facta eſt Iudæa ſãctificatio eius:Iſra-
el poteſtas eius.
Mare vidit & fugit:Iordanis conuerſus eſt re-
trorſum.
Montes exultauerunt vt arietes:& colles ſicut
agni ouium.

¶Huic pſalmo in Hebræo nullus titulus præponitur.Pro-
pter qđ Iudæi dicunt ꝙ non eſt pſalmus diſtinctus a præce-
denti.ſed hoc videtur falſum. Primo quia videtur materia
ſpecialis & diſtincta. Secundo quia iſte computatur pſal-
mus.cxiij.ſecunduꝫ Hieronymum,& omnes catholicos.Vn
de licet non explicetur titulus:tamen manifeſte videtur ꝙ
ſit alleluiaticus:& ꝙ Dauid fecit ipſum ad laudandum deũ,
appropriatum in feſto Dedicationis tabernaculi & templi.
In quo Dauid intendit agere gratias:quia deus memor fuit
noſtri & benedixit nobis:& liberauit nos de captiuitate dia
bolica & de iugo idoloꝝ:& de perſecutione tyrannorum
per Chriſtum filium ſuum:ſicut quondam liberauit Iſrael
de Aegypto. Et ſic propheta principaliter intendit agere
gratias:quia Chriſtus redemit nos:& elegit nos in populuꝫ
ſuum,& hæreditatem.& hoc probat per tria myſteria tanq̃ p
tres propoſitiones.¶Quarũ pria eſt ꝙ ſolus populus Iſrael
fuit electus ad laudandum deum.

¶Secunda ꝙ ſola Iudæa & terra promiſſionis fuit dedica-
ta & ſanctificata tanq̃ proprius locus vbi deus colitur.

¶Tertia ꝙ ſolus deus Iſrael,& nullus alius eſt venerand⁹
& colendus.Ideo pſalmus iſte diuiditur in tres partes.Naꝫ
in prima probat ſimul primas duas propoſitiones.In ſecun
da probat tertiam,ſcilicet ꝙ ſolus deus Iſrael eſt colendus.
In tertia reſumit probationem ſecundæ propoſitionis,ſcili-
cet ꝙ a ſolis filijs Iſrael eſt deus colendus. Secunda ibi.
Deus autem noſter in cælo. Tertia ibi.Non mortui lau-
dabunt. ¶Quantum ergo ad primum proponit primas
duas propoſitiones,ſcilicet ꝙ ſola terra Iudęæ ſiue terra
promiſſionis eſt locus dedicatus ad cultum diuinum:& ſo-
lus populus Iſrael eſt dedicatus ad colendum deum.& di-
cit ꝙ in exitu Iſrael,id eſt cum populus Iſrael exiret de
Aegypto,ſcilicet de illo populo Barbaro,& extraneo,&
rudi,& inhumano:tunc facta eſt Iudæa ſanctificatio eius,
id eſt locus ſanctificatus,& dedicatus,& deputatus ad dei
cultum & ſanctificationem.& hæc eſt prima propoſitio.
Secunda vero ꝙ factus eſt Iſrael poteſtas & poſſeſſio eius,
& populus electus ad colendum deum.& ideo dicit Moy-
ſes Pharaoni ex parte dei.Dimitte populum meum:vt ſa-
crificet mihi &c.Exodi quarto.Item pſalmo decimotertio.
Dedit eis regiones gentium:vt cuſtodiant iuſtificationes
eius &c.Et has propoſitiones probat Dauid,ſcilicet ꝙ de⁹
elegit hunc populum.quod apparet.Nam cum miraculis
deduxit eum per deſertum:& cum miraculis introduxit eũ
in terram promiſſionis.Nam mare rubrum fugit in tranſi-
tu eorum,& diuiſum eſt in.xij.partes.ergo ſignum eſt ꝙ
deus elegit illum populum,& dilexit ad cultum ſuum.Iteꝫ
Iordanis conuerſus eſt retrorſum in introitu terræ promiſ-
ſionis,& filij Iſrael tranſierunt pede ſicco:ergo ſignum eſt
ꝙ deus elegit illam terram,& locum ad cultum ſuum.Iteꝫ
quando ingreſſi ſunt inuenerunt bona paſcua in terra pin
gui & fœcunda.& ſicut agni ouium exultant ſequentes ma
tres per loca & montes pingues,& huberes:ita filij Iſrael

exultauerunt per montes terrę promiſſiõis,occupantes mõtes pingues,& ciuitates & oppida,& campos coagulatos & vberes:& trucidarũt:& eiecerũt Chananeos a ſedibus ſuis.

Quid ẽ tibi mare ꝙ fugiſti? & tu Iordanis quia conuerſus es retrorſum?

Montes exultaſtis ſicut arietes:& colles ſicut agni ouium?

A facie domini mota eſt terra:a facie dei Iacob.

Qui conuertit petram in ſtagna aquarum:& rupem in fontes aquarum.

¶ Hic probat ꝙ hoc factum eſt ex magno miraculo. Vnde ꝗrit Dauid vt probet propoſitiones.o mare quid eſt tibi ꝙ fugiſti.i.vnde euenit tibi cũ ſis res inanimata:& ſine ſenſu & cognitione ꝙ ita fugiſti? & fuiſti diuiſum in duas diuiſiões & partes:& dediſti locũ vt tranſiret ille populus:cũ hoc ſit contra naturam tuam? Et ſimiliter,o Iordanis quid euenit tibi ꝙ in tranſitu eorum & introitu conuerſus es retrorſum:contra naturam tuam? Et o vos montes quare exultaſtis vt arietes? & o vos colles quare exultaſtis ſicut agni ouium recipientes illum populũ,& abijcientes Chananeos & Pherezeos &c.cum in vobis eſſent ciuitates inexpugnabiles:& oppida? quaſi di.Quomõ & qua poteſtate hoc potuit fieri? Reſpondet & ſoluit queſtionem dicens.Quia ſupple a facie domini mota eſt terra.Non a facie deorum gentilium,ſed a facie dei Iacob,qui eſt verus deꝰ.Qui in nube praecedebãt illũ,& in arca ſedebat ſuper cherubin.Et ſic omnia obediebãt ei,& cedebant.Nam in virtute dei Moyſes percuſſit mare cum virga:& aquæ diuiſerunt ſe obediẽtes & parentes creatori ſuo.Et ſic ſic factum eſt de conuerſione Iordanis retrorſum. & de ruina murorum Hiericho. & in victoria Ioſue contra omnes reges Chanaan. Nam omnia proſternebantur:& cedebant:& parebant ꝓſentię & poteſtati & voci dei exiſtentis in arca. Qui etiam conuertit petram Oreb in ſtagna aquarum. Exod.xvij. Et poſtea rupem & ſilicem in fontes aquarum.Nume.xx. Ex quo patet ꝙ omnia iſta nõ facta ſunt in poteſtate hominum:ſed in ſola dei poteſtate:qui elegerat populum & terrã ad ſuum cultum:ſicut promiſerat ipſi Abrahã & Iſaac & Iacob.nec fecit hoc deus propter merita illius populi,qui multotiens deum ꝓuocauerat ad iram in deſerto.ſed deus hoc fecit.ſ.introduxit in terram promiſſionis cum tot ſignis & miraculis propter ſolam miſericordiam ſuam:& veritatem.ſ.vt impleret promiſſum quod pollicitus fuerat ipſi Abraham & Iſaac & Iacob.ſ.ꝙ daret illam terram filijs ſuis &c.Ide ſequitur.

Non nobis domine non nobis:ſed nomini tuo da gloriam.

Super miſericordia tua & veritate tua:nequando dicant gentes vbi eſt deus eorum.

¶ Non nobis domine:ſed nomini tuo da gloriam id eſt iſta poteſtas & gloria non eſt tribuenda nobis:ſed nomini tuo. Nec dediſti nobis iſtam gloriam & poſſeſſiones propter noſtra merita:ſed hoc feciſti miſericordia tua & veritate tua,i.propter ſolam miſericordiam tuã,& propter veritatem tuã ſcilicet vt impleres quod promiſiſti patribus noſtris:& ſic maneres verus & non fallax.nequando.id eſt ne aliquando dicant nec dicerent gentes.Vbi eſt deus eorum? Nam ſi non impleſſes promiſſa,irridendo dixiſſent gentes.vbi eſt deus iſtorum Hebræorum qui promiſit eis terras & non dedit? Quaſi dicant,mẽdax & fallax eſt quia ſic eos decepit,vel nullus eſt.Itẽ ſi non dediſſes nobis victoriam:tunc gentiles dixiſſent.Vbi eſt deus eorum,qui non iuuat eos? quaſi dicerẽt.Forſan dormit deus Iſrael:quia non iuuat eos.

Deus autem noſter in cælo:omnia quęcũqꝫ voluit fecit.

Simulacra gentium argentum & aurum:opera manuum hominum.

Os habent & non loquentur:oculos habent & non videbunt.

Aures habent & non audient:nares habent & non odorabunt.

Manus habent & non palpabunt:pedes habẽt & non ambulabunt:non clamabunt in gutture ſuo.

¶ In hac ſecunda parte probat tertiam propoſitionem,ſcilicet ꝙ ſolus deus Iſrael eſt colendus:& nullus alius.Quã ſic probat. Nam ſolus ille deus eſt colendus & adoratione latria venerandus,qui fecit quęcunqꝫ voluit in cælo & in terra.Sed ſolus deus Iſrael eſt huiuſmodi:& nullus alius.Quia dij gentium nihil poſſunt facere,cum non ſint res viuę:ſed inanimatę.Igitur ſequitur hæc ſententia aduerſum ſuperiorem.ſcilicet nequando dicant gentes,vbi eſt deus eorum.iõ dicit Dauid.Deus noſter eſt colendus:& non dij gentiuꝫ.ga deus noſter eſt verus deus.Quia quæcunqꝫ voluit fecit:tam in cælo ꝗ̃ in terra.Sed dij eorum nihil poſſunt facere:cũ ſint ſtatuæ & ſimulacra inanimata. Et primo probat primam partem,ſcilicet ꝙ dij gentiuꝫ non ſint colendi,cum nõ ſint veri dij,nec poſſint iuuare ſuos cultores.

¶ Dicit ergo primo.ꝙ dij gentium non ſunt veri dij,nec colendi,nec poſſunt iuuare cultores ſuos. Probatur. Quia dij gentium ſunt ſimulacra inanimata:vel illa ſimulacra quæ gentes colunt vt deos,nil aliud ſunt niſi aurum & argentũ & opera manuum hominum viuentiuꝫ:ergo quomodo poſſunt eſſe dij:cum non viuant? Nam licet ſint facta & fabricata ad ſimilitudinem hominum viuentium:tamen non viuunt.Nam licet habeant os & aures.id eſt videantur habere os & oculos:tamen non loquentur neqꝫ videbunt vnq̃.Et eodeꝫ modo habent aures & nares:tamen nunq̃ audiẽt nec adorabunt.Et ſic eodem modo habent manus & non palpabunt:& habent pedes & non ambulabunt:& videntur habere guttur:& tamẽ nunq̃ clamabunt.quia in iſtis ſimulacris prædicta organa nõ ſunt vera:ſed equiuoce dicta.quia homo ſculptus vel depictus non eſt homo niſi equiuoce.vt ait Ariſto.ij.de Anima.& in Topicis.Et ideo ſequiť.

Similes illis fiant qui faciunt ea:& omnes qui confidunt in eis.

¶ Similes inquit fiant.Nam ſicut illa ſimulacra ſunt quaſi mortua & mutua & ſine ſenſu & motu & cognitione:ita omnes gentiles qui ea faciunt,& colunt,& in eis cõfidunt,ſunt facti muti,& ſine ſenſu,& intellectu,& cæci,& mortui:quia nullum bonum agere poſſunt.Et ſicut illa ſimulacra ſunt mortua & inanimata,& per conſequens non poſſunt iuuare cultores ſuos:Ita non poſſunt coli ab aliquo.nec qui colunt talia ſimulacra ſunt digni & apti ad colendum deum.quia nil colũt cum ſint ſimiles ſimulacris.

Domus Iſrael ſperauit in domino:adiutor eorum & protector eorum eſt.

Domus Aaron ſperauit in domino:adiutor eorum & protector eorum eſt.

Qui timent dominum ſperauerũt in domino:

adiutor eorum & protector eorum eſt.

❡Hec probat ſecundam partem propoſititionis.ſcilicet ꝙ deus Iſrael eſt verus deus,& per conſequens colendus.Probatur.quia iuuat cultores ſuos ſperantes in ſe.Probatur.Nã primo liberauit Iſrael de omnibus periculis,eo ꝙ ſperauit in eo.Secundo eum benedixit & multiplicauit.Primum ꝓbatur.Nam tota domus Iſrael ſperauit in dño:quãdo exiuit de Aegypto,& clamauit ad eum.Et tamen ipſe adiutor eorum factus eſt in exitu Aegypti.& protector eorum fact⁹ eſt per totum deſertum:& in terra promiſſionis.vt patet ꝑ ſingula.Item domus Aaron ſperauit in domino:cum Dathan,& Abiron,& Chore fecerunt coniurationem contra eum.Tamen dominus adiutor eorum factus eſt:cum combuſti ſunt.CCL.Et aperta eſt terra,& deglutiuit alios ſeditioſos.vt patet.Numeri.xvj.Sed quia diceret aliquis.Quare dominus non adiuuit omnes filios Iſrael? quia multi mortui ſunt & trucidati in deſerto.vt illi qui adorauerunt vitulũ.Illi qui initiati ſunt Beelphegor.& omnes qui egreſſi ſunt de Aegypto a.xx.annis & ſupra:quorum cadauera facuerunt in deſerto:quorum nullus intrauit terram promiſſionis:niſi Caleph,& Ioſue.Et tamen omnes iſti ſperauerũt in domino:quia cum fiducia intrandi terram promiſſionis exierunt de Aegypto.& tamen deus non iuuit eos.Ad hoc reſpondet Dauid.ꝙ iſti non timuerunt deum:quia rebelles fuerunt.ideo non vere ſperauerunt in eo.Ideo ſequitur. Qui timent dominum.id eſt deus factus eſt adiutor omniũ eorum qui timent deum & ſperauerunt in eo:quia tales liberauit.

Dominus memor fuit noſtri: & benedixit nobis.

Benedixit domui Iſrael:benedixit domui Aaron.

Benedixit omnibus qui timent dominum:puſillis cum maioribus.

❡Secundo probat ꝙ non ſolum liberauit eos a periculis: ſed etiam benedixit & multiplicauit in poſſeſſionibus & bonis temporalibus & copia filiorum.ideo ait.Dominus memor fuit noſtri,adimplendo ꝙ promiſit patribus noſtris:& benedixit nobis,dando nobis terram Chanaan in poſſeſſionem,& multiplicando nos in magnum populum:ſicut promiſit patri noſtro Abrahaꝫ,& Iacob dicens.Benedicam ſemen tuum &c.Et ſic benedixit domui Iſrael dando terram promiſſam.Et benedixit domui Aaron dando ſacerdotiuꝫ,& iura leuitica,ſcilicet decimas.&c.Et benedixit omnibus qui timent dominum:puſillis cum maioribus:non autem rebellibus.& ſic non ſolum benedixit vos in copia bonoꝝ temporalium,ſed in copia filiorum.Ideo ſequitur.

Adiiciat dominus ſuper vos:ſuper vos & ſuper filios veſtros.

Benedicti vos a domino:qui fecit cęlum & terram.

Cælum cæli domino:terram autem dedit filiis hominum.

❡Adijciat dominus:& adiecit numerum ſuper vos & fœcunditatem prolis.& non ſoluꝫ ſuper vos:ſed ſuper filios veſtros,& ſuper copiam generationis & fœcunditatis prolis Et vnde hoc?quia benedicti eſtis vos a dño qui fecit cælum & terram.Quia colitis eum:& non ſimulacra nec deos gentium.Ideo illi qui colunt eos ſunt mortui & inepti ad laudãdum deum.Nam ipſum cęlum cęli,ſcilicet empyreum datum & factuꝫ eſt ipſi domino deo,vt ibi a beatis videatur.

Terrã autem dedit filijs hominum.i.hominibus filijs Adã ab habitandum & laborandum tanq̃ viatoribus.& ideo reſumit,& concludit probationem & propoſitum proprię ꝓpoſitionis.ꝙ ſolus populus Iſrael eſt electus & dedicatus ad colendum & laudandum deum,& non gentiles:eo ꝙ ſunt mortui ſicut dij eorum:& facti beſtiales ſiue inepti & mortui in peccato.Ideo ſequitur.

Non mortui laudabunt te domine:neq; omẽs qui deſcendunt in infernum.

Sed nos qui viuimus benedicimus domino:ex hoc nunc & vſq; in ſęculum.

❡Non ergo gentiles & peccatores qui ſunt mortui & inepti ad bene agẽdum,laudabunt te domine:neq; omẽs qui deſcendunt in infernum.Cum potius blaſphement pręę dolore tormentorum.Sed nos qui viuimus in lege tua ꝑ grãm benedicimus tibi dño & laudamus & colimus ex hoc nũc & vſq; in ſęculum,hic per gratiam & in futuro per gloriã amẽ.

❡Sed quia iſte pſalmus non eſt inanis,nec ſine ſacramentis:ſicut nec cæteri:ideo videamus quid ſibi vult ſenſus ſpiritualis ipſius:& quid in eo intellexit Dauid de Chriſto & eccleſia.Vnde aduertendum eſt ꝙ Dauid contemplando in exitu Iſrael de Aegypto:& in tranſitu maris rubri:& in miraculis factis in deſerto:& in conuerſione Iordanis retrorſum,quando ingreſſi ſunt filij Iſrael terram promiſſionis:& in victorijs Ioſue,quando occupauit terram:& diuiſit eam filijs Iſrael per tribus in poſſeſſiones eiectis gentib⁹ &c.Tũc præuidit in ſpiritu myſterium aduentus Chriſti in carnem. Et quomodo poſt paſſionem eduxit patres de limbo inferni:& nos omnes de tenebris pctõrum.& quomodo infernus fugit a facie eius.& mare.i.perſecutio tyrannorum fugit.& eccleſia fidelium qui eſt populus dei,introiuit per totũ mũdum propulſa idololatria.& quomodo ſolus populus Chriſtianus colit verum deum & nullus alius.Et ſic de hac materia prophetando fecit hunc pſalmum vt cãtaretur in die ſabbati,& in feſto dedicationis tabernaculi,& templi.

❡Ex quo patet ꝙ Dauid non memorauit ſupradictas hi-
ſtorias & myſteria tanq̃ principalem materiam huius pſal- H
mi:ſed tanq̃ propoſitiones & parabolas:ex quibus intendit
elicere tres concluſiones euangelicas.

❡Quarum prima eſt.ꝙ ſolus populus Chriſtianus eſt redẽptus & receptus ad colendum diuina.

❡Secunda.ꝙ ſola eccleſia eſt dedicata ad cultum dei.

❡Tertia.ꝙ illemet de⁹ q liberauit Iſrael de Aegyto ante incarnationẽ,ille idem incarnatus liberauit patres de limbo:& eccleſiam ſuã de captiuitate diaboli.& ꝑ conſequens Chriſtus de⁹ & homo eſt dñs in cęlo & in terra.Ideo eſt vere colẽdus cultu latrię.Probaẽ.quia ſola eccleſia Chriſti ſucceſſit illi populo:& dicta eſt Iudęa,& Iſrael:& fuit figurata per oia illa myſteria:in cui⁹ figura facta ſunt omnia illa:vt frequenter probatũ eſt. ❡Dicit ergo Dauid.Ego ſupple vidi in ſpiritu ꝙ ſicut in exitu Iſrael de Aegypto.ſ.domus Iacob.i.cum Iſrael.i.domus Iacob exiret de Aegypto.ſ.de illo populo barbaro:tũc facta eſt Iudęa ſanctificatio eius &c. Ita ꝙ Chriſtus qui figuratus eſt per Moyſen eduxit ſanctos patres de limbo inferni:& omnes nos de tenebris peccatorũ.Tũc Iudęa,ſcilicet eccłia quæ vere deuꝫ cõfitetur, facta eſt ſanctificatio eius,id eſt electa eſt a Chriſto in ſãctificationem & cultum verum dei.Et Iſrael.ſ.populus Chriſtianus,qui eſt verus Iſrael,quia vere & ſolus videt deum per fidem,factus eſt poteſtas & poſſeſſio,& exercitus,& hæreditas eius ad poſſidendum terram viuentium quæ eſt regnũ cælorum. Et tunc in aduentu eius mare & furia diaboli & tyrannorum fugit.quia poteſtas eius obtuſa & comprehenſa eſt. Et populus dei tranſiuit.& per aquas baptiſmales Iordanis ingreſſus eſt eccleſiam per duodecim lapides

qui ſunt duodecim articuli fidei. Et ſic lætanter poſſidet eā
I hic per gratiam, & in futuro ꝑ gloriam. ℭ Vnde nota ꝙ per
Iordanes qui interpretatur deſcenſus, recte figuratur deflu
xus generis humani, Nam Iordanis oritur & emanat & de
ſcendit a monte Libano, qui inter omnes montes Syriæ &
aſſyrię eſt fœlicior & amœnior & fructuoſior. & congregat
ex duobus fontibus. Et factus magnus tēdit & fluit inter Pa
leſtinam & Arabiam petream, verſus meridiem: & per val
lem illuſtrem quaſi ſemper inter montes: & facit mare Ty-
beriadis: & poſtea in anguſtum alueum reductus diſcurrit
per vallem illuſtrem: & tendit vſq; ad mare mortuum in re
gionem Sodomoruꝫ. Et ibi ſubmergitur in illo mari amariſ
ſimo & infructuoſo & horribili. Per hoc figuratur genus hu
manum ſiue deflexus generis humani deſcendēns a primo
homine Adam, qui in illo amœniſſimo & feliciſſimo mon-
te paradiſi creatus eſt: ſiue in eo conſtitutus. qui quidem ho
mo componitur ex duobus fontibus. ſ. ex corpore & anima.
tamen quia deo inobediens fuit: ideo a monte paradiſi eie
ctus eſt. Et deſcendens de monte per vallem lachrymarum
huius mundi diſcurrebat cum tota ſua poſteritate. qui licet
per loca amœna flueret. i. per delitias huius mundi: quæ nō
ſunt comparandæ delitijs paradiſi, a quo eiecti ſunt: tamen
in finem omnes ſubmergebantur in mare mortuum infer-
ni amariſſimum multiplicibus pœnis & tormentis. Sed ve-
niens dominus noſter Ieſus i virtue ſua: non ſoluꝫ mare: ſed
Iordanis conuerſus eſt retrorſum: cū in eo poſuit. xij. articu-
los fidei. Et non intrauit mare mortuum: immo per ipſum
tranſiuit populus Chriſtianus in iſtam eccl'iam ꝑ grãꝫ: & in
ſuperiorē per gloriam. Et ſic mare rubrū huius mundi quod
omnes ſubmergebat: & Iordanis qui omnes ad mare mor-
tuū deferebat, facti ſunt per quatuor permittentes nos trāſ-
ire in patriam nobis promiſſam. In qua ſicut agni ouium &
arietes lætemur paſcentes in montibus & collibus eccleſia
ſticis paſcua vberrima & ſaluberrima ſacramentorum: hic ꝑ
gratiam: & in futuro per gloriam. Ideo Dauid contemplās
huiuſmodi myſteria interrogat mare rubrum & Iordanem
& montes & colles dicens. Quid eſt tibi mare ꝙ fugiſti? &
tu Iordanis &c. quaſi dicat. Quomodo & in qua virtute ꝓ-
miſiſtis tranſire illum populuꝫ. i. quid ſignificabant iſta my
ſteria? & reſpondet ſpiritus ſanctus per os Dauid prophetā
do aduentum Chriſti dicens. Vis ſcire quid hoc ſignificat?
Quia a facie domini noſtri Ieſu Chriſti: qui eſt deus Iacob
Meſſię in lege promiſſi, mota eſt & mouebitur tota terra.
Nam in eius natiuitate omnia regna mundi fuerunt mota:
quia flumen Nili diuiſum eſt in ſeptem oſtia: & inundauit
vltra ſolitum: & omnes dij & idola gentium clamarunt apđ
Meotidas Paludes & Caſpia regna: regem pacis eſſe natū:
& templum pacis Romæ proſtratum eſt: & ſtella præter ſo
litum in oriente apparuit: quæ magos ad Chriſtum perdu
xit. & poſtea a facie eius mota eſt terra cētralis & inferni: cū
inde patres abſtraxit. & magis mota eſt quando apoſtolos
per munduꝫ miſit: & mare tyrannorum fugit & ceſſit: & ido
lolatria reiecta, fides & eccleſia mundom occupauit in vir-
tute Chriſti. Nam ſicut tunc tota terra mota eſt a facie do-
mini, qui portabatur in arca: ita tota terra gentilium mo-
ta eſt a facie nominis Ieſu quod apoſtoli portabant in arca
euangelica, qui conuertit petram in ſtagna aquarum: cum
corpus ſuum lancea eſt percuſſum: & exiuit ſanguis & aqua
in remiſſionem peccatorum. vnde ſacramenta eccleſiaſtica
virtutem ſumpſerūt. ℭ Item conuertit rupem in fontes aq̄-
rum: cum miſit ſpirituꝫ in diſcipolos, & dedit eis ſeptem do
na ſpiritus ſancti &c. Vnde illi qui erant groſſi & duri ſicut
rupes proruperunt in fontes aquarum ſapientię dei: & ef-
fuderunt per totum mundum. vnde hauſimus aquas ſapien
tię legis euāgelicę. Et ideo propheta apoſtrophat ad Chri-
ſtum petens & rogans vt iſta cito impleantur: vt veniat ſi-
cuti promiſit ſanctis patriarchis: & deleat idola gentium &
omnes veniant ad terrā promiſſam vere fidei: & in ipſo be
nedicant omnes gentes: quia hoc non ſedit principaliter ad
gloriā noſtrā, ſed eius. Ideo ſubdit. O dñe Ieſu Chriſte non
nobis. i. nō dicimus ꝙ venias ex meritis noſtris. quia nō me
remur introire in gloriā. Sed da gloriam noi tuo. ſ. vt omnes
gentes ſeruant tibi. i. adorant & colūt nomē tuū. quod eſt Ie
ſus. i. colant Ieſum Chriſtū qui eſt nomē tuū. Et hoc fac ſup
mia tua. i. propter miām tuam & veritatem tuaꝫ vt impleas
qđ promiſiſti Abrahæ. ſ. in ſemine tuo benedicentur omnes
gentes. ergo fac ꝙ hoc ſit verū. Ne aliquando dicant gētes:
vbi eſt deus eorū Iudęorum qui expectant Meſſiam eis ꝓ-
miſſum? Quia cum ſis dñs hoc potes facere. Nam tu es deꝰ
in cælo. Qui oia quæcūq; voluiſti feciſti vſq; ad preſens tem
pus. Nā tu de nihilo creaſti cælū & terraꝫ: & liberaſti patres
noſtros: & eieciſti gentes & puniſti: & introduxiſti eos in ter
rā ꝓmiſſā. q̄ quidē myſteria ſignificabant aduentū tuum &
ruinā idololatriæ & electionē eccl'ię: & hęreditatē & poſſeſ
ſionē &c. Ergo nō ꝑmittas regnare idola gētiū & ſimulacra
cum non ſint niſi argentū & aurū, & opera manuū hominū
&c. Ergo oēs qui faciunt ea & qui confidunt in eis & nolunt
conuerti: fiant ſimiles illis. ſ. muti &c. Haud ſic de nobis: q
ſumus domus Iſrael & vera eccleſia. Naꝫ domus Iſrael. ſ. ec
cleſia fideliū ſperauit in dño. Quia ſicut ille populus ſpera-
uit in dño: & dñs adiutor eoꝝ fuit: eos a periculis tēporalibꝰ
liberando: Ita populus Chriſtianus & eccleſia q̄ ſperauit in
dño, liberabitur & eſt liberata ꝑ Chriſtū a morte peccati &
periculis ſpūalibus per aduentū ſuuꝫ. & ſicut tunc dñs mēor
fuit illius populi: & benedixit ei in terram promiſſam intro
ducendo: & poſſeſſiones & bona temporalia cōferendo: &
benedixit domui Aaron ſacerdotium & cætera iura leuiti-
ca largiendo: Ita Chriſtus Petro & ſucceſſoribus ſuis epiſco
pis & p̄ſbyteris & toti cœtui apoſtolorum tradidit claues re
gni cęlorum & eccleſiaſticam poteſtatem: & iura tam eccle
ſiaſtica temporalia q̄ ſpiritualia. Et ſic benedixit domui &
cœtui miniſtrorum eccl'ię. Et vt breuiter omnes fideles cō-
prehendantur: dicit ꝙ benedixit omnibus qui timent dñm
puſillis, cum maioribus. ſ. paruulis & magnis diuitibꝰ & pau
peribꝰ & ſimplicibus græcis & barbaris & latinis, poſtq̄ ve-
nerunt ad fidem: & deum timent. Et quia ex paucis Iudæis
ſ. apoſtolis & diſcipulis incepit eccleſia: ſed poſtea creuit in
magnū nūerū ex gētibꝰ per totū orbē: iō ait ꝓpheta. Adij-
ciat dñs ſuper vos o apoſtoli & diſcipli. i. creſcere vos faciat,
& addat magnum numerum fidelium ſuper vos & ſuper fi
los veſtros ex gentibus ad fidem regeneratos. Et ſubdit. o fi
deles benedicti eſtis a domino qui fecit cęlum & terram: ex
quo cepiſtis baptiſmum & non curatis habere regnum i ter
ris: nec cōgregare bona mūdana & tēporalia. nec ſcandali-
zamini: ſi homines praui & mundani abundant bonis tēpo
ralibus & cōculcāt & perſequūtur iuſtos. & vos eſtis inopes
& pauperes afflicti ab impijs. Nā in hoc mundo tm̄ habent
felicitatē. Veſtra aūt merces in cælo eſt. Nam deus pater de
dit dño noſtro Ieſu Chriſto cęlum cæli. i. cęlum empyreum
in poſſeſſionem & habitationem æternam: vbi eſt ſūma &
ęterna & ſecura felicitas. Et hoc cęluꝫ dedit pater filio ꝓ ſe
& ſuis fidelibus. terram aūt iſtā inferiorē dedit filijs holm. ſ.
terrenis & mūdanis: cuiꝰ felicitas erit breuis: & pœna æter-
na. Nā licet videantur viuere: tm̄ mortui ſūt a deo & priuati
illa ſuperiori vita æterna. Nā hic ſunt mortui in ſuo peccato
& in futuro per pœnaꝫ in inferno. Et ideo ſubdit propheta
Non iſti homines terreni, qui ſunt mortui in peccato, lauda
bunt te o dñe hic in hoc mundo. Nec oēs qui deſcendunt in
infernū laudabunt te: immo blaſphemant hic peccando: &
ibi pœnas patiendo. Sed nos qui viuimus hic per gratiā ſer-
uando legē euangelicā benedicimus domino ore & opere.
Benedicimus dico ex hoc nunc. ſ. iā incepimus ex hoc inſtā-
ti & ex hoc ſæculo viuendo per gratiam: & vſq; in ſæculum
aliud fruendo per gloriam. ℭ Ex iſto textu. ſ. Cælum cæli K

dño:terram autem dedit filijs hominum. dogmatizant magiſtri moderni Iudæoruꝫ in ſynagogis ſuis: ꝙ homines poſt hanc vitam non aſcendunt in cælum nec aſcendent poſt reſurrectionem. ſed manebunt in terreſtri paradiſo cũ Abraham, Iſaac, & Iacob, & ibi erunt in perpetuum. Nam cælũ non eſt datum hominibus: ſed domino deo: Terram auteꝫ dedit filijs homiuum ad habitandum & manendum. Vnde Iudęi moderni non expectant gloriaꝫ in cælo: ſed in terra: cum Abraham, Iſaac, & Iacob, ſcilicet in illa terra vnde fuit eiectus Adam. habent enim pro inconuenienti ꝙ homines poſſint aſcendere in cęlum: ac ibi manere: cum ſit cõtra naturam hominis. Sed quantum ſit deteſtabilis iſta doctrina & contra ſacrã ſcripturã, de ſeipſo manifeſtuꝫ eſt. Naꝫ ſicut nõ ẽ icõueniens nec ipoſſibile ꝙ angeli deo rebelles a principio fuerint deiecti de cælo: non ſolum in faciem terræ: ſed vſq; in profundum inferni vbi perpetuo cruciantur pœnis æternis: ita non eſt inconueniens ꝙ homines iuſti & ſãcti qui non ſecundum carnem vixerunt & pœnitentiam de ſuis peccatis egerunt aſcendant in cælum: & inter hierarchias angeloruꝫ collocati ſempiterno æuo fruantur: vt dictũ eſt pſalmo pręcedenti. Nam licet hoc non cõueniat nec debeatur hominibus per naturam: tamen datur eis per gratiam & merita paſſionis Chriſti: cuius membra ſunt per baptiſmum & fidem effecti. Vnde quando Chriſtus aſcendit in altum cælum in die aſcenſionis, ſecum duxit captiuitateꝫ ſanctorum patrum. ſcilicet Adam, Abrahaꝫ, Iſaac, & Iacob vt dictum eſt pſalmo. lxvij. Et ſic Abraham Iſaac & Iacob non ſunt in hac terra: vt iſti moderni Iudæi mentiuntur: ſed regnant in cælo cum Chriſto, & cum filijs promiſſionis. Et ideo iſti Iudæi carnales nunq̃ aſcendunt cum eis in cælum: ſed in infernum perpetuo cruciandi deſcendunt. Ideo dixit Chriſtus Matthęi. viij. ꝙ multi ab oriente & occidente venient & recumbent cum Abraham Iſaac & Iacob in regno cælorum. Filij autem regni mittentur in tenebras exteriores: vbi erit fletus & ſtridor dentium. Et ideo Dauid notanter dixit. cælum cæli domino .i. ꝙ deus pater dedit cælum Chriſto domino cæli pro ſe & ſuis membris: quia omẽs aſcẽdemus cum capite noſtro Chriſto. Sed terrã dedit filijs hoiꝫ .i. carnaliter & ſecundum hominem viuentibus. Nam fideles iam non dicuntur filij hominum. Sed hoc non poſſunt capere occęcati & obſtinati Iudæi Naꝫ qui vult accipere repromiſſionem in cælo cum Abraham Iſaac & Iacob: oportet ꝙ aſcendat cum Chriſto capite noſtro, cum quo illi aſcẽderunt. Aliter nemo poterit aſcendere niſi efficiatur membrum Chriſti. Quia nemo aſcendit in cælum: niſi qui deſcẽdit de cælo filius hominis qui eſt in cęlo. Qui cum fuit exaltatus in cælum & in crucem, omia ſua membra traxit ad ſeipſum. Ioan. iij.

DIlexi quoniam exaudiet dominus: vocem orationis meę.
Quia inclinauit aurem ſuam mihi: & in diebus meis inuocabo.
Circundederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.
Tribulationẽ & dolorem inueni: & nomen domini inuocaui.

¶ Titulus Alleluia. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum ad laudandum deum in feſtiuitatibus determinatis: maxime in die paſche: eo ꝙ agit gratias pro toto genere humano: quia fuit liberatum de captiuitate diaboli: & viuificatum a morte æterna: & conſtitutum in regione viuorum, id eſt in eccleſia Chriſti viuendo per gratiam.

¶ Tria ergo facit. Nam primo proponit q̃d intendit narrãdo afflictiones in quibus erat poſitus iſte homo myſticus. Secundo inuocat Chriſtum vt veniat in carnem ad liberandum ipſum. Tertio excitat animam ſuam ad pœnitentiam & fidem, & ad agendum gratias. ij. ibi. O domine libera animam meã. iij. ibi. Conuertere anima mea. ¶ Quantum ad primum eſt notandum ſecundũ apoſtoluꝫ ad Ephe. pri. & ſecundum Augu. in ſermone de apoſtolis. ꝙ deus prius dilexit nos affectu & effectu q̃ nos diligeremus ipſum. Nam ipſe ab æterno dilexit nos: & elegit & prędeſtiauit anteq̃ eſſemus. Et poſtea gratificauit nos in Chriſto filio ſuo: & vocauit nos per ipſum ad fidem: & redemit nos anteq̃ aliquid boni faceremus. Et ſic patet ꝙ nos ex debito tenemur ipſum diligere & amare. quia per prius dilexit nos non ſolũmodo in affectu: ſed etiam in effectu conferendo talia bñficia. Et ideo Adam myſticus qui introducitur ad loquendum in hoc pſalmo cum ſua poſteritate fidelium, dicit: ego dilexi, id eſt teneor diligere dominum. Et ponitur præteritum pro futuro: ratione certitudinis prophetiæ: vt dictum ẽ pluries: & patet per literam ſequentem, id eſt diligam dominum: quoniam ipſe dominus exaudiet vocem orationis meę factam per patriarchas & prophetas. Et diligam etiaꝫ ipſum: & teneor de debito ipſum ſemper diligere: eo ꝙ inuoco ipſum: primo vt veniat ad liberandum me. Et poſtq̃ liberauit me: inuoco eum agendo gratias. Et bene cogor inuocare ipſum vt veniat nam poſtq̃ fui eiectus a paradiſo ꝑ peccatum, circundederunt me dolores mortis. Quia fui afflictus in corpore multis infirmitatibus & miſerijs. Et in aĩa fui ſauciatus & vulneratus fomite concupiſcentię: ꝓpter q̃d ſum pronus ſemper ad male agendum & cadendum & impotens & fragilis ad bene operandum. Et ſic pericula inferni inuenerunt me propter peccatum originale & actuale. Et ſic pericula inferni inuenerunt me: quia cecidi in morteꝫ perpetuam & æternam: a qua non poſſum liberari niſi per Chriſtum. Et ideo nomen domini inuocaui per patriarchas & prophetas exiſtens in tali tribulatione & dolore a principio caſus mei vſq; ad Chriſtuꝫ. Et ideo inuocaui nomen eiꝰ quod eſt Ieſus & ſaluator: quia nullum aliud nomen eſt ſub cælo in quo nos oporteat ſaluari niſi in Chriſto Ieſu: quod eſt nomen tetragrãmaton continens in ſe quatuor virtutes .ſ. oipotentiam: ſapientiam: miſericordiam: & iuſtitiam. vt dictum eſt io prologo & pſalmo. viij. & . cxij.

O domine libera animam meã miſericors dominus & iuſtus: & deus noſter miſeretur.
Cuſtodiens paruulos dominus: humiliatus ſũ & liberauit me.

¶ In hac ſecunda parte propheta in perſona totius corporis myſtici conuertitur ad Chriſtum: vt veniat ad liberandũ ipſuꝫ a ſupradictis pœnis & miſerijs: in quas incidit ꝑ peccatum: et dicit. O dñe Ieſu Chriſte libera animam meam a ſupradictis pœnis. quia tu es dominus quantum ad omnipotentiam. Et es miſericors & iuſtus. quia hoc continet nomen tuum Ieſus quod eſt nomẽ tetragrammaton. Et ideo tu ſolus potes me liberare. quia deus & homo. Et propheta mutat perſonam per ſemetipſum dicens. Deus noſter Ieſus Chriſtus miſeretur nobis. eo ꝙ eſt miſericors & iuſtus. & eſt dominus cuſtodiens paruulos. i. humiles & ſimplices. Quaſi dicat volendo ſeipſum & nos conſolari: Ieſus Chriſtus dominus & deus noſter miſerebitur noſtri: quia ipſe eſt pater & aduocatus & tutor pauperuꝫ, & ſimpliciũ, & miſerorum. ideo efficiamur paruuli per humilitatem & fidem: & miſerebitur noſtri. quia ego hũiliatꝰ ſũ ꝑ fidẽ. ideo liberauit me ꝑ paſſionẽ ſuam & eccleſiaſtica ſacramenta. Item humiliatus ſum. i. deiectus & punitus in hac valle miſerię ꝓpter peccatuꝫ. tamen dominus Ieſus liberauit & redemit me in aduentu ſuo.

Conuertere anima mea in requiem tuam:quia dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam dę morte:oculos meos a lachrymis:pedes meos a lapſu.

Placebo domino:in regione viuorum.

℄ In hac tertia parte excitat animā ſuā ad fidem Chriſti & ad agendū gratias:& ad contēplationē pro beneficio redēptionis pfectę per Chriſtū. Vñ dicit. O aia ꝯuertere i requiē tuā.i.ad ſtatum gratię a quo cecidiſti per pctm̄.qa dñs Ieſ⁹ Chriſtus benefecit tibi te redimendo per mortem & paſſiones. Quia eripuit animā meā de morte ad quā erat cōdēnata per pctm̄. Et eripuit oculos meos a lachrymis & pœnis i quibus eram. quia ſemper flebā caſum meum & felicitateꝫ quā perdideram. Et eripuit etiā pedes meos a lapſu:& dedit mihi gratiā ad reſiſtendū tētationibus ne cadā in Pctm̄. Et ſic ſanauit vulnera mea, & viuificauit animā meā a morte. Vñ qui ante eram mortuus per peccatum, nunc viuo per gratiā. Ideo hūiliatus in regione viuorū:q̄ eſt eccl'ia:placebo dño.i.orationes meę & bona opa erūt deo grata & accepta.quia extra eccleſiaꝫ nullus exauditur. Quia non mortui laudabunt te dñe.neqꝫ omnes qui deſcendunt in infernuꝫ. vt dictum eſt pſal.p̄cedenti. Sed nos qui viuimus in hac regione viuoꝝ per gratiā, & in futuro per gloriā, placebimus dño. quia laudes noſtrę & orationes erunt deo gratæ & acceptę. Nota ꝙ iſtū pſal. cātat eccleſia in perſona cuiuſlibet defuncti exiſtentis in purgatorio inquantū deſiderat liberari per ſuffragia eccleſię:vt requieſcat & placeat deo i regione viuorum per gloriam. Et ſic etiaꝫ tota eccleſia cātat hūc pſal. anagogice in diebus ferialibus inquantum petit liberari a vinculis & morte corporis hui⁹ & quieſcere cuꝫ Chriſto in ſuperna regione viuorum.

CRedidi propter qđ locutus ſum:ego autem humiliatus ſum nimis.

Ego dixi in exceſſu meo:omnis homo mendax.

℄ Huic pſal. nullus titulus p̄ponit̃ i Hebreo. Sed de ſe oſtēdit ꝙ eſt alleluiatic⁹ eo ꝙ agit gratias de bñficiꝭ receptis.

L ℄ Ad cuius intellectū eſt aduertendū:ꝙ Dauid primo fuit homo ſimplex & paſtor & ignarus ſicut dictū fuit pſal.xxij. &.lxx viij. Et ſic abſqꝫ literis & ſcientia credebat per ſolā fidem & viuebat in fide eccleſię ſecundō illum ſtatum:& cōfitebatur Chriſtum futurū in ſola fide parentū:ſed qñ ſpūs Saulis tranſiuit in ipſum iā fuit magis illuſtratus:ſed qñ dedit totū ſeipꝫ diuinę contēplationi & rapiebat̃ in extaſim & exceſſum mentis:tunc in ſpiritu & lumine prophetico p̄uidit omnia futura:myſteria de Chriſto & eccleſia, prout erāt figurata in lege Moyſi & in geſtis patriarcharū & prophetarū:q ip̄m p̄ceſſerant:& in geſtis Ioſue & Iudicū, & in oib⁹ aduerſitatibus & proſperitatibus ſuis. & ſic in illa cōtēplatione & mentis exceſſu & extaſi, in quā frequēter rapiebatur, vidit manifeſte q̄liter ſola ſacra ſcriptura & lex diuina erat vera. eo ꝙ erat a ſolo deo ſp̄i Moyſi & patriarchis & ꝓphetis tradita. Et vidit quō ſupſtitio gētiliū erat falſa, eo ꝙ erat a diabolo & hominib⁹ conficta.qa ſicut nullum eſt ens niſi ꝓcedat a prima entitate:ita nullū pōt eſſe verum:niſi ꝓcedat a prima veritate q̄ eſt deus.ſ.verbō æternū filius patris: qui illuminauit mentes patriarcharū & ꝓphetarum:& reuelauit eis veritatē ſuā in ſacra ſcriptura. Et ſic ſupſtitio gētiliū nullo mō potuit eſſe vera poſtq̄ nō fuit a pria veritate reuelata:ſed a diabolo & hoibus conficta. Et ſic vidit q̄liter oīs hō eſt mēdax in verbis ſuis inquātū loquitur ex proprijs de reb⁹ diuinis:niſi illuſtret̃ a ſpū ſancto. Et ideo ſacerdotes & poetę & necromantici & magi gentiliuꝫ fuerunt mendaces in verbis & traditionibus ſuis. eo ꝙ non fuerunt illuſtrati a pria veritate:ſed deluſi a diabolo:q ab initio in veritate nō ſtetit:ſed ſemp fuit mēdax & pater eius. In eadem & multiplici extaſi p̄uidit Dauid in ſpū qualiter filius dei q eſt pria veritas, qui locutus fuit Moyſi & patriarchis & ꝓphetis veteris:teſt.erat vēturus in carnē & locuturus apl'is ſimplicib⁹ & illiteratis.q quideꝫ apl'i primo debebant ſimpl'r credere Chriſto & ſequi ip̄m:ſed poſt reſurrectionē debebat mittere eis ſpm̄ ſāctū & rapere eos in altiorē extaſim & illuſtrare eorū mentes altiori lumine ſupra omnes patriarchas & ꝓphetas:vt intelligerent claro lumine oīa illa q̄ ſub figuris & ænigmatib⁹ p̄uiderūt ꝓphetę. Et p̄uidit etiā Dauid qualiter illi apl'i & diſcipuli ſic illuſtrati debebant diſpergi p totū mundū ad p̄dicādū veritatē euāgelicā quā a Chriſto acceperāt. & debebāt elimiare & extīmiare mēdaciū & falſā ſupſtitionē quā diabolus ſeminauerat in ppl'o gētili. & ſic apl'i & martyres debebāt ędificare eccl'iam in populo gentili toto orbe diffuſam:& ſanguine ſuo eam irrigare & confirmare:& in ea ſeipſos in hoſtiam & ſacrificiuꝫ deo offerre. & ſic patet qualiter apoſtoli ſimplices & idiotę primo ſimpl'r Chriſto crediderunt:ſed poſtea per receptionē ſpūs ſancti in illā extaſim rapti totam ſacram ſcripturam in lumine euangelico intellexerunt. Et ſic locuti ſunt & prædicauerunt euangelium p vniuerſum orbē. p quā p̄dicationem totum mūdū iugo Chriſti ſubiecerunt. propter quā fidem ſeip̄os morti & martyrio in eadē eccleſia obtulerūt. Oīa ergo iſta p̄uidens Dauid in ſpū & extaſi ſua, fecit hūc pſalmuꝫ in quo introducit eccl'iaꝫ apl'oꝝ & oīm martyrum & doctorum & oīm fideliū loquentem & agentem Chriſto gratias pro beneficio fidei & luminis euangelij recepti. In quo pſal. duo facit. Naꝫ primo explicat beneficiū receptū. Secūdo promittit ſe gratias acturuꝫ & ſacrificiū oblaturū pro tāto bñficio recepto. ibi. Quid retribuā dño. ℄ Quātū ergo ad primū dicit cœtus apoſtoloꝝ & diſcipulorum & totus hō myſticus. Ego quoqꝫ credidi Ieſu Chriſto qui eſt prima veritas:& ſecut⁹ ſum ip̄ꝫ, & inſtruxit me primo in monte. Matthęi.v. & ex conſequēti in ſua p̄dicatiōe. propter qđ & ꝓpter quā ſimplicem veritatē locutus ſum & p̄dicaui veritatē euangelicaꝫ primo in ſola terra promiſſionis qñ miſit me ad p̄dicandum & baptizādū in oēm ciuitatem & locū quo erat ipſe venturus. vt patet Luc.ix.&.x. Vnde debet ſic ordiari iſta litera. Ego nolui aſſentire mendacio ſcribarum & phariſſęorum nec falſæ ſupſtitioni gentilium. autem pro ſed, humiliatus ſum nimis. & captiuaui intellectum meū & credidi in Chriſtum qui ē prima veritas. propter qđ & propter quā credulitateꝫ & veritatē locutus ſum:& p̄dicaui euangeliū omni creaturæ.

℄ Et poſtea ego dixi in exceſſu & extaſi.i.cognoui in illa re- M
ceptione ſpiritus ſancti qualiter ſola lex diuina a ſpū ſancto illuſtrata & reuelata erat vera:& omnis alia doctrina erat falſa. quia oīs homo carnalis inquantū homo eſt mēdax & ſic oīs doctrina eius eſt mendaciū niſi a ſpiritu ſancto hoi reueletur. quia tunc ille hō ſic illuſtrat⁹ nō eſt homo:ſed de⁹ per participationem, vt dictum eſt pſal.lxxxj.

℄ Iſta etiā intelligentia & ſententia poteſt incipere in ſecundo verſu. vt ſit ſenſus:Ego in illo exceſſu meo & extaſi illuſtratus in die pētecoſtes dixi & cognoui qualiter omnis homo inquantū homo eſt mendax in propria ſciētia & doctrina niſi fuerit a deo qui eſt prima veritas illuſtratus. & ſic noui qualiter doctrina ſcribarum & phariſſęorum erat mēdax & falſa:eo ꝙ non erat a deo ſed ab eis propter lucrum ſuum conficta. & dixi & noui deteſtabilem ſuperſtitionem gentiliū eſſe falſam:quia non erat a deo:ſed a diabolo & ſacerdotibus & poetis eorum iniecta & pſuaſa. Et ideo nolui credere:nec aſſentire falſo fermento ſcribarū:& phariſſęorum:nec nefande ſupſtitioni gentiliū. aūt pro ſed. ſed humiliatus ſum nimis & captiuaui intellectum meum. & credidi Chriſto qui eſt prima veritas:& ſecutus ſum ipſum. propter

quod ego locutus & confeſſus ſũ ipm eſſe verũ deũ & Meſ
ſiã in lege promiſſũ.& locutus ſum & pdicaui euangeliũ oĩ
creaturæ.Si ergo Chriſtus fecit mihi tantam gratiaꝫ præ cę
teris:quid ego retribuam dño pro omnibus & tantis bene
ficijs quæ Chriſt⁹ retribuit mihi?Iſta etiam ſunt verba po
puli gentilis ad Chriſtum conuerſi.qui humiliauit ſeipſuꝫ &
credidit Chriſto:& tandem illuſtratus cognoſcens ſeipſum
& falſam ſuperſtitionem in qua prius erat,dixit in ſua contẽ
platiõe veritatis:ꝙ omnis homo carnalis eſt mẽdax in ſua
doctrina niſi fuerit a deo illuſtratus.vt patet Hiere.xvj.vbi
dicitur.Gentes ad te venient ab extremis terrę:& dicent ve
re mendacium poſſederunt patres noſtri:veritatẽ quæ eis
non profuit &c.Quæ oĩa fuerunt impleta in Auguſtino,&
Ambroſio,& cæteris doctoribus & martyribus conuerſis ex
populo gentili.qui non ſolum in pdicationibus,ſed etiam ĩ
diſputationibus & ſcripturis detexerunt deceptionem & mẽ
dacium in quo laborabat totus ille populus ante ſuam con
uerſionem.vt oſtendit auguſtinus in deceꝫ primis libris de
ciuitate dei.& Euſebius in libris de præparatione & verita
te euangelica.& in.xxx.libris contra Porphyriũ & hoc idẽ
Lactanti⁹ in octo libris diuinarum inſtitutionũ.& ſic de mul
tis.qui omnes dixerunt in ſuo mentis exceſſu & contempla
tione & confeſſi ſunt illam deteſtabilem ſuperſtitionem eẽ
falſam & mendacem:a diabolo & hominibus carnalib⁹ cõ
fictam.De quo quidẽ populo gentili poſt conuerſionem &
agnitionem veritatis fuerunt multi martyres & doctores &
religioſi & eremitę.Et ſic obtulerunt ſeipſos in hoſtiaꝫ deo
placentem ꝓ Chriſto & fide euangelica quã ante impugna
uerant.¶ Ex his patet ꝙ nulla doctrina de rebus diuinis ẽ
vera.niſi illa q̃ tradita eſt a ſpũ ſancto per patriarchas & ꝓ
phetas & apoſtolos & doctores,in quibus locutus eſt ſpirit⁹
ſanctus.Quia non erant ipſi qui loquebantur:ſed ſpũs patris
qui loquebaẗ in eis.Ergo oĩs homo de ſe ſemp eſt mendax.
Quia oẽ verũ a quocũqꝫ dicaẗ:a ſpũ ſcõ eſt,ſcdꝫ Ambro
ſiũ.Et ideo nullus de ſe debet pſumere nec affirmare aliqd
ſine auctoritate ſacrę ſcripturę ſecunduꝫ Dionyſium,& Au
guſtinuꝫ in ſermõe de martyribus vbi declarat hunc verſũ.
Et etiã ad hunc ſenſum allegat apoſtolus hos verſiculos.ij.
ad Corinthios.iiij.

Quid retribuam domino:pro omnibus quę re
tribuit mihi?
Calicem ſalutaris accipiam:& nomen domini
inuocabo.
Vota mea domino reddam coram omni popu
lo eius:prætioſa in conſpectu domini mors ſan
ctorum eius.

¶ In hac ſecunda parte intendit agere gratias pro benefi
cijs receptis.puta pro beneficio redẽptiõis & electionis:qa
elegit ipm p fidem.Sed quia eſt difficile pro his deo ſatiſfa
cere.& gratias ſufficienter reddere:ideo ait.Quid retribuaꝫ
dño,& quam ſatiſfactionẽ faciã pro omnibus quæ retribuit
mihi?Quia primo me de nihilo creauit:& in tanto honore
in paradiſo pręfecit.& poſt lapſum me proprio ſanguine re
demit.Et demum per gratiam & fideꝫ vocauit & elegit.Et
Iudæis manentibus cæcis me in eccleſia ſua congregauit:&
veram & ſanam doctrinam docuit:& fidem inſpirauit per
quam cum audacia prædicaui & locutus ſum. Non ſum er
go ſufficiens pro tantis beneficijs ſatiſfacere. Sed ſcio quid
faciam.Nam cum bona temporalia non ſufficiant:dabo ipĩ
quod ptioſi⁹ habeo,ſcilicet meipſum & vitam meam. Naꝫ
ſicut ipſe obtulit ſe pro me in ara crucis ad mortem:& bibit
pro me calicem paſſionis:ita ego offeram meipſum & expo
nam me ad morteꝫ pro ipſo & defenſione ſui nominis & le
gis euangelicę.Et ſic calicem ſalutaris.ſ.paſſionis & mortis
martyrij accipiã:& nomen domini inuocabo:& confitebor
coram hominibus.Nam quia video ꝙ rui eſt ptioſus apd
deum & in conſpectu domini q̃ mors ſanctorum eius ꝑ mar
tyrium:ideo vota mea dño reddam.i.meipm offerã:& ad
mortẽ & martyrium libenter exponã.Et nomen Ieſu Chri
ſti cõfitebor:nõ abſcõdite:ſed corã oĩ pplo eius:ſicut ipe cõ
feſſus eſt me in cruce coram hominibus:& mortuus & paſſ⁹
eſt.Ita ego volo pro eo mori.quia ſcio ꝙ ptioſa et magni
prij eſt in conſpectu domini mors ſanctorum eius per mar
tyrium volũtariũ propter nomen eius.Quod quidẽ votum
factum a Dauid in perſona totius eccleſię,fuit impletum in
omib⁹ aplis & martyrib⁹ q paſſi ſũt ꝓ Chriſto:& calicẽ mar
tyrij acceperũt.& etiã impletũ eſt ꝑ Magdalenã, & Atha
naſiũ,& Ambroſium,& Hilariũ,& Hieronymum,& Au
guſtinũ:q pro Chriſto pſecutiões & labores ſuſtulerũt:& ſe
ipſos ad labores & pœnitentiã expoſuerunt:& totam vitaꝫ
obtulerunt.Quia omnes iſti ad morteꝫ ciuilem ſeipſos pro
Chriſto obtulerunt.quia vita Chriſtiani ſi ſecundum eccle
ſiam viuat,martyrium eſt vt inquit auguſtinus. Nam null⁹
poteſt retribuere:nec ſatiſfacere Chriſto pro tantis benefi
cijs receptis.niſi p martyrium.

O domine quia ego ſeruus tuus:ego ſeruus tu⁹
& filius ancillę tuæ.
Dirupiſti vincula mea:tibi ſacrificabo hoſtiam
laudis:& nomen domini inuocabo.
Vota mea domino reddam in cõſpectu omnis
populi eius:in atriis domus domini ĩ medio tui
Hieruſalem.

¶ Sed conuerſus in ſe Dauid in perſona eccleſię cõſiderat
& contemplatur magnitudinem & immenſitatem benefi
ciorum Chriſti:& conſiderat paruitatem muneris noſtri:vi
dens ꝙ non eſt cõueniens retributio:nec recompenſatio no
ſtra nec æqua commutatio.Et ſic nõ ſatiſfacim⁹ licet offera
mus noſmetipſos ad mortem.Nam ipſe dominus & inno
cens obtulit ſe pro nobis peccatoribus. Et ſic obtulit infini
tum & mundum,pro finito & immundo.Et nos offerimus
finitum & paruum.Item nos ſumus ſerui:& ipſe dominus.
ergo non eſt æqua commutatio.Item ipſe nos liberauit a ca
ptiuitate & morte æterna.Et nos per martyrium ſolum red
dimus vitam temporalem . ergo maior fuit donatio q̃ ſit
retributio:& maius donuꝫ q̃ munus.Item ſi nos damus noſ
metipſos facimus quod debemus & tenemur.Nam ex debi
to ſeruus tenetur mori pro domino,& defendere nomẽ ei⁹.
Ideo faciens hoc inutilis ſeruus eſt.quia facit quod debet:&
nihil erogat de ſuo,Lucæ.xij.Item magis eſt ſeruus ille qui
eſt redemptus q̃ ille qui ſoluꝫ eſt iure belli captiuus & rapt⁹.
& magis tenetur redemptori q̃ emptori ſiue piratę qui ipm
rapuit:ſiue bellatori qui ipſuꝫ iure belli acquiſiuit:quia iſte
violenter poſſidet:& ille libenter & gratãter.Ex quo ſequi
tur:ꝙ licet pro Chriſto noſmetipſos martyrio exponamus:
non æque ſatiſfacimus:nec æquale mun⁹ retribuimus:quia
nihil noſtri offerimus .quia iam ſerui eius ſumus & facimus
qd tenemur. Ideo ſubdit.O dñe licet accipiam calicem mar
tyrij pro te non ſatiſfacio nec retribuo æquale munus dono
recepto.quia nihil offero de meo.Nam ego ſum iam ſeruus
tuus in pſona creatus & redemptus:& quod fortius eſt,filius
ancillæ tuæ.ſ.naturę humanę primo captiuæ,& poſtea re
demptæ.ergo non ſolum ſum ſeruus in perſona:ſed etiam
in natura.Nam magis captiuus eſt ille qui eſt captiuus & fi
lius ancillæ & captiuæ:q̃ ille qui ſolum eſt captiuus & filius
liberæ.ſicut eſt ille qui eſt raptus a pirata:cuius mater eſt li
bera in ciuitate ſua,licet iſte ſeruiat in domo domini ſui qui
rapuit eum.Nos autem non ſumus ſerui a fortuna. ſicut eſt

raptus a pirata:vel captus in bello.Sed eramus ſerui natu-
ra:& filij iræ & vindictę.a qua ſeruitute tu Chriſte nos libe
raſti.Et ſic ſum nunc filius eccleſię q̃ eſt ancilla tua a capti-
uitate redẽpta.Ex quibus patet ꝙ in exponendo me morti
nihil do de meo.immo nõ retribuo æquũ munus.Nã tu me
a captiuitate liberaſti & dirupiſti vincula mea p mortem:&
paſſionẽ:& reſurrectionẽ:quib⁹ vinculis tenebar vinctus:&
captiu⁹ in poteſtate peccati.ergo iam ſum ſeruus tuus.Si er-
go non poſſum retribuere æquale munus:eo ꝙ ſum ſeru⁹:
& tu dirupiſti vincula captiuitatis & pc̃ti mei:ſcio quid fa-
ciam.offeram enim maius munus & ſacrificium qđ non eſt
meum:ſed tuũ.qđ eſt bonum de opere operato. Et ideo ti
bi ſacrificabo hoſtiã laodis:& de ſe laudabilẽ & bonã.quod
eſt ſacramentũ Euchariſtię in quo offerẽ Chriſt⁹ filius tuus
O pater.qđ ſacrificiũ nõ poteſt refutari:cum ſit p̄tiũ infini-
tum tibi acceptabile,agnus ſine macula.Secundo vere no
men dñi inuocabo petẽdo ſalutẽ redẽptionis.Nã offerendo
illud ſacrificiũ & hoſtiam participam⁹ Chriſti paſſionem:&
redẽptionẽ & ſalutẽ.Quia in memoriam eius paſſionis ce-
lebram⁹.Iſtã ergo hoſtiam ſacrificabo tibi quotidie.Et ſic
reddam iſta vota mea dño in conſpectu totius populi Chri
ſtiani.Et hoc ſacrificiũ non offerã in plateis ſicut ſacrificiuꝫ
martyrij,quod fiebat in plateis. Sed hoc ſacrificiuꝫ Eucha
riſtię offeram in atrijs domus dñi.i.in eccleſijs ſicut ſacrifi-
ciũ dedicatũ,& in medio tui o Hieruſ.id eſt o eccleſia Chri-
ſti.Quaſi dicat:in eccleſia & in templo offerã & frequenta
bo quotidie hoc ſacramentũ:& hoc ſacrificium de ſe lauda
bile & acceptabile retribuam deo p bñficijs acceptis:poſtq̃
meum non eſt ſufficiens.¶ Sed eſt aduertendum ꝙ etiam
totus iſte pſalm⁹ poteſt eſſe vox Chriſti.qui poſtq̃ vidit oẽs
eſſe peccatores p̄ter ſeipſum:ideo ſolus ipſe fuit ſufficiẽs ſa-
crificium ad ſatiſfaciendũ pro toto genere humano. Et iõ
obediens patri vſq; ad mortem obtulit ſeipm pro nobis ſi-
cut dictum eſt pſal.xxxix.Ideo dicit hic.Ego credidi.i.obe-
diui patri meo.Nam credere idem eſt quod obedire.Nam
quia pater meus voluit vt ego paterer p omnibus:ideo p-
pter hoc locutus ſum manifeſtando eius voluntatem homi
nibus:& dando legem euangelicam.Et exinde humiliatus
ſum nimis.i.valde.quia vſq; ad mortem crucis fui obediens
& paſſus ſum pro omnibus.Et hoc feci qa nullus alius erat
ſufficiens ad liberandum genus humanuꝫ cum omnes eſſẽt
pc̃tores.quia ego dixi.i.cognoui ꝙ omnis homo erat men-
dax & pc̃tor.Quia omnes in Adam peccauerunt & decli-
nauerunt a via veritatis.Et ideo qñ ego vidi ꝙ nullum aliđ
ſacrificiũ erat acceptabile apud deũ:tũc dixi ecce venio ad
offerendom meipm pro ſacrificio.Quid ergo retribuam do
mino?Quaſi Chriſtus dicat inquantum homo.Si pater tm̃
exaltauit me,vt verbo ſuo me perſonaliter vniret:vt agnuꝫ
ſine macula & caput eccleſię me conſtitueret:& ab æterno
me vt facerẽ volũtatẽ ſuã p̄deſtinauerit:& in capite libri me
ſcripſerit:quid ergo faciam pro his oib⁹ quæ retribuit mihi?
Scio qoid faciam.quia obediens patri accipiam calicem ſa-
lutaris paſſionis.Et nomen dñi inuocabo:& interceſſor ero
& mediator inter patrem meum:& genus humanũ.Et red
dam vota mea dño patri meo.quia in ara crucis me offeraꝫ
in ſacrificium coraꝫ omni populo eius in ciuitate Hieruſalẽ.
Et hoc faciam quia pretioſa eſt:& ſacrificiuꝫ valde accepta
bile in conſpectu domini mors ſanctorum eius. Quia mors
cuiuſcunq; iuſti eſt valde acceptabilis apud deum. Quanto
magis mors Chriſti agni ſine macula,qui eſt iuſtus iuſtificãs
omnes:& ſufficiens ad ſatiſfaciendum pro omnibus ſanctis
ſanctorum.O domine pater ego iſtud ſacrificiom offeram.
Primo quia ſum ſeruus tuus & obediẽs inquantũ me creaſti
& predeſtinaſti.Sum etiam ſeruus tuus vere & obediens &
humilis inquãtum ſum filius virginis Marię ancillę tuæ:ex
qua formam ſerui accepi:cuius humilitatẽ ſuper omnes mu
lieres reſpexiſti.Et ſic omnib⁹ modis ſum tibi ſeruus & obe-
diens.& ſic teneor tuam voluntatem adimplere & mortem
ſubire.Secundo.quia dirupiſti vincula mea.i.membrorum
meorum pc̃tã remiſiſti:& me & matrẽ meam ab oi peccato
p̄ſeruaſti:quia non fui captus in retiaculo pc̃tõrũ in quo oẽs
ceciderũt:ideo tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.i.meipm ho
ſtiã acceptabilẽ in ara crucis.Et nomẽ dñi p omnib⁹ inuo-
cabo.Et iterũ vota mea ad dñm reddã.i.ſacramẽtũ Eucha
riſtię quotidie offerendũ inſtituã in cõſpectu domini.& hoc
non in platea:ſed in tẽplo:& in atrijs tuis:o Hieruſalẽ.ſ.in
locis dedicatis & conſecratis.Et hoc dicit Chriſt⁹:qa primũ
ſacrificiũ.ſ.mors & paſſio fuit factum corã omni populo. Sꝫ
ſecundum ſacrificiũ.ſ.Euchariſtię,non offertur niſi in eccle-
ſijs ad miniſtranda ſacramẽta dedicatis.¶ Et ſic patet quõ
totus iſte pſalmus poteſt eſſe vox eccleſię vt patet ſecunduꝫ
primam expoſitionem.Et etiam poteſt eſſe vox Chriſti:vt
patet per ſecundam expoſitionem.quia poteſt exponi in p
ſona eccleſię & in perſona Chriſti per ſe.

LAudate dominum omnes gentes:lau
date eum omnes populi.
Quoniam confirmata eſt ſup nos mi-
ſericordia eius:& veritas domini manet ĩ æter-
num.

¶ Titulus Alleluia.Notandũ ꝙ Dauid cõtẽplãs in p̄miſ-
ſione facta ipſi Abrahę.Geñ.xxij.ſ.In ſemine tuo benedi-
cenẽ omnes gentes.& in benedictione Iudæ facta a Iacob.
Geñ.xlviij.vbi dicit.Non auferetur ſceptrum de Iuda do-
nec veniat qui mittẽdus eſt:ſcilicet Meſſias Chriſtus. & ipſe
erit expectatio gentium &c.Per hoc p̄uidit Dauid in ſpiri-
tu qualiter eccleſia erat congreganda ex gẽtilibus ad fideꝫ
Chriſti ↄuerſis.Et ꝙ gentiles q ante idola colebant relicta
idololatria debebant Chriſtũ colere:& laudare. Ideo fecit
hunc pſalmum.qui licet ſit paruus in verbis:tamen compre
hendit totam ſacram ſcripturam:& præſupponit eam in ſẽ
tentia.in quo prophetando inuitat totum populum gentilẽ
ad laudandum deum,& ad cultum vnius dei:& ad agendũ
gratias pro beneficijs receptis & pro promiſſione comple-
ta per aduentũ Chriſti.Et dicit.O omnes gentes a ſolis or-
tu vſq; ad occaſum laudate dñm deũ trinum & vnuꝫ:relicta
omni idololatria.Et vos omnes populi tam gentilium q̃ ſu
deorum,laudate & colite eum & agite deo gratias:qm̃ per
aduentum Chriſti filij eius cõfirmata eſt ſuper nos mia ei⁹.
quia venit ad miſerendum nobis per mortem & paſſioneꝫ.
Et ſic mia nobis promiſſa de redemptione vniuerſali con-
firmata eſt & completa per Chriſtum.Nam qđ deus pro-
miſit Abrahæ dicens.In ſemine tuo benedicentur oẽs gen
tes.& illud qđ p̄dixit Iacob.Ipſe erit expectatio gentiũ.&
qđ p̄miſit Moyſ.Prophetã ſuſcitabo de medio fratrũ tuo
rum.oĩa iſta promiſſa confirmata & impleta ſunt in aduen-
tu Chriſti ſuper nos.& ſic veritas domini manet in æternuꝫ
immobilis.Nam quod promiſit & figurauit in vet.teſta.to
tum eſt verificatum in Chriſto.& deus manet verus in æter
num:& non fallax.Laudate ergo eum pro tanto beneficio
recepto &c.Veritas ergo eius manet in æternum poſtq̃ ad-
impleuit qđ p̄miſit.Et ſic lex eius manet vera in æternum.
Itẽ Chriſtus qui eſt veritas patris:& eſt veritas & finis toti⁹
legis:in quo eſt completa lex:ipſe manet in ęternum &c.
¶ Vnde nota ꝙ duo fecit pater in mittendo filium. Nam N
primo cõfirmauit miam patribus ve.te.promiſſaꝫ.Secũdo.
verificauit oẽs ſcripturas.ſ.legem & prophetas.qa vnũ iota
non fuit pretermiſſum quin per Chriſtum fuerit impletum.
Quia ad hoc venit Chriſtus vt teſtimonũ perhiberet veri-
tati ſcripturaꝝ.& ſic veritas euãgelica,quã Chriſtus docuit
& impleuit manet in ęternum,quia poſt legẽ euangelicaꝫ
non ſuccedet alia.Ideo propheta inuitat oẽs gẽtes & pplos
vt laudẽt deũ patrẽ in filio:& filiũ in patre.eo ꝙ confirma-

uit & impleuit miam mundo promiſſam. Et verificauit oēs ſcripturas in aduentu filij ſui. Tūc enim pactū eſt cōfirmatū qn̄ ē cōpletū & ad effectū deductū. Et tūc qs dicit verax qn̄ implet qd promiſit. Et iō mia dn̄i ꝓmiſſa patriarchis & ꝓphetis fuit ſup nos confirmata in paſſione dn̄i Ieſu Chriſti. Et veritas dn̄i manet incōcuſſa & inuiolata inæternum, inquātū tota ſcriptura vet. teſt. fuit in Chriſto: & p Chriſtū verificata. Ideo dicit Ioannis. j. Lex per Moyſen data eſt: grā autem & veritas per Chriſtum facta eſt.

CONfitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſæculū miſericordia eius.

¶ Titulus Alleluia. Ex hoc apparet q̄ Dauid fecit hunc pſal. ad laudandū dn̄m. Sed de materia huius pſal. dicūt Hebręi moderni: q̄ Dauid fecit hunc pſal. pro gratiarum actione: quia ipſe fuit liberatus de perſecutione Saulis: & quia ipſe liberauit populum de manu gentilium circūſtātium. Et ſic exponunt vſq; ad illam partem. Aperite mihi portas iuſtitię. Et ab illo loco vſq; ad finē dicunt q̄ Dauid inducit populū ad laudem dei & gratiarum actiones ꝓ ędificatione templi. Et ſic dicunt q̄ Dauid fecit ipſum vt cantaretur in dedicatione templi. Et ſic applicant primam partem ad liberationem Dauid: & ſcd̄m ad ædificationē templi. Sed oēs iſti manifeſte ſe fallunt: qa nec liberatio Dauid nec ædificatio templi Salomōis materialis poteſt adęquari huic pſal. in quo dr̄, Qm̄ inęternum mia ei⁹ quia nec liberatio Dauid fuit ęterna: nec templū Salomonis fuit ęternū vt patet. Ergo loquitur hic de aliqua liberatione & redemptione ęterna: & de aliqua ędificatione tēpli ſpūalis & ęterni. ¶ Ad cuius intelligentiā eſt aduertendū ſicut ſæpius dictū eſt: q̄ oia myſteria Dauid a principio quo fuit vnctus p Samuelē dū cuſtodiebat oues: vſq; ad finē vitæ ſuæ fuerūt figura Chriſti vel eccleſię. In qoibus tanq̄ in ſpeculo ꝓuidit oia myſteria Chriſti & eccl'ię: vt dictū eſt. Et idem præuidit in exemplari ſeu deſcriptione ſibi tradita a ſpū ſancto primi Paralypo. xxix. Et iō licet literaliter aliquo mō ille pſal. poſſit applicari ipſi Dauid inquantū in ꝓdictis pſecutionib⁹ ꝓuidit myſteria futura: tn̄ talis intelligentia non eſſet propria & adæquata: nec eſſet ſiſtendum in ea. Sed eſt ſequenda & continuāda intelligentia primaria & prophetica: ad quam & de qua Dauid principaliter & literaliter fecit hunc pſalmum. ſ. de redemptione vniuerſali facta per Chriſtum. & de ædificatione & proſperitate eccleſię eius. ¶ Eſt ergo dicendum q̄ propheta Dauid in hoc pſalmo loquitur prophetice ad literam de Chriſto redemptore generis humani: & ædificatore eccleſiæ militantis: qui intelligitur per lapidem quem reprobauerunt ædificantes. Et hanc ſententiam & intelligentiam confirmat ſaluator. Matthæi. xxj. cū dicit phariſæis de ſeipſo. Nunq̄ legiſtis in ſcripturis: Lapidē quem reprobauerunt ædificantes &c. Hoc idem confirmat beatus Petrus Actuum. iiij. allegando hanc ſcripturam eſſe dictam de Chriſto. Cum his etiam cōcordat Rabi Salomō: qui gloſſans illud Michee. v. Et tu Bethleem effrata paruulus es in milibus Iuda. Ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael &c. exponēdo dicit. Ex te mihi egredietur Meſſias filius Dauid· ſicut ipſe dicit pſalmo. cxvij. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes: hic factus eſt in caput anguli. Ex quibus verbis patet q̄ tria concedit iſte Hebræus. Primo q̄ fecit iſtum pſalmum. Secundo q̄ fecit ipſum de Chriſto. Tertio concedit q̄ Chriſtus ante erat reprobandꝰ per ſacerdotes q̄ regnaturus: & glorificandus: quemadmodum ſcripſerunt euangeliſtæ: prout magis patebit ſuo loco. ¶ Duo ergo facit Dauid in hoc pſalmo in pſona corporis myſtici. Nam primo inuitat omnes ſtatus fideliū ad laudandum deum, qui receperunt Chriſtum in ſuo aduentu: & ad agendum gratias pro beneficio redemptionis factæ per Chriſtum. In ſecunda parte introducit populum gentilem petentem ſimul incorporari & recipi in eccleſia cum cōuerſis de Iudaiſmo: vt ex vtroq; populo fiat vnꝰ vno lapide angulari connexus: ibi. Aperite mihi portas iuſtitiæ. Nam primo inuitat omnes fideles ad laudandum deū de ſua infinita mia. Secundo enumerat beneficia collata ex dei miſericordia: ibi. De tribulatione mea. ¶ Quantum ergo ad primum dicit. O vos omnes fideles: confitemini domino: confeſſione laudis dantes laudes deo quoniam bonus eſt, id eſt quomodo eſt bonus, & quomodo miſericordia eius eſt ſtabilis & firma & æterna, & in æternum magnificanda. quaſi dicat. Confitendo & laudando annunciate omnia beneficia quæ ſua miſericordia & bonitate contulit nobis.

Dicat nunc Iſrael quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius.

Dicat nūc domus Aaron quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius.

Dicant nunc qui timent dominum: quoniam in ſæculum miſericordia eius.

¶ Ad cuios intelligentiam eſt notandum: ſicut frequenter dictum eſt: q̄ ꝓpheta Dauid qui fecit iſtum pſalmū vt cātaretur in feſtiuitatibus & maxime in dedicatione templi: primo mutat omnes ſtatus fidelium illius temporis: vt cantent iſtū pſalmum in templo. Sed quia primo & principaliter intendit tempus & ſtatum noſtre redēptionis & gratiæ: ideo maxime inuitat ad laudandum deum fideles noui teſtamenti: qui receperunt beneficium redemptionis in ſuo tēpore. Et ideo per tres ſtatus hic nominatos: non ſolummodo intelligit illos tres ſtatus veteris teſtamenti: qui expectabant Chriſtum: ſed etiam intendit tres ſtatus noui teſtamēti: qui ſucceſſerunt illis tribus ſtatibus, & receperunt Chriſtum in ſuo tempore. Vnde ſicut totus populus Chriſtianus dicitur domus Iſrael ſecundum ſpiritum & promiſſionem: Ita ſimiliter ſtatus ſacerdotum noui teſtamenti dicit domꝰ Aaron: eo q̄ ad eos eſt tranſlatum ſacerdotium Aaroo ſecundū veritatē. Nam ſacramenta quæ illi miniſtrabāt in figura: nos miniſtramus in re. Et iō p domū Aaron intelligit cœtum & ſtatum eccleſiaſticum noui teſtamēti. Et p domū Iſrael intelligit omnes fideles Chriſtum recipientes & vidētes deum. & p eos qui timent dn̄ intelligit iuſtos qui ſeruāt ꝓcepta & mādata dei. Tota ergo eccleſia Chriſti dicitur domus Iſrael inquantum videt deum per fidē: & totus ſtatus eccleſiaſticorum dicitur domus Aaron inquantum ſucceſſerunt in ſacerdotiū & miniſtrant ſacramenta eccleſiaſtica. Sꝫ ſoli iuſti dicuntur qui timent dominum: eo q̄ ſeruant præcepta dei & mandata. Nam multi vident deum per fidem: & multi miniſtrant eccleſiaſtica ſacramenta: & viuunt in ſtatu eccleſiaſtico, qui non timent dn̄m: eo q̄ non ſeruant eiꝰ mandata & præcepta. Et ideo non ſunt iuſti. Naꝫ qui timet dn̄m, in mādatis eius cupit nimis: vt dictum eſt pſal. cxj. Itē multi confitentur ſe noſſe deū: factis autem negant: eo q̄ ſunt reprobi ad omne opus bonū. ad Titum primo cap. Itē per eos qui timent dn̄m poſſunt intelligi conuerſi de gentilitate. Hos ergo ſupradictos ſtatus inuitat propheta ad cōfitendum domino. Et primo inuitat omnes fideles tam noui q̄ veteris teſtamēti dicens. Dicat nunc Iſrael. i. confiteantur omnes fideles per fidem Chriſtum videntes tam noui q̄ veteris teſtamenti: qm̄ dominus eſt bonus: & inęternum magnificanda mia eius. Et dicat nunc etiam domus Aarō. i. ſtatus ſacerdotalis tam noui q̄ veteris teſt. qm̄ dominus ē bonus: & miſericordia eius durabit & eſt magnificanda inęternum: eo q̄ eius effectus noſtrę redemptionis eſt magnificus & æternus. ¶ Item dicant nunc qui timent dominum. i. oēs iuſti qui ex tiore domini filiali & caſto ſeruāt eius mandata: qm̄ inæternum miſericordia eius. i. quoniam benefi-

cia nobis collata ex ſua miſericordia ſunt magnifica & ęter-
na.ſ.myſterium incarnationis & redẽptionis & reſurrectio-
nis & noſtrę glorificationis.Quia omnia iſta myſteria ſunt
O inęternum duratura & magnificanda. ❡ Ex ſupradictis pa
tet ꝙ ſicut vna ẽ eccleſia ve.& no.te.quantuã ad fundamen
tum fidei Chriſti:eo ꝙ vna eſt fides omniũ:ita eſt vna do-
mus Iſrael:& vna domus Aaron noui ac ve.te.ratione fidei
Chriſti ſcḋm iſtũ modũ loquendi.Nam quod illi tractabãt
in figura:nos tractamus in re & veritate,vt dictum eſt.Sed
eſt differentia:ꝙ nos ſumus filij Iſrael ſcḋm promiſſionem
& veritatem promiſſam.Iuſti autem & fideles illius tempo
ris erant filij ſcḋm carnem & etiam ſcḋm promiſſionem in-
quantum expectabant ſaluari per Chriſtum futurũ. Et ſic
viuebant i fide Chriſti futuri quẽ iam recepimus.Et ſic eſt
dicendum de domo Aaron:& de timentibus deum.Et etiã
eſt dicendũ ꝙ per ly qui timent dominuꝫ, Dauid intelligit
populũ gentilem:quem inuitat vt veniat ad confitendum
Chriſto in ſuo aduentu.Quia Chriſt⁹ eſt lapis angularis cõ
iungens duos parietes,id eſt vtrunq; populũ:ſcilicet iudai-
cum & gentilem vt infra patebit.

De tribulatione inuocaui dominũ:& exaudiuit me in latitudine dominus.

❡ Hic enumerat iſte homo myſticus tribulationes de quibus liberauit ipſum Chriſtus in nomine ſuo quod eſt Ieſus. Vnde Dauid in hac parte intendit cõmendare hoc nomẽ Ieſus in cuius virtute ſemper iſte homo myſticus fuit liberatus:quod quidẽ nomen Ieſus ſonant illæ quatuor literæ poſitæ in illo nomine Adonai vt dictum eſt pſalmo octauo. Et ideo iſte homo enumerat tribulationes:de quibus fuit liberatus in virtute nominis Ieſu.Vnde fideles veteris teſta, inuocabant eundeꝫ Chriſtum:quem nos inuocamus. Sed illi inuocabant ipſum ſub nomine Adonai:nos vero ſub nomine Ieſu:quod per illas quatuor literas importatur.

❡ Ad cuius intelligentiã eſt notandũ ſicut ſæpius dictũ eſt. ꝙ iſte homo multipliciter fuit afflict⁹. Vno modo in animã per peccatũ & culpã. Alio modo in corpore.Et etiã dupliciter fuit in corpe afflictus. Vno mõ interius per concupiſcentiã & infirmitates. Alio modo exterius per inimicos & infideles. & ſic fuit afflictus per diabolum interius in anima & corpore:& per mẽbra diaboli exterius. A quibus fuit afflict⁹ ſemper ille populus vſq; ad Chriſtũ:& exinde vſq; ad iudiciũ. Vnde ipſe Chriſtus multotiens liberauit iſtũ populum a tribulationibus exterioribus. & hoc in vtroq; teſtamento: vt patet per totũ diſcurſum ſacræ ſcripturæ. Sed principaliter Chriſtus liberauit fideles in anima de poteſtate diaboli per ſuam mortẽ & paſſionẽ & reſurrectionẽ. Et ideo propheta in hoc loco de omnibus his tribulationibus tam interioribus q̃ exterioribus in perſona totius hominis myſtici cõfitetur ſe eſſe liberatũ per Chriſtũ. Vnde dicit:De tribulatione tam corporis q̃ animæ inuocaui dominũ:& tamen dominus exaudiuit me in latitudinẽ,id eſt large & copioſe & abũdanter. Primo poteſt hoc dicere Adã qui primo fuit poſitus in tribulatione cũ toto cœtu patriarcharũ & prophetarũ,ſcilicet in carcere inferni: & tamen dominus exaudiuit eũ quando abſtraxit omes de limbo:& arcto carcere inferni:& eduxit eos in latitudinẽ & requiẽ gloriæ. Itẽ populus Iſrael inuocauit dominũ de tribulatione ægypti:& dominus exaudiuit eũ & eduxit ipſum in latitudinẽ & libertatem per Moyſen famuluꝫ ſuũ. Et collocauit ipſum in terra promiſſionis per Ioſue. Itẽ multotiens inuocauit dominũ ille populus ſub iudicibus:& tamen ſemper fuit exauditus & liberatus ex inimicis. Itẽ fuit ille populus liberatus per ipſm Dauid de ſeruitute Philiſtinorꝫ quando occidit Goliã. Iteꝫ ipſe Dauid qui fuit figura Chriſti & eccleſiæ,multotiẽs de tribulatione inuocauit dominum in perſecutione Saulis:& Abſalonis:& quando numerauit populũ de tribulatione peſtilentiæ. Et tamen ſemper fuit exauditus & liberatus. Et eodem modo inuocauit dominuꝫ Ezechias contra Sennacherib dum eſſet in obſidione:& tamen exaudiuit eũ dominus & liberauit eũ. quia in vna nocte angelus domini occidit centũ & octogintaquinq; milia. Et ſic etiam ille populus fuit liberatus de captiuitate Babylonis,dum clamarent ad dominũ Ezechiel: & Aggeus: & Zacharias: & Eſdras. Item fuit liberatus etiam ille populus:& exauditus tempore Macchabæorum. Sed primo & principaliter fuit exauditus Zacharias:& Simeon & cæteri iuſti: quia aſſidue inuocabant dominũ,vt veniret ad redimenduꝫ genus humanum de tribulatione peccati:& captiuitate diaboli. Vnde Simeon qui expectabat redemptionem Iſrael accepit reſponſum a ſpiritu ſancto non viſurum ſe mortem niſi prius videret Chriſtũ domini. Et eodem modo fuit exauditus Zacharias:& Anna prophetiſſa.vt patet Lucæ primo. Et ſic de quolibet iſtorꝫ & in perſona cuiuſlibet iuſti veteris teſtamenti dicit propheta. De tribulatione inuocaui dominum & exaudiuit me in latitudine dominus,id eſt late & abundanter exaudiuit me. Et ſubdit.

Dominus mihi adiutor:non timebo quid faciat mihi homo.

Dominus mihi adiutor: & ego deſpiciam inimicos meos.

❡ In perſona totius eccleſiæ Chriſti dicit etiã eadem verba.quia fuit liberata de tribulatione & perſecutione tyrannorum & de ſpurcitia idolorꝫ tempore Conſtantini:& de prauitate multorum hæreticorum tempore Auguſtini: & aliorum doctorꝫ. Et ideo dicit. Dominus deus meus Ieſus Chriſtus fuit mihi adiutor in omnibus his tribulationibus. Et ideo non timebo quid faciat mihi homo infidelis aut hęreticus. Eſt etiã mihi dominus adiutor:& ego deſpiciam inimicos meos tam iudæos q̃ gentiles q̃ hæreticos. Nam Iudæos vidi deſtructos per Titum & Romanos: & gentiles ſubieci iugo Chriſti: & hæreticos ſuperaui & conuici. Ideo cognoſco & confitebor ꝙ

Bonum eſt confidere in domino:q̃ confidere in homine.

Bonum eſt ſperare in domino:q̃ ſperare in principibus.

Omnes gentes circuierunt me:& in nomine domini quia vltus ſum in eos.

Circundantes circundederunt me:& in nomine domini quia vltus ſum in eos.

Circundederunt me ſicut apes:& exarſerunt ſicut ignis in ſpinis:& in nomine domini quia vltus ſum in eos.

Impulſus euerſus ſum vt caderem:& dominus ſuſcepit me.

❡ Bonũ,id eſt melius eſt confidere in domino:q̃ confidere in homine,id eſt in viribus hominis alicuius. Et bonum, id eſt melius eſt ſperare,id eſt ponere ſpem ſuam in domino:q̃ ſperare in principibus. Quod probo. Nam omnes gentes circumdederunt me:& affixerunt volentes me totaliter delere tam in primo q̃ in ſecundo teſtamento. Sed in nomine domini Ieſu vltus ſum in eos,id eſt vindicaui me de ipſis. Quaſi dicat. Et in nomine domini inuocaui.quia vltus ſum in eos.quia eos ſubieci iugo Chriſti. Et ſemper per nomen domini intelligit hoc nomen Ieſus.in cui⁹ virtu-

te ſemp fuit liberatus & victor. Nam in ly domini ponitur nomen quatuor literarũ qđ ſonat hoc nomen Ieſus: vt dictũ eſt pſalmo.viij. & in ꝓlogo. quia Ieſus eſt nomen ſalutis & omnipotentię. ¶ Item diaboli circũdantes circundederunt me pſequentes apl'os & diſcipulos. Et in nomine dñi inuocaui. ſupple quia vltus ſum in eos, eos ſupando & vincẽdo. ¶ Item hæretici circundederunt me ſicut apes figẽtes ſpicula venenoſæ hæreſis ſuæ. Et exarſerunt in ſpinis. Et tamẽ in noie dñi inuocaui. quia vltus ſum in eos. i. vindicaui me de ipſis occidendo in eis errorem & ſuſcitãdo fidem: & quoſdam etiã totaliter confundendo & ab eccleſia exterminando. Vñ ab ipſis impulſus ſum & vexatus & totaliter caderes. Nam tyrãni pſequebant̃ me p ciuitates & montes. Sed dñs ſuſcepit me tpe Conſtantini. & non pmiſit me totaliter deleri. ¶ Impulſus ſum a diabolo, vt caderem & peccarem in Adam. Sed dñs Ieſus Chriſt' ſuſcepit me in cruce. & ipe fuit fortitudo mea, & laus mea. & ſemp laudabo eum: quia fact' eſt mihi in ſalutem. Nã Ieſus idem eſt qđ ſaluator. ideo fact' eſt mihi in ſalutem quia ſaluauit me p ſuam mortẽ & paſſionem. Vñ nota q̄ iſte homo fuit impulſus a diabolo in paradiſo terreſtri: & luctatus eſt cum eo: & eiecit ipm in terram. quia deſcẽdens iſte homo a Hieruſalem in Hierico icidit in latrones qui expoliauerũt eum omnibus bonis gratuitis. Et inſup vulnerauerũt & ſauciauerũt eum in aia & corpore. & ſemiuiuo relicto abierũt. vt habet̃ Lu.x. Sed venit ille ſamaritanus Chriſtus: qui motus miſericordia alligauit vulnera eius infundens oleum & vinum. & impoſuit illum ſup humerum ſuum: & ſic ſanauit eum, & liberauit a miſeria. vt patet Lucæ .ſ. Et hoc eſt qđ dicit hic in hoc verſiculo: Impulſus euerſus ſum vt caderem. & dominus ſuſcepit me.

Fortitudo mea & laus mea dominus: & factus eſt mihi in ſalutem.

Vox exultationis & ſalutis: in tabernaculis iuſtorum.

Dexteradomini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: dextera dñi fecit virtutem.

¶ Quaſi dicat. dñs Ieſus Chriſtus ſuſcepit me in humeris ſuis. Et ipe fuit tota fortitudo mea diabolũ ſupando. Et ſic erit laus mea: quia teneor ipm laudare. quia fact' eſt mihi in ſalutẽ. i. quia fact' eſt ſaluator & redemptor me'. Et ideo erit ſemp vox exultationis & ſalutis in tabernaculis. i. in eccleſijs iuſtorum & fideliũ agendo gratias ꝓ beneficio redemptionis. Et cõfitẽdo quõ dextera dñi qui eſt Chriſtus, fecit virtutem debellãdo & ſupando diabolum. Et quõ dextera dñi qui ẽ Chriſtus exaltauit me de morte ad vitam: & de captiuitate in libertatem. Et exaltauit me p gratiam in hoc ſeculo: & p gloriam in altero. ¶ Itẽ dextera dñi fecit virtutẽ iudęos cõfundẽdo & deſtruẽdo: & gẽtiles ſubijciẽdo & idola delendo & diabolum foras eijciẽdo. Vñ dictũ eſt in ꝓlogo q̄ ſicut Ieſus dicitur nomẽ domini: ita etiã dicit̃ dextera domini. qa p Chriſtum exercet deus ſuam virtutẽ. Et iõ ꝓpter omnia iſta tria q̄ fecit Chriſt' qui eſt dextera dñi. ipe erit laus mea. Et erit ſemper vox exaltationis & ſalutis in eccleſia iuſtorum.

P ¶ Tripliciter ergo immo multipliciter dextera dñi qui eſt Chriſtus fecit virtutẽ & oñdit ſuã oipotentiã & diuinitatem. Nã primo fecit virtutem in ſua natiuitate p multa ſigna & ꝓdigia vt dictũ eſt ſuperius. Itẽ fecit virtutem infirmos ſanãdo, mortuos ſuſcitando & mari & vẽtis imperando & diabolũ in cruce debellando & in infernũ detrudẽdo & infernũ expoliando. Scđo fecit virtutẽ qñ hominẽ delectũ & ſauciatũ ſanauit & releuauit & p gratiã & gloriam exaltauit. Tertio fecit virtutẽ poſt ſuã aſcẽſionẽ qñ oẽs inimicos tam iudæos q̄ gentiles ſub pedibus ſubiecit & diabolũ extra mundũ eiecit ꝓut dictũ eſt pſal.cix. Et iõ iſte homo a morte æterna p dexteram Chriſti liberatus, agendo gratias dicit.

Non moriar ſed viuam: & narrabo opera domini.

¶ Non moriar morte ęterna: ſed viuam per gratiam. Quia Chriſtus p mortẽ ſuam temporalem liberauit me a morte æterna. Et ideo viuas per gratiam. & narrabo opa domini.

Caſtigans caſtigauit me dñs: & morti non tradidit me.

¶ Dñs miſericors caſtigans multotiens caſtigauit me p pſecutiones temporales in vtroq; teſtamẽto. Sed morti nõ tradidit me. quia nec me voluit totaliter delere neq; in morte peccati relinq̄re: ſed p ſuã paſſionẽ redimere a pctõ: & p ſuã miam de pſecutionibus tpalibus liberare. Ex ſupradictis patet q̄ in tota pte ſupradicta maxime cõmendatur virtus nominis Ieſu qui eſt nomen dei & virtus & dextera dei.

Aperite mihi portas iuſtitię: & ingreſſus in eas confitebor domino: hęc porta domini: iuſti intrabunt in eam.

Confitebor tibi quoniã exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutem.

Lapidem quem reprobauerunt ędificantes: hic factus eſt in caput anguli.

A domino factum eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris.

¶ Hęc eſt ſcđa pars principalis. & eſt vox populi gentilis directa ad apl'os & cæteros de iudaiſmo qui ceperant fidem Chriſti. Et ideo tria facit in hac parte. Nam primo introducit populum gentilem petentem recipi ad fidẽ Chriſti. Secũdo ponit reſponſionẽ apl'orum recipientiũ populum gentilem. Tertio ponitur confeſſio verę fidei ipſius populi gentilis iã conuerſi. ſecundum ibi. Benediximus vobis. tertiũ ibi. Deus meus es tu. ¶ Quantũ ad primum eſt notandũ q̄ Chriſt' per ſe vocauit primo populũ iudęorum ad fidem. Sed ex iudæis pauci conuerſi ſunt: & tamen fides fuit prędicanda iudæis. Sed quia maior pars iudęorum ſe fecit indignã: iõ Chriſtus miſit apoſtolos ſuos per vniuerſum mundũ, vt vocarẽt gẽtiles ad fidem poſtq̄ iudęi ſe fecerant indignos. Et ſic patet q̄ gentiles recepti ſunt ad fidẽ loco iudęorum. vt patet per totum diſcurſum epiſtolę ad Roma. Hoc ergo ꝓuidẽs propheta in ſpiritu introducit populũ gẽtilem petentem recipi ad fidem & ſociari cũ apoſtolis & fidelibus. Ideo in pſona gentiliũ dicit. O vos apl'i qui primo recepiſtis fidem & facti eſtis ſucceſſores Chriſti, ¶ Aperite mihi portas iuſtitiæ. i. cõferte mihi ſacramenta eccleſiæ: & date mihi baptiſmũ qui tollit peccatũ & aperit portas cæli & eccleſiæ. Nam ſacramenta dicuntur portæ iuſtitię: eo q̄ per ipa intramus eccleſiam & iuſtificamur a peccato & gratificamur ad gloriam. Aperite ergo mihi iſtas portas iuſtitiæ vt intrem eccleſiam & cõfitebor dño: ſimul vobiſcũ profitendo Chriſtũ eſſe verum deũ & hoiem & Meſſiã in lege promiſſum. Quia hęc. ſ. lex euãgelica ſiue etiã eccliaſtica ſacramẽta, ſunt porta domini: & ſoli iuſti intrabũt in eam. quia nullus poteſt iuſtificari niſi introierit eccleſiam per portã baptiſmalẽ. & ſic ingreſſus cõfitebor dño. Itẽ hęc porta. ſ. Chriſt' eſt porta dñi: quia ipſe eſt oſtiũ per quod intratur in ouile ouiũ eccleſiæ. vt ipe ait Ioan.x. & p ipm itur ad patrẽ. Et cũ ingreſſus fuero p iſtam portã, cõfitebor tibi qñ exaudiſti me, mihi aperiendo: & qñ factus es mihi in ſalutẽ me redimẽdo & p tua eccleſiaſtica ſacramenta ſanando. Et ſic confitebor te eſſe verum redemptorem & Meſſiam. Et vos apl'i aperite mihi iſtas portas iuſtitiæ: vt efficiamur ſimul vnus popl'us in vno Chriſto Ieſu coniunctus. Quoniam hic eſt ille lapis quem reprobauerunt ędificantes. & ideo factus eſt in caput anguli. Q

coniungens duos parietes.i.duos populos ſ.gentilem & iudaicũ ſub vna fide & vno baptiſmo in eadem eccleſia intra eaſdem portas & eadẽ ſacramenta. Quia a domino factũ eſt iſtud & eſt mirabile in oculis noſtris. Item cũ hoc concordat illud Eſaiæ.liiij. Ecce accola veniet qui non erat mecũ: aduena quondã tuus adiũgetur tibi. Itẽ Zacha.viij. Hęc dicit dominus exercituũ.in diebus illis cõprehendent decem homines ex oĩbus linguis gentiũ fimbriã viri Iudæi dicentes.Ibimus vobiſcũ. Audiuimus eñ quoniã deus vobiſcũ eſt. ¶ Sed hic poſſunt eſſe quinq; dubia. Primũ erit: quare propheta appellat Chriſtũ & eccleſiaſtica ſacramenta portas iuſtitię ſiue portã dñi. Secundũ: quare vocat Chriſtũ lapidẽ. Tertiũ: qui ſunt illi ædificantes a quibus reprobatus eſt iſte lapis. Quartũ: quomodo iſte lapis factus eſt in caput anguli. Quintũ: quõ hoc fuit mirabile in oculis noſtris, & a ſolo dño factũ eſt. ¶ Quantũ ad primũ eſt dicendũ ꝙ propheta Dauid in hoc loco recurrit ad viſionẽ quã vidit Iacob. Gene.xxviij: quando fugiebat in Meſopotamiã. Nã cũ fuit in illo loco vbi mõ eſt Hieruſalẽ, poſt ſolis occaſum tulit vnũ de lapidibus & ſuppoſuit capiti ſuo & dormiuit in eodẽ loco. Et vidit in ſomnis ſcalã ſtantẽ ſup terrã & cacumen illꝰ tangẽs cælũ & angelos aſcendentes & deſcendentes per eã. Et vidit dñz innixũ ſcalę dicentẽ ſibi. Ego ſũ dñs deus Abrahã. Et dabo tibi terrã in qua dormis & ſemini tuo. Eritq; ſemẽ tuũ quaſi puluis terræ. dilataberis ad orientẽ & occidentẽ & ſeptẽtrionẽ & meridiẽ. Et benedicẽtur in te & ſemine tuo cunctę tribꝰ terrę. Cũq; euigilaſſet Iacob de ſomno, ait. Vere dñs eſt in loco iſto: & non ẽ hic aliud niſi domꝰ dei & porta cæli. Surgens ergo Iacob mane tulit lapidẽ quẽ ſuppoſuerat capiti ſuo: & erexit in titulũ fundens oleũ deſuper. Et vocauit nomen vrbis Bethel. In iſta viſione præuidit ipſe Iacob, & iã magis clare & diſtinctẽ ipſe Dauid ꝑuidit totũ myſteriũ incarnationis & noſtrę redẽptionis & eccleſię ędificationis & dilatationis. Nã ꝑ hoc ꝙ dormiuit ſupra lapidẽ, ſiue per illũ lapidẽ ſupra quẽ dormiuit ꝑuidit in ſpiritu qualiter Chriſtus deus & hõ debebat eſſe ille lapis firmiſſimus ſuper quẽ tota eccleſia erat ædificanda. Et ideo erexit eum in titulũ ꝑuidens qualiter debebat in cruce leuari & ab oibꝰ venerari. Et effudit oleũ deſuper, figurando ꝙ ab eo debebant ſumere virtutẽ oĩa eccleſiaſtica ſacramẽta. & in eo debebant fundari. Et per hoc ꝙ vidit ſcalã in terra & tangentẽ cælũ & deũ innixũ ſcalæ, ꝑuidit qualiter Chriſtus debebat nos in cęlũ introducere. Et ideo vocauit illã ſcalã ſacramentoꝝ portã cæli. Et ſic tam Chriſtus q̃ eccleſiaſtica ſacramenta & lex euangelica dicuntur portę ſiue porta cęli: inquantũ per illã introducimur in cęlũ & in iſtã eccleſiã militantem per gratiã. Et dicunt̃ portę iuſtitię inquantũ per illas iuſtificamur. Et ꝑ hoc ꝑuidit: ꝙ ſicut Iacob dormiuit ſupra illũ lapidẽ: ita oẽs filij Iacob ſcdm ꝓmiſſionẽ debebãt dormire & fundari ſupra petrã qui eſt Chriſtus. Et per hoc qđ dicit. In ſemine tuo bñdicent̃ cũctę tribꝰ.i.generationes terrę: ꝑuidit in ſpũ qualiter totꝰ populus gẽtilis erat in Chriſto ꝑ baptiſmũ & cętera ſacramẽta bñdicẽdus. Et ꝑ hoc qđ dicit: Dilataberis ad orientẽ & occidentẽ &c. ꝑuidit qualiter totꝰ populus gẽtilis debebat effici ſemen Iacob & Iſrael ꝑ ſpũales gñationẽ & ꝓmiſſionẽ. Et ſic debebat poſſidere hęreditatẽ & terrã viuẽtiũ ſil' cũ Abrahã Iſaac & Iacob & cũ apl'is. Hoc ergo præuidẽs Dauid in ſpũ, in pſona populi gẽtilis dicit ad apl'os & diſcipulos ſucceſſores Chriſti. Aperite mihi portas iuſtitię & introducite me in eccleſiaz per eccleſiaſtica ſacramenta: & facite me ſemen Iacob per ſpũalẽ regñationẽ: q2 ita eſt mihi ꝓmiſſa hęreditas Chriſti ſicut & vobis. Q2m hęc eſt porta dñi quã vidit Iacob & appellauit portã cęli. & fundate me ſupra illã petrã & ſup illũ lapidẽ, ſuper quẽ dormiuit Iacob. Quia ita dormiuit ſup eũ ꝓ me ſicut pro vobis. Et ille lapis ita debet eſſe caput meũ ſicut caput veſtrũ. vt oĩes ſimus vnũ corpus in vno capite. ¶ Ad ſecundũ eſt dicendũ ꝙ Chriſtus multipliciter dicit̃ lapis & figuratur ꝑ lapidẽ in ſacra ſcriptura vete. teſt. Nam primo dicitur lapis capitalis & fundamentalis. Et ſic pręuidit ip̃m Iacob in viſione ſupradicta. Nam inquantũ dormiuit ſup eũ & impoſuit caput ſup eũ, ꝑuidit qualiter Xp̃s debebat eſſe caput totiꝰ eccleſię. Et ſic dr̃ lapis capitalis. Scđo inquãtũ erexit eũ in titulũ dr̃ lapis refugij vt dictũ eſt pſal.xc. Tertio dr̃ lapis offenſionis & petra ſcãdali ratione iudęoꝝ & hereticoꝝ, inquantũ Iudęi & heretici offenderũt in eũ & ſcãdalizati ſunt non credẽtes nec recipientes eũ. Et ſic ceciderunt in cæcitatẽ & obſtinationẽ. Et ſic Eſaias vocat ip̃m lapidẽ offenſionis & petram ſcandali in.viij.capl'o. Itẽ quarto Daniel.in ij.capl'o vocat Chriſtũ lapidẽ cõtritionis & cõminutionis: inquantũ contriuit oĩa regna mũdi & cõminuit omnia idola gentiliũ. Moyſes autẽ quinto vocat ip̃m lapidẽ reprobationis & cõtradictionis. Numeri.xx. eo ꝙ filij Iſrael nõ crediderũt ꝙ Moyſes ex illo lapide poſſet aquã eijcere: & tñ Moyſes in virtute diuina ꝑcuſſione virgę eiecit aquã de petra: vñ bibit totꝰ populus. ꝑ quã petrã figuratus fuit Chriſtꝰ ex cuiꝰ latere ꝑcuſſo exiuit ſanguis & aqua copioſiſſima in remiſſionẽ oim̃ pctõꝝ. Sexto aũt Dauid vocat ip̃m in hoc loco lapidẽ angularẽ, iquãtũ in eo cõiũcti fuerũt duo ppl'i. Et ſic Chriſtus a ꝓprietate vere dr̃ lapis ꝓpter ſex myſteria ſupradicta vt magis patebit. ¶ Ad tertiũ ẽ dicẽdũ ꝙ doctores & p̄lati eccleſię dicunt̃ ędificatores. Nã ſicut ędificator adaptat lapides & ordinat & ex his conſtruit parietes: ita doctores & p̄lati eccl'ię ex auctoritatibus ſacrę ſcripturę cõficiũt ſermones ad ppl'm vt ędificẽt ppl'm ſupra petrã qui eſt Chriſtus. Et ita euãgeliſtę & apl'i ędificarũt eccleſiã ex dictis ſacrę ſcripturę tanq̃ ex lapidibꝰ. Et ita videmꝰ ꝙ euangeliſtæ in cõſtructione & ędificatione euãgelij adducebãt & allegabãt dicta ꝓphetarum & myſteria ſacrę ſcripturę quę fuerant facta in figura Chriſti. Et ita beatus Petrus per dicta ꝓphetarũ ꝓbauit Chriſtũ eſſe verũ Meſſiã in lege promiſſuz. Et ſic fuit verus ędificator. Sed oppoſitũ fecerũt ſacerdotes & ſcribę & phariſſęi q debebãt inſtruere populũ: & ędificare in fide Chriſti: & recipe eũ & oñdere ppl'o ip̃m eſſe verum Meſſiã, poſtq̃ videbãt in eo impleri oia q̃ de Meſſia ſcripta erãt i ve.te. Et tñ ip̃i prio negauerũt ip̃m ante Pilatũ: dicẽtes. Nõ habemꝰ regẽ niſi Cęſarẽ. & reprobauerũt ip̃m ante ppl'm aſſerentes ſacras ſcripturas nõ eſſe de eo dictas. Et lõ hęc ꝑuidẽs Dauid dicit hic. Lapidẽ quẽ reprobauerũt ędificãtes.i.ſcribę & phariſſęi. Et ſic dicẽdũ ꝙ ſcribę & phariſæi ſedẽtes in cathedra Moyſi qui erãt poſiti ad ędificandũ & inſtruẽdũ ppl'm in vita & doctrina, reprobauerũt iſtũ lapidẽ qñ Chriſtũ negauerũt & ad mortẽ deſtinauerũt: & ſcripturas q̃ de eo erãt ꝑuerterũt. ¶ Ad quartũ eſt dicẽdũ ꝙ Chriſtus tripliciter dr̃ lapis factꝰ in caput anguli. Primo inquãtuz in Chriſto cõiunguntur duę naturę: humana.ſ.& diuina ſub vna pſona. Scđo inquantũ in eo coniũgunt̃ duæ leges, noua.ſ.& vetus. Tertio inquantum in eo fuerunt coniuncti duo populi.iudaicus.ſ.& gentilis. Vñ Chriſtus ꝑ quandam ſimilitudinem dr̃ lapis angularis. Nam ſicut lapis vnus & idẽ exiſtens in angulo coniungit duos parietes: Ita vna pſona Xp̃i exñs vna coniũgit duas naturas in vnitate ſuppoſiti. Et ita vnus Chriſtus cõiungit duos populos ex duobꝰ faciẽs vnũ ſub vno capite. Item ſicut lapis angularis exiſtẽs vnus ẽ finis vnius parietis & principium alterius: ita Chriſtus fuit finis totius legis veteris. quia omnia quę ſcripta vel dicta ſũt in lege veteri figurabant vel prænunciabant Chriſtum. & oĩa impleta ſunt in Chriſto. Et ſic Chriſtus tanq̃ finis illꝰ legis cepit circũciſionem & comedit agnũ paſchalẽ vt daret finẽ illi legi. & fuit principiũ legis no. Quia vt principium legis euangelicę cepit baptiſmũ & iſtituit ſacramẽtũ euchariſtię vt daret pricipiũ legi nouę. Et ſic vt ipleret oia q̃ ſcripta ſunt in lege vet. & vt morerent̃ ſimul & extinguerent̃ oẽs figurę & oia cerimõialia & figuralia voluit mori: & voluit re-

ſurgere vt veritas figurarũ oim cũ eo reſurgeret. Et ſic fuit
lapis angularis cõiungẽs & cõtinuãs Iſtas duas leges vt di-
ctũ eſt. Et ſic ex duabus legib⁹ fecit vnã: qa ꝑterijt vmbra &
mãſit veritas. Itẽ tertio ſicut lapis angularis manẽs vn⁹ con
iũgit duos parietes & eſt caput vtriuſq; parietis: ita Chriſtus
manẽs vn⁹ cõiũgit duos ppl'os, iudaicũ. ſ. & gẽtilẽ: & fact⁹ eſt
vnũ tãtũ caput vtriuſq; ppl'i. & p cõſequẽs ex duob⁹ ppl'is fa-
ctus eſt vnus ppl'us rõne vni⁹ capitis. Ad cui⁹ intelligẽtiã eſt
notandũ vt dictũ eſt pſal. cj. q; eccleſia dei toto orbe diffuſa
non eſt conſtructa ex lapidib⁹ mortuis aut inanimatis: ſed
ex lapidib⁹ viuis ex vtroq; ppl'o excisis. Nã Chriſtus qui eſt
lapis angularis: primo excidit & quadrauit & poliuit lapi-
des de iudaiſmo. ſ. apl'os & diſcipulos. & hos ſibi in parietẽ
coniunxit. & ſic factus eſt lapis capitalis vnius parietis tm̃.
Sed poſtea excidit alios lapides de ppl'o gẽtili: & iunxit ſibi
& coſtruxit alium parietẽ ex alio latere. Et ſic ex lapide
capitali factus eſt lapis angularis & caput duoꝝ parietũ. Et
ſic Chriſtus dicitur lapis fact⁹ in caput anguli duoꝝ ppl'oꝝ
ſiue parietũ conſtructoꝝ ex lapidibus viuis. De quib⁹ lapi
dibus dicitur pſal. cxj. Quoniã placuerunt ſeruis tuis lapides
eius &c. Itẽ Zacha. ix. Et ſaluabit eos dñs deus eoꝝ io die il
la vt gregẽ populi ſui: quia lapides ſancti eleuabunt ſup ter
ram eius. Ex ſupradictis patet q; oĩs lapis angularis ẽ ca
pitalis: ſed nõ ecõuerſo. Chriſtus ergo ſimul eſt lapis capita
lis & angularis totius eccleſiæ ex duob⁹ populis cõgregatę.
Et oẽs fideles ſunt lapides viui ex duobus ppl'is exciſi per fi
dem euangelicã, & quadrati & politi p baptiſmũ & pñiaꝫ:
& tũſi & malleati per martyrũ. & hoc modo ſunt coaptati
& iũcti lapidi angulari Chriſto Ieſu. Hoc ergo ꝑuidẽs Da-
uid in ſpiritu dicit. Lapidẽ quẽ reprobauerũt ędificãtes hic
factus eſt in caput anguli. ❡ Ad quintũ eſt dicẽdũ: q; ſi con
ſideramus iſtas tres cõiunctiones in iſto lapide angulari fa-
ctas: de neceſſitate habem⁹ confiteri q; nõ potuerunt fieri
niſi a deo: quia tales cõiunctiones ſunt ſupra naturã. Nã cõ-
iũctio duarũ naturarũ in Chriſto ſub vna perſona a ſolo dño
facta eſt. Et nõ ſolũ modo eſt mirabilis ſupra humanã natu-
ram: ſed eſt incõprehenſibilis ab omi intellectu creato. Itẽ
q; Chriſtus impleuerit in ſe totã legẽ veterẽ & abſtulerit pc̃m
de mundo & vicerit diabolũ & liberauerit gen⁹ humanũ: &
inſtituerit eccl'iaſtica ſacramẽta: & reſurrexerit & verificaue-
rit in ſe oia quę erant ſcripta in ve. teſt. a ſolo dño factũ eſt:
& eſt mirabile in oculis noſtris. Itẽ q; totus ppl'us gentilis &
oẽs reges terræ qui ante ꝑpter idola pſequebant populuꝫ
dei: & perſequebant chriſtianos: poſtea ꝑpter Chriſtũ cõ-
minuerent & delerẽt oia idola & ſubiugarent iugo Chriſti:
& adorarẽt Chriſtũ quẽ ante blaſphemabãt: & venerarent
ꝑlatos & chriſtianos quos añ pſequebant: & q; duodeci pau
peres ſubiugauerunt totũ orbem iugo Chriſti: & q; ex gen-
tibus & Iudæis cõuerſis fieret vnus ppl'us chriſtianus: Hoc
totũ nõ potuit fieri ab aliquo hoie. Sed a dño factũ eſt iſtd:
& eſt mirabile in oculis nr̃is. Tota ergo intelligentia iſtorũ
quatuor verſuũ ſtat in hoc quia ppl'us gẽtilis introduct⁹ ad
loquẽdũ dicit ad apl'os. Apite mihi portas iuſtitię & recipite
me ad ſocietatẽ & fidẽ vr̃aꝫ vt efficiar vnus ppl's ſil' vobiſcũ:
& cõfitebor ſil' vobiſcũ vnũ redẽptorẽ & ſaluatorẽ Chriſtũ.
Nã poſtq̃ Iudei obſtinati reprobauerunt eũ: ipſe factus eſt
in caput anguli coniungens duos popl'os in vnũ ex nobis &
vobis. quod myſteriũ a dño factũ eſt & eſt mirabile in ocu-
lis noſtris. Et ad hunc intellectũ allegauit hanc literã ſalua
tor Matthęi. xxj. Nam poſtq̃ vidit iudæos obſtinatos cõtra
ſe: & occęcatos: & q; negabant eũ: ideo p parabolã de agri-
cultoribus qui occiderũt filiũ patriſfamilias ꝑdixit dãnatio-
nem & reprobationẽ eoꝝ. Et ſubdit. Nunq̃ legiſtis: quia la
pidẽ quẽ reprobauerũt ędificãtes: hic factus eſt in caput an
guli &c. Quaſi dicat. Vos reprobaſtis me cum manifeſte co-
gnoſcaris me eſſe Meſſiam, propter malitiam veſtram. Sed
ego reprobabo vos: & hæreditatem quæ vobis debebat da

bo populo gentili. & coniungã ipm cum paucis cõuerſis de
iudaiſmo. Et ſic efficiar lapis angularis coniungens iſtos du
os populos vobis manẽtibus reprobatis & obſtinatis. Et iõ
ſubdit Chriſtus ad maiorẽ dãnationẽ iudęoꝝ. Et qui cecide
rit ſup lapidẽ iſtum cõfringetur: ſup quem vero ceciderit cõ-
teret eũ. Et ſic in illo loco Chriſtus nõ ſolũmodo ſe dicit la-
pidẽ angularẽ: ſed etiã lapidẽ offenſiõis & ſcandali. Eſa. viij.
Et etiam ſe dicit lapidẽ contritionis. Daniel'. ij. vt dictũ eſt
ſupra. De hoc etiam lapide angulari dicit apl'us ad Ephe. ij.
Ipſo ſummo lapide angulari Chriſto Ieſu in quo creſcit ois
ędificatio cõſtructa: in quo vos coędificamini in habitaculũ
dei in ſpiritu ſancto. Sed de hoc lapide angulari dicit magr
in hiſtorijs. q; ędificatores templi Salomonis multoriens ce
perunt vnũ lapidẽ q nũq̃ potuit adaptari nec ordinari in pa
rietibus tẽpli. Et ſic ꝑiecerũt eum & reprobauerũt. Sed po-
ſtea ille lapis fuit reſumptus & poſitus in caput cuiuſdã an-
guli templi. Et fuit ita aptus illi loco ac ſi pro illo loco eſſet
ad ꝑpoſitũ fact⁹. quod fuit mirabile in oculis ędificatoꝝ. Et
de illo lapide dicũt quidã iudæi q; dicit Dauid. Lapidẽ quẽ
reprobauerunt &c. Magr̃ hiſtoriarũ dicit. q; ille lapis fuit fi
gura Chriſti: qui primo rebrobatus eſt a phariſęis & ſacer-
dotibus: ſed poſtea receptus a gentilibus, factus eſt in caput
ãguli duoꝝ vt dictũ eſt. Quã figurã ꝑuidẽs Dauid i illo lapi
de ꝑdixit de Chriſto in hoc pſal. Lapidẽ quẽ reprobauerunt
Sed de illo lapide poſſet eſſe dubiũ. Nã tẽplũ Salomonis fu
it ædificatũ poſt mortẽ Dauid. ergo Dauid nõ potuit vide-
re illũ lapidẽ quẽ ædificatores reprobarunt. Sed ad hoc poſ
ſet reſponderi. q; Dauid ante mortẽ ſuã fecit incidi lapides
& ligna & conduxit latomos ad poliendos & quadrandos
lapides. & ſic dimiſit lapides iaꝫ quadratos & politos: vt ha
betur primi Paralypomenõ. xxij. Et ſic potuit videre illum
lapidem primo reprobatũ & poſtea ad angulũ adaptatum.
in quo potuit ꝑuidere figurã de ipo Chriſto. Et iõ dixit in
hoc pſalmo. Lapidem quem reprobauerunt &c. Quõcunq;
ergo ſit Dauid in hoc pſalmo per iſtũ lapidẽ angularẽ intel
ligit Chriſtũ & loquit ad literaꝫ de Chriſto. Nã a dño factũ
eſt iſtud. ſ. q; iſte lapis qui eſt Chriſtus, prio ſit exciſus de mõ
te ſine manibus. i. natus de Maria virgine ſine patre carna-
li. Et ſit rex & ſacerdos deus & homo incarnatus & mortu⁹
& reſurrexit: & iſte lapis ſit fundamẽtalis in quo fundat to-
ta eccleſia. Et ſit capitalis & titularis, in quẽ oẽs tẽdũt & vn
ctus tãq̃ rex & ſacerdos. Et ſit lapis tẽtationis & cõtradictio
nis cui multi cõtradixerũt. Et ſit lapis offenſiõis & petra ſcã
dali: q; ſit reprobatus a iudæis & poſtea factus in caput an-
guli coniungens vtramq; legem & cõiungens duos populos
vt dictũ eſt. Et q; iſte lapis creuerit in montem magnum &
cõtriuerit & ſubiecerit oĩa regna mundi. Totum hoc a ſo-
lo domino factũ eſt ſuper omnem naturã & facultatẽ. & eſt
mirabile I oculis noſtris. Et hęc ẽ intẽtio ꝑphetę. dicit ei Da
uid iſtũ lapidem Chriſtũ reprobatũ per infidelitatẽ iudæo-
rum ſed recipiendũ & collocandũ in caput anguli p fidẽ apo
ſtoloꝝ & gentilium. Et hoc potuit ꝑuidere Dauid in ſpiritu
in deſcriptione tabernaculi ſibi a deo tradita: aut per illum
lapidem artificialem & naturalem de quo dictum eſt.

## Hæc dies quam fecit dominus: exultemus & lætemur in ea.

❡ Ad cuius intelligentiã eſt notandũ: q; ſicut abſentia ſolis
materialis cauſat noctẽ & ꝑſentia eiuſdẽ cauſat diẽ: quia di-
es materialis nihil aliud eſt niſi lario ſolis ſup terrã: ita pari-
ter totũ tp̃s ab Adã vſq; ad Chriſtũ dictũ eſt nox p abſentiã
Chriſti. Et etiã tota lex vet⁹ dicta eſt nox qa oia cõtingebãt
illis in vmbra & figura. Sed cũ ortus eſt Chriſtus ſol iuſtitiæ
factus eſt dies ſup vniuerſam terrã: & q̃ omnino erant occul-
ta ſub vmbra & figura, apparuerunt manifeſta inquantum
fuerũt ipleta in Chriſto. Et maxime apparuerũt in luce ma
nifeſta poſt reſurrectionem. ❡ Triplicem ergo noctem fu-

gauit Chriſtus ſol iuſtitiæ in ſuo ortu & reſurrectiõe.Nã prio
fugauit vmbrã oim cerimonialiũ legis veteris.Scdo fugauit
tenebras oim pctõꝝ.Tertio ignorãtiã & ſupſtitionẽ idoloꝝ
de populo gẽtili.Ex quo pꝫ ꝙ ſicut fuit nox ab Adã vſq; ad
Chriſtũ:ita eſt nunc vna dies gratię a Chriſtu vſq; ad iudi-
ciũ:cui ſuccedet dies glorię.De hac ergo die grę & etiã glo
rię dicit ꝓpheta in pſona ppli gẽtilis cõuerſi.Hęc dies quã
fecit dñs.Quaſi dicat.Aperite mihi portas iuſtitię:& cõfi-
tebor dño.Quia iam Chriſtus lapis factus eſt in caput angu
li,ſicut dictũ eſt.& iam receſſit nox legis veteris & nox pec-
cati.Et iam fugatę ſunt tenebrę idoloꝝ.quia iã ort⁹ ẽ Chri-
ſtus ſol iuſtitię.& iã facta eſt dies grę:quãdo ſurrexit domi-
nus & ceſſauit ab omni opere redemptionis quod patrarat.
Et ideo hæc eſt dies gratiæ quam fecit dominus Ieſus Chri-
ſtus per ſuum aduentum & reſurrectionem.Exultemus er-
go & lætemur in ea omnes ſimul:& non ambulemus am-
plius in vmbra legis:nec in nocte peccati:nec in tenebris &
ſupſtitione idolorũ.Sed ſicut in die ambulem⁹ & exultem⁹
in hymnis & canticis profitendo & ꝑdicãdo legẽ euãgelicã
& operando ſcdm eã:& conſtituam⁹ dies feſtos in memoriã
beneficiorũ receptorũ a Chriſto.Et maxime cõſtituam⁹ diẽ
dominicã & dedicem⁹ ipſam ad quierẽ & cõtẽplationem in
memoriã reſurrectionis Chriſti.Quia hęc eſt dies quam fe
cit dñs.Et conſtituamus alias feſtiuitates in memoriam alio
rum beneficiorum & myſterioꝝ Chriſti & ſanctorum ſuoꝝ.
Dicit ergo Dauid in pſona ppli gentilis.Aperite mihi por-
tas iuſtitiæ &c.Quia hæc eſt dies quam fecit dominus.

**O domine ſaluum me fac: o domine bene proſperare: benedictus qui venit in nomine domini.**

¶ Poſtq̃ ſuperius ppl's gẽtilis petiuit introduci in eccleſiam
dei vt fieret vn⁹ populus ſimul cum aplis & cęteris de iudaiſ
mo conuerſis:in hoc verſiculo cõuerſus ad Chriſtũ petit ſal-
uari & redemptionis & paſſionis particeps fieri.Et confite-
tur Chriſtum veniſſe in noie domini,& Meſſiã fuiſſe tãq̃ ve
S rum redẽptorẽ & Meſſiam.¶ Ad cuius intelligentiã eſt no
tandum:ꝙ tota cõfeſſio & profeſſio fidei chriſtianę cõſiſtit
in hoc verſiculo.ſ.credere Chriſtũ eſſe verũ ſaluatorẽ in le-
ge promiſſum,& iam veniſſe.& in hoc differt quilibet chri-
ſtianus a nõ chriſtiano.Et ſic ppl's gẽtilis in ſua cõuerſione
fecit illam cõfeſſionẽ quam tot⁹ ppl's iudaicus debebat face
re.Nã Chriſtus ipi pplo iudaico,ſiue pplo Iſrl' primo fuit in
lege promiſſus.Et iõ oẽs patriarchę & ꝓphetę & fideles ve.
te.expectabãt Chriſtũ tanq̃ redẽptorẽ & ſaluatorẽ.Sed qñ
venit,licet aliqua pars receperit eũ ſicut apli & diſcipuli:tñ
maior pars negauit eum.Et ideo illa pars quæ recepit eum
fecit hanc cõfeſſionẽ.ſ.bñdict⁹ qui venit in noie dñi.Sed alia
pars quę negauit eum,dixerunt.Nõ habem⁹ regem niſi Cę
ſarẽ &c.Et ideo ppl's gentilis qui recepit eũ & cõfeſſus eſt ip
ſum veniſſe in noie domini,ſucceſſit in hęreditatẽ regni cæ
lorum ſimul cum apoſtolis & cęteris de iudaiſmo Chriſtum
recipientibus,iudęis manẽtib⁹ obſtinatis & reprobatis.Vñ
ad maiorem euidentiam eſt notandũ:ꝙ hãc cõfeſſionem fe
cerunt apli Chriſti & pauci hebręoꝝ in die Ramis palma-
rum,qñ Chriſtus intrauit Hieruſalẽ ſedẽs ſup aſinam vt pꝫ
per omnes euangeliſtas.Nam tam apli qui veniebant poſt
Chriſtũ,q̃ pueri qui ibant ante ipm ſternentes ramos oliua
rum in via,cantabant totum hunc verſum.ſ. Oſanna filio
Dauid:benedictus qui venit in noie domini.Vnde oſanna
hebraice,idẽ eſt qđ ſalua obſecro,ſiue o dñe ſaluum me fac,
latine.Ex quo patet ꝙ tunc ad literã fuit impleta iſta pro-
phetia.Nam apli & cęteri q ibãt poſt Chriſtũ retro confite
bant ipm eſſe verũ Meſſiam loco ſui & omnium antiquoꝝ.
T ¶ Per pueros aũt hebreorum ſignificabat pplus gẽtilis qui
Chriſtum erat recepturus.Et ſic vtriq; tam ꝑcedẽtes q̃ ſub-
ſequẽtes clamabãt oſanna filio Dauid:bñdict⁹ qui venit in
noie domini.Et ſic profitebantur ipſum eſſe verũ Meſſiam
& ſaluatorem in mundũ iam veniſſe.Et ſic pueri confitebã-
tur quod ſcribæ & phariſæi debebant confiteri.& ſcribæ &
phariſæi non ſolummodo non recipiebant nec confiteban
tur Chriſtum:ſed etiã negabant,& zelo inuidię moti incre-
pabant pueros & aplos ne clamarent.Benedict⁹ qui venit.
Quibus Chriſtus reſpõdit.Nunq̃ legiſtis ne quia ex ore in-
fantium & lactentiũ perfeciſti laudẽ?Quaſi dicat.Non co-
gnoſcitis quia hoc ꝓphetatũ eſt per Dauid pſal.viij.Nã idẽ
ſpiritus qui mouit Dauid ad ꝓferẽdã illã ꝓphetiã.Ex ore in
fantiũ & lactentiũ &c.& iſtã.ſ.O dñe ſaluum me fac &c.ipſe
idem ſpiritus mouet nunc iſtos infantes & aplos ad claman
dum.Oſanna filio Dauid.benedictus qui venit in noie do-
mini.Ex quo patet ꝙ multæ ꝓphetię fuerũt ipletæ in illa
die.ſ.illa.Ex ore infantiũ.Et iſta O domine ſaluum me fac.
& etiam illa.Lapidem quem reprobauerunt ędificãtes &c.
Item fuit impleta illa grandis figura & myſterium qđ præ-
cepit deus fieri Exo.xij.quando dixit ad Moyſen.Decima
die menſis huius tollat vnuſquiſq; agnũ per familias & do-
mos ſuas. Vnde erat mos apud iudæos ꝙ luna.x.ante pa-
ſcha tollebant agnum de grege & introducebant ipſum in
ciuitatem ramis & floribus obſitum & fulcitum & redimituꝫ
& ornatũ.Et ſic cum magno gaudio reponebant ipſum in
domo vſq; ad xiiij.lunam,in qua immolabant eum.Sed ita
eſt ꝙ Chriſtus.x.luna ante paſcha.ſ.in die dñica introiuit
Hieruſalẽ ſedens ſuper aſinam cum ſupradicto honore pue
ris ſternentibus ramos oliuarum in via.Ex quo patet ꝙ illo
mane multa milia agnorum introierunt cum Chriſto cum
ramis & floribus.& ſic Chriſtus intrauit inter eos.vnde per
totam illam diem de mane omnes ciues ciuitatis Hieruſa-
lem introduxerunt agnos ſuos ramis & floribus ornatos.Et
ſic Chriſtus verus agnus per illos figuratus introiuit cum eis
in die Ramis palmarum ad immolandum.Et ſic ſimul in-
trauit figuratus agnus cum figura,& econuerſo.Ex quo pa
tet ꝙ illa die fuit impleta illa figura.Ideo non temere ſed a
ſpiritu ſancto factum eſt ꝙ Chriſtus reciperetur cum tanto
honore.& pueri ſternerent ramos & frondes in via:& om-
nes ſimul clamarent.Oſanna filio Dauid.Dicit ergo Da-
uid in perſona totius populi fidelis Chriſtum recipientis.O
domine Ieſu ſaluum me fac ex tua morte & paſſione poſtq̃
tu es ſaluator & redẽptor.quia ego confiteor ꝙ tu es ille be
nedictus Meſſias qui venit in nomine domini.i.a deo pro-
miſſus & miſſus.Ideo poſtq̃ tanq̃ agnus ad occiſionem ve-
nis ad patiendum pro me:ideo ſaluum me fac:vt tua paſſio
ſit mihi ad ſalutem animę.Quia tu es verus ſaluator ideo
nominaris Ieſus.

**Benediximus vobis de domo domini: deus dominus & illuxit nobis.**

**Conſtituite diem ſolennem in condenſis vſq; ad cornu altaris.**

¶ Hic ponitur reſponſio apoſtoloꝝ recipientiũ populum
gentilem ad fidem.Quaſi dicat.Vos gentiles dicitis.Aperi-
te mihi portas iuſtitiæ &c. Et creditis ꝙ Chriſtus eſt lapis
factus in caput anguli.& dicitis.O dñe ſaluũ me fac.& dicitis
ꝙ eſt Chriſt⁹ ver⁹ Meſſias:& ꝙ benedict⁹ q venit in noie do
mini.Et ideo nos benedicimus vobis de domo dñi:baptizã
tes vos & conferentes alia eccleſiaſtica ſacramẽta.quæ ab-
ſoluunt vos ab omni maledicto. Et ſic incorporamus vos
in vna eccleſia nobiſcum ſub vno capite Chriſto.Quia ipſe
eſt dominus de⁹ & illuxit nobis tanq̃ verus ſol iuſtitiæ.& ad-
duxit diem gratiæ & fugauit tenebras legis & noctem pec-
cati & idololatriæ.Et ideo conſtituite diem ſolennem in cõ
denſis,id eſt celebrate diem dominicam & dedicate eaꝫ ad
cultum diuinũ in memoriam reſurrectionis:& alios feſtos in
condenſis,id eſt in magna frequentia populorum vt eccle-
ſia ſit plena & condenſa vſq; ad cornu altaris.Quaſi dicat

nullus maneat in domo ſua:ſed oẽs veniant ad eccleſiam ad audienda diuina officia:& impleant templũ vſq; ad cornu altaris. Item benediximus vobis de domo domini.i.de theſauro domus domini.ſ.eccleſię benediximus vobis diuina ſacramenta conferendo.Nã Chriſtus deus noſter illuxit nobis linguis igneis in die pẽtecoſtes:vbi recepimus ſpiritũ ſanctũ,& oĩa dona gratiarũ vt poſſemus vobis & oĩbus fidelibus ea cõmunicare:& vobis portas iuſtitiæ aperire & in eccleſiam introducere.Nota ꝙ vbi nos habemus:Conſtituite diem ſolẽnẽ &c. Hebræus habet:Ligate feſtiuitatẽ in funibus vſq; ad cornu altaris.Quaſi dicat:ligate ramos in funibus per eccleſiã ſolẽnizando hanc feſtiuitatem.Sed iudæi aliter exponunt.i.ligate vitulos ad ſacrificia.

Deus meus es tu & confitebor tibi:deus meus es tu & exaltabo te.

Confitebor tibi quoniam exaudiſti me:& factus es mihi in ſalutem.

Cõfitemini domino quoniam bonus:quoniã in ſæculum miſericordia eius.

❡ Hic populus gentilis iam conuerſus & receptus in eccleſia ſimul cum cęteris fidelibus agens gratias:dicit ad Chriſtum.O domine Ieſu Chriſte ego confitebor ꝙ deus meus es tu & confitebor tibi narrando mirabilia tua.Et ego exaltabo te & magnificabo te. & prædicabo quoniam deus meus es tu.Primo deus per creationẽ.Secũdo deus & homo per redemptionẽ & glorificationem.Quia redemiſti me & glorificaſti me.& ideo confitebor tibi quoniã exaudiſti me i deſiderio meo ſatiſfaciendo in carne; veniendo & factus es mihi in ſalutẽ pro me moriẽdo & reſurgẽdo.Vltimo ꝓpheta concludit coniungens finem pſalmi cum principio inuitando oẽs fideles Chriſtianos ex vtroq; populo conuerſos.Et dicit.Cõfitemini dño qm̃ bonꝰ:qm̃ in ſeculũ mia eiꝰ.Quaſi dicat.Magnificate eius bonitatẽ quã oſtendit nobis in creatione:& miſericordia; quã oſtendit in noſtra redemptione.

V ❡ Quęritur autẽ vtrũ Ieſus Chriſtus quem nos redẽptore; confitemur,venerit in noie dñi.prout ſupradicta expoſitio confitetur. ❡ Ad cuius intelligentiam eſt aduertendũ,prout legitur Deutero.xviij.ꝙ Meſſias ſub noie domini quatuor literarũ fuit in lege promiſſus. Vnde ait dominus Moyſi:Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrũ ſuorum ſimilẽ tui.Et ponam verba mea in ore eius:loqueturq; ad eos omnia quæ pręcepero illi.Quæ autem verba eius quæ loquetur in nomine meo audire noluerit:vltor exiſtam. Ex ſupradictis verbis patet.ꝙ Meſſias in lege promiſſus debebat mitti a deo & venire in nomine dei & loqui verba dei:& in nomine dei.Et ideo in hoc concordant iudæi cũ Chriſtianis.quia dicunt ꝙ ille qui mittetur a deo & loquetꝰ verba dei:& loquetꝰ & veniet in noie dei:ille talis erit Meſſias in lege promiſſus.Sed differunt in hoc.Nã chriſtiani cõfitẽtur Chriſtum veniſſe in noie domini:& per cõſequẽs fuiſſe Meſſiam,Iudæi vero negant Ieſum Chriſtum veniſſe in nomine dñi.eo ꝙ nõ liberauit eos de captiuitate in qua modo manent.Et quia multa fecit contra legẽ.ſ.quia violauit ſabbatũ &c.Et ſic manentes in ſua cæcitate expectant futu
X rum Meſſiam qui veniat in nomine domini. ❡ Ad cuius euidentiam eſt notandũ.ꝙ Chriſtum veniſſe in nomine domini ſtat quatuor modis.ſcilicet quia nominatꝰ eſt nomine dñi tetragrammaton:aut quia ipſe habuit illas ꝓprietates per illud nomen & quatuor literas illius nominis ſignificatas:aut quia fuit miſſus a deo & locutꝰ eſt in nomine dei:aut quia omnia ſcripta in lege veteri de Meſſia fuerũt in Chriſto Ieſu cõpleta.Sed quia oĩa quatuor ſupradicta fuerũt reperta in Chriſto:ergo ipſe venit in noie domini. Et per conſequens fuit verus Meſſias.Primũ probatur.Nã Chriſtꝰ vocatus eſt Iohetſua in Hebręo:quod ſignificat Ieſus in latino.Sed iſtę quatuor literę.ſ.Iot,He,Vau,He,quibꝰ ſcribitur nomẽ dei,reddũt hoc nomẽ Iohetſua ſi recte ꝓnũciẽtur. Ergo ſequitur ꝙ Chriſtus vocatꝰ eſt noie dñi tetragrãmaton. Et per cõſequens venit in noie dñi.Scdm probatur.Nam per nomẽ dei quatuor literarũ importantur & ſignificantur quatuor principales ꝓprietates dei.ſ.ſumma oĩpotentia & ſapientia & iuſtitia & mia.Sed iſta maxime fuerunt in Chriſto:vt ꝓbatũ eſt pſal.viij.igitur &c.Et ſic cõcluditur ꝙ Chriſtus venit in noie domini.quia venit cum oĩpotentia mortuos ſuſcitando,& cętera miracula operando.Et venit cũ ſumma ſapientia lege; declarando:& noua præcepta & conſilia promulgando.Et cum ſumma iuſtitia oẽs iuſtificando:& cũcta diſcernendo.Et cum ſumma miſericordia pro omnibꝰ moriendo & patiendo.Et ſic patet ꝙ venit in nomine domini.quia iſta quatuor importantur ꝑ nomẽ dñi.Itẽ iſtę quatuor literę ſonant etiã hoc nomẽ hieiu:quod idẽ eſt quod eſſe.quod eſt propriũ nomen dei:vt dixit deus Moyſi.Qui eſt miſit me ad vos.Exodi.iij.Et ſic dixit Chriſtꝰ.Ioan.viij. Anteꝗ̃ Abraham fieret ego ſum.Et ſic patet ꝙ Chriſtus habuit nomen domini quatuor literarũ ſimul cũ proprietatibꝰ eius.Tertio Chriſtꝰ venit in nomine domini eo ꝙ fuit miſſus a deo:vt patet per opera quæ fecit quæ a nullo alio poterant fieri niſi ab aliquo a deo miſſo. Quarto ꝙ Chriſtus venit in nomine domini:eo ꝙ venit cũ oĩbus conditionibus aſſignatis in ſcriptura de Meſſia promiſſo. Quod probatur. quia omnia in eo fuerunt impleta.vt patet per totum diſcurſum euangelicũ.Itẽ Chriſtus non ſolũ venit in nomine domini:ſed etiã ipſe ſubſtantialiter fuit nomen domini vt dictũ eſt pſalmo.cxij.Ex ſupradictis patet.ꝙ bene merito in ramis palmarũ pueri & turba præcedẽs & ſubſequẽs cantauit ipſi.Benedictus qui venit in nomine domini.quod canticum iugiter cantat eccleſia Chriſtum verũ ſaluatorem & Meſſiam a deo miſſum confitendo.

BEati immaculati in via:qui ambulant in lege domini.

Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius:in toto corde exquirunt eum.

❡ Huic pſalmo ꝑponitur titulus Alleluia.Ex titulo pz cauſa finalis huius pſalmi:quia factus eſt ad laudandum deu;. De cauſa autem efficiente non ſolũ ſcdm Origenem & Auguſtinum & Ambroſium,ſed etiam ſecundũ Hieronymum eſt affirmandum ꝙ Dauid fecit hunc pſalmũ. Vnde in epiſtola ad Marcellam dicit.Dicit ergo Dauid.Priuſꝗ̃ humiliarer ego deliqui.Item ad amicum ægrotum.Dauid illuſtris propheta huiuſmodi carmen expreſſit,bonũ inquit domine mihi:quia humiliaſti me.vt cognoſcã iuſtificationes tuas.Ite; in epiſtola ad Nepotianũ & ad Fabiolã. Et Dauid verba cantantis.Reuela oculos meos:& conſiderabo mirabilia de lege tua.Abſq; dubio ergo affirmatur Dauid hunc pſalmum condidiſſe. ❡ Sed quantũ ad formã & materiã eſt notandum ꝙ quinq; habet iſte pſalmus ſuper oẽs alios.Primo.quia ſemꝑ loquitur cũ deo.Secundo.quia ſemper petit ſpiritualia.Tertio.quia deſcribit per ordinem alphabeti Hebraici per viginti duos octonarios verſuum iuxta numerum literarum Hebraicarum.Et verſus cuiuſlibet octonarij incipit ab vna litera Hebraica. Et ſic ſunt tot octonarij quot ſunt literæ Hebraicæ. Et ſic iſte pſalmus eſt maior quocunq; alio.Quarto.quia non eſt aliquis verſus quin in eo memoretur lex diuina:ſed per diuerſa vocabula:ſcilicet verbũ dei.iudicia dei.eloquium dei &c.Quinto.quia ſepius eadẽ petitio repetitur & iteratur.propter quæ iſte pſalmus redditur difficilis ad diuidendũ per materiã.Et ad exponendum & intelligendũ. ❡ Et ideo anteꝗ̃ deueniamus Y
ad expoſitionem,tria ſunt videnda.per quæ apparebit materia huius pſalmi.Primo eſt videndũ & quærendum quis

eſt iſte qui loquitur in hoc pſal. & quod petit a deo. Secūdo quare iſte pſal. deſcribitur per literas hebraicas in principio cuiuſlibet verſus & per duodecim octonarios ſcd'm ordinem hebraicarū literarū. per qd videbiť forma ſcribēdi. & quare lex tam frequenter memoratur. Tertio videbitur quare toties iterat & repetit eandem petitionē. ¶ Quantū ad primum eſt aduertendū prout dictum eſt in prologo tractatu tertio in quinto principio, & etiā regula. vij. Dictū eſt enim ibi qualiter ille homo qui deſcēdit ab Hieruſalē in Hierico: qui incidit in latrones qui expoliauerūt eū & vulnerauerūt & plagis affecerūt: & ſemiuiuo relicto abierūt: de quo ſaluator ait Lucæ. x. fuit ipſe Adā primus homo quē dn̄s ad imaginē & ſimilitudinē ſuam creauerat: & monarcham mundi & illius felicis ciuitatis conſtituerat &c. Hunc enim hominem creauit deus, vt inquit Augu. vt deū cognoſceret & cognoſcendo amaret: & per cōſequens deo placeret & obediret. ex qua obedientia mereretur quandā felicitatem corporis & animę per longū tēpus in præſenti in illa paradiſo delitiarū terrena. Sed poſtea abſq; morte cōmutaret & illā vitā in aliam meliorē & æternā in cælo: vbi deum per eſſentiam clara viſione videret, & videndo amaret, & amando in æternum frueretur. Et hæc fuit primaria intentio qua de⁹ ad imaginem ſuam hominē creauit vt inquit Auguſtinus ſuper Geneſim. quem creauit cum quadam originali iuſtitia. per quam voluntatē ſuam diuinæ voluntati conformaret & in nullo ab illa deuiaret, ꝑut decēs & debitū eſt om̄i creaturæ. & commiſit ipſi illam ciuitatē & paradiſum delitiarū cuſtodiendā ſub tali præcepto ne comederet de fructu ligni prohibiti &c. Opus ergo iuſtitiæ & iuſtificatio ipſius Adæ conſiſtebant in ſeruando obedientiam huius pręcepti iuxta voluntatē dei. in qua obedientia & obſeruantia iuſtificabatur. & ſic merebatur felicitatem in præſenti & gloriam in futuro pro præmio illius iuſtitiæ & obedientiæ. Felicitas autē & præmium temporale quod merebatur & poſſidebat in præſenti ex tali iuſtitia & obedientia: conſiſtebat in ſex. Primo. quia habuit ſcientiam & cognitionē perfectam de omnibus rebus creatis tam ſuperiobus q̄ inferioribus. & non ſolum in naturalibus ſed etiam in mathematicis & metaphyſicis. Et etiam habebat colloquium familiare cum angelis. qd augebat eius ſcientiā & felicitatē. Secundo habebat dominium rationis ſupra ſenſualitatem, & obedientiam partium inferiorum ad rationem. Nam ſicut voluntas eius parebat & conformabatur diuinæ voluntati: ita caro parebat rationi & corpus animæ. Tertio quia erat liber ab om̄i miſeria corporali. & ſic poterat non mori & non peccare. Quarto quia omnia animalia obediebant ei ad nutum tanq̄ domino. Quinto quia poſſidebat totam illam paradiſum delitiarū ad facultatē ſui. Et nullā poterat pati indigentias ad vitam tuendam & feliciter gerendam. Iſta autem quinq; ſupradicta poſſidebat in præmium pro obedientia & iuſtitia ſeruanda. Sed in futurū ꝓmiſſa erat ſibi vita & fruitio æterna in cęlo: ad quā fuiſſet trāſlatus abſq; morte cū tota poſteritate ſi ſtetiſſet cum illa iuſtitia & non peccaſſet. Sed quia deuiauit a diuina voluntate & ꝓcepto conſentiendo perſuaſioni mulieris & diaboli: ideo ilico perdidit illam originalē iuſtitiam cū om̄ibus illis ſex ꝓmijs quę ex obſeruantia iuſtitię poſſidebat. Et fuit cōdēnatus & incidit in ſex mala cōtraria. Nam perdidit ſcientiam omnium. quia non habuit in tanta perfectione. Et ilico fuit vulneratus & ſauciatus in carne & ſenſualitate & in om̄ibus potentijs animæ. Et ilico caro ſurrexit aduerſus ſpiritū: & ilico apparuit nudus & expoliatus om̄ibus bonis gratuitis tam corporalibus q̄ ſpiritualibus: & factus eſt paſſibilis & mortalis de neceſſitate. & fuit condemnatus ad mortem & omnem miſeriam corporalem in præſenti & ad mortem animæ ęternā in futuro. Et fuit expulſus ab illo felici loco in hanc vallem lachrymarum & miſerię & ſic ille qui erat creatus vt deū cognoſceret & amaret in pręſenti, & deo frueretur in futuro, condēnatus eſt ad oēs miſeriā in præſenti & ad exiliū & peregrinationem in hac valle miſeriæ: & ad pœnam ęternā cum diabolo in futuro. Sed deus oīpotens & miſericors & iuſtus humanę fragilitatis & creaturę quam ad imaginem ſuam creauerat miſertus, ipſi promiſit vt verbum ſuum per ſucceſſionem temporis in mundum mitteret: & de quadam virgine ſui generis & poſteritatis carnem aſſumeret. In qua quidem carne pro peccato Adę & omniū poſteriorū mortē & paſſionē libenter ſuſciperet vt eos a morte & captiuitate & om̄i miſeria liberaret & redimeret & pro om̄ibus debitū ſolueret: & per legē euāgelicam & medelam ſacramentorum ab omni ęgritudine ſpirituali ſanaret. Et ſic deus miſit Adam cum tota poſteritate tanq̄ peregrinū & infirmum per hanc vallem lachrymarum peregrinādo: & remiſit ipſum ad Chriſtum vt ſanaretur & redimeretur ab eo. Vnde iſte Adā cum tota ſua poſteritate fideliū diciť hō myſticus & peregrin⁹ vſq; ad Chriſtū. cui deus in principio dedit legem naturalē. Primo quo ad cultū diuinū de ſacrificio & oblatione. vt patet Geneſis. iiij. Quia Abel offerebat de frugibus: & Caim de animalibus. Item dedit legem naturalē de conuerſatione & charitate erga ꝓximū. ſ. Quod tibi nō vis alteri non facies. & econtra. & nullū bonū irremuneratū. & nullū malū impunitū. Vnde dixit dn̄s ipſi Caim. Cur iratus es? & concidit facies tua contra fratrem tuū? Nonne ſi bene egeris, recipies? Si autē male: ſtatim peccatū tuum in foribus aderit? Itē laudare dn̄m eſt de lege naturæ. Nam Enoch incepit inuocare nomē domini. Gene. v. Per iſtam ergo legem naturalem & viā legis naturæ miſit deus hominem peregrinando vſq; ad Noe, nō declinādo ad dexterā neq; ſiniſtrā a via hui⁹ legis. Sed in Noe iam accepit alia præcepta magis expreſſa: confirmando ſupradicta. vt patet Gene. viij. Item iſte homo peregrinatus eſt vſq; ad Abraham: in quo accepit a deo pręceptum de circunciſione. Et exinde peregrinatus eſt vſq; ad Moyſen: in quo accepit legem ſcriptam præceptorum moralium & iudicialium & cærimonialium. vt patet per totum diſcurſum quinq; librorum legis Moyſi. Exinde iſte homo peregrinatus eſt vſq; ad Dauid: in quo accepit ampliationem diuini cultus & magnum donū prophetiæ de Chriſto & eccleſia. Et exinde peregrinatus eſt per omnes prophetas in prio & ſecundo templo vſq; ad Chriſtum. Et exinde ſanatus eſt & redemptus & accepit repromiſſionem, vt patet ad Hebræos. xj. Et accepit veritatem legis veteris & perfectionem per legem euangelicam. Ex quibus patet q̄ iſte homo myſticus ſemper peregrinatus eſt quærendo Chriſtū tanq̄ finem ſuum & medicum & ſaluatorem. Et ſub tali fide & ſpe Chriſti futuri ſaluatus eſt, & euaſit pœnam æternā in teſtamento veteri. Sed non accepit repromiſſionem & præmium niſi in Chriſto. ad hebræos. xj. Quia om̄es patres veteris teſtamenti & fideles liberati de limbo aſcenderunt cum Chriſto in cęlum: vt dictū eſt pſalmo. lxvij. Sed exinde iſte homo myſticus poſtq̄ accepit legē euangelicā a Chriſto adhuc peregrinatur per legem euangelicā vſq; ad ſcd'm aduentū: vt accipiat vltimā perfectionē per reſurrectionem ad vitam glorioſam. Ex quibus omnibus patet q̄ iſte homo myſticus eſt eccleſia fidelium. Qui per quatuor milia annorum peregrinatus eſt ab Adam vſq; ad Chriſtum per legem veterem vt redimeretur & ſanaretur quo ad animam & reciperet legem iuſtificantem. Sed poſtq̄ redemptus eſt recepit legem euangelicam iuſtificantem in præſenti: & nunc peregrinatur per eam vſq; ad ſecundum aduentum Chriſti ad iudiciū. vbi recipiet præmiū corporis per reſurrectionem & præmium animæ per fruitionem. Et ſic erit in ſuo vltimo termino & perfectione. Hunc ergo hominem myſticum & peregrinum introducit Dauid loquentē in hoc pſalmo. Qui peregrinādo quęrit Chriſtū in veteri teſtamento vt redimatur & liberetur & ſanetur a peccato & liberetur de captiuita-

te & etiam de iugo legis per legẽ libertatis. Sed poſtq̃ venit ad Chriſtũ in nouo teſtamẽto peregrinãdo ad ſcđm aduentum ſemper petit ſeruari a vitio concupiſcẽtię: & petit gratiã ne cadat iterũ in latrones: ſed confirmetur in ea. Et ſic patet non ſolũ cauſa efficiẽs: ſed etiam materia totius pſalmi. Et hoc quo ad primũ dubiũ. ¶ Ad ſecundũ autẽ dubiũ eſt dicendũ: ꝙ cauſa quare Dauid deſcripſit hunc pſalmũ per literas alphabeti hebraici ſcđm ordinẽ, fuit quia in hoc pſalmo deſcribit totuȝ diſcurſum legis per quam peregrinatur iſte homo myſticus ab Adam vſq; ad vltimũ iudiciũ. vt dictum eſt. Quę quidẽ lex & pegrinatio figuratur per diſcurſum & ordinem literarũ hebraicarũ ſiue alphabeti hebraici. Vnde dictum eſt in prologo tractatu ſexto, qualiter quęlibet litera hebraica habet ſuã ſignificationeȝ a prima vſq; ad vltimã. Vnde quia lex vetus non fuit data gratia ſui niſi vt figurabat Chriſtum & eccleſiã: & omnia geſta & myſteria facta in veteri teſtamento: & oĩs lex & prophetia nõ erat gratia ſui niſi ꝓut figurabat aut prænunciabat Chriſtum & legeȝ euangelicam: Ideo voluit deus vt totũ vetus teſtamentum literis hebraicis ſcriberetur: vt lex ſignificatiua per literas ſignificatiuas ſcriberetur: ad denotandum ꝙ omnia illa erant in figura.

A ¶ Vnde dictum eſt ibi ſcđm mentem Euſebiȷ̃ & Hieronymi ꝙ Aleph prima litera ſignificat diſciplinam. Et Beth. ſecũda litera ſignificat domũ. & Gimel idẽ eſt quod plenitudo. Daleth. i. librorum. Quaſi dicat: ꝙ lex diuina eſt doctrina ſiue diſciplina domus eccleſiæ. Et plenitudo librorũ: quia oĩes libri ſacri ſunt in lege. Rurſus quinta litera: ſcilicet He, idẽ eſt qđ iſta aut eſſe. Et Vau. i. ipſa. & zain. i. viuit ſiue viuens. Quaſi dicat: ꝙ lex diuina eſt ipſa in qua viuens viuit, & habet & acquirit eſſe diuinũ. Rurſus he, id eſt bonũ Iod, id eſt principiũ. Caph. i. tu Lamech. i. diſce. quaſi dicat in iſta lege tu bonũ principiũ diſce. Rurſus Mem, id eſt ex ipſis. Nun, id eſt ſempiternum. Samech, id eſt adiutorium. Ain. i. oculus. Phe, id eſt os. Sade, id eſt iuſtitia. Quaſi dicat: ꝙ ex eis pceptis diuinis habeẽ diuinũ adiutoriuȝ ſempiternum: & oculus: & os iuſtitiæ ad videndũ & operanduȝ & loquendũ. Rurſus Chof. i. vocatio. Res, id eſt capitis. Sin id eſt medicamentum. Tau. i. ſignum ſiue terminus. Tota ergo cõbinatio iſtarum ſignificationũ iſtarum vigintiduarum literarum ſecundũ Euſebiũ de præparatione euangelica, reddit hanc ſententiã. ſ. ꝙ lex diuina eſt diſciplina & doctrina domus: & plenitudo librorũ. In ipſa viuit viuens. bonũ principium in ipſa tu diſce. Ex ipſis præceptis ſempiternum auxilium. fons. os. oculus iuſtitiæ. vocatio capitis medicamentum ſuper vulnus. Signum. Hoc quaſi idem dicit Hieronymus ad Marcellam. ¶ Ex ſupradictis patet ꝙ literę Hebraicę quibus lex fuit ſcripta denotabant ſcđm ſuas ſignificationes ꝙ illa lex erat quędã doctrina quæ tendebat ad ſignum qui eſt Chriſtus. Et vocabat caput & medicamẽtum humanæ naturæ. Quia nihil aliud erat lex niſi vocatio Chriſti capitis noſtri. Et peregrinatio ad ſignũ & finem. qui eſt Chriſtus. Et dirigens oĩes in Chriſtũ tanq̃ in finẽ legis. Et Ideo pro maiori parte oĩes pſalmi intitulantur in finẽ. vt frequenter dictũ eſt. Et ideo cantabantur cũ omni conatu ad victoriã vocũ: eo ꝙ vocabant Chriſtum vt veniret ad ſanandũ oĩes vt frequenter dictũ eſt. Ex ſupradictis patet ꝙ bene merito Dauid ſcripſit iſtum pſalmũ per vigintiduos octonarios verſuũ iuxta numerum literarũ alphabeti hebraici. Et verſus cuiuſlibet octonariȷ̃ incipiunt ab vna litera hebraica. Nam omnes verſus primi octonariȷ̃ incipiũt ab Aleph. Et verſus ſecundi incipiunt a Beth. Et ſic procedunt vſq; ad Tau. vt oſtenderet ꝙ omnes debemus ſcire legem dei: ſicut alphabetum. Quæ quidem lex in hoc pſalmo explicatur & diſcutitur vt patebit. Item ſecundo. ſicut ſine ſcientia literarũ eſt impoſſibile peruenire ad alias ſcientias: cum ſit principium omnium ſcientiarũ: ita vult oſtendere Dauid in hoc pſal. ꝙ lex diuina eſt doctrina & via & principiũ perueniendi ad verã beatitudinẽ. Itẽ ſicut omnes literæ tendunt ab Aleph vſq; ad Tau: ita tota lex tendit in Chriſtũ tanq̃ in ſignũ & finẽ & terminũ legis.

¶ Itẽ ſicut puer in addiſcẽdo incipit a prima litera. ſ. Aleph & ꝓcedit & diſcurrit ſcđm ordinẽ per oẽs alias vſq; ad tau, quę eſt finis & terminus omniũ literarũ: Ita patres & oĩes fideles inceperunt peregrinari ab Adã primo homine. Et ſic iſte homo myſticus peregrinatus eſt per iſtã legẽ p oẽs patriarchas & ꝓphetas ſemp aliquid addiſcendo & aliquam perfectionẽ recipiendo vſq; ad Chriſtũ: tanq̃ in finẽ & terminũ illi⁹ legis: in quo recepit redemptionẽ & ſalutẽ & medicamentũ. Sed nunc peregrinatur vſq; ad eundẽ Chriſtuȝ tanq̃ in finem & terminum noſtræ glorificationis.

¶ Propter oĩes ergo ſupradictas cauſas Dauid deſcripſit hunc pſal. ſcđm ordinẽ alphabeti hebraici. eo ꝙ in hoc pſalmo deſcribit diſcurſum diuinæ legis per oĩes ſuas ætates. Itẽ quia tota peregrinatio eccleſiæ & cuiuſlibet peregrini fidelis conſiſtit in quodã octonario ætatũ. Nã nos peregrinamur per ſeptẽ ętates in hoc mundo: & expectamus octauã ętatẽ: & octauũ diẽ in cælo. Ideo Dauid poſuit vnũ octonariũ in qualibet litera. Item quia totus iſte pſalmus nihil aliud eſt: niſi quoddã itinerariũ & peregrinatio diuinæ legis per quaȝ peregrinamur: Ideo non eſt verſus quin in eo memoretur & nominetur diuina lex præterq̃ in duobus vt patebit. Et hoc de ſecundo dubio. ¶ Quantũ autem ad tertiũ eſt dicendũ. ꝙ cauſa quare eadem petitio totiens iteratur & repetitur in hoc pſalmo, & iſta. Nam dictũ eſt qualiter iſte homo myſticus qui fuit expoliatus & ſauciatus a latronibus in Adam loquitur in hoc pſalmo: & peregrinatur per legem diuinam vſq; ad Chriſtum. Et quia recordatur qualiter tunc quia deuiauit a diuino præcepto incidit in latrones: & qualiter ipſum expoliarunt: & grauiter vulnerauerunt. Et videt ꝙ tres latrones: ſcilicet caro mundus & diabolus ſemper & iugiter conantur ipſum retrahere a via & a rectitudine legis: & iterum ipſum grauius vulnerare. Item videt tot præcipitia a dextris & ſiniſtris. Et videt & conſiderat quot milia laqueorum tendant iſti inimici vt capiant eum ſi deuiauerit a via legis. Et conſiderat etiam ꝙ ex propriȷ̃s viribus non poteſt euadere tot inimicos vigilantes ſuper eum circumquaq; niſi per gratiam dei fuerit adiutus & directus in hac via: ne limites legis tranſgrediatur. Ideo oĩbus his conſideratis tanq̃ amaricatus: & expertus inſidias iſtorum inimicorum: timens ne iterum incidat in latrones, ſemper petit dirigi. & adiuuari per gratiaȝ in hac via ne deuiet a lege & incidat in latrones. Ideo ꝓ maiori parte in quolibet verſu & in quolibet paſſu huius itineris petit auxilium & gratiam dicens. Doce me iuſtificationes tuas. aut non abſcondas a me mandata tua. aut confirma me in verbis tuis. aut de lege tua miſerere mei &c.

¶ Hic habitis deueniendũ eſt ad expoſitionem & diuiſionem huius pſalmi. In quo Dauid duo principaliter facit. Nã primo introducit deum ſiue angeluȝ legem ipſi Adæ proponentẽ. Secundo introducit ipſum Adam myſticũ & peregrinũ legem acceptantem & peregrinantẽ. ibi. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri. ¶ Quantũ ad primũ iam dictũ ẽ qualiter iſte homo recedens a diuino pcepto incidit in latrones: qui ipſum expoliauerunt a pręſenti & futura beatitudine: & vltra hoc ipſum vulnerauerunt & ſauciarunt plagis multis. in tantũ ꝙ ex propriȷ̃s viribus nullum poteſt agere bonum nec vitare malum. Et qualiter deus miſertus huius hominis remiſit ipſum ad Chriſtum qui ſanaret eum: & reduceret eũ ad beatitudinẽ quã perdiderat. Ad quẽ Chriſtũ iſte homo ꝑuenire non poterat niſi per viã legis & obſeruantiam eius. Et ideo deus per angelũ ſuum qui ipſum eiecit a paradiſo dedit ipſi ſupradictam legem diuinã: in qua ambularet in hoc mundo: per quã ad Chriſtuȝ perueniret

non declinando a dextris: nec ſiniſtris: nec declinando a diuina voluntate: quæ continetur in diuinis p̄ceptis legis. Et ideo dicitur lex iuſtitię: & veritas iuſtificans hominē totum & reddens ipſum immaculatum. Hanc ergo legē tradidit deꝰ ipſi Adę cum tota ſua poſteritate: cum eiecit ipſum a paradiſo: & remiſit ipſum ad Chriſtum. Quaſi dicat deus. Tu Adā deſideras recuperare beatitudinem quaꝫ perdidiſti: & ego dico tibi ꝙ non poteris ipſam recuperare niſi per Chriſtuꝫ mediatorem dei & hominū. ideo oportet ꝙ peregrinando tendas in ipſum cum tota poſteritate. Ad quem non poteris peruenire: niſi ambulando per iſtam legem quā tibi trado. Sed cū iſta ſit lex iuſtitię: per ip̄am non poteris recte ambulare niſi te immaculatuꝫ ſeruando: declinando ab omni malo: & faciendo bonum. quia aliud non docet nec p̄cepit iſta lex: q̄ ducit ad Chriſtū: & ad beatitudinem recuperandam. Et ideo dico tibi ꝙ ſoli illi erunt beati: qui ambulant immaculati in lege domini in hac via mortali. quaſi dicat. Nemo poteſt eſſe beatus: niſi ſe ſeruet immaculatū ſine peccato in hac via & vita mortali. Et nemo ſe poteſt ſeruare ſine peccato: niſi ambulando in lege dñi: & ſcd̄m ip̄am viuēdo & operādo: declinando ab oī malo: & faciēdo bonuꝫ. qd̄ in lege præcipitur. Sed quia nemo poteſt incedere per viaꝫ quam ignorat: nec dirigere greſſus ſuos & actus niſi nouerit terminum & finem: ſicut ſagittarius non poteſt recte trahere ſagittam niſi nouerit ſignum: vt primo ethicorum. Ideo dico tibi Adam: ꝙ neceſſe eſt vt ſcias iſtam viam & legem: per quam debes ambulare. Quare dico tibi ꝙ beati erūt & ſunt omnes qui ſcrutantur teſtimonia & præcepta eius meditando in lege domini die ac nocte: & contemplando ī ea. ſicut dictum eſt pſalmo primo. Sed quia non ſufficit ſcire legem: niſi homo operetur ſecundum ipſam: ideo dico tibi: ꝙ illi ſunt beati qui non ſolum ſcrutantur & contēplantur teſtimonia & præcepta eius: ſed qui in toto corde exq̄runt eū, operando corde: & opere: quia non qui auditor eſt tantum: ſed qui factor: hic beatus in facto ſuo erit. Iacobi prīo. Quaſi dicat: oportet ꝙ diligas deum ex toto corde & voluntate tua quantum ad charitatem: & ex tota mēte & ſcientia tua: quantum a fidem: & ex omnibus viribus tuis quo ad effectum charitatis: & ex tota anima tua quantum ad ſpem futurę beatitudinis: ita ꝙ oīa opa tua dirigas in illū finē, Chriſtum expectando. Et ꝙ diligas proximū tuum ſicut teipſuꝫ: ſicut præcepit diuina lex. Et hoc eſt ſcrutari teſtimonia dei: in toto corde exquirere eū. Et hoc eſt immaculatum & ſine peccato ambulare in via & lege dñi. Et hoc eſt declinare a malo & facere bonum. Et hoc eſt ambulare per viam rectā non declinando a dextris nec a ſiniſtris.

## Non enim qui operantur iniquitatem: in viis eius ambulauerunt.

¶ Quaſi dicat. ꝙ lex & via domini eſt ita iuſta & recta, ꝙ nemo pōt ſimul opari iniquitatem: & ambulare in ea lege.

B ¶ Ad cuius intellectum eſt notandū ſicut dictum eſt pſal. xiiij. ꝙ lex diuina nihil aliud eſt niſi effectus & ſignū & imago diuinę voluntatis. quia in ea lucet & manifeſtatur diuina voluntas erga actus humanos. Et ideo iſta lex diuina dicitur recta & iuſta: quia eſt lata & condita iuxta diuinam voluntatem, quæ dicitur metrum & mēſura omnium actuum humanorum. Et ideo actus humani intantū dicuntur & ſūt iuſti & recti inquātū ſunt facti iuxta diuinā legē: & ſūt ip̄i cōformes. Ex quo patet: ꝙ q̄ ambulat ſcd̄m iſtam legem aut intra limites huius legis non pōt operari iniquitateꝫ nec iniuſtitiam: ſed ſolā ęquitatē & iuſtitiā. Nec ecōuerſo illi q̄ operantur iniqoitatem poſſunt ambulare in hac lege vt ſic: eo ꝙ ęquitas & iniquitas ſunt cōtraria: & ſic non poſſunt ſe cōpati in eodem. Et ideo nemo poteſt operari iniquitateꝫ nec iniuſtitiā niſi inquantum deuiat ab ęquitate ad iniquitateꝫ. Et in hoc apparet maxima difficultas obſeruantiæ diuinæ legis: & maxima facilitas tranſgreſſionis eius: quia eſt difficillima ad obſeruandum. & facillima ad præuaricandum.

¶ Secundo eſt notandum ꝙ tota lex diuia conſiſtit in dilectione dei & proximi: vt ait ſaluator Mat. xxij. & Lucę. x. C
Sed in tali dilectione oportet ꝙ ſeruetur ſpecies & modus & ordo ſecundum Auguſtinum. id eſt quod diligat illud qd̄ diligendum eſt: & modo & ordine quo diligendum eſt. Et ideo ſicut res ſe habet ad eſſe, ita oportet ipſam diligi. Sed quia ſolus deus eſt primum & ſummum bonum: & per ſe & propter ſe: a nullo dependens: nec ad aliquid aliud referibile nec ordinabile: ideo deus eſt ſolum ſumme diligibilis: & per ſe ſiue in ſe: & propter ſe. Sed quia omnia alia ſunt a deo creata & ſunt in deo conſeruata & ordinātur in deum tanquam in finem: ideo ſunt diligendi homines tanquam imago dei & in deo & propter deum. Et ideo homo & angelus tenetur diligere deuꝫ ex toto corde ſiue voluntate: & ex tota mente: & ex omnibus viribus & operationibus. Et tenetur diligere proximum ſuum ſicut ſeipſuꝫ. Sed quia ꝓpter hoc homo non debet ſe diligere ꝓpter ſeipſum: ſed ꝓpter deum ad quem ordinatur: ideo non debet diligere ꝓximum niſi propter deum. & ſic oīa alia debet diligere ꝓpter deū. Aliter enim peruerteret modū & ordinē diligendi. Et ſic hō diligit deū & ꝓximuꝫ: vere ſeruabit oīa diuina p̄cepta quæ explicantur in lege erga deū & proximū: & in nullo p̄uaricabit ea: nec deuiabit a diuīa lege & iuſtitia: nec ab ęquitate in iniquitatem. Sed hoc eſt difficillimū. ſ. ꝙ ſeruetur iſte ordo & modꝰ dilectiōis dei & proximi quin aliq̄ſi quis deficiat declinando a tali æquitate. ideo obſeruantia legis eſt difficillima & impoſſibilis pro ſtatu iſto homini de ſe vt patebit. ſed beati qui ſcrutantur teſtimonia eius: in totō corde exquirunt eum. Non enim qui operantur iniquitatem in viis eius ambulauerunt.

## Tu mandaſti: mandata tua cuſtodiri nimis.

¶ In hac ſecunda parte, Dauid introducit Adam myſticū acceptantem hanc legem ſibi poſitam a deo & incipienteꝫ peregrinari in ea. Sed duo facit iſte homo myſticus. Nam primo petit dirigi per auxilium dei vſq; ad Chriſtum ambulando per legem veterem. Scd̄o petit dirigi per legem euāgelicam vſq; in finē ſue peregrinatiōis. In qua peracta peregrinatione & decurſo toto itinere cupit diſſolui & eſſe cum Chriſto & accipere peroptatā beatitudineꝫ, dicens. Erraui ſicut ouis quæ periit: q̄re ſeruum tuuꝫ dñe: quia mādata tua non ſum oblitus. Secūda pars incipit ibi. Legem pone mihi dñe. in pricipio quinti octonarij. ¶ Quantū ad primū, duo facit. Naꝫ primo petit dirigi generaliter in hac peregrinatione. Secundo petit ſpecialiter dirigi in ſua adoleſcentia & iuuētute. ibi. In quo corrigit. ¶ Quantū ergo ad primuꝫ eſt dicendū ꝙ poſtq̄ iſte homo audiuit a deo legē ſibi propoſitā ſub talibus conditionibus ſupradictis. Primo conſiderauit difficultatem legis in ſe. Secundo conſiderauit difficultateꝫ & ingentia & innumera pericula itineris. Tertio conſiderauit impedimentum & fragilitatem & inhabilitatem ex parte ſui: eo ꝙ erat ſauciatus & vulneratus in carne: & in omnibꝰ potentijs: & vinctus & ligatus morbo & vinculo concupiſcētię in carne. Tunc arbitratus eſt ſe non fore aptum: nec ſufficientem ad tam arduum opus aggrediendum: nec tam durā & periculoſam peregrinationem aſſumendā: niſi ſpeciali auxilio & gratia dei muniretur & adiuuaretur: & in tā inextricabili via dirigeretur. Tunc ergo cum tali proteſtatione acceptans peregrinationem: conuerſus ad deū dicit. O ego bene accepto hanc peregrinationem & legeꝫ cuſtodiendā.

¶ Sed tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. i. valde & D
abſq; defectu: quia ponis ardua præcepta. Dicis eniꝫ: ꝙ beati immaculati in via. i. ꝙ nemo poteſt peruenire ad hāc beatitudinem niſi immaculatus ſine peccato per hāc viam. Dicis pręterea: ꝙ beati qui ſcrutanſ teſtimonia eius & in toto

corde exquirunt eum.id eſt nemo poteſt eſſe beatus:niſi pſcrutetur profunda teſtimonia & myſteria legis:& meditet in ea die ac nocte:& exquirat & ſeruet pręcepta tua ex toto corde:& mente:& ex tota anima:& ex omnibus viribus:& ex dictis & factis. Dicis tandem. q nemo poteſt deuiare a mandatis tuis:ſine peccato & iniquitate. Sed omnia iſta pręcepta tua nō ſolum ſunt mihi difficilia & ardua:ſed etiam impoſſibilia ad implendum. Et hoc triplici ratione. Nam primo iſta ſunt ardua ex parte ſui:quia arduum & difficile eſt q diligam deum ex toto corde & mēte & anima:& ex omnibus viribus meis:& proximum meū ſicut meipſum.in quib⁹ duobus praeceptis continetur & pendet tota lex & prophetæ. Ad quorum præceptorum obſeruantiam multa requiruntur:& ad eorum præuaricationem ſufficit vnum. Quia q deliquerit in vno:factus eſt omniu3 reus.& ſic multipliciter contingit errare. Secunda difficultas accidit ex parte extraneorum inimicorum & latronum impedientium hanc peregrinationem. Nam video ad ſiniſtram Sathan cum ſeptem ſpiritibus nequiſſimis,qui in itinere iſto innumerabiles mihi laqueos tendunt. Et video ad dexteram mundum cum Ineuitabilibus affectibus & aduerſitatib⁹ ſuis.qui modo cū delectationibus:modo cum aduerſitatibus:& perſecutionibus me a rectitudine huius vię abducere ſine interuallo conatur. Tertio video familiarem inimicum.ſ.morbum & cōcupiſcentiam in carne inflictam,quæ continue luctatur aduerſus animam. Et video omnes potentias & vires ſauciatas & vulneratas non valentes reſiſtere. Et video legem in membris meis,repugnantem legi mentis:intantum q qđ nollem,hoc ago:& quod vellem,non facio. Et ſic quocunq; me verto:ſemper video mihi aliquid ſupereſſe quod timeā: ne incidam iterum in latrones:& iterum expolient me bonis ex hac lege collatis:poſtq̄ tūc me expoliarūt bonis gratuitis originalis iuſtitiæ. Et ſic patet q ex viribus meis peccatum vitare non poſſum:nec tot inimicis reſiſtere valeo: nec poſſum a mādatis tuis deuiare ſine peccato:cum dicas: q non ambulant in vijs tuis:qui operantur iniquitatem. Ergo nullo modo ex proprijs viribus poſſu3 recte per hanc viā incedere nec vitare peccatum. Quid ergo faciam,neſcio:niſi q recurram ad auxilium gratiæ & miſericordiæ tuæ:vt tu qui dediſti mihi legem & præcepta,per auxiliu3 gratiæ tuę dirigas etiam me in hac difficili via hoc eſt vt des mihi gratiam præuenientem vt velim:& incipientem vt incipiam: & cooperantem vt proſequar:& perficientem,vt perficia3 & conſummem hanc peregrinationē & viam & curſum. Et des mihi fidem vt creda3:& charitatē vt diligam & operer: & ſpem veram vt ſpretis rebus huius mundi non intenda3 niſi in verum finem:& dirigam omnia opera mea in te qui es finis itineris & peregrinationis meę. Et ſic cum tali fide ſcrutabor lege3 tua3. & cum tali charitate in toto corde exquiram eam.& cum tali ſpe ambulabo in lege tua recto tramite inſpiciendo finem:non declinando ad dexteram nec ad ſiniſtram.& ſic incedam immaculatus vſq3 ad vera3 beatitudinē. Quia ergo tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis,id eſt valde:& ſine defectu cum omnibus conditionib⁹ ſupradictis:& cum hoc ſit mihi non ſolum difficile ſed etia3 impoſſibile propter tria ſupradicta impedimēta.ſ.propter diabolum mundum,& carnem,niſi ſim adiutus & directus per gratiam tuam:Ideo

Vtinam dirigantur viæ meæ:ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.

¶ Per gratiam tuam & fidem & ſpem & charitatem. Quia aliter operationes meę non poſſent eſſe iuſtę:nec ego poſſem recte per tam difficiles viam incedere:ideo rogo vt des mihi gratiam vt dirigam greſſus meos ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.

Tunc non cōfundar:cum proſpexero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis:in eo q didici iudicia iuſtitię tuę.

Iuſtificationes tuas cuſtodiam:nō me derelinquas vſquequaq;.

¶ Cum adiutus & munitus tali gratia & fide & ſpe & charitate proſpexero in mandatis tuis:nunq̄ confundar nec deficiam a via tua. Nec confundar nec ſuperabor a prædictis tribus inimicis:immo cōfitebor in directione cordis.i.recto corde & opere confitebor tibi:tua præcepta ſeruando.ſ.eo q didici iudicia iuſtitiæ tuæ. Quaſi dicat.ſicut didici præcepta tua ſcrutando ea per ſtudium & meditationem : ita cōplebo opere & effectu:& operabor ſecundum legem tuam & præcepta. Quia non auditor tantum:ſed etia3 factor exiſtam. Et ideo non me derelinquas vſquequaq;.i.deinceps nec in aliquo momento.& cuſtodiam iuſtificationes tuas. Quaſi dicat. Non auferas a me hanc gratiam & auxilium: & cuſtodia3 præcepta tua. Quia nemo poteſt præcepta tua adimplere ſine gratia:nec p̄uaricari ſine peccato:vt dictu3 eſt propter impedimēta ſupradicta. Nec pōt quis vinci a cōcupiſcentia & mundo & diabolo ſine peccato & deuiatione a diuinis præceptis. ¶ Sed contra prædictam expoſitione3 B ſunt tres opiniōes & ſectæ deteſtabiles & execrabiles. Quarum prima fuit ipſius pelagij cum ſequacibus ſuis qui dicebat q tanta eſt vis liberi arbitrij:q vnuſquiſq; ex proprijs viribus abſq; aliqua gratia ſpirituali poteſt recte velle & operari ſi vult. Et poteſt implere diuina præcepta:& vitare omne peccatum. Ad quod probandū arguebat dupliciter. Primo ſic. Potentia hominis ſequitur liberu3 arbitrium.ſed homo habet liberum arbitrium ad vtrumlibet:ergo poteſt libere operari bonum & malum vt libet.quia ſi non poſſet velle bonum ſemper aut nolle:& operari quādo vult bonū & malum tunc non haberet liberum arbitrium ad vtrumlibet. Secundo arguebat ſic. Si homo ex proprijs viribus non poſſet adimplere præcepta:ſequeretur q non obligaretur ad legem ſeruandam:quia ad impoſſibile nemo obligatur: quia aliter deus eſſet iniuſtus imponendo homini legē quā ſeruare non poſſet:& ſic puniret eum iniuſte. ¶ Secunda opinio fuit ipſius Manichęi:qui aſſerebat nullo modo hominem peccatum poſſe vitare:etiam cum gratia. Sed iſte mouebatur ex falſo & deteſtabili principio.ponebat enim in homine duas animas:vnam ſcilicet corpoream & carnalem creatam a principe tenebrarum de ſubſtātia ſua mixta cum elementis. Et alteram animam ponebat ſpiritualem creatam a principe lucis. Et ideo dicebat q prima anima Ita erat mala q nunq̄ poſſet agere bonum. Et ſic per nullā gratiam & auxilium homo poterat ſubijcere concupiſcentiam rationi:nec vincere eam.& ſic non poterat vitare peccatum.ſed per animam ſpiritualem homo poterat facere aliqua bona. ¶ Tertia opinio eſt iudęorum & Sarracenorum & quorūdam malorum Chriſtianorum qui dicunt q non omnis actus carnalis concupiſcentiæ eſt peccatum : nec eſt prohibitus in lege & ſic dicunt q ſimplex fornicatio non ē peccatum. Vnde dicunt q deus non prohibuit in lege fornicationem:nec omnem carnalem concupiſcentiam:ſed ſolū adulterium,dicens. Non adulterabis cum vxore p̄ximi tui. Item vt magis aſtruant ſuam deteſtabilem vitam : dicunt q deus non prohibet ea quæ ſunt naturalia & de neceſſitate naturæ:ſed carnalis concupiſcentia eſt de neceſſitate naturæ,ſicut comedere & bibere:igitur non eſt ſemper peccatum.

¶ Rñſio. Has tres deteſtabiles & cōtagioſas beſtias cōat⁹ ē Au.ſil'cū tota eccl'ia,extiguer:& extirpare: & elimiāi extra

limites eccleſię catholicę: demonſtrans ꝙ nemo poteſt adimplere diuina praecepta: nec vitare pctm̃ ſine gratia dei cõtra Pelagianos. Et ꝙ quilibet poteſt implere diuina praecepta & vitare pctm̃ adiutus gratia dei: contra Manichaeos. Et ꝙ nullus poteſt eſſe actus carnalis concupiſcentię: & libidinis ſine peccato niſi per matrimoniũ excuſetur. Vnde venena iſtarum trium beſtiarum extinguit beatus Augu. vno ſolo catholico iaculo & pricipio: eo ꝙ omnes illi mouebantur ex vno falſo principio: dicentes ꝙ concupiſcentia & libido eſt bonum naturę datum ad generationem: ſicut datuꝫ eſt beſtijs & caeteris animalibus. Et dicebant ꝙ libido nec ẽ pctm̃: nec effectus: nec poena alicuius peccati: immo dicunt ꝙ ſiue Adam peccaſſet ſiue non peccaſſet ſemp habuiſſet hanc concupiſcentiam & libidineꝫ: & fuiſſet mortuus: poſtq̃ erat cõpoſitus ex quatuor humoribus & elemẽtis. Et ſic cõcupiſcentia & mors & caeterę paſſiones & defectus ſunt na-

F turales cuilibet homini. ¶ Sed ad deſtruendum hoc falſuꝫ fundamentum Aug. ponit plures concluſiones & doctrinas contra Iulianum: & contra Pelagianos, Hyponoſticon reſponſione prima & quarta.

¶ Quarũ prima eſt ꝙ iſta concupiſcentia & libido & mors & caeterę paſſiões non ſunt homini a natura: ſed poena peccati: & in pcti poenã inflictę. Probať. Primo de libidie & cõcupiſcẽtia. Nã Adã & Eua añ pctm̃ erant ambo nudi & nõ erubeſcebãt: nec confundebantur. Geñ. iij. Se ilico poſt peccatũ erubeſcẽtes fugerũt a facie dñi cooperientes partes pudendas & genitalia. ergo ſignũ eſt ꝙ ibi fuerunt ſauciati vitio & foeditate libidĩs ex peccato. Secũdo probatur de morte & caeteris infirmitatibus. Nam ſi Adam & Eua añ peccatũ habuiſſent naturaliter neceſſitatem moriendi: nõ fuiſſet eis factum p̃ceptũ de ligno ꝓhibito ſub comminatione mortis. Itẽ deus nõ dixiſſet nec annũciaſſet eis mortem poſt peccatuꝫ: cum dixit: Maledicta terra in opere tuo donec reuerteris in terram. Ex quo patet ꝙ mors & infirmitas & labor &c. data ſunt eis in poenam peccati. Sed cum poſtea arguit Iulianus: vñ inẽſt libido & mors beſtijs quae nunq̃ peccauerunt? Ad hoc reſpondet Augu. ꝙ ſi libido & mors comparentur ad mixtionem elementorum & complexionem ħumorum, ſunt communes homibus & brutis: & quaſi paſſiones naturales. Sed ſi comparentur ad ſtatum innocentię hominis: tunc nec ſunt: nec debent dici naturales: ſed poenę peccati. Nam homo creatus eſt liber & immunis ab huiuſmodi: & hanc libertatem poſſedit ante peccatũ in p̃miũ originalis iuſtitiae per gratiam. Sed q̃a ꝓpter pctm̃ perdidit hanc libertatem: q̃a ſine libidine poterat coire & generare & poterat nõ mori: & inflicta eſt ipſi foeditas libidinis: & cõcupiſcentia in carne, & neceſſitas moriendi: ideo omnia hęc dicuntur poena peccati & non naturalia.

¶ Secunda concluſio. ꝙ libido & concupiſcentia non ſolũ eſt poena peccati in quolibet homine: ſed etiam obligat hominem ad debitum peccati ipſius Adam: non ad debitum poenę ſenſus: ſed ad culpam & poenam dãni: qđ dicitur peccatũ ſiue culpa originalis in homine: quam trahit aĩa ex cõtubernio corpis & carnis ſic viciatę & corruptę. Quod peccatũ tranſit a genitoribus parẽtibꝰ in oẽs filios p libidinem genitos. quã cõcluſionem ꝓbat. Aug. per plures auctoritates ſacrę ſcripturę. precipue p illã pſalmi quinquageſimi: Ecce eñ in iniquitatibus cõceptus ſum: & in pctis concepit me mater mea. Ex quo ptꝫ ꝙ ſolus habitꝰ huiꝰ fomitis & cõcupiſcentię obligat habentẽ ad debitũ originalis iuſtitię amiſſę cum omnibus gratuitis & pręmijs perditis.

¶ Tertia concluſio. ꝙ ſola gratia Chriſti abſoluit homineꝫ a tali debito per baptiſmum in nouo teſtamento: & per circunciſionem & oblationem in veteri, ſicut dictum & probatum eſt pſalmo. xxix.

¶ Quarta concluſio. ꝙ baptiſmus non tollit concupiſcentiam & fomitem vt non ſit in baptizato: ſed vʼ non imputeť ipſi ad ſupradictum habitũ. Ex quo patet ꝙ baptiſmus ſoluit debitum originalis iuſtitię: & oim praemiorum eius. Hãc cõcluſionem probat Aug. in lib. de nuptijs, & de baptiſmo paruulorum.

¶ Quinta cõcluſio. ꝙ licet cõcupiſcẽtia quę manet in carne poſt baptiſmũ non imputeť hoi quo ad debitum originalis iuſtitię: nec imputeť ad pctm̃: tñ effectꝰ & actꝰ eiꝰ cauſat peccatũ actuale p cõſenſũ i volũtate: qđ imputať hoi ad culpaꝫ & poenã aeternã. Probať. Nã baptiſmus non abſoluit baptizatũ ab actu & effectu inordinatę concupiſcẽtię: ne imputetur ipſi ad pctm̃: ſed tñ abſoluit ne habitus talis cõcupiſcentię imputeť ipi ad pctm̃, eo ꝙ habitus talis corruptiõis & cõcupiſcẽtię nõ eſt volũtarius: nec p hoiem cõmiſſus: ſed a parentibꝰ cõtractꝰ & iflictus. Sꝫ q̃a actꝰ carnalis ſiue q̃libet effectus cõcupiſcẽtię inordinatę in lege ꝓhibitus cõmittiť & ꝑpetrať voluntarię ab hoie: ideo obligat & imputať ad culpã & poenã ſenſus. Hoc idẽ ꝓbať. Nã ſicut pctm̃ actuale ipſiꝰ Adã obligat ipm ad debitũ culpae & poenę aeternę: eo ꝙ fuit voluntariũ: & ex lordiato appetitu ꝯmiſſum: ita pariter oĩs actus in lege prohibitus: & p talẽ cõcupiſcentiam ꝑpetratus obligat hoiem ad pctm̃: & debitũ culpae & poenę aeternę. Itaq; habitꝰ huius cõcupiſcentię non obligat hoiem ad pctm̃ actuale: & poenã aeternam ipſius A dã. ſed ad dãnum. Sed effectus & actus huius concupiſcentiae obligat hominẽ ad poenam aeternam ſenſus.

¶ Sexta concluſio. ꝙ nulla alia cauſa põt tollere quin actꝰ ꝯcupiſcẽtię carnalis imputeť ad pctm̃ mortale: niſi ſola gratia ſacramenti matrimonij. Iſta cõcluſio ꝓ vna parte ſui eſt approbata p eccl'iaꝫ. ¶ Quia ꝓpter quatuor bona fuit ma- G trimoniũ a deo inſtitutuꝫ. Prio ꝓpter bonũ mutui obſequij. Scđo propter bonũ fidei & ſacramenti. Tertio ꝓpter bonũ prolis. vt patet Geñ. ij. Sed quarto fuit confirmatũ in remedium libidinis: & ne concupiſcentia imputaretur poſtq̃ natura & vniuerſa caro fuit corrupta & prona ad malũ: vt ptꝫ Geñ. viij. Altera pars huius probatur. Nam baptiſmus dať ad delendum peccatum originale iam habitum. Et confirmatio datur ad robur: & ad reſiſtendũ tẽtationibus & pctõ anteq̃ perpetreť. Pnĩa aũt dať ad delendũ pctm̃ actuale iã ꝑpetratũ. Extrema aũt vnctio dať decedentibus & poenitẽtibꝰ ad delendũ venialia: & oblita, ad pleniorem remiſſionẽ poenarũ debitarum ex pctis confeſſis & oblitis. Ergo ſolum ſacramentum matrimonij datur ad remedium ne actꝰ venereus & libidinoſus debite cõmiſſus inter coniuges imputetur ad peccatum mortale.

¶ Septima concluſio. ꝙ ſimplex fornicatio: & oĩs actus venereus extra matrimoniũ cõmiſſus eſt pctm̃ mortale: & obligat ad culpã & poenã aeternã. Probať. Quia nulluꝫ aliud ſacramẽtũ excuſat pctm̃ carnis ante factum: nec in facto: p̃ter ſacramentum matrimonij. vt dictum eſt. Hoc idem probať. nã concupiſcentia carnis ideo dicitur poena pcti: eo ꝙ non põt venire in actum niſi inordinate vt ait Augu. & per conſequens nõ ſine peccato. Iſta autem concluſio nõ oportet ꝙ ꝓbeť apud catholicos & rectos chriſtianos: quia expreſſe p̃ceptum eſt in lege. Exod. xx. Non moechaberis. Iteꝫ Deut. xxiij. Non erit meretrix de filiabus Iſrael: nec ſcortator &c. Itẽ qua iam ꝓbata eſt p apl'm ad Ro. j. vbi ponit dãnandos fornicatores inter adulteros & mundanos. Item pri. ad Corinth. vj. dicit: ꝙ fornicarij & idolis ſeruientes, & adulteri, & molles: & maſculorum concubitores: & ebrioſi & maledici regnum dei non poſſidebunt. Hoc idem docet apoſtolus p totam doctrinam ſuam. hoc ideꝫ docet Iacobus & Petrus & Ioannes & Iudas in canonicis ſuis. Et nihil aliud clamat tota doctrina euangelica: & apoſtolica: & catholica. Ideo taꝫ Iudaei q̃ Sarraceni: & q̃ mali chriſtiani qui vt deteſtabilem vitam ſuam excuſant & defendant aſſerunt ſimplicem fornicationeꝫ eſſe licitã, maledicti: & hęretici ſunt cenſendi: & Sathanę ſunt tradendi.

¶ Octaua concluſio. ꝙ poſt lapſuꝫ impoſſibile eſt cuiqꝫ ho-
mini ſeruare diuina præcepta nec vitare peccatum: nec reſi
ſtere tentationibus abſqꝫ gratia Chriſti. Prima ps huius cō-
cluſionis & tota cōcluſio probaṫ ab apoſtolo ad Roma. vij.
& ꝑ totū diſcurſum illi⁹ epl'e. & ab Aug. de pfectiōe iuſtitiæ
hoīs, & tn̄ omib⁹ libris quos fecit contra Pelagianos. vbi di-
cit ꝙ tota natura noſtra fuit corrupta in Adam: & oēs potē-
tię vulneratę & debilitatę: & noſtrū liberū arbitriū claudi-
catū. Vn̄ ſicut ipoſſibile eſt claudū recte ambulare niſi iuue-
tur ab altero: ita eſt impoſſibile hoiem poſt lapſum ex con-
cupiſcentia & fomite ſauciatū & claudicatum recte incede-
re in lege dn̄i: & diuina p̄cepta adimplere: nec aliqđ bonuꝫ
agere niſi iuuetur gr̄a Chriſti. Quia nō eſt currentis neqꝫ vo
lentis: ſed dei miſerentis. ad Ro. vij. & viij. & ix. per totum.
¶ Sed contra hoc arguebat Iulianus dicens. Qꝫ nos vide-
mus ꝙ vn⁹ homo exiſtens in vno pc̄tō vitat aliud. Nā qn̄qꝫ
adulter vitat homicidiū: & facit eleemoſynas: & alia opera
mię: & tamen talis nullam habet gratiam: cum ſit in pecca
to mortali. Ergo quis poteſt implere p̄cepta & agere mul-
ta bona ſine gratia.
¶ Ad hoc reſpondet Augu. cū diſtinctione. ꝙ licet adulter
dū vitat homicidiū: & agit illa bona opa miæ non habeat
gratiā gratū facientē: tn̄ non operaṫ ſine gr̄a diſponente: &
pręueniente. Nam licet gratia gratifica non cōpatiaṫ ſecū
pc̄m̄: tn̄ gr̄a pręueniens & diſponens hoiem ad bn̄ agendū
& malū vitandū, pōt eſſe in aliquo pc̄tōre: ꝑ quam diſponi-
tur ad gratiā gratū facientē. Ex quo patet ꝙ nec iuſtus nec
pc̄tōr poteſt vitare aliqđ pc̄m̄: nec bene agere ſine gratia
Chriſti adiuuante: aut diſponente: aut cooperante: aut gra
tificante: aut perficiente.
¶ Nona cōcluſio. ꝙ hęc gr̄a nulli petenti & conāti & ſe ꝑ-
paranti negaṫ a deo. Hęc ꝓbaṫ. Primo doctrina euangeli-
ca. Lucę. xj. Petite & accipietis: pulſate & aperieṫ. & oi pe-
tēti dabiṫ. Et Ioā. xiiij. & xv. Quodcūqꝫ petieritis in nomie
meo, fiet vobis. Item ait ſaluator. ꝙ oportet ſemper orare
ne intremus in tentationē. Mat. xxvj. Hoc idē Iacobi. j. Qui
vult ſapientiam poſtulet a deo: quia humilibus dat gratiaꝫ:
& ſupbis reſiſtit. Quia omne datū optimū deſurſum eſt.
H ¶ Decima concluſio. ꝙ licet abſqꝫ gr̄a Chriſti nemo poſſit
implere diuina pręcepta: nec vitare pc̄m̄: tn̄ omnes obliga
mur ad ſeruandū diuina præcepta: & vitare pc̄m̄: & agere
op̄a miæ: nec eſt incōueniēs ꝙ quis obligetur ad ſibi ipoſſi-
bile in caſu. Prima pars probaṫ. Nā in vtroqꝫ teſtamento
obligamur ad ſeruandū mandata. vt patet Matth. xix. &
Lucę. x. Et etiam obligamur ad opera mię. Matth. xxv. Se
cunda pars probatur. Nam impedimentū perpetratum li-
cet tollat poſſibilitatem: tamen non tollit obligationē debi
ti. Exempli gratia. Nā homicida ſemp obligatur ad reſtituē
dum hominem viuum. ſed hoc eſt ipſi impoſſibile. Item la-
tro qui deſtruxit omnia quę furatus fuerat, ſemp obligatur
ad reſtitutionem totius & damni: tamen hoc eſt ipſi impoſſi
bile. Item ebrius tenetur ſeruare leges, & vitare omne ma
lum dum eſt ebrius: & tamen hoc eſt ipſi impoſſibile. Et ta
men non excuſatur quin puniatur de quocunqꝫ crimine cō-
miſſo durante ebrietate: immo duplici poena eſt plectēdus
iij. Ethicorum. Ita ergo pari ratione: quia iſta corruptio &
concupiſcentia mala fuit ab Adam nobis perpetrata: per
quam ſumus inepti ad malum vitandum: & bene agendū:
ideo non excuſat nos quin obligemur ad ſeruanda manda-
ta: & vitandum omne pc̄m̄: & ad recuperandam libertatē
quam perdidimus in Adam. ¶ Vnde eſt aduertendum: ꝙ
ad tria nobis impoſſibilia impedita per pc̄m̄ ſumus obliga
ti. Primo ad credendum quę nō videmus nec poſſumus na
turali ratione comprehendere. Secundo ad agendum &
operandū qđ nō poſſumus facere. Itē ad ſperandū quę non
tenemus: nec ex noſtris viribus poſſumus acquirere ſine gra
tia dei. Et ideo manifeſte patet. ꝙ virtutes theologales col-
latę ſunt nobis in ſupplementum iuſtitiæ originalis & præ-
miorum eius. Nam iſte virtutes iuſtificant nos in ſupple-
mentum illi⁹ originalis iuſtitiæ. Non ergo miretur Pelagius
&, quicunqꝫ alius ſi obligamur ad eaꝫ q̄ ſunt nobis impoſſibi
lia: poſtq̄ impedimentum fuit a primis parentibus nobis ꝑ
petratum: nec hoc eſt inconueniens.
¶ Vndecima concluſio. ꝙ licet obſeruātia diuinorum p̄ce-
ptorum ſit impoſſibilis quo ad nos ex proprijs viribus poſt
lapſum: tamen non eſt impoſſibilis ſimpliciter. Prima vero
pars eſt ꝓbata ꝑ iam dicta. Sc̄da probatur: quia talis obſer-
uātia eſt nobis poſſibilis per auxiliū gr̄æ Chriſti. qđ quidem
auxilium nobis non negatur ſi cum perſeuerantia petimus
ſicut dictum eſt. ergo non eſt impoſſibile ſimpliciter: licet
ſit impoſſibile ſc̄dm quid: & quo ad nos: Ideo non eſt incon
ueniens ꝙ obligemur ad aliquod impoſſibile quo ad nos:
poſtq̄ nō ſit ſimpliciter impoſſibile. Itē licet ſit obſeruantia
ipoſſibilis quo ad nos ſine gratia: tamē eſt nobis poſſibilis
petitio huius gratiæ. quæ nobis non negatur ſi inſtanter &
perſeueranter petimus. vt ait ſaluator. Petite & accipietis.
& pulſanti aperietur: & om̄i petēti dabitur. Iō ait Auguſti.
contra Donatiſtas: ꝙ Chriſtus non damnat peccatorem q̄a
peccauit: ſed q̄a non cucurrit ad medicum. Qꝫ autem ſit im
poſſibile aliquē ſaluari abſqꝫ auxilio dei pꝫ Matth. xix. quā
dixit Petrus & diſcipuli: quis poterit ſaluus eſſe? Reſpondit
Ieſus. apud homines hoc impſſibile eſt. Apud deum autem
omnia poſſibilia ſunt. Ex quo pꝫ. ꝙ lꝫ ſit impoſſibile homi
nem bene operari ſine gratia: tamen poſſibile eſt vt petat
gratiam per quam poteſt bene operari: & malum vitare. &
ideo peccatum ſemper imputatur homini poſtq̄ poteſt face
re quod in ſe eſt, gratiam petendo: & gratiæ oblatæ non re
ſiſtendo. Ex quo patet ꝙ ex tali impoſſibilitate nullus ha-
bet ius querelę.
¶ Differt ergo poſitio Auguſtini catholica ab ipietate ma
nichęorum: quia illi ponebant eſſentiam & ſubſtantiam ho
minis naturaliter & ſubſtātialiter malā a pricipe tenebrarū
de ſua mala ſubſtantia creatam: & ideo nullo modo pote-
rat vitare peccatum. Sed Aug. dicit omnem naturam & ſub
ſtantiā a deo naturaliter & ſubſtantialiter bonam creatam:
ſed in carne hominis propter peccatū primorum parentum
malam cōcupiſcentiam & morbum inflictuꝫ. Cuius morbo
& concupiſcentia caro hominis taliter fuit corrupta: & libe-
rū arbitriū taliter claudicatum: ꝙ ex proprijs viribus nō pōt
vitare peccatum. Sed adiutum per gratiaꝫ: nō ſolum poteſt
vitare peccatum: ſed etiam implere diuina præcepta: & a-
gere omne bonum. Differt etiam poſitio Auguſtini a praua
hereſi Pelagianoꝝ. Nam illi dicebant mortem & libidineꝫ
eſſe homini naturalem. Et voluntatem hominis eſſe ita li-
beram vt poſſit vitare omne malum: & implere diuina p̄ce
pta de ſe ſi velit: & agere bonum. Auguſtinus aūt dicit mor
tem & concupiſcentiam ſiue libidinem non eſſe naturalem
nec creataꝫ cum homine: ſed inflictam nature in pœnā pec
cati quam concupiſcentiam inimicus diabolus in bona na-
tura quaſi zizaniam inter bonum triticum ſeminauit. Et iō
naturam noſtram corruptam tali cōcupiſcentia ex proprijs
viribus non poſſe vitare peccatum: nec implere præcepta
abſqꝫ diuina gratia præueniente & adiuuāte eo modo quo
dictuꝫ eſt. Tertio modo poſitio Auguſtini catholica differt
a deteſtabili excuſatione & ſpurcitia Iudęorum: & Sarrace-
norum: & quorundam malorum chriſtianorum, qui dicunt
ſimplicem fornicationem & omnem actum venereum non
eſſe peccatum, eo ꝙ inducit hominem a natura, poſtq̄ non
fit cum adulterio. Auguſtinus autem dicit cōcupiſcentiam
& libidinem non eſſe a natura: ſed inflictam ex peccato Et
ideo non inducit hominem ad actum venereum a natura:
ſed ex corruptione. & quia inflicta in pœnam peccati: ideo
non poteſt ordinate exercere actum venereum niſi cum fœ
ditate & peccato. Vnde ſicut ſola gratia baptiſmalis ex-

cuſat vt habitus concupiſcentiæ non imputetur ad peccatū originale: ita ſola gratia ſacramenti matrimonij excuſat vt actus concupiſcentiæ libidinoſus non imputetur ad mortatale. Nam ideo illa concupiſcentia dicitur ſemen & fomes peccati: eo ꝙ per conſenſum deliberatum cauſat peccatum mortale in voluntate. Item quia actus venereus non fuit a deo ordinatus: nec conceſſus niſi ſolis in matrimonio coniugatis: ideo ſine peccato nō poteſt aliter exerceri: quia iam deuiat a diuina ordinatione & mandato. ❡ Ex ſupradictis ergo patet. ꝙ licet homo fuerit creatus a deo naturaliter bonus tamen quia in pœnam peccati natura eius fuit ex concupiſcentia corrupta: ideo ſine gratia dei nec pōt de ſe vitare peccatum: nec agere bonum. Sed hoc magis etiam patebit pſalmo.cxlviij. Et per hoc patet reſponſio ad argumenta hæreticorum. Ex omnibus ſupradictis patet veritas dictorum Auguſti.ij. ſcilicet ꝙ abſq; peccato non eſt præceptorum tranſgreſſio: nec ſine gratia Chriſti eſt eorum adimpletio. Item ꝙ ſine gratia nemo poteſt vitare peccatum nec reſiſtere concupiſcentiæ & pugnæ: nec agere bonum: quod accidit ex corruptione naturę & pœnali illius primi condemnatione peccati. & hoc patet manifeſtæ ex ſententia ſaluatoris. Lucæ.x. Nam ille homo qui deſcendebat ab Hieruſalem in Hierico incidit in latrones qui non ſolum expoliauerunt eum bonis gratuitis & illa originali iuſtitia: ſed etiam vulnerauerunt eum: & plagis īpoſitis ſemiuiuo relicto abierunt. Qui iacens in via nec ex proprijs viribus poterat ſurgere: nec ambulare: nec potuit ipſum eleuare ſacerdos: nec leuita: ſed ſolus Chriſtus Samaritanus. Qui eleuans eum impoſuit ſupra humeros ſuos: & recommiſit ipſum ſtabulario: cui tradidit duos denarios pro cura huius infirmi: ſcilicet denarium gratiæ ſacramentorum ad ſananda vulnera: & denarium doctrinæ ſacræ ſcripturæ & legis euangelicę ad nutritionem & refectionem ſpiritualem.

❡ Ex quibus patet ꝙ homo in Adam ſauciatus nec poteſt ſurgere a peccato: nec ambulare: nec peregrinari per obſeruantiam legis: niſi per gratiam Chriſti eleuetur & adiuuet. Iſte ergo homo ſic ſauciatus & vulneratus: & paralyticus: & in libero arbitrio claudicatus: loquitur in hoc pſalmo peregrinando ad Chriſtum per viam legis diuinę: qui ſemper petit iuuari per gratiam Chriſti: & dirigi in hac peregrinatiōe ne deuiet a rectitudine legis: ne declinet ad dexteram nec ad ſiniſtram. Vnde aliquando petit eleuari ad credendum per fidem articulorum. Aliquando petit adiuuari per charitatem ad obſeruantiam præceptorum. Aliquando petit dirigi per ſpem promiſſorum bonorum futurorum. Aliquando petit ſanari per medicinam ſacramentorum. Aliquando roborari per gratias donorū ſpūs ſancti contra hoſtes impugnatores. Vnde ſi iſte homo cognoſceret ꝙ ex ꝓprijs virib⁹ abſq; alio auxilio poſſet recto tramite hanc viā incedere & peragrare: & iuſtificationem legis adimplere, non diceret: Iuſtificationes tuas cuſtodiam: non me derelinquas vſquequaq;. Et non in omni paſſu auxilium & gratiā peteret. Itē ſi iſte homo cognoſceret ſe eſſe liberū & ſanum & non ſauciatū veneno concupiſcentię: non diceret totiens. Dn̄e viuifica me ſecūdū verbū tuū. Et aufer a me opprobriū & cōtēptum. Itē ſi iſte homo nō crederet: nec ſperaret ſe poſſe cōſequi grām ad reſiſtendum carni: & hoſtibus viſibilib⁹ & inuiſibilibus: ſicut dicebat Manichęus: nō pſeueraret inſtanter grām petere. Itē ſi iſte homo non crederet oēm fornicationem & cōcupiſcētiā carnis eſſe dānabilē: nō diceret ī hoc pſalmo. Confige timore tuo carnes meas: a iudicijs enī tuis timui. Itē ſi nō crederet cōcupiſcētiam & ambitionem honorum & oēm ſupbiā eſſe pc̄t̄m: non diceret. Auerte oculos meos: ne videant vanitatē. Ex quibus patet. ꝙ ſolus iſte pſalm⁹ eliminat & extinguit ſupradictos tres errores & tres hęreſes & omne pc̄t̄m: immo eliminat & hereſim Donatianorū dicētium pœnitentiā & remiſſionē eſſe impoſſibilem poſt lapſum: eo ꝙ charitas ſemel amiſſa nō poterat recuperari. quorum impietatem exterminat tota ſacra ſcriptura: & maxime pſalmus quinquageſimus. ❡ Nam ſicut charitas ſemel acquiſita & adepta pōt pdi p pc̄t̄m: ita eadē charitas ſemel deperdita poteſt per gratiam recuperari. vnde licet talis gratia & charitas nō poſſit in nobis recuperari per motum agentis naturalis: tamen acquiritur per creationem & illuſtrationem ſpiritus ſancti. Et ſic licet non recuperetur eadem charitas & gratia in numero: tamen recuperatur eadem in ſpecie. Item licet talis gratia & charitas non poſſit a nobis dari & creari: tamen poteſt a nobis deſiderari & peti & poſtulari. Et poſſumus adhibere conatum & nos ad tales gratiā a deo recipiēdā præparare. Vnde dicitur Iacobi primo. ꝙ ſi quis indiget ſapientia poſtulet a deo qui dat omnibus affluenter: & dabitur ei &c. Vnde ſi gratia & charitas ſemel habita non poſſet perdi per peccatum: ſicut dicebat Iouinianus: non diceret David in hoc pſalmo. In corde meo abſcondi eloquia tua: vt non peccem tibi. Itē ſi charitas & gratia ſemel perdita non poſſet recuperari petendo & orādo ſicut dicebant Donatiani: non peteret Dauid a peccato per gratiam viuificari dicens. Viuifica me ſecundum verbū tuum. Vnde iſte homo myſticus ſemp petit a deo ī hac via per gratiam dirigi. Et ſi aliquando deuiauerit per peccatū, ſemper petit per gratiam viuificari, & in viam ſalutis reduci. vt patet per totum diſcurſum huius pſalmi: & multorum aliorum. Et ideo rogo omnes fratres meos catholicos Chriſtianos & maxime eccl̄iaſticos & religioſos: qui quotidie recitant hunc pſalmum in eccleſia: vt attendant & cōtemplētur cum affectu ſententiam: & veram intelligentiam huius pſalmi. quoniam docet fugere omne peccatum: & omnem hæreſim eliminat & confundit. Et docet ſequi & amplecti omnes virtutem: & contēnere omnia iſta temporalia: & appetere vera bona ſpiritualia gratiæ & glorię. Et ideo eccl̄ia ſpiritu ſancto illuſtrata & directa bene merito ordinauit vt quotidie per octonarios recitetur in horis canonicis diurnis: eo ꝙ cum hoc pſalmo continue pugnamus contra diabolum & mundum & carnem: vt magis patebit. Redeam⁹ ergo ad continuandam expoſitionem huius pſalmi ſimpliciter & lr̄aliter. Nam qui cupit ad altiorem intelligentiam huius pſalmi conſcendere, pergat ad beatum Ambroſium & Auguſtinum: quia ibi videbit & colliget copioſum & immenſum theſaurum exhauſtum & effoſſum ab iſto pſalmo. tantum hic videat literalem & ſupficialem expoſitionem: vt facilius capiat intelligentiam illorum: qui ſpiritu ſancto fuerunt illuſtrati.

The marginal letter "I" stands beside the line "& maxime pſalmus quinquageſimus. ❡ Nam ſicut charis-". I

## In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam in cuſtodiendo ſermones tuos.

❡ In hoc ſecundo octonario ꝑponit litera Beth: q̄ interꝑtatur domus: eo ꝙ iſte peregrinus loquitur de doctrina domeſtica ipſius adoleſcentię. ❡ Ad cuius intelligentiam eſt notandum ſcdm apoſtolum primæ ad Corinh.xiij. & ad Gal. K
iij. & iiij. ꝙ iſte peregrinus ſiue homo myſticus diſcurrens per omnes ætates, quaſi per viginti duas dietas, ab Adam vſq; ad ſecundum aduentū Chriſti: in qualibet ætate cepit aliquam perfectionem: ſed maxime in ſua pueritia aut adoleſcentia & iuuentute, q̄ fuit ab Adam vſq; ad Chriſtum, ſēper abiecit & euacuauit imperfectiones. Nam indiguit lege ad reprimendas paſſiones ſuas: & ad reprimendum aliquo modo peccatum. Et ſic in Adam & Noe cepit legem naturę: quaſi in ſua infantia & pueritia. Sed in ſua adoleſcētia accepit circunciſionem in Abraham ad amputandas cōcupiſcentiam carnis in remedium originalis peccati. Sed poſtea in ſua iouentute accepit. Dcxiij. præcepta partim negatiua & partim affirmatiua in ipſo Moyſe, ad compellendas paſſiones & comprimendos motus illicitos: & ad ordinandam vitā erga deum & proximum. vt occupatus circa talia

legalia non declinaret ad idololatriam. Et ſic per legẽ iſte
peregrinatus eſt vſq; ad Chriſtum ab imperfecto ad perfe-
ctum: in quo accepit legem euangelicam iuſtificantem ad
vitam æternam: & per ſe ſanantem ab omni vulnere pecca
ti: & ſic incepit proficere. Nam in lege veteri non proprie
proficiebat: ſed incipiebat: inquantum retrahebat a malo:
& prohibebat actum. Sed iſte homo poſtq̃ fuit in ſtatu euã
gelico, ſucceſſiue recepit multas perfectiones quouſq; per-
uenit ad ſtatu; perfectorum poſt tempora Conſtantini: q̃a
tũc in eccleſia habuit multitudinẽ doctorum qui declararũt
vtrumq; teſtamentum. Et ſic dum eccleſia fuit in perfecto
eſſe, habuit copiam virorum perfectorum religioſorum &
anachoritarum in ægypto & Meſopotamia & Armenia &
per omnes partes mundi. Ex quibus patet q̃ iſte homo ſp̃
proceſſit ad magis perfectu; in iſto itinere & peregrinatio-
L ne. ¶ Secundo eſt notandum q̃ tres gradus ſunt viatorum
in hac eccl̃ia militante. Nam quidam dicuntur incipientes:
puta illi qui continue certant & pugnant contra vitia in pri
cipio ſuæ conuerſionis & pœnitentiæ. Secundus gradus eſt
ipſorum proficientium: qui peracta pœnitentia iam profi-
ciunt in bonis opib⁹ erga deũ & proximũ. Terti⁹ eſt gradus
perfectorum puta illorum qui totaliter mundu; reliquerũt
& ſeparati a populis viuunt in ſola vita contemplatiua: ſi-
cut ſunt anachoritæ: & viri religioſi in eremo viuentes.
¶ Tertio eſt notandum q̃ in eccleſia dei tres ſunt ſtatus
vitę fidelium. Nam quidam viuunt in vita actiua puta viri
vxorati viuentes in honeſto coniugio: & cæteri artifices vi-
uentes ſecundum legem dei. Alij autem viuunt in vita mi-
niſtratiua: ſicut ſunt miniſtri & pręlati eccleſię qui partim
viuunt in vita contemplatiua: & partim in actiua: eo q̃ ha
bent miniſtrare ſacramenta: & docere, & regere populum
dei in ſpiritualibus. Tertius ſtatus eſt ipſorum pure contem
platiuorum & perfectorum: de quibus ſupra dictum eſt.
M ¶ Et ideo iſte pſalmus quadrupliciter conſueuit exponi p
ſacros doctores ipſius eccleſię. Vno modo principaliter pro
ipſo homine myſtico qui peregrinatur ab Adam vſq; ad fi-
nem mundi. vt dictum eſt. Secundo modo de quolibet ho
mine particulari qui peregrinatur ab adoleſcentia vſq; ad
finem vitæ ſuæ: prout petit dirigi per legem domini in ſua
peregrinatione. Tertio modo poteſt exponi pro tribus gra
dibus viatorum. ſ. incipientium, proficientium, & perfecto-
rum. Quarto modo poteſt exponi de tribus ſtatibus fideliũ
eccleſie. ſcilicet de actiuis, & miniſtris, & contemplatiuis: ſi-
ue de peregrino. Ideo melius eſt q̃ primo & pricipaliter ex
ponatur iſte pſalmus de iſto peregrino & homine myſtico
qui fuit incipiens, & proficiens: & perfectus: & actiu⁹: & mi-
niſter: & cõtemplatiu⁹. Et diſcurrit per omnes ſtatus: & ęta
tes: quia omnia continet in ſe: cum ſit totum corpus eccleſia
ſticum. Et ideo iſte peregrinus ſicut in ſe cõtinet omnes iſtos
ſtatus & gradus & ætates: ita pro omnibus loquitur in iſto
pſalmo: & ſemper petit dirigi in hac peregrinatione. Nam
quandoq; petit dirigi & adiuuari in ſua adoleſcentia: quan
doq; in ſua iuuẽtute: quandoq; in ſua virilitate: & quando-
q; in ſenectute. & quandoq; petit dirigi in icipiẽtibus: q̃nq;
in proficientibus: & quandoq; in perfectis. Et quandoq; pe
tit dirigi i reb⁹ agibilibus: vt cum dicit. Ne repellas me a mã
datis tuis. Et quandoq; in credibilib⁹: & rebus ſpeculatiuis:
vt quando dicit. Reuela oculos meos & conſiderabo mira-
bilia de lege tua. Quandoq; petit cæleſtia & eſſe cum Chri
ſto. vt quando dicit. Quęre ſeruum tuum domine &c. Et ſic
pſal. iſte ſimul eſt propheticus & moralis & anagogicus. Et
ideo oportet q̃ per omnem ſenſum exponatur ſimul. Duo
ergo facit Dauid in perſona huius peregrini in hoc pſal. Nã
primo petit dirigi in ſua adoleſcentia & iuuẽtute p legẽ ve
terẽ. Sc̃do petit dirigi: & iuſtificari: & p̃ficere in ſua virilita-
te per legẽ euãgelicã. ibi. Legem pone mihi dñe.
¶ Quantum ergo ad primum iſte peregrin⁹ in perſona ſui
& omnium incipientium petit: vt reprimantur ſuæ paſſio-
nes & motus illiciti per legem dei in ſua adoleſcentia. & ſic
conuerſus ad deum dicit. In quo corrigit viam ſuã ipſe ado
leſcentior. i. iuuenis. i. quomodo corriget & reprimet paſſio-
nes impellentes ipſum ad malum in adoleſcentia & iuuen
tute ſua? & reſpõdet dicẽs ipſemet: in cuſtodiendo ſermões
tuos & obſeruando legem tuam. quaſi dicat. in quo corrigit
adoleſcentior viam ſuam: niſi ſupple cuſtodiendo ſermones
tuos & ſeruando legem tuam? Et poteſt etiam talis reſpon
ſio eſſe ipſius ſpiritus ſancti. Vnde interrogat iſte homo: in
quo corrigit adoleſcentior &c. Et reſpondet ſpirit⁹ ſanctus:
in cuſtodiendo &c. Et ideo ipſe homo myſticus ſubdit di-
cens.

In toto corde meo exquiſiui te: ne repellas me
a mandatis tuis.

¶ Vnde eſt aduertendum: q̃ quatuor ſunt neceſſaria ſi q̃s
vult obſeruare & cuſtodire ſermones domini. Primo p̃ſcru-
tari & exquirere legem eius. Sc̃do reponere eam in alta me
moria. Tertio delectari in ei⁹ ſtudio. Quarto exercen i ope-
rationibus eius. Dicit ergo q̃ iuuenis corrigit viam ſuam in
cuſtodiendo ſermones tuos. Ideo in toto corde meo exquiſi
ui te vt te cognoſcerem. Et exquiſiui legem tuam: quæ do-
cet cognoſcere te per beneficia nobis collata. Ideo rogo vt
non repellas me a mandatis tuis: quia eis volo inhærere &
obędire.

In corde meo abſcondi eloquia tua: vt non pec-
cem tibi.

¶ In corde meo & voluntate abſcondi: & alta mente repo
ſui & celaui & impreſſi eloquia & mãdata & præcepta tua:
vt non peccem tibi. ¶ Nota q̃ intantum timet iterum ca-
dere q̃ impreſſit eloquia & præcepta dei in corde, ne iterũ
peccet. Ideo ſubdit.

Benedictus es domine: doce me iuſtificationes
tuas.

¶ Et ideo tu qui es benedictus: & benignus doce me iuſti-
ficationes tuas. Et oſtende mihi per legẽ quomodo poſſim
meritorie operari: & a malis: & peccatis deuiare. Quia ad
hoc indigeo auxilio: & gratia tua. Nam ex parte mei adhi-
beo conatum.

In labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris
tui.

¶ Ergo poſtq̃ alijs prædicaui legem, da mihi gratiam vt fa
cia; opera legis: ne cũ cæteris prędicauero reprobus efficiar
Vel hic forſan ponitur præteritum pro futuro. Quaſi dicat.
ſi tu docueris me iuſtificationes tuas, ego pronũciabo cæte-
ris & p̃dicabo omnia iudicia oris tui: id eſt tota; legem tuã.
Et ſequitur:

In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum:
ſicut in omnibus diuitiis.

In mandatis tuis exercebor: & conſiderabo vi-
as tuas.

¶ In via teſtimoniorum id eſt i ſtudio & obſeruantia legis
tuæ habituatus delectatus ſum: & delectabor: ſicut delecta
tur ſupple auarus in omnibus diuitijs ſuis multo labore con
gregatis. Nam ego omnes diuitias temporales in compa-
ratione legis tuæ nihil eſſe dixi. Sapiẽ. vij. Et ideo vt acqui-
rã habit⁹ virtutis ad reprimendas paſſiones adoleſcẽtiæ &
virtutis, conſiderabo vias tuas. cõſiderabo opera Abraha;
& Iſaac & Iacob. & cæterorũ ſanctorum: & imitãdo eos ex-
ercębor in mãdatis tuis. q̃a ex frequẽtatiõe & exercitio ope
rationum generaf habitus qui facit hominem operari cum

delectatiõe. Et talis opatio eſt virtuoſa & laudabilis & meritoria. & ſic ſequitur.

## In iuſtificationibus tuis meditabor: non obliuiſcar ſermones tuos.

¶ Quia non ſolum faciã habitũ moralẽ in appetitu ſenſitiuo: ſed etiã habitũ cognitiuũ ĩtellectu & memoria. ¶ Eſt autem valde aduertendũ q̃ Dauid in hoc pſal. xv. noib⁹ appellat legẽ dei: & hoc ſecundũ diuerſos modos ſignificandi. Nã inquantũ eſt a deo dicitur lex domini: & inquãtum per angelos & multos teſtes multotiens teſtificata & examinata, dicit teſtimoniũ dñi: maxime inquãtũ data eſt in teſtioniũ & fœdus. Itẽ inquantũ eſt prolata ab ore dei dicit verbum & eloquiũ: & ſermo dei. qđ maxime cõpetit legi euãgelicę: q̃ immediate a Chriſto eſt prolata. Itẽ inquantũ ducit ad Chriſtum & vitam æternã, dicit via & ſemita & iter. Et inquantum phibet omne vitiũ dicit præceptũ. Sed inquantũ mãdat & iubet fieri oẽm virtutem q̃ eſt mẽſura oim humanarũ opationũ, dicitur iuſtitia. Et eius operatio dicitur iudicium & iuſtificatio: inquantũ nõ deuiat a diuina volũtate. Et p eãdẽ rationẽ dicit ęquitas: inquantum adęquatur diuinę voluntati. Itẽ dicit veritas inquãtũ eſt verificata tota in Chriſto & eccſia: vt ſæpius dictum eſt. Dicit etiam lex diuina veritas: inquantũ cõformis & adęquata diuine voluntati. Nã ſicut in ſpeculabilibus intellectus ſiue oratio dicitur vera vel falſa inquãtum adęquat rebus: quia ex eo q̃ res ẽ vel non eſt oratio dicitur vera vel falſa: ita per oppoſitum in agibilibus & factibilibus res dicuntur verę inquantum aſſimilantur & adęquãtur recte rationi & arti. Cũ ergo diuina voluntas ſit recta ratio: & menſura oim actuũ humanorũ: ideo diuina lex dicitur cõiter veritas in ſacra ſcriptura & ſic idem eſt quod iuſtitia. & ideo in hoc pſal. & ĩ cæteris ſępe veritas ſumitur p ipſa iuſtitia.

## Retribue ſeruo tuo: viuifica me: & cuſtodiã ſermones tuos.

¶ In hoc tertio octonario p̃ponit litera Gimel, q̃ interp̃tat plenitudo ſiue retributio: e q̃ iſte pegrin⁹ in hoc octonario petit ſibi retribui oia bona q̃ perdiderat per peccatum. Ad cuius intelligentiam eſt notandum: vt ait Saluator Luce. x. q̃ iſte pegrinus cũ deſcendit ab Hierlm in Hierico nõ ſolũmodo fuit ſpoliatus bonis gratuitis: ſed etiam plagis impoſitis fuit multipliciter vulneratus & mortificatus & quaſi ſemiuiuus relictus. Vnde fuit ſpoliat⁹ iuſtitia originali & oib⁹ pręmijs eius: quia perdidit immortalitatem & locum & ſcientiam & obedientiã animalium: & ſic fuit fact⁹ ignorãs & exul & miſer. Et vltra hoc fuit taliter vulneratus & ſauciat⁹ in appetitu ſenſitiuo q̃ non poteſt reſiſtere carni nec mundo nec diabolo: nec poteſt implere præcepta dei niſi fuerit adiut⁹ & viuificatus per gratiam. Vnde licet videatur viuus quo ad operationem naturalium: tamen eſt mortuus quo ad operationem virtutum & rerum ſpũalium. & ſic non poteſt implere præcepta nec leges dei. Et ideo non poteſt bñ operari niſi reſtituatur ipſi originalis iuſtitia quã perdidit: vel aliquid loco eius: puta iuſtitia fidei per gratiam. Et hoc petit in hoc octonario. Dicit ergo iſte homo afflictus & mortificatus & multatus. O dñe retribue mihi ſeruo tuo per gratiã oia illa bona q̃ abſtuliſti mihi ppter culpam & ingratitudinem meam: quia taliter maneo mortificatus & debilitatus in carne & appetitu q̃ non poſſum vitare malum nec agere bonum: nec implere diuina p̃cepta. ergo viuifica me p gratiam præuenientem & cooperantem: vt cuſtodiam ſermones tuos. i. vt legem & p̃cepta tua poſſim ſeruare & adimplere. Item quia etiã fui vulneratus & occęcatus in intellectu per ignorantiam: Ideo

## Reuela oculos meos: & conſiderabo mirabilia de lege tua.

¶ Reuela oculos meos. i. remoue velũ ignorãtię ab oculis meis: & tunc conſiderabo mirabilia de lege tua, ponendo differentiã inter bonum & malum remoto peruerſo iudicio: & tunc vere iudicabo nõ ſolũmõ de agendis: ſed etiã de credẽdis & ſperandis. qa hucuſq̃ ex vitio ignorãtię iudicabam bonum malũ & malũ bonum. Remoue ergo a me hãc peruerſitatem iudicij illuminãdo partẽ rationalẽ ne paſſiones impediant rationem quæ infirmitas rationis fuit mihi data in pœnã peccati qñ fui expulſus a paradiſo: & factus ſum peregrinus in hac lachrymarum valle. Ideo ſequitur.

## Incola ego ſum in terra: non abſcõdas a me mãdata tua.

¶ Id eſt peregrinus & exul factus ſum in terra: iõ nõ abſcõdas a me mãdata tua per ignorantiam: ſed fac ea mihi nota p gratiã. Vñ lra Hierony. habet. Pegrin⁹ ego in terra. Ex hoc demõſtrat q̃ oia mala q̃ habet iſte pegrin⁹ ſunt ſibi inflicta ex pœna peccati vel in pœnã pcti qñ fuit expulſus. Sꝫ qa in ſupradicto exilio iſte hõ nõ ſolũ fuit pũitus in intellectu & ratione p ignorantiã: ſed etiam in voluntate & appetitu: qa pdita iuſtitia originali fuit voluntas peruerſa in ſuo actu: & quaſi ligata ad nutum ſenſualitatis: intantum q̃ licet per legem dei cognoſcat bonum: tamen, ſtimulata lege membrorum ſequitur malum: & ſic iſte homo inuenit leges carnis in mẽbris ſuis repugnantẽ legi mentis: & captiuantẽ ipm in lege pcti. Ideo iſte paup homo inſpiciẽs ad leges dei cupit liberari: ſed ſtimulatus lege mẽborum ſequitur paſſiones: & ſic dolet vñ ſimul cupit liberari & obtinere finẽ bonũ: & ſequit deſiderium paſſionum. ¶ Vnde differentia eſt N inter cupere & deſiderare. Nã cupere eſt finẽ appetere. Sꝫ deſiderare eſt conatũ apponere p ea q̃ ſunt ad finẽ. Vnde attritus cupit felicitatem, & non puenire ad pœnas debitas ex pctõ. Sed nõ vult dimittere illud qđ inducit pctm. ſ. rem ablatã aut mulierẽ aut vindictã: & ſic non facit pœnitentiã p quã debet cõſeq finẽ prio cupitũ. Et ſic talis cõcupit deſiderare: ſed impeditur conatus eius per paſſiones. Et ideo iſte peregrinus ſic ligatus lege mẽbrorum dicit.

## Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore.

¶ Id eſt facere opa iuſta ſcđm legẽ in omni tẽpore: qđ non fit ſine colluctatiõe carnis aduerſus ſpm. ¶ Eſt aũt aduertendũ: q̃ in hoc verſiculo implicantur & latent duę magnę difficultates. Et hoc apparet in diuerſitate trãſlationũ. Nã vbi nra trãſlatio dicit. Cõcupiuit aia mea deſiderare iuſtificatiões tuas in omni tpe. Tranſlatio Hierony. habet. Frangit ſe anima mea deſiderare &c. Item alia trãſlatio hꝫ. Conteritur anima mea deſiderando iuſtificationes tuas. Item alia tranſlatio habet. Tabeſcit aia me deſiderando iuſtificationes tuas &c. Et ideo Aug. ſcđm primã tranſlationẽ dicit q̃ iſte nõ dixit aia mea deſiderauit: ſꝫ cõcupiuit aia mea deſiderare: quia quandoq̃ videmus q̃ vtiles ſunt iuſtificationes dei. i. opa iuſtitiæ: ſed ex infirmitate aliqñ non deſideramus. Et ideo iſte concupiſcebat deſiderare iuſtificationes dei, oſtendens quibus quaſi gradibus ad eas perueniatur. Primus enĩ ẽ vt videatur q̃ ſint vtiles & honeſtę. Deide vt earum deſiderium cõcupiſcatur: poſtremo vt proficiẽte lumine atq̃ ſanitate delectet earũ operatio &c. Iſta aũt verba Aug. licet ſint ſubtiliſſima & bene ad propoſitum litere: tamen non explicant totam ſententiam: nec explent omnes difficultates implicatas in hoc verſiculo. Nam aliæ tranſlationes non ſolum videntur explicare infirmitatẽ noſtram ad deſiderandas iuſtificationes dei: ſed etiam explicant conatum & diligentiã quã debemus apponere & adhibere in deſiderando ſiue cum deſiderio ad conſequẽdas iuſtificationes dei. i. ad operandũ ſcđꝫ iuſtitiam: & vt iuſtifice

muſ in operando. quia nonſufficit deſiderare iuſtificari: ſed
apponere totũ conatũ & diligentiã ad iuſtificãdũ vt homo
iuſtificetur. Ad cuius intellectũ eſt aduertendũ: ꝙ licet Au-
gu. in hoc loco totaliter non explicet nec ſoluat totam diffi
cultatem & intelligentiam huius verſiculi, tamen ex dictis
eiꝰ in pluribus locis põt haberi eiꝰ declaratio: vt patebit. Vñ
eſt primo: ꝙ cũ tota iuſtitia hoīs cõſiſtat in declinãdo a ma-
lo & faciendo bonum & operando ſecundum legem dei &
viuendo ſine macula: vt dictũ eſt pſal. xiiij. ꝙ nõ oẽ deſide-
riũ declinandi a malo & faciẽdi bonum iuſtificat homines.
Nã qs põt qñqȝ deſiderare iuſtificari, puta exire a pctõ: ſed
nõ q̃rit mediũ nec conat̃ agere pœnitẽtiã nec cõfiteri: ſine
q̃ nõ põt exire a pctõ: ergo nõ iuſtificat̃ in tali ſimplici deſi
derio. ergo oportet vt q̃rat mediũ & agat pniam ad hoc ꝙ
cõſequat̃ veniã & iuſtificet̃. quia volũtas & deſideriũ eſt fi-
nis: ſed cõſiliũ & cõſultatio eſt de his q̃ ſunt ad finẽ. iij. Ethi.
Et iõ ad hoc ꝙ qs iuſtificet̃ nõ ſufficit deſiderare iuſtitiã ſed
oportet apponere & adhibere totũ conatũ & diligentiam
ad cõſequendã iuſtitiã declinãdo a malo & faciendo bonũ.
Et iõ in ſacra ſcriptura vbicũqȝ geminat̃ aliqd vocabulum,
ſemp denotat̃ aliquis conatus. vt pſal. xxxix. dicitur. Expe-
ctans expectaui. qa cum toto affectu & conatu expectaui:
non ſolum deſiderando finem: ſed quęrendo medium ad cõ
ſequendã rem expectatam. Item Matth. xxvj. dicit Salua-
tor: Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum
anteq̃ patiar. i. cum toto conatu & affectu deſideraui viam
perueniendi q̃rendo: qa volũtatiẽ puenit Chriſtꝰ ad paſſio-
nẽ & ꝑparauit oia neceſſaria &c. Ita ergo pariter Dauid in
hoc loco ſciẽs ꝙ ꝑ ſolũ ſimplex deſideriũ declinãdi a malo
& faciendi bonũ non poterat iuſtificari: niſi apponeret to-
tum conatũ & affectũ cũ tali deſiderio: denotando affectum
& conatũ dicit. Cõcupiuit aia mea deſiderare iuſtificatiões
tuas in oĩ tẽpore. oñdit eñ & notificat deſideriũ ſuũ eſſe cũ
toto conatu ꝑ duo verba quaſi idẽ ſignificãtia. ſ. cõcupiſce-
re & deſiderare. quaſi dicat: cũ toto conatu & affectu deſi-
deraui iuſtificationes tuas. Item nõ dixit feci iuſtificationes
tuas: ſed aia mea cõcupiuit deſiderare. i. totũ conatũ adhi-
buit: qa ex infirmitate nõ ſemp eſt in nr̃a ptãte implere di-
uina ꝑcepta ſine grã: vt ſupra dictũ eſt. Et iõ multotiẽs quis
non valens adimplere diuina ꝑcepta in effectu maxime af-
firmatiua propter aliquẽ defectũ: iuſtificat̃ tñ ꝑ ſolũ deſide
rium & affectũ poſtq̃ adhibeat totũ conatum. Nã pctõr non
habens copiã ſacerdotis nec locũ nec tẽpus cõfitendi, ex ſo-
lo deſiderio cũ cõtritione fit dignus venia & iuſtificat̃: vt i-
O qt Augu. in lib. de pniã: vt magis patebit. ¶ Ergo per hoc
ſoluit̃ inſtãtia quã faciebat Porphyrius contra legem euan-
gelicã: dicẽs ipſam eſſe iniuſtã & caſſã & vanã: eo ꝙ ꝑcipit i-
poſſibilia. Et per conſequẽs dicit ꝙ non oẽs poterãt nec poſ
ſunt in ea iuſtificari. Nam lex euãgelica ꝑcipit reddi omne
debitũ vſqȝ ad vltimũ q̃drãtẽ, hoc aũt qñqȝ ẽ ipoſſibile ꝓ-
pter defectũ rei: ſi fur deſtruxit oia q̃ furatus fuerat: aut ſi qs
non habet vnde reddat q̃ mutuo accepit. igitur ſemp manet
iniuſtus. Itẽ lex euangelica ꝑcipit adimpleri oia opera miſę.
& hoc ſub cõminatione ignis æterni. Matth. xxv. Sed hoc
qñqȝ eſt ipoſſibile: quia infirmus non poteſt viſitare nec ſer
uire alteri infirmo: nec pauper ſubuenire alteri pauperi ꝓ-
pter defectum &c. & ſic patet ꝙ impoſſibile eſt omnem ho
minẽ ſemper & in omni loco & tpe & in omni ſtatu implere
euangelica ꝑcepta. Sed in oppoſitum eſt ſaluator. Mat. xj.
dicẽs. Venite ad me oẽs qui laboratis: iugũ eñ meum ſuaue
P eſt: & onus meum leue &c. ¶ Et ideo ad reſponſionem ho-
ſtis eſt dicendũ: ꝙ iſte apoſtata non bene contemplatus eſt
legẽ euãgelicã & iuſtitiã eius. nã licet ꝑcepta negatiua ſemp
& vbiqȝ obligent hoies quo ad affectũ & effectũ: tñ ꝑcepta
affirmatiua licet ſemp obligent quo ad affectũ non tñ ſemp
obligãt quo ad effectũ ꝓpter ſupradictũ defectum. Et ſic in
tali caſu iuſtificat̃ hõ per ſolũ deſideriũ & affectum: poſtq̃ ad



hibet̃ totus conatus vt dictum eſt. Et hoc oſtendit ſaluator
Matthęi. xviij. de illo qui debebat. x. M. talentorũ: qui non
habens vnde redderet ꝓcidens in terrã dicebat: patiẽtiã ha
be in me: & oia reddã tibi. cui dñs dimiſit oẽ debitũ vidẽs
ſolũ eius affectũ. Itẽ Lucæ. vij. ille fœnerator dimiſit debitũ
duobus debitoribus non habentibus vñ redderent. Ex quo
patet ꝙ deus non ſemp reſpicit nec querit effectum ſed in ca
ſu acceptat ſolum affectũ cũ toto conatu. Et ſic iuſtificat̃ hõ
per ſolũ affectum in tali caſu. Et ideo ſaluator. Matthęi. v.
non dixit: beati q faciũt iuſtitiã: ſed bti q eſuriũt & ſitiunt iu-
ſtitiã qm̃ ipſi ſaturabuntur &c. ¶ Ad cuius intellectũ eſt no
tandũ ꝙ iſta ſe habent per ordinem: ſcilicet deſiderare, &
eſurire ſiue ſitire, & facere. Vñ deſiderare idẽ eſt qđ aliquid
cupere vel appetere. ſed eſurire vel ſitire idem eſt qđ cũ toto
affectu & conatu talẽ rẽ deſiderare. i. cũ tali deſiderio ad cõ
ſequẽdã rẽ deſideratã totũ conatũ apponere. Facere autem
eſt rẽ deſideratã ꝑ effectũ adimplere. Et ſic quis poteſt deſi
derare aliquã rẽ: q tñ nõ eſurit eã: qa non apponit vires nec
conatũ nec q̃rit mediũ ad conſequẽdũ eã: vt aliquis deſide-
rat comedere pauonẽ aut caponẽ & habet facultatem emẽ-
di: ſed ex auaritia non emit: & ſic deſiderat bibere nectar:
ſed ex auaritia non emit. Ex quo patet ꝙ talis nec eſurit pa
uonem nec ſitit nectar. quia ſi eſuriret & ſitiret totũ conatũ
apponeret ad emẽdũ. ſicut qñ quis eſurit cibũ vl̃ ſitit potum
ſimpl'r, totũ conatũ apponit ad q̃rendũ cibum & potum nec
patit̃ moras quin comedat & bibat ſi habet cibum & potum
præſentem. Ita ergo pariter multi deſiderant reſtituere rẽ
ablatam & habent vnde reddant: ſed propter auaritiã non
reddunt. Et multi deſiderant facere eleemoſynam & habẽt
vnde faciant: ſed ex auaritia non faciunt ne eis deficiat in fu
turũ. itẽ multi pctõres deſiderãt facere pœnitentiã & iuſtifi-
cari formidie pœnę futuræ: ſed nõ faciũt ne dimittãt rẽ ama
tã aut ne remittant iniuriam. Et ideo eſt ſignum ꝙ licet ta-
les deſiderẽt iuſtitiam tñ non eſuriũt nec ſitiũt iuſtitiam. qa
nõ apponũt totũ conatũ nec q̃rũt mediũ ꝑ qđ iuſtificentur:
nec faciunt qđ in eis eſt poſtq̃ habẽt tempus & locũ & copiã
rei. Et ideo ſolum deſideriũ non poteſt eos iuſtificare. Sed
ſi tales apponerent totum conatum cũ deſiderio: tunc dice-
rẽtur eſurire & ſitirere iuſtitiã. Et ſi in tali deſiderio & eſu-
rie deficeret locus aut res familiaris aut tempus adimplen-
di per effectũ, tunc ſolum deſideriũ & eſuries & ſitis iuſtitię
iuſtificaret eos. Et ideo, non dixit ſaluator: beati qui faciunt
iuſtitiam. quia hoc quandoqȝ eſt impoſſibile propter defe-
ctũ loci & temporis aut rei familiaris aut conditionis & ſta-
tusꝰ & fortunæ: ſed dixit beati qui eſuriunt & ſitiũt iuſtitiam
&c. quia hoc vnicuiqȝ poſſibile eſt cũ auxilio grẽ: quia talis
eleemoſyna nõ datur de cellario ſed ex affectu & conatu vo
luntatis: vt inquit Augu. in ſermone de martyribus. Et ideo
Chriſtus non ſemp quærit ab hominibus effectum iuſtitiæ:
ſed effectum & eſuriem & ſitim iuſtitiæ: quia talis affectꝰ &
eſuries & ſitis iuſtificãdi conſiſtit in poteſtate & actu volun-
tatis, licet ſemp cũ grã ꝑueniente & coadiuuãte: vt dictũ eſt
ſupra. Hoc ergo voluit dicere Dauid cum dixit: Concupiuit
aia mea deſiderare iuſtificatiões tuas. i. eſuriuit & ſitiuit aia
mea iuſtificationes tuas. i. cum toto conatu deſiderauit iuſti
ficari &c. Vnde videns Dauid ꝙ non ſemper poterat iuſtifi
cari & complere ꝑcepta omnia ꝑ effectum, ad minus per af
ctum & eſuriem & ſitim iuſtitię petit iuſtificari eſuriendo &
ſitiendo iuſtitiã: & eſurit & ſitit adimplere diuina pręcepta:
vt ꝑ talẽ eſuriẽ & ſitim iuſtificet̃. Et iõ addidit. in oĩ tẽpore.
qa oĩs hõ poteſt eſurire & ſitire iuſtitiã & adimplere diuina
ꝑcepta & facere pœnitentiã in omni tempore & loco & ſta
tu: & hoc in affectu licet non ſemp in effectu: vt dictum eſt.
¶ Per ſupradicta patet reſponſio ad argumẽta Porphyrij.
quia ꝑcepta affirmatiua nõ obligãt hominem ſemp & pro R
ſemper quo ad effectum in caſibus prædictis: ſed ſemper &
pro ſemper obligant hominem quo ad affectum & eſuriẽ &

ſitim iuſtitiæ:qa in caſu p ſolū affectū & eſuriē & ſitim iuſtificandi iuſtificatur homo. Et ideo vidēs ſe non ſemper valere iuſtificari in effectu propter infirmitatem & corruptionē naturæ:aut propter ſupradicta impedimenta,petit iuſtificari in affectu:& eſurit iuſtificari in omni tpe.ideo ait.Cōcupiuit ſiue fregit ſe aia mea deſiderare iuſtificationes tuas.i.cum toto conatu deſiderauit & eſuriuit iuſtificationes tuas nō ad tempus:ſed in omni tēpore & in omni loco & ſtatu. quaſi dicat.Eſuriuit & ſitiuit aīa mea iuſtificari,pcepta & mandata.ſ.tua ſeruādo in omni tpe.qa in hoc conſiſtit tota iuſtitia hois.ſ.vt eſuriat & ſitiat iuſtitiā:eo modo quo dictū eſt:quia vt ſic mereť ſaturari fruitione cæleſti. Matthæi.v.quia ex ſola eſurie & ſiti iuſtitiæ meretur ſaturari præmio æterno.quia deus non quærit niſi cor firmum. Prouerbiorum.xxiij. Fili da mihi cor tuum. Et volens iſte homo aſſignare cauſam & tempus & locum ſuæ infirmitatis & infortunij,dicit.

## Increpaſti ſuperbos:maledicti qui declinant a mandatis tuis.

¶ O dñe,ego incurri & aſſecut⁹ ſum iſtam maledictionē & infirmitatem iuſto tuo iudicio:qñ eiectus ſum a paradiſo ex peccato parentū meorum. Nā tūc increpaſti parentes meos ſuperbos & ingratos:qñ dixiſti ipſi Adæ. Maledicta terra in opere tuo. Et ideo maledicti ſunt oēs qui declinant a mādatis tuis.& ſic primo fuit maledictus diabolus:quia ex ſuperbia & ingratitudine & rebellione declinauit in cælo. Secūda declinauit a mādatis tuis Adā cū vxore ſua.& ſic increpaſti eos & relegaſti in valle lacrymarum & miſeriæ. Et ſic declinauit a mandatis tuis Caim.& ideo increpaſti eum,& proieciſti a facie tua:vt ambularet per terrā pfugus & ſtupidus & tremulus in maledictionem homicidij. Et ſic omnes qui declinauerunt a mādatis tuis & declināt,ſunt maledicti ppter ſuperbiā & rebellionē:& cōdēnatiad pœnā æternā: niſi per obedientiā & humilitatē redeāt ad obſeruandū mādata tua. Dicit ergo iſte peregrin⁹. O dñe,qa tu increpaſti & puniſti ſupbos parentes meos:eo q declinauerūt a mandatis tuis:ideo ego deſcēdēs ab illis primis parētibus ſupbis & ſic maledictis.i.illā ſniam & maledictionē incurrentib⁹:iure hæreditario traxi illam ſententiā & maledictionē & legē mēbrorū & corruptionē naturæ. Et ſic datus ſum in opprobriū & cōtēptū & ſeruitutē carnis & peccati. Igitur.

## Aufer a me opprobriū & cōtēptum:quia teſtimonia tua exquiſiui.

¶ Aufer a me per gratiā hoc opprobriū & cōtēptū & maledictionē:quia nullus poteſt me liberare ab hmōi lege & miſeria corporis huius niſi gr̃a Chriſti. Et dū fuero liberat⁹, teſtimonia tua exquirā.& ſic ponit præteritū pro futuro. Explicat qd eſt opprobrium & quis contemptus eius:& eſt triplex. Na per talē ſententiā & maledictionē fuit iſte homo addictus triplici ſeruituti:& fact⁹ ſeruus tribus dñis.ſ.mundo & carni & diabolo. Nam homo qui conſtitut⁹ fuerat dominus iſtorū:factus eſt ſeruus eorū. Nam per iuſtitiā originalem corpus & caro erant ſubiecta animæ:& ſenſualitas rationi:& totus mundus & oēs creaturæ elementares erant factæ ad ſeruitutē hois:ſicut dictū eſt Gen.j. Dominamini piſcium & volatiliū &c. Et etiā erat data tāta libertas & fortitudo q poterat nō ſolum reſiſtere:ſed etiā dominari diabolo & fugare eū. Sed ppter peccatū oēs iſti.ſ.caro mūdus & diabolus,qui erant ſerui ipſius hominis,facti ſunt ei⁹ dñi & principes eius,trahentes homines quo volunt. & homo factus eſt ſeruus eorū. A quo eſt quis deuictus eſt,illi ſeruus addictus eſt.ſecūdę Petri.ij. Et iſti tres principes ſedent & loquuntur & vexant iſtum pauperem hominem & accuſant & exercent. Et ideo dicit.

## Etenim ſederunt principes:& aduerſum me loquebantur:ſeruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis.

¶ Etenim.i.certe principes.ſ.diabolus & mūdus ſederunt extra alliciendo:& concupiſcētia & lex fomitis in membris ſtimulando.oēs iſti ſederunt & aduerſum me loquebantur: quia ſemper me accuſant poſtq̄ vicerunt me. Et ſic ſeruus tuus exercebatur i tuis iuſtificationibus cōtra iſtos tres hoſtes & principes pugnando,ne trangrediar iuſtificationes & præcepta tua. Sed in omnibus his nemo eſt adiutor niſi frequens meditatio & obſeruantia legis tuæ:quæ docet reſiſtere carni & mundo & diabolo. Ideo ſequitur.

## Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt:& cōſilium meum iuſtificationes tuæ.

¶ Quaſi dicat.cū his armis victor exiſtā. ¶ Nota q iſti principes qui ſederunt & locuti ſunt aduerſum iſtū hominē myſticum,intelliguntur etiam principes paganorū:ſ. Pharao & Nabuchodonozor: & Antiochus: & cęteri qui vexarunt & afflixerunt & exercitarunt populum dei. Item iſti principes primo intelliguntur diaboli:& ex conſequenti membra eius:puta tyrāni & impij:qui agunt vt moti & impulſi a diabolo qui eſt caput eorū:vt dictū eſt in prologo tractatu tertio in octaua regula de intelligentia ſacræ ſcripturæ. Nā ſicut Chriſtus prius paſſus eſt in ſe a Iudæis:& poſtea paſſus eſt in membris a Iudæis & tyrannis & hæreticis:ita diabolus prius per ſe dat perſecutiones fidelibus tentando &c.& poſtea perſequitur eos per membra ſua impellendo malos vt perſequantur bonos:vt ait Auguſtinus.

## Adhæſit pauimento anima mea:viuifica me ſecundum verbum tuum.

## Vias meas enunciaui & exaudiſti me:doce me iuſtificationes tuas.

## Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me:& exercebor in mirabilibus tuis.

¶ In hoc quarto octonario petit alleuiari a grauitate & pōdere & defectibus,quos aīa trahit a corpore in pœnā peccati. Et petit recuperare bona quę pdidit.ſ.agilitatē libertatē & facilitatē ad bene operandū:& imortalitatē & impaſſibilitatē. Nā licet aīa nō moriať:tū dolet & aggrauatur ppter ſocietatē corporis:& ſic debilitata diciť quaſi mortificata. Ideo petit viuificari ab huiuſmodi mortificatione & dormitione:& fortificari a tali debilitatione:et hoc per legē diuinam & gratiā. Dicit ergo. O dñe,viuifica me ſcd̄m verbum tuū et per legem & ſacramenta legis tuæ. qm̄ aīa mea adhæſit iſti graui corpori quod eſt quoddā pauimētū terrenū conculcatum et ſubiectū tot paſſionibus & defectibus:a quo aīa grauať ex inhæſione & cōiūctione & cōſortio eius:quia cōicat cū corpore in doloribus & paſſionibus.& ideo viuifica me ſcd̄m verbū.i.ſcd̄m promiſſum tuum:ſicut promiſiſti Abrahæ Iſaac & Iacob. Q norū ſemen promiſiſti benedicere.i.ab hmōi maledictionibus abſoluere:nō ſolū filios ſcd̄m carnem:ſed etiā ſcd̄m ſpiritū.i.oēs gētes. Ego enī annunciaui tibi vias.i.operationes meas & pceſſum vitæ meæ & peccata mea & deſideria.& tu exaudiſti. Ideo doce me iuſtificationes tuas:& inſtrue me viā iuſtificationū tuarū:et exercebor in iuſtificationibus tuis:leges & mandata adimplendo. ¶ Vnde aduertendum eſt q iſte homo myſticus quandoq; loquitur de pterito,dicens ſe exercitatū in lege ratione Abrahæ,Iſaac,& Iacob,& aliorū præteritorū patrū qui obſeruarunt pcepta dñi. Et quandoq; rogat & petit excitari a dormitione et pigritia bene agendi:& fortificari a debilitate quā anima trahit a corpore:& vt ſine difficultate poſſit implere mandata & legē dei.& dicit.

## Dormitauit anima mea præ tædio:cōfirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amoue a me:& de lege tua miſerere mei.

Viam veritatis elegi: iudicia tua nom ſum oblitus.

¶O domine, anima mea dormitauit: & debilis & pigra facta eſt ad bene agendũ:& timida ad difficilia toleranda. Et hoc præ tædio & grauitate corporis. Ideo confirma & fortifica me in verbis tuis:& in lege quã verbis tuis tuliſti. & amoue a me viã & inclinationez iniquitatis:quia ſemper inclinatio mna eſt ire per viã iniquitatis:& ſemper tẽdit ad peccatũ.Ites lex mẽbroꝝ dicitur via iniquitatis:quia eſt veſtigiũ peccari primi parentis in nobis inflictũ & impreſſum. Ideo poſtq̃ lex mẽbroꝝ ita vexat me:tu de lege tua:& ſecũdum legem tuã miſerere mei.Nã lex tua deſtruit legẽ peccati.ad Roma.vij.Vnde dimiſſa via iniquitatis & lege peccati:elegi viam veritatis:quia iudicia tua non ſum oblitus. Immo

Adhæſi teſtimoniis tuis domine:noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri:cum dilataſti cor meum.

¶Ipſam legem tuã in mente habui:& opere ſeruaui in patriarchis & prophetis & iuſtis viris:& adhæſi teſtimoniis tuis legẽ ſeruando. Ideo noli me confundere.i.ſecundũ leges peccati & confuſionis iudicare & punire:quia viã mãdatoꝝ tuoꝝ cucurri ſecundũ legẽ viuendo & ambulando cũ dilataſti cor meũ tua gratia & auxilio.Nã aliter nõ potuiſſes percurrere nec adiplere viã mandatoꝝ:cũ via q̃ ducit ad vitas ſit arcta & difficilis.Sed tu dilataſti cor meũ:& fortificaſti p gratiã tuã.& ſic via q̃ erat difficilis & arcta,facta eſt mihi facilis & lata.quia mihi eſt difficile amãti:quia vires quas imperitia denegat charitas adminiſtrat.ſecundũ Gregoriũ homilia.xij. ¶Duo eñi ſunt q̃ faciũt opus facile.Prio affectus
S operantis.Secundo p̃tiũ rei adipiſcendæ.Cũ ergo in principio huius pſalmi ſit promiſſa beatitudo:quę eſt bonũ per ſe ſufficiens ambulantibus ſine macula in lege dñi:vt poſſint conſequi beatitudinẽ ꝓmiſſam.Iſte quia iſte peregrinus conſiderauit ſe vltra quatuor milia annoꝝ peregrinatũ fuiſſe p legẽ veterẽ quęrẽdo Chriſtũ ſaluatorẽ & redẽptorẽ & nouæ legis latorẽ oñibus patriarchis & ꝓphetis in lege ꝓmiſſuz: ideo ait.O dñe,ego iã adhęſi teſtimonijs tuis legẽ tuã ſeruando:ergo veni ad ſaluandũ me:quia iaz tẽpus eſt:& noli me cõfundere,nec fruſtari in deſiderijs & ſpe mea. Nã ſi tu non veneris:ego manebo confuſus & irriſus & ſubſannatus apud alias generationes:quæ dicunt & improperant mihi tarditatẽ tuã & dilationẽ tui aduentus:imo dicunt ꝙ fruſtra expecto aduentũ tuũ:vt liberes me de manu eoꝝ. Ergo veni:quia iam ſatis cucurri & peragraui viã mandatoꝝ tuorũ per quatuor milia annoꝝ:cũ tu dilataſti.i.dilatando aduentum tuũ confortaſti cor meũ ſub ſpe veniẽdi.Vñ iſta verba dicit propheta in perſona Zachariæ,& Simeonis,& aliorũ ſanctoꝝ patrũ qui fuerunt prope aduentũ Chriſti.qui maiori deſiderio ipſum petebant.vt patet Lucę primo & ſecũdo.Et ideo iſte octonarius poteſt eis applicari.ſ.ꝙ Simeon fractus longa expectatione Chriſti dicat cũ cæteris ſanctis ſui tẽporis.O dñe Ieſu aia mea adhæſit pauimento.quia cõtinue erã proſtratus in faciẽ meã ad pauimentũ terræ:rogãdo vt acceleres aduentũ tuũ.ergo viuifica me per verbũ tuũ incarnatũ:ſiue ſecũdũ verbũ & ꝓmiſſionẽ tuã.quia a te expecto viuificari a morte &c.qoia aia mea dormitaoit iã ſtupida & mortificata præ tædio tã longe expectationis & dilationis tui aduentus.ergo confirma me in verbis tuis id eſt fac vt ſim firmus in tuis promiſſis:& non habeã deſperare nec deficere:ſed ſis verax in promiſſis.Nã quando ipleueris quod ꝓmiſiſti:tunc ero cõfirmatus in verbis tuis. Ergo veni:& viã iniquitatis amoue a me ꝓ me patiendo & me inſtruẽdo. Et miſerere mei de lege tua.i.de mandatis & documentis & ſacramẽtis legis tuæ. ¶Nota ꝙ iſte peregrinus ab exilio & exitu paradiſi vſq; ad Chriſtũ:cõpleuit quatuor curſus ſiue ſtatus ſignificatos p quatuor lrãs pagratas.ſ. Aleph beth,gimel,deleth.Nã p Aleph ſignificatꝰ fuit curſus naturę.& p beth curſus circũciſionis.& p gimel legis Moyſi.& p deleth curſus ꝓphetarũ.Et ſic ãbulauit ab Adã vſq; ad Abrahã p curſũ legis naturæ.Et ab Abrahã vſq; ad Moyſen ãbulauit p literã beth.i.circũciſionẽ.& a Moyſe vſq; ad Dauid ãbulauit per literã gimel.i.per legẽ ſcriptã.Et a Dauid vſq; ad Chriſtũ ãbulauit per deleth.i.per ſtatũ ꝓphetarũ.A Chriſto autẽ vſq; ad diẽ iudicij ãbulat per.xviij. literas.ſ.ab ipſa litera he vſq; ad thau.Vnde iſta litera he ſignificat eſſe ſiue vitã:& thau ſignificat ſignũ:ad denotandũ ꝙ ſemp ambulat in lege vitæ vſquequo perueniat ad ſignũ & vltimuz terminũ:quæ eſt vita æterna:ad quã dirigimus totũ curſum noſtrũ & oẽs operationes noſtras:vbi erit finis noſtri curſus & peregrinationis:& vbi erit quies & beatitudo noſtra. Sedecim autẽ literæ quæ ſunt inter he & thau:per quas ambulat iſte peregrinus vſq; ad iudiciũ,ſunt ſedecim varię perſecutiones & aſperitates:quas eccleſia paſſa & paſſura eſt vſq; ad Antichriſtũ.Et ideo poſtq̃ iſte peregrinus peragrauit ſupradictos quatuor ſtatus.ſ.legis naturæ & circũciſionis:& legis ſcriptæ & prophetarũ:iã quærit & petit ſtatũ legis euãgelicæ & viuificantis ad vitã æternã per gratiã,in ſequentibus.xviij. octonarijs.

T

Legem pone mihi domine viam iuſtificationũ tuarum:& exquiram eam ſemper.

Da mihi intellectũ & ſcrutabor legẽ tuam:& cuſtodiam illam in toto corde meo.

¶In hoc quinto octonario præponitur litera he.Vñ poſtq̃ iſte peregrinus peregrinatus eſt ab Adã vſq; ad Chriſtũ per quatuor milia annoꝝ:& peragrauit totã legẽ Moyſi:& vidit ꝙ in ea non potuit iuſtificari:nec proficere:nec per eam recuperare beatitudinẽ quã pdiderat:ideo petit a Chriſto legẽ euangelicã:in qua credit iuſtificari & recuperare felicitatẽ regni cęloꝝ quã p pctm̃ pdiderat.& ideo duo facit.Nã prio petit pfici p legẽ in ſe.Scdo petit dirigi,& adiuuari per eã cõtra pſecutores.ibi:Defecit in ſalutare. ¶Ad primũ eſt notandũ ꝙ lex euangelica tripliciter iuſtificat & facit hoiez dignũ vita ęterna.Prio p fide,inquãtũ credit Ieſũ Chriſtuz eſſe verũ deũ & hoiem & redẽptorẽ totius generis humani Meſſiam in lege promiſſuz.Secundo iuſtificat p charitatez perfectã erga deũ & ꝓximũ.Tertio per ſpẽ,inquãtũ contẽptis rebus terrenis ponit & conſtituit finẽ ſuũ in cęleſtibus a Chriſto ꝓmiſſis.& ſic nõ operatur ꝓpter aliqđ pręmiũ tẽporale:ſed ꝓpter vitã ęternã ꝓmiſſam.Tria ergo facit.Nã primo petit iuſtificari per fidẽ euãgelicã & eccl'iaſtica ſacramẽta.ſcdo p ſpem & charitatẽ.tertio agit gratias ſe p euangelicã legẽ fuiſſe iuſtificatũ.Scdz:ibi.Memor eſto.tertiũ ibi Bonitatẽ feciſti.In quibus tribus partibus continenẽ ſex octonarij.quoꝝ primus ſcribitur per he qđ ſignificat iſta.ſecundus per vau:qđ ſignificat in ipſa.In tertio octonario ponitẽ zai:quod ſignificat viuit.In quarto p̃poniẽ het:quod ſignificat viuens.quaſi dicat.ꝙ in iſta lege euangelica:& p iſtam viuit ois viuẽs per gratiã.& ꝙ iſta lex euãgelica iuſtificat ad vitã ęternã.vt patet per totũ diſcurſum ep̃læ ad Romanos, & ad Galatas,& ad hębręos.Quod videns iſte peregrinus dicit ad Chriſtũ.O dñe,poſtq̃ tantũ laboraui in le.ve.& per ipſam nõ poſſũ iuſtificari & pũenire ad veram beatitudinẽ nec ita perfici vt reddar ſine macula:ergo pone & fer & ſtatue & ꝓmulga mihi legẽ nouã.ſ.euãgelicã.ſ.viã iuſtificationum tuarum:quia ipſa eſt via ad iuſtificandum hominem V

& reddendũ ipſum dignũ æterna beatitudine. Et cum dederis mihi: ego exquiram eam ſemper corde & opere. Sed quia tali legi non potero adhærere firmiter niſi per donũ intellectus: ideo da mihi intellectũ per fidem: & ſcrutabor leges tuam: & cuſtodiam illas in toto corde meo. quia ſi bene credidero & bene intellexero legem: bene ſeruabo & cuſtodiã eam. Et notanter dicit. Cuſtodias illam in toto corde meo. ad differentiam legis vet. quæ non prohibebat animũ: ſed manum & actum. ſed lex euangelica non ſolummodo iuſtificat actum: ſed & cor & ꝓpoſitum & voluntatem. vt patet Matthæi. v. Et ideo ſequitur.

**Deduc me in ſemita mandatorum tuorũ: quia ipſam volui.**

¶ Id eſt toto corde deſideraui. Quaſi dicat. Ego bene vellem ire in ſemita mandatorum: ſed non poſſum meis viribꝰ niſi tu duxeris me. Sed quia habeo appetitum peruerſum ad malum: vt dictum eſt: ideo

**Inclina cor meum in teſtimonia tua: & non in auaritiam.**

**Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.**

**Statue ſeruo tuo eloquium tuum: in timore tuo.**

¶ Inclina cor meũ in teſtimonia tua: & non inclines. i. inclinare permittas in auaritiã. Itẽ, quia nõ ſolũ appetitus meus eſt ꝑuerſus in auaritiã: ſed etiã in ſuperbiã & vanitatẽ: & appetitũ dñandi: ideo auerte oculos meos ne videãt hanc vanitatem ambitionis. ſed viuifica & rectifica me in via & lege tua. & ſtatue mihi ſeruo tuo & imprime eloquiũ. ſ. leges tuã a te ꝓbatã in timore tuo. Quaſi dicat. Confirma me in timore tuo filiali ꝑ legẽ tuã. quæ dicit: Dñm deũ tuum timebis &c. Nã ſi fuero ſtatutus & cõfirmatus in tuo timore: tũc abijciã oẽm cõcupiſcẽtiam carnis & oẽm ſupbiã & auaritiã q̃ regnãt in mũdo: & ĩpediũt hoiem ad ſeruãdã & cuſtodiendam legẽ. Et nõ ſolũ me cuſtodias a ſupradictis: ſed etiam

**Amputa opprobrium meum quod ſuſpicatus ſum: quia iudicia tua iocunda.**

¶ Amputa & aufer peccatũ & opprobriũ qđ ſuſpicatꝰ ſum . i. per quod ſuſpicor & vereor apparere ante hoies: & ſuſpicor & vereor pœnã ęternã: per quod ſum mortuus & priuor vita ęterna. Ergo amputa & aufer hoc opprobriũ per ſacramenta legis tuæ, quę purgant & delent peccatũ. quia iudicia dei ſunt iocunda. quaſi di. Ego per peccatũ & culpam q̃ dicit opprobriũ & maledictio, ſuſpicabar & verebar venire in triſtes & crudeles pœnas. Sed tu amputa hoc opprobriũ per iuſtitiã tuã. ſ. per tuã legẽ iuſtificãtẽ: & per ſacramẽta quę ſunt iocunda & ſalubria. Et ponunt hic iudicia ꝓ ſacramentis legis. nam ꝑ ſacramẽta Chriſtus mutat iudicium: quia peccatorẽ qui iudicatus erat ad mortẽ: reuocat ad vitã ſatiſfaciendo pro eo: & dando p̃tium ſanguinis. Ideo vocat talia iudicia iocunda: quia viuificãt hominem: & de morte ad vitam reuocant & cõmutant. Ideo ſequitur.

**Ecce concupiui mandata tua: in ęquitate tua viuifica me.**

¶ Ecce. i. ꝓpter hoc cõcupiui mandata tua. i. legẽ tuã euangelicã. Ideo in ęquitate tua viuifica me: nõ in mea ęquitate ſiue iuſtitia: ſed in tua. Et exaudi me in tua iuſtitia: & non in mea quæ nulla eſt. ideo non intres in iudicium cũ ſeruo tuo: ſed viuifica me in tua iuſtitia & lege ſacramentorum: q̃ habet vim viuificatiuã, & ſanatiuã, & amputatiuã peccatorum & vitioꝶ & opprobrioꝶ. ¶ Petit ergo iſte bonus homo leges euangelicã quę habet vim viuificatiuã & ſanatiuã: & inclinat cor ad largitatem: & deuiat ab auaritia &c. ¶ Eſt ergo lex euangelica viuificatiua: intelligentię largitiua: in viam dei deductiua: ad bonũ & miam ab auaritia & vanitate ſuperbiæ auerſiua: in timore dei cõfirmatiua: opprobrij amputatiua: & in ipſa ęquitate & iuſtitia renouatiua & iuſtificatiua quæ ſunt ſeptẽ fructꝰ & ꝓprietates fidei ſiue legis euangelicę per fidẽ. ¶ Primo ergo iſte petit legẽ euangelicã in cõmuni ad iuſtificandũ. & in ſpeciali petit intelligere eam per fidẽ: ſiue petit fidem ad intelligendam legẽ & ꝑſcrutandam. Ex cuius intellectu colliguntur ſupradicti ſeptem fructus ex lege euangelica. ¶ Vnde nota ꝙ lex euangelica non ſolũ abſtulit opprobriũ peccati: ſed etiam opprobriũ & iugum legis ve. & onus importabile. Cum ergo Dauid p̄uidiſſet in ſpiritu ab vtroq; opprobrio non aliter q̃ per legem euangelicam forte ſe abſoluendũ: ideo petit eam: & petit tale opprobriũ a ſe auferri. Item in lege vet. multa tolerabantur & cõcedebantur ꝓpter duritiã illius populi, quæ ſunt opprobrioſa: puta vſura, auaritia, liber repudij &c. Quæ omnia abijcit lex euangelica: quę non continet niſi præcepta ſuauia & iocunda & portabilia. Ideo hanc petit Dauid. ¶ Ex dictis in hoc octonario patet ꝑfectio & ſupereminentia legis euangelicæ ſupra le. ve. Nam iſta iuſtificat totum hominẽ interius & exterius: & quo ad voluntatẽ & factũ: & quo ad deum & ꝓximum: & ꝓhibet omnem auaritiam & vſuram nõ ſolum cum ſuis ſed etiam cũ extraneis: quod non faciebat lex vetus. Ex ſupradictis etiam patet ꝙ alia lex erat danda & aliam legem petit hic Dauid præter legẽ Moyſi, per quam expectabat iuſtificari: quia iam ipſe habebat legẽ Moyſi: quæ ſolũ dirigebat cultores ſuos in Chriſtum. per quẽ & per cuius legẽ nouam expectabat iuſtificari & dirigi in ęternã beatitudinẽ cæleſtẽ quam Adam perdiderat per peccatũ. Hanc ergo legẽ euangelicam petit a Chriſto Dauid in hac parte.

**Et veniat ſuper me miſericordia tua domine: ſalutare tuum ſecundũ eloquiũ tuum.**

¶ In hoc ſexto octonario deſiderat ꝓficere in fide: & iuſtificari per eccleſiaſtica ſacramenta. Nam lex euangelica nõ ſolum dat pręcepta & mandata iuſtitiæ: ſed etiam ſalutaria ſacramenta: quæ non ſolummodo iuſtificant a peccato: ſed etiam conferunt gratiam gratificantem ad vitam æternam: & cõferunt dona ſpiritus ſancti adiuuatiua & roboratiua virtutum theologalium. Vnde in omnibus his petit perfici & ꝓficere in hoc octonario per aduentũ Chriſti: Ideo dicit. O dñe pater, veniat ſuper me miſericordia tua & ſalutare tuũ qui eſt Chriſtus: & hoc ſcdm eloquium. i. ꝓmiſſionẽ tuã ſicut ꝓmiſiſti patribus vet. te. ¶ Et etiã veniat ſup me mĩa tua. i. remiſſio peccatoꝶ quæ dat per ſacramẽta baptiſmi & pœnitentię. Et veniat ſup me ſalutare tuũ. i. ſanitas meorũ languoꝶ ſpiritualiũ: quia eccleſiaſtica ſacramenta remittũt pœnã & ſanant a culpa: & gratificant ad gloriã. & ideo inuocat Chriſtũ vt cõferat ſibi ſacramenta ſalutaria remiſſiua per legem euãgelicã. Et conferat etiã ſibi oẽs virtutes theologales per quas defendat veritatem euangelicam: & confirmet eum in eis. Et ideo ſequitur.

**Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum: quia ſperaui in ſermonibus tuis.**

**Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaq;: quia in iudiciis tuis ſuperſperaui.**

**Et cuſtodiam legem tuam ſemper: in ſæculum & in ſæculum ſæculi.**

¶ Sic me cõfirma in fide & cæteris virtutibus theologalibus: & ne auferas vſquæquaq;. i. in ęternũ verbum veritatis de ore meo: quia in iudicijs tuis ſupſperaui. Et tũc reſpondebo cum audacia infidelibꝰ exprobrãtibus mihi verbũ & confeſſionẽ & pręd icationẽ meã. Ideo da mihi ſapientiã ad defendendã legẽ corã exprobrantibus: quia ſemper ſperaui in

ſermonibus tuis.quia dixiſti.Dū fueritis ante reges & pręſides &c.Dabit ēm vobis in illa hora quid loquamini &c.Et ideo ne auferas de ore meo verbum veritatis &c.& ſic cuſtodiam legem euangelicam non ad tempus ſicut cuſtodiui legem veterem:ſed ſemper in ſæculum ſęculi.

## Et ambulabam in latitudine:quia mandata tua exquiſiui.

¶ Ambulabam,id eſt ambulabo in latitudine,id eſt in ſecuritate ſine timore :ſicut ille qui vadit per campum planum & latum ſine metu & difficultate.& hoc quia mandata tua exquiſiui.

## Et loquebar in teſtimoniis tuis in conſpectu regum:& non confundebar.

## Et meditabar in mandatis tuis:quæ dilexi.

¶ Loquebar cū audacia in cōſpectu regū manifeſtando legē tuā:& cōfitēdo te corā hoibus:& non confundebar:quia confirmatus erā in fide.Et vnde hoc?Quia.ſ.meditabar in mandatis tuis quæ dilexi.in quibus dixiſti.Non ēm vos eſtis qui loquimini:ſed ſpiritus patris qui loquitur &c.Et ſic non ſolū ꝑdicaui legē tuā in conſpectu regum & hominum ore:ſed etiam opere adimplendo.Nam

## Et leuaui manus meas ad mādata tua quę dilexi:& exercebor in iuſtificationibus tuis.

¶ Leuaui manus meas.i.operationes.i.opa manuū mearū ad mādata tua.i.ſcdꝫ mādata tua quę dilexi.Et ſic ope adimplēdo exercebor in iuſtificationib⁹ tuis.qa fides ſine exercitio & opibus mortua eſt.Quaſi dicat in toto iſto octonario.Veniat mia tua & ſalutare tuū ſuper me:& cōfirmet me in fide.& ne auferas de ore meo verbū veritatis:ſed da mihi os ad loquendū.Et tunc reſpondebo infidelibus exprobrantibus mihi verbū:& cuſtodiā legē tuā ſemp:& ambulabo in latitudine ſecuritatis:& loquar in conſpectu regū & principū ſine cōfuſione:& opabor & exercebor in iuſtificationibus tuis.q.d.ꝙ iſti quinqꝫ fructus naſcuntur & ſequunt̃ ex fide cōfirmata.Vel forte poſſum⁹ dicere:ꝙ in hoc ſexto octonario petit iuſtificari per charitatē:q̄ per fidem diligit deū & ꝓximū.quę quidē charitas p latitudinē intelligit̃:qa ad oia ſe extendit:etiam ad diligendum inimicū.Vnde dicit.Et veniat mia tua ſup me charitatē infundendo &c.Et tunc armatus fide & ſtimulatus p charitatē reſpōdebo exprobrātibus mihi verbum &c.Quia charitas foras mittit timorē &c.& ſic ambulabo in latitudine charitatis:quæ nihil timet:& loquit̃ in conſpectu regum ſine confuſione pro lege Chriſti.Et meditabor in mandatis tuis ea quæ ex charitate dilexi,ſcilicet deuꝫ & ꝓximū.Et leuaui manus & opa ad mādata tua quæ ex charitate dilexi:& ſic exercebor &c.

## Memor eſto verbi tui ſeruo tuo:ī quo mihi ſpē dediſti.

¶ In hoc ſeptimo octonario petit pfici & iuſtificari p ſpem quę ꝑcedit charitatē in operando:licet ſequat̃ eā in affectu.

X vt dictū eſt.¶ Vñ ſpes eſt habitus quo animus ſiue volūtas ſubleuatur a terrenis ad cōſtituēdum finem ſuū in ſummo bono amato.& ſic ſpes hæc habet quatuor effectus.Nā primo ſubleuat voluntatē a terrenis mandata cōtēnendo.Secundo facit eam cōſtituere finem ſuū in ſummo bono amato.Tertio facit ipſam operari ꝓpter illū finem:& non ꝓpter alium:nec propter aliud.Quarto exhibet ei patiētiā i mora & tarditate:ſi illico & in hac vita differt̃ poſſeſſio & acqſitio finis:qui eſt deus & vera beatitudo.Ex quo ſequit̃:ꝙ latior & maioris ambitus eſt fides q̄ charitas:& charitas q̄ ſpes.Nam plura credimus q̄ diligimus.nam nos credimus bona & mala in lege memorata.ſ.deum eſſe ſummum bonū & omnipotentē,creatorē cęli & terrę:& diabolū cecidiſſe in æternum puniendum:& infideles & legis trāſgreſſores impœnitentes in ęternū cruciandos:& tñ ex charitate nō diligim⁹ niſi deū & ꝓximū.Itē diligimus deū & ꝓximū:& tñ nō ponimus ſpem & finem noſtrū niſi in ſolo deo & vera beatitudine.¶ Itē ſequit̃ ꝙ diffinitio ſpei q̄ dat̃ a magiſtro non eſt Y
ſufficiens:nec euacuat noſtrū ꝓpoſitū ſpei,cū dicit ꝙ ſpes eſt expectatio futuræ beatitudinis ex gratia & meritis pręcedētibus.Nam habitus infuſus ſpei nō ſequit̃ meritū:immo pręcedit:imo eſt cauſa merēdi:qa intantū meret̃ quis inquantū operat̃ p ſpem ratione ſummi boni.qa ſi ſpes nō ſubleuaret ad operandū ꝓpter ſolū deū,operator nō mereret̃.Naꝫ ſicut actus moralis nō eſt dign⁹ laude niſi ꝓueniat ex habitu morali:ita opatio nō eſt meritoria beatitudinis:niſi ꝓueniat ab habitu theologico.ſ.fide,ſpe,& charitate.Qui quidem habitus ſemper eſt iūctus & inſeparabilis a gratia gratificante.Ideo actus ſpei non eſt proprie expectare:ſed ſperare:qđ idē eſt quod vltimatū finē in deo conſtituere.Et ex hoc ſequitur meritum iuſtificans & dignificans hominē ad beatitudinem ęternam conſequendā.Ideo Dauid cupiens perfici & iuſtificari & ſubleuari per ſpem ad conſtituenduꝫ finē ſuū in ſolo deo:petit Chriſtum in lege ꝓmiſſum qui erat legem euangelicā laturus qui per ſpem cū fide & charitate nos erat iuſtificaturus.Itē anagogice petit etiā beatitudineꝫ ꝓmiſſam:quā per ſpem ſumus aſſecuturi.& ideo dicit ī perſona totius corporis myſtici.O dñe mitte filiū tuū & memor eſto verbi.i.ꝓmiſſionis tuę factę ſeruo tuo Abrahæ:cū dixiſti.In ſemine tuo bñdicent̃ oēs gētes.Et dixiſti p os Iacob.Non auferetur ſceptrū de Iuda &c.Itē da mihi beatitudinē
quam ꝓmiſiſti olim Abrahæ & ſemini eius:cū dixiſti Geñ. A
xv.Suſcipe cælum & numera ſtellas &c.ſic erit ſemē tuum.Quaſi dicat.Sicut ſtellæ ſunt in magno numero fixæ in cælo ſtellato,ſic erit ſemen tuum & filiꝫ promiſſionis in cælo empyreo collocati:in quo verbo & promiſſo ſpem dediſti mihi ſeruo tuo:per quā ſpē ego ſtatui finē meū vltimatū in illa promiſſa beatitudine.Veniat ergo Meſſias,q per fidē & ſpem & charitatē mihi eſt datur⁹ hāc beatitudinem.Itē eſto memor verbi tui qđ dixiſti in principio qñ me de paradiſo eieciſti:& in hanc peregrinationē miſiſti.ſ.ꝙ mitteres filiū tuū in carnē de mea ꝓgenie vt redimeret me & reduceret in beatitudinē amiſſam.in quo verbo & ꝓmiſſione dediſti ſpē mihi ſeruo tuo:ſub qua ſpe ego peregrinor in hac via.ergo mitte ipſm primo in carnē,& poſtea in gloriam.

## Hęc me conſolata eſt in humilitate mea:quia eloquium tuum viuificauit me.

¶ Hic aſſignat effectus & fructus & ꝓfectus ſpei.Nā primo conſolatur ꝓpter ꝓmiſ ꝓmiſſum.Secundo fortificat cōtra impedimenta.Tertio pellit timorē & defectū.Quarto lætatur in aduerſis:& exercitat̃ in eis.Quito cū patiētia & ęquanimitate tolerat morā finis cōſequendi.Ideo in hoc ſeptimo octonario memorat primos quiqꝫ fructus ipſius ſpei.In ſequenti vero:ibi.Portio mea.memorat ſextū fructū.Dicit ergo primo.Hęc.ſ.virtus ſpei cōſolata eſt me in humilitate & perſecutione mea.quia ſemper conſolatur in aduerſitate:eo ꝙ offert pręciū finis ante oculos:& ſic reddit laborem facilem.ideo ſequitur:Quia eloquium.i.promiſſum tuum viuificauit me dando vires in aduerſis.

## Superbi inique agebant vſquequaqꝫ:a lege autem tua non declinaui.

## Memor fui iudiciorum tuorum a ſęculo domine:& conſolatus ſum.

¶ Iteꝫ dedit mihi ſpes fortitudinē cōtra ſuperbos pſequentes me.Nā cū ſupbi agebāt inique vſquequaqꝫ.i.aliqñ vel ſemp,tunc in virtute ſpei a lege tua nō declinaui.i.licet ſupbi ſemp agerēt inique cōtra me:tñ de lege tua non declinaui.Et quare nō declinaui a lege tua?quia memor fui iudicio

rum tuoꝝ a ſeculo.i.q̄ a principio vſq; nunc feciſti. Na; licet ad tēpus permiſeris iuſtos vexari a malis:tamen in fine liberaſti eos ſperantes in te: & puniſti perſequentes eos.ſicut patet de Pharaone & Sennacherib & Nabuchodonoſor & Antiocho. Et ſic cum tali ſpe conſolatus ſum.

Defectio tenuit me pro peccatoribus: derelinquentibus legem tuam.

Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ:in loco peregrinationis meę.

Memor fui nocte nominis tui domine: & cuſtodiui legem tuam.

Hæc facta eſt mihi:quia iuſtificationes tuas exquiſiui.

¶ Item ſpes dedit mihi tertiū fructū:qui eſt gloriari in aduerſis: & mittere foras timorē. Nā defectio & timor mortis tenuit me aliquando pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam:qui mihi mortē cōminabant̄. Sed propter ſpem cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ.i.cū alacritate cōſiderabam legē tuā:vbi præcipis & dicis:ꝙ beati qui ꝑſecutionem patiunt̄ ꝓpter iuſtitiam: & ꝙ merces eorum copioſa eſt in cælis. Et ideo iſta lex erat mihi cantabilis & præſtabilis in hoc loco peregrinationis meę.ſ.in hac vita & in hoc tēpore perſecutionis. Et ſic memor fui nominis tui in nocte aduerſitatis & perſecutionis infideliū & malorū: & cū ſpe cuſtodiui legem tuā. & hæc nox & perſecutio ſiue aduerſitas facta & data eſt mihi a tyrannis & infidelibus ſeu prauis hominibus:eo ꝙ iuſtificationes tuas exquiſiui:id eſt quia viuebam iuſte ſecundū legē tuam: & eram diſſimilis vitæ & moribus eorum. Etiā quia confitebar Chriſtum corā hominibꝰ: & defendebam legē eius:ideo inferebant mihi vexationes & tormenta.ſed in virtute ſpei omnia tolerabā. Vnde cantabiles erant iuſtificationes & præcepta dei apoſtolis:quādo ibant gaudentes a conſpectu concilij: & ſe dignos reputabant pro nomine Ieſu a Iudæis & cæteris contumeliam pati. Quia tunc cantabant & prædicabant legem & præcepta Chriſti,dicentes. Obedire oportet deo magis:q̄ hominibus. Actuum.iiij. Item præcepta veteris legis fuerunt oneroſa & flebilia vſq; ad Chriſtum: ſed præcepta & iuſtificationes legis euangelicæ ſunt cantabiles:id eſt delectabiles & faciles & ſuaues fidelibus Chriſtianis.

Portio mea dn̄e:dixi cuſtodire legem tuam.

¶ In hoc octauo octonario ponit quartum effectum ſiue fructū ſpei:qui eſt cū patientia tolerare longitudine; & moram beatitudinis promiſſæ. Nā ſpes patientia; operatur:vt ait Iacobus capitulo primo. Dicit ergo:O domine,quia es portio mea & hæreditas mihi promiſſa,ideo dixi,id eſt ſtatui cū patientia & longanimitate cuſtodire legem tuam.

Deprecatus ſum faciem tuā in toto corde meo: miſerere mei ſecundum eloquium tuum.

Cogitaui vias meas: & conuerti pedes meos in teſtimonia tua.

¶ Et ſic non diffidens de promiſſo,licet differatur, deprecatus ſum faciem tuā in toto corde meo ſine intermiſſione: vt non auferas promiſſum. Ideo miſerere mei beatitudine; conferendo ſecundū eloquiū & promiſſu; tuū.quia propter hoc cogitaui dirigere vias meas ad te: & cōuerti pedes meos,id eſt operationes meas in teſtimonia tua,id direxi opera mea ad te tanq̄ in finē vltimatū:qui eſt tertius effectus & proprietas ſpei.

Paratus ſum & non ſum turbatus:vt cuſtodiam mandata tua.

Et ideo licet differatur mihi præmiū:tamen paratus ſum & non ſum turbatus:nec deſperaui vt cuſtodiā mandata tua: imo cū patientia ſpero, & tolero morā: & non deſiſto laborare & cuſtodire & obſeruare legē tuā.

Funes peccatorum circumplexi ſunt me: & legem tuam non ſum oblitus.

Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi: ſuper iudicia iuſtificationis tuæ.

¶ Itē licet funes & laquei pctōꝝ & vitioꝝ & tētationū ſiue perſecutiones hoīm peccatoꝝ circūplexi ſunt & circūdederunt me:tamen legē tua; non ſum oblitus:poſtq̄ ſum per ſpē ſubleuatus & radicatus ore & opere obſeruando,ratione promiſſæ beatitudinis. Et ſic in continua oratione perſeuerando media nocte ſurgebā ad cōfitendū tibi, matutina officia celebrando: & ibi in officio nocturno recitabā iudicia iuſtitiæ tuæ, legendo geſta no. & ve.teſt.vbi ſcribunt̄ & legūtur iudicia tuę iuſtitię.ſ.miracula & punitio maloꝝ & ꝑmia bonoꝝ:quæ ſunt iudicia iuſtitiæ tuæ in vtroq; teſtamento contenta.

Particeps ego ſum omniū timentiū te: & cuſtodientium mandata tua.

¶ Etiā ſic legendo & imitando opa iuſtoꝝ & vitādo iniquitates prauoꝝ factus ſum particeps oīm timentiū te: & cuſtodientiū legē tuā. Tota eīn lex tua conſiſtit in duobus.ſ.in declinando a malo propter timorem pœnæ: & in faciendo bonum & cuſtodiendo legem propter ſpe; beatitudinis. Ideo per ſpe; non ſum factus particeps maloꝝ nec ſimilis: ſed timentiū & cuſtodientiū legē tuā propter ſpē.nā mandata tua iubent bene agere propter ſpem:ſed præcepta ꝓhibent malū fieri propter timorē pœnæ.

Miſericordia tua domine plena eſt terra:iuſtificationes tuas doce me.

¶ Cōcludit ergo,dicēs.O dn̄e Ieſu Chriſte:qa per aduētū tuū & dationē legis euāgelicę plena eſt terra mia tua:quia oīni volenti & pulſanti facis miam p ſacramenta eccleſiaſtica remittēdo culpā & largiēdo gratiā in pręſenti: & beatitudinē in futuro in virtute ſpei,quę ꝓſupponit fidē & charitatē affectiuā.ideo iuſtificationes tuas doce me:vt poſſim conſequi beatitudinē. Sunt ergo fructus ſpei:cōſolatio ſiue gaudiū internū:vigor & audacia contra ſupbos:pulſio timoris & ſupplementū defectꝰ:letitia in ꝑſecutiōibus:aggreſſus terribiliū exercitiū in aduerſis:dirigere opa in deū:patienter tolerare morā:ſtatuere finē in deo:cōtinua dep̄catio:pticipatio iuſtoꝝ. His fructibus acquiritur btitudo: & hos petit iſte homo in duobus octonarijs ſupradictis. Et hos fructus ſpei enumerat aplus ad Gal.v.licet ſub alio ordine & vocabulis: & vocat eos fructus ſpiritus &c. Bene merito ergo iſti octonarij ſupradicti ſcribuntur per ordinē in pricipio cuiuſlibet verſus his literis hebręis.ſ.he q̄ interp̄tat̄ vita.vau q̄ interpretatur in ipſa.zai.q̄ interpretatur viuit. & het q̄ interp̄tat̄ viuens.q.d.ꝙ in ipſa.ſ.fide & in ipſa.ſ.ſpe viuit omnis viuēs in gratia.i.in vita ſpirituali.

Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo domine:ſecundum verbum tuum.

Bonitatem & diſciplinam & ſciētiam doce me: quia mandatis tuis credidi.

Priuſq̄ humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum cuſtodiui.

¶ Hic petit pfici & iuſtificari p charitatē euāgelicā. & ideo iſte nonus octonariꝰ ſcribit̄ p literam thet.qđ ſignificat bonum. Et ſequens octonarius ſcribit̄ p literā ioth.qđ ſignificat principium. Quaſi dicat ꝙ charitas euangelica de qua agitur in his duobus octonarijs,eſt bonum & optimum princi-

Z piũ oĩs meritoriç operationis. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt notandũ q in hoc differt charitas euangelica a charitate legali. Nam illa p̃cipiebat diligi amicũ:& permittebat haberi odio inimicum. Sed ex charitate euangelica p̃cipimur diligere amicũ & orare ꝓ inimicis:& benefacere eis qui oderunt nos. & per conſequens pręcipit diligere vtrunq.ſ.amicũ propter nos:& vtrũq ꝓpter deũ. Ex quo patet q ſola charitas euangelica reddit hominẽ bonũ:eo q iuſtificat voluntatẽ:& per conſequens totũ hominẽ. Vnde ſicut homo dicitur verus per fidem, & rectus per ſpem, inquãtũ intendit verũ & rectũ & bonũ finẽ:ita dicitur bonus per charitatẽ:quæ perficit & eleuat voluntatem ad bene operandũ. Nã homo dicitur bonus moraliter: & meritorius a bonitate volũtatis. & iõ iſte peregrinus in hoc octonario petit iuſtificari per charitatẽ euãgelicã. & ſequenti octonario petit in ea cõfirmari:ibi. Manus tuæ. ¶ Quantũ ergo ad primum dicit. O Dñe:tu feciſti bonitatẽ cũ ſeruo tuo:conferẽdo ei euangelicã charitatẽ, & faciendo ipſum bonum per eã ſecundũ verbũ & ꝓmiſſum tuũ:quia ꝓmiſiſti per Hieremiã & alios ꝓphetas dare legẽ ſcriptã in cordibus hominũ.i.iuſtificantẽ & perficientẽ corda hominũ. Et nota q hic ponit præteritũ indicatiui ꝓ imperatiuo ſiue optatiuo.i. fac bonitatẽ cũ ſeruo tuo cõferendo ei charitatẽ euãgelicã q̃ reddit & facit hoĩem bonũ totaliter & pfecte. & ideo ſequit. Bonitatẽ & diſciplinã & ſcientiã doce me.ſ.vt ſciã in quo conſiſtit vera diſciplina:quæ eſt charitas & ſcientia diſciplinabilis ad recipiẽdũ & obſeruandũ p̃cepta charitatis. Ideo ſequitur. Quia mãdatis tuis credidi. Quaſi dicat. Da mihi charitatem & diſciplinã:vt ſeruẽ mandata tua:quia eis credere intẽdo Nã talia mãdata & p̃cepta data ſunt mihi ad cohibẽdũ peccatũ. Nã priuſq̃ humiliarer.i.priuſq̃ punirer ego deliqui mandata & p̃cepta tua trãſgrediẽdo ſiue pręuaricando:propterea eloquium tuum cuſtodiui.id eſt cuſtodire intendo:ne iterum incidam in talem ſententiam.

Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas.

Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborũ: ego autem in toto corde meo ſcrutabor mandata tua.

Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum: ego vero legem tuam meditatus ſum.

¶ Ergo poſtq̃ bonus es tu per amorẽ & dilectionẽ eſſentialiter:ideo doce me iuſtificationes tuas in bonitate tua. Et hoc ad perferendos incurſus ſuperborum Iudæorũ:qui noluerunt venire ad fidẽ euangelicam & charitatem:ſed mãſerunt in ſua obſtinatione. Vnde quia ego ſecutus ſum fidẽ euangelicã multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborũ obſtinatorum iudæorum. Ego non timebo eos:immo in toto corde meo ſcrutabor mandata tua in lege euangelica contenta:& ſeruabo ea:& per conſequens orabo pro eis vt conuertantur. Sed coagulatũ & obduratum eſt cor eorum ſicut lac quod coagulatur in caſeum:& ſic manent obſtinati & cæci & obdurati. Ego vero legem tuam meditatus ſũ: in ea die ac nocte contemplando.

Bonum mihi quia humiliaſti me:vt diſcam iuſtificationes tuas.

Bonum mihi lex oris tui:ſuper milia auri & argenti.

¶ Bonũ ergo fuit mihi quia humiliaſti me ad credendũ: vt diſcã iuſtificationes tuas:& euangelicas operationes. Item lex euangelica oris tui fuit mihi bonũ.i.multo melius ſuper milia talenta auri & argenti. quaſi dicat. Ad maius pretiũ reputo intelligere & ſeruare legẽ euangelicã quæ data eſt ob ore tuo q̃ oĩa pondera auri & argenti. Vnde nota q lex vetus cõtinet legẽ Moyſi & ꝓphetas. Vñ tã doctrina Moyſi q̃ ꝓphetarũ eſt reuelata per angelos. ſed lex Moyſi tradita eſt modo obſcuro ſub quibuſdam velaminibꝰ:doctrina vero ꝓphetarũ reuelata eſt magis clare. Et ideo per argentum intelligit ꝓpheta legẽ Moyſi:& per aurũ intelligit doctrinam ꝓphetarũ. Sed quia lex euangelica tradita eſt nobis imediate ab ore Chriſti, qui eſt verus deus:ideo eſt melior abſq comparatione q̃ lex Moyſi & doctrina ꝓphetarum. & ideo dicit Dauid. O Chriſte, bonũ mihi lex oris tui, id eſt melior eſt mihi lex euangelica oris tui ſup milia auri & argenti.i.q̃ mille leges Moyſi & ꝓphetarũ. Et hoc multiplici ratione. Primo ratione dignitatis:quia tuo ore immediate ꝓlata & p̃dicata:& in cordibus hominũ ſcripta. Secũdo:quia liberat a iugo ſeruitutis veteris legis. Tertio:quia iuſtificat & mundificat a peccato. Quarto:quia reddit hominem bonum:eo q non ſolummodo iuſtificat actum:ſed etiam propoſitũ & voluntatem. Quinto:quia gratificat ad vitam æternam. ergo nulla alia doctrina nec lex eſt ipſi cõparanda. Ergo melior eſt mihi lex oris tui euangelica ſuper milia auri & argenti veteris legis:poſtq̃ illa non poterat me iuſtificare.

Manus tuę fecerunt me: & plaſmauerunt me: da mihi intellectum vt diſcã mandata tua.

¶ In hoc decimo octonario petit confirmari in fide, ſpe, & charitate per gratiam. & intantum perfici:vt reddatur immaculatus & aptus ad beatitudinem promiſſam. ¶ Vnde A eſt notandũ ſcdm Auguſtinũ in libro de libero arbitrio, q duplex eſt gratia:vna p̃ueniẽs bonã voluntatẽ:& alia ſubſequens. Illa gratia p̃ueniens p̃cedit humilitatem:quia humiliat hominẽ ad audiendã legem dei. Ex cuius auditu ſequitur fides & credit homo. Ex fide ſequitur charitas:& ex charitate affectiua ſequitur ſpes:& ex hac ſequitur charitas: quæ per fidem & ſpem incipit operari. Sed iſta non poteſt operari:niſi per gratiam ſubſequentem. & ideo gratia ſubſequens eſt triplex ſcdm eundẽ Auguſtinũ. Nam quędã dicitur incipiens:alia proficiens:alia perficiens. Nam licet quis per gratiam præueniatur:& illa non ſubſequatur, nunq̃ incipit. Et licet incipiat per gratiã ſubſequentẽ:& illa gratia non proſequatur:ſed deficiat poſt inceptum, nunq̃ homo proficiet:& ſi in proficiendo deficiat, nunq̃ perficiet. Eſt ergo neceſſaria homini ad conſequendã beatitudinẽ gratia præueniens & incipiens & proficiens & perficiens. Vnde Auguſtinus vbi ſupra Cooperãdo deus in nobis perficit qd cooperando incipit. Gratia autem incipiens & proficiẽs bene conceditur q eſt eadẽ & gratificat:niſi q habet ſuos gradus. Sed dubitant aliqui de gratia p̃ueniente & mouente ad credẽdum:ſi eſt eadẽ cũ operatione. Sed non eſt dubiũ quin humilis ſit comes cum omni gratia. Nam gratia præueniens primo mouet ad humilitatẽ:vt audiat legem & diſciplinã vt dictũ eſt. ex qua ſequitur fides. & ſic credit humilis ſimul cũ gratia i incipiẽdo & operando & perficiẽdo. Et ideo quia iſte homo petit ſuperius iuſtificari per legẽ euangelicam:puta per fidem:& charitatem:& ſpem:& humilitatẽ. ideo in hoc decimo octonario petit perfici & continuari per gratiam quæ eſt principiũ & finis totius legis euangelicæ:& reddit hominem perfecte iuſtum & immaculatũ. qd principaliter petitur in hoc pſalmo. Dicit ergo. O domine da mihi intellectum vt diſcam mãdata tua:quia manus tuæ fecerũt me & plaſmauerũt me ad imaginẽ tuã. Nã tu me feciſti ad imaginem tuam dando intellectum & memoriam & voluntatem:vt omnia intelligerem & cognoſcerem. ſed ex peccato peruerſus iudicaui bonũ malũ:& malũ bonũ. Et ſic perdidi viã eundi ad verã beatitudinẽ ad quẽ me creaſti.

Qui timent te videbunt me & lętabũtur:quia in verba tua ſuperſperaui.

¶ Da ergo mihi intellectũ.i.verã intelligẽtiã vt diſcã mandata tua & viuã ſcd3 legẽ tuã:& tunc q timẽt te videbũt me ambulantẽ in via iuſtitię:& ex charitate lętabunť.qa charitas cõgaudet de bono proximi:& nõ gaudet ſup iniquitate. cõgaudet aũt veritati i.ad Corin.xiij.& Matt.v.Sic luceat lux veſtra corã hoib⁹:vt videant opa veſtra bona & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt.Fac ergo hoc:quia in verba & promiſſa tua ſuperſperaui.Et lætabuntur etiam timentes te:eo q ſuperſperaui,id eſt valde ſperaui in verba & promiſſa tua.

Cognoui domine quia ęquitas iudicia tua:& in veritate tua humiliaſti me.

¶ Et da mihi intellectũ:qa nõ peto cũ ſupbia:ſed cũ hũilitate.Nã ego cognoſco q iuſte puniſti me in Adã.quia iudicia tua æquitas.i.iuſta & æqua ſunt,nulli facies iniuriã.Ideo cognoui q in veritate tua & iuſtitia humiliaſti me:& puniſti me a paradiſo eijciendo:& pœnalitatibus & paſſionibus & infirmitatibus & ignorantię ſubijciendo.

Fiat miſericordia tua vt conſoletur me:ſecundũ eloquium tuum ſeruo tuo.

¶ Fiat ergo mia tua vt cõſoleť me ſaluatorẽ mittẽdo & bñdictionẽ & grãm largiẽdo:quã ego ſpo ſcdm eloquiũ & pmiſſionẽ factã ſeruo tuo Abrahę & Iſaac & Iacob & Dauid.

Veniant mihi miſerationes tuæ & viuam:quia lex tua meditatio mea eſt.

¶ Veniant mihi miſerationes tuę.ſ.euangelica pdicatio & ſacramenta ecclaſtica:& paſſio & reſurrectio:& viuã p iſtas miſerationes:qa pbebũt mihi vitã ſpũalẽ p grãm.qa ppter hoc lex tua meditatio mea eſt.Nam ſemper meditor & cõtemplor in lege tua expectando huiuſmodi gratiam.Et tũc in aduentu tuo per dationem legis euangelicæ

Confundantur ſuperbi quia iniuſte iniquitatem fecerunt in me:ego autem exercebor in mãdatis tuis.

Conuertantur mihi timentes te:& qui nouerũt teſtimonia tua.

¶ Cõfundanť Iudæi ſupbi & obſtinati:& cęteri ifideles:qa iniuſte iniquitatẽ fecerũt in me:pſequendo me:& affligẽdo Ego aũt cũ tali pſecutione exercebor in mãdatis tuis:quia virtus in infirmitate pficiť.Et licet ſupbi & obſtinati cõfundantur:tñ aliqui ex Iudęis timẽtes te cõuertanť mihi:& oẽs qui nouerũt.i.cũ hũilitate audire voluerũt & crediderũt legi tuæ.Hoc dicit:quia multi ex Iudęis credẽtes conuerſi ſũt ad fidem Chriſti prædicatione apoſtolorum:vt patet Actuum.ij.& iij.Quia in vna die conuerſi ſunt circiter quatuor milia.Et concludit iſte homo quod principaliter intendit, dicens.

Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis:vt non confundar.

¶ Fiat cor meũ imaculatũ:vt nõ cõfundar in morte ęterna: ſed per obſeruationẽ legis cõſequar vitã æternã.Nam tu dicis q ſoli imaculati ſunt beati per obſeruantiã legis & ambulando ſine macula in lege domini.Ergo fiat cor meũ immaculatũ per gratiã tuam.Petit ergo in hoc octonario,Primo intelligentiã legis euangelicæ ad pficiendũ intellectũ.Secũdo miſericordiã & gratiã ad perfectionẽ voluntatis.Terno vt ſuperbi & obſtinati cõfundanť.Quarto vt hũiles & timentes deũ cõuertantur ad fidẽ Chriſti.Quinto vt cõſcientia & tota aia ſit ſine macula:& iuſtificeť p gratiam legis:vt iſte homo myſticus ſit aptus & habilis ad beatitudinẽ capeſſendã.Cr aũt gratia quã hic petit diſtiguať a charitate quã ſuperius petierat in ſexto octonario forſan manifeſtum eſt.

Nam charitas eſt virtus & habitus voluntatis & principium operandi:qua diligimus deũ & pximũ.ſed gratia hic quęſita eſt perfectio totius eſſentiæ aiæ:& principiũ viuendi ſpiritualiter quo a deo diligimur.ſed tamen vna non eſt ſine alia.Tamen de hoc alias dictũ eſt.Ex ſupradictis in his ſex octonarijs patet qualiter iſte peregrinus accepit a Chriſto legẽ euãgelicã iuſtificantẽ per fidẽ,ſpẽ,& charitatẽ,& eccleſiaſtica ſacramenta:in qua viuit & peregrinatur vſq3 ad ſecundum aduentum Chriſti.

Defecit in ſalutare tuum anima mea: & in verbum tuum ſuperſperaui.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum:dicẽtes quando conſolaberis me.

¶ In hac tertia parte peregrin⁹ petit pficere in lege euangelica quã a Chriſto accepit:& p quã fuit iuſtificat⁹. ¶ Ad B cuius intelligentiã eſt notãdũ:q iſte peregrin⁹ quadrupliciter pfecit in lege euãgelica poſt aſcenſionẽ Chriſti.Nã primo profecit in prædicatione legis euangelicę per quã triũphauit de populo gẽtili multo ſanguine martyꝝ effuſo.Secundo pfecit in doctrina & ſapiẽtia legis.Et hoc immediate poſt cõuerſionẽ conſtantini:quo tpe floruerũt multi doctores in eccleſia in exponendis ſacris ſcripturis.Tertio pfecit in ſanctitate vitæ in eodẽ tpe.in quo claruerũt multi ſancti patres monachi & eremitę in Aegypto:& in cæteris partibus mũdi.Quarto pfecit in magna diſputatione:per quã conuicit & confutauit prauitatẽ hæreticoꝝ.Quatuor ergo facit propheta in hac tertia parte per ſex octonarios.Nã primo petit pficere in fortitudine & patientia cõtra tyrannos. Secũdo petit pficere in ſciẽtia & doctrina euãgelica.Tertio petit proficere in ſanctitate vitæ.Quarto petit pficere cõtra hęreticos.Scdm:ibi.Quõ dilexi legẽ tuã.tertiũ:ibi.Lucerna pedibus meis.quartum:ibi. Iniquos odio habui.

¶ Quantũ ergo ad primũ eſt aduertendũ:vt legiť per totũ diſcurſum actuũ & hiſtoriarũ apoſtoloꝝ:q illico poſt aſcẽſionẽ & miſſionẽ ſpũs ſancti apli inceperũt prædicare euangeliũ Chriſti.& ideo incurrerũt iram & pſecutionẽ Iudęorũ. Sed exinde diſperſi per vniuerſum mundũ pdicauerũt euãgeliũ in toto populo gentili.& ſic inciderunt in dirã pſecutionẽ impatoꝝ & pricipũ & tyrãnoꝝ:in qua occiſa eſt infinita multitudo martyꝝ vſq3 ad magnũ Cõſtantinũ.ſed per cõuerſionẽ illi⁹ finaliter ecclia de toto poplo gentili triũphauit:& ipm iugo Chriſti ſubiecit.Qd puidẽs Dauid in ſpiritu in perſona iſtius peregrini petit pficere & adiuuari.Dicit ergo.o dñe Ieſu Chriſte,aia mea defecit.i.laſſata & fatigata eſt in ſalutare tuũ.i.expectando tuũ auxiliũ & ſalutẽ ad liberandũ me.& ſupſperaui cum magna cõfidentia in verbũ tuũ.i.pmiſſionẽ qua pmiſiſti in tua aſcẽſione qñ miſiſti nos ad pdicandũ per vniuerſum mundũ,q totus mundus ſubijceretur nobis in noie tuo.& ſic pdicauimus euangeliũ:& ſuſtinuimus nomen tuũ.Propter quã prędicationẽ paſſi ſum⁹ intolerabiles pſecutiones expectando vt liberes nos a feroci perſecutione tyrannoꝝ.& ideo oculi mei defecerũt.i.laſſati ſunt & fatigati dicẽtes.O dñe Ieſu Chriſte,quando conſolaberis me & liberabis me ab iſta pſecutione?Vñ in hoc loco deficere ſumitur pro infirmari:ſtupefieri.Nam Chriſtiani tẽpore pſecutionũ intantũ fuerũt afflicti:q inceperũt deficere & in fide infirmari:immo fugiebant ad montes:nec Chriſtianos corã populis ſe audebant nominare.Et intantum ſunt infrigidati & ſtupefacti q Marcellinus papa ex timore contra conſcientiã compulſus eſt idolis ſacrificare ſiue incenſum adolere.Ideo ſequitur,

Quia factus ſum ſicut vter in pruina:iuſtificationes tuas non ſum oblitus.

¶ Intantũ defecit aia mea & oculi mei expectãdo auxiliũ

ꝙ factus ſum frigidus & rigidus & humore fidei ſiccus & euacuatus, & ſtupefactus, & immobilis. ſicut vter in pruina id eſt in tẽpore pruinæ & hyemali conſtringitur dum eſt vacuus: intantũ ꝙ vix poteſt aperiri & tractari: ita ego fui infrigidatus ex timore perſecutionum. hoc faciebaꝫ ad extra coram gentibus non audiens Chriſtum confiteri: tamẽ ab intra iuſtificationes tuas non ſum oblitus. Quia non perdidi fidem. quia bene credebã te eſſe veruꝫ deum & Meſſiam: ſed ex timore rigidus & frigidus factus non te audebam confiteri coram hominibus videns tantam ſtragem martyrum.

**Quot ſunt dies ſerui tui? quando facies de perſequentibus me iudicium?**

**Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: ſed non vt lex tua.**

¶ O domine, quantum durabit iſta perſecutio? queꝫ das finem rex magne laboꝝ? reuela mihi quot ſunt dies ſerui tui, id eſt quando finieẽ iſta perſecutio: & quando facies iudicium de tyrannis & paganis perſequentibus me: puta de Nerone, & Domitiano, & Decio, & Diocletiano &c. Naꝫ gentiles & tyranni iniqui narrauerunt mihi fabulationes: ſcilicet ſuperſtitiones fabuloſas deorum: & ritus nefandos Oſiris, & Cereris, & Bacchi, & Priapi &c. Et compellebãt me ſeruare ritus nefandos. Sed iſta non erant vt lex tua quæ docet vnũ ſolũ deũ adorari trinũ in perſonis: & vnuꝫ in eſſentia. & quomodo verbũ eſt incarnatũ: & quõ nos redemit per paſſionem &c.

**Omnia mandata tua veritas: iniqui perſecuti ſunt me: adiuua me.**

**Paulominus conſummauerũt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.**

¶ Nam ſicut ſuperſtitio gentiliũ eſt fabuloſa & falſa & vana: ita per oppoſitũ oĩa mandata tua: & tota lex eſt veritas & vera. Et quia legeꝫ tuã eſſe verã prædicabã & confitebar: ideo iniqui tyrãni me perſecuti ſunt. quare adiuua me ab eis liberando. Nã tanta fuit & tã grandis & crudelis perſecutio & ſtrages martyꝝ: ꝙ paulominus conſummauerũt & deleuerunt me in terra: intantũ ꝙ vix reperiebatur chriſtianus in populis & ciuitatibus: niſi quidã abſconditi in ſpeluncis montiũ: vtꝫ patet de Vrbano papa, & Syluestro qui latebat cũ paucis in montibus Serapinis prope vrbẽ Romã: qui quæſitus ductus ante Cõſtantinũ putauit cũ ſocijs interire & totaliter eccleſiaꝫ eſſe extinctam & deletam.

**Secundum miſericordiam tuam viuifica me: & cuſtodiam teſtimonia oris tui.**

¶ Sed dicit iſte homo. ego auteꝫ in extremo periculo poſitus non dereliqui mandata tua. Nã ſocios licet paucos exhortabar ad martyriũ: & non deſiſtebã ab oratione: dicendo. O domine Ieſu Chriſte, ſcd̃m miſericordiã tuaꝫ viuifica me. Nã licet ſim mortificatus & frigidus & euacuatus: ſicut vter in pruina: tñ tu me potes viuificare & calefacere & fortificare & totã eccleſiã reſtaurare per conuerſionẽ Conſtantini & cęteroꝝ gentiliũ. Et ſic multiplicatus & viuificat⁹ & reſtaura[illegible] cuſtodiã teſtimonia oris tui. ſ. legẽ euangelicam a te pro[illegible] & in cordibus hominũ ſcriptaꝫ. Et nota ꝙ ſicut totus h[illegible] mysticus tendit ad ſecundũ aduentũ Chriſti per legẽ [illegible]: vt recipiat vltimã perfectionẽ & beatitudineꝫ per [illegible]ctionẽ & iudicij retributionẽ: ita quilibet fidelis particulariter peregrinatur per legẽ Chriſti vſqꝫ ad finem vitæ ſuæ: vt particulariter recipiat retributionẽ futuræ vitæ. Et ideo vnuſquiſqꝫ in hac peregrinatione petit dirigi per fidem & adiuuari per gratiã & charitatẽ ne incidat in latronem & ſic ſemper petit auxiliũ in hoc pſalmo, dicens. Deficit in ſalutare tuum anima mea.

**Inęternum domine: verbum tuum permanet in cęlo.**

**In generatione & generatiõem veritas tua: fundaſti terram & permanet.**

¶ Hic in hoc duodecimo octonario agit gratias de liberatione & reſtauratione eccl̃iæ facta per Cõſtãtinũ. Vñ dicit. O dñe licet in ꝑdicta perſecutione multi dubitauerint & timuerint ne totaliter eccleſia periret: & multi iã deficerent: & quaſi de reſtauratione deſperarent: tñ verbũ tuũ & ꝓmiſſio facta Abrahę de multitudine filioꝝ & benedictione gẽtiũ in Chriſto manet vera & rata & firma inęternũ: quia ꝑ conuerſionẽ Conſtantini ex gentibus eccleſia cõgregata ẽ: & filij ꝓmiſſionis multiplicati ſunt. Sicut tu fundaſti terrã & mũdũ materialẽ: & manet in gñatione & gñationẽ. Quia licet fiant multę corruptiones: tñ ſuccedũt generationes: & ſic permanet. Ita eccleſia quã fundaſti permanebit per multas generationes vſqꝫ ad iudiciũ: ſicut promiſiſti Matth. xxiiij. Non pręteribit generatio hęc &c.

**Ordinatione tua perſeuerat dies: quoniam omnia ſeruiunt tibi.**

¶ Nã licet fuerint factę multę ſtrages martyrũ: tñ fiet noua regeneratio & reſtauratio ex gẽtibus ad fidẽ cõuerſis. & ſic eccleſia durabit. Et ſic dies pſeuerabit vſqꝫ ad iudiciũ ex ordinatione tua. Nã licet aliqñ per abſentiã ſolis fiat nox: tñ per viciſſitudinẽ reddit ſol ſuper terrã: & ſic perſeuerat & perſeuerabit dies vſqꝫ ad cõſummationẽ ſæculi. Ita pari modo licet Chriſtus cuius ꝑſentia cauſat diẽ gratiæ ſuper terrã in eccleſia, quandoqꝫ abſcondat & ſubtrahat auxiliũ temporale a ſuis & permittat eos flagellari & pati perſecutiones: & ſic videtur eis nox, & dies defeciſſe: tñ poſt perſecutioneꝫ Chriſtus oſtendit vultum auxilij ſuper eccleſiã ſuã: & ſic fit dies & proſperitas in eccleſia: ſicut factũ eſt tẽpore Conſtantini. & exinde oĩa ſeruiunt tibi o Chriſte. Nam omnes nationes. ſ. Indi, Aethiopes, Gręci, & Latini, & Barbari, venerunt ad fidem.

**Niſi ꝙ lex tua meditatio mea eſt: tunc forte periſſem in humilitate mea.**

**In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas: quia in ipſis viuificaſti me.**

¶ Sed dũ fui in illa perſecutione: niſi ꝙ lex tua fuit meditatio mea: tũc forte periſſem in hũilitate. i. ꝑſecutiõe & deiectione & aduerſitate mea: quia ſemp meditat⁹ ſum in ea cõſiderãs ꝑſecutiões antiquoꝝ: & quõ in finẽ ſemp eos liberaſti. In hoc ergo ſpaui: & nunq̃ ꝑdidi fidẽ: ſciens ꝙ ꝓmiſſio euangelica nõ poterat mẽtiri: niſi aliter defeciſſem. Et ideo inęternũ nõ obliuiſcar iuſtificationes tuas: gratias agẽdo cãtando hymnos: & celebrando feſta & memorias martyꝝ. Quia in ipſis viuificaſti: & reſtauraſti me. Nam martyres tui ſanguine ſuo viuificauerunt & confirmauerunt eccleſiã.

**Tuus ſum ego: ſaluum me fac: quoniam iuſtificationes tuas exquiſiui.**

**Me expectauerũt peccatores vt perderent me: teſtimonia tua intellexi**

¶ Ergo ſaluũ me fac deinceps me a tyrãnis liberãdo. quia iam tuus ſeruus & cultor ſum ego cũ toto popl'o gentili ad fidẽ cõuerſo. Nã licet añ eſſem inuolutus in ſupſtitiõe multorum deorum: nũc tñ iuſtificationes tuas exquiſiui: & legẽ euangelicam colere & ſeruare decreui. Nam olim me expectauerunt: & inſidiati ſunt peccatores vt perderent me in ſua ſuperſtitione: tamen teſtimonia tua intellexi: id eſt per fidem legis euangelicę cognoui illam eſſe falſaꝫ. Et ſic libe-

ratus ſum a macula illius:& etiã a tormentis & perſecutoribus ſõ liberatus virtute legis euãgelicę & fidei & charitatis.

O mnis conſummationis vidi finem:latum mãdatum tuum nimis.

❡ Nã ego intellexi & vidi oculis fidei Chriſtũ eſſe finẽ ois cõſummatiõis legis:qa fuit finis legis & prophetarum. Vidi etiã & intellexi in lege eſſe latũ mandatũ tuũ.ſ.mãdatũ dilectionis dei & proximi.qñ dicit latũ:eo ꝙ ex eo pẽdẽt lex & prophetę:& cõtinet oia alia mandata & ꝑcepta.q̃ licet ſint multa:tñ oia radicant in vno maodato dilectiõis. Hoc inquã mãdatum nimis latum intellexi eſſe finẽ ois conſummationis & obſeruantię legis.& ideo cum hac charitate oẽs ꝑſecutiões ſuperaui.ideo gratias ago &c. Agit ergo gratias in ꝑdictis duobus octonarijs de victoria habita de tyrannis & populo gentili:quẽ iugo fidei ſubiecit p charitatem & donum fortitudinis. Ex ſupradictis patet in his duob⁹ octonarijs qualiter iſte peregrinus ab aſcenſione dñi vſq; ad Conſtantinũ fuit multiplicite per tyrannos vexatus & afflictus in apoſtolis & martyribus:ſed tandem de omnibus trũphauit per cõuerſionem magni Conſtantini & totũ orbem ſubiugauit. Hoc etiaꝫ dicit vnuſquiſq; vir iuſtus qui triũphauit de pctõ reſiſtẽdo tentationibus per gratiam præuenientes: aut ſurrexit a peccato per pœnitentiam.

Q uomodo dilexi legem tuã domine:tota die meditatio mea eſt.

Super inimicos meos prudẽtem me feciſti mãdato tuo:quia in æternum mihi eſt.

❡ In hoc.xiij.octonario iſte pegrin⁹ petit ꝓficere in doctrina & ſapientia euãgelica.vel põt dici ꝙ agit grãs ꝙ tm̃ profecerit in doctrina & ſcientia Conſtantini:ꝙ tota idololatria fuit delera & totus populus gentilis venit ad fidem. Et ſic diabolus qui eiecerat hominem de paradiſo fuit eiectus ab iſto mũdo:& ſic creuit eccl'ia in fide & doctria legis euãgelicę. Ex cuius ſtudio & doctrina conſecuta eſt eccleſia q̃ndecim fructus:vt patebit in hoc.xiij. & ſequenti octonario. Vñ primo eccleſia profecit in doctrina. Scđo in ſanctitate
C vitę plurimoꝝ religioſorũ & eremitarũ. ❡ Ad cuius intelligentiam eſt notãdum:ꝙ finita ꝑſecutione tyrãnorũ tẽpore Conſtantini eccl'ia habuit frequentiã & copiam doctorum tam græcorũ q̃ latinoꝝ:q declararũt & interꝑtati ſunt totã ſcripturam noui & vete.teſt.ſicut fuit Athanaſius & Euſebius & Gregorius. Nazianzen⁹ & Baſili⁹ & Hilari⁹ & Ambroſius & Hieronymus & Auguſtin⁹. Et ſic eccl'ia tunc maxie viguit in ſapientia & doctria eccleſiaſtica. Et iõ illa ętas dicta ẽ ętas aurea ſacroꝝ doctoꝝ. Hoc ergo ꝓuidẽs Dauid in ſpũ dicit in perſona huius peregrini eccleſiaſtici. Quomõ dilexi legem tuã dñe.i.intantũ dilexi legẽ tuam:ꝙ tota die contemplor in ea. Et ſic propter aſſiduum ſtudium & cõtẽplationem p dona ſapientię & intellectus mihi in lege gratiæ collata feciſti me prudentem ſup oẽs infideles & hereticos iimicos meos. Et hoc nõ ex meis virib⁹ & laborib⁹:ſꝫ qa ĩ ęternum mihi eſt propitius dona huiuſmodi conferendo.

Super omnes docentes me intellexi:quia teſtimonia tua meditatio mea eſt.

Sup ſenes intellexi:quia mandata tua quæſiui.

❡ Et cũ tali gratia & frequẽti meditatione intellexi ſecreta & myſteria & ſacramẽta legis ſup oẽs.i.magis q̃ oẽs magiſtri docẽtes me. Nam plus intellexit Paulus de arcanis legis,q̃ Gamaliel magiſter eius. Et hoc qa mandata tua meditatio mea eſt. Et nõ ſolũ intellexi ſup omnes docẽtes:ſed etiã ſup oẽs ſenes & antiquos patres,patriarchas,& prophetas.

D ❡ Nam plus intellexit cœtus apoſtoloꝝ q̃ Abrahã,Iſaac, & Iacob,& Dauid,& cæteri prophetę:vt ait Hieronimus ĩ prologo ad Deſiderium. Nam quod illi viderunt ſub ęnigmate in figura:iſti viderunt oculis corporis & mentis & per effectũ & hiſtoriã.vñ ſaluator Mat.xj. Beati oculi &c. Quia multi reges & ꝓphetę voluerunt videre quæ vos videtis & non viderunt. Et ſequitur. Quia mandata tua quęſiui freq̃nti ſtudio & meditatione cũ auxilio donorũ ſpũs ſãcti. Et nota ꝙ ea q̃ dicta ſunt non ſolummodo intelliguntur & verificantur de eccleſia pro ſtatu doctoꝝ:ſed etiam de ipſomet Dauid qui fecit hunc pſalmũ. Nam ipſe in ſtatu prophetico intellexit myſteria eccl'ię ſuper omnes docentes & ſenes qui ipm ꝑceſſerunt. Nã clarius & magis diſtincte fuit ipſi reuelatum myſterium incarnationis & paſſionis & reſurrectionis Chriſti q̃ ipſi Moyſi & Abrahę & cęteris patriarchis & ꝓphetis:vt dictum eſt in prologo.

❡ Et ideo licet Moyſes ſcripſerit legẽ:tamen intelligentia legis clarius fuit reuelata ipſi Dauid. Nam vt plurimum interpretatus eſt legem Moyſi in pſalmis. Et ideo de ſeipſo poteſt dicere. Super ſenes intellexi &c. B

Ab omni via mala prohibui pedes meos:vt cuſtodiam verba tua.

A iudiciis tuis non declinaui:quia tu legem poſuiſti mihi.

❡ Sed quia lex Chriſti nõ ſolũmõ eſt data cauſa ſciendi ſed etiã cauſa bene operandi,vt p ipſam efficiamur boni,& iuſtificemur in operibus noſtris:ideo dicit. Intantũ profeci,ſupple in ſtudio ſacrę ſcripture,ꝙ ab omni via mala & ab oĩ vitio prohibui pedes.i.affectus meos & appetitus & operationes,vt cuſtodirem verba tua & præcepta & mandata:& a iudicijs tuis & ſtatutis non declinaui:quia tu legeꝫ poſuiſti mihi prohibentem omne peccatum.

Q̃ dulcia faucibus meis eloquia tua:ſuper mel ori meo.

❡ O ergo q̃ dulcia facta ſunt faucibus meis ſpũalibus eloqa tua ad veſcendõ ſpũaliter. Intantum ꝙ facta ſunt dulcia ori meo & guſtui ſpirituali ſuper.id eſt magis q̃ mel.

❡ V nde nota ꝙ intellectus fidelis haber duas fauces,quibus mandit & ruminat ſacram ſcripturaꝫ. Faux ſuperior eſt ſenſus myſticus. Faux inferior eſt ſenſus moralis. Os autem animæ eſt ſenſus anagogicus. His enim faucibus ruminata & hoc ore hauſta ſacra ſcriptura eſt dulcis ſuper mel. Si autẽ ſolo ſenſu literali deglutiatur redditur inſipida & inutilis & idigeſta.ideo vt ſic occidit. Sed illis faucibus digeſta:& illo ore exhauſta viuificat & nutrit animam. F

A mandatis tuis intellexi:propterea odiui omnem viam iniquitatis.

❡ Itẽ fecit mihi ſeptimũ fructũ & attulit meditatio iugis legis euangelicę. Quia a mandatis,id eſt ex mandatis tuis ĩtellexi iniquitatem & iniuſtitiam ducere hominem in interitum mortis. Ideo,id eſt propterea odiui omnem viam & proceſſum & operationem iniquitatis. Ex ſupradictis patet qualiter iſte peregrinus multum profecit in iſta ętate circa intelligentiam ſacre ſcripturę,quam ſpũs ſactus ipſi declarauit per Auguſtinum & alios doctores.& digeſſit & ruminauit eam duabus faucibus.ſ. ſenſu prophetico & morali:& ſic reddidit eam dulciorem ſuper mel & fauum & magis dulcem q̃ auruꝫ & argentum veteris legis. Intantum ꝙ iſte peregrinus pro illo ſtatu ſupradictorum doctorum ſuper omnes ſenes veteris teſtamenti intellexit legem domini & ſacram ſcripturam. Et hoc eſt qđ intendit prophetice dicere Dauid in perſona huius peregrini in hoc octonario.

Lucerna pedibus meis verbum tuum:& lumen ſemitis meis.

¶ In hoc octonario petit proficere in ſanctitate vitæ & in bonis operibus ſecundum legem euangelicã: cuiuſmodi fuerunt multi ſancti viri religioſi & Anachoritę in eremo tempore Cõſtantini vt dictum eſt. Et ſic enumerat ſex alios fructus quos adeptus eſt ex ſtudio legis euangelice in ſocietate ſanctorum religioſorum. Et iõ in perſona eorum dicit. O dñe verbum tuũ.i.lex euangelica fuit lucerna pedib⁹ meis: & lumen dirigens pedes & operationes meas ne ruerent in pctĩh: demonſtrãs quid perſequi: quid ve cauere deberent: & fuit lumen ſemitis & progreſſibus meis. Et hoc dicit quia lex euangelica docet prohibere pedes ab omni via iniquitatis: & dirigit nos per ſemitas mandatorum & conſiliorũ. Et ideo ſequitur.

**Iuraui & ſtatui: cuſtodiræ iudicia iuſtitię tuę:**

¶ Cum recepi baptiſmum ſup. iuraui.i. voui & ꝓmiſi & ſtatui.i. firmiter me obligaui cuſtodire iudicia iuſtitię tuę: cum abrenunciaui diabolo & mundo & põpis eius. Hoc ideꝫ poteſt referri ad ſtatum monachorũ & religioſorum, qui renũciantes mondo & pompis eius ſe a populo ſegregauerunt: & iurauerunt & ſtatuerunt ſequi cõſilia Chriſti: & ſic vouerunt tria vota. ſ. obedientiã caſtitatẽ & paupertatem: & ſic ſecuti ſunt Chriſtum. & iõ ſequitur.

**Humiliatus ſum vſquequaqꝫ domine: viuifica me ſecundum verbum tuum.**

**Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: & iudicia tua doce me.**

**Anima mea in manibus meis ſemper: & legem tuam non ſum oblitus.**

¶ Hũiliatus ſum vſqquaqꝫ dñe. ſ. p obedientiã & caſtitatẽ. Et ideo viuifica me per gratiã ſecũdũ verbũ tuũ. Et ideo ſequit̃. Bñplacita fac tibi dñe & accepta voluntaria vota oris mei: qa ſcio ꝙ pctõres non exaudis. Iõ doce me iudicia tua .i. fac me implere ex gratia: quia aia mea ſemper eſt in manibus tuis.i. offero eam tibi: vt facias voluntaria oris mei tibi bñplacita: quia legem tuã nõ ſum oblitus. Hoc aũt dicit: quia religioſi ſeculo renõciantes poſuerunt animam & voluntatem in manibus ſui p̄lati. Sed quia vt plurimum habetur, Anima mea in manibus meis ſemp, ſecundum noſtram tranſlationem: Ideo eſt alia ſententia, id eſt quia aia mea ẽ ſemper in manibus meis.i. in arbitrio meo libera ad vtrũlibet: ideo legem tuã non ſum oblitus. Vel ſic. Fac ergo vota mea voluntaria beneplacita tibi: quia nil aliud habeo meũ proprium niſi operationes & orationes volõtarias: eo ꝙ ꝓcedunt ex libero arbitrio. Nam anima & voluntas eſt in manibus meis.i. in mea poteſtate. quia nihil tã in poteſtate noſtra q̃ noſtra voluntas: vt inquit Auguſti.

**Poſuerunt peccatores laqueum mihi: & de mãdatis tuis non erraui.**

¶ Et declarat qđ dixit. Anima mea in manib⁹ meis ſemp. quia poſuerunt peccatores, id eſt dæmones mihi laqueuꝫ.i. multiplices tentationes: quia ſancti multas tentatiões paſſi ſunt in deſerto: vt patet de beato Antonio. Etiam non ſoluꝫ diaboli poſuerunt mihi laqueos interius: ſed etiam peccatores & praui & hæretici, qui ſunt membra diaboli, poſuerũt mihi laqueum hæreſeos in ſacra ſcriptura, adducentes falſas opiniones vt in aliquem hæreſim inciderem. Et cum auxilio gratię tuæ & diligenti ſtudio legis euãgelicæ nunq̃ erraui de mãdatis tuis: nec a veritate fidei catholicę: nec etiã erraui mortaliter traſgrediendo mandata: immo ea opere compleui.

**Hæreditate acquiſiui teſtimonia tua in ęternũ: quia exultatio cordis mu ei ſũt.**

**Inclinaui cor meũ ad faciendas iuſtificationes tuas in æternũ: propter retributionem.**

¶ Et ſic ex iugi meditatione ſacræ legis acquiſiui inęternũ teſtimonia tua.i. intelligẽtiã ſacrę ſcripturę hęreditate quadam.i. i hęreditatẽ, & poſſeſſionẽ. q̃ quidẽ mãdata ſunt exultatio cordis mei: quia exulto & lætor in poſſidendo intelligentiam legis ac ſi poſſiderem magnum theſaurum inuentum in agro. Matth. xiij. Quia non ſolum lętor in poſſidendo iſtum theſaurum ſacrę ſcripturę in ſciendo: ſed opere cõpleui quæ in ea præcipiuntur & iubẽtur. Ideo inclinaui cor meũ & ꝓpuli animũ ad faciendas iuſtificatiotiões tuas Iężternum. Et hoc non in vacuum currendo: ſed ꝓpter retributionem & coronam incorruptibilem & beatitudinem promiſſam &c. Quia propoſitum eſt in principio. Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege domini.

¶ Ex quo patet ꝙ .xv. fructus dicit iſte homo ſe collegiſſe G ex iugi ſtudio ſacræ legis euãgelice & ſacrę ſcripturę p grãm & donũ ſapientię & intellectus. Primo quia factus eſt prudens ſup inimicos ſuos. Secũdo: qa intellexit ſup magiſtros ſuos. Tertio. qa intellexit ſup oẽs antiquos patriarchas & prophetas. Quarto. quia lex euangelica ꝓhibuit pedes ei⁹ ab omni via mala. Quinto. quia non declinauit a iudicijs dei. Sexto. quia per ſalem euangelicum facta eſt dulcis ſcriptura vete. teſt. quæ erat inſipida. Septimo. qa odiuit oẽm viam iniquitatis. Octauo. quia lex euangelica fuit lucerna ipſi & lumen. Nono. quia propter eius dulcedinem iurauit eam ſeruare, & in religione tria vota promittere. Decimo. quia viuificauit eum a morte. Vndecimo. quia ſola lex euãgelica eſt illa quæ offert deo ſacrificium de ſe gratum & bñplacitum deo. Duodecimo. ꝙ qui dirigitur a lege non põt errare. Decimotertio. ꝙ ei⁹ poſſeſſio eſt lata. Decimoquarto. ꝙ inclinauit cor hominis ad faciendas iuſtificatiões. Decimoquinto. quia per ſolam ipſam habemus retributioneꝫ æternam: & beatitudinem promiſſam.

**Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi.**

¶ In iſto. xv. octonario & ſequenti petit auxiliũ cõtra hæreticos. Et agit etiam gratias de victoria habita de eis. ibi. Feci iudicium. ¶ Quantũ autẽ ad primũ eſt aduertendum: ꝙ poſtq̃ iſte peregrinus euaſerat & triumphauerat de tyrãnis vidit nouum genus belli quaſi ciuilis & viſceralis contra ſe cõcitari. qđ fuit conoenticula & prauitas hæreticorum: quia tunc ſurrexit hæreſis Arriana: qoaꝫ amplexi ſunt imperatores græcorũ & reges Gothorũ & vvandalorum. quæ viſa eſt ſuperare crudelitatem tyrannorũ. Ideo non ceſſat ſemp petere auxilium cõtra eos debellãdos per arma ſacræ legis & donũ ſapiẽtiæ & intellectus. Dicit ergo: o dñe ego vidi aciẽ hęreticoꝶ iniquoꝶ cõtra me p̄paratã, multa mihi cõminãtem & falſas opiniones cõtra legem tuam machinantem: ſꝫ nolui adhærere: immo iniquos hæreticos odio habui, & legẽ tuã dilexi. q̃ſi dicat. Malui ſequi veritatẽ legis tuę q̃ eoꝶ iniquitatem. Ego enim non odiui in eis naturam: ſed iniquitatem: quia ſemper deſideraui conuerſionem eorum.

**Adiutor & ſuſceptor meus es tu: & in verbum tuum ſuperſperaui.**

¶ Et ideo ad debellandos hæreticos ſis adiutor. & ad defendenduꝫ me ab eis ne capiant me in laqueo & falſis opinionibus eorũ: & ſis ſuſceptor me⁹: dona gratiarũ conferendo. Quia io verbum tuuꝫ ſuperſperaoi: cũ dixiſti. Non eſtis vos qui loquimini: ſed ſpiritus patris qui loquitur in vobis. &c. Et nolite cogitare &c.

**Declinate a me maligni: & ſcrutabor mandata dei mei.**

¶ Iã cõuerſus contra hęreticos dicit. Decliate a me hęretici maligni & ſiml'ati & deceptores machinãtes & cõfigẽtes

nouas & falſas ſectas cupiditatę ꝓpriæ gloriæ.& pro quia, ego ſcrutabor mandata legis dei mei:& doctrinam eius:in quibus datur vera doctrina ad confundendos & debellandos vos omēs.

Suſcipe me ſecundum eloquium tuum & viuā: & non confundas me ab expectatione mea.

Adiuua me & ſaluus ero:& meditabor i iuſtificationibus tuis ſemper.

❡ Et conuerſus ad deum dicit.O Chriſte ſuſcipe me mihi gratiam & auxilium conferendo,ſecundum verbum & promiſſum tuum:quo dixiſti.Ego pro te Petre rogabo ne deficiat fides tua.& iterum.Ego autem vobiſcum ſu; vſq; ad cōſummationeȝ ſæculi.Et ſi hoc feceris viuam per gratiam in lege tua:& non moriar in hæreſi eorum.Et non confundas me ab expectatione mea:quia ſemper ſperaui & fiduciam habui in ſupradictis promiſſis.Adiuua ergo me contra iniquos:& ero ſaluus:nec timebo eos.Et non ſoluȝ ero ſaluus: ſed victor,& meditabor in iuſtificationib᷒ tuis ſemper.quaſi dicat:ideo ſaluus ero:quia meditabor &c.

Spreuiſti omnes diſcedētes a iudiciis tuis:quia iniuſta cogitatio eorum eſt.

Præuaricantes reputaui omnes peccatores terrę:ideo dilexi teſtimonia tua.

❡ Et quare eris mihi adiutor & ero ſalu᷒ & victor?quia ſupple,tu ſpreuiſti & confudiſti omnes hæreticos diſcedentes & ſeparantes ſe a iudicijs tuis & doctrinis legis euangelicę: nouas ſectas & falſas confingentes.& hoc feciſti:quia cogitatio eorum eſt iniuſta & iniqua:quia non zelo veritatis:ſȝ ambitionis & vtilitatis & propriæ glorię confingunt ſibi tales ſectas & falſas opiniones contra veritatem legis diſcedētes a veritate catholica.Ideo reputaui omnes hęreticos & peccatores terræ,ſcilicet terręnos & quęrentes gloriam in mundo,eſſe præuaricantes & tranſgreſſores legis & falſificatores ſacrarum literarum contra verum ſenſuȝ:eas ad ſuas falſas opiniones detorquentes:vel ex eis falſas opiniōes contra veritatem extorquentes.Ideo ego dilexi teſtimonia tua & doctrinam tuam veram:legem ſecundum veritatem & ſenſum ſpiritualem & verum intelligendo.Et etiam non ſolum hæreticos:ſed omnes peccatores & infideles reputaui præuaricatores legis.Nam Iudæi ſunt præuaricatores legis veteris inquantum non recipiunt ſenſum myſticum ad quem principaliter facta eſt:ſed in litera volunt mori.Et gētiles ſunt etiam præuaricatores.Nam licet non haberent legem Moyſi:tamen habebant legem naturalem ſcriptam in cordibus. Hæretici vero manifeſte ſunt præuaricatores ſcripture,peruertentes verum ſenſuȝ & extorquentes falſū. Mali vero Chriſtiani ſunt præuaricatores mandatorum:& tranſgreſſores præceptorum.

Confige timore tuo carnes meas:a iudiciis enī tuis timui.

❡ Sed quia tales ideo ſunt præuaricatores & tranſgreſſores legis:quia contemnunt & non timent deum:ideo tu domine confige & penetra & reprime carnes meas & appetitus & affilictiones inordinatas timore tuo caſto filiali:& fugiam talem peſtem & hæreticam prauitatem & talem inanem gloriam & ambitionem & omnem carnalem concupiſcientiam:quia ſemper timui diſcedere a iudicijs tuis:& mādatis tuis:eo ꝙ tu ſpreuiſti diſcedentes a iudicijs tuis.

Feci iudicium & iuſtitiam:non tradas me calūniantibus me.

Suſcipe ſeruum tuum in bonum:non calumnientur me ſuperbi.

❡ Quia nō diſceſſi a iudicijs tuis:immo timui diſcedere ab eis:immo feci iudicium & iuſtitiam:quia operatus ſum ſecūdum iuſtitiam & præcepta legis tuæ: Ideo non tradas me hæreticis calumniātibus & volētibus me decipere cum ſuis fictis & falſis opinionibus. Sed ſuſcipe me ſeruum tuum in bonuȝ,id eſt trahe me ad bonam partem & bonum ſenſum ſacrę ſcripturæ per dona ſpiritus ſancti,conferēdo mihi gratiam:ne ſuperbi & ambitioſi hæretici calumniētur me:nec decipiant in ſuis prauis & falſis ſectis.

Oculi mei defecerunt in ſalutare tuū:& in eloquium iuſtitię tuę.

❡ Nam oculi ſpirituales mentis defecerunt,id eſt laſſi & fatigati ſunt ſperando in ſalutare tuum.ſciȝ in Chriſtum:& in eloquium iuſtitiæ tuæ,ſcilicet in legem euangelicam:quæ dicitur eloquium iuſtitię:quia ſola ipſa hominem iuſtificat.

Fac cum ſeruo tuo ſecundum miam tuam:& iuſtificationes tuas doce me.

Seruus tuus ſum ego: da mihi intellectum vt ſciam teſtimonia tua.

Tempus faciendi domine:diſſipauerunt legē tuam.

❡ Quaſi dicat.O Chriſte te & legem tuam diu expectaui & poſtea in ea perſcrutāda diu inſudaui & laboraui.Fac ergo miſericordiam tuam cum ſeruo tuo:& iuſtificationes tuas doce me,id eſt poſtq̄ dediſti legem mihi:doce me in ea: vt intelligam eius ſecreta.Sed quia hoc non poteſt eſſe ſine gratia eleuante intellectum:ergo da mihi intellectum:nō potentiam intellectiuam:quia iam eam dediſti mihi naturaliter cum anima in creatione:ſed da mihi donum intellectus:vt ſciam & intelligam teſtimonia tua.i.ſecreta & arcana legis tuæ:quam ſignis & miraculis & teſtimonio legis & prophetarum confirmaſti.Fac ergo miam poſtq̄ ſeruus tu᷒ ſum ego:& ſeruire tibi intendo:legeȝ tuam ſeruando:& defendendo ab hæreticis & infidelibus.Qui quidem hæretici diſſipauerunt legem tuam falſo modo gloſſando : & ſcripturas peruertendo a vero ſenſu.

❡ Quæ quidem lex euangelica eſt tempus faciendi.Nam H
lex vetus fuit tempus prophetandi & ſignificandi:quia omnia cōtingebāt illis in figura:& fuit tp̄s ſignificādi& figurādi.Sed lex euangelica fuit & eſt tempus faciendi & implendi ea quæ in lege veteri ſunt figurata & prophetata. Nam Chriſtus fecit & impleuit ea quæ dicta ſunt & figurata. Similiter lex euangelica dicitur tempus faciendi:quia in ea eſt tempus meritorie operādi.

Ideo dilexi mandata tua ſuper aurum & topazion.

Propterea ad oīa mandata tua dirigebar:omnē viam iniquam odio habui.

❡ Ideo ego dilexi mandata legis euangelicæ ſuper aurum & topazion:& ſuper omnem lapidem pretioſum:quia nullum pretium temporale eſt ipſi comparandum:cum per eius obſeruantiam ematur regnū cælorum.Ideo ergo dilexi legem tuam quæ eſt tempus faciendi:& meritorie operandi. propterea ad omnia mandata tua dirigebar.i.quia lex tua dixexit me ad omnia mandata tua intelligenda & facienda:ideo omnem viam iniquam & falſam ſectaȝ hęreticoȝ & peccatorum & vitiorum odio habui & fugi & euitaui.

❡ Vnde nota ꝙ quatuor genera hominum conati ſunt diſ I
ſipare legem dei in tempore faciendi,ſcilicet poſt aduentū

Chriſti. Nam primo Iudæi diſſipauerunt totaʒ legem veterem negando Chriſtuʒ: quia totuʒ tempus legis veteris fuit tempus ſignificandi & figurandi & ꝓnunciandi: ſed in Chriſto incepit tempus faciendi & verificandi: quia verificauit legem & prophetas: & impleuit & fecit omnia quæ in lege erant ſignificata & prophetata. Iudęi ergo negando Chriſtum negarunt & falſificarunt & diſſiparunt legem & prophetas in tempore faciendi & verificandi. Secundo conati ſunt diſſipare legem dei ipſi tyranni: vt patet in paſſionib⁹ martyrum: quia Diocletianus pręcepit incendi omnes ſcripturas ſacras vtriuſq; teſtamenti: vt patet in eccleſiaſtica hiſtoria. Tertio hæretici conati ſunt diſſipare legem dei & totam ſcripturam vtriuſq; teſtamenti falſo modo gloſſando & tragendo ad ſuos falſos errores: vt patet ibidem. Quarto conabitur deſtruere & diſſipare eandem legem ipſe filius per
K ditionis Antichriſtus: vt patet Danielis. x. ❡ Collegit ergo iſte homo ex contemplatione: & iugi ſtudio legis diuinæ: ſimul cum dono intellectus, decem fructus ſiue profectus. Primo. quia habuit iniquos odio. Secundo. quia habuit deum ſuſceptorem: & adiutorem. Tertio. quia declinauit a malignis. Quarto. quia nunq̃ fuit confuſus nec fraudatus ab expectatione ſua. Quinto. quia fuit adiutus & ſaluus. Sexto. quia ſpreuit oẽs hæreticos & præuaricantes. Septimo. qa ſemper in carne fuit confixus & refrenatus. Octauo. quia fecit ſemper iudicium & iuſtitiam. Et ſic non eſt traditus decepторibus nec calumniantibus. Nono. quia habuit bonum & verum ſenſum ſacrę ſcripturæ & ipſum attigit. Decimo. qa totum ſuum affectum & conatum poſuit in ſacra ſcriptura: & eam ſuper omnia dilexit.

## Mirabilia teſtimonia tua: ideo ſcrutata eſt ea aĩa mea.

## Declaratio ſermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis.

❡ In toto reſiduo huius pſalmi iſte peregrinus petit conſũmare & perficere curſum ſuum in quiete, contemplatione, & vita perfecta. Et ſic continue petit auxilium contra impedientes iter & curſum ſuum.

L· ❡ Ad cuius intelligentiam eſt notandum: vt pluries dictuʒ eſt: ꝙ finita rabie tyrannorum ſurrexit prauitas hæreticorum. Ideo ſicut Chriſtus dedit martyribus charitatem & donum fortitudinis ad propulſandos incurſus tyrannorum: Ita dedit ſapientiam doctoribus & intellectum & cætera dona ſpiritus ſancti. Et ſic peruerſitas hæreticorum fuit cauſa vt multi doctores ſcrutarentur ſacram ſcripturam: & gloſſarẽt & declararent eam: vt defenderent eam, ab hæreticis: & ſic Origenes & Athanaſius, & Baſilius, & Euſebi⁹, & Epiphanius: & Chryſoſtom⁹ apud græcos multa & infinita volumina ſcripſerunt. Apud latinos vero Auguſtinus contra gentiles libros de ciuitate dei ſcripſit: in quibus defendit ciuitatẽ dei: eo ꝙ Romani volebant repetere idololatriam. in quibus omnes ſcripturas conatur elucidare. Et cõtra Arrianos libros ſcripſit de trinitate & plures alios. Cõtra Pelagianos vero viginti duo volumina. Et Contra Manichęos totideʒ. In pſalterium autem copioſos edidit commentarios. Et ſup Ioannem & omnes epiſtolas Pauli: & ſuper totum teſtamẽtum vetus & nouum: & infinita alia volumina in quibus theſauros ſacrę ſcripturæ quondam clauſos nobis aperuit. Hoc etiam fecit Hieronymus: & Ambroſius, & Hilarius, & Gregorius &c. Et ſic per iſtos doctores hæreticis deuictis ſacra ſcriptura fuit illucidata & nobis manifeſtata. Intantũ ꝙ multi ſe dederunt ſtudio diuinæ legis & contemplatiõis: & dimittentes vitam actiuam ſe ad contemplatiuam trãſtulerunt: vt patet de frequentia Monachorũ Aegypti & Grecię & Italię & Britãniæ. Et ſic ex illo tempore magis apparuerunt nobis mirabilia arcana ſacrę legis. Et ex tunc eccleſia per aliqua tempora fuit in proſpero ſtatu. Sed quia nũq̃ defuerunt hæretici & hypocritę vſq; ad Antichriſtum, qui erit Iudęus & tyrannus & hypocrita & hęreticus, vt pluries dictum eſt: non ꝙ ſit Iudęus: ſed finget ſe Iudæum: & circũcidet ſe vt attrahat ad ſe Iudæos: Ideo Dauid præuidens in ſpiritu totum diſcurſum eccleſię reſidui temporis a proſperitate eccleſię vſq; ad Antichriſtum: in ſequentibus ſex octonarijs introducit iſtum hominem myſticuʒ, qui agit gratias de donis gratiarum ſibi datis in ſcripturis elucidandis, & de quiete & otio ſibi dato in vita contemplatiua: & petit auxilium contra impedientes otium & contemplationem & proſperitatem eccleſię. ideo duo facit. Nam primo agit gratias de prædictis. Secundo inuocat diuinum auxiliuʒ contra perſecutionem Antichriſti & cæterorum. ibi. Clamaui in toto.

❡ Quãtum ad primum duo facit. Nam primo agit gratias de prædictis. Secundo petit auxilium & vltioneʒ contra hypocritas & ſimulatos. ibi. Iuſt⁹ es domine. Dicit ergo ad primum. O domine: quia mirabilia ſunt teſtimonia tua. i. ſecreta & arcana legis teſtificata in veteri teſtamẽto per patriarchas & prophetas: & in nouo per os tuum & per ſigna & miracula: ideo ſcrutata eſt ea anima mea per Origeneʒ, & Auguſtinũ, & Euſebium: & Hieronymum & cęteros doctores: qui ſcrutati ſunt arcana ſacræ ſcripturę. Vnde declaratio & gloſſa ſermonum tuorum facta per iſtos doctores illuminat omnes populos fideles: & dat intellectum & intelligentiaʒ paruulis & ſimplicibus. quæ ſecreta tua ante erãt abſconſa. Nunc autem abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus huius mũdi: & reuelaſti ea paruulis & ſimplicibus fidelib⁹. Et ideo

## Os meum aperui & attraxi ſpiritum: quia mã-data tua deſiderabam.

❡ Poſtq̃ vidi tantam copiam & abundantiam theſauri & luminis tuæ ſapientiæ: aperui os animę: ſcilicet intellectus & voluntatis: & attraxi ſpiritum ſapientię ad refrigerandaʒ & nutriendam animam, quæ ante fuerat eſuriens: qa mandata tua deſiderabam. Nam iſtum cibuʒ & potum ſpiritualem deſideraui a principio mundi vſq; ad aduentum tuum.

## Aſpice in me & miſerere mei: ſecundum iudiciũ diligentium nomen tuum.

❡ Poſtq̃ adeptus eſt hanc copiam & abundantiam: petit in eius otio & quiete diu & ſemper manere & confirmari. Idõ dicit. Aſpice in me & miſerere mei: & permitte me quietari & frui hoc otio ſecundum iudicium diligentium nomen tuum, id eſt ſicut permittis angelos qui diligunt nomen tuum, manere in perpetua quiete contemplationis. Nam a principio induiſti & cõfirmaſti eos in gratia & quiete, eo ꝙ tibi adhæſerunt. Alios autem iudicaſti ad pœnam æternã.

## Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniuſtitia.

❡ Ergo aſpice in me ſecundum iudicium iſtorum bonoruʒ angelorum diligentium nomen tuum: & conſerua me in lege tua: & dirige greſſus & operationes meas ſecundum eloquium & legem & mandata tua: vt nulla iniuſtitia & nullũ peccatum dominetur mei. quia omne peccatum fit contra iuſtitiam & præcepta dei: quę conſiſtunt in quadam iuſtitia: qa ve illi cui cupiditas & caro & ſuꝑbia & iniuſtitia dñaſ: qa ſcdm Ciceronẽ miſer eſt cui peccare licet: qa & ſi dñetur ſeruus eſt: Et qđ deterius eſt: quot vitiorũ tot dominorum.

Redime me a calumniis hominum: vt cuſtodiã mandata tua.

¶ Et non ſolum rogo vt non dominẽt mei iniuſtitia peccatẽ: ſed etiam vt non dominentur mei tyranni & infideles & hoies iniuſti. Redime & libera me ergo a calumnijs & deceptionibus & fraudibus hoim hypocritarum: qui veniunt in veſtimentis ouium ad calumniadum: ne impediant me in contemplatione: ſed cuſtodiam mandata tua.

Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum: & doce me iuſtificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerũt oculi mei: quia nõ cuſtodierunt legem tuam.

¶ Facies enim patris & filius Chriſtus, qui lumen ſuum ſuper nos emiſit. Et per tale lumen doce me iuſtificatiões tuas. Nam quia per præteritum peccaui contra te: ideo iaꝫ feci pœnitentiam in lachrymis &c. Vnde oculi mei deduxerunt exitus aquarum, i. riuos lachrymarum prę dolore & cõtritione: quia non cuſtodierunt legem tuam: immo præuaricati & trãſgreſſi ſunt præcepta tua. Ideo poſtq̃ egi pœnitẽtiam ex gratia tua, & paſſus ſum tot afflictiones & perſecutiones: & deduxiſti me in hunc ſtatum proſperum contemplationis conſerua me in eo, ne vlterius cadam. Et nota ꝙ iſte peregrinus non ſolum fecit pœnitentiam in ſe: ſed per amplius & perfectius fecit pœnitentiam in capite ſuo Chriſto. Ideo totus Chriſtus caput & membra dicit. Exitus aquarum &c. Et etiam hoc dicit referendo ad tempora perſecutionum tyrannorum: quando eccleſia erat afflicta: & fideles latebant in montibus & antris deflendo iacturam & pſecutionem martyrum.

Iuſtus es domine: & rectum iudicium tuum.

Mãdaſti iuſtitiam teſtimonia tua: & veritatem tuam nimis.

¶ In hoc decimoctauo octonario continue iſte peregrinus non ceſſat petere conſeruari in ſtatu gratię & contemplationis. Sed quia iuſtus non ſolum delectatur in contemplatione & iuſtitia: ſed etiaꝫ ex zelo legis dolet cum viderit hypocritas fingentes iuſtitiã exteriꝰ: & iteriꝰ eſſe lupos & alios mordẽtes & ipediẽtes: quia vt plurimuꝫ ſunt inuidi & mordaces & impedientes iuſtos. ideo dicit, O domine tu non es ſimulatus: immo iuſtus: & iudicium tuum rectum. Et tu domine mãdaſti teſtimonia tua eſſe iuſtitiaꝫ omnibus. i. iuſta: & veritatem tuam nimis. id eſt tu dediſti mandata tua ſub quadam magna iuſtitia & veritate, & non cum iniuſtitia & fictione. Nec fuerunt tua ꝑcepta iniuſta nec ficta: quia lex tua eſt iuſta: & valde vera.

Tabeſcere me fecit zelus meus: quia obliti ſunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehementer: & ſeruus tuus dilexit illud.

¶ Et ideo zelus meus quem erga legem tuam habeo: me fecit tabeſcere & liqueſieri & indignari: eo ꝙ inimici mei infideles & hypocritę & peccatores ſunt verba tua & trãſgreſſi ſunt legem tuam & doctrinam: quia exterminant facies ſuas: vt appareant hominibus ieiunantes. Et faciunt iuſtitiam ſuam coram hominibus vt videantur ab eis &c. Nam eloquium tuum eſt ignitum vehementer: & vrens corda hominum, iuſtificans interius: & non vult apparentiam exterius. Ideo ille qui eſt vere ſeruus tuus dilexit illud: & ſeruat intrinſecus & extrinſecus.

Adoleſcentulus ſum ego & contemptus: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.

Iuſtitia tua iuſtitia inæternum: & lex tua veritas.

¶ Ideo licet ego ſim adoleſcentulus & contemptus de me & cito lapſurus: tamen iuſtificationes tuas non ſum oblitus: quia iuſtitia tua eſt iuſtitia inæternum: & non ad tempus: & lex tua non eſt ficta: ſed veritas: quia veritas & gratia & iuſtitia per Chriſtum patefacta eſt. Et ſic licet ego ſim fragilis, & mobilis, & variabilis ſicut adoleſcentulus: tamen lex tua eſt iuſta & vera in æternum.

Tribulatio & anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt.

Aequitas teſtimonia tua inęternum: intellectũ da mihi & viuam.

¶ Et lꝫ ideo tribulatio inimicorũ exteriorum, & hypocritarum, & peccatorum: & anguſtia paſſionum interiorum inuenerunt me: tamen ſemper mandata tua meditatio mea eſt. Et ſic euado a tribulationibus & anguſtijs: quia teſtimonia tua & lex euangelica eſt quędam ęquitas & iuſtitia. Iõ da mihi intellectum, id eſt donum intelligentię: vt intelligendo obſeruem ipſam. Et ſic ſpiritualiter viuam per eius obſeruantiam.

¶ Vita ergo contemplatiua & cõtemplatio legis facit octo fructus. Nam primo mouet hominem ad perſcrutandũ mirabilia legis. Secundo illuminat & dat intellectum. Tertio ſatiat animam. Quarto dirigit greſſus. Quinto redimit a calumnijs. Sexto mouet ad pœnitentiam de præteritis. Septimo ex zelo legis dolet de peccatoribꝰ & hypocritis, liberat enim a tribulationibus interioribus & exterioribus. Octauo dat vitam ſpiritualem, Quia non in ſolo pane viuit homo ſꝫ in omni verbo quod procedit de ore dei. Deute. viij. M

Clamaui in toto corde exaudi me domine: iuſtificationes tuas requiram.

Clamaui ad te ſaluum me fac: vt cuſtodiam mãdata tua.

¶ Poſtq̃ iſte peregrinus duxit curſum ſuum in lege domini vſqꝫ ad quietem & pacem eccleſię: deuictis Iudæis & tyrannis & hæreticis: & petijt perſeuerantiam, & confirmari in pace & contemplatione & quiete: iam contractus longitudine itineris, & vexatus aſperitate & afflictione laborum cupit diſſolui & eſſe cum Chriſto: & aſſequi beatitudinem & obſeruantiam legis ſibi in principio promiſſaꝫ. Ideo in hoc xix. octonario & tribus ſequentibus quaſi epilogãdo rememorat totum diſcurſum ſuę peregrinationis & laborum ſuorum: quaſi petens pręmium promiſſum pro cunctis laboribus emptum. Vnde tria facit. Nam primo epilogat diſcurſũ ſuæ peregrinationis ab Adam vſqꝫ ad aduentũ Chriſti: oẽs labores enumerando. Secundo rememorat totam peregrinationem ab aduentu Chriſti vſqꝫ ad ſtatum proſperitatis eccleſiæ: enumerando omnes perſecutiones & labores pro defenſione legis euangelicæ. Tertio petit diſſolui: & poſſidere pręmium & beatitudinem cum Chriſto. Secundum ibi. Vide humilitatem. Tertium ibi. Appropinquet deprecatio mea. Quantum ergo ad primum dicit. O domine ſemper in hac peregrinatione clamaui in toto corde meo. ſcilicet mente & affectu vt requiram iuſtificationes tuas, id eſt & requiſiui iuſtificationes tuas. Clamaui ad te: ergo ſaluum me fac vt cuſtodiam mandata tua, id eſt ſemper clamaui vt me ſaluum faceres: vt cuſtodirem mãdata tua.

Prę ueni in maturitate & clamaui: quia in verba tua ſuperſperaui.

¶ Et exponit ſemetipſum dicens. Ego præueni eum in maturitate, id eſt ante maturitatem: & tempus legis euangelicę dum eſſem ſub lege veteri, ego præueni clamãdo & petendo legem gratiæ iuſtificantem, & aduentum Meſſię in lege patribus promiſſi. Ideo ſequitur. Et in verba & promiſſa tua ſuperſperaui.

Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditaret eloquia tua.

¶ Magis exponit & declarat ſeipſum dicens. Præuenerũt oculi mei. ſ. mentis & affectus diluculo, id eſt ante auroram & prope auroram: quod fuit tempus Zacharię & Simeonis prope incarnationem: qui cum magno deſiderio rogabant & orabant aduentum ſaluatoris accelerari. Quibus reuelatus eſt de propinquo aduentus Chriſti. Nam Simeoni promiſſum fuit non viſurum ſe mortem niſi prius videret Chriſtum domini. Hoc idem Zachariæ: vt patet Lucę. j. Et hoc eſt quod dicit. Præuenerũt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia & promiſſa tua.

Vocem meam audi ſecundum miſericordiam tuam domine: & ſecundum iudicium tuum viuifica me.

Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti ſunt.

¶ Ideo vocem meam audi ſecundum miſericordiam tuã & iuſtitiam tuam domine. Quia per totum illud tempus añ aduentum Chriſti & poſt, perſequẽtes me. ſ. Caim, Pharao, & Nabuchodonozor &c. appropinquauerunt iniquitati. i. infidelitati & ſuperſtitioni idololatrię & odio: iõa lege tua q̃ præcipit vnum deum coli: & proximũ diligi, longe facti ſũt. Quia legem tuam præuaricati & trãſgreſſi ſunt.

Prope es tu domine: & omnes viæ tuæ veritas.

Initio cognoui de teſtimoniis tuis: quia inęternum fundaſti ea.

¶ Sed lʒ illi ſe elongauerint a te & a lege tua: tamen tu domine ſemper es & fuiſti mihi prope: quia obſeruaui legem tuam quia omnes viæ tuę ſunt veritas. Superſtitiones autẽ illorũ ſunt mendacia ficta & violenta & non duratura. Sʒ ego cognoui in initio. i. a principio de teſtimoniis tuis: quia inęternũ fundaſti ea. Quaſi di. tu domine in principio dediſti legem de obedientia ad deum & de dilectione proximi & de cultu diuino. Quæ quidem præcepta & mandata ſunt æterna per totam legem veterem & nouam. Vñ Chriſtus Math. vij. Quæcunqȝ vultis vt faciant vobis homines & vos facite illis. hæc lex & prophetæ. Iteʒ Matth. xix. Vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Item eiuſdem. xxij. Diliges dominum deum tuum &c. Ex quo patet ꝙ iſta mandata iã a principio data ſunt ipſi Adam & Caim. Geñ. iiij. Et ipſi Moyſi Deuter. vij. Et Chriſtus in euãgelio ea confirmauit: ergo ſunt ęterna in vtroqȝ teſtamẽto. Ideo dicit. Ego cognoui quia inęternum fundaſti ea. Vnde nota ꝙ vię domini ſũt mandata & præcepta in lege ſcripta: quę omnia dicũtur veritas. Primo. quia a prima veritate procedunt quæ eſt de⁹. Secundo dicuntur veritas: quia omnia in Chriſtum & euangelicam veritatem tendebant tanq̃ in finem in quo omnia fuerunt verificata: tam cerimonialia: q̃ iudicialia: & etiam moralia. Tertio omnia præcepta dicuntur veritas, id eſt iuſtitia inquantum omnia erant conformia diuinę voluntati. Et ſic omnia erant immobilis veritatis quantum ad finem, vt ſępius dictum eſt. Ideo dicit Dauid ꝙ omnes vię tuæ veritas.

Vide humilitatem meam & eripe me: quia legem tuam non ſum oblitus.

¶ In hoc. xx. octonario memorat labores itineris eccleſiæ Chriſti poſt eius aduentum: & perſecutionem factam a Iudęis. Ideo dicit. Vide humilitatem meam quã habui in primitiua eccleſia in perſecutione Iudęorũ: & eripe me ab eis. Et eripe me a iugo legis veteris: quia legem tuam euangelicam quę vere iuſtificat: non ſum oblitus. immo quia cum humilitate eam ſuſcepi & obſeruare promiſi: quę quidem lex eſt fundata in humilitate: vt dictum eſt: ergo vide humilitatem meam &c.

Iudica iudicium meum & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.

Longe a peccatoribus ſalus: quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt.

¶ Et tu o Chriſte qui veniſti iudex in mundũ: nunc per diſcretionem & in nouiſſimo die per examinationeʒ: iudica iudicium meum diſcernendo cauſam meam, ſeparando me a conſortio Iudęorum: & redime me non ſolum a peccato: ſed etiam abſolue me a iugo legis veteris per legeʒ euangelicam: & etiam ab omni peccato. & propter eloquium tuũ, id eſt propter legeʒ euangelicam a te prolatam viuifica me a morte peccati per viam gratię ac ſacramentorum eccleſiæ: quia talis ſalus & vita data per legem euangelicam eſt longe a Iudęis & infidelibus & cæteris peccatoribus: eo ꝙ iuſtificationes tuas non exquiſierunt.

Miſericordie tuæ multę domine: ſecundum iudicium tuum viuifica me.

¶ Et q̃a dñe miæ tuę ſũt multę in lege euãgelica: q̃a multa remedia dediſti ad ſaluandũ nos: puta baptiſmũ, & confirmationem, & pœnitentiã &c. Iõ ſcdm iudiciũ & ſniam tuaʒ viuifica me. ſ. ſecundũ ſententiaʒ a te datam Marci. vltimo. Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit &c.

Multi qui perſequuntur me & tribulant me: a teſtimoniis tuis non declinaui.

Vidi præuaricãtes & tabeſcebam: quia eloquia tua non cuſtodierunt.

¶ Item licet multi ſunt Iudęi & gentiles & perfidi q tribulant & tribulauerunt me: tamẽ a teſtimoniis & lege tua nõ declinaui: immo cum vidi Iudæos & infideles & hæreticos ꝑuaricãtes legẽ tuã: & cõtẽnẽtes, ego tabeſcebã & liq̃fiebã ex zelo: quia mandata tua non cuſtodierunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi domine: in miſericordia tua viuifica me.

Principium verborum tuorum veritas: inęternum omnia iudicia iuſtitię tuę.

¶ Vide ergo & non neges mihi præmium o dñe: quoniam ſemp in his perſecutionibus mãdata tua quæſiui: quia ſunt vera & non falſa nec ficta: quia principiũ verboꝝ tuoruʒ eſt veritas. nã tu loqueris p Chriſtũ qui eſt verbũ tuum p quem facta ſunt omnia. Sed ipſe eſt via veritas & vita: ideo principium verborum tuoruʒ ẽ veritas. Et ideo dilexit legeʒ tuã & ſic non poſſum falli. Ideo ſunt æterna in veritate omnia iudicia & promiſſa iuſtitiæ tuæ: & ꝑmia q̃ p iuſtitiam adiudicaſti & ꝓmiſiſti. Et ſic viuifica me in miſericordia tua ſicut promiſiſti obſeruãtibus legẽ tuã: & non fallas me: quia principium verborum tuorum veritas &c. Ideo non dubito ꝑmiari: nec timeo falli. Vnde principium verborum dei eſt veritas, quia verba dei a prima veritate procedunt, & in veritatem qui eſt Chriſtus tendunt. Et ſic oia quę ſcribunt̃ in lege ſunt vera & iuſta: inquantum iuxta diuinam voluntatem ſunt ordinata. Et ſic veritas idem eſt quod iuſtitia.

Principes perſecuti ſunt me gratis: & a verbis tuis formidauit cor meum.

Lætabor ego ſuper eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa.

Iniquitatem odio habui & abominatus ſum: legem autem tuam dilexi.

¶ In hoc.xxi.octonario rememorans perſecutiones tyrannorum petit præmium promiſſum dicens. Principes & imperatores & tyranni & diaboli perſecuti ſunt me: non de meritis meis pcedentibus, ſed gratis & ſponte: & certa malitia propter nomen tuum: eo q defendebam fidem tuam: Intantum q a verbis tuis formidauit cor meum fugiẽdo pſecutionem eorũ per montes & ſpeluncas. Et tamẽ lętabor ſup eloquia tua. i. in contemplatione & confidentia legis & promiſſionis tuę: ſicut qui inuenit ſpolia multa. Quaſi dicat: q ita lætabor in perſecutionibus & tormentis: ſicut victor i bello qui inuenit ſpolia multa. Nam illi per bella temporalia inueniunt ſpolia terrena: ſed ego per martyrium inueni ſpolia ſpiritualia & diuina: quia illi inuenerunt coronam corruptibilem: ſed ego incorruptibilem. Licet ergo principes me fuerint perſecuti: & timuerim in principio: tñ cõſiderãs eam beatitudinẽ q̃ mihi in lege promittitur: contẽpſi principes perſequentes & lætabar ſuper eloquia & pmiſſiones tuas: ſicut qui inuenit ſpolia multa. Et habui odio: & obomi natus ſum omnem iniquitatem eorũ: legem autem tuam dilexi & contemplatus & ſecutus ſum.

Septies in die laudem dixi tibi: ſuper iudicia iuſtitię tuę.

¶ Vnde deuictis tyrannis & hęreticis contemplationi totaliter me dedi. Et ſic ordinaui officia eccleſiaſtica per ſeptẽ horas diei ad laudem dei in hymnis & canticis: & ampliaui diuinũ cultũ per doctores meos. Et ſic ſepties in die laudem dixi & cantaui tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuę. Quaſi dicat: in illis ſeptem horis diurnis pariterq nocturnis cantantur geſta patriarcharum & prophetarum: & apoſtolorum & martyrum: & geſta euãgelica: quæ ſunt iudicia iuſtitię tuę. Hoc dicit: quia in illa ætate Hieronymus, & Ambroſius, & Auguſtinus, & Gregorius ordinarunt officia eccleſiaſtica: & horas ſeptẽ canonycas cantari in eccleſia fecerunt per totũ orbem. de quibus horis dicetur pſalmo.cxxix.

Pax multa diligentibus legem tuam: & non eſt illis ſcandalum.

Expectabam ſalutare tuum domine: & mandata tua dilexi.

Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua: & dilexit ea vehementer.

Seruaui mãdata tua & teſtimonia tua: quia omnes viæ meę in conſpectu tuo.

¶ Sedatis perſecutionibus fuit multa pax diligẽtibus legẽ tuã, & omnibus Chriſtianis in eccleſia tua. Etiam nõ eſt illis ſcandalum: quia omnes hęreſes quibus multi ſcandalizabãtur ſunt extinctę & ſedatę. Et ideo iam expectabam ſalutare tuum in ęterna felicitate, relectis rebus terrenis. Nam conuerſatio mea in celis eſt: iam viuendo in hac vita contẽplatiua: & ſola mandata tua dilexi: quia in ſola lege tua eſt voluntas mea die ac nocte. Et ſic in contemplatione cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua: & dilexit ea vehementer. Et ſeruaui mãdata tua & teſtimonia tua: quia dedit' ſoli cõtemplationi: & omnes vię meę. i. intellectus & voluntas & affectus eſt totus fixus in cõſpectu tuo abſtractus a terrenis.

Appropinquet deprecatio mea in cõſpetu tuo domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.

¶ In hoc vltimo octanario iam petit abſolui a membris corporis huius & eſſe cum Chriſto in beatitudine: & petit præmium pro laboribus & peregrinatione. Dicit ergo: O domine appropinquet iam oratio mea in conſpectu tuo: & da mihi intellectum & intelligentiã clare viſionis in patria iuxta eloquium, id eſt ſecundum promiſſionem tuam. Nam in principio dixiſti. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Ego autem iam ambulaui in lege tua: & me ſeruaui immaculatum ex gratia tua: ergo da mihi claram viſionem & intellectum beatitudinis.

Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo: ſecũdũ eloquium tuum eripe me.

Eructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iuſtificationes tuas.

¶ Et intret in conſpectu tuo poſtulatio mea: & ſecundum eloquium & promiſſum tuum eripe me. Abſolue me ab hoc mortali & ponderoſo corpore & paſſibili: & cum fuero abſolutus ab hoc mortali corpore, eructabunt & cantabunt labia mea hymnum cum beatis in patria: cum pro poſtq̃ docueris me iuſtificationes tuas, id eſt poſtq̃ impleuerim iuſtificationes quas me docuiſti: & etiam cum docueris & oſtenderis mihi iuſtificationes tuas, id eſt præmia iuſtificationum tuarum in patria.

Pronũciabit lingua mea eloquiam tuum: quia omnia mandata tua æquitas.

¶ Et tunc pronunciabit lingua mea eloquiũ tuum agendo gratias cũ cæteris beatis: quia omnia mandata tua veritas: quia quicquid promiſiſti adimpleſti. Ideo omnes beati in ſęcula ſęculorum laudabunt te, dicentes. Benedictio & claritas & gratiarũ actio &c. Apocalyp.vii.

Fiat manus tua vt ſaluet me: quoniam mandata tua elegi.

Cõcupiui ſalutare tuum domine: & lex tua meditatio mea eſt.

Viuet anima mea & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.

¶ Ergo fiat man' tuã & miſericordia ſup me: & ſaluet me, beatitudinem conferendo: quia mandata tua elegi & impleui. ergo da mihi p̃miũ: qa hoc p̃mium & ſalutare tuum ſẽper concupiui: & pter ipm ſemp laboraui: quia lex tua meditatio mea eſt: quia ſemper fuit in eis voluntas mea die ac nocte. Et ſic cum dederis mihi hoc p̃miũ viuet aia mea beata & æterna fruitione: & in ſæcula ſæculorũ laudabit te: qa iudicia tua, id eſt obſeruantia legis tuæ adiuuabit me & adiuuit me ad conſequendam beatitudinem.

Erraui ſicut ouis quæ periit: quære ſeruum tuũ quia mandata tua non ſum oblitus.

¶ Hic concludit totum intellectum huius pſalmi. ¶ Vnde eſt aduertẽdũ ſicut i pricipio dictũ eſt: q iſte hõ fuit in principio creatus a deo & factus ciuis & dominus illius amœnę & felicis ciuitatis paradiſi terreſtris: quem ornauit omnibus bonis gratuitis in corpore & anima cum illa originali iuſtitia: cui dedit legem obediẽtiæ: quam ſi ſeruaſſet, abſq labore poſt longum tẽpus fuiſſet trãſlatus in cælũ cũ tota ſua poſteritate ad meliorẽ & optimã vitã & ęt'nã felicitatẽ. Sz qa fuit rebellis: nõ ſolũ pdidit ęternã felicitatẽ: ſz ẽt p̃ntẽ: qa fuit

Expulſus ab illa terreſtri ciuitate paradiſi. Et ſic ex ciue &
dño felici factus eſt exul & miſer pegrinus in hac lachryma-
rum valle. Tunc iſte miſer petijt ſi eſſet aliq̃ remiſſio ſui pec
cati & modus recuperandi ſupernam felicitatem ꝑditam &
beatitudineꝫ. Tunc dixit ipſi angelus ex parte dei: ꝙ aliter
nõ poſſit recuperare: niſi ꝑ longa tempora pegrinaret per
hunc mundũ ambulando ſine macula in lege domini. Itaqꝫ
ſicut inobedientia & peccatum fuit via ad expellandum ipſꝫ
a beatitudine: ita lex diuina erat via ad reducẽdum ipm ad
beatitudinem perditam. Et ſic dixit ipſi angelus. Beati im-
maculati in via qui ambulant in lege domini. Et quia opor
tet viatorem ſcire legem a deo datam: ideo ſequitur. Beati
qui ſcrutantur teſtimonia eius, &c. Et quia obſeruantia huiꝰ
legis conſiſtit in declinando a malo: & faciendo bonum: iõ
ſequitur. Non enim qui operantur iniquitatem in vijs eius
ambulauerunt. Tunc iſte peregrinus acceptauit peregrina
tionem & legẽ: & ꝓmiſit ipaꝫ obſeruare. Et reſpondit dicẽs
poſtq̃ tu dñe mãdaſti mãdata tua cuſtodiri nimis: vtinã diri
gant vię meę ad cuſtodiẽdas iuſtificationes tuas. Et ſic petit
auxiliũ & gratiaꝫ vt in hac via & lege & pegrinatione diri-
gat. Sed petit quõ in ſua adoleſcẽtia corriget viam ſuam &
motus & paſſiones. Cui reſpondetur: In cuſtodiendo ſermo
nes tuos. Et ſic iſte peregrinus eſt vſqꝫ ad Chriſtũ in lege ve
teri. Et tunc dicit. Ecce dñe iã viã mandatoꝝ cucurri &c. Sꝫ
iam deinceps legem pone mihi iuſtificationum tuaruꝫ: qa
ipſam volui: & ſemp deſideraui poſtq̃ in lege veteri non po
tui iuſtificari. Poſtq̃ autem recepit legem euangelicam iuſti
ficantem, agit gratias dicens. Bonitatem feciſti &c. Et cum
hoc petit auxilium ad confundendum iudęos. Poſtea petit
auxilium ad debellandos tyrannos: poſtea contra hæreti-
cos. quibus omnibus deuictis ampliauit cultum diuinum: &
petit confirmari in otio & quiete vitę contemplatiuę. Nũc
autem in fine iam fractus aſperis laboribus & longa pere-
grinatione & cõpleto curſu per obſeruantiam legis: & poſtq̃
ambulauit immaculatus in lege domini, petit ꝑmiũ beati-
tudinis in principio promiſſæ: & dicit: O dñe iam erraui &
peregrinatus ſum exul extra patriã: ſicut ouis q̃ perijt. Ergo
iam quęre ſeruum tuũ & duc tecum in ſupernam beatitudi-
nem: qa mãdata tua non ſum oblitus: immo impleui legem
quã mihi impoſuiſti & peregrinationeꝫ. ¶ Et reſpice bene:
N quia ab iſto pſalmo furatus eſt ingenium & inuentioneꝫ Sa-
lomon in canticis: niſi ꝙ mutauit ſtylum a peregrino in ſpõ
ſam. Sed ſeruauit eundem diſcurſum. Et ideo eodem modo
finiunt cantica. Nam ſponſa poſt longam peregrinationeꝫ
deuictis tyrannis & hereticis: & iã quieſcẽs in proſperitate:
cupit diſſolui & eſſe cum Chriſto. Ideo vocat eã ſponſus di-
cens. Quæ habitas in ortis amici auſcultant te: fac me audi-
re vocẽ tuã. Et tunc ipſa reſpõdet dicens. Fuge dilecte mi: &
duc me tecum ſupple in montes aromatũ. Ex quo patet ꝙ
eadẽ eſt ſentẽtia hic & ibi: & idẽ diſcurſus: & eadeꝫ cõcluſio.
O ¶ Eſt ergo aduertendũ ꝙ eccl'ia conſiderat quatuor ſtatus
ſiue ætates in ſe in ꝓſecutione tẽporis. Primus fuit ab Adaꝫ
vſqꝫ ad Chriſtũ: q̃ dicit adoleſcentia. Secundꝰ fuit a ꝑdica-
tione Chriſti vſqꝫ ad ꝑdicationem apoſtolorum. In quo ſta
tu data eſt lex: & redemptum eſt genus humanũ. q̃ ætas di-
cta eſt iuuentus & renouatio. Tertius fuit ab apoſtolis vſqꝫ
ad Conſtantinum & doctores: q̃ dicta eſt virilitas: qa tũc pu
gnauit: & fuit in ſuo vigore. Quartꝰ fuit a doctoribꝰ vſqꝫ ad
finem quæ dicitur ſenectus. ¶ Quaſi ſecundũ iſtũ modum
ſuperiꝰ expoſitus eſt prophetice & myſtice iſte pſalmus ſcdꝫ
pegrinationeꝫ corporis myſtici eccleſiaſtici ꝑ ætates & ſtatꝰ
ſucceſſiue. Sed quia in eccleſia ſunt ſimul quatuor ſtatus. ſ.
pctõrum & conuerſorum pœnitentiũ: & ꝓficientiũ & perfe
ctorũ. Nã primi qui indigent corrigi: iã corriguntur. Secundi
iam proficiunt ſibi in viuendo: & tertij cæteris in docendo.
Quarti iam relictis terrenis viuunt in contemplatione. Iõ
eccleſia cantat quatuor primos octonarios huius pſalmi ad
primam ꝓ peccatoribus deſiderantibus corrigi. Ad tertiaꝫ
vero cantãt ſex octonarios ſequentes pro conuerſis & pœni
tentibus. Ad ſextam vero cantat alios ſex ſequentes pro ꝓ-
ficientibus: qui ſunt martyres & doctores: & qui iam fecerũt
pœnitentiam. Itẽ pro perfectis cantat ſex vltimos. ſ. pro cõ-
templatiuis. ¶ Item quia eccleſia conſiderat in quolibet fi
deli quatuor ſtatus ſiue ætates. ſ. adoleſcentiam: in qua indi
get corrigere & reprimere affectiones & paſſiones. Secũda
eſt iuuentus, in qua iam operatur & laborat in vita terrena.
Ideo oportet comprimi ab auaritia & ſupbia. Tertia eſt vi-
rilitas in qua iam ſibi proficit & alios docet exemplo & do
ctrina. Quarta eſt ſenectus. in qua totaliter debet relinque-
re terrena & contemplari de vita futura. Ideo eccleſia can-
tat primos quatuor octonarios ad primam pro adoleſcen-
tibus: & ſex ſequentes ad tertiam pro iuuenibus: & ſex ſeq̃n
tes ad ſextam pro viris: & ſex vltimos ad nonam pro ſenibꝰ.
¶ Item quia etiam eccleſia conſiderat tres ſtatus ſimul in
lege euangelica. Primus dicitur ſtatus communis omnibus
Chriſtianis: quia viuunt in fide & ſpe & charitate iuſtificati
per eccleſiaſtica ſacramenta. Secundus dicitur ſtatus ꝓficiẽ
tiam ſibi & alijs: & iſte dicitur ſtatus doctorum & prælato-
rum, qui ſibi proficiunt in vita iuſta: & alios docent vita &
doctrina: & eccleſiam dei defendunt ab hæreticis & infide
libus. Tertius eſt contemplatiuorum & perfectiſſimorũ: ſi-
cut ſunt martyres & eremitę &c. qui ſecluſi a mundo cupiũt
eſſe cum Chriſto. Ideo eccleſia pro ſtatu communi cãtat pri-
mos quatuor octonarios ad primam: & ſex ſequẽtes ad ter-
tiam pro ſtatu proficientium: & cantat ſex ſequentes ad ſex
tam pro eiſdem: & pro ſtatu perfectorum ſex vltimos ad no
nam. Vnde prima correſpondet adoleſcentiæ: & tertia iuuẽ
tuti: & ſexta virilitati: & nona ſenectuti: eo ꝙ iam declinet
vita hominis. ¶ Ex quo patet ꝙ illi qui gloſſant iſtum pſal
mum pro vita contemplatiua & actiua, bene dicunt: & etiã
qui gloſſant ipſum pro inſipientibus & proficientibus nõ mi
nus bene dicunt. Sed non euacuant totam intelligentiã hu
ius pſalmi: quia tales expoſitiões ſunt quaſi merę morales.
Sed oportet vt & exponatur prophetice ſicut ſupra dictum
& factum eſt. Nam iſta fuit primaria intentio ipſius Dauid:
vt patet diligenter intuenti per diſcurſũ huius pſalmi & pe-
grinationem & diuerſos ſtatus huius peregrini, & intentio
nem eccleſię quæ non ſolum recitat hunc pſalmum ad mo-
res capeſſendos: ſed etiam principaliter petendo auxiliũ: &
gratias agẽdo de bñficijs acceptis ꝑ oẽs ſtatus & ætates hu-
ius pegrinationis. Ideo pręponitur in eius titulo Alleluia.
¶ Ex ſupradictis etiam patet ꝙ cum vita cuiuſlibet homi-
nis nõ ſit niſi q̃dã pegrinatio inter ꝑcipitia & laqueos carnis
& mundi & diaboli: ideo iſte pſalmus non ſolum eſt intelli-
gendus & exponendus prophetice de peregrinatione totiꝰ
corporis & hominis myſtici ab Adam vſqꝫ ad iudicium, ſi-
cut expoſitus eſt: ſed etiam moraliter de peregrinatione vi-
tę cuiuſlibet hominis. Sed quia circa talem moralem expo-
ſitionem maxime inſudarunt ſacri doctores: ſcilicꝫ Ambro-
ſius & Auguſtinus & Caſſiodorus: vt dictum eſt in princi-
pio: ideo quiſqꝫ cupiens ſatiari vberiori doctrina pergat ad
eos: quia hic principaliter intẽdimus propheticam intelli-
gentiam pſalmorum reſerare: vt per eam ad moralẽ & ana
gogicam vnuſquiſqꝫ per ſe faciliter valeat peruenire: ſemꝑ
tamen auxilio diuino inuocato: vt docet Dauid in hoc pſal
mo.

AD dominum cum tribularer clamaui:
& exaudiuit me.
Domine libera animam meam a labiis
iniquis & a lingua doloſa.

¶ Huic pſalmo & quatuordecim ſequentibus generaliter
ꝑponitur talis titulus. ſ. Canticũ graduuꝫ: eo ꝙ iſti q̃ndecim

pſalmi cantabanť per ſacerdotes & leuitas in aſcẽſu quideci
graduũ tẽpli Salomonis. ¶ Ad cuius intelligentiã dicunt
Thalmudiſtę vt refert Chãhi: ꝙ qñ Salomõ fodit fundamẽ
ta tẽpli tanta abũdãtia aquę incepit emanare ꝙ voluit q̃ſi
ſubmergere totã ciuitatẽ Hierl̃m. Sed tunc Achitophel vir
prudens ſcripſit ſemiforas.i.nomen tetragrãmaton in teſta
ollæ: & miſit in aquã adiurando eã vt retrocederet. Et ſic a-
qua deſcẽdit verſus cẽtrũ terrę p ſedecim milia ſtadioꝝ. Sed
tũc dixerunt ſapientes ꝙ hoc cedebat in maximũ dãnũ ciui
tatis ꝙ aqua eſſet ita ꝓfunda: puta ꝓ puteis fodiendis. Sed
tunc Achitophel iterũ ſcripſit nomẽ ſemiforas in alia teſta
ollæ: & miſit in illud ꝓfundũ adiurando aquã vt aſcẽderet
per quindecim milia ſtadioꝝ: qđ ſic factũ fuit. Et tũc Salo-
mon iecit fundamẽta tẽpli & fecit quindecim grad⁹ in aſcen
ſu tẽpli in memoriã illoꝝ quindeci ſtadioꝝ qbus aqua aſcẽ-
derat de abyſſo. Et ſic dicũt Thalmudiſtæ: ꝙ Salomõ p̄ce-
pit cantari hos quindeci pſal. in aſcẽſu illoꝝ quindecim gra-
duum in memoriã illius magni miraculi. Sed quantũ iſta po
ſitio ſit ficta & friuola & irriſoria & in ſe cõcludens mẽdaciũ
& cõtradictionẽ, cuilibet diſpoſitio põt patere. Et iõ eſt ali-
ter dicendũ ſcḋm Aug. & ſacros doctores: ꝙ tota ædificatio
& diſpoſitio Hierl̃m & illi⁹ tẽpli fuit figura Chriſti & eccl̃iæ
militantis: & ex cõſequẽti eccl̃ię triũphãtis. Et iõ anteq̃ ędi
ficareť fuit tradita ipſi Dauid a ſpũ ſctõ deſcriptio & exem-
plar totius tẽpli & tabernaculi: in qua intellexit oia quæ ibi
erant deſcripta & figurata: vt patet.j. Paraľ.xviij. Et iõ ſicut
ordinauit Dauid: ita Salomon ędificauit tẽplũ in mõte Mo
ria cũ aſcẽſu quindecim graduũ ſcḋm exemplar ſibi traditũ.
P ¶ Ad cuius intelligentiã eſt notandũ: ꝙ Adã duo dãna ge
neralia incurrit per pctm̃. Nã primo cecidit a dignitate & fe
licitate in qua erat de p̄ſenti: & a culmine gloriæ cæleſtis ſi-
bi promiſſę ſi ſtetiſſet. Scḋo fuit exul & relegatus ab illa pa-
radiſo terreſtri: & factus peregrinus cuȝ tota ſua poſteritate
per hunc mundũ miſerabilẽ. Et ideo ſicut dictum eſt in pſal
mo præcedenti: non poteſt redire in patriam a qua expul-
ſus eſt niſi peregrinando & ambulando in lege domini, ab
ea non deuiando vſquequo perueniat per Chriſtũ ad Hie-
ruſalẽ quaȝ perdiderat: & ad tẽplũ gloriæ vnde cecidit. Sed
cũ peruenerit & ꝑductus fuerit ad terminuȝ vitæ ſuæ obſer-
uando legem: adhuc reſtat vt aſcendat per quindecim gra-
dus virtutũ vſq; ad tẽplũ glorię vnde cecidit: & qđ per pec-
catũ amiſit. Et ideo ſicut Dauid fecit pſalmũ præcedẽtẽ: in
quo denotatur tota peregrinatio huius mũdi: in quo homo
myſticus peregrinatur ab Adã vſq; ad Chriſtũ: & a Chriſto
vſq; ad vltimũ iudiciũ ſiue ad fineȝ vitæ cuiuſlibet hominis,
vt dictũ eſt in pſalmo p̄cedenti: Ita pariter Dauid fecit hos
quindecim pſalmos pro aſcenſu quindecim graduũ tẽpli: ꝑ
quos denotanť & memoranť quindecim gradus virtutũ, ſi-
ne quib⁹ nemo poteſt in cęlũ aſcẽdere: nec gloriã amiſſaȝ re-
cuperare. Nã per illã ciuitatẽ Hieruſaleȝ intelligebať p̄ſens
eccl̃ia: & per tẽplũ ędificatũ figurabať ſupior patria: ad de-
notandũ ꝙ licet ſimus in iſta Hieruſalẽ per fidem & gr̃am:
tamen adhuc reſtat vt aſcendamus in Hieruſalẽ ſupernã ꝑ
gradus & merita virtutũ. Et hoc ſignificabatur per peregrina-
tionẽ iudæoꝝ qui erant in diſperſione. Nam veniebant de
græcia: & de Italia: & de ægypto: & de cæteris partib⁹ mun-
di ad diẽ feſtũ in Hieruſalẽ. Sed dũ erant ibi, adhuc reſtabat
vt aſcẽderẽt per quindecim gradus in tẽplũ. Et ideo illi pere
grini dum peregrinabanť per itinera dicebant pſalmũ pręce-
dentẽ.ſ. Beati immaculati in via. & hoc per totũ iter. Sed
poſtea in aſcenſu tẽpli dicebãt hos quindecim pſalmos vnũ
in quolibet gradu per ordinẽ ꝓcedendo. Sed oĩa illis cõ-
tingebant in figura. Nam totũ ſpatiũ itineris a domibus ſu-
is vſq; ad portas Hieruſaleȝ ſignificabat totũ diſcurſum le-
gis ab Adã vſq; ad Chriſtũ & eccleſiã euangelicã. Sed a por
tis Hieruſalẽ vſq; ad tẽplũ ſignificabat diſcurſum legis euan
gelicæ: & fideliũ qui peregrinantur in hac Hieruſalem ſiue
eccleſia Chriſti. Sed aſcẽſus graduũ templi figurabat aſcen
ſum in gloriam cæleſtem. Et iõ Dauid fecit hos quindecim
pſalmos appropriatos his quindeciȝ gradibus templi: ſecũ-
dum ordinẽ virtutũ. Nam primus pſalmus appropriatur pri
mo gradui virtutũ: qui eſt receſſus a mundanis: & vltim⁹ pſal
mus memorat vltimũ gradũ virtutum: qui eſt in quiete lau-
dare deũ. Et etiam dicit perfectioneȝ gloriæ: quæ eſt iam in
patria inceſſanter deũ glorificare & benedicere. Et ideo vl-
timus pſalmus dicit. Ecce nũc benedicite dominũ &c. Et ſic
ſcḋm ordinẽ virtutũ prudẽs lector põt facere diuiſionẽ iſtoꝝ
quindecim pſalmoꝝ. Diuidantur ergo iſti quindecim pſal-
mi in quindecim partes: ſcḋm quindecim gradus virtutũ fi-
guratũ per quindecim gradus templi: in quoꝝ quolibet pri
cipaliter memoratur vna virtus ſcḋm ordinem & ꝓprietatem
illoꝝ quindeciȝ graduũ. ¶ Eſt ergo iterũ aduertendũ: ꝙ iſti
quindecim pſalmi tripliciter poſſunt exponi. Vno mõ myſti
ce ſiue prophetice. Et hoc dupliciter. Vno mõ de quindeciȝ
gradib⁹ quibus homo myſticus aſcendit a lege veteri in le-
gem euangelicã: & a ſynagoga in eccl̃iam Chriſti: ab imper-
fecto ad perfectũ: relinquẽdo cerimonias & figuras. Alio mõ
pro quindecim gradibus quibus iſte homo myſticus aſcen-
dit in cęlũ relicto mundo poſt peractã peregrinationem. Et
ſic totus iſte ſenſus dicitur myſticus & ꝓpheticus. Tertio mõ
poſſunt exponi moraliter de quindecim gradibus cõuerſio-
nis pœnitentis, quibus homo aſcendit a peccato in ſtatũ gra
tię & in deũ per ſpeculationẽ & cõtemplationẽ: de quib⁹ ait
ꝓpheta ſupra pſalmo.lxxxiij. Beatus vir cuius eſt auxilium
abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachryma-
rum in loco quẽ poſuit. Ibunt de virtute in virtutẽ: videbitur
deus deorum in Sion. Eccleſia ergo oĩb⁹ iſtis tribus modis
intendit cãtare iſtos quindecim gradus: ſiue quindecim pſal
mos. Primo pro apoſtolis & diſcipulis: quia aſcenderũt a ſy-
nagoga in eccleſiam & templũ Chriſti relictis legalibus. Et
etiam pro omnibus fidelibus a peccato aſcendentibus in ſta
tum gratię. Tertio pro viris ſanctis & contemplatiuis aſcen
dentibus a terrenis curis ad cõtemplationem ſpiritualium.
Et ideo in diebus ferialibus quadrageſimæ eccleſia facit
tres quinarios ex his quindecim pſalmis ante matutinas ma
iores. Et primum quinarium dicit pro defunctis qui ſunt in
purgatorio: vt abſoluti a pœnis cito aſcendant in cælum. Et
ideo dicit orationem. Abſolue. Secundũ quinariũ dicit pro
pœnitentibus, vt aſcendant a peccato in gratiam per pœ-
nitentiam. Ideo dicit orationem. Deus cui proprium. Ter-
tium quinarium dicit pro iuſtis & contemplatiuis: vt conſer
uentur in gratia & proficiant in virtutibus vſquequo perue
niant ad gloriam. Ideo dicit orationem. Prætende domine
famulis & famulabus tuis &c. Item etiam eccleſia ſicut to-
tum pſalmum præcedentem diuiſum per octonarios ſiue ꝑ
quatuor partes dicit ad primã: tertiã: ſextã: nonã, pro pere-
grinantibus in hoc mundo: vt dictũ eſt: Ita pariter ad oĩes
horas beatæ virginis dicit hos quindeciȝ pſalmos: eo ꝙ bea
ta virgo per hos quindecim gradus virtutũ meruit aſcende-
re ſuper omnes choros angelorum ad cæleſtia regna. Et iõ
quia beatus Auguſtinus & Caſſiodorus quos magiſter ſe-
quitur de gloſſa ordinaria ſatis lucide: & per excellentiã di-
xerunt de ſenſu & expoſitione morali iſtoꝝ pſalmoꝝ: Ideo
primo & principaliter iuxta conſuetudinẽ ſequar expoſitio-
nem & ſenſum propheticum ſiue myſticũ: non dimittendo
moralem & anagogicũ. Et hoc breuiſſime poſtq̃ per prædi
ctos doctores vnuſquiſq; luciđiſſime poteſt informari.
¶ Quantum ergo ad primum eſt dicendum: ꝙ Dauid fecit
hunc primum pſalmũ pro aſcenſu primi gradus tẽpli. Vnde
ſicut primũ qđ fit ab aſcendẽte eſt relinquere a tergo terraȝ
inferiorẽ: Ita apoſtoli primo reliquerũt cerimonias: & relictis
legalibus aſcenderunt cum Chriſto. Et ita primum qđ fit a
pœnitente eſt deteſtari & relinquere a tergo pctm̃ & cõcul-
care terrena ſub pedibus, & ſic etiã viri contẽplatiui in pri-

mo gradu virtutum contẽnunt curam iſtorum terrenorum. Ideo Dauid fecit hunc pſalmũ pro primo gradu: & introducit iſtum hominem myſticum, qui primo fuit tribulatus & deceptus a lingua doloſa diaboli: & poſtea fuit tribulatus per linguam doloſam aliorum infidelium in toto itinere huius vitæ. Ideo petit liberari ab huiuſmodi: & petit gratiam vt cõtẽnat oĩa iſta terrena: & abſoluatur ab huiuſmodi tribulationibus per aſcenſum primi gradus. ❡ Vnde dicit. O dñe Ieſu Chriſte cum ego tribularer a diabolo in principio mundi: & per membra eius in toto itinere vitæ meæ. non ſolum a regibus Aegypti & Babyloniȩ & cæteris nationibus: ſed etiam a ſcribis & phariſæis volentibus me detinere ſub iugo legis ne aſcenderem in legem euangelicã & templum tuum: & etiam cum tribularer ab hæreticis & Sarracenis: & etiam ab Antichriſto & ſequacibus eius: tunc clamaui ad dominum Ieſum Chriſtũ vt veniret ad liberandum me: & ipſe exaudiuit me. Vnde in oratione mea dicebam. O domine Ieſu Chriſte libera animã meã a labijs iniquis & a lingua doloſa ſerpentis, qui me decepit in paradiſo: vnde cecidi: & fui expulſus. & libera me a labijs iniquis & a lingua doloſa mẽbroꝝ diaboli. ſ. infidelium & hȩreticorum qui me impediunt ne aſcendam iſtum primum gradum.

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam?

Sagittȩ potentis acutȩ: cum carbonibus deſolatoriis.

❡ Hic propheta prædicit punitionẽ infideliũ qui prohibẽt fideles in aſcenſu ſuo. Vnde dicit iſte homo myſticus quaſi indignatiue contra diabolũ & membra eius. O maledicte diabole, & o tu infidelis quid putas detur tibi aut apponatur tibi in pœnam ad linguam doloſam, id eſt quæ pœna dabitur tibi pro lingua doloſa & pro deceptione? Et reſpondet. Quid putas dabitur tibi? Dabuntur enim tibi ſagittȩ irȩ & vindictȩ dei omnipotentis cum carbonibus & ignibus deſolatorijs qui deſtruent omnes infideles & perſecutores eccleſiæ: & vaſtabunt Hieruſalem per Titum & Veſpaſianũ: & punient Diocletianum & Neronem & cȩteros perſecutores eccleſiæ: & etiã interficient Antichriſtũ: & poſt obitum eorũ apponentur eis carbones deſolatorij in inferno in pœnam ȩternã. Et iſta erit vltio omnium malignoꝝ qui conati ſunt impedire fideles ne aſcenderent in cȩlum.

Heu mihi quia incolatus meus prolõgatus eſt: habitaui cum habitantibus cedar multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cũ loquebar illis impugnabant me gratis.

❡ Iſte homo non ſolum deteſtatur blaſphemias infidelium & peccata: ſed dolet ex abſentia beatitudinis futurȩ ad quã cupit aſcendere: & tȩdet eum propter longã peregrinationem: & quia per magna tẽpora detinetur inter oẽs infideles, ſuſtinet opprobria contra legem Chriſti inter eos.

Q ❡ Vnde eſt aduertendum ꝙ inter oẽs hæreſes & ſectas plus durauit & perſeuerauit ſecta Mahometi: quæ iam durauit vltra octingentos annos: & occupauit totam Arabiam & Aphricam & Syriam & Aſſyriam & Perſiam & Armenias: & Aſiam minorem: & Grȩciã noſtris temporibus: & maiorem partem mundi. Quæ quidem ſecta incepit a Mahometo de genere Cedar filij Iſmaelis. Ideo ſarraceni dicuntur populus Cedar quod interpretatur vmbra. Et ideo quia Dauid præuidit populum dei multipliciter & per longa tẽpora affligendũ a ſecta ſarracenorum quaſi vſq; ad prope tẽpora Antichriſti: vel etiã a qua Antichriſtus forſan eſt egreſſurus: ideo ait Heu mihi: quia incolatus meus & pergrinatio mea inter infideles prolongata eſt. Nã diu habitaui cũ habitantibus Cedar, id eſt inter Sarracenos filios Cedar. Et cum eis multum incola & peregrina & cohabitans fuit anima mea, id eſt duxi vitam meam in captiuitate. Hoc dicit: quia multi chriſtiani manent inter eos captiui. Et quia licet velimus quandoq; pacem cum eis: tamen ſemper nos affligunt terras noſtras occupando: ideo ſubdit: Cum his: ſcilicet Sarracenis & infidelibus & tenebroſis peccatoribꝰ, qui ſemper oderunt pacem ego eram pacificus: non malum eis inferendo cum loquebar eis pacifice: ipſi impugnabant & affligebant me gratis. Et forſan Dauid memorat hic fugam ſuam: quando fugit a facie Saul ad terram Idumææ: quæ eſt Cedar trans Iordanem vbi congregati ſunt populus eiꝰ & fratres, & alij. cccc. de ſtirpe ſua ad ſpeluncam Odolam. Et habitarunt per aliqua tempora in Maſſath. vbi vidit in ſpiritu qualiter eccleſia debebat diu peregrinari & habitare & affligi inter Sarracenos filios Cedar. Ideo dicit. Heu mihi: quia incolatus meus prolongatus eſt: & habitaui cum habitantibus cedar &c. Item Cedar interpretatur tenebra vel mœror. Et tunc exponitur moraliter. Vnde peccator veniens per pœnitentiam in gratiam dolet ſe tamdiu habitaſſe in mœrore perſecutionis. Et contemplatiui & ſancti dolent ſe tamdiu fuiſſe inuolutos in curis mundi & mœrore. Et ſic aſcendunt primum gradum dicendo iſtum primum pſalmum: ſcilicet contemplatiuus: & pœnitens: & fidelis.

❡ Ex quo patet ꝙ primus gradus aſcendentis in templum ſpirituale eſt deteſtatio peccati & vitæ veteris: & dolor detentionis in hac vita: eo ꝙ diabolus & infideles impediunt nos ne aſcendamus iſtum primum gradum.

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a domino: qui fecit cælum & terram.

❡ Secundus gradus huius aſcenſus eſt ſubleuatio a curis terrenis: & eleuatio mentis in deum. Nam quando quis aſcendit ex infima & horribili valle illico obliuiſcitur infimum: & cum ſpe & gaudio ſuſpicit in altum & deſiderat peruenire ad finem. Et ideo Dauid fecit hunc pſalmum pro ſecundo gradu. in quo docet aſcendentes: & inſtruit leuare oculos ad deum in aſcenſu ſecundi gradus: & ponere totaliter ſpem ad ſuperiora, & petere auxilium a deo per cuſtodiam angelorum. ❡ Ad cuius intellectum eſt notandum ſicut dictum eſt pſalmo. lxiiij. & . lxvij. ꝙ tota illa terra promiſſionis & etiam ipſa ciuitas Hieruſalẽ erat circundata & munita montibus circunquaq;. Qui quidem montes communiter ſunt vtiles ad tria. Primo ad tutelam & fortitudinem terræ: quia prohibent acceſſum inimicis. Secundo ſunt vtiles ad paſcua pro animalibus & pecoribꝰ. Tertio ſunt vtiles propter aquas quæ ex eis fluunt & deſcendunt ad irrigandos campos. Propter quam diſpoſitionem terræ, & propter quas tres proprietates & vtilitates illa terra promiſſionis cum illis montibus ſic circundata figurabat eccleſiam Chriſti tam militantem q̃ triumphantem. Et illi montes tam circundantes terram promiſſionis: q̃ ciuitatem Hieruſalem figurabant montes ſpirituales eccleſiȩ Chriſti. Et ideo in ſacra ſcriptura ſemper per illos montes materiales intelliguntur montes ſpirituales eccleſiæ Chriſti. Vnde inquantum illi montes erant ad tutelam & defenſionem patriæ & ciuitatis prohibentes acceſſum inimicis, figurabant cuſtodiam angelorum qui cuſtodiunt eccleſiam & omnes fideles. Sed inquantum erant herboſi & fructuoſi ad paſcua pecorum: figurabant ſeptẽ eccleſiaſtica ſacramenta quibus paſcuntur fideles. Inquantũ vero a montibus deſcendunt aquæ ad irrigandos campos: figurabant apl'os & doctores: a quibus

deriuata eſt euangelica doctrina & dona gratiarũ in eccliaſ Chriſti. Et ideo in ſacra ſcriptura per montes aut intelliguntur angeli cuſtodes: aut eccleſiaſtica ſacramẽta: aut apoſtoli & doctores eccleſiæ Chriſti. Licet ergo in hoc pſal. per montes poſſint intelligi tã angeli q̃ eccleſiaſtica sacrã & apoſtoli: tñ ad literaʒ principaliter intelliguntur angeli cuſtodes. Dauid ergo hoc præuidens in ſpiritu, contẽplando eccleſiã Chriſti: ad quã tota lex aſcendebat & tendebat tanq̃ in finẽ, fecit hunc pſal. in quo cõmendat eccleſiã Chriſti de ſecuritate propter cuſtodiã angelorũ a Chriſto ipſi datã. Nã ſicut illa Hieruſalẽ materialis erat circundata montibus prohibentibus acceſſuʒ inimicis: ita perãplius & perfectius eccleſia Chriſti eſt munita milibus angelorũ, qui die ac nocte defendunt ipſaʒ muro inexpugnabili. Duo ergo facit. Naʒ primo ipſe in perſona ſua & etiaʒ in perſona corporis myſtici dicit ſe cõmittere angeloruʒ cuſtodiæ. Secundo admonet oẽs fideles vt aſcendant ad hanc eccleſiã Chriſti, promittens eis ſecuritateʒ & tutelã propter cuſtodiã angelorũ. ibi. Non det in cõmotionem.

℄ Quantũ ad primũ dicit. Ego aſcendendo ad tẽplũ & eccleſiã Chriſti, leuaui oculos meos in montes circundantes iſtã ciuitatẽ eccleſiæ, qui quidẽ montes ſunt angeli dati ad cuſtodiã huius ciuitatis dei. vnde, id eſt a quibus montibus & angelis veniet auxiliũ mihi contra inimicos viſibiles & inuiſibiles: a quibus angelis ſpero tutari & defendi & protegi. veniet inquã auxiliũ mihi. quã quideʒ poteſtatẽ & virtutẽ angeli non habent a ſeipſis: ſed a ſolo deo & dño noſtro Ieſu Chriſto, qui eos poſuit cuſtodes huius ciuitatis. Itẽ totũ auxiliũ meũ eſt principaliter a dño qui fecit cælũ & terrã: & nõ a diis gentiũ qui ſunt dæmonia. Deinde cũ dicit,

Non det in cõmotionem pedem tuũ: neq̃ dormitet qui cuſtodit te.

Ecce non dormitabit neq̃ dormiet: qui cuſtodit Iſrael.

Dominus cuſtodit te: dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam.

℄ Admonet oẽs fideles vt aſcẽdãt ad hãc ciuitatẽ & hoc fortalitiũ eccliẽ, vt ſaluent̃ in ea. eo q̃ ẽ munita & ſepta multoꝝ angeloꝝ cuſtodia & tutela. vnde dicit. O fidelis aſcẽde ad hoc fortalitiũ & p̃ſidiũ ecclīæ, vt diabolus ſup. non det pedẽ tuuʒ in cõmotionẽ. i. vt non faciat te a via rectitudinis & veritatis deuiare. quaſi dicat: ſi tu fueris munitus hoc præſidio nunq̃ diabolus mouebit pedẽ tuũ, nec operationes tuas a ſemitis mandatoꝝ dei: nec nocebit tibi in corde: nec in aĩa. Et ratio eſt: nã angelus cuſtos & vigil qui cuſtodit te in hac ciuitate & p̃ſidio, nunq̃ dormit. quia ecce. i. certe manifeſtũ eſt: q̃ deus & exercitus angeloꝝ qui cuſtodit Iſrael nõ dormitabit neq̃ dormiet vnq̃. Et rõ ẽ: nã dñs nr̃ Ieſ' Chriſt' eſt ille qui cuſtodit te per cuſtodiaʒ angeloꝝ & eccleſiaſtica sacrã. & per ſctõꝝ orationes: & ipſe dñs Ieſus Chriſtus ſicut eſt ſalus tua: ita eſt ꝓtectio tua: nã eiuſdẽ eſt ſaluare & cuſtodire. ideo ipſe eſt protectio tua ſup manũ dexterã tuã. i. magis & perãplius cuſtodiet te dñs Ieſus Chriſtus q̃ dextera manus tua. ℄ Nota q̃ dormitare eſt frequentatiuũ de dormio. iõ hæc eſt differentia inter dormitare & dormire: q̃ dormire dicit dormitionẽ ſucceſſiuã ſine interuallo: ſed dormitare dicit dormitionẽ cũ multis interuallis. & ſic vigiles oppidorũ & exercitus dicunt̃ quandoq̃ dormitare: eo q̃ vigilãt ne inimici intrẽt oppidũ: ſed quandoq̃ opprimunt̃ ſõno ſed ſtatim excitant̃ propter ſollicitudinẽ & metũ: & iterũ dormiũt & iterũ excitant̃ &c. & ſic dicunt̃ dormitare & excitari. Sed non facit ſic dñs qui cuſtodit Iſrael, nec angeli eius, quia cõtinue vigilant ſuper ciuitatẽ dei. ideo dicitur Eſaię lxij. Sup muros tuos Hieruſalẽ poſui cuſtodes qui die ac nocte nõ ceſſabunt laudare nomen domini &c. Ideo ſubdit Dauid.

Per diem ſol nõ vret te: neq̃ luna per noctem.

Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuã dominus.

Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum: ex hoc nunc & vſq̃ in ſęculum.

℄ Quia dominus cuſtodit te & dominus eſt protectio tua, ideo ſol non vret te per diẽ. Litera Hieronymi habet. Per diem ſol non percutiet te, neq̃ luna per noctẽ. ℄ Ad cuius intellectum eſt notandũ: q̃ ſicut nec æſtus ſolis nec frigiditas lunæ poteſt nocere illis qui habitant in domibus bene muratis & tectis: ita nec diabolus nec æſtus tentationũ nec defectus alicuius rei poteſt nocere iuſtis & fidelibus habitãtibus in hac eccleſia & præſidio ciuitatis dei per gratiam: eo q̃ eccleſia eſt ſepta muro fidei & ſpei & charitatis: & circundata montibus angeloꝝ, & cooperta tecto articuloruʒ fidei & donis ſpiritus ſancti. ℄ Item eſt aduertendum: q̃ quædam ſunt peccata tentationis quæ dicuntur fieri in die, id eſt in manifeſto: ſicut eſt ſuperbia & auaritia & etiã luxuria. Et quędam dicuntur fieri in nocte ad lunã, id eſt in abſcondito & occulto: ſicut eſt peccatũ inuidiæ & odij inueterati & oĩa peccata quæ manent in ſolo propoſito & nondũ venerunt in actũ. ſed nullum iſtorũ poteſt nocere iuſtis habitantibus in hac eccleſia per gratiam, nec in ſuperiori per gloriã. Et hoc intendit dicere Dauid cum ait. Per diem ſol non vret te. Quaſi dicat. O fidelis ſi tu aſcenderis in hanc ciuitatem & fortalitium eccleſiæ: & fueris munitus eius montibus & angeloꝝ cuſtodia: & tectus virtute eccleſiaſticorum ſacramentoꝝ & donis ſpiritus ſancti: ego dico tibi q̃ ſol, id eſt æſtus peccatoꝝ & manifeſtarum tentationũ ſuperbiæ & auaritiæ &c. non vret te per diẽ, id eſt in manifeſto: neq̃ luna, id eſt peccatũ odij & inuidiæ percutiet te in nocte. i. in occulto. quaſi dicat: q̃ nec peccata manifeſta nec occulta nocebunt tibi munito & protecto in hoc p̃ſidio. Et ratio eſt: nã dñs noſter Ieſus Chriſtus qui eſt ędificator & cuſtos huius ciuitatis, cuſtodit te ab omni malo corporali: & dñs cuſtodiat animã tuã: & dñs cuſtodiat introitũ tuũ, id eſt cuſtodiet te per ſacramentũ baptiſmi quando ingreſſus fueris in hanc ciuitateʒ. & cuſtodiat exitũ tuũ per ſacramentũ extremę vnctionis. Nã per baptiſmũ intrant fideles in hanc ciuitatẽ: & per extremã vnctionẽ exeunt. Et per cõfirmationẽ armant̃ & roborant̃: & per euchariſtiã reficiunt̃; & per pœnitentiaʒ reſurgunt & viuificant̃: & per matrimoniũ legitime procreãtur. Et per ſacramentũ ordinis regunt̃ & dirigunt̃ in hac ciuitate & eccleſia Chriſti ex hoc tempore vſq̃ in ſclm gloriç. i. dũ iſta eccleſia durabit hic per gratiã vſquequo ꝑueniat in ſęculũ glorię. Ex quibus patet q̃ dñs Ieſus Chriſtus eſt principalis dñs & cuſtos huius ciuitatis & p̃ſidij. Sed cuſtodit eã per angelos tãq̃ per vigiles & miniſtros & p eccleſiaſtica ſacramẽta: & per doctrinã & orationes ſanctoꝝ viroꝝ. Nã tã angeli q̃ eccleſiaſtica ſacramẽta: q̃ dona ſpiritus ſancti: q̃ ſancti viri: ſũt mõtes muniẽtes iſtã ciuitatẽ & p̃ſidiũ. & iõ Dauid nos admonet vt leuem' oculos noſtros & recurram' & refugiam' & aſcendamus ad iſtos mõtes, vñ veniat auxiliuʒ nobis. Ex quibus patet q̃ iſte pſalm' eſt ſĩlis in materia ſententia pſal. xc. ſ. Qui habitat in adiutorio altiſſimi &c.

Lætatus ſum in his quę dicta ſunt mihi: in domũ domini ibimus.

℄ Titulus Canticũ graduũ. Tertius gradus aſcẽdentium in cælum eſt gaudium de bonis ſpiritualibus promiſſis. Nam primus gradus eſt relinquere terrena & deteſtari peccata. Secundus eſt eleuatio mentis in deuʒ. ſ. auerſio a bono cõmutabili & cõuerſio ad bonũ incommutabile. Et ideo ſequitur tertius gradus imediate q̃ quis gaudeat & delectetur i tali bono incõmutabili ꝓmiſſo. Et ideo Dauid

fecit hūc tertiū pſalmū pro aſcenſu tertij gradus templi. qui quidē pſalmus licet ſit paruus in verbis, tñ eſt profundus & difficilis nō ſolūmodo in ſenteōtia: ſed etiā in conſtructione et ordinatione literæ. Pro cuius intelligentia eſt notandū, ſicut pluries dictū eſt, ꝙ illa Hieruſalē terrena & illud templū materiale qd ædificauit Salomon ex pcepto Dauid pr̄s ſui: oino fuit figura vt nuſꝙ eccl̄ię. ſ. militātis & triūphātis non ſolūmō ratione interptationis nois: quia interptaſ pacifica: ſed etiā quia tota eccl̄ia Chriſti ibi ſumpſit exordiū in illis apoſtolis & diſcipulis: & ibidē eſt ędificata per Chriſtū ſub noie pacis: vt dictū eſt pſalmo. xlvij. & . l. & in pleriſꝙ alijs locis. Et ideo tota eccleſia dicit̄ Hieruſalē: eo ꝙ inde fuit deriuata & dilatata & multiplicata per totū orbez. Et ideo patriarchæ & prophetę multipliciter cōmendarunt illā ciuitatē terrenā nō ratione ſui: ſed quia in ea erant implenda myſteria Chriſti, & in ea Chriſtus debebat incipere & ædificare eccleſiā ſuā. Quod multipliciter præuidēs Dauid in ſpiritu fecit iſtū pſalmū: in quo cōmendat Hieruſalē ſpiritualē noie Hieruſalez terrenę. qui quidē pſal. licet videatur applicari illi ciuitati terrenę & materiali: tamen in veritate factus eſt ꝓ Hieruſalē ſpirituali: quę per illā & tēplū eius fuit figurata. Et ideo eſt iterū notanduz ſicut dicit Rabi Moyſes de ęgypto: ꝙ ſicut duplex eſt Hieruſalē. ſ. terrena & ſuperna: ita in ſacra ſcriptura per Hieruſalē inferiorē intelligunt prophetę Hieruſalē ſuperiorem. vñ ſuper illud Geñ. xxviij. quādo vidit Iacob ſcalā &c. dicit gloſſa hebraica in bereſſit raba. ꝙ Moyſes anteꝗ moreretur ductus eſt in cęlū: & vidit ibi Meſſiā ędificātē Hieruſalē in cęlis ex margaritis & lapidibus pręcioſis. Et dixit Meſſias ipſi Moyſi ꝙ Iacob pater eius vtrāꝗ Hieruſalē pręuiderat ędificandaz: & ꝙ nihil erat illa quæ erat ędificanda in terris reſpectu illius quę erat per Meſſiaz ædificanda in cęlis: quia iſta erat tēporaliter & illa in ęternū duratura pro filijs Iſrael. quod audiens Moyſes dixit. Lætatus ſum in his quę dicta ſunt mihi &c. ❡ Ex quibus ſequitur primo. ꝙ pręter illā Hieruſalem temporalē eſt dare aliā Hieruſalē ſpiritualē & ęternam. Secundo ſequitur ꝙ Meſſias debebat eſſe deus quia iam erat in cęlo tempore Moyſi. Tertio ſequitur ꝙ Meſſias non erat ædificaturus Hieruſalē terrenā: ſed ſpiritualem & cęleſtem: & per conſequens non erat daturus iuſtis felicitatem in hoc mundo, ſed in cęlo. Quarto ſequitur ꝙ iſte pſalmus non eſt intelligendus de Hieruſalē terrena: ſed de ſpirituali & cęleſti. & de hac Dauid fecit hunc pſalmū. Duo ergo facit Dauid in hoc pſalmo. Nam primo cōmendat magnificentias huius ciuitatis. Secundo rogat pro eius conſeruatione & perpetuitate. ibi. Rogate quę ad pacē ſunt Hie-
R ruſalē. ❡ Quantū ad primū propheta expectans poſſeſſionem & ſtatum huius ciuitatis, quæ eſt eccleſia militans per gratiā: & triumphans per gloriā: propter quatuor eius magnificentias lætatur iam in ſpe: & cōmendat ipſam in quatuor magnificentijs. Primo quia oēs iuſti habitant in ea, hic per gratiā: & in futuro per gloriā. Secūdo: quia iſta ciuitas Hieruſalē militans hic per gratiā eſt imago ſupioris triūphantis per gloriā. Tertio: quia oēs iſti qui aſcendunt in iſtam eccleſiā ad laudandū deū per gratiā, laudabunt ipm in ſuperiori per gloriā. Quarto: quia in hac eccleſia iudicantur & lucrantur pręmiū oēs iuſti pro illa gloria. Pro his ergo quatuor lętatur ꝓpheta expectando eccleſiā Chriſti: in qua expectabat adipiſci oīa quatuor ſupradicta. Et ideo iſte pſalmus ſimul oportet ꝙ exponatur prophetice & myſtice de iſta eccleſia, & anagogice de ſuperiori: eo ꝙ nullus poteſt venire ad illā niſi tranſeat per iſtā. Dicit ergo Dauid. Lętatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi.

❡ Ad cuius intelligētiā eſt aduertendū: ꝙ multipliciter fuit reuelata ipſi Dauid ꝓſperitas vtriuſꝙ eccl̄ię: & multipliciter ꝓuidit eā in ſpiritu. Nā prio ꝓuidit per ꝓmiſſionē factā ipſi Abrahę. Geñ. xv. Cui dñs dixit. Suſpice cęlū & numera ſtellas ſi potes. ſic erit ſemen tuū. Vbi præuidit ꝙ ſemen ſuum ſcdm promiſſionē erat collocandū in cælo in ęterna beatitudine. Itē hoc potuit Dauid præuidere per lapidē quē Iacob erexit in titulū. Geñ. xxviij. Pręuidit enim nouā Hieruſalez ſcilicet eccleſiā ędificandā in Chriſto. Et per ſcalā & angelos aſcendentes & deſcendentes pręuidit qualiter veri filij Iſrael per fidē debebant aſcendere vſꝙ ad Chriſtū & eccleſiam ſuā: & exinde per gradus virtutū erant aſcenſuri in cęlum. Item per promiſſionem factam de ędificatione templi & ciuitatis. ij. Regū. vij. pręuidit i ſpiritu qualiter Chriſtꝰ erat nobis ędificaturus Hieruſalem nouā, hic per gratiaz & in futuro per gloriam. Propter oēs ergo iſtas promiſſiones & reuelationes ſibi factas de iſta Hieruſalem ſpirituali dicit Dauid.

❡ Lętatus ſum in his quę dicta ſunt mihi: ſcilicet per patriarchas & prophetas & reuelationes mihi factas: quia omnes fideles ibimus in domū domini, id eſt in eccleſiā Chriſti. Et etiā lętatus ſum in his non ſolūmodo per Nathan ꝓphetā de terreno templo conſtruendo & perpetuitate regni & de ſede iudiciali & regali: & ęternitate domus Dauid Sed etiā ſum magis lętatus de reuelatione mihi facta a ſpiritu ſancto de ſupradictis myſterijs & promiſſionibus: quia pręuidi in ſpiritu qualiter nos oēs filij promiſſionis ibimꝰ in domū domini: quę eſt eccleſia. Nam in iſtā eccleſiā aſcendimus per gratiā, & in ſuperiorē per gloriā. Et tunc propheta conuerſus ad Hieruſalem dicit.

## Stantes erant pedes noſtri: in atriis tuis Hieruſalem.

## Hieruſalē quę ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipſum.

❡ O Hieruſalez pedes noſtri erant ſtantes in atrijs tuis hic per gratiam & in futuro per gloriā. Vel poteſt dici ꝙ hoc tēpus refert ad prophetiā. Quaſi dicat. O Hieruſalez, lętatus ſum in his quę dicta ſunt mihi per reuelationem. Nam ego pręuidi in ſpiritu qualiter pedes noſtri erāt ſtantes in atrijs tuis, id eſt qualiter oēs iuſti & fideles debemus habitare in te, hic per gratiam & in futuro per gloriam. Et hoc probat per hoc quod ſequitur. Nam ne quis putaret ꝙ hic lætatꝰ de Hieruſalem terrena, hoc remouet dicens. Hieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas.

❡ Ad cuius intelligentiam eſt notanduz, ſicut pluries dictum eſt: & notat Auguſtinus ſecundo de ciuitate dei: ꝙ S ſecundum Ciceronem in tertio de republica Ciuitas ſiue populus eſt concors hominum multitudo iuris conſenſu & vtilitatis communione ſociata antiquis moribus conſiſtens. Ex qua diffinitione manifeſte patet ꝙ quatuor ſunt de ratione ciuitatis. Primo concordia quo ad pacem & bonū commune. Secundo conſenſus legis & iuris. Tertio communitas vtilitatis ratione boni communis. Quarto honeſtas morum & virtutum. Ex his quatuor arguit Auguſtinus: ꝙ Roma nunquā fuit vera ciuitas: quia nunquā fuit in ea vera pax: nec concordia: nec iuris conſenſus &c. Ergo ex his poſſumus arguere ꝙ Hieruſalē terrena nunꝗ fuit vere ciuitas, maxime quando venit Chriſtus: quia in ea nunꝗ fuit concordia ſed diſcordia: nec fuit in ea conſenſus legis immo diſſenſio & ſchiſma: quia debuerunt recipere Chriſtū ſecundū legem & non receperunt. Et fuit diſcordia etiam in rebus ciuilibus. Nam a paſſione Chriſti vſꝙ ad deſtructionem factā per Titum, ſemper fuit continua ſeditio inter ciues: & continue cædes: vt ait Ioſephus in libro de bello iudaico. Ea quo patet ꝙ nunꝗ fuit vere ciuitas: nec recte fuit vocata Hieruſalem, id eſt pacifica: cū in ea ſemper fuerint continuæ diſcordiæ. Ex quo patet ꝙ non dicta fuit Hieruſalem, id eſt pacifica ratione ſui: ſed inquantum debebat fieri pax inter deum & homines per

mortẽ & paſſionẽ Chriſti mediatoris:& inquantũ in ea de-
bebat Chriſtus ædificare verã Hieruſalẽ ſcilicet eccleſiam
ex congregatione illorum paucorum apoſtolorum & diſcipulo-
rum.quã eccleſiã in pace fundauit.Nam quotienſcunq Chri
ſtus veniebat ad diſcipulos,ſemper dixit eis.Pax vobis. Et
hanc pacẽ reliquit eis in teſtamentũ æternũ.Et ideo eccl'ia
Chriſti vere dicitur ciuitas:& ædificata vt vera ciuitas per
Chriſtũ:quia in pace & concordia & tutis conſenſu & vtilita
tis cõmunione ſociata.quia erat eis anima vna & cor vnum
in deo,vt patet Actuũ tertio. Et ſic illa Hieruſalẽ ex parua
dilatata eſt per totũ orbẽ & multiplicata. Et de hac Hieru-
ſalem dicit propheta. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mi
hi &c. Stantes erant pedes noſtri in atrijs tuis Hieruſalem.
Quaſi dicat.Ego non lætor quia habeo manſionẽ in Hie-
ruſalem terrena:ſed lætatus ſum:quia pedes noſtri erunt in
atrijs tuis:o Hieruſalẽ non terrena:ſed Hieruſalẽ quæ ędifi
catur vt vera ciuitas per Chriſtũ:in qua eſt ſumma pax & cõ
cordia:cuius participatio eius in idipſum. Litera Hieronymi
habet:ſimul vel pariter. Vnde vbi nos habemus in pſalmo
quarto. In pace in idipſum dormiã & requieſcã. Litera Hie-
ronymi habet. In pace ſimul dormiã & requieſcam. Et ideo
ly in idipſum ponitur pro ſimul vel pariter. Et ſic ponitur in
hoc loco:cuius participatio eius ſimul. Quaſi dicat:ꝙ parti
cipatio & conuerſatio ciuiũ illius supernæ ciuitatis eſt ſimul,
id eſt concors vnita & non diuiſa:ſed in ſumma pace & cha-
ritate conuiuens. Ex quo patet ꝙ hoc non poteſt intelligi
de iſta Hieruſalẽ terrena:quia nunq̃ participatio illorũ ciui-
um fuit in idipſum:nec ſimul nec concors in vna charitate:
quia hoc ſolũmodo conuenit eccleſiæ militanti & triumphã
ti. Sed licet quandoq ſit diſcordia inter malos in hac eccle-
ſia:tamen inter iuſtos ſemper eſt participatio ſimul & con-
cordia in vna fide. Dicit ergo propheta:Hieruſalem quæ
ædificatur vt vera ciuitas:cuius participatio eſt tota ſimul &
concors:quia oẽs ciues huiꝰ ciuitatis ſunt vnanimes & vniꝰ
moris habitantes in domo : quia vna eſt fides omnium &
vnum baptiſma. Poteſt etiam per ly Hieruſalem intelligi
de per ſe iſta eccleſia militans:in qua nunc habitamus per
fidem.quæ ædificata eſt a Chriſto vt ciuitas,id eſt ad mo-
dum & ſimilitudinem ciuitatis supernæ : quia imago eius:
quia ciues eius iam ſunt ciues ſanctorum & domeſtici dei,cu-
ius participatio eſt ſimul per fidem & charitatem. Vel per
iſtam Hieruſalẽ poteſt intelligi ſola Hieruſalẽ ſuperna:cu-
ius participatio eſt in idipſum,id eſt tota ſimul & æterna.
T ¶ Nam ſecundũ Boetium quarto de conſolatione. Aeter-
nitas eſt interminabilis vitæ tota ſimul & perfecta poſſeſ-
ſio.& talis eſt duratio illius æternæ ciuitatis:quia non eſt ſuc-
ceſſiua nec terminabilis, maxime a parte poſt:ſed tota ſi-
mul & perfecta. Quaſi dicat propheta. O Hieruſalẽ cæle-
leſtis, lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi quia pedes no
ſtri erunt ſtantes in atrijs tuis. Stantes dico nõ mobiles:ſed
quieti in tua viſione:non negotiantes in mundana ſollici-
tudine:ſed quieti in contemplatione. Hieruſalem dico nõ
iſta terrena ſed ſuperna quæ ædificatur vt vera ciuitas & pa
cifica:incorruptibilis & perpetua. Probatur.quia participa-
tio & habitatio & conuerſatio eius eſt in idipſum & tota ſi-
mul & eterna. Et notanter dicitur participatio. Nam deus
eſt ſua felicitas per eſſentiam:& ideo non dicitur participatio
reſpectu ſui:ſed reſpectu noſtri qui ipſam participamus. Ex
quibus patet ꝙ iſti tres verſus prædicti non poſſunt intelli-
gi de Hieruſalem terrena: nec de illa verificari:quia eius
participatio nec ẽ æterna:nec cõcors:nec tota ſimul. ſed in-
telligũtur de Hieruſalem militanti per vnam fidem & cha-
ritatem:& de triumphanti per gloriam. Item iſta eccleſia
militans ædificata eſt a Chriſto vt, id eſt tanq̃ ciuitas tri-
umphans,id eſt ad ſimilitudinẽ & imaginem illius.ad Ga-
latas quarto.

**Illuc enim aſcenderunt tribus tribus dñi teſti-**
**monium Iſrael:ad confitendũ nomini domini.**

¶ Ad cuius intelligentiam eſt notandum,vt legitur Exodi.
xxiiij.ꝙ deus pręcepit ipſi Moyſi & toti Iſrael:vt aſcende-
rent oẽs ter in anno ad adorandũ dominũ in tabernacu-
lo:& ſacrificarent &c. Et hoc fiebat in teſtimoniũ Iſrael,id
eſt vt eſſet eis teſtimoniũ verę fidei & latrię,& ꝓfiterent ſe
eſſe veros cultores veri dei:& vt per hoc diſtinguerent a cæ-
teris nationibus. Et ideo cum datum fuit exemplar & de-
ſcriptio templi ipſi Dauid:pariter fuit ipſi præceptum a ſpi-
ritu ſancto vt oẽs Iſraelitę ter in anno ex omnibus partibꝰ
mundi aſcenderent in Hieruſalem ad confitendum & te-
ſtificandum nomen domini:in teſtimonium veri cultus. Vn-
de patet hoc etiam per viſionem ſcalę Iacob:per quã fuit re
uelatum ipſi Dauid qualiter deus erat adorandus in trini-
tate perfecta in eccleſia militante:& eodem modo erat vi-
dendus a nobis in cælo per gloriam. Et quomodo eramus
aſcenſuri in templũ ſpirituale:hic per fidem ſpem & chari-
tatem:& ad Hieruſalem ſuperiorem per viſionem & poſ-
ſeſſionem & ſecuritatem. Et quomodo ibi debebamus ſe-
dere in ęternũ &c. Hoc ergo pręuidens Dauid fecit & pre-
cepit fieri quindecim gradus in tẽplo:& fecit hunc pſalmũ
in tertio gradu,figurando trinitatem perſonarum in diuinis
& tres naturas in Chriſto:ſcilicet carnem & animam & diui
nitatem.quia ſicut caro & anima vnus eſt homo:ita deus &
homo vnus eſt Chriſtus. Et ideo ait propheta Dauid. Lęta
tus ſum in his quę dicta ſunt mihi in ſpiritu,ſup.quomodo in
domũ domini ibimus &c. Hic ergo demonſtrat & probat ꝙ
illa ſuperna ciuitas Hieruſalem eſt nobis promiſſa in ęternã
manſionem:quę ędificatur vt vera ciuitas:cuius participa-
tio eſt tota ſimul & ęterna. Et ſimiliter iſta Hieruſalem
militans eſt nobis promiſſa ad habitandum per gratiam.
Nam ſicut ad illam terrenam Hieruſalem tribus Iſrael car
nales aſcendebant ter in anno ad confitendũ nomini domi
ni & ad offerendũ ſacrificia:Ita tribus domini ſpirituales &
filij Iſrael ſecundũ repromiſſionem aſcendunt continue ad
iſtam Hieruſalem militantem ad confitendum nomini do
mini per fidem & gratiã:& ad illam Hieruſalem ſupernam
per viſionem & gloriam.
¶ Vnde notanter dicitur tribus domini:quia non oẽs tri V
bus & generationes aſcendunt in iſtam Hieruſalem:ſed ſo
læ tribus domini. Vnde tribus domini dicuntur veri filij Iſra
el qui receperunt Meſſiã:quia ſoli illi vident deũ,& confi-
tentur nomini eius in teſtimoniũ ꝙ ſunt veri filij Iſrael:cui
facta eſt promiſſio. Qui ergo non receperunt Chriſtum nõ
ſunt veri filij Iſrael:quia non receperunt teſtimoniũ eius,
nec prophetiam verificant nec affirmant:imo preuarican-
tur & peruertunt ad terrena. Nam illa ſcala quam vidit Ia-
cob in ſomnis ſignificat Chriſtũ & eccleſiam. Et angeli aſcẽ
dentes &c.ſignificabant veros filios Iſrael non ſecundũ car
nem:ſed ſecundũ ſpiritum qui per Chriſtum erant in cęlum
aſcenſuri. Ideo fideles qui Chriſtum recipiunt:recipiunt ve-
rum teſtimonium Iſrael:& faciunt teſtimonium ipſi Iſrael
de veritate:qui autem negant Chriſtum negant teſtimo-
nium & prophetiam Iſrael:& ipſum teſtantur eſſe menda-
cem.ergo ſoli fideles aſcenderunt illuc in Hieruſalem cęle-
ſtem ad confitendũ nomini domini in teſtimoniũ Iſrael:&
ſecundum ꝙ Iſrael vidit in illa viſione.& ſoli iſti ſunt tribus
domini. Nam ſicut in hac eccleſia confitentur Chriſtum:ita
in illa ſuperna felicitate confitebuntur nomini domini con
feſſione laudis:quia beati qui habitant in domo tua domi-
ni:in ſęcula ſęculorum laudabunt te &c. Quaſi dicat prophe
ta:ꝙ ſicut filij Iſrael ſecundum carnẽ aſcendebant in feſtiui
tatibus in templũ Salomonis ad confitendum nomini do-
mini:Ita ſoli veri filij Iſrael ſecundum ſpiritum ſunt aſcen-
ſuri in cælum &c.

**Quia illic ſederunt ſedes in iudicio:ſedes ſu-**

per domum Dauid.

¶ Nã ibi erant ſedes regales ad iudicandũ tpalia & ſecula•
ria:& erãt ſedes ſacerdotales ad iudicandũ ea q̃ ptinebãt ad
cultũ diuinũ:& iſtæ ſedes erãt ſup domũ Dauid.i.pmiſſæ ipi
Dauid & poſteritati eius inæternũ.vt pz.ij.Regũ.vij.vbi
dicit.Stabiliã ſoliũ ei⁹ inęternũ.qd in ſolo Chriſto impletũ
eſt.vt pz Luc.j.Dabit illi dñs ſedẽ Dauid ei⁹:& regnabit in
domo Iacob inęternũ.Intendit ergo Dauid dicere q̃ ſicut
in templo Salomonis ſederunt reges ſup domũ Dauid:ita
illic in Hieruſalẽ ſuperi⁹ ſedebit Chriſtus filius Dauid & ſu•
per domũ Dauid inęternũ:& ſedebũt apl'i ſup ſedes.xij.iu•
dicantes.xij.tribus Iſrael &c.Et nõ ſolũ apl'i:ſed etiã oẽs bti
qa oẽs regnant ibi:& ſedẽt ſup ſedes btãs:& ſemp ibi iudicãt
angelos malos q ceciderũt ex illis ſedibus:& iudicant filios
Iſrael ſcdm carnẽ obſtinatos,& cęteros infideles q ad illas
ſedes noluerũt puenire propter duritiã & malitiã & ſcelera
ſua.Ex quo patet q̃ in Hierl'm ſupnã nõ aſcendẽt trib⁹ car•
nales:ſed tribus pmiſſionis & ſpũales in Chriſto ex gẽtibus
& iudæis regñatę.Vñ Eſa.xliij.Ab oriente educã ſemẽ tuũ:
& ab occidẽte cõgregabo te &c.Oẽm q inuocat nomẽ meũ
in gloriam meã creaui eũ.formaui eũ:& feci eũ:educ foras
ppl'm tecũ &c.Oẽs gẽtes cõgregatę ſunt ſimul & collectę ſũt
tribus &c.Hoc totũ etiã poteſt intelligi de ipa eccl'ia militã•
te q̃ dr̃ Hierl'm & Domus Dauid per repromiſſionẽ:ad quã
Hierl'm aſcenderũt tribus dñi p fidẽ & regenerationẽ ba•
ptiſmalẽ:in qua laudãt & cõfitent̃ noi dñi & p̃dicãt legem
euangelicã:in qua domo Dauid ſedẽt plati eccl'iæ & hñt ſe•
des.ſ.ſũmus põtifex & pr̃iarchę & archiep̃i & ep̃i:& iudicãt
de rebus ſpũalibus ſcdm eccl'iaſticã ptãtẽ.Nã ſicut illa dicit̃
Hieruſalẽ & domus Dauid p gl'iam:Ita iſta dr̃ Hierl'm per
fidẽ & gr̃am.Et ideo iſte pſalmus prio gloſſandus eſt de iſta
eccleſia allegorice & myſtice:finaliter & cõſequẽter & prici•
paliter de Hierl'm ſupna in qua cõſiſtit vltimũ & pfectũ gau
diũ & felicitas noſtra.¶ Et nota q̃ ſicut illę tribus carnales
aſcendebant in Hieruſalẽ ad cõfitendũ noi domini in teſti•
moniũ Iſrael & i ſignũ obſeruãtiæ legis;Ita nos chriſtiani q
ſumus tribus dñi ſpũales regenerati per apoſtolos cõtinue
aſcendimus in Hieruſalẽ militantẽ ad confitendũ & p̃ben•
dũ teſtimoniũ.i.fidẽ Iſrael,noi dñi qui eſt Ieſus Chriſt⁹.Nã
credendo in Chriſtũ & exhibendo ipi latriã cõfitemur teſti
moniũ Iſrael.i.ſequimur fidẽ & teſtimoniũ quod Iſrael p̃bu
it & p̃dixit & p̃uidit de Chriſto:qñ vidit ſcalã Geñ.xxviij.
& qñ luctatus eſt cũ angelo Geñ.xxxij.Et maxie qñ dixit.
Iuda te laudabunt fratres tui &c.Geñ.xlix.Vbi prędixit paſ
ſionem & reſurrectionẽ & regnũ Chriſti.Et ſic patet q̃ nos
vere confitemur & teſtificamur fidem Iſrael profitendo le•
gem euangelicam in hac Hieruſalem per fidez & in ſuper•
na per gloriam.

Rogate quæ ad pacem ſunt Hieruſalem:& abũ•
dantia diligentibus te.

¶ In hac ſcda pte orat p cõſeruatiõe & pſperitate hui⁹ Hie
X rusalẽ.¶ Ad cuius intellectũ eſt notãdũ q̃ in duob⁹ cõſiſtit
pſpitas & ſecuritas cuiuſcũqz ciuitatis terrenę.Prio in fortitu
dine muroꝝ & turriũ.Scdo in abundãtia ciuiũ et victualiũ.
Nã vt ſic nunq̃ expugnabit̃ ab inimicis:ſed ſemp erit in pa•
ce & ſecuritate:quia ciuitas nõ capit̃ ab inimicis niſi pter
defectũ alicuius iſtoꝝ duoꝝ.Ita piter duo ſunt q̃ pſperant
ciuitatẽ dei:& cõſeruant in ea pacẽ & ſecuritatẽ.Nã muri ec•
cleſię Chriſti quib⁹ reddit̃ inexpugnabilis & ſecura:ſunt fi•
des:ſpes:et charitas:et doctores & martyres militãtes p ea.
victualia aũt ſunt copia ſacramẽtoꝝ eccl'iaſticoꝝ:quib⁹ pa•
ſcunt̃ et alunt̃ fideles ſiue ciues huius ciuitatis.Et ideo dũ
pſeuerabunt hmõi turres & copia & abũdãtia victualiũ ſu•
pradictoꝝ:nunq̃ expugnabit̃ hęc ciuitas,q̃ pegrinat̃ in hoc
mũdo:et militat cõtra infideles.et ſic ſp erit in pace & abun
dãtia.Et de tali pace et abũdãtia dicit ppheta ad oẽs fide•



les.O Hierl'z.i.cõgregatio fideliũ eccl'iæ militãtis,rogate q̃
ad pacẽ ſũt.i.orate vt de⁹ cõſeruet in vobis fidẽ:ſpẽ:& chari•
tatẽ:& det vobis dona ſpũs ſancti.nã iſti ſunt muri vr̃i et iſta
ſunt ad pacẽ et ſecuritatẽ vr̃am.Et ſiſr tu Hierl'm ora & roga
vt ſit abundãtia & copia ſacroꝝ ciuibus et fidelibus diligẽti•
bus te:quia dũ talis abũdantia erit nunq̃ pibit ciuitas.Et ad
maiorẽ eap̃ſſionẽ ſubdit et declarat intẽtũ ſuuz ſubdens.

Fiat pax in virtute tua:& abundantia in turri•
bus tuis.

¶ O Hierl'm fiat pax & ſecuritas ĩ virtute et fortitudie tua:
q̃ fortitudo eſt fides:ſpes:et charitas:et dona ſpũs ſcti.Nã in
iſtis cõſiſtit tota virtus et fortitudo huius ciuitatis:quib⁹ red•
ditur inexpugnabilis.Et fiat etiã abũdantia in turrib⁹ tuis.ſ.
copia ciboꝝ & victualiũ ſpũaliũ.ſ.eccleſiaſticoꝝ ſacramẽto•
rũ & doctrinę euãgelicę.Nã ſicut illa ciuitas dicit̃ eẽ bñ mu•
nita quæ habet turres bene munitas armis & victualib⁹:Ita
eccl'ia dicitur bene munita qñ ei⁹ turres.ſ.doctores & mar•
tyres fuerunt muniti armis doctrinæ euangelicæ:& fue•
runt muniti virtutibus & ſanctitate vitæ:et ſic non ſolum•
mõ defenderunt eccl'iam:ſed etiã ſubiecerũt infideles iugo
Chriſti:et tunc fuit pax in eccl'ia et abundãtia in turrib⁹ ſuis.
qd fuit cõpletũ in cõuerſione magni Cõſtãtini:quia tũc fuit
copia doctoꝝ in eccl'ia:& tota gẽtilitas cõuerſa eſt ad fidẽ.
Poteſt hoc etiã referri ad Chriſtũ mediatorẽ.Quaſi dicat p•
pheta.O Chriſte mediator fiat pax huius Hierl'm in virtute
tua & paſſione,et fiat abũdantia & copia bonoꝝ ſpũalium
in turribus tuæ ciuitatis Hieruſalem militantis.

Propter fratres meos & proximos meos:loque
bar pacem de te.

Propter domum domini dei noſtri:quęſiui bo
na tibi.

¶ Hoc loco ppheta explicat p qua Hierl'z et p quib⁹ ciui•
b⁹ petit et p̃dicit hãc abũdãtiã et pacẽ:qa nec de Hierl'm ter
rena:nec de ciuib⁹ ei⁹:qa in illa nulla eſt pax nec concordia:
imo fuit incẽſa et deſtructa:& ciues eius fuerũt ptim trucida•
ti & fame cõſõpti:et ptim in diſpſionẽ et captiuitatẽ relegati
Sed loquit̃ de Hierl'm ſpũali q̃ eſt eccl'ia tã militans q̃ triũ•
phans.Nã iſta eſt vera domus Dauid ipſi pmiſſa:& iſta ſũt
veri ciues & pximi & filij Dauid p repromiſſionẽ:qa recepe
rũt Chriſtũ Meſſiã filiũ Dauid ipſi promiſſum.ij.Regũ.vij.
Et ideo dicit.O Hierl'm ego loq̃bar pacẽ de te.i.pphetiza
bã et petebã pſperitatẽ ſupradictã nõ ppter iudęos obſtina
tos et cæcos:ſed ppter apl'os & cæteros fratres meos de iu
daiſmo ad Chriſtũ cõuerſos,& ppter pximos meos.i.gẽti•
les per baptiſmũ regeneratos.Quaſi dicat p iſtis & de iſtis
ego loquor et pphetizo & p̃dico pacẽ et proſperitatẽ eccle•
ſiæ quia iſtos præuidi in ſpiritu ad iſtã Hieruſalẽ vẽturos:et
ſic propter domũ domini dei noſtri quęſiui et prędixi tibi ſo
pradicta bona ſpiritualia et nõ bona tpalia propter mũdũ: A
quaſi dicat.oĩa iſta quę ego dixi in iſto pſal.refero ad deũ
et non ad mundũ:quia non loquor de Hierl'm terrena:ſed
de ſpirituali q̃ hic viuit per fidẽ et gratiã:et de ſupna q̃ inæ•
ternũ viuit per gloriã.Ex quo patet.q̃ tota iſta ſcda pars eſt
etiã referenda ad Hierl'm cæleſtẽ.cuius muri ſunt æternitas
& ſecuritas et abundantia bonoꝝ glorię:cuius cibi ſunt per•
fecta fruitio et æterna felicitas.Ex quib⁹ patz q̃ iſte pſal.in•
ſufficienter gloſſatur a iudæis:& etiã a qbuſdã catholicis de
Hieruſalez terrena:cũ ea quę dicta ſunt in pſal.nullo pacto
ipſi cõueniant:imo totũ oppoſitũ videt̃ in ea.vt patet mani
feſte.Et iõ rõne ſui nõ meretur dici Hierl'm nec ciuitas imo
Babylon et confuſio et deſolatio.Sed quicquid dixerunt de
ea prophetæ et patriarchę,dixerunt in figura ratione Hie•
ruſalez ſpiritualis:quæ in ea habuit exordiũ a Chriſto:et ſic
dilatata eſt per vniuerſum orbem:et ita pariter iſta Hieru•
lem militans eſt imago et ſimilitudo ſupioris.nam ſicut ex

illa Hieruſalē terrena iſta ſpūalis eſt dilatata & multiplicata: ita ex iſta Hieruſalē militāti, ſupna eſt repata & reſtaurata & multiplicata. Nam ciue: qui ſunt in hac p grām & fidē, ſunt poſtea in illa ciues per viſionē & glīam. Et iō quia oīa iſta ſupradicta ꝑuidit Dauid i ſpū & reuelatione de iſta Hieruſalē militanti & triūphāti: ideo fecit hūc pſalmū in cōmēdationē huius ciuitatis & ꝓpter lætitiam rei ꝓmiſſæ, dicēs. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi.

AD te leuaui oculos meos: qui habitas in cælis.

Ecce ſicut oculi ſeruorum: in manibus dominorum ſuorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus dominę ſuæ: ita oculi noſtri ad dominum deum noſtrum donec miſereatur noſtri.

¶ Quartus gradus cōtēplationis & aſcenſus in cælū eſt eleuatio mentis in ipſum. & ideo Dauid fecit hunc pſalmū ꝓ aſcenſu quarti gradus. In quo poſtq̄ in ſecundo gradu docuit aſcenſorem leuare oculos in montes. i. ad ſanctos vt impetrent ſibi gratiā: iam docet eleuare oculos ad ipmmet deū: & petit miam ab eo & liberati a ſuperbis & petulantibus. Dicit ergo in perſona totius hoīs myſtici. O dn̄e qui habitas per gloriā: quia ibi te oſtendis btīs in glīa tua: iam ante leuaui oculos ad ſanctos vt orent pro me: nūc aūt leuaui oculos mentales & etiā corporales ad te ipm. Nā ſicut oculi ſeruorum ſunt in manibus dominorū ſuorū: quia totū bonum vel malū a dn̄o: quia in manu dn̄i eſt benefacere vel nocere ſeruo: & ſicut ancillæ ſunt in manibus dominę ſuę ꝓpter eādem cauſam: ita ergo ꝓptie oculi noſtri ſunt eleuati ad dn̄ʒ deū noſtrū donec miſereatur noſtri: qa ab eo totaliter depēdemus quo ad corpus & aiam: ideo in manu eius eſt miſereri vel flagellare. nā Chriſtus eſt dn̄s noſter & diuina ſapientia dn̄a noſtra: & ppl̄s eſt ſeruus & eccl̄ia ancilla. Ergo dn̄e poſtq̄ tu es verus dn̄s & oculi noſtri ſunt eleuati ad te. & ab alio non expectant auxilium.

Miſerere noſtri dn̄e miſereri noſtri: quia multum repleti ſumus deſpectione.

Quia multum repleta eſt anima noſtra: opprobrium abundantibus & deſpectio ſuperbis.

¶ Miſerere noſtri: qa multū repleti ſumꝰ deſpectione & cō
temptū quantū ad corpus: & aia noſtra multuʒ eſt repleta
deſpectione & opprobrio ſupple. ſumus eīm ſupple opprobri
um abundantibus & diuitibus: & ſumus quędā deſpectio ip
Y ſis ſuperbis. ¶ Vnde nota q̄ hoīes contemplatiui & iuſti ſe
cundū deū viuentes, quia cōtēpſerunt diuitias: ideo ſunt cō
muniter pauperes: ideo ſunt opprobriū & deriſio ipſis diuiti
bus & vituperant̄ ab eis. Item ſunt etiā hūiles & mites non
ſequentes dignitates & honores & ſic ſunt deſpectio ſuper
bis: quia ſuperbus ſemper deſpicit & paruipendit hūiles im
mo iudicat eos impotentes & inſenſibiles eo q̄ nolunt vin
dicare iniurias. Ideo iuſtus iſte & contemplator petit miam
& auxiliū vt poſſit patienter tolerare opprobria diuitum &
deſpectionem & paruipenſionem ſuperborum. Nota q̄ ly
donec non ſtat terminatiue: ſed ſimpliciter & cōtinuatiue
ſcdm Hieronymum contra Heluidium.

NIſi quia dominus erat in nobis dicat nūc Iſrael: niſi quia dominus erat in nobis.

Cum exurgerent homines in nos: forte viuos deglutiſſent nos.

Cum iraſceretur furor eorum in nos: forſitan aqua abſorbuiſſet nos.



Torrentem pertranſiuit anima noſtra: forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquā intolerabilem.

¶ In hoc quinto gradu iſte aſcenſor & iuſtus agit deo gratias: quia eripuit eū a deſpectione facta in prædicto pſalmo ſcilicet quia eſt ereptus ex dei auxilio ab opprobrio & furore ſuperborum. Et poteſt referri ad oēs tribulationes a q̄bus liberatus eſt populus dei per auxiliū. Dicit ergo. Niſi qa dominus erat in nobis adiutor & propitiꝰ in nobis: dicat nūc Iſrael: niſi quia dn̄s erat in nobis. Quaſi dicat: totaliter defecimus & deleti fuiſſemus ſupple. Et declarat. Cum exurgerent infideles homines in nos, & inimici eccleſię taʒ in teſt. veteri. per Aegyptios & Chaldæos: q̄ in nouo per Iudęos & tyrannos & hæreticos, forte tunc deglutiſſent nos viuos niſi quia dominus erat in nobis adiutor & protector. Item cū furor & rabies & perſecutio eoꝝ. ſ. tyrānorum regū & principū gentilium iraſceretur in nos: forſitan aqua, i. perſecutio abſorbuiſſet nos: vt patet tēpore Diocletiani & Maximiani: quia niſi deus ſuſcitaſſet Conſtantinū eccleſia defeciſſet: vel videbatur quaſi deficere. Nam tunc. ſ. a Chriſto vſq; ad Cōſtantinum, anima noſtra pertranſiuit torrentē perſecutionū per decē imperatores: & forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilē. i. nobis fuiſſet illa perſecutio intolerabilis: quia vires hūanæ non ſufficiebant talia tormenta perpeti: & ideo iā deficiebat eccleſia: intantuʒ q̄ Marcellinus papa ex timore adoleuit incenſum idolis contra conſcientiam: & oēs chriſtiani latebant per montes & ſpeluncas. Ideo agens gratias dicit.

Benedictus dominus: qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiū: laqueus contritus eſt & nos liberati ſumus.

¶ Benedictus dominus qui non dedit nos dentibus & poteſtati eoꝝ in captionem: quia totaliter non deuorant nos. Nam anima & vita noſtra erepta eſt de laqueo venantiuʒ tyrannoꝝ & ſpiculatoꝝ & etiā hæreticoꝝ, ſicut paſſer quādo eripitur a laqueo. Nā laqueus & poteſtas diaboli cōtritus eſt qn̄ Conſtantinus fuit conuerſus. Nam tunc diabolus ꝑdidit poteſtateʒ cū Conſtantinus dedit licentiā chriſtianis publice ꝑdicandi & eccleſias conſtruendi: & ampliauit diuinum cultū. Vnde deſtructa eſt idololatria: & ſic nos liberati ſumus. Nā nos qui eramus de populo gentili ſub iugo & laqueo diaboli, aſſumpto baptiſmo contritus eſt laqueus diaboli. ſ. pc̄tm̄ originale & actuale: & ſic liberati ſumus per baptiſmum: & qui eramus ſerui per peccatum & falſam ſuperſtitionem facti ſumus liberi per gratiam.

Adiutorium noſtrum in nomine domini: qui fecit cælum & terram.

¶ In omnibus his tribulationibꝰ totū adiutoriū nr̄m fuit in
noie dn̄i veri dei q fecit cęlū & terrā. ſ. Ieſu Chriſti qui ē ver
bū p̄ris deꝰ & hō: qui fecit ex tpe cęlū & terrā: & nūc factꝰ hō
nos liberauit per paſſionē & reſurrectionē ſuā: quia non fuit
aliud nomen ſub quo poſſemus ſalui fieri niſi Ieſus. In no
mine ergo eius fuit adiutorium noſtrum. ¶ Nam ſicut tūc Z
fecit cælum materiale & terrā: Ita in aduentu ſuo fecit cælū
ſpirituale & terram. Terra eīm eſt eccl̄ia, cælū vero eccleſiaſ
ſtica ſacramēta q̄ influūt virtutē & grām in eccleſiā: Chriſtus
vero eſt mouens illud cęlū: & ſol lucēs in eo mittēs lumē i ec
cleſiā. Nota q̄ ꝑdictū quinarium pſalmoꝝ dicit eccleſia in
primis pro mortuis qui præceſſerunt, eo q̄ ſunt iam libera
ti a laqueo huius mundi: ſed manent adhuc in purgatorio:
quia nondū aſcēderunt in cælū. Ideo dicit̄ oratio ꝓ eis. Ab
ſolue &c. Nam in quolibet pſalmorum præcedentiū agun

tur gratiæ pro liberatione a terrenis: & etiã petitur diuinus auxilium: ideo bene competit defunctis. Item totus etiã iſte pſalmus poteſt exponi de liberatione totius generis huma‑ni facta per Chriſtum de captiuitate peccati.

Qui confidunt in domino ſicut mons Sion: non commouebitur inæternum qui habitat in Hieruſalem.

Montes in circuitu eius: & dominus in circuitu populi ſui: ex hoc nunc & vſq; in ſæculum.

¶ Sextus gradus aſcẽſus in cælũ eſt vera confidentia & ſecuritas. Vnde eſt notãdũ q illud tẽplũ Salomonis taliter erat ſitũ in alto in illo mõticulo dicto Moria: & eius grad⁹ erant diſpoſiti taliter q in primo & ſcdo & tertio gradu nõ poterat quis videre muros ciuitatis: eo q pcedebãt gradus ab infima valle in altũ montem. Et ideo quanto plus quis aſcendebat tanto plus videbat. Ideo quando quis erat in ſexto gradu iam poterat videre muros ciuitatis circũquaq; & oẽs montes qui ſunt in circuitu Hieruſalẽ. & ſic poterat videre fortitudinẽ illius ciuitatis: quę magna erat. Nam ſicut dictũ eſt: iudęa eſt altior tota terra pmiſſionis: & Hieruſalẽ eſt ſita in monte Sion, qui eſt circuitus ab alijs montibus pręruptis & cõfragoſis & aſperis. & ſic aſcenſus in Hieruſalem eſt difficilis inimicis. vt patet in libro Iudith & Macchabęorũ. & ſic Hieruſalem erat fortiſſima oim ciuitatũ ſyriæ: tũ quia ſita in præruptis montibus: tũ quia munita muris altiſſimis & fortibus. & ſic putabant viuere in ſecuritate & confidentia eius habitatores. Et ideo forenſes & alienigenæ venientes in Hieruſalẽ & aſcendentes in tẽplũ, cũ erãt in ſexto gradu: & circũſpiciebant montes & muros ciuitatis: dicebant eſſe impoſſibile illã ciuitatẽ capi ab inimicis. ſed in veritate ſeipſos multotiens fefellerũt: quia multotiẽs fuit capta & diruta ciuitas a diuerſis pp̃ter peccata eorũ. Vñ oñdit nõ eẽ confidendum in viribus hoim nec in fortitudine murorũ & mõtium huius mundi: ſed in ſolo deo qui ſolus põt ptegere ciuitates & hoies. Sed bene fuit illa ciuitas figura eccl'ię: q̃ eſt fũdata ſup mõtes & fundamẽta apl'orũ & pphetarũ, qui fundant ſupra firmã petrã qui eſt Chriſt⁹. in circuitu cui⁹ ciuitatis ſunt alij montes fortiſſimi ad cuſtodiã ei⁹ qui ſunt angeli. Hanc ciuitatẽ principaliter cuſtodit Chriſtus: & ex cõſequẽti angeli. q̃ eſt circũdata triplici muro. ſ. fide, ſpe, & charitate &c. q̃ quidẽ eccl'ia militãs eſt poſtea figura & exẽplar ciuitatis ſupnę. Fecit ergo Dauid hũc pſal. p aſcẽſu ſexti grad⁹ tẽpli Salomonis figurando ſextũ gradũ aſcendendi in cælum & eccleſiã triumphantẽ per cõfidentiã. Quaſi dicat Dauid: q illud templũ & ciuitas erat ædificata ſcd'm exemplar ſibi traditũ a ſpiritu ſancto inquantũ ſignificabat eccleſiã militantẽ per gratiã, & triũphantẽ per gloriã. Et ideo ſicut qui erat in ſexto gradu circũſpiciens oculis corporis videbat muros & montes & fortitudinẽ illius ciuitatis in qua confidebãt habitatores: figurabat q ita eleuaret oculos mentis p fidez & cõtẽplationẽ & conſideraret & cõtẽplaret eccl'iam Chriſti militantẽ: in qua ciues dei habitãt per fidem & gratiam: & triumphantem in qua habitant per gloriã: & ponunt ibi ſuã confidentiã & ſpẽ: quia illa eſt inexpugnabilis cũ ſit vallata montibus & muris incorpalib⁹. ſ. apl'is & pphetis & angelis &c. Ergo in illa debemus habitare & confidere & ciues fieri: & illud tẽplũ p grad⁹ virtutũ & bonorũ operũ aſcendere. ¶ Dicit ergo Dauid. Multi cõfidũt in virib⁹ hoim & ſuis: & cõfidunt in ciuitatib⁹ munitiſſimis & fortiſſimis: & tñ multotiẽs falluntur: ideo dico vobis q qui cõfidunt in dño & nõ in idolis & viribus ſuis erũt imobiles ſup. ſicut mons Sion. Et qui habitat in vera Hieruſalẽ. ſ. eccl'ia q̃ eſt viſio pacis ille nũq̃ cõmouebitur: qa licet aliqñ affligatur corpaliter tñ nõ inęternũ quo ad aiam: qa illa ẽ fundata ſupra firmã petraz qui eſt Chriſtus. & ſic erit immobilis & tutus & firmus & inexpugnabilis. quia iſta Hieruſalẽ terrena multotiẽs fuit expugnata & incẽſa & euerſa. quare nõ eſt in ea cõfidẽdũ. nec eſt etiã cõfidẽdũ in dijs gentiũ: qa fefellerunt cultores ſuos, & in fine oĩa idola ſunt deleta & cõminuta. ergo in ſolo dño noſtro Ieſu eſt cõfidendũ & in ſola Hieruſalẽ ſpũali eſt habitandũ hic per grãm & in futuro per gloriã: quia illa eſt vere fortis q inexpugnabilis. Quod probo. Nam montes. ſ. angeli ſunt in circuitu eius ad cuſtodiã: ergo in ea eſt habitãdum: & dñs eſt in circuitu populi ſui ex hoc nũc & vſq; in ſæculum: quia nobiſcũ eſt vſq; ad cõſummationẽ ſæculi. ergo in dño eſt confidendũ & non in hominibus: nec idolis gentium. & ſic inexpugnabilis manet hæc ciuitas. Sed quia diceret aliquis contra. q multotiens deuenit iſta eccleſia in diſtutionem maxime tempore Diocletiani &c. Reſpondet hic propheta.

Quia non relinquet dominus virgã peccatorũ ſuper ſortem iuſtorum: vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.

¶ Licet deus pmiſerit affligi eccl'iam ſuã & iuſtos habitãtes in ea tpaliter quo ad corpa: tñ nõ quo ad aiaz: nec ęternaliter. quia ſi de⁹ pmittit iuſtos affligi a malis & prauis tpaliter: hoc facit in exercitiũ vt mereantur: & ne elati in pſperitate cadant in peccatũ: & ne iuſti extendãt man⁹ ſuas ad iniquitatẽ & pctã. ſed nõ permittit eos diu affligi quia ſemper ponit finẽ afflictioni eorũ ne deſperent ipſi iuſti: & ne extendãt manus ſuas ad iniquitatẽ. Dicit ergo. Non miretur aliquis nam licet aliquando affligantur iuſti: tñ nõ relinquit dñs diu durare virgã & poteſtates pctõrũ tyrãnorũ ſup ſortẽ & eccl'iam & meritũ iuſtorũ: ne iuſti deſperati moueantur a merito, & extẽdant manus ſuas ad iniquitatem & peccatũ: & ſic afflictio eorũ prohibitio eſt ad ma⁹ meritũ & ad tutelã virtutis & gratiæ. & ideo afflictio vertitur iuſtis in meritũ & tyrãnis & afflictoribus vertitur in dãnationẽ æternã. Quod per modũ orationis declarat dicens.

Benefac domine: bonis & rectis corde.

Declinantes autẽ in obligationes adducet dñs cũ operantibus iniquitatẽ: pax ſuper Iſrael.

¶ O dñe bñfac bonis & rectis corde dando patientiam & fortitudinem hic in ſuis afflictionib⁹, & in futuro gloriã ſempiternam in præmium. & dominus adducet & adducat tyrãnos declinantes in prauitatem & obligationes. i. in peccata quæ obligant ad culpã & pœnam: & dñs deducet iſtos cum diabolis ſemper operantibus iniquitatem poſt mortem eorum qui paratus eſt diabolo & angelis eius.

¶ Vnde nota q oĩs peccator peccando declinat a via re A
ctitudinis & libertatis in obligationes. i. in culpas quæ obligant ad pœnam æternam. hos ergo declinantes in obligationes deducet dñs in infernũ cũ diabolis operantibus iniquitatem. quaſi dicat. q dñs faciet bonũ rectis corde: hic dando gratiam & in futuro gloriã. Sed dñs deducet pctõres declinantes in obligationes diuerſarum culparũ cũ operantibus iniquitatẽ in infernũ. & hoc dabitur in præmiũ: & in punitionẽ afflictoribus & tortoribus & perſecutoribus iuſtoruz & martyrũ. autẽ p ſed pax, & quieserit ſemper ſuper Iſrael id eſt populum fidelem qui eſt verus Iſrael ſecundum ſpiritum & videns deum hic per gratiam: & in futuro per gloriam.

In conuertendo dominus captiuitatẽ Sion: facti ſumus ſicut conſolati.

Tunc repletum eſt gaudio os noſtrũ: & lingua noſtra exultatione.

Tunc dicent inter gentes: magnificauit do‑

minus facere cum eis.

Magnificauit dominus facere nobiſcũ: facti ſumus lętantes.

℄ Septimus gradus eſt gaudiũ de bonis factis poſt conuerſionẽ. Nã ſicut iuſt⁹ gaudet ſe eſſe ereptũ a pctõ: poſtea debet gaudere de bonis & fructibus quos fecit per pœnitentiam & poſt pœnitentiã. Vnde eſt notandum vt legitur Eſdræ primo: ꝙ Cyrus rex perſarũ & Medorum poſtq̃ adept⁹ eſt regnũ Babylonię relaxauit captiuitatẽ iudęorꝫ: & dedit licẽtiã vt tẽplũ & ciuitatẽ Hierl'm ędificarent: & de ſuis redditibus pro reſtauratione & ædificatiõe præcepit dari. & de hoc fecit fieri vniuerſale p̄conium & edictum publicum per vniuerſa regna ſua confitendo deum cæli eſſe ſuper omnia: & ab eo recepiſſe victoriã & oia regna terrę: & ſic non ſolũ magnificauit iudęos in ſe: ſed etiam inter omnes gentes honorauit. Et ſic Iudęi qui cum fletu & tribulatione ſeruierãt reuerſi ſunt cũ gaudio: & templũ & ciuitatem ædificarunt.

B ℄ Per hoc vidit Dauid in ſpiritu relaxationem captiuitatis humanę futurã p verũ Cyrũ Chriſtum qui eſt hęres vniuerſalis patris: & qualiter gẽtiles qui ante deſtruxerãt ecclias: & pſequebant chriſtianos: poſt ad fidẽ p apoſtolos & martyres cõuerſi debebant eccleſias reſtaurare & ædificare ꝓpriis ſumptibus: & chriſtianã religionẽ ampliare & magnificare: vt patet de Cõſtantino & cæteris regibus & principibus. Ideo Dauid fecit hunc pſalmũ pro aſcenſu ſeptimi gradus tẽpli: in quo deſcribit gaudiũ ecclię de cõuerſione gentium, & gaudiũ apoſtolorꝫ & cæterorũ fidelium q eos conuerterunt. In quo duo facit. nã primo p̄dicit huiuſmodi gaudiũ cõuerſiõis p figurã relaxatiõis captiuitatis iudęorꝫ. Secũdo memorat fructus apoſtolorũ & martyrũ & oĩũ iuſtorũ: vt hñt cãm gaudẽdi. ibi. Cõuerte dñe. ℄ Quãtum ergo ad primum: ſicut Zorobabel & cęteri Iudæi lætati ſunt in reuerſione & reditu de captiuitate Babylonica: Ita nos fideles chriſtiani facti ſum⁹ ſicut cõſolati, i cõuertẽdo dñs captiuitatẽ Sion. i. cũ dñs Ieſus Chriſt⁹ cõuerteret captiuitatẽ totius eccleſię. Primo a pctõ p paſſionẽ & reſurrectionẽ. & ponitur noiatiuus pro actõ inquantũ gerundium ponitur pro coniunctiuo. Scdo cũ conuerteret ppl'm gentilem ab idololatria. nã tũc repletũ eſt gaudio os noſtrum: & lĩgua nr̃a repleta eſt exultatiõe, laudãdo & magnificando deũ in mirabilib⁹ ſuis. Nã tũc in illa cõuerſione dicẽt gentes & cognoſcent & p̄dicabunt qualiter dñs magnificauit facere. i. q̃ magnifice fecit cũ eis. ſ. Chriſtianis. Nã vere dñs magnificauit. i. magnifice fecit nobiſcũ: ita eccl'iam ampliando & exaltãdo & gẽtiles ſubiiciendo. Ideo facti ſumus lætãtes. Totum etiã hoc põ referri ad peccatorẽ cõuerſum a pctõ q p pniam exit de ſeruitute & captiuitate pcti: q gaudet & laudat deũ qui magnificauit cum eo miſericordiam ſuam.

Conuerte domine captiuitatem noſtram: ſicut torrens in auſtro.

Qui ſeminant in lachrymis: in exultatiõe metent.

Euntes ibant & flebant: mittentes ſemina ſua.

Venientes autem veniẽt cum exultatione: portantes manipulos ſuos.

℄ Hic Dauid precaſ Chriſtũ vt acceleret aduentum ſuum.

C ℄ Vnde nota: ꝙ ventus auſter eſt calidus: ideo reſoluit niues in montibus: & ſic defluunt aquę: & torrentes implenſ: & currunt ad mare. Ita proprie factum eſt in aduentu Chriſti. Nam ſcriptura ve. te. erat congelata & clauſa: ſed Chriſtus miſit ſpiritũ ſanctum in apoſtolos: & aperuit ſcripturas eis: & fluxerunt aquæ a cryſtallo & niue congelata. Nã ſcriptura q̃ erat dura facta eſt eis mollis & blanda & potabilis & intelligibilis calore ſpũs ſancti: & aqua ſapientię impleuit torrentes. i. apoſtolos & doctores: & ſic aquę defluxerũt in mare eccleſiæ. Itẽ perflauit auſter. i. lumen & calor ſpũs ſancti in corda dura gentilium: & mollificauit ea per prædicationem apoſtolorꝫ: & ſic conuerſi gentiles veniebant & currebant ad eccl'iam: & impleuerunt eam: ſicut decurrũt aquę per torrentes flante auſtro ſuper niues. Ideo ait ꝓpheta. o dñe Ieſu accelera aduentũ tuũ & conuerte captiuitatẽ noſtrã a pctõ: & mitte ſp̃m tuum in corda dura gentiliũ: & currant ad eccl'iam mollificati ſicut torrẽs impleſ & currit ad mare in auſtro flante & reſoluente niues in aquas. Et tũc apoſtoli quibus dixiſti Lucę. x. Meſſis quidẽ multa &c. & miſiſti eos metere qđ non ſeminarũt. Ioan. iiij. Ipſi ergo apl'i quos miſiſti ad ſeminandum verbũ tuũ in corda hoĩs, euntes ibant & flebant. i. eũtes & flentes ibunt mittentes ſemina ſua: & p̄dicantes cum tribulatione & perſecutiõe &c. Verũtñ ſeminatio eorũ & p̄dicatio multũ fructũ afferet: q a totũ populum gentilẽ conuertet ad fidẽ: & aias lucrifaciet: & ſic venientes & reuertentes venient cum exultatiõe portantes vnuſquiſq; manipulos ſuos quos meſſuerũt. Nã Matthęus lucrifecit Aethiopiã: & Simon Aegyptũ: & Bartholomęus & thomas Indiã: & Paulus gręciã. Et pariter Aug. & Hierony. & cæteri doctores venerũt & venient cum exultatiõe i die iudicij portãtes manipulos & libros ſuos quos ad elucidandas ſcripturas & defendendã eccleſiam ediderunt: & omnes p̄lati venient gaudentes & portantes talenta duplicata &c. & omnes pœnitentes cum fructu pœnitentiæ &c.

NIſi dominus ędificauerit domum: in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtq̃ ſederitis qui manducatis panem doloris.

℄ Titulus. Canticũ graduũ Salomonis. Nota ꝙ ſecundum quoſdã hebręos Dauid fecit hunc pſal. & direxit ip̃m Salomoni q in perſona ipſius Dauid erat templum & ciuitatem ædificaturus: & ideo intitulaſ canticum graduum Salomonis. & ſic gloſſant ip̃m pſal. de ędificatione illius Hieruſalẽ materialis. Chãhi autem principaliter gloſſat hunc pſal. de Meſſia per Salomonem intellecto. dicit enĩ ꝙ in ſcriptura p Salomonẽ cõiter intelligitur Chriſtus Meſſias: qui erit deo dilectus: vt patet in canticis. Et ſic dicit ꝙ multi voluerunt ædificare ciuitatem & templum Hierl'm: ſed in vanũ laborauerunt vſquequo dominus Meſſias veniet ad ædificandum eam. Nam primo Dauid voluit ędificare domum domini: ſed in vanum laborauit: quia dñs non permiſit: eo ꝙ erat vir ſanguĩs. Item Salomon poſtea edificauit templũ & murauit ciuitatem: ſed in vanum laborauit: quia tã templũ q̃ ciuitas fuit deſtructa p Chaldeos. Itẽ Eſdras & Zorobabel iterũ reędificauerunt eã: & in vanum laborauerunt q a fuit deſtructa p Romã. Itẽ iidem. ſ. Roma. & Chriſtiani & Sarraceni multotiens voluerunt reędificare illã ciuitatẽ: tñ pluries fuit deſtructa, ſꝫ qñ veniet rex Meſſias reędificabit eã: & nunq̃ ampli⁹ deſtrueſ. iõ dicit hic Dauid ꝙ niſi dominus ædificauerit domum & tẽplũ & ciuitatẽ tpe Meſſię, in vanũ laborãt oẽs alij q volũt eã ędificare. Ex his patet ꝙ licet iſte obſtinat⁹ loqͣſ mala itẽtione: tñ ptim dicit verũ: & partim dicit falſum. dicit enim verum inquantum dicit ꝙ Meſſias in aduentu ſuo debebat ædificare tẽplũ æternũ & eccl'iam ſpũalẽ repudiato tẽplo & ciuitate materiali p alios ædificata. tñ dicit falſũ: & errat circa tp̃s & perſonã. Primo errat circa tẽp⁹: q a qđ eſt p̄teritũ fruſtra expectat adhuc fu-

turrũ. Scđo errat circa pſonã. Nã Ieſus Chriſt⁹ filius dei quez
ipſe repudiat: eſt ille verus rex Meſſias q hanc Hierl̃m ſpi-
ritualẽ. i. eccl̃iam ędificauit. Tertio errat circa ip̃az ciuitatẽ
& tẽplũ. nã ip̃e expectat ꝙ Meſſias reędificabit illã Hierl̃z
materialẽ & corporalẽ & terrenã: in qua oẽs Iudęi debent
tpaliter habitare: & tñ Meſſias erat ędificatur⁹ ciuitatẽ ſpi-
ritualẽ toto orbe diffuſam, in qua oẽs fideles habitant p gra-
tiã: & erat etiã ædificatur⁹ ſupnã Hierl̃z & patur⁹ nobis fe-
lices in ea mãſiones. Et ideo eſt dicendũz ꝙ Dauid ꝓpheta
qui primo ꝓpoſuerat ędificare tẽplũ dño: & p̃parauit oĩa
neceſſaria: & tradidit deſcriptionez Salomoni: & ſcđm illđ
exemplar & deſcriptionem p̃cepit ædificari tẽplũ: p̃uidit in
ſpũ qualiter illud tẽplũ materiale erat figura templi ſpũalis
eccl̃ię: qđ Chriſtus erat ędificaturus, in quo oẽs fideles erãt
ſaluandi & tuendi. p̃uidit etiaz I ſpũ qualiter Iudęi debebãt
ponere totã ſuã ſpez & fiduciam in illa Hierl̃z & tẽplo ma-
teriali: & circa eius ędificiũ debebant apponere totam ſuã
ſollicitudinẽ cõtẽpta ſalute ſpũali. Hoc ergo præuidens Da-
uid in ſpũ fecit hunc pſal. pro aſcenſu octaui gradus. Et iõ i-
titulatur vero Salomoni qui eſt Chriſtus. In quo pſal. admo-
net Iudęos ne ponant totaz ſuã ſpẽ & ſollicitudinẽ in illa ci-
uitate & tẽplo materiali: ſed in illa Hierl̃m ſpũali. ſ. eccleſia
tam militãti q̃ triũphanti: quã Chriſtus erat ædificaturus: in
qua oẽs erant ſaluãdi & tuẽdi hic p fidẽ & gratiã, & in futu-
ro p gl̃iam. quaſi dicat in toto iſto pſal. ꝙ nõ ponant ſuã ſpẽ
& ſollicitudinẽ nec laborẽ pro iſta ciuitate materiali: qa mł-
tipliciter eſt deſtruenda. Sed ponant ſuã ſollicitudinẽ & ſpẽ
in eccleſia quam Chriſtus erat ędificaturus: quia non pote-
runt ſaluari niſi in ea. Duo ergo facit. Nam primo admonet
eos ne ponãt ſuã ſollicitudinẽ & ſpem in Hierl̃m materiali.
Scđo vt q̃rant ciuitatẽ per Chriſtũ ędificandaz. ibi. Cum de-
D dent dilectis ſuis ſomnũ. ¶ Quantum ad primũ eſt notan-
dum ꝙ tripliciter erant ſolliciti Iudęi circa ædificiũ & ciuita-
tẽ Hierl̃m. Primo circa fortitudinẽ eius: & ſic Salomon ędi-
ficauit eã in alto mõte Sion: & in loco arduo: & circundedit
eaz triplici muro, ſicut pluries dictum eſt. Scđo fuit ſollicitus
Salomon circa cuſtodiam ciuitatis: & ſic muniuit eam copia
armorũ & vigiliũ. Tertio erant ſolliciti ciues circa abũdan-
tiam: & diuitias ciuitatis: vt eſſet abundans & potentiſſima:
& ſic laborabãt ad modũ & conabanẽ cõgregare diuitias cũ
ol ſollicitudine & corporali labore: & cum vſuris & alijs ne-
gocijs illicitis: quaſi non ſperantes aliam vitã & felicitatez.
Hęc ergo tria remouet propheta in trib⁹ primis verſib⁹ hu-
ius pſal. dicens: ꝙ non confidant in hoc templo materiali:
nec in fortitudine ciuitatis: quia non poterit eos ſaluare: nec
cõfidant in cuſtodia & armis huius ciuitatis: qa nõ poterũt
eos tueri: nec laborant cum tota ſua ſollicitudine circa diui-
tias cõgregandas & cibos corpales qa nõ poterunt eos ęter-
naliter ſatiare. Sed ponãt ſpẽ ſuã in domo quã Chriſtus erat
ædificaturus: q̃a ibi debẽt ſaluari. Scđo capiant arma q̃ datu-
rus erat Chriſtus: qa in illis debent tueri. Tertio ꝙ laborent
circa cibũ quẽ Chriſt⁹ erat daturus. quia in ſolo illo debent
ſatiari. ¶ Dicit ergo primo ꝙ niſi dñs noſter Ieſus Chriſtus
ædificauerit domũ & templũ ſpũale. ſ. eccl̃iam, in vanum la-
borauerunt oẽs q ædificant eam. quaſi dicat: ꝙ quodcunq;
tẽplum ſeu ciuitas per Salomonem vel p alios ædificatũ eſt
vanum ad ſaluãdũ niſi ſolũ illud quod Chriſtus erat ædifi-
caturus: in quo omnes fideles ſunt ſaluandi: hic p fidẽ & gra-
tiã, & in futuro p gloriam. Item ſcđo ſubdit: ꝙ niſi dñs Ieſus
Chriſtus cũ ſuis armis ſpiritualibus. ſ. cum fide, ſpe, & chari-
tate, & cũ donis ſpũs ſancti: & cum ſuis vigilibus. ſ. angelis &
apl̃is & martyrib⁹ & doctoribus cuſtodierit hanc ciuitatem
eccl̃iæ: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. i. qui putat eam cum
armis & viribus tẽporalibus cuſtodire. Tertio ſubdit. O vos
hoĩes tpales & mundani q manducatis panem doloris & la-
boris, vanũ eſt vobis ſurgere ante lucẽ ad laborãduz ꝓ iſto
cibo tpali & ad cõgregandas diuitias pro iſta vita tpali con-
ſeruanda: qa hic non poteſtis manere in ęternuz: ſed ſurgite
a pctõ poſtq̃ ſederitis p magna tpa i eo: & ſurgite ad gratiã
& ad laborandum pro cibo ſpũali p opa miæ: & alias pias
operationes. Item in aduentu Chriſti ſurgite a iugo legis: &
a dormitiõe: poſtq̃ in tenebris ſediſtis per magna tempora:
& recipite Chriſtũ q affert diem gratiæ & lucez: & ſurgat nõ
ſolũmodo noctem legis: ſed etiã noctem pctĩ: quia iam nox
pręceſſit: dies autem appropinquauit. abijcite ergo opa te-
nebrarum & induamini arma lucis &c. ¶ Vñ notanduz ꝙ
vbi tranſlatio cõis habet: q manducatis panem doloris: lr̃a
Hieronymi habet: Panem idolorum, ſiue panez idolaticũ.
& trãſlatio alia habet. panem auaritię. & alia habet, panez
laborantium. quod eadem ſententia eſt. Nam auaritia eſt
idolorũz ſeruitus: & iõ q laborant propter auaritiã dicunẽ la-
borare propter panem idolaticum: & propter idolaticas di-
uitias. & ſic panis in hoc mundo acquiſitus dicitur panis la-
boris: qa cum labore acquiritur. & dicitur panis doloris, qa
cum dolore acquiritur. dicitur etiam panis idolaticus: q̃a cũ
auaritia acquiritur. Vnde eſt aduertenduz: ꝙ propheta hic
non prohibet quin debeamus acquirere panem cum labo-
re & ſudore vultus noſtri: ſed prohibet nimiam ſollicitudi-
nem & abuſum circa res tpales: ne propter tẽporalia omit-
tamus ſpũalia: & intendit dicere & admonere vt primũ q̃ra-
mus regnũ dei: & ponamus ſpez nr̃az in Chriſto & eccleſiaſ-
ticis ſacramentis: ſed poſtea cum diſcretione poſſumus la-
borare pro victu ad vitam neceſſario.

## Cum dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hęre-ditas dñi: filij merces fructus vẽtris.

¶ In hac ſcđa pte oſtẽdit declarando ſupradicta. ſ. in quib⁹
bonis debemus ponere ſpẽ nr̃am: & dicit ꝙ in bonis p Chri-
ſtum nobis adeptis. ¶ Ad cuius intelligentiaz eſt notandũ: E
ꝙ tota hęreditas noſtra & tota merces & p̃miũ, ẽt tota vir-
tus ſacramẽtorũ eccleſiæ ineſt nobis ex paſſione Chriſti. nã
per ſuã mortẽ & paſſionẽ nos a pctõ & captiuitate abſoluit:
& per ſuũ ſanguinẽ emit nobis regnũ cęlorũ in hęreditatez.
A quo quidẽ ſanguine eccl̃iaſtica ſacramenta traxexũt vir-
tutem. ¶ Ex quo ptz ꝙ redẽptio nr̃a & hereditas noſtra & F
felicitas nõ fuit manifeſta niſi pſt paſſionem Chriſti: nec pa-
triarchę & ꝓphetę nec apl̃i & martyres & ſancti potuerunt
poſſidere hæreditatem: niſi poſt paſſionem Chriſti: nec po-
tuerunt eã poſſidere in hoc mũdo quãtũ ad gl̃iam: niſi poſt
mortẽ eorũ. Ex quibus patet ꝙ vana erat ſpes Iudęorũ q ex-
pectabant fructum & hęreditatem ex illo tẽplo & ciuitate
materiali in hac vita: & vanus erat labor eorũ laborando ꝓ
iſto cibo tpali: cũ talis hæreditas & quies non poſſit poſſide-
ri in hac vita: nec cibus ſpũalis nobis promiſſus. ¶ Et ideo ẽ
dicendum ꝙ hæreditas promiſſa Abrahæ & Iſaac & Iacob
non eſt illa terra Chanaan: nec illi fructus qui in ea colligun-
tur, cũ ſint corruptibiles & tranſitorij: ſed illa hæreditas eſt
patria cæleſtis: & ille fruct⁹ eſt perfecta fruitio diuinę eſſen-
tię: quã apl̃i & oẽs iuſti non potuerunt acquirere in hac vita
nec ĩ hoc ſcl̃o: ſed poſt mortẽ eorũ I cælo. Et iõ dicit Dauid.
Nolite ſupple q̃rere hæreditatem & manſionem nec p̃miũ
nec mercedem nec fructũ ventris corporalis in hoc mundo:
ſed taliter laborate vt in cælo poſt mortem hęc poſſitis ac-
quirere: quia iſta in ſola patria cęleſti patebunt. Nã cũ dñs
dederit ſomnũ & requiẽ dilectis ſuis apl̃is & martyribus &
iuſtis poſt mortẽ tpalẽ: ecce hæreditas dñi. i. tunc apparebit
vera hęreditas dñi ſanctis patrib⁹ promiſſa: qđ eſt regnum
cælorũ: qđ dabiẽ iuſtis in hęreditatẽ. & ecce merces. i. tũc ap-
parebit merces & p̃miũ: & ecce filij. i. tunc videbiẽ qui erũt
vere filij dei. Litera Hieronymi habet: Filij mercedis, id eſt
tunc apparebunt filij qui adepti ſunt mercedez & præmiũ:
quia illi deum videbunt. Nam eius viſio eſt tota merces.
Et ſequitur. Ecce fructus ventris. id eſt tunc apparebit:
& dabitur fructus ventris ſpiritualis iuſtis: quæ erit ve-

ra fruitio:pro qua in hac vita laborauerũt iuſti. In hoc ergo
verſiculo nihil aliud intẽdit dicere:niſi ꝙ vere filij dei & fi-
lij Iſrael & Abrahę per repromiſſionẽ & per fidẽ & baptiſ-
mum regenerari,poſt iſtã mortẽ tẽporalẽ in cęlo obtinebũt
hęreditatem promiſſam & mercedem & fructum.quia ibi
deum videbunt,& poſſidebunt,& adamabunt,& fruentur.
& ſic admonet:ꝙ non eſt ponenda ſpes in ciuitate terrena:
ſed i cæleſti. Litera aũt Hieronymi habet.Cũ dederit dile-
cto ſuo ſomnũ ſiue ad dilectũ ſuũ:& tunc eſſet ſententia ma
nifeſtior.quia hęreditas dñi & fructus eius hic per gratiaꝫ &
in cælo per gloriã,nunq̃ fuit data iuſtis:niſi poſt mortẽ Chri
ſti dilecti filij dei vt ſupra dictum eſt. Etiam ly fructus ven-
tris poteſt referri ad Chriſtum qui eſt fructus ventris virgina
lis Mariæ:& ilſemet eſt fructus ſpiritualis ventris in patria.
nã totus homo fruet̃ toto Chriſto:nã p aĩam fruetur diuini-
tate:& per potẽtias corporales glorificatas fruetur Chriſti
humanitate totus homo. Et etiam fructus ventris eccleſiæ
ſunt fideles per baptiſmum regenerati. Sed pˀma expoſi-
tio eſt melior. Et etiam Chriſtus qui eſt fructus ventris virgi
nis Marię,erit fructus noſter:quo fruemur in patria:quem
fructum non poterimus acquirere,nec frui nec guſtare niſi
poſt ſomnum & mortem huiꝰ vitę.

## Sicut ſagitte in manu potentis:ita fili excuſſo-
## rum.

¶ In hoc loco exprimit ꝓpheta qui ſũt veri filij eccleſię q
pro illa hęreditate laborarunt:& quibus armis eccleſiaꝫ de
fenderunt & ampliarunt:& ideo poſt ſomnum eorum id eſt
poſt mortem meruerunt poſſidere in cælo illam hæredita-
tem & mercedem & fructum ventris. Et dicit ꝙ iſti fuerunt
apoſtoli & martyres & doctores:qui nõ armis corporalibꝰ:
ſed ſagittis & armis euangelicis defenderunt eam & amplia
uerunt:& eaꝫ plantauerunt ſanguine ſuo. ¶ Ad cuius intel-
G ligentiam eſt notandum ꝙ apoſtoli & diſcipuli Chriſti fre-
quenter dicuntur ſagittæ in ſacra ſcriptura. Nam ſicut ſagit-
ta mittitur velociter a ſagittatore:ita apſi miſſi ſunt a Chri
ſto velociter per vniuerſum mundum:& cum eis Chriſtus ſa
gittauit corda hoim:& vulnerauit eos in corde,& occidit in
eis pc̃m & ſuſcitauit fidem.& ſic apoſtoli dicuntur velut ſa-
gittæ in manu Chriſti potentis,qui eos miſit.ſed frequen-
tius eſt magis proprie verba Chriſti euãgelica dicunt̃ ſagit-
tę. Nã Chriſtꝰ & apſi ſagittarũt & penetrarũt corda hoim.
& ſic apſi dicunt̃ ſagittę inquantũ ſunt miſſi:& ſagittatores,
inquantum traxerũt & iecerũt ſagittas verboꝝ dei in corda
hoim p p̃dicationẽ.& ſic dr̃ ſupra pſalmo.xliiij. Sagittę tuę
acutę cadent in corda inimicorũ. Item pſalmo.lxvj. Sagittę
paruulorum factę ſunt plagę eorum. Item Eſaiæ.lxvj. Mit-
tam ex eis qui ſaluati fuerint.ſ.ex diſcipulis ad gentes in ma
re in Africaꝫ & Lydiam tenentes ſagittam in italiam:id eſt
dirigentes verbum euangelicum in italiam. Ex quo patet
ꝙ apoſtoli dicuntur excuſſi.i.expediti ad bellum ſiue pręcincti & parati ad pugnandũ pro Chriſto. Dicuntur etiã ex-
cuſſores.i.trituratores verbi dei. Nã ſicut agricola triturat &
excutit meſſem:& ſeparat granum a paleis:ita apoſtoli fue
runt meſſores verbi dei:& triturarunt,& excuſſerunt grana
euangelica a paleis & cerimonijs legalibus.vnde granũ re-
poſuerunt in horreo eccleſię:paleas autem cerimoniarum
combuſſerunt igni inextinguibili.i.reprobauerunt & annu-
larũt ventilabro Chriſti:vt patet Matth.iij.& Lucę.iij.& ſic
apſi dicũt̃ filij excuſſoꝝ.i.excuſſi ſiue excuſſores:vt eſt mos
loquendi conſuetus in ſcriptura veteris teſtamẽti:vt tu es fi-
lius mortis.i.moriturus:filius duorũ annoꝝ.i.vita breuis:&
filius peccati.i.pc̃o. Dicit ergo Dauid:ideo dilecti.i.apſi &
iuſti merentur illam hęreditatem:& data eſt illis merces &
fructus ventris ęternus:quia bene laborarunt in hoc mũdo
pro Chriſto:& in prædicatione verbi. nam ſicut ſagittę ſunt
in manu potentis venatoris vel pugilis:ita fuerunt & ſunt fi
lij excuſſorum.ſ.apſi & doctores & diſcipuli:qui relictis cu-
ris:& ſollicitudinibus & diuitijs huius mundi facti ſunt excuſ
ſi.i.expediti ad pugnam contra infideles:mittentes ſagit-
tas.i.verba euangelica in corda hominum:& ſic conuerte-
runt mundum. Et facti ſunt etiam excuſſores.i.trituratores
dirigentes ſcripturas veteris teſtamenti & declarando euã-
gelium Chriſti:& ſic contempſerunt domum materialem i
hac vita:& ædificarunt eccleſiam ſupra firmaꝫ petram qui
eſt Chriſtus,prædicatione,& vita,& exemplo,& ſanguine
ſuo. Et etiam fabricarunt domum non manufactam in cæ-
lo:quam poſſident in ęternum:& illa eſt hæreditas eorum
& merces:& in ea fruuntur fructu ventris virginalis.ſcilicet
Chriſto:& ibi ẽ tota merces & felicitas. Ex quo patet ꝙ iſti
non ædificarunt domum vanam nec ciuitatem friuolaꝫ:ſed
firmam & inexpugnabilem:nec ſurrexerunt in vanum ad
laborandum ante lucem ſiue ante diem:quia non labora-
runt:nec lucrati ſunt mercedem temporalem & cibum ſiue
fructum corruptibilem & inſufficienteꝫ:ſed æternum & ſuf-
ficientem:qui ſatiat appetitum humanum & angelicum q
nunq̃ peribit:immo dat vitam æternam. Item iſti ſurrexe-
runt a peccato in quo per multa tempora ſederunt & vene-
runt ad gratiam,ſequentes Chriſtum. Item iſti apoſtoli ſur
rexerunt a iugo legis poſtq̃ venit lux & verus ſol,& dies qui
eſt Chriſtus. Cæteri autem manſerunt in nocte legis:& no-
luerunt ædificare domum in cælo:nec laborare pro cibo cæ
leſti in eccleſia Chriſti:ideo manent inanes & vacui & de-
cepti. ¶ Nota ꝙ litera Hieronymi habet:ita filij pueritię:
& alia litera habet. Sicut ſagittæ in manu potentis:ita filij
iuuentutis:quod idem eſt quod filij excuſſoruꝫ. Nam pueri
& iuuenes ſunt expediti,excuſſi,& habiles ad pugnandum:
ſicut fuerunt apoſtoli & martyres &c. Et etiaꝫ alia litera ha
bet:filij bene laborantium.id eſt filij bene laborantes:& la
boratores:& non pigri in vita actiua & cõtemplatiua:ſicut
fuerunt apoſtoli & martyres & doctores. Omnes ergo apo-
ſtoli & martyres & doctores & iuſti fuerunt excuſſores & fi-
lij excuſſorum & laboratores in fructu euangelico:& ſagitta
tores mittentes ſagittas euangelicas in corda hominum.

## Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuum ex
## ipſis:non confundetur cum loquetur inimicis
## ſuis in porta.

¶ Hic concludit totum propoſitum. Nam dictuꝫ eſt ſupra:
ꝙ in vanum laborant amatores huius mundi:& ponentes
ſollicitudinem ſuam & ſpem in rebus huius mundi:& etiam
in operibus legis veteris.& dictum eſt etiam ꝙ hęreditas i
lege promiſſa non datur niſi poſt hanc vitam. & etiam di-
ctum eſt ꝙ apoſtoli cum ſagittis & armis euangelicis ædifi-
carunt & ampliarunt eccleſiam.ideo dicit hic concludendo
ꝙ beatus vir qui impleuit deſiderium ſuum:non ex diuitijs
temporalibus:nec cibis corporalibus ſed ex ipſis verbis euã
gelicis & eccleſiaſticis ſacramentis & ex fructibus ſacrę ſcri-
pturæ:quia ille cibus vere ſatiat appetitum iuſtorum:quia
non in ſolo pane viuit homo:ſed in omni verbo quod proce
dit de ore dei.quia doctrina legis eſt cibus animæ. Item qa
apoſtoli fuerunt excuſſores meſſis ſacræ ſcripturæ colligen-
tes grana.&c. Ideo beatus vir qui impleuit deſiderium ſuuꝫ
ex ipſis granis & panibus. In litera Hieronymi habet̃. Bea-
tus vir qui impleuit pharetram ſuam ex ipſis:& ſic refertur
ad ſagittas. quaſi dicat: Beatus vir qui implet pharetram
cordis & ſpiritus ſui ex ſagittis miſſis ab apoſtolis.ſ.ex doctri
na apoſtolica & euangelica. Nam qui talibus armis & ſagit
tis eſt refertus & armatus non confundet̃ ante reges & iudi-
ces & p̃ſides:cum loquet̃ inimicis & aduerſarijs ſuis i porta
ciuitatis vel theatri:vbi fiebãt iudicia.immo cum illis ſagit-
tis.i.cũ auctoritatibꝰ noui ac veteris teſtamenti confundet
inimicos eccleſię & infideles. Vnde dicit eis Chriſtus. Dum

ſteteritis ante reges & præſides nolite cogitare quid loquamini: dabiẽ enĩ vobis in illa hora quid loquamini &c. Duo ergo bona facit qui implet deſideriũ & pharetrã cordis ſui ex iſtis ſagittis. Nam primo vulneratur in corde: & moritur peccato & viuit Chriſto. Secundo habet arma offenſiua & defenſiua contra inimicos Chriſti. Tria ergo intendit principaliter dicere in hoc pſal. Primo ꝙ non eſt ponenda ſpes nec ſecuritas in Hierl'm materiali: ſed in Hierl'm ſpirituali ædificanda per Chriſtũ: non lapidibus materialibus & mortuis: ſed lapidibus viuis: quæ eſt ſepienda turribus & muris virtutum & donoꝝ ſpũs ſancti. Secundo ꝙ hæc ciuitas non erat defendenda, nec amplianda armis materialibus: ſed ſagittis euãgelicis p pdicationẽ apl'oꝝ: quib' erãt ſupandi gentiles & hæretici. Tertio dicit ꝙ hæreditas nobis promiſſa per aduentum Meſſię non eſt q̃renda in hac vita. Quarto concludit ꝙ beatus eſt ille vir: qui impleuit deſideriũ ſuũ ex ſagittis & fructib' euãgelicis. Quinto ꝙ Chriſtianus armatus tribus ſagittis & armis non confundetur cum accuſabiẽ ab inimicis ſuis in porta. i. in exitu hui' vitæ: nec in iudicio quod fit in porta huius vitę. Nam mors ſiue hora mortis dicitur porta huius vitæ: per quam exit homo de hoc mundo. in qua hora ilico iudicatur homo iudicio particulari. Et etiam nouiſſimus dies dicitur porta totius temporis huius mundi: in qua fiet vniuerſale iudicium. Ex quo patet ꝙ homo iuſtus talibus armis munitus in neutra porta: & in neutro iudicio confundeẽ: cum loquetur diabolis inimicis ſuis ipꝫ accuſantibus: quia ab auditione mala non timebit: nec a verbo aſpero: vt dictum eſt pſal. xc. & .cx.

❡ Et nota ꝙ lꝫ iſte pſalm' ſit paruus in quantitate: tamen eſt valde difficilis in literali ſententia propter verba methaphorica Et iõ diuerſæ fuerunt de ipo iterptatiões & ambiguę: vt inquit Hieronymus: iõ cũ magna difficultate poteſt extorqueri ex eo firma & vera ſnia.

Beati oẽs qui timẽt dominum: qui ambulant in viis eius.

❡ Nonus gradus eſt timor filialis ſiue obedientia iõ Dauid fecit hunc pſalmũ pro aſcenſu noni gradus têpli: in quo deſcribit præmiuꝫ obedientię & timoris filialis: ſine quo aſcendere in cęlum nemo põt. Qui quidem timor & obedientia cõſiſtit in conformando voluntatem propriaꝫ ſoli voluntati dei & eius legi & pręceptis. Nam timor caſtus nil aliud timet niſi ne diſpliceat deo: & ne lædat eum cogitatione & opere: & vera obediẽtia non eſt ſollicita niſi quomodo placeat deo: & ambulet in vijs eius. Ideo apoſtoli & omnes iuſti dicunẽ ſicut ſagittę in manu potẽtis pſal pcedẽti. Nã ſicut ſagitta non tẽdit niſi quo mittiẽ a ſagittãte & dirigente: & ad eius nutũ moueẽ: nec moratur in via: ita iuſtus & timẽs deũ non moueẽ niſi ſecundũ legẽ & præcepta dei: nec tardat implere eius voluntateꝫ. & talis eſt beatus: & nõ ædificat domũ: nec ciuitatẽ terrenã: nec laborat p cibo mũdano ſed cæleſti. & iõ in hoc pſal. pmittiẽ ipi præmiũ & cib' in cælo. ſed talis fuit ſolus Chriſt': qui perfecte habuit hunc timorẽ & obedientiã erga patrẽ: vt ipſe dicit per totũ diſcurſum euangelicũ. vñ dicit. Nõ veni facere voluntatem meaꝫ: ſed eius qui miſit me. Sed nos ſimus eius imitatores inquantum poſſumus, ſi cum eo aſcendere volumus. Duo ergo facit Dauid. Nam primo oſtendit Chriſtũ aſcendiſſe in illam hęreditatem & felicitatẽ p timorẽ filialem & obedientiam Scdo nos exhortaẽ ad imitandũ eũ: vt ſimus participes cum eo in illo præmio & benedictione: ibi. Ecce ſic benedicetur homo. ❡ Quantum ad primum dicit: Beatus vir eſt qui timet dñm timore caſto & filiali: & qui ambulat in vijs eius. & iſte eſt ſolus Chriſtus qui per omnia impleuit voluntateꝫ patris. Et quia præuidit propheta ꝙ ſolus Chriſtus ẽ hmõi perfectionis: & primus totaliter impleuit volũtateꝫ patris: de quo in capite libri ſcriptum eſt: & ad hoc eſt prædeſtinatus: ideo conuerſus ad Chriſtum dicit.

Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es & bene tibi erit.

Vxor tua ſicut vitis abundans: in lateribus domus tuę.

Filii tui ſicut nouellę oliuarum: in circuitu menſę tuę.

❡ O Chriſte iõ tu benedictus es: qa patreꝫ ſic timuiſti: & in vijs ei' ambulaſti: iõ bñ tibi erit: & primus habebis pmium in cęlo: & in hac eccl'ia tua militante. ❡ Naꝫ pmiũ cõſiſtit H
in trib'. Primo in copia bonoꝝ & ciboꝝ. Scdo in pulchritudine & bonitate vxoris. Tertio in fœcũditate prolis & filioꝝ. & hoc eſt bonũ qd tibi erit ex pmio. Primo: qa labores manuum tuarũ mãducabis. i. pro labore manuũ tuarum mãducabis pãnẽ in cælo: qa primo & pfecti' ſine cõparatiõe fruiẽ aĩa Chriſti & Chriſtus totus. vñ dicit Ioan. iiij. Hic eſt cibus me' vt faciã volũtatẽ pñs. Itẽ Lucę. xxij. Vado vobis parare regnũ &c. vt edatis & bibatis mecum in mẽſa mea, in regno pñs mei. Mãducat ergo Chriſt' labores manuũ ſuarũ. Hoc etiaꝫ põt referri ad ſacramentũ euchariſtię, quia ipſemet cõſecrauit corpus ſuũ: & fregit: & ſic comedit labores manuuꝫ ſuarũ: & in pſona toti' corporis myſtici comedit corp' verũ: & iſte eſt cibus iuſtoꝝ in hac eccl'ia per gratiaꝫ: & in alia per gloriam & fruitionẽ. Scdo pmiaberis o Chriſte in pulchritudine & fœcunditate vxoris. Nam vxor tua eccleſia erit ſicut vitis abundans palmitibus & thyrſis in laterib' domus tuę. Nam ſicut vitis q̃ plantatur in domibus creſcit in altum & latum: intantũ ꝙ circuit latera domus: & etiã cooperit domũ abũdãtia palmitũ & thyrſoꝝ & pãpinoꝝ & vuarũ: ſic eccl'ia tua dilatabiẽ p vniuerſũ orbeꝫ: & extendet palmites ſuos vſqꝫ ad mare: & vſqꝫ ad terminos orbis terrarum. & iſta vxor non erit ſterilis: immo abundãs & fœcũda: & ex ea regñabis tot filios p baptiſmũ: & in tm̃ nũerũ ꝙ filij tui erũt in circuitu mẽſę tuę ſicut nouellę oliuaruꝫ. Nam ſicut arbor oliuę producit copiã ramoꝝ ſuperius: & copiam virgultoꝝ ad radicem circum truncũ eius: q̃ dicuntur nouellę ſiue germina eius: ita magnus numerus filioꝝ tuoꝝ fidelium erũt in circuitu menſę tuę. ſ. tui altaris ad manducandũ cõionem euchariſtię in hac eccl'ia tanq̃ cibũ viaticũ per gr̃aꝫ: & i alia erunt iſti filij fruentes cæleſti cibo per gloriam. ❡ Nota ꝙ I
tota eccleſia frequenter appellatur in ſacra ſcriptura vinea & aliqñ ager meſſis: & aliqñ oliuetũ in ſacra ſcriptura ve. te. eo ꝙ Chriſtus ex ea expreſſit vinum & oleum & granũ euãgelicũ: & congregauit in horreũ & cellariũ ſuũ: q̃ ſunt eccleſiaſtica ſacramenta, ad cibum & potum fidelium. Ex quib' ſacramentis exprimet Chriſtus in iudicio fruct' gloriæ. Et ideo per abundantiã frumenti & vini & olei in ve. teſta. pmiſſam ſemp intelligitur abundãtia bonoꝝ gr̃ę in pñti eccleſia: & abũdãtia ciborũ fruitiõis & gloriæ in futura. Et per hoc patet deceptio & cęcitas Iudęorum: qui oia iſta intelligunt materialiter & tẽporaliter ad literam.

Ecce ſic benedicetur homo: qui timet dominũ.

❡ Hic exhortatur nos ad imitandum Chriſtum per timorem & obedientiam, dicens. Ecce ſic benedicetur oĩs ille q timet dñm. Nam ſicut imitabitur Chriſtuꝫ in timore & obedientia: ita participabit cum eo in benedictione & pmio & cibo ſpũali & ęterno. Precatur vlterius propheta benedictionem pro eccleſia fideliuꝫ, vaticinando benedictionem & pręmium eius, dicens.

Benedicat tibi dñs ex Sion: & videas bona Hieruſalem omnibus diebus vitę tuę.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem ſuper Iſrael.

¶ O cœtus & eccleſia fideliũ benedicat tibi dñs.i.det tibi dñs prædictã benedictionez ex Sion.i.ex ſacramẽtis & meritis eccleſię:quia aliunde non poteſt venire talis benedictio niſi ex ſacramentis eccleſiæ:nec poteſt dari niſi a Chriſto:qui eſt dñs deus qui fecit cælum & terram.Ille ergo det tibi iſtam benedictionem intantum ꝙ videas bona Hierl'ꝫ omnibus diebus vitæ tuæ.i.ſemper:ſcilicet hic in hac eccleſia & in hac Hierl'ꝫ videas bona gratiæ,& in ſuperiori Hieruſalem videas bona glorię q̃ ſunt memorata.& tu eccleſia & quilibet fidelis videas filios filiorum tuorum per baptiſmum regeneratorũ:& videas pacem ſuper Iſrael:hic p gratiã:& ibi per gloriam.Nam iſta eccleſia viuit per charitatez & pacem:quia pace & charitate compaginatur corpus myſticum eccł'ię:& vnitur ſuo capiti.& tota felicitas ſuperioris Iſrael:ſiue Iſrael conſiſtit in ſumma pace & quiete & ſecuritate felicitatis poſſeſſæ.Et hic eſt fructus timentium deum.

¶ Notandum ꝙ totus iſte pſalmus poteſt ad literam exponi de Abraham Iſaac & Iacob:& de omnibus timentibus deuꝫ in veteri teſtamento:quibus promittebãtur bona terræ.Sed quia Dauid non fuit minus propheta in hoc pſalmo q̃ in aliíſ:ideo eſſet pc̃m̃ & ſacrilegium dimittere myſticaꝫ & veram expoſitionem:& occultare & contẽnere & dimittere tam pręcioſum theſaurum in prædicto & cæteris pſalmis abſconſum.Sed quia quod competit toti corpori etiam competit cuilibet membro:ideo poteſt exponi etiã de quolibet fideli timente deum:cuius bñdictio eſt abũdantiꝯ meritorum in hac vita,& in alia præmiorum. Et ideo prudens lector ſtudeat applicare:& legat doctores ſc̃tõs ſuper hoc libro:qa ego pricipaliter curo de ſẽſu myſtico & prophetico. Nã Dauid oĩa iſta p̄dicit primo de Chriſto capite:& ex cõſequẽti de ſuis mẽbris fidelibus.Nã a Chriſto capite ad ſua mẽbra deſcendit omnis benedictio & gratia:& omnia bona gratię & glorię:vt magis patebit pſalmo.cxxxij.

SAepe expugnauerunt me a iuuentute mea:dicat nunc Iſrael.

Sępe expugnauerunt me a iuuentute mea:etenim non potuerunt mihi.

Supra dorſum meum fabricauerũt peccatores: prolongauerunt iniquitatem ſuam.

¶ Decimus gradus aſcenſus in cælum eſt patientia longa i perſecutione.Ideo Dauid fecit hunc pſalmum pro decimo gradu templi:in quo memorat longam patientiam eccł'iæ in longis perſecutionibus ab Abel vſq; ad Chriſtũ:& a Chriſto vſq; ad iudicium.vnde meruit aſcendere in cæluꝫ & obtinuit victoriam de inimicis patienter tolerando eorum incurſus.Duo ergo facit. Nam primo memorat longam patientiam eius in perſecutionibus.Secundo punitionem perſequentium:ibi.Dñs iuſtus concidet. Dicit ergo eccleſia:& iſte homo myſticus:vel dicit Dauid in perſona eccleſiæ.Dicat nunc Iſrael:ſæpe expugnauerunt me infideles & inimici dei & peccatores & ſcelerati a iuuentute mea.Nam prio a iuuẽtute & infantia mea fui impugnatus in Abel per Caĩ: vbi inceperunt duæ ciuitates:ſcilicet dei,& diaboli,& filij dei & filij carnis.Vnde Chã impugnauit Noe:& Chaldęi ipſum Abraham:& Iſmael ipſum Iſaac:& Eſau Iacob:& Pharao omnes filios Iſrael i Aegypto:& Saul Dauid:& reges Aegypti & Babylonis & Antiochus impugnauerũt populum dei.Et Iudęi impugnauerunt Chriſtuꝫ & apoſtolos: & tyranni martyres:& hæretici catholicos. Et Antichriſtus impugnabit totam eccł'iam.Ideo dicit. Sæpę expugnauerunt me a iuuentute mea.vſq; ad ſenium ſuple.Verumtamẽ licet ſæpe expugnauerunt me:tamẽ quia patiebar talia cũ fide bona ſpe & charitate:ideo non potuerunt mihi præualere:nec in anima nocere:licet afflixerunt corpus:& ſupra dorſum meuꝫ fabricauerunt peccatores &c.Et importabilia ſupra dorſum meum onera impoſuerunt. Et ſic prolongauerunt iniquitatem ſuam ſupra dorſum meum.In tranſlatione autem Hieronymi habetur. Supra ceruicem meam arauerunt aratores:& prolongauerunt ſulcum ſuum. quod idem eſt.Nam vult dicere ꝙ peccatores perſequentes fideles & populum dei & eccleſiam bene nocuerunt in bonis tẽporalibus:& in laboribus corporalibus:& in carne,occidendo & affligendo corpus:ſed non vicerunt:nec potuerunt occidere animam,nec totaliter eccleſiam delere vt frequentius dictum eſt:immo ipſi fuerunt deleti in corpore & anima.Et nota ꝙ hoc pri⁹ itelligitur de Chriſto capite:& poſtea de eccleſia eius.Nam primo peccatores Iudęi fabricauerunt & machinati ſunt ſententiam mortis & paſſionis ſupra dorſum Chriſti:& prolongauerunt ſuper eum iniquitatem & inuidiam & malitiam ſuam accuſantes eum coram Pylato.& etiam poſt paſſionem & reſurrectionẽ Chriſti ipſa eadem ſynagoga fabricauit dolos contra eccleſiaꝫ & apoſtolos.vt patet in actibus apoſtolorum.

Dñs iuſtus concidet ceruices peccatorum:confundantur & cõuertãtur retrorſum omnes qui oderunt Sion.

Fient ſicut fœnum tectorum:quod priuſq̃ euellatur exaruit.

De quo non impleuit manum ſuam qui metet: & ſinum ſuum qui manipulos colliget.

¶ Hic memorat punitionem finalem impugnatoruꝫ eccleſiæ dicens.Licet ſæpe impugnauerint me:tamen non potuerunt mihi præualere:immo ipſi delebũtur & punientur. Nam ſicut fuerunt puniti impij & peccatores qui impugnauerunt populum dei in teſtamento veteri:ita punientur impugnatores eccleſiæ Chriſti.ſ.Iudęi,tyranni,& hæretici & Antichriſtus.Nam dominus noſter Ieſus Chriſtus concidet tanq̃ iuſtus iudex ceruices & ſuperbiam & poteſtatem eorũ: & ſic omnes qui oderunt & perſecuti ſunt Sion,id eſt eccleſiam Chriſti,conuertantur retrorſum:& confundãtur in ſua prauitate & cæcitate.Iſti fuerunt iudęi qui conuerſi ſunt perdentes regnum & ſacerdotium:& manſerunt confuſi videntes Chriſtum reſurrexiſſe:& eccleſiam proſperari. Et fient ſicut fœnum tectorum.Nam fœnum tectorum quod naſcitur ſupra tectum cito ſiccatur & moritur:eo ꝙ nõ poteſt extendere radices in terram bonam:quia communiter fit tectũ calce cum arena mixta:& ſic ſiccatur fœnum anteq̃ euellatur.Sic proprie ſynagoga deſiccata exaruit poſt aduentuꝫ Chriſti:eo ꝙ defecit ipſi humor gratiæ:& fundamentum & terra pinguis & fœcunda.

¶ Vnde nota ꝙ ſacramentum & cerimoniæ veteris teſta- K
menti comparantur fœno nato ſuper tectum.Nam illud fœnum nec viret:nec fructificat:nec multum creſcit propter defectum terrę humidæ & aquę.Ita ſynagoga eſt effecta ſterilis per aduentum Chriſti & ſacramenta veteris legis infructifera:& infœcunda:quia defecit eis gratia Chriſti:quam contulit ſacramentis nouę le.& ideo aruit ſynagoga & ficulnea eius.Ideo ſicut meſſores non veniunt ad metenduꝫ fœnum natum ſuper tectum:eo ꝙ eſt inutile & ſine fructu:ita iam nemo poteſt metere nec colligere aliqueꝫ fructum:nec meſſem ex ſynagoga:nec ex ſacramentis & cerimonijs veteris legis.ideo dicit propheta. Fiant ſicut fœnum tectorum &c.De quo fœno ſynagogę & ſacramentorum & cerimoniarum eius qui metet & qui colliget manipulos deludetur .i.meſſor fidelis & collector manipulorum & fructuum non impleuit aut implebit manum ſuam ex meſſibus:nec etiam implebit ſinum ſuum ex fructibus.Quia illud fœnum ſiccuꝫ nullum fructuꝫ affert immo ſunt mortifera ſacramenta ve-

teris legis & cerimoniæ poſt aduentum Chriſti. Et ſicut pꝛe
tereuntes nunq̄ benedicunt fœnum ortum ſuper tectum: im
mo maledicunt eo ꝙ nociuum & inutile: & deſtruit tectuꝫ:
ita nemo tam benedicit ſynagogam: nec fœnum ſacramen-
torum & cerimoniarum eius: eo ꝙ infructuoſum & nociuuꝫ
& maledictum a Chriſto, qñ maledixit ficulneam q̃ conti-
nuo aruit. Matthęi. xxij. Ideo dicit.

Et non dixerũt qui præteribant benedictio domini ſuper vos: benedicimus vobis in nomine domini.

℄ Nam mos eſt hominibus cum tranſeunt videntes meſſẽ
vberem benedicere eam dicendo: Deus benedicat tibi: &
peruenias ad maturationem. ſed quãdo hærba eſt arida ne
mo ei benedicit: immo econtrario dicit. Ignis de cælo com-
L buratꝫ te. ℄ Ita nemo fidelis benedicit hodie ſynagogam:
nec fœnum ſacramentoruꝫ eius: cum ſit arida & maledicta:
quia ea quæ naſcuntor in ea non creſcunt in nomine dñi: idõ
non creſcunt nec virent. Iſta ſententia & maledictio data ſy-
nagogæ datur omnibus iudęis proteruis & omnibus infide
libus perſequentibus eccleſiam, & hæreticis tam in corpo-
re q̃ in anima. Nam eorum ceruix & perfidia eſt conciſa &
proſtrata: & idololatria deleta: & omnes ad fidem ſunt cõ-
M uerſi. ℄ Ad cuius maiorem euidentiam eſt notanduꝫ. ꝙ ſy-
nagoga Iudęoruꝫ multiplici poena fuit plexa & punita poſt
mortem Chriſti. Primo: quia fuit eius ceruix. i. ſuperbia con
ciſa & confracta & deiecta: quia fuerũt dediti ſeruituti diſp-
ſi per mundum. Secundo fuit confuſa manens in ſuo men-
dacio: cum vidit Chriſtum reſurrexiſſe: & vidit eccleſiam ꝓ
ſperari. Tertio fuit retrorſum cõuerſa: & ab honore deiecta:
cum perdidit ſacerdotium & hoſtiam & ſacrificium. Quar-
to exaruit ſicut fœnum tectorum: qñ cerimonialia & lega-
lia perdiderunt virtutem. Qointo facta eſt etiaꝫ infructuo-
ſa: qñ ipſa legalia nullum fructum aut meritum afferunt: qa
cum Chriſto fuerũt mortua & ſepulta. Sexto ſynagoga fuit
maledicta a deo quia poſt publicationem euangelij legalia
nõ ſolũ fuerunt mortua & infructuoſa: ſed etiã fuerunt mor-
tifera oibus qui obſeruant ea: & ſpeꝫ ponunt in ipis. Septi-
mo ipſa ſynagoga non ſolum eſt maledicta a deo: ſed etiaꝫ
eſt maledicta ab omnibus nationibꝰ: & data in opprobriuꝫ
propter morteꝫ Chriſti: qoia vt ſic ſunt reputati inimici dei.
Ideo propter primum dicit propheta in hoc loco. Dñs iuſtꝰ
concidet ceruices peccatorum. De ſecundo dicit: Confundã
tur. De tertio dicit conuertantur retrorſuꝫ. De quarto dicit.
Fiant ſicut fœnum tectorum: qđ priuſq̄ euellatur exaruit.
De quinto dicit. De quo non impleuit manum ſuam q me-
tet: & ſinum ſuoꝫ qui manipulos colliget. De ſexto dicit. Et
non dixerunt qoi preteribãt benedictio dñi ſuper vos. De
ſeptimo dicit. Nec dixerũt benedicimus vobis in nomine do
mini. Iterũ eſt aduertendũ: ꝙ has eaſdẽ ſeptem punitiones
induxit deus ſup gẽtiles: & hęreticos obſtinatos qui perſecu
ti ſunt eccſiam dei: & etiã veniẽt ſuper Sarracenos & ſequa-
ces Antichriſti: quia oẽs infelicẽ exitũ patientur: & finaliter
eccſia de omnibus perſecutoribus triũphabit. Et ſic prudẽs
lector poterit has ſeptẽ punitiones oibus eccſię perſecutori-
bus applicare ſecundũ intentum prophetę.

DE profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuę intendentes in vocẽ deprecationis meę.

Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit?

℄ Vndecimus gradus huius aſcẽſus in deum eſt profunda
oratio: & firma & perſeuerans confidentie veniç de pctis. &
ideo Dauid fecit hũc pſalmũ pro aſcenſu vndecimi gradus
templi: in quo deſcribit ꝓfundã orationẽ hois myſtici deſi-
derantis & petentis redẽptionẽ per aduẽtum Chriſti: & etiã
deſcribit deſideriũ cuiuſcunqꝫ peccatoris aſcendentis de ꝓ-
fundo carcere peccati ad altitudinẽ ſtatus gratię. Et ideo
iſta vox põt eſſe totius corporis myſtici exiſtẽtis in ſtatu vete
ris legis: et ſic petit redimi & educi de carcere peccati origi-
nalis: & de onere legis: & etiam de lymbo inferni. & ſic põt
eſſe vox patrũ exiſtentiũ in lymbo petentiũ liberari p Chri
ſtũ. Vel põt eſſe vox cuiuſcunqꝫ pctõris pœnitentis petentis
educi de carcere pctõrum: & aſcẽdere ad ſtatũ gratię p pœ-
nitẽtiam. & ſic iſte pſalmus dupliciter poteſt exponi. Vno
modo prophetice & myſtice: prout eſt vox corporis myſtici
exiſtentis in ſtatu legis veteris: aut eſt vox: cœtus patrũ exi-
ſtentiuꝫ in lymbo. Secundo modo poteſt exponi moraliter:
prout eſt vox ipſius pœnitẽtis. Duo ergo facit Dauid in hoc
pſal. Nam primo introducit Adam ſiue totum hominem
myſticum petentem remiſſionem per aduentum Chriſti: &
liberari a carcere & captiuitate peccati. Secundo propheta
exhortatur nos omnes & reddit ſecuros ad ſperanduꝫ in do
mino & petendum veniam: & ad ſperandum aduentum
Chriſti ibi: Speret Iſrael in domino.

℄ Quantum ergo ad primum, Adam cum tota ſua poſteri
tate fidelium ſiue totus homo myſticus exiſtens in profun-
do & captiuitate diaboli propter peccatum primi parentis
per magna tẽpora clamauit per omnes patriarchas & pro-
phetas, vt Chriſtus veniret in carnem: & educeret ipſum de
illa captiuitate. In cuius memoriam eccleſia ſepties vocat
Chriſtum in aduentu ante feſtum natiuitatis, dicens. O ſa-
pientia. &c. Et ſic iſte homo myſticus dicit exiſtens in hoc
profũdo carcere: vel in lymbo inferni. O domine Ieſu Chri
ſte ego clamaui per magna tempora de profũdis lymbi in-
ferni: & de profundo carceris peccati. Clamaui etiam de ꝓ-
fundis cordis & mentis meæ ad te cum maxima contritiõe
& deſiderio: vt venires ad liberandum me. Et ideo domine
exaudi orationem meam, admittendo petitioneꝫ meam.
Et fiant intendentes aures miſericordiæ tuæ in vocem. i. er
ga vocem deprecationis meæ adimplendo quod peto: &
non reſpicias peccata mea. Nam ſi tu domine obſeruaue-
ris ideſt reſpicere volueris iniquitates meas & meritũ earũ:
& punire me iuxta demerita mea: & ſecundum grauitatem
peccati mei: O domine quis ſuſtinebit id eſt quis poterit ſu-
ſtinere pœnas debitas pro culpa tam graui? Ergo ſi tu vo-
lueris attendere ad demerita iniquitatum mearum: & da-
re mihi pœnas debitas: tunc impoſſibile eſt me illas ſuſtine
re, cum tales pœnę ſint æternę.

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in domino.

A cuſtodia matutina vſqꝫ ad noctẽ: ſperet Iſrael in domino.

Quia apud dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius.

℄ Quia ſcio domine ꝙ nõ obſeruas nec attẽdis ad pctã ho
minum: ſed conſideras & compateris fragilitati hominum
Et ſcio ꝙ es miſericors & pius naturaliter: eo ꝙ es facilis ad
veniam: & tardus ad pœnam: & ſic ſcio ꝙ apud te eſt pro-
pitiatio & remiſſio. Item ſecundo ſcio ꝙ tu in lege tua pro-

miſiſti veniã pœnitentibus,dicẽs per prophetã.Dereliquat
impius viam ſuam &c.Et ideo propter iſta duo:Primo quia
apud te propitiatio eſt naturaliter & remiſſio. Secundo ꝓ-
pter legem tuã:quia in tota lege tua & prophetis nihil aliđ
eſt:nec ſcribitur:nec promittitur:nec figuratur nec vaticina
tur:niſi aduentus Meſſię qui nos debet redimere & libera
te:Propter ergo iſta duo ſuſtinui te O domine id eſt ſpera-
ui in te:& ſub tali fide & ſpe futuri redemptoris & Meſſiæ
expectando te ego vixi in lege veten Quaſi dicat O domi-
ne ego ſuſtinui te.i.expectaui te per lõga tempora cum ma
gna patientia,propter duo.Quia apud te eſt magna propi
tiatio & remiſſio & miſericordia.Secũdo propter legeꝫ tuã:
quia ſcio & continue lego in lege & prophetis per myſteria
& prophetias qualiter promiſiſti nobis Chriſtuꝫ redempto
rem & ſaluatorem.Et ideo anima mea ſuſtinuit:& ſperauit
in verbo eius:& in promiſſione facta ẽ per verbũ eius omni
bus patriarchis & prophetis.Et ideo propter tale verbuꝫ &
propter talem promiſſionem anima mea ſperauit in domi-
no a cuſtodia matutina.i.a principio mundi vſq; ad noctem
N .i.vſq; ad iudiciũ.℄ Ad cuius intelligentiã eſt notanduꝫ:ꝙ
totus ſtatus veteris legis ab Adam vſq; ad iudicium dicitur
vna nox reſpectu glorię & reſurrectiõis:& ſic iſte homo my
ſticus ſperauit in domino a cuſtodia matutina quę fuit ſtatꝰ
innocentiæ ipſius Adam:& expectauit vſq; ad noctem.i.ꝑ
totum ſpatium temporis vſq; ad dieꝫ iudicij expectat Chri-
ſtum vt veniat ad glorificandum ipſum per ſecundum aduẽ
tum.℄ Sed rurſum eſt aduertendum ꝙ totum ſpatiuꝫ legis
veteris comparatum ad ſtatum gratiæ dicitur nox:& tempꝰ
legis gratiæ dicitur dies.& ſic iſte homo myſticus expecta-
uit Chriſtum a cuſtodia matutina.i.a principio mundi,in
quo fuit in ſtatu gratiæ vſq; ad noctem:in qua fuit in ſtatu
culpę:in cuius fine noctis venit Chriſtus in carnem tanq̃ ſol
iuſtitiæ:qui per ſuam pręſentiam cauſauit diem gratię.
℄ Sed rurſus per totum iſtum diem gratiæ a cuſtodia ma-
tutina.id eſt tempore reſurrectionis Chriſti vſq; ad noctem
id eſt vſq; ad finẽ mundi ſuſtinet & expectat ipſum tota ec-
cleſia vt veniat ad glorificandũ nos.& ideo dicit.Sperauit
anima mea in domino a cuſtodia matutina vſq; ad noctem
.i. ad finem mundi.
℄ Sed eſt aduertẽdũ ꝙ litera Hieronymi habet ſic.Expe-
ctauit anima mea ad dominum a vigilia matutina vſq; ad
vigiliam matutinam.& hoc forſan ſtat melius.Quaſi dicat.
ꝙ anima mea expectauit Chriſtum a vigilia matutina quę
fuit ſtatus innocentiæ ante peccatum Adæ vſq; ad vigiliam
matutinam in qua apparuit Chriſtus in carne & dedit legẽ
euangelicam in primo aduentu:& ſic expectauit ipſum ad
redimendum.Sed adhuc expectat ipſum in ſecundo aduẽ-
tu vſq; ad aliam vigiliam matutinam,quæ erit in generali
O reſurrectione:in qua veniet Chriſtus ad glorificandum:&
tunc reſtituet regnum deo patri &c. ℄ Vnde ad maiorem
intelligentiam eſt notandum:ꝙ propheta hic loquitur pa-
rabolice ad modum paſtorum cuſtodientiuꝫ gregem,vel ſe
cundum morem exercitus armorum. Nam conſuetudo pa-
ſtorum eſt facere quatuor vigilias vel cuſtodias in nocte:&
quatuor in die.Nam prima vigilia noctis eſt & incipit poſt
occaſum ſolis,& durat per tres horas.Secunda durat a ter-
tia hora noctis vſq; ad mediam noctem.Tertia vigilia inci-
pit a medietate noctis:& durat per tres horas. Vltima autẽ
vigilia eſt totum reſiduum vſq; ad auroram & ſic diuidunt
paſtores totam noctem per quatuor vigilias ſecundum ꝓ-
portionem temporis.Vnde quando vna pars eorum vigilat
alia dormit:& ſic diuidunt ſibi totam noctẽ per quatuor vi-
gilias vt defendant gregem ſuum de faucibus luporuꝫ & ita
pariter diuidunt diẽ per alias quatuor vigilias & cuſtodias.
Et eandem conſuetudinem ſeruant pugiles in exercitu ar-
morum:& etiam in oppidis obſeſſis. Et ſic eſt dicendum
ꝙ pariter deus omnipotens ordinauit quatuor vigilias in
tota nocte legis veteris.Nam in prima vigilia poſuit patriar
chas ab Adam vſq; ad Iacob & etiaꝫ Moyſen: qui cuſtodie
runt gregem & populum domini contra diabolum. In ſecũ
da vigilia poſuit Moyſen & omnes iudices, qui cuſtodierũt
gregem domini per legem ſcriptam vſq; ad Dauid In ter-
tia vigilia poſuit Dauid & omnes prophetas & reges q cu-
ſtodierunt gregem domini vſq; ad tranſmigrationem Ba-
bylonis:& finem primi templi.Sed in quarta vigilia poſuit
Eſdraꝫ & alios ſacerdotes qui cuſtodierunt & rexerunt po-
pulum dñi vſq; ad aduentum Chriſti:in quo fuit dies gratię
& iuſtitię.Et rurſus Chriſtus iſtum diem diuiſit per quatuor
vigilias.Nam in prima vigilia poſuit apoſtolos:qui rexerũt
& cuſtodierũt eccleſiam domini de manu diaboli & Iudęo
rum.In ſecunda vigilia poſuit martyres:qui defenderũt ec-
cleſiam domini de manu tyrannorum vſq; ad conuerſioneꝫ
Conſtantini.In tertia vigilia poſuit doctores qui defende-
runt eccleſiam dei ab incurſu hęreticorum.In quarta vigilia
tempore Antichriſti ponet viros fortes & charitatiuos,qui
multo ſanguine defendant eccleſiam Chriſti ab immanita
te & ſęuitia Antichriſti.
℄ Ex quo patet ꝙ iſte homo myſticꝰ a prima cuſtodia ma
tutina:ſcilicet a principio mundi per quatuor vigilias noctis
veteris le.expectauit vſq; ad primum aduentuꝫ Chriſti.Et
poſtea per alias quatuor vigilias huius diei gratiæ expectat
Chriſtum vſq; ad aliam vigiliam matutinam,quæ erit in ſe
cundo aduentu.Et ideo dicit propheta.Suſtinuit ſiue expe-
ctauit anima mea in verbo eius.i.in promiſſione & cuſtodia
matutina vſq; ad cuſtodiam matutinam.i.a principio huius
mundi vſq; ad finem:poſt quem incipiet alia cuſtodia ma-
tutina quę dicitur dies glorię.
℄ Iterum eſt aduertendum ꝙ ex hoc dicto & exemplo ec- P
cleſia ſumpſit & ordinauit officium canonicum diuiſum per
horas & vigilias nocturnas pariterq; diurnas.Nam ſicut pa
ſtores diuidunt totam noctem per quatuor vigilias & cuſto
dias vt defendant & cuſtodiant gregem ſuuꝫ ne rapiatur a
lupis aut diſpergatur:ita pariter eccleſia cui eſt cura de oui-
bus Chriſti,ordinauit & diuiſit totam noctem per quatuor
vigilias in officio nocturno.Nam totum officium nocturnuꝫ
diuiditur in quatuor partes,ſcilicet in tres nocturnos & lau-
des.Nam in primo nocturno cantat tres pſalmos & tres le-
ctiones iuxta tres horas primę vigilię:& in ſecundo & ter-
tio totidem.Vnde primũ nocturnuꝫ cantat ꝓ prima vigilia
noctis:& ſecundum pro ſecunda:& tertium pro tertia:& lau
des cantat pro quarta & vltima vigilia noctis.In quibꝰ lau
dibus cantat hymnuꝫ, & Benedictus dominus deus Iſrael,
agendo gratias:quia iam venit dies qui ſignificat vltimaꝫ
vigiliam le.ve.In qua fuerunt Zacharias & Simeon:qui re
ceperunt Chriſtum quaſi in aurora illius noctis in qua Chri
ſtum receperunt.Et ideo dixit Zacharias. Benedictus do-
minus deus Iſrael &c.Et Simeon dixit. Nunc dimittis &c.
Vnde ad ſimilitudinem harũ vigiliarum ſancti patres pri-
mitiuę eccleſiæ apud Aegyptum,vt ait Euſebius & Philo,
per totam noctem orabant in hymnis & pſal.ſucceſſiue vi-
gilias noctis cuſtodientes.Nam vna pars perorabat per to
tam primã vigiliam:& alia pars ſurgebat & orabat in ſecũ-
da vigilia:& ſic alia vigilabat in tertia:& alia in quarta.Et
ſic nullo modo ceſſabatur a laudibus dei per totam noctẽ.
Sed poſtea conſiderata humana fragilitate,ordinauit ec-
cleſia:vt ad minus poſt mediam nocteꝫ ſine interuallo cele
bretur totum officiũ matutinale:in quo continentur ſupra-
dicti tres nocturni cum laudibus.in quibus denotantur qua
tuor vigilię ſiue quatuor cuſtodię noctis.Poſtea vero in die
celebrat alias quatuor vigilias.ſ.primam:tertiam:ſextam:
& nonam.In quibus includitur tota dies ſumendo & inclu-
dendo tres horas diei in qualibet hora & vigilia.Et ideo cã
tat tres pſalmos in qualibet illarum quatuor horarum.ſ.Ad
primã tres:& ad tertiã tres &c.Sed poſtea ecc̃ia addidit ve

ſperas & completorium ratione diſpoſitionis Chriſti de cru
ce:& repoſitionis in ſepulchro. Et dicuntur ſeptem horę ca
nonicę computando totum officiũ matutinale pro vna ho
ra. Et ſic vnuſquiſq; fidelis poteſt dicere in hac peregrina-
tiõe pro quolibet die. Sperauit anima mea in domino: a cu
ſtodia matutina vſq; ad noctẽ: ſiue a vigilia matutina vſq;
ad vigiliam matutinam, per omnes horas canonicas ſupple
diſcurrendo. Vnde iſte modus orandi per quatuor vigilias
noctis: & per quatuor vigilias diei iam reperitur in veteri te
ſtamento. vnde Eſdras praecepit vt orarent Iudaei in tem-
plo quater in die & quater in nocte. ¶ Speret Iſrael in do-
mino. Hic incipit verſus & ſentẽtia in Hebraeo: vbi Dauid
exhortatur omnes patres veteris teſtamenti: & totum coetũ
Iſrael ad expectandum Chriſtum in carnem in primo aduẽ
tu: & etiam exhortatur omnes fideles noui teſtamẽti ad ſpe
randum Chriſtum in gloriam in ſecundo aduentu. Et ideo
dicit. ſicut anima mea ſperauit in domino a cuſtodia matu-
tina vſq; ad noctem: ita exhortor totum Iſrael vt ſperet in
domino Ieſu Chriſto: vt veniat in carnem ad redimendum
nos. quoniam apud dominũ eſt infinita miſericordia: & apd
eum eſt copioſa redemptio & abundãs Nam ſicut miſericor
dia ipſius eſt infinita: ita redemptio eius eſt copioſa & non
limitata: quia non ſolummodo poteſt delere vnum peccatũ:
ſed infinita: nec ſolummodo redimere vnum hominem: ſed
infinitos. nec redemptio eius eſt per paruum tempus: ſed ſuc
ceſſiue per infinita tempora ſi mundus duraſſet in infinitũ.
Et ideo quia redemptio eius eſt copioſa: non ſolummodo
effudit vnam guttam ſanguinis: ſed totus ſanguis e corpore
effuſus & exhauſtus eſt. Et ideo quia eius redemptio eſt co-
pioſa & infinita extenſiue. ideo ipſe redimet Iſrael. i. totam
eccleſiam ex omnibus iniquitatibus & peccatis eius.

Q ¶ Ad maiorem euidentiam eorum quae dicta ſunt, eſt notã
dum q redemptio Chriſti tripliciter poteſt dici copioſa, ſe-
cundum q ad tria poteſt comparari. Nam primo poteſt cõ
parari ad Chriſtum redemptorem. Secundo ad genus hu-
manum redemptum a peccato & poena. Tertio ad gloriam
aeternam & regnum caelorum: quod Chriſtus ſanguine ſuo
emit pro nobis.

¶ Quantum ergo ad primum redemptio Chriſti dicitur co
pioſa: eo q Chriſtus copioſe nos redemit: quia non ſolũ ef-
fudit partem ſanguinis: ſed totum ſanguinem pro nobis ex-
hauſit. Itẽ non ſolum dedit totum corpus ad ſepulchrum:
ſed etiam animam pro nobis omnibus obtulit patri: & ſic
ſeipſum totum obtulit pro nobis in praetium. & ſic ex parte
Chriſti redemptio non potuit eſſe copioſior.

¶ Secundo modo quo ad nos illa redemptio quadruplici-
ter fuit copioſa. Primo: quia non ſolum nos redemit quo ad
animam, peccata & poenas relaxando: & eam a morte cul-
pę liberando: ſed etiam nos redemit quo ad corpus, ab oĩ-
bus poenalitatibus nos liberando & ſanando: & immortali
tatem nobis recuperando quam ſumus adepturi in nouiſſi-
mo die: quia ſi nondum ſurreximus in actu: tamen iam ſur-
reximus in merito ratione baptiſmi Chriſti: vt dictũ eſt pſal
mo. cij. & ſic Chriſtus quo ad totum nos redemit. Secundo
per iſtam redemptionem non ſolum redemit vnum homi-
nem: ſed omnes homines: & non ſolum vnam nationem ſed
omnes: nec vnam prouinciam, ſed totum orbem terrarum.
Tertio fuit copioſa ratione temporis: quia non ſolum rede-
mit praeſentes: ſed & praeteritos & futuros. Quarto fuit co-
pioſa rõe mltitudĩs pctõꝝ. Nã nõ ſolũ liberauit & redemit
nos ab vno peccato: nec ab vno ſolo genere peccatorum: ſed
ab omni peccato tam mortali q̄ originali & veniali. Et ſic
ex omni parte & loco & tempore & numero illa redẽptio
fuit copioſa apud Chriſtum.

¶ Tertio redemptio Chriſti fuit copioſa ratione regni cae-
lorum quod pro nobis omnibus emit a patre. Nam regnum
caelorũ eſt infinitũ in ſe intẽſiue, & extẽſiue inquãtũ ab illi-
nitis ſucceſſiue poteſt participari. ſed pro omnibus illis emit
ipſum Chriſtus: igitur eius redemptio fuit copioſa. Primo ra
tione ſui. Secundo ratione generis humani redempti. Ter-
tio ratione regni caelorum pro omnibus empti. ¶ Ex ſupra R
dictis ſequitur q ſolus Chriſtus & nulla pura creatura quan
tũcũq; perfecta eſt & tãtũ potuit genus humanum redimere.
Hoc dupliciter probatur. Primo ratiõe multiplicis culpę &
poenę: a qua ſnia ſumus redẽpti. Scdo ratione regni caelorũ
nobis acquiſiti. Primũ patet. Nã peccata a quibus ſumus li-
berati ſũt infinita intẽſiue ratiõe dei cõtra quẽ facta eſt offẽ
ſa, & ſũt cõmiſſa: & extẽſiue, qa oẽs eramus pctõ multiplici
obnoxij: qa nõ ſolũ redemit pñtes: ſed etiã ꝑteritos & futu-
ros: vt dictũ eſt. ergo talia pctã nõ poterãt deleri niſi p virtu
tẽ & ꝓtiũ infinitũ. Nã actio non fit niſi a proportione maio
ris inęqualitatis: vt inquit cõmẽtator ſcdo de gñatiõe. ergo
oportet q ſit maior virtus agentis in agendo q̄ paſſi in reſi-
ſtendo. Sed pctm toti⁹ generis hũani eſt infinitum intenſiue
& extẽſiue: & poena pariter eſt infinita extenſiue. ergo per
nullũ meritũ aut virtutem alicu⁹ creaturę poterat relaxari:
cũ meritũ cuiuſq; creaturae purae nõ poſſit eſſe niſi infinitum:
qa q̃libet creatura pura data ſemp habet min⁹ de merito q̄
ſint oia pctã gñis hũani in culpa: & ſic ſemper manet maior
reſiſtentia nõ ſolũ in toto genere humano: ſed etiam in quo
libet pctõre: qa quilibet pctõr magis habet de culpa ad reſi
ſtendũ q̄ pura creatura habet de merito ad relaxãdũ. ergo
oportebat vt redẽptor haberet magis de gratia & merito q̄
totũ genus hũanũ de culpa & poena: & ſic ſolus Chriſtus po
tuit eſſe redẽptor ratione gratię vnionis & ratione puritatis
& immunitatis. vt dictum eſt pſal. xvij. quia vt ſic habet gra-
tiam & meritũ infinitũ extenſiue contra oẽm culpã & poe-
nã: & ſic ſolus Chriſtus nos potuit redimere quo ad corp⁹ &
alam ab omni culpa & poena: & potuit dare de ſe ꝓtiũ ſuffi
ciens pro omnibus praeſentibus & futuris. Et per eandem ra
tionem potuit dare ſufficiens ꝓtium patri pro regno cęlorum
ſuis mẽbris poſſidendo & cõferẽdo. Et ſic patet qualiter re-
dẽptio Chriſti omnibus modis fuit copioſa. Et iõ cõcludit ꝓ
pheta: q quia redẽptio copioſa ẽ apud Chriſtũ: iõ redimet
Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius. Sed quia iſte pſal. eſt
vnus de ſeptẽ pſal. poenitẽtialib⁹: & cõiter recitatur tpe pñie:
iõ oportet vt poſt ſenſum ꝓpheticum etiã moraliter expo-
natur pro quolibet poenitẽte. ¶ Ad cuius intellectũ eſt no-
tandũ ſcdm Aug q ſicut hõ per gratiã eleuatur vſq; ad ꝓpin
quitatem dei: ita p pctm deprimitur & demergitur vſq; ad pro-
fundum inferni, & elongatur a deo. ideo dicebat Abraham
ad diuitẽ epulonẽ exiſtentem in ꝓfũdo. Inter nos & vos ma
gnũ chaos firmatum eſt. & ſic omnis peccator dicitur eſſe in
profundo miſerię & in profundo carcere pcti. & p cõſequẽs
qñ peccator cognoſcit ſeipm p gratiã ꝓuenientẽ, de ꝓfũdis
pctõrũ clamat ad deũ petendo veniã & remiſſionem de cul
pa ſua: & quaerit liberari ab illo carcere peccati. Et ſic de ꝓ-
fundis dicitur clamare ad dñm, quaſi de ꝓfũdo ſtatu. ¶ Itẽ a
eſt iterum aduertendũ: q tres ſunt partes poenitentię. ſ. cor
dis contritio: & oris confeſſio: & operis ſatiſfactio. Et ſic oĩs
poenitentia incipit a cordis contritione: & ſic peccator qñ
incipit quęrere veniam, & incipit poenitentiam dicitur cla-
mare de profundis cordis per contritionem. Dicit ergo Da-
uid in perſona cuiuſlibet poenitentis. O domine ego clama
ui ad te & clamo de ꝓfundis & intimis cordis mei: ideo ex-
audi vocem meam: remiſſionem indulgendo: & fiant aures
tuę miſericordię intendentes in vocem deprecationis meę:
poenitentiam meam acceptando: & noli attendere ad gra-
uitatẽ peccati mei: nec dare poenã ꝯdignã pctis meis. Nam
ſi tu obſeruaueris & reſpexeris iniquitates meas dando poe
nam condignam: quis ſuſtinebit aut quis ſuſtinere poterit ta
lem poenam? quaſi dicat nullus. Et ideo O domine ego ſu-
ſtinui: id eſt expectaui: & expecto obtinere veniam per
poenitentiam. & hoc propter duo. Primo quia apud te

eſt propitiatio:id eſt infinita miſericordia. Secundo propter legem tuam:quia ſemper per omnes patriarchas & prophetas & vtranqꝫ legem tam euangelicam q̃ veterem promiſiſti veniam pœnitentibus. Et ideo anima mea ſuſtinuit:id eſt expectauit in verbo eius:ſcilicet Dei qui talem veniam promiſit. Et ſic anima mea ſperauit in domino a cuſtodia matutina vſqꝫ ad noctem:id eſt a principio vitæ meæ vſqꝫ ad mortem. Ergo totus Iſrael:id eſt tota eccleſia fidelium ſperet in domino:& vnuſquiſqꝫ peccator ſperet veniam per pœnitentiam:quoniam magna miſericordia eſt apud Deum:& copioſa redemptio eſt apud Deum, propter cauſas iam dictas. Et ideo ipſe redimet Iſrael & totam eccleſiam fidelium ex omnibus iniquitatibus eius:quia pro eis effudit totum ſanguinem in cruce:& eos per mortem redemit:ex cuius latere omnia ſacramenta eccleſiaſtica ſumpſerunt virtutem ad delendum omnia peccata:& infundendum & conferendum gratiam.

Domine non eſt exaltatum cor meum: neqꝫ elati ſunt oculi mei.

Neqꝫ ambulaui in magnis:neqꝫ in mirabilibus ſuper me.

Si non humiliter ſentiebam:ſed exaltaui animã meam.

Sicut ablactatus eſt ſuper matrem ſuam:ita retributio in animam meam.

¶ Titulus, Canticum graduum ipſi Dauid. Duodecimus gradus eſt profunda humilitas:ideo Dauid fecit hunc pſalmum pro aſcenſu duodecimi gradus templi:in quo deſcribit:in quo ſtat vera humilitas. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt notandum:ꝙ Iudæi & quidam catholici dicunt ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum ad placandum Deum in peſtilentia data quando numerauit populum:in quo allegat ſuam humilitatem oſtendendo innocẽtiam & humilitatem ſuam &c. Sed hoc manifeſte apparet irrationabile. Nam certum eſt ꝙ Dauid peccauit per ſuperbiam: quando enumerauit populum:& ideo fuit punitus in toto illo populo:in cuius copia fuerat elatus & gloriatus. ergo ſi Dauid vellet placare iram dei non ſe redderet innocentẽ:ſed peccatorem: ſicut fecit in veritate quando dixit. Ego ſum qui peccaui:iſti qui oues ſunt &c. ſecundi Regum vltimo. Ex quo patet:ꝙ ſententia huius pſalmi non poteſt conuenire alicui puro homini:maxime cum adiuret ſub anathemate & maledictione ſe nunq̃ ſuperbe ſenſiſſe.

T ¶ Ideo eſt aduertendum ꝙ peccatum primi parentis fuit exaltatio cordis & elatio oculorum:& appetitus aſcendendi in magna & mirabilia ſupra naturam & facultatem ſuam. & ideo perdidit felicitatem. Vnde lac & vbera felicitatis ipſorum primorum parentum erat poſſeſſio illius paradiſi in præſenti:in qua fruebantur bonis illius & fructibus &c. & promittebatur eis in futuro æterna felicitas. & hoc erat lac quo fruebantur:& felia mamilla quam ſugebant: dum vellent deo eſſe ſubiecti:& inferiores obediendo ſicut decet. Sed cum ſerpens oſtendit eis pomum vetitum ſuaue oculis ad videndum, & guſtui ad veſcendum:& dixit: qua hora comederitis eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum: quod bonum & malum vt quidam dicunt eſt ſcire librum prædeſtinationis & reprobationis: & numerum & perſonas electorum:quod ſoli deo conuenit: Ideo quando Adam & Eua conſenſerunt huic falſæ perſuaſioni: & ei appulerunt appetitum: tunc exaltatum eſt cor eorum vltra fas & licitum:& elati ſunt oculi eorum appetentes dei æqualitatem: & voluerunt ambulare in magnis & mirabilibus ſuper eos & eorum facultatem, volentes vſurpare & rapere diuinitatem, & quod eſt mirabile ſuper omnem facultatem creaturæ, ſcire prædeſtinationem electorum. Et ſic volentes vſurpare & rapere diuinitatem & quod deo proprium eſt, perdiderunt felicitatem vtriuſqꝫ paradiſi: & fuerunt ablactati ab vbere matris. Nam ſicut puer cum ablactatur a matre & auffertur ipſi mamilla, putat perdere totum bonum ſuum:quia non cognoſcit aliam felicitatem: ita perdidit totam felicitatem Adam cũ ipſi fuit ablata felicitas paradiſi: & fuit electus foras in vallem lachrymarum & miſeriarum: & ſic dicitur ablactatus ſuper matrem. Sed quia illud peccatum tranſiuit in omnes poſteriores ab eo per naturam & libidinoſam generationem deſcendentes:& omnibus eis eſt ad culpam & ad pœnam damni imputatum: ideo de omnibus eſt verum dicere ꝙ exaltatum eſt cor eorum, & elati ſunt oculi: & ambulauerunt in magnis & in mirabilibus ſuper ſe. Et ſic in punitionem & pœnam omnes ſunt ablactati ſuper matrem:& priuati lacte felicitatis.

¶ Sed quia ſolus Chriſtus deſcendit ex Adam abſqꝫ ſeminali & libidinoſa generatione, ergo ſolus eſt inter mortuos liber de debito & iure a tali anathemate & maledictione & ablactatione. Et ſi virgo maria fuit libera: hoc non fuit ex debito:ſed ex gratia præueniente vt alias dictum eſt. Solus ergo Chriſtus poteſt dicere patri. Domine, non eſt exaltatum cor meum:nec elati ſunt oculi mei in Adam:in quo omnes peccauerunt: quia nec mihi eſt imputatum illud peccatum:nec fui imitator ipſius Adam: nec ambulaui in magnis:id eſt nec elegi honores & diuitias:nec ambulaui in mirabilibus ſuper me:quia omnia patri meo attribuebam, cum dixi. Doctrina mea non eſt mea: ſed eius qui miſit me patris. & cum dixi. Non quæro gloriam meam: ſed eis qui miſit me patris. Et non veni facere voluntatem meam:ſed eius qui miſit me &c. Et ideo ſubdit ſub anathemate. Si in omnibus actibus meis & prædicationibus meis & miraculis non ſentiebam humiliter:& ſi exaltaui animam meam mihi honores attribuendo:ſi hoc feci, ſit talis retributio & punitio mea qualis fuit retributio Adæ:& ſic ſim ablactatus a lacte, & vbere paradiſi, & felicitatis: ſicut eſt puer ablactatus ſuper matrem. Sed quia hoc non feci:ideo non ſum obnoxius illi anathemati & maledictioni & culpæ:ſed ſolus inter mortuos liber. Ex quo patet: ꝙ ſupradicta verba nulli membro poſſunt conuenire: ſed ſoli capiti Chriſto. V

Speret Iſrael in domino:ex hoc nunc & vſqꝫ in ſęculum.

¶ Hic propheta exhortatur eccleſiam & fideles ad ſperandum in Chriſto. Nam ſi ipſe eſt ſolus inter mortuos liber: non ablactatus ab illo lacte felicitatis: ergo ſolus ille nos poteſt omnes liberare ab illo anathemate & maledictione & reducere nos ad mamillas & lac a quo ſumus ablactati:ergo in eo ſolo eſt ſperandum. Dicit ergo. Speret Iſrael in domino noſtro Ieſu Chriſto:& inuocet eum vt veniat ad liberandum nos, ex nunc dando gratiam:& in ſæculum conferendo gloriam. Nota ergo ꝙ magnus theſaurus eſt in hoc pſalmiculo abſconditus: & quomodo peccant qui nolunt pulſare vt eis aperiatur. Ex quo patet ꝙ cum eccleſia recitat iſtum pſalmum loquitur in perſona Chriſti, qui eſt caput eccleſiæ & corporis myſtici. Et etiam totus iſte pſalmus verificatur de tota eccleſia ratione capitis ſimpliciter ſed per gratiam poteſt verificari ratione perſonæ virginis Mariæ, ratione gratiæ præuenientis. Et ſic etiam poteſt verificari de quibuſdam iuſtis qui gratia præuenti nũq̃ actualiter peccatum. Et ſic ſententia huius pſalmi ſemper eſt referenda principaliter & ſimpliciter ad Chriſtum qui eſt caput eccleſiæ.

MEmento domine Dauid: & omnis māſuetudinis eius.

℄ Titulus, Canticum graduum. Licet in hoc titulo non explicetur actor huius pſalmi: tamen Hieronym⁹ in epiſtola. cxiij. de obitu Paulæ aſſerit Dauid feciſſe iſtum pſalmum, dicens. Bene Dauid Iurauit, dicens. Si introiero in tabernaculum domus meæ: ſi aſcendero in lectum ſtrati mei &c. Vnde eſt aduertendum ꝙ tredecim gradus aſcendentis in deum eſt profunda deuotio. Et ideo Dauid fecit iſtum pſalmum pro aſcenſu tredecim gradus templi: in quo explicat deuotionem ſuam erga diuinum cultum. Et ideo ſacerdotes & leuitæ cantarunt hunc pſalmum qoando introduxerunt arcam in templum: & etiam in dedicatione eiuſdem templi: vt patet ſecundi Paralypomenon ſexto capitulo, iuxta finem. Qui quidem pſalmus fundatur ſuper promiſſione facta ipſi Dauid de Meſſia futuro, & perpetui

X tate regni eius & eccleſiæ. ℄ Quæ quidem promiſſio facta fuit ipſi Dauid quaſi in præmium. Primo ad latiſfaciendum eius manſuetudini & patientiæ in aduerſis. Secundo ad ſatiſfaciendum eius deuotioni ſiue deuoto propoſito de templo ædificando. vt patet ſecundi Regū ſeptimo. vbi duo myſteria memorantur. Primo ex parte Dauid de templo ædificando deuotum propoſitum. Secundo ex parte dei de Meſſia & eius regno æterno firma promiſſio. Ex qua promiſſione Dauid ſemper fuit affectus & ſollicitus ad deſiderandum & petendum Meſſiam de ſua domo & carne promiſſum. & ſic motus fuit ad faciendum iſtum pſalmuꝫ & plures alios, vt dictum eſt. In quo quidē pſalmo duo principaliter facit. Nam primo præmittit de templo ædificando ſuam deuotionem. Secundo de rebus ſibi promiſſis format petitionem: ibi. Surge domine in requiem tuam.

℄ Quantum ad primū eſt aduertendū: ꝙ licet gratia præcedat omne meritū in nobis: tamen communiter præmium ſubſequitur meritum. Vnde licet talis promiſſio facta fuerit ipſi Dauid: tamen hoc fuit propter aliquod meritū præcedens: quod quidem meritū non fuit ſine gratia præcedente. Vnde duo merita fuerunt in ipſo Dauid: propter quę de⁹ promiſit ipſi Meſſiam de carne ſua, & perpetuitatem regni Chriſti. Primuꝫ fuit magna patientia & manſuetudo in eius perſecutionibus. Secundum meritum fuit ſumma deuotio & propoſitum quod habuit ad ædificandum templum & ampliandum diuinum cultum. vt patet ſecundi Regum ſeptimo. Namilico poſt explicarionem eius boni propoſiti de templo ædificando facta eſt ipſi a deo promiſſio. Eſt tamen verum ꝙ gratia dei præceſſit iſta merita. Nam nunq̄ Dauid potuiſſet habere tantam patientiā in ſuis perſecutionibus niſi fuiſſet diuina gratia præuentus & adiutus. Item nec Dauid habuiſſet tantum affectum ad ædificandum templum & ampliandum diuinum cultum: niſi diuina gratia fuiſſet impulſus. Sed non tollitur propterea quin ex his actibus aliquo modo de congruo mereretur ſibi factam promiſſionem: licet non de condigno. vt ipſemet explicat in textu, cū dicit. Quis ego ſum domine deus meus: & quę domus mea &c. Duo ergo facit Dauid in hac prima parte antequā formet ſuam petitionem. Nam primo allegat ſuam manſuetudinem & patientiam: propter quam facta eſt ſibi promiſſio. Secundo allegat ſuam deuotionem & propoſitum de

Y templo ædificando: ibi. Sicut iurauit dominus.

℄ Quantuꝫ ad primum eſt aduertendū ꝙ in pluribus Dauid oſtendit ſuam manſuetudinem & patientiam. Primo: quia cum tot beneficia feciſſet ipſi Sauli & toti populo Iſrael: quos liberauit de opprobrio & ſeruitute Philiſtinorum quando occidit gigantem: & cum Saul inuidia motus multotiens voluit ipſum interficere: & nunquaꝫ ceſſauit ipſum perſequi: tamen Dauid omnes has perſecutiones cum maxima patientia & manſuetudine tolerauit: vt patet per totum diſcurſum primi Regum. Secundo oſtendit ſuam maximam manſuetudinem & patientiam quia bis poterat Saulem interficere: hoc eſt in ſpelunca quando abſcidit ipſi particulam veſtis: vt patet primi Regum vigeſimo quarto capitulo. Item quando abſtulit ipſi dormienti haſtam & ſcyphum: vt patet primi Regum. xxvj. capitulo. & tamen in tanta opportunitate excuſauit ipſum de morte: dicens. Nolite ponere manum in Chriſtum domini. Tertio oſtendit manſuetudinem: quia fleuit mortem Saulis: & ſcidit veſtimenta ſua & egit miſericordiam erga domuꝫ eius vt patet ſecundi Reguꝫ primo capitulo. Quarto oſtendit maximam manſuetudinem & patientiam in perſecutione filij ſui Abſalon. vt patet ſecundi Reguꝫ decimo ſexto capitulo. Vnde dicuntur cōmuniter ſacri doctores: ꝙ ideo Dauid oīes has perſecutiones cū tanta manſuetudine & patientia tolerauit: quia in ipſis & etiam per ipſas præuidit in ſpiritu oīes perſecutiones Chriſti & eccleſiæ. Nam quia præuidit ꝙ Chriſtus deus & homo, rex regum & dominus dominantium pro toto genere humano erat tot & tanta paſſurus antequā ſuuꝫ regnum & gloriam oſtenderet: ideo Dauid tanquaꝫ figura ipſius Chriſti cum maximo deſiderio & patientia voluit perſecutiones tolerare. Quæ quidē patientia non fuit ſine gratia pręcedente & adiuuante: vt dictū eſt. Quia ergo in his perſecutionibus pro tanta patientia & manſuetudine promiſſus fuit ipſi Meſſias de domo & carne eius: ideo incipit in hoc pſalmo: dicens. O domine Ieſu Chriſte, memento ipſius ſerui tui Dauid & oīs manſuetudinis & patientiæ eius quaꝫ habuit in aduerſis & perſecutionibus: pro qua manſuetudine promiſiſti ſumere carneꝫ de domo eius: in qua totū genus redimeres hūanuꝫ. Quaſi dicat. Fac quod promiſiſti. Et nota ꝙ litera Hieronymi habet. Memento domine Dauid: & oīs afflictionis eius, id eſt manſuetudinis quam habuit in afflictionibus.

Sicut iurauit domino: votum vouit deo Iacob.

℄ Hic allegat ſecundaꝫ cauſam & meritū huius ꝓmiſſionis. Naꝫ vt legitur ſecundi Regū ſecundo, poſtquā Dauid adeptus fuerat regnuꝫ ſuper totū Iſrael: & quaſi quieuit a prælijs familiaribus ſuæ gentis: tunc introduxit arcaꝫ in Hieruſalē cuꝫ maximo honore: & tetendit ipſi tabernaculū iuxta domuꝫ ſuā: & tunc propoſuit in corde ſuo ædificare templuꝫ lapideū & magnificuꝫ: in quo reponeretur arca domini & quieſceret a longa peregrinatione. Et propoſuit etiā ampliare cultuꝫ diuinū. Sed ex magno & ſecreto myſterio deus prohibuit ne ipſe ędificaret illud tēplū materiale: ſed filius eius Salomon. Veruntā deus vt ſatiſfaceret eius deuotioni & bono propoſito promiſit ipſi ꝑ Nathan prophetā Meſſiā futurū de ſua generatione, & regnū æternū eiuſdē. Quā promiſſionē licet ipſe Nathan non intellexerit in principio niſi de tēplo materiali & de regno Salomonis terreno: tamē per ſucceſſionē tēporis & per continuā orationē contēplando prædictā promiſſionē fuit ipſi reuelata veritas & intelligentia ſpiritualis illius promiſſionis, maxie quando fuit ipſi tradita deſcriptio tēpli a ſpiritu ſancto: in qua intellexit totū myſteriū incarnatiōis Chriſti: & paſſionis & reſurrectionis & noſtrę redēptionis. ℄ Vnde Z

cognouit qualiter illud tēplū materiale erat figura toti⁹ tēpli hūanitatis Chriſti: in qua verbū diuinū per vnioneꝫ perſonalē debebat requieſcere. Vnde ꝓprie arca illa ſignificabat hūanitatē Chriſti: in qua Chriſtus habitat perſonaliter: & totū tēplū ſignificabat totā eccleſiā: in qua Chriſt⁹ habitat ꝑ grām & myſticā vnionē. Et ideo Dauid poſtq̄ vidit ꝙ nō poterat ędificare illud tēplū materiale in effectu, voluit ipſuꝫ ædificare in affectu. Et ideo præparauit lapides & il-

gna & aurū & argentū & oia neceſſaria pro tēplo ædifican
do:& ſic præcepit Salomoni vt ædificaret illud tēplū iuxta
exemplar & deſcriptionē ſibi traditā:& ſic etiam diſtribuit
oīa officia ad cultū diuinū pertinentia per ſacerdotes & le
uitas. Ex quo patet ꝙ licet Dauid non ædificauerit templū
in effectu tamen ædificauit ipſum in affectu:vt patet primi
Paralypome.xxviij.ca. Ex qua deuotione & propoſito me-
ruit promiſſionem de Meſſia futuro:& hoc allegat hic.qua-
ſi dicat. O domine, non ſolūmodo memento manſuetudi-
nis ipſius Dauid & patientiæ ſupradictæ:ſed etiā memen-
to ſicut & qualiter iurauit.i.cū iuramento & firmo propoſi-
to decreuit:& quomodo vouit votū deo Iacob de tēplo ędi
ficando: & ſic non ſolūmodo recorderis eius manſuetudi-
nis:ſed etiā voti quod vouit deo Iacob vt ædificaret tēplū
deo Iacob. Et notanter dicitur deo Iacob. Nam Dauid con
templans illud myſteriū qualiter Iacob vidit ſcalā & erexit
lapidē in titulū effund soleū deſuper:& dixit. Nihil aliud
eſt hic niſi domus dei porta cæli.per hoc myſteriū præui
dit totū ædificiū eccleſiæ futurę per Chriſtum. Et ideo dicit.
Votū vouit deo Iacob. Quaſi dicat.ꝙ vouit ædificare tēplū
quod fuit figuratū per myſteriū ipſius Iacob. Gen.xxviij.
cū erexit lapidē in titulū,dicens. Erit mihi dominus in deū:
& lapis iſte in titulum:& vocabitur domꝰ dei &c. Et explicat
votū quod fecerat,dicens.

Si introiero in tabernaculum domus meæ:ſi
aſcendero in lectum ſtrati mei.

Si dedero ſomnum oculis meis:& palpebris
meis dormitationem.

Et requiem temporibus meis donec inueniā
locum domino:tabernaculū deo Iacob.

¶ Si introiero in tabernaculū domus meę.& ponitur ſi ꝓ
nō.i.non intrabo in tabernaculū domus meæ:nec aſcendā
in lectū ſtrati mei:nec dabo ſomnū oculis meis:nec palpe-
bris dormitationē:nec dabo requiē temporibus meis.ſ.illis
partibus capitis vbi ſomnus ſituatur:& vbi obſtruitur ſenſus
cōmunis:& ſenſus exteriores ligant̄:quę tpavocant̄:cuiꝰ par
tis ſomnus eſt paſſio. Iſta nō faciā ſupple cū quiete dōnec in-
ueniam locū dn̄o:& donec inueniā tabernaculū deo Iacob
vbi arca reponatur. Vnde hic Dauid nō dicit ꝙ non come-
derit nec dormierit poſt votū factū:ſed loquit̄ ſcd̄m modum
loquendi vulgarem:ſicut cū quis dicit:nō comedā nec bibā
cū quiete ſupple donec faciā quod ꝓmiſi. Hoc autē votū fe-
cit Dauid.ij.Regū.vij.capi.cum dixit ad Nathan. Vides ꝙ
ꝙ ego habitem in domo cedrina,& arca domini poſita ſit
in medio pelliū:tunc Dauid fecit votū apud ſe ędificare ma
gnificum templum in quo arca quieſceret.

Ecce audiuimus eam in effrata:inuenimus eam
in campis ſylue.

Introibimus in tabernaculū eius:adorabimus
in loco vbi ſteterunt pedes eius.

¶ Ad cuius intelligentiā eſt notandū:ꝙ iſta arca dn̄i ī qua
figurabatur myſteriū Chriſti & eccl̄ię fuit facta ꝑ Moyſen in
deſerto:& iuxta montē Sinai. Exo.xxv. Sc̄do fuit portata.xl
annis per deſertū per multas māſiones. Tertio fuit introdu
cta in terrā ꝓmiſſionis per Iordanē aquis retrorſum cōuer-
ſis ſupra.xij.lapides. Ioſue.iiij. Quarto fuit collocata ī Silo,
quę eſt in monte & tribu Effraim. Quinto fuit capta a Phi-
liſteis:& trāſlata de ciuitate in ciuitatē eoꝝ:vt patet.j.Re.v.
& inde reducta in Betſames ſiue Chariathiarim infra ca.vij.
& inde in Maſphath:& īde in Gabaa:poſtea in Nobe:vbi
erat tp̄e Saulis cū Dauid comedit panes ꝓpoſitiōis:& cepit
gladiū Goliæ ab Achimelech.j.Re.xxj. Et exide trāſlata ē
in Gabaa in domū Aminadab:qn̄ Saul ꝑcepit deſtrui ciui-
tatē Nobe & necari ſacerdotes.j.Re.xxij. Et exinde trāſtu-
lit eā Dauid ī domū Obededō:vbi māſit ꝓpter mortē Oze.
& exiñ in Hierl̄m:vbi Dauid tetēdit ipi tabernaculū.ij.Re.v
Ex quo pꝫ ꝙ vltra.cccc.ānos arca dn̄i pegrinata eſt ꝑ diuerſa
loca:& nunq̄ quieuit. Et iō ꝓpter iſtas tam frequentes tranſ
mutationes Dauid fecit votū de tēplo fixo ædificādo:& iō
ait & ſubdit. Nō mireris ſup.quare feci tale votū. Nam ecce
audiuimus eam in effrata.i.in Silo terra Effraim:& poſtea
inuenimus ipſā vagā & inquietā in cāpis ſylue.i. in Gabaa
in domo Obededom:& ideo volui ipſi ædificare domū &
templū vbi cōtinue quieſcat:& ſic introibimus in tabernacu
lum eius:& adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius. Lr̄a
Hierony:habet. Intremus in tabernaculū eiꝰ:& adoremus
in loco vbi ſteterunt pedes eius. Et tunc ſn̄ia eſt magis clara
q.d. Ideo iuraui tēplū ædificare ne amplius arca dn̄i vaget̄
& peregrinetur per campos & ſyluas ſed ſit firma & quieta:
& intremus in tabernaculum eius:& adoremus in loco arcæ
vbi ſteterūt pedes eiꝰ. Et notāter dr̄. Audiuimus eā in effra-
ta. Nam dō arca dn̄i fuit in Silo frequenter audiebantur re-
ſponſa ex ea:vt pꝫ per totū librū Iudicū. Itē notanter etiā
dicit̄, Adorabimus in loco vbi ſteterūt pedes eius. Nā in ar-
ca fœderis dicebat̄ dn̄s habere pedes & ſedere ſup cheru-
bin.vt pꝫ.iij.Re.vj.&.j.Paraly.xxviij.&.ij.Paraly.iij. Et ſic
deus dabat reſponſa ex arca:& ſic deus audiebat̄ ſed nō vi-
debatur. Et ſic illa arca figurabat corpus & hūanitatē Chri
ſti in qua deus perſonaliter latebat & audiebat̄ ab apl̄is &
Iudæis:ſed nō videbat̄ oculis corporis. Itē ſicut illa arca ca-
pta ē a Philiſteis & deluſa ꝓpter peccata ppl̄i:ita hūanitas
Chriſti ſiue Chriſtꝰ in hūanitate fuit deluſus & tractꝰ & mor
tuus & ſepultꝰ. Itē ſicut Philiſtini fuerūt puniti ꝓpter arcā:&
ꝑcuſſi in poſteriora opprobrio ſempiterno:ita Iudęi fuerunt
deſtructi & regnū eoꝝ ꝓpter mortē Chriſti. Et ſicut in illa ar
ca & tēplo deus adorabatur & dicebatur habitare & habere
pedes ſuos:ita deus habitat in illa humanitate Chriſti per
vnionē ſuppoſitalē:& dicit̄ habere pedes in illa hūanitate:
immo illa humanitas dicit̄ quaſi pedes dei. Et etiā Chriſtus
dicit̄ habitare in tota eccleſia & habere pedes in ea, eo ꝙ
eſt caput eccleſiæ. Ex ſupradictis patet explicite tota deuo-
tio & promiſſio ipſius Dauid.

Exurge domine in requiem tuam:tu & arca ſan
ctificationis tuę.

Sacerdotes tui induantur iuſtitiam:& ſancti tui
exultent.

¶ In hac.ij.parte Dauid exponit ſuā petitionē:vt deus im-
pleat ſuā ꝓmiſſionē petēdo Meſſiā in lege ꝓmiſſum,& ędi
ficationē eccleſię futurę. Verūtamen Iudęi moderni expo-
nūt totā partē ſequētē de petitione tēpli materialis ꝑ Salo-
monē ędificandi:& de ꝓſperitate ſacerdotij & regni tpalis
Salomonis:dicētes ꝙ Dauid vel Salomon in hac parte pe-
tit vt tēplū materiale ædificet̄:& arca in eo reponat̄:& cultꝰ
diuinus per ſacerdotes augeat̄ & exerceat̄ in eodē tēplo ma
teriali. Sed iſta intelligētia eſt friuola & falſa:Primo qa ꝓ-
miſſio facta ipſi Dauid nō fuit principalr̄ de tēplo materiali:
nec de regno tpali:vt pluries ꝓbatū eſt. Sc̄do qa Dauid non
petit hic regē tpalē:nec tēplū materiale. Hoc probat̄. Nam
ſi deus prohibuit ne Dauid ędificaret hoc tēplū materiale:
aut hoc fecit quia Dauid erat indignus & Salomon dignus:
aut ꝓpter aliā cauſam latentē ꝓpter aliquod myſteriū. Non
primum. ¶ Nam Dauid ſemꝑ fuit dignior & ſanctior Salo A
mone. Nā in ſua prima vnctione recepit ſpiritū ſanctum &
ſpiritum gratiæ:vt patet primi Regū.xvj. nec vnq̄ Salomō
fuit ipſi cōparandus in manſuetudine & patientia & deuo
tione nec fidelitate. Nam omnia quæ fecit Salomon er-
ga cultum diuinum fecit ex præcepto Dauid patris ſui:nec
aliquid expoſuit de ſuo. Nam omnia neceſſaria reliquit ipſi

pater:vt ſupra dictũ eſt:imo plura expoſuit Salomõ in con-
ſtructione triũ tẽploꝝ idolis dedicatoꝝ ꝓ vxorib⁹alienige
nis q̃ vnq̃ expoſuit in tẽplo dñi:imo cã hmõi ędificij ĩpoſuit
pplis exactiones pecuniarũ & onera iportabilia:vt patz.iij.
Reg xij.Itẽ Dauid nunq̃ apoſtatauit ſicut Salomõ. Itẽ licꝫ
Dauid peccauerit qñq;:tñ a fide nunq̃ apoſtatauit.Et ſic dĩ
ꝙ deus dicit:ꝙ Dauid fuit vir ſanguinis:& ꝓpter hoc non
fuit dignus ędificare tẽplũ:per eandẽ rationẽ põt dici ꝙ Sa
lomon fuit minus dign⁹.Nã Dauid nõ effudit niſi ſanguinẽ
infideliũ ꝓ defenſione diuinę legis.ſolũ autẽ legiť effudiſſe
ſemel ſanguinẽ innocẽtẽ:hoc eſt in homicidio Vrię.Sed Sa
lomon multũ ſanguinẽ effudit in principio. Nã fratrẽ ſuum
Adoniã & Ioab interfecit:& ei⁹ ſanguine cornu altaris vio-
lauit.ergo minus fuit dignus ędificare tẽplũ.& iõ eſt dicẽdũ
ꝙ illa prohibitio habet aliã cauſam latẽtẽ.q.d.deus.Tu Da
uid non es dignus ædificare eccleſiã:ſed filius tuus Ieſus qui
ſcđm carnẽ egredieť poſtea.Vñ in illa ędificatione tẽpli la
tebat totũ myſteriũ incarnationis.Nam ſicut Dauid ꝑpara
uit oia neceſſaria pro illo tẽplo:ſed Salomon dedit operã
ædificio:ita per hoc figurabať ꝙ verbũ diuinũ ſolũmodo de
bebat ſumere carnẽ ex gñe Dauid ex puris ſanguinibus vir-
ginis:ſed non modo naturali:quia ſolus ſpiritus ſanctus de-
bebat formare corpus Chriſti ex illis puris ſanguinibus vir-
ginis:in qua carne & tẽplo verbũ pſonaliter habitauit. Iteꝫ
per hoc etiã ſignificabať ꝙ nec Dauid nec aliquis alius po
terat ædificare eccleſiã niſi ſolus Chriſtus per Salomonẽ fi-
guratus.Ex quib⁹ pꝫ ꝙ illa prohibitio potius facta eſt in fi-
gura tẽpli ſpũalis:& nõ ſolũmõ ꝓpter illud tẽplũ materiale.
Ex dictis ergo in hoc pſal.& in cæteris patet ꝙ illa ꝓmiſſio
nõ eſt facta ꝑciſe nec principaliter de tẽplo materiali:ſed de
tẽplo ſpũali per Chriſtuꝫ ędificando.& hoc petit Dauid in
hac parte.quaſi di.O dñe poſtq̃ ego impleui votũ meũ ſicut
iuraui & voui.Nã oia neceſſaria ꝓ tẽplo conſtruendo ꝑpa-
raui:& tẽplũ in voto & affectu ędificaui:ergo tu iple & fac
qđ ꝓmiſiſti.ſ.mitte filiũ tuũ & ſumat carnẽ & cõſtruat tẽplũ
eccľię:in quo oẽs debemus ſaluari.Vnde dicit. O dñe Ieſu
Chriſte,poſtq̃ ego feci tẽplũ per qđ figuratur myſteriũ incar
nationis:ergo ſurge in requiẽ tuam.i.veni & accipe carnẽ ex
virgine:& ſume humanitatẽ in qua requieſcas:quia hoc fi-
gurabat illa arca teſtamẽti:& ſurgat etiã arca ſanctificatio-
nis tuę.ſ.tota eccleſia quã tu es ędificaturus per ꝑdicationẽ
tuã:& p mortẽ & paſſionẽ:& ſacramẽtoꝝ inſtitutionẽ:& ſur-
gat eccľia.i.ædificeť in altũ ſupra firmã petrã:q̃ dť arca ſan
ctificationis tuæ:eo ꝙ tu ſanctificabis & conſecrabis eã ſan
B guine tuo:& ſanctificaberis & adoraberis in ea. ¶ Vñ eſt
notanduꝫ:ſicut ſupra dictũ eſt:ꝙ arca dñi primo figurabat
humanitatem Chriſti:& ex conſequenti figurabat eccleſiã.
& ideo de vtraq; dicitur:Surge dñe in requiẽ tuam:quia in
vtraq; quieſcit Chriſtus & latet.& ponitur ſurgere pro appa
rere.& ideo dicit.Surge dñe in requiẽ tuam.i.appare nobis
in carne:& oſtẽde te in eccleſia.Poteſt hoc etiã referri ad re
ſurrectionem corporis Chriſti qđ primũ fuit ſolutũ per mor-
tem:& poſtea reędificatuꝫ per reſurrectionem. & ideo dicit.
Surge dñe in requiẽ tuam.i.ſurge a mortuis:tu & corpus tuũ
glorioſum:qđ eſt arca ſanctificationis tuæ:& ſurgat etiaꝫ ec-
cleſia tecũ.Naꝫ tua reſurrectio erit cauſa noſtræ reſurrectio
nis.Vnde te reſurgente ſurget eccleſia:q̃ eſt arca ſctificatiõis
tuę.Nam dabis poteſtatem ſacerdotibus ad conficienda ſa-
cramenta:& dabis eis dona ſpũs ſancti:& induentur virtute
ex alto:vt ſancti tui apľi exultent.& ideo ſequitur.Sacerdo
tes tui induantur iuſtitiã.i.virtutẽ & poteſtatẽ eccleſiaſticam
& dona ſpiritus ſancti:& ſancti tui & oẽs fideles exultent
in tali ſanctificatione.Duo ergo petit Dauid in his duobus
verſiculis ſub figura iſtius arcæ.Primo petit myſteriũ incar-
nationis & reſurrectionis.Secundo petit ædificationẽ eccle-
ſiæ & noſtrã redẽptionẽ & ſacramentoꝝ inſtitutionem.Iteꝫ
per arcam ſanctificationis Chriſti poteſt etiã intelligi virgo
Maria:q̃ fuit arca ſanctitatis Chriſti:in qua Chriſtus per no
uem menſes quieuit ſcđm carnẽ:& poſtea ſingulariter ſemp
requieuit & inhabitauit per gratiam.

Propter Dauid ſeruum tuum:non auertas fa-
ciem Chriſti tui.

¶ Hic delirant Iudæi dicentes:ꝙ qñ Salomon introduce-
bat arcã in templũ:& fuit in iſto.xiij.gradu ꝙ tũc clauſę fue-
runt portæ tẽpli per ſe.Tunc Salomon putans ꝙ hoc fuit fa
ctum propter peccatũ Dauid pro homicidio Vriæ, orando
ad deũ dixit.O dñe,non auertas faciem Chriſti tui.i.a Chri
ſto tuo Salomone qui eſt iuſtus,ꝓpter Dauid.i.ꝓpter pctũ
Dauid.Et dicũt Iudęi ꝙ tunc facta oratione & dicto iſto ver
ſiculo ilico fuerunt apertæ portæ tẽpli miraculoſę.Sed hoc ẽ
manifeſte falſum & cõfictũ:& contradicit toti ſcripturę ꝑce
denti:in qua dictũ eſt.Memento dñe Dauid:& oĩs mãſue-
tudinis eius:& allegatur eius manſuetudo & deuotio.Appa
ret etiã per hoc qđ ſequitur.Iurauit dñs Dauid veritatẽ.vbi
allegatur ipſi facta promiſſio.ergo Dauid hic potius nomi-
natur:vt ex eius meritis deus impleat qđ petiť in hoc pſal.&
non oppoſitũ ſicut iſti dicunt.Et iõ iſta oratio Dauid in qua
rogat deũ vt veniat & appareat in carneꝫ,& ædificet eccle-
ſiã:& hoc vt ſatiſfaciat ſuæ deuotioni & manſuetudini:& ſi-
bi factę promiſſioni.Vñ dicit Dauid.O dñe, ſurge in requiẽ
tuã &c.& ꝓpter Dauid ſeruum tuum.i.ꝓpter eius mãſuetu
dinem & deuotionem te rogo:vt non auertas ab eo faciẽ &
notitiã & viſionem Meſſię Chriſti tui:immo mitte ipſum in
carnẽ:& videatur ab oĩb⁹ ei⁹ facies & humanitas ſicut ꝓ-
miſiſti:& hoc fac propter Dauid ſeruum tuum.i.amore Da
uid ſerui tui:& ꝓpter mãſuetudinẽ & fidem & deuotionem:
quam tibi ſeruauit ſicut ꝓmiſiſti & iuraſti.

Iurauit dominus Dauid veritatem & non fru-
ſtrabitur eum:de fructu ventris tui ponam ſu-
per ſedem tuam.

Si cuſtodierint filii tui teſtamentum meum:&
teſtimonia mea hæc quę docebo eos.

Et filii eorum vſq; in ſęculum ſedebunt ſuper ſe-
dem tuam.

¶ In hac vltima particula volens Dauid inclinare deuꝫ ad
ſuã petitionẽ allegat promiſſionẽ ſibi a deo factã ſub iureiu-
rando & ſtabili firmitate. ¶ Ad cuius intelligentiã eſt no- C
tandũ:ꝙ de⁹ decẽ dona ꝓmiſit ipſi Dauid. Nã prio ꝓmiſit
ꝙ de eius fructu & generatione ſederet ſemp rex ſuper ſedẽ
ſuam.Scđo ꝓmiſit ꝙ ſi filij & nepotes Dauid ſeruarent mã
data & legẽ dei nunq̃ auferreť eis regnũ.Tertio ꝙ deus eli-
geret Sion in ſuã habitationem ęternaliter. Quarto ꝙ ipſe
bñdiceret iſtam Sion inæternum.Quinto promiſit ſaturare
pauperes & ciues huius Sion panib⁹ ſacramentalibus & ſpi-
ritualibus.Sexto promiſit ornare eius ſacerdotes.Septimo
lætificare ciues eius.Octauo ꝓmiſit producere gñationem
Dauid vſq; ad Chriſtum.Nono ꝓmiſit cõfundere & male-
dicere inimicos huius Sion.Decimo promiſit proſperare &
multiplicare generationẽ & filios Dauid ſcđm ꝓmiſſum in
hac Sion ſiue eccľia.Oia ergo iſta deceꝫ ꝓmiſſa allegat Da
uid p ordinẽ in hac vltima ꝑticula,petendo vt de⁹ ipleat qđ
ꝓmiſit.Dicit ergo primo.O dñe, nõ auertas faciem Chriſti
tui a me:ſed mitte ipm vt ꝓmiſiſti ſup.Nã dñs deus iurauit
veritatem.i.cũ veritate iurauit:vt habet litera Hieronymi
& nõ fruſtrabitur nec fraudabit eũ:dicens.De fructu ventris
tui.i.de tua gñatione ſcđm carnem ponam filiũ regem ſup
ſedem tuã.i.fili⁹ tuus ſcđm carnẽ regnabit ſup ſedem tuã:qui
erit Meſſias in lege promiſſus. ¶ Vñ nota ꝙ ſedes eccleſiæ D
hic per gratiam & in futuro per gloriam:dicitur ſedes Da-
uid eo ꝙ fuit promiſſa ipſi Dauid in filio ſuo Meſſia. Et iõ

dicit Lucę.j.Dabit illi dñs ſedē Dauid patris eius:& regnabit in domo Iacob inæternū.Et ſic etiā tota eccleſia militans & triūphans dicit domus & regnū Iacob:eo φ de iſta eccleſia ipſi eſt facta promiſſio in filijs ſcd̄m promiſſionem. Vnde ſicut oēs fideles dicunt filij Iacob & Iſrael & Abrahę ſcd̄m ꝓmiſſionē:ita per eandē rōnē & ꝓmiſſionē oēs dicunt filij Dauid.& ſic tota eccl̄ia dr̄ dom⁹ Dauid.Et ſic etiā ſicut dupl̄r dicunt filij Abrahę & Iacob.ſ.ſcd̄m ꝓmiſſionē & ſecundū carnē:ita pariter Dauid habet duplices filios.ſ.ſcd̄m ꝓmiſſionē:qui ſunt oēs fideles:& ſcd̄m carnē:qui ſunt ab eo per generationē carnalē deſcēdentes.& ideo illa ꝓmiſſio de ſucceſſione regni Dauid facta.ij.Reg.vij.ca.fuit gemina,& gemino modo debet intelligi.Naʒ filijs & regibus a Dauid deſcendentibus ſcd̄m carnē ꝓmiſit deus ſucceſſioneʒ regni tpalis:ſi ſeruarent legē & mādata dei:ſed quia fuerūt preuaricati legē dei:declinantes ad idola:& ad alia flagitia nefanda:ideo fuit eis ablatū regnū, & ciuitas deſtructa per Chaldæos. Filijs aūt ꝓmiſſionis & fidelibus ꝓmiſit deus ſedem ęternā & ſpūalē in domo Dauid.ſ.in hac eccl̄ia per grām:& in futuro per gloriā:ſi ſeruarent & cuſtodirēt legē dei.i.ſi reciperent Chriſtū in lege ꝓmiſſum pr̄iarchis & ꝓphetis:& ſi eiuſdē Chriſti mandata ſeruarent.De vtriſq; ergo filijs dicit hic ſuo mō:ſi cuſtodierit filij tui.i.filij tui carnales & filij eorum ſi cuſtodierint teſtamentū meū.i.legē & pactū:& hæc teſtimonia mea:quę docebo eos:tunc tales filij tui carnales ſedebunt ſup ſedē tuā materialē in ſęculū ſęculi.i.per multa ſęcula. Sed de filijs ſpiritualibus dicit.O Dauid:ego ꝓmitto tibi φ ſi filij tui ſcd̄m ꝓmiſſionē & filij eoꝝ.i.oēs ſucceſſores eoꝝ ſpūales cuſtodierint teſtamētū meū & pactū Chriſtū recipiēdo ſcd̄m pactū & legē meā:& cuſtodierint hęc teſtimonia & p̄cepta mea:quæ docebo eos cū venero in carnē:tunc oēs iſti ſedebunt in ſęculū ſęculi.i.inęternū ſup ſedeʒ

E tuā in hac eccleſia p gratiā:& in futuro per gloriā. ❡ Sed hic dubitaret forte aliquis.Nā.ij.Regū.vij.ca.vbi facta fuit iſta ꝓmiſſio,non ſcribit φ deus ꝓmiſerit ſub iureiurando:ſicut hic dr̄ in pſal.Iurauit dñs Dauid veritateʒ.Sed ad hoc reſpōdetur:φ vnicuiq; debet ſufficere auctoritas Dauid:qui fuit egregius ꝓpheta in Iſrael:& cui dñs locut⁹ eſt:& per cui⁹ linguam locutus eſt ſpūs ſanctus:vt patet.ij.Regū.xxiij.ca.Et ideo eſt dicendū:φ per ſucceſſionē tpis fuit facta ipſi Dauid multiplex reuelatio de intelligentia illi⁹ ꝓmiſſionis:vt dictū eſt.in quibus reuelationibus deus ſub iureiurando iſta ꝓmiſit.& ideo dicit.Iurauit dñs veritatē &c.Sed ad demonſtrandū φ iſtud regnū & iſta ſedes regalis ꝓmiſſa ipſi Dauid nō erat temporalis:nec perpetuanda:ſed in Sion ſpirituali & cæleſti:ideo ſubdit propheta,dicens.

Quoniam elegit dominus Sion:elegit eā in habitationem ſibi.

Hæc requies mea in ſęculum ſæculi:hic habitabo quoniam elegi eam.

❡ Ideo ſupple ꝓmitto tibi & filijs tuis ſedeʒ æternā:non in Sion terrena:ſed in ſpūali:qm̄ dñs elegit Sion:elegit eaʒ in habitationeʒ ſibi.Et bis dicit elegit:& bis nominat Sion:vt cōprehēdat vtrāq; Sion.ſ.militantē & triūphātē.Nā in hac habitat per grām:& in illa per gloriā.& ideo ſequit.Hæc.ſ.Sion ſpūalis eſt requies mea in ſæculū ſęculi.Hic habitabo per gratiā & eccleſiaſtica ſacramēta:& in futuro p gl̄iaʒ:qm̄ elegi eā ꝓ me & filijs & mēbris meis.Ex ſupradictis pateʒ φ in toto iſto pſal.nō loquit Dauid de regno nec de ſede temporali.nā regnū Dauid nō fuit ęternū.Nec loquit etiam hic de Sion & Hieruſalē terrena:quia arca dñi nō habitauit nec requieuit in ea inęternū:quia fuit cōbuſta arca ſimul cū templo in ciuitate per Chaldęos:& ſic deus nō habitauit in ſęculū ſęculi in illa arca:nec in illa Sion terrena prout Iudęi delirant.Et ideo eſt intelligēda iſta litera de Sion ſpūali.ſ.de eccleſia Chriſti:cuius vna pars pegrinatur in hac vita:in qua Chriſtus quieſcit p grām & eccl̄iaſtica ſacramēta:q̄ dr̄ eccl̄ia militans:& altera iā fruit in patria:q̄ dr̄ eccl̄ia triūphans:in qua Chriſtus quieſcit cū beatis per gloriā.Sed quia Chriſtus ſponſus nō cōuerſatur familiariter in iſta eccleſia militanti:ideo dicitur vidua:quouſq; recipiat ſponſum in patria.Vnde dupliciter dicit vidua.Primo ꝓpter abſentiā ſpōſi.Secūdo quia eſt induta luctu & nigredine mortalitatis.ſed quando exuta fuerit iſtā carnē mortalē:& induta carnē glorioſā:tunc dicetur nupta & non vidua.vt patet Apoc.xx.quia tūc gaudebimus & exultabimus cū venerint nuptiæ agni:& ſpōſa preparauerit ſe.Sed vſq; ad illud tempus iſta eccl̄ia infeſior dr̄ vidua.Et de iſta vidua ꝓmittit deus p ꝓphetā dicēs.

Viduam eius benedicens benedicam:pauperes eius ſaturabo panibus.

❡ Ego benedicēs.i.cū maxima bn̄dictione benedicā iſtam viduā ei⁹.i.iſtā eccleſiā militantē.Et dicit,bn̄dicēs benedicā qꝛ duplici bn̄dictione bn̄dixit iſtā eccleſiā Chriſt⁹.Pr̄o,benedictione ſacramētoꝝ abſoluēdo a pc̄tō.Sc̄do modo benedictione donoꝝ ſpūs ſancti:ipſam multipliciter ornando.Et inde ſequitur.Pauperes eius ſaturabo panibus.Nā multiplici pane ſaturauit deus ciues & pauperes huius eccleſiæ.ſ.pane ſeptē ſacramētoꝝ:& panibus donoꝝ ſpūs ſancti.ſ.ſapientiæ & intellectus:conſilij:fortitudinis &c.Et nota φ ly ei⁹ refertur & poteſt referri vno mō ad ipſaʒ Sion:quæ habet duas partes.ſ.militantē & triūphātē.Vel poteſt referri ad Chriſtū:eo φ iſta eccleſia eſt vidua eius:ꝓpter abſentiā familiaris conuerſationis:vt dictū eſt. Sed eſt aduertendū φ in hebræo habetur:Eſcā eius benedicens benedicā.& ideo ſequitur:pauperes eius ſaturabo panibus:& tunc ſumit totū pro eſca ſpirituali ipſius eccleſiæ:quæ eſt duplex.ſ.eſca ſacramētorum,& eſca donorū ſpūs ſancti.& tunc litera redit in eandem ſententiā.& tunc eſt ſententia iſta.Ego benedicēs benedicā eſcā eius.i.cū maxima abundantia largiar & cōferaʒ ipſi copiā ſacramentoꝝ & donoꝝ in eſcā ſpiritualē ad reficiendū fideles in hac vita.De qua eſca dicit virgo Maria in Cantico ſuo.Eſuriētes impleuit bonis:& diuites dimiſit inanes.hoc dicit.Nam ſicut apoſtoli & chriſtiani fuerunt refecti iſta eſca ſacramentoꝝ & donorum ſpiritus ſancti:ita per oppoſitū ſcribæ & phariſſæi:& Iudæi moderni fuerunt excluſi ab eſu iſtoꝝ ciboꝝ ſpiritualiū.Hanc ergo eſcā eſuriunt Iudæi cæci & obſtinati:& patiuntur famē eiuſdē:vt dictū eſt ſupra pſal.lviij.vbi p̄dixit Dauid famē & inediā Iudæoꝝ dicens.Conuertentur ad veſperā,id eſt ad tenebras ignorantiæ:& famem bonoꝝ ſpiritualiū patientur vt canes:& circuibunt ciuitatē:quia nunq̄ intrabūt intelligentiā ſacrę ſcripturæ:nec ſocietatē ſanctoꝝ:immo ipſi diſpergent ad manducādū.ſed quia nō erunt ſaturati iſta eſca & cibo ſpirituali:ideo murmurabūt.de his ergo panibus & cibis ſpiritualibus dixit Chriſtus per os Dauid. Pauperes eius ſaturabo panibus.

Sacerdotes eius induam ſalutari:& ſancti eius exultatione exultabunt.

❡ Et ſubdit aliā ꝓmiſſionē factā ſacerdotib⁹ eccleſię:dicēs. Sacerdotes eius induam ſalutari.i.indumento gratiæ:& eccleſiaſticæ poteſtatis.vn̄ eccleſiaſtica poteſtas dicit indumētum ſpūale ipſius ſacerdotis.Et ideo in figura cū ordinatur induitur ſacerdotalibus indumentis.& dicitur indumentuʒ ſalutare:inquantū per eccleſiaſticam poteſtateʒ confert ſalus & gratia recipientibus ſacramenta.quaſi dicat.Conferā poteſtatem eccleſiaſticam ipſis ſacerdotibus:vt per ſacramēta conferatur ſalus & gratia ipſis fidelibus:& ſanctificentur per eccleſiaſtica ſacramenta.& ideo ſequit.Et ſancti eius.i.ſanctificati per ſacramenta,duplici exultatione exultabūt.ſ.hic per gratiā:& in futuro per gloriā.exultabūt etiā in corpore & anima cantando pſalmos & hymnos.

Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernã
Chriſto meo.

¶ Hic ponit aliã ꝓmiſſionẽ factã ipſi Dauid de meſſia ven-
turo ex carne ſua in eccleſiam dei. Vñ dicit. Illuc.i.vſq; ad
illã eccleſiã ꝓducã cornu.i.gloriã & regnũ Dauid:& produ
cã Chriſtũ qui eſt cornu & glia Dauid. Vel ſic: ego producaꝫ
cornu.i.gñationẽ Dauid ꝑ ſucceſſionem: quia nõ deficiet li-
nea Dauid vſq; ad filiũ.i.vſq; ad Chriſtum:& ſic paraui lucer
F nam & gñationẽ Chriſto meo Ieſu. ¶ Vñ nota: ꝙ in veteri
teſta. lucerna qñq; ſumitur ꝓ linea gñationis. nã ſicut q̃diu
non extinguit̃ dicit̃ durare lucerna: ita q̃diu ſuccedit aliquis
in linea generationis dicit̃ durare eius lucerna. Vnde dictuꝫ
fuit ipſi Dauid: Iam non egredieris in bellũ: ne extinguas lu
cernã in Iſrael.ij.Regũ.xxj. Et ideo ꝓmiſit deus ipſi Dauid
vt produceret eius lucernã vſq; ad Chriſtũ.i. ꝙ non defice-
ret eius linea & gñatio. qđ patet in Matthæo. qui deſcribit
generationẽ Chriſti a Dauid vſq; ad Chriſtũ, per Mariam
virginem de ſtirpe & generatione Dauid. Et ſequitur.

Inimicos eius induam confuſione: ſuper ipſum
autem efflorebit ſanctificatio mea.

¶ Ego induam inimicos eius.i.ſcribas & phariſæos & totũ
populũ Iudaicũ qui eũ negaturus eſt induã cõfuſione: quia
eos priuabo regno & ſacerdotio & ſenſu ſcripturarũ:& ma-
nebũt cæci & diſperſi & ꝓfugi & captiui:& ſic multiplici cõ
fuſione induã illos. autẽ ꝓ ſed ſup ipſum & populũ eius flore
bit ſanctificatio mea & regnũ & ſacerdotiũ & gratia & ſan
ctificatio & poteſtas ſacerdotalis:& gr̃a donorũ florebit ſup
ipſum. Oia ergo iſta tu dñe ꝓmiſiſti & iuraſti in veritate ipſi
Dauid ſeruo tuo: ergo memẽto ipſi⁹ & ois mãſuetudinis ei⁹:
& deuotionis: quia tã fecit ipſe qđ promiſit: iam fecit ipſe tẽ
plum & figurã: ergo veniat figuratus quẽ ꝓmiſiſti:& exurge
in requiẽ.ſ.in humanitatẽ & eccleſiã:& veni &c.& ſacerdo-
tes tui induant̃ iuſtitiã &c. In his ergo duobus verſibus petit
totũ ſuũ optatũ: vt patet intuẽti: qui petit Chriſtũ venturum
ad conſtruendum ſacerdotium:& eccleſiaſtica ſacramenta.

ECce q̃ bonum & q̃ iocundum: habita-
re fratres in vnum.
Sicut vnguẽtum in capite: quod deſcẽ-
dit in barbam barbam Aaron.
Quod deſcendit in oram veſtimenti eius: ſicut
ros Hermon qui deſcendit in montem Sion.

¶ Titulus Cãticũ graduũ.xiiij. gradus eſt charitas proximi
mutua. vñ qñ quis aſcenderat vſq; ad.xiiij. gradũ iam vide-
bat ꝑ portã magnã partẽ tẽpli:& videbat ſacerdotes & leui-
tas canẽtes & laudãtes deum in ſocietate & charitate.& ſic
aſcenſor licet non eſſet inter eos: tñ iam lætabat̃ vidẽs illam
ſocietatẽ cõgregatã ad laudandũ deũ. Ideo fecit Dauid hũc
pſalmũ ꝓ aſcenſu.xiiij. gradus tẽpli: in quo deſcribit fructũ
& delectationem charitatis: q̃ eſt inter proximos in vnũ ad
laudem dei cõgregatos. Ideo dixit. Ecce.i.videte q̃ bonũ.i.
fructuoſum:& q̃ iocundum.i.ſuaue & delectabile eſt fratres
habitare in vnũ.i.in vnitate & charitate.i.quantum eſt de-
lectabilis & fructuoſa charitas & vnitas inter fratres & pro-
ximos habitantes in vnũ. Sed quia ly q̃ ponit̃ ꝓ quantũ cõ-
paratiue:& relatiue ſubintelligitur vnũ aliud aduerbiũ.ſ.tã-
tum: ideo ſequit̃. Sicut vnguentum. Duo eñ dicit de charita
te.ſ. ꝙ eſt bona & fructuoſa. Secundo: ꝙ eſt iocunda ſiue de
lectabilis. Et ideo comparat eam ad vnguentum ſacerdota
le inquantũ iocũda eſt. Secũdo ad rorẽ Hermon & Sion in-
quãtũ bona & fructuoſa. Dicit ergo. tantũ eſt iocundũ habi
tare fratres in vnũ: quantũ eſt iocundũ & ſuaue & delecta-
bile vnguentũ ſiue oleũ ſacerdotale in capite ſummi ſacer-
dotis: qđ deſcẽdit in barbã: barbã dico ipſius Aaron ſummi
ſacerdotis & ſucceſſorũ eius. qđ quidẽ oleũ & vnguẽtum de-
ſcendit a barba in orã veſtimenti eius. ¶ Vnde eſt notãdũ:
ꝙ deus præcepit ipſi Moyſi. Exo.xxx. vt vngeret Aaron in
ſummũ ſacerdotẽ vnguẽto ſiue oleo. quod quidẽ oleum fie
bat ex balſamo, & multis alijs oleis aromaticis & odoriferis
conficiebatur. ideo dicebat̃ vnguentũ. Et cũ cõſecrator vn-
gebat ſummũ ſacerdotẽ, primo ponebat ipſi magnã guttam
vnguenti in capite: intantum ꝙ totum caput infundebatur.
Poſtea trahebat illud vnguentũ ꝑ vtraq; tẽpora vſq; ad bar
bam:& ſic deſcẽdebat vnguẽtum a capite in barbam ipſius
Aaron & cuiuſlibet ſucceſſoris. Deinde deſcẽdebat a barba
in oram veſtimentorũ:& ſic redolebant veſtimẽta ſacerdo-
tis:& ita quaſi vngebantur reges. Per hoc autẽ voluit figura
re deus ꝙ ipſe erat vncturus Ieſum Chriſtũ filiũ ſuũ tanq̃ ca
put eccleſiæ in regẽ & ſacerdotem præ conſortibus ſuis oleo
lætitiæ ſpũs ſancti: in quo erat oleũ gratiæ & ſacerdotalis &
regalis poteſtatis tanq̃ in fronte & capite:& a Chriſto capi-
te erat deſcẽſurũ illud oleũ gratiæ & poteſtatis in eius mem
bra. Primo in barbã.ſ.in apl'os:& in orã veſtimentorũ.i.per
oia mẽbra vſq; ad fines terræ. ¶ Nã apl'i dicunt̃ quaſi bar G
ba Chriſti: eo ꝙ fuerunt fortes in bello. Tota autẽ eccleſia
dicit̃ quaſi veſtimẽtũ Chriſti: eo ꝙ latet in eccleſia quaſi ſub
veſtimento: vt patet in ſacramento altaris ſub accidentibus.
& in cæteris ſacramentis latet virtus Chriſti. Nã omne ſacra-
mẽtũ eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma. Dicit ergo Dauid
ꝙ ita eſt iocunda & ſuauis & delectabilis charitas & habita
tio fratrũ in vnitate, ſicut eſt vnguentũ in capite ſacerdotis
ſup. qđ deſcendit in barbã Aaron a capite:& deſcẽdit a bar
ba in orã veſtimenti: qđ facit redolere caput & barbam &
veſtimenta. Et ſic Dauid hic myſtice & ꝓphetice locut⁹ eſt
quõ charitas & gratia debebat deſcendere a Chriſto capite
in apl'os:& ab apl'is in totã eccleſiã vſq; ad vltimũ electum.
¶ Nota ꝙ ſic eſt ordinãda litera.ſ. ſicut vnguentũ in capite H
Aaron qđ deſcẽdit in barbã eius. Hic ergo cõparat charita-
tem primo oleo deſcẽdẽti a capite ſacerdotis in veſtimenta
& mẽbra eius. Secũdo cõparat ipſam charitatẽ ipſi rori qui
deſcẽdit de cælo in montẽ Hermon:& in mõtẽ Sion. Et ex
conſequẽti cõparat eccleſiã & ſocietatẽ fratrũ exiſtẽtium in
charitate, ipſi mõti Sion ſiue Hermon recipiẽti rorẽ a cælo
& cõparat eã etiã ipſi corpori & veſtimento ſacerdotali reci
pienti oleũ deriuatũ a capite. q̃ſi di. ꝙ ſicut oleũ quo vnge-
bantur ſacerdotes erat ſuaue & iocũdũ: ſic eſt odorifera cha
ritas inter frates. Et ſicut ros qui deſcẽdit in mõtẽ Hermon
& Sion, eſt bonus & fructifer: ita charitas inter fratres. Itẽ ſi
cut oleũ deſcendebat a capite ſacerdotis primo ad barbam
& ex barba ad mẽbra: ita ois gratia & dona gratiarũ primo
deſcenderũt a Chriſto ad apl'os:& ab apl'is ad totã eccleſiã
vſq; ad finẽ terrę. Ex ſupradictis concluditur & ſequit̃: ꝙ ſi-
cut oleũ cõſecrationis non deſcendebat a capite ſacerdotis:
niſi ad ſola mẽbra & veſtimẽta ſua. Ita ois virtus & gratia
non deſcẽdit a Chriſto: niſi in ſolã eccleſiã & mẽbra ſua fi-
delium. Itẽ ſicut ille ros cæli nõ deſcẽdebat de cælo: niſi ſo-
lũ in mõtẽ Sion & Hermon: q̃a nec ros nec pluuia cadebat
ſup mõtes Gelboe: ita pariter gr̃a Chriſti nõ deſcẽdit nec ca
dit niſi ſup eccleſiã Chriſti charitate vnitam. Et ſic patet ꝙ
nullus põt participare gratiã Chriſti in p̄ſenti: nec gloriã in
futuro: niſi efficiat̃ mẽbrũ Chriſti:& habitet in eccleſia:&
cooperiat̃ veſtimẽto Chriſti fide ſpe & charitate cõtexto:&
tegat̃ illa tunica incõſutili: q̃ nõ fuit diuiſa in paſſione Chri-
ſti. de qua dictũ eſt pſal.xxj. Et in hoc cõſiſtit tota ſententia
huius pſalmiculi parui in quãtitate: ſed magni in ſnia & ꝓ-
funditate. Sed quia dicit ꝙ charitas nõ ſolũ eſt iocunda: ſi-
cut vnguentũ illud p̄dictum: ſed etiam eſt bona.i.fructuoſa
ſicut ros Hermon:& ſicut ros qui deſcẽdit in mõtem Sion.
¶ Ideo eſt aduertendũ: ꝙ duo mõtes reperiuntur fructife- I
ri inter cæteros in terra ꝓmiſſionis.ſ. Hermon & Sion. Sed

mons Hermon eſt duplex. Vnꝰ magnꝰ & excelſus: q claudit
terrā ꝓmiſſionis ab aquilone: & eſt inter tribū Neptalim &
agrū damaſcenū: a quo monte emanant Farfar & Abbana
flumina Damaſci ex latere aquilonari. ex latere aūt meridi-
onali orit̃ fons Fiala dictꝰ: vbi putat̃ origo Iordanis. qui q-
dem mōs continuat̃ cū Libano: niſi ꝙ eſt modica vallis me-
dia: vbi eſt introitus Emach. Iſte ergo mons Hermon eſt ma
gis fructifer & vber & feracior inter mōtes oēs Syriæ in omī
genere lignoꝝ & fructuū & hærbarum: vbi nutriuntur innu
mera armenta boum & pecoꝝ & greges pecudū: ſup quem
montē cadit cōtinuꝰ ros cæli admodū mānę fœcundās illū
montē. Eſt etiam alius mons paruus in Galilea iuxta Iorda
nem & Salim vocatus Hermon paruus & modicus: de quo
pſal. xlj. Hermon a mōte modico: ſilr fœcūdus & ferax aptꝰ
ad paſcua, irroratus rore cæli. Ita ſimiliter mons Sion i quo
eſt ſita arx & ciuitas Hieruſalē, eſt vber & ferax & fructuo-
ſus propter frequentē rorē deſcēdentē in eū de cælo. Iſti ꝑ-
fecto duo montes figurabāt eccleſiā Chriſti. Nam Hermon
interꝑtatur excelſus & fructuoſus: denotans celſitudinē cru
cis eccl'ię Chriſti: ſuper quē deſcendit ros grē & noſtrę redē-
ptionis & ros ſanguinis Chriſti: qui fœcundā & feracē & fru-
ctiferā fecit eccleſiā & crucem. Item Sion interꝑtat̃ ſpecula:
ad denotandū ꝙ in eo debebat Chriſtus apparere & vide-
ri in cruce & in ꝑdicatione: ſup quem debebat deſcendere
ros & gratia donoꝝ ſpūs ſancti ſup diſcipulos & totā eccle-
ſiam in monte Sion in die pēthe. congregatā. qui quidē ros
fecit eccleſiā fructiferā fœcunditate ſacramentoꝝ &c. Et iō
propheta myſtice & prophetice loquendo dicit: ꝙ charitas
& habitatio fratrum in vnitate & dilectione eſt fructifera: &
ita bona ſicut ros Hermon: & ros qui deſcendit in montem
Sion: qui facit terram fructiferā. Et ad oſtēdēdū ꝙ totū hoc
dicit prophetice: concludit dicens.

Quoniam illic mandauit dominus benedictio
nem & vitam: vſq; in ſæculum.

¶ Qm̄ illic. i. ideo charitas eſt ita bona & fructuoſa ſicut ros
qui deſcendit in montem Sion: quoniam illic. i. in mōte Siō
figurante eccleſiam mandauit & miſit dominus benedictio
nem & vitam. Primo in figura ſupra templū dñi: vbi fiebāt
ſacrificia & laudes. Scđo in re ſuper apoſtolos & eccleſiam
ibidem congregatam: quando deſcendit ros donoꝝ ſpiritꝰ
ſancti ſuper eos in die penthecoſtes. & ſimiliter qn̄ deſcen-
dit ros ſanguinis Chriſti ſuper crucē figuratā ꝑ mōtem Her-
mon. Vel poteſt ly illic referri ad charitatē & habitationē
fratrū. vt ſit ſenſus. ita eſt iocunda & charitatiua & fraterna
habitatio ſicut ros Hermon & Sion. quoniā illic. i. inter cha
ritatiuā habitationē fratrū mādauit dñs benedictionē & vi
tam vſq; in ſæculū: quia vbi charitas & amor ibi deus eſt: &
hoc eſt magnū & maximū mādatū: quod deus mandauit: vt
patet Matthæi. xxij. Licet iſtud aduerbiū illic poteſt ſtare ꝓ
illuc, referendo ad montē Sion: & pro ibi referendo ad vtrū
ꝙ. ſ. ad charitatem & Sion.

Ecce nūc benedicite dominum: omnes
ſerui domini.
Qui ſtatis in domo domini: i atriis do
mus dei noſtri.
In noctibus extollite manus veſtras in ſancta:
& benedicite dominum.
Benedicat te dominus ex Sion: qui fecit cęlum
& terram.

¶ Vltimus gradus & laus diuina eſt gratiarū actio. nā quā-
do quis cōſummauit peregrinationē vel aſcenſum difficilem
& arduū benedicit deū grās agendo. Ideo Dauid fecit hūc
pſalmū ꝓ vltimo gradu. Nā qn̄ ſacerdos aſcenderat vltimū
gradū & iā erat in tēplo cū alijs: tunc inuitabat oēs alios ad
laudē dei: maxime cū primo ſacerdotes aſcendentes intro-
duxerunt arcā dei: & collocauerunt in templo. Tūc dixit ſa-
cerdos magnus. O vos fideles qui iam ſtatis in domo dñi, in
atrijs domus dei noſtri: ecce nūc bñdicite dñm: gratias agen
do & laudes cātādo: qui noſtrū intentū & deſideriū adiple-
uit: quia videmus templū ꝑfectū & arcā introductā in tēplo.
Et extollite manus veſtras in ſancta ſanctoꝝ: vbi arca repo
nitur: nō ſolū in die: ſed etiā in noctibꝰ perorantes & gratias
agentes: & bñdicite dñm benedictione laudis & cōfeſſionis
Et tunc ſacerdos conuerſus ad popl'm bñdixit eū dicens. Be-
nedicat tibi dñs ex templo: qđ eſt in monte Sion ſitū: dñs di
co qui fecit cęlū & terrā. & poſt datā benedictionem ppl'us
reuerſus eſt ad ſua. ¶ Vñ eſt aduertendū: ꝙ frequenter cū K
nominat̃ deus in libro pſalmoꝝ: ſequitur qui fecit cęlum &
terrā. Nā nullus populus credebat mundi creationē: niſi po
pulus Iſrael. Nā licet gentiles multū venerarent̃ deos ſuos
ob aliquas virtutes: tñ nullū deū vocabāt creatorē: cū puta
rent mundū eſſe ab æterno: niſi aliqui poetę qui poſuerunt
formationē rerū ex illo primo chao: in quo erant formę reꝝ
omnes in cōfuſo, ſicut dicebat Anaxagoras, quem ſecutus eſt
Ouidius & Virgilius. licet illa non eſſet creatio ex nihilo in
tpe. Nā dicit Ouidiꝰ: ꝙ Ante mare & terras, & qđ tegit oia
cælū, Vnus erat toto naturæ vultus in orbe: Quē dixere cha
os: rudis indigeſtaq; moles: Nec quicq̄ niſi pondus iners, cō-
geſtaq; eodē Nō bene iūctaꝝ &c. Ex quo patet ſcđm eos ꝙ
oia iſta erant coeterna deo. i. indiſtincta in illo chao. & ſic ta
ctio reꝝ nō eſſet creatio ex nihilo: ſed quędā diſtinctio for-
matum ex illo chao. vt ait Virgilius in Bucolicis, Et paulat
rerum ſumere formas &c. Ex quo patet ꝙ ſolus deus Iſrael
credebatur creator cęli & terrę. Ideo Dauid cōiter qñ nomi
nat verū deū Iſrael: addit: qui fecit cęlū & terrā: ad differen-
tiā falſorum deoꝝ gentiliū: quoꝝ nulla erat poteſtas. Ideo
ſolus deus Iſrael q fecit cęlū & terrā, poteſt benedicere & ꝓ-
tegere: & eſſe adiutor &c. ¶ Vñ eſt iterū aduertēdū: ꝙ Da-
uid non eſt minus propheta in hoc pſal. q̄ in cæteris. Nā ſi-
cut dictū eſt: illud templū ſignificabat eccleſiā: & illa arca fi
gurabat verbū incarnatū. ſ. Chriſtū: qui in eccleſia tanq̄ ca-
put erat reponendus. In qua nunc latet per gratiā: & in ſa-
cramentis & in euchariſtia eſt realiter tectus ſub accidenti
bus. Ideo inuitat Dauid populū Chriſtianū ad laudādum
Chriſtū deū in hūanitate latentē tāq̄ in arca, & in eccl'ia tāq̄
in tēplo ſuo poſt incarnationē & paſſionē. Itē inuitat oēs cō-
prehēſores: vt laudent & bñdicāt eū repoſitū in cęlo ad dex
terā patris poſt aſcenſionem. Et iō fidelis ſacerdos & chri-
ſtianus aduertat cū recitat hunc pſal. & alios. Dicit ergo Da
uid eccl'ię fideliū. O oēs chriſtiani ſerui dñi nřī Ieſu Chriſti:
qui iam ſtatis in domo dñi ędificata per Chriſtū & in atrijs
domꝰ dei nřī. ¶ Vñ nota ꝙ eccl'ia fideliū habet tria atria. ſ. L
fidē ſpē & charitatē. Nā quidā habitant tantū in prio atrio
. ſ. habētes fidē informē. Alij in ſecundo: quia habent fidem
cū aliqua ſpe: ſed non operant̃ per charitatē. Alij. ſ. iuſti ha-
bitant in tertio atrio eccleſię. ſ. operātes per fidē formatam
ſpe & charitate: & iſti poſſūt bene laudare & bñdicere dñm.
& his loquitur dicens. Qui ſtatis in domo domini: in atrijs
domus dei noſtri per fidem formatā ſpe & charitate: bene-
dicite dñm benedictione confeſſionis & laudis. Item eccl'ia
habet tria atria. i. tres ſtatus. Nam in primo ſunt incipientes
ſiue pœnitentes: in ſcđo proficientes: in tertio perfecti. quia
oēs iſti habitant in domo dñi collocati in tribus atrijs. Ideo
oēs hos exhortat̃ ad laudem dei. ¶ Silr eſt aduertendū: ꝙ
tot atria ſunt in eccleſia: quot ſunt dignitates & ſtatus. ſ. apo
ſtoli, euangeliſtę, doctores, pręlati, virgines, viduę. & ſtatus
cōmunis coniugatorum. Omnes iſti habent atria diſtincta
in eccleſia quo ad gradus: licet viuant ſub vna fide & chari-
tate. ſimiliter in domo domini triumphanti habent man-
ſiones diſtinctas. Quos omnes inuitat propheta ad laudem

poſtꝗ aſcenderunt ad domũ dñi per ꝑdictos xv.gradus &c. & poſtꝗ arca Chriſti repoſita eſt in eccl'ia per Chriſtũ ędificata:& benedicta &c. ¶ Et nota ꝙ ly in noctibus aliter ordinatur in hebræo:& tranſlatione Hierony.& aliter in noſtra.Nã ibi ordinaĩ ſic:qui ſtatis in domo dñi:in atrijs domus dei noſtri in noctibus.ĝ ponĩ in fine ſecũdi verſus:& ex conſequenti incipit tertius verſus.Extollite man⁹ veſtras in ſancta &c.Et tunc eſt ſeoſus.O vos fideles qui in noctib⁹ & per noctes ſtatis in domo dñi:extollite manus veſtras in ſancta &c.& ponitur ly in noctibus pro ſtatu huius eccl'ię & huius vitę:quę dicĩ nox reſpectu gl'ię & vitæ futuræ:vt ſrequẽter dictũ eſt.Quaſi dicat.O vos fideles qui ſtatis & habitatis in hac eccl'ia & in hac vita mortali:in qua deus videtur ſolũ ꝑ fidẽ & ſpeculũ in enigmate:extollite manus vr̃as in ſancta ſanctoꝝ petendo veniã,& remiſſionẽ peccatoruꝫ:& gloriã pro futuro .& vt facilius veleatis impetrare,benedicite dñm eius mirabilia cantando:& referendo:& in eius memoriã feſta celebrando.Et etiã eſt dicẽdũ ꝙ Dauid exhortabatur & inuitabat etiã fideles & ſacerdotes veteris te. qui cõueniebant ad illud tẽplũ:& erant in illa nocte:& vmbra vete.teſt.vt extollerent manus ad deũ vt mitteret Chriſtũ Meſſiã in lege promiſſum.Nam ſicut nos extollim⁹ manus noſtras in ſancta agendo gratias ꝓ beneficijs redẽptionis iã receptis:& petimus gloriã futuraꝫ:ita illi extollebant manus in illa ſancta ſanctoꝝ:agẽdo gr̃as de exitu Aegypti:& ingreſſu terrę ꝓmiſſæ:& petebãt Chriſtũ & redẽptioneꝫ futurã.Et ad hæc exhortabatur Dauid eos:prout ꝑuiderat in ſpiritu:& vtrũqꝫ ſtatũ inuitat in hoc pſalmo.

LAudate nomen domini: laudate ſerui dominum.

Qui ſtatis in domo domini:in atriis domus dei noſtri.

¶ Titul⁹ Alľa.Notãdũ ꝙ ſicut Dauid fecit ꝑdictos.xv.pſal. ꝓ aſcẽſu.xv.graduũ:vt dictũ eſt:ita fecit hũc pſal.& ſequentẽ ad laudandũ deũ poſt introitũ tẽpli:vt eos cãtarẽt leuitę:poſtꝗ fuerat in quiete arca iã collocata in ſanctis ſanctoruꝫ:& vt cantarenĩ in dedicatione tẽpli:& in oĩbus renouationibus eius.Vnde tanta eſt virtus huius pſal.& ſequẽtis ꝙ cum cãtarent eos leuitę ignis de cęlo deſcẽdit ſup holocauſta:& cremauit ea:& gl'ia dñi circũfulſit eos:vt patet.ij Paralypome.vij.In hoc ergo pſal.tria facit.Nã primo inuitat oẽs ſtãtes in tẽplo ad laudẽ dei ꝓpter oĩpotẽtiã:quia ſolus eſt oĩpotens & verus deus.Secũdo demonſtrat ꝙ oĩa idola ſunt deteſtanda:eo ꝙ non ſunt veri dij.Tertio reſumit & exhortaĩ oẽs ſtatus fideliũ ad benedicendũ deũ.Secũdũ:ibi.Simulacra gentiũ.Tertiũ:ibi.Domus Iſrael benedicite.Quantũ ad primũ dicit.O vos oẽs ſerui dñi:qui iam aſcẽdiſtis.xv.grad⁹:& iam ſtatis in domo dñi in atrijs dom⁹ dei noſtri:poſtꝗ etiã repoſita eſt arca in templo:Laudate nomen dñi. Et exponitur ſicut in ꝑcedẽti pſal.nõ ſolũ literaliter:ſed etiã figuraliter & prophetice de Chriſto & eccl'ia:vt dictum eſt.Et reddit duas cauſas quare tenentur ipſum laudare.

Laudate dominum quia bonus dominus:pſallite nomini eius quoniam ſuaue.

Quoniam Iacob elegit ſibi dominus:Iſrael in poſſeſſionem ſibi.

¶ Prio quia de ſe eſt bon⁹ & ſuauis.i.miſericors.Nã nomen eiusqꝫ ẽ Ieſus ẽ ſuaue:qꝛ ĩa ĩportat ſalutẽ & ſic de⁹ eſt bon⁹ & ſuauis & benignus:Quod probatur.qm̃ de⁹ elegit Iacob in hæreditatẽ ſibi prę cęteris nationibus.ergo valde fuit ipſi ſuauis:quia dũ nihil boni vel mali egiſſent, Iacob dilexit & Eſau odio habuit & elegit totũ populũ Iſrael in Iacob:vt poſtea demonſtrauit per effectũ.ergo maxime Iſrael tenetur laudare deum:quia ſolus aſcendit.xv.gradus cũ arca:& ſtat in domo domini:& in atrijs domus dei noſtri.

Quia ego cognoui ꝙ magnus eſt dominus:& deus noſter præ omnibus diis.

¶ Secundo eſt deus de ſe laudandus :quoniam omnipotens & verus deus:& nullus alius eſt deus pręter ipſuꝫ:quoniam ego cognoui ꝙ magnus eſt dominus & omnipotens & deus noſter eſt verus deus ſolus præ oĩbus dijs:id eſt omnibus alijs dijs refutatis vt falſis.

Omnia quęcunqꝫ voluit dñs fecit in cęlo & in terra:in mari & in omnibus abyſſis.

¶ Quia prędicta cõcluſio habet duas partes.ſ.ꝙ de⁹ noſter eſt ſolus verus deus:Secunda pars eſt ꝙ nullus alius eſt deus,ſcilicet ꝙ idola non ſunt dij:Ideo primo probat primam partem.ſecundo ſecundaꝫ :ibi.Simulacra.Probatur primũ,ſcilicet ꝙ deus noſter qui dicitur deus Iſrael eſt verus de⁹ & oĩpotens.Nam oĩa quæ voluit fecit in cælo,& in terra,& in mari,& in oĩbus abyſſis,ergo eſt domin⁹ & omnipotens in cælo,& in terra,& in mari,& in inferno.& ſic eſt verus deus pręomnibus dijs.

Educens nubes ab extremo terrę:fulgura in pluuiam fecit.

Qui producit ventos de theſauris ſuis:qui percuſſit primogenita Aegypti ab homine vſqꝫ ad pecus.

Et miſit ſigna & prodigia ĩ medio tui Aegyptę:in Pharaonẽ & in omnes ſeruos eius.

¶ Probaĩ primũ ꝙ ſit dñs & facit qđ vult in cælo.nam ipſe eſt.educens:& eduxit nubes ab extremo terrę:& fecit fulgura conuerti ſup.in pluuiã.hoc eſt:nã in nubibus apparent fulgura incenſa ex exhalationibus ſiccis:& ſic terrent homines:ſed deus conuertit nubes in pluuiã abſqꝫ læſione:ad irrigandam terrã.Et totũ hoc fit ex diuina prouidentia:quę ꝓducit ventos de theſauris ſecretis ſuis:& vehunt nubes ſuper terrã vt reſoluantur in aquã ad vtilitateꝫ hominũ.ſed nullus facit iſta niſi ſolus deus:qui ex ſua oĩpotentia & diuina ꝓuidẽtia producit iſta de theſauris ſuis ſecretis,quę ignota ſunt hominibus.Vnde Ariſtoteles & multi philoſophi ante euꝫ & poſt voluerunt reddere cauſas naturales de oĩbus meteoricis:ſed in multis decepti ſunt:& ſeipſos fefellerunt:vt patet de mirabilibus effectibus fulminũ in momento:de quibus nec valent:nec ſufficiunt reddere cauſas.Itẽ nec de generatione & inundatione magnoꝝ fluuioꝝ.vt de Nilo,& Euphrate:& Gange:& cæteris ſemp inter ſe philoſophi diſcordant & deficiunt.Itẽ tpe peſtilẽtię cũ vidẽt varios effectus & irreparabiles in eadẽ regione & ciuitate & domo:oĩes medici ſtupeſcunt:& philoſophi cum vident ſe deceptos:nec poſſe certam rationem reddere:dicunt,ita deus vult:ſic ipſi placet:ſolus ipſe ſcit:natura deficit.Ideo dicit hic:ꝙ deus producit vẽtos de theſauris ſuis.i.de ſecretis:qꝛ facit ſicut vult.& nos nõ debemus terrere tẽpus quęrendo alias cauſas friuolas & incertas. ¶ Qui percuſſit.Hic probat ꝙ deus facit quod vult in terra.Nã percuſſit primogenita Aegypti ab homine vſqꝫ ad pecus.Itẽ facit quod vult in mari.Nam miſit ſigna & ꝓdigia in medio tui o Aegypte,decẽ plagas inferendo:& in Pharaonem & omnes ſeruos eius,eos ſubmergendo in mari rubro:diuidendo aquas:& reducendo.Ergo eſt etiam dominus maris & omnium aquarum.

Qui percuſſit gentes multas:& occidit reges fortes.

Seon regem Amorreorum:& Og regem Baſan:& omnia regna Chanaan.

Et dedit terram eorum hæreditatem: hære-

ditatem Iſrael populo ſuo.

¶ Eſt etiam dñs hominum & ciuitatum & regnorum. Naꝫ ipſe percuſſit gentes multas.ſ. Amalechitas, & alios, & occidit reges fortes ſcilicet. Seon regem Amorreorum: & Og regem Baſan: & ſuperauit omnia regna Chanaan cum regibus ſuis: vt patet per totum diſcurſum libri Ioſue. Et dedit terram eorum hæreditatem: hæreditateꝫ dico Iſrael populo ſuo. Per hoc demonſtrat omnia iſta facta fuiſſe in figura Chriſti & eccleſiæ. Ideo ſubdit Dauid dicens,

Domine nomen tuum in æternum: domine memoriale tuum in generatione & generationem.

Quia iudicabit dominus populum ſuum: & in ſeruis ſuis deprecabitur.

¶ Dñe omnia iſta myſteria ſupradicta feciſti in memoriale tuum: & figuram Chriſti, & eccleſiæ in generatione & generationem: quia ſignificabant noſtram futuram redẽptionem & liberationem a captiuitate diaboli: & qualiter filij Iſrael ſecundum promiſſionem erant poſſeſſuri hæreditatẽ eccleſię tuę: hic per gratiam, & in futuro per gloriam. Et ſic memoriale tuum ſupradictorum myſteriorum cõplebitur p Chriſtum in generatione & generationem: & regnabit hic vſq; ad iudicium in hac eccleſia, & in fine iudicabit dñs populum ſuum: & ſic oſtendet ſe dñꝫ cæli & terrę & inferni q2 diabolos & homies malos damnabit: & bonos ſaluabit: q2 in ſeruis ſuis deprecabitor, & exorabitur, & audietur dando eis præmium & felicitatem. Vnde etiam iſte verſus põt continuari cum ſententia præcedenti, intelligendo de vtroq; aduentu & iudicio: vt exponatur ſic. O domine Ieſu omnia myſteria ſupradicta erunt memoriale tuum, & figura i generatione &, generationem: vſq; ad aduentum in carnẽ: & tunc iudicabit dominus Ieſus populum ſuum iudicio diſcretionis fideles eligendo: & infideles, & obſtinatos reprobando: vt ipſe dicit Ioan.ix. Iudicium venit in mundum: vt qui non vident videant: & qui vident, cæci fiant. Et exinde memoriale Chriſti iam non in figura: ſed in re in generationem vſq; ad iudicium finale: & tũc iudicabit populum.ſ. iudicio examinationis &c.

Simulachra gentium argentum & aurum: opera manuum hominum.

Os habent & non loquentur: oculos habent & non videbunt.

Aures habent & non audient: neq; enim eſt ſpiritus in ore ipſorum.

Similes illis fiant qui faciũt ea: & omnes qui cõfidunt in eis.

¶ Probata prima parte concluſionis probat ſecundam, ſcilicet q idola gentium non ſunt veri dij. Probatur. Nam verus deus non eſt factus: nec mortuꝰ: aut vita priuatꝰ, ſed idola & ſimulacra gentium ſunt opera manuum hominum. ergo facta. Item verus deus eſt vere vita: in quo omnia viuũt: ſed ſimulacra gentium non viuont: quia os habent & nõ loquentur, & oculos habent & non videbunt, & nec eſt ſpiritꝰ in ore eorum: & ſic nec ſpirant nec reſpirant. ex quo patet q non viuunt: ex quo patet q non habẽt verũ os: nec oculos: nec aures: ſed ęquiuoce. Similes illis fiant q faciunt ea: put declaratum eſt pſal.cxiij.

Domus Iſrael benedicite domino: domus Aaron benedicite domino.

Domus Leui bñdicite domino: qui timetis dominum benedicite domino.

Benedictus dominus ex Sion: qui habitat in Hieruſalem.

¶ Repetit exhortando omnes ſtatus ad benedicẽdũ deũ, dicens. O domus Iſrael.i. tota chriſtiana religio bñdicite domino: & o domus Aaron.i. ſtatus ſacerdotalis bñdicite dño: & o domus Leui.i. omnes eccleſiaſtici ad ſeruitiũ dei dedicati bñdicite dño & omnes qui timetis dñm.i. oẽs iuſti: quorꝫ laus eſt accepta: bñdicite dño: quia ſolus dñs qui habitat in Hierłm iſta per gratiam: & in alia per gloriam, eſt benedictus ex Sion.i. ex populo fideli. q.d. poſtq̃ ſimulacra gentiuꝫ non ſunt benedicenda: nec colenda propter ratiões ſupradictas: ergo qui eſtis, verus Iſrael benedicite domino noſtro Ieſu Chriſto: & vos domus Aaron.i. ſacerdotes figurati per Aaron &c. quia Chriſtus eſt verus deus qui deſtruet omnia ſimulacra gentiuꝫ. Ex quo patet q Dauid in hoc pſal. non inuitat ad laudẽ dñi Iſraelem: nec Iacob ſecundum carnem ſed ſcdm promiſſionẽ & electioneꝫ, qui ſunt fideles vtriuſq; teſtamenti. vñdicit. Laudate nomẽ dñi: qd eſt Ieſus, omnes ſerui dñi &c. qm̃ dñs elegit Iacob in hęreditatẽ ſibi. Ex quo ptꝫ, q nõ inuitat Iudeos modernos: quia nõ ſunt electi ſed reprobati: q2 non receperũt nomen domini qđ eſt Ieſus: immo ipm̃ negauerunt. ſed ſoli apłi, & ppł's chriſtianꝰ, q Chriſtũ recepit: eſt a deo electus. Et ideo eſt verus Iacob & Iſrł: & ſunt veri ſerui domini. Ergo populũ chriſtianũ inuitat Dauid ad laudandum Chriſtũ, & nomen eius in ſuo aduentu: q fecit ſupradicta mirabilia in lege veteri: & maiora in nouo teſta. per illa figurata. Ideo aduertat lector, & ſciat concordate figuram cum figurato: quia idem deus fecit mirabilia in vtroq; teſtamento.

Confitemini dño quoniã bonus: quoniã in ęternum miſericordia eius.

¶ Titulus, Allła. Vñ eſt aduertẽdũ: q Dauid fecit hõc pſalmũ pro dedicatione tẽpli cũ p̃cedente: vt dictum eſt, ad laudandũ deũ. Iõ in multis cõuenit cum p̃cedente. ſꝫ forſan hæc eſt differentia. Nã p̃cedentẽ pſalmũ cãtabat ſolꝰ chorus Leuitarũ: ſed iſtũ incipiebat chorus Leuitarum: & in quolibet verſu reſpondebat ppł's: Qm̃ in ęternum mĩa eius. & iõ in Hebręo cũ quolibet verſu ſuperadditur: Qm̃ in æternũ mia eiꝰ. ſcdm q reperitur ſcriptũ: ſicut accidit in ſæcularibus cãtilenis. Nã chorea ſemp repetit principiuꝫ cantilenę: cũ principalis cãtauerit verſũ. Et ſic etiã reperitur in cantico trium puerorũ in Chaldęo. Nã in fine cuiuſlibet verſus additur. Laudate & ſuperexaltate eũ i ſecula. & hoc accidit: q2 vnꝰ eorꝫ ſpũ ſancto illuſtratus dicebat verſus: & duo alij reſpondebant. iõ forſan ibi dr̃. Oẽs vno ore dicebant &c. quaſi dicat̃: q nullus tacebat laudare &c. Et iõ cum cãtaret̃ iſte pſal. apparuit gł'ia dñi in tẽplo: vt ptꝫ. ij. Paralypomenõ. vij. Duo ergo facit in hoc pſal Nã pꝛio inuitat populũ ad confitendũ dño ratione ſuę bonitatis. Scđo ibi. Qui fecit. reddit cauſas, vel pbat p effectũ deũ eſſe bonũ. Vel poſſumus dicere, q in p̃cedenti laudatur deus inquantum magnus & bonus & oipotens: in hoc aũt inquantuꝫ miſericors. Dicit ergo. Confitemini domino quoniam bonus eſt ſup. qm̃ miſericordia eius eſt, & erit in ęternuꝫ, & fuit: q2 ſemp fuit miſericors: nec' deficit inuocantibus eum. Et ſequitur.

Confitemini deo deorum:

¶ Id eſt angelorũ & iuſtorum q dicunt̃ dij per participationẽ pſal.lxxxj. Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi oẽs. Addit̃ rũſio. Quoniam in ęternum mia eius.

Confitemini domino dominorum:

¶ Scilicet regum, & principum. quia non ſoluꝫ eſt deus angelorum: ſed etiã eſt dñs regũ, & principũ, & oim dñorũ terrenorum: quia ipſe dat & aufert eis regna ſicut ipſi placet. Et reſpondetur: qm̃ in ęternum miſericordia eius. & ſic in fine cuiuſlibet verſus vſq; ad vltimum.

Qui facit mirabilia magna ſolus.

¶ Probat q̇ ſit deus deorum & dñs dñorũ, dicens: qa fecit mirabilia magna ipſe ſolus & nullus alius.

Qui fecit cælos in intellectu:

¶ Probatur hoc primo q̇ eſt deus deoꝝ. Nã ipſe fecit cælũ in intellectu. i. per intellectũ & verbum ſuũ. Naꝫ ab æterno ideę oĩm rerum erant in intellectu & verbo diuino, ad quarum exemplar creauit omnia ex tempore ſcdm ſpecies ſuas, & fecit etiam cęlum empyreum in intellectu. i. pro ſubſtantijs intellectualibus ad gloriam earum.

Qui firmauit terram ſuper aquas:

¶ Id eſt eminẽtẽ ſup aq̃s. Nã ſicut dictũ eſt pſal. ciij. ſemper apua ſituat̃ in terra, & ſup terrã. Sed qa petit ſp valles & infima: & mõtes ſupeminent: iõ dicitur terra fundari. i. eminere ſup aquas quo ad mõtes. & ſic dicitur Neapolis ſup mare, & Alexãdria, & Tyr⁹. Et etiã hoc põt intelligi quo ad venas terrę per quas currũt maxię aquę: & etiã in viſcerib⁹ terrę ſũt maxima receptacula aquarũ: vñ egridiuntur maxia, & vaſtiſſima flumina: ſicut Tanais & Boriſthenes. nam dictũ eſt q̇ intra mare ſubmergunt̃ magnę aquę, & vadũt ad receptacula terrę & exinde fluunt magna flumina: quę qdẽ aquę dulcorant̃ in viſceribus terrę ex nimia frigiditate, & lõgo tractu. & etiã multa flumina ſubmergunt̃ in vno loco: & emergunt, & oriũtur in alio: vt dicit̃ de Nilo, & Tygri: & ſic ſerpunt ſubtus terram. Et ideo terra videtur iſto modo fundari ſuper aquas: qđ nõ fuit ſine magno miraculo, & oipotentia dei, intantum qđ intellectus noſter non põt ſufficienter reddere rationem de his. Et ſequitur.

Qui fecit luminaria magna:

Solem in poteſtatem diei:

Lunam & ſtellas in poteſtatem noctis.

¶ Qui fecit. ſ. vt ſol p̃eſſet diei: vt dr̃ Geñ. j. & luna & ſtellę luceãt p noctẽ. Totũ hoc etiã põt referri ad illud. Confite
M mini deo deoꝝ. ¶ Nã gentiles adorabãt ſolem tanq̃ deuꝫ, quã Phœbũ & Appollinem vocabant, & etiam adorabant lunã, quã Dianã, & Lucinam, & Iunonẽ vocabant. & adorabant ſtellas: in quibus putabant ſtellificatos famoſos principes Iouẽ, & Mercurium, & Saturnum, & Herculẽ &c. Et iõ dicit hic Dauid. Cõfitemini dño: quia ipſe eſt deus & dñs deoꝝ: quos gentiles adorant, & ipſe fecit eos. ſ. ſolem, & lunam, & ſtellas &c. & ſic eſt deus deorum.

Qui pcuſſit ægyptũ cũ primogenitis eorum.

Qui eduxit Iſrael de medio eorum:

In manu potenti & brachio excelſo:

¶ Itẽ eſt etiã dñs principũ & dñoꝝ terrenoꝝ. Probatur. nã ipſe eſt ille dñs qui percuſſit Aegytuꝫ. ſ. Aegyptios cum primogenitis eorum: vt patet in Exo. Qui eduxit Iſrael de medio eius. ſ. Aegypti: & hoc in manu potenti, & etiam pſona & brachio excelſo: qa cũ ſignis & prodigijs ſupra naturaꝫ.

Qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones.

Et eduxit Iſrael per medium eius:

Et excuſſit Pharaonem & virtutem eius ĩ mari rubro:

¶ Iſta lr̃a eſt ſatis plana, & expoſita ſuperius pſal. lxxvij. & ciiij. & in plerisq; locis etiam quo ad ſenſum ſpiritualem.

Qui traduxit populum ſuum per deſertum:

Qui percuſſit reges magnos:

Et occidit reges fortes:

Seon regem Amorreorum:

Et Og regem Baſan:

Et dedit terram eorum hæreditatem: hęreditatem Iſrael ſeruo ſuo.

¶ Qui traduxit ppl'ꝫ ſuũ per deſertũ. xl. annis: & pcuſſit reges magnos &c. vt expoſitũ eſt pſal. p̃cedẽti p hos. v. verſus.

Quia in humilitate noſtra memor fuit noſtri:

Et redemit nos ab inimicis noſtris.

¶ Quia in hũilitate noſtra. i. in pſecutione & tribulatione: meõr fuit noſtri ſemp miſerendo, & ſubueniendo: iõ ſequit̃, & redemit nos ab inimicis noſtris Aegyptijs, & cæteris infeſtantibus nos tempore Iudicum & Saulis & Dauid.

Qui dat eſcam omni carni:

Confitemini deo cęli:

Confitemini domino dominorum: quoniam inęternum miſericordia eius.

¶ Et cõfitemini deo cæli, qui eſt verus de⁹: & dat eſcã, & cibũ, & victũ omni carni. i. oĩ aiali. Licet totus pſal. debeat intelligi ſpũalr̃ de Chriſto & eccleſia: tñ principalius demonſtrant iſti quatuor vltimi verſiculi loqui de Chriſto & eccl'ia iõ dicit: quia ipſe dñs Ieſus Chriſtus fuit meõr nr̃i in hũilitate, & deiectione, & captiuitate noſtra in poteſtate diaboli: & etiã meõr fuit nr̃i ĩ hũilitate noſtra & clamore: quia omẽs patriarchę & pphetę cũ hũilitate clamabant: vt Chriſt⁹ veniret, & ſic venit & redẽit nos ab iĩmicis nr̃is diabolis, & Iudęis, & tyrãnis p mortẽ & paſſionẽ. Cõfitemini & deo cęli q dat eſcã ſacramẽti altaris oĩ carni fideli. Et concludit cum principio. Cõfitemini dño dñoꝝ: qm̃ inęternum &c.

SVper flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus: dum recordaremur tui Sion.

¶ In Hebręo huic pſal. null⁹ titulus preponit̃: ſꝫ in plerisq; Biblijs inuenitur talis titulus. ſ. pſal. Dauid propter Hieremiam. Vnde forſan aliquis videns q̇ iſte pſal. eſt quędã lamentatio Iudęorum facta propter captiuitatem Hieruſalẽ per Nabuchodonozor, q̃ concordat cũ lamentatiõe Hieremiæ: iõ appoſuit hunc titulum: quia manifeſta eſt materia. Hiero. autem in prologo ſuper Abdiam videtur aſſerere q̇ Dauid fecit hunc pſalmum dicens: De quo regno olim per Dauid in pſal. cxxxvj. dictum eſt. Memẽto dñe filiorũ Edõ in die Hierl'm &c. Sed quidaꝫ dubitant ne forte iſte pſal. ſit factus poſt reditum a captiuitate per Eſdram: eo q̇ poti⁹ videtur hiſtoria q̃ prophetia: cum ita clare nominet Babyloniam &c. Sed hoc nõ refert. Naꝫ reuelationes ipſius Dauid fuerũt ita clarę: vt ipſemet dicit. ij. Reg. xxiij. q̇ excedũt oẽm pphetiã. ¶ Et ideo de paſſione Chriſti in quatuor pſalmis ſcilicet. xxxj. & xxxiiij. & lxviij. & cviij. magis viſus eſt euãgeliſta q̃ propheta. Nec fuit Dauid minus propheta q̃ ille q venit de Iuda in Bethel ſub Hieroboã ſtante ſupra altare vituli, qui dixit. Altare altare: hæc dicit dominus. Ecce fili⁹ naſcetur de domo Dauid Ioſias nomine: & immolabit ſup te ſacerdotes excelſorum &c. quod quidem verbum impletum eſt per Ioſiam poſt. CC. annos: vt patet. iiij. Reg. xxiij. Item Eſaias cap. xlv. manifeſte nominauit Cyrum qui poſt CC. annos dimiſit captiuitatem iſtam. Ex quo patet, q̇ iſta captiuitas & deſtructio templi fuit reuelata ipſi Dauid: eo q̇ multum laborauit & orauit vt ſciret futuras fortunas proſperitatis & aduerſitatis illius regni, & ciuitatis, & templi: & ſic fecit plures pſal. de illa vaſtatione. ſ. lxxij. & xxviij. & iſtum. Et iſte pſal. eſt quędam tragœdia ſeu lamẽtatio, in qua chorus Iudęorum captiuorum in Babylonia deflet miſeriam & infelicitatem ſuam: dum recordabatur præteritę felicitatis, & proſperitatis templi, & cultus diuini. in quo duo facit. Nã primo facit quod dictum eſt. Secũdo petit vltionem de ſuis afflictoribus, ibi. Memor eſto. ¶ Quantum ad primum

N

dicit chorus captiuorum. O Sion nos ſedebamus & ſedimus ſuper flumina Babylonis:& illic fleuimus dum recordaremur tui.ſ.ciuitatis & templi qđ eſt ſitum in te:& dum recordaremur cultus,& ſacrificiorum,& feſtiuitatum,quas in te celebrabamus,& hymnorũ,& pſalmoruꝫ quos cantabam⁹, dum eramus in proſperitate,& libertate in te habitãtes. Et hic capit Babylonem pro tota prouincia,in qua erant diſperſi:quæ quidem prouincia eſt tota irrigata multis fluminib⁹, quæ ſunt Euphratis diuiſi in plures riuos decurrentes in Tygrim:in ripis quorum ſituantur multæ ciuitates & oppida: in quibus captiui ſeruiebant Iudęi:in ripis quorum fluminũ naſcitur copia ſalicum. Ideo ſequitur.

In ſalicibus in medio eius:ſuſpendimus organa noſtra.

❡ Id eſt in ſalicibus q̃ naſcuntur in ripis fluminũ,quæ diſcurrunt per mediam regionẽ Babylonie:nos ſuſpẽdimus organa noſtra & inſtrumenta muſica noſtra,quibus cãtabamus pſal. & cantica,& eſt modus loquendi militum emeritoruꝫ. Nam quando quieſcebant & ſubtrahebant ſe a labore,& exercitio armorum,ſuſpẽdebant arma in templis.& ita doctores & poetę cũ relinquebãt ſtudiuꝫ & exercitiũ dicebant ſuſpẽdere arma:vt dicit Horat. I epl'is &c. Ita ergo iſti captiui,qa ceſſauerũt ab ol cãtu lætitię:& erant in captiuitate & anguſtia dicebãt ſe ſuſpẽdiſſe organa muſica in ſalicibus fluuiorum. Litera Hiero. habet. Sup ſalices in medio ei⁹ ſuſpẽdimus organa noſtra. Et tunc litera eſt clara.

Quia illic interrogauerũt nos qui captiuos duxerunt nos:verba cantionum.

Et qui abduxerunt nos:hymnum cantate nobis de canticis Sion.

Quomodo cãtabimus canticum domini in terra aliena?

❡ Sequitur chorus & dicit:qa Babylonij qui captiuos duxerunt nos in Babyloniã:illic interrogauerũt nos verba cantionũ.ſ.petendo,& p̃cipiendo nos cantare verba cantionum. Et apponit duos accuſatiuos iſti verbo interrogo:eo ꝙ eſt vehementis tranſitionis,de illo collegio. Poſtulo,poſco,peto,iterrogo &c. V ñ regit ſecundũ actm̃ ratiõe gerũdij ſubintellecti &c. Et ideo explicat petitionem dicens. Et Chaldęi qui abduxerunt nos captiuos dixerunt & p̃ceperunt ſupple:cantate nobis O vos Iudęi de canticis Sion,id eſt de illis pulchris hymnis,quos in Sion cantabatis. quibus ſupple reſpondimus: quomodo contabimus canticum domini,id eſt ad cultum diuinuꝫ deputatum ſtantes in terra aliena idololatrię dedita? Et conuerſus chorus ad ciuitatẽ Hieruſalem deſtructam dicit.

Si oblitus fuero tui Hieruſalem:obliuioni detur dextera mea.

Adhæreat lingua mea faucibus meis:ſi non meminero tui.

Si nõ propoſuero Hieruſalem:in principio lętitię meę.

O Hierl'm def dextera mea.i.vita mea obliuioni.ſ.obliuiſcar ego vitaꝫ meã:ſi vnq̃ oblitus fuero tui. Nã qui cantat & lętaf videf obliuiſci aduerſitates & bona pdita. & iõ nunq̃ obliuiſcar tui:& p conſequẽs nũq̃ cantabo vſq̃quo reuertar ad te cũ proſperitate. Et facit aliã adiurationẽ dicẽs. Adhęreat lingua mea faucibus meis:vt nunq̃ poſſim cantare nec loqui:ſi non meminero tui:& non ꝓpoſuero te ſempo Hieruſalẽ in principio cuiuſlibet lætitiæ meæ. Nam quandocũq; in aliqua ꝓſperitate fuero,qua merito vnuſquiſq; debet lætari:tunc proponam memoriam tui,& ſic ceſſabo a quacunq; lætitia. Vel iſti tres verſus prædicti poſſunt referri ad deum,qui miſertus afflictionis eorum rñdet eis dicens. O Hieruſalem tu affligeris in hac captiuitate,& ducta pœnitẽtia deſideras reuerti vt ſeruias mihi:& ego ꝓmitto tibi ſub pacto iſto & adiuratione:ꝙ obliuioni detur dextera & potẽtia mea ſi oblitus fuero tui:& adhereat lingua mea faucib⁹ meis.i.vita mea deficiat & verbum meum ſit falſum (quod totum eſt impoſſibile) ſi non meminero tui:te ob hac captiuitate liberando,& ciuitatem & templum iterum reſtaurãdo &c. Et hæc adiuratio eſt ſimilis illi quaꝫ ſæpe deus facit: Viuo ego &c. Et ſequif. Adhęreat lingua mea &c. ſi non ꝓpoſuero te ante omnes alias nationes in principio meę lętitię.quaſi dicat:te lætificabo & eris mihi accepta prę cęteris nationibus:& eris principium mei cultus,& mihi ſacrificabis & ſeruies in templo renouato,& reſtaurato.& forſan iſte intellectus eſt melior.

Memor eſto domine filiorum Edõ:in die Hieruſalem.

Qui dicunt exinanite:exinanite vſq; ad fundamentum in ea.

❡ Hic petit vltionẽ de Idumęis qui mouerunt & incitarũt Chaldęos ad deſtruenduꝫ Hierl'm. ❡ Ad cuius intelligentiam eſt notandum:ꝙ conſuetudo dei fuit,& eſt punire populum ſuuꝫ per infideles,& inimicos ſuos,ne fideles polluãtur & damnentur in talibus punitionibus: ſed poſtea deus non obliuiſcitur punire inimicos ſuos,qui populuꝫ ſuum vexauerũt. qđ ita factũ eſt. Nam per Chaldęos ſiue Babylonios & etiaꝫ Aegyptios frequenter flagellauit populuꝫ ſuũ, & maxime ciuitatẽ Hierl'm,& tribũ Iuda. In qua perſecutione fuerunt qui habitant prope terraꝫ promiſſionis.ſ. Tyrij,& Damaſceni,& omnes Idumæi q habitabant vltra Iordanem:& etiam alij Arabes incitabant,& prouocabant reges Aſſyriorum,& Aegypti ad infeſtandã Hierl'm,& totuꝫ Iſr'l ex zelo inuidię: Et iõ Eſaias,& Hieremias,& Ezechiel, & Daniel,& cæteri minores prophetę,ſicut p̃dixerunt deſtructionẽ,& flagellationẽ regni Iſrael & totius Iudę futurã p Chaldęos,& Aegyptios:ita pariter p̃dixerunt deſtructionem Babylonię faciẽdã p Cyrũ & Darium. Et ita etiam p̃dixerunt deſtructionem Idumęorũ,& Moabitarum,& cæterorũ finitimoꝝ Hierl'ꝫ faciendã p Cãbiſen & alios reges Perſaꝝ,& Medoꝝ. qđ totũ fuit poſtea impletũ:vt patet in hiſtoria Herodoti,& Danielis,& etiã Iudith. vbi legitur ꝙ Holophernes dux Cãbyſis igne & ferro vaſtauit totã Meſopotamiaꝫ,& Syriã,& Idumęã,& Aegyptũ vſq; ad Aetiopiã,& ſic puniuit oẽs eos qui flagellarunt populuꝫ dei. Hoc ergo primo p̃uidens Dauid in ſpũ,in hac ſecũda parte pſalmi p̃dicit punitionem Idumæorum,& Babylonioꝝ eo ꝙ Idumæi excitarũt Chaldęos,& venerunt cũ eis ad deſtruẽdum Hierl'm. Dicit ergo Dauid. O dñe memento filiorum Edom,qđ ſupplefecerint in die deſtructiõis Hierl'm qui dicunt,& dicebant Chaldęis:exinanite exinanite.i.deſtruite deſtruite ipſã Hieruſalẽ,& euertite eaꝫ vſq; ad fundamẽtũ ne aliquid remaneat. O

Filia Babylonis miſera:beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuiſti nobis.

Beatus qui tenebit:& allidet paruulos ſuos ad petram.

❡ Conuerſus propheta cum comminatione apoſtrophat ad Babylonem:& comminans ei futuram punitionem faciendam per Dariuꝫ & Cyrum dicit. O filia.i.gens Babylonis miſera. Nam beatus reputabif ſupple ille qui retribuet tibi retributionem tuam,quam retribuiſti mihi.quaſi dicat: ſicut flagellaſti,& afflixiſti,& cruciaſti me:ita in vltioneꝫ tãti ſceleris flagellaberis:& retribuẽtur tibi vices crudelitatis

per Cyrum & Darium. Nã beatus reputabit ille qui tenebit, & capiet, & allidet paruulos ſuos. ſ. Babylonios ad petras. ¶ Vnde eſt manifeſte aduertẽdũ, ꝙ tota iſta ꝓpheria fuit impleta per Cyrũ & Dariõ, qui deſtruxerũt Babyloniã: & per Cãbyſem & Holophernẽ, qui deſtruxerũt Idumæã, & Arabiã, & Aegyptũ: vt patet ꝑ totũ diſcurſum libri, & hiſtoriæ Herodoti. Nã Medi, & Perſę in captione Babylonis decerebrabãt paruulos, & infantes allidẽtes, & ꝓijcientes eos ad petrã, & parietes. Ex ſupradictis pꝫ eſſe vanã & inanẽ opinionẽ, & ſpem Iudæoꝝ modernoꝝ, qui expectãt vaſtationẽ Chriſtianoꝝ, ꝓpter hoc dictum in hoc pſal. Memor eſto filiorũ Edom. Et ꝑ illud qđ dicit Hieremias. xlix. cap. de futura vaſtatiõe Edoꝫ. & etiã Thereno. iiij. cũ dicit. Gaude & lætare filia Edom, ꝙ habitas i terra Hus. Ad te quoqꝫ perueniet calix. Inebriaberis atqꝫ nudaberis. Itẽ per hoc qđ dicit ꝓpheta Abdias in toto libello ſuo cõtra Edom. Vnde per Edom volũt itelligere Romanũ imperiũ, & totũ pplm̃ Chriſtianũ, & ſic dicũt ꝙ oẽs iſtæ ꝓphetiæ ſunt implẽdæ in pplo Chriſtiano. Sed hoc eſt manifeſte falſuꝫ & ridiculoſuꝫ.

P ¶ Nã ppls Romanoꝝ, & Criſtianoꝝ nõ deſcẽdit de Edõ: immo habet ortũ a Iaphet. Itẽ oẽs iſtæ ꝓphetię iam fuerũt impletæ tempore Cyri & Darij, & tẽpore Cambyſis, qui deſtruxit totã Idumæã, & Syriam, & Aegyptõ: vt ſcribit Herodotus, & Trogus Põpeius. Item Idumæi qui mãſerunt, facti ſunt Chriſtiani poſt tẽpora aplorũ, & poſt cõuerſionem magni Cõſtantini. Sed poſtea apoſtatarũt a fide ſequentes ſectã Mahometi. Nã Idumęa eſt vna pars Arabię. Ex quo patet, ꝙ Romanũ imperiũ, & populus Chriſtianorum qui hodie eſt, nullo modo pertinet ad Edom.

¶ Secunda expoſitio eiuſdem Pſalmi.

SEd quia iſte pſal. nõ ſolũ eſt prophetia, inquantũ prædicit futura: ſed etiam computaĩ inter ſacras ſcripturas, inquantũ cõtinet in ſe ſacramentũ de Chriſto & eccleſia: vt frequẽter dictõ eſt in alijs. Nã intellectus Dauid io hoc pſal. habuit duplicem ſpiritum ꝓpheticũ, ſicut in cæteris: prout dictũ eſt in ꝓlogo, tractatu ſecũdo & tertio. Nã primo ꝓuidit captiuitatẽ, & liberationẽ Babylonicã: & per illã ꝓuidit futurã liberationẽ gñis humani faciẽdã per Chriſtũ. ideo non ſolum ſiſtebat in captiuitate Babyloniæ tunc futura: ſed etiam primo & principaliter trãſibat ad Chriſtũ & eccleſiã. Sicut ſtãs ſup altã turrim, nõ ſolum videt montes propinquiores: ſed etiam remotiores vltra illos propinquiores, dum nõ ſint altiores, & ſupereminẽtiores: ita prophetæ pręuidebant in ſpũ multa ꝓpinquiora vẽtura in illo populo, tanꝙ montes paruos: ſed vltra videbãt multa myſteria Chriſti & eccleſiæ: eo ꝙ altiora. & ideo Eſaias & cæteri prophetæ poſtꝙ dixerunt aliqua ventura in illo populo, ſaltãt ad Chriſtum & eccleſiã: quia ꝑ illa videbãt iſta. Ita pariter fecit Daoid in hoc pſal. & in multis alijs Nã ꝑ illã captiuitatẽ Babylonis, ꝓuidit ꝑſecutionẽ quã ſemper paſſa eſt eccleſia ab infidelib⁹ & malis, & patieĩ vſqꝫ ad diẽ iudicij: & ꝓuidit etiã punitionem ꝑſecutorũ eius, & eius ſubuerſorum. Nã illa captiuitas Babyloniæ figurabat preſſuras, & perſecutiones futuras ipſius eccleſiæ: vt ait Augu. libro de catechizãdis rudibus. ¶ Vñ eſt aduertẽdum ſecundum Aug. xiiij. de ciuitate dei. cap. vltimo: & xv. libro. cap. primo: ꝙ a principio mundi diuiſum eſt totũ genus humanum in duas ſocietates. Vna vocata eſt ciuitas dei, quæ incepit ab Adã & Abel. Alia ciuitas diaboli, ꝙ incepit a Caim. Prima diciĩ ciuitas dei: quia deus eſt eius rector & finis. Secunda diciĩ ciuitas diaboli, ꝙ incepit a Caim: quia diabolus eſt caput eius. Prima diciĩ frequenter in ſcriptura Hieruſalẽ quia eſt viſio pacis, & videt deũ ꝑ fidẽ viuẽs in pace & charitate. Dicitur etiam Sion: quia deum ſpeculatur per fidem. Dicitur etiam Iſrael: quaſi vidẽs deum. Nam quomodocũqꝫ nominetur ſemper videt deũ, & ſpectat per fidẽ. Nã in teſtamento veteri exſpectabat, & ꝓuidebat Chriſtum incarnandum, & ſaluaturum eam. nũc aũt ꝓuidet per eandeꝫ fidem, & expectat ipm̃ nos in cælo glorificaturum. Illa autẽ ſocietas diaboli dicitur communiter in ſcriptura Babylon, ſiue Babylonia: qđ interꝑtatur confuſio: eo ꝙ nunꝙ habuit vnum caput nec rectorem: ſed colebat pluralitatem deorũ: nec expectabat vnum finem. Nam dij eorum diuerſos fines eis ꝓmittebant: ideo erant inter gentes diuerſę, & nefandę ſuperſtitiones, & ritus colendi, Dicitur etiam Edom quod interpretatur terra ſiue terrenum & rubeuꝫ: quia omnes ciues illius ciuitatis ſunt terreni, & terrena diligũt: ſicut iſti noſtri amant cæleſtia. Iſti ergo duo amores, & fines diuerſi fecerunt duas ciuitates duraturas vſqꝫ ad iudicium. Et iõ ſicut illa Babylõ fluctuat in hac vita, & gaudet circa terrena: & ei⁹ finis eſt pœna, & infernus: Ita noſtra Hieruſaleꝫ ꝑ fidem peregrinatur in hac vita: ſed finis & vltimus terminus eius eſt cælum, & perpetua beatitudo & felicitas. Et iõ illa Babylon ſiue Edom ſemper afflixit, ſiue vexauit, & ꝑſecuta eſt noſtrã Hierlm̃, ſiue Sion. ſiue Iſrael. Et hoc præuidit Dauid in hoc pſal. vltra illã captiuitatem factam ꝑ Nabuchodonozor. Ideo ꝑ Babylonem intelligiĩ ciuitas, & populus diaboli, & infideliuꝫ, Et per Sion & Hierlꝫ intelligitur eccleſia ab Abel vſqꝫ ad vltimum iuſtũ. Et etiam incepit iſta eccleſia ab Adã in paradiſo terreſtri. Nã tũc Nabuchodonozor. i. diabolus captiuauit genus hũanũ: & traxit ipm̃ ab illa felici Sion, ſiue Hierlm̃: vbi Adam fruebatur in pace viſione angelorũ & ſocietate. Et ideo homo exul ab illa ciuitate poſitus captiuus in hac valle lachrymarũ Babylonię, & confuſionis deflet caſum ſuũ recordatus illius felicis Sion vnde cecidit: & dicit. Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuim⁹ dum recordaremur tui Sion &c. ¶ Vnde Q nota ꝙ ꝑ flumina in ſacra ſcriptura frequenter interꝑtantur ꝑſecutiones, & tribulationes, & furię tyrannorum & malorum. Per ſalices intelliguntur fideles, & ſimplices. Nam ſalices ſunt arbores amarę, & faciliter flexibiles ad nutuꝫ. Ita ſimplices, & fideles ſemp obediunt malis, & affliguntur ab eis, & exercitanĩ, & patiuntur ab eis amaras ꝑſecutiões. Dicũtur ergo flumina diſcurrere per medium Babylonis: quia ſemper in hoc mundo fuerunt furioſi mali, & tyrãni, & petulantia tyrannorũ. Dicuntur etiam ſalices naſci iuxta flumina: qa ſemper boni fuerunt dati in exercitium malorũ. Nã ſicut flumina tumida, & furioſa rapiunt, & euertunt ſalices, & omnia ꝙ ſunt in ripa: Ita tyranni ſemp ꝑſecuti ſunt ſimplices fideles ab initio: qa ilico diabolus inſurrexit in Adam & Caim in Abel, & Chaldei in Abrahã: & Iſmael in Iſaac & Eſau ſiue Edom i Iacob, ſiue Iſrael: & Saul in Dauid: & populus gentilis in filios Iſrael, & Babylonia, & Aegyptus in Hierlm̃: & ſynagoga contra eccleſiã: & tyranni, & hęretici, & hypocritę, & Antichriſt⁹ ſemp inſurgent cõtra eãdẽ vſqꝫ ad iudiciũ. Sed oẽs iſti mali viꝛ cõprehẽdũĩ ſub noie Babylonis & Edom: ſicut eccl'ia intelligiĩ ſub hoc nomie Sion & Hierlm̃. Sedet ergo eccl'ia ab initio mũdi ſup flumina Babylonis ſemper a malis afflicta: & tñ nunꝙ perdidit fidem: qa ſemp recordatur ipſius Siõ in qua Chriſt⁹ regnat hic per fidẽ & ſuperius per gratiã, & ſemp ꝑ fidẽ recordaĩ qũo Adã ꝑ ſupbiã cecidit ab illa arce Siõ paradiſi terreſtris: & qõo ꝓpter illđ pc̃m̃ ſedet in hoc mũdo ſup flumina Babylonis: & ideo ſe abſtraxit a voluptatib⁹, & ritibus gentiliuꝫ ifideliũ: & qõo expectauit Chriſtũ incarnandum: vt veniret in carnem nũc aũt expectat ipm̃ videre in gloria. Et ſicut in lege veteri deſiderabat reuerti in Hierlm̃. i. peruenire ad legeꝫ gratiæ: vt cantaret de canticis Sion: & in Hierlm̃ ſuperiorẽ vt ibi cãtet cãtica gloriæ: ita poſtꝙ hic cantat cantica gratię Chriſti iã reuerſa de prima Babylonia diaboli: in qua tenebatur captiua: ſed nunc adhoc retinetur in hac Babylonia mundi inter membra diaboli. ſ. iter ifideles, & hæreticos & tyrannos, & impios: ſemper ergo eccleſia deflet perſecutiones, & amaritudines huius mundi, vſquequo requieſcat

in ſupna Hierlm.Dicit ergo eccła.O Sion.i.terreſtris para
diſe:& o ſuperior Sion,quã expectamus ſemper,nos ſedim⁹
amari ſup flumina Babylonis.i.pſecutiones mũdi & diabo
li,& fleuimus illic dum recordaremur tui.i.felicitatis in qua
eramus in terreſtri paradiſo,& quam perdidim⁹ in ſuperio
ri.Et ideo non poſſumus lætari,nec cantare cantus lætitiæ
in hac lachrymarũ valle,& exilio,& amaritudine:quia nos
ſuſpendimus organa noſtra.i.cauſas cantandi carmina lęti
tię in ſalicibus quæ ſunt in medio eius.ſ.Babylonis. Naʒ ibi
non ſunt niſi tribulationes,& anguſtię,& amaritudines:qa
ibi dimiſimus omnem lætitiam,& nos ſubtraximus ab oĩ
delectatione:Ergo ibi ſuſpendimus,& dimiſimus omnem
lętitiam,& canticũ inter anguſtias. Et ideo non poſſumus
recuperare illã Sion,& Hierlm perditam per cantus lætitię
mundanę:ſed per cãtus amaritudinis,&pœnitẽtię, & pau
pertatis,& perſecutionis ꝓpter Chriſtum &c.Vñ Matth.v.
Beati pauperes ſpũ,qm̃ ipoꝝ eſt regnũ cęloꝝ.Beati mites.
Beati qui lugent.Beati qui eſuriũt.Beati qui perſecutioneʒ
patiuntur &c.Quare quia ſum⁹ in terra aliena,& ſedemus
ſuper flumina Babilonis captiui,& exules a noſtra Sion &
Hierlm:ergo ſic nos oportet reuerti ad eaʒ.Hebręus & lr̃a
Hieronymi habet.Sup ſalices.In medio eius ſuſpẽdimus or
gana noſtra.& tunc litera eſt plana.¶Vnde nota ꝙ Baby
lon hic non ſolum ſumitur pro tota prouincia Babylonię,q̃
eſt ſita in medio duorũ fluuioꝝ magnorũ.ſ.inter Tygrim &
Euphratẽ:ſed etiam ciuitas magna Babylon eſt ſita inter
duo flumina ꝑterfluentia muros eius.nam ab ortu habet ty
grim,& ab occaſu,& meridie habet Regiõ,qđ eſt brachiuʒ
defluens ab Euphrate,& intrans in Tygrim poſtq̃ circuit ci
uitatem.Quõ ergo cunqꝫ ſumatur ſemper Babylon eſt ſita
in medio fluminum.Item tota Chaldęa eſt circum,& inter
rigata alueis Tygris,& Euphratis,& abundat ſalicibus:per
quã bene figuratur hic mundus circũfuſus perſecutionib⁹,&
amaritudinibus.Et ideo hic dicimus:quia diaboli & impij
qui captiuos duxerunt nos, & affligebant,interrogauerunt
.i.irriſorie exquiſierunt a nobis verba cantionum:& q abdu
xerunt nos a patria noſtra dicebant nobis irriſorie.Cantate
nobis de cãticis Sion,ſi poteſtis.i.quare nõ cantatis talia cã
tica:ſicut cantabatis dum eratis in Sion in ꝓſperitate,& læ
titia?Vñ rñdet corpus myſticũ ſiue eccła.Quõ cantabimus
canticum dñi in terra aliena,exules ab illa Sion paradiſi,&
captiui in hac Babylone confuſionis,& miſerię?Vñ non ne
gat eccleſia quin cantet canticum dñi in hac terra aliena &
peregrinatione:ſed negat modum:quia in illa Sion paradi
ſi cantabat canticuʒ dñi cum felicitate,& letitia ſine miſeria
& amaritudine,habitans inter illas felices arbores paradiſi
veſcendo illo cibo vitę ſibi conceſſo:ſed nunc quia habitat
in medio huius Babylonię inter ſalices amaras,& infructuo
ſas ſeruiendo inimicis:iã non põt eo modo cãtare canticum
dñi,quin patiatur perſecutiones intus & extra,& amaritu
dines ſalicũ.Nã dũ in hac vita peregrinamur cum difficulta
te operamur,& ſemper in bene operando intus & extra re
R ſiſtentiã inuenimus.¶Vñ beatus Ambroſius hymnos ſua
ues cantabat in eccła Mediolanenſi:tñ ab Arrianis intolle
rabiles perſecutiones patiebatur:& ſic cum amaritudine &
lachrymis cantabat canticum domini in terra aliena hære
ticę prauitati dedita.Eodem modo cantauit ſemp eccleſia
Chriſti in pricipio,& tempore tyrannorum,& hæreticoruʒ,
& cãtabit tempore Antichriſti. Ideo ſequitur reſpõſio dei.
O Hierlm eccleſia mea,obliuioni detur dextera mea.i.vi
ta mea deficiat:ſi fuero oblitus tui:quin veniam ad liberan
dum te carneʒ aſſumendo,& pro te patiendo,& ab iſta Ba
bylonia liberando:hic per gratiam,& in futuro per gloriaʒ.
Et adhęreat lingua mea faucibus meis mẽtiendo ſi non me
minero tui in hac tribulatione,& ſi nõ propoſuero te in pri
cipio.i.in die letitię meę.i.redemptionis O Hieruſalẽ.Dies
lætitię Chriſti fuit ſtatus legis gratię. Ideo in pricipio hui⁹
diei & lętitię prępoſuit eccłiam ſuam cęteris nationibus:q̃a
ſolam iſtã elegit in populũ ſuum & ſponſam Promittit ergo
Chriſtus hic liberare populum ſuum,& eccleſiam fidelium
liberare a captiuitate Babylonis,hic per gratiam,& in futu
ro per gloriam:tam in hoc die gratię,q̃ in alio die glorię fu
ture.Ideo eccleſia læta de promiſſione ſibi facta per Chri
ſtum,petit vltionem de Babylonia,& de populo terreno q
ipſam afflixit.& dicit.O dñe poſtq̃ tu promittis reminiſci no
ſtri,& ꝑponere nos cæteris.i.ipis infidelib⁹ & terrenis in pri
cipio lætitię tuę:quę erit dies gratię,& dies Hieruſalẽ:ergo
memento filiorum Edom:vt punias eos in die reſtitutionis
Hieruſalem.ſ.in tempore gratiæ,poſtq̃ ipſi afflixeruot nos
in proſperitate ſua.Filij Edom,ſunt homines terreni. Et
conuerſus ad Babylonios,id eſt filios confuſionis,qui ĩfideʒ
ſunt & terreni:dicit.O gẽs infidelis & miſera filia Babylo
nis:bene eris miſera in die iudicij,& in die Hierlm gratiæ
& glorię.Nam tunc ille populus qoem tu perſecuta es,erit
beatus ſedẽs ad iudiciũ cũ Chriſto iudicante te:& cõdemna
bit te in ęternam pœnam:& retribuet tibi retributionẽ,quã
retribuiſti nobis:& ipſe populus dei,& eccleſia erit beatus,
& tenebit,& poſſidebit illam Hieruſalẽ,& allidet filios tu
os,& proijciet ad petram inferni in pœnam æternaʒ.Et no
ta ꝙ hæc punitio temporaliter facta eſt contra inimicos, &
perſecutores eccleſiæ.Nam non ſolum Iudęi fuerunt puni
ti per Romanos,& paruuli eorum alliſi ad petram:ſed etiã
fuerunt maxima bella,& deſtructiones ciuitatum inter gen
tiles:in quibus factæ ſunt magnę crudelitates in punitioneʒ
eorum.Ex quo patet ꝙ ſicut Dauid per captiuitatem,ſiue
per liberationem a captiuitate præterita Aegypti præuidit
liberationem totius generis humani futuram per Chriſtum
de captiuitate diaboli a peccato:ita pariter per liberationẽ
futuram a captiuitate Babylonis præuidit etiam liberatio
nem futuram per Chriſtum & vniuerſalem redemptioneʒ.
& præuidit liberationem eccleſiæ de afflictione,& perſecu
tione Iudęorum,& tyrannorum,& hæreticorũ,& Antichri
ſti.¶Patet etiam ꝙ triplex eſt Hieruſalem.Prima materia S
lis.Secũda militans per gratiam.Tertia triumphãs per glo
riam.Vnde ante aduentum Chriſti erant omnes in captiui
tate peccati originalis.Et licet eſſent in Hieruſalem mate
riali:tamẽ erant in Babylonia diaboli per peccatum. Ideo
deſiderabaot reuerti ad Hieruſalem militanteʒ per gratiã,
& cantare in ea canticum nouũ per gratiam quæ eſt lex euã
gelica:vt patet Eſaiæ.xxxvj.Cantabitur in illa die canticũ
in ea &c.Sed quia iaʒ ſumus in Hieruſalem militante,& cã
tamus canticum gratiæ:ideo adhuc deſideramus exire ab
hac corpali captiuitate,poſtq̃ exiuim⁹ a captiuitate ſpũali p
Xp̃ʒ & deſideram⁹ ire ad Hierlʒ ęternã & triũphãteʒ vt cã
tem⁹ ibi canticũ gloriæ abſqꝫ aliq̃ tribulatione & dolore tã
corporali q̃ ſpirituali:vbi abſterget deus oẽm lachrymaʒ ab
oculis iuſtorũ,& iam non erit amplius neqꝫ luctus,neqꝫ do
lor &c.Vnde hoc canticum nouum gloriæ nemo poteſt can
tare in hoc mundo:ſed in Sion ſuperiori,& cæleſti cantare
illud illa.cxliiij.M.cum citharis ſuis,& organis in cõſpectu
throni,& agni exiſtentis ſupra monteʒ Sion:vt pʒ Apoca.
xiiij. Et hoc canticum deſideramus cãtare hodie qui ſede
mus ſuper flumina Babylonis huius mũdi:& illas cytharas
deſideramus recuperare:vt cum eis cantemus canticum do
mini in illa cæleſti Hieruſalem,quam Ioannes vidit deſcẽ
dentẽ de cęlo:quaſi ſponſam ornatam viro ſuo.Apoca.xxj.
Ex quo patet,ꝙ Dauid in hoc pſal.intente monet,ꝙ non
velimus in hoc mundo cõfidere,nec cantare canticum lęti
tię mũdanę:ſʒ cãticũ pœnitẽtię & amaritudis,& cãticum fi
dei & grę:vt poſſim⁹ cãtare in ſupiori Sion canticũ glię corã
agno.Nã q̃diu ſum⁹ in hoc mundo,ſup flumina Babylonis
ſedemus iuxta ſalices amaritudinis,& inde ſumimus cibum
poſtq̃ perdidimus cibũ vitæ in paradiſo,vnde ſumus eiecti.
¶Iteʒ monet moraliter,ꝙ ſi quis eſt captiu⁹ in Babilonia

per peccatum actuale:nolit ſibi manere,neocantare:ſed la
boret inde exire:vt cantet canticum domini in Hieruſalem
gratiæ quæ eſt eccleſia iſta:vt inde poſſit aſcendere ad cęle
ſtem Sion:ad cantandum canticum glorię. ¶ Sed eſt iterũ
aduertendum:ꝙ poſtq̃ eccleſia dei,id eſt corpus myſticum
fuit liberatum per Chriſtum de ſeruitute ſpũali Babylonis,
& poteſtate diaboli:& hoc per paſſionem Chriſti & eccle-
ſiaſtica ſacramenta,& fuit abſoluta a iugo legis:tunc incidit
in perſecutionem temporalem,& fuit afflicta per magnam
T meretricẽ Babyloſonem.ſ.p populuȝ paganuȝ. ¶ Vnde ſicut
ex conuerſis de populo Iudaico,& gẽtili facta eſt vna eccle-
ſia Chriſti,& ciuitas dei,q̃ dicitur Hieruſalem & Iſrael:ita
ex obſtians de populo Iudaico,& gẽtili facta eſt ciuitas dia
boli,quæ dicitur magna Babylõ:quę ilico incepit perſequi,
& affligere ciuitatẽ dei & nouam Hierl̃m q̃ eſt eccleſia Chri
ſti.Sed primo incepit ſynagoga obſtinata ad perſequendũ
eccleſiã:& exinde continuauit gentilitas affligere eccl̃iam
vſq; ad magnum Conſtantinum.ſed cõuerſa gentilitate ad
Chriſtũ tunc ſola ſynagoga manſit obſtinata & inimica po
pulo dei:& ſic gentilitas tota q̃ ante erat Babylon facta eſt
Hieruſalem,& Iſrael,& populus & ciuitas dei:& ſynagoga
quę ſola erat Iudęa,& Hierl̃ȝ,& ciuitas ſancta:facta eſt Ba
bylon:& confuſa per obſtinationem,& infidelitatem:& ſo
la manſit inimica populo,& ciuitati dei,& ipſi Hieruſaleȝ.
Per eandeȝ ergo rationem ſynagoga quæ ante erat Iacob,
& Iſrael per fidem ante aduentum Chriſti,facta eſt Edom
poſt aduentum Chriſti propter infidelitatem. Et gentilitas
quæ ante dicebatur Edom,facta eſt Iacob,& Iſrael recipiẽ
do Chriſtum.Quod ſic probatur.Nam Iacob dictus eſt Ia-
cob.i. ſupplantator:eo ꝙ ter ſupplãtauit fratrem ſuuȝ Edõ.
Primo quando eiecit ipſuȝ de ventre matris:& ſic natus eſt
tenens plantam fratris.Secũdo qñ ſubripuit ipſi primogeni
turam pro cibo lenticularum. Tertio qñ ſubripuit ipſi bene
dictionem dum abierat ad venandum cibos corporales.Et
ideo dictus eſt Iacob.i.ſupplantator.Et ita pariter Eſau di-
ctus eſt Edom.i.rubens & ſanguinolẽtus:eo ꝙ eiectus a vẽ-
tre natus eſt ſanguinolentus,& rubens ſanguine inuolutus.
Scđo dictus eſt Edom.i.terrenus:eo ꝙ pro cibo terreno vẽ-
didit primogenituram ipſi Iacob.Tertio dictus eſt Edom.i.
terrenus:eo ꝙ dum abijt ad venandũ cibos corporales ꝑdi-
dit benedictionem ſpũalem quam ipſi ſubripuit frater eius
Iacob.Et ſic patet ꝙ propter tẽporalia perdidi ſpũalia:q̃b⁹
bonis ſpũalib⁹ ſucceſſit ipſe Iacob:vt pȝ Geñ.xxv. & .xxvij.
Quia ergo ita proprie accidit inter ſynagogaȝ,& gentilita-
tem poſt aduentum Chriſti.Nã primo gentilitas q̃ erat mi-
nor,eiecit ſynagogam de ventre eccleſię ſumẽdo fidẽ Chri
ſti.Scđo ſubripuit ipſi primogeniturã.Nã primo oportebat
ꝑdicari Iudęis verbum dei:ſed quia indignos ſe fecerunt:iõ
apl̃i profecti ſunt ad gentes:vt patet Actuũ.xiij. Tertio ſub
ripuit ipſi benedictionem promiſſam ipſi Abrahę & ſemi-
ni eius:quia voluit regenerari & benedici in Chriſto. Et ſic
gẽtilitas q̃ erat Edom facta eſt Iacob,& Iſrael,& ſemen A-
brahę:ꝑ oppoſitũ aũt ſynagoga facta eſt Edom & ſangui-
nolenta:qñ eiecta eſt de ventre eccleſię occidẽdo Chriſtũ.
Et facta eſt Edom vendendo primogeniturã,& ꝑdendo be
nedictionem.Et ſic patet q̃ũo ſynagoga vere facta eſt Edõ
ſiue Idumęa. ¶ Vñ eſt iterũ aduertendũ:ꝙ ſynagoga qua
V druplici ratione facta,& dicta eſt Edom poſt aduentũ Chri
ſti.Primo rõne myſterij ipſi⁹ Eſau cõpleti in ipa ſynagoga:
prout dictum eſt:eo ꝙ ſynagoga contempſit benedictionẽ
& redẽptionẽ Chriſti,& priogeniturã ꝓpter bona tẽpora-
lia & mũdana & terrena:qa Edõ iterꝑtaꝛ terren⁹ & mũda-
nus.Itẽ ſcđo hoc nomẽ Edõ ſiue Idumęa cõpetit ipi ſynago
gę rõne alteri⁹ interꝑtationis.Nã Edõ interꝑtaꝛ ſanguino
lẽt⁹,& Idumęa ſanguinolẽta:ſed ipa ſynaguga mãſit ſan-
guinolenta,ex homicidio,& nece Chriſti,in qua obſtinatio
ne homicidij ſemper perſeuerat:ideo vere dicitur Edom.

Tertio dicitꝛ Edõ,ſiue Idumęa ratione officij & inimicitiæ.
Vñ eſt aduertẽdũ ſcđm Hieronymũ in ꝓlogo ſup Abdiã:ꝙ
Hebręi oẽs ppl̃os ſibi aduerſantes appellabãt Edõ.Vñ di
cebãt ꝙ ſicut Eſau appellatus eſt Edom:eo ꝙ ſemp aduer
ſatus eſt ipſi Iacob,& q̃rebat mortẽ eius:ita pariter omnes
q̃ aduerſabanꝛ ppl̃o Iſrl̃ debẽt dici Edõ.Et ſic totũ ppl̃ȝ gẽ-
tilẽ appellabant Edom.Et ſic dicit Hierony.ꝙ ꝑ Edom in
ſacra ſcriptura nõ ſolũ intelligitur illa pars Arabię q̃ eſt vl-
tra Iordanẽ:ſed intelligiꝛ etiam totus populus gẽtilis:qui
ſemp inimicabaꝛ & aduerſabaꝛ ppl̃o dei:& ꝓcurabat ei⁹ de
ſolationẽ.Et hęc fuit cã q̃re Iudęi ppl̃m chriſtianũ appella
runt Edom:eo:ꝙ fuit cõgregat⁹ ex cõuerſis de populo gẽ-
tili,& qa ſemp eſt cõtrari⁹ ppl̃o Iudaico.His ergo habitis &
ꝑſuppoſitis ꝑ eos ſequiꝛ ꝙ ſola ſynagoga eſt vere Edom,&
itelligiꝛ per Edom & Idumęã in ſacra ſcriptura.Nam Edõ
eſt ille ppl̃s qui aduerſaꝛ ppl̃o dei,& ipſi Iacob & Iſrael,&
aduerſatur veritati legis,& prophetarum.Cum ergo ſupe-
rius in pluribus locis ꝓbatũ ſit,qualiter ſola eccleſia Chriſti
eſt Iacob,& verus Iſrael,& ſemen Abrahæ:eo ꝙ ſubripuit
primogenituraȝ,& benedictionẽ,& fuit bñdicta, & regene
rata in Chriſto in lege promiſſo,quã primogeniturã,& bñe-
dictionẽ,& regenerationẽ,& redẽptionem contempſit ſy-
nagoga propter bona tẽporalia:ergo q̃cũq; aduerſaꝛ ppl̃o
chriſtiano,& legi euãgelicę,q̃ eſt veritas legis,& ꝓphetaȝ:
ille talis eſt vere Edõ,& Idumęa.ſed ſynagoga ẽ huiuſmo-
di:qa ilico aduerſata fuit Chriſto & doctrinæ ei⁹:& per cõſe
quẽs veritati legis & ꝓphetarũ,& ilico poſt paſſionẽ ꝑſecu-
ta eſt apl̃os:& totã eccl̃iam:& hodie perſeuerat in eadẽ ob-
ſtinatione,& malitia,& cęcitate.ergo ipa ſynagoga vere ẽ
Edom & Idumęa.Et ſic patet qualiter ipa ſynagoga obſti
nata eſt illa Idumęa cui ſemp cõminaꝛ de⁹ ꝑ Hieremiã,&
Abdiam,& per oẽs alios ꝓphetas.Quarto probatur ſyna-
gogã intelligi ꝑ Idumęã,& hoc rõne falſę doctrię.Thalmu
dicę:quã hodie ſequiꝛ. ¶ Ad cuius intelligentiã eſt aduer- X
tendum:ꝙ Scribę & phariſſęi audita reſurrectione Chriſti
ꝑ teſtes idoneos,& viſa poteſtate Chriſti ꝑ euidẽtiã,& mira
cula,& viſa veritate euãgelica ꝑ doctrinã miraculoſã apl̃oꝝ
poſt receptionẽ ſpũs ſcti:tunc q̃ſierunt modos, & vias quõ
tegerent ſuũ errorẽ,& malitiã,& retinerent illum populum
in ſua cęcitatate,& falſa doctrina,& fermento mendacij,&
malitię.Et ſic vt oſtenderent Ieſum Chriſtũ nõ fuiſſe verũ
Meſſiam:cõfinxerunt ſibi quendam falſum Meſſiã vocatũ
Barcocibã:ſed ille periJt cum magna ꝑte Scribarũ,& pha-
riſſęoruȝ,& cũ tota ciuitate Biter,& magno numero Iudęo
rũ.Et ſic etiã cõfinxerũt quendã alium Aegyptiũ in Meſſiã
quem Hadrianus capitali ſententia puniuit.Tunc ſcribę &
phariſſęi recurrerunt ad Magos & necromanticos,& ſic ac
ciuerũt Simonẽ magũ,tanq̃ Meſſiã:ſed apl̃i Petr⁹ & Pau-
lus ipſ coraã Nerone Romę ſuparũt,& cõfuderũt,& ei⁹ frau
dẽ detexerũt.Vltio aũt acciuerũt quẽdã magnũ necromãti-
cũ Idumęũ vocatũ Mair:& ꝓmiſſis magnis donis,& mũeri
b⁹ ipſ ꝓſelitũ fecerunt,& ſuis falſis traditionib⁹ phariſſaicis
inſtruxerũt.Ille autem cũ eſſet verſutus,& magus ex conſi-
lio diaboli confinxit in ſcriptis quandã legẽ,quã Miſna ap
pellauit.i.ſcđaȝ legẽ,quã de⁹ ore tenus dederat ipſi Moyſi
in monte Sinai vltra legẽ ſcriptã.Vñ dicit iſte ſcelerat⁹ & ſa
crilegus ꝙ Moyſes bene ꝓmulgauit,& manifeſtauit illi po
pulo legẽ ſcriptã:ſed nõ manifeſtauit legẽ ore tenus datã:ſȝ
illã tñ reuelauit in ſecreto ipi Ioſue:& Ioſue reuelauit ipſaȝ
alteri:& ſic peruenit vſq; ad Rabi Mair poſt aſcenſionem
Chriſti.ſed tunc ipſe Rabi Mair ex volũtate dei publicauit
illam in ſcriptis toti ppl̃o Iudæorum. Et iſta falſa doctrina
huius ſcđe legis appellata Miſna ꝑſeuerauit quaſi per.cclx.
annos,a Rabi Mair vſq; ad magnũ Cõſtantinũ.Sed viden
tes magiſtri Iudęorum ꝙ tota gentilitas cõuertebaꝛ ad fidẽ
euangelicã propter conuerſionem Cõſtantini:propter quã
etiã cauſam maxia pars Iudęoꝝ conuertebatur ad fidẽ,co

gnoſcentes Chriſtum fuiſſe verum Meſſiaȝ:tunc congrega-
ti ſunt in Babylonia Aegypti,quę dicit Caire:& ibi compo
ſuerunt libros Thalmud cõtinentes declarationẽ illius ſe-
cũdę legis quæ dicitur Miſna,traditæ,& confictę per Rabi
Mair Idumęum.quam doctrinam Thalmudicã ſeruat & co
lit hodie tota ſynagoga Iudęorũ pro maiori parte.nã alia
ſecta Iudęorũ reperitur in Gręcia,& in partibus orientali-
bus qui dicuntur Charraim:qui abhominantur hãc doctri-
nam Thalmudicam,& phariſſaicam. Ex quibus omnibus
patet ꝙ iſta ſynogoga Iudęorum modernorum obſtinato-
rum nõ poteſt dici populus dei,nec ſynagoga dei:quia non
obſeruant veritatem legis & prophetarum:ſed falſaȝ doctri
nam Thalmudicam ipſius Rabi Mair Idumęi inuentoris
Y huius erroris,& falſę doctrinę. ¶ Et per conſequens ſyna-
goga debet appellari Edom,ſiue Idumęa,ab illo Idumęo
Mair,cuius doctrinaȝ obſeruat:ſicut omnes ſequaces ſectę
Mahometicę appellantur Arabes:eo ꝙ Mahometus fuit
de Arabia.Et omnes chriſtianos Iudæi appellant Nazare
nos:eo ꝙ Chriſtus cuius doctrinam ſequimur fuit de Naza
reth. Et ita nos,omnes ſectatores Platonis appellamus aca
demicos &c. Et ſic patet qualiter quadruplici ratione ſyna
goga hodierna Iudęorũ appellat,& debet appellari Idu-
męa.Primo ratione myſterij Iacob & Eſau completi in ſy-
nagoga.Secundo ratione interp̃tationis:quia eſt tota terre
na & ſanguinolenta.Tertio ratione officij:quia ſemper ad-
uerſatur veritati legis & propherarum,& populo dei.Quar
to ratione doctrinę Rabi Mair Iudumęi,quam colit & ob-
ſeruat.& ideo vbicunqȝ ponitur Idumęa in ſacra ſcriptura
ſemper prophetice eſt intelligenda ſynagoga obſtinatoruȝ
Iudæorum:quia perdidit primogenituraȝ & benedictionẽ:
& eſt homicida,& ſanguinolenta,ſemper aduerſatrix veri-
tati & populo dei:& ſequens falſam doctrinam ſcelerati,&
ſacrilegi Rabi Mair Idumęi. Ex his omnibus patet eſſe fal-
ſam,& fictam poſitionem Rabi Salomonis,& Rabi Chã-
hi,& omnium modernorum Iudæ.dicentiũ ꝙ eccleſia Ro
mana,& tota religio chriſtiana eſt Edom:immo per Edõ
intelligũt regnum Romanorum,& omnium chriſtianoruȝ:
quod eſt manifeſte falſum.nam Hiſpani & Galli,& Ger-
mani,& Itali,& cæterę nationes chriſtianorum nullo mo-
do deſcendunt ab Eſau:nec ſecundum carnem,nec ſecun-
dum doctrinam:nam ſecundum doctrinam iam appellant
chriſtiani a Chriſto:cuius legem,& doctrinam colunt:ſecũ-
dum vero carneȝ deſcendunt pro maiori parte a Iaphet,&
exinde ex diuerſis nationibus:quę nihil attinẽt ad Edom.
Sed populus chriſtianus vere dicit Iacob,& Iſrael,& ſemẽ
Abrahæ,quorum fidem ſequitur & promiſſionem.Omnia
ergo ſupradicta præuidens Dauid in ſpiritu non ſolum fe-
cit hunc pſalmum literaliter de captiuitate tẽporali Baby-
lonię ꝓut dictum eſt in prima expoſitione:nec de captiuita
te ſpũali totius generis humani prout dictum eſt in ſecunda
expoſitione:ſed etiam fecit hunc pſalmum,in quo deflet af
flictionem eccleſię Chriſti:quam paſſa eſt in principio ili-
co poſt paſſionem Chriſti:primo per obſtinataȝ ſynagogã
ſcribaruȝ,& phariſſęorum intellectam per Edom:& poſtea
paſſa,& afflicta eſt per tyrannicã crudelitateȝ ppl̃i gentilis
intellectã p Babylonẽ.quã pſecutionẽ & afflictionẽ eccl'iæ
Chriſti p̃uidit Dauid in duplici ſpũ per captiuitatem tẽpo-
ralẽ Babylonis.Tria ergo facit Dauid in hoc pſal.Nam pri
mo prædicit afflictionem primitiuę eccleſię tẽpore Iudęoꝝ
& tyrannorum.Secundo prædicit cõſtantiam martyrum,&
omnium fidelium in illa afflictione. Tertio petit vltionem
p̃dicens punitionem perſecutorum eccleſiæ.Secundum ibi.
Si oblitus fuero.Tertiũ ibi.Memor eſto. ¶ Quantum ergo
ad primum dicit primitiua eccleſia intellecta per Sion,&
Hieruſalem:immo dicunt ciues fideles huius Hieruſalẽ:O
Sion.i.ciuitas dei:cuius Chriſtus eſt caput,nos ſedim⁹,& fle
uimus ſup flumina.i.perſecutiones Babylonis,quæ eſt tota
ciuitas paganorum & infidelium congregata ex obſtinatis
Iudæis & gẽtilibus tyrannis:& hoc dum recordaremur tui:
quia in tali perſecutione nunq̃ negauimus fidem. Vnde in
illa perſecutione non potuimus cantare:quia tyranni pro-
hibebant diuina officia publice celebrari.ideo ſubdit:in me
dio Babylonis inter ſalices amaritudinis ſuſpendimus orga-
na noſtra.quaſi dicat:publice non audebamus celebrare
diuina officia:quia quomodo cantaremus canticum domi-
ni euangelicum in terra aliena,ſcilicet inter Iudæos,& hæ-
reticos,& tyrannos? Omnia iſta dicit Dauid quia Chriſtia-
ni latebant per antra deſerti,& cryptas montium propter
metum tyrannorum imperatorum & regum. ¶ Si oblitus
fuero tui.In hac ſecunda parte prædicit conſtantiam mar-
tyrum,qui patienter ferentes perſecutiones firmiter confi-
tebantur fidem Chriſti non timentes tormenta tyranno-
rum.vnde dicit cœtus martyrum.O Hieruſalẽ ciuitas Chri-
ſti,pro cuius defenſione ego patior,ſi oblitus fuero tui Chri
ſtum negando:obliuioni detur dextera mea:quaſi dicat.
Deficiant mihi omnes vires,& pereat anima mea ſi nega-
uero te:& ſi non propoſuero Hieruſalem,id eſt eccleſiam
in principio lætitiæ meæ,id eſt ſi non contempſero omnia
bona temporalia,& promiſſiones tyrannorum propter fi-
dem & eccleſiam Chriſti. ¶ Memor eſto filiorum Edom.
In hac tertia parte prędicit punitionem perſecutorum eccle
ſiæ,& petit vltionẽ primo de ſynagoga itellecta per Edom
vt dictum eſt.ideo dicit.O domine Ieſu Chriſte memento
filiorum Edom,id eſt ſcribarum,& phariſſæorum,& cæte-
rorum Iudæorum filiorum ſynagogæ obſtinatæ:vt punias
eos qui continue dicunt exinanite:id eſt deſtruite,& annihi
late eccleſiam Chriſti vſqȝ ad fundamentum in ea:quia pe
tunt & conantur deſtruere eccleſiam vſqȝ ad fundamenta.
Deinde cum dicit:Filia Babylonis miſera:prædicit ſimul
punitionem Iudęorum,& tyrannorum perſecutorum eccle
ſiæ:qui intelliguntur per filiam Babylonis.vnde ait:O mi-
ſera ſynagoga,& gentilitas filia Babylonis,& confuſionis:
tempus veniet in quo dicetur beatus ille qui deſtruet te,&
retribuet tibi retributionem,quam retribuiſti nobis. vnde
beatus reputabitur ille qui ten[illegible]bit,& capiet filios tuos par
uulos:& allidet,& proijciet eos ad petram & parietes.quæ
omnia ita fuerunt completa in excidio Hieruſalem per Ro
manos,& in mutuis pręlijs ipſorum & populi gentilis inter
ſe:vt patet in hiſtorijs imperatorum,vſqȝ ad tempora Con
ſtantini:vbi tota gentilitas conuerſa eſt ad Chriſtum.Et ſic
ceſſarunt bella in magnam partem.

COnfitebor tibi domine in toto corde
meo:quoniam audiſti verba oris mei.
¶ Titulus,Pſal.ipſi Dauid.Vnde eſt aduerten-
dum ꝙ licet litera huius pſalmi poſſit applicari
ipſi Dauid:ꝙ ſit gratiarum actio,quando liberatus eſt de
perſecutione filij ſui Abſalon,ſicut quidam hebræorum di
cunt:tamen talis intelligentia non eſt preciſa:quia multa
dicuntur in hoc pſalmo quæ excedunt facultatem illius hi-
ſtoriæ:præcipue cum Dauid non ſit minus propheta in hoc
pſal.q̃ in cæteris.Ideo eſt dicendum:ꝙ poſtq̃ Dauid defle-
uit in p̃cedenti pſal.captiuitatem generis humani factã in
poteſtate diaboli:& etiam in pſecutionibus tyrannoꝝ:iam
in hoc pſalmo agit gratias:qualiter iſte homo myſticus ſiue
eccleſiaſticus fuit liberatus de huiuſmodi duplici captiuita-
te,ſcilicet diaboli & tyrannorum.Vnde de captiuitate dia-
boli fuit liberatus per mortem,& paſſionem,& reſurrectio-
nem Chriſti:ſed de captiuitate perſecutionum fuit liberatus
p conuerſionẽ magni Cõſtãtini:ante quã cõuerſionem mul
ti reges,& principes tyranni fuerunt grauiter puniti non ſo
lummodo in anima:ſed etiã in corpore,ſicut fuerunt Iudæi

& Nero,& Domitianus,& Diocletianus,& Maxentiꝰ.Sed poſt cõuerſionem Conſtantini omnes reges terrę & principes gentiliũ venerũt ad fidem Chriſti cũ ſuis populis,& publice cõfeſſi,& profeſſi ſunt nomẽ Chriſti,& legẽ euãgelicã. Tria ergo facit Dauid in hoc pſalmo.Nam primo in perſona hominis myſtici agit gratias ſe eſſe liberatũ de ſupradicta duplici captiuitate.Scdo agit gratias ꝙ omẽs reges terrę venerunt ad fidem. Tertio agit gratias:quia multi inimici fidei in vltionem eccleſię fuerunt grauiter puniti.Secundum ibi.Confiteantur tibi domine omnes reges terræ. Tertiũ ibi.Qm̃ excelſus dominus.❡ Quãtuꝫ ergo ad primũ:qa eccl'ia fideliũ in veteri teſtamẽto,dixit ſe non poſſe cantare cãticum dñi captiua in terra aliena:cum ſederet ſup flumina Babylonis flendo peccatum ſuuꝫ:deſiderando aduentũ Chriſti:vt reduceret eã in Hierl'm per ſuam paſſionem &c. Nunc redempta iam per Chriſtũ agit gratias dicens.Confitebor tibi o dñe Ieſu Chriſte non ſolum ore coram hominibus:ſed etiã in toto corde meo.ſ.intẽtione & opere:qm̃ audiſti verba,& orationem,& petitionem cordis mei,redimẽdo me de captiuitate diaboli babylonica.

In conſpectu angelorum pſallam tibi:adorabo ad templum ſanctum tuum:& confitebor nomini tuo.

❡ Poſtq̃ in illa captiuitate non poteram cantare eo ꝙ erã in terra aliena:nunc quia ſum in noſtra Hieruſalem,& tẽplo pſallã,& cantabo tibi in cõſpectu angelorum.nam angeli frequentant tẽplũ,& eccl'iam dei portantes orationes & petitiones noſtras ad deũ:& reducũt nobis gratiã petitã, & dona:ſicut vidit Iacob angelos aſcendentes,& deſcendẽtes per ſcalã.Geñ.xxviij.Iõ ſeqꝫ:Et ibi in Hierl'm adorabo ad tẽplũ ſctm̃ tuũ ſacramẽta nouę legis offerendo:& cõfitebor nomini tuo qđ eſt Ieſus & ſaluator.nã publice te ſaluatorem,& redẽptorẽ omnium ꝑdicabo.Poteſt etiam iſta lr̃a ſic ordinari & conſtrui.In cõſpectu angeloꝝ pſallam tibi.i. ego exiſtens in hac eccleſia militãti vbi non poſſum te videre niſi p fidem,pſallam tibi qui exiſtis in patria in conſpectu angelorum:a quibus facialiter cõſpiceris & videris & ſic ſequiẽ.Adorabo ad tẽplũ ſanctum tuum,& confitebor noi tuo,tua beneficia memorando.

Sup mia tua & veritate tua·quoniam magnificaſti ſuper omne nomẽ ſanctum tuum.

❡ Subdit de quibꝰ beneficijs intendit ipſum laudare,& dicit ꝙ de duobus.ſ.de mia & veritate.Nam deus oſtẽdit ſuã veritatem quando adimpleuit in lege noua qđ promiſerat in lege veteri:& oſtendit miam ſuam cum nos per mortem & paſſionẽ redemit.Dicit ergo:ego confitebor nomini tuo ſup mia & veritate.i.de miſericordia & veritate,& etiaꝫ qm̃ magnificaſti nomen ſanctum tuuꝫ,qđ eſt Ieſus ſuper omne nomen:& hoc in miraculis faciendis.nam magnificaſti nomen tuum ſuper omnes creaturas.Primo ſuper angelos:qa in tua natiuitate cantarunt.Gloria in excelſis deo. & p eos tanq̃ per miniſtros voluiſti miracula facere.Itẽ magnificaſti nomen tuuꝫ ſup omnia corpora cæleſtia:quia omnia dederunt ſignum in tua natiuitate,& in tua paſſione.Item magnificaſti nomen tuuꝫ ſuper omnia elementa:quia mare & venti obedierunt tibi.Item magnificaſti nomen tuum ſup dęmones:qa eos coegiſti & expuliſti de corporibus obſeſſis. & ſic oīa ſubiecta ſunt ſub pedibus tuis:intantum ꝙ omne genu flectitur in nomine Ieſu &c.Et ſic magnificaſti nomẽ ſãctum tuum ſuper omne nomen.

In quacunq; die inuocauero te exaudi me:multiplicabis in anima mea virtutem.

❡ Primo eam redimendo.Secundo ad pugnanduꝫ contrã inimicos fidei dona gratiarum conferendo. Tota etiaꝫ iſta prima pars eſt exponenda de liberatione eccl'ię a perſecutiõe tyrannoꝝ. ❡ Vnde eſt notandum:ꝙ tyranni qui fuerunt a principio eccleſię vſq; ad Conſtantinum,prohibebãt ne chriſtiani ædificarent eccleſias lapideas.Et etiam ne publice orarent,nec confiterenẽ nomẽ Chriſti.& ideo orabãt chriſtiani occulte in angulis,& cryptis,& ſpeluncis.Sed Cõſtantinus poſt ſuam conuerſionem indulſit licentiam & facultatem chriſtianis:vt libere & manifeſte poſſent eccleſias cõſtruere,& altaria conſecrare:in quibus eccleſijs ab omnibus fidelibus poſſent diuina officia celebrari. De hac ergo licentia,& libertate data chriſtianis de eccleſijs ædificandis,& diuinis officijs publice celebrandis:agit etiaꝫ gratias propheta in hac prima parte,dicens.Confitebor tibi o dñe Ieſu Chriſte in toto corde meo,abſq; aliqua trepidatione, quoniam audiſti verba oris mei.nam per.CCC.annos clamaui vt liberares me a ſupradictis perſecutionibus:& tandẽ audiſti verba oris mei:me per conuerſionem Conſtantini liberando:qui dedit facultatem vt poſſem eccleſias fabricare,& diuina officia publice celebrare. Et ideo abſq; metu & trepidatione pſallam tibi in eccleſia in conſpectu angelorum,& adorabo ad templum ſanctum tuum:& confitebor nomini tuo:laudando te ſuper miſericordia tua,quam feciſti mihi,de manibus peccatorum liberando,& laudando te de veritate tua.quia ſicut ꝓmiſiſti ita & impleuiſti. nam tu promiſiſti Marci vltimo,ꝙ in nomine tuo eijceremꝰ dęmonia,& tolleremus ſerpentes &c.quod ita factum eſt:nã oia idola deleuimus,& omnes reges & principes,& populõ gẽtilem tibi ſubiecimus in virtute nominis tui:& magnificaſti nomen ſanctum tuum ſuper omne nomen creatuꝫ:quia oẽ genu tibi flectitur:ſcilicet cæleſtium,terreſtrium,& infernoruꝫ.Et ſic tu exaudiſti me,in quacunq; die inuocaui te.etiã multiplicaſti virtutem in anima mea mihi dona gratiarum conferendo:qua virtute omnes inimicos eccleſiæ ſubieci,& ſuperaui,& multa miracula feci in virtute nominis tui Ieſu. Item veritas in ſacra ſcriptura ſumitur pro iuſtitia. Ideo dicit eccleſia.Confitebor tibi agendo gratias ſuper miſericordia tua:quam oſtendiſti me liberando,& ſuper veritate tua .i.iuſtitia tyrannos puniendo.

Confiteantur tibi domine omnes reges terræ: quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in viis domini:quoniam magna eſt gloria domini.

❡ Hic prophetice inuitat omnes reges,& principes terrę ad confeſſionem verę fidei:ſicut fuit impletũ poſt cõuerſionẽ Cõſtãtini:vt dictũ eſt.Dicit ergo Dauid poſtq̃ imperator Conſtantinus conuerſus eſt ; etiam data eſt licentia libere fabricandi eccleſias,& celebrandi nomẽ Chriſti per vniuerſum imperium:Ergo confiteantur tibi o Chriſte oẽs reges terrę:quia audierunt verba oris tui.ſ.legem euangelicam: q̃ publicata eſt p apl'os,& martyres,& doctores.& reges oẽs cum populis ſuis cantent,& confiteantur in vijs & eccleſijs domini:qm̃ magna eſt gloria dñi.i.confiteantur qm̃ dñs Ieſus Chriſtus deus & homo rex regum & dñs dominantium in gloria eſt dei patris:& ꝙ eſt iudex viuorũ,& mortuoruꝫ, & vltor,& punitor malorum.

Quoniam excelſus dominus:& humilia reſpicit:& alta a longe cognoſcit.

Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me:& ſup iram inimicorum meorũ extẽdiſti manũ tuam:& ſaluũ me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me:domine miſericor

dia tua in ſęculum:opera manuum tuarum ne deſpicias.

¶ Hic eccleſia agit gratias quoniã Chriſt⁹ puniuit inimicos ſuos & perſecutores/puta Iudæos & tyrannos: & eorum ſuperbiam conſtrauit & detexit. Vnde dicit. Cantent reges terræ:& ego etiam gratias ago quoniã dominus Ieſus Chriſtus eſt excelſus:& tamen humilia reſpicit.i.homines humiles a ſe elegit & recepit:& alta.i.homines ſuperbos a longe cognoſcit,id eſt a ſe abijcit & ꝓijcit.& ideo ſi ego humilis ambulauero in medio tribulationis:viuificabis me, id eſt quia ego cum humilitate & patientia ambulaui in medio perſecutionis iudæorum & tyrannorum :ideo viuificaſti & liberaſti me. Et extendiſti manum & potentiam tuam ſuper iram & furiam inimicorum tuorum Iudæorum & tyrannorum. Nam per Titum & Romanos Iudæos trucidaſti:& captiuaſti:& ciuitatem eorum incendiſti. Et poſtea Neronem, & Domitianum, & Diocletianum, & Maximianum grauiter in corpore & anima afflixiſti & puniſti : & ſaluum me fecit dextera tua de manu eorũ:& ſic dominus retribuet eis pœnam pro me:quia eos puniuit. Et conuerſus ad Chriſtũ dicit in perſona eccleſiæ.O domine Ieſu Chriſte miſericordia tua ſemper erit in ſęculũ propitia inuocantibus te:ideo rogo ne deſpicias opera manuũ tuarũ qui ſumus nos:quia per baptiſmum nos regeneraſti & recreaſti. Et ſic ne deſpicias eccleſiam tuam,nec deſeras in cæteris perſecutionibus vſq; ad ſecundum aduentum tuum.

¶ Tota etiam iſta vltima particula poteſt referri ad opus redẽptionis.vnde dicit homo myſticus.O domine Ieſu Chriſte ſi ambulauero in medio tribulationis peccati tu viuificabis me per paſſionem & reſurrectionem tuam & eccleſiaſtica ſacramenta:in quibus ſaluũ me fecit dextera tua. Et ſic dominus Ieſus Chriſtus retribuet & ſoluet pro me,& patietur pœnam quam ego debebam ſoluere. Et propheta conuerſus ad Chriſtũ dicit. O domine miſericordia tua eſt magna in ſæculuʒ:& ideo ne deſpicias nos qui ſumus opera manuum tuaruʒ:ſed veni in carnem & redime nos. Totus etiã iſte pſalmus poteſt exponi de quocũq; peccatore pœnitente poſt actam pœnitentiam:qui agit gratias ſe eſſe exauditum & liberatum de poteſtate peccati:& reductũ in gratiã, per quam gratiã poteſt libere & fructuoſe orare in eccleſia & exaudiri. Item eccleſia cantat iſtum pſalmuʒ in agenda defunctorum in perſona cuiuſlibet exiſtentis in purgatorio:et in quo pſalmo ille defunctus agit gratias:quia per pœnitentiam & eccleſiaſtica ſacramenta fuit liberatus a culpa peccati:& receptus in eccleſiam:& tanq̃ membrũ Chriſti & eccleſiæ cũ charitate deceſſit ab hac vita:ſed petit liberari a pœna purgatoria dicens. Dominus retribuet pro me.i.tu dñe Ieſu Chriſte retribue & offer ꝓ me merita paſſionis tuæ ante patrẽ:vt recipiat paſſionẽ tuã in recõpenſationeʒ pœnarum mearũ debitarũ:quoniã miſericordia tua eſt magna in ſęculũ:& merita tua ſunt ſufficientia ad ſoluendum pro me: ideo nõ deſpicias opera manuũ tuarũ quoniã manus tuę fecerunt me & plaſmauerunt:& iterum redemerunt me.

DOmine probaſti me & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam & reſurrectionem meam.

¶ Titulus, Ad victoriã vel in finem pſalmus Dauid. Ex titulo patet ꝙ Dauid fecit iſtum pſalmũ:& dedit ipſum cantoribus & leuitis vt cantarent eum ad victoriã vocis:ad denotandum ꝙ iſte pſalmus eſt difficillimus in litera & ſententia propter profundũ theſaurũ in eo latentem:& ideo indiget maximo conatu & ſtudio ad intelligendum ipſum. Sed quia hoc ex nobis non poſſumus attingere niſi ex gratia dei & lumine ſpiritus ſancti:ideo exhortatur nos ad votum, vt vnuſquiſq; noſtrũ & oẽs ſimul clamemus ad dominum:& pulſemus toto conatu, vt aperiat nobis intellectum & ſenſum & theſaurũ latentem in hoc pſalmo,gratiã nobis conferendo:vt patebit in litera. Item dicitur in finem:ad denotandum ꝙ iſte pſalmus dirigit nos in finem noſtrũ qui eſt Chriſtus, & vera beatitudo,& caput noſtrum. Iudæi auteʒ dicunt ꝙ Dauid loquitur in hoc pſalmo:vt inducat oẽs ad laudandum deum,cõmendando ipſum de omnipotentia. Rabi autem Chamhi dicit ꝙ totus iſte pſalmus eſt vox ipſius primi Adã:qui fuit formatus ex puluere terrę collectę ex omnibus partibus mundi:per hoc ꝙ dicitur Formaſti me &c. Et dicit ꝙ in hoc pſalmo loquitur Adã pro oibus filijs ſuis. Sed iſta poſitio eſt falſa. Primo:quia iſte qui loquitur hic,probat ſe eſſe immuneʒ ab omni peccato. Secundo:quia dicit ſe ſurrexiſſe. Et ideo eſt dicendum ꝙ Chriſtus loquitur in hoc pſalmo ad patrem, petens pręmium pro labore & merito ſuæ paſſionis & reſurrectionis.

¶ Vnde eſt aduertendũ ꝙ pręmiũ laboris & paſſionis Chriſti erat regnũ cælorum promiſſum pro ſe & membris. Peracto ergo labore Chriſtus de iure petit a patre præmiũ ſuæ paſſionis & reſurrectionis. Ideo in hoc pſalmo interpellat patrem tanquã iuſtũ iudicem:vt tribuat ſibi hanc mercedẽ. nam iniuſte ageret iudex vere cognoſcens laborem militis, ſi non tribueret ipſi mercedem multo labore cõparatam. Duo ergo principaliter facit. Nam primo examinat laborẽ ſuum. Secundo petit mercedẽ:ibi in fine pſalmi. Proba me deus. Quantũ ad primũ duo facit. Nã primo demõſtrat ſuũ laborem eſſe deo manifeſtiſſimum & notum. Secundo ex parte ſui demonſtrat laborem ſibi impoſitũ eſſe peractum: ibi. Mihi autem nimis.

¶ Quantum ergo ad primum dicit. O domine pater & iuſte iudex tu probaſti me:cum in mundum miſiſti:& laboribus & perſecutionibus me expoſuiſti : & cognouiſti me humilem,& patientem,& mitem,& obedienteʒ in oĩbus:& cognouiſti ſeſſionem,id eſt paſſionem & extaſim & morteʒ & ſepulturam meam:& reſurrectionem meam. Nam iſtum laborem aſſignaſti mihi:pro quo regnũ cęlorum promiſiſti pro me & membris meis.a qua paſſione & morte & extaſi ego ſurrexi:nam per paſſioneʒ & morteʒ ego redemi mea mẽbra a morte æterna:& emi regnũ cælorum meo ſanguine:& per reſurrectioneʒ recuperaui immortalitateʒ & gloriam pro me & pro meis mẽbris & pro toto corpore meo eccleſiaſtico & myſtico. Ergo poſtq̃ oĩa iſta cognouiſti me peregiſſe:da mihi cælorum regnũ lucratũ & emptũ. Et probo ꝙ tu cognouiſti ſeſſioneʒ meã &c.

Intellexiſti cogitationes meas de longe: ſemitã meam & funiculũ meũ inueſtigaſti.

Et omnes vias meas pręuidiſti:quia non eſt ſermo in lingua mea.

¶ Tu intellexiſti omnes cogitationes & vota mea & intentiones meas de longe,id eſt per magnuʒ tempus ante:& inueſtigaſti & perſcrutatus es ſemitam & viaʒ meã,id eſt totum diſcurſum vitæ meæ,& funiculuʒ,id eſt menſuram & limiteʒ vitę, ſcilicet principiũ & mediũ & fineʒ:& præuidiſti oẽs vias meas & opera antequã fierent:& ſcio ſupple, quia non eſt ſermo,id eſt mendaciũ nec dolus in lingua mea. vnde in litera Hieronymi habetur. Non eſt dolus in lingua mea. vel ſic. Non eſt ſermo in lingua mea. quin tu ſcias ſupple:& ſit tibi manifeſtus.

Ecce tu domine cognouiſti omnia nouiſſima & antiqua:tu formaſti me & poſuiſti ſuper me manum tuam.

¶ Hic probat per rationes quod dicit. ¶ Vnde eſt aduertẽdum ꝙ ſex requiruntur ad hoc ꝙ aliquid cognoſcatur &

videatur a nobis. Primo ꝙ ſit in tempore præſenti,& non ſit remotum a præſenti. ideo non videmus ea quæ fuerunt tempore belli Troiani:nec quę fiēt cras. Secundo ꝙ non ſit remotũ nimis a loco noſtro.ideo non videmus quæ ſunt in Perſia & India.& etiã ſi terra poneretur in cælo non videremus eam. Tertio ꝙ mediũ ſit diaphanũ:quia ſi eſſet corpus opacum puta paries in medio, non videremus rem vltra parietẽ. Quarto ꝙ illud mediũ diaphanũ ſit illuminatum.Nam ſi eſſet tenebroſũ:non videremus rem quantũcunq̃ propinquã. Quinto ꝙ poſſit immutare & cauſare ſpeciem ſuã in intellectum aut ſenſum noſtrũ. & ideo non poſſumus intelligere cogitationes hominum. Sexto ꝙ illa res cognita & viſa habeat eſſe.& ideo ea quæ non habent eſſe in ſe,non poſſunt videri nec ſentiri:& quæ non habent eſſe in ſe:nec in ſua ſpecie:nec poſſunt cognoſci per ſenſum, nec per intellectũ:quia quod non eſt non contingit ſciri.primo poſteriorũ. Ex quo ſequitur ꝙ ſi aliquod iſtorũ deficit non poteſt res videri nec cognoſci.Ergo ſex ſunt cauſę ignorantiæ in aliquo cognoſcente. Primo remotio temporis a præſenti. Secundo remotio loci longinqua.Tertio mediũ opacum. Quarto diaphanũ tenebroſum.Quinto defectus eſt in eſſendo. Sexto ſi cognoſcens non illabitur menti alterius:non poteſt cognoſcere eius cogitationes. Cum autẽ nullum iſtorum ſex poſſit deo obeſſe:nec obſiſtere:ergo nihil eſt ei occultum nec ignotũ:nec poteſt aliquid ignorare. Ideo ſex facit Dauid in hac prima parte. Nam primo probat ꝙ remotio temporis non poteſt impedire diuinã cognitionem. Secundo ꝙ nec remotio ſeu longinquitas loci. Tertio ꝙ nec corpus opacũ. Quarto ꝙ nec diaphanũ tenebroſum:nec obſcuritas aliqua. Quinto ꝙ nec ſecretũ cordis alicuius:cum ipſe illabatur mentibus hominũ.Sexto ꝙ nec defectus in eſſendo impedit diuinã cognitionẽ.Secundũ ibi.Quo ibo a ſpiritu tuo.Tertium ibi.Et dixi.Quartum ibi.Quia tu poſſediſti.Quintum ibi.Non eſt occultatũ. Sextũ ibi.Imperfectum meum. Quaſi dicat:ſi tu pater habes omne tempus tanquã præſens:& es vbiq̃:& omnia penetras:& attingis vſq̃ ad infimũ & ſũmũ:& tu temet es lux: & illaberis mentibus & cordibus hominũ:& a te procedunt omnia:ergo nullũ horũ te poteſt impedire in tua cognitione:quia quæ ſunt,quæ fuerunt,ventẽtq̃ vno mentis cernis in ictu.

A ¶ Ergo quantũ ad primum eſt aduertendũ ꝙ cauſa quare deus ſcit omnia præſentia præterita & futura,eſt quia omne tempus eſt ipſi præſens:cum ipſe ſit in æternitate extra & ſupra omne tempus : cuĩ eius duratio & eſſe ſit interminabilis vitæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio. Et ideo omne tempꝰ ſimul attingit ſub ſe,cum ipſe ſit cauſa temporis & oĩs motus.nam tẽpus fluit ab æuo tanquã a ſua cauſa:& oĩa quæ ſunt in tempore fluunt ab eſſe diuino. Et ſic deus in cognoſcendo ſeipſum cauſat oĩa quæ ſunt & quæ fuerunt & quæ erunt:cum a ſuo eſſe dependeant.Ideo oẽ tempus & omnia quæ fuerunt & ſunt & erunt in tempore ſimul videt vno ictu mentis:vt ait Boetius & Auguſtinus. Ideo dicit. Ecce tu domine pater cognouiſti oĩa nouiſſima:ſcilicet vltima futura & antiqua pręterita:quia tu formaſti me in vtero matris meę opere ſpiritus ſancti:& poſuiſti manũ & potentiã tuã ſuper me:& poſuiſti etiã ſuper me manũ & ſentẽtiã tuam quando peccauit Adã:quia voluiſti vt ego paterer pro eo & toto humano genere. Ex quo patet ꝙ vere cognouiſti ſeſſionem meam & reſurrectionẽ meam. Et probaſti me per experientiam:quia feci quod voluiſti.

¶ Vnde eſt aduertendũ:ꝙ iſtud verbũ ſedere quandoq̃ ponitur in ſcriptura pro quieſcere:& ſic Chriſtus dicitur ſedere ad dexteram patris:& oẽs ſancti in gloria. Et talis dicitur ſeſſio quietis. Quandoq̃ autẽ ponitur pro pugnare & laborare & anguſtiari: & ſic dicimus febricitantes inſidere & & reſidere in conflictu febrium:& ille conflictus dicitur ſeſſio:& cum vicerit febres dicitur reſurgere a ſeſſione. Iſto ergo modo tota paſſio & mors & ſepultura Chriſti & oẽs labores & perſecutiones quas ſuſtulit, dicta eſt quędam ſeſſio & conflictus. Ideo dicit Chriſtus ad patrem:tu cognouiſti ſeſſionem,id eſt paſſionem meam,& reſurrectionem meã: id eſt victoriam meam.

Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me:confortata eſt & non potero ad eam.

Quo ibo a ſpiritu tuo:& quo a facie tua fugiam?

Si aſcendero in cęlum tu illic es:ſi deſcendero in infernum ades.

Si ſumpſero pennas meas diluculo : & habitauero in extremis maris.

Etenim illuc manus tua deducet me : & tenebit me dextera tua.

¶ Hic probat deũ oĩa ſcire:eo ꝙ remotio loci ipſi non reſiſtit:cum ſit vbiq̃ per ſubſtantiã & virtutẽ & operationem·ideo dicit. O pater mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me:id eſt quã habes ex me,id eſt de me:ſicut habet litera Hieronymi.nam intantum ſupple eſt ſcientia tua confortata,id eſt roborata,& magna,& alta,& profunda:ꝙ non potero attingere ad eam,nec reſiſtere ipſi,nec agere contra eam:cum tu ſis vbiq̃. Nã quo ibo fugiens a ſpiritu & voluntate & tua notitia? & quo fugiam a facie & præſentia & potentia tua,ſupple cum ſis vbiq̃? nam ſi aſcendero fugiens in cælũ,non potero ſupple euadere:quia tu illic es per gloriam:& ſi deſcendero in infernum ibi ades per iuſtitiam & executionem:& ſi ſumpſero pennas & alas meas:& voluero volare & habitauero in extremis maris:in oriente vel occidente , vel ad polos:etenim , id eſt certe manus , id eſt potentia tua deducet,id eſt adſtrahet me illuc,id eſt illinc: & tenebit me vinctum & captum. Et ponitur illuc pro illinc:nam iſta aduerbia localia frequenter cõmunicant ſibi adinuicem ſignificationes.vnde pſalmo.ciij.dicitur:Illic naues pertranſibunt.& ponitur pro illac.ideo litera Hierony. habet in hoc loco:Ibi manus tua deducet me,id eſt illinc. vnde ſacra ſcriptura non ſubijcitur literæ ſed ſenſui. Vnde eſt notandum ꝙ Chriſtus hic loquitur inquantum homo:& ſecundũ humanitatem in qua paſſus eſt & reſurrexit:ideo dicit ſe non attingere ad ſcientiã patris:cum vt ſic ſcientia eius ſit finita:licet ſupereminẽat cæteris hominibus in ſummũ. Inquantum autem deus eſt & æqualis patri:habet eandẽ ſcientiam cum patre.

Et dixi : forſitan tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio mea in deliciis meis.

Quia tenebræ non obſcurabuntur a te: & nox ſicut dies illuminabitur : ſicut tenebræ eius ita & lumen eius.

¶ Hic oſtendit deum ſcire omnia:quia nulla tenebra reſiſtit ipſi:eo ꝙ ipſe eſt lux per eſſentiam illuminans omnia. nam ſicut ipſi ſoli non reſiſtit tenebra:cum de ſe ſit luminoſus: immo fugat tenebras & illuminat diaphanum : ita deus cum ſit lux per eſſentiam,fugat omnes tenebras & illuminat omnia. Dicit ergo Chriſtus loquẽs in perſona alicuius inſipientis:& dixi,id eſt cogitaui:id eſt ſi cogitarẽ tanq̃ inſipiens,forſitan tenebræ conculcabunt me,id eſt ponam me in aliquo tenebroſo loco vbi tenebræ abſcondant me ne videat me deus.ſed hoc eſſet ſuperfluum & ſtultum ſup-

ple.nam talis nox & tenebra mea eſſet illuminatio: & illuminata reſpectu dei qui lumine ſuo illuminat omnia & fugat noctem & tenebras. Nam oculus catti ſimul illuminat medium de nocte & videt murem:ergo a fortiori deus qui eſt ipſa lux per eſſentiam,fugat tenebras & illuminat & videt in tenebris:quia pro eo nulla eſt tenebra. Vnde hoc dicit propter ſtultos peccantes in occulto qui putant ꝙ poſtq̄ homines non vident peccata eoꝝ:ſic nec etiam deus. Ideo dicit:nox mea & illuminatio eſt manifeſta deo in meis delictis & peccatis,id eſt peccata mea erunt ita deo manifeſta in nocte ſicut in die. ideo ſequitur:Quia tenebræ non obſcurabuntur,id eſt abſcondentur a te:nec aliquid in eis latebit: immo nox tibi & a te illuminabitur ſicut dies. & mutat perſonam per ſyneptesim,dicens. Sicut tenebræ eius:ita & lumen eius:id eſt deus eodem modo ſe habet in tenebris ſicut in lumine. ſicut ſe habet lumen ad eum:ita & tenebra: ſicut videt in lumine:ita in tenebris. & non eſt differentia apud eum. Ab iſto ergo pſalmo accepit Salomon illud qđ dicit Sapientiæ primo. Spiritus domini repleuit orbem terrarum & hoc quod continet oīa ſcientiā habet vocis &c. Item infra capitulo ſeptimo. In nationes per animas ſanctas ſe transfert &c. Attingit ergo a fine vſq; ad finem fortiter:& diſponit oīa ſuauiter. Item ab hoc pſalmo accepit Boetius quinto de conſolatione carmine primo illud qđ dicit. Puro clarum lumine phœbum melliflui canit oris Homerus. Qui tamen intima viſcera terræ Non valet aut pelagi:radiorum Infirma perrumpere luce. Haud ſic magni conditor orbis. Huic ex alto cuncta tuenti:nulla terrę mole reſiſtunt &c. Quę ſint:quę fuerint, venientq;, vno mentis cernit in ictu. Queꝫ quia reſpicit oīa ſolus verum poſſis dicere ſolem. Omnia ergo quinq; prædicta comprehendit Boetius in hoc carmine.

## Quia tu poſſediſti renes meos:ſuſcepiſti me de vtero matris meæ.

## Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es:mirabilia opera tua:& anima mea cognoſcet nimis.

¶ Hic probat ꝙ ſcientia dei etiaꝫ ſe extendit ad cogitationes hominū:eo ꝙ illabitur mentibus hominū,& poſſidet ſecreta cordis noſtri:& perſcrutatur corda:& renes:& interiora noſtra:quod ſoli ipſi conuenit. Et ratio eſt nam homo non poteſt ſcire niſi quod capit per ſenſum:ſed cogitationes noſtræ antequā faciant effectum non capiunt aliquam ſpeciem ad extra:ideo nemo poteſt ſcire cogitationes alterius: nec etiam angelus, cum non habeat ſcientiam niſi eorum quorum habet ſpecies concreatas rerum quæ ſunt a deo factæ & creatæ ſecundū ſpeciem &c. Cogitatio autem & deſideriuꝫ hominis & affectus voluntatis antequā eliciat actū ad extra manet in ſola voluntate:ideo ſoli deo eſt cognitus qui illabitur voluntati:& eſt ipſi intimus. Ideo dicit hic Chriſtus: tu pater non ſolum ſcis opera mea propter rationes iam dictas:ſed etiam ſcis cogitationes meas:eo ꝙ tu poſſediſti renes,id eſt ſecreta mea interiora:& cor meum per illapſum:quod tibi ſoli conuenit:qui perſcrutaris corda & renes:quia es intimus oībus rebus:cum oībus influas eſſe: & oīa dependeant a te in eſſe.ergo eſſe tuum eſt intimuꝫ omnibus:aliter deficerent omnia. Quia ergo tu poſſediſti renes meos:vt dictum eſt:& ſuſcepiſti me de vtero matris meæ: in quo me formaſti: ideo mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me & de me:quam ſcientiaꝫ nemo poteſt habere niſi tu propter prædicta. ideo ergo prę cęteris confitebor tibi gratias agendo:cum abſq; ſemine viri ex ſolo opere ſpiritus ſancti in vtero virginali matris meæ ex puris ſanguinibus me formaſti. Ideo dico tibi:ꝙ mirabilia ſunt opera tua in me:magis q̄ in cęteris:ideo anima mea hoc cognoſcet nimis & valde:& non erit tibi ingrata:immo hoc ſemper cognoſcet:& confitebitur tibi:& laudabit te gratias agendo. Litera vero Hieronymi habet. Cōfitebor tibi quia magnificaſti me. quod idem eſt ſecundū expoſitionem prędictaꝫ, & magis clarum.

## Non eſt occultatum os meum a te quod feciſti in occulto:& ſubſtantia mea in inferioribus terræ.

¶ Hic oſtendit ꝙ nullum corpus opacum & ſpiſſum reſiſtit viſui & ſcientiæ dei. nam nos non poſſumus videre:niſi per diaphanum illuminatum:ſed deus non ſolum videt per diaphanum tenebroſuꝫ in nocte:vt dictū eſt:ſed etiaꝫ per medium & corpus opacū & groſſum,penetrans lapides & muros:nam etiaꝫ videt oſſa noſtra:quę licet carnibus & neruis & pellibus ſint tecta,ſunt tamen ei manifeſta. ideo ait. Os meum quod poſuiſti in occulto corporis tanq̄ fundamentuꝫ, non eſt occultatū:immo manifeſtuꝫ:& tota ſubſtantia mea & vita & anima mea quæ eſt poſita in inferioribus terrę huius corporis non eſt occultata a te:immo manifeſta:& etiaꝫ ſubſtantia mea & totū corpus meuꝫ cum erit ſepultū in inferioribus terrę non erit tibi occultuꝫ:& ſubſtantia mea,id eſt anima quę eſt forma huius corporis & eſt in inferioribus terrę,id eſt intima materię primę quā immediate informat & dat ipſi eſſe ſubſtantiale:non eſt tibi occulta. Ex quo patet,ꝙ tibi non reſiſtit tēpus:nec locus, nec tenebra,nec corpus opacuꝫ, nec ſecretuꝫ cordis: quia oīa penetras: quia es vbiq; & ſemper:& per conſequens oīa ſcis:& nihil te fugit,nec tibi reſiſtit.

¶ Nota ꝙ Abenzara per os intelligit potentiam exiſtentem in materia prima:Ideo dicit ꝙ os meuꝫ,id eſt potentia mea non fuit tibi occultata. Et cuꝫ eram in embrione, id eſt dū ego eram in potentia in materia prima antequā haberem eſſe in actu:iam cognoſcebas me:quia non erat tibi occulta potentia mea in materia prima:& etiam ſubſtantia mea dum erat in inferioribus terrę, id eſt in materia elementorum,non erat tibi occulta. Intelligit enim per terram materiam elementorum. Quaſi dicat:non ſolum dum eram in materia elementorum:ſed etiam dum eram in potentia materiæ primæ:anteq̄ ꝑduceret,noſcebas me. Ideo ſequitur. Imperfectum meum viderunt oculi tui,id eſt imperfectum meū informē antequā reciperet formam in embrione. Sed iſte manifeſte mentitur. Primo quia tollit ſacramentum latens in hac litera. Secundo eſt hæreticus: quia anima Dauid nunq̄ fuit in potentia materiæ cum ſit a deo de nihilo creata in corpore &c.& non ſit educta de potentia materiæ:ſed de foris per creationem:vt patet decio ſexto de animalibus,& in libro de proprietatibus elementorum. Intendit ergo dicere Dauid ꝙ licet oſſa noſtra ſint occulta & inuiſa: eo ꝙ ſunt carnibus & pellibus cooperta: tamen ipſa oſſa ſunt deo manifeſta:quia carnes & pelles nō obſtant diuinæ viſioni & cogitationi. Iteꝫ ſubſtantia noſtra accidentibus cooperta non eſt ipſi deo occultata:nam licet viſus noſter non attingat ſubſtantiaꝫ:ſed ſola accidentia:tamen intellectus & viſus diuinus attingit omnia ab infimis vſq; ad ſummū.& ſic licet ſubſtantia hominis quæ eſt anima & materia prima ſit occultata & abſconſa in inferioribus terræ,id eſt corporis terreni:tamen non eſt occulta:immo manifeſta ipſi deo.

## Imperfectum meum viderunt oculi tui:& in libro tuo omnes ſcribentur:dies formabuntur & nemo in eis.

¶ Hic oſtendit ꝙ res ante ſuū eſſe erant ab æterno cognitæ

ipſi deo. Et ſic cognoſcit om̄ia anteq̄ fiant.

¶ Ad cuius euidentiã eſt notãdũ: ꝙ iſta ſeptẽ ſe habent per ordinem apud deus, reſpectu noſtri, ſcilicet dilectio, electio, prædeſtinatio, ſcriptio in libro vitæ, vocatio, iuſtificatio, magnificatio, ſiue beatificatio. Nam deus primo ab æterno dilexit ſuos futuros. Secundo elegit eos ſeparando ab improbis & reprobis futuris. Tertio ſcripſit eos in libro vitæ ſecundum æternum propoſitũ: quia formaliter & diſtincte propoſuit eos ſaluare. Quarto prædeſtinauit eos ad gloriã futuram præparando eis gratiam. quę quidem quatuor fuerunt ab æterno in diuina voluntate. Quinto ex tempore vnũquẽq; prędeſtinatoꝝ vocauit. Sexto ipſos iuſtificauit in hac vita. Septimo ipſos magnificauit ſiue glorificauit & beatificauit in cælo. Sed de his ſeptem actibus dei, omiſſis tribus, enumerat quatuor apoſtolus ad Romanos octauo. Vnde dicit. Quos deus prædeſtinauit hos & vocauit: & quos vocauit hos & iuſtificauit. quos autem iuſtificauit: hos & magnificauit. in gloria ſupple. Sed ad Epheſeos primo ponit quaſi tres primos: cum dicit. Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dilexit nos & elegit in ipſo ante mundi conſtitutionem: vt eſſemus ſancti & immaculati: qui prędeſtinauit nos &c. Ex quo patet, ꝙ quinq; fuerunt ab æterno. Nam primo deus nouit om̄es tã bonos q̄ malos. Secundo dilexit quos voluit futuros bonos. Tertio elegit bonos ſeparando a malis: & per conſequens tunc reprobauit etiam quos præſciuit & prænouit futuros malos. Quarto bonos ſcripſit in libro vitæ, & malos in libro mortis. Quinto bonis præparauit gratiam. & hæc dicitur prædeſtinatio. Ex quibus omnibus patet, ꝙ deus ab æterno pręnouit omnes tam bonos q̄ malos. nam dilectio pręſupponit notitiam, ſecundũ Auguſtinũ, & veritatem.

B ¶ Sed iterum eſt aduertendum: ꝙ iſte liber in quo omnes ab ęterno ſunt ſcripti eſt duplex. Vnus dicitur liber vitæ & prędeſtinationis: alius liber mortis. In libro vitę ſcribuntur omnes prędeſtinati & electi. In libro autem mortis ſcribuntur mali & reprobati. Sed etiam liber vitę eſt duplex. Vnus qui dicitur liber vitę ſecundum ęternum propoſitum: in quo ſcribuntur ſoli prędeſtinati quos deus elegit ab ęterno & propoſuit ſaluare. & iſte proprie dicitur liber prædeſtinationis. Secundus dicitur liber vitę ſecundum pręſentem diſpoſitionem. nã quandocunq; quis ẽ in gratia ſcribitur in iſto libro: quia pro illo tempore eſt deo charus & acceptus ſecundũ pręſentem & talem diſpoſitionem: eo ꝙ viuit per gratiam. ſed quando perdit gratiam per peccatum tunc deletur de iſto libro vitę: & ſcribitur in libro mortis, id eſt damnationis. & quando per pœnitentiam reuertitur ad gratiam: tũc deletur de libro mortis: & reſcribitur in hoc libro vitę. ſed ſi eſt prędeſtinatus nunq̄ deletur de primo libro vitę: ſcilicet de libro prędeſtinationis ſecundum ęternũ propoſitũ. Ex quo patet, ꝙ multi ſunt ſcripti in libro prędeſtinationis ſcd̃m ęternum propoſitũ, qui non ſunt ſcripti in libro vitę ſcd̃m pręſentem diſpoſitionem. ſicut Paulus & Auguſtin⁹: qui ab ęterno fuerũt prędeſtinati: ſed per multa tempora fuerunt ſcripti in libro mortis ſecundõ pręſentem diſpoſitionem dum fuerunt in peccato & infidelitate. Et multi poſſunt eſſe ſcripti in libro vitę ſecundũ pręſentem diſpoſitionem qui ſunt ſcripti in libro mortis & reprobationis ſecũdũ ęternũ propoſitũ: ſicut potuit eſſe Iudas ſi aliquando fuit in gratia. Secundo ſequitur ꝙ ſicut eſt duplex liber vitę: ſcilicet prędeſtinationis & pręſentis diſpoſitionis: ita eſt duplex liber mortis. Vnus ſecundum ęternum propoſitum: in quo ſunt ſcripti omnes pręſciti & reprobati: quos deus ab ęterno pręſciuit ſine pœnitentis morituros: & alius eſt liber mortis in quo ſcribunt om̄es qui ſunt extra gratiã in peccato. Tertio ſequitur ꝙ nemo poteſt deleri de prio libro prędeſtinationis: nec de primo libro mortis ſiue reprobationis: quia vterq; reſpicit ęternum propoſitum. ſed tam de libro vitę: q̄ de libro mortis ſecundũ pręſentem diſpoſitionẽ quotidie poſſunt homines deleri & reſcribi & ſcribi. Vñ de hoc ſecundo libro vitę dicebat Moyſes, Dñe dele me de libro vitę ſi non dimittis eis hanc noxam. Exodi trigeſimo ſecundo. Quia de primo libro nemo deſiderat nec poteſt deleri. Quaſi diceret Moyſes, Domine ſi eis non peperceris incidam in peccatum: & murmurabo contra te: & ſic perdã gratiam: & per conſequens delebor de libro vitę ſecundum pręſentem diſpoſitionem.

¶ Secundo eſt notandũ ꝙ diuerſa eſt cauſa deſcriptionis horum duoꝝ primoꝝ libroꝝ. Nam deus non ideo ſcripſit prędeſtinatos in hoc libro: quia bonos futuros pręnouit: ſed quia ipſe primo diligere & pręeligere eos voluit: & vt boni eſſent eis gratiam prępárauit: & eos ad gratiam prępárauit: vt dicit Apoſtolus ad Epheſeos primo: qui elegit nos ante mundi conſtitutionem: vt eſſemus ſancti &c. Ex quo patet ꝙ cauſa prędeſtinationis & ſcriptionis in libro vitę nõ eſt in prędeſtinato: ſed in ſolo deo. Sed per oppoſitũ eſt de reprobatis. nam deus non fuit cauſa reprobationis eorum: ſed ideo eos ſcripſit ab ęterno in libro reprobationis & mortis: quia ab ęterno pręſciuit eos futuros malos: & in peccato morituros. Ideo liber mortis non ponitur in deo niſi obiectiue. ſed in reprobatis ponitur ſubiectiue: vt dictum eſt pſalmo ſexageſimo octauo. In quo libro ſunt ſcripti infideles &c. De quo pſalmo. lxviij. Deleantur de libro viuentium: & cum iuſtis non ſcribantur. In libro autem vitę & prędeſtinationis eſt primo ſcriptus Chriſtus ab ęterno: & patet pſal. xxxix. In capite libri ſcriptum eſt de me &c. Et ex conſequenti eſt ſcripta virgo Maria: & poſtea apoſtoli: & ex conſequenti omnes martyres & omnes iuſti: vt ait Chriſtus Matthęi quinto & decimo: & Lucę decimo. Gaudete & exultate: quoniã nomina veſtra ſcripta ſunt in cęlis. Ex quo patet, ꝙ ſoli deo ab ęterno eſt cognitus totus numerus electorum & reproborũ. Probatur. quia ab ęterno eos ſcripſit in illis duobus libris: & ſic ſequitur ꝙ etiam pręſciuit & pręnouit om̄es futuros homines tam bonos q̄ malos: qui erunt in nouiſſimis temporibus Antichriſti: quorum nullus eſt in pręſenti tempore. Ideo dicit Dauid in hoc verſiculo. O domine non ſolum fuerunt notę creaturæ poſtq̄ fuerunt creatę: ſed etiam ab ęterno antequã eſſent in perfecto ſuo eſſe. nam oculi tui viderunt me imperfectum, id eſt antequã fierem. Litera autem Hieronymi habet. Informem adhuc me viderunt oculi tui, id eſt ab ęterno antequã formarer. & in libro tuo omnes ſcribentur, id eſt ſunt ſcripti ab ęterno & apparebunt ſcripti in die iudicij: quando aperientur libri, ſcilicet vnus liber qui eſt vitę: & alter qui eſt mortis. Apocalyp. vigeſimo. Ergo ſi ab ęterno omnes ſunt ſcripti in libro tuo mortis & vitæ: ergo ab æterno om̄es prænouiſti, & pręcipue me prænouiſti: quoniam in capite libri vitæ ſcripſiſti. Item dies formabuntur: & nemo eſt in eis, id eſt tempus nouiſſimum veniet: in quo nemo eſt adhuc: & tamen iam nouiſti omnes qui erunt in illo tempore: & ſic nihil ignoras. Ex his ergo ſex quæ dicta ſunt, poteſt probari propoſitio propoſita in principio. Nam ſi deus cognouit omnia nouiſſima & antiqua: eo ꝙ comprehendit ſimul omne tempus: & eſt vbiq; & videt tam in tenebris q̄ in luce: & tam per opacum q̄ per diaphanum: & poſſidet & ſcrutatur renes & corda per illapſum: & ab æterno præuidit omnia antequã formarentur: & omnes homines ſcripſit in ſuis libris eligendo & prædeſtinando iuſtos: & reprobando malos: ergo cognouit humilitatem, & obedientiam, & patientiam, & ſeſſiones, & reſurrectionem Chriſti: & poteſt ipſum habere examinatum & probatum per omnia: & per conſequens Chriſtus iuſte poteſt mercedem petere. ¶ Ad cuius maiorem declarationem eſt aduertẽdum: eo ꝙ dicit Probaſti me & cognouiſti me &c. Q: quando de⁹ tentauit Abraham præcipiendo vt immolaret filium vnicum & dilectum Iſaac, non tentauit

Vt de nouo cognoſceret:ſed probaret eius obedientiã.nec voluit hoc probare apud ſe,cum ab æterno cognouit ipſum obediturum & ſuis præceptis obtemperaturum: ſed vt toti mundo probatum redderet & oſtenderet: inquantum Iſaac figurabat Chriſtũ deo patri per oĩa obtemperaturum. & ſic deus probauit obedientiã ipſius Abrahę:& obedientiam & humilitatem ipſius Iſaac.ſed deus non cognouit patientiam per effectum: quia effectus illius ſacrificij non ſecutus eſt:non ꝙ Abraham & Iſaac non eſſent parati obedire:ſed quia deus noluit:eo ꝙ illud fiebat in figura Chriſti,ſed ſecutus & impletus eſt effectus ſacrificij in ariete qui inter vepres apparuit:qui loco ipſius Iſaac immolatus eſt. per quod figuratur ꝙ ſicut per mortem illius arietis fuit Iſaac liberatus a morte:quia loco illius aries mortuus eſt: ita Chriſtus erat immolandus pro toto genere humano:cuius morte omnes eramus liberandi a morte perpetua ad quã eramus deſtinati. Ex quo patet,ꝙ Chriſtus fuit figuratus per Abraham & Iſaac,quo ad obedientiam & humilitatem cũ decreuit pro oĩbus mori:cum dicit. Non ſicut ego volo ſed ſicut tu:fiat voluntas tua. ſed figuratus eſt per arietem cũ realiter in cruce ſponte paſſus eſt. Et ſic patet, ꝙ deus pater non ſolum probauit obedientiã & humilitatem Chriſti: ſed etiam cognouit eius paſſionem & ſeſſionem per effectum & per experientiam: & probauit & cognouit eius obedientiam,& humilitatem,& patientiam in tota eius paſſione & ſeſſione. Ideo dixit Chriſtus in principio. O domine pater tu probaſti me,id eſt probatã oſtendiſti humilitatem & obedientiã meam:quia ſponte me obtuli ad mortem:cum dixi in horto,fiat voluntas tua: & cognouiſti me per effectus, non ſolũ probaſti me in voto ſicut probaſti Abraham:ſed cognouiſti ſeſſionem & reſurrectionem meam per effectũ:quia ſicut immolatus fuit ille aries in effectu pro Iſaac:ita ego mortuus ſum pro oĩbus realiter in actu.

Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum.

Dinumerabo eos & ſuper arenam multiplicabuntur:exurrexi & adhuc ſum tecum.

¶ In hac ſecunda parte Chriſtus explicat laborem ſuum apud patrem,oſtendens ſe impleuiſſe oĩa quæ ſibi per patrem fuerant impoſita:& propter quæ pater ipſum miſit in
C mundum. ¶ Ad cuius intelligentiã eſt notandũ:ꝙ Chriſtus in lege promiſſus tria erat facturus in mundo in ſuo aduentu & legatione:quæ pertinebant ad officium ſuum.Nã primo debebat implere & verificare oĩa quæ fuerant patriarchis & prophetis in lege promiſſa:& breuiter debebat implere in ſe omnes ſcripturas veteris teſtamenti. vt patet Matthæi vigeſimo ſeptimo. Totũ hoc factum eſt vt adimplerentur ſcripturæ prophetarũ. Item ipſemet ſaluator dicit Lucæ vigeſimo quarto. Oportet impleri oĩa quę ſcripta ſunt in lege & prophetis & pſalmis de me. Itẽ Ioannis.xviij. Ad hoc natus ſum & ad hoc veni in mundũ vt teſtimonium perhibeam veritati,id eſt vt verificem & impleam oĩes ſcripturas Secundo venit Chriſtus ad vocandum & iuſtificandum per paſſionem & legem euangelicam,& eccleſiaſtica ſacramenta,quos pater prædeſtinauerat:vt eos per reſurrectionem magnificaret.vt patet ad Romanos octauo.& Ioannis decimo quarto cũ dicit.Nemo venit ad patrẽ niſi per me. Item Matthæi.xx.Sedere ad dexterã meam aut ſiniſtram non eſt meũ dare vobis:ſed quibus paratum eſt a patre meo,id eſt illis quos ab æterno prædeſtinauit. Vnde officium Chriſti fuit vocare & congregare & iuſtificare prædeſtinatos per paſſionem & ſacramenta:& eos magnificare & ſublimare ad immortalitatem per generalẽ reſurrectionem.vt patet Eſaiæ vndecimo.& Ezechielis.xxxiiij.vbi dicit: Ecce ego ipſe requirã oues meas &c. Tertio Chriſtus debebat conſũmare curſum ſuũ & officium huius mundi in ſecundo aduentu:puta cum fuerit cõpletus numerus electorũ & prædeſtinatorum:quia tunc debet venire ad iudicium generale & tribuere vnicuiꝗ ſecundũ opera eius:puta obſtinatis pœnam æternam:& iuſtis regnum cęlorum.vt ipſe dicit Matthæi vigeſimo quinto.& tunc reddet regnũ & hęreditatem deo & patri.vt ait apoſtolus primę ad Corinthios decimo quinto.quia ſponſa erit ornata veſtibus immortalitatis: & tunc introducetur cum ſponſo in cęleſtem Hieruſalem. vt patet Apocalipſis vigeſimo primo. Iſta ergo tria myſteria explicat Chriſtus per os Dauid in vltima parte huius pſalmi. Nam primo demonſtrat apud patrem in die iudicij qualiter ipſe vocauit & iuſtificauit & magnificauit omnes prædeſtinatos & compleuit numerum electorum. Secundo petit apud patrem vt deſtinentur damnati in pœnam æternam. Tertio petit pro iuſtis & electis gloriam ęternã. Secundũ ibi. Si occideris deus peccatores. Tertium ibi. Proba me deus.

¶ Quantũ ad primũ eſt aduertendũ,ꝙ in his duobus verſibus latet magnus theſaurus & maxima myſteria:ad quę Iudęi non poſſunt attingere:eo ꝙ occęcauit eos malitia eorũ ne intelligant ſacramenta hic abſconſa:quę ſine gratia intelligi non poſſunt.Nã totus iſte pſalmus & ſpecialiter iſti duo verſiculi fundantur ſuper quinꝗ promiſſiones inter cęteras factas patribus antiquis:in quibus Dauid in ſpiritu pręuidit pręmiũ paſſionis & reſurrectionis Chriſti. Ideo fecit iſtum pſalmũ in quo introducit Chriſtũ loquentẽ & petentẽ hęreditatem regni cęlorum in pręmiũ pro membris ſuis.vt dictum eſt.Quarum promiſſionũ prima facta eſt ipſi Abrahę Gene.decimo quinto cum deus dixit.Noli timere Abraham: protector tuus ego ſum:& merces tua magna nimis. cui Abraham reſpondit. Domine quid dabis mihi cum vadam abſꝗ liberis &c.cui deus dixit. Non erit hęres tuus Eliezer: ſed qui egredietur de vtero tuo ipſum habebis hęredem.& educens ipſum foras,dixit. Suſpice cælum & numera ſtellas ſi potes:& erit ſemen tuũ &c.per quod cognouit tunc Abraham & poſtea Dauid in ſpiritu & per reuelationem:ꝙ Chriſtus erat naſciturus ſecundũ carnem de progenie Abrahæ: cui competebat cælum in hęreditatem:& ꝙ filij Abrahæ ſecundum ſpiritum & promiſſionem quos Chriſtus erat regeneraturus per baptiſmũ erant multiplicandi ſicut ſtellæ cęli:& ꝙ ſoli Chriſto erat cognoſcendus numerus electorum & prædeſtinatorum. Ex quo patet,ꝙ merces & pręmium & hęreditas Chriſti & ſuorum non erat in terra:ſed in cęlo. Vnde nos non habemus,ꝙ deus promiſerit hęreditatem in cęlo:niſi in illo capitulo. ideo canit eccleſia:ſanctus Michael repręſentet eas in lucem ſanctam:quas olim Abrahę promiſiſti & ſemini eius &c. Vnde per illas ſtellas cęli deſignabatur numerus pręteſtinatorũ & filiorũ Abrahę ſecundum promiſſionem in cęlo collocandorum. ¶ Secunda promiſſio facta eſt eidem Abrahę Gene.xxij.cum deus dixit Abrahę per angelum.Per memetipſum iuraui: quia feciſti rem hanc & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me:benedicam tibi:& multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cęli:& velut arenam quę eſt in littore maris.poſſidebit ſemen tuum portas inimicorũ ſuorũ:& in ſemine tuo benedicentur omnes gentes &c.Hic pręuidit Dauid in ſpiritu & per ſacrificium Abrahę,& Iſaac,& illius arietis qualiter Chriſtus erat pro oĩbus nobis immolandus ſicut dictũ eſt:& qualiter pręmiũ paſſionis Chriſti a deo promiſſum erat hęreditas cęli:& ꝙ Chriſtus erat naſciturus de genere Abrahę:in quo oĩes gentes erant per baptiſmum benedicendę:& quomodo fideles non ſolum erant multiplicandi ſicut ſtellæ cęli:ſed etiam ſicut corpuſcula arenę quę eſt

in toto littore maris: & quomodo iſti filij Abrahæ regeneſati per Chriſtũ erant poſſeſſuri portas inimicorũ, id eſt ſedes angelorũ malorũ, qui de cælo ceciderũt per ſupbiã &c.

❡ Sed eſt valde aduertendũ, ꝙ in hac promiſſione notificantur & diſtinguuntur duplices filij Abrahæ. Nã per ſtellas cęli intelligunt̃ filij promiſſionis & populus chriſtianus: ſed per arenã quæ eſt in littore maris intelliguntur filij carnis & terreni: ſicut ſunt Iudæi moderni: & ſarraceni, qui deſcendũt ab Abrahã per Iſmaelẽ & Eſau. Vnde locus illoꝝ eſt cęlũ. Sed locus iſtoꝝ eſt ipſa terra. Etiã diſtinguũtur duę ciuitates. Vna cęleſtis, & altera terrena.

❡ Tertio promiſſio facta eſt ipſi Iacob Gene. xxviij. in Bethel, quando vidit ſcalã in ſomnis habentẽ pedeſ in terra & ſummitatem in cælo: & angelos aſcendẽtes & deſcẽdentes: & vidit dñm innixũ ſcalę dicentẽ ſibi: tibi dabo terraſ hanc &c. Vbi pręuidit Iacob & Dauid, ꝙ Chriſtus erat crucifigẽdus in cruce: per quã tanq̃ per ſcalã eramus in cælũ aſcẽſuri. Per hoc etiaſ promittebat̃ Chriſtꝰ cruci affligendus: quia in cruce lucratus eſt nobis regnũ cęloꝝ &c.

❡ Quarta promiſſio facta eſt a deo per os Iacob ipſi Iuda in perſona omniũ fideliũ. Gene. quadrageſimo nono cũ Iacob benedixit Iuda dicens. Iuda te laudabũt fratres tui: manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuoꝝ. Adorabunt te filij patris tui: catulus leonis Iuda. Ad prædaſ fili mi aſcendiſti: requieſcens accubuiſti vt leo & quaſi leæna. Quis ſuſcitabit eum? Non auferetur ſceptrũ de Iuda: nec dux de femore eius: donec veniat qui mittendus eſt: & ipſe erit expectatio gentiũ: ligans ad vineã pullũ ſuum: & ad vitem o fili mi aſinam ſuam: lauabit in vino ſtolam ſuam: & in ſanguine vuæ palliũ ſuum: pulchriores ſunt oculi eius vino: & dentes eius lacte candidiores.

E ❡ In quibus quidem verbis: vndecim myſteria intellexit Dauid in ſpiritu. Primo ꝙ Chriſtus rex Meſſias erat naſciturus de tribu Iuda. Secundo, ꝙ in eius aduentu erat auferendum ſceptrũ & prælatio de tribu Iuda. Tertio, ꝙ totus populus Iudæoꝝ & oẽs filij Iſrael aliarũ tribuũ debebãt laudare Chriſtuſ videntes ſigna & miracula quæ facturus erat in Iudęa & Galilea: & propter prędicationẽ & doctrinam. Quarto, ꝙ licet oẽs filij Iſrael ſecũdũ carnem debebant eũ laudare: tamen ſoli filij Iſrael ſecundũ ſpiritũ & promiſſionem erant adoraturi Chriſtũ: quia non oẽs Iudæi nec filij aliarum tribuũ conuerſi ſunt. ideo ait: Adorabunt te filij patris tui, ſcilicet Iſrael ſcdm ſpiritũ. Quinto, ꝙ erat occidendus in ſanguine: cum dicit: Lauabit in vino ſtolam ſuam, id eſt carneſ &c. Sexto, ꝙ erat aſcenſurus in crucẽ & ibi recuperaturus prędaſ a diabolo. Septimo, ꝙ erat ſepeliendus in ſepulchro quia dicit: Quieſcens accubuiſti. Octauo, ꝙ inde erat reſurrecturus virtute diuinitatis: ſicut leo ſuſcitat filios rugitu ſuo, cũ dicit. Vt leo & quaſi leęna: quis ſuſcitabit eũ? Nono, ꝙ poſt reſurrectionem erat ligaturus populuſ gentilem ad vineã, id eſt ad eccleſiã, & ſubiugaturus. Et etiã aſinam, id eſt populũ Iudęoꝝ. & ſic ex duobus erat facturus vnam eccleſiam fundatã ſupra petraſ. Decimo, ꝙ apoſtoli, & martyres, & doctores, qui ſunt oculi Chriſti: erant honorandi: & debebant triumphare de Iudęis & tyrannis, cum dicit: ꝙ erunt pulchriores vino, ratione ſanguinis effuſi. Et dentes Chriſti: qui ſunt omnes cęteri fideles per baptiſmuſ mundati & iuſtificati: erant futuri candidiores lacte ratione puritatis. Vndecimo, ꝙ Chriſtus erat iudicaturus & puniturus feroces inimicoꝝ infidelium.

❡ Quinta promiſſio facta fuit ipſi Moyſi Deuterono. xviij cũ dicit dominus: Prophetam ſuſcitabo de medio fratrum tuorum ſimilẽ tui: & ponã verba mea in ore eius: loqueturq̧ ad eos quęcunq̧ dixero illi. Et qui verba qoꝫ loquetur non audierit vltor exiſtã. In quibus verbis tria pręuidit Dauid in ſpiritu. Primo, ꝙ Chriſtus erat naſciturus ſecundum carnem de populo Iſrael. Secundo, ꝙ ex parte dei patris erat nouam legem euangelicam nunciaturus ipſi populo Iſrael. Tertio, ꝙ omnes contẽnentes Chriſtum & legem euangelicam erant in vltionem grauiter puniendi per deũ patrem. Ex ſupradictis etiam promiſſionibus patet: ꝙ Chriſtus in lege promiſſus in ſuo prio aduentu debebat nouam legem euangelicaſ ferre: & pręde ſtinatos qui ab ęterno erant ſcripti in libro vitę, vocare & iuſtificare: & in vnam eccleſiã congregare: & ad immortalitateſ ſublimare: & vniuerſaliter oĩa quę erant ſcripta in lege & prophetis adimplere. qoꝫ oĩa manifeſte adimpleuit: & perfecit. vt patet per totum diſcurſum euangelicum. Nam primo de ſemine Dauid carneſ aſſumpſit: & legem euangelicam prędicauit: & oẽs per mortẽ & paſſionem redemit: & per ſe & per apoſtolos ſuos in eccleſiaſ vocauit: & per ſacramenta eccleſiaſtica iuſtificauit: & diſcipulos ſuos de ifimo ſtatu ad apicẽ apoſtolatus ſublimauit & honorauit: & principes terrę conſtituit, & eorum principatũ per regenerationeſ baptiſmaleſ per totũ mundũ multiplicauit. Et ſic non ſolũmodo honorauit apoſtolos: ſed etiam martyres & doctores & oẽs fideles: quibus contra mundũ & diabolum in oĩbus perſecutionibus & tentationibus victoriã condonauit. Vnde ex ſuis fidelibus alios quideſ fecit prophetas: alios apoſtolos: alios euangeliſtas: alios martyres: alios virgines: alios doctores, alios contemplatiuos, alios pœnitentes. Et ſic vnũquẽq̧ in ſuo gradu honorauit. Sed maxime honorabit eos in fine mundi: cũ omnes electos cõpleto electoꝝ numero, ad immortalitateſ ſublimabit.

❡ Hoc eſt ergo quod Chriſtus dicit ad patreſ in hac parte: dicit ergo. O pater iam ſunt mihi honorati amici tui, id eſt iam honoraui nimis, id eſt valde omnes amicos quos ab æterno dilexiſti & pręde ſtinaſti: quoniam eos ad fidem vocaui: & per paſſionem & baptiſmum iuſtificaui: & dona gratiarum eis diſtribui: faciendo quoſdam apoſtolos: & quoſdam euangeliſtas &c. & eis victoriam contuli in omnibus perſecutionibus & tentationibus contra diabolum & mundum: intantum ꝙ idololatriam deleuerunt: & omnes reges & principes terrę & populos gentium iugo fidei ſubiecerũt. Ergo valde mihi, id eſt a me honorati ſunt: quia cum eſſent plebei & piſcatores eos principes terræ conſtitui: & principatus eorũ nimis confortatus, id eſt augmentatus & multiplicatus eſt per omnes partes mundi: quia ad prædicationem eorum omnes regenerati ſunt: & facti ciues & filij eccleſiæ. Et ſic dinumerabo, id eſt dinumeraui eos: quia completus eſt numerus electorum in eis. Vnde tantum proſperatus eſt numerus electorum: ꝙ ſuper arenam multiplicabuntur. Et ſic iam impleui quod tu promiſiſti eidem Abrahæ Gene. decimo quinto, ſcilicet ꝙ multiplicares ſemen eius ſicut ſtellas celi. Item impleui etiam illud quod promiſiſti Abrahę Gene. xxij. ſcilicet ꝙ multiplicares ſemen eius: ſicut arenam quæ eſt in littore maris: & in eo benedicentur omnes gentes. Ecce ꝙ in me qui ſum de genere Abrahæ ſecundum carnem, benedictæ ſunt oẽs gentes: & ſanctificatæ per regenerationem baptiſmalem: & oẽs facti ſunt filij Abrahæ ſecundũ promiſſionem & ſpiritum: & ſic multiplicati ſunt ſuper arenam quæ eſt in littore maris: & in eis completus eſt numerus electoꝝ. Item iam impleui quod promiſiſti per Iacob. Gene. xlix. in benedictione Iudæ: quia iaſ accepi carnẽ ex tribu eius: & iam abſtuli ſceptrũ de tribu Iuda: & iam aſcendi in crucem: & recuperaui prædã quã diabolus tyrannice poſſidebat. Et iam quieui & accubui in ſepulchro: & iam ſurrexi a mortuis vt leo: & iam ſum tecum ſedẽs ad dexteram tuam. ergo redde mercedem mihi, id eſt da hęreditatem regni cælorũ pro membris meis: & da malis pœnam æternam: & bonis gloriam promiſſam: poſtq̃ me conſtituiſti iudicem viuorum & mortuorum: quia iam conſummaui curſum meũ: & cõpleui numerum electorum: & ſicut ſuſcitaſti me, ſuſcita meos ad gloriam.

**Si occideris deus peccatores:viri ſanguinū de-
clinate a me.**
**Quia dicitis in cogitatione:accipient in vanita
te ciuitates ſuas.**

¶ Poſtq̄ ſuperius examinauit cauſam ſuam : & iuſtificauit
ſeipſum oſtendens ſe peregiſſe & conſummaſſe curſum ſuum:
& laborem ſibi impoſitum:in hac particula:fulminat ſen-
tentiam contra impios & obſtinatos:deſtinans eos ad pœ-
nam æternam. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt notandū,ꝙ
Chriſtus ex præcepto patris venit in mundū:ad declarandā
legem & oſtendendā mundo voluntatē patris ſui.Et ſic pri-
mo vocauit Iudæos ad fidem euangelicam : in qua docuit
& prædicauit omnia iſta terrena eſſe contēnenda : & ſpem
& finem noſtrū in bonis cæleſtibus eſſe conſtituendū. Sed
ſcribæ & phariſæi & maior pars Iudæoꝝ cum eſſent dedi-
ti ſuperbiæ & auaritiæ & mundanis affectionibus: noluerūt
venire:ſed tantū ſecuti ſunt eum duodecim apoſtoli & pau-
ci diſcipuli;cæteri autem non ſolum contēpſerunt doctrinā
eius:ſed etiam eum odio gratis habentes interfecerunt. &
ideo poſt reſurrectionem Chriſtus miſit apoſtolos ſuos per
vniuerſum mundū:ad prędicandū euangeliū omni creatu-
ræ.ad quorum prędicationē multi populi conuerſi ſunt:ſed
principes & reges illorum populoꝝ apoſtolos interfecerūt.
Et ſic per ſucceſſum temporis & tyranni doctrinam Chriſti
odio & irriſui habentes multa milia martyꝝ occiderunt.
F ¶ Vnde Iulianus apoſtata chriſtianos deridebat & doctri-
nam Chriſti:eo ꝙ iſta terrena contēnebant:& in cælo man
ſiones beatas promittebant.Vnde Chriſtianis irridendo di
cebat:Chriſtus præcipit & dicit:ſi vis perfectus eſſe : vende
omnia quæ poſſides:& da pauperibus:& habetis theſaurū
in cælo:& dicit etiam:qui non renūciauerit omnibus quę poſ
ſidet:non poteſt meus eſſe diſcipulus &c. Vnde dicebat iſte
Iulianus:vos Chriſtiani poſtq̄ nō poteſtis poſſidere bona tē
poralia nos auferemus & poſſidebimus res veſtras: vos au-
tem poſſidete veſtras manſiones & ciuitates beatas quas in
cęlo expectatis· Et Iulianus auferebat chriſtianis bona tem
poralia:& eos fuſtibus cædebat:vt patet in eccleſiaſtica hi-
ſtoria.Eodem modo Decius irridebat Laurentium : & Da-
cianus Vincentiū:& Paſcaſius Luciam : & Maxentius Ca-
tharinā.vt patet in hiſtorijs eoꝝ. Et ideo Chriſtus omnia
iſta examinabit & iudicabit & improperabit obſtinatis & dā
natis in vniuerſali iudicio:immo omēs ſancti & iuſti accuſa-
bunt perſecutores ſuos ante Chriſtuꝫ iudicem in illa die pe-
tendo vltionem de eis.vt patet Sapiētię quinto. quia tunc
ſtabūt iuſti in magna cōſtātia aduerſus qui eos ſe anguſtia-
uerunt:& qui abſtulerunt labores illoꝝ,accuſando eos.Sed
tunc illi tyranni videntes ſe cōfuſos:& videntes pauperes &
iuſtos quos ipſi contēpſerunt & occiderunt,in tanto honore
ſublimatos,turbabuntur timore horribili dicentes intra ſe.
hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum & ſimilitudi-
nem improperij:nos inſenſati vitam illorum extimabamus
inſaniam & finē illoꝝ ſine honore.Ecce quomodo cōputa-
ti ſunt inter filios dei & inter ſanctos ſors illoꝝ eſt &c.Et tūc
Chriſtus iudex iuſtus examinatis omibus iſtis fulminabit
ſententiam contra iſtos impios,dicens.Diſcedite a me ma-
ledicti in ignem ęternum Matthæi.xxv.& hoc eſt quod di-
cit Chriſtus in hac particula.Vnde conuerſus ad patrem ait.
O pater deus ſi occideris peccatores,id eſt cum tu occides &
deſtinabis peccatores ad mortem æternā in die iudicij,ego
qui ero iudex ex parte tui,cui iudiciū omne & poteſtatem
cōmiſiſti:fulminando ſententiam dicam eis .O viri ſangui-
num & peccatores & homicidæ:qui meos apoſtolos & mar
tyres occidiſtis & iuſtos afflixiſtis : declinate & diſcedite a
me maledicti in ignem æternum qui paratus eſt diabolo &
angelis eius:eo ꝙ dixiſtis in cognitione & corde veſtro irri-
dendo legem meam & apoſtolos & cęteros iuſtos:accipiant
chriſtiani ciuitates & manſiones ſuas quas in vanitate & fru
ſtra & in vanū expectant poſſidere in cælo:dūmodo nos fru-
amur bonis quæ in mundo ſunt : & poſſideamus & vſurpe-
mus bona eorum hoc vos tyranni & obſtinati & viri ſangui-
num irridendo dicebatis electis meis:ideo declinate & diſce
dite a me in ignem æternum &c. Et tunc Chriſtus conuerſus
ad patrem iuſtificans ſeipſum dicit.

**Nonne qui oderunt te dn̄e oderam:& ſuper ini-
micos tuos tabeſcebam?**
**Perfecto odio oderam illos : inimici facti ſunt
mihi.**

¶ O domine nonne bene ſcis ꝙ ego oderam omnes iſtos
obſtinatos qui oderunt te & contempſerunt te & interfece-
runt electos tuos:& tabeſcebam & indignabar ſuper inimi-
cos tuos cum talia ſcelera cōmittebant?quaſi dicat:iſti obſti
nati non poſſunt habere excuſationem:quia iam veni in mū-
dum & prędicaui contra vitia eoꝝ exhortando eos ad iuſti-
tiam & virtutes:& indignabar & tabeſcebam contra eos di-
cendo:Ve vobis Scribę & Phariſęi qui comeditis domos vi
duarū &c. vt patet Matthæi.xxiij.& per totum diſcurſum
euangelicum.Vnde in tali indignatione:nō vitioſo:ſed per-
fecto odio oderam in eis non naturam:ſed vitia:quę quidē
vitia cupiebam delere inſerendo virtutes:ſed ipſi tanq̄ mun
dani & incorrigibiles inimici facti ſunt mihi:& ſic interfece-
runt me.hoc idem fecerunt tyranni in membris meis:quia
multa milia martyꝝ occiderunt.Ex quibus patet,ꝙ iſti ob-
ſtinati nullam habent excuſationem.Nam ſi non veniſſem
& locutus eis non fuiſſem per me & diſcipulos meos & prędi-
catores meos:peccatū non haberent:nunc autem excuſatio
nem non habent de peccato ſuo.Nam ſi opera non feciſſē
in eis quæ nemo alius fecit:peccatum non haberent:nūc au
tem & viderunt & oderunt me & patrem meū . Ioan.xv.Et
ſic iſti obſtinati facti ſūt inimici mihi & tibi O pater. Et ideo
Chriſtus dicit ad omnes obſtinatos. O viri ſanguinum de-
clinate a me & diſcedite in ignem æternuꝫ poſtq̄ vocaui vos
ad nuptias & ad cœnam:& noluiſtis venire.

**Proba me deus & ſcito cor meum:interroga me
& cognoſce ſemitas meas.**
**Et vide ſi via iniquitatis in me eſt: & deduc me
in via ęterna.**

¶ Poſtquā Chriſtus examinauit & iuſtificauit ſeipſum oſtē
dens ſe curſum ſuum peregiſſe:& fulminauit ſententiam con
tra obſtinatos & impios : nunc in fine pſalmi concludendo
& quaſi epilogando petit hæreditatem regni cælorum pro
ſuis electis.vnde dicit. O domine pater proba me & ſcito
cor meū,id eſt iaꝫ probaſti me per effectū & ſciuiſti cor me-
um:quia nihil te latet nec tibi obſtat:quia nec remotio tem
poris:nec loci diſtantia,nec tenebra : poteſt impedire co-
gnitionem tuaꝫ:quia omia nouiſti anteq̄ ſint vt dictū eſt.Et
iam cognouiſti ſemitas meas:iam interrogaſti me de omi-
bus.vide ergo ſi via iniquitatis in me eſt.& ponitur ſi pro qa
& nō,id eſt tu vidiſti & vides quia in me non eſt via iniqui-
tatis:qui iaꝫ examinaui omia mēbra mea:& electos meos:
& in eis non inueni viam iniquitatis:nec peccatū.ergo de-
duc me cū eis in via æterna.Quaſi dicat:da mihi hęreditatē
regni cęloꝝ pro eis:quia pro eis laboraui & curſuꝫ cōſum-
maui.ergo da eis coronā iuſtitiæ:quia iam vocaui eos & iu-
ſtificaui & honoraui eos:& cōpleui numerū electorum.er-
go da eis præmiū laborū meoꝝ. ¶ Sed hic videtur eſſe ma G
ximū dubiū.Nā videt ꝙ Chriſt⁹ nō petit illā hęreditatē re-
gni cęloꝝ pro ſuis mēbris:ſed pro ſe.Nam nullū ſuoꝝ mem
brorū poteſt dicere quin habeat in ſe viam iniquitatis,niſi

ſolus ipſe. Ergo nullus præter ipſum meretur de cõdigno il- lam hæreditatem. ℂ Ad cuius intelligentiã eſt reſpondendũ. Et primo notandũ q via iniquitatis in hoie eſt duplex. Vna dicitur in anima, quæ dicit̃ culpa peccati. Altera dicit̃ i car- ne, quę dicit̃ concupiſcentia & fomes peccati inflicta in no- bis ex peccato primi parentis. Quę quidẽ concupiſcẽtia du- pliciter dicitur via iniquitatis. Vno modo: quia eſt veſtigiũ quaſi impreſſum & relictũ ex peccato primi parentis. Alio modo dicitur via iniquitatis inquantũ tendit in culpam for- maliter in anima exiſtentem. Nam primo illa cõcupiſcẽtia ſiue fomes per ſuam vnionem & cõtubernium cauſat pecca tum & culpam originalẽ formaliter in anima ſcdm cõmunẽ modum loquendi doctorum. Et per inſtigationem & con- ſenſum cauſat culpam actualem & mortalem in eadem ani ma. Item eadem culpa impreſſa in anima dicitur via iniqui- tatis inquantum relinquitur ex actu peccandi: & ſic dicitur via iniquitatis: in qua via iniquitatis nullus potuit euadere nec liberari: niſi per gratiam præuenientem aut ſubſequen tem, ſicut plories dictum eſt. Nam ſolus Chriſtus ſecundum naturam fuit liber ab huiuſmodi via iniquitatis: eo q nõ de ſcendit ab Adam per naturalem propagationem. Sed non inconuenit quin per gratiã præuenientem & præſeruantem virgo Maria potuerit liberari & præſeruari, vt dictum eſt pſal. xlv. Sed omnes alij & in omnibus alijs fuit via iniquita tis tam in anima q̃ in carne: quæ via iniquitatis licet mane- at in carne: tamen eius debitum & culpa remouetur ab ani- ma: & deletur vt non imputetur per baptiſmum. Naꝫ vt in- quit Auguſtinus non tollitur concupiſcentia vt non ſit: ſed ne imputetur ad reatũ. Sed per pœnitentiã deletur ab ani- ma culpa actualis. Et ſic quando quis diſceſſerit ab hoc ſæ- culo cum vera pœnitentia & charitate poteſt dicere q nul lam habet viã iniquitatis in anima. ſed in finali reſurrectio- ne totaliter erunt immunes electi a via iniquitatis in carne: quia reſurgent in corpora glorioſa & immortalia: & ſic po- terunt dicere iuſti in illo ſtatu, q nullam habent viam ini- quitatis in ſe, nec in corpore, nec in anima: & ſic de congruo & de condigno poterunt poſſidere hæreditatẽ regni cęloꝝ eis promiſſam. Et ideo Chriſtus poterit dicere in iudicio a- pud patrem. Proba me deus: quia via iniquitatis in me non eſt: in me per naturam, & in mẽbris meis per gratiam. & iõ deduc eos in via æterna. Et ſic patet q in perſona membro rum petit hæreditatem: tamen in præmiũ ſui laboris. Et iõ aduertat bene lector quid intendat propheta in hoc pſal- mo: quia nihil aliud intelligit niſi q introducit Chriſtum lo quentem in iudicio finali & petentem regnum cælorum in præmium ſui laboris pro membris ſuis: in quo fulminat ſen- tentiam contra obſtinatos, & introducit ſanctos & electos in regnum cælorum. quando reſtituet regnum deo patri. j.
H ad Corinth. xv. ℂ Ex toto ergo iſto pſalmo colligunt̃ quinq principales concluſiones. ℂ Quarum prima eſt, q deus pa ter probauit Chriſtũ in omnibus actibus ſuis eſſe humilẽ & obedientem: ſcilicet in tota vita & in morte & paſſione &c.

ℂ Secunda concluſio, q nihil obſtat nec reſiſtit diuinæ co- gnitioni: quia omnia ſimul prænouit anteq̃ fiant.

ℂ Tertia concluſio, q ſicut Chriſtus nouit numerum ele- ctorum pręd eſtinatoꝝ: ita vocauit & iuſtificauit om̃es quos pater ab ęterno pręd eſtinauerat. qui quidẽ numerus pręde ſtinatorum eſt ſicut ſtellæ cæli.

ℂ Quarta concluſio, q ſicut Chriſtus vocauit & iuſtifica- uit omnes prædeſtinatos qui libenter venerunt ad fidem: ita reprobauit omnes obſtinatos qui contempſerunt regnũ cælorum propter iſta terrena.

ℂ Quinta cõcluſio, q quia in Chriſto nulla eſt reperta ini- quitas, nec culpa, nec via iniquitatis: quia nõ ſolũ fuit immu- nis a peccato: ſed etiã ab omni fomite: & cõpleuit officium & labores ſibi impoſitũ & voluntatẽ patris in om̃ibus: Ideo de iure debetur ipſi regnum cæloꝝ pro ſe & ſuis.

ERipe me domine ab homine malo: a viro iniquo eripe me.

Qui cogitauerunt iniquitates in cor- de: tota die conſtituebant prælia.

Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes: venenũ aſpidum ſub labiis eorum.

ℂ Titulus, Ad victoriã ſiue in finem pſalmus Dauid. Ex ti- tulo patet, q Dauid fecit hunc pſalmũ & dedit illum can- tandum leuitis cum conatu eleuationis vocum: ad denotan dum q loquitur de Chriſto qui eſt finis legis. In quo Chri- ſtus petit liberari a morte & paſſione per reſurrectionem. Et ideo cantabatur cum altis vocibus. In quo introduci- tur Chriſtus caput noſtrum ad loquendum non ſolum pro ſe: ſed etiam pro toto corpore myſtico. Et primo petit libera ri a perſecutoribus ſuis. Secundo petit vltionem de ipſis ibi Caput circuitus eorum.

ℂ Quantum ergo ad primũ eſt notandũ: q Dauid in per- ſecutione Saulis & ſuorum in monte Gelboe præuidit rui- nam & deſtructionem populi Iudæorum Chriſtũ perſequẽ- tium: & etiam tyrannorum & hæreticorum eccleſiam affli- gentium. Et per detractores & alios ſatellites ipſius Saulis: qui coram ipſo Saule Dauid accuſabant, & detrahebant, & inſidias parabant: pręuidit accuſatores Chriſti & ęmulos ec cleſiæ: quos præuidit etiam propter illud peccatum peritu- ros. Et ſic motus a ſpiritu ſancto fecit iſtum pſalmum poſtq̃ fuit in quiete & regno ſuo: & ſic Dauid introduxit Chriſtuꝫ petentem liberari a ſuis crucifixoribus ſicut Dauid fuit li- beratus a ſuis æmulis.

Dicit ergo Chriſtus. O domine pater eripe me ab homine malo, ſcilicet a populo Iudeorum maligno: & eripe me a vi ro iniquo: ſcilicet a cœtu Phariſæorum & ſacerdotum ini- quorum & iniuſtorum: qui ex inuidia & malitia meaꝫ mor- tem procurauerunt: qui cogitauerunt iniquitates in corde: falſa teſtimonia contra me machinando: & quærendo op- portunitatem quomodo me dolo tenerent & occiderent. Et ſic quotidie conſtituebant prælia & vexationes contra me ſicut fecit Saul contra Dauid. Acuerunt linguas contra me ante Pilatum & coram pontificibus: ſicut acuũt ſerpen tes volentes mordere: & fuit quaſi venenũ aſpidũ ſub labijs eorum: cũ imponebant mihi dicentes: hic dixit Poſſum de- ſtruere templum hoc & in triduo reædificabo illud &c. Iteꝫ cum dixerũt me impedire dari cenſum Cæſari & turbare to tam terram a Galilea vſq ad Hieruſalem: & me regem fa cere & contradicere Cæſari. Item acuerunt linguas ſuas cuꝫ veneno, cum dixerunt. Crucifige crucifige eum.

Cuſtodi me domĩe de manu peccatorum: & ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos: abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.

Et funes extenderunt in laqueum: iuxta iter ſcã dalum poſuerunt mihi.

ℂ Item domine non ſolũ me eripias de Iudæis: ſed etiaꝫ cu ſtodi me de manu populi peccatoris tyrannorum eccleſiam & membra mea perſequentium. Et eripe me ab hominibus iniquis & crudelibus tam Iudæis q̃ gentilib' eccleſiam meaꝫ perſequentibus: qui cogitauerunt & conati ſunt ſupplan- tare & deuiare greſſus meos, id eſt apoſtolos & martyres & omnes fideles a fide euangelica. & ſic ſuperbi tyranni abſcõ derũt & parauerunt laqueũ mihi, id eſt eccleſię meę: quã- do cũ minis aut pręcib' aut pmiſſionibus volebãt peruerte- re fideles a lege mea ad ſuas ſupſtitiones & idololatriã. Et hoc poteſt referri ad Iudæos qui volebãt ſupplãtare pedes

Chriſti:& iniicere laqueũ vt caperẽt eũ in ſermone cũ dixerũt qd eſt magnũ mãdatũ in lege: Et ſi licet cẽſũ dari Cęſari an nõ. Et cũ obtulerũt ei mulierẽ dephẽſaꝫ i adulterio. iõ ſequitur. Et funes ſiue reſtes extẽderũt mihi in laqueum vt me i ſermõe caperẽt:& poſuerũt ſcãdalũ iuxta iter.i.iuxta legẽ q̃ eſt iter & via eũdi ad deũ:ibi poſuerunt mihi ſcãdalum vt offẽderẽ & caderẽ:cũ dixerũt:qd eſt magnũ mãdatũ &c. puta ſi dixiſſẽ ꝙ mãdatũ de ſacrificijs erat mai⁹ tũc incurrerẽ indignationẽ populi:& ſic dixiſſẽ ꝙ mãdatũ de eleęmoſyna & ſubuẽtiõe ꝓximi erat maius:tunc me accuſarent & poſſẽt me accuſare de blaſphemia. Iſte etiam verſus põt referri ad hereticos qui poſuerũt ſimplicibus laqueũ & ſcandalum diuerſarum hæreſum iuxta legẽ Chriſti:q̃ eſt via ad vitam. poſuerunt eñ iuxta ipaꝫ ſcãdala qñ ex aliqb⁹ dictis male itelligẽdo & gloſſãdo ſũpſerũt occaſionẽ vt ſimplices deciperent:& a fide ruere facerẽt,& in diuerſas ſemitas hęreſum diuerterent &c. Verũtñ licet heretici conati fuerit ꝑuertere omnes fideles a fide:tñ non ꝑualuerũt:quia Chriſtus nõ pmiſit:imo rogauit ꝓ Petro & tota eccl'ia ne deficeret fides ei⁹. Lucę.xxij.ne concuteref a tyrannis idololatris nec hæreticis. Iõ hoc ꝓuidens Dauid dicit in pſona Chriſti.

Dixi domino deus meus eſt tu:exaudi domine vocem deprecationis meę.

¶ Ego dixi dño patri meo rogando ꝓ aplis & martyribus & tota eccleſia mea:ne deficiat fides eius in aplis & martyrib⁹ & doctorib⁹ & fidelibus omnib⁹ vſqꝫ ad iudiciũ:ne pręualeant Iudęi:nec tyranni nec hęretici:nec ipſe Antichriſt⁹ contra ipam eccleſiam:immo confundantur.

Domine domine virtus ſaluris meæ:obumbraſti ſuper caput meum in die belli.

¶ O dñe ſalutis meę.i.tu qui qui es vera ſalus,& miſiſti ſalutẽ eccl'ię meę:tu obũbraſti caput meũ i.ꝓtexiſti me ſcuto fidei & gratiæ in die & tẽpore belli pſecutionis Iudęoꝝ & tyrannoꝝ & hæreticoꝝ & Antichriſti:ſicut protexiſti Dauid de Saule in figura mei. Et loquiť de ꝑterito ꝓ futuro ꝓpter certitudinẽ prophetię. Et ſequitur pro eccleſia.

Non tradas me domine a deſiderio meo peccatori:cogitauerunt cõtra me:ne derelinquas me ne forte exaltentur.

¶ O dñe pater rogo ne tradas me.ſ.mẽbra mea ipi pctõri ppl'o Iudęoꝝ & tyrãnoꝝ & hęreticoꝝ & Antichriſto,remouẽdo me a deſiderio & firmo propoſito meo:qa firmiter ꝓpoſui fidẽ ſeruare & pro ipa pati & mori. Et qa oẽs iſti mali uoꝝ.ſ.Iudęi & tyrãni & hæretici & Antichriſt⁹ p ſucceſſionẽ tpis ſemper cogitauerunt cõtra me:vt ꝑuerterent:iõ rogo ne derelinquas me ſupari ab eis:ne forte exalteni in ſupbiã ſi ſuperauerit me:imo ſuperenť ipſi & confundanť. Eſt etiã aduertendũ ꝙ oia verba ſupradicta poſſunt eſſe verba eccleſię corporis myſtici directa ad caput nřm.ſ.ad Chriſtũ petendo auxiliũ contra omnes perſecutiones eccleſiæ vſqꝫ ad tẽpora Antichriſti incluſiue. Sed forſan meli⁹ eſt ꝙ ſint verba Chriſti ad patrem in perſona ſui & eccleſię propter myſticã & indiſſolubilẽ vnionẽ corporis ad caput & ecõuerſo:ſicut dicit Chriſt⁹ ad Paulũ in pſona eccl'ię & mẽbrorũ. Saule Saule qd me pſeq̃ris:vt frequẽter p totũ iſtũ librũ pſalmoꝝ dictũ ẽ. Et iõ iſte pſalm⁹ cãtať in quibuſdã eccleſijs pro martyribus,in quibus Chriſtus paſſus eſt,& econuerſo.

Caput circuitus eorum:labor labiorum ipſorũ operiet eos.

¶ In hac ſecũda parte petit Chriſtus & ꝑdicit punitionem perſecutorum ſuorum & eccleſię:quã ꝓuidit Dauid in ſpũ p ruinã & punitionem Saulis & Doech in monte Gelboe. vñ quia caput & principiũ & cauſa quare Saul p multos circuitus & modos doloſos pſecutus eſt Dauid:& quare Doech & cæteri complices ſemper detrahebant & mordebant & accuſabant eũ:fuit ſuperbia & inuidia:qd fuit figura futurę pſecutionis Chriſti & eccl'ię. Ita ergo pariter cauſa & caput & principium & occaſio pſecutionis Chriſti fuit inuidia & ſupbia phariſęorum & ſacerdotum. Et eadem fuit cauſa tyrannorum & hereticorum ad infeſtandam eccleſiam &c. Ideo eadem fuit cauſa punitionis eorum. Nã Iudęi non valentes ex ſuperbia perferre iniurias Romanorum rebellarunt contra Romanos. Et ſic venit Titus & Veſpaſianus cũ magno exercitu:& ipi Iudęi de muro maledicebãt & blaſphemabãt Romanos. Et ſic ꝓpter ſupbiã & linguã eoꝝ fuerũt trucidati & venditi:& ciuitas eoruꝫ incenſa & euerſa:& totum regnũ diſſipatum,& ipi ad dãnationem perpetuã & ignem æternũ deſtiati. Et hoc ẽ qd ꝑdicit hic Dauid i pſona Chriſti dicens. Caput circuitus.ſ.cauſa & principiũ circuitionis eorum fuit ſuperbia & iuidia:qa ex ſuperbia & inuidia circuierunt me parãdo inſidias & accuſando &c. & labor.ſ.dolus & blaſphemia & accuſatio labiorum ipſorum operiet eos ſicut rete operit aues,& piſces & muſcipula capit mures:quia propter inuidiam & ſuperbiam & linguaꝫ ſuam peribunt. Naꝫ ſicut ipſi circuierunt me per multas inſidias & accuſationes &c. ita Romani circundabunt ciuitatem eorum cum exercitu ſuo & capient eos in medio & trucidabunt eos in igne cremabunt eos & ciuitatem. Ideo ſequitur.

Cadent ſuꝑ eos carbones:in ignẽ deijcies eos:in miſeriis non ſubſiſtent.

¶ Id eſt nõ euadẽt:qa ibi peribũt. Vñ in trãſlatione Hieronymi ſic habeť. Amaritudo cõuiuarũ eius & periculũ labiorũ eorũ operiet eos:cadẽt ſuper eos carbones ignis:deijcies eos in foueas vt non conſurgãt. Et ſic apparet ſententia magis clara. Vnde eſt aduertendũ:ꝙ iſta ſentẽtia nõ ſolum ſe extendit ad pœnam corporalem ſed etiam æternam. Nam Iudęi non ſolum fuerunt trucidati & combuſti & venundati tẽporaliter ad exilium:ſed etiam ad ignem æternum in inferno cõdẽnati. Et hæc ſententia nõ ſolũ ſe extendit ad Iudæos:ſed etiã ad tyrãnos idololatras & hęreticos & ad Antichriſtũ:qa oẽs tẽporaliter & ęternaliter perierunt. vt patet p diſcurſũ annaliũ iperatorũ & eccl'iaſticę hiſtorię.& etiam Antichriſtus peribit vt patet.ij.ad Theſſal.ij.

Vir linguoſus non dirigetur in terra:virum iniuſtum mala capient in interitu.

¶ Dat cauſaꝫ & doctrinã quare omnes ſupradicti peribũt:& dicit:quia vir linguoſus.ſ.detractor & adulator blaſphemus cuiuſmodi fuerunt Iudęi & tyranni & hęretici:nunq̃ talis dirigetur per viam iuſtitię ad gloriam nec proſperabitur in terra. Ideo omnia mala culpæ & pœnæ capient viruꝫ iniuſtum & maliuolũ & crudelem & blaſphemuꝫ in interitu, id eſt cum morietur tunc punietur æternaliter:quia tunc inuenient eũ omnia mala:& licet hic aliquando videatur ꝓſperari:tñ non dirigetur in terra verſus vitam ęternam:ſed in interitum mortis ęternę:quia pctã non dirigunt nec ducunt hoĩem ad vitam ſed ad interitum æternum.

Cognoui quia faciet dominus iudicium iopis:& vindictam pauperum.

Veruntamen iuſti confitebũtur nomini tuo:& habitabunt recti cum vultu tuo.

¶ Cõcludit hic Dauid vel ipſe Chriſtus,dicens. ego cognoui in ſpũ,& mihi promiſſum eſt:quia dominus faciet iudiciũ inopis:& vindictam pauperum,id eſt in iudicio puniet iniuriam factam inopi:& vindicabit pauperes de inimicis & perſecutoribus ſuis. Et per oppoſitum veruntamen dabit præmium bonis:qui iniurias paſſi ſunt. Naꝫ iuſti confitebuntur

nomini tuo: hic per gratiam & in futuro per gloriam: & etiã recti fideles habitabunt cũ vultu & facie tua, in hac eccl'ia videndo te per fidẽ, & in ſuperna facie ad faciem fruendo p gloriam.

Domine clamaui ad te exaudi me: intẽde voci meæ cum clamauero ad te.

Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo: eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.

¶ Titulus, Pſal. Dauid iſte pſalm⁹ intantũ eſt intricatus & difficilis in l'ra & etiã in ſententia q̃ Iudęi cum maiori labore & conatu & circuitu & extorſione ducunt ipſum ad ſenſũ literalem pro ip̃o Dauid, q̄ nos ad ſenſum ſp'ualem p Chriſto & eccl'ia. ¶ Ad cuius declarationẽ eſt notandũ ſicut dictum ſuperius: q̃ Chriſtus pmiſit Petro q̃ ipſe rogaret patrem pro tota eccleſia ne deficeret fides eius. Et ſic poſt longũ ſermonem eleuatis oculis ad patrem dixit. Clarifica me pater &c. Et etiã rogauit pro apoſtolis & fortitudine eorũ i fide dicẽs. P'r cõſerua eos i noie tuo quos dediſti mihi &c. Et non ſolum rogauit pro fide & fortitudine apl'oꝶ: ſed ẽt oim martyrum & fidelium, dicẽs. Non pro eis rogo tantũ: ſed etiam pro eis qui credituri ſunt per verbũ eorũ &c. Ioã. xvij. Et ſic rogauit etiam in horto per trinam orationem p omnibus electis & membris ſuis vt eſſent firmi & fortes in pſecutionibus & tormentis contra perſecutores: & haberẽt patientiã in opprobrijs & afflictionib⁹: ſicut ipſe tanq̄ agn⁹ ad occiſionem ductus eſt. Et rogauit etiam pro peccatorib⁹ vt venirent ad pœnitẽtiam. Et ideo Dauid hoc p̃uidens in ſpũ fecit hunc pſalmum: in quo introducit Chriſtum loquentem ad patrem: & orantem p tota eccleſia & mẽbris eius: & pro om̃i ſtatu. In quo quatuor facit Nã primo petit oronẽ & paſſionẽ ſuã acceptari apud patrẽ. Scdo rogat p oĩbus mẽbris ſuis per omnes ſtatus & conditiones. Tertio prædicit futuram conuerſionem tyrannorum & regum & principum & omnium gentilium. Quarto rogat pro ſua reſurrectione. Secundum ibi. Pone domine cuſtodiam ori meo. Tertium ibi. Quoniam adhuc oratio mea. Quartum ibi. Quia ad te domine oculi mei. ¶ Quantum ad primum Chriſt⁹ rogat patrem primo vt audiat orationẽ ſuam quã pro toto gn̄e humano fecit in menſa & in horto & in cruce cum dixit. Dñe ignoſce eis quia neſciunt quid faciunt. Et ſic petit veniã & remiſſionẽ p ſuis. dicit ergo Chriſtus. Dñe pater ego ſemp clamaui ad te orando pro toto gn̄e hũano: ergo exaudi me remittendo eis culpaꝫ: & intende voci dep̃cationis meę in cruce: quia rogo pro p̃teritis & p̃ñtibus & futuris qui credituri ſunt, vt eos illumines & veniant ad fideꝫ & ſaluẽtur. Et vt hoc facias dirigatur oratio mea ad te: ſicut dirigitur incenſum in conſpectu tuo. nam incenſum eſt de ſe odoriferũ: iõ de ſe acceptabile & delectabile: & ideo ſignificat orationem iuſti viri ſine pc̃i fœtore. Et iõ talis oratio eſt deo accepta. Et non ſolum acceptes orationem & petitionem meã pro redẽptione gn̄is hũani: ſed etiam opa & ſacrificium meũ qd̄ faciã in cruce de meip̃o: q̄n extendam manus, & clauis affigar in cruce manib⁹ extẽſis. ergo illa eleuatio & extenſio & affixio manuũ mearũ ſit tibi accepta velut ſacrificiũ veſptinũ qd̄ fiebat in lege. Vñ eſt notandũ vt legitur Exod. xxix. q̃ deus p̃cepit Moyſi vt quotidie in tabernaculo offerrent duo agni immaculati: vnus mane: & poſt illũ offerebant multa alia ſacrificia: & fiebãt oblationes. & p̃cipiebat immolari aliũ agnũ in veſpere: & poſt illũ nihil aliđ offerebat: nec ſacrificabat. per primũ agnum ſacrificatũ de mane ſignificabat q̃ Abel fuit occiſ⁹ & imolatus i pricipio mũdi in figura Chriſti: & ſic poſt Abel fuerunt facta multa ſacrificia in lege in figura Chriſti. Ille vero agnus ſine macula immolat⁹ i veſpere ſignificabat Chriſtũ q in fine legis Moyſi & totius ve. te. occiſus eſt: poſt quẽ iam nullus agnus nec vitulus debet immolari. Nã poſtq̄ venit figuratũ iã debet ceſſare ois figura. Nã ſacrificiũ Chriſti abſtulit oĩa ſacrificia ve. te. Et iõ Chriſt⁹ p̃cepit fieri aliud ſacrificiũ. ſ. Euchariſtiæ, non amplius in figurã alterius futuri: ſed in memoriã ſuæ paſſionis. Et hoc eſt qđ dicit hic Chriſtus. O dñe eleuatio manuũ meaꝶ i cruce & paſſio mea ſit coram te ſacrificium veſpertinum. i. ſit verum ſacrificiũ pro peccato omniũ, quod figuratum fuit in lege per agnum immolatum in veſpere tẽpore legis veteris: & ſit finis ſacrificiorum aialiũ &c. & ceſſent per ip̃m oĩa ſacrificia vete. legis.

Pone dñe cuſtodiam ori meo: & oſtium circunſtantię labiis meis.

Nõ declines cor meum in verba malitię: ad excuſandas excuſationes in peccatis.

¶ In hac ſcda pte Chriſt⁹ rogat pro mẽbris ſuis. ¶ Ad cui⁹ euidẽtiã eſt ſemp aduertendũ ſicut frequenter dictuꝫ eſt q̃ tanta eſt vnitas Chriſti capitis ad ſua mẽbra & ecõuerſo q̃ cõmunicant vndiq; idiomata. Nã multotiens Chriſtus pc̃ã noſtra dicit eſſe ſua: non q̃ ſint ſua ad culpã: ſed quo ad pœnam: inquãtũ in ſe voluit recipere & pati pœnã pc̃oꝶ nr̃orũ. vt ait Eſa. pphera. liij. cap. Dñs poſuit in eo iniquitates oĩm noſtrũ. i. pœnas iniquitatũ nr̃arũ. Et ſic etiã nos q ſum⁹ mẽbra eius merita ſua dicim⁹ eſſe nr̃a: nõ quo ad laborem & cõdignitatẽ: ſed quo ad p̃miũ, inquãtũ participam⁹ p̃miũ meritoꝶ ei⁹. ſ. remiſſionẽ pc̃oꝶ & gloriã. Et ſic dicim⁹ q̃ i paſſione Chriſti meruim⁹ veniã & remiſſionẽ. & i ei⁹ reſurrectiõe meruim⁹ gl'iam. & ſic participam⁹ eius effectus quo ad effectũ: ſicut ip̃e voluit pticipare pc̃ã nr̃a: nõ quo ad culpam ſed quo ad pœnã. vt ait Aug. ij. de bap. paruuloꝶ. Propter iſtã ergo myſticã vnionẽ mẽbroꝶ ad caput & econuerſo: Chriſtus loquit̃ in hoc pſal. & maxime in hac ſcda pte: & orat pro mẽbris ſiue in pſona mẽbroꝶ. Vnde in hoc maxie decipiunt̃ Iudęi: qui ignorãtes iſtã vnionẽ & ſacramẽtũ: putãt q̃ Dauid loquit̃ de ſe & p ſe in hoc pſal. ſed hoc eſt manifeſte falſũ p hoc q̃ dr̃ in fine pſal. ſ. Cadẽt in retiaculo ei⁹ pc̃õres: ſingulariter ſũ ego &c. pđ nõ pôt cõuenire niſi ſoli Chriſto. vt patebit. Rogat ergo Chriſtus ad p'rem p ſuis mẽbris i pſona ſui. Et primo p veritate fidei apl'oꝶ & alioruꝫ mẽbroꝶ. ſ. ne incidãt in cęcitatẽ & obſtinationem Iudęoꝶ. Scdo rogat pro eiſdẽ ne incidãt in flagitia & ignominiaꝫ & falſã ſupſtitionẽ gẽtiliũ: ſed ſuſcipiãt patienter correctiones legis euãgelicę: ibi. Cum hoibus operantibus iniquitatem. ¶ Quãtũ ergo ad primũ eſt aduertendũ q̃ Iudęi poſtq̄ nõ 1 receperũt Chriſtũ nec intelligentiã verã legis & prophetarũ: fuerũt tãta malitia occęcati q̃ cõtra oẽs veritatẽ manifeſtã: q̄ſierũt mẽdacia & falſa cõmẽta ad puertendũ ſcripturas & retrahendũ eas ab om̃i veritate: vt defẽdãt malitiã & pteruitatẽ ſuã. Et ſic Thalmudiſtę cõpoſuerũt illã ſcripturã q̃ dr̃ Thalmud vt deciperent vulgares Iudaiſmi: & retinerent eos in ſua cęcitate & pteruitate. ita pariter Rabi Salomõ: & Abenazara: & Chãhi & cæteri ſcriptores in alio nõ laborant niſi ad puertendũ ſcripturas & retrahendũ eas a veritate fidei euãgelicę: & ad trahẽdũ eas ad ſuã pfidiaꝫ. Et ſic declinãt intelligẽtiã & corda eoꝶ ad excuſandas excuſationes i pc̃is. & iõ Chriſt⁹ rogat p apl'is & fidelib⁹ ſuis ne incidant in hanc proteruitatẽ & cęcitatẽ. Dicit ergo Chriſtus. O dñe pater pone cuſtodiã & mẽſurã ori meo. i. apl'is & martyribus & doctoribus & cæteris fidelibus: q̄a ip̃i ſunt os meuꝫ p quos loquor & annũcio euãgeliũ & veritatẽ: vt in ſua p̃dicatione vera p̃dicẽt: & ne labant̃ in mẽdaciũ contra legem & prophetas: ſicut faciunt ſcribe & phariſęi Thalmudiſtę & ſequaces eoꝶ. & pone etiã oſtiũ & menſuram labijs meis id eſt doctoribus & prædicatoribus vt veraciter exponant & declarant ſacras ſcripturas: & pone obſtaculum in la-

bijs eorũ neex ore eorũ exeãt mẽdacia:nec errores:ſed ve-
sacter inſtruant pplm vt vera poſſint ſcribere & ꝑdicare.&
non declines cor meum in verba malitiæ.i.nõ permittas vt
fideles q̃ ſunt cor meũ,in quoꝝ cordib⁹ ego habito ꝑ fideꝫ
& gratiã:nõ ꝑmittas inquã vt ipſi declinent et applicẽt cor
da ſua in verba malitię ad excuſandas excuſationes in pec-
catis:ſicut faciũt Thalmudiſtę & Iudęi:qui per verba mali
tiæ volunt excuſare errorem & cæcitatẽ & proteruitatẽ ſuã.
Nam cum falſis verbis malitiæ excuſant errorem ſuuꝫ:& re
tinent ſe & ſuos in illo errore & cæcitate.

Cum hominibus operantibus iniquitatem: &
non communicabo cum electis eorum.
Corripiet me iuſtus in miſericordia & increpa-
bit me:oleum autem peccatoris nõ impinguet
caput meum.

❡ Hic rogat pro apoſtolis & ſuis fidelibus ne incidãt in cõ
municationẽ & ſupſtitionẽ gẽtiliũ & cęteroꝝ prauoꝝ hoiꝫ.
❡ Ad cui⁹ intelligentiã eſt notãdũ ꝙ ſacerdotes gẽtiliũ re-
tinebãt ſuos in illis falſis ſupſtitionib⁹ ꝑ blãdas adulatiões,
ꝑmittẽdo eis pro cultu idoloꝝ & nefãdis ſacrificijs & ludis
ſcænicis magnas proſperitates in hoc mundo:& perſuade-
bant regib⁹ & principib⁹ eos deificari & inter deos referri:
aut inter aſtra cæli ſtellificari poſt hanc vitã:& cum talibus
adulationib⁹ retinebãt eos & pſuadebant ad omne flagitiũ
& vitium. Et iõ qñ venerũt apl'i & cæteri doctores ad prædi
candã legẽ euangelicam inter eos quæ prohibet omne vi-
tium:& ꝑcipit & hortatur omnẽ virtutẽ tunc videntes taleꝫ
legem euangelicam eſſe omnino contrariam flagitijs & ne
fandis ritib⁹ eoꝝ cõmoti ſunt ſacerdotes & principes genti-
liũ contra apl'os & oẽs Chriſtianos:& conati ſunt extingue
re & delere penitus totam religionem Chriſtianam & legẽ
euãgelicã:vt patet per totũ diſcurſum eccleſiaſticę hiſtorię.
Itaq; iſtis gentilib⁹ magis placebant adulationes nefandæ
ſupſtitionis q̃ correctionis legis euãgelicę. Rogat ergo Chri
ſtus ne ſui fideles incidant in tam peſtiferam ſupſtitionem.
dicit ergo. O pater ne ꝑmittas ſup. vt ego cõmunicem cũ ho
minibus & fratrib⁹ pctõribus operantibus iniquitatem,ne
communicem cũ electis & ſequacibus eoꝝ:immo magis vo
lo vt corripiat & increpet me iuſtus in mĩa.i.ꝙ corrigãt me
ꝑdicatores legis euangelicæ cũ charitate & mĩa:q̃ oleum.i.
adulatio pctõꝝ impinguet & vngat caput meũ.vnde litera
Hierony habet. Corripiat me iuſtus & arguat me oleũ aũt
amaritudinis non impinguet caput meum. Ex quo patet ꝙ
in noſtra tranſlatione ponitur futurum indicatiui pro opta-
tiuo:eo ꝙ Hebręi nõ habent optatiuũ.& ſic ptꝫ ꝙ iſte mo-
dus loquendi eſt deꝑcatiu⁹ ſicut dictũ eſt.& loquiť hic meta
phorice:nam hic ponitur oleũ ꝑ adulatiõe.nã ſicut oleum
materialiter vngit & mollificat res rigidas vt ſint tractabiles:
ita pariter adulatos cũ ſuis blãdis verbis & adulatiõib⁹ mol
lificat volũtatẽ & mẽtẽ & affectũ hoĩs,& pſuadet ad flagi-
tia & facinora & vitã voluptuoſã:& ita pœtę cum ſuis fabu-
lis & fictis & mẽdacibus locutiõib⁹ pſuadebãt ppl'is & cõci-
tabant eos ad flagitia cõmittẽda. ponitur hic ergo oleũ pro
blãda adulatiõe: & caput poniť pro pte rõnali q̃ decipitur
& trahiť a ſenſualitate. Dicit ergo Chriſt⁹ i pſona ſuoꝝ mẽ
broꝝ. O pr̃ fac vt nõ cõmunicẽ cũ iſtis opantibus iniquitatẽ:
nec cum electis & ſequacibus eoꝝ:nec ſequar electiões eo-
rũ:imo magis volo ꝙ corripiat me quilibet iuſtus & doctor
& ꝑdicator euãgelicus i mĩa:q̃ oleũ & falſa adulatio & pſua
ſio alicuius pctõris & falſi doctoris impinguet & demulceat
& decipiat caput meũ.i.rationẽ meam. Hoc etiam totũ po
teſt intelligi de falſa & mendaci adulatione Thalmudiſta-
rũ & Rabinoꝝ Iudæoꝝ:q pſuadẽt & decipiũt pplm eorum
hoc ẽt põt intelligi de quacũq; falſa adulatiõe & pſuaſiõe i
citãte hoiem ad pctm̃.vñ Chriſtus rogat ꝑ ſuis ne adulatio

ne & pſuaſione alicui⁹ pctõris incidãt in aliqđ pctm̃.vñ pe-
tit vt ſui fideles ſint obedientes in correctiõe iuſtoꝝ.i. ꝙ pa
tienter audiant ꝑdicatiões & correctiões ꝑlatorũ & maioꝝ
& frꝫ ſuorũ iuſtoꝝ.iõ dicit Petro:ſi peccauerit in te frater tu⁹
vade & corripe eũ inter te & ipſum ſolum:ꝙ ſi te audierit,
lucratus eris fratrem tuum.iõ hic dicit Chriſtus. Corripiet.i.
corripiat me iuſtus & ꝑlatus in mĩa & zelo charitatis.i.cum
patiẽtia mẽbra mea audiãt correptionẽ factã cũ mĩa & cha
ritate &c. Itẽ ne audiant adulatiões:iõ ſubdit. Oleũ autem
pctõris.i.verbũ blãdũ & ſuaſiuum & adulatoriũ non impin
guet caput meũ.i.blãdiať cõſcientię meę. Lr̃a Hierony.hꝫ:
oleũ fellis & amaritudinis.qđ idem eſt:nã verba adulatoris
licet videanť blanda & ſuauia tñ ſunt amara ad committẽ-
da alia pctã.dr̃ eñ adulator pctõr:qa primo mẽtiť cũ adu-
lať alteri,tribuendo ipſi ꝙ non habet. Scdo. quia hoc facit
cã decipiendi ſimplices.iõ Chriſtus rogat vt de⁹ auertat ta-
lẽ peſtẽ a ſuis fidelib⁹ ſimplicib⁹:immo ꝙ vnuſquiſq; ſe re-
putet peccatorẽ:& diligat corrigẽtẽ ſe & fugiat adulatores.
Et iſto modo Ioannes baptiſta fugit adulatores quando di
xit:nõ ſum ego Chriſt⁹:nec ſum dignus calceamenta ei⁹ ſol
uere. Ioan.j. Itẽ qñ dixit. Illum oportet creſcere:me autem
minui &c. Ioan.iij. Item hanc adulationem fugerunt Paul⁹
& Barnabas,qñ ſacerdotes idolorum volebant eis hono-
res diuinos impendere. Actuum.xiiij.

Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis
eorum:abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorũ.
Annuncient verba mea quoniam potuerunt:
ſicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram.
Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum quia
ad te domine domine oculi mei:in te ſperaui nõ
auferas animam meam.

❡ In hac ſecunda parte Chriſtus ꝑdicit cõuerſionem impe
ratorum & regum ad Chriſtum ſub iugo fidei.vnde impera
tores & reges & tyranni qui ante propter idola perſequebã
tur Chriſtianos,poſt cõuerſionem ad fidem ꝑceperunt ido
la deleri propter Chriſtum.& quia oratio & ꝑdicatio & lex
euangelica ante fuerat abominabilis deſpecta & odioſa:
poſtea fuit placibilis & decora in beneplacitis eorum.ſ.re-
gum & gentiliuꝫ.i.erit eis placibilis & acceptabilis:quoniã
colent eam & obſeruabunt & conuertentur ad fideꝫ euãge-
licaꝫ & vincti & ligati & iuncti ſunt ipſi petrę.ſ.Chriſto:qui
eſt petra in qua fundatur eccleſia.erunt ergo victi & ligati
ſub iugo legis Chriſti: qui ante ligabant & torquebant &
vexabant Chriſtianos,qđ impletum fuit in Conſtantino &
cæteris imperatoribus & regibus qui ad fideꝫ conuerſi ſũt.
ideo ſequitur. Audient verba mea.i.legem meam euange-
licam:qm̃ potuerunt facere ſup. miracula:nam verba Chri-
ſti ſunt potentiſſima & efficaciſſima & effectiua miraculorũ
& ſanitatum.& ideo qñ vidit Conſtantinus ꝙ virtute nois
Ieſu & baptiſmi ipſe fuit liberatus & ſanatus a lepra:& vide
bant cæteri reges ſigna & prodigia quæ faciebant apoſtoli
& martyres:tunc volebant audire verba Chriſti euãgelica:
iõ audient ipſi reges & iperatores & iudices verba mea qm̃
potuerũt.i.potentiſſima fuerunt ad miracula faciẽda:& ad
genteꝫ conuertendas:& corda hominum penetranda.etiã
fuerunt fructifera ſicut craſſitudo terrę &c. ❡ Vnde nota ꝙ
craſſitudo terræ eſt in ſupficie terrę:ideo qñ agricolę volũt
ꝙ ager ſit vber & fructificet:arant & ſcindunt terrã aratro,
et ſic exit craſſitudo terræ ad ſuperficiẽ:et ſic bene creſcit et
germinat qđ ſeminať. Ita ergo germinauerũt et fructifica-
uerũt verba euãgelica in cordibus hoim ab apl'is ſeminata:
nã apl'i et fideles diſpoſuerũt corda hoim gentiliũ ꝑ ꝑdica
tionem,et ſeminarunt in eis verbum dei:et illa corda facta
craſſa per gratiaꝫ ſpũs ſancti fructificarũt fruct⁹ fidei & bo-

norum operū. Et ideo ſequitur in pſona mēbrorum: Ideo diſſipata ſunt oſſa noſtra.i.quia verba euangelica fecerunt fructum in nobis ideo diſſipata ſunt oſſa noſtra: quia cepim⁹ & paſſi ſumus tormenta & martyrium propter Chriſtum: i quo martyrio diſſipata & fracta ſunt oſſa noſtra ſecus infernum. Et ponitur hic infernus pro foſſa. nam frequenter in ſcriptura ve.te. foſſa dr̄ infernus: ſicut dicit Iacob. Deſcendā in infernū.i.in foſſam p mortem. Dicit ergo. Diſſipata & confracta ſunt oſſa noſtra ſecus.i.vſqȝ ad foſſam & mortē: qa ꝓ fide quidā fuerunt decollati: quidā laniati quidā oſſib⁹ fracti &c. ¶ Pōt etiam incipere alia ſimilis ſententia ab illo loco Sicut craſſitudo. quaſi dicat: ſicut terra nō fructificat niſi qñ craſſitudo erupta eſt ſuper terrā: cum agricola arat & ſcindit & erūpit eam aratro: & tunc facit bonum fructū: ita corpora martyrum fecerunt fructum meritorum cum fuerunt bene rupta & ſciſſa & laniata & oſſa eorū diſſipata & fracta vſqȝ ac foſſaȝ & mortē: qa ita meruerunt martyres optimas manſiones in cælo & ſummā beatitudinē: & ille fuit fructus martyrij: ſicut granū frumenti cū mortuum fuerit ſub terra, multū fructū affert &c. Ioan. xij. Ordinat̄ ergo ſic lr̄a in pſona ppl'i gētilis cōuerſi ad fidē, de quo innumerabiles fuerūt diſſipati & cōfracti ad fidē xp̄i: Oſſa noſtra diſſipata ſūt vſqȝ ad mortē & foſſam ſiue ſepulturā: & ita fuerunt lacerata, & fuerūt ruptę carnes. ſicut craſſitudo terrę eſt erupta & arata & ſciſſa cū vomere & aratro ſup terrā: & ſicut terra ſic rupta & arata efficitur craſſa & fructifera & facit bonos & vberes fruct⁹: ita corpa nr̄a ſic laniata & rupta ꝓpter fidem fecerūt mirabiles fructus in gloria & btitudine. Quia iſta lr̄a eſt difficilis, iō eſt vidēda trāſlatio Hierony. q̄ ſic habet in his trib⁹ verſibus. Qm̄ adhuc oratio mea & ꝓ malitijs eoꝝ ſublati ſunt iuxta petrā iudices eoꝝ: & audiāt dicta mea qm̄ ſuauia ſunt ſicut agricola cū ſcindit terram: & diſſipata ſunt oia oſſa noſtra in ore inferni. q̄ quidem trāſlatio ſatis concordat cū ſupradicta expoſitione. Iudęi aūt quibus non eſt datum noſſe myſteriū regni dei ꝓpter malitiā eoꝝ: non poſſunt videre hāc veritatē & ſecretū clauſū i hac lr̄a: iō dicūt hic multa fatua & irrationabilia & diſcordia implicātia contradictionē. Iō nos agam⁹ gr̄as quib⁹ deus reuelauit arcana cæleſtia. Sequēdo ergo pdictā expoſitionē ſequitur lr̄a: qa ad te dn̄e oculi mei. qa diſſipata ſunt oſſa noſtra vſqȝ ad foſſam & infernū: qa difficile & impoſſibile eſt talia tormenta ꝑpeti ſine auxilio dei ſpeciali: iō dicit. O dn̄e quia in his tormentis ad te ſunt fixi oculi mei petēies auxiliū: in te ſpaui in hoc cōflictu: iō rogo vt nō auferas aiaȝ meā. quaſi dicat: licet occidatur corp⁹ & laceret̄ vſqȝ ad mortē tn̄ nō pdatur nec moriat̄ aia pdendo fidē ex timore tormentoꝝ: ſed ſalua eā dādo ipſi fortitudinē & cōſtātiā & cōtēnat mortē corporalem: Et cuſtodi me a laqueo quē ſtatuerunt mihi tyranni. nā primo promittebant magna donaria vt negarē fidē: & cū nolo: addunt tormenta: & ſic parant iſtos laqueos ad capiendum me. nā promiſſio dr̄ laqueus vt capiat: tormenta vero dn̄r ſcādalū vt ex infirmitate ruā & cadaȝ: ergo libera me a laqueo ꝓmiſſionis quē ſtatuerunt mihi: & a ſcandalis tormentoꝝ tyrannoꝝ operantiū iniquitatē. Verūtn̄ licet pctōres & auari & luxurioſi cadāt propter voluptates & auaritiā & mūdani cadēt in laqueo & retiaculo ei⁹.ſ.impij & tyrāni: & diaboli q parāt mihi hmōi laqū & ſcādalū & retiaculum: q qdem pctōres cadāt in hoc retiaculo negādo fidē: tn̄ ego cū auxilio diuino ſingl'r ſum donec trāſeā. q̄ſi di. non cadam cū eis: imo ſingularis ſine eis & imunis & illęſus trāſibo rūpendo laqueū & retiaculū: & nihil mihi nocebit: & cōtēnaȝ donaria & munera & tormēta & mortē corporaleȝ. Sed iſta vltima pticula magis proprie & p ſe eſt exponēda de Chriſto capite. ¶ Quia ad te dn̄e dn̄e oculi &c. In iſta vltia pte Chriſtus caput noſtrū loquitur nō ſoluȝ in pſona noſtra ſed ēt i pſona ſui p reſurrectionē. ¶ Ad cui⁹ euidētiā eſt notēdū ſcd̄m Aug. lib. Hypognoſticon contra Pelagianos: q̄ mors



poſt lapſum Adę nō dr̄ naturalis: ſed poena pc̄ti: qa inflicta eſt nobis ex pc̄tō primi parentis. Ex quo pz q̄ Chriſt⁹ non erat obligatus ad mortem corporalem poſtq̄ non deſcendit ab Adā p naturalē gn̄ationē: ſed voluit ſpōte mortē recipere & quaſdā alias infirmitates vt mereret̄ ꝓ nobis, & eēt cā nr̄ę reſurrectionis & primitię reſurgentiū. Et iō Xp̄s in hac pte petit reſurrectionē a pr̄e vt reſurgat ad imortalitatem: oſtēdēs q̄ ipſe nō erat obligatus morti poſtq̄ nō cōphendit ſub pc̄tō ipſius Adæ. imo eſt imunis de iure & debito. dicit ergo. O dn̄e oculi mei ſunt fixi ſup. ad te. ideo non auferas animaȝ meam, id eſt ne permittas vt maneat in inferno cū cæteris peccatoribus. immo fac vt reuniatur corpori per reſurrectionem. quia ſemper in te ſperaui.

**Cuſtodi me a laqueo quem ſtatuerunt [illegible]i: & a ſcandalis operantium iniquitatem.**

**Cadent in retiaculo eius peccatores: ſingulariter ſum ego donec tranſeam.**

¶ Cuſtodi me a laqueo quē diaboli ſtatuerunt mihi: & ab ſcādalis & occaſionibus operantiū iniqtatē: qa ego liber ſū a laqueo pc̄ti. nā oēs cęteri hoīes cadēt in retiaculo & laq̄o .ſ. cū oēs alij ſint pctōres: tn̄ ego ſingularis ſū.i. ſingulariter exēptus & imunis & ſolus inter mortuos liber a peccato donec trāſeā de hoc mundo ad patreȝ ſup. quaſi dicat Chriſt⁹. Ego ſum liber ab oī pctō: nec obligor ad mortem: qa non fui captus in retiaculo ipſius diaboli ſicut cæteri pctōres: & ideo de iure me debes reſuſcitare: qa ſponte aſſumpſi mortalitatem & infirmitates humanas. ¶ Ad maiorem auteȝ intelligentiam hui⁹ vltime ptis, tria ſunt vidēda. Primo. qd eſt iſtud retiaculū in quo ceciderunt oēs pctōres. Secundo. quare Chriſt⁹ non potuit cadere nec capi in hoc retiaculo. Tertio eſt vidēdū quomodo Chriſtus nos liberauit ab iſto retiaculo. ¶ Quantū ergo ad primū eſt dicendō ſcd̄ȝ Aug. q̄ retiaculum in quo ceciderunt oēs pctōres fuit eſus cibi ligni prohibiti quē cōederunt primi parentes cōtra volūtatē dei, quē cibō multis noib⁹ appellat Aug. Vn̄ prio appellat ipm̄ hamū inquātū ſub eſca illi⁹ ſuauis fruct⁹ latebat ham⁹ veneni in quo capti ſunt primi parentes. Scd̄o appellat ipſ laqueū in quo ipſi capti & illaqueati & ligati ſunt. Tertio appellat illā arborē muſcipulā inquātū primi parētes mordētes fructū fuerūt ibi morſi & capti & obligati diuinę ſententiæ. Quarto appellat illum fructum ſcandaluȝ inquantū in eo offendentes ceciderunt. Quinto appellat ipm̄ retiaculum inquātū nō ſolū primos parentes: ſed etiā totā eorū poſteritatē diabolus cōcluſit & cōprehendit in illo peccato. Ille ergo fruct⁹ ꝓhibitus fuit hamus & laque⁹ & muſcipula & ſcandalum & retiaculū qd diabolus parauit in illo fructu: in quo comprehendit oēs pctōres filios Adā. q Adā peccando omnes filios futuros obligauit ad poenaȝ dāni [illegible] peccati & trāſgreſſionis: prout pluries dictū eſt. Nā ſicut Adam pdidit ꝓ ſe illā originalē iuſtitiā cū oib⁹ donis q̄ gratis a deo acceperat cū illa originali iuſtitia: ita pdidit ꝓ oibus ſuis poſteris oia illa dona & pręmia illius originalis iuſtitiæ. Sed vltra illud dānū ex eſu illi⁹ cibi venenoſi fuit inflict⁹ quidā morb⁹ cōcupiſcentię inordinatę in carne & ſenſualitate ipſoꝝ primoꝝ parentū: qui qdē morb⁹ venenoſus taliter corrupit totā carnē & appetitū ſenſitiuum: & vulnerauit & debilitauit oēs potentias naturales, q̄ caro ſit corrupta & vulnerata illico facta rebellis inſurrexit aduerſus ſpm̄ & rōnem intantum q̄ incepit retrahere aiam & voluntatem ab omni bono & honeſto & impellere ad omne malū. Et iſte fuit ſecund⁹ laqueus & retiaculū qd diabol⁹ parauit latenter in carne primoꝝ parentū cōtra rōnē & volūtatē. Et eſt qdā ham⁹ latēs ſub eſca carnis. cui carni ɔſentiens volūtas ilico capit̄ & obligat̄ actuali & mortali pctō. Et hoc eſt ſcd̄m retiaculuȝ: & laqueus cōcupiſcentię quem primi parentes tranſmiſerūt ſuc-

ceſſiue in oẽs poſteros per libidinoſã gñarionẽ.Nam caro q̃
formaꝛ & cõcipiꝛ ex tali libidinoſo ꝯcubitu nõ põt eſſe ſine
fœditate & morbo & illo fomite cõcupiſcẽtię.Qui quidem
morb⁹ & fomes dꝛ qdã retiaculũ abſconſum in carne.Nã
prio per ſolã vnionẽ cauſat culpaꝫ originalẽ in aĩa creata &
ĩfuſa ipſi in puris naturalib⁹:quia per ſolum contubernium
(eo ꝙ aĩa ſit vna pſona cũ tali carne ĩfecta)efficiꝛ obnoxia
culpæ originali primoꝝ parentũ:& ſic efficiꝛ filia irę & vin
dictæ & debitrix originalis iuſtitię pditę in Adã. Item rur=
ſus hoc idẽ retiaculum cõcupiſcentię alliciendo voluntateꝫ
ad honores illicitos & carnales voluptates & diuitias illici=
te acquiſitas p conſenſum deliberatum,capit aĩam in pc̃tõ
actuali & mortali:& p conſenſum ĩdeliberatũ capit eã in ve
niali. Ex quibus oĩb⁹ ptꝫ ꝙ vnũ & idẽ retiaculũ cõcupiſcen
tiæ & fomitis latẽs in carne p ſolam vnionem capit aĩam in
culpa originali obligans eã ad pœnã dãni priuãs eã oĩb⁹ do
nis gratiæ & cæleſtis glorię. Et per conſẽſum deliberatũ ca=
pit aĩam in pc̃tõ mortali obligando eam ad pœnam ſenſus
æternã. Et per ſolũ conſenſum nõ deliberatum capit aĩaꝫ in
pc̃tõ veniali. Ex ſupradictis etiam patet ꝙ duplex retiacu=
lum parauit diabolus cõtra hoiem. Nã primũ retiaculum &
laqueum parauit in ligno & cibo ꝓhibito:in quo cepit pri=
mos parentes in perſona:& cepit omnes poſteros in natu=
ra:quia in illo omnes fuimus priuati oĩbus donis gratiæ &
gloriæ & obligari ad pœnã dãni. de quo ait apl̃s ad Roma.
iij. ꝙ oẽs in Adã peccauerunt.i.omnes fuerunt in illo venũ
dati & obligati ad pœnã dãni. Scd̃m autem retiaculum pa=
rauit diabolus in carne & appetitu ſenſitiuo vniuſcuiuſqꝫ. Et
hoc eſt retiaculũ cõcupiſcẽtię in quo per ſolam vnionẽ aĩæ
capit vnũquẽqꝫ pſonaliter in originali:& per conſenſum vo
lũtatis deliberatũ capit aĩam ĩ actuali & mortali:& p cõſen
ſum indeliberatũ capit eã in veniali. De vtroqꝫ ergo retiacu
lo intendit dicere Dauid qñ ait in perſona Chriſti. Cadent
K in retiaculo eius pc̃tõres &c. ¶ Quãtũ ad ſecundum eſt di=
cendũ ꝙ Chriſtus nullo mõ potuit capi in primo retiaculo
nec in ſc̃o. Nõ in prĩo:qa Adã nõ potuit obligare nec venũ
dare pc̃tõ ſuo & dãno niſi filios ſuos naturales ab eo geni=
tos immediate:vel mediate. ſed Chriſtus licet dicatur filius
Adã ſcd̃m carnẽ inquantũ accepit carnẽ ex virgine:tñ non
dꝛ filius naturalis ſcd̃m gñationẽ:qa non ex opere Adã na=
tus eſt:ſed ſolo ope ſpũs ſancti:& ſic non potuit obligari nec
venundari in Adã. Nec potuit ẽt capi in ſcd̃o retiaculo con=
cupiſcẽtię carnis:qa Adã nõ potuit trãſferre in eũ vitiũ car=
nis & cõcupiſcẽtię poſtq̃ Chriſt⁹ nõ deſcẽdit ab eo p gñatio=
nẽ naturalem. Et ſic ptꝫ ꝙ Chriſt⁹ nec capt⁹ eſt in retiaculo
naturę p gñalẽ obligationẽ:nec in retiaculo pſonę p natura
lẽ vel libidinoſã gñationẽ. Et iõ dicitꝛ ſolus inter mortuos li=
ber nõ ſolũ ĩ perſona:ſꝫ ẽt in natura. Et iõ ſolus potuit totũ
gen⁹ hũanũ liberare. ¶ Sed quid dicendũ de virgine mr̃e
ei⁹? Ad hoc rñdetꝛ ſicut dictũ eſt pſal.xlv.ꝙ nõ poſſumus ex
cuſare quin fuerit capta in retiaculo naturę:ĩ quãtũ fuit obli
gata in Adã cũ tota natura & deſcendentia naturali ipſius
Adã:qui oẽs filios naturales obligauit & venũdedit ad pœ
nã dãni pc̃ti ſui. de quo dicit apl̃s ad Ro.iij.ꝙ oẽs ĩ Adã pec
cauerũt.ĩ natura ſup.ĩquãtum in eo fuerunt obligati. Sed il
lud pc̃m̃ non potuit trãſire in pſonã virginis quo ad culpaꝫ
originalem nec mortaleꝫ:nam licet virgo maria deſcendat
ab Adam p naturalẽ gñationẽ:tñ qa caro eius fuit ſc̃tificata
& mũdata ab oĩ fomite añ aĩationẽ:& aĩa fuit ſimul creata
& ſc̃tificata & gratificata & in gr̃a confirmata & infuſa & ĩ
illa carne munda: nec caro potuit inficere aĩam nec anima
infici a carne p culpã originalẽ.& ſic pc̃m̃ naturę nõ potuit
trãſferri a carne in aĩam:& per cõſequens nec in perſonam:
qa virgo Maria nunq̃ dicta eſt pſona humana niſi p aĩam
& ſic fuit liberata a pc̃tõ origiali naturę p ꝓuiã ſc̃tificationẽ
& gr̃aꝫ Chriſti. Ex hoc ẽt ſequitꝛ ꝙ virgo Maria nũq̃ cecidit
nec fuit capta in retiaculo diaboli actualiter & mortaliter
nec venialiter:qa fomes & cõcupiſcẽtia q̃ eſt ſemẽ oĩs pecca=
ti fuit extincta in carne virginis añ aĩationẽ p virtutẽ ſpũs ſan
cti:vt dictuꝫ eſt. ergo caro non potuit ſurgere aduerſus ſpm̃
nec capere volũtatẽ p aliquẽ illicitũ conſenſuꝫ deliberatum
nec ĩdeliberatũ. Et p ꝯñs nõ fuit capta perſonaliter in retia=
culo cõcupiſcentię nec originaliter nec actualiter nec venia
liter pc̃tõ:licet fuerit obligata ſolũ in natura. iõ indiguit redi
mi & liberari in pſona p gr̃aꝫ ꝓuenientẽ:q̃ habuit virtutẽ ex
paſſiõe Chriſti:vt pluries dictũ eſt. Et ſic ptꝫ qualiter omnes
pc̃tõres ceciderũt ĩ retiaculo diaboli in natura vel in pſona:
a quo ſolus Chriſt⁹ tranſiuit liber & ſingularis tã ĩ natura q̃
in perſona:ſed ſola virgo Maria fuit liberata ne caderet in
pſona. Ex ſupradictis patet ꝙ ſolus Chriſt⁹ potuit redime=
re genus hũanũ:& ſatiſfacere pro pc̃tis oĩꝫ. Quod ſic patet.
nã tria neceſſario requirebanꝛ ad hoc ꝙ aliquis ſufficienter
poſſet redimere totũ genus humanum. nam primo oporte=
bat vt eſſet liber & innoxius:non captus in retiaculo ipſius
diaboli:& non ſolũ in perſona:ſed etiam liber in natura:vt
alios poſſet ab illo retiaculo liberare:quia ĩuolut⁹ & obno=
xi⁹ nõ põt alias de laqueo liberare & abſoluere. Scd̃o opor=
tebat vt haberet ſummã charitatẽ:vt eius paſſio & oblatio
eſſet deo chara pro omnib⁹ & meritoria et accepta. Tertio
oportebat vt eſſet deo pſonaliter vnitus p gratiã vnionis:vt
ſua opatio & redẽptio eẽt meritorie infinita:eo ꝙ debebat
remittere culpã & pœnã infinitã:& recuperare ꝓmiũ cęle=
ſte infinitũ:vt dictuꝫ eſt pſal.cxxix. iõ non potuit eſſe niſi in
ſuppoſito infinito. Sꝫ quia ſolus Chriſt⁹ habuit oĩa iſta tria
prout dictũ eſt pſal.xvij.&.xxj.& in pleriſqꝫ locis:ergo ſolus
Chriſtus potuit genus humanum ſufficienter redimere & li
berare:q non cecidit in retiaculo alioꝝ, de cui⁹ redemptio=
nis modo patebit in articulo ſequenti. ¶ Quãtũ ad tertiuꝫ L
eſt dicendum ꝙ Chriſt⁹ q vt hoiem perditum & captiuum
in retiaculo diaboli repararet & liberaret venerat in carnẽ:
ſicut eſt ſapientia per eſſentiam:ita ſapienter hoiem libera
uit. nã ſicut diabolus excogitauit artem malignã & callidã
ad capiendũ Adã cũ tota ſua gñatione in ſuo retiaculo:ita
Chriſtus ſapiens reſtaurator repperit artem ſapiẽtẽ ad rũpẽ
dum retiaculuꝫ diaboli & liberãdũ aĩas & totũ gen⁹ hũanũ
in illo retiaculo obligatum & obnoxiũ:& repperit nouum
retiaculũ ad capiendas aĩas per gratiam. vnde ſicut diabo=
lus abſcondit venenũ ſub ſpecie fructus ꝓhibiti tãq̃ hamũ:
quẽ fructũ volẽs mordere Adã fuit morſus morſu mortis &
captus in hamo & retiaculo & laqueo venenoſo latente ſub
ſpecie illius fructus:ita pariter Chriſt⁹ obiecit diabolo carnẽ
ſuam tanq̃ eſcã:ſub qua latebat hamus & laqueus diuinita
tis:& tetendit eam in cruce:ſed diabolus putans Chriſtum
eſſe purum hoiem, obnoxium morti, obligatuꝫ in Adaꝫ vo=
luit ipſum in cruce mordere p mortem ſicut cęteros:ſed ipſe
captus & morſus fuit victus in morte Chriſti:ſub cuius car=
ne latebat hamus diuinitatis. & ſic diabolus fuit victus
& captus in retiaculo paſſionis Chriſti. Item rurſus:ſicut dia
bolus cepit Adam in retiaculo ſuo:& parauit & abſcondit
retiaculum concupiſcentię in carne ipſius Adam & in gene
ratione naturali:per quã gñationem libidinoſam Adã trãſ
tulit pc̃m̃ ſuum in omnes poſteros particulariter:ita pa=
riter Christus abſcõdit & impreſſit virtutem & ꝓciũ ſuę paſ=
ſionis in ſeptẽ eccleſiaſticis ſacramentis:per q̃ quidem ſacra
menta trãſtulit virtutẽ ſuæ paſſiõis pticulariter in vnũquẽqꝫ
fidelem. vñ ſicut Adam per gñationẽ libidinoſam trãſtulit
pc̃m̃ ſuũ in filios:ita Chriſt⁹ per gñationem baptiſmalem
tranſtulit merita ſuę paſſionis ad rũpendũ retiaculum dia=
boli & liberandũ baptizatos ab originali:& p pœnitentiaꝫ
trãſtulit merita ſuę paſſionis ad abſoluenduꝫ a mortali pec
cato oẽs pœnitentes:& ſic de ſingulis. Itaqꝫ eſt dicendũ ꝙ ĩ
vnoquoqꝫ ſacramento latet virtus paſſionis Chriſti tanq̃ ha
mus ſub eſca:tanq̃ retiaculum ſalubre ad capiẽdas animas
per gratiam:& ad rumpendum retiaculum diaboli. Sed in

ſacramento Euchariſtię ſpecialiter & realiter cõtinetur ipſe Chriſtꝰ verbũ incarnatũ: quẽ Chriſtũ ſub forma panis ſumimus in cibũ ſpũalẽ ad refectionẽ ſpiritualẽ & reſtaurationeꝫ bonorũ perditoꝝ: prout dictũ eſt pſal. cx. Et ſic patet qualiter eccleſiaſtica ſacramenta ſunt quædam retiacula ſpiritualia ad capiendas animas noſtras per gratiaꝫ paſſionis Chriſti contra retiaculum diaboli. per quę quidem ſacramenta rumpitur retiaculum diaboli & liberantur fideles. Et patet qualiter ſicut Adã per gñationem naturalẽ & libidinoſam multiplicauit & generauit filios carnales in mũdo: ad quos trãſtulit peccatũ & ſemẽ & fomitẽ peccati: ita pariter Chriſtus p regenerationẽ baptiſmalẽ regenerauit & multiplicauit filios ſpũales & fideles in eccleſia: ad quos trãſtulit gratiam & virtutẽ ſuæ paſſionis per baptiſmũ aquæ vel flaminis vel ſanguinis. Et ſic licet oẽs peccatores fuerunt capti & ceciderunt in retiaculo diaboli per peccatũ: tamen oẽs poſſunt liberari a Chriſto per retiaculũ baptiſmi & cæterorum ſacramentorum: eo ꝙ Chriſtus ſingulariter tranſiuit inter mortuos liber non captus in retiaculo diaboli in pſona nec in natura. ❡ Ad cuius intellectũ maiorẽ eſt notandũ ꝙ iſtd retiaculũ & myſteriũ crucis fuit figuratũ Nume. xxj. vbi dicitur ꝙ qñ populus murmurauit contra deum & Moyſen, miſit deus ſerpentes ignotos q mordẽtes multos occidebãt: qui pœnitẽtia ducti rogarunt Moyſen vt rogaret pro eis dominũ vt tollerentur ſerpentes. Et tũc Moyſes ex præcepto domini ſuſpendit ſerpentem ęneum in ligno. & tunc morſi a ſerpente aſpicientes illum ſerpenteꝫ pendentem in ligno ſanabantur a morſibus ſerpentum. Per quod myſteriuꝫ fuit figuratum qualiter Chriſtus redemptor mundi debebat ſecum ſuſpendere & crucifigere antiquum ſerpentem: qui in ſuo ligno prohibito momorderat primos parentes morſu mortifero. qui quideꝫ morſus venenoſus trãſlatus eſt in oẽs poſteros: & ſic per vnius hominis delictuꝫ mors introiuit in totum orbem terrarum. Et ſic patet ꝙ mors & omnes infirmitates & defectus & omnis culpa & omnia peccata ſunt effectus & pœnę illius peccati & morſus illius antiqui ſerpentis. Et ideo Chriſtus vt nos liberaret a morſu antiqui ſerpẽtis & ab omnibus effectibus & veſtigijs illius morſus, voluit indui veſte illius ſerpentis: ſcilicet morte & cæteris corporalibus defectibus & pœnalitatibus prouenientibus ex illo peccato, preter culpam: eo ꝙ aſſumpſit in illa carne omnes pœnas peccati pręter culpam vt frequenter dictum eſt. & ſic dicitur Chriſtus induiſſe veſtem pœnalitatum antiqui ſerpentis: & cum tali veſte crucifixus eſt in cruce. ſed venit diabolꝰ & voluit mordere Chriſtum ſicut cæteros: ſed ipſe captus ẽ hamo diuinitatis latentis ſub carne: & ſic in cruce ſimul cuꝫ Chriſto crucifixum eſt peccatum noſtruꝫ cum omnibus pœnalitatibus ſuis: & mortuum eſt peccatum noſtrum cũ Chriſto: ſed Chriſtus ſurrexit ad vitam glorioſam manente ſerpente antiquo in ſepulcro cum ſuis pœnalitatibus. Et ideo dicit Aug. in ſermone de martyribus: ꝙ Chriſtus vt vinceret & occideret mortem: veſtitus eſt morte. mors autem ibi in cruce occiſa eſt: ſed dominus ſemper viuit. Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in eremo: ita Chriſtus cum veſte ſerpẽtis: ſcilicet cum pœnalitatibus exaltatus & crucifixus eſt in cruce: & ſicut omnes qui fuerunt morſi a ſerpẽte aſpiciebãt ſerpentem: & ſanabantur: ita omnes quos momordit aſtutia Sathanę aſpicientes & contemplantes Chriſtum in cruce pendentem ſanabuntur a morſu ſerpentis antiqui. Et ſic patet qualiter noſtra redemptio & ſalꝰ fuit figurata per exaltationem: & ſuſpenſioneꝫ ſerpentis ęnei in ligno: & peccatũ noſtrũ fuit ſignificatũ p morſũ antiq ſerpẽtis. Et ptꝫ ẽt q̃liter ſicut ſerpens antiquus parauit retiaculũ in ligno in quo momordit & cepit Adam cum omnibus poſteris: & ſauciauit omnes morſu & veneno peſtifero: ita Chriſtus parauit laqueum & retiaculuꝫ in cruce: vbi cepit & crucifixit ſerpentẽ antiquuꝫ: & ſic liberauit genus hũanũ a morſu illius.

Item ſicut diabolus particulariter parauit retiaculum: & laqueum concupiſcentię & fomitis in carne vniuſcuiuſqꝫ ad capiendum vnumquemqꝫ perſonaliter in originali & veniali & actuali: ita Chriſtus parauit retiaculum ſuum ſpirituale in vnoquoqꝫ ſeptem eccleſiaſticorum ſacramentorum: cuiꝰ retiaculi eſca patens eſt viſibilis forma: ſed hamus latens eſt inuiſibilis gratia illius ſacramenti: quæ quidẽ gratia reficit & ſaluat, & liberat fideles: & extinguit & occidit antiquum ſerpentem. Et ſic patet qualiter omnes peccatores præter Chriſtum ceciderunt in retiaculo antiqui ſerpentis per mortem. Et quomodo omnes fideles & iuſti ceciderunt in retiaculo Chriſti per gratiaꝫ. Et quomodo antiquus ſerpens fuit crucifixus in ligno cum Chriſto: & captus cum retiaculo crucis. Et hæc eſt cauſa quare ſerpens antiquus diabolus fugit crucẽ: eo ꝙ ibi fuit ſuſpenſus cum veneno ſuo: & ibi fuit extinctum venenuꝫ ſuum: & per conſequens ibi fuit captus & victus. Et ſic patet qualiter ſerpens antiquus primo fuit ſuſpenſus figuraliter in deſerto. Numeri. xxj. ſed poſtea fuit realiter ſuſpenſus in cruce cum Chriſto: quia pater in Chriſto poſuit iniquitates omnium noſtrum: cuius liuore ſanati ſumus. Eſaię. liij.

VOce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dñm deprecatus ſum.

Effundo in conſpectu eius orationem meam: & tribulationem meam ante ipſum pronuncio.

In deficiendo ex me ſpiritum meum: & tu cognouiſti ſemitas meas.

❡ Titulus, Eruditio ſiue intellectus Dauid cum eſſet in ſpelunca oratio. Iudęi & quidaꝫ catholici exponunt hunc pſalmum prout eſt oratio Dauid petentis liberari de manu Saulis & perſecutione: cum eſſet in ſpelunca Odola latens cum amicis ſuis: qui ad eum confugerent: vt patet primi regum. xxij. & ſic exponunt ad literam tantum ſecundum illum ſẽſum in quo Dauid petit liberari a perſecutione: & petit regnuꝫ: & ſuos amicos & ſequaces poſſet exaltare. Sed hęc expoſitio eſt friuola faciens iniuriam huic pſalmo: priuando ipſum ſacramento prophetiæ de Chriſto & eccleſia: quod manifeſte in ſe continet. Item talis expoſitio manifeſte falſificat titulum: in quo dicitur: ꝙ iſte pſalmꝰ eſt eruditio Dauid & intellectus: facta a ſpiritu ſancto. manifeſtum eſt enim ꝙ Dauid non indigebat erudiri a ſpiritu ſancto: ſi tantum narrat perſecutionem ſuam: & petit donum temporale in hoc pſalmo. nam ipſe expertus erat ſuam perſecutionem: ergo non erat ipſi neceſſaria eruditio ſpiritus ſancti ad ſcribendum eam: ſicut Cæſar in commentarijs ſcripſit omnia prælia quæ geſſit, & victorias ſuas ex ſola memoria ſine lumine ſpeciali ſpiritus ſancti. Ex quo patet ꝙ aliud ſacramentum maius intendit hic Dauid prædicere per illam hiſtoriaꝫ: & ſub figura illius hiſtorię. vnde per hoc ꝙ Dauid fugit a Saul ad regem Get, ne occideret eum: figurabatur quomodo Chriſtus fugit vſqꝫ ad mortem corporalem crucis: & latuit in ſpelunca ſepulcri corpus eius: & anima deſcendit ad ſpeluncam inferni: & venerunt ad eũ omnes patres veteris teſtamenti qui erant in limbo: vt eos inde liberaret. Et ſicut multi amici Dauid erant afflicti in ciuitatibus a Saul & expectabãt exaltationeꝫ Dauid vt ipſi liberarentur: ita apoſtoli & totum genus humanum in illo triduo expectabant vt Chriſtus reſurgeret a mortuis: & rediret ab inferno & a ſpelũca ſepulcri vt omnes liberaret &c. Hoc ergo præuidẽs Dauid in ſpiritu per illam fugam & latitationem, fecit hunc pſalmuꝫ: in quo introducit Chriſtum

loquentem:& petentem a patre liberari per reſurrectiones a ſpelunca ſepulcri:ſecundum q̧ Dauid fuit eruditus a ſpiritu ſancto:& ſic erudit nos vt credamus reſurrectiones Chriſti & noſtram redemptionem prędictam & figuratam i hoc pſalmo,qui dicitur eruditio Dauid & oratio Chriſti.in quo duo facit.nam primo manifeſtat Chriſtus patri ſuam afflictionem & paſſionem.Secundo petit liberari.ibi.Clamaui. ¶ Quantum ergo ad primum dicit.Voce mea ad dñз deuз patrem meum clamaui conquerendo de perſecutoribus & crucifixoribus meis:& voce mea & non per alium deprecatus ſum ad deum petendo reſurrectionem.Effundo in conſpectu eius orationem meam in horto,& in cruce:& pronũcio tribulationem & paſſionem meam ante ipſum:conquerendo de crucifixoribus nam cognouiſti ſemitas & intentiones meas in deficiendo ſpiritum meum.i.qñ intantum tribulauerunt me q̧ deficiebat in me ſpiritus vitalis & fortitudo ꝑ tormentis intolerabilibus:& etiam defecit aĩa a corpore:quia ſeparata fuit ab eo in triduo.Vnde ideo defecit i me ſpiritus & fortitudo corporalis.

In via qua ambulabam:abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.

Conſiderabam ad dexteram & videbam:& nõ erat qui cognoſceret me.

Periit fuga a me:& non eſt qui requirat animã meam.

¶ Scribę & phariſſęi abſconderunt mihi laqueum tẽtationis vt me caperent in ſermone &c.& abſconderunt laqueũ imponendo falſa crimina:& in fine abſconſo modo impoſuerunt laqueum mortis.& ideo defecit in me ſpũs & corporalis fortitudo qñ fui captus in horto.Nam conſiderabã & reſpiciebam ad dexteram:ſi erat aliquis apl's qui cognoſceret me & iuuaret:& nullus fuit:nam me relicto omnes fugerunt.Item in toto tempore paſſionis conſideraui & reſpexi ad dexteram .i. ad partem proſperam:& ſi aliquis inueniretur qui eſſet in mei fauorem & loqueretur pro me:& non erat qui cognoſceret me ad præſtandum auxilium & fauorem:immo omnes conſpirarunt ferendo ſententiaз mortis contra me:& ſic perijt oĩs fuga & refugium humanuз a me: nec fuit aliquis qui requireret & defenderet animam meaз .i.vitã meaз:immo omnes clamabãt crucifige crucifige eũ. Et ſic nullus fuit mihi ad dexteraз:ſed omnes fuerunt mihi ad ſiniſtram:quia omoes fuerũt aduerſarij.

Clamaui ad te domine:dixi tu es ſpes mea portio mea in terra viuentium.

Intende ad deprecationem meam:quia humiliatus ſum nimis.

Libera me a perſequentibus me:quia confortati ſunt ſuper me.

Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum nomini tuo:me expectant iuſti donec retribuas mihi.

M ¶ Expoſita ſuperius q̃rimonia:in hac ſecunda parte petit liberari ꝑ reſurrectionẽ,dicẽs O dñe pater poſtq̃ deſtitutus fui ab omni auxilio humano in mea paſſione:& non inueni ad dexteram qui iuuaret me:& fugit a me omnis fuga & refugiũ:ideo omni auxilio & ſpe humana poſtpoſita conuerti me ad te & clamaui ad te:& refugi ad te & clamaui & dixi:tu dñe pater es ſpes & portio mea in terra viuentiũ:Naз poſtq̃ in hac terra mortalium me dereliquiſti in ptãte crucifixoruз vſq; ad morteз ſine hũano auxilio:ideo dixi fiat voluntas tua:ſed tunc poſui ſpem meã in te:vt mihi dares hæreditatem æternam pro me:& pro membris meis in terra viuentium:& illam peto:& mortalẽ & terrenam contẽno.Intende ergo ad deꝑcationem meam:quia poſtq̃ humiliatus ſum nimis.i.valde ꝑ paſſionẽ & mortẽ:quia humiliatus ſum vſq; ad mortem crucis:iõ libera me de crucifixoribus perſequentibus me:qm̃ confortati & roborati ſunt ſup me:poſtq̃ in poteſtate eoꝝ me reliquiſti:& iõ cum ingẽti odio & iniquitate putantes me annihilare:& memoriam & poteſtatem meam de mundo abolere:crucifixerunt me:& ſic tandem poſitus ſum in hac ſpelunca & ſepulcro:in quo adhibuerõt cuſtodes armatos ne diſcipuli mei venirent ad furandũ corpus meum:& adhibuerunt magnum lapideз contra ſepulcrum ne quis poſſet faciliter amouere:et ſigillarunt oſtium ne aliqua fraus poſſet fieri:& ſic tenent corpus meum tanq̃ in carcere. Educ ergo de carcere inferni primo animam meam:& corpus meum de hac cuſtodia.ſ.q̧ omnia mẽbra mea exeant de inferno cum antiqua pręda ſanctorum patrum:& recuperent corpus de ſepulcro per glorioſam reſurrectionem.& egrediatur anima mea ſimul cum corpore de hac cuſtodia ſiue ſepulcro:ad confitendum nomini tuo.i.vt manifeſtẽ nomen tuũ & potentiã poſt reſurrectionem:& liberentur omnes fideles & electi:quia omnes tam patres in libo q̃ præſentes & futuri electi me expectant:vt retribuas mihi aĩaз ꝑ reſurrectioneз:& retribuas mihi regnũ cæloruз per Adam perditũ:vt poſſim hic per gratiã liberare eos:& in futuro eis regnũ cælorũ elargiri.

DOmine exaudi orationẽ meã:auribus percipe obſecrationẽ meam : ĩ veritate tua exaudi me in tua iuſtitia.

¶ Huic pſalmo præponiť talis titulus in Hebręo & trãſlatione Hieronymi. & in.lxx.ſ. Pſal. Dauid.abſq; alio addito.Sed in quibuſdã biblijs reperitur additũ:Qñ perſequebatur eũ Abſalon filius ſuus.Sed hoc forſan fuitadditum ab aliquo doctore:eo q̧ quidaз Hebręorum dicunt q̧ Dauid fecit hunc pſal.in illa perſecutione Abſalon filij ſui.de qua perſecutione petit liberari a deo, petendo in fine pſalmi vltionem de inimicis ſuis.Et ſic gloſſant iſtum pſalmum literaliter ꝑciſe de perſecutione.& hanc expoſitionem proſequuntur etiam quidam catholici.Sed talis expoſitio eſt inutilis fidei eccleſię,tollens dignitatem prophetię ipſi Dauid:qui non fuit minus ꝓpheta in hoc pſal.q̃ in cæteris.Itẽ talis ꝑciſa expoſitio occultat alta myſteria latentia:imo ſatis explicita in hoc pſal.qui non pertineret ad ſacram ſcripturam:nec eũ feciſſet Dauid cantari in tẽplo:nec nos cantaremus ipm in eccl'ia:niſi aliqua miſteria de Chriſto in eccl'ia contineret:vt ſępius dictũ eſt de cæteris pſal.Ideo ſati⁹ & melius dicunt quidã alij magiſtri Hebręorũ dicentes q̧ Dauid fecit hunc pſal.cxlij.in perſona ipſius Adam hariſon .i.Adam primi hominis:qui loquiť in hoc pſal.ſicut & pſal. xxxvij.&.xcj.& cj.Vñ dicũt q̧ Adaз in hoc pſal.deflet caſũ ſuum:& petit a deo liberare de miſerijs corporalibus & tẽporalibus:quas traxit ex illo pctõ.& ſic exponunt iſtũ pſalmũ.Sed iſti multipliciter deficiunt in tali expoſitione.Primo.quia putant q̧ ſolus prim⁹ homo pro ſe loquitur in hoc pſal.Secundo.quia putant q̧ non petit liberari niſi de miſerijs & afflictionibus tẽporalibus & corporalibus.Tertio.qa putant q̧ talem petitionem non petit ꝑ Chriſtum mediatorẽ ſine cuius interceſſione nulla oratio apud patrẽ põt exaudiri.Et hoc faciunt iſti:quia nullã habent fidem de Chriſto deo & hoĩe redẽptore & glorificatore & æterno præmiatore.Et ideo relictis oĩbus ſupradictis defectibus ſequendo quod verum eſt:eſt dicendum q̧ non ſolus Adam prim⁹ homo pro ſe ſed ipſe Adã cum tota ſua poſteritate fidelium, quod dicitur corpus myſticum ſiue homo myſticus,loquiť i hoc pſalmo deflens caſum & petens liberari per Chriſtum mediatorem & redemptorem.& non ſoluз petit liberari ab

infirmitatibus corporalibus: ſed primo & principaliter a ſeruitute peccati quam ibi incurrit: & ab omnibus peccatis quæ poſtea ex illa occaſione perpetrauit. quam quidem liberationem totius generis humani potuit præuidere Dauid in ſpiritu per liberationem ſuam de perſecutione Abſalonis. propter quod fecit hunc pſalmum in perſona ipſius Adam loquentis in hoc pſalmo.

¶ Quatuor ergo facit. Nam primo conatur deum inclinare ad miſericordiam ſe humiliando: & ſuam fragilitatem allegando. Secundo conqueritur de antiquo ſerpente: mala quæ ſibi procurauit explicando. Tertio petit liberari per Chriſtum. Quarto petit vltionem de diabolo perſuaſore & auctore omnium malorų. Secundum ibi. Quia perſecutus eſt inimicus alam meam: humiliauit &c. Tertium ibi. Memor fui dierų antiquorum: meditatus ſum in omnibus &c. Quartum ibi. Educes de tribulatione animam meam &c.

¶ Quantum ad primum eſt præaduertendum ſicut dictų fuit pſalmo. xj. & xiiij. q ſicut tota veritas ipſius Adam ante lapſum conſiſtebat in adæquatione & conformitate ad primam veritatem quæ eſt verbum diuinum: ita & tota ſua originalis iuſtitia conſiſtebat in adęquatione & conformitate ſuæ voluntatis ad diuinam voluntatem ſeruando eius præceptum. quæ quidem iuſtitia radicabatur in charitate ordinata & gratia qua erat deo gratus & acceptus, & ipſe diligebat deum ordinate: ſcilicet ſuper omnia: & omnia alia propter deum. Et ſic Adam dicebatur verus & iuſtus & ſanctus manendo in tali veritate & iuſtitia & ordine charitatis & dilectionis. Cum ergo Adam peccauit perdidit veritatem & iuſtitiam & ſanctitatem: eo q deuiauit a prima veritate magis credendo verbis mulieris: quæ primo fuerat ſeducta a diabolo: q̄ verbis dei qui præceperat ne comederet: & deuiauit a diuina voluntate quæ eſt metrum & regula omnium actuum iuſtorum & iuſtitiæ: & deuiauit ab ordine charitatis: quæ ordinat actum dilectionis in deum & proximum: & ſic manſit Adam mendax & iniuſtus & inordinatus & peruerſus in ordine potentiarum animę. Et perdendo illam originalem iuſtitiam quę in ſe includebat charitatem & gratiam: in quibus radicabatur: perdidit etiam omnia ſeptem præmia illius originalis iuſtitiæ. immo de neceſſitate incurrit pœnas contrarias: quia incurrit neceſſitatem moriendi & patiendi &c. & incurrit debitum recuperandi originalem iuſtitiam cum gratia & charitate cum omnibus ſuis præmijs: & ſic manſit ſubdit⁹ & debitor & obnoxius diuinæ ſententię cum tota ſua poſteritate filiorum: pro quibus etiam acceperat illam originalem iuſtitiam cum ſuis præmijs. Ex quibus patet q Adā aut aliquis filiorum nullo pacto cum veritate & iuſtitia poterat cum deo contendere in iudicio quin exiret condemnatus: poſtq̄ tranſgrediendo diuinum præcepum perdiderat omnem veritaem & iuſtitiam: quia in veritate quam deo promiſerat non ſtetit: & a diuina voluntate deuiauit: & ſic nihil habebat ſuum niſi peccatum per quod perdidit omnia bona gratuita quæ deus in eius natura plantauerat gratis. Et ſic Adam per nullam iuſtitiam merebatur audiri.

N ¶ Secundo eſt notandum q tota veritas dei erga nos conſiſtit in ſeruando promiſſa & non fallendo in reuelatis in lege: & tota eius iuſtitia conſiſtit in ſeruando veritatem in ꝓmiſſis & reuelatis in lege: & tribuendo vnicuiq; quod ſuum eſt: ſcilicet remunerando bona & puniendo mala. Et ſic patet qualiter iuſtitia diuina includit veritatem in promiſſis & reuelatis: quia quaſi iniuſtus reputaretur deus niſi impleret promiſſa & reuelata in lege & prophetis. Et iō in ſacra ſcriptura ſæpe per veritatem intelligitur diuina iuſtitia: vt frequenter dictum eſt. Ex ſupradictis ſequitur: q diabolus fecit deum mendacem: quando dixit mulieri: Nequaq̄ moriemini & cætera. Scit enim deus quia qua hora comederitis eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum. Aſſerebat enim diabolus deum mendacem in verbis & in comminatione mortis: & etiam aſſerebat ipſum inuidum: & per conſequens negabat ipſum eſſe deum. Et ſic Adam aſſentiendo ſuaſui mulieris: quæ primo fuit ſeducta: licet nō negauit deum verbis & directe: tn̄ negauit ipſum factis & indirecte: prout dictum fuit pſalmo. xiij. Et ſic Adam non ſtetit nec manſit in veritate & iuſtitia: in qua fuit creatus modo ſupradicto. Ideo nullo modo poterat in iudicio cum deo contendere. Deus autē ſēper manſit & perſeuerauit & ꝑſeuerat in veritate ſua & iuſtitia ſeruando veritat in promiſſis & reuelatis: & puniendo mala: & remunerando bona: & ſeruando veritatem in verbis ſuis: & in illa comminatione ſententiæ quam comminatus fuit ip̄ſi Adam. Nā ſtatim illico incurrit mortē ſpiritualem ipſius animæ perdēdo gratiam per quam ſpiritualiter viuebat: & ilico incepit mori in corpore perferendo infirmitates & cætera mala: quæ inducunt mortem ſucceſſiue. Item ilico incepit tēdere in mortem: quia vita hominis nil aliud eſt niſi via in mortem. quia quicquid vitæ retro eſt mors tenet: vt inquit Seneca. Item deus manſit verax in promiſſis & reuelatis in lege & prophetis. Nam quando venit plenitudo temporis miſit filium ſuum in carnem ad redimendum Adam cum tota eius poſteritate: ſicut promiſit ipſi Adam quando eiecit ipſum de paradiſo: & ſicut promiſerat omnibus patriarchis & prophetis. qui impleuit omnia quæ erant ſcripta de eo in lege & prophetis: vt patet per totum diſcurſum euangelicų. Item manſit iuſtus in ſua iuſtitia & inconcuſſa ſententia, nullum bonum relinquendo irremuneratus nec malum impunitum. nam per paſſionē Chriſti filij ſui: cuius meritum fuit infinitum in virtute extenſiue: voluit punire omnia peccata pręterita & futura: & redimere Adam cum tota ſua poſteritate a miſerabili ſeruitute: & reſuſcitare ipſum a morte æterna participando illam paſſionem & merita eius per fidem & gratiam Chriſti. per quam gratiam non ſolum quilibet homo abſoluitur ab illa ſententia: ſed ēt meref præmium vitæ & gloriæ æternæ &c. Ex quibus patet q ſolus deus manet in ſua veritate & iuſtitia: & ideo ſolus ipſe poteſt contendere nobiſcum in iudicio: & non Adam: nec aliquis filiorum eius quin exeat condemnatus, poſtq̄ nulla manſit in eis veritas nec iuſtitia. Et ideo præuidens in ſpiritu ex promiſſione & reuelatione ſibi facta ſe non poſſe liberari a ſupradicto peccato cum ſua poſteritate niſi p Chriſtum in lege promiſſum: vt inquit Auguſtinus libro. Cur deus homo. hinc eſt q in hoc pſalmo orat deum patrem vt mittat filium ſuum in carnem ad redimendum ipſum. & vt deum inclinet ad miſericordiam: & ad exaudiendam petitionem ſuam, allegat veritatem & iuſtitiam dei contra ſuam iniuſtitiam. Vnde ait.

¶ O domine deus exaudi orationem meam & petitionem meam: & percipe obſecrationem & deprecationem meam auribus tuæ miſericordiæ. Et nota q oratio dicit ſimpliciter aſcenſum mentis in deum. Deprecatio autem dicit orationem petendo liberari ab aliquo malo. Sed obſecratio dicit orationem & deprecationem factam cum ſacris verbis aut cū ſacrificijs aut oblationib⁹ aut cū vehemēti affectu & effectu. & ſic iſte homo myſticus cum omnibus ſupradictis conditionibus dirigit ſuam orationem petendo Chriſtum vt veniat: quia omnes patres veteris teſtamenti cum tali & ſub tali fide & proteſtatione Chriſti futuri offerebant ſacrificia &c. Ideo ſubdit. O domine nō peto vt exaudias me in mea veritate & iuſtitia: quia nulla eſt in me: quia iam perdidi ipſam originalem iuſtitiam & gratiam & charitatem in Adā per illam tranſgreſſionem primi præcepti: quando comedi cibum prohibitum: & ſic non ſum dignus exaudiri per aliquod bonum proprium: quia nihil meum habeo niſi peccatų: per quod mereor æternaliter puniri. Sed tu domine exaudi me in tua veritate: qua ꝓmiſiſti filiū tuum ad me redi-

mendum in carnem mittere:& exaudi me in tua iuſtitia veritatem in promiſſis ſeruando:vt veritas legis & prophetarũ maneat inconcuſſa.Item exaudi me in tua iuſtitia quã debes facere per paſſionẽ Chriſti filij tui:per quam peccatũ totius generis hũani eſt in cruce puniendũ & remittẽdũ:& per cuius reſurrectionem & aſcenſionem vita æterna eſt nobis reſtituenda.quam paſſionem omnes fideles debent participare per fidem & gratiam ipſius Chriſti:per quem omnes ſunt iuſtificandi:per cuius fidem ſaluantur omnes præſentes præteriti & futuri. Quaſi dicat:iuſtifica me & viuifica me per fidem & paſſionem Chriſti:quia illa eſt veritas & iuſtitia patris quam promiſit in mundo:per quam impletam deus redditur verax & iuſtus in lege & prophetis & euangelio.Deinde cum ſubdit,

## Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo:quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

¶ Oſtendit iſte homo nullam eſſe in ſe veritatem nec iuſtitiam per quam mereatur exaudiri:nec intrare cum deo in iudicium:eo ꝙ in Adã perdidit omnem iuſtitiam. Dicit ergo. O domine ſi ita eſt ꝙ in me nulla ſit veritas nec iuſtitia:ergo non velis intrare in iudiciũ cum ſeruo tuo.Nã tu bene potes intrare in iudicium ſecurus cum ſis dominus & iuſtus & verax:ſed ego non poſſum tecum intrare:nec in iudicio contendere,cum nulla ſit in me iuſtitia:quia nullus apud te iuſtificabitur homo viuens in hac vita:eo ꝙ omnes peccauimus in Adam:& in eo perdidimus iuſtitiam:& facti fuimus rei & iniuſti & obnoxij ſententiæ tuæ:& ibi fuimus percuſſi & ſauciati:& omnes ibi conſtituti fuimus peccatores.& ideo nullus apud te iuſtificabitur homo. Ergo non intres in iudicium cũ ſeruo tuo:nec velis tractare me ſecundum culpam meam:ſed ſecundum iuſtitiam & veritatem tuam:quia promiſiſti veniam peccatoribus:& promiſiſti mittere filium tuum ad iuſtificandum omnes peccatores.

## Quia perſecutus eſt inimicus animam meam:humiliauit in terra vitam meam.

¶ Quia ſuperius dixit:ꝙ nullus homo viuens poteſt apparere iuſtus apud deũ:nec cum eo intrare in iudicium:cum in nullo homine reperiatur propria iuſtitia:in hac ſecunda parte explicando miſerias ſuas oſtendit vnde euenerũt ipſi iſta mala:& quomodo factus eſt iniuſtus apud deũ. Et dicit ꝙ iſta mala & iſta iniuſtitia non prouenit ipſi ex natura ſpecifica:nec a deo creante.

¶ Nam primo deus creauit in eo bonã naturam ſpecificã:quia quo ad ſpecies ſuas omnia quæ fecit deus erant valde bona naturaliter.Geneſis primo. Nam ſpecies ſunt ſicut numeri:octauo Methaphiſicæ.& ſic omnes participant illud primum ens ſecundum maiorem & minorem perfectionem.& ideo oĩa entia a deo nihil habent naturaliter niſi bonum. Sed vltra bonum naturæ plantauit deus in illo primo homine multa bona gratuita:ſcilicet illã originalẽ iuſtitiã & gratiam gratificã & ſcientiam omnium rerũ & cætera præter illa originalis iuſtitiæ. Et ſic quicquid deus in homine plantauerat erat bonũ & nullum malum.Sed cũ iſte homo attentauit deſcendere ab Hieruſalem in Hiericho,deuiando a diuina voluntate:incidit in latrones:ſcilicet diabolos:qui eum expoliarunt ab oĩbus bonis gratuitis,ſcilicet ab illa originali iuſtitia cum oĩbus præmijs ſuis:& inſuper vulnerauerunt eum in carne vulnere & morbo concupiſcentiæ & corruptionis:& in anima vulnere mortalis culpæ:& ſic de neceſſitate factus eſt mortalis corpore & anima:& ſpiritus qui dominabatur carni ilico fuit impugnatus & afflictus a carne:& totus ordo perſonæ fuit peruerſus.Nam oĩa inferiora quæ ante obediebãt rationi,inceperunt rebellare.

Et hoc eſt quod intendit dicere iſte homo in hac ſecũda parte. Vnde ait.O domine ego non habeo ius querelæ contra te:ſed contra diabolũ:& cauſa quare apud te non iuſtificabitur oĩs viuens:non eſt a te:ſed a diabolo.Nã tu domine bonum ſemen ſeminaſti in me:ſed venit inimicus diabolus ſerpens antiqu⁹:& extincto bono ſemine ſeminauit zizaniam. Quia dum eſſem poſitus in illa felici paradiſo terreſtri venit iſte inimicus ſerpens antiquus:& humiliauit in terra vitam meam. Nam cum eſſem immortalis ad libitum:quia poteram non mori edendo de ligno vitæ:tamen comedendo de ligno ſciẽtię boni & mali mihi ꝓhibito eiectus ſũ ab illa paradiſo:& perdidi lignũ vitæ:& factus ſum de neceſſitate mortalis.& ſic iſte inimicus humiliauit & deiecit vitam meam felicẽ in hac terra miſerabili:in qua tanq̃ exul dego & laboro.Ille ergo inimicus ſerpens antiquus humiliauit & deiecit & relegauit me ab illa paradiſo i hac terra:& lachrymarũ valle:& ille deiecit vitã meã in terra per mortẽ:quia moriendo ſum reuerſus in terrã & puluerẽ terræ de qua fueram aſſumptus & formatus.

## Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſęculi:& anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus:ĩ me turbatum eſt cor meum.

¶ Iſte inimicus non ſolum humiliauit vitã meã in mortem corporalẽ:ſed etiam in mortẽ peccati ſimul cũ diabolis.Nã collocauit me in locis obſcuris inferni inter diabolos ſicut mortuos ſeculi,id eſt inter diabolos ad mortẽ æternã deſtinatos:vt poſt primã mortẽ corporis incurrã mortẽ æternam animæ:& habitẽ cum diabolis in locis obſcuris inferni inæternum. Litera Hieronymi habet.Collocauit me inter mortuos antiquos,id eſt inter diabolos,qui primo ab antiquo mortui fuerant per peccatum:& in illo obſcuro inferno collocati. Itẽ iſte inimicus non ſolũ me occidit quo ad corpus & animã:& ab illa paradiſo deiecit in hac terra miſera:& poſt mortẽ in locis obſcuris collocauit:ſed etiam taliter carnem meam vitio concupiſcentiæ & fomitis vulnerauit ꝙ ilico inſurrexit aduerſus ſpiritum:& continue ſtimulat eum:intantũ ꝙ ſemper anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus:& ſtimulatus eſt & afflictus a carne & concupiſcentia .Itẽ quarto:totus ordo fuit peruerſus & turbatus.Nã caro quæ debebat obedire voluntati & rationi:nunc facta rebellis perturbat iudiciũ & rationem:& ſic quod nolo hoc ago:& quod volo hoc non facio.Et ſic ex tali peruerſitate turbatum eſt in me cor meum & voluntas:& ideo quandoq̧ iudico bonum malum:& malum bonum.Et ſic patet qualiter ego non poſſum retorquere iſtam culpam niſi in inimicũ diabolum:qui mediante muliere & per mulierem decepit & ſeduxit me:& ſic expoliauit me omni iuſtitia & gratia & omnibus bonis gratuitis.Vnde ſequitur ꝙ nullus viuens poteſt apud te iuſtificari:nec tecum in iudicium intrare.ergo non intres in iudicium cum ſeruo tuo domine ſed exaudi me in tua iuſtitia.

## Memor fui dierum antiquorũ:meditatus ſum in omnibus operibus tuis:& ĩ factis manuũ tuarum meditabar.

¶ Poſtq̃ ſuperius explicauit miſerias ſuas & cauſam ſuę miſerię:nunc in hac tertia parte petit auxilium:& petit iuſtificari per Chriſtum:quia iã ſciebat Adã cũ ſua poſteritate patriarcharũ ex reuelatione & frequentibus promiſſionibus ꝙ nullus poterat iuſtificari & ſaluari:niſi per Chriſtum.

¶ Ad cuius intellectum eſt notandum:ſecundum Auguſtinum contra aduerſarium legis & prophetarum:ſicut dictum fuit pſalmo.ciij.ꝙ tota creatio huius mundi naturalis fuit figura recreationis mũdi ſpiritualis quę eſt eccleſia.& ſic Dauid per illam creationem mundi materialis præuidit in ſpũ

recreationem eccleſiæ:& per formationem primi hominis præuidit myſterium incarnationis. Vnde per hoc ꝙ tota trinitas concurrit ad creationem vniuerſi: quia pater per verbum dixit fiat lux:& facta eſt lux &c. & ſic per verbum fecit omnia:& per ſpiritum ſanctum viuificauit omnia creata: quia ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas &c. per hoc præuidit Dauid in ſpiritu qualiter tota trinitas debebat concurrere ad noſtram regenerationeꝫ. Nam pater debebat mittere verbum ſuum in carneꝫ:& per verbuꝫ incarnatum debebat nobis loqui:& notificare nobis voluntateꝫ ſuam, dando legem euangelicam:& per illud verbum incarnatum nos debebat redimere & iuſtificare:& per ſpiritum ſanctum pater & filius in nobis debebant omnem gratiaꝫ infundere & nos per gratiaꝫ viuificare:& ſic oīa quæ perdidimus per peccatū, debebamus recuperare per regenerationem. Item per hoc ꝙ deus formauit corpus Adæ ex terra virgine:& ſpirauit in eo ſpiraculuꝫ vitæ &c. præuidit Dauid qualiter pater per ſpiritum ſanctuꝫ debebat formare corpus Chriſti ex puris ſanguinibus in vtero virginis Mariæ: quod corpus ſimul cum anima verbuꝫ debebat perſonaliter aſſumere: vt illa humanitas eſſet inſtrumentum noſtræ redemptionis &c. Et ſic patet qualiter per myſteriuꝫ creationis Dauid præuidit totum myſteriuꝫ incarnationis: & noſtræ redēptionis. Et ideo ex hoc mouetur ad petendum liberari per Chriſtum in perſona totius corporis myſtici. Vnde ait. O domine ego memor fui dierum antiquorum, id eſt illoꝝ ſex dierum in quibus feciſti oīa opera mundi: ꝙ meditabar & contemplabar in oībus operibus tuis:& in factis manuum tuaruꝫ quæ feciſti in illis ſex diebus antiquis & primis: vbi præuidi totum myſteriuꝫ totius noſtræ redemptionis. Nam per hoc ꝙ per verbum creaſti oīa: præuidi qualiter per verbum tuum incarnatū nos omnes debebas recreare & redimere:& per ſpiritum ſanctum viuificare ſpiritualiter:& vitam ſpiritualeꝫ quam perdidimus in Adaꝫ nobis reſtituere. Item per myſteriuꝫ formationis hominis ex terra virgine præuidi myſteriuꝫ incarnationis. Iteꝫ per dormitioneꝫ ipſius Adę præuidi totum myſteriū noſtræ redemptionis. Nam per hoc ꝙ Adaꝫ ſopore dormiuit, ego prę uidi in ſpiritu qualiter Chriſtus debebat in cruce vera morte ſoporari pro redemptione totius generis humani:& per hoc ꝙ Adam dormiente ex vna coſtarum eius formata fuit mulier & exiuit per latus eius: per hoc prę uidi qualiter Chriſto mortuo in cruce ex latere eius debebat exire tota eccleſia: quia exinde exiuit ſanguis & aqua in remiſſionem peccatorum:& exinde exiuit virtus omniuꝫ ſacramentorum eccleſię: ſcilicet virtus baptiſmalis: per quam regenerati ſunt oēs fideles:& formata eſt & multiplicata tota eccleſia. & exinde exiuit virtus confirmationis per quam eſt roborata:& virtus pœnitentię per quaꝫ quotidie reconciliantur & ſanantur fideles &c. Dicit ergo Dauid in perſona totius corporis myſtici. & etiaꝫ hoc dicit Adam primus homo cum tota ſua poſteritate fidelium. Ego memor fui dierum antiquorum, ſcilicet illorum ſex primorum dierum:& meditatus ſum in oībus operibus tuis quę feciſti in illis ſex diebus:& meditabar & contemplabar in factis manuum tuarum:& in omnibus myſterijs prę uidi myſterium incarnationis:& in illa dormitione prę uidi totum myſterium paſſionis Chriſti:& eccleſię formationis:& totius generis humani regenerationis & redemptionis & reparationis.

**Expādi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.**

❡ Videns ergo ꝙ genus humanuꝫ per aliuꝫ non poteſt reparari niſi per te O Chriſte, ideo expandi:& iugiter expando ad te manus meas orando & obſecrando: vt venias ad liberandū & redimendū & iuſtificandum & refrigerandus me: quoniam anima mea eſt ſicut terra ſine aqua tibi.

❡ Ad cuius intellectum eſt notandum. ꝙ licet rationes ſeminales paſſiuæ omnium plantarum ſint inditæ ipſi terræ a principio: vt inquit Auguſtinus ſuper Geneſim: tamen tales rationes ſeminales paſſiuæ non poſſunt excitari ad generandum niſi per cæleſtem influentiam actiuam. Item cuꝫ vita plantarum & cuiuſlibet viuentis mixti conſiſtat in calido & humido:& terra de ſe ſit naturaliter frigida & ſicca: Ideo nunꝙ de ſe germinabit aliquod viuens: niſi hūectetur ꝑ aquā:& ſic eſt neceſſaria aqua ipſi terrę ad hoc ꝙ germinet & nutriat plantas: quia ex eiſdem nutrimur:& ſumus. primo & ſecundo de generatione. & primo & quarto Meteororum. Et ſic patet ꝙ impoſſibile eſt ꝙ terra germinet plantas:& ꝙ nutriat ſine aqua. Ita ergo a ſimili facta fuit anima hominis poſt peccatum per abſentiam gratię. Naꝫ deus creauit primo animam hominis cum ipſis potentijs ſenſitiuis & intellectiuis:& has potentias humectauit humore gratiæ & iuſtitię originalis & omnium virtutuꝫ & caleſecit per charitatem. & ſic anima Adę viuebat per gratiā & charitatem: ſed perdita iuſtitia perdidit totam vitam. & ſic manſit illa anima ſicca & frigida abſqꝫ humore gratiæ & calore charitatis cum ſolis potentijs naturalibus paſſiuis: quæ nullo modo poterant germinare aliud bonum opus: niſi recuperarent humorem gratiæ & calorem charitatis: in quibus conſiſtit vita ſpiritualis animæ. Et ſic manſit anima ſicut terra ſine aqua. Et hoc eſt ergo quod intēdit dicere iſte hō. Vnde ait. O domine quia conſideraui oīa opera creationis:& in oībus operibus & factis manuū tuarū meditabar: in quibus præuidi totum myſterium noſtrę redemptionis: quod non poteſt fieri niſi per te:& vidi ꝙ anima mea erat facta ſicca ſicut terra ſine aqua tibi, id eſt quam aquaꝫ & charitatem & gratiam non poteſt habere niſi a te: Ideo expandi ad te manus meas: vt mittas & pluas de cęlo iſtaꝫ aquam & imbrem: ſcilicet verbum tuum:& aperiatur terra & germinet ſaluatorem. Vnde iſte imber verbi dei deſcendat primo in vterum virginalem per incarnationem: vt poſtea pluat imbrem & gratiam & virtutem ſuæ paſſionis in animā meam: vt refrigeret & viuificet eam:& faciat germinare opera meritoria. Et ideo

**Velociter exaudi me domine: defecit ſpiritus meus.**

❡ Domine velociter exaudi me accelerando aduentū tuū ad viuificandum me per gratiam: quoniā iam defecit ſpiritus meus in me: id eſt defecit gratia per quam viuebam. Nā ſicut deficiente ſpiritu & anima moritur corpus: ita deficiēte gratia moritur anima.

**Non auertas faciem tuam a me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.**

❡ Non auertas faciem tuam a me, id eſt non auertas filiū tuum incarnatum, qui dicitur facies tua, per quem tu notificaris in mundo. quia ſicut per faciem notificatur homo: ita per humanitatem fuit deus pater notificatus: quia per ipſum filium locutus eſt nobis. Et ideo non auertas a me iſtā humanitatem in qua tu Chriſte debes pati. & pro quia: quia ſi non veneris ſimilis ero diabolis deſcendentibus in lacum inferni: quia ſemper cum eis in inferno manebo: niſi tu veneris. Quaſi dicat: ſi non redimis me: erit peccatum meum quaſi irremiſſibile: ſicut peccatum diaboli: cuius oppoſitum promiſiſti:& mihi reuelaſti.

**Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam: quia in te ſperaui.**

**Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.**

¶ Veni ergo in carnem & loquere mihi:& ſonet vox tua in auribus meis:& audiatur vox turturis in terra noſtra:& auditam fac mihi mane miſericordiam tuam,id eſt tranſeat iſta vox veteris legis & vmbra peccati:& oriatur ſol iuſtitiæ & fiat mane gratię per aduentum tuum:& audiã ego voceꝫ miſericordię tuę & vocem euangelicam,per qoam intendo & ſpero iuſtificari:quia in te & non in altero ſperaui iuſtificari. Et notam fac mihi viam in qua ambulem per talem vocem euangelicam.Nam ſicut ambulaui per totam noctẽ per viam legis obſcuram:ita deſidero ambulare in mane & in die gratiæ per viam legis euangelicę:quę eſt lucida & clara abijciens omnes tenebras peccatorũ & ignorantię.Ideo auditam fac mihi iſtam vocem euangelicam:quę annunciat miſericordiam & redemptionem tuam.quoniaꝫ ad te leuaui animam meam ſemper orando vt venias:& etiaꝫ ad te leuabo animam meam in aduentu tuo,recipiendo te in verum Meſſiam.

Eripe me de inimicis meis ad te confugi:doce me facere voluntatem tuam quia deus meus es tu.

¶ Veni Chriſte in carneꝫ:& eripe me de inimicis meis diabolis:qui me per tot tempora in captiuitate & ſeruitute peccati tenuerunt:quoniam ad te coofugi:quia non habeo aliud refugium ad quod confugiam:nec alium ſaluatoreꝫ:nec redemptoreꝫ præter te. Et ideo doce me facere voluntatem tuam per legeꝫ euangelicam:quoniam tu ſolus es deus meus & legiſlator:qui debes manifeſtare voluntatem patris in mundo:& ſic ego tanquã verum deum patri conſubſtantialem te confitebor & recipiam in aduentu tuo.Deinde cum dicit,

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam:propter nomen tuum domine viuificabis me in æquitate tua.

R ¶ Petit diſponi per ſpiritũ ſanctuꝫ. ¶ Ad cuius intellectum eſt aduertenduꝫ ſicut ſupradictum eſt:ꝙ ſicut tota trinitas indiuiſe operata eſt & concurrit ad creationeꝫ vniuerſi:ita etiaꝫ tota trinitas operata eſt noſtraꝫ redemptionem indiuiſe. Naꝫ ſicut pater per verbũ dixit oĩa quo ad ſpecies & eſſentias ſuas:& dicendo per verbũ ſpirauit eſſe & vitam naturalem in rebus per ſpiritum ſanctum:Ita pariter in noſtra regenetarione & redemptione pater per filiũ nos redemit & regenerauit:& per fidem regenerando ſpirauit in nobis gratiaꝫ per ſpiritũ ſanctuꝫ.& ſic indiuiſe tota trinitas concurrit:& operata eſt noſtraꝫ redẽptionẽ. Sed ipſa redẽptio intantũ attribuitur filio inquantũ facta eſt inſtrumentaliter per humanitateꝫ:cui verbũ perſonaliter vnitũ eſt:& ſanctificatio & regeneratio intantũ attribuitur ſpiritui ſancto:inquantuꝫ pater & filius nos ſanctificant & gratiaꝫ inſpirant per ſpiritũ ſanctũ. Et ideo iſta ſanctificatio & regeneratio & gratię inſpiratio ad extra vnicus actus eſſentialis eſt totiꝰ trinitatis.Et ideo tales locutiones quę fiunt de opetationibus eſſentialibus trinitatis ad extra:proferuntur communiter cum verbo ſingulari.

S ¶ Secundo eſt notandum. ꝙ Chriſtus vt doceret & reſeraret & manifeſtaret mundo myſterium trinitatis,primo venit in carnem miſſus a patre:vt ipſe frequenter dicit per totum diſcurſum euangelicuꝫ:& ſic incarnatus tulit legẽ euangelicam declarando legeꝫ veterem:& ſic etiã in carne paſſus & mortuus eſt pro nobis & reſurrexit : & impleto curſo noſtrę redemptionis aſcendit in cęluꝫ.Sed poſtea Chriſtus: vt oſtenderet non ſolũ eſſe duas perſonas in diuinis:ſed etiã eſſe tertiam perſonaꝫ:miſit ſpiritum ſanctum in ſigno viſibili ſuper diſcipules in die penthecoſtes. Sed vt oſtenderet ꝙ iſte ſpiritus ſanctus procedit ab vtroqꝫ, dixit Ioannis decimo quinto.Cũ venerit paraclitus qui a patre procedit, queꝫ mittet pater in nomine meo &c. Iteꝫ vt magis explicaret Chriſtus ꝙ ſpiritus ſanctus non ſoluꝫ procedit a patre: ſed etiã ab eo:ſubdit·Si auteꝫ abiero:mittã vobis eum.Iteꝫ vt oſteoderet ꝙ actus noſtræ regenerationis & ſanctificationis & gratię creationis & infuſionis & inſpirationis non ſit ſine ſpiritu ſancto:immo a patre & filio per ſpirituꝫ ſanctuꝫ: & per coſequens a tota trinitate:ideo ſubdit:Ille vos docebit oĩa:& ſuggeret vobis omnia quę dixi vobis &c. Iteꝫ vt hęc omnia oſtenderet per effectum:ideo in die penthecoſtes Chriſtus miſit ſpiritum ſanctum ſuper diſcipulos in ſigno viſibili:qui diſpoſuit mentes eorum:& infudit & inſpirauit in eis ſeptem chariſmatum dona &c.quam ſpirationem ad extra facit pater & filius per ſpitituꝫ ſanctum:vt dictum eſt. Propheta ergo Dauid omnia ſupradicta pręuidens in in ſpiritu:poſtq̃ ſuperius exorauit & petiuit vt Chriſtus veniret in carnem ad docendum viam ſalutis per legem euangelicam:& ad notificaodam diuinam voluntatem:& ad liberandum & eripiendum genus humanum de inimicis diabolis per mortem & paſſionem & reſurrectionem &c.nunc in hoc verſu petit vt Chriſtus mittat ſpiritũ ſanctum ſuum vt dirigat & illuminet : & ſanctificet : & inſpiret dona gratiarum ſuper totum collegium diſcipulorum in die penthecoſtes:& per conſequens ſucceſſiue ſuper totam eccleſiam & corpus myſticum per eccleſiaſtica ſacramenta· Vnde ait.O domine Ieſu Chriſte poſtq̃ docueris me voluntatem tuam per legem euangelicam:& eripueris & redemeris me ꝑ mortem & paſſionem & reſurrectionem &c.rogo vt mittas ſpiritum ſanctum.

¶ Et ille ſpiritus tuus bonus:qui dicitur ſpiritus tuus eo ꝙ non ſolum a patre:ſed etiam a te procedit:quia ab vtroqꝫ procedit tanq̃ ab vno principio. Qui quidem ſpiritus dicitur bonus eſſentialiter & per eſſentiam, inquantum ideꝫ eſt conſubſtantialis patri & filio:& dicitur etiam bonus inquantum ſpirat gratiarum dona in mentibus hominum.per quam gratiam homo dicitur bonus & gratus & acceptus apud deum.Et dicitur etiaꝫ bonus iſte ſpiritus:quia dirigit homines in bonum finem per fidem & ſpem & ordinatã charitatem.Iſte ergo ſpiritus tuus bonus deducet & diriget me per gratiam & ordinatam charitatem in terram rectam & patriã viuentiũ ad quam nemo poteſt peruenire niſi dirigatur a ſpiritu ſancto per gratiam & charitatem ordinatam: ſcilicet vt diligat deum in ſe & propter ſe:& proximum propter deum. Sed quia iſte ſpiritus ſanctus non eſt a ſe:ſed a patre & filio:ita ꝙ non habet quod ſpiret a ſe:ſed ab vtroqꝫ ſpirando accipit quicquid habet:& ſic pater & filius ſpirat gratiam & ſanctificat per ſpiritum ſanctum:ideo tu pater & fili viuificabis me a morte peccati:& ſanctificabis me per iſtum tuum ſpiritum ſanctum:& hoc facies in equitate & iuſtiria tua:quia viuificabis & iuſtificabis me a morte peccati & iniuſtitiæ ad vitam gratiæ & iuſtitiæ. Vnde ſicut pater & verbum viuificat omnia create ſpirando eſſe per ſpiritum ſanctum qui ferebatur ſuper aquas,id eſt ſuper omnia creata & mobilia,conferendo eſſe & vitam:quia viuere viuentibus eſt eſſe:ita pariter pater & verbum per ſpiritum ſanctũ viuificauit omnes fideles a peccato conferendo gratiam:ꝑ quam viuunt ſpiritualiter fideles.Et ſic licet viuificare per gratiam ſit actus totius trinitatis:tamen attribuitur ſpiritui ſancto:eo modo quo dictum eſt,propter rationes iam dictas. Ideo cantat eccleſia in ſymbolo. Credo in ſpiritum ſanctum dominum & viuificantem:qui ex patre filioqꝫ procedit.

Educes de tribulatione animam meam : & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos.

¶ In hac quarta parte petit vltionē de diabolo: & petit conuerſionem populi gentilis: immo per conuerſionem populi
V gentilis vltionem de eo petit.

¶ Ad cuius intellectū eſt aduertendū ꝙ poſtq̄ apoſtoli receperunt ſpiritum ſanctum, ilico in die pentecoſtes inceperūt pręducare veritatem euangelicam in Hieruſalem: & per ſacras ſcripturas conuicerunt ſcribas & phariſæos: intantum ꝙ illa die baptizati ſunt tria milia hominū. Et exinde incepit & proceſſit creſcere eccleſia Chriſti ex iudaiſmo. vt patet in actibus apoſtolorum. Sed exinde diſperſi ſunt omēs apoſtoli per totum orbem iuxta præceptum Chriſti. Et ſic conuertendo populum gentilem diruebant & comminuebant omnia ſimulacra idolorum: quæ totaliter comminuta ſunt per conuerſionem magni Conſtantini: quia tunc contritis oībus idolis omnes reges & populi gentiliū fuerunt baptizati. Et ſic diaboli non ſolum fuerunt eiecti ab animabus hominum per baptiſmum: ſed etiam a ſimulacris idolorum: in quibus dabant falſa reſponſa, & adorabantur ab omni populo gentili. Et ſic omnes diaboli fuerunt confuſi & eiecti & diſperſi. Hoc ergo præuidens Dauid in ſpiritu dicit in pſona corporis myſtici. O domine Ieſu Chriſte poſtq̄ miſeris ſpiritum ſanctum in apoſtolos: & per dona gratiarum deduxeris & direxeris me in terram rectam: & viuificaueris me ab omni peccato per eccleſiaſtica ſacramenta &c. tunc educes de tribulatione peccati animam meam per baptiſmum & cætera ſacramenta habentia virtutem ex tua paſſione meritorie & a tota trinitate poteſtatiue: in quibus ſpiratur gratia per ſpiritum ſanctum. Et primo educes de tribulatione animam meam in conuerſis de iudaiſmo: & poſtea in conuerſis de populo gentili: & ſic diſperdes omnes inimicos meos diabolos: qui habitabant in animabus per peccatum.

Et perdes omnes qui tribulant animam meā: quoniam ego ſeruus tuus ſum.

¶ Ex conſequenti perdes omnes diabolos eijciendo a ſimulachris idolorum: qui tribulant animam meam decipiēdo per falſas ſuperſtitiones & ritus deteſtabiles: quia dęmones reſpondentes ex ſimulacris cogebant patres immolare filios. vt dictum eſt pſalmo vndecimo. Et ſic dæmones inimici humanæ naturæ non ſolum tribulabant homines in anima: ſed etiam in corpore per talia nefanda ſacrificia & cęteros labores execrabiles. Sed omēs iſti ritus nefandi fuerunt a mundo eliminati & extirpati per pręducationē euangelicā in conuerſione populi gentilis: nec potuit mundus abſolui: nec liberari a tali tribulatione & miſerabili ſeruitute niſi per Chriſtum. vt narrat Lactantius in libro diuinarum inſtitutionum: & Euſebius in quinto de pręparatione euangelica: & Augu. ix. &. x de ciuitate dei. De hac ergo tribulatione petit liberari iſte homo myſticus per Chriſtum in hoc vltimo verſu. vnde ait. O dñe Chriſte Ieſu tunc ꝑ prędicationem euangelicā perdes & diſperdes & cōfundes omnes dæmones qui tribulant animā meam per falſas ſuperſtitiones: quoniā cōminutis idolis ego ſeruus tuus ſum per baptiſmum, id eſt tunc conuerſus ad fidē efficiar ſeruus tuꝰ per baptiſmum: & non ero amplius ſeruus diaboli per tales ſuperſtitiones: Immo cōminuā oīa nomina idolorū de terra. Zacha. xiij. Tota ergo ſententia huius pſalmi conſiſtit in hoc: quia Adam cum tota poſteritate petit liberari per Chriſtum & legem euangelicam a peccato & ignorantia: & ſanctificari: & dirigi per ſpiritū ſanctū: & liberari ab idololatria per prædicationem apoſtolorum & martyrum, & doctrinā ſacrorum doctorum.

¶ Sed quia quod cōuenit toti corpori myſtico ratione peccati ipſius Adam quod fuit remiſſum per mortem & paſſionem Chriſti: conuenit etiam cuiq; peccatori & pœnitenti ratione peccatorum mortalium propriorum: Ideo totus iſte pſalmus poteſt eſſe vox cuiuſlibet peccatoris pœnitentis & deſiderantis per pœnitentiam liberari & iuſtificari. Ideo eccleſia aſſignauit & elegit iſtum pſalmum & collocauit ipſum in numero ſeptem pſalmorum pœnitentialium & collocatur ſeptimus in ordine ratione ordinis libri pſalmorum. qui quidem pſalmus inter cæteros inclinat deum ad miſericordiam propter magnam humilitatem quam in ſe oſtendit: & propter filium quem interponit interceſſorem apud patrem: & ſpiritum ſanctum inſpiratorem, vt inquit Hieronymus. Et ideo propter conſolationem & humilitatem fidelium & ꝑcipue pœnitentium: oportet ꝙ exponatur particulariter pro quolibet pœnitente.

¶ Introducitur ergo quilibet pœnitens ad loquendum in X hoc pſalmo. In quo quatuor facit. Nam primo petit ſuā orationē exaudiri allegando ſuā indignitatem. Scdo explicat ſuas miſerias retorquendo peccatū in diabolū perſuaſorem. Tertio petit liberari per virtutē pœnitentię & infuſione nouę gratię ſpiritus ſancti. Quarto petit vltionem de diabolo per eiectionē ab aīa ſua. Scdm ibi. Quia perſecutus. tertium ibi. Memor fui dierꝫ. quartū ibi. Educes de tribulatione.

¶ Quantū ergo ad primū videns peccator ſe omni iuſtitia & gratia expoliatū: & peccati veneno ſauciatum & vulneratum: & in ſeruitute peccati conſtitutum & a deo abiectū: cōſiderans quantum eſt miſerabilis ſtatus peccatoris: & q̄ diro ſupplicio & æternis pœnis expectat puniri: & conſiderās q̄ felix eſt ſtatus viri iuſti: & quam felicitatem expectat poſſidere: & videns ꝙ a tali miſero ſtatu & miſerabili ſeruitute non poteſt liberari niſi per pœnitentiam: quæ eſt ſecunda tabula poſt naufragium: Ideo recurrit ad pœnitentiā. Sed quia pœnitentia incipit ab eiectione & deteſtatione peccati per recurſum ad deum, qui ſolus peccatum poteſt remittere & gratiam conferre: Ideo iſte peccator humiliando ſeipſum recurrit ad deum, dicens. Domine exaudi orationem meam: auribus percipe obſecrationem meam. & non peto vt tu me exaudias in mea veritate & iuſtitia: quia nulla eſt in me. Primo in me nulla eſt veritas: quia factus ſum tibi mēdax quando tranſgreſſus ſum & violaui legem tuam quam in baptiſmo ſeruare ꝓmiſi. Item factus ſum iniuſtus quando tranſgrediendo pręcepta a tua voluntate deuiaui & charitatem amiſi. Et ſic nil manſit meum in me: niſi ſolum peccatum. Et ſic non ſum dignus exaudiri: quia nulla veritas aut iuſtitia eſt in me. Et ideo exaudi me in tua veritate qua promiſiſti pœnitentibus veniam: & exaudi me in tua iuſtitia obſeruando veritatē in promiſſis: & exaudi me in tua iuſtitia facta per tuam paſſionem quam ſuſcepiſti ad iuſtificandum omnes peccatores pœnitentes. Ex qua paſſione pœnitentia habet virtutem iuſtificandi peccatores. Ergo exaudi me in tua iuſtitia paſſionis faciendo me participem tuæ paſſionis, & applicando mihi merita tuæ paſſionis: & per talia merita remitte mihi culpam & reatum & pœnam quam mereor ex peccatis perpetratis. Et quia in me nulla eſt veritas: nec aliqua iuſtitia propter peccatum: ideo rogo ne intres in iudicium cum iſto inutili & indigno ſeruo tuo. Nam ego primo fui factus tibi filius adoptiuus per baptiſmum. Sed quia perdidi illam gratiā propter peccatum actuale quod perpetraui: ideo iam non ſum dignus vocari filius tuus. Et ideo recipe me in ſeruum tuū: & fac ſicut vnum de mercenarijs tuis: & non intres in iudicium cum ſeruo tuo recordando & imputādo peccata mea: & ſecundum peccata mea me puniendo: quia non iuſtificabitur tibi omnis viuens: quia propter naturam corruptam & vitium concupiſcentiæ nullus poteſt peccatum vitare: nec dei præcepta implere: niſi tua gratia fuerit adiutus & præuentus. Et ſic nullus poteſt confidere in viribus ſuis: nec quis poteſt in conſpectu tuo iuſtitiam ſuam allegare, cum nil habeat proprium niſi peccatum & vitium & inclinationem ad peccandum. Deinde cum dicit:

¶ Quia perſecutus eſt inimicus animã meam &c. Retorquet culpam ſuam in diabolũ perſuaſorem & tentatorem. Vnde ait. O domine bene poſſum dicere:& ideo dico ꝙ nõ intres mecũ in iudiciũ:& ꝙ non poſſum apparere iuſtificatus in conſepectu tuo. Et cauſa eſt:quia inimic⁹ humanę naturæ diabolus ſemper perſecutus eſt animã meã me tentando & ad ſcelera impellendo:& ad luxuriam & auaritiam & ſuperbiam & cætera peccata alliciendo. Et ſic iſte inimicus: quia ipſi conſenſi humiliauit & deiecit in terra vitam meã: quia cecidi a gratia per quam ſpiritualiter viuebam ſequẽdo iſta terrena:& ſic cecidi a vita in mortem peccati. Et ſic iſte inimicus me collocauit in obſcuris tenebris peccatorum inter mortuos ſæculi, id eſt inter diabolos mortuos & deſtinatos ad morteꝫ æternã. Vnde ego eram collocatus per gratiam inter viuos angelos & iuſtos:ſed iſte inimicus alliciendo me ad peccatum me collocauit inter mortuos peccatores & dæmones ad pœnam & morteꝫ æternam deſtinatos. Et ſic ſemper ſpiritus meus eſt anxiatus & anguſtiatus & afflictus ab iſto inimico. Et cor meum, id eſt voluntas mea quæ deberet deo ſemper obedire:ſemper eſt turbata & infeſtata ab iſto inimico. Item ſpiritus meus eſt anxiatus:quia culpa aſſidue remordet conſcientiam meam:& perturbat cor meum &c.

¶ Deinde cũ dicit. Memor fui dierũ antiquoꝝ &c. petit remiſſionem peccatoꝝ, allegando conſuetã & antiquam dei miſericordiam:qui conſueuit antiquis temporibus miſereri ſemp & parcere pœnitentibus:& ſuccurrere & ſubuenire afflictis clamantibus ad ſe. Vnde ait. Ego fui memor & recordatus ſum dierũ antiquoꝝ & præteritorũ:& meditatus ſum in oĩbus operibus tuis quæ feciſti in tempore antiquo:& in factis manuum tuarũ meditabar:quia ſemper conſueuiſti miſeris ſubuenire. Nam liberaſti me de diluuio, & filios Iſrael de ſeruitute ægyptiaca:& de ſubmerſione in mari rubro:& pluiſti eis manna de cælo:& eduxiſti aquaꝫ de petra: & multotiens liberaſti eos de manu inimicoꝝ tẽpore iudicum:& remiſiſti ipſi Dauid peccatũ adulterij & homicidij ꝑ pœnitentiam:& remiſiſti peccata multa ipſi Magdalenæ: & pepercisti latroni in extremis &c. Et ideo memor omniũ iſtorum confidens de tua conſueta miſericordia expandi ad te manus meas omni alio auxilio deſtitutus:& tanq̃ arid⁹ & & ſicc⁹. Nã aĩa mea ſine gratia eſt facta ſicca & arida tibi. i. in conſpectu tuo. ſicut terra ſine aqua:quæ nullo modo poteſt fructificare nec plantas germinare:ſic anima mea ſine tua gratia facta ſicca & inepta nullo modo poteſt vitare peccata, nec opera meritoria facere. Et ideo velociter exaudi me ne pereã:quia iam deficit ſpiritus meus niſi per gratiam viuificetur & reſurgat:& recuperet vitam quaꝫ perdidit per peccatum. Et ideo non auertas faciem miſericordiæ tuæ a me, veniã denegando. quia ſi tuam facieꝫ auertis ſicut auertiſti a Iuda proditore:tunc ero ſimilis diabolis & damnatis deſcendentibus in lacum inferni. ergo non auertas:ſed aduerte & conuerte & flecte faciem tuam ad me:& reſpice me ſicut reſpexiſti Petrum & Magdalenam & latronem. Naꝫ conuerſus ad mulierem Magdalenam dixiſti. Remittuntur tibi peccata tua. Et conuerſus ad latronem dixiſti. Hodie mecum eris in paradiſo. Ergo conuerte faciem tuam ad me ſicut conuertiſti ad illos, vt non ſim ſimilis deſcendentibus in lacum:ſed ſimilis aſcendentibus in cælum. Et auditam fac mihi mane miſericordiam tuam, id eſt fac vt ego audiam vocem miſericordiæ tuæ:ſicut audiuit Chananea & Magdalena & latro:& audiam ꝙ dicas mihi fiat tibi ſicut vis:ſicut dixiſti Chananeæ:& remittuntur tibi peccata, ſicut dixiſti Magdalenæ:& nec ego te condemnabo, ſicut dixiſti mulieri adulteræ. Fac mihi ergo mane, id eſt per pœnitentiam auditã miſericordiã tuã:ſicut feciſti oĩbus ſupradictis:quia ego in te ſperaui & non in altero. Nam conſiderãdo & meditando ꝙ omnibus ſupradictis ſubueniſti & pepercisti:& peccata remiſiſti:ideo in te ſperaui liberari:& in te ſpeꝫ & fiduciã poſui vt mihi remittas ſicut & illis. Et ideo notam fac mihi viam pœnitentiæ in qua ambulẽ, vt poſſim perficere pœnitentiam. Quaſi dicat:poſtq̃ dediſti mihi gratiam præuenientem vt velim facere pœnitentiam:da mihi gratiã cooperantẽ vt perſequar:gratiã perficienteꝫ vt perficiam pœnitentiam:& gratiã confirmatam vt poſſim deinceps ambulare immaculatus in via & lege tua. quoniã ad te leuaui & leuare intendo animaꝫ meã per cõtẽplationem, orando vt me ſemper in tali gratia conſerues. Eripe ergo me de inimicis meis tam viſibilibus q̃ inuiſibilibus, ne amplius incidam in peccatum poſtquã egero pœnitentiã:quoniam ſemper ad te confugi, & confugere & recurrere intendo in oĩbus operationibus & periculis meis. Et ideo doce me facere voluntatem tuã legeꝫ euangelicam obſeruando: & in me gratiam inſpirando vt poſſim mala cauere & bona operari:quia deus meus & protector & rector & gubernator es tu, id eſt te in gubernatorẽ & directorem accipio. Sed quia tu hoc non facis niſi per latentem inſpirationeꝫ ſpiritus ſancti tui, qui in animas hominum ſe transfert:& inſpirando gratiam & diſponendo eos per gratiaꝫ amicos dei & ſanctos & ꝓphetas & bonos & iuſtos facit:Ideo mitte mihi illum ſpiritum tuum bonum:& ille ſpiritus tuus bonus deducet & diriget me in terram rectam viuentium per viam rectam legis euangelicæ. Et ſic per iſtum ſpiritum bonum viuificabis me in ęquitate tua, id eſt facies me viuere per gratiam ſecundũ iuſtitiã tuam euangelicã. Et hoc facies propter nomen tuum quod eſt ſaluator:eo ꝙ ſalus idem eſt qđ vita integra & æterna, ſicut dictũ eſt pſalmo octauo. Ergo ſi tu es Ieſus & ſaluator & dator ſalutis:ergo ad te pertinet viuificare & iuſtificare. Et ſic propter nomen tuuꝫ Ieſus, qđ eſt nomen ſalutis & vitæ perfectæ, viuificabis me in æquitate & iuſtitia tua. Et ſi oĩa ſupradicta egeris, id eſt ſi exaudieris me:& cõuerteris facieꝫ miſericordiæ tuæ ad me:& feceris mihi auditam miſericordiam tuam & docueris me facere voluntatem tuam:& ſpiritus tuus bonus deduxerit me per viam rectam:& tu viuificaberis me a peccato per gratiã & pœnitentiam propter nomen tuum:tunc educes animaꝫ meam de tribulatione mortis & peccati ſeruitute:& ſic diſperdes omnes dęmones inimicos meos:& fugabis eos a me qui ante mihi dominabantur:& me in ſeruitute tenebant: quia adueniente gratia fugatur peccatũ cum diabolo auctore ſuo. Et ſic in præſenti diſꝑdes & fugabis inimicos meos a me:ſed in die iudicij perdes & damnabis omnes dæmones qui in hac vita tribulant animam meam. Quaſi dicat:nunc diſperdes & fugabis me per pœnitentiam meam: ſed tunc perdes & damnabis eos cum dices. Ite maledicti in ignem æternum qui paratus eſt diabolo & angelis eius &c. Sed ego ſeruus tuus ſum, & intendo eſſe inęternum. vt ſim de numero iſtorum quibus dices. Venite benedicti patris mei &c.

¶ Tota etiam iſta vltima & quarta pars poteſt legi deprecatiue:vt ſit ſenſus. O domine Ieſu Chriſte educ de tribulatione peccati animã meã per pœnitentiã:& diſperde diabolos inimicos meos vt fugiant a me:& ꝑdes eos in die iudicij: quia ego ſeruus tuus volo eſſe & non ſeruus peccati ſicut fui vſq; modo & ante pœnitentiã ꝑfactam.

¶ Ex toto iſto pſalmo tã ſcđm expoſitionẽ ꝓpheticã q̃ moralem poſſunt recolligi decẽ concluſiones.

¶ Prima concluſio. ꝙ nullus hõ viuens poteſt iuſtificari de Y
ſe apud deũ in hac vita:nec cũ eo cõtendere. ꝓbatur. Quia nil veritatis & iuſtitiæ habet homo de iure ſuæ naturæ niſi ſolum peccatum & pœnalitates eius.

¶ Secunda concluſio. ꝙ antiquus ſerpens inimicus humanæ naturæ perſecutus eſt primum hominem in principio tentando ipſum mediante muliere:& per eſum ligni prohibiti deiecit ipſum in mortem corporis & animæ.

tiæ per illa duo talenta intellecta dicunt̄ dona gratiarū ſpūs
ſancti:& dona eccleſiaſticoꝝ ſacramentoꝝ.per quę quideȝ
dona gratię recepta in hoc ſęculo:homo recipit & adipiſcit̄
dona gloriæ in futuro.Quia ergo homo pręcęteris creatu=
ris recepit a deo iſta tria genera bonorū.ſ.naturę:fortunę &
gratię:Ideo magis tenet̄ deū laudare & gratias agere.Ideo
Dauid enumeratis cęteris creaturis,in hac vltima pte inui=
tat oēs hoies ad laudem dei :& hoc quo ad oēs ſtatus & di=
gnitates & ſexus & ętates.dicit ergo.O vos oēs reges terræ
qui pręcęteris a deo accepiſtis maiora dona fortunę qui lo=
co dei pręeſtis oīnibus populis & regnis:&vos oēs populi
ſub iure & legibus & magiſtratibus & regibus ſociati: & vos
principes & omnes iudices & præſides terræ:& vos iuuenes
maſculi & virgines fœminę:& vos omnes ſenes ſimul cum
iunioribus:laudate deum ſupple : & omnes iſti prædicti lau
dent Chriſtum qui eſt nomen domini.Nam hoc nomen Ie=
ſus quod eſt nomen ſolius dei:eſt exaltatum in cælo & in ter
ra.Nam eo q̄ Chriſtus ſeipſum exinaniuit formam ſerui ac=
cipiens : & humiliauit ſeipſum factus obediens patri vſqȝ
ad mortem crucis:ideo pater dedit filio iſtud nomen;quod
eſt ſuper omne nomen: & exaltauit ipſum intantum:q̄ in
nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium terreſtrium &
infernorum:& tandem in gloria eſt dei patris. Ex quo pa=
tet q̄ hoc nomen Ieſus ſolius dei eſt ibi exaltatum.ergo om
nes ſtatus hominum tenentur Chriſtū laudare.

**Confeſſio eius ſuper cęlum & terram:& exalta=
uit cornu populi ſui.**

¶ Si ergo ita eſt q̄ hoc nomen ſolius dei quod eſt Ieſus:eſt
exaltatum ſuper omnes ſtatus & conditiones hominum in
cælo & in terra & in inferno:ergo ſit confeſſio laudis eius ſu
per cælum & terram:eo q̄ ipſe Chriſtus exaltauit cornu:ſci
licet regnum & honorem populi ſui per ſuam mortē:& paſ=
ſionem:& reſurrectionem:& aſcenſionem. Nam per oīa
iſta meruit Chriſtus exaltare humanaȝ naturam & eccleſiā
ſuam in tantā dignitatē:vt mēbra ſua mereant̄ felices man
ſiones in cęlo inter & ſup angelos. ¶ Dupliciter ergo Chri= V
ſtus meretur vt confeſſio laudis eius ſit ſup cælum.i.ſup om=
nes angelos & beatos:& ſup terrā.id eſt ſuper oēs hoīes
huius eccleſię:& ſuper vtranqȝ eccleſiā.ſ.triūphanteȝ & mi=

ſtantem. Primo: quia nomen ei' ſoli' eſt exaltatū a patre:
qui dedit ipſi illud nomē quod eſt ſup oē nomē in oīpoten-
tia & ſapientia & miſericordia & iuſtitia. Secundo: quia ipſe
Chriſtus meruit exaltare cornu populi ſui eo modo quo di-
ctum eſt. Debet ergo ſic ordinari & conſtrui iſta litera. Re-
ges terrę &c. laudent nomen dñi. ſ. Ieſum Chriſtum qui eſt
nomē dñi tetragrāmaton: prout dictum eſt ſuperius &c. Et
ſit cōfeſſio eius. ſ. Ieſu Chriſti ſup cælū & terrā: quia nomen
eius ſolius eſt exaltatum a patre. Et quia ipſe Chriſtus exal
tauit cornu populi ſui. Nam nomē Chriſti fuit exaltatum in
terra in miraculis faciendis: & in inferno ipſum expoliādo:
& fuit exaltatum in cęlo: quia in die aſcenſionis ſedit a de-
xtris patris ſed ipſe exaltauit cornu populi ſui quando ip-
ſum de captiuitate diaboli liberauit: & in cælo inter princi-
pes & angelos collocauit. Deinde cum dicit.

## Hymnus omnibus ſanctis eius filiis Iſrael po-
## pulo appropinquanti ſibi.

¶ Specialiter inuitat populū dei: eo ꝙ præ cæteris accepit
a deo dona gratiæ & gloriæ: & nominat ipm tribus nomini
bus. ſ. populū ſanctorum, & filios Iſrael, & populū appropi
quantem deo. Ad quorum intelligentiā eſt primo notādū:
ꝙ ſanctus dicitur de ſancio ſancis: quod idē eſt quod bene
ordinare. & ideo ſanctus dicit̄ in vita: & ſic oēs qui viuūt ſub
lege diuina dicunt̄ ſancti. Et iſto modo oēs iuſti vtriuſq; te-
ſtamenti qui vixerunt ſub diuina lege & ſanctione dicti ſunt
ſancti ab Adam vſq; ad vltimū iuſtū. & totus ille cœtus dici
tur populus ſanctorum. Et non ſolum dicuntur ſancti in hac
vita: ſed etiā dū iam fruunt̄ in cæleſti. Totū ergo iſtū popu-
lū ſanctoꝝ vtriuſq; teſta. & vtriuſq; eccl'ię tā militātis q̄ triū-
phātis inuitat Dauid ad laudem dei, cum ait. Hymn' oib'
X ſanctis eius. ¶ Deinde cū ſubdit: Filijs Iſrael populo appro
pinquanti ſibi: eſt aduertendus: ꝑut dictū eſt in prologo: ꝙ
Iacob filius Iſaac habuit duo nomina. ſ. Iacob & Iſrael. Pri-
mum nomen. ſ. Iacob habuit a natiuitate carnali: licet non
fuerit abſq; myſterio & ſignificatione. Secundo nomen: ſci-
licet Iſrael fuit ipſi impoſitū in natiuitate & regeneratione
ſpūali: quādo fuit benedictus a deo & luctat' eſt cū angelo:
vt patet Geñ. xxxij. vbi quatuor notant̄ myſteria. Nā pri-
mo Iacob tenuit fortiter angelū in pſona dei: nec voluit ip-
ſum dimittere. Secūdo fuit benedictus ab eo. Tertio fuit di
rectus ab eo. Quarto vidit dñm in illo angelo: qui ſecū lucta
batur. Et ideo ꝑpter iſta quatuor myſteria de' voluit ꝙ dei-
ceps appellaretur Iſrael. primo, quia fuit fortis cū deo ipſuꝫ
tenendo & non dimittendo. ſecundo: quia fuit a deo bene-
dictus & regeneratus. tertio quia fuit a deo directus. quarto
quia vidit dñm facie ad faciem. quia iſta quatuor ſignificat
hoc nomen Iſrael. Et ideo ille populus fuit binomius in ſcri
ptura. Nam vno modo dicitur Iacob inquantū eſt filius Ia
cob ſcdm carnem & natiuitatem carnalem. Alio modo di-
cebatur Iſrael ſiue filius Iſrael: & hoc ſcdm ſpiritū: inquan-
tum erat directus a deo per legem: & videbat dominū p fi-
deꝫ. Et ideo per iſta duo noīa. ſ. Iacob & Iſrael: figurabatur
ꝙ in aduentu Meſſiæ ille populus erat diuidendus in duas
partes. Naꝫ vna pars eoꝝ debebāt manere filij Iſrael ſcdm
carnē tantū: & debebant pdere nomen Iſrael ſcdm ſpirituꝫ:
quia debebant dimittere deū negando Chriſtum: & nō de-
bebant benedici nec dirigi a Chriſto nec videre deū per fi-
dem: immo debebant claudicare a via veritatis & errare ab
vtero legis: & alienari a vulua: & loqui falſa contra veritatē
ſacrę ſcripturę. Vnde dictum eſt in ꝓlogo: ꝙ Iacob poſtq̄ lu
ctatus eſt cū angelo manſit claudus vno pede. per qđ fuit fi
guratum ꝙ vna pars filioꝝ eius debebat claudicare a recti
tudine & veritate legis negando Chriſtum eſſe Meſſiā. Sed
alia pars debebat recipere Chriſtū & tenere eū & benedici
ab eo per baptiſmuꝫ & eccleſiaſtica ſacramenta: & dirigi ab
eo: & via recta ꝓcedere & pede recto per legem euāgelicā:
& videre deū & appropinquare ſibi per fidem & gratiaꝫ: ſi-
cut fuerūt apli & oēs qui receperūt Chriſtū. & ſic omnes iſti
erāt dicēdi & appellādi filij Iſrael, & Iſrael ſcdm veritatem
& per repromiſſionē. ¶ Et ſic patet ꝙ Iudęi moderni & to- Y
ta illa pars quæ negauit & repudiauit Chriſtū: licet ſint fi-
lij Iacob ſcdꝫ carnē: tamen falſo modo nominant̄ Iſrael ſeu
filij Iſrael: quia tale nomen eſt ſcdm ſpiritū & ꝓmiſſionem
impoſitū ipſi Iſrael in illa benedictione regeneratiua, p illa
quatuor myſteria. Sed quia ipſi nullū ipſoꝝ habēt: primo:
quia nō fortiter tenuerūt Chriſtū: nec appropinquauerunt
ſibi: imo negauerūt & fugerunt eū: nec voluerūt dirigi ab eo
per legē euāgelicā: nec regenerari: nec benedici per baptiſ-
mū & eccleſiaſtica ſacramēta: nec volūt ipm videre per fidē:
ſed in ſua cæcitate pmanere. Ideo nullo modo poſſunt dici
Iſrael nec filij Iſrael. Sed nos licet nō ſim' filij Iacob ſcdm
carnem: tamē quia recepimus & tenemus Chriſtū: & appro
pinquamus ipſi per gratiā & adhęremus per fidē: & ſuimus
ab eo benedicti per baptiſmū & eccleſiaſtica ſacramēta: &
ſuimus directi per legē euangelicā: ideo ſumus veri Iſrael &
filij Iſrael ſcdm veritatem & repromiſſionē & regeneratio-
nem: quia Iſrael nō eſt nomen carnis nec generationis: ſed
nomen regenerationis & repromiſſionis. Hoc ergo præui-
dens Dauid in ſpiritu concludēdo inuitat hūc populū rege-
neratum ad laudē dei dicēs. Sit hymnus & cātus lętitię filiis
Iſrael non carnalibus negātib' & fugientibus Chriſtum: ſed
populo appropinquanti ſibi per regenerationē & fidem &
gratiam, ſicut dictū eſt. Ex ſupradictis patet non eſſe veraꝫ
poſitionem illoꝝ qui dicunt: ꝙ Dauid ſolum inuitat popu-
lum vete. teſta. ad laudē dei in hoc pſal. Nam primo hoc ē
manifeſtiſſime contra textū: qui dicit. Reges terræ & omnes
populi principes & oēs iudices terrę laudate dominū. Nā
ſolus ille paruulus populus laudabat deū: ꝗ erat minim' in-
ter oēs populos alios. Item in illo populo nō erat niſi vnus
rex &c. Ex quo ſequit̄ ꝙ Dauid prophetice inuitat & exci-
tat oēs reges & populos & principes totius terræ gētiliū ad
laudandū Chriſtū: quos in ſpiritu ꝑuidebat ad fidē Chriſti
venturos. Item ſecūdo manifeſte videm' ſcdm ſupradicta ꝙ
Dauid inuitat filios Iſrael ſcdm ſpiritum & repromiſſionē:
qui eſt populus appropinquans ſibi. ſed talis eſt popul' chri
ſtianus: ergo nō ſolum inuitat patres nec populū vete. teſta.
Itē ex tali poſitione ſequeretur ꝙ Dauid non eſſet prophe
ta in hoc pſal. qđ eſt falſum: quia ita locutus eſt prophetico
ſpū in hoc pſal. ſicut in cęteris, vt ſępius dictum ē. Ex ſupra-
dictis ergo patet qualiter Dauid inuitat in hoc pſal. omnes
creaturas tā ſupiores q̄ inferiores: tā irrationales q̄ rationa-
les: tam noui teſtamēti q̄ veteris: ſed ſpecialiter inuitat verū
Iſrael ſcdm ſpiritū & promiſſionē populū appropinquātem
ſibi, qui eſt populus chriſtianus: queꝫ in ſpiritu præuidit per
Chriſtū regenerādū & benedicēdū & dirigendum &c.
¶ Sed hic dubitat̄. nam videt̄ ꝙ ꝓpheta nō inuitat omnes Z
creaturas ad laudādū. nā nō inuitat auaritiā nec luxuriā nec
inuidiam: nec cætera huiuſmodi ad laudandum deum. Ad
hoc reſpondet Augu. ꝙ iſta non ſunt creata a deo: nec de ſe
ſunt aliqua ſubſtātia: nec habent aliquā eſſentiā: ideo nō in-
uitant̄ ad laudandū deū: quia nō cōputant̄ nec numeran-
tur inter creaturas. Ad cuius intellectū eſt aduertendū ſcdꝫ
Augu. lib. de natura boni: & in oībus tractatibus quos fecit
contra Manichæos & Pelagianos: & ꝓut dictū eſt pſal. xiij
& xiiij. & cxviij. ꝙ oīs res & oīs ſubſtātia eſt bona naturali-
ter. Primo: quia eſt creata ad inſtar & exēplar illarū ęterna
rum idearū. Secūdo: quia in omni eſſentia de' concreauit ali-
quam virtutem & proprietatem vtilem ad conſeruationem
vniuerſi: per quam res dicitur bona & appetibilis: vt patet
de auro & argēto & lapide pretioſo & Agarico & Rhabar
baro &c. Et ſic eſſentia & ſubſtantia hominis naturaliter
eſt bona: immo melior omni alia creatura irrationali: quia
nō ſolū accepit a deo eſſe: ſed pulchrū eſſe vt ſupradictū eſt.

Sed homo ex frequentibus actibus indebitis & inordinatis
ex proprio libero arbitrio cõmiſſis poteſt generare in ſe ali
quem malũ habitũ & vitiũ: ſicut ſunt auaritia: luxuria: odiũ:
& pigritia &c. quę quidem vitia nõ ſunt creata a deo: ſed ab
homine perpetrata: & ex ꝓprio arbitrio elicita: & vltra hoc
vitium infligiť culpa & peccatũ in aĩa: per qđ diciť diſſimi-
lis deo: & deo odioſa: & obligata ad pœnam æternã: vt ſæ-
pius dictum eſt. Vnde talis actus intantũ dicitur malus in-
quantum deuiat a diuina lege & voluntate: quæ eſt metrum
& mẽſura & regula omniũ actuũ humanorum. Vnde actus
venereus intantũ dicitur peccatũ inquantũ ſit contra diuinã
legẽ: vt puta cum vxore alterius: & ſic dicitur adulterium: vel
aliter q̃ cum propria vxore aut modo ordinato: & ſic diciť
fornicatio. Ex quo patet: ꝙ ſola inordinatio & modus inde
bitus & prohibitus facit actum vel cõcupiſcentiam eſſe pec
catum & damnabilem. Et ſic patet ꝙ vitium & peccatum vt
puta auaritia & adulterium & homicidium non ſunt ſubſtã
tia aliqua: nec habent eſſentiã: nec ſunt creata a deo: ſed a
mala & peruerſa hominis voluntate perpetrata deuiando a
diuina lege & voluntate: & deficiendo ab illa. & ſic nõ ha-
bent cauſam efficientẽ: ſed deficientem: vt inquit Auguſtin⁹
xij. de Ciuitate dei. ca. vij. Cum ergo iſta vitia & peccata nõ
ſint a deo creata: immo cõtra eius regulam & volũtatem ꝑ-
petrata: ideo non poſſunt laudare deum: ſed blaſphemare.
Hæc eſt ergo cauſa quare ꝓpheta nõ inuitat ea ad laudan-
A dum deum inter creaturas. ¶ Ex dictis in iſto pſalmo inſur
gunt etiam alię duę mirabiles quęſtiones. quarũ prima eſt.
Vnde eſt ꝙ ſolus de⁹ ſolo verbo & præcepto abſq; omĩ mo-
tu & ãminiculo dicendo ad extra ꝓduxit cęlũ & terrã & an
gelos & totam vniuerſitatem creaturarũ: quia ipſe dixit &
facta ſunt: mãdauit & creata ſunt: qđ nulla creatura citra de
um poteſt facere. Secundo quæritur quare Ieſus filius dei,
verbum incarnatum, ſecũda de trinitate perſona, magis di-
citur nomen dei: & intelligitur per nomen dei in tota ſacra
ſcriptura: q̃ perſona patris aut ſpiritus ſancti: de qua perſo-
na filij dicitur. Exaltatum eſt nomen eius ſolius &c.
¶ Quantum ad primũ abſq; argumentis philoſophorũ eſt
dicendũ ſicut iam dictũ eſt pſalmo. cx. ꝙ cauſa quare de⁹ ex
ſolo verbo dicendo creat omnia abſq; aliquo alio exterio-
ri eſt: quia quęlibet creatura quo ad totum ſuum eſſe depen
det a verbo diuino & volũtate. Nã quo ad eſſe eſſentiale &
ſubſtantiale dependet a verbo inquantum eſt ſimilitudo il
lius æternæ ideæ & exemplaris formæ exiſtentis æternali-
ter in verbo diuino. & ſic depẽdet a deo in genere cauſæ for
malis. Sed quo ad eſſe exiſtentiæ actualis dependet a diui-
na volũtate: inquantum diuina voluntas ſpirat & influit eſ-
ſe actualis exiſtentiæ in illa eſſentia & ſubſtantia, deducen-
do ſimilitudinem illius ideæ ad actualem exiſtentiã ad ex-
tra. Vnde loqui dei ad extra: nihil aliud eſt niſi multiplicare
ſimilitudines idearum exiſtentiũ in verbo ſpirando actualẽ
exiſtentiam: & ſic creantur creaturæ ad ſimilitudinem illa-
rum idearum. Vnde ſicut ad locutionẽ humanã cõcurrit in-
tellectus & voluntas. nam primo intellectus educit & expri
mit ad extra ſimilitudines ſciẽtiæ & cognitionis idealis quã
diu ante habebat: ſed volũtas mouet organa ad formandam
vocem in qua imprimitur cogitatio intellect⁹. & ſic illa vox
manifeſtat ad extra cogitationem intellectus. Et ideo ſicut
humana locutio ſiue verbum vocale vel ſcriptum eſt effe-
ctus intellectus & voluntatis totaliter dependens ab eis: Ita
pariter quælibet creatura nihil aliud eſt niſi diuina locutio
ad extra totaliter dependens a diuino verbo & voluntate.
Itaq; ſicut in verbo & locutione humana cõſiderantur duo:
ſcilicet ſonus & ſignificatio. nam ille ſonus importat ſignifi-
cationem verbi mentalis impreſſam: & ſic notificat cogita-
tionem mentis ad extra: Ita pariter in qualibet creatura cõ
ſiderantur duo. Primo eſſentia ſiue ſubſtantia: quæ eſt ſimi-
litudo ideæ diuinæ. Secundo conſideratur eſſe inſpiratum



& influxum a diuina voluntate: quod quidem eſſe ſubſtan-
tat & actuat & perſonat & ſuppoſitat eſſentiam & ſubſtan-
tiam. Et ideo multi doctores ſcolaſtici pro maiori parte te-
nent ꝙ iſtud eſſe actualis exiſtentiæ diſtinguitur realiter ab
eſſentia in creaturis: eo ꝙ eſt actus & perfectio eſſentiæ. Ex
quibus patet: ꝙ locutio dei ad extra nihil aliud eſt niſi edu-
ctio & expreſſio ſimilitudinum diuinarum idearum cũ influ
xu actualis exiſtentiæ. & iſta dicitur creatio rerum. Et ideo
dicit auctor cauſarũ, ꝙ prima rerum creatarum eſt eſſe.
¶ Ex ſupradictis fundamentis ſequuntur quatuor corolla- B
rię concluſiones. ¶ Prima cõcluſio: ꝙ deus ex ſolo verbo di
cendo potuit producere totam vniuerſitatem creaturarum
ex nihilo præſuppoſito. Probatur. nam cum deus ſit primũ
ens continens virtualiter in ſuo verbo & voluntate totum
eſſe & omnes perfectiones omnium creaturarum: quia om-
nia dependent ab eo in genere cauſæ formalis ratione idea
rum, & in genere cauſę efficientis ratione voluntatis: & ſic
oĩa ſunt entia & vera illa prima entitate & veritate. ſecundo
Metaphyſicæ. Et omnia ſunt perfecta in illa prima perfe-
ctione quinto Metaphyſicæ. Et oĩa procedunt & multipli-
cantur ab illa vnitate ſicut numeri. viij. Metaphyſi. Et om-
nia menſurantur ab illa ſimplici menſura. x. Metaphyſi.
Ex quibus patet ꝙ poſtq̃ omnia dependent a diuino verbo
& voluntate quo ad totum ſuum eſſe & per omnem modũ:
ergo ſolo verbo deus poteſt omnia producere. Item cauſa
quare agens naturale & artificiale non poteſt ex ſolo ver-
bo producere res ad extra, eſt: quia non continet in ſe res &
effectus ſuos quo ad totum eſſe earum: nec ipſę res depen-
dent quo ad totum ſuum eſſe. Nam materia phyſica nõ de-
pendet ab agente naturali: immo præſupponitur ab eo. Ita
materia artificialium non dependet ab artifice: immo arti-
fex præſupponit lignum vel metallum factum a natura. Vn
de ſi materia artificialium totaliter dependeret ab artifice:
& artifex contineret eam virtualiter: ſicut deus continet
creaturas virtualiter quo ad totum ſuum eſſe: tunc domifica
tor ex ſolo verbo dicendo faceret domum: & aurifex ſolo ver
bo faceret calicẽ. &c. ¶ Secunda cõcluſio: ꝙ deus potuit ſo-
lo verbo ꝓducere creaturas ad extra non communicando
eis ſubſtantiam. Probatur. Nam ſicut domificator producit
domum ad extra communicando ſibi ſimilitudinem artis
quam habet in intellectu, nõ communicando ſubſtantiam
propriam: eo ꝙ producit domum non de ſubſtantia: ſed ex
arte: ita pariter deus producit creaturas communicando
ſimilitudines idearum: non communicando ſubſtantiam di
uinam. & ſicut magiſter & doctor communicat & manife-
ſtat diſcipulis ſcientiam ſuam loquendo & dicendo: non cõ-
municando ſubſtantiam: Ita pariter deus in creando com-
municat creaturis ſimilitudinem perfectionum & idearum
non communicando ſubſtantiam. & ratio eſt: quia de⁹ pro-
ducit creaturas per modum artis & non per modum natu-
ræ. Sed quia pater in diuinis loquendo ab intra & dicendo
producit filium & verbum diuinum per modum naturę:
ideo communicat ſibi eandem ſubſtantiam & eſſentiam.
¶ Tertia concluſio: ꝙ mundus non eſt productus ex neceſ-
ſitate ab æterno: ſed deus potuit ex tempore ipſum produ-
cere & creare. Probatur. nam ea omnia quæ producuntur
per artem: ſunt temporalia. ſed deus produxit omnia artifi
cialiter & non naturaliter: quia omnia procedunt ex illa di
uina arte: vt ait Commentator. xij. Metaphyſicę: & Augu-
ſtinus. xv. de trinitate. Aliter patet. nam cum ars ſit princi-
pium & menſura rerum artificialium quantum ad formam
& voluntas ſit principium effectiuum: ideo voluntas & ars
ſemper pręcedunt effectus artificiales. & ſic ars poteſt eſſe
ante res artificiales. Vnde artifex per magna tempora po-
teſt habere artem: & poſtea quando ſibi placet producit
res artificiales. Ita pariter deus ab ęterno habuit ideas
rerum: ſed quando ſibi placuit produxit creaturas ex eis

quando ſibi placuit ex tẽpore per modum artis & volunta-
tis. Sed quia pater producit & dicit verbũ & filium per mo-
dum naturę & non per modum artis::ideo producit filium
ab æterno & non ex tempore. Ex quo patet ꝙ dupliciter lo
quitur deus. Vno modo ab intra & per modũ naturæ: & ſic
producit & dicit filium ab æterno, cõmunicando ipſi eandẽ
ſententiam. Secũdo modo loquitur ad extra & per modum
artis: & ſic producit creaturas ex tempore, nõ cõmunicando
eis ſubſtãtiam: ſed ſolas ſimilitudines ſuæ artis & ſuarũ idea-
C rum & perfectionũ. ❡ Ex ſupradictis patet eſſe falſam opi
nionem & hæreſim Manichęorũ: qui dicebant ꝙ deꝰ prin-
ceps lucis creauit angelos & animas rationales de ſubſtan-
tia ſua, cõmunicãdo eis partem ſuæ ſubſtantiæ. Et ita diabo
lus princeps tenebrarum creauit animas ſenſibiles & oĩa
corpora de ſua ſubſtantia. Item ſecundo ex hoc patet eſſe
falſam opinionem Auicennę: qui dicit ꝙ ſecũda intelligen-
tia creat tertiam: & tertia quartã &c. & vltima intelligentia
creat animas intellectiuas: & omnes alias formas generabi
lium & corruptibilium: quia nulla intelligentia cõtinet vir-
tualiter aliquam creaturam quoad totum ſuum eſſe, niſi ſo-
la prima: qui eſt deus. Tertio ſequitur poſitionem Ariſtote
lis & cõmentatoris eſſe falſam: qui dicunt mundum ex neceſ
ſitate a deo creatum ab æterno formaliter & efficienter.
nam deus non produxit mundum per modum naturæ: ſed
per modum artis & voluntatis. Et ideo licet ars creatoris ſit
æterna in ſuis ideis & in verbo: tamen productio rerum eſt
temporalis facta ad placitum & nutum diuinæ voluntatis
dicendo res ad extra. Hoc ergo videns Dauid in ſpiritu di-
cit in hoc pſalmo: ꝙ ipſe deus dixit & facta ſunt: mandauit
& creata ſunt oĩa iſta ex tempore: quando dixit. Fiat lux
&c. Geneſis primo.

❡ Quarta cõcluſio: ꝙ in diuinis eſt trinitas perſ[illegible]rum cuȝ
vnitate ſubſtantię. Probatur. Nam ibi eſt deus qui [illegible] om
nia creata ad extra ex tempore: & ibi eſt verbũ per quod di
xit oĩa, illa in quo erant idealiter creaturæ ab æterno: & a
quo formaliter depẽdent quoad eſſe eſſentiale. & ibi eſt ſpi
ritus ſanctus per quẽ pater & verbũ ſpirant eſſe actualis exi-
ſtẽtię in rebꝰ creatis: q ferebaĩ ſup aquas. Sed oẽs iſtę tres p-
ſonę ſunt vna ſubſtãtia & vna eſſẽtia & vnũ eſſe ergo ſũt vnꝰ
tantum deus ſubſtantialiter & eſſentialiter. Hoc probatur.
nã ſicut intelligere dei eſt ſubſtãtia: ita dicere dei ab æterno
eſt ſubſtantia: & per conſequens verbũ quod ab ęterno ꝓ-
ducit de ſua ſcientia & ſua eadẽ ſubſtãtia. Et p cõſequẽs licet
verbum a patre productũ & dictum diſtinguatur perſonali-
ter ab eo; tamen eſt idem eſſentialiter & ſubſtãtialiter cũ eo.
Hoc idem eſt dicendum de amore ſpirato & producto ab
vtroq;. Et ſic patet ꝙ tota trinitas perſonarum tanquã vna
ſubſtantia & vnus deus & vnus creator concurrit ad creatio-
nem rerum. Et hoc voluit explicare Moyſes Geneſis p[illegible]o:
cum dixit: ꝙ vnus deus creauit cælum & terram in p[illegible]cipio.
& explicat tres perſonas dicens. ꝙ deus dixit: Fiat lux: & ili-
co facta eſt lux. ergo ſi deus dixit: per aliquod verbum dixit
& per conſequens anteq̃ iſta diceret ex tempore, iam habe
bat verbum dictum & productum ab æterno de tota ſcien
tia & ſubſtantia ſua: per quod quidem verbum æternum pa
ter ex tempore dixit iſta. Item ſubdit poſtea Moyſes: ꝙ ter-
ra erat inanis & vacua: ſed ſpiritus domini ferebatur ſuper
aquas: conferendo ſupple eſſe actuale omnibus rebus crea-
tis. Ex hoc patet ꝙ tres perſonæ diuinę explicantur in crea
tione rerum: ſcilicet pater dicens: & verbum per quod dicit
res: & ſpiritus ſanctus per quem ſpirat eſſe rebus & viuificat
eas. Et tamen dicitꝰ Moyſes: ꝙ iſtæ tres perſonę non eſt niſi
vnus creator qui creauit omnia. Hoc ergo idem dicit Dauid
pſalmo trigeſimo ſecundo: cũ ait: ꝙ verbo domini cęli firma
ti ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. & hoc idē di-
cit in hoc pſalmo: cũ ait. Ipſe deꝰ dixit & facta ſunt per quod
explicatur pater dicens: & verbũ per quod dixit oĩa. Dei-
de explicat perſonam ſpiritus ſancti: cum ſubdit. Mandauit
& creata ſunt. nam ſicut pater dicit per intellectũ & verbum
ita mandat & dat eſſe per voluntatem & ſpiritum ſanctum.
nam ſicut dicere denotat & cõnotat actũ intellectꝰ: ita mã-
dare connotat actũ voluntatis. Et ſic explicatur tota trinitas
perſonarum cõcurrentium ſub vna ſubſtãtia ad actum crea-
tionis. ſed miſeri Iudęi non percipiunt.

❡ Quantum ad ſecũdã quæſtionem eſt aduertendũ: ꝙ no- D
men dicitur a notificando. vij. Metaphyſicę. Ideo illud per
quod magis notificatur res: dicitur nomen rei: & habet ratio
nem nominis rei. Sed quia tota plenitudo diuinitatis, & om
nium diuinarum perfectionum: & etiam trinitas perſonarũ
magis notificantur in verbo: quę eſt perſona filij: q̃ in alia
perſonarum: ideo dicitur nomen dei. Et hoc non eſt intelli
gendum quoad eſſe: ꝙ plenitudo diuinitatis & diuinarum
perfectionum magis ſit in vna perſona q̃ in alia: nec ꝙ pa-
ter ſit magis in filio q̃ in ſpiritu ſancto: nec econuerſo: quia
hoc eſſet erroneũ dicere. Sed quantum ad notificationẽ dici
tur ꝙ plenitudo diuinitatis & trinitas perſonaruȝ magis no-
tificatur in perſona filij q̃ in alia: & hoc nõ ſolum ex tempo-
re: ſed etiam ab ęterno & ideo per nomen dei ſemper intel-
ligitur perſona filij prout dictũ eſt pſalmo. viij. & cxij. & per
totã expoſitionẽ huius libri. ❡ Ad cuius intellectũ eſt pie &
fideliter & ſemp cuȝ correctione eccleſię aduertendũ, ſcd̃m
Aug xv. de trinitate: ꝙ deus pater ab æterno intelligit & no
uit ſe ſcd̃m totã plenitudinem ſuę diuinitatis. Et ſic intelligẽ
do ſe dicit verbum de tota ſua ſcientia & ſubſtantia: & per cõ
ſequens cõmunicat verbo totam ſuam ſubſtantiam & pleni
tudinem ſuæ diuinitatis. Et ſic pater ſicut eſt in verbo ſecun
dum totam plenitudinẽ ſuę diuinitatis: ita nouit in verbo &
diffinit ſe per verbum ſecundũ plenitudinẽ diuinitatis & om
nium diuinarum pfectionũ: & per conſequẽs pater notifica-
tur in verbo. Et ſic filius non ſolum dicitur verbum & conce
ptus diffinitiuus patris inquantũ explicat totam eſſentiã pa
tris: ſed etiam dicitur nomen dei inquantum notificat totaȝ
plenitudinẽ perfectionũ diuinarũ: vel inquãtum in ipſo & p
ipſm notificantur. Item rurſus: ſicut pater ſe nouit in filio ſe-
cũdum totã plenitudinẽ diuinitatis & oĩpotentię: & ſapien-
tię: & miſericordię: & iuſtitię: & bonitatis: ita diligit ſe in fi-
lio & filiũ in ſe: & ſic pater ſimul cũ filio ſpirat amorem: qui
eſt ſpiritus ſanctꝰ ab vtroq; ꝓcedẽs. Et ſic ſicut pater dicẽdo
cõicat verbo totam ſuã ſubſtantiam & eſſentiã & plenitudi-
nem diuinitatis: ita pariter pater & filius ſpirãdo cõicat ſpi-
ritui ſancto totam eãdẽ ſubſtantiã & eſſentiã & plenitudineȝ
diuinitatis. Et ſic patȝ qualiter pater ĩ verbo nouit ſe ab ęter
no eſſe deũ & eſſe patrẽ: & in verbo nouit ſpiritũ ſanctũ ꝓce
dentem ab vtroq;. Et ideo licet tota plenitudo diuinitatis ſit
ęqualiter in tribꝰ perſonis: & licet non magis pater ſit ĩ ver-
bo & in ſpũ ſancto q̃ econuerſo: tñ quãtũ ad modũ notificãdi:
q̃a oĩa ſupradicta notificanĩ in filio aut p filium: ideo filiꝰ di
citur diffinitio & nomen dei. ❡ Sed iſta notificatio diuina-
rum perfectionũ facta per filiũ magis fuit mundo manifeſta
ex tẽpore ad extra: ꝓut dictũ eſt in p̄cedenti quęſtione: nã
pater habẽs in ſuo verbo ideas & exẽplaria omniũ rerũ ab
ęterno: & inſpiciens illa exẽplaria tanq̃ in arte: ex tẽpore di
xit oĩa ad extra: quia dicẽdo Fiat lux: facta eſt lux. ſ. tota na-
tura angelica. & dicendo: Fiat firmamentũ: factũ eſt ita. Et
ſic patet qualiter p verbũ ſuũ deꝰ notificauit ex tpe ad extra
multitudinẽ perfectionũ diuinarũ quã habet ab æterno ad
intra. & per cõſequẽs filiꝰ dei per quẽ facta & notificata ſunt
omnia, debet dici nomẽ dei. Item per verbum filiũ dei non
ſolum fuerunt nobis notificatæ diuinæ perfectiones eſſen-
tiales in opere creationis: ſed etiam myſterium trinitatis.
Nam per hoc ꝙ deus dixit: Fiat lux &c. & oſtendit deꝰ pa-
ter ſe habere verbũ: & per conſequens filium, per queȝ fecit
& notificauit omnia. Et per hoc ꝙ ſpiritus domini fereba-
tur ſuper aquas: oſtendit ſe ſimul cum filio habere ſpiritum

ſanctum:& ſic per filium fuit notificatum etiam myſterius
trinitatis in opere creationis. ¶ Sed multo magis omnia
ſupradicta fuerunt mundo notificata per filium incarna-
tum in opere noſtræ recreationis & redẽptionis. Nã primo
Chriſtus magis clare notificauit mũdo myſteriũ trinitatis
oſtẽdẽs qualiter ipſe procedebat a patre:quãdo dixit. Ego
a patre ꝓceſſi. Ioan.viij. Itẽ quando dixit. Exiui a patre &
veni in mundũ. Ioan.xv. Item oſtendit & notificauit nobis
qualiter ſpiritus ſanctus procedit a patre:cũ dixit. Cũ vene
rit paraclitus qui a patre procedit. Ioan.xv. Item oſtẽdit ꝙ
procedit a filio:cum dixit. Ille de meo accipiet. Ioan.xvj.
Et cum inſufflauit in diſcipulos:dicens. Accipite ſpiritũ ſan-
ctum. Ioan.xx. Item oſtendit:ꝙ licet iſtę tres perſonæ diſti
guantur realiter & perſonaliter:tamen ſunt vnus ſubſtan-
tiæ & cõſubſtantiales:cũ dixit. Pater & ego vnũ ſumus &c.
Ioã.xiiij. Ex quibus patet ꝙ Ieſus Chriſtus notificauit mũ-
do myſterium trinitatis perſonarum cum vnitate ſubſtantię
in ſuo aduentu:& per conſequens vere dicitur nomen dei.
Item magis clare notificauit mundo diuinas perfectiones:
ſcilicet ſummã omnipotentiam dei & ſapientiã & miſericor
diam & iuſtitiam. Notificauit enim ſummam dei omnipo-
tentiam in miraculorum operatione:& inferni expoliatio-
ne:& generis humani liberatione. Secundo notificauit ſum
mam dei ſapientiã in legis euangelicę datione. Tertio ſum
mam miſericordiã in morte & paſſione. Quarto ſummã iu-
ſtitiã oſtẽdet in finali iudicio. Et ſic patet ꝙ ſi oĩa ſupradi-
cta ſunt facta & notificata mũdo per Ieſum Chriſtum. ſilius
dei:ergo ipſa pſona Chriſti incarnata meret̃ dici nomẽ dei.
quod quidem nomen dei eſt nomen omnipotentię & ſapiẽ
tię & miſericordię & iuſtitię & virtutis:eo ꝙ in virtute hui⁹
nominis omnia ſunt facta & creata & recreata. Vnde ſicut
deus pater in virtute huius nominis dicẽdo creauit mũdum,
viuificando oĩa per ſpiritũ ſanctũ:ita in virtute huius nois
induxit & eduxit diluuiũ in terram:& in virtute huius nomi
nis Moyſes eduxit Iſrael de Aegypto:& fecit ſigna & pro-
digia:& diuiſit mare rubrum:& traduxit illum populum per
deſertum in manu potenti:& percuſſit petram & fluxerunt
aquæ &c. Item in virtute huius nominis Ioſue introduxit po-
pulum in terram promiſſam &c. Et ideo Adam primus ho-
mo qui ex nutu dei impoſuerat nomina omnibus reb⁹ crea-
tis iuxta ſuas naturales proprietates & virtutes videns in ſpi
ritu ꝙ deus pater per verbum filium ſuum creauerat omnia
& notificauerat ſuam omnipotentiam & ſapiẽtiam:& prę-
uidens in ſpiritu qualiter deus pater per filium ſuum verbũ
incarnatum:& per eius virtutem debebat mundo magis no
tificare ſuam omnipotẽtiam:totum genus humanum de po
teſtate diaboli liberando:& debebat notificare ſuam ſapiẽ
tiam, legem veterem per legem euãgelicam declarando:&
ſuam miſericordiam pro genere humano mortem patiẽdo:
& ſuam iuſtitiam in malos puniendo:& iuſtos glorificando:
Ideo propter has quatuor virtutes & ꝓprietates quas Chri-
ſtus de deo, mũdo manifeſtauit & notificauit:appellauit &
vocauit ipſum nomẽ dei:& voluit ſcribere & ſignificare ip-
ſum per illas quatuor literas:ſcilicet ioth. he vau. he. Nam
per ioth:quæ ſignificat principiũ:voluit ſignificare in Chri
ſto ſummam virtutem & omnipotentiam:quam mundo no
tificauit in miraculorum operatione & inferni expolia-
tione:& triumpho quem habuit de diabolo. Et per he, quę
ſignificat eſſe:voluit ſignificare ſummam ſapientiam quam
oſtendit in legis euangelicę datione. Et per vau:quæ ſigni-
ficat virtutes & bonitatẽ:voluit ſignificare in Chriſto ſum-
mam miſericordiam quam oſtendit in noſtra redemptione.
Et per he:voluit ſignificare ſummam iuſtitiam in Chriſto:
per quam reddet vnicuiq; iuxta opera ſua. Per quas qua-
tuor literas voluit ſignificare in perſona Chriſti incarnata il
las quatuor virtutes quas in ſe oſtendit:& mundo notifica-
uit:ſcilicet ſummã dei omnipotentiam & ſapientiam & mi-
ſericordiam & iuſtitiam. Et ſic Adam ſub illis quatuor lite-
ris incepit colere deum & inuocare nomen domini:ſcilicet
filium dei:vt veniret ad redimendum ipſum cum tota ſua
poſteritate. & ſic docuit filios ſuos inuocare nomen domi-
ni:qui eſt Ieſus Chriſtus filius dei verbum incarnatũ:vt di-
ctum eſt pſalmo octauo, & .cxliiij. Et ſub tali ratiõe inuoca-
uit nomen domini:& exhibuit deo cultus latriæ Abel. Et
ſub tali ratione Enos filius Seth incepit inuocare nomẽ do
mini. Geneſis quarto. id eſt repperit & confecit aliquas ora
tiones & ritus ad inuocandum nomen domini:id eſt Ieſum
Chriſtum & filium dei:vt veniret ad ſaluandum mundum.
Et ſub hac ratione Noe inuocauit nomen domini. Geneſis
octauo. Item ſub tali ratione Abraham inuocauit nomẽ do
mini. Geneſis duodecimo. & ſic eſt dicendum de Iſaac & Ia
cob. Item ſub tali ratione Moyſes inuocando virtutem hu
ius nominis:& in virtute huius nominis eduxit Iſrael de Ae
gypto:& fecit oĩa ſigna & miracula. Et in virtute hui⁹ no-
minis Ioſue introduxit illum populũ:& tranſiuit Iordanẽ:
proſtrauit muros Hiericho:& triumphauit de omnibus re-
gibus illius terrę. Et hoc eſt illud nomẽ dei quod Dauid me
morat & inuocat in omnibus pſalmis. & hoc nomen inuoca
bant omnes prophetæ & fideles veteris teſtamenti.
¶ Sed quando venit plenitudo temporis miſit deus filium
ſuum:& tunc venit nomen domini de longinquo cælo miſ-
ſum:& de longinquo tempore inuocatũ:& expectatũ:& no-
tificauit, & fecit, & compleuit in mundo omnia ſupradicta:
quia in virtute quam ipſe Chriſtus habebat tanq̃ nomẽ do
mini fecit miracula:& redemit mundum:& expoliauit infer
num:& triumphauit de diabolo. Et in virtute huius nomi-
nis:ſcilicet verbi incarnati:in quo eſt tota plenitudo deita-
tis:apoſtoli, & diſcipuli, & ſucceſſores eiecerunt principẽ hu
ius mundi foras:& ſubiecerunt omnes reges terræ:& omnia
regna mundi iugo Chriſti Et in virtute huius nominis facie
bant miracula:& reſuſcitabant mortuos:& ſanabãt ægros:
vt patet in actibus apoſtolorum & in hiſtorijs & geſtis eo-
rum. Et ſic patet qualiter verbum incarnatum dicitur no-
men domini per totam ſacram ſcripturam:& quare eſt no-
men tantæ virtutis. Quod quidem nomen in veteri teſta-
mento ſcribebatur illis quatuor literis:& in nouo teſtamen
to nos inuocamus ipſum ſub hoc nomine Ieſus:prout dictũ
fuit pſalmo octauo. Sed contra nos arguunt Iudęi moder
ni dicentes ꝙ ſi Adam qui impoſuit omnia nomina rebus,
inuocauit & ſcripſit nomen domini ſub illis quatuor literis
hebraicis:ergo quare nos Chriſtiani non ſcribimus & inuo
camus ipſum ſub illis quatuor literis:ſed ſub hoc nomine Ie
ſus? Ad hoc reſpondetur ꝙ ſicut ſacramenta & ſacrificia ve
teris legis non erant gratia ſui:nec niſi inquantum ſignifi-
cabant futura de Chriſto myſteria, fuerunt inſtituta:ita pa-
riter Adam nominauit Ieſum Chriſtum nomen domini
ſub illis quatuor literis:inquantum illæ quatuor literæ ſi-
gnificabant in Chriſto illa quatuor myſteria quæ debebat
in ſe complere in aduentu ſuo. Ideo ſicut quando venit
Chriſtus ceſſarunt oĩa ſacramenta & ſacrificia veteris le-
gis:eo ꝙ erãt data in ſignum:ita pariter ceſſarunt illæ qua-
tuor literæ poſtquã Chriſtus impleuit in ſe earum ſignifica
ta. Ergo nomen domini non amplius debet ſcribi cum il-
lis quatuor literis:ſed debet ſcribi ſub hoc nomine Ieſus, cu-
ius ſonum & proprietates ſignificabant illę quatuor literę:
prout dictum fuit pſalmo octauo:eo ꝙ eſt nomen virtutis
& ſalutis:ſicut vocatus eſt ab angelo Matthæi primo & Lu-
cæ primo.
¶ Ex quibus patet eſſe fatuam & erroneam opinionem il- E
lorum chriſtianorum qui ſcribunt nomen dei cum illis qua
tuor literis, & ſub hoc nomine adonai:portãtes in collo aut
pſona ſua, putãtes habere maiorẽ virtutem:quod nõ ſolũ eſt
erroneũ:ſed etiam hæreticum:cum oĩa quæ ſignificabãt
illæ quatuor literæ ſint in Chriſto cõpleta:& ſic debet ceſ-

ſare ſcribi nomen domini illis quatuor literis: & pronunciari ſub nomine Adonai: immo ſub hoc nomine Ieſus: & non ſolum debet & poteſt ſcribi literis vnius linguæ: ſed omnium linguarum: quia omnibus linguis & nationibus fuerũt notificata huiuſmodi myſteria: & oĩbus nationib⁹ eſt notificatum nomen domini & euangelium. Chriſtus enim omnes redemit: & eſt vniuerſalis & non ſolum Iudæorum redemptor. Ex hoc etiam apparet eſſe falſum & vanũ laborem necromanticorum: qui quærunt illud nomen domini quatuor literarũ: putantes eſſe maioris virtutis q̃ aliud nomẽ: cũ iſtud nomẽ Ieſ⁹ ſit illud nomẽ quod eſt ſuper oĩe nomen: vt dictũ eſt pſalmo octauo. Et ſic patet quare nomen domini, qui eſt Ieſus filius dei, eſt tantę virtutis: quia in ſe continet totã plenitudinem diuinitatis: & in virtute eius facta & creata ſunt oĩa: & redemptũ & liberatũ genus humanũ: & diabolus victus & ſuperatus. & hęc eſt cauſa quare diabolus fugit iſtud nomen & timet.

¶ Ex ſupradictis oĩbus patet: ꝙ nomen dei quod eſt Ieſus notificat nobis oĩa principaliter conſiderata in tota ſacra theologia viatorum. nam eſt nomen omnipotentię & ſapientię & miſericordię & iuſtitię: vt dictũ eſt pſalmo octauo. Et ideo notificauit mundo, & notificat myſteriũ creationis & gubernationis & noſtrę redemptionis & glorificationis: & per conſequens notificat nobis myſteriũ trinitatis & incarnationis. nã myſteriũ creationis pręſupponit myſterium trinitatis. Nam ſi deus dicendo & pręcipiendo creauit mundũ: ergo habet verbũ per quod dixit oĩa: & ſpiritum ſanctũ per quem oĩa viuificat & gubernat & mouet: vt dictum eſt. Item myſteriũ redemptionis pręſupponit myſteriũ incarnationis: in qua humanitate & carne aſſumpta deus eſt paſſus & nos redemit: Et etiam hoc nomen Ieſ⁹ quod eſt nomẽ ſalutis & reſtaurationis & integrę vitę: importat & notificat in ſe myſteriũ noſtrę glorificationis: per quam vitã ęternam recuperam⁹ & vltimatã ſalutem conſequimur. Et ſic patet ꝙ [illegible] illa perſona incarnata eſt reale nomen dei ſignificatum per illas quatuor literas veteris teſtamenti: eo ꝙ oĩa ſupradicta Chriſtus in ſe & per ſe mundo notificauit: ita pariter hoc nomen Ieſ⁹ mentale vel vocale vel ſcriptũ: quo nos filiũ dei nominamus: quod eſt interpretatũ per illas quatuor literas: & ſonant illę quatuor litterę in hebręo: hoc inquam nomen Ieſus notificat & ſignificat nobis in deo quatuor oĩa ſupradicta: ſcilicet omnipotentiam in creando & recreando & ſapientiam in gubernando mundũ & in datione vtriuſq; legis: & miſericordiam in redimendo: & iuſtitiam in præmiando & nos beatificando. Et ſic hoc nomen Ieſus comprehendit in ſe omnem rationem: ſub qua deus principaliter conſideratur in ſacra ſcriptura vtriuſq; teſtamenti: & per conſequens in tota ſacra theologia. Et ideo non eſt mirum ſi eſt nomen tantę virtutis & dignitatis & excellentię: & ſi apoſtoli & ſancti viri ad inuocationem huius nominis operabantur miracula ineffabilia: nec ceſſant hodie miracula fieri. nam in virtute huius nominis conferunt gratiam oĩa eccleſiaſtica ſacramenta. Nec eſt mirum: ſi patres veteris teſtamenti cũ tanto deſiderio deſiderabant ſcire virtutes huius nominis: & videre effectus & opera eius. Nec eſt etiam mirũ: ſi Dauid in ſuis pſalmis tantum frequentat iſtud ſacrũ nomen: cui attribuit omnem virtutem & perfectiones. de quo dicit & concludit in hoc pſalmo ꝙ oĩes ſtatus & conditiones mundi laudent nomen domini: quoniam exaltatũ eſt nomen eius ſolius: quia omnia bona & omnem perfectionem & virtutem includit & continet in ſe.

## CAntate domino cãticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum.

## Lętetur Iſrael in eo qui fecit eum: & filię Sion exultent in rege ſuo.

¶ Titul⁹, Alleluia. per quod denotatur ꝙ Dauid fecit hũc pſalmum ad laudandum deũ: in quo pręedicit gaudiũ & exultationem electorũ in primo & in ſecundo aduentu Chriſti. Vnde eſt aduertendũ: ꝙ quandocunq; Dauid inuitat ad cantandũ canticũ nouũ, intendit populum chriſtianum in Chriſto renouatũ: & per canticũ nouũ intendit legem euangelicam: quæ in ſe continet obſeruantiam præceptorum: & fidem articulorum: & gratiam ſacramentorum ſub ſpe futurorum & cæleſtium bonorum promiſſorũ. & intendit etiam gloriam ſanctorum in cæleſti beatitudine. Dicit ergo. O vos fideles in Chriſto renouati: iam non cantetis canticum vetus nec legem Moyſi. Recedant vetera iam de ore veſtro: id eſt abijcite cerimonias & figuras: ſed cantate canticũ nouum & pręedicate euangeliũ oĩi creaturę. Et iã non oportet cantare exitum Aegypti: nec agnum paſcalem in ſynagoga: ſed cantate myſterium incarnationis & natiuitatis: & celebrate feſtum reſurrectionis & aſcenſionis: & de iſtis myſterijs ſit laus eius, ſcilicet Chriſti: in eccleſia ſanctorum apoſtolorum martyrum & doctorum quæ eſt chriſtiana religio & congregatio. Et Iſrael: ſcilicet prędicta eccleſia, lętetur in eo qui fecit eum: non ſolum creando: ſed per reſurrectionem & regenerationem & renouationem. & eccleſię mundi, id eſt oĩes animę deuotę: quę dicũtur filię Sion, exultẽt in rege ſuo Chriſto in eius aduentu.

## Laudent nomen eius in choro: in tympano & pſalterio pſallant ei.

¶ Iam enim dictum eſt quomodo pſalmi cantabantur cum aliquibus inſtrumentis non ſolũ ad delectationem: ſed etiam ad myſterium. Nam chorus qui eſt concordia vocũ, ſignificat concordiã vitę cũ doctrina: vel concordiam appetitus cum ratione: & cõcordiam morũ. Tympanũ autem ſignificat paſſionem Chriſti. Pſalterium vero harmoniam decem pręceptorum & articulorũ. Ad iſta ergo nos inuitat propheta ꝙ cantemus Chriſto canticum nouum cũ prædictis. Et etiam vt in eccleſia cantemus canticum nouũ: ſcilicet natiuitatis, pręedicationis, paſſionis, & reſurrectionis: & horum feſta celebremus. Et dat rationem quare debent cãtare illud canticum nouum: & dicit.

## Quia beneplacitum eſt domino in populo ſuo: & exaltabit manſuetos in ſalutem.

¶ Id eſt quia iam non placent domino cerimonię veteris legis: nec veteres feſtiuitates quæ celebrãtur in figura: quia iam omnia ſunt renouata per aduentum Chriſti. iam ergo non eſt voluntas domini: nec placitum in ſacrificijs veteris legis: ſed in feſtiuitatibus nouę legis: & in ſacrificijs. Ideo dicit. Beneplacitũ eſt domino in populo ſuo nouo Chriſtiano & vero Iſrael: quia iam diſperſit ſuperbos Iudæos obſtinatos: & depoſuit reges gentiles potentes de ſede idololatriæ: & potentes ſcribas: & phariſæos: & Iudæos de ſede regni & ſacerdotij: & exaltauit apoſtolos & diſcipulos humiles: qui ſecuti ſunt humilitatem Chriſti. Ideo conſtituet eos principes ſuper omnem terram & cætera. Et etiam exaltabit oĩes fideles manſuetos in ſalutem gratiæ ſanando eos a peccato: quia ſoli manſueti & humiles ſãlui facti ſunt: eo ꝙ depoſita ſuperbia & vanitate & diuitijs huius mundi Chriſtum ſecuti ſunt. ¶ Ad maiorem euidentiam eſt notandum: ꝙ lex euangelica quã nunc nos cantamus & prædicamus, quadrupliciter dicitur canticum nouum. Primo: F
quia omnia antiqua cerimonialia & legalia abijcit & repellit: ſcilicet feſtiuitates & ſacrificia & ſacramenta veteris legis &c. eo ꝙ omnia compleuerunt curſum & officium ſuum in Chriſto. Secundo: lex euangelica dicitur canticum nouum eo ꝙ Chriſtum nouũ regem recepit in antiqua lege promiſ-

ſum. Tertio: quia repudiatis antiquis legalibus nouas feſtiuitates & noua ſacramenta celebrat: & nouũ & deo placitũ & acceptum offert ſacrificiũ euchariſtiæ: prout iam prædixerat Eſaię.lxvj. Quę eſt iſta domus quam ædificabitis mihi &c. per totum cap. Item Malachiæ primo. Non eſt mihi voluntas in vobis dicit dominus exercituum &c. Item Hieremiæ. xvj. Ecce dies veniet dicit dominus: & non dicetur vltra: Viuit dominus qui eduxit filios Iſrael de terra Aegypti &c. Quarto dicitur canticum nouum: quia exaltat manſuetos & humiles: & deprimit ſuperbos. Omnia ergo iſta quatuor tangit Dauid in hac prima parte. nam primus tangit cum dicit: Cantate domino canticum nouum. Secundum vero cum ſubdit. Et filiæ Sion exultent in rege ſuo. Tertium ibi. Laudent nomen eius in choro &c. quia beneplacitum eſt domino in populo ſuo. Quartum cum ſubdit. Exaltabit manſuetos in ſalutem

## Exultabunt ſancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis.

¶ In hac ſecunda parte prædicit canticum & gloriam ſanctorum & iuſtorũ in ſecundo aduentu Chriſti. qui quidem aduentus licet ſit terribilis damnatis: tamen erit delectabilis iuſtis & ſaluatis: & maxime apoſtolis & martyribus. Et ratio eſt: nam primus aduentus Chriſti fuit terribilis apoſtolis & martyribus.

G ¶ Nam in primo aduẽtu apoſtoli & diſcipuli fuerũt vexati & afflicti: primo a Iudæis: ſecundo a tyrannis: & ſic vſq; ad Conſtantinum multa milia martyrũ interfecti ſunt propter Chriſtum. ergo ratio eſt q̃ in ſecundo aduentu per oppoſitũ apoſtoli & martyres gaudeant & recipiant vltimatũ præmium: & perſecutores eorũ tunc patiantur vltimatũ ſupplicium & pœnam ęternam. Et ideo promiſit Chriſtus apoſtolis q̃ iudicarent malos in die iudicij: & ſederent ſuper duodecim ſedes &c. Item Sapientiæ quinto dicit, q̃ tunc ſtabũt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiarunt &c. Et tunc tyranni & mali turbabũtur timore horribili videntes felicitatem & gloriam iuſtorum &c. Secundo eſt notandũ ex ſentẽtia ſupradicta: q̃ gloria ſanctorum in duob' conſiſtet tunc. Primo: quia videntes ibi Chriſtum in maieſtate: videbunt crucem & ſpineam coronam & clauos & totũ triumphum Chriſti: & videbunt ibi omnes perſecutores Chriſti: ad iudicium damnationis: & videbunt etiam ſuos perſecutores condẽnatos ad mortem æternam. Tunc quia voluntas beatorum beatificatur & lætatur conformando ſe voluntati diuinæ: ideo iuſti duplici lætitia lætabuntur. Primo de gloria quam ipſi poſſident. Secundo de iuſtitia dei & ſentẽtia data dãnatis: quia lætabitur iuſtus cũ viderit vindictam ibi factam de perſecutoribus Chriſti & ſuis & ſic iudicabunt malos duplici iudicio. Primo eos accuſando, petendo vltionem. Secundo ſententiam Chriſti approbando. Et ſic iuſti prorumpent in laudes vocales illa die: & laudabunt Chriſtum, explicantes triumphum & victoriam eius: commemorantes eius incarnationem & prædicationem & conuerſationem quam habuit in hoc mundo: & eius paſſionem & reſurrectionem & aſcenſionem. Et iſtud canticum nouum cantant aſſidue ſancti in gloria cæleſti: vt patet Apocalip. quinto. & iſta ſunt inſtrumenta muſicalia cum quibus cãtãt et exultant ſancti in gloria: ſicut vidit Ioannes Apocalyp.v. Vnde dicit q̃ quatuor animalia: & .xxiiij. ſeniores habentes citharas & phialas aureas plenas odoramẽtis: quæ ſunt orationes ſanctorum, ceciderunt in conſpectu agni & cantabãt canticum nouum dicentes. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere gloriam &c. Ex quo patet q̃ beati in ſuis laudibus commemorant triumphum Chriſti & myſteria incarnationis & paſſionis & totius noſtræ redemptionis. & hoc eſt quod dicit Dauid in hac parte. Nam quia in primo aduentu fuimus renouati per gratiã: ideo in hac eccleſia nos monet Dauid cantare canticum nouum gratiæ: ſed quia in ſecundo aduentu erimus renouati per gloriam: ideo dicit q̃ ſancti tũc cantabunt canticum nouum gloriæ & cantãt ſemper. Dicit ergo Dauid q̃ tunc in ſecundo aduentu ad iudicium, quando ſancti recipient vltimatum præmium, exultabunt ſancti in gloria: & lætabuntur in cubilib' ſuis & ſedibus & manſionibus ſuis: quas angeli mali per ſuperbiam perdiderunt: & ipſi ſancti per humilitatem & mãſuetudinem poſſidere meruerunt.

## Exultationes dei in gutture eorum: & gladii ancipites in manibus eorum.

## Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.

## Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

## Vt faciant in eis iudicium conſcriptum: gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.

¶ Non ſolũ exultabũt lętitia & gaudio in æterno: ſed etiã exteriori per laudes vocales deũ laudãdo: cãtando exultationes dei: id eſt mirabilia opera dei: ſcilicet myſterium creationis & redemptionis & reſurrectionis. Et erũt exultationes dei in gutture eorũ: nam ibi corpora glorificata vera voces formabũt: vt alias eſt probatum. Vnde in tali exultatione ſancti non ſolũ laudabũt & commendabũt triumphũ Chriſti: ſed etiam eius iuſtitiam & iudiciũ & ſententiam cõtra damnatos datam a Chriſto approbabũt. Ideo ſequitur q̃ gladij ancipites in manibus eorum. nam gladij ſanctorũ in illa die dicũtur ancipites: quia duplex acumen habebũt: quia cum vno accuſabũt ſuos perſecutores: & cũ alio ſentẽtiam Chriſti approbabũt. Et ideo ſequitur q̃ gladij iſti ancipites erũt in manibus eorum: ad duo ſupple: ſcilicet primo ad faciendam vindictam in nationib' ſentẽtiam Chriſti cõfirmando. Secũdo ad faciendas increpationes in populis eos accuſando. & ad alligandos reges & principes & tyrannos eorum populorum infidelium in compedibus. Et ad alligãdos nobiles & ſuperbos in manicis ferreis inferni: qa erunt obſtinati tantum in malum q̃ nunquam poterũt bene agere. Dicũtur etiam iſti gladij ancipites & bicipites: quia angeli & ſancti duplici pœna condemnabunt reprobatos: ſcilicet pœna damni & ſenſus: quia nunquã deum videbũt: & in æternum patiẽtur: & ſic erit eis pœna vermis & ignis Habebunt ergo ſancti & angeli iſtos gladios ancipites in manibus ad faciendam vindictam & cætera. & ad alligandos reges eorum &c. finaliter vt faciant iudicium conſcriptum: id eſt a Chriſto decretum & determinatum. quia in tantum ſancti & angeli dicuntur facere iudicium: in quantum complaceant & approbant ſentẽtiam conſcriptam & determinatam a Chriſto & per Chriſtum. & hęc eſt gloria omnibus ſanctis eius: ſcilicet ſententiam Chriſti approbare: & eius voluntati complacere & ſe conformare. Et etiam hęc eſt gloria: & in hoc conſiſtit gloria ſanctorum: ſcilicet in omnibus prędictis in hoc pſalmo: ſcilicet in iudicando malos approbando Chriſti ſentẽtiam: & in laudãdo deum in ęternum triumphos eius cãtando & memorando: & exultando in cubilibus ſuis in gloria cęleſti. Item etiam hęc erit gloria omnibus ſanctis dei: ſcilicet accuſare damnatos: & approbare ſententiam eorum: & videre & lætari in vindicta facta de ipſis: quia lętabitur iuſtus cum viderit vindictam: quia tunc ſtabũt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt &c. Sapientiæ quinto. Sed talis gloria non erit ſanctis eſſentialis ſed accidentalis.

Nam gloria eſſentialis conſiſtit in viſione diuinæ eſſentiæ:
vt dictum fuit pſalmo primo.

## LAudate dominum in ſanctis eius:laudate eum in firmamento virtutis eius.

¶ Iſte eſt CL pſalmus,vltimus in ordine collo-
catus;cui præponitur titulus Alleluia:eo ꝙ Dauid fecit ipſuꝫ
ad laudandū deuꝫ in templo. Vnde quia pſalmo antepe-
nultimo inuitat omnes creaturas tam corporales ꝗ incorpo
reas:tam irrationales ꝗ rationales ad laudandum deum:Et
pſalmo præcedente ſpecialiter inuitauit creaturas rationa-
les ad recipiendum Chriſtum in hac eccleſia:& cantanduꝫ
ipſi canticum nouum hic per gratiam & in patria per glo-
riam:Nunc in hoc vltimo pſalmo inuitat oẽs fideles vtri-
uſqꝫ eccleſiæ:& maxime eccleſiæ militantis ad laudandum
deum trinum & vnum creatorem & redemptorem,aſſignā-
do modū laudandi. In quo duo facit. Nā primo docet vbi
debemus deum laudare. Secundo cum quibus inſtrumentis
iſte pſalmus cantabatur in templo. per quæ inſtrumenta
figuraliter docebat quomodo in teſtamento nouo tenemur
deum & Chriſtum noſtrum laudare:ibi Laudate eum in ſo-
no tubæ.

¶ Sed quantum ad primum eſt notandum ſecundum Au-
guſtinum de verbis apoſtoli:& .xxij. de ciuitate dei: ꝙ op-
poſito modo cognoſcitur deus in patria & in via.Nam in pa
tria cognoſcitur in ſeipſo:& omnia alia in ipſo:eo ꝙ omnia
lucent in eo:ſed in via cognoſcitur in creaturis:eo ꝙ ipſe lu-
H cet in eis. ¶ Et ideo aliter laudatur deus in via:aliter in
patria.Nam in via laudamos deum in creaturis:eo ꝙ lucet
in eis:& in patria beati laodant deum in ſe:eo ꝙ vident eū
per eſſentiam & omnia in eo.Cum ergo in hac vita nō poſ-
ſimus videre deum per eſſentiam:niſi in creaturis per veſti-
gium & imaginem:ideo laudamus deum per creaturas ſiue
in creaturis:inquantum perfectiones quæ reperiuntur in ſo
le:& luna:& ſtellis:& in cęteris creaturis nos excitant ad ma
gnificandum & laudandum deum qui eas creauit. Et ſub
tali prætextu propheta inuitauit omnes creaturas irrationa
nales ad laudandū deum in pſalmo antepenultimo:non ꝙ
ipſæ poſſint deum laudare:eo ꝙ non habent intellectuꝫ &
rationem:ſed inquantum per eas cognoſcimus omnipoten
tiam:& bonitatem dei.ideo monent nos ad laudanduꝫ deū
in eis:aut per eas.Ideo quando propheta dicit.Laudate eū
ſol & luna:& omnes ſtellæ & lumen.& laodate eum ignis &
℄ Cōmēdat oīpotētiā,& magnificētiā dei:q ſicut mundum creauit:ita potuit facere oīa iſta.Iō de⁹ ſeruabit.i.diriget pedes Samuelis,& alioꝝ ſctōꝝ:& impij.ſ.infideles cōticeſcent & tacebūt in tenebris ignorātię.Sed oēs aduerſarij ei⁹ formidabūt dn̄m,& ſup ipos in cęlis tonabit.Qđ impletū fuit qn̄ Philiſtęi venerūt cōtra Iſrael.ſed orante Samuele dn̄s intonuit de cęlo mittēdo fulgura,& fulmina,& obſcuritatē ſuper Philiſteos.Et ſic turbati & diſſipati victi fugerūt.Et iō finaliter ꝯcludit ꝙ dn̄s iudicabit fines terrę p Samuelē:ſed poſtea dabit imperiū,& regnū regi ſuo Sauli p Samuelē,qui vnxit Saulē in regē ex ꝑcepto dn̄i.ſed poſtea reprobato Saule ſublimabit cornu.i.regnū Chriſti & vncti ſui Dauid vt pꝫ.j.Re.xv.Iſto mō ergo cęci,& miſeri Iudęi moderni exponunt ꝑciſe literaliter hoc cāticum ſine aliquo alio ſacramēto.

℄ Ionathā aūt Abenhuziel in ſuo Targū iā magis eleuat⁹, D
& accedēs aliqualiter ad veritatē:dicit ꝙ Anna fuit in hoc cantico a ſp̄ū ſancto illuſtrata.Et ꝙ ex pſecutione & exaltatione ſua,ꝑuidit totū diſcurſum illius ppl'i vſq; ad Chriſtum Meſſiā.vbi ꝑuidit ſeptē aduerſitates:& ꝓſperitates ſiue liberationes futuras in ppl'o.Pmo ꝑuidit q̄liter orante Samuele Philiſtei debebant diſſipari,& fugere:vt patet infra ca.vij. Scđn ꝑuidit qualiter Eman nepos Samuelis erat ſublimād⁹ in principem cantorum:vt patet primi Paralypo.xxv. Ter

tio ꝓuidit q̄liter philiſtei erāt grauiter puniendi ꝓpter captio
nem arcę dñi. Et iō cū honore debebāt ipaꝫ reducere i terrā
Iſrael: vt pꝫ j. Re. vj. Quarto ꝓuidit ſtragē, & fugā Sēnache
rib: vt pꝫ. iiij. Re. xix. Quinto ꝓuidit punitionē ipſi᷒ Nabu
chodonozor ꝓpter deſtructioneꝫ Hierlꝫ: vt pꝫ Danie. iiij.
Sexto ꝓuidit victoriā Macchabęoꝝ cōtra Antiochū & ſuos.
Septio ꝓuidit victoriā regis Meſſię: quia erat ſibi ſubiectur᷒
totū Romanū ipiū. Et ſic iſte Ionathas exponit totū hoc cā
ticū applicādo ipꝫ, & adaptādo ad ſupradictas. vij. victorias
ſeu ꝓprietates, vſqꝫ ad Meſſiam. Et ſic vltimū verſū appli
cat ad Meſſiā. ſ. Dñs iudicabit fines terrę, & dabit ipiū Ro
manoꝝ regi ſuo meſſię: & ſublimabit cornu, & regnū Chri
ſti ſui meſſię. Iſta aūt expoſitio magis accedit ad veritatē, in
quantū vltimā parteꝫ hui᷒ cātici exponit de Chriſto in lege
ꝓmiſſo: qui erat ſubiugatur᷒ Romanū ipiū. Item dicit verū
iquātū dicit ꝙ Anna p ſuā ꝓlē, & partū, & ſublimationeꝫ ꝓ
uidit in ſpū ꝓphetico futura myſteria: & inquātū dicit ꝙ hoc
cāticū eſt ꝓphetia de futuris vſqꝫ ad Chriſtū. Sed errat inquā
tū illd qd iā eſt ipletū p Chriſtū: expectat futurū. Eſt veꝝ ꝙ
quidā dicūt ꝙ fuit tpe Octauiani p. xviij. annos āte natiuita
tē Xp̄i: & tūc locutio ſua eſſet vera ꝓtūc: quia xp̄s erat ſub
iugatur᷒ Romanū ipiū: qd in veritate iā ſubiugauit: vt pꝫ ad
oculū. Sed ei᷒ expoſitio eſt iſufficiēs, iquātū nō euacuat, nec
explicat oia myſteria in hoc cātico ꝓphetice cōtenta. Et iō
in hac expoſitione magis eſt ſequend᷒, & credend᷒ eximius
ꝓphetatū Dauid: qui pſal. cxij. interꝑtaꝛ totū hoc cāticū ad
literā, & q̄ſi ſub eiſdē verbis de reprobatiōe ſynagogę, & ele
ctione, & exaltatiōe ppl̄i gentilis in hac eccl̄ia p fidē, & gra
tiam: & in ſupna p gloriā. Vnde cōſolando, & magnificando
ppl̄m gentilē dicit. Laudate pueri dominū &c. Itē infra ſub
dit. Excelſus ſup oēs gētes dñs, & ſup cęlos gloria ei᷒. Quis ſi
cut domin᷒ de᷒ nr̄ qui in altis habitat, & humilia reſpicit i cę
lo & in terra? Suſcitans a terra inopem: & de ſtercore erigēs
paupem: Vt collocet eū cū principib᷒, cū principib᷒ ppl̄i ſui.
Qui hitare facit ſterilē i domo matrē filioꝝ lętāteꝫ. Ex qui
b᷒ pꝫ ꝙ Dauid ſub eiſdē verbis videꝛ interꝑtari hoc cāticū in
illo pſal. de electiōe, & exaltatiōe gentiliū in eccl̄ia Chriſti,
quā ꝓuidit Dauid cōtēplādo exaltationē Annę, & deꝑſſio
nem Fenēne, & cōtēplādo hoc cāticū: ſicut large dixi in ex
poſitiōe illi᷒ pſal. cxij. Hāc etiā expoſitionē ſequiꝛ Aug. xvij.
de ciui. dei: & ca. iiij. vbi p lōgū ſermonē exponit, & iterꝑtaꝛ
totū iſtud cāticū. vbi admiraꝛ Aug. ſpiritū ꝓpheticū tā ꝓfun
dum illi᷒ fœminę: q̄ tot, & tanta, & tā manifeſta myſteria de
chriſto, & eccl̄ia, & de vocatione, & electione ppl̄i gētilis ꝓ
phetice cecinit in hoc cātico. ❡ Sequēdo igiꝛ mentē Dauid,
E & ipſi᷒ Au. eſt in primis valde aduertēdū: ꝙ poſtq̄ Anna pe
perit Samuelē, & duxit ipꝫ ad tabernaculū dñi in Silo: & cō
ſecrauit, & dedicauit ipm dño, & recōmiſit ipm ipſi Heli ſū
mo ſacerdoti, & iudici Iſrael: tūc exñs in tēplo orādo cōtēpla
baꝛ beneficiū ſibi collatū. Et primo cōtēplabaꝛ ſupbiā, & ꝓ
ſperitatē ipſi᷒ Fenēnę, ꝓpter copiā filioꝝ, & dominiū qd ha
bebat in domo viri antea: & exinde ꝯſiderabat opprobriū,
& afflictionē quā ipa patiebaꝛ a Fenēna & filijs ſuis, & quo
tidiana iproperia: ſꝫ poſtq̄ ipſa concepit Samueleꝫ, & alios fi
lios: cōſiderabat qualiter Fenēna fuit orbata, & diminuta i
filijs, & q̄liter Helcana trāſtulerat amorē Fenēnę ad Annā
& filios ei᷒: & quō illa fuit ſpreta, & ꝯtēpta. & ipa dilecta, &
ꝓſperata in domo cū filijs ſuis: & quō de᷒ hūiliauerat, & de
ꝑſſerat ſupbiā Fenēnę, & exaltauerat hūilitatē ſuā in illa do
mo. Tūc Anna i tali meditatiōe & cōtēplatione agēdo grās
intra ſe: fuit rapta a ſenſib᷒, & in extaſi poſita, & ſpū ſcō, &
lumie ꝓphetico illuſtrata. vbi ꝓuidit mlta myſteria de Xp̄o
futuro, & eccl̄ia. Preuidit eni delectionē, & reprobationē ſy
nagogę, & ppl̄i iudaici, & electionē eccleſię ex pplo gētili.
Per hoc eñi ꝙ Fenēna gloriabaꝛ ex ꝓle, & fœcūditate filio
rū, & copia diuitiarū, & fauore ꝓſperitatis: & cōtēnebat ſe,
& improperabat ſibi quotidie opprobriū ſterilitatis: ꝓuidit
Anna in ſpū qualiter ſynagoga, & coetus ſacerdotū, & ſcriba
rum, & Phariſęoꝝ debebāt contēnere Criſtuꝫ in paupertate
venientē, & ſpnere apl̄os ſimplices & paupes. Per hoc etiaꝫ
ꝙ ipa cōcepit & pepit Samuelē, & alios, & Fenēna fuit orba
ta filijs, & ꝯtēpta, & ſpta a viro & deꝑſſa: ipa vero exaltata,
& dilecta in domo cū filijs: ꝓuidit in ſpū qualr̄ Xp̄s debebat
repudiare ſynagogā cū toto populo iudaico ꝓpter ſupbiaꝫ,
& regenerare collegiū apl̄oꝝ, & ppl̄m gētilē in vnā eccl̄iaꝫ.
Et ſic repudiata & mortua ſynagoga cū filijs ſuis: eccl̄ia erat
regeneranda, & multiplicāda ex populo gētili, & ꝓſperan
da in copia filioꝝ regnātoꝝ p baptiſmū, & debebat lūtare
in hac eccl̄ia p grām, & in futura p gl̄iam. Itē ꝓuidit de ꝓpl
quo futurū, qualr̄ filij Heli erant in bello iterficiendi ꝓpter
ſcelera ſua, & arca dñi erat capiēda, & reducēda in Gabaā,
& exīde transferēda in Hierl̄m: & quō mortuo Heli cū filijs
ſuis ſacerdotiū & officiū iudicādi erat transferēdū in Samue
lē, ꝓpter ſuā ſctītatē: & quō reprobato Saule regnū in Da
uid erat transferendū. Per hoc viteri᷒ duplici ſpū ꝓuidit An
na qualr̄ reprobata ſynagoga cū illo ppl̄o ꝓpter ſuā infide
litateꝫ, & ingratitudinē, & ſcelera, ſceptrū, & ſacerdotiū erat
in Chriſtū, & eccl̄iaꝫ transferendū. Sed qa trāſlato ſacerdo
tio, neceſſe eſt vt legis trāſlatio fiat: iō tota intelligētia & ve
ritas legis erat transferēda in Chriſtū, & eccl̄iam, Iudęis cę
cis manētib᷒ i ſua obſtinatiōe. Item ſicut filios Fenēnę vidit
mortificari, & in limbū inferni deſcēdere: ita ꝓuidit in ſpū fi
lios ſynagogę i ifernū deſcēdere, & filios eccl̄ię p baptiſmū,
& cętera ſacra regenerari, & viuificari a morte pc̄ti. Et ſic ꝓ
uidit de pplo gētili filios eccl̄ię viuificari, & ſacerdoteꝫ or
dinari, & inter principes eccl̄ię collocari, & ſoliū, & ꝑlaturā
in eccl̄ia tenere, & finaliter in cęlo ſublimari. ꝓuidit etiā am
pliationē regni chriſti in prio aduentu, & manifeſtationē re
gni Chriſti in ſcdo aduētu: qñ venietin ptāte magna, & ma
ieſtate. Et ſic patꝫ qualr̄ p Fenēnam figurabaꝛ ſynagoga: eo
ꝙ Fenēna interꝑtaꝛ abdicata aut ſpreta: ſꝫ p Annā q̄ grā in
terꝑtaꝛ, figurabaꝛ eccl̄ia Chriſti. p Samueleꝫ aūt figurabaꝛ
Xp̄s q fundauit eccl̄iam, & nat᷒ eſt in ea: ſicut dictū eſt pſal.
lxxxvj. Oia ergo iſta ſupradicta ꝓuidēs Anna in ſpū ꝓpheti
co fecit hoc cāticū agēdo grās nō ſolū de ꝓle ſuſcepta, & ꝓ
ſpitate acquiſita in domo viri: vt ꝑciſe intelligūt cęci iudęi: ſꝫ
pricipalr̄ agēdo grās de bñficijs futuris nr̄ę redemptiōis ſibi
reuelatis. In quo qdē cantico in pſona toti᷒ eccl̄ię Xp̄i duo fa
cit. Prio explicat ſuū gaudiū. Scdo explicat futura bñficia ſi
bi reuelata, ex quib᷒ moueꝛ ad gaudiū, & graꝝ actiōes, ibi.
Arcus fortiū ſupatus eſt. ❡ Quātū ad primū duo facit. Nam
pⁱo facit qd dictū eſt. Scdo exhortaꝛ ppl̄ꝫ iudaicū: vt relicta
legali vetuſtate recipiat Chriſtū, & ei᷒ legē euangelicā. Et p
eandem rōnē exhortaꝛ ppl̄m gentilem: vt relicta vetuſtate
idoloꝝ: & ſupbia inanis phię, recipiat Chriſtū, & legē euan
gelicā q̄ docet ęternā veritatē & ſalutem ibi. Non eſt ſanct᷒.
❡ Dicit ergo Anna prout gerit typū eccleſiæ in Chriſto re
generatę, & prout vidit in ſpū.

EXultauit cor meū in domino: & exalta
tum eſt cornu meum in deo meo.
Dilatatum eſt os meum ſup inimicos
meos: quia lætata ſum in ſalutari tuo.

❡ Cor meū ex nimio gaudio iteriori exultauit ad extra mo
uendo, & oſtendendo geſtū in corpe. q̄ quidē exultatio tota
fuit a dño, a quo cūcta bona ꝓcedūt, & mihi bñficia ꝓueno
rūt, nō ex meis meritis: ſꝫ ex ei᷒ bonitate & mia. Et exalta
tū eſt cornu meū i dño. i. qa honor me᷒ exaltat᷒ eſt i deo meo
qñ fili᷒ qui eſt de᷒ me᷒ aſſumpſit humanitatem & carnē hu
manā de mea ſpecie & natura. Et ſic exaltauit, & honorifi
cauit totā hūanā naturā, qñ verbū caro factū eſt, & hitauit
in nobis. Sed maxime exaltatū eſt cornu meū & honor me᷒ t
qñ ipe Chriſtus de᷒ & homo fact᷒ eſt ſaluator me᷒ me ſibi in

pplm eligẽdo,& me regenerãdo p eccliaſtica ſacrã,& leges euangelicã cõferẽdo: quia vt ſic factꝰ eſt caput, ſponſus meꝰ, & ſaluator: ſynagoga repudiata. Et iõ poſtq̃ talibꝰ armis,& donis ſpũs ſcti ſu munitꝰ,& armatꝰ,& doctrina euangelica inſtructꝰ: tũc os meũ dilatatũ eſt ad loquendũ ſemp cõtra ini micos meos dęmões,& Iudęos: & reges,& p̃ſides: qa in die Penthe.& i baptiſmo dedit mihi os ad loquẽdũ cõtra oẽs ini micos meos. Et iõ lętata ſum in Chriſto ſalutari tuo, o deꝰ.i. in Ieſu Chriſto q eſt filiꝰ tuꝰ,& ſaluatio tua, inquantũ miſiſti eũ ad ſaluandũ nos.& iõ eſt ſalutare tuũ actiue & noſtrũ paſ ſiue, inquantũ p ip̃m ſumꝰ ſaluati.& ſic nõ ſuʒ lętata, nec ex ultaui in me: ſed in te: quia talia beneficia nõ attribuo meis meritis: ſed tuę benignitati & miſericordię: quia tu non eges bonis meis: ſed ego tuis. iõ tu es honor meus & lętitia meã & exultatio. Deinde cum ſubdit,

Non eſt ſanctus vt eſt dñs: neq̧ enĩ eſt alĩus ex tra te: non eſt fortis ſicut deus noſter.

Nolite multiplicare loqui ſublimia: gloriãtes. Recedant vetera de ore veſtro: quia deus ſciẽtia rum dñs eſt: & ipſi p̃parantur cogitationes.

¶ Inuitat oẽs natiões vt veniãt ad Chriſtũ: vt ſctificenꝫ ab eo,& recipiãt eiꝰ doctrinã: eo q̧ ad Chriſtũ ptinet ſanctifica re, ſaluare,& docere: eo q̧ ip̃e eſt ſanctꝰ p eſſentiã. iõ eſt ſan ctꝰ ſctificans. Itẽ eſt ſũma ſapia p eſſentiã: qa eſt verbũ,& ſa pientia pr̃is. ergo ad ip̃m ptinet iſtruere,& docere alios i le ge: & p cõſequens a Xp̃o deriuaꝫ ols vera ſctitas,& ſapia: tã q a vero fonte & capite: & ſic ols alia ſctitas & ſapia eſt fal ſa. Dicit ergo: qa nõ eſt aliꝰ ſanctꝰ: vt eſt dñs nr̃ Ieſus Chriſtꝰ qui eſt nomẽ dei: vt dictũ eſt pſal. viij. nec eſt aliꝰ deꝰ extra te, o Chriſte: & nõ eſt fortis in potentia, ſicut chriſtꝰ deꝰ nr̃. iõ o vos Iudęi,& Scribę,& phariſęi, qui putaris ſcire legeʒ & p phetas,& vultis alios docere: venite ad Ieſũ xp̃m: vt ſctifice mini ab eo: qa nõ eſt aliꝰ ſctũs a quo valeatis ſctificari: ſicut dñs Ieſus Chriſtus. Et recipite eiꝰ doctrinã euangelicã, i qua declaraꝫ veritas,& vera intelligentia legis & pphetarũ: qa nõ eſt alius ſctũs extra chriſtũ. Et venite ad eũ: vt liberet vos & redimat, qa nõ eſt aliꝰ fortis niſi Ieſus chriſtꝰ deꝰ nr̃ qui poſ ſit nos liberare. iõ vos Scribę & Phariſęi nolite loqui ſubli mia de lege,& pphetis gloriãtes,& p̃ſumẽtes de vr̃a intelli gentia, nec velitis intelligere ſcripturas in ſolo ſenſu lr̃ali, nec manere in vetuſtate lr̃ę: ſed recedant cerimonialia: & ſacrifi & oia vetera legalia de ore vr̃o: ſed recipite doctrinam chriſti euangelicã, in qua declaranꝫ ſacra clauſa in lr̃a legis, q̃ ſacra aperuit nobis xp̃s: qm̃ ip̃e eſt deꝰ,& dñs oim ſciaruʒ cũ ſit ſapia pr̃is p eſſentiã. Et cogitationes. i. reuelationes pa triarcharũ,& pphetarũ ipſi Chriſto p̃paranꝫ. Nã ipſe eſt fi nis legis: & iõ oẽs patriarchę,& pphetę locuti ſunt de Chri ſto: & in ip̃m tendũt oẽs viſiones,& pphetię tanq̃ in finem: & iõ nullũ myſteriũ,& nulla reuelatio ſcribiꝫ l lege grã ſui, ſed grã chriſti. Nã tota lex vetꝰ nil aliud eſt, niſi p̃paratio ad chriſtũ & euangeliũ: vt ait Euſebiꝰ p totũ librõ de p̃paratiõe euangelica. & iõ nullus potuit declarare meliꝰ,& verificare legẽ & pphetas: q̃ chriſtꝰ: ſicut pmiſit deꝰ Deu. xviij. Prophe tam ſuſcitabo de medio fratrũ tuoꝝ ponã verba mea in ore eius: loqueturq̧ ad eos q̃cũq̧ dixero tibi. Vnde ad hoc venit Chriſtus in mundũ: vt teſtimoniũ phiberet veritati legis & pphetaꝝ: qa lex p Moyſen data eſt: grã aũt & veritas p xp̃ʒ facta eſt. Et iõ dicit hęc pphetiſſa: q̧ Chriſtꝰ eſt deꝰ & dñs, & interpres oim ſciarũ: & oẽs cogitationes,& reuelatiões p̃ paranꝫ ipſi,& ordinanꝫ,& dirigunꝫ in ip̃m tanq̃ in finem & terminũ: quia oẽs reuelationes & cogitationes pr̃iarcharuʒ, & pphetarũ fuerũt in eo cõpletę,& manifeſtę,& reſeratę. Et iõ dixit Simeon. Luc. ij. Hic erit in reſurrectionẽ & ruinã, & in ſignũ cui cõtradiceꝫ: vt reuelenꝫ ex multoꝝ cordibꝰ co gitationes. i. manifeſtenꝫ in eo reuelationes,& vaticinia p phetaꝝ. ¶ Vñ eſt aduertẽdũ q̧ tria dicit iſta pphetiſſa de F Chriſto. Prio: q̧ nõ eſt aliꝰ ſanctꝰ p eſſentiã. Nã iʒ multi fue rint ſcti in vtroq̧ teſtamẽto: tñ oẽs fuerũt ab iſto ſanctificati. iõ ſolus Xp̃s eſt ſanctꝰ ſctõꝝ. Danie. ix. iõ dr̃ ſolus ſctũs ſan ctificans: & p cõſequẽs ad ip̃m ſolũ ptinet oẽs alios ſctifica re. Et iõ ip̃e dedit ptãtẽ oibꝰ filios dei fieri: qui ex deo nati ſunt. Io. j. Itẽ dicit q̧ ſolus ẽ dñs,& deꝰ ſciarũ: iõ ad ſolũ ip̃m ptinebat prio docere,& interp̃rari,& declarare legẽ: quia ẽ mediꝰ interp̃s iter nos & pr̃em. Tertio dicit q̧ ip̃e Chriſtꝰ eſt ſolus fortis. Et iõ ad ſolũ ip̃m ptinebat liberare genꝰ hũanũ de ptãte diaboli,& oẽs redimere. Et iõ iſta pphetiſſa oẽs vocat ad Chriſtũ: vt ab eo ſctificenꝫ,& doceanꝫ,& libereꝫ. iõ dicit: Nolite loqui ſublimia gloriantes &c. ¶ Sed eſt ad G uertendũ, q̧ qñ dicit: nõ eſt aliꝰ deꝰ,& fortis,& ſapiẽs &c. nõ excludit p̃ſonã pr̃is,& ſpũs ſcti: eo q̧ vna eſt ſapia,& ſancti tas,& fortitudo p eſſentiã in tribꝰ p̃ſonis. ¶ Iterũ eſt adertẽ dum q̧ nõ ſolũ vocat Iudęos ad doctrinã & legeʒ Chriſti: ſʒ etiã gentiles & ſapientes & phõs huiꝰ mũdi. Vñ dicit, O phi loſopi,& poetę,& oratores,& ſacerdotes gentiliũ: nolite lo qui ſublimia,& alta in philoſophia,& [illegible] artibus: tã rõci nalibus, q̃ realibꝰ, gloriãtes in veſtra ſapia,& doctrina, p̃ſu mentes de vr̃a intelligentia. Nã ois ſcientia eſt falſa in ſe, ni ſi deriueꝫ ab illa ſumma ſapienita. Iõ venite ad Chriſtũ: qa ipſe eſt deꝰ fortis,& dñs ſcientiarũ,& ſanctꝰ: iõ ſolus ip̃e põt vos docere, ſanctificare,& liberare. Poſtq̃ ſuperiꝰ oñdit xp̃m ſolũ eſſe ſanctũ,& ſapientẽ,& fortẽ, qui ſolus põt ſãctificare, & docere,& alios liberare,& roborare: & malos p cõſequẽs punire: iaʒ in hac ſcda parte hoc monſtrat p experientiã: ex plicãdo oia bñficia q̃ nobis cõtulit p ſuã ſanctitatẽ,& ſapien tiã,& fortitudinẽ. Et ſic pbat q̧ ſolus Xp̃s ẽ fortis,& ſapiẽs, & ſanctus. ¶ Et pbat primo q̧ ſolus Chriſtus,& nõ aliꝰ eſt H ita fortis. Nam arcus & poteſtas diaboli non poterat ſupera ri, niſi ab aliquo fortiori. ſed arcus: ſiue ptãs diaboloꝝ,& dę monũ fortiũ ſuperatꝰ eſt a Chriſto: q̃ quidẽ ptãs,& arcꝰ erat pctm̃ originale,& actuale, quo vulnerabat oẽs gẽtes,& ſuo dominio oẽs ſubijciebat. ergo ſequiꝫ q̧ ſolus Chriſtꝰ eſt for tiſſimus ſuper omnes fortes: quia ſuperauit oẽs dęmones,& confregit arcũ,& poteſtatẽ eoꝝ,& dirupit portas ęreas,& vectes ferreos cõfregit,& expoliauit infernũ,& obſtruſit,& & ligauit diabolũ. ergo non eſt fortis, ſicut Chriſtꝰ deus nr̃. Iteʒ ſuperauit,& confregit arcũ ſuperſtitionis idololatrię,& confregit,& cõminuit oĩa idola,& eiecit diabolũ,& princi pem huius mũdi foras: & eiecit ip̃m de corporibꝰ obſeſſis: & de animabus hoim per baptiſmũ,& eccleſiaſtica ſacrã. ergo arcus fortiuʒ ſuperatus eſt a Chriſto: quia oẽs fuerũt ſubiecti iugo eius. ¶ Item arcus & ſapientia phariſæoꝝ,& falſa ſu perſtitio ſacerdotũ gentiliũ fuit confuſa per ap̃los Chriſti: & oẽs ſapientes huiꝰ mundi fuerũt ſuperati,& Chriſto ſubiecti: vt patet actuũ xviij. ¶ Item arcꝰ & poteſtas ſacerdotalis,& ſceptrũ regale,& iudiciale Iudæoꝝ fuit ſuperatũ,& ablatuʒ per Chriſtũ: & tota ſcientia eorum confuſa in conſpectu apo ſtolorum: vt patet p totũ diſcurſum actuum ap̃loꝝ. ideo ſub dit q̧ apoſtoli infirmi,& ſimplices,& ignari,& plębei accin cti ſunt,& armati robore,& fortitudine ſeptẽ donoꝝ ſpiritus ſancti in die Pent. per quos ap̃los ſic accinctos,& roboratos Chriſtus ſubiecit ſibi totũ orbem,& in virtute armoꝝ Chri ſti confregerunt arcũ dęmonũ,& principũ mundi: & eiecto diabolo foras ſubiecit reges,& populos gentilium iugo ſuo. Vnde per impatorẽ non piſcatorẽ: ſed per piſcatorem ſubie cit,& lucratus eſt imperatorem,& phm̃. Ex quo patet q̧ in hoc oñdit Chriſtus ſuã fortitudinẽ eſſe ſup oẽs,& eſſe diuinã quia accinxit fortitudine,& robore infirmos,& ſimplices,& per eos ſuperauit arcũ dęmonũ,& principũ,& philoſopho rum,& Iudæorum. Deinde cum dicit:

Repleti prius pro panibus ſe locauerunt: & fa melici ſaturati ſunt.

Donec ſterilis peperit plurimos:& quę multos
habebat filios infirmata eſt.

Dominus mortificat & viuificat: & deducit ad
inferos & reducit.

Dominus pauperem facit & ditat: humiliat &
ſubleuat.

Suſcitat de puluere egenum:& de ſtercore ele=
uat pauperem: vt ſedeat cum principibus & ſo=
lium glorię teneat.

¶ Oſtendit qualiter Chriſtus eſt dn̄s ſciarū, & bonoꝝ ſpūa-
lium:quia trāſtulit bona ſpūalia gr̄ę a ſynagoga in eccl'iam.
Et ſic eccl'ia agit gr̄as:quia recepit a Chriſto bona ſpūalia.ſ.
eccl'iaſtica ſacr̄a, & intelligētiam legis, & ꝓphetarum:quam
ante poſſidebat ſynagoga. Et ſic Chriſtus occęcauit ſynago
gam ꝓpter eius maliciā: & illuminauit eccl'iaꝫ ex pp'lo gētili
Vn̄ ſynagoga q̄ an̄ erat repleta bonis ſpūalibꝰ:nūc occæcata
mēdicat ſciam, & intelligētiam ſacræ ſcripturę:ſed eccl'ia eſt
ſaturata.iō dicit. Iudęi qui prius erāt repleti bonis ſpūalibꝰ:
modo poſt publicationē euāgelij locauerūt ſe ꝓ panibus.i.
ꝓ cibis ſpūalibus quia cōtinue laborāt, & nō poſſunt attige
re intelligentiā ſcripturę, nec alia bona gr̄ę:ſed gētiles fa-
melici qui nunq̄ habuerūt legē, nec ꝓphetas:nunc ſaturati
ſunt poſtq̄ ſe Chriſto, & fidei ſubiecerūt. Et ita pariter ap'li
qui erant ignari & idiotæ poſtea ſunt ſaturati intelligētia ſa
cræ ſcripturæ. Iudęi aūt vadunt mēdicādo, de quibꝰ dictū eſt
pſal.lviij. Ipſi diſpergent̄ ad mādicādū:ſi vero nō fuerit ſatu
rati murmurabūt. Itē in cātico virginis Marię.Luc.j.Eſuriē-
I tes ipleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. ¶ Dicit ergo, ꝙ
Iudæi priꝰ repleti mēdicauerūt panes carnales, & priuati ſūt
panibus ſpūalibꝰ:ſed gētiles famelici ſaturati ſunt: donec ꝓ
quia, ſiue ꝓ poſtq̄ i.poſtq̄ aut qa gētilitas quōdā ſterilis pe-
perit p'limos filios Chriſto, per reḡnationē baptiſmalē. Et ſy
nagoga q̄ multos habebat filios.ſ.patriarchas, & ꝓphetas
& fideles:nūc poſtq̄ negauit Chriſtū infirmata, & orbata ē:
quia nullū filiū generat deo:ſed carni tantū. Eccl'ia aūt Xp̄i
iugiter generat filios Chriſto p baptiſmū. Et iō ſucceſſit ſy-
nagogę in hęreditatē, & bonis ſpūalibꝰ. De qua Eſaię.liiij.
Lętare ſterilis q̄ nō pturis:qa multi filij deſertę magis q̄ eiꝰ,
q̄ habet virū &c. Et ſic ſynagoga mortificata fuit in partu:
& eccl'ia viuificata:ideo ſubdit. dn̄s mortificat ſynagogam
cū filijs ſuis:ſed viuificat gētilitatē ad vitā gr̄ę in p̄nti, & gl'ię
in futuro:& dn̄s deducit Iudęos ad inferos:quia cōdemnat
eos ad poenā ęternā:ſed gētiles q erāt in ptāte diaboli redu
cit de inferno, & morte ad vitam: & etiam dominus dedu-
cit Iudęos ad inferos poſt publicationē euāgelij:ſed reduxit
de inferno oēs fideles ve.te. vn̄ reduxit illos qui expectarūt
ſuū aduētū:ſed deducit iſtos q ip̄ꝫ nō receperūt. Itē dn̄s Ieſus
Xp̄s facit pauperē pp'ſ Iudaicū, auferēdo ip̄i regnū, & bona
gr̄ę:ſed ditat pp'lm gētilē, & eccl'iaꝫ ſuā cōferēdo bona gr̄ę,
& gl'ię:& hūiliat pp'lm Iudaicū in captiuitatē tpalē, & ſpūa-
lem ſubijciēdo:ſed ſubleuat pp'lm gētilē legē libertatis cōfe
rēdo, & a pc̄tō liberādo:quia abſtulit ab illo:& dedit ip̄m gē
ti facienti fructū. Iudęi aūt qui ante erāt filij regni:poſtea pri-
uati, & abdicati miſſi ſunt in tenebras exteriores. Mat.xxij.
Et ſic Iudęi fuerūt mortificati & hūiliati. Gētiles aūt viuifi-
cati, & exaltati, & ſubleuati. Itē dn̄s Ieſus Chriſtus nō ſolum
trāſtulit bona ſpūalia gr̄æ a ſynagoga in eccleſiā:ſed etiā re-
gnum & ſedē ſacerdotalē:quia de cōuerſis ex pp'lo gētili fe-
cit ſacerdotes in eccl'ia & iudices habentes ſpūalem iuriſdi-
ctionem, & fecit reges habentes ſæcularē ptātē. Et nō ſoluꝫ
trāſtulit a ſynagoga bona gr̄ę in eccl'iam:ſed etiā bona gl'ię
Vn̄ ſubdit ꝙ dn̄s Ieſus Chriſtus in ſuo aduētu ſuſcitat pp'lm
gētilem de puluere idololatrię, & eleuat ip̄m pp'lm gentileꝫ
pauperē de ſtercore, & ſpurcitia idolorum cōferēdo ipſi re-
gnum & ſacerdotiū:vt ſedeat in eccl'ia cū pricipibꝰ:qa p̄lati
eccl'ię tenēt locū ap'loꝝ q fuerūt pricipes eccl'ię. Et ſic p̄lati
cōuerſi de pp'lo gētili ſedēt in eccl'ia in ſede ap'loꝝ tanq̄ ſuc
ceſſores:& nō ſolū Chriſtus ſubleuauit iſtū pauperē, & ſub-
limauit:vt ſedeat in hac eccl'ia militāti:ſed etiā vt teneat ſo-
lium glorię in eccleſia triumphanti poſt hanc vitam. Et ſic
populus gentilis non ſolum ſucceſſit in bonis gratiæ:ſed etiā
in bonis glorię. Deinde cum dicit,

Domini enim ſunt cardines terræ:& poſuit ſu=
per eos orbem.

Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit:& impii in
tenebris conticeſcēt:quia non in fortitudine ſua
roborabitur vir.

Dominum formidabunt aduerſarii eius:& ſup
ipſos in cęlis tonabit.

Dn̄s iudicabit fines terræ:& dabit imperium re
gi ſuo:& ſublimabit cornu Chriſti ſui.

¶ Confirmat oīa ſupradicta. Nā dictū eſt ꝙ dn̄s Ieſus Xp̄s
confregit arcum fortiū, & accinxit infirmos robore, & ſatura
uit famelicos, & priuauit repletos bonis ſpūalibꝰ, & multi-
plicauit gentilitatē ſterilē, & minorauit, & infirmauit Iudaꝫ
ſynagogā, & orbauit eā filijs:& ꝙ dn̄s mortificauit, & hūilia
uit ſynagogā:& viuificauit, & ſublimauit gentilitatē. Et di-
ctū eſt etiā ꝙ dn̄s Ieſus Chriſtꝰ ſublimauit pp'lm gētilē in re-
gnum & ſacerdotiū in eccl'ia:qa ex pp'lo gētili fecit docto-
res, & martyres, & p̄latos, & ſanctos, & ſublimes viros in ſciē
tia, & vita, & doctrina: Hic aūt cōfirmādo ſupradicta oſdit
ꝙ Chriſtus hoc nō fecit ex meritis p̄cedentibꝰ illius pp'li ſed
de ſūma mia & bonitate, q voluit eos eligere:& qa voluerūt
Chriſto obedire. iō ap'li, & gentiles qui venerūt ad fidē non
ſunt exaltati ex ꝓpria fortitudine:nec ex ꝓprijs meritis:ſed
ex ſola dei mia, & oīpotētia. iō ſubdit:ꝙ dn̄s Ieſus Chriſtus
eleuauit illū pp'lm de ſtercore idolorū, & eleuauit pauperes
coetum ap'loꝝ de puluere ignorātię, & ſublimauit eccleſiaꝫ
de pauperibꝰ cōgregatam, in ſedē poteſtatis ſacerdotalis &
gr̄ę, & gl'ię:qa cardines terrę ſunt dn̄i.i.quia Ieſꝰ eſt dn̄s car-
dinū terrę:& poſuit ſup eos orbē. Et loq̄r hic metaphorice.
q.d. ſicut dn̄s in principio creauit cardines mūdi.ſ.polū arcti
cum:& antarcticū:& conſtituit orbem ſup eos:quia totus or
bis vertitur ſuper iſtos duos cardines:ita pariter dn̄s nr̄ Ieſus
Xp̄s cōſtituit ap'los & p̄latos tanq̄ cardines, & poſuit orbem
eccl'ię ſup eos. Nā tota eccl'ia vertit̄, & gubernat̄, & regit̄ ſup
p̄latos, & doctores, & ſacerdotes, tanq̄ cęlum ſup cardines,
& ſup cardinū polos:& ſicut ianua vertit̄ & cōſeruat̄:ſic ſan-
cti, & p̄lati, & ſacerdotes dn̄r cardines terrę:ſup quos Chri-
ſtus fundauit, & poſuit orbē eccl'ię. dicit ergo ꝙ ap'li, & p̄la-
ti, & ſacerdotes, & ſancti viri ſunt cardines terrę.i. eccl'ia dn̄i
quia dn̄s poſuit ſup eos orbē terrę ad gubernandū & regen-
duꝫ nec tamē ipſi p̄lati poſſunt regere & gubernare eccl'iaꝫ
ex ſuis ꝓprijs viribꝰ:ſed ex ſolo auxilio Chriſti. ideo ſubdit:
ꝙ dn̄s Ieſus Chriſtus ſeruabit & diriget pedes ſāctoꝝ, & p̄-
latoꝝ, & ſacerdotū, & ſuoꝝ fideliū in regēdo ſeipſos & eccle
ſiam, & dabit eos, & linguā & ſapientiā ad loquēdū ante re
ges & p̄ſides:& ad cōfundendū Iudęos, & reges, & tyrānos.
Impij aūt iudęi q Chriſtū noluerūt recipere:nec eiꝰ doctrinā
euangelicā, cōticeſcent in tenebris ignorantię occæcati. hoc
aūt fuit impletū Actuū.iij. Naꝫ Petrus homo piſcator, & ſim
plex fecit tacere oēs ſcribas & Phariſæos:& per ſacras ſcri
pturas ꝓbauit eis Chriſtū eſſe Meſſiaꝫ in lege ꝓmiſſum. Vn̄
pricipes ſacerdotū, & ſcribę, & phariſæi abierunt cōfuſi tan
q̄ cęci, & tenebroſi. Item quādo Stephanus diſputauit cum
eis non poterant reſiſtere ſapiētię, & ſpiritui qui loquebatur
& hoc accidit Iudęis:quia cōfidētes in ſua ſciētia noluerunt
recipere doctrinam euāgelicā. ideo ſubdit:quia nō in fortitu

dine ſua roborabiť vir.ſed apl̃i q ꝓceſſerũt ad bellũ armati
armis Chriſti euãgelicis:iõ cõfuderũt Iudęos & tyrãnos:qa
Xp̃s ſeruauit & direxit pedes eoꝝ. Et ideo ſubdit.ꝙ dñs Ie-
ſum Chriſtũ formidabãt oẽs aduerſarij eiꝰ:tã Iudęi q̃ reges,
& principes,& tyrãni:& ſup ip̃os in cęlis tonabit:qa ſonꝰ,&
tonitruus legis euãgelicę tonuit ſup oẽs ppl̃os mũdi cũ ſignis
& ꝓdigijs. Et ſic incubuit timor ſup eos:intantũ ꝙ totus po
pulus gentilis ſe ſubiecit iugo Chriſti. Ideo ſubdit: Dñs Ieſus
Chriſtus iudicabit fines terrę:qa dñs pr̃ dabit iperiũ Chriſto
K regi filio ſuo:& exaltabit cornu i regnũ Xp̃i filij ſui. ¶ Vnde
eſt aduertẽdũ,ꝙ Chriſtꝰ in primo aduẽtu iudicauit mundũ
iudicio diſcretionis,& deꝰ pr̃ dedit ipſi iperiũ,& poteſtatẽ in
cælo,& in terra in die aſcenſionis:& exaltauit cornu eius,cũ
fecit ipſum a dextris ſuis ſedere. Sed tale dominiũ & iperiũ
magis erit manifeſtũ in ſcd̃o aduẽtu:qñ veniet Chriſtus in
ptãte magna,& maieſtate:& tũc iudicabit oẽs gẽtes & nati-
ones,& cognoſcẽt,& videbũt Iudęi quẽ pupugerũt,& cru-
cifixerũt:& cognoſcẽt tyrãni quẽ pſecuti fuerũt:& indifferen
ter oẽs cognoſcẽt,& manifeſte videbunt Chriſtum eſſe verũ
deum,& redẽptorẽ,& Meſſiã in lege ꝓmiſſum:& qualiter
deus pater dedit ipſi Iperiũ vl̃e:& qualiter exaltabit regnũ
ſuum in cælo,& in terra,& in inferno. ¶ Ex ſupradictis patꝫ
etiam,ꝙ iſta mulier ꝓphetiſſa duplicẽ ſpiritum ꝓpheticum
habuit in hoc cantico:de quo dictum eſt in prologo,tracta
tu.ij.&.iij. Sed cæci Iudæi hoc nequeunt attingere.ideo ma
nent in ſolo ſenſu materiali.

CAntemus dño. Hoc cãticũ cãtat eccl̃ia in laudibꝰ
ferię quintę.qđ quidẽ cãticũ cãtauit Moyſes cum
toto ppl̃o,poſtq̃ illæſus trãſierat inter aquas ma-
ris rubri:& Pharao cũ ſuo exercitu fuerat ſubmer-
ſus:vt patet Exo.xv. In quo agit gratias de mirabili libera-
tione ſua,& de victoria habita de Pharaone,& exercitu eiꝰ.
In quo duo facit. Prio eñ agit grãs narrãdo liberationẽ ſuã
de mari rubro,& ſubmerſionẽ Pharaonis,& exercitus eius.
Scd̃o p̃dicit futuras victorias,quas ille popl̃s habuit poſtea
de Philiſtęis,& Moabitis,& Chananeis in ingreſſu terrę ꝓ-
miſſę,& p̃dicit poſſeſſionẽ illiꝰ terrę,& ædificationẽ tẽpli fu
turã.ibi. Dux fuiſti in mia &c. Qđ quidẽ cãticũ eſt ita clarum
in narratione victoriarũ ad lr̃am:ꝙ nõ indiget expoſitione
volẽti legere q̃ ſcripta ſunt Exo.xiiij.& per totũ librũ Nume
roꝝ,& Ioſue,& in libris Reg. quia oĩa q̃ hic p̃dicunť fuerunt
impleta in illo ppl̃o. Et iõ licet Moyſes nõ videať ꝓpheta i
pria parte huiꝰ cãtici. Inquãtũ narrat geſta p̃terita.ſ. liberatio
nem factam,& victoriã habitã:tñ nõ põt negari quin ſit ꝓ-
pheta in ſcd̃a parte,inquãtũ p̃dicit victorias futuras de Moa
bitis,& Philiſteis,& Chananeis. Videť tñ dubium:an in tali
ꝓphetia habuerit duplicẽ ſpm̃ ꝓphetię:puta ſi p futuras &
etiã p̃ntes victorias p̃uidit futura myſteria de Chriſto & ec-
cleſia. Vñ dictũ eſt in ꝓlo.lib.pſalmoꝝ:quaſi ꝓphetę non
eodẽ mõ:nec ſcd̃m eundẽ gradũ habuerũt lumẽ,ſiue ſpiritũ
ꝓpheticũ Nã quidã eoꝝ habuerũt ſpm̃ ſimplicẽ tãtũ.& q-
dã habuerũt duplicẽ ſpm̃ ꝓphetię. Vnde illi habuerũt ſim-
plicẽ ſpm̃,q tantũ p̃uiderũt futura myſteria in illo ppl̃o:ſi-
cut Ntahã ex reuelatione p̃uidit regnũ Salomonis & tẽplũ
ędificãdũ p ipm̃. Sed de eodẽ myſterio Dauid habuit dupli
cẽ ſpm̃ ꝓpheticũ. Nã p illã ꝓmiſſionẽ in ſpũ nõ ſolũ p̃uidit
ſucceſſionẽ regni ſui vſqꝫ ad captiuitatẽ Babylonis:ſed etiã
p̃uidit regnũ ſuũ ꝑpetuãdũ p Chriſtũ in ęternũ in filijs ꝓmiſ
ſionis. Item Eſa.p̃uidit in ſpũ ꝓphetico captiuitatẽ Baby-
lonis p Chaldęos,& p̃uidit liberationẽ futurã p Cyrũ regẽ
Perſarũ:ſed p illã p̃uidit vltra redẽptionẽ generis humani
futurã p Chriſtũ. Et iõ vtrãqꝫ liberationẽ p̃dicit Eſa.xlv.vt
patꝫ ibidẽ. Ex quo patꝫ ꝙ Eſa.duplicẽ ſpm̃ habuit in illo ca.&
in cęteris. Item filij ꝓphetarũ,& p̃res eoꝝ p̃uiderũt Heliã
eſſe tollendũ cũ dixerũt Heliſeo. Nũquid noſti:qa dñs tol-
let hodie dñm tuũ a te.iiij. Reg.ij. ſed in hoc tantũ habuerũt
ſimplicẽ ſpm̃.& forſan tantũ ſimplicẽ habuit de illo myſte-
rio Heliſeus:cũ r̃ndit. Ego noui,ſilete. Sed forſan ꝓptũc He-
liſeus nõ habebat duplicẽ ſpm̃ de illo raptu:quia tãtũ p̃no
uerat Heliã illa die fore rapiẽdũ:ſed nõ p̃nouerat illũ raptũ
fore figurã aſcẽſionis Chriſti &c. Et iõ Heliſeus dixit Helię.
Obſecro vt fiat in me duplex ſpiritꝰ tuus.i.vt p̃uideã qđ figu
ret iſte raptus tuꝰ:& quid erit poſtea de te. Cui r̃ndit Helias.
Rem difficilẽ poſtulaſti &c. Et tũc in aſcenſu Helię factꝰ ẽ
duplex ſpũs ſup Heliſeũ:quia p illũ raptũ Helię p̃uidit i ſpũ
qualiter Chriſtꝰ poſt paſſionẽ,& reſurrectionẽ erat aſcenſurꝰ
in cęlũ:& qualiter Helias debebat p̃uenire Chriſtũ in ſcd̃o
aduentu ad p̃dicandũ cõtra Antichriſtũ,& fortificãdũ ppl̃ꝫ
chriſtianũ in fide Chriſti. Ex quibꝰ patꝫ:ꝙ ſpũs ꝓpheticꝰ du-
plex dicebať ille p quẽ ꝓphete interp̃tabanť & p̃uidebãt fu
tura myſteria de Chriſto & eccl̃ia p cõtingentia q̃ accidebãt
in ve.te.ſiue eſſent eis p̃ntia ſiue futura. Lumẽ aũt ſiue ſpũs
ſimplex erat ille qui tantũ ſe extẽdebat ad futura myſteria
ve.te.& vltra tranſibat cognitionẽ ꝓphetę. Sed lumen ſiue
ſpũs duplex ꝓpheticꝰ p myſteria ve.te.ducebat intellectum
ꝓphetę i p̃cognitionẽ myſterioꝝ no.te.de Chriſto & eccl̃ia.
& talem duplicẽ ſpm̃ habuit Dauid & oẽs.iiij.ꝓphetę maio-
res,&.xij.minores:quia ſemp inter geſta futura in illo ppl̃o
p̃dicebãt aliqua myſteria de Chriſto,& eccl̃ia figurata i ge
ſtis ve.te.vt patꝫ in Eſa.& Hiere.& iõ eſt q̃rendũ,an Moyſes
in hoc cãtico,& in cęteris habuit duplicẽ ſpũ poſtq̃ ſumꝰ cer
ti de vno ſpũ:puta ſi p liberationẽ Iſrael de Aegypto p̃uidit
i ſpũ liberationẽ gn̄is hũani futurã p Chriſtũ? ¶ Ad qđ reſpõ
deť,ſicut dictũ eſt in ꝓlogo pſal.ꝙ nil eſt ſcriptũ,nec geſtũ L
in ve.te.p̃ciſe gr̃a ſui:ſed inquãtũ figurabat aliqđ myſteriũ
de Chriſto,qui erat finis totiꝰ legis.qa oĩa cõtingebãt illis in
figura.j.Corin.x. Et ideo dicit Amb.ꝙ ille rubꝰ vbi erat deꝰ,
de quo deꝰ vocauit Moyſen:qui ardebat,& nõ cõburebať:
figurabat cõmerciũ incarnationis admirabile:& figurabat
virginitatẽ Marię. Et illa virga cõuerſa in colubrũ:& econ
uerſo cũ qua Moyſes fecit miracula:figurabat verbũ incar
natũ & hũanatũ:in qua hũanitate filiꝰ dei liberauit mũdũ.
Itẽ illa miſſio Moyſi ad liberandũ,& educẽdũ ppl̃m Iſrael
de captiuitate Aegypti:figurabat qualr̃ deꝰ pr̃ erat miſſurꝰ
filiũ in carnẽ,& debebat educere fideles ve.te.de libo infer
ni,& de captiuitate diaboli,& introducere eos ſecũ in terrã
viuẽtiũ.i.in cęleſtẽ patriã. Itẽ p trãſitũ maris rubri figurabať
q̃liter Xp̃s nos debebat trãſferre p aq̃s baptiſmales. vnde ſi
cut aq̃ maris rubri p̃buerũt iter,& viã hebręis ad alterũ litꝰ
ſalutis,& ſaluauerũt hebręos,& ſubmerſerũt Aegyptios:ita
aq̃ baptiſmales mũdãt,& liberãt hoĩes a pctõ & ducũt ad ſta
tũ grę i p̃nti,& glię in futuro:ſꝫ ſuffocãt & extinguũt p̃ctm̃. Et
ſic ppl̃s gẽtilis p baptiſmũ liberatꝰ,& deductꝰ ẽ de captiuita
te diaboli ad libertatẽ grę.& igreſſꝰ terrę ꝓmiſſiõis,& ſubie
ctio eiuſdẽ:& victoria hita de Chananeis,& Philiſteis figu
rabat q̃liter apl̃i debebãt igredi,& ſupare ppl̃ꝫ gẽtilẽ,& ſub
ijcere eũ iugo fidei Xp̃i,& quõ eccl̃ia erat ędificãda,& mul
tiplicãda i ppl̃o gẽtili &c. Et ad hũc ſenſũ leguntť libri Moyſi
in eccl̃ia in officio canonico.ſ. ꝓut i eis cõtineť figura,& my
ſteriũ figuratiuũ nr̃ę redẽptionis,& liberationis factę p Chri
ſtũ. Et ſic nõ leguntť illi libri gr̃a ſui:ſed ꝓut tota principalis
itelligẽtia ordinať i Chriſtũ. Et ſic veriſi'e videť ꝙ Moyſes
qui fuit ductor illiꝰ ppl̃i in pſona Chriſti,p̃uiderit in ſpũ my
ſteriũ incarnatiõis,& nr̃ę redẽptionis,& eccleſię ampliatio
nis p illa geſta:& ſigna q̃ fecit in ægypto,& in tranſitu ma-
ris rubri,& in ꝓgreſſu deſerti,& p acq̃ſitionẽ terrę Chanaã,
& ſubiectionẽ illoꝝ ppl̃oꝝ. Et ſic ẽ dicẽdũ ꝙ Moyſes nõ fe-
cit p̃ciſe hoc cãticũ ꝓ illa liberatione tẽporali:nec ꝓ illa pu-
nitione Pharaonis:ſed prio & principaliter intẽdit cãtare,&
gratias agere de vr̃a redẽptione futura per Chriſtũ:& triũ
pho quẽ Chriſtꝰ habiturꝰ erat de diabolo,ꝓut Moyſes p̃ui-
dit in duplici lumine,& ſpũ ꝓphetico cõſiderãdo illã tẽpo-
ralẽ liberationẽ Iſraelis de ægypto,& de mari rubro:quod
quidem lumen aut ſpũs Moyſi:licet non eſſet ita clarus &

diſtinctꝰ ſicut lumē Dauid:vt dictū eſt in ꝓlogo:tñ nō tollit̃ qn dicat̃ ſpūs duplex:poſtq̄ ducebat itellectū Moyſi in ꝑco= gnitionē Chriſti & noſtrę redēptionis p illa myſteria tūc ge ſta:licet nō viderit ita clare & diſtincte ſicut Dauid:eo ꝙ in illo lumie & ſpū ꝓphetico ſūt multi gradꝰ:vt dictū ē.Et ideo totū hoc cāticū eſt exponēdū,nō ſcđm vnicū ſolū ſpm̄ ꝓphe tię de geſtis in illo pplō:ſed ſcđm duplicē ſpm̄ de vtr̄ libera= tione,& redēptiōe facta p Chriſtū:quā ꝑuidit Moyſes p illā

M liberationē tpalē particularē. ¶ Scđo eſt notādū ſcđm aplm̄ Iudā in canonica ſua:vt dictū eſt in ꝓlogo ꝙ Ieſus Chriſtus eduxit pplm̄ Iſrael de captiuitate Aegypti. Vñ dicit Hiero. in ſermone de aſſumptione Virginis,ꝙ idē Ieſus q poſt in= carnationē operatꝰ eſt nr̃am redēptionē:añ incarnationem operatus eſt illa miracula in ve.te.Et ſic eſt dicēdō ꝙ in ve. te.Ieſus operabat̃ in figura:ſed poſt incarnationē opatꝰ eſt nr̃am redēptionē in re.Iō eſt dicēdū:ꝙ Ieſus primo expolia uit ægyptū,& liberauit Iſrael de captiuitate:quę expoliatio & liberatio licet fuerit realiter facta reſpectu illorum:tñ fuit figura futurę expoliationis inferni,& liberatiōis,& redēptio nis nr̄ę ſpūalis.Et ideo Ieſus ſicut tūc expoliauit Aegyptum in figura:ita poſtea expoliauit limbū,& liberauit genus hu manū.& iō Moyſes nō ſolū cātauit hoc cāticū ꝓpter illā tē= poralē liberationē:ſed etiā ꝓpter futurā ſpūalē:quā ꝑuidit in illo duplici ſpū:vt dictō eſt.Sed eccleſia hodie pfectiꝰ cā= tat iſtud cāticū pricipaliter ꝓpter ſpūalē redēptionē,& libe= rationē p Chriſtū factā.Dicit ergo ecclia:poſtq̄ patres ve.te. cātarūt hoc cāticū in memoriā illꝰ tpalis liberatiōis,& in fi= gurā nr̄ę redēptionis:cātemꝰ nos iā nūc ipſi agendo gratias de noſtra redēptione iam facta &c.Vnde

CAntemus domino Glorioſe enim ma= gnificatus eſt:equum & aſcenſorē deie= cit in mare.

¶ Cātemꝰ dño nr̄o Ieſu Chriſto.eñ ꝓ qa:qa glorioſe i.triū phaliter magnificatꝰ eſt:nō ſolū tūc ægyptū:ſed etiā poſtea infernū expoliādo,& fideles ve.teſt.inde liberādo.Itē equū & aſcēſorē.i.Pharaonē,& equū eiꝰ ꝓiecit in mare.Et ponit̃ ſingulare ꝓ plurali.i.equos Pharaonis cū militibꝰ ſubmerſit in mari.q.d.ꝙ dñs Ieſus ſicut tūc ſubmerſit in mari equos & milites & totū exercitū Pharaonis:ita poſtea ſubmerſit dia= bolū,& pplm̄ infidelē ſup quē ſedebat,& dñabat̃ diabolus.

N ¶ Ad cuius intellectū eſt notandū:ꝙ totus populus gētilis dicebatur equꝰ diaboli.Nam ſicut miles ſedēs ſup equū cum freno dñat̃ equo,& regit,& vertit ipm̄ ad libitū ad oēm par tem:ita pariter diabolus intantū dñabatur pplō gētili:ꝙ cō citabat ipm̄ ad oēs ignominiā,& ritꝰ nefandos,& ad oēs de teſtabilem ſuperſtitiones ad oia ſcelera:vt ait Apoſtolus ad Ro.j.& Euſebius in fine quinti de ꝑparatione euāgelica:& Augu.per totū.viij.ix.&.x.de ci.dei.Itē ois peccator obſtina tus dicitur equus diaboli:eo ꝙ cū freno pcti tenet diabolus peccatorē ligatū vertens ipſum ad oē ſcelus.Vñ p frenū ſup= bię mouet hoiem ad inuidiam,& homicidiū &c.& p auari= tiā mouet hoiem ad vſuram,& rapinā,& furtū:& per luxu= riā tanq̄ per frenū,& chamū ducit hoies ad adulteriū,& ſtu prum,& fornicationē:& ad ſortilegia,& maleficia &c.Et ſic ois peccator obſtinatus dr̃ equus diaboli. Sed maxime ſe= det hodie diabolus ſup pplm̄ Iudaicū poſtq̄ nō recepit Chri ſtū:& ſic impellit diabolus ipm̄ ad grauiora:vt dictū eſt pſal mo.xiij.& ideo dicit Moyſes in perſona eccleſię:ꝙ ſicut tūc dñs Ieſus ꝓiecit equū,& aſcēſores in mare:ita in ſuo aduētu ꝓiecit diabolū,& equū eiꝰ.i.gentilem ſuperſtitionem,& ꝑ= fidiam Iudaicā ſupra quā diabolus ſedebat poſtq̄ nō recepit Chriſtū:hos omnes infideles,& peccatores cū diabolo aſcē= dente ſuper eos Ieſus ꝓiecit in mare rubrū.i.igneū,& infer= nale.ideo pro tali victoria cantemus domino.Item cante= mus domino Ieſu Chriſto:quia

Fortitudo mea & laus mea dominus:& factus



eſt mihi in ſalutem.

¶ Ad cuius intelligentiā eſt notādū:ꝙ tria bñficia recepit iſ le ppl̄s a deo poſt trāſitū maris rubri.Nā primo recepit for= titudinē cōtra inimicos,& vicit Amalechitas,& Moabitas, & Chananeos.Scđo accepit religionē,& legē,& modū colē di,& laudādi deū.Tertio recepit terrā ꝓmiſſionis ad ſalutē, & quietē eoꝝ.Sed multo amplius,& pfectiꝰ recepit iſta tria populus chriſtianꝰ a Chriſto.Prio accepit dona ſpūs ſancti, per q̄ ſubiecit ſibi totū orbem.Scđo accepit legē euāgelicā:q̄ docet verū cultū ad laudādū deū.Tertio accepit ſeptē eccle ſiaſtica ſacramēta ad ſalutē aię,p quę viuit in hac ecclia per grām,& in ſupna ęternaliter p glīam.De prio ergo dicit,qa fortitudo mea.De ſcđo aūt,qa laus mea.De tertio vero:qa factus eſt dñs mihi in ſalutē.Et ſic ecclia in gnāli enumerat quinq; beneficia recepta,pro quibꝰ tenet̃ cātare hoc cāticū. Prio ꝓ beneficio liberationis de limbo.Scđo pro bñficio re= dēptionis.Tertio ꝓ bñficio ſubiectionis gentiliū.Quarto ꝓ beneficio legis euāgelicę.Quinto ꝓ bñficio ſacramētoꝝ,ſi ue ſalutis ſacramentorum.Deinde cum dicit: O

Iſte deus meus & glorificabo eum:deus patris mei & exaltabo eum.

Dominus quaſi vir pugnator:omnipotens no= men eius:currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare.

Electi principes eius ſubmerſi ſunt in mari ru= bro:abyſſi operuerunt eos:deſcēderunt in pro= fundum quaſi lapis.

¶ Explicat oia ſupradicta in ſpeciali.Et prio explicat mi= racula facta in exitu Aegypti,& in trāſitu maris rubri:q̄ fue= runt figura expoliationis inferni,& nr̄ę redemptionis.Scđo explicat miracula,& victorias quę fecit deꝰ in illo ppl̄o poſt trāſitū maris rubri,quę fuerūt figura eoꝝ q̄ fecit Chriſtꝰ poſt ſuā paſſionē:ibi.Dux fuiſti in mīa. ¶ Quātō ad primū dicit ecclia.Bñ debemꝰ cātare dño.Nam iſte eſt deꝰ meꝰ:& ideo glorificabo eū in oibus:& iſte Ieſus eſt deꝰ pr̄is mei Abrahę & Iſaac,& Iacob ꝓmiſſus:& iō exaltabo eū in meis laudibꝰ Itē iſte Ieſus ſemp fuit quaſi vir pugnator ꝓ me.Nam nomē eius oīps qđ eſt Ieſus,ꝓiecit currus Pharaonis:& exercitum eius in mare.Vñ notāter dr̃,dñs quaſi vir pugnator:ad de= notādū,ꝙ deꝰ in forma viri,& hois erat in mūdū venturꝰ &c.

¶ Notāter etiā oipotēs nomē eiꝰ.Nā Ieſus quod eſt nomen dei:eſt nomē oīpotētię,& ſummę ſapiētię,& iuſtitię & mīę: in cuius virtute,& ad cuius inuocationē,Moyſes fecit oia mi racula.Et ideo dicit ꝙ nomē dei eſt omnipotēs,qđ eſt Ieſꝰ: P qa ꝓiecit prio currus Pharaonis,& exercitum eius in mare, & hoc in vete.teſta.ſed poſtea in no.teſta.idem nomen dei Ieſus,qui eſt filius,& nomen dei ſicut dictū eſt pſalmo octa uo.idem nomē dei proiecit currus Pharaonis.i.diaboli:ſcili= cet pfidiā Iudæoꝝ,& ſuperſtitionem gētiliū ꝓiecit in mare inferni.Nam ſicut infideles dicuntur equi diaboli:ita etiam dicunt̃ currus in quibꝰ fertur & equitat diabolus. Item pfi= dia,& obſtinatio,& falſa doctrina iudęoꝝ dicūtur currus:in quibus diabolus ducit Iudæos ad mare,ſiue per mare dam nationis:ita pariter idololatria,& diuinationes,& artes ma gicę,& cęterę deteſtabiles ſupſtitiōes,& ritus nefandi erant equi,& currus diaboli:in quibus ducebat diabolus gentiles per mare huius mūdi.ſed hos currus,& hos equos Chriſtus demerſit in inferno ſimul cū diabolo auriga & aſcēſore eoꝝ.

¶ Item ſicut electi pricipes Pharaonis ſubmerſi ſunt in ma ri rubro:ita reges,& principes gentilium,& principes ſacer dotum qui Chriſtum crucifixerūt,ſubmerſi ſunt in mari ru= bro,& igneo inferni,& abyſſi inferni operuerunt eos,& de= ſcenderunt in profundū inferni quaſi lapis ex pondere ſuo= rum peccatorum. ¶ Item ipſe idem Ieſus ſubmerſit & liga=

uit & detruſit ipm diabolum cum principibus ſuis in profũdo inferni:& expoliauit limbum & eduxit ſanctos patres. Vnde eccl'ia ad dñm conuerſa dicit.

Dextera tua domine magnificata eſt in fortitudine: dextera tua domine percuſſit inimicũ: & in multitudine glorię tuę depoſuiſti aduerſarios meos.

Miſiſti iram tuam quę deuorauit eos ſicut ſtipulam:& in ſpiritu furoris tui congregatę ſunt aquę.

Stetit vnda fluens:cõgregatę ſunt abyſſi in medio mari.

¶ Dñe pater dextera tua.i. Ieſus Chriſt' magnificata eſt in fortitudine illi' victorię in expoliando Aegyptũ & infernũ: qa iſta dextera tua percuſſit tunc inimicum Pharaonem:& poſtea diabolũ:& in multitudie victorię tuæ depoſuiſti diabolos aduerſarios meos. Item ſicut tunc miſiſti iram tuam quę deuorauit Aegyptios ſicut ignis deuorat & cõburit ſtipulã:& ſicut in ſpũ & vẽto furoris tui congregatę ſunt aquę ad duas partes:& vnda fluẽs & fluxibilis ſtetit tanq̃ paries: & abyſſi & aquę abyſſales congregatę .i. diuiſæ ſunt in medio mari ad duas partes relinquentes iter medium vt trãſirent filij Iſrael:& poſtea reuerſę ſunt ad locum ſuũ & congregatę ſunt in vnum & cooperuerunt Aegyptios:ita pariter miſiſti iram tuam ſup iudęos & gentiles obſtinatos q̃ deuorauit eos. Nam primo Titus cum exercitu Romanorum deuorauit iudęos:ſed peſtilentię & guerrę deuorauerũt gẽtiles perſecutores Chriſti. Vnde

Dixit inimicus perſequar & comprehendam: diuidam ſpolia:implebitur anima mea.

Euaginabo gladium meum:interficiet eos manus mea.

Flauit ſpũs tuus & operuit eos mare:ſubmerſi ſunt quaſi plũbum in aquis vehementibus.

Quis ſimilis tui in fortibus domine?

Quis ſimilis tui magnificus in ſanctitate: terribilis atq; laudabilis & faciens mirabilia?

Extendiſti manũ tuã:& deuorauit eos terra.

¶ Sicut tunc Pharao inimicus dixit & ꝓpoſuit i corde ſuo: Ego cõp̄hendam iſtuȝ ppl'm & diuidam ſpolia & implebit a'ia.i. deſiderium meum ex bonis iſtorum,& euaginabo gladium &c. Sed ſpũs tuus flauit.i. commouit ventum & op'uit eos mare:& ſubmerſi ſunt Aegyptij quaſi plumbũ in aquis vehementibus & currentibus:ita pariter diabolus diuiſerat ſibi ſpolia totius mundi in quo regnabat per idololatriam. Nam i ęgypto regnabat Serapis:& in Libya Ammon:& in Gręcia Iupiter:& in Italia Saturn':& Romę Mars. Et iſto modo diabol' ſibi diuiſerat ſpolia toti' mũdi:& gladio peccati originalis interfecerat ſimul omnes filios Adam:ſed cũ gladio p̄cti actualis quoſdam occiderat per ſupbiaȝ & quoſdam p luxuriam:& ſic de ſingulis. Sed ſpũs p̄dicatiõis Chriſti flauit ſup mare huius mũdi & ſubmerſit oĩa idola mundi: et eiecit foras diabolum & cõmouit omnia idola:& ſubmerſi ſunt iudęi & gentiles obſtinati in aquis infernalibus quaſi plumbũ. Item diabolus dñabatur toti mundo:& tanq̃ fortis armatus cuſtodiebat atrium ſuũ:ſed venit Ieſus fortior diabolo & flauit ſuo ſpiritu euãgelicę p̄dicationis p vniuerſum orbẽ:& abſtulit arma diaboli.i. oẽs ſupſtitiões & ritus nefandos in quib' diabol' cõfidebat. Et ſic eiecit ipm foras & detruſit ipm in infernum. Primo ergo ſpiritus & poteſtas Chriſti inſufflauit in inferno & confregit portas ęreas & vectes ferreos:& expoliauit infernũ. Sc'do inſufflauit ſup ppl'm iudaicũ & deſtruxit ipm. Tertio ſup idola & ppl'm gentilẽ: & deſtruxit idola & ſubiecit ppl'm gentilem. Et iõ ſubdit. qs ſimilis tui in fortib' o dñe Ieſu Chriſte? quis ſimilis tui magn' in ſc'titate? qa tu es factus etiã principiũ oĩs ſc'titatis. Et ſic es ſc'tũs cum ſc'tis:& terribilis contra diabolum:& mẽbra eius iudęos & gentiles & p̄cõres obſtiatos. Et es laudabilis fact' a bonis:& faciens mirabilia nõ ſolum in puniendo malos: ſed etiam iuſtificando pœnitẽtes. Primo tu extẽdiſti manũ tuã ſup Pharaonẽ. Sc'do ſup iudęos obſtinatos. Tertio ſuper gentiles & dęmones:& deuoraſti eos.

Dux fuiſti in miſericordia tua:populo quem redemiſti.

Et portaſti eum in fortitudine tua:ad habitaculum ſanctum tuum.

Aſcenderunt populi & irati ſunt: dolores obtinuerunt habitatores Philiſtiim.

Tunc conturbati ſunt principes Edom:robuſtos Moab obtinuit tremor: obriguerunt oẽs habitatores Chanaan.

Irruet ſuper eos formido & pauor:in magnitudine brachii tui.

Fiant immobiles quaſi lapis:donec pertranſeat populus tuus dñe:donec pertranſeat populus tuus iſte quem poſſediſti.

Introduces eos & plãtabis i mõte hęreditatis tuę:firmiſſimo habitaculo tuo quod operatus es domine.

Sanctuarium tuum domine:quod firmauerũt manus tuæ.

Dominus regnabit in æternum & vltra.

¶ Hic p̄dicit Moyſes victorias & beneficia q̃ fecit de' poſt tranſitũ maris rubri:prout fuerũt figura bñficiorum q̃ fecit Chriſtus poſt ſuã paſſionem. Nã ſicut tunc Ieſus fuit dux illi' ppl'i & introduxit ipm i terrã ꝓmiſſã:& ſubiecit ipi oẽs habitatores illi' terrę:ita poſt incarnationẽ & paſſionẽ ideȝ Ieſus poſtq̃ eduxit & liberauit ſc'tõs pr̃es de libo fuit dux eorum vſq̃quo introduxit eos in gl'iam cæleſtẽ. Itẽ poſtq̃ liberauit iudęos cõuerſos de iugo legis:& gentiles de idolorum ſeruitute:& omnes peccatores de captiuitate diaboli:introduxit eos in iſtam eccl'iaȝ p gr'am & in futurã p gl'iam. Dicit ergo eccl'ia. O dñe Ieſu Chriſte bene fuiſti fortis & terribilis contra diabolum & membra eius,& magnificus in ſanctitate erga fideles. nam deuorato diabolo cum mẽbris ei': tu ſemper fuiſti dux populo tuo:queȝ tuo ſanguine & m'ia redemiſti:& portaſti ipm ad habitaculum ſc'tm.ſ. in hanc eccl'iam per gr'am & in ſupernam per gl'iaȝ. Aſcenderunt.i. ſicut tũc populi Amalechitarũ aſcenderũt & victi ſũt:vt patet Exo. xvij.& ſicut habitatores Philiſtijm obtinuerunt dolores ex timore. Et ſicut tunc conturbati ſunt principes Edõ:dũ trãſiret Iſrl' p terminos eorũ. Nu.xx.& ſicut tremor obtinuit robuſtos Moab videntes tentoria Iſrael intantum q̃ vocarũt Balaã ad maledicendũ illum ppl'm.& ſicut obriguerunt & obſtupuerunt habitatores Chanaã qui non manſit ſpũs in eis, videntes Iſrl':ita pariter fuit turbatus & obriguit tot' populus gẽtilis & oẽs reges terrę audiẽtes p̄dicationẽ ap'lorũ: & ſigna & miracula q̃ faciebãt. Et ſic omnes fuerũt ſubiecti iugo fidei Chriſti. Et qa in oĩbus his Moyſes loquebat' de futuro non ſolum de victoria illi' populi per futurum ingreſ

ſum terrę ꝓmiſſiōis:ſed loq̄baꝛ de futura victoria Chriſti & apl'oꝝ:& de futura ſubiectiōe ppl'i gētilis:ideo ſubdit. Irruat ſup eos formido & pauor in magnitudine & fortitudine Chriſti brachij tui:& ſup oēs reges & principes ppl'i gentilis.& etiā oēs dęmones fiāt imobiles ſicut lapides ne poſſit nocere fidelib⁹ donec iſte pp'ls quē p grām poſſediſti tranſeat de idololatria & infidelitate ad fidē & legē libertatis & de pctō ad grāʒ p baptiſmū & pniam. Et introduces eos & plantabis in mōte hęreditatis tuæ.ſ.in hac eccl'ia p grām:& in firmiſſimo habitaculo:& tēplo hui⁹ eccl'ię fundato ſupra xij.articulos:& ſupra fūdamētū apl'oꝝ & ꝓphetaꝝ: qd̄ habitaculū tu prio opat⁹ es p Salomonē materialiter in teſtamēto veteri, poſtea ſpūaliter p Chriſtū ſanctuariū hūanitatis:& poſtea ſanctuariū eccl'ię:qd̄ firmauerūt man⁹ tuę hic p grām & in cælo p glīam. In quo ſanctuario cęleſti dn̄s regnabit inæternū [illegible].i.nō ſolū p ſcl'm:ſed p infinita ſcl'a ſcl'oꝝ. Vn̄ in ſanctuario huius eccl'iæ dn̄s Ieſus Chriſtus regnabit inæternū.i.p totum hoc ſeculū hui⁹ mūdi vſq; ad iudiciū.ſed in ſanctuario cęleſti regnabit vltra hoc ſcl'm:immo per ſęcula ſęculorum. Sed vt iungat finem cum pricipio vnde ſumpſit principium:ideo dicit.

**Ingreſſus eſt enim eques Pharao cum curribus & equitibus eius in mare:& reduxit ſuper eos dn̄s aquas maris.**

**Filii autem Iſrael ambulauerunt per ſiccum in medio eius.**

¶ Et exponiꝛ vt ſupra. Ex ſupradictis ptʒ q̄ totū iſtud canticū currit duplici ſpū. q̄a licet ad l'am fuerint realiter & materialiter geſta in illo ppl'o:tn̄ q̄a nō fuerunt geſta p̄ciſe gr̄a ſui:ſed prout figurabāt liberationē & redēptionē futurā per Chriſtū:iō principaliter debet exponi de generali redēptione & liberatione:q̄a ad hūc ſenſuʒ cātat modo eccl'ia cāticū iſtud. iō aduertat lector.vt ſciat adaptare ſingula geſta veteris teſtamenti ſingulis myſterijs noui teſta.

ℭ Adducit quintū myſteriū de diuiſiōe maris rubri: quādo Moyſes percuſſit aquas maris rubri cum virga: & diuiſit & ſcidit mare rubrū in diuiſiōes: & trāſiuit Iſrl̄ illæſ⁹. Sed abyſſus. i. mare dedit vocē ſuā: qn̄ de⁹ intonuit ſup mare inducēs fulmina & grandinē: & reduxit aquas maris ſup Aegyptios. Et ſic doluerunt & ſubmerſi ſunt Pharao & principes ei⁹. p qd̄ ꝑuidit Abacuc totum myſterium baptiſmi. Nam p hoc ꝙ Moyſes percuſſit aquas maris cum virga, pręuidit in ſpū qualiter Chriſt⁹ qui eſt de radice Ieſſe, & radix & virgultuꝫ de terra ſitienti, debebat cum virga humanitatis percutere & tangere aquas & p eius contactū debebat ꝓbere virtutē regeneratiuaꝫ ſqꝫ ad delendum peccatum. Vñ ſicut illę aq̄ maris rubri tactę p virgam Moyſi ꝓbuerūt iter & viā tutā filijs Iſrl̄. vt ſecure tranſirent ad aliud litt⁹: ſed eædē aq̄ in ſe reductę p vētū & tēpeſtatē ſubmerſerunt Aegyptios. Ita pariter aq̄ baptiſmales tactę virtute paſſiōis Chriſti & mūdāt hoiem a pc̄tō: & ꝓbēt viā ad vitā æternā. ſed eędem aq̄ baptiſmales ſubmergunt & extinguūt & fugant diabolum & pc̄tm̄ in hoie. Hoc ergo præuidens Abacuc in ſpū dicit: O dn̄e ſicut tu ſcidiſti & diuiſiſti mare rubrum: & tranſiuit ppl̄s, & montes. i. principes Aegypti viderunt tranſeuntes Hebręos & doluerunt qn̄ abyſſus dedit voceꝫ ſuā. i. qn̄ dn̄s intonuit ſuper mare, & altitudo maris. i. profūditas leuauit manus & fluct⁹: & gurges tranſijt ſuper ægyptios & ſubmerſit eos: ita tu in aduentu tuo ſcindes fluuios terrę. i. aquas baptiſmales, virtuteꝫ eis ꝓbendo: & ipſę aquę præbebunt iter ad gl̄iaꝫ fidelibus. Et tunc mōtes. i. principes dęmonū dolebunt: qa gurges aquarum baptiſmalium tranſibit ſuper eos & ſubmerget & extinguet eos. Et hoc accidet quia abyſſus

aquæ Iordanis dedit vocē ſuā: & altitudo maris leuauit manus ſuas: qñ vox patris intonuit ſuper aquas: dicēs. Hic eſt filius me' dilect' &c. quia tūc aquę receperūt virtutē regñatiuā, ppter vocē pñs & cōtactū carnis xpi: & ppter virtutē ſpūs ſcti apparētis in ſigno columbę: quia tunc altitudo & dignitas baptiſmalis leuauit man', i. poteſtatē & virtutē ſuā. Quidam aūt referunt illud: Nunquid in fluminib' &c. ad diuiſionē maris rubri: & tranſitū filioꝝ Iſrael. Et iſtā partē. ſ. fluuios ſcindes terrę, referūt ad retrogradationē aq̄ Iordanis, & ingreſſum filioꝝ Iſrael in terrā, pmiſſionis &c. ſed iſto mō occultarentur multa pfunda myſteria. Sed quōcunq; ſit, tam trāſit' maris rubri: q̄ ingreſſus terrę pmiſſiōis figurabat myſteriū baptiſmi & liberationē totius gñis hūani a pctō. Et ſic propheta ſemp adducit ſupradicta myſteria in figuram, pe tendo ſaluatorem humanum. Deinde cum ſubdit.

Sol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo: in luce ſagittarum tuarum ibunt in ſplendore fulgurantis haſtæ tuę.

¶ Adducit ſextū myſteriū. vñ legit Ioſue. x. q᷑ vidētes Gabaonitę victorias & virtutes quas dñs fecit p Ioſue & filios Iſrael, cōfœderati ſunt cū eis. Sed videntes quinq; reges illi' terrę: q᷑ Gabaonitę qui erant gentiles, cōfœderati eſſent cū filijs Iſrael: tunc congregati venerunt ſimul cū exercitib' ſuis ad deſtruendos & delendos Gabaonitas. Et ſic caſtrametati ſunt circa Gabaon oppugnātes eam. Sed Gabaonitę miſerunt nuncios ad Ioſue: vt veniret ad auxiliandū & liberādum eos. Tūc aūt Ioſue cū exercitu ſuo venit Galgalis: & irruit ſup quinq; reges: & percuſſit eos plaga magna: & pſecutus eſt eos vſq; ad Azecha & maceda. & tunc dominus miſit ſuper Chananeos lapides grandinis de cælo. Vnde mortui ſunt multo plures lapidib' grandinis q̄ gladio. Tunc ad preces Ioſue ſtetit ſol in medio cæli: & luna ex aduerſo per totam diez nō decūbētes ad occaſum, pbētes lumē filijs Iſrael pliātib', vſquequo diſſiparunt exercitū quinq; regū. quos quinq; reges poſtea Ioſue pcepit ſuffocari & ſuſpendi. Et ſic Gabaonitę fuerunt liberati: & tota terra Chanaan cum regib' ſuis fuit ſubiecta filijs Iſrael &c. Per hoc myſterium præuidit Abacuc in ſpū totam victoriam eccleſię: & ſubiugationē populi gentilis ad fidem Chriſti. Vñ pūidit primo qualiter Chriſt' debebat mittere apoſtolos & diſcipulos p vniuerſuz mundum ad pdicandū euangeliū: & quō vna pars de populo gentili videntes virtutes & ſigna quæ faciebāt apli in virtute nominis Chriſti: debebant cōfœderari cū aplis in eccleſia Chriſti: ſicut Gabaonitæ. Præuidit etiā qualiter reges & principes terræ videntes eccleſiam de populo gentili ad fidem conuerſam, debebant ipām perſequi crudeliter: & multa milia martyrum occidere in ea vſq; ad magnū Conſtantinum. Sed Chriſtus per ſolē figuratus debebat ſtare in medio cæli, & reſpicere eccleſiā figuratā per lunam: & illuſtrare eam contra reges gentiū. Et pūidit etiam qualiter Chriſtus debebat mittere tempeſtates & peſtilentias & terræ motus: & multa alia incōmoda cōtra populū gentilē in vindictam martyꝝ. Sed finaliter eccleſia figurata per Ioſue in lumine & virtute nois Ieſu: qui eſt ſol iuſtitiæ, debebat ſubiugare oēs reges terrę cum toto populo gentili ad fidē Chriſti. Hoc ergo præuidēs Abacuc in ſpū: dicit. O domine, ſicut ſol & luna ſteterunt vnuſquiſq; in habitaculo ſuo tēpore Ioſue non declinando ad occaſum: in cuius lumine Ioſue vicit quinq; reges & diſſipauit exercitum eoꝝ per lapides grandinis miſſos de cælo: & poſtea ſubiugauit totam terrā Chanaan cū regibus ſuis: ita in tuo aduentu ſol qui eſt Chriſtus: & luna quæ eſt eccleſia ſtabunt firmiter in habitaculo ſuo: nec poterūt vinci nec deleri a populo gentili. immo apoſtoli & martyres ibunt in luce ſagittarū tuarū & fulminū euāgelicorum: & in ſplendore tuæ haſtæ & fortitudinis euangelicæ fulgurantis & mittentis radios euangelicos per vniuerſum mundum, illuſtrando apoſtolos: & terrendo gentiles & infideles ſignis & miraculis. & ſic

In fremitu conculcabis terram: & in furore obſtupefacies gentes.

¶ In fremitu & tonitu prædicationis apoſtoloꝝ cōculcabis terram vniuerſam: & in furore tuo. ſ. cū miraculis & punitionibus obſtupefacies & terrebis gentes: & ſic venient & conuertentur ad fidem. Nā Cōſtantinus pcuſſus lepra cognouit virtutē Chriſti per baptiſmum ſanat': & ſic fuit cōuerſus. Ad cuius exēplū pro maiori parte oēs reges & principes Europę fuerunt ad fidem cōuerſi: & Chriſto ſubiugati. Hoc idem factum eſt in partibus aquilonarib' & orientalibus. vt patet p eccleſiaſticam hiſtoriam. Deinde cum dicit,

Egreſſus es in ſalutem populi tui: in ſalutem cū Chriſto tuo.

Percuſſiſti caput de domo impij: denudaſti fundamentum eius vſq; ad caput.

¶ Explicat veritatem ſupradictarum figurarū. Nam ipe dixit: q᷑ in ſupradictis ſex myſterijs prēuidit figuraliter in ſpiritu futurum ſaluatorē mundi: & myſteriū incarnatiōis & generalis redēptionis & conuerſionis populi gentilis: iō nunc applicādo figuratum figuræ explicat veritatē. Vnde ait. O dñe deus, ſicut tunc exiuiſti in ſalutē populi tui p Aſa qui liberauit Hierl'z de manu Zara regis Aethiopū. ij. Para. xiiij. Et liberaſti populū de manu Caſan per Othoniel. Iudicum iij. Et liberaſti illas octo animas per Noe de diluuio: & liberaſti filios Iſrael per Moyſen: & liberaſti Gabaonitas p Ioſue: & ſubiugaſti omnia regna Chanaan &c. Ita ergo realiter tu in medio annoꝝ eris egreſſus in ſalutē & redēptionez generalē & ſpiritualē populi tui fidelis. Et non venies in ſalutem populi tui: & ad ſaluandū populū tuū cum Othoniel: nec cum Gedeon: nec cū Noe: nec cū Moyſe: ſicut quondā feciſti: ſed egreſſus es in ſalutē populi. i. ad ſaluandum populum tuum cum Chriſto tuo Ieſu in lege promiſſo: cui proprie conuenit ſaluare: quia ideo dicit Ieſus. i. ſaluator. q. d. Tunc miſiſti illos ſupradictos ad liberandū illū pplm tpaliter: ſed in plenitudine tēporis mittes filiū tuuz Ieſum Chriſtū ad ſaluandū & redimēdum genus humanū ſpiritualiter de morte æterna & captiuitate diaboli. & loquitur de futuro per verba de præterito propter certitudinem prophetię. Sed qa Chriſtus debellando & conterendo diabolū & membra eius: liberauit genus humanū: ideo ſubdit. Tu Chriſte ſaluator, i tuo aduentu percuſſiſti & contriuiſti caput de domo impij. i. percuſſiſti diabolū: qui eſt caput domus impię & ciuitatis terrenę Babylonis magnæ meretricis: cum qua fornicantur oēs reges terrę: & infideles: & obſtinati peccatores. De iſta ergo domo impij percuſſiſti eius caput. ſ. diabolum: & denudaſti fundamentum eius vſq; ad collum.

¶ Ad cuius intellectū eſt notandū ſcdm Euſebiū. v. & vi. de H
pparatione euāgelica, & ſecundū Augu. per totum octauum & nonum & decimum de ciuitate dei: q᷑ totum fundamentum diaboli quo dominabatur toti mundo erat falſa ſuperſtitio. Nā oēs ſacerdotes idolorum erant dediti magicis artibus: & ſic oēs necromātici, & diuinatores, & horoſcopi: & haruſpices: & hydromātici: & geomantici: & obſeruatores aſtrorum: & menſiū: & dierum. Et ſic cum his falſis artibus: q̄ non continent in ſe niſi mendacium: decipiebant reges & populos. immo ſacerdotes arte humana faciebant quoſdam occultos ſubterraneos meatus: & ibi loquebantur: & per quaſdam fiſtulas & rimulas mittebant vocem vſq; ad concauum idoli aut ſtatuæ: & ſic videbatur populo q᷑ idola loquerentur & darent reſponſa de quęſitis: vt apparet Danielis decio quarto de idolo Beel. Et iſto modo illa idola dabāt falſa & deceptoria reſponſa: & præcipiebant fieri nefanda ſacrificia & ludos ſcenicos & nefandos ritus in populo

gẽtili. Et cũ hoc fundamẽto diabolus adorabaṫ: & dñabatur
in toto mũdo. ſed venit Chriſtus & miſit apl'os ſuos p totum
orbẽ ad p̄dicandã veritatẽ euãgelicã omni creaturę: qui qdẽ
apl'i detexerũt falſitatẽ & deceptionẽ oim ſupſtitionũ falſa-
rum ip̄oꝝ ſacerdotũ. Nã in p̃ntia apl'oꝝ non poterãt idola
dare reſponſa: vt pꜫ in hiſtoria beati Bartholomęi & Mat
thæi. imo idola ruebant & cõminuebanṫ. Et ſic apparebat
deceptio & artificiũ qd ibi latebat ad decipiendos ppl'os. Et
tũc populi viſa manifeſta deceptione idoloꝝ: & viſa verita-
te euangelica: cõuertebanṫ ad chriſtũ. Sed ſuperſtitioſa de-
ceptio magis patuit & fuit manifeſta poſt cõuerſionẽ magni
Conſtãtini per totũ orbẽ. Et iõ oẽs reges terrę qui ante ꝓ-
pter idola perſequebãtur chriſtianos: tunc ꝓpter Chriſtũ de
leuerũt oia idola mũdi. Et ſic illa falſa ſupſtitio quę erat dia
boli ad decipiendũ inuẽta, q̃ per tot tẽpora fuerat cooperta
& occulta: tunc fuit denudata & manifeſta: & ſic diabol⁹ pri
ceps hui⁹ ſæculi eiect⁹ eſt foras. Et hoc ẽ qd intẽdit hic dice-
re ꝓpheta. Vñ ait: O Chriſte, qñ egreſſus es in ſalutẽ populi
tui: tunc percuſſiſti caput diabolicũ de domo impij: & denu-
daſti & detexiſti fundamentũ eius vſq; ad collũ. & loquitur
metaphorice. Nam ſicut mulier qñq; habet multas indiſpo-
ſitiones & impfectiones: ſed cooperit ſe cũ veſtib⁹ & caligis
a planta pedis vſq; ad collũ: quia faciẽ non põt tegere: & ſic
cooperit oẽs defect⁹ occultos: ſed ſi quis denudat & detegit
eam a plãta pedis vſq; ad collũ: tunc videbunṫ oẽs ei⁹ defe-
ctus qui ſub veſte latebant: Ita pariter ẽ dicẽdũ de illa falſa
ſupſtitione: quia erat velata & tecta multis falſis apparẽtijs
ad extra: inquãtũ qñq; fingebãt religionẽ & virtutẽ in appa
rentia: ſed intus latebãt multa nefanda: & abominanda: &
deteſtabilia: vt patet in bacchanalib⁹ Bacchi & in nocturnis
deę Veſtę & Veneris &c. Sed venit Chriſt⁹ & detexit & de-
nudauit iſtã falſam ſupſtitionẽ per oẽs partes vſq; ad collũ &
faciẽ, vbi apparet veritas rei. Bis ergo Chriſtus percuſſit ca
put de domo impij: & denudauit fundamẽtũ ei⁹ vſq; ad col-
lum. Primo qñ deſcẽdit ad infernũ: quę eſt domus diaboli im
pij. Ibi eñ pcuſſit & contriuit & iudicauit eum: & nudauit &
expoliauit limbũ & etiã purgatoriũ: quod eſt fundamentũ
eius. Scdo pcuſſit diabolum, caput impię domus & ciuitatis
terrenę: qñ eiecit ip̄m a ppl'o gẽtili: & nudauit & manifeſta-
uit falſitatẽ ſupſtitiõis. Sed quia diabolus cũ angelis ſuis apo
ſtaticis nõ fuit eiectus de mũdo: nec eijcitur ab hoie niſi per
baptiſmũ & exorciſmũ vbi dicit ipſi: Ergo maledicte diabo
le recognoſce ſententiam tuam: & recede ab hoc famulo dei
&c. Ideo ſubdit propheta in perſona eccleſiæ.

## Maledixiſti ſceptris eius capiti bellatorũ eius: venientibus vt turbo ad diſpergendum me.

¶ O Chriſte tu p babtiſmũ & exorciſmũ maledixiſti diabo
lo capiti oim bellatoꝝ & oim tentationũ & vitiorũ: quę pu-
gnãt cõtra nos. Et maledixiſti ſceptris eius. i. oib⁹ dęmonib⁹
ſubditis ſub ſceptro & dñio eius, veniẽtib⁹ vt turbo vẽtoꝝ &
acies & turba bellatoꝝ ad diſpgẽdũ & diſſipãdũ me. Oia iſta
dicit propheta: quia in baptiſmo & pœnitẽtia nõ ſolũ eijci-
tur diabolus & maledicitur: ſed etiam oia pctã & tentatio-
nes quæ iugiter pugnãt & conantur diſpergere nos. Itẽ Chri
ſt⁹ non ſolũ maledixit diabolũ: ſed etiam ſceptra ei⁹. ſ. oẽs
Iudæos & infideles obſtinatos qui iugiter conantur diſper-
gere & deſtruere eccleſiam. Et ideo ſubdit.

## Exultatio eorum: ſicut eius qui deuorat pauperem in abſcondito.

¶ Exultatio eorum in pugnando cõtra eccl'iam & ppl'm chri
ſtianũ: & ꝯtra quẽlibet iuſtũ eſt ſicut exultatio ei⁹. i. illi⁹ latro
nis qui deuorat aliquẽ pauperẽ in abſcõdito. q. d. ꝙ ſicut la-
tro lætatur & exultat qñ i abſcõdito repit aliquẽ & expoliat
eũ: & ex diuite facit pauperẽ: ita lętatur diabolus tẽtare ho-
minẽ & deducere eũ ad peccandũ, expoliando ip̄m bonis



gr̃ę. Et ita exultauit ppl's infideliũ pſequẽdo & expoliãdo ec-
cleſiã & ppl'm chriſtianũ. & ita lętat⁹ eſt & exultauit diabo-
lus: qñ expoliauit Adã oib⁹ bonis gratuitis: & pcuſſit eũ in
corpe & aia: qñ inobediens diuino præcepto deſcẽdere vo-
luit ab Hierlm in Hiericho & incidit in latrones &c. Et ſic
piter exultauit diabolus: qñ p ſupradictas falſas ſupſtitiones
occupauerat totũ ppl'm gentilẽ. Sed qa Xp̄s miſit apl'os ſu-
os ad debellandum & eijciendũ ip̄m de mũdo: ideo ſubdit.

## Viam feciſti in mari equis tuis: in luto aquarum multarum.

¶ O dñe Ieſu xp̄e, tu feciſti viã equis tuis. ſ. apl'is: q ſunt equi
tui per quos luſtraſti & p̄ambulaſti totũ mũdũ. viã ergo feci
ſti & apuiſti eis in mari hui⁹ mũdi: & in luto aquarũ multarũ
feciſti eis viã vt tranſirent ad debellãdũ diabolũ: & ad aufe-
rẽdũ ipſi p̄dã quã tyrãnice & cũ falſo fundamẽto & ſupſtitiõe
deteſtabili poſſidebat. ¶ Et nota ꝙ ꝓpheta in hoc cantico
cõiter vtitur verbis metaphoricis. & iõ appellat apl'os equos
Chriſti cũ quib⁹ pagrauit mundus: ſicut Eſaias appellat eos
pedes cũ dixit. Q̃ pulchri ſunt pedes euangelizantiũ paces.
Item appellat eos nubes: inquantũ ferebãt & pluebãt plu-
uiam euangelicã. Eſa. lx. Qui ſunt hi qui vt nubes volant &c.
Et iſto modo Abacuc appellat eos equos tranſeũtes maria
& flumina lutoſa hui⁹ mũdi, ad ſubijciẽdas inſulas iugo Xp̄i.
Et hunc modũ ſeruat Eſaias. xi. ca. cũ dicit: ꝙ tunc dñs Ieſus
Chriſt⁹ deſolabit linguam maris Aegypti: & leuabit manũ
ſup flumẽ in fortitudine ſpũs ſcĩ: & pcutiet eũ in ſeptẽ riuis:
ita vt tranſeãt p eũ calceati: & erit via reſiduo ppl'o meo &c.

## Audiui & conturbatus eſt venter meus: a voce contremuerunt labia mea.

¶ Hęc eſt quarta & vltima pars principalis hui⁹ cãtici i qua
agit gratias: & explicat cõſolationẽ & gaudiũ qd eccl'ia iuſto
rum habuit de bñficio redẽptionis in primo aduẽtu Xp̄i. Et
etiã de gaudio qd eſt habitura in. ij. aduentu poſt iudiciũ. &
iõ iſta quarta pars primo exponeṫ de gaudio primi aduẽt⁹.
Scdo de gaudio ſcdi aduẽt⁹. ¶ Quo ad primũ eſt ergo p̄no-
tãdũ ſicut dictũ ẽ ſupra: ꝙ Abacuc i ſimplici ſpũ p̄uidit deſtru
ctionẽ illius pticularis Babylonię cũ rege ſuo de propinquo
futuram p Cyrũ: & p̄uidit ꝓpinquã liberationẽ particularẽ
& tẽporalẽ ppl'i Iudęoꝝ: ſed in duplici ſpũ ꝓphetico p illã
patricularẽ punitionẽ p̄uidit gñalẽ punitionẽ magnę mere-
tricis Babylõis: & generalẽ redẽptionẽ faciẽdã p Chriſtũ de
longinquo. Sed in prima punitione & ꝓpinqua p̄uidit q̃liter
Cyrus erat facturus generale edictũ per oia regna ſua. ſ. Me
dorum & Aſſyrioꝝ & Perſarũ & Chaldęoꝝ: vt oẽs Hebræi
duodecim tribuũ: tã illi qui fuerant captiuati p Salmanaſar
& Tethaglaphar: & trãſmigrati & captiuati p Nabucho. poſ
ſent libere redire in Hieruſalẽ: & reædificare tẽplũ & ciuita
tem: reddẽs eis ſacra vaſa tẽpli: & magnã copiã auri & argẽ-
ti pro tẽplo ædificando. Sed licet iſta gñalis libertas eẽt da
ta oib⁹ Iſraelitis habitãtib⁹ p illa regna: tñ maior pars renuit
redire. Nam de decem tribubus captiuatis per Salmanaſar,
aut pauci aut nulli redierunt: eo ꝙ iam erant collocati & ra-
dicati in poſſeſſionib⁹ & vineis in regno Medorum & Aſſy-
riorum & Perſarũ. De Iudæis autem traſmigratis & captiua
tis maior pars remanſit: tum quia iam ibi poſſidebãt domos
& vineas & oliueta & p̄dia & cæteras poſſeſſiones: ideo no
luerunt illa relinquere: tum quia timebãt laborem & picula
itineris: & ſic plures mãſerũt in Babylonia q̃ redierũt. qd pꜫ
Nam Heſter & Aſſuer⁹ fuerũt p magnũ tp̄s poſt relaxatã ca
ptiuitatẽ p Cyrũ: quo tpe habitabãt in Chaldæa & Media
& Aſſyria & Perſide & etiã in Aethiopia magna multitudo
hebræoꝝ & Iudęo. de illa captiuitate: vt pꜫ per totũ diſcur
ſum lib Heſter. Ex quib⁹ patet ꝙ amore bonorum tpaliũ &
ex timore laboꝝ itineris maior pars voluit remanere in illa
captiuitate: & minima pars venit ad libertatem. Sed illi qui

manſerunt in Babylonia,bene fuerſit puniti.nã poſt deſtru
ctionem factã p Cyrũ:& Dariũ tota ꝓuincia Chaldęoꝝ paſ
ſa eſt grauẽ ſterilitatẽ & peſtilentiã hoim & animaliũ & mul
ta alia miſeranda diſcrimina & tribulationes:ſicut dicũt oẽs
hiſtoriographi orientales:& ꝑut ꝓphetauerat Eſaias & Eze
chiel & quaſi oẽs ꝓphetæ minores Et ſic patet ꝙ Iudæi re-
manentes in Babylonia ex amore bonoꝝ tẽporaliũ,& volẽ
tes vitare labores & pericula itineris:& cõtẽnentes liberta-
tem & cultũ diuinũ:iuſto dei iudicio inciderũt in maiora pe-
ricula & tribulationes:& paſſi ſunt ſterilitatem & famẽ & pe
nuriã bonoꝝ tẽporaliũ.Per hoc profecto myſteriũ pręuidit
Abacuc in duplici ſpũ ꝓphetico totã cæcitatẽ & obſtinatio-
nem & iniquitatem in qua manet populus Iudaicus. Vñ prę
uidit qualr Chriſt⁹ in lege & ꝓphetis ꝓmiſſus erat ventur⁹ in-
ter eos:& debebat eos abſoluere a iugo legis & captiuitate
peccati:& dare eis leges libertatis & gratię:& vocare eos ad
Hieruſalem ſpiritualẽ quam ipſe ædificauerat.Sed pręuidit
qualr maior pars Iudæorum debebat cõtemnere Chriſtum
Meſſiam & legẽ libertatis:& hoc ꝑpter amorem bonoꝝ tẽ
poraliũ Et ſic ſponte erat manſura ſub iugo legis:& ſub ca-
ptiuitate diaboli ꝑpetua & confuſione Babylonis manſura.
Et ſic ꝓuidit qualr minor pars illi⁹ popli erat Chriſtũ & legẽ
euangelicã ſuſceptura:& ꝓuidit qualiter illa parua pars quæ
fuit collegiũ apoſtoloꝝ & diſcipulorum,debebat ædificare
nouã Hieruſalẽ & eccleſiã ſupra firmã petrã quæ eſt Chriſt⁹
Et ꝓuidit etiã qualiter Iudęi remanentes in ſua obſtinatio-
ne non ſolũ debebãt perdere oia bona tẽporalia:ſed etiam
ſpiritualia & æterna. Nam primo per quatuor annos paſſi
ſunt ſeditiones & bella inteſtina & furta & homicidia:vt ait
Ioſephus lib.de bello Iudaico:& poſtea fuerũt obſeſſi:& in-
tolerabilem inediam paſſi:& tandẽ fuerunt capti:& partim
interfecti & trucidati:& partim capti & diſperſi per mundũ:
& ciuitas fuit euerſa & tẽplum incenſum:& ſic pdiderũt bo-
na tẽporalia & etiã ſpũalia:quia pdiderunt ſacerdotiũ & ſa
crificiũ:& lex fuit deſiccata & arida facta:quia nõ ampli⁹ fa
cit fructũ cũ ſit mortua:& nõ ſolũ mortua:ſed etiã eis morti
fera:vt dictũ eſt pſal.l.Omnia ergo ſupradicta ꝓuidẽs Aba-
cuc in ſpũ,primo pdolet & expaueſcit talẽ obſtinationem &
ſententiam & dãnationẽ tpalem & ſpũalem obſtinatoꝝ Iu-
dęorum.Secũdo gaudet & conſolatur ſe eſſe de illa ſocieta-
te Iudæorum & fideliũ:qui Chriſtũ erant recepturi:& etiã
de illis qui cũ Chriſto in cęlũ erãt aſcẽſuri & de libo liberãdi.
¶ Dicit ergo propheta in pſona ſui & eccleſię.O domine,
ego vidi ex reuelatione qualr maior pars ppli Iudaici debꝫ
dãnari & in ſua obſtinatiõe pmanere.Nã qñ tu fueris egreſ-
ſus in ſalutẽ populi tui:ipſi nõ recipiẽt te:nec doctrinã tuam:
immo perſequent̃ & crucifigent te.& ſic ſponte pmanebũt
in ſua pfidia & obſtinatiõe & captiuitate diaboli:ꝓpter qđ
condẽnabis eos ad pœnã & captiuitatẽ ꝑpetuã in corpe &
anima.Ita minor pars eoꝝ recipiet legẽ tuã.ex quib⁹ facies
populũ tuũ & eccleſiã ſimul cũ conuerſis de populo gẽtili.Iõ
cũ ego audiui ingratitudinẽ & obſtinationẽ & dãnationẽ il
lius populi ſic alienati conturbatus eſt venter meus.i.interio
ra mea:& a voce tuę reuelationis contremuerunt labia mea:
ne poſſint talia ꝓferre & ſcribere in hoc cantico.Sed quia ex
alia parte video me eſſe de grege & ſocietate illius ppli quę
te receptura eſt:& debet tecũ aſcendere in Hierlm ſpũalem
per gratiam:& in ſupnã pgloriam:Ideo

Ingrediatur putredo in oſſibus meis:& ſubter
me ſcateat.

Vt requieſcam in die tribulationis:vt aſcẽdam
ad populum accinctum noſtrum.

¶ Non timeo labores:nec pericula:nec paſſiones:& nõ cu-
ro ſi ingrediat̃ putredo & dolor in oſſibus meis:& ſubter me
ſcateat & ſerpat quicꝗ dolor & labor:vt.i.dummodo requie
ſcam tecũ in die tribulationis & dãnationis Iudæoꝝ:& aſcẽ
dam tecũ ad populũ noſtrũ accinctũ:& ꝑparatũ ad ambulã
dum in lege tua euãgelica:& accinctũ ad pugnã cõtra diabo
lum:& inimicos fidei.quaſi dicat.Dũmodo ego ſim de ſocie
tate & numero tui populi fidelis:ego ſum ꝑparatus ad pferẽ
das & tolerandas oẽs pſecutiones vſq; ad mortẽ incluſiue.
¶ Et nota ꝙ ꝓpheta appellat diẽ tribulationis nõ ſolũ futu I
rum ſtatum Iudęoꝝ in inferno:ſed etiã pręſentem ſtatum in
hac vita.Nam de futuro ſtatu non eſt dubiũ:quia in ſæcula
ſęculoꝝ cruciabuntur.Sed etiam ꝑſens ſtatus dicit̃ dies tribu
lationis eoꝝ.Nam primo ſunt in captiuitate tẽporali & ſpi-
rituali ſine regno & ſacerdotio exules a ſua patria:& vltra
hoc ſunt ſine lege & fructu legis:quia nullũ fructum habent
ex obſeruantia:quia non ſolum eſt eis mortua ſed mortifera.
Ideo oratio & ieiunia & oblationes & oia opera legis:quæ
faciunt:vertuntur eis in peccatũ:vt dictũ eſt pſal.xlix.& l.&
cviij.Ideo licet non ſemper patiantur ſterilitatẽ bonoꝝ tẽ-
poralium:tamen ſemper patiũtur ſterilitatẽ legis:& bonoꝝ
ſpiritualiũ.Ideo eoꝝ ſtatus dicitur dies tribulationis:ſicut di
es legis euangelicę dicit̃ annus benignitatis & fœcunditatis
propter abundantium bonoꝝ ſpiritualium.pſal.lxiij.Sed ꝙ
ſtatus iudaicus ſit dies tribulationis & ſterilitatis:probatur.
quia poſt aduentum Chriſti

Ficus enim non florebit:& non erit germen in
vineis.

Mẽtietur opus oliuę:& arua non afferent cibũ:
Abſcindetur de ouili pecus:& non erit armentũ
in præſepibus.

¶ Ficus.i.lex vetus figurata per ficulneam nõ florebit:quia
iam fuit maledicta per Chriſtũ ne amplius faceret fructum.
Matthei.xxij.Et nõ erit germẽ nec fructus nec palmes in vi
neis illi⁹ ppli & legis.i.ꝑcepta cerimonialia nõ germinabũt
¶ Vñ nota ꝙ lex diuina & eccleſia dei ab Adã vſq; ad vl- K
timũ iuſtum dicitur vna ſcdm Gregoriũ & oẽs doctores:vt
dictum eſt in prologo.Sed iſta lex aut eccleſia in ſacra ſcri-
ptura quandoq; appellatur vinea.cuius palmites ſunt Chri
ſti fideles.Quandoq; appellatur oliua.cuius rami ſunt fide-
les.Quandoq; dicit̃ aruum ſeu ager.cuius fructus & ſegetes
ſunt fideles.Quandoq; appellatur ouile dei.cuius oues ſunt
fideles.Sed poſt aduentũ Chriſti oẽs Iudæi obſtinati fuerũt
abſciſſi ab hac oliua & vinea & agro & ouili:in quorum lo-
cis fuerunt inſerti conuerſi de populo gentili:vt ait apoſto-
lus ad Romanos.Ideo iſta vinea:& oliua:& ager:non facit
eis amplius fructũ:quia lex iam fecit & protulit fructũ in tem
pore determinato.ſ.in aduentu Chriſti.Et ideo fuerunt ipſi
abſciſſi rami cerimonialiũ:& nati & orti ſunt in eodem trun
co legis rami euangelici:qui ꝓferunt fructus euangelicos ec
cleſiaſticorum ſacramentorum,& fructus gratiæ.Ex quibus
patet ꝙ lex vetus cũ illis ramis & palmitibus veteribus iam
abſciſſis & aridis:nullũ iam fructũ ꝓfert.Ideo dicit.Non erit
germen in vineis:& mentietur opus oliuæ.Nam ſicut vinea
legis non facit vuas ſed labruſcas:ita oliua legis nõ facit oli
uas:ſed amurcas:& mentita eſt in fructu ſuo.& eadem ratio
ne arua legis non afferunt cibũ:ſed venenum mortiferum.
Item cum ille populus ante aduentũ Chriſti eſſet popul⁹ pe
culiaris & de ouibus dei:poſtea fuit abſciſſus ab ouili dei:&
iam non paſcitur nec comedit in præſepibus dei:quia deum
negauit.Daniel.ix.Vnde populus gentilis qui nõ erat plebs
dei:factus eſt plebs dei p baptiſmũ:& populus Iudaicus fa-
ctus eſt nõ plebs dei & abſq; miſericordia per infidelitatẽ.
Oſeę primo.Ideo dicit ꝙ populus Iudaicus qui ex oue fact⁹
eſt pecus,abſcindetur de ouili dei:& fact⁹ armentum beſtia
rum non erit in præſepibus cũ ouibus Chriſti.

Ego autem gaudẽs gaudebo:& exultabo in deo
Ieſu meo.

Deus dominus fortitudo mea: & ponet pedes meos quaſi ceruorum.

Et ſuper excelſa mea deducet me victor: in pſalmis canentem.

¶ Quaſi dicat in pſona ppſi fidelis. Poſtq̃ Iudæi ſpõte abiecerunt Chriſtũ: & voluerũt manere ſub iugo legis: & abſcindi ab ouili Chriſti: ego gaudẽs in præſenti p gratiam & fructus euangelicos: gaudebo in futuro per gloriam in Chriſto deo Ieſu & ſaluatore meo quẽ recepi per fidẽ. Quia ipſe Ieſus qui eſt deus & fortitudo mea, ponet: & pręparabit pedes meos aptos & veloces quaſi ceruoꝝ ad ambulandũ in lege euangelica: & ad aſcendendũ in Hierl'm ſupernam p gloriã & ipſe deducet me gratia ſui ſup excelſa mea. i. ſup cacumia cæleſtia mihi ꝓmiſſa. Et ipſe victor contra diabolũ deducet me canentẽ in pſalmis gratiæ in præſenti, & in pſalmis gloriæ in futuro. quaſi dicat Iudęis & omnibus infidelibus manentib⁹ reprobatis & damnatis in ſua obſtinatione, ego gaudebo cum Ieſu deo redemptore & glorificatore: hic p grãm & in futuro per gloriam.

## Secunda expoſitio.

¶ Secũdo modo iſta vltima pars ab illo loco. Audiui & conturbatus &c. poteſt exponi de pœna dãnatoꝝ: & gaudio iuſtorum poſt iudiciũ. Vnde dicit ꝓpheta. O domine: ego audiui ex reuelatione mihi facta in ſecundo capitulo damnationem magnæ meretricis & ciuitatis diaboli, quam facturus es in vltimo iudicio do perſecutorib⁹ iuſtorum. & iõ conturbatus eſt venter meus &c. Sed quando audiui gloriã quã daturus es iuſtis in meritũ & p̃miũ pſecutionũ: tũc fui cõſolatus & volo q̄ ingrediaꝛ putredo in oſſib⁹ meis. i. parat⁹ ſuꝫ pati omẽs pſecutiones & aduerſitates in hac vita: vt requieſcam in die tribulationis. i. in die iudicij: & aſcẽdã ad popl'm noſtrum iuſtoꝝ accinctũ & liberatũ & expeditũ ab iſtis miſerijs huius mundi: cũ quo aſcẽdã in cælum. Vnde poteſt dicẽ iudicij ficus iſtoꝝ diuitiꝫ mundanoꝝ non amplius florebit: nec erit amplius germen in vineis eorum: & opus oliuę mentietur eis: & arua non afferent fructũ eis. quaſi di. omnia iſta bona mundana perdent in illa die: nec poterũt eis prodeſſe. Ego aũt quia iſta bona mundana contempſi ꝓpter Chriſtũ & ꝓpter cæleſtia: in illa die gaudens gaudebo & exultabo in deo Ieſu meo meſſia in lege ꝓmiſſo: qa ipſe eſt de⁹ & fortitudo mea: & ponet pedes meos veloces quaſi ceruoꝝ ad aſcendendum in cælũ: & deducet me ſup excelſa cęleſtia canẽtem in pſalmis glorię. Ipſe eñ victor & triũphator de mũdo & diabolo deducet me ſecũ cũ populo victoriæ canenteꝫ victoriam ſuam in pſalmis glorię.

## Admonitio auctoris.

HAec ergo ſupradicta in hac expoſitione ſunt quę diuino auxilio fretus potui haurire & extorquere ex intelligẽtia hui⁹ cãtici ſcd'm ſanam fidem & doctrinam. Ideo oro: & obſecro fratres meos fideles & catholicos: vt velint cũ charitate attendere ad intelligentiam hui⁹ cãtici: quia difficillimũ eſt ad intelligẽdũ. Primo quia eſt de rebus altiſſimis. Secũdo qa ꝓcedit p vocabula metaphorica & inuſurpata & extranea. Tertio ꝓpter diuerſitatẽ tranſlationũ. Nam quaſi oẽs interp̃tes fuerũt diuerſi in interp̃tatione & traductione hui⁹ cãtici: eo q̄ in hebręo procedit per verba metaphorica & multũ ęquiuoca.

L ¶ Et ideo dicũt hebręi q̄ quatuor partes ſunt in ſacra ſcriptura multũ difficiles ad intelligendum: quas non debẽt legere niſi ꝓuecti & antiqui doctores. Quarũ prima eſt primũ & ſecundũ & tertiũ capi. libri Geneſis. Secunda eſt liber cãticorum Salomonis. Tertia eſt liber Ezechielis in primo capitulo, & quadrageſimo capit. vſq; ad finem. Quarta aũt eſt iſtud canticũ Abacuc. quia ideo intitulatur oratio Abacuc ꝓ ignorantia: ſiue ꝓ ignorãtibus: eo q̄ ab omnibus ignoratur eius vera intelligẽtia: vſquequo veniat rex Meſſias ad declarandum ipſum. Et ſic patet q̄ non ſolum apud nos ſed etiaꝫ apud Hebręos hoc canticũ reputatur difficillimũ. Et ideo ſi lector fidelis non valeat attingere plenã intelligentiam ex ex hac ſupradicta expoſitiõe: rogo q̄ pergat ad alios catholicos expoſitores: quia deus voluit cõcare & reuelare ſingulis diuiſim theſauros ſapientię ſuę: prout ipſi placuit. iõ oportet lectorẽ cũ charitate accedere: & ſtudiuꝫ adhibere.

AVdite cæli quæ loquor. Hoc cãticum cantat eccleſia in laudibus diei ſabbati. qđ canticum reperitur ſcriptum Deutero. xxxij. & fecit ipſum Moyſes ex p̃cepto domini: & p̃cepit vt reponeretur in arca fœderis: vt eſſet in teſtimoniũ contra filios Iſrael quotiens peccarent & apoſtotarent & recederent a dño: vt patet in capitulo pręcedenti. xxxj. Vnde dicit domin⁹ ad Moyſen. Ecce tu dormies cum patribus tuis. Et populus iſte conſurgens fornicabitur poſt deos alienos &c. Et iraſcetur furor meus contra eũ in die illa: & derelinquã eum: & abſcondaꝫ faciem meam ab eo. Et erit in deuorationẽ: & inuenient euꝫ omnia mala & afflictiones &c. Nunc itaq; ſcribite vobis canticum iſtud: & docete filios Iſrael vt memoriter teneant & ore decantent: vt mihi ſit carmen iſtud pro teſtimonio inter filios Iſrael &c. ¶ Ex ſupradictis inferuntur concluſiones. M

¶ Prima cõcluſio: q̄ Moy. fecit hoc cãticum ex p̃cepto dñi.

¶ Scđa cõclõ: q̄ de⁹ p̃nouit & reuelauit ipſi Moyſi qualr' ille populus debebat fornicari & ſequi deos alienos dũ eſſet i terra ꝓmiſſa, poſtq̃ eſſent incraſſati: & impinguati.

¶ Tertia cõclõ: q̄ Moyſes poſuit hoc canticum in arca fœderis: vt eſſet teſtimoniũ contra filios Iſrael: vt qñ viderent punitiones in eis cognoſcerent hoc eis fuiſſe pręedictum.

¶ Quarta cõclõ: q̄ Moyſes p̃nouit ex reuelatione oẽs punitiones venturas illi populo ꝓpter peccatuꝫ vſq; ad extremũ tempus. Vnde cõcludit in illo xxxj. ca. Noui eñ q̄ poſt mortem meam inique agetis: & declinabitis cito a via quã p̃cepi vobis: & occurrent vobis mala in extremo tpe qñ feceritis malũ & contra deũ &c. Ex dictis in hoc capitulo & ex dicendis in hoc cantico patet manifeſte Moyſen fuiſſe verũ prophetam: eo q̄ nouit in ſpiritu ex diuina reuelatione futuraꝫ rebellionem & idololatriam illius populi: & p̃uidit pariter futuras punitiones & deſtructiones quas ille populus erat paſſurus ꝓpter ſupradicta peccata: & qualiter illæ maledictiones datæ ſupra in capitulo xxvij. debebant illum populum cõprehendere. Et ideo Moyſes fecit hoc canticũ: in quo narrat & p̃dicit beneficia quæ de⁹ fecit illi populo: & prædicit ingratitudines & ſcelera quæ ille populus erat ꝑpetraturus cõtra deũ: & punitiones quas erat paſſurus. Et ſic patet Moyſen fuiſſe verum ꝓphetam & habuiſſe ſpiritum ꝓphetiæ de futuris contingentibus.

¶ Sed eſt quęrendũ an Moyſes habuerit duplicẽ ſpm̃ prophetiæ in hoc cantico. ſ. an ſpũs & lumen ꝓpheticum Moyſi attigerit & peruenerit vſq; ad Chriſtũ & eccleſiam an fuerit terminatus in geſtis vete. teſta. Dictum eſt enim in ꝓlogo tractatu. ij. & iij. q̄ ſpiritus ſimplex ꝓpheticus eſt ille qui tãgebat mentem ꝓphetæ tantum de futuris contingentib⁹ in illo populo in vete. teſt. in quibus terminabatur notitia prophetæ. Sed ſpiritus ꝓpheticus duplex erat: qui tranſcendebat futura contingentia vete. teſta. immo per geſta p̃terita & præſentia & futura vete. teſta manuducebat mentẽ & notitiã prophetæ vſq; ad myſteria Chriſti & eccleſiæ. queꝫ duplicem ſpiritum & lumen ꝓpheticum habuit & adeptus eſt Dauid & Eſaias & cæteri. iiij. maiores & xij. & ꝓphetę minores, vt pluries dictum eſt. Et iõ eſt vidẽdũ an Moyſes in hoc cantico habuit hũc & talẽ ſpiritum & lumen duplex ꝓpheticum: & an notitia ſua ꝓphetica puenerit vſq; ad Chriſtum & eccleſiã. ¶ Ad cuius intelligentiã eſt p̃notãdũ: q̄ duę fuerunt punitiones generales illi⁹ populi: & duę deſtructiões & O

eue ſtiones & incenſiones gñales illi⁹ tẽpli & ciuitatis Hieruſalem. Prima fuit facta per Nabuchodonoſor & Chaldæos Scda fuit p Titũ & Romanos. Pria aũt fuit ꝓpter pctm̃ idololatriæ. Scda ꝓpter odiũ & homicidiũ ppetratũ cõtra Meſſiam in lege & ꝓphetis ꝓmiſſũ. quia nõ ſolũ ipm negauerũt & audire noluerũt: ſꝫ etiã occiderũt. Iõ pria captiuitas & deſtructio fuit remiſſa & reſtaurata per Cyrũ: & ciuitas & tẽplũ reædificatus p Zorobabel & Ieſum ſacerdotem magnum. Scda autẽ fuit irremiſſibilis & irreparabilis: vt patet ad oculũ. Has pfecto duas captiuitates & deſtructiones nouerunt & ꝑdixerũt qſi oẽs ꝓphetę. Prio eñ Dauid ꝑuidit & ꝑdixit captiuitatẽ primã per Babylonios & eius remiſſionẽ: vt pꝫ pſalmo.lxxviij.& .lxxix.&.cxxxvj. Sed perpetuã captiuitatẽ ſecundam & irreparabilem pdixit pſalmo.xxviij. dicẽs. Deſtrues illos & non reædificabis eos. Item de ſecunda captiuitate dicit pſal.xciiij. Hodie ſi vocẽ ei⁹ audieritis nolite obdurate corda veſtra &c. Item Eſaię. xliij. Educ foras populũ cęcum & ſurdum &c. Item Eſaiæ.l. Ecce in iniquitatib⁹ veſtris venditi eſtis: & in ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtram: quia veni: & non erat vir: & vocaui: & non erat qui audiret. hoc idem capitulo.lxv. Item Daniel.ix. de prima captiuitate & eius remiſſione & reædificatione dicitur. Rurſum reædificabitur platea: & muri in anguſtia temporis. Sed de ſecunda captiuitate & deſtructione dicitur. Poſt hebdomadas lxij. occidetur Chriſtus: & non erit eius populus qui eum negaturus eſt. & ciuitatem & ſanctuariũ diſſipabit populus cũ duce venturo: & finis ei⁹ vaſtitas. & poſt finẽ belli ſtatuta deſolatio: & vſqꝫ ad conſummationẽ & finẽ perſeuerabit ſtatuta deſolatio. Sufficit ergo ꝙ oẽs ꝓphetę in hoc cõcordant: ꝙ ſecũda deſtructio & captiuitas erat vẽtura illi populo: eo ꝙ erat negatur⁹ deũ: & nõ debebat recipe: nec audire meſſiam in lege & ꝓphetis promiſſum: immo erat ipm occiſur⁹. Et oẽs concordãt in hoc. ſ. ꝙ illa ſecũda captiuitas erat irreparabilis & perpetua. Et ꝙ populus gentilis erat eligendus: & loco populi Iudaici ſubſtituendus: vt patet p totũ diſcurſum prophetarũ. quæ oñia iſta prænouerunt & prædixerunt in duplici ſpũ oẽs ꝓphetę. Quam etiam vltimã ppetuã deſolationẽ & reprobationẽ ꝓpter pctm̃ negationis Chriſti pręuidit Moyſes in duplici ſpũ ꝓphetiæ Deuter.xviij. cũ dicit ipſi deus. Prophetã ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorũ ſimilẽ tui: & ponã verba mea in ore eius. Loqueturqꝫ ad eos quęcũqꝫ dixero illi. Et quicũqꝫ verba q̃ loquetur audire noluerit, vltor exiſtam. Ex quib⁹ pꝫ ꝙ Moyſes præuidit ex diuina reuelatione in duplici ſpũ Chriſtũ naſciturũ de illo populo ſcdm carnem. in cuius ore deus pater debebat ponere verba ſua: immo deus pater erat locutur⁹ nobis per os Chriſti quia quicquid habet, habet a patre naſcẽdo. & ſic præuidit qualiter deus erat nobis locutur⁹ in carne: & ꝑuidit qualiter ille populus. i. maior pars ei⁹ nõ erat ipm auditurus: immo negaturus. Et ſic ꝑuidit vltimã & perpetuã vltionẽ & deſtructionẽ eoꝝ. Ex quib⁹ pꝫ ꝙ Moyſes nõ ſolũ ꝑuidit primã captiuitatẽ Iudæoꝝ futurã ꝓpter peccatũ idololatrię: ſꝫ etiã ꝑuidit ſecũdã captiuitatẽ & ppetuã deſtructiones ſcdi templi ꝓpter pctm̃ infidelitatis & odij & homicidij perpetrati cõtra Chriſtũ. Et hanc duplicẽ captiuitatẽ & deſtructionem populi Iudæorũ: & tẽpli & ciuitatis ꝑdicit Moyſes in hoc cãtico. Et pcepit ipſum reponi in arca vt eſſet teſtimonium cõtra illum pplm: ne allegarẽt ignorãtiã: quin deus ꝑmonuiſſet eos: & ꝑdixiſſet eis punitionẽ ſui peccati, appellando cælum & terrã in teſtimoniũ. In quo cantico duo principaliter facit. Prio eñ præmittit ꝓœmiũ & exordiũ. Scdo exequitur narrationem: ibi. Date magnificentiã deo noſtro. ❡ Qoantum ad primũ: qa ſuperius dicit Moyſes ꝙ faciebat hoc canticũ in teſtimoniũ cõtra filios Iſrael: vt ipm nulla deleret obliuio: contra quos inuocabat cælum & terram: ideo nunc in exordio huius cantici teſtatur cælum & terram: & appellat ea in teſtimonium contra illum populum: & petit diuinum auxilium inuocando nomen domini. Dicit ergo Moyſes.

AVdite cęli quę loquor: audiat terra verba oris mei.

❡ O cæli, audite quę loquor. ſ. ſniam dei datã cõtra populũ Iudaicũ: & ſicut eſtis immobiles a loco: ſitis mihi teſtes cõtra iſtũ popolũ q rebellatur⁹ & blaſphematur⁹ ẽ contra deũ ſuũ. Et terra quę eſt immobilis audiat verba oris mei. Et ſit mihi teſtis de imobili ſentẽtia data a deo contra iſtum populũ. Etiam cæli q̃ terra ſitis mihi teſtes quaſi volo ꝑdicere ſententiam dñi & punitionẽ cõtra iſtũ poplm ꝓpter futurũ pctm̃ idololatrię & infidelitatis: qđ perpetratur⁹ eſt contra dñm & meſſiã ſuũ: ne poſſit allegare ignorantiaꝫ qñ euenerint ſibi iſta mala. Itẽ vos cęleſtes & angelicę creaturę, audite q̃ loquor vt ſitis mihi teſtes. Et terra. i. oẽs habitatores terræ, audiãt verba oris mei q̃ ego annũcio ex parte dei contra illũ populũ rebellem. Deinde cum dicit,

Concreſcat in pluuiã doctrina mea: fluat vt ros eloquium meum.

Quaſi imber ſuper hęrbam & quaſi ſtillę ſuper gramina: quia nomen dñi inuocabo.

❡ Captat beniuolentiam dei: & petit auxilium & gratiaꝫ. Primo vt ipſe abunde poſſit loqui. Secũdo vt faciat fructum in populo. & ad hoc inuocat nomẽ domini tetragrammatõ: qđ eſt verbom incarnatum. ſ. Ieſus Chriſtus Meſſias in lege promiſſus: in cuius virtute Moyſes fecerat oñia miracula: in cuius fide & ſpe omnes fideles vete. teſta. ſaluabanẽ. Vnde ait. Ego Moyſes inuocabo nomen dñi: qui eſt dñs Ieſus in carne futurus & vẽturus: ſine quo nullũ donũ: nulla gratia poteſt nobis dari a patre luminũ. Hoc inquã nomẽ dñi inuocabo: vt doctrina mea moralis & prophetica in hoc cãtico ꝑnuncianda creſcat & abũdet vt pluuia ſolet abũdare: & eloquium meũ fluat affluẽter ſicut ros. & fluat & creſcat iſta doctrina ſuper mẽtes hoim ad intelligendũ: & ſup voluntates eoꝝ ad operandũ: quaſi & ſicut imber fluit ſup hærbã & facit eã germiare. Et ſicut ſtillæ cadẽtes ſup gramina faciũt ea creſcere & proſperari: ita piter doctrina mea faciat fructum fidei in mentibus audiẽtiũ: & fructũ charitatis in voluntatibus eoꝝ. Vñ ẽ aduertendũ: ꝙ recte Moyſes inuocat Ieſum: qui eſt nomen dñi ad grãm impetrandã: quia ex reuelatione ſciebat eũ eſſe in omnib⁹ mediatorẽ dei & hominũ: p quẽ de⁹ erat remiſſur⁹ pctã hominũ & daturus oẽm gratiaꝫ: & in virtute cuius, & ad cuius inuocationem Moyſes fecerat omnia miracula in Aegypto & in mari rubro &c.

Date magnificentiam deo noſtro: dei perfecta ſunt opera: & omnes viæ eius iudicia.

Deus fidelis & abſqꝫ vlla iniquitate: iuſtus & rectus.

Peccauerũt ei: & non filii eius in ſordibus.

❡ Pręmiſſa inuocatiõe diuini auxilij in exordio, hic incipit ſuã narrationem: in qua tria facit, ſcdm ꝙ habet tres partes principales. Nã primo ꝑdicit primã punitionem illius populi propter peccatũ idololatrię. Secũdo prædicit punitionem ſecundã ꝓpter peccatũ odij & mortis Chriſti. Tertio prædicit electionem & ſubſtitutionẽ populi gentilis ad ecclãm loco populi Iudaici. Scda ibi. Et dixi. vbinã ſunt. tertia: ibi. Laudate gẽtes. In prima parte tria facit. Primo eñ explicat breuiter beneficia q̃ ſpecialiter ille populus recepit a deo præ nationibus. Scdo ꝑdicit ingratitudineꝫ & apoſtaſiã quã ille popolus erat perpetratur⁹ cõtra deũ ꝓpter idololatriã. Tertio prædicit futurã punitionẽ & deſtructioneꝫ eoꝝ propter illud peccatũ. Secũdũ: ibi. Incraſſat⁹. tertiũ: ibi. Vidit domin⁹ & ad iracũdiã. ❡ Quantũ ad primũ eſt aduertendũ: ꝙ pro- P

ꝑter quatuor de⁹ eſt de ſe magnificandus ab oib⁹. Primo q̄a eſt pfectus:& pfecta opa creauit & fecit. Scdo quia ſapiēs in condendo legē naturę. Tertio quia fidelis in ꝓmiſſis:quia neminem fallit. Quarto quia rectus & iuſt⁹ in iudicādo:quia tribuit vnicuiq; ſcdm opa ſua. vñ ꝓpter iſta quatuor tenetur magnificare deū non ſolū populus Iudaicus:ſed etiā oēs populi:q̄a oēs ęqualiter iſta receperūt a deo. Dicit ergo Moyſes. O populi date magnificētiam deo noſtro ꝓpter bñficia gñalia recepta:quia oia opa dei ſūt pfecta in ſua natura. Et ſic fecit hoiem pfectū in ſua natura:& oēs viæ legis ei⁹ i quibus p̄cepit hoies ambulare, ſunt vera iudicia & iuſta & ſic ē iuſtus in condendo legem:& fidelis in promiſſis: & iuſtus & rect⁹ abſq; vlla iniquitate in iudicando & reddēdo vnicuiq; punitiones & p̄mia ſcdm merita aut demerita. Ex quo patʒ: q̄ oēs tenentur deū magnificare. Sed peramplius Iſrael recepit a deo legē & beneficia:quia magis de⁹ ſe oñdit eis amicū dādo legē ſpecialē &c. Ideo ſubdit. Peccauerūt: & nō filij ei⁹. q.d. iſte populus magis tenebaṫ deuʒ magnificare & laudare:eo q̄ elegerat ipſum tanq̄ filiū dando ipſi legē ſpecialem:tamē ipi nō filii. i. nō tanq̄ filij peccauerūt in ſordibus & ſpurcitijs idololatrię & aliorū ſceleꝝ. quaſi dicat. q̄ lʒ debebant deū magnificare tanq̄ patreʒ:tñ ipſi tanq̄ nō filij blaſphemauerūt eum in ſordibus idololatrię & ſuperſtitionis deteſtabilis. Et ideo Moyſes incipit reprobare & obiurgare totam ſucceſſionem illius populi: dicens.

Generatio praua atq; peruerſa: hæccine reddis domino popule ſtulte & inſipiens?

Nunquid non ipſe eſt pater tuus qui poſſedit te:& fecit & creauit te?.

Memento dierum antiquorum:cogita generationes ſingulas.

Interroga patrem tuum:& annūciabit tibi:maiores tuos:& dicent tibi.

Quando diuidebat altiſſimus gentes:quādo ſeparabat filios Adam:conſtruxit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael.

¶ O gñatio praua & p̄uerſa in fide, hęccine reddis dño. i. has gratias reddis dño ꝓ tantis bñficijs receptis? o popule ſtulte in eligendo & inſipiens in iudicando & cognoſcendo: quia contēpſiſti bonū & elegiſti malū:& tanq̄ inſipiens oblitus es beneficioꝝ receptorum:& nō cognouiſti creatorē tuū & elegiſti creaturā vanam & falſam, contēnendo verū deuʒ omnium creatorem:nunquid ipſe deus non eſt pater tuus:q primo fecit te quo ad corp⁹ de terra:& creauit te quo ad animam de nihilo ſpirando in corpus formatum de terra ſpiraculum vitæ:& poſtea poſſedit tanq̄ poplm peculiarem & ꝓpriū præ cęteris populis? Memento dieꝝ antiquoꝝ a principio mundi:& cogita gñationes ſingulas ab Adā vſq; Noe & Abrahā & maxime ab Abrahā quem ſeparaui de Chaldęa, vſq; ad exitū de ægypto. Et interroga patrē tuū quēcunq; carnalem, & patrē tuū Abrahā:qui fuit principiū hui⁹ populi:& maiores tuos. ſ. Iſaac & Iacob:& oēs. xij. patriarchas & omnes duces & ſacerdotes. Et dicent tibi totum diſcurſum tuæ generationis & beneficiorum a deo receptoꝝ p ſucceſſionem. Et dicent tibi principium & modū electionis huius populi ad deum:& dicēt tibi qñ & quomodo diuidebat al-
Q tiſſimus gentes:& quādo ſeparabat filios Adā. ¶ Ad cuius intellectū eſt notandū ſcdm hiſtoriographos:q̄ deſcendentes a tribus filijs Noe poſt diluuium fuerunt diuiſi p Aſiam Europam & Aphricā in. lxx. generationes ſeu populos ſiue nationes aut regiones. Iiē cū ante ædificationē turris Babel omnes generationes eſſent labij & linguę & idiomatis vni⁹: tamen poſt confuſionē linguarum diuiſi ſunt in. lxx. linguas. Item legitur Geñ. xlix. q̄ oēs aiæ filiorum Iacob:quę igreſſæ ſunt in Aegyptuʒ cū Iacob patre ſuo, fuerunt. lxx. Ex quo patet q̄ numerus populoꝝ tam in diuiſione gñationū filiorum Noe:q̄ in diuiſione linguarum fuit iuxta numerum filiorum Iſrael qui ingreſſi ſunt in Aegyptū cū Iacob patre ſuo. Et hoc eſt qd̄ dicit hic. Interroga patrē & maiores tuos. Et dicent tibi, qñ & quomodo altiſſimus diuidebat gētes poſt diluuiū:& in ædificatione turris Babel & quomodo ſeparabat filios Adam in illis duabus diuiſionibus. Quomodo conſtituit & diſtinxit terminos populoꝝ. i. diuiſit eos in. lxx. populos & linguas iuxta numerū filioꝝ Iſrael qui ingreſſi ſunt in Aegyptum cum Iacob patre ſuo.

Pars autem domini populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius.

¶ Et tñ ex illis. lxx. linguis & pplis de⁹ ſolū elegit ſibi vnū. ſ. populum Iſrael:quia Iacob fuit pars dñi:& ppls:& fuit funiculus & ſors & portio hęreditatis ei⁹. In tranſlatione autem ſpoꝝ. lxx. habeṫ. Conſtituit terminos pploꝝ iuxta numeruʒ filiorum dei. qd̄ idem eſt:eo q̄ ſoli filij illius popli dicebantur filij dei. Alia tranſlatio habet, ſcdm numerū angeloruʒ. Et tunc intellectus poteſt eſſe ſatis conformis literę ſequenti. Nam vnuſquiſq; populus ſiue natio aut regnū habet proprium angelū cuſtodē. & quot ſunt populi tot ſunt angeli cuſtodes:qui dicūtur archāgeli:inquantū ſunt principes regnorum:quibus dantur in cuſtodiā:vt patet de angelo & principe regni Perſarum. Dañ. x. Ex quo patet q̄ numer⁹ pploruʒ qui fuerunt diuiſi p linguas & nationes poſt diluuium:aut in confuſione turris Babel fuit ſcdm numerū angeloꝝ ad cuſtodiaʒ illoꝝ populoꝝ deputatoꝝ. Sed licet de⁹ deputauit vnicuiq; illoꝝ propriū angelū & principē ad cuſtodiā:tñ de⁹ voluit ſibi eligere illū populuʒ in ꝓpriū. Et ipſemet voluit eſſe ꝓprius princeps & cuſtos illius ppli:licet haberet Michaelē archangelū in miniſtrū:vt patet Daniel. x. Et hoc intendit dicere Moyſes in hoc paſſu ſcdm iſtam tranſlationē. Vñ ait. Interroga patrē tuū & maiores tuos:& dicent tibi qualr qñ altiſſimus diuidebat gentes:& ſeparabat filios Adaʒ poſt diluuium:& in confuſione linguarū turris Babel:tunc cōſtituit terminos populoꝝ. i. nationū & prouinciarū mūdi iuxta numerum angeloꝝ deputatoꝝ ad cuſtodiam regnorum.

¶ Sed Iacob cū ꝓle ſua fuit pars dñi & populus ei⁹ ſibi ad cuſtodiā & regimen elect⁹. Et fuit funiculus & ſors & portio hęreditatis ei⁹:quia ipe ſpecialiter elegit ſibi hūc populū in hęreditatē. Vñ probo q̄ dñs elegit ſibi iſtum populū in hęreditatem:& ꝓpriam cuſtodiam:& regimen. Nam

Inuenit eum in terra deſerta:in loco horroris & vaſtæ ſolitudinis.

Circunduxit eum & docuit:& cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui.

¶ Dñs inuenit iſtū pplm in terra deſerta &c. Quia prio inuenit Abrahā in Chaldęa terra deſerta & remota a vero cultu diuino:& reduxit in Aram Meſopotamię:& exinde i terram Chanaā:vbi ędificauit altare dño:& incepit inuocare nomē dñi. Geñ. xij. Et exinde inuenit filios Iſrl̄ i loco horroris. i. in horrido loco Aegypti ſub dura ſeruitute. & poſtea inuenit Moyſen in loco vaſtę ſolitudinis iuxta montē Oreb cuſtodientem oues ſoceri ſui Ietro. & vocauit ipm de rubo:& miſit ipm ad Pharaonē:& cum multis ſignis & ꝓdigijs eduxit illū populū de Aegypto:& circunduxit ipm per deſertuʒ i & docuit eū legē & p̄cepta in monte Sinai:& cuſtodiuit euʒ ab omni periculo:ſicut pupillam oculi ſui. Primo cuſtodiuit eum in mari rubro. Scdo cuſtodiuit ipſum & liberauit ab inedia & fame & ſiti, dando ipi aquam de rupe Oreb:& dulcorando aquas Marat:& mittendo manna. Et

Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos: & ſuperuolitans expandit

alas ſuas:& aſſumpſit eum atq; portauit in humeris ſuis.

¶ Ad cuiꝰ intellectũ eſt notandũ ſcdm naturales & ſcdm experientiã: q aqoila prę cæteris auibꝰ & animalibus nutrit filios ſuos. vñ quatuor mirabilia beneficia oñdit filijs p̄ cæteris. Nam primo ſplẽdide paſcit eos & nobilibꝰ cibis. ſ. pdicibꝰ & leporibꝰ & cuniculis &c. Scdo ſapiẽter cuſtodit, collocãdo nidũ in altis rupibꝰ, ne quis poſſit accedere ad tollẽdũ filios. Tertio prudẽtes docet eos volare & venari & cibum quærere volitans ſup eos, oſtendendo eis venationẽ: vt capiant & diſcãt cibum procurare. Quarto collocat filios in loco fertili & copioſo ciboꝝ. vnde qñ filij ſunt iam ꝓuecti & habiles ad venandũ & quęrendũ cibũ: tunc pater & mater quęrunt eis locum & terminõ ſemotũ & aptum: & portant filios illuc. ſ. maſculũ & fœminã: & dimittunt & collocãt eos ibi in illo loco fertili & copioſo: & ipſi reuertuntur ad terminos ſuos. Ita ergo pariter fecit deꝰ erga illũ populũ. Nã primo cuſtodiuit eũ ab omni periculo. Secundo cibauit ipm mãna de cælo & coturnicibus. Tertio ducuit ipm dando legẽ. Quarto collocauit ipſum in terra promiſſa fluẽte lacte & melle. & ſic deꝰ fuit ſimilis aquilæ in cuſtodiendo & cibãdo & docẽdo & collocando illum populõ. Dicit ergo Moyſes q deus circũduxit & docuit & cuſtodiuit illũ populuꝫ: ſicut facit aquila prouocãs ad volandum pullos ſuos & volitans ſuper eos: vt cuſtodiat, & ipſi addiſcant volare. & ſic deus admodõ aquilę expandit alas ſuas: extendendo nubeꝫ ſuper eos in die: ne vrerentur ardore ſolis. Et aſſumpſit euꝫ quaſi ſuper humeros & aſportauit eum per totum deſertum. Et

Dominus ſolus dux eius fuit: & non erat cũ eo deus alienus.

¶ Solus deus abſq; alio deo alieno fuit dux illiꝰ populi per xl. annos. in toto illo itinere & peregrinatione. tandem autẽ conſtituit eum ſuper illam terram excelſam quã ipſi promiſerat. Quę quidẽ terra promiſſionis prio dicit̃ excelſa: eo q ẽ ſita i alto loco reſpectu Aegypti, & Arabiæ, & Chaldęæ. Et etiam erat excelſa reſpectu deſerti Arabię in copia aquaruꝫ & fructuum & omnium ciborum.

Conſtituit eum ſuper excelſam terram: vt comederet fructus agrorum.

Vt ſugeret mel de petra: oleumq; de ſaxo duriſſimo.

Butyrum de armento & lac de ouibus: cum adipe agnorum & arietum filiorum Baſan.

Et hircos cum medulla tritici: & ſanguinem vuæ biberent meraciſſimum.

¶ Ideo deꝰ cõſtituit & collocauit eũ in illa terra & ſup illaꝫ terrã fertilẽ: vt comederet fructꝰ agroꝝ: quibus illa terra abũdat: & ſugeret ille ppľs mel de petra: quia ibi apes mellificãt in cauernis petrarũ & rupiũ. Et ſugeret & colligeret oleũ de ſaxo duriſſimo: quia in terra lapidoſa & ſaxoſa creſcunt oliuæ: quę reperiũtur abundanter in illa terra. Et vt ſugeret butyrum de armento vaccarũ: & lac de ouibꝰ quæ erant in magna copia in illa terra: quia Chananei erant maximi cultores terræ. Et ideo plantauerant oliuas & vineas & cęteras arbores & ſeminauerãt agros: & nutriuerãt greges ouiũ & armẽta boũ in magna copia. quas quidẽ oues & arietes ducebant Chananei de terra filioꝝ Baſan vltra Iordanem furto aut p̄tio: eo q terra Baſan illis tpibꝰ abũdabat in paſcuis & gregibꝰ ouium. Et ideo dicit: q conſtituit dñs illũ populum ſuper illã terrã copioſam: vt ſugeret mel de petra: oleũq; de ſaxo duriſſimo: & butyrũ de armento & lac de ouibꝰ: cũ adipe & pinguedine agnoruꝫ & arietõ filioꝝ Baſan: quia terra filioꝝ Baſan abũdabat in his. Et vt comederet hircos nõ cũ hordeo: nec cum furfure: ſed cũ medula & farina tritici. Et vt biberent ſanguinem vuę. i. vinũ meraciſſimũ & puriſſimum. Itaq; deꝰ dedit eis illã terrã: & conſtituit eos dños ſuper eaꝫ: vt comederẽt fructꝰ quos nõ plantauerãt: & frumentũ quod non ſeminauerant: & agnos & arietes quos non nutriuerãt: & biberẽt vinum de vineis quas non plantauerant quę omnia ſupradicta patent per totum diſcurſum Exodi & Leuitici & Numeri & Ioſue. Deinde cum dicit,

Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit: incraſſatus impinguatus dilatatus.

Dereliquit deum factorem ſuum: & receſſit a deo ſalutari ſuo.

Prouocauerunt eum in diis alienis: & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.

Immolauerunt dæmoniis & non deo: diis quos ignorabant.

Noui recentesq; venerunt: quos non coluerunt patres eorum.

Deum qui te genuit dereliquiſti: & oblitus es domini creatoris tui.

¶ Prædicit futurã ingratitudinẽ & ſcelera & peccatum idololatrię illius ppľi. Vnde dicit q ille populus p̄ cęteris deo dilectus cui deus tot bñficia cõtulerat: & tot ſigna amoris oſtẽderat: incraſſatus eſt ex abundantia deliciarũ: & impinguatus ex abundantia diuitiarum: & dilatatus in dñio & honore: & ſic oblitus beneficiorũ a deo receptorũ recalcitrauit cõtra deum: ſicut equus pinguis & delitioſus cõtra dñm. Vnde dereliquit deũ factorem & creatorẽ & benefactorem ſuum: & receſſit & apoſtatauit a deo ſalutari ſuo: q totiens ſaluauerat & liberauerat eum de captiuitate Aegypti: & de alijs periculis. obliti tot beneficioꝝ receſſerũt a deo vero: & adhæſerunt dijs alienis. Et ſic ꝓuocauerũt deũ ad furorem & vindictam in dijs alienis. i. colendo deos alienos: & concitauerũt eum ad iracundiã in ſuis abominationibꝰ. Nam poſt mortẽ Ioſue immolauerũt ſacrificia dæmonijs & nõ deo ſuo vero: ſed dęmonijs dijs ſuis falſis: quos ignorabãt eſſe deos: qui quidẽ dij falſi noui recẽteſq; venerunt inter eos: quos pr̃es eorũ Abraham Iſaac & Iacob & Moyſes & Aaron & cęteri antiqui nõ coluerũt: imo abominati ſunt & exhorruerunt. qđ quidem ſcelus ꝑpetrarunt filij Iſrael in terra eis data: vt pꝫ per totum diſcurſum lib. Iudicũ & regũ. Vñ Moyſes prǣuidẽs talia ſcelera futura illius ppľi apoſtrophat ad eum, exprobrando & obiurgando: & dicit. O popule ſcelerate dereliquiſti deũ qui te genuit & honorificauit: & oblitꝰ es dñi creatoris tui ſequendo deos alienos. q. d. non impunitus abibis propter tãtam ingratitudinem. Et ideo deinde cum dicit,

Vidit dominus: & ad iracundiam cõcitatus eſt: quia prouocauerunt eum filii & filiæ.

¶ Prædicit illius ppľi ponitionẽ & deſtructionem. Ad cuius euidentiam eſt prio notãdũ: q ille ppľs nõ ſemel ſed multotiens apoſtatauit a deo: & ſecutus eſt deos alienos. Vñ illico poſt paruum tp̄s poſt mortẽ Ioſue fornicatꝰ eſt cũ dijs terræ: ſed deus incepit eos opprimere p reges finitimos: ſed ſuſcitauit eis Othoniel qui liberauit eos. Et ſic in. cc. annis decies apoſtatarũt: & decies deꝰ liberauit eos p iudices quotienſcũq; reuertebantur ad dñm: vt patet per totũ diſcurſũ libri Iudicũ. Et iterũ tp̄e Regũ: Salomõ incepit idololatrare & tria tẽpla idoloꝝ fabricare: q̃ pſeuerauerũt in Hieruſalẽ vſq; ad tp̄a Ioſię. Itẽ poſt Salomonẽ diuiſi ſunt in duo regna. Vnde regnũ Iſrael ſemp perſeuerauit in idololatria: & ꝑ maiori parte reges Iuda & Hieruſalẽ pſeuerauerunt in eadẽ. Sed cum tam reges Iſrael q̃ Hieruſalẽ frequenter moniti p prophetas

phetas nollēt deſiſtere a via ſua mala:ideo deꝰ icepit primo
attediari cōtra Iſrael & auertere faciē ſuā ab eis:& icepit eos
ſucceſſiue punire.Nam primo venit Tethaglatphalaſar rex
Aſſyrioꝝ:& infeſtauit regnū Iſrael:& aſportauit duas tribꝰ
cū dimidia quæ habitabāt vltra Iordanē:& etiā partē eorū
qui habitabāt citra Iordanē:& trāſtulit eos in Aſſyrios.iiij.
Reg.xxxv.quia ſemp perſeuerabāt reges Iſrael in eadē ido-
lolatria.Ideo venit Salmanaſar & tranſtulit & aſportauit in
captiuitatē ſeptē tribꝰ cū dimidia,q̄ remanebāt citra Iorda-
nem de regno Iſrael de regno Iſrael.Et ſic fuit penitꝰ deletū
illud regnū ꝓpter ſcelera ſua:& maxime ꝓpter pc̄m̄ idolo-
latriæ:vt patet.iiij.Reg.xxv.Poſt mortē aūt Ioſię incepit deꝰ
ꝓpter idē pc̄m̄ punire regnum Hieruſalē & Iuda per reges
Chaldęoꝝ vidēs obſtinationē eoꝝ.Nam primo venit Na-
buchodonoſor:& cepit Ioachim regem Hieruſalē:& occidit
eū:& duxit ſecū pueros oēs de ſemine regio in Babyloniā:
inter quos duxit ſecū Danielē:& Ananiā Azariā & Miſae-
lem cum multis alijs nobilibus.Et iſti dicti filij obſides de
Hieruſalem.Iterū poſt tres annos reuerſus eſt Nabuchodo
noſor & trāſmigrauit Hieroniam cū decē milibus nobiliū in
Babyloniā:& cōſtituit Sedechiam in regē Hieruſalē.Sed cū
Sedechias in ſuis ſcelleribꝰ cum omni populo pſeueraret, p-
miſit deꝰ vt cōtra regē Babylonię rebellaret:& ſic venit Na
buchodonoſor in Hieruſalē:& obſedit eā in gyrū.xviij.mēſi
bus:intantū q̄ matres ex inedia coactæ ſunt comedere pro-
prios filios.Et ſic capta & incenſa eſt ciuitas cum templo &
a fundamentis euerſa:& rex oculis orbatus:& cum omni po
pulo ductus eſt captiuus in Babyloniam:& ibi miſerabiliter
interfectus.& ſic fuit finis miſerabilis illorum duorum regno
rum ꝓpter peccatū idololatrię:quos frequenter deus p pro-
phetas monuerat:& multotiēs eis pepercerat:& per magna
tempora eos ad pœnitentiā expectauerat.Sed finaliter vi-
dens obſtinationem eorum decreuit a ſuis regnis eos eijce-
re:& in terras alienas in captiuitatē & ſeruitutem redigere:
poſtq̄ maluerūt dijs alienis q̄ proprio deo ſeruire.Hanc er-
go futurā deſtructionem & captiuitatem ꝑdicit Moyſes ex
parte dei:& cōminatur illi populo.& loquitur ſemper p ver
ba de pręterito propter certitudinem prophetiæ:& ſententię
dei.Vnde licet deus per magna tempora expectauerit corre
ctionem illius populi:tamen quia finaliter vidit obſtinatio
nem & incorrectionem eorum:ideo ad iracundiam cōcitatꝰ
eſt:quia filij ſui & filię,quos in filios & populū peculiarē ſibi
elegerat ꝓuocauerunt eū ad irā & vindictā:quia eſt gn̄atio
praua:& infideles & rebelles filij.Ideo

Et ait:abſcōdam faciem meam ab eis:& conſide
rabo nouiſſima eorum.
Generatio enim peruerſa eſt:& infideles filii.

❡ Deus ait.Ego abſcondā faciē meā ab eis:auxiliū & fauo-
rem ſubtrahendo & negando.& conſiderabo nouiſſima ſce
lera eorū.i.ſcd̄m nouiſſimā obſtinationem & impœnitentiā
eorum reprobabo & puniam eos:eo q̄ eſt generatio praua
& incorrigibilis:& infideles filij & apoſtatæ & idololatræ.
R ❡ Vnde notanter dicit,conſiderabo nouiſſima eoꝝ:q̄a ali-
ter ſe habet deus in ꝑdeſtinādo hoiem:& aliter in reproban
do.Vnde deus non ꝑdeſtinat hoiem:quia nouit ipſum futu
rum bonum & iuſtum:immo ꝑdeſtinauit ipſum ab æterno:
& ꝑparauit gratiā ipſi:vt ſit bonus & iuſtus:quia elegit nos
ante mundi cōſtitutionem:vt eſſemus ſancti.ad Ephe.j.Sed
per oppoſitū eſt de reprobatis.Nā nō ꝑſciuit nec reprobauit
eos deus ab ęterno vt eſſent mali & damnati.ſed quia præ-
ſciuit eos ſemp & finaliter malos impœnitentes:ideo eos re
probauit.Et ideo dicit deus de illo populo quem præſciuit
in ſua idololatria obſtinatū,Conſiderabo nouiſſima ſcele-
ra eoꝝ incorrigibilia & nouiſſimam impœnitentiā & obſti-
nationem eorū.& ſecundū illa nouiſſima puniam eos abſq̄
miſericordia.Et ideo reddens cauſam ſubdit.



Ipſi me prouocauerunt in eo qui nō erat deus.
❡ Sequendo deos alienos:& contempſerunt me:
Et irritauerunt in vanitatibus ſuis:
❡ Et ſuperſtitionibus,relinquendo verum cultum.Ideo
Et ego prouocabo eos:in eo qui non eſt popu-
lus meus.
❡ Id eſt ſubijciā eos populo alieno:ſcilicet babylonico qui
non eſt populus meus:ſed alienus.
Et in gente ſtulta irritabo illos.
❡ Id eſt contemnā illos:& ponā in gente inhūana:& crude
li:quæ affligat eos ſine miſericordia.q.d.Sicut idololatrādo
me negauerūt eſſe deū ſuū & adhęſerūt dijs alienis & falſis:
Ita ego negabo eos eſſe populū meū:& ſubijciā eos gēti alie
nę & ſtultę & crudeli.Quēadmodū fuerūt Chaldęi:qui ciui
tatē & tēpliū incenderūt:& eos trucidauerūt & captiuos in
Babyloniā duxerunt:& crudeliter eos & abſq̄ miſericordia
trucidauerunt & afflixerunt &c.Vnde ſubdit.

Ignis ſuccenſus eſt in furore meo:& ardebit vſq̄
ad inferni nouiſſima.
❡ In illo tēplo & ciuitate:& comburet ciuitatem & templū
vſq̄ ad infima foſſę fundamenta.Vnde ſcol hebraice idem
eſt qd foſſa inferior latine.Nam anteq̄ muri ædificentur pri
us foditur & cauať foſſa in qua faciuntur fundamēta:ſup q̄
ædificantur muri & parietes.Et ſic dicit q̄ ille ignis combuſ
ſit templum & ciuitatem vſq̄ ad fundamenta:quæ latebāt
in foſſa inferiori.& ideo ſubdit.

Deuorabitq̄ terram cum germine ſuo:& mon-
tium fundamenta comburet.
❡ Ignis ille deuorabit totam terram Iudeę cum germine.i.
cum omnibus arboribus & vineis & ſegetibus &c.& combu
ret fundamenta montium.i.prædia & poſſeſſiones quę erāt
in montibus & radicibus montium:quia omnia combuſſe-
runt & deſtruxerunt Chaldęi in illa obſidione.
❡ Et nota q̄ ille ignis non ſolum intelligitur de igne mate
riali qui combuſſit ciuitatem & templum & totam terram:
ſed etiam intelligitur de igne furoris & iræ dei:qui accenſus
& effuſus eſt ſuper illū populū ꝓpter ſupradicta ſcelera eiꝰ:
quia totaliter decreuit delere eos.Et ideo ſubdit.

Congregabo ſup eos mala:& ſagittas meas cō-
plebo in eis.
Conſumētur fame:& deuorabūt eos aues mor-
ſu amariſſimo.
Dentes beſtiarū immittā in eos:cū furore trahē
tium ſuper terrā atq̄ ſerpentium.
Foris vaſtabit eos gladius & intus pauor:iuue-
nem ſimul ac virginem lactentē cum hoīe ſene.
❡ Ego cōgregabo ſuper eos multa mala:& ꝑlia & ſeditio-
nes & ſic ſagittas meas.i.ſagittas meæ vindictæ cōplebo in
eis p Chaldęos in illa obſidione:intātū q̄ cōſument & defi-
ciēt & ꝑibūt fame.Et aues.i.Chaldęi veloces ad modū aui
um deuorabūt eos morſu amariſſimo:& dētes beſtiarū.i.cru
delitatē Chaldęoꝝ ad modū beſtiarū imittā in eos cū furo-
re trahentiū.i.reptiliū draconum atq̄ ſerpentū.i.mittā con-
tra eos Chaldæos:qui deuorabūt eos tanq̄ beſtiæ & draco-
nes & ſerpentes & gryphones & aquilæ.Et ſic gladius cum
machinis & tormentis & telis vaſtabit eos foris continue inij
ciendo arma bellica contra ciuitatem:& intus vaſtabit eos
pauor continuus:vaſtabit dico iuuenē ſimul ac virginem &
infantem lactentem in vberibus matris ſuæ,cum homine ſe
ne.quaſi dicat.q̄ tantus erit ſtrepitus armorum & machi-

na҄ tormẽto҄ in illa obſidiõe, ꝙ oẽs ſtat⁹ & cõditiones ab hoïe ſene vſq; ad infantẽ lactẽtẽ in ſinu & vbere matris tremẽt & pauebũt vidẽtes iminere eis interitũ, vſq̃quo deueniãt in finalẽ deſtructionẽ & captiuitatẽ. Quę oĩa mala fuerũt cõpleta in illo pp̃lo & tẽplo & ciuitate: vt patet. iiij. Regum vltimo: & ſcđi Paralypomenon vltimo cap.

## Et dixi vbinam ſunt: ceſſare faciam, &c.

¶ Hęc ẽ ſcđa ps hui⁹ narratiõis & cõminatiõis: quã Iudęi cõtinuãt cum p̄cedenti exponentes totũ de deſtructione Hieruſalẽ facta p Chaldęos, nullã facientes mentionẽ de deſtructione ſcđi tẽpli & ciuitatis & de vltima captiuitate facta p Romanos. Sed dictũ eſt ſupi⁹ qualr̃ Moyſes p̄uidit in ſpũ p reuelationẽ totũ diſcurſum illi⁹ pp̃li vſq; ad Chriſtuȝ, & ſubſtitutionẽ pp̃li gẽtilis: & p̄uidit deſtructioneȝ vtriuſq; tẽpli. Et ideo poſtq̃ ſupen⁹ Moyſes in pſona Chriſti p̄dixit, & cõminatus eſt deſtructionem primi tẽpli & ciuitatis quæ facta fuit p Chaldęos nunc in hac ſcđa parte p̄dicit: & comminaẽ deſtructionem ſcđi tẽpli & ciuitatis & perpetuã captiuitateȝ illi⁹ pp̃li: q̃ fuit facta p Romanos in vindictaȝ mortis Chriſti.

S ¶ Adcui⁹ intellectũ eſt notandũ: ꝙ Iudęi ꝓpter pc̃m idololatrię & obſtinationis merebanẽ nõ ſolũ deleri & eijci de terra ſua: ſed totaliter deleri de mundo nullo remanẽte: nec vnq; ad propria reuerti: ſed deſcẽdere ad inferni nouiſſima. ſed deus noluit Iudęos totaliter de mũdo delere: nec eos in ꝑpetua captiuitate detinere: ne Nabuchodonoſor & ſui ſucceſſores ſupbirent de victoria ſua putantes deũ Iodæo҄ eſſe victum ab eis: & Iudęos non eſſe traditos ſuę poteſtati propter pc̃ã cõmiſſa cõtra deũ: ſed i proprijs virib⁹ de ipſis Iudęis obtinuiſſe triũphũ. Et ideo deus voluit poſt. lxx. annos reducere illũ pp̃lm in terrã ſuã: & excitauit ſpm̃ Cyri: vt dimitteret captiuitatẽ: & daret licentiã Iudęis reędificandi ciuitatẽ & tẽplũ: vt ibi libere deo ſeruirent vſq; ad aduentum Meſſię: & deinceps a pc̃is abſtinerẽt & corrigerent: & Meſſiã I lege ꝓmiſſũ fideliẽ reciperẽt i illo ſcđo tẽplo reędificato. ſed ipi peius pc̃m̃ ꝑpetrarũt & cõmiſerũt cõtra deũ. Nã venit Chriſtus deus & hõ Meſſias in lege ꝓmiſſus vt legeȝ declararet: & eos de captiuitate liberaret: ſed quia doctrina Chriſti erat eo҄ ſupbię cõtraria & auaritiæ: iõ cõceperũt inexorabile odiũ cõtra eũ: & occęcati in ſua malitia cõtra legẽ & oẽm iuſtitiã ipm̃ morti tradiderunt: & qđ peius fuit ſponte in ſua malitia & obſtinatione manere voluerũt. Et ſic facta ſunt nouiſſima pp̃li illius peiora omnib⁹ ſceleribus priorib⁹. iõ punitio eo҄ fuit æterna in corpe & aĩa. Nã p Titum & Romanos ciuitas cum templo fuit incenſa: & ipi partim fame cõſumpti & trucidati: & totũ reſiduũ in ꝑpetuã captiuitatem & ſeruitutẽ fuit deſtinatũ & p totũ orbẽ diſperſum: & aĩę eo҄ fuerunt ad æternã pœnã cõdẽnatę. Et ſic in corpore & aĩa fuerunt puniti. Et hoc eſt qđ p̄dicit & cõminatur deus p Moyſen in hac ſecũda parte. in qua tria facit. Primo eñ explicat cãm quare de⁹ noluit totaliter eos I pria captiuitate de mũdo delere: ſed eos a captiuitate in Hierl̃ȝ reuocare. Scđo explicat irremiſſibile pc̃m̃ qđ cõmiſerũt contra deũ & Meſſiã ei⁹. Tertio perditionẽ eo҄ & finalem deſtructionẽ & ꝑpetuã dãnationẽ. Scđȝ ibi. De vinea Sodomo҄. T Tertiũ ibi. Nõne hęc ꝯdita ſũt apđ me. ¶ Quãtũ ad primũ eſt aduertẽdũ ꝙ duplici de cã de⁹ voluit ſeruare reſiduũ illi⁹ pp̃li, & non totaliter de terra extirpare & delere: immo voluit poſt. lxx. annos eos in terram ſuam reuocare per Cyruȝ. Prima cã fuit propter ſupbiã regũ Babylonię & olm Chaldeo҄: ne putarent victoriam ſuam contra Iudęos prouenĩſſe ex viribus ſuis, & non ex pc̃õ Iudeo҄: & ne propter hoc cõtẽnerent deũ Iſråel, dicentes eũ eſſe impotentẽ & victum Vñ Balthaſar fecit conuiuiũ: & in vaſis ſacris tẽpli dabat potum cõcubinis & cæteris in cõtẽptum dei: vt pẓ Daniel̃. v. Scđa, vt remaneret tẽpus pœnitendi: vt recordati punitionis & captiuitatis factę: iterũ non peccarent nec rebellarẽt cõtra deũ: ſed p punitionem factam de p̄terito cauerẽt pc̃ã de futuro: ne ãplius rebellarent contra deũ in carne vẽturũ ſed ipm̃ reciperent tanq̃ ſaluatorẽ & Meſſiã: & ei⁹ doctrinã ſequerenẽ. Et hoc eſt qđ dicit dñs p Moyſen in hac parte. vnde ait dicens vbinã ſunt iſti Iudęi ſcelerati.

## Ceſſare faciam ex hominibus memoriã eorũ. Sed propter iram inimicorum diſtuli: ne forte ſuperbirent hoſtes eorum: & dicerent. Manus nr̃a excelſa: & nõ dñs fecit hęc omnia.

¶ Ceſſare faciã memoriã eo҄ ex hoĩb⁹: & delebo & extirpabo eos totaliter de mũdo: ne ampli⁹ nominentur in memoria hoim, ſcđm ꝙ merenẽ pc̃ã eorũ. quaſi di. Ita debuiſſem facere. ſ. delere memoriam eo҄. Sed ego diſtuli eo҄ vitam propter iram & temeritatem & ſuperbiam inimicoruȝ ſuoruȝ Chaldęo҄: ne forte hoſtes eo҄ Chaldęi ſuperbirẽt & gloriarenẽ de viribus ſuis: & de potentia ſua: & dicerent: manus & poteſtas noſtra excelſa fecit hęc omnia. i. ſuperauit & captiuauit Iudęos & incendit Hieruſalẽ cum templo. Et non fecit hoc dñs deus eorum: immo fuit victus a nobis: nec potuit nobis reſiſtere: qua eius vaſa ſacra aſportauim⁹ in Babyloniam: & damus in eis bibere concubinis & familiaribus noſtris: vt patet Danielis. v. Secunda cauſa quare de⁹ noluit totaliter Iudęos delere ſed eos de captiuitate reuocare, fuit vt ex præterita punitione caſtigarenẽ & corrigerentur: & præcauerent futuram & nouiſſimam rebellioneȝ: ſed qñ veniret Meſſias reciperẽt eũ. Sȝ qa hoc nõ fecerũt Iudæi: immo totum oppoſitum: ideo ſubdit Moyſes.

## Gens abſq; conſilio eſt & ſine prudentia: vtinã ſaperent & intelligerẽt: ac nouiſſima prouiderent. Quomodo perſequebatur vnus mille: & duo fugarent decem milia.

¶ Ita gens Iudaica eſt abſq; conſilio & ſine prudentia.

¶ Vnde eſt aduertendũ ſicut dictuȝ eſt in principio ꝙ iſta doctrina ſimul eſt moralis & ꝓphetica. Et ideo ſimul docet intelligere verum bonum & cauere malum futurum. Ideo dicit ꝙ iſta gens fuit ſine conſilio inquantum neſciuit diſcernere inter bonum & malum eorum quæ ſunt ad finem: & fuit ſine prudentia inquantum neſciuit memorare præterita & diſpenſare p̄ſentia & præuidere futura. immo ſemper in omnibus elegit peiorem partem dimittendo deum verũ a quo tot bona receperat: & ſequendo deos falſos: propter quod peccatum tot punitiones paſſa eſt. Et ſic illa gens eſt & fuit ſemper ſine conſilio in non diſcernendo: & ſine prudentia in male eligendo, & maluȝ nõ cauendo: ſed ſemper ad deteriora præcipitando & procedendo vſq̃quo Chriſtuȝ occiderũt. Et ideo ſubdit. Vtinam iſti Iudęi ſaperent ſcripturas. i. diligenter explorarent & inueſtigarent & perſcrutarẽtur cum ſapore ſcripturas: quia hoc pertinet ad ſapientiam q̃ eſt de rebus diuinis & altiſſimis: quæ in ſola ſacra ſcriptura reperiunẽ. Et vtinaȝ intelligerent. i. ad intelligendũ ſcripturas cum humilitate & ratione ſe prępararent non ad ſenſuȝ carnalem: ſed ſpũalem. Et ſic prouiderent. i. procul viderẽt nouiſſima myſteria de Chriſto & eccleſia: quæ in ſcripturis latent & occultanẽ. Et ſic prouiderent quõ Chriſtus eſt finis nouiſſimus totius legis: & quõ omnes ſcripturę loquunẽ de Chriſto tanq̃ de fine nouiſſimo. Vnde ſi Iudęi fuiſſẽt vſi bono conſilio in diſcernendo: & bona prouidentia in eligẽdo. & ſapuiſſent & intellexiſſent ſacras ſcripturas ad verum ſenſum: & prouidiſſent nouiſſima myſteria figurata per ſacram ſcripturam: non negaſſent nec occidiſſent Chriſtum: partem peſſimam & malam eligendo. Item ſi cum conſilio & prudentia ſapuiſſent & intellexiſſent victorias & punitio-

neſ præteritas, quomodo deus puniuerat eos propter peccata ſua quotiens peccauerant: prouidiſſent & nouiſſia: cauiſſent iterum peccare. Vñ ſi ſapuiſſent: & intellexiſſent & recordati fuiſſent quomodo propter idololatriam totiens puniuerat eos per finitimos tempore Iudicum & Regum: & finaliter ꝑ Chaldæos fuerunt afflicti & deſtructi & a finibus expulſi & captiuati in Babylonia: tunc prouidiſſent nouiſſima & nõ occidiſſent nec negaſſent Chriſtum. Item ſi ſapuiſſent & intellexiſſent omnia ſupradicta, & cognouiſſent & cognoſcerent quõ ciuitas cum templo fuit incẽſa ꝑ Chaldęos, & popul⁹ ductus captiuus: & quõ vnus Chaldęus fugabat mille Iudæos: & duo fugarent decem milia Iudęorum in illa obſidione: tunc cognoſcerent ꝙ hoc nõ euenit ex defectu & debilitate dei: nec ex viribus & potentia Chaldęorum & aliorum aduerſariorũ: ſed ex peccato idololatrię Iudæorum. Vnde

Nonne ideo quia deus ſuus vendidit eos; & dominus concluſit illos?

Non enim deus noſter vt dii eorum: & inimici noſtri ſicut iudices.

¶ Nonne ideo Iudęis euenit iſta perſecutio: quia deus ſuus vendidit illos & tradidit in manus inimicorũ: & dñs concluſit illos in illa obſidione propter peccata ſua ſup. & non ex impotẽtia dei? quaſi dicat. immo propter peccata illius populi: quia deus noſter non eſt deus victus & impotens ſicut dij eorum, qui ab eis dicuntur quandoq; victi & impotẽtes: vt patet in libro Aeneidos primo: vbi dicit Iuno. Gẽs inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor: Illum in Italiam portãs victoſq; penates. Item in libro. ij. eiuſdem Virgilij. Heu mihi in victis fas quemq̃ fidere diuis. vbi alij legunt inuitis .i. nolentibus. Ex quo patet ꝙ dij Troianorum & aliorum gentilium ſunt impotentes & victi: ſed deus noſter non eſt impotens ſicut dij eorum: immo eſt omnipotentiſſimus: de quo inimici noſtri infideles poſſunt eſſe iudices & teſtes: eo ꝙ experti ſunt multotiens omnipotentiam dei noſtri: vt patet in portentis & ſignis Aegypti: & in tranſitu maris rubri: vbi dixerunt: Fugiamus Iſraelem: domin⁹ enim pugnat ꝓ eis contra nos. Exodi. xv. Item Seon rex Amorreorũ & Og rex Baſan & omnia regna Chanaan ſũt iudices & teſtes de omnipotentia dei noſtri: quia in ingreſſu terrę promiſſionis non manſit ſpiritus nec vires in hoſtibus: intantum ꝙ vnus de populo Hebræorum fugabat mille de Chananeis. Item Nabuchodonoſor punitus a deo dixit ꝙ nõ erat alius de⁹ ſuper terram niſi deus Hebræorum. Danielis. iij. & . iiij. & . v. Et vltimate Cyrus & Darius reges Perſarum: qui interfecerunt Balthaſarem regem Babylonię & ſobiugarunt regnũ & relaxarunt captiuitatem, ſunt iudices & teſtimonium de omnipotentia dei: vt patet Eſdrę primo. Ergo ſequitur ꝙ ſtructio regni Iudæorum non prouenit ex viribus Chaldęorum nec ex impotentia dei: ſed ex peccatis Iudęorum. In tota ergo ſupradicta particula Moyſes ꝙ licet Iudæi ex ſuis demeritis & peccato idololatrię meruiſſent totaliter deleri a memoria hominum: tamen deus voluit eis prorogare vitam propter tria. Primo ne inimici infideles ſuperbirent & gloriarentur de viribus ſuis: & attribuerẽt victoriã dijs ſuis. Secundo vt Iudæi ſaperent & intelligerent ſcripturas: & cõſiderarent punitiones factas & per illas cauerẽt futura pctã: & prouiderent nouiſſima myſteria de Chriſto & eccleſia: & reciperent Chriſtum in aduentu ſuo ne ſibi eſſent iterum rebelles ſicut prius. Tertio ne gentiles putarent deum nrm eſſe impotẽtẽ & victũ: & non potuiſſe iuuare cultores ſuos: ſed vt Iudęi cognoſcerent illam punitionem ſibi fuiſſe inflictã propter ſcelera & peccata ſua & propter idololatriã, deo permittente ipſos rebellare Regi Babyloniæ & per ipſũ affligi. Deinde cum dicit,



De vinea Sodomorum vinea eorum: & de ſuburbanis Gomorrę.

Vua eorum vua fellis: & botrus amariſſimus.

Fel draconũ vinũ eorũ: & venenũ aſpidum inſanabile.

¶ Prædicit vltimũ pctm̃ Iudęoꝝ cõmiſſum contra deũ & Meſſiã in lege ꝓmiſſũ. Vñ ſupra dixit de⁹ ꝙ iõ reliquit & reuocauit eos a captiuitate ad terrã ſuã: Primo vt inimici nõ ſupbirent & putarent deũ noſtrum impotentem. Scdo vt Iudęi deinde ſaperent & intelligerent ſcripturas & ꝓuiderẽt nouiſſima de Chriſto vẽturo: & nõ negarẽt: ſed reciperẽt ipſum: & deinde cauerent rebellare cõtra deũ: ſed ipſi Iudæi fuerũt ſine ſapiẽtia & cõſilio & prudentia: qa peiora ſcelera cõmiſerũt q̃ prius. Nã añ deſtructionẽ primi tẽpli peccauerũt per idololatriã: ſed poſt captiuitatem in fine ſcdi tẽpli nõ ſolum fuerunt deo rebelles negando Chriſtum Meſſiam ſuũ ſed etiã ex odio ipm̃ occiderũt, & in eadẽ infidelitate & obſtinatiõe ꝑmanſerũt. quoꝝ peccatũ & ei⁹ grauitatẽ explicat
deus ꝑ Moyſen ꝑ cõparationẽ vineę & vuę & vini. ¶ Ad cu V
ius intellectũ eſt notandũ: vt pʒ Eſa. v. ꝙ totus ille ppl̃s ab
Adã & Iſrael vſq; ad aduentũ Chriſti dict⁹ fuit vinea xp̃i: vt
dictũ eſt pſal. lxxix. & Ezechiel. xviij. Quã vineã coluerunt
patriarchę & ꝓphetę & oẽs fideles vete. teſt. expectãdo vt
faceret illã ſalutarẽ vuã & botrũ q fuit Chriſt⁹: q qdem botr⁹
& vua fuit torta & exp̃ſſa in torculari crucis: ex qua expreſſũ
ẽ vinũ ſacramentoꝝ ad ſalutẽ oim fideliũ ſimul cũ vino generalis redẽptiõis & ſub tali fide & ſpe omnes fideles ve. te.
colebãt iſtã vineã & legem Moyſi. Sed iſta vinea legis iam
protulit vuã ſuã in aduẽtu ſuo: & collegiũ apſoꝝ & fideliũ
iam protulerunt fructũ fidei colligendo iſtã vuã per fidem:
ſed ſynagoga non fecit vuas fidei: ſed labruſcas amariſſimas
infidelitatis & odij & homicidij contra Chriſtũ. Et ſic ex vinea dñi facta eſt vinea Sodomoꝝ & Gomorrę. Et ſic patet
ꝙ domus Iſrael q̃ erat vinea dñi exercituũ, diuiſa fuit in duas partes. Quarũ minor recepit Chriſtũ ꝑ fidem: & ſic fecit
verũ fructũ: & collegit de vinea legis vuam ſalutarem q fuit
Chriſt⁹: ex qua vua exp̃ſſit vinũ redẽptiõis & ſacramentoꝝ.
Et ſic iſta minor portio manſit vera cũ ſuo fructu. Altera autem pars maior non fecit vuas fidei: ſed labruſcas amariſſimas infidelitatis odij & homicidij: qa nõ ſolum non recepit
Chriſtum: ſed negauit & occidit eũ. & ſic ex lege nõ collegit
fructũ ſalutis & redẽptionis ſed dãnationis: & ſic facta eſt ps
vineę Sodomoꝝ tota ſynagoga Iudęoꝝ q̃ Chriſtum negauit, vſq; in hodiernũ diẽ. Et iõ dicit Moyſes. qa Iudęi nõ ſapuerũt legẽ nec intellexerunt eam: nec prouiderunt nouiſſima Chriſti q̃ i lege erant figurata & ꝓmiſſa & in prophetis
prenũciata: iõ vinea eoꝝ facta ẽ de vinea Sodomoꝝ. i. ſterilis & cęca. ¶ Ad cui⁹ intellectũ eſt iterũ notandũ ꝙ Sodo- X
ma interp̃tat̃ ſterilis & cæcitas: aut pecus: aut declinatio. dicitur cæcitas: eo ꝙ ex paſſione vitiorũ ꝑcuſſa fuit cęcitate mẽtis
intantũ ꝙ ꝑdidit iudiciũ rõnis: & oẽs effecti ſunt beſtiales in
moribus: qa abutebantur vitio luxurię i maſculos. Ideo Sodoma interp̃tatur pec⁹ & beſtia. Vnde voluerũt abuti duobus angelis qui ingreſſi ſunt in domuʒ Loth: niſi ꝙ percuſſi
ſunt cęcitate. & ſic facti ſunt cęci cor͠pe & mente. Vnde Sodoma cum ſuburbanis & ciuitatibus adiacentibus ſubmerſa &
cõbuſta ẽ & ſterilis facta: vt pʒ Geñ. xix. Hoc idẽ factũ ẽ de
Gomorra cũ ſuis vicis & ruribus ſuburbanis. Iõ Gomorra interp̃tat̃ cæcitas & ſeditio aut timor popularis. Et qa popul⁹
Iudaicus ſiue ſynagoga fuit percuſſa cęcitate mentis & odij
in aduentu Chriſti: & nõ fecit fructũ fidei: ideo dicitur cæca
& ſterilis & beſtialis & ſeditioſa ſicut Sodoma & Gomor.
Et ſic iam nõ dicitur vinea dñi: ſed vinea Sodomoꝝ & Gomorrę. Vñ ſicut ſocietas apſoꝝ & diſcipuloꝝ & oim cõuerſorum facta eſt vinea domini per fidem: ita ſynagoga per

infidelitatem & cæcitatem facta eſt vinea Sodomorum &
Gomorræ. ¶ Tertio eſt vlterius notandũ:ꝙ ſicut in vinea
conſiderantur tria per ordinem.ſ.ipſa vinea:quę eſt congre
gatio vitium & palmitum viridium.Secundo vua quæ inde
colligitur.Tertio vinum quod ex vuis exprimitur: Ita pari-
ter vinea eccleſiæ fuit ipſa congregatio apoſtolorum ſub vi-
gore vnius fidei adunatorum.Fructus autem ſiue vua huiꝰ
vineæ fuit charitas qua Chriſtum receperunt.Vinum autẽ
fuit gratia & effectus redemptionis. Et etiam vinum huius
vineæ fuit prædicatio euangelica & operatio miraculorũ:
quæ apoſtoli ex fide & charitate expreſſerunt.Per oppoſi-
tum ſynagoga.Nam quia illa vinea erat cæca & in odio cõ
tra Chriſtum inueterata:ideo peperit vuas & botros ama-
riſſimos mendacij & falſi teſtimonij contra Chriſtum.Et ſic
fecit deum & legem mendacem,quando Chriſtum negaue
runt.Vnde Iudęi primo conceperunt odium contra Chriſtũ
in corde & cæcitate mentis. Secundo protulerunt menda-
cium & falſum teſtimonium & blaſphemiam contra eum ĩ
ore.Tertio commiſerunt homicidium in operatione quan-
do ipſum crucifixerũt.Quarto manſerũt ĩ infidelitate & ob
ſtinatione & dãnatione perpetua. Radix ergo & vitis illius
vineę Sodomorum eſt cæcitas & odium inueteratũ:vua aũt
fuit mendacium & falſum teſtimonium & blaſphemia di-
cta contra Chriſtum.vinum fuit homicidium & mors Chri-
ſti. Acetum autem factum ex illo vino eſt obſtinatio acerri
ma: & damnatio amariſſima:& deſolatio quæ manet & ꝑ
ſeuerat in illo populo vſq; in finem.Hoc eſt ergo quod intẽ
dit dicere Moyſes in hac particula:ſcilicet ꝙ deus noluit to
taliter delere iſtam vineam in illa captiuitate Babylonis:i-
mo vocauit ipſam vt ſaperet & intelligeret legem:& nouiſ-
ſima myſteria Chriſti prouideret & Chriſtum in aduentu
ſuo per fidem reciperet:& veras vuas fidei & verum vinum
colligeret & faceret &c.Sed totum oppoſitum fecit.Nam vi
nea & ſynagoga degenerans a lege & recedens a deo facta
eſt de vinea Sodomorum & ſuburbanis Gomorrę per odiũ
& cæcitatẽ mentis.Et ideo vua eorum fuit vua fellis,& bo
trus amariſſimus:quando negauerunt Chriſtum: & legem
& prophetas mendaces fecerunt,& falſum teſtimonium cõ
tra Chriſtum dixerunt,& amara cõuitia & opprobria infli-
xerunt.Et vinum eorum fuit tanq̃ fel draconũ:quando ipſũ
amarę morti & cruci tradiderunt:& ipſi acetum felle mixtũ
porrexerunt.Acetum autem eorum fuit venenum inſanabi
le obſtinationis & infidelitatis:quod in eis perſeuerat:quia
Y eſt eis inſanabile ſicut venenum aſpidum. ¶ Vnde ſynago
ga quaſi per omnia facta eſt ſimilis aſpidi. Nam ſicut aſpis
eſt ſurda & cæca:ita ſynagoga poſt Chriſtũ mãſit cęca & ſur
da:quia nec poteſt nec vult audire veritatẽ ſacrę ſcripturę:
immo ponit ſibi caudã obſtinationis in aure dextra ne au
diat vocem euãgelicam:vt dictum eſt pſalmo.lvij. Item ſi-
cut venenũ aſpidum eſt inſanabile: Ita venenum obſtina-
tionis & odij ſynagogę & peccatum eſt inſanabile vſq; ad iu
dicium.Itẽ eorũ damnatio venenata eſt inſanabilis & pœ
na irremiſſibilis & infinibilis,ſicut peccatum Sodomæ fuit
inſanabile.Et ſic patet quomodo ſynagoga facta eſt de vi-
nea Sodomorum:& de ſuburbanis Gomorræ:poſtq̃ nega-
uit & crucifixit Chriſtum.Vnde notanter dicit de ſuburba-
nis Gomorræ.Nam ſicut Sodoma & Gomorra habebant
ſuburbana.ſ.vicos & rura & cõfinia:quæ participabant pec
cata & punitionem illarum ciuitatum:quia cum ciuitatibus
fuerunt punita ſuburbana:& ſic manſerunt deſtructa & ſte-
rilia:ita pariter omnia ſuburbana ipſius Hieruſalẽ quæ cõ
ſenſerunt in necem Chriſti:& omnes Iudęi qui manent,in
eadem obſtinatione:dicuntur de vinea Sodomorum:& de
ſububanis Gomorrę:quia ſynagoga cum ſuis ſuburbanis &
ſequacibꝰ obſtinatis Iudęis dicta eſt Sodoma & Gomorra
.ſ.cęca & ſterilis & beſtialis & dãnata:vt patet Eſaię.j. vbi
appellat principes ſynagogę principes Sodomorũ propter

cęcitatẽ & obſtinationẽ & beſtialitatem:Itẽ ſicut Sodoma
& Gomorra habuerunt ſuburbana quæ participarunt pec-
catum earum:ita pariter peccatum cæcitatis & odij Iudeo-
rum habuit ſuburbana peccata.Nã ex illa cæcitate & odio
proruperunt in mendacium & falſum teſtimonium & blaſ
phemiam:& homicidium:& infidelitatem:& obſtinationẽ
& venenum inſanabile odij & rancoris,quod habent con-
tra Chriſtũ & Chriſtianos.Et iſta ſunt peccata ſuburbana il
lius peccati Iudęorum.Ideo dicit Moyſes. Vinea eorũ de vi
nea Sodomorũ & de ſubu͛banis Gomorrę.Deide cũ dicit,

Nonne hæc condita ſunt apud me:& ſignata in
theſauris meis?

Mea eſt vltio & ego retribuam eis in tempore:
vt labatur pes eorum.

Iuxta eſt dies perditionis:& adeſſe feſtinant tẽ
pora.

¶ Prędicit punitionẽ peccati ſupradicti:quę fuit facta per
Titum & exercitum Romanum in deſtructione ſecundi tẽ-
pli.Dicit ergo deus.Nonne hæc ſcelera ſupradicta commiſ-
ſa contra Chriſtum & Meſſiam,cõdita & repoſita ſunt apđ
me,& bene ſignata & ſigillata in theſauris meis.i.in memo
ria mea:quæ eſt arca & theſaurus omnium præteritorum ꝑ
ſentium & futurorum:quia noui omnia anteq̃ fiant?quaſi
dicat:non oblitus ſum iniuriam factã Chriſto filio meo.Et
iõ dico vobis:ꝙ mea eſt vltio.i.ad me ꝑtinet facere vltionẽ
& vidictã huiꝰ pcti de Iudęis.Et iõ ego retribuã eis pœnã ĩ
tempore conſtituto:ſed differo modicum:vt magis labatur
pes eorum ad alia ſcelera.Vnde hoc dicit:qa ĩ illis.xl. annis
quos deus dedit eis ad pœnitentiam,plura ſcelera cõmiſerũt
ad maiorem punitionem & pœnam eorum.Iudæi gloſſant
ly vt pro quotienſcunq;.hoc eſt:ego retribuam eis quotienſ
cunq; labatur pes eorum ad peccandũ.Vel ly vt poteſt po
ni pro licet.i.licet in illis.xl.annis labatur pes eorum ad pec
candũ:tamẽ non diu differetur eorũ punitio:quia iuxta eſt
dies perditionis eorum.Item licet modo concedatur eis po
teſtas vt occidant Chriſtum:tamen iuxta & prope eſt dies ꝑ
ditionis eorum.& tempora feſtinant & properant adeſſe.i.
vt cito fiat & cõpleatur eorum deſtructio & punitio per Ti-
tum & Romanos.Quia

Iudicabit dominus populum ſuum:& in ſeruis
ſuis miſerebitur.

¶ Hoc dicit. Nam quando deus ſtatuit mittere Titum & Z
Veſpaſianũ cum exercitu Romano contra Hieruſalẽ:priꝰ
anteq̃ obſideretur,apparuit angelus domini:& pręcepit oĩ
bus fidelibus Chriſtianis:vt recederent ab Hieruſalẽ & fu
gerent futurum excidiũ ciuitatis:vt ait Euſebius in.iij.eccle-
ſiaſticę hiſtorię.Et ſic Chriſtus condemnauit & puniuit oẽs
Iudęos obſeſſos in Hierl̃m:ſed miſertus eſt Chriſtianis,eos
auiſando vt fugerent illam ſtragem & punitionem.ſed tota
congregatio malorũ & obſtinatorum Iudęorum manſit &
fuit incluſa & obſeſſa in ciuitate.quorũ partim fuerunt ma-
chinis bellorũ in muris interfecti:partim fame conſumpti:
partim gladio in captione trucidati:& cæteri in captiuitatẽ
diſperſi.Et ideo ſubdit.ꝙ deus & quilibet alius

Videbit ꝙ infirmata ſit manus:& clauſi quoq;
defecerunt:reſiduiq; conſumpti ſunt.

Et dicẽt:vbi ſunt dii eorum in quibus habebãt
fiduciam?

De quorum victimis comedebant adipes:& bi
bebant vinum libaminum?

¶ Infirmata & debilitata ſit manus & poteſtas illius popu

li in illa obſidione:& clauſi & obſeſſi defecerunt in virtutib⁹ victualibus & in conſilio:& omnibus neceſſarijs: & reſidui conſumpti ſunt fame & gladio & captiuitate. Et ſic Romani videntes Iudæos obſeſſos & deſtitutos a deo, dicent vbi ſunt dij eorum:ſcilicet Iudæorum in quibus habebant fiduciam: de quorum victimis & ſacrificijs comedebant adipes & pinguedinem:& bibebant vinum libaminum & oblationum: ſurgant ergo dij veſtri,o Iudęi,& opitulentur vobis & protegant vos in hac veſtra neceſſitate:& liberēt vos de ma
Z3 nibus noſtris. ℭ Et nota ꝙ Romani & gentiles loquebant ſecundum conſuetudinem ſuam. Nam ſicut ipſi gentiles colebant plures deos quibus offerebant diuerſa ſacrificia: Ita putabant ꝙ Iudęi colerent plures deos propter multitudinem & diuerſitatem ſacrificiorum & holocauſtoruꝫ & oblationum & libaminum. Item putabāt ꝙ dij ciuitatis obſeſſę & captę pariter vincebantur cum ciuitate a dijs exercitus vincentis & triumphantis. ſicut dictum eſt de dijs Troianorum. Secundum ergo hanc conſuetudineꝫ dicebant Romani Iudæis obſeſſis: vbi ſunt dij eorum: in quibus habebant fiduciam: quaſi dicerent: aut dormiunt aut ſunt victi. Et maxime hoc dicebant gentes exercitus: eo ꝙ ſentiebant quomodo populus obſeſſus continue clamabant ad dominuꝫ in tēplo:& offerebant oblationes & ſacrificia:& tamen deus nō exaudiebat eos: ſicut dictuꝫ eſt pſalmo.xvij. Clamauerunt ad dominum nec exaudiuit eos: eo ꝙ iam erat clauſum cælum orationibus eorum. Et ideo gentes exercitus habebant cauſam dicendi: Dij veſtri

Surgant & opitulentur vobis:& in neceſſitate vos protegant.

ℭ Quaſi dicerent: fortiores ſunt dij Romanorum ꝙ̄ Iudęorum. Sed ad hoc reſpondet deus dicens:

Videte ꝙ ego ſum ſolus:& non ſit alius deus p̄ter me.

ℭ Quaſi dicat: vos Romani putatis ꝙ in Iſrael & Hier̄lm ſint plures dij & ꝙ dij veſtri ſunt fortiores diſs Hieruſaleꝫ: eo ꝙ non opitulantur eis: nec protegunt eos in hac neceſſitate & obſidione &c. Et ego dico vobis vt videatis & conſideretis bene ꝙ ego ſum ſolus deus:& non ſit alius deus præter me. Et ideo ſi vellem liberare iſtum populum ego bene poſſem liberare. Sed ego dimiſi eum propter peccata ſua: & ſic permiſi vt rebellarēt contra Romanos: vt venirent cōtra Hieruſalem: & abſtuli & abſtraxi auxilium meum & cuſtodiam angelorū ab eis:& tradidi eos in manus veſtras puniendos. Et ſic non glorjemini: nec putetis deos veſtros victores: quia ego ſū ſolus de⁹: nec eſt ali⁹ de⁹ pręter me: quia dij veſtri ſunt falſi & īpotentes. Et ideo ego per vos Romanos tanq̄ per miniſtros volui punire iſtum populuꝫ propter peccata ſua. Vnde

Ego occidam & ego viuere faciam: percutiam & ego ſanabo: & nō eſt qui de manu mea poſſit eruere.

ℭ Ego occidam iſtum populum Iudaicum:& viuere faciaꝫ populum gentilem per fidem. Et ego percutiam iſtum populum cęcitate & liuore:& ſanabo populum gentileꝫ a peccato. Et non eſt aliquis qui poſſit eruere ſe: nec aliqueꝫ aliū de manu mea. Itē quoſdam de iſto populo occidaꝫ per peccatum:& quoſdam eorum faciam viuere per fidem & gratiam: ſicut fuerunt apoſtoli:& etiam multi qui quotidie conuertuntur. Et quoſdam ego percutiam cęcitate. Et quoſdaꝫ ſanabo per baptiſmum & pœnitentiā. Et nemo poteſt eruere de manu mea quē ego punio. Quapropter ſuꝫ qui punio iſtum populum:& non dij gentiuꝫ ſicut vos putatis. Et ideo ego deus

Leuabo ad cælum manum meā & dicam: viuo ego inęternum.

Si acuero vt fulgur gladium meum:& arripuerit iudicium manus mea.

Reddam vltionē hoſtibus meis:& his qui oderunt me retribuam.

Inebriabo ſagittas meas ſanguine: & gladius meus deuorabit carnes.

De cruore occiſorum:& de captiuitate nudati inimicorum capitis.

ℭ Leuabo manum meam in cęlum.i.cum iureiurando dicam. Viuo ego inæternum.i. ſicut viuo ego inæternum: ita ſententia mea contra populum Iudaicuꝫ eſt imobilis & ſtabilis & firma. Qꝫ ſi acuero (& ponitur ſi pro quando) .i. quando ego acuero gladium ſententiæ meæ vt fulgur contra Iudęos:& manus mea arripuerit iudicium.i. propoſuerit & decreuerit iudicare eos & punire: tunc reddā vltionem & vindictā hoſtibus meis Iudæis qui me crucifixerunt. Et retribuam vicem his qui oderunt & negarunt me. Et inebriabo ſagittas meas.i. Romanos ſanguine Iudęorum & gladi⁹ meus deuorabit carnes eorum in excidio Hieruſalem. & inebriabo & ſatiabo ſagittas & gladios meorum de cruore inimicorum occiſorum,& captiuitate capitis nudati & abſciſſi & captiuitate templi nudati & expoliati. Vnde Iudęi gloſſant: de captiuitate nudati.i. capituꝫ abſciſſorum. ponendo ſingulare pro plurali: vt ſępe fit in ſcriptura. Vnde capita abſciſſa dicūtur nudata & expoliata & ſeparata a corpore. Et ſic de cruore iugulatorū & capitum abſciſſorum Romani ſatiarunt gladios ſuos.

Laudate gētes populum eius: quia ſanguinem ſuorum vlciſcetur.

Et vindictam retribuet in hoſtes:& propitius erit terrę populi ſui.

ℭ Hæc eſt tertia pars principalis: in q̄ua prædicit conuerſionem populi gentilis ad Chriſtum & eius eccleſiam.

ℭ Vnde poſtq̄ ſuperius prædixit finalem deſtructionem illius templi & reprobationem illius populi: quia poſt prædicationē euāgelij ipſa ſynagoga tā nō āplius fuit de vinea domini: ſed de vinea Sodomorum:& de ſuburbanis Gomorrę & diaboli: Ideo deus voluit ſuſtinere populum gentilem & vocare ad eccleſiam: vt ex conuerſis de populo gentili cum apoſtolis & cōuerſis de Iudaiſmo fieret vna eccleſia. Et quia populus gentilis qui ante abominabatur deum cum populo ſuo: poſt conuerſionem laudauit deum & populum eius: Ideo conuerſus Moyſes ad populum gentilem: dicit, o gentes laudate vos populum dei qui remanet conuerſus de Iudaiſmo: poſtq̄ populus Iudaicus reprobatus eſt: quia ex populo dei factus eſt de populo & vinea Sodomorum. In Hebręo habetur. Exultate gentes in populo eius. Tranſlatio. lxx. habet: Lętamini gentes cum plebe. Et ita allegat hunc textum Apoſtolus ad Romanos.xv. Et ſic litera eſt magis clara ad propoſitum. Vnde dicit Moyſes. Poſtq̄ ſynagoga receſſit & eſt reprobata a populo dei: ergo vos gentes venite ad fidem Chriſti:& lętamini cum plebe eius.& gaudete de beneficio redemptionis:& gratiæ ſacramētoꝝ, poſtq̄ Iudęi indignos ſe fecerunt. Quia Chriſtus vlciſcetur & vindicabit ſanguinem ſeruorum ſuorum: ſcilicet Stephani & Iacobi & aliorum: quem Iudęi effuderunt. Et etiam retribuet vindictam in hoſtes tyrannos & reges paganoruꝫ qui perſecuti ſunt eccleſiam & effuderunt ſanguinem martyrum: & finaliter Chriſt⁹ erit propitius terrę populi ſui.i. toti⁹ eccl̄ię toto orbe diffuſæ: quia finaliter Iudęis trucidatis & captis & ſubiectis & diſperſis:& tyrannis & infidelibus extirpatis &

correctis: deus proſperabit eccleſiam ſuam. quod impletum eſt per conuerſionem Conſtantini.

¶ Ex ſupradictis patet: qualiter doctrina Moyſi in hoc cātico non ſolum fuit moralis: & exhortatoria & comminatoria: ſed etiaꝫ prophetica, prænuncians geſta futura in illo populo. Et ſic Moyſes fuit vere propheta ī hoc cantico. Et nō ſolum habuit ſpiritum ſimplicem prophetię prædicens ſolū ventura in illo populo: vt gloſſant Iudęi & quidam catholici hoc cāticuꝫ, vſqꝫ ad captiuitatem Babylonię incluſiue, & liberationem eius: ſed habuit duplicem ſpm̄ prophetię per quem ſua prophetia ſe extendit vſqꝫ ad Chriſtuꝫ & eccleſiā & ad deſtructionem ſecundi templi & ciuitatis & electionē & ſubſtitutionē populi gentilis in eccleſia & populo dei. Vn̄ manifeſte p̄dicit Moyſes deſtructionem primi templi & ciuitatis & captiuitatem factam per Chaldęos propter peccatum idololatrię & ingratitudinis. vt patet ab illo loco. Peccauerunt & non filij eius vſqꝫ ad illuꝫ. Et dixi vbinam ſunt. Secundo prędicit deſtructionem ſecundi templi: & ciuitatis propter aliud pctm̄ grauius primo: qꝫ vinea illius populi facta eſt de vinea Sodomorum: & ſuburbanis Gomorræ propter cęcitatem & amariſſimum odium: & venenum peccati eoruꝫ factum eſt inſanabile & irremiſſibile. qđ non potuit eſſe aliud in ſecundo templo niſi negatio & mors Chriſti: vt manifeſte patet ab illo loco. Et dixi vbinam ſunt. vſqꝫ ad illum locum. Laudate gentes populuꝫ eius. Vnde poſt deſtructionem primi templi: & tempus captiuitatis Babylonicę p̄dicitur reuocatio eoruꝫ & prorogatio ſtatus illius populi: ne inimici ſuperbirent: & ipſi Iudæi ſaperent & intelligerēt & prouiderent nouiſſima myſteria de Chriſto & eccleſia in lege & prophetis promiſſa & prænūciata. Sed poſt deſtructionem ſecundi templi & ciuitatis factam per Romanos: non promittitur nec prædicatur relaxatio huius captiuitatis in qua perſeuerant: nec prędicitur reędificatio templi & ciuitatis. Sed prædicitur ſubſtitutio populi gentilis. Et vocantur gentiles vt veniant ad eccleſiam ad laudandū deū cum apoſtolis: & recipient cū eis ad eccl'iaꝫ & gaudeāt beneficio redemptionis: ſicut fuit prophetatuꝫ Zacha. viij. circa finē. vbi dicitur: qꝫ venient populi multi & gentes robuſtæ ad q̄rendum dominum exercituum in Hieruſalem, & deprecādam faciem domini. Et in diebus illis apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentiū: & apprehendent fimbriam viri Iudæi dicentes. Ibimus vobiſcum. Audiuim⁹ enī qꝫ deus vobiſcum eſt. Quod fuit impletum quando gentiles videntes ſigna & miracula & doctrinam apoſtolorum ſponte & cum gaudio quæſierunt & petierunt recipi in eccleſiaꝫ Chriſti cum conuerſis de Iudaiſmo: ſynagoga reprobata & abdicata. Vnde de conuerſione & ſubſtitutione populi gentilis patet per totum diſcurſum legis & prophetaruꝫ. Et hoc voluit dicere Moyſes: cum concludit. Laudate gentes populum eius &c.

Finitur expoſitio canticorum ferialium edita per longe reuerēdum Dominum Iacobum PareZ de Valentia epiſcopum Chriſtopolitanum.

## Eiuſdem in canticum Mariæ præfatio.

Ex Hiſpanorum regum illuſtri propagine nobiliſſimę filię ac dilectiſſimę dn̄e Elizabeth de Billena abbatiſſę ſacri monaſterii ſanctę Trinitatis vrbis Valētię: Iacobus Parez epiſcopus Chriſtopolitanus in filio virginis ſalutem.



Ingenti cū affectu oraſti ſępenumero imbecillitatem meā dn̄a dilectiſſima: vt qui cōmentarios ī pſalmos Dauid quondā ediderā & Cantica ferialia ſimul cum cantico Ambroſii & Aug. nō multo poſt tempore expoſueram: nūc autem ad canticum Virginis exponēdum appellere non negarem. Indignum enim ac repręhenſibile exiſtimabas: ſi inter tot labores mihi dudum aſſumptos canticum tantę virginis maneret omiſſum. Addebas prętere a: ne in illius laudibus explicādis calamo parcerem. Et ne ꝓlixitatis metu: aut quouis alio ſiniſtro reſpectu: cuncta eius priuilegia: dignitateſqꝫ a deo eidē largitas ſilentio paterer ꝑtranſire. Et hoc vt habeāt quę in tuo ſacro collegio tecū dn̄o ſeruiūt virgines & filiæ: vnde in laudibus virginis die noctuqꝫ cōtēplētur. Q̄d quidē opus tā arduum & inextricabile mihi aggrediendum ꝑdifficile exiſtimaui. Hoc eſt enī illud pſalteriu decachordū: quod Dauid in ſuis pſalmis ī ꝑſona virginis Marię: & totius eccleſię ſępenūero cātandū pollicetur. Quod quidē cāticū ipſa intemerata virgo afflata ſpiritu ſancto decem breuibus verſibus abſoluit & decātauit. Quis ergo digne cogitare queat huius cantici inacceſſibilē ꝓfūditatē in quo non ſolū cuncta myſteria ac ꝓmiſſiones patriarcharū: & vaticinia ꝓphetarū fuiſſe cōpleta ī xp̄o dignoſcūtur: verūetiā tota veritas euāgelica breui ſermōe referatur? Aut quis deniqꝫ tātę virginis laudū īmēſitatē poterit hūanis verbis explicare: & tot bn̄ficia ipſi a deo collata ꝑuo libro cōſcribere: q̄ illū ſuo virgineo gremio meruit geſtare: cui angeli ſeruiunt: dęmōes cōtremiſcunt: cęli parēt: & muta obediūt elemēta? Quid ergo dicā pauper ingenio; egēs eloq̄o: ꝓſerti cū mihi ægritudine oculorū ꝑgrauato non mō calami officio vti nō cōceditur: verūmetiā legēdi facultatē liberā videā denegari? Verūtn̄ tātę virginis deuotiōe cōpulſus: & ea quā erga me ſēꝑ geſſiſti charitate conuictus: tuis deuotis exhortatiōibus ſatiſfacere: & ꝓut mihi deſuꝑ fuerit cōdonatū obedire conabor. Et quid ſibi velit virgo Maria in hoc altiſſimo cantico; ſuperno ſemper fretus auxilio: & tuis tuarūqꝫ filiarum oꝛonibus p̄muni tus: perſcrutari tentabo. Tādē autē ad virginis filium mea verba conuertēs ſimul cum eadē virgine tympaniſtria noſtra hoc pſalterium decē chordarum canere incipiam.

MAgnificat aīa mea dominum.
¶ Huic cātico p̄ponitur talis titulus.ſ. Canticū
virginis Mariæ. eo quia ipſa ipſum edidit: & pri
mo cantauit: ſicut dictum eſt. Sed quia totū iſtd
canticum & eius ſentētia & intelligentia fundatur in verbis
angeli Gabrielis qñ ſalutauit virginē Mariam in incarna-
tione filij dei: & in verbis Elizabeth qñ Maria ſalutauit eā:
ideo ad conſequendam intelligentiam huius cantici neceſ-
ſario eſt p̄habenda intelligentia illorū verborum. Et ideo
anteq̄ veniamus ad expoſitionem & diuiſionem huius can
tici, breuiter percurrem⁹ dicta angeli & Elizabeth Lucę.j.
Vnde ait Lucas euangeliſta. q̄ in menſe ſexto poſt conce-
ptionem Ioānis Baptiſtę, miſſus eſt angelus Gabriel a deo
in ciuitatē Galileę: cui nomen Nazareth, ad virginem de-
ſponſatam viro: cui nomen erat Ioſeph de domo Dauid &
nomē virginis Maria. In quibus verbis verificātur dicta p
phetarum: q̄ Chriſt⁹ ex virgie erat naſciturus: prout p̄dixe-
rat Eſa.vij. Ecce virgo concipiet & pariet filium &c. Et etiā
verificantur promiſſiones patriarcharū: q̄ Chriſt⁹ erat na-
ſciturus ex Dauid: & per conſequens de tribu Iuda: & de ge
nere Iacob: & Abrahę ſcdm carnem: ſicut eis fuerat promiſ
ſus. Et ideo ſubdit Lucas. q̄ Gabriel ingreſſus ad virginem
Mariā explicauit ſuā legationē ex parte dei dicēs. Aue gra-
A tia plena: dñs tecū. Bñdicta tu in mulierib⁹. ¶ In qua quidē
legatione & in quib⁹ verbis, quatuor bona. noua, & magna
bñficia annunciat angelus. Primo virgini Mariæ & ex con-
ſequenti toti generi hūano annunciat vl'ē redēptionē & ſa
lutē gñis humani, cū ait. Aue. Secūdo annūciat plenitudinē
grę quam primo conſecuta eſt Maria: & exinde tota eccle-
ſia, cum ait. Gratia plena. Tertio annunciat aduentum fi-
lij dei i eius vterū: & exinde in totam eccleſiam: cū ſubdit
Dñs tecum. Quarto annunciat benedictonem & dignitatē
Mariæ ſuper omnes mulieres: cum ſubdit. Benedicta tu in
B mulieribus. ¶ Ad quorum intellectum eſt notandum: q̄ q̄-
tuor mala incurrerūt primi parentes ex trāſgreſſione præce
pti dei i eſu cibi prohibiti. Primo incurrerūt mortē corporis
& aiæ. Scdo irā & indignationē dei. Tertio exiliū. Quarto
Eua ſpecialiter ſimul cum omnibus mulieribus incurrit ma
ledictionem ęrūnarū & miſerię i cōceptib⁹ & partubus ſuis.
Quę oia q̄tuor mala fuerūt denūciata in ſnia data pris parē-
tib⁹: qñ angel⁹ eiecit eos de terreſtri paradiſo. Vñ tūc annū
ciata fuit eis mors qñ deus dixit Adę. Puluis es & in pulue-
rē reuerteris. Et tūc fuit annūciata ira dei cōtra eos: qñ ſa no
uerūt nudos ab oi gratia: & audierunt vocē furibūdā dei de
ambulantis ad aurā poſt meridiem: in qua voce timuerūt &
ſe abſconderūt a facie dei cognoſcentes ſe iram & indigna-
tionem dei incurriſſe. Itē tūc fuit annūciata Euæ & oib⁹ mu
lierib⁹ ſpecialis maledictio: cū dixit ei: multiplicabo ęrūnas
tuas &c. Sz tūc fuit eis annunciatū ppetuū exiliū & ſepatio a
deo: qñ eiecti ſunt de paradiſo, & in hanc vallē lachrymarū
emiſſi & relegati. Sed oia ſupradicta quatuor mala fuerunt
annunciata primis parentibus a deo per angelū tanq̄ p ſub
ſtantiā mediā: vt inquit Aug. Ideo per angelum voluit de⁹
ānūciare virgini Marię in hac legatione abſolutionē gñalā
factā p Chriſtū ab illis quatuor malis ſupradictis. Nam prio
ſicut angel⁹ primis parētib⁹ annūciauit mortē corpis & aiæ:
ita p oppoſitū nūc annūciat Marię vitā & ſalutē: & p conſe-
quens abſolutionē a morte: cū dixit ei. Aue. i. ſalue: & ſalus
ſit tibi & toti gñi humano. Vñ ſalus idē eſt qđ vita integra
ſine defectu contra oēs morbū & mortē: ſicut dictū eſt in ex-
poſitione pſal. viij. & dicet infra. Itē ſcdo illis angelus denū-
ciauit irā & indignationē: ſed Marię annūciat grām: & per
conſequens abſolutionē ab illa ira: cū ſubdit Gratia plena.
Itē tertio illis denūciauit perpetuū exiliū a facie dñi: ſz Ma-
rię annunciat recōciliationē: & reunionem dei ad nos: & p
cōſequens reuocationē ab exilio: cū ſubdit. Dñs tecū. Item
quarto illis denūciauit maledictionē: & ſpecialiter ipſi Euę
cū oib⁹ mulieribus: ſed Mariæ annūciat bñdictionē ſup oēs
mulieres: & p cōſequēs annūciat ipſi p̄ſeruationē & exēptio
nē ab oib⁹ maledictionib⁹ & ęrūnis ſup oēs mulieres: cū ſub
dit. Bñdicta tu in mulierib⁹. Et iō virgo Maria vidēs q̄ iſta
ſalutatio & annūciatio erat totalr̄ cōtraria denunciatiōi &
ſnię datę primis parētibus: hic eſt q̄ turbata eſt in ſermone
eius: & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. i. cogitando iſtā
nouā ſalutationē cōtrariā denūciationi factę primis paren-
tibus: turbata eſt in ſermone eius non valens reddere rñſū
angelo ſuę legationis. Sed tūc angelus videns ſpam turba-
tam p̄ cogitatiōe: ait ei. Na timeas Maria: iuenisti eñ grām
apđ deū &c. In quib⁹ verbis nil aliđ facit angelus: niſi q̄ ſub
verbis claris & manifeſtis explicat ſupradicta quatuor my-
ſteria: q̄ ſupra dixerat iplicite q̄ſi ſub verbis obſcuris. vñ ait.
Ne timeas Ma. i. ne timeas iſtā ſalutationē eſſe fictam & va
nā: aut fraudulantā: quia a deo miſſus ſum. Et ne mireris qa
dixi tibi gratia plena: quia tu præ cæteris inueniſti grām apđ
deū. qa nō ſolū gatiā gratificę vnionis cū deo ſed etiā ma-
ternalis vnionis. Et iō non mireris quia dixi. Dñs tecū. Nā
licet de⁹ cū cęteris ſit p vnionē gratificam: tñ tecum erit per
vnionē gratificā & maternā. Et ſic tecū erit nō ſolum p grām
i mēte: ſed etiā p incarnationē in ventre. Nā ecce concipies
in vtero: & paries filium. Et qa iſte filius tuus debet ſaluare
totū pplm ſuū a pctis eorū: & afferre ſalutē toti gñi hūano:
Iō vocabis nomē ei⁹ Ieſū: qđ interp̄tatur ſaluator & dator
vitę & extinctor mortis & miſerię. Et iō ne mireris q̄ dixi ti
bi Aue. i. ſalue. qa tibi annūcio ſalutē quā iſte filius tu⁹ Ieſus
affert toti mundo. Nā hoc nomē Ieſus. i. ſaluator eſt nomē
potentię & ſapientię & iuſtitiæ & mię. q̄ qdem quatuor ſoli
deo cōueniūt. Et ideo hic filius tuus Ieſus erit magnus in po
tētia iuxta proprietatē ſui nois: & fili⁹ naturalis altiſſimi vo-
cabit̄: & p ꝯñs erit de⁹. qa iſtud nomen Ieſus ſoli deo & filio
dei conuenit propter ſupradictas quatuor ꝓprietates quas
cōprehēdit hoc nomē Ieſus. i. ſaluator. vt dictū eſt pſal. viij.
& dicit̄ infra. Et qa iſte Ieſus eſt verus filius naturalis dei pa
tris: iō dñs pr̄ dabit ei ſedē Dauid patris ſui. Et regnabit in
domo Iacob i ęternū: & regni eius non erit finis. ¶ Ad cui⁹
intellectum eſt notandū: q̄ Chriſtus eſt filius dei naturalis
ſed nō carnalis. Et ē fili⁹ virgis naturalis & carnalis. & ē fili⁹
Dauid non naturalis: ſed carnalis. i. ſcdm carnē. Et ſic etiam
eſt filius ipſius Iacob & Abrahę & ipſius Adā: inquantum
ab eis deſcēdit & fuit eis ꝓmiſſus ſcdm carnē. Et iō eſt iterū
aduertendū: q̄ duplex regnū fuit ꝓmiſſū ipſi Dauid. ſ. vnū
tpale qđ iā poſſidebat & fuit ꝓmiſſum eius ſucceſſorib⁹ per
Solomonē & ſuos poſteros: tñ q̄tū nō deuiarēt a p̄ceptis &
lege dei. Et ſic perſeuerauit illud regnū tpale vſq; ad capti-
uitatē Babylonis: ſed p figurā illr̄⁹ promiſit ipſi regnū ęternū
ſpūale & cæleſte p xp̄m filiū ſuū futurū ſecundum carnē: eo
q̄ gñatio Dauid ſecundum carnē producta eſt vſq; ad virgi
nem Mariā: de qua natus eſt Ieſus rex ęternus: qui obtinuit
ſedē regni ęterni tanq̄ hæres dei patris: cuius eſt filius natu
ralis. Et iō ſedes regni æterni dr̄ ſedes Dauid pr̄is Chriſti: in-
myſterioꝝ ſacræ ſcripturę: rapiendo eam a ſenſibus vſqȝ ad
arcana cęleſtia.Vñ ſcdm Ariſto. & cõmentatorem & Auicẽ
nã,& oẽs philoſophos: intellectus purgatus dicit̃ intellect⁹
adeptus:& eſt ille,qui pulſa omni nube ignorantię adeptus
eſt habitualiter ſcientiã oim intelligibiliũ,vſqȝ ad itellectio-
nẽ ſubſtantiarũ ſepatarũ incluſiue.Scdm vero theologos ta
lis intellectus purgatus dicit̃ intellectus heroicus: eo ꝙ exce
dens iſta naturalia,pueniat vſqȝ ad ea q̃ ſunt ſupra facultatẽ
naturę & ſui. & ſic dicit̃ intellectus deſuper illuſtratus ſupra
ſuũ lumen naturale.& ſic purgare idẽ eſt quod deſuper illu-
miare & illuſtrare.Et iſto mõ dicit Dionyſi⁹ ꝙ angeli ſupio
res purgant,& illuſtrant inferiores. Et iſto modo dicit Da-
maſcenus,ꝙ ſpũs ſanctus ſupuenit i Mariã,& purgauit eam
ſcȝ ab omni nube ignorantię, rapiendo ipſam vſqȝ ad cęle-
ſtia myſteria: & faciendo ipſam prophetã & euangeliſtam:
vt patebit. ¶ Ad cuius maiorẽ euidentiã eſt aduertẽdũ ſcđs
Aug.contra Fauſtũ,& cõtra aduerſariũ legis, & ꝓphetarũ:
& vt dictum eſt in prologo pſal.tractatu.iij.& regula.vij. ꝙ
idẽ ſpũs ſanctus,& idẽ deus locutus eſt in vtroqȝ teſtamẽto.
ſed fuit iſta differentia.nã in vet.teſt.de⁹ locutus eſt p ora ꝓ-
phetarũ infundẽdo eis ſpm̃ ꝓpheticũ: ſed in no.te. locutus ẽ
nobis p filiũ incarnatũ.Sed poſt ſuã aſcẽſionẽ locutus eſt no
bis per apl̃os, infundẽdo eis lumen euangelicũ. Et ſic deus
ſemp locutus eſt nobis per hominẽ. Nam verbũ ęternũ per
hominẽ ſibi perſonaliter aſſumptũ locutus eſt mundo: & ſic
ipſemet Chriſtus qui illuſtrauit apoſtolos ſpũ euãgelico,illu
ſtrauerat ante ꝓphetas ſpũ ꝓphetico.& ſic patet qualiter tã
apoſtoli,q̃ euãgeliſtę,nõ ſunt locuti niſi ſpũ ſancto obũbra-
ti.& illuſtrati:ſicut ait Petr⁹ in ſua canonica. Sed dictum eſt
in illo ꝓlogo,qualiter talis illuſtratio tã ꝓphetica,q̃ apl̃ica,
nõ potuit fieri,niſi per mẽtis exceſſum,& aliquẽ raptũ a ſen
ſib⁹:quia Mens mẽbris obruta cęcus nequit oppreſſi luminis
igne Rerum tenues noſcere nexus: ſicut dicit Boe. lib.v. de
cõſolatione.carmine.iiij. ergo oportet ꝙ mens rapiat̃ a ſen
ſibus. Et ſic tam prophetę q̃ apoſtoli fuerũt rapti a ſenſib⁹ p
obũbrationẽ ſpiritus ſancti.ſed fuit magna differentia i tali
obumbratione & raptu rõne termini:nã ſpũs prophetic⁹ ſo-
lum rapiebat prophetas a ſenſib⁹ vſqȝ ad cognitionẽ ænig-
maticam myſteriorũ futuroꝝ de Chriſto & eccleſia:prout re
pſentabãtur eis in aliquo obiecto creato per ęnigmaticam,
& imaginariam viſionem:ſicut ibi dictũ eſt.Sed ſpirit⁹ euã-
gelicus rapuit apoſtolos in die Pentecoſtes, vſqȝ ad tertium
cęlum,& diuinã eſſentiã,vbi per modũ tranſeuntis viderunt
arcana cęleſtia q̃ nõ licet homini loqui. Et ibi legerunt in il-
lo ſacro libro,oia q̃ poſtea p̃dicauerũt in mundo: qa ſi Ioan
nes nõ legiſſet in illo ſacro libro:nunq̃ explicaſſet myſteriũ
Trinitatis,dicens.In principio erat verbum &c.& ſic poſtea
Paulus vas electionis ad portandum nomen Chriſti coram
gẽtibus,& filijs Iſrael,fuit raptus vſqȝ ad idẽ tertiũ cęlum:vt
ptȝ Actuũ.vij.vbi vidit arcana dei q̃ non licet homini loqui:
vt ipſe ait.ij.ad Corint.xij.Quõ aũt fuit neceſſe, vt apl̃i fuerit
rapti vſqȝ ad tertiũ cęlũ ſcdm exigentiã ſue legationis ſicut
Paulus:iam fuit dictũ in expoſitione pſal.lxvij. ¶ Ex quib⁹ I
patet ſicut etiã ibi fuit dictũ, ꝙ Maria non fuit expers a tali
raptu.in die Pente.ſimul cũ apl̃is: imo ante in conceptione
filij dei per illã obumbrationẽ ſpiritus ſancti, q̃ ipſis reddi
dit intellectũ purgatum:vt dictũ eſt: fuit rapta vſqȝ ad tertiũ
cęlũ diuinę eſſentię:vbi perfectius q̃ Paulus, & cęteri apl̃i vi
dit arcana dei,q̃ nõ licet homini loqui: & perfecti⁹ vidit my
ſteriũ incarnatiõis,& totã intelligentiã ſcripturę, vtriuſqȝ teſ.
& ibi non ſolũ accepit ſpm̃ euangelicũ de pręſentibus & pre
teritis:ſed etiã de rebus futuris,& de modo futurę propinque
redẽptionis:de propinquo per Chriſtum exercendę,& de oĩ
bus futuris contingentibus in eccleſia, vſqȝ ad diem iudicij:
multo perfectius & clarius q̃ Ioannes euangeliſta in Apoca
lypſi.& ſic virgo Maria facta fuit tũc ſimul propheta & euã
geliſta ſuper oẽs alios.Vnde iſte raptus virginis Marię mul-
tipliciter fuit pfectior q̃ raptus apoſtolorum.Nã Paulus fuit
tantum ſemel raptus in ſua conuerſione: & apoſtoli ſemel ra
pti in die Pente.ſed virgo Maria vltra raptum factũ p obũ
brationẽ ſpũſſancti in ſua annunciatione: fuit rapta i die Pẽ
te.cũ cęteris apl̃is: & vltra hoc contẽplãdo dñm incarnatum
queȝ in vtero gerebat ſępe rapiebatur ad arcana cęleſtia: &
multa reuelauit ipſi filius,tam in ſomno q̃ in vigilia: & mul
ta reuelabat ipſi filius poſt natiuitatem familiari locutione:
q̃ poſtea ipa docuit apl̃os & euãgeliſtas.Nã ipa docuit btm̃
Lucã totũ myſteriũ incarnationis: ꝓut cõiter tenetur: quia ſo
la ipſa nouerat illud myſterium experientia,& doctrina an-
gelica:& viſione ſupernaturali in multiplici raptu:& ſic fuit

facta vera ꝓpheta & euãgeliſta ſup oẽs ꝓphetas & euange
liſtas:quia nullus ꝓpheta cõſecutus eſt talẽ modũ euangeli-
zandi. Naꝫ virgo maria non ſolũ loquebať & ꝓphetabat &
euãgelizabat p ſpm̃ infuſum:ſed etiã Chriſtus deus incarna-
tus exiſtens in vtero loq̃batur per os & vocẽ eius. Nã Chriſt⁹
p vocẽ eius imiſit ſpm̃ ſanctificatiõis in Ioannẽ baptiſtaꝫ: &
ſpm̃ ꝓpheticũ in Eliſabeth ſicut dictũ eſt. Et ſic etiam in iſto
cantico Chriſt⁹ deus incarnat⁹ locut⁹ fuit p os & vocẽ virgi-
nis Marię faciẽdo ipſam ſimul ꝓphetã & euãgeliſtã. Et ideo
virgo Maria in iſto cãtico partim fuit euangeliſta: inquantũ
annunciauit & euãgelizauit qualiter Iſrael iã receperat pue
rũ ſuũ:q̃a iam deus erat incarnat⁹ in vtero, q ante fuerat ꝓ-
miſſus in lege & ꝓphetis: & euangelizauit etiã magna q̃ ſibi
fecerat deus potens & ſctũs. Sed cum hoc ꝓphetauit propi-
quã redẽptionẽ p Chriſtũ faciẽdã: & p̃dixit futurã ruinam &
obſtinationẽ populi Iudaici ꝓpter ſuã infidelitatẽ: & exal-
tationẽ & ſocietatẽ populi gẽtilis ꝓpter ſuã hũilitatẽ & fidẽ:
vt patebit p totũ diſcurſum & expoſitionẽ hui⁹ cãtici. ¶ Ex
ſupradictis ergo patet ſeptima dignitas qua dignificauit &
magnificauit eã filius ſuus. Et qualiter ſingulariter pſpiritum
ſanctũ obũbrauit ipſi nõ ſolũ ventrẽ: faciẽdo ipſam matrem
dei abſq; omni labe & corruptiõe mẽtis & corpis, conſeruan-
do virginitatẽ: ſed etiã obũbrauit ipſi menteꝫ rapiendo vſq;
ad tertiũ cęlũ: & faciendo ipſam ꝓphetã & euangeliſtam ſup
oẽs alios: eo modo quo dictũ eſt. Et ideo eſt dicẽdum: ꝙ iſta
eſt illa mulier quã vidit Ioannes amictam ſole: & lunam ſub
pedibus eius. Apoca. xij. Nã p hoc ꝙ erat amicta ſole, deno
tatur ꝙ nulla fuit in ea nubes ignorantiæ nec culpæ. Sed per
hoc ꝙ luna erat ſub pedibus eius: denotať ꝙ fuit illuminata
& obũbrata lumine ſpiritus ſancti ſup oẽs ꝓphetas & euan-
geliſtas & apoſtolos i tota eccleſia: & ꝙ fuit rapta ſupra lunã
huius eccleſię vſq; ad ſolẽ diuinæ eſſentię. Et ideo nullum po
tuit pati defectũ: ſicut ſol non põt pati defectum reſpectu ſui.
K ¶ Octaua dignitas ſingularis: q̃ Chriſt⁹ dignificauit virgi-
nem matrem ſuam, fuit quia prę cunctis cæteris fuit eius ſin
gularis & familiarior miniſtra & cubicularia & ſecretaria.
Vnde manifeſtũ eſt: ꝙ in domo regia ille prę cęteris magis
habetur dignus honore q̃ familiarius miniſtrat & ſeruit, re-
gi: & diutius cũ eo manet & cõuerſať: ſicut eſt camerarius &
cubicularius & ſecretarius. q̃a iſtis rex maiora ſigna amoris
oſtẽdit: quia eis credit, & ſua ſecreta & arcana cõmendat. Et
ita Chriſt⁹ dixit apoſtolis Ioan. xv. Iã nõ dicã vos ſeruos: ſed
amicos: quia q̃cunq; audiui a patre meo: nota feci vobis. Iteꝫ
de miniſterio dixit Ioan. xij. Si quis mihi miniſtrauerit ho-
norificabit eum pater meus &c. ¶ Ex quibus patet ꝙ illi fu
erunt magis amici Chriſti: qui magis cum eo & familiarius
cõuerſati ſũt: & quib⁹ plura ſecreta cõmẽdauit. Et illi fuerunt
digniores & magis honorati miniſtri, qui familiarius & diu
tius Chriſto miniſtrarũt. Sed virgo Maria prę cęteris diutius
& familiarius & laborioſius Chriſto miniſtrauit & ſeruiuit:
& cum eo conuerſata eſt. ergo ſequitur: ꝙ prę cæteris fuit di-
gna laude & honore: & fuit a Chriſto honorata. Maior ẽ no
ta per ea q̃ dicta ſunt. Sed minor probatur per ſingula. Nam
virgo Maria diutius deo miniſtrauit. Nam ſicut in ea citius
fuit acceleratus vſus liberi arbitrij q̃ in cęteris: ita citius ince-
pit deo ſeruire & miniſtrare: quia iam in tertio anno fuit in
templo ad ſeruitiũ & miniſteriũ tẽpli dedicata: vbi deo cũ cę
teris virginib⁹ ſeruiebat: & oratiõi & cõtẽplationi & ieiunio
vacabat vſq; ad ſuã deſponſationẽ: ꝓut ſupra dictũ eſt in ter
tia dignitate eius. Hoc idem faciebat tempore ſuę deſponſa
tionis ſimul cũ ſpõſo ſuo Ioſeph. Sed iã familiari⁹ miniſtra-
uit Chriſto poſt incarnationẽ: q̃a ſola ipſa ipſi carnẽ ex ſuis
ſanguinib⁹ miniſtrauit & cõſcauit. Et p nouẽ mẽſes in vtero
aluit & nutriuit. Item poſt natiuitatem ſola ipſa ex ſuo ſacro
lacte lactauit. Itẽ ſola ipſa ipm̃ lauabat & veſtiebat & exue-
bat & pãnis inuoluebat & i cunas reponebat: & oĩa eius per-
ſonę ſecreta nouerat. Et hoc in ei⁹ infantia. Sed in eius pue-
ritia ex pane & cæteris bonis proprio labore adeptis ipſum
alebat: & ipſi de neceſſarijs prouidebat. Item ſemp in oĩbus
myſterijs eius comes fuit. Nam ſicut nõ defuit in partu cum
ipſum peperit: ita nõ defuit in ei⁹ circũciſione, & in magorũ
adoratione, nec in repræſentatione ad templum. nec defuit
in ei⁹ pſecutionib⁹ .ſ. qñ fugit in ægyptũ: & qñ reuerſus eſt in
Iudęam: nec i Nazareth: nec qñ per ſingulos annos aſcende
bat i Hieruſalem tẽpore feſtiuitatũ: vt patet Lucę. ij. Nec de-
fuit qñ fuit inuitatus ad nuptias. Ioan. ij. Nec defuit in itine-
re p̃dicationum: vt patet Lucæ. vij. Nec defuit in eius morte
& paſſione: q̃a cũ cęteri fugiſſent ſola ipa cũ Ioãne & cæteris
mulierib⁹ erat iuxta crucẽ: vt patet Ioã. xix. & in cęteris euã-
geliſtis. Nec defuit duꝫ fuit depoſitus de cruce: & poſitus in
ſepulcro. Sed non legitur ꝙ virgo Maria amplius fuerit re-
uerſa ad ſepulcrũ: ſicut Maria Magdalena & cęterę Mariæ
& Ioannes & Petrus: eo ꝙ virgo Maria abſq; quouis dubio
aut heſitatiõe erat certiſſima de reſurrectiõe Chriſti: Et ideo
non fuit neceſſe ipſam ire amplius ad ſepulcruꝫ: quia pri⁹ ap
paruit ipſi Chriſt⁹ poſt reſurrectionẽ q̃ Magdalenę nec ali-
cui alteri: vt cõiter tenetur. Et ratio eſt: nã ſicut prę cęteris in
Chriſti paſſiõe fuit dolorib⁹ afflicta, & prę cęteris in fide re-
ſurrectiõis fuerat firma; ita prius meruit videre filiũ ſuum in
gloria reſurrectiõis. Et ideo Chriſt⁹ non annunciauit matri
ſuę gloriaꝫ reſurrectiõis p angelos ſicut Magdalenę: ſed per
ſeipm̃ in pſona eã lętificauit: iuxta illud pſal. xxix. Ad veſpe
rã demorabiť flet⁹: & ad matutinũ lętitia. Itẽ pſal. xciij. Scd̃m
multitudinẽ dolorũ meoꝝ cõſolationes tuę lętificauerunt a-
nimam meam. Et ſic patet octaua dignitas virginis: quia ſi-
cut prę cęteris familiarius & diutius & laborioſi⁹ Chriſto mi
niſtrauit & ſecretius fuit cũ eo conuerſata: ita prę cæteris ip-
ſaꝫ dignificauit, & magnificauit, & honorauit, & lętificauit.
¶ Nona dignitas ei⁹ & priuilegiũ fuit ſingulare martyriuꝫ L
ſup oẽs alios martyres: quia abſq; laniatione ſui corporis a-
trocius paſſa eſt i anima in paſſione Chriſti: q̃ aliquis aliorũ
martyrũ paſſus vnq̃ fuit in carne. ¶ Ad cuius intellectum eſt
notandum ꝙ martyr græce vno modo idem eſt quod teſtis
latine: & ſic martyriũ idẽ eſt qd̃ teſtimoniũ. Et ſic oẽs marty
res dicũtur teſtes fidei Chriſti: q̃a vt teſtarenť & cõfiterenť
fidẽ Chriſti paſſi ſunt dira tormẽta: p quæ tormẽta inuiolabi
li teſtimonio cõfitebãtur fidẽ Chriſti. Et ſic patiebãtur pro-
pter Chriſtũ & ei⁹ fidẽ. Alio aũt modo martyr diciť a Marte
deo bellorũ & p̃liorũ: & ſic martyr idẽ eſt qd̃ p̃liator & cer-
tator & pugnator & victor: & ſic martyriũ nil aliud eſt niſi p̃-
liuꝫ & certamẽ & pugna & victoria. Et ſic apl̃i & cęteri vere
dicũtur Chriſti martyres: eo ꝙ ꝓ Chriſto pugnarũt & certa
runt cõtra ſęuitiã principũ & contra oẽs infideles: & in cor-
pore ſuo dira vulnera ꝑtulerũt. Sed finaliter effuſo ſanguie
coronã victoriæ et triũphi obtinuerũt: et ſic totũ populũ gẽ-
tilem et imꝑatores iugo Chriſti ſubiecerũt. et ideo vere dicũ
tur martyres. i. pugnatores et victores. et iõ dicit Aug. ꝙ nõ
oẽs qui patiũtur tormẽta ſunt martyres: ſed ſoli paſſi ꝓpter
Chriſtũ: quia tormentũ ſolũ nõ facit martyrem: ſed cauſa &
ſic dicit Aug. ꝙ non ſolum ſunt vere martyres: qui paſſi ſunt
vulnera & laniati ſũt i carne ꝓpter Xp̃m: ſed etiã illi, q paſſi
ſunt pſecutiões & dolores & tormẽta in aĩa & corde propter
Chriſtũ. & ſic ꝓpter iſta tria virgo Maria diciť vere martyr
& maior martyr q̃ aliquis alioꝝ: q̃a maiores pſecutiões & la
bores i pſona, & maiores dolores i corde: & maiora tormen
ta paſſa fuit i aĩa, & cũ firmiori fide p xp̃o: q̃ aliq̃s apoſtolo-
rũ aut alioꝝ martyrũ i corpore. & hoc ꝓbať p ſingula. ¶ Vñ
primo difficultas & magnitudo pſecutionis conſiſtit in ma-
gnitudine laboris & timoris & triſtitiæ. Sed virgo Maria in
ſua pſecutione paſſa eſt immẽſos labores & triſtitias & timo
res propter Chriſtũ: q̃ aliquis ſanctus. ergo atrociorẽ & ma-
iorẽ pſecutionẽ q̃ cęteri paſſa eſt. Maior patet. minor ꝓbať.
Nã nõ eſt cõparandus aliquis labor labori virginis Mariæ:
quando ex timore Herodis ne interficeret Chriſtũ fugit in

ægyptū cū puero. Nā ſicut Xp̄s fuit delicatiſſim⁹ in complexione. & ꝑ cōſequēs ſenſus tactus in eo fuit nobilior: & ideo paruus labor erat maxim⁹: & cauſabat maiorē moleſtiam in eo. Ita virgo Maria cū eſſet prę cęteris mulierib⁹ delicatiſſima. ideo maiorē laborē & moleſtiā paſſa fuit in illa fuga in itinere fugiēdo in ægyptū & redeūdo in Iudęā: & poſtea fugiēdo i Nazareth ꝓpter Archelaū: q regnabat ꝓ patre: q̄ in Iudæa vnq̄ aliquis alius ꝑtulerit: qa paruus motus erat ipſi maxim⁹ labor & moleſtia. Itē in illa fuga maiorē triſtitiā & timorē paſſa eſt: ne Herodes iterficeret puerū: maxie qn̄ vidit eū tāta ſęuitia interfeciſſe tot infantes innocētes pro filio ſuo, q̄ vnq̄ aliquis paſſus fuerit. Et ſic etiam paſſa eſt multas perſecutiones poſt paſſionem Xp̄i ſimul cū apoſtolis: vt patꝫ ꝑ totū diſcurſu actuū apoſtoloꝝ: qa nō min⁹ ipa patiebaꝛ q̄ apoſtoli. Itē ſcd̄o nō ſolū paſſa ē immēſas ꝑſecutiōes & labores ꝓpter Xp̄m: ſed etiā immenſos dolores in corde: qd̄ eſt ſcd̄m gen⁹ martyrij. Nā nunq̄ aliqs paſſus eſt tātū dolorem pro aliqua re amiſſa: quātū paſſa eſt virgo Maria qn̄ amiſit filiū ſuū in Hieruſalē, q̄rens ipm ꝑ totū triduū. Cui⁹ ratio eſt. Nam ſcd̄m Augu. primo de ciuita. cāpi. x. quāto quis magis diligit rē, tāto magis dolet ei⁹ amiſſiōe. Et quāto res maiorē lętitiā cauſat i corde i eius poſſeſſiōe, tāto maiorē dolorem cauſat in corde in ei⁹ amiſſiōe. Cū ergo cōſtet ꝙ virgo Maria magis dilexit xp̄m q̄ aliqua alia mulier filiō aut patrē aut matrē aut fratrē ſuum: nec aliā rē mūdi: ergo ſequiꝛ: ꝙ virgo Maria magis perdoluit & maiorem & intenſiorem dolorē i corde paſſa eſt ꝑ totū illud triduū nō reperiēs filiū ſuū amiſſum: q̄ vnq̄ alia mulier paſſa fuerit in amiſſione filij ſui: nec alicui⁹ alteri⁹ rei ꝑditę & amiſſę. qui quidem dolor ſemꝑ fuit cū grandi timore: ne Archelaus & cęteri ſucceſſores Herodis occiderēt filium ſuum. & ſic etiā virgo Maria i qualibet abſentia xp̄i ſemꝑ fuit cū ſimili cordis dolore. ꝑ qd̄ patet ſcd̄m genus martyrij eius. Tertiū genus martyrij virginis Mariæ fuit: qa paſſa fuit atrociora tormenta realiter in aīa. q̄ vnq̄ alter martyr paſſus fuit in carne propter Chriſtum. propter qd̄ virgo Maria non fuit metaphorice: ſed realiter martyr.

M ❡ Ad cuius intellectū eſt valde aduertēdū: ꝙ martyrium ſicut tormentum eſt tātum materialiter in corpore: ſed formaliter in aīa. Ideo magis & ꝑfectius eſt in aīa q̄ in corpore. vnde dolor ſcd̄m Auicennā nil aliud eſt niſi q̄dā paſſio cauſata in aīa ex corpore & carne quā informat: & cui ꝑſonaliter iungiꝛ: ratiōe cui⁹ cōiunctiōis & vnitatis oīs diſcōuenientia carnis cauſat dolorē in aīa & quādā triſtitiā: quādoq; intolerabilē ſcd̄m maiorē diſproportionē & diſcōueniētiā factā in carne: & ſcd̄m exceſſum diſcōueniētiæ partium carnis Qui quidē exceſſus diſcōuenientię cauſaꝛ in carne ꝓpter nimiā dilatationē: ſicut accidit in torturatis: aut ꝓpter nimiam macerationē: ſicut accidit in percuſſis & flagellatis: aut propter diuiſionē partiū carnis: ſicut accidit in vulneratis: aut ꝑ fractionem oſſium: aut delocationē eorū: aut ꝑ cōtractionē neruorū ſicut accidit in ſpaſmo: aut diſcōuenientiam humorū, ſicut accidit in febricitātibus &c. Vnde ſicut cōuenientia partiū corporis cauſat quietē in aīa: Ita diſcōuenientia cauſat dolorē in eadē aīa. Et hoc cauſaꝛ ꝓpter amorē naturalē animæ ad corpus quod informat: & quod eſt inſtrumentum mediū ſuarū operationū. Sed quia aīa magis eſt vbi amat q̄ vbi informat: vt inquit Aug. eo ꝙ amor tranſformat amantē & amatū: & in eo extaſim facit: vt inquit Dionyſi⁹: hic eſt ꝙ pōt aliquis tantū amare alterū: q⁹ oblitus ſui magis erit in altero q̄ in ſeipſo ſcd̄m extimationem: & ſic magis dolebit in paſſione & tormēto alterius q̄ in ſuo: quia magis percipit aliū q̄ ſeipm ꝓ illo tēpore. Et ſic patiꝛ in amato magis q̄ in ſeipſo. Et ꝑ cōſequēs maior erit in eo cōpaſſio amati q̄ paſſio ſuiipſi⁹. Sicut Xp̄s in medio flagelloꝝ & in cruce magis compatiebatur generi humano q̄ ſibiipſi. Et ſic in eo maior erat cōpaſſio q̄ paſſio. & hoc accidebat ꝓpter nimiā charitatē qua nos diligebat: prout dictum fuit pſalmo. xxj. Cum ergo ſimus certi ꝙ virgo Maria diligebat filiū ſuū ſuꝑ oīa: & ꝑ cōſequēs magis q̄ ſeipam: qa in charitate Xp̄i exceſſit oēs alias creaturas: ideo virgo Maria intantum erat amore & charitate trāſformata in Xp̄m filiū ſuū: ꝙ quādoq; ꝑ extaſim & exceſſum magis erat i Xp̄o q̄ in ſeipa, quo ad opationes aīales: quia ſenſus totaliter abſorptus ſequebatur voluntatē rationalē. & ſic oblita ſuiipſi⁹ dolebat in amato: immo magis dolebat realiter in verberib⁹ & flagellis & vulneribus Chriſti, in aīa ſua: q̄ ſi ipſa paſſa fuiſſet illa vulnera & flagella in carne ſua: qa illa paſſio Chriſti amati magis penetrabat animā virginis q̄ tormēta Laurētij & Vincentij penetrauerint aīas eoꝝ: ꝓpter rationes iā dictas. Et ideo dixit Simeon virgini Mariæ. Tuā ipſius animā pertranſibit gladius. i. gladius & dolor paſſionis ipſius filij tui pertranſibit & penetrabit & torquebit aīam tuā. Et ſic patet qualiter virgo Maria fuit paſſa realiter martyrium in Chriſto quo ad animā, vbi realiter & formaliter eſt dolor. Et ꝑ cōſequēs intantū virgo Maria fuit magis & altior martyr ꝓ Xp̄o quātum vehemētius & atrocius fuit paſſa in aīa q̄ Laurētius & cæteri martyres in carne. qui quidem dolor animę virginis etiam redundabat in carnē: qa ſpūs triſtis deſiccat oſſa. ꝓuer. xvij.

❡ Ex quib⁹ patet. ꝙ magis debeꝛ aureola martyrij virgini Marię q̄ alicui alioꝝ martyrum. Et hęc eſt cauſa quare Xp̄s nō permiſit vt virgo Maria ꝑ martyriū tranſiret ad aliā vitā ſicut cęteri apoſtoli: eo ꝙ iā paſſa fuerat martyriō cū eo i paſſione ſ̄ua: vt īfra patebit. Nā cū cęteri apoſtoli relicto eo oēs fugiſſent in hora paſſiōis, tamē ſola virgo nunq̄ ipm dereliquit tanq̄ comes & particeps eius paſſionis. Sed quia Ioannes euāgeliſta monitu & exhortatiōe virginis Marię reuerſus eſt ad Chriſtū cū ſocietate virginis Mariæ & aliarū mulierū: ideo Chriſt⁹ nō permiſit: vt Ioānes euāgeliſta & Magdalena & cęterę mulieres diſcederēt ab hoc ſęculo cū martyrio: eo ꝙ oēs fuerunt paſſi cū Chriſto iuxta crucē & ſepulcrū. Sed qa paſſio eoꝝ licet fuit meritoria: tn̄ nō fuit comparāda paſſioni virginis Marię: ideo Chriſt⁹ nō permiſit corpus Marię in ſepulcro incinerari: ſed tertia die ipm ad gloriā ſuſcitauit: vt īfra patebit. Et per hoc patet nona dignitas virginis Marię: qua ipſam Xp̄s dignificauit & magnificauit. ❡ Decima dignitas ſingularis virginis fuit: qa Xp̄s non N
permiſit corpus eius in ſepulcro incinerari: ſed tertia die ad inſtar ſui in corpus glorioſum ipam reſuſcitauit, & ſecum in gloria cęleſti collocauit. Et hoc fecit multiplici ex cauſa: quarū prima fuit mera dei voluntas: eo ꝙ ad hanc dignitatē & cæteras alias eā ab ęterno ꝑdeſtinauerat. Et qa ante legem datā de incineratiōe & reſolutione oīm alioꝝ, prius ex ſpeciali priuilegio eā tali ſētētia exemerat: quādo dixit ſerpenti: ipa cōteret caput tuū: nā ipa Maria intantū cōtriuit caput ſerpētis: ꝙ ſicut nō potuit mordere ipam morſu culpę originalis: nec morſu concupiſcentiæ: nec morſu ærumnarum & corruptiōis mētis nec carnis: ita non potuit mordere ipſam morſu doloris in morte: nec incinerationis in carne: quia illa ſacratiſſima aīa ſine dolore: immo cum ſummo gaudio ad tēpus ſeparata fuit a corpore cū deſiderio videndi gloriam: & cū certa ſpe recuperandi corpus glorioſum in breui: prout ipſi fuerat a filio ſuo promiſſum. Ideo illa mors non fuit doloroſa nec triſtis: ſed lęta & felix & glorioſa. Secundo autem hoc factū eſt in p̄miū ſingulare & ſpeciale. Nā poſtq̄ virgo Maria iter cęteros hoīes mūdi fuerat miniſtra Xp̄i & ſecreta cubicularia & cameraria: & præ cæteris cum labore ſeruierat: & præ cæteris fuerat paſſa ſupradicta tria genera martyrij propter Xp̄m. ſ. martyrium ꝑſecutionis & doloꝝ & tormētorū, eo modo quo dictuꝫ eſt, ſimul cū Xp̄o in illa paſſione: ergo ratio fuit ne iterum torquereꝛ in morte: ſed ſine dolore & triſtitia diſcederet: & tertia die ad inſtar filij ſui in corpus glorioſum reſurgeret: vt ſicut fuerat ſocia paſſionis: ita eſſet ſocia reſurrectiōis & glorię Chriſti. Alia autem cauſa fuit inquātum Chriſtus tanq̄ filius debuit honorificare matrem

ſuam inquantũ fuerat ſibi decens & poſſibile: & inquantum
erat eadẽ caro matris & filij. Et ſic poſſunt aſſignari oẽs illę
decẽ cauſę: quas aſſignat Aug. in libello de aſſumptione vir-
ginis: quibus probat̃ virginem Mariam non fuiſſe in ſepul-
cro incineratã: ſed in breui ſicut fili⁹ in corpus glorioſũ fuiſ-
ſe ſuſcitatã per filium: & in ſup̃mo cælo cum filio collocatã.
Et per hoc breuiter patet decima dignitas qua p̱ filium vir-
O go Maria fuit magnificata. ¶ Vndecima dignitas virginis
Mariæ fuit: quia ſuper omnes choros & hierarchias angelo
rum & oĩm beatorꝝ meruit exaltari, & collocari immediate
poſt Chriſtũ filiũ ſuũ: put canit eccleſia & prędicant oẽs ſan
cti doctores. Et hoc multiplici ratiõe. Qoarũ prima eſt: quia
eodẽ ordine fuit in cælo collocata imediate poſt filium: quo
ab ęterno fuit prędeſtinata. Et ideo ſicut de⁹ ab ęterno pre-
ſcripſit eaꝫ in libro prędeſtinationis imediate in ſcđo gradu
poſt Chriſtũ hoiem: & p̄deſtinauit eã ad gratiã: vt eſſet ſan-
ctior vniuerſis creaturis poſt Chriſtũ: & vt eſſet mater dei: &
ſuperaret oẽs creaturas in ſanctitate & dignitate in hac via:
Ita collocauit eã in patria ſup oẽs creaturas immediate poſt
Chriſtũ: q̃a ordo glorificatiõis ſequit̃ ordinẽ & gradũ pręde
ſtinationis: eo q̄ p̄deſtinatio reſpicit glorificationem tanq̃
finẽ vltimatũ cuiuſcũqꝫ creaturæ rationalis. ¶ Ad cuius in-
tellectum eſt notandũ: q̄ quando dicit̃ q̄ p̄deſtinatio eſt ab
ęterno ad gratiã p̄paratio: nõ eſt intelligẽdũ: q̄ gratia ſit fi-
nis prędeſtinatiõis: ſed diſpoſitio ad finem: nec p̄deſtinatio
reſpicit gratiã tanq̃ finẽ vltimatũ: ſed tanq̃ diſpoſitionẽ ad fi
nem vltimatum: qui eſt glorificatio & beatificatio. Nã ſcđm
apoſtolũ ad Roma. viij. quos deus ab æterno prędeſtinauit:
hos & filius p gr̃am vocauit: ex tẽpore ſupple: & quos voca-
uit hos idem filius iuſtificauit: & quos iuſtificauit: hos & ma
gnificauit. ſupple per gloriã in cęlo. ¶ Ex quib⁹ patet: q̄ li-
cet glorificatio ſit finis vltimatus in executione: tamen eſt a
deo primarie intentus ſcđm æternũ ꝓpoſitũ ſuæ voluntatis.
ad Ephe. primo. Et ideo p̄deſtinatio nil aliud eſt niſi prępara
tio gratiæ ſcđm æternuꝫ ꝓpoſitũ: p quã quis poſſit conſequi
futurã felicitatẽ in cęlo ſcđm gradum gratię & charitatis ſibi
collatę in via. quia eiuſdẽ eſt intẽdere finẽ, & p̄parare ea quę
ſũt & diſponũt ad finẽ. Et ideo ſicut Xp̃s ſublimauerat vir-
ginem matrẽ ſuã in ſup̃mo gradu oĩm gratiarum & merito-
rũ & dignitatũ in hac via: ſcđm q̄ de⁹ pater ab æterno eã p̄-
deſtinauerat: Ita collocauit & ſublimauit eã in ſup̃mo gra-
du Chriſt⁹ immediate poſt ſeip̃m in gloria cęleſti. Item ſicut
dei eſt prępar are gr̃am ab æterno: & ex tẽpore p Chriſtũ eã
cõferre: Ita hois eſt p taleꝫ gr̃am opari & mereri in hac vita
vitã æternã in futuruꝫ. Sed quia virgo Maria a principio ſui
meruit vitã æternã p quãdaꝫ excellẽtiam in oi ſtatu & ætate
ſup oẽs gradus & ætates, & ſup oẽs cuiuſcũqꝫ ſtatus & ætatis
& gradus in hac via: ergo p quãdã excellentiã fuit collocata
in gloria cęleſti in ſup̃mo gradu poſt Xp̃m ſup oẽs alios ſta-
tus & ordines & hierarchias oĩm aliarũ creaturarum. Et hoc
patet diſcurrẽdo p oẽs ętates & ſtat⁹ virginis Marię: quia in
quolibet ſtatu meruit ſup oẽs creaturas. Vnde dictũ eſt i ſcđa
dignitate virginis Marię: q̄ ipſa fuit ſanctificata i p̄io inſtã-
ti ſui eſſe p ſop̄mã gr̃am habitualem in ſupremo gradu poſt
Chriſtũ. ergo ſequit̃ q̄ in eodẽ inſtãti iã meruit ſup̄mũ gra-
dũ gl̃ię poſt Xp̃m ſup oĩs ſanctificatos: & hoc ex ſolis me-
ritis paſſiõis Xp̃i. Itẽ dictũ eſt in ſcđa dignitate q̄ vſus libe-
ri arbitrij fuit acceleratus in virgine Maria in vtero matris
ante natiuitatem: & poſt natiuitatẽ in ſua infantia & pueri-
tia: & p cõſequẽs habuit ꝓpriã opationẽ meritoriã poſtq̃ o-
pabat̃ p gr̃am cõfirmatã & ad ꝓpoſitũ. ¶ Ex quo ptꝫ: q̄ vir
go maria iã incepit mereri vitã æternã in vtero matris ſuper
oẽs ſanctificatos in vtero: in quib⁹ vſus liberi arbitrij fuit ac-
celeratus: & ſic etiã per tale liberum arbitrium acceleratum
meruit in ſua infantia & pueritia operãdo p gr̃am a ꝓpoſi-
to ſup oẽs infantes & pueros: q̃a ſcđm gradũ grãe & charita-
tis eſt meritũ opatiõis ꝓprię. Et ſic virgo Maria i ſua infan-
tia & pueritia iam excellẽter meritorie operabat̃ & mereba
tur in ſua operatiõe: vt dictũ eſt: & ſic iam meruit coronã glo
rię excellẽter ſup oẽs infantes & pueros illius ætatis & ſtat⁹.
Itẽ dictũ eſt i quarta dignitate qualiter virgo Maria fuit ſin
gularis in ſua deſpõſatiõe & cõiugio: quia ſimul cũ virgini-
tate ſeruauit fidẽ cõiugalẽ ſup oẽs cõiuges: & fidẽ virginalẽ
ſup oẽs virgines. Et ideo ſicut meruit coronã virginalẽ ſuper
oẽs virgines ſeruãdo ea q̃ virginis ſunt: & ptinẽt ad ſtatũ vir-
ginalẽ: Ita etiã meruit coronã coniugalẽ ſup oẽs cõiuges ſer
uãdo fidẽ & ſtatũ cõiugalẽ. Itẽ eodẽ modo meruit coronam
ſup oẽs cõcipientes & pręgnãtes & pturientes & lactantes &
Chriſto miniſtrãtes & ſeruientes. quia nulla mulier cũ tanta
diligẽtia & charitate nutriuit filiũ ſuum. Et nullus ex mini-
ſtris Chriſti cũ tãta charitate & cũ tanta familiaritate & diu-
turnitate & cũ tanto labore miniſtrauit Xp̃o: ſicut fecit Ma-
ria: put dictũ eſt. Item meruit aureolam ſup oẽs martyres &
apoſtolos & doctores: qa oẽs ſupauit in martyrio & fide &
doctrina: put dict. i ẽ. Itẽ meruit ſup oẽs viduas coronã poſt
obitũ Ioſeph & poſt Xp̃i aſcẽſionẽ, viuendo in ſtatu vidua-
li, exẽplo vitę & doctrinę alios docẽdo. Vnde totũ ſpatiũ tẽ-
poris ab aſcẽſione Xp̃i vſqꝫ ad obitũ ſuũ, virgo Maria diſtri-
buebat in duas partes. Nam i vna parte temporis occupaba
tur in vita actiua. ſ. eleemoſynas largiẽdo & ieiunando & lo
ca ſancta quotidie viſitando. In alia autem parte tẽporis oc
cupabat̃ circa vitã cõtẽplatiuã in oronibus & meditationib⁹
rerum diuinarum, puta cõtẽplãdo myſterium incarnationis
& cõuerſationis Chriſti in hac vita, & myſteriuꝫ noſtrę redẽ-
ptionis: & contẽplãdo gloriã filij ſui & omniũ beatorum: in
quorũ ſocietate frui deſiderabat. In qua quidẽ cõtẽplatione
ſępe cõſolabat̃ familiari cõſortio angelorꝫ & colloquio. Et
etiã ſępe rapiebat̃ in ſp̃ũ magis q̃ Magdalena vſqꝫ ad tertiũ
cælum. Et ſic virgo Maria in vita actiua meruit ſuper oĩes
actiuos: & in cõtemplatiua ſup oẽs contemplatiuos. Vltimo
autẽ meruit in ſuo obitu ſup oĩs ab hoc ſęculo diſcedentes:
quia cũ maiore charitate diſceſſit: & cũ maiori deſiderio cu-
piebat diſſolui: & eſſe cũ Chriſto. ¶ Et ſic patet qualiter i me P
rito exceſſit oẽs ſtatus hoĩm & ętates. Et nõ ſolum exceſſit in
merito oĩs ſtatus hoĩm: ſed etiã oĩm angelorum. Nam licet
fuerit ęqualis angelis i puritate. tamẽ ſuperauit celſitudinem
oĩm angelorum in charitate & diuinę maternitatis dignita-
te: vt inquit Aug. Et ideo virgo Maria meruit hierarchiam
nõ ſolũ ſup oẽs ſtat⁹ hoĩm: ſed ſup oẽs ordines & hierarchi-
as angelorũ in potiorib⁹ bonis Chriſti filij ſui: eo q̄ p quan
dã excellentiã meruit & adepta eſt coronã glorię ſup oẽs ſta
tus & ſup oẽs cõditiones hoĩm & angelorꝫ. Ideo in die ei⁹ aſ
ſũptiõis cãtat ipſi eccleſia i lectiõe miſſę illd̃ eccleſiaſtici. xxiiij
In oĩbus requiẽ q̃ſiui: & in hęreditate dñi morabor &c. quaſi
dicat virgo Maria. Ego q̃ſiui requiẽ vitę ęternę in oĩbus ſta-
tibus & ętatibus, & in oĩbus cõditionib⁹ & opationibus me-
ritorijs. Sed quia in oĩbus illis merui coronã vitę p excellen-
tiam ſup oĩs hoĩes & angelos: ideo morabor in ęternum in
hęreditate dñi. ſ. in potiorib⁹ bonis filij mei ſuper oĩs ordi
nes & hierarchias oĩm hoĩm & angelorũ. Et ſic etiã cantat
ipſi eccleſia. Exaltata eſt ſancta dei genitrix ſup choros an-
gelorũ ad cæleſtia regna. Item Maria virgo aſſumpta eſt in
æthereũ thalamũ: in quo rex regum ſtellato ſedet ſolio. Et
ſic patet vndecima dignitas virginis Marię: qua dignifica-
uit & magnificauit eã filius ei⁹, in fine ſui curſus & peregri-
nationis, quę eſt finis aliarum dignitatũ. ¶ Sed adhuc reſtat
duodecima dignitas: quã ſingulariter exercet virgo Maria Q
erga peccatores clamantes ad ſe, peregrinantes in hoc ſęcu-
lo: quę dicit̃ dignitas interceſſiõis: per quã virgo Maria ſola
dicitur mater gratię & miſericordię & aduocata peccatorum
& mediatrix inter nos & Chriſtũ. Nã ſicut de⁹ pater conſti-
tuit Chriſtũ hoiem mediatorẽ iter hoies & deũ: ꝓpter quod
hõ Chriſt⁹ Ieſ⁹ dicit̃ mediator dei & hominũ p apoſtolum:
& dicit̃ aduocatus apud patrẽ: ad Hebr. Ita pariter Chriſtus

caput eccleſię cōſtituit virginē matrem ſuam aduocatam &
mediatricē ſingularē inter nos & ipm. Vnde Chriſt⁹ duplici-
ter dicit̃ mediator dei & hoim inquantū homo. Primo quia
eſt medius in dignitate: qa minor patre ſcdm humanitatem
& maior & dignior oi hoie & angelo. & ideo ratio eſt: ꝙ ſit
medius interceſſor & redēptor inter nos & deū. Item quia ē
dei filius ſup oia dilectus: qa gratia & remiſſio nō datur niſi
interceſſ one alicuius ꝑdilecti: vt teneat mediū inter bonifi-
catorē & bonificandū. ꝓpter has ergo duas cauſas Xp̄s con
ſtituit virginē matrē ſuaꝫ mediatricē inter nos & ipm. Nam
primo eſt minor filio: ſed maior omi alia creatura in gr̄a &
gloria: & in omi dignitate: vt dictū eſt. Scdo qa eſt ſibi ma-
ter & prędilecta ſup oēs alias creaturas. Et ideo nunq̄ negat
ipſi petitionē. nam ſicut prę cæteris filius diligit matrem: ita
nō pōt negare ipſi petitionē: quia amor & dilectio eſt cauſa
impetratiōis cuiuſcūqꝫ rei poſtulatę. Itē virgo Maria prę cæ-
teris diligit filium ſuum: & prę cæteris ipſi miniſtrauit: ergo
filius nō pōt ipſi negare vicē amoris & retributiōis: quin au
diat eā: & annuat ipſi i oi iuſta petitiōe ex priuilegio ipſi cō-
R cesſo eo ꝙ cōſtituit eā mediatricē &c. ¶ Vnde eſt valde ad-
uertendum: ꝙ propter cōſeruationem reipublicę militātis:
& ad reparationē reipublicę triūphantis: & cōplendū nume-
rū electorū neceſſe fuit vt cōſtitueret Chriſt⁹ mediatricē vir-
ginē matrē ſuā inter nos & ipm: poſtq̄ eiuſdē eſt tendere i fi-
nē: & ꝑparare & diſponere ea q̄ ſunt ad finē. Vnde manife-
ſtū eſt: ꝙ oēs pctōres peccāt cōtra deū patrē p inobediētiaꝫ
pręuaricando eius pręcepta: & ideo p talē culpā merent̃ pœ-
nā æternā: & etiā tēporalē: quia ꝓpter culpā occultā merent̃
pœnā ęternā in futuro: ſed ꝓpter pctā publica merent̃ pœ-
nā ęternā in futuro & pœnas tēporales in ꝑſenti: de qb⁹ ne-
mo pōt liberari niſi p interceſſionē Chriſti mediatoris. Sed
quia oēs pctōres poſt baptiſmū vltra hoc ꝙ peccāt p inobe-
dientiam cōtra deum patrē: peccant etiam grauiter p ingra-
titudinē contra filium: eo ꝙ eos redemit per ſuā paſſionē: &
fecit eos ſuę paſſionis participes per baptiſmū: & ideo pec-
cando poſt baptiſmū videnť contemnere & deſpicere paſ-
ſionē Chriſti: & ſic nullus peccator meret̃ ꝙ Chriſt⁹ ampli⁹
intercedat pro ipſo apud patreꝫ: ſine cuius interceſſione ne-
mo pōt liberari a pœna æterna: nec tēporali: nec culpa quā
ipſe volūtarie perpetrauit: ideo fuit neceſſe: vt Chriſtus con
ſtitueret matrem ſuam prædilectā mediatricē inter nos & ip
ſum: vt in ſimilibus caſibus intercedat pro nobis inter nos &
ipſum: & mitiget iram eius propter talem ingratitudinem:
& vt filius placatus ꝑcibus matris intercedat ꝓ nobis apud
patrem. Et ideo dicit beatus Bernardus ꝙ ſicut filius ꝓ no-
bis ſemper oſtendit patri latus & vulnera: ita mater filio pe-
ctus & vbera. Et hoc videm⁹ manifeſte de multis deuotis vir
gini Mariæ: qui in grauibus peccatis & ſceleribus laboran-
tes: tamen finaliter venerunt ad pœnitentiam. Et etiā inter
peccata liberant̃ a magnis malis & periculis tēporalib⁹: ne
pereant in eis: ſed pducant̃ ad finalē pœnitētiā. Itē videm⁹
quaſdaꝫ ciuitates & populos & oppida: quę ꝓpter pctā pu-
blica patiunt̃ multa diſcrimina & pſecutiones & infirmita-
tes & aduerſitates. ſed qa diuina officia virginis Mariæ i eis
frequentantur: & deuote celebrantur: ideo miraculoſe ab il
lis aduerſitatib⁹ liberātur: nec puniuntur quātū eoꝝ ſcelera
merent̃. Qđ non fit niſi ꝓpter iuges preces virginis Mariæ
fuſas pro deuotis eius apud filiū: qui placatus precib⁹ matris
intercedit ꝓ nobis apud patrē. & ſic in hac peregrinatione
non relinquit̃ nobis aliud refugiū in noſtris tribulationibus
& aduerſitatib⁹: niſi recurrere ad virginē Mariam mediatri
cem: vt velit placare iraꝫ filij: qui pmittit nos flagellari pro-
pter ingratitudinē. Et hoc probat Auguſti. in libro Cur de⁹
homo, dicens. Eſt adhuc quoddam ſingulare pręſidium &
refugium poſt deum: & maxima fiducia quam in illo regno
habemus. Reginā .ſ. ſororē noſtrā & dei genitricē ſemperqꝫ
virginē Mariā: quę nō ceſſat apud deū pro hominib⁹ ſem-
per interuenire. Et maxime pro illis: quos filium ſuum con-
grue imitari videt: & pro illis qui aliquādo de malo ad bo-
num redire volunt. Credere autē indubitāter poſſumus qm̄
nō eſt aliqd: qđ filius matri ſuę petēti debeat negare aut ve
lit. Hęc eſt reuera virgo Maria: de qua ꝓceſſit dei ſophia: q̄
peccatorib⁹ ſatis eſt pia: per quā pateſcit ſalutis via. Qui er-
go ab ea auxilium poſtulauerit: & poſtulans perſeuerauerit:
nunq̄ ab ea vacuus recedet. Fruſtra em̄ alios ſanctos oraret
ille: quem iſta non adiuuaret: & vt magis dicam, quod alij
ſancti minime auderent: hęc quadā congruenti auctoritate
a filio poſtulans obtineret. Hęc Augu. In quibus verbis no-
bis oſtendit ꝙ Chriſtus poſt ſe hoc ſingulare refugium no-
bis reliquit: & quomodo poſt Chriſtū hanc virginem habe
mus aduocatricē: quę ꝓ nobis intercedere nō ceſſat: & quo-
modo ratione affinitatis maternalis & filialis dilectiōis, nil
Chriſt⁹ poteſt ipſi negare. ergo ſemp ad ipſam ante oēs ſan-
ctos eſt recurrendum. Et hęc eſt vltima & ſingularis digni-
tas qua Chriſt⁹ dignificauit & magnificauit virginē matreꝫ
ſuam: quia conſtituit ipſam mediatricem inter nos & ipſū.
¶ Duodecim ergo ſunt dignitates & priuilegia ſingularia S
virginis Marię: quib⁹ Chriſt⁹ filius eius ſup oēs alias creatu
ras eam dignificauit & magnificauit. Primo: quia ſingulari-
ter eā ab æterno ꝑdeſtinauit. Scdo: quia ſingulariter eam in
ſua creatione ſanctificauit & ab omni peccato præſeruauit.
Tertio: qa in vtero matris in ea vſum liberi arbitrij & ratio-
nis ſingulariter ad merēdum accelerauit. Quarto: qa in eius
cōiugio fidem virginitatis ſimul cum fide cōiugali ſeruauit.
Quinto: quia ſingulariter ſine viro & corruptiōe cōcepitqꝫ: &
abſqꝫ omni ęrumna cū virginitate peperit. Sexto: quia in ta
li cōceptu & partu mater dei & filij dei eſt effecta. Septimo
quia in illa obūbratione ſpiritus ſancti intellectū purgatum
& heroicum eſt adepta, & ꝓpheta & euangeliſta ſimul effe
cta. Octauo: qa familiari⁹ & diutius & laborioſius Chriſto
miniſtrauit. Nono: qa coronā & aureolā martyrij ſup omes
apoſtolos & martyres eſt cōſecuta. Decimo: qa a ſententia
incinerationis fuit excepta. Vndecimo: qa ſup oēs hierarchi
as hominum & angelorum in cælo immediate poſt filiū eſt
collocata & exaltata. Duodecimo: quia mediatrix inter ho-
mines & Chriſtū in ſingulare pręſidiū eſt cōſtituta. Hæc er-
go virgo Maria mater dei eſt illa mulier amicta ſole, & ha-
bens lunā ſub pedibus ſuis: quam vidit Ioannes in Apoca-
lypſi. Et hæc eſt illa corona & diadema ſtellaruꝫ duodecim
in capite eius. quę ſunt. xij. dignitates & priuilegia quæ per
gratiā meruit virgo Maria: quib⁹ correſpōdent. xij. præmia
in gloria. Et ideo ſicut iſtis xij. dignitatibus dignificauit &
magnificauit Chriſt⁹ virginē i hoc ſęculo p grām: & in cælo
per gloriā: propter quas oms generationes ꝑdicant eā bea-
tā: Ita ipſa in hoc cantico agendo gratias magnificat deū di
cens. Magnificat &c. Quaſi dicat: anima mea magnificat
dn̄m: qui potens eſt & ſanctū nomē eius, ꝓpter iſta duode-
cim magna priuilegia quæ fecit mihi: qa ex hoc quia fecit
mihi iſta magna: oēs generationes dicent me beatā. Et hoc
de ſecūdo pricipali quęſito. ¶ Sed nūc reſtat reſpondere ad T
tertiū principale quęſituꝫ .ſ. quare virgo Maria dixit in hoc
cantico ꝙ oēs generationes debebāt ipſam dicere & prædi
care beatā per ſupradicta .xij. priuilegia & dignitates: cum
nos videamus Iudæos ipſam blaſphemantes &c. Ad hoc
reſpondet̃ ꝙ iſta tria noia, ſcilicet gentes, nationes, & gene-
rationes, cōmuniter in ſacra ſcriptura ſignificant populum
gētilem qui viuebat ſcdm naturā & carnem: & non ſcdm le-
gem dei: vt dictuꝫ eſt per totā expoſitionē libri pſalmorum.
quæ quidē gētes & generatiōes erāt venturę ad fidē Chriſti:
& debebāt fieri filij Iſrael & Abrahę ſcdm ſpiritū & lauda-
re nomē dn̄i & deū Iſrael & Meſſiā in lege ꝓmiſſū: vt vide-
mus eſſe completū. Quę quidē generationes ſicut nunc lau-
dant nomē dn̄i: qui eſt Chriſtus verbū incarnatum: ita pari-
ter laudant virginē matrē eius, & dicunt eam beatam. Quæ

quidē generatiōes licet nō ſimul venerūt ad fidem: ſed ſicut ſucceſſiue venerūt p oēs partes mūdi: ita ſucceſſiue laudauerunt nomen domini: & beatā dixerunt matrē eius: quia non fuit aliqđ regnū: nec ꝓuincia q̄ nō venerit ſucceſſiue ad fidē Chriſti: ſicut dictū ē pſal. lxxj. & .cxc. & ſic Iudęis reprobatis blaſphemātib⁹ Chriſtū & matrē eius: oēs generatiōes populi gētilis venerūt ad fidē & laudarūt Chriſtuȝ: & beatā dixerūt matrē ei⁹. ❡Sed q̄a nr̄is demeritis exigentib⁹ Arabia q̄ in multis hęreſib⁹ laborabat, receſſit a vera fide Xp̄i fraude Mahometi & ſuoꝝ: & incidit i illā ſectā: quæ poſtea maiorē partē mūdi decepit & vſurpauit: ideo in magnā partē fuit ꝑturbata a vera laude Chriſti: & virginis matris eius: eo ꝙ negat Chriſtum eſſe deum. Sed non tantum fuit ꝑturbata: qui dicat Chriſtū ſcōm ſup oēs hoies, & filiū ſpūs dei: & virginē Mariā beatā ſup oēs mulieres & ſup oēs generatiōes. Aſſerūt etiā Chriſtū eſſe maximū ꝓphetā, ſcōm ſup oīs ſctōs: & ſapientē ſup oēs ſapiētes: & prophetam ſup oīs prophetas: & potētem in miraculis ſup oēs potētes, natū ex virgine ſine patre. Vnde Mahometus volēs cōmēdare ſeipm: & auctorizare fraudē ſuā, finxit in Alcorano ſuo: in capitulo filiorum Iſrael: ꝙ quadā die dū erat i orōne fuit rapt⁹ ab angelo Gabriele & portat⁹ a Mecha in Hieruſalē. Et exinde aſcēdit in cælū cū angelo vſq; ad oratoriū dei: a quo accepit librū Alcorani: qđ interpretaĩ collectio p̄ceptorū dei: & ideo cōmuniter introducit deū ad loquendū quaſi p totū Alcoranū. Et ſic in capitulo Elbachera dicit deus. Dedimus Ieſum filium Marię: vt faceret ꝓdigia & miracula manifeſta: & fecim⁹ cū p ſpiritū ſanctū. Itē infra dicit, Inſufflauim⁹ in Mariā de ſpū noſtro. Itē ibidē dicit: ꝙ Chriſt⁹ fuit ſuę matri p angelū annūciatus: & p ſpiritū ſanctū ſanctificat⁹ & cōceptus ex virtute dei de matre virgine ſanctiſſima & puriſſima ſuper omes mulieres. Itē in capitulo Elmeide, dicit deus. Limitauim⁹ veſtigia oim hoim p Ieſum filiū Marię veraciſſimū patēter: & dedimus ei euangelium: in quo eſt vera directio: & lux & veritas manifeſta. & ſic Mahometus quandoq; appellat Chriſtū verbū dei: quādoq; ſpiritū dei, & nunciū dei: quādoq; animam dei: ſed nō vult appellare ipm deū, concordando cum hereſi Arriana. Itē in cōmēdationē virginis Marie dicit i capitulo amarā: ꝙ dixerunt angeli ad Mariā: O Maria Deus prætulit te ſup oēs mulieres. O Maria De⁹ euangelizat tibi de verbo ſuo: & nomē Chriſt⁹ Ieſus filius Marię. Itē in capitulo Elneſſa dicit. Nō dicatis de deo niſi veritatē: quia Ieſus filius Marię eſt nūcius dei: & verbū dei: qđ ipſe poſuit in ea per ſpiritum ſanctum. Et ſic dicunt oīs Alfaquini .i. doctores ſarracenorū: ꝙ poſtq̄ deus & angeli & Mahometus appellant virginē Mariā ſanctam & beatam: ꝙ ſit anathema omnis ille: qui eam non fuerit veneratus. Vnde quidam Alfaquinus vocat⁹ Aben Rodoam volēs exponere illa verba quę dixerunt angeli ad beatam Mariam .ſ. O Maria Deus prætulit & elegit te ſuper oēs mulieres &c. dicit in ſuo libro quem intitulat librū Mariem, ꝙ illa verba tanq̄ conſolatoria dicebant angeli tripudiantes in partu virginis Marię: lętificantes eam de filio ſuo magno propheta: quem in virginitate pepererat. Item dicit in eodeȝ libro, ꝙ quando Herodes cum ſuis militib⁹ quærebat puerum Ieſum in Bethleem & Hieruſalem: vt interficeret eum cum cæteris innocētibus: tunc virgo Maria trāſibat inter eos cum puero in vlnis: & nō videbant puerum nec matrem: eo ꝙ angeli occęcabant eos: & ſic virgo Maria tranſiuit illęſa vſq; ad fines Iudę: intrans in ægyptum. Item dicit: ꝙ quidam agricolæ annunciauerūt Herodi qualiter viderant Mariam fugientem cum puero in ægyptum: quo audito Herodes confeſtim miſit milites qui occiderent infantem & matrem: qui quidem milites inſequentes in deſcenſu cuiſdam collis viderūt Ioſeph cum Maria & infante in fundo vallis iuxta quendam fontem. tunc concito paſſu inceperunt currere cōtra eos. quos videns Maria dixit ad infantem. O fili ecce milites Herodis veniūt ad interficiendum te & me: ergo ſalua temetipm & me. Erat autē ibi iuxta fontē quędā antiquiſſima ficulnea habens trūcū groſſiſſimū & latū & cōcauū ex nimia antiquitate: ad quā ficulneā ſe appodiauit virgo Maria tenens infantē in brachijs. Quę quideȝ ficulnea ilico ſe aperuit in duas partes ad tactū virginis Marię: & tūc Maria cū infante poſuit ſe intra ficulneā apertā: quę ſtatim iterū clauſa eſt occultans matreȝ cū puero. Veniētes autē milites ad fontē nō inuenerunt nec viderūt niſi ſolū Ioſeph cū aſino. Qui dixerunt. vbi eſt mulier: quā ꝓſpeximus do colle tecū exiſtētē iuxta fontem cum puero in manibus? Quibus Ioſeph reſpōdit. neſcio. Vos videtis nullū mecū eſſe niſi aſinū cū iſta ficulnea: forſan iſta ficulnea viſa eſt vobis mulier. Tunc milites putantes ſe deluſos in viſu reuerſi ſunt via qua venerant: & ſic iterum aperta ficulnea Maria exiuit illęſa: & ſedēs ſup aſinuȝ profecta eſt in ęgyptum ſimul cū filio & Ioſeph. Itē dicit vlterius. ꝙ Maria peruenit cum puero ad locum prope magnam ciuitatē q̄ nunc dicĩ Cayre: vbi eſt fons: ex cuius aqua rigatur vna vinea: ex quib⁹ vitibus diſtillat balſamum: in quo fonte Maria quotidie lauabat pannos pueri Ieſu, & lauabat ſeipſam anteq̄ faceret zala .i. orationē. Et ideo firmiter credunt oīs ſarraceni: ꝙ ideo ſola aqua illi⁹ fontis eſt vtilis: & habet virtutem ad rigandū illam vineam: eo ꝙ virgo Maria lauabat ſe & pannos Ieſu in illo fonte: & ideo nulla alia aqua habet illam virtutē. pręter illam. Et hinc eſt ꝙ nullus ſarracen⁹ audet ſe lauare in illo fonte ante orationē. dicunt enim ꝙ nullus eſt dignus lauari in illo fonte: vbi virgo Maria lauit ſe cū filio ſuo. Item dicunt ſarraceni: ꝙ dum virgo Maria fuit in illo loco ægypti: nulla mulier parturiens potuit periclitari: ſi virgo Maria imponeret ipſi manus. & ideo oīs parturientes vocabant eam: vt imponeret ſibi manus. Item dicunt ꝙ oīs mulieres habentes infantes infirmos veniebāt ad Mariam: & ipſa imponebat manus infantis Ieſu ſuper eos: & ſanabantur a quacūq; detinebantur infirmitate. Item ego audiui a fide dignis: qui cauſa viſitandi loca ſancta fuerunt in Hieruſalē: qualiter ſarraceni venerātur valde ſepulcrū virginis Marię: quod eſt in valle Ioſaphat: vbi frequenter Sarraceni faciūt zala .i. orationē. immo dixit mihi quidā miles: ꝙ decies iuit in vna die ad ſepulcruȝ virginis vt faceret orationem: & nunq̄ potuit intrare: quia ſemper inueniebat ibi ſarracenos facientes orationē: qui non permittebāt ipm intrare: dicentes ipſum nō eſſe dignū intrare ſepulcrū tantę virginis. Vnde ſarraceni non habent in tanta veneratione ſepulcrum Chriſti: ſicut ſepulchrum virginis: eo ꝙ noȝ credunt Chriſtū fuiſſe mortuum nec ſepultū: immo dicunt: ꝙ quando Iudęi voluerūt rapere Chriſtū in horto: ꝙ angeli rapuerūt Chriſtū in cęlū: & ibi manet viuus in ſocietate dei vſq; ad Antichriſtum: quia tunc mittet eum deus: vt interficiat Antichriſtum: vt dicit Mahometus in Alcorano. Immo dicunt quidā Alfaquini: ꝙ Ieſus Chriſtus nō ſoluȝ interficiet Antichriſtum: ſed etiam oīs Iudæos: eo ꝙ voluerunt ipſum interficere. Ex quib⁹ omnib⁹ patet. ꝙ licet Sarraceni decepti per Mahometuȝ non habeant rectam fidem de diuinitate Chriſti: tamen venerātur ipſum tanq̄ verbum & ſpiritum & animā dei & nunctum dei & prophetam ſup omnes prophetas: & venerantur virginē Mariam matrē Chriſti aſſerentes ipſam virginem ante partum: & poſt partū, eſſe puriſſimam & ſanctiſſimā ſuper omnes mulieres abſq; omni peccato. immo ſi quis oppoſitum diceret lapidibus obrueretur. Et ſic p̄dicant ipſam beataȝ ſuper omnes generationes. ❡Ex quibus patet: ꝙ non ſolū oēs generationes populi gentilis: quæ ſucceſſiue per omnes partes mundi venerūt ad fidem Chriſti: dixerunt beatam virginē Mariam: ſed etiam modo tam ſarraceni q̄ chriſtiani omnes deſcendentes de generatione & natione populi gentilis dicunt & prædicant virginē Mariam beatam & felicem vt dictum eſt: licet Iudæi blaſphement ipſam. Et hoc intendebat dicere Maria: cum dixit,

Beatã me dicẽt oẽs generatiões. quaſi diceret: Iudęis reprobatis & in ſua cęcitate obſtinatis. beatã me dicent oẽs generationes .ſ. populi gẽtilis: q̃ ad fidẽ cõuertenẽ. Et hoc declarabit Maria in ſequentibus: cũ dicet: ꝙ filius ſuus diſpſit Iudęos ſupbos: & depoſuit eos de ſede ſacerdotali: & exaltauit humiles gẽtiles credẽtes: & impleuit eos bonis ſpũalibus Et ſic oẽs iſti credẽtes & exaltati dicunt beatã virginẽ Mariã. Hoc eſt ergo argumentũ: qđ virgo Maria facit in prima parte hui⁹ cantici .ſ. quia deus eſt oipotẽs & nomẽ ei⁹ eſt ſanctũ: qđ eſt verbũ incarnatuꝫ .ſ. Ieſus Chriſtus deus & homo: ideo fecit magna mihi matri ſuæ .i. magnis dignitatibus & priuilegijs me magnificauit: & ideo ex hoc beatã me dicẽt oẽs generatiões cõuerſę ex populo gentili. Iudæis reprobatis: & ideo magnificat anima mea dñm: & exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo. prout latius patebit.

## Et miſericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.

℄ Hæc eſt ſcđa pars huius cantici: In qua virgo Maria magnificat deum i pſona toti⁹ eccleſię ꝓpter bona q̃ tota eccleſia recepit in aduẽtu Chriſti: ꝑ hoc volẽs oſtẽdere: ꝙ nõ ſolũ ipſa obligaẽ deum magnificare: eo ꝙ fili⁹ ſuus eam magnificauit & dignificauit priuilegijs & dignitatib⁹ ſupradictis: ſed etiam tota eccleſia obligaẽ deũ magnificare: eo ꝙ Chriſt⁹ eã redemit & exaltauit: & multis bonis ſpũalibus repleuit & ditauit. Ad cui⁹ intellectũ eſt notandũ: ꝙ qa dictũ eſt ſupra: ꝙ Chriſt⁹ fili⁹ virginis eſt nomẽ dei potẽs & ſctm̃ & ꝑ cõſequẽs cõtinet in ſe eſſentialiter & naturaliter oipotẽtiã & ſummã ſapiẽtiã & iuſtitiã & miam: & ſic dicit brachiũ pris & ſapiẽtia pris: ideo venit in carnẽ ad notificãdã & excercẽdã oipotentiã & ſapientiã & iuſtitiã & miam in mundo in opere noſtrę redẽptionis. Hoc ergo volẽs oſtendere, quatuor facit virgo Maria in hac ſcđa parte huius cantici. Nam primo dicit: qualiter Chriſtus exercuit ſuã miſericordiã erga timẽtes deũ & humiles in ſuo aduẽtu. Scđo qualiter exercuit ſuam potentiam contra ſuperbos: eos diſperdendo de mente cordis ſui. Tertio qualiter exercuit ſuam iuſtitiã potentes ſuperbos & ingratos deponẽdo de ſede: & humiles exaltãdo. Quarto qualiter ſuã exercuit ſapientiã ſimul & miam, eſurientes humiles replẽdo bonis: & diuites ingratos & ſuperbos inanes relinquẽdo. Scđm ibi. Fecit potẽtiã Tertium ibi. Depoſuit potẽtes. Quartum ibi. Eſurientes impleuit &c.

V ℄ Quantũ autẽ ad primũ eſt aduertendũ: ꝙ licet Chriſtus venerit in carnẽ ad oſtẽdendã & exercendã oipotentiã & iuſtitiã & ſapientiã & miam: tamẽ pricipaliter venit ad oſtendendã miam ſuã in ope noſtrę redẽptiõis: de ſeruitute & captiuitate peccati nos liberando: qđ nõ potuit fieri abſq; oipotentia & ſapiẽtia & iuſtitia. Ideo patres veteris teſta. oẽs expectabant eũ: vt faceret nobiſcũ miam nos a peccato liberando. Ideo dicebat Dauid pſal. lxxix. Excita potentiam tuam & veni: oſtẽde faciẽ tuã & ſalui erim⁹. Itẽ pſal. lxxxiiij. Oſtende nobis dñe miſericordiã tuã: & ſalutare tuũ da nobis. Sed quia actus actiuorũ ſunt i patiẽte diſpoſito: ideo oportet: ꝙ homo diſponatur per aliquã diſpoſitionem vt ſit aptus ad talẽ gratiã & miſericordiã Chriſti & remiſſionem peccatorũ recipiendã. Sed quia humilitas eſt prima diſpoſitio & radix omniũ virtutũ & gratiarũ: ſicut ſupradictum eſt: ideo oportet: ꝙ homo diſponatur per humilitatẽ ad grãm & miam Chriſti capeſſendã. Vnde ſicut ſupbia reddit hominẽ ineptũ ad oẽm virtutẽ & gratiã recipiendã: ita humilitas reddit ipſum aptum & habilem ad omnem virtutem & gratiam capeſſendã: & remiſſionẽ cuiuſcũq; delicti & veniã cõſequendã. Ideo dicit Iaco. in canonica ſua. cap. primo. ꝙ de⁹ ſupbis reſiſtit: humilib⁹ autẽ dat grãm. Itẽ pſal. xvij. Tu populũ humilẽ ſaluũ facies & oculos ſupborum humiliabis. Et ſic patet: ꝙ ſicut oportet ꝙ ex parte dei ſit ſãctitas & miſericordia ad gratiã & veniam & remiſſionem conferendã ita oportet vt ex parte hominis ſit humilitas ad talem gratiam & remiſſionẽ recipiendã & merendã & conſequendã: quia deus reſpiciẽs humilitatẽ & timorẽ in hoie: dat ipi gratiam & veniã: & releuat ipſum a miſeria in qua eſt. Vnde ſicut ſupbis & temerarijs negat veniã: ita humilib⁹ & timẽtibus non negat miam & remiſſionem pctõꝝ. Et ideo hęc eſt cauſa quare Chriſt⁹ nõ vſus eſt mia cũ diabolo ſupbo & Iudæis obſtinatis: qa eoꝝ ſupbia & temeritas non meruit veniam & remiſſionẽ: qa erãt inepti & indiſpoſiti ad miam & veniã capeſſendã: & ſic nõ profuit eis miſericordia & paſſio Chriſti. Sed profuit omnibus humilibus & timentibus deũ: quales fuerũt oms fideles & apoſtoli & diſcipuli de populo iudaico: & cõuerſi ad fidẽ Xp̃i de populo gẽtili. Et hoc intẽdit dicere virgo Maria i hoc verſu. Vnde ait: ꝙ ſicut dñs cuius nomẽ eſt potẽs & ſanctũ, reſpexit humilitatẽ in ea: ꝓpter quã fecit ipſi magnalia ſupradicta: ita pariter reſpexit humilitatem & timorẽ in cæteris omnibus fidelibus: & ideo mia eius nõ ſubuenit nec ꝓfuit ſupbis & temerarijs & impœnitẽtibus diabolis, & Iudæis obſtinatis: ſed ꝓfuit oib⁹ humilib⁹ & fidelib⁹ timẽtibus eũ, cõuerſis tam de populo gentili q̃ iudaico. Quæ quidẽ mia ꝓceſſit primo a ꝓgenie Iudęorum in apoſtolis & cęteris fidelib⁹ recipiẽtib⁹ Xp̃m ex illo populo: & ſucceſſit in ꝓgenies gẽtiliũ prędicatiõe apoſtoloꝝ: & ita fructus redẽptionis ſubuenit & ꝓfuit ſucceſſiue oibus timẽtibus deũ a ꝓgenie in ꝓgenies, & ab ętate vſq; in finẽ mũdi.

℄ Ad huiuſmodi aũt intellectũ eſt aduertẽdũ: ꝙ iſta ſe habẽt ꝑ ordinẽ .ſ. hũilitas & timor dei: & charitas affectiua: & X
ſpes. qa vltimũ pręſupponit primũ, & ꝑ ordinẽ oia ſequentia. Nã ex humilitate ſequiẽ timor dei: & ex timore ſequitur fides: & ex fide charitas: & ex ea charitate ſequitur ſpes. & ideo q nõ habet humilitatẽ nullũ alioꝝ põt habere. Nã ſupbus nec timet hoies nec timet deũ: & ſi nõ timet deũ nõ credit: & ꝑ cõſequẽs nõ diligit nec ponit ſpem in eo. Sed ſi homo eſt humilis timet diuinũ iudiciũ: & ꝑ cõſequens credit: & exinde amat deuꝫ: & ꝑ conſequens ponit ſpem in eo. ℄ Ex quo patꝫ ꝙ fides q̃ eſt pricipiũ virtutũ theologaliũ pręſupponit & includit humilitatẽ cum timore. Et hanc humilitatem fide ſpe & charitate formatã oſtendit virgo Maria quando dixit. Ecce ancilla dñi: fiat mihi ſecundũ verbum tuum. Et hanc humilitatẽ reſpexit deus in ea: ꝓpter quã voluit ex ea carnem aſſumere: & ꝓpter quã fecit ipſi magna ſupradicta: eo modo quo dictũ eſt. Et ideo dicit Maria: ꝙ ſicut deus reſpiciendo in ea humilitatem fecit ipſi magna ſupradicta: ita reſpiciẽdo humilitatẽ & timorẽ in oibus fidelib⁹ a ꝓgenie in ꝓgenies ei⁹ mia ꝓfuit oib⁹ timentib⁹: eo ꝙ humilitas quę eſt radix oim virtutũ, & timor dei: q̃ eſt initiũ ſapiẽtię: eſt q̃dam diſpoſitio ad recipiẽdã miam dei & fructuꝫ & effectũ redemptiõis. ℄ Sed eſt iterũ aduertẽdũ, ſicut dictũ eſt pſal. xviij. ꝙ quadruplex põt eſſe timor .ſ. ſeruilis: filialis: caſtus: & ſanct⁹. Aliter eñ timet ſeruus: aliter fili⁹: aliter vxor: aliter vir iuſtus & ſanctus. Seruus enim timet facere malum ne verberetur a dño. Filius vero timet patrẽ: ne priuet ipm̃ hęreditate. Vxor vero timet virũ: ne ſeparetur & dimittat illã. Sed vir iuſtus & ſanctus timet peccare contra deũ non ꝓpter aliquod ꝓprium intereſſe: ſed ne diſpliceat deo: quẽ diligit in ſe, & ꝓpter ſe: & plus q̃ ſeipm̃. qa vir ſanct⁹ oblitus ſuipſius diligit deũ ſuper oia: & ſi qđ aliud diligit: illud diligit in deo & ꝓpter deuꝫ: & ſic diligit ſe in deo & nõ principaliter in ſe. & iſte talis timor eſt cũ ſumma charitate: q̃ mittit foras oẽm ſeruilẽ timorem: licet includat timorem filialẽ & caſtum: qa timor ſanctus etiã timet perdere deũ & ei⁹ hęreditatẽ. Eſt verũ ꝙ timor ſeruilis quo timẽt peccare mali formidine pœnę: licet non ſit perfectus: tamẽ non eſt malus: eo ꝙ opponiẽ temeritati. Vnde licet talis timor nõ ſit meritorius: tamẽ poteſt eſſe principium & via ad timorẽ filialẽ & caſtum & ſanctũ: qa trahit hominẽ ad alios tres ſequentes timores ſcđm ordinẽ perfectionis. quia timor ſeruilis trahit ad filialẽ: & filialis ad caſtũ: & ca-

ſtus ad factū:qui cōſtituit hoīem in ſumma pfectione. Vnde
ſicut acus ſe habet ad filum: quia perforādo trahit ipſum cō
iungendo pānum vnū cū altero: & miſſa acu foras, manent
partes pāni conſutę & iunctę p filū: Ita pariter timor ſeruilis
formidine futurę poenæ pūgit & penetrat cor hoīs. Et exin=
de trahit ſecū ad timorē filialē ne pdat pctōr gloriam dei. &
ſic pctōr iam magis adhęret deo. Et exinde ille talis nititur
recuperare deū p poenitētiā: & ſic iaȝ eſt in amore & timore
caſto & vxorali:timēdo ne pdat deū: & p conſequēs gloriaȝ
eius:& ſic timebit ipſi diſplicere ſolū ppter eius bonitatem.
Et ſic miſſo foras timore ſeruili:manet aīa hoīs couſuta & cō
iuncta deo, filo timoris & amoris ſancti ſub quadam extaſi
in deum trāſformata.vt inquit Diony.& magis in deo ama=
to q̄ in corde qđ informat & animat.vt inq̄t Aug. Virgo au=
tem Maria licet iam in ſua prima ſanctificatiōe fuerit a deo
diſpoſita per humilitatem formatam fide & ſpe & charita=
te:& p cōſequēs timore filiali & caſto & ſancto: qui quidem
timor ſanct⁹ cōſtituebat ipam ī ſummo gradu pfectionis: &
reſpiciēs de⁹ in ea hāc humilitatē ſic formatā:fecit ipſi cęte=
ra magna ſequētia .ſ.virginē cū fide coniugali: & cū foecun=
ditate:& matrem dei &c. tamē ad hoc q̄ deus det homini
gratiā gratificam ex meritis ſuę paſſionis: oportet & ſufficit
q̄ ſit diſpoſitus per humilitatem formatam timore ſaltē ſer
uili & filiali .ſ.q̄ timeat poenas futuras: & timeat pdere glo
riā quā deus pmiſit diligētib⁹ ſe:immo deſideret talem glo
riam,& gratiā per quā deus dat talē gloriā:qđ nō poteſt fie=
ri ſine fide ſaltē informi: & tunc deus informat illā fidē per
charitatē & ſpem firmā.& p cōſequens p grām. Sed quia a=
poſtoli & cęteri diſcipuli ad primā vocationem habuerūt ta
lem humilitatē & timorē & fidē audiendo Chriſtū.& popu=
lus gētilis audiendo apoſtolos:ideo ſicut fides apoſtolorum
fuit poſtea firmata & formata per charitatē & grām:ita etiā
& humilitas & fides gentiliū:& oībus iſtis profuit miſericor
dia redēptionis Chriſti : ſemp praeſupponēdo q̄ Chriſtus p
gratiā preuenientem diſponebat primo corda eorū per hu=
militatē timore ſeruili & filiali formatā : ad recipiendā gra=
tiam redēptionis .qa cui⁹ eſt introducere formā,eiuſdem eſt
diſponere materiā & ſubiectū:vt dictū eſt. Et ideo dicit vir=
go Maria:q̄ mia eius & fructus redēptiōis tantū pfuit ſic ti=
mentibus deū:& non reſiſtētibus:& hoc a progenie in pro=
genies.Nam talis mia & fruct⁹ redēptionis:primo datus eſt
apoſtolis & diſcipulis Chriſti:qui erāt de progenie Iudęoꝝ.
Et exinde pceſſit in progenies gentiliū per prędicationē a=
poſtolorū & diſcipulorū.& ſic etiā tranſiuit ſucceſſiue ex vna
progenie & ętate in aliā vſq; ad magnū Cōſtātinū : & exin=
de ab vno regno in alterū:& ex vna lingua in alterā: vſque=
quo totus mūdus peruenit ad fidē Chriſti:& ſic in catholicis
chriſtianis pſeuerabit a pgenie vſq; ad finē mundi: vbi reci
pient vltimā pfectionē & præmium ex meritis paſſionis
Chriſti in corpore glorificato & aīa beata. Deinde cū dicit.

## Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuper= bos mente cordis ſui.

❡ Explicat qđ ſuperius implicite dixit .ſ.q̄ deus omnipotēs
cuius nomen eſt ſanctum & miſericors, vſus fuit ſua miſeri=
cordia cum ſolis humilibus timentibus eum: quia miſericor
dia eius ſolis timentibus deum & humilibus profuit. hic au=
tem dicit q̄ deus cū ſit potēs nō vſus eſt miſericordia,ſed iu=
ſtitia & potentia cum ſuperbis & temerarijs & obſtinatis Iu
dęis:& cęteris infidelibus:eo q̄ nō ſolū noluerunt recipere
beneficiū miſericordię & redēptionis Chriſti: ſed etiā ex ni
mia ſuperbia & auaritia noluerūt diſponi per humilitatē &
timorē:nec audire p̄dicationē & legē Chriſti : quæ diſponit
ad gratiā redēptionis recipiendā. Et ſic non ſolū formā: ſed
nec etiā diſpoſitionē voluerūt recipere: qa noluerūt intelli=
gere:vt bene agerent:immo contempſerunt: & toto conatu
reſtiterūt:& gratis oderunt Chriſtū & crucifixerunt. Et ideo
Chriſtus nō ſolum puniuit eos poena damni : auferendo ab
eis fructū redēptionis & regnū dei:& dando ipm timentib⁹
eum:& populo gentili facienti fructum humilitatis & fidei:
ſed etiam puniuit eos poena ſenſus & diſperſionis & captiui
tatis in pręſenti:& poena ęterni ignis in futuro. Et ſic oſten=
dit in eis potentiā puniendo : & nō miſericordiā redimēdo.
Et hanc potentiā oſtendit deus pater p filium: qui dicit bra
chium patris. Nam filius dei incarnatus dicit nomen patris:
inquantum pater per ipm filium incarnatum ſeipm mūdo
notificauit & manifeſtauit .& dicit mia patris, inquātū p ip=
ſum mundū redemit. Sed dicit brachiū patris: inquantum p
ipſum ſuam potentiam exercuit in miraculis faciendis:& in
malis puniendis & diabolis ſuperandis. Et ideo dicit virgo
Maria: q̄ deus pater non fecit miam:ſed potentiam in bra=
chio .i. cū filio ſuo cōtra ſupbos Iudęos & infideles : ſed fecit
potentiam & iuſtitiā eos puniendo:& ſic diſperſit eos ſuper
bos mente cordis ſui. ❡ Ad cuius intellectū eſt notandum, Y
q̄ Scribę et Phariſęi et ſequaces eoꝝ multipliciter fuerunt
ſuperbi in mente:& intentione cordis ſui. Et ideo Chriſtus
multipliciter diſperſit eos a ſuperbia & mente ſupbiæ cordis
ſui. Vnde primo Scribæ & Phariſæi erant ſuperbi glorian=
tes de propria natura carnali:& de generatione. Et ideo pu
tabant q̄ ſoli filij Abrahā & Iſrael erant ſaluandi: & debe=
bant eſſe liberi ab omni ſeruitute. Et ideo dixerunt Chriſto
Ioā.viij. Nos ſemen Abrahę ſum⁹:& nemini ſeruiuim⁹ vnq̄.
Scđo erāt ſupbi in honoribus. Nam licet oſtenderent humili
tatem exterius : tamen intrinſecus erant lupi rapaces. Mat=
thęi.v. Et quęrebāt primos accubitus in mēſis, & ſalutationes
in foro:& vocari ab hoibus rabi. vt patet Matthęi.xxiij. Ter
tio erant ſuperbi in dn̄io : qa timebant, perdere cathedram
Moyſi:in qua iudicabant iudicia : & timebant perdere ſce=
ptrum & ſacerdotiū & emolumēta oblationū & ſacrificioꝝ.
& ideo dixerunt: Si hunc dimittimus, venient Romani & tol=
lent locum noſtrum & gentem. Ioan.xj. Et ex tali ſuperbia &
mala mente cordis ſui,& mala intētione crucifixerunt Xp̄m
Quarto fuerunt ſuperbi in mente cordis ſui:& inflati intelli
gentia ſcripturarum. Nam ſicut erant carnales & tēporales,
totam ſcripturam trahebant ad ſenſum carnalem & ad lu=
crū ſuū. Et ideo noluerunt humiliari ad audiendā doctrinaȝ
Chriſti:qui ſcripturā legis & pphetarum eis ſpūaliter & ad
verum ſenſum declarabat : & cōtra eorū ſupbiā & auaritiam
& cęcitatē prędicabat:vt patet p totū diſcurſum euāgelicum.
Et ideo timētes pdere ſacerdotiū & ſceptruȝ iudiciale:& per
dere locū & gentē & bona tēporalia & honores:interfecerūt
Chriſtum: putantes omnia ſupradicta pericula euadere : &
ipſum de terra poſſe delere.& ſic putabant manere in ſuper=
bia mētis cordis ſui:& putabant manere in ſuperbo propoſi
to & mala intentione. Sed de tali ſuperbia & mala mente
cordis ſui diſperſit & deiecit eos dn̄s noſter Ieſ⁹ Chriſt⁹ poſt
ſuam reſurrectionem:quia in omnia pericula & maiora q̄ vi
tare cupiebāt, inciderūt: & totū oppoſitū euenit eis vt pba=
tū fuit pſal.ij. Nā primo venerūt Romani & obſederunt ci=
uitatē eorū:& poſt longam obſidionē,& famē,& mutuā ſtra
gem: & cædes:& internas ſeditiones & homicidia inteſtina
Romani ceperunt ciuitatē:& cōbuſſerunt eā cum tēplo: & in
ore gladij reſiduū eorum partim trucidauerūt: & partim per
mūdū in captiuitatē diſperſerūt:& ſic pdiderūt locū, & gen=
tem:& ſacerdotiū:& oblationes,& honores,& hoſtiā, & ſa=
crificiū:& qđ peius eſt pdiderūt intelligentiam ſcripturæ le
gis & pphetarū:& manſerunt obſtinati in ſua cęcitate: non
valentes pcipere veritatē ſacrę ſcripturæ: q̄ eſt cibus & potus
ſpūalis ipſius aīę.ſed tanq̄ canes latrātes circuibūt ciuitatem
ſacrę ſcripturę vſq; in fine mūdi. Sed qa nunq̄ ſaturabuntur:
nec guſtabunt veritatem latentem in ſcriptura:quia nunq̄ e=
ueniet eis qđ deſiderabāt:ideo ſemp murmurāt & murmura
būt expectātes fruſtra ſuū falſum Meſſiā : vt dictum eſt pſal=
mo .lviij.& ſic vadunt diſperſi & captiui per mundū ſemper

ſub ſeruitute.Et ſic patet qualiter de⁹ pater fecit potentiā in
brachio ſuo:q eſt Chriſt⁹:qa ꝑ Chriſtū oſtēdit potētiā ſuam
contra Iudęos obſtinatos.Et qūo diſpſit ſupbos mente cor=
dis ſui:& deiecit eos a ſupbia & mala mente & malo ꝓpoſi
to cordis ſui:q̄a oia mala q̄ putabāt vitare: euenerūt eis. Et
fruſtrati ſunt i deſiderio mētis cordis ſui, & i bonis q̄ conſe=
qui putabāt Chriſtū occidēdo. ¶Et nota ꝙ virgo Maria tā
q̄ vera propheta loquitur:& prænunciat futuram deſtructio
nē Iudęoꝝ ꝑ verba de p̄terito ꝓpter certitudinē ꝓphetiæ:
quā videbat in ſpū ꝓphetico, quē filius exiſtens in vtero in=
fundebat in mentē eius:qa filius eſt ille qui loquebaꝛ ꝑ lin=
guā matris.Et ideo maiorē.i.clariorē certitudinē de futuris
myſterijs Chriſti habuit:q̄ aliquis alioꝝ ꝓphetaꝝ: & mo=
dum diſperſionis.Et ideo ꝑ verba de præterito p̄dicit futu=
ram diſperſionē & deſtructionē Iudęorū.Deinde cū dicit,

**Depoſuit potētes de ſede & exaltauit humiles.**

¶Oſtēdit qualiter Chriſt⁹ in ſuo aduentu exercuit ſuā iuſti=
tiā contra ingratos:eos de ſede poteſtatis deponēdo, & hu=
z miles in locū eoꝝ exaltando & ſubſtituendo. ¶Ad cui⁹ in=
tellectū eſt notādū: ꝙ ſicut iuſtitia dictat vt ſuperbus humi=
lietur:& humilis exalteꝛ: Ita dictat vt ingratus deponaꝛ de
ſede dignitatis & poteſtatis: & humilis & grat⁹ exaltetur &
ſubſtituaꝛ & ſuccedat i locū ei⁹.Et ita fecit Chriſt⁹ tanq̄ iuſt⁹
iudex.Nam ipſe primo ante incarnationem liberauerat illū
populū de captiuitate ęgypti:& expulſis Chananeis dedit il
lis terram promiſſionis:& dedit eis regnum & ſacerdotium
in ea:& dedit eis ꝓphetas, ꝑ quos ꝓmiſit eis futurū ſaluato
rē & redēptorē animarū & glorificatorē &c. Qui poſtea ve=
nit in carnē:ſicut ꝓmiſerat:& incepit exercere officiū ſibi a
patre iniunctū.i.legē & ꝓphetas ad verā intelligētiā decla=
rare, & virtutes inſerere:& vitia carpere & extirpare: & mi=
racula opari.Sed Scribę & Phariſęi ſupbi & iuidi: & de tot
& tātis beneficijs ingrati:timētes ꝑdere dn̄ium & ſedē iudi=
cialē & ſacerdotalē & bona tēporalia, noluerūt Chriſtū au=
dire:ſed ipſū ſūt pſecuti:& finaliter crucifixerūt:ꝓut dictū ē.
Bene ergo merito & iuſte depoſuit eos Chriſtus de ſede ſa=
cerdotali & iudiciali:& trāſtulit regnū & ſacerdotiū in popu
lū chriſtianū.Et exaltauit hoīes pauperes & humiles & piſca
tores i ſedē ſacerdotalē:quēadmodū fuerūt apoſtoli:& con=
uerſi de populo gētili. Et hoc intēdit dicere virgo Maria cū
ait.Depoſuit potētes de ſede.i.depoſuit ſcribas & phariſę=
os de ſede & cathedra Moyſi in qua ſedebāt iudicātes iudi=
cia & diſcernētes cauſas iudicioꝝ,deſtruētes pauperes & vi=
duas & pupillos:dilatando iudicia:& falſo modo gloſſando
ſcripturā legis & ꝓphetarū.Et depoſuit potētes pricipes ſa=
cerdotum de ſede ſacerdotali.Et loco eoꝝ exaltauit humi=
les apoſtolos:qui ſucceſſerūt in ſacerdotio. Et etiā exaltauit
humiles gētiles:q ex humilitate cordis ſui crediderīt Chriſto
et euāgelio.ideo ſucceſſerīt i ſacerdotio:ad quos fuit trāſlata
lex & ſacerdotiū:quo ad verā intelligentiā. Et nō ſolū xp̄s
depoſuit potētes ſcribas & phariſęos de ſede iudiciali & pri
cipes ſacertotū de ſede ſacertotali:ſed etiā potentes ciues Iu
dęorū depoſuit de ſede et loco & ciuitate & libertate:quia cō
buſta & euerſa ciuitate cum tēplo:et cōbuſtis et deſtructis cę
teris ciuitatibus Iudęæ et Galileę,eos de tota terra promiſſi
onis eiecit:et in captiuitatē redegit: & per totū mūdum diſp
ſit:et humiles chriſtianos de populo gētili pro maiori parte
exaltauit.Item.

**Eſuriētes īpleuit bonis: & diuites dimiſit īanes.**

¶Nō ſolū depoſuit eos de ſede ſacertotali & iudiciali, & de
loco & regno:et priuauit eos bonis tēporalib⁹:qb⁹ gloriabā
tur et ſupbiebant in mēte cordis ſui:ſed etiam priuauit eos
bonis ſpūalibus quibus aia reficitur. Vnde ipſi qui ſe reputa
bant diuites in bonis ſpiritualibus ſacræ ſcripturæ:& in me
ritis ſacrificiorum & oblationum, manſerunt inanes & va=
cui:quia nec habent intelligentiam ſcripturę: immo manēt
cęci:nec ſacrificia & opa legis ſūt eis ſalutifera:Imo mortife
ra poſt publicationē euangelij.Sed gentiles qui erant eſuri=
entes Chriſtus impleuit bonis ſpiritualibus legis & prophe
tarum:quibus illi Iudęi fuerunt priuati.

¶Ad cuius intellectum eſt aduertendum, ꝙ ſcriptura legis
& prophetarum erat quidam ager vbi latebat clauſus & ab=
ſconſus theſaurus euangelicus & veritates eius ſub nubo li=
tere & cerimoniarum. Et illa ſacrificia & oblationes & ſa=
cramenta veteris legis erant quędam ſcrinia & gazophyla=
cia:in quibus tanq̄ in ſigno latebant theſauri meritorū paſ=
ſionis Chriſti. Quę quidem ſacrificia non iuſtificabant de
ſe:niſi inquantum erant ſignacula fidei: & dabantur in ſi=
gnum veri p̄tij per Chriſtū ſoluendi in cruce: vt dictum eſt
Pſal.xxxix.& in tractatu cōtra Iudęos.q̄ſtio prima.Sed ſcri=
bę & phariſęi ſupbi i mēte cordis ſui,putabāt ſe habere verā
intelligentiā & theſaurum ſacrę ſcripturę: & putabant ſuffi=
cienter iuſtificari & ſaluari ꝑ ſacrificia & oblationes & cęte=
ra opera legis.Et ſic ſe reputabāt diuites & contētos in intel
ligentia legis & prophetarū:& in obſeruantia cerimoniaꝝ.
Sed hoc non poterat fieri ſine Xp̄o in lege ꝓmiſſo: qui de=
bebat detegere theſauros abſconditos in agro ſacrę ſcriptu=
ræ:& confringere vectes ferreos pctōrum:vt patet Eſa. xlv.
Et ideo dixit eis Xp̄s Ioan.v. ſcrutamini ſcripturas in quib⁹
vitam putatis habere: quia illæ teſtimonium perhibent de
me.Et ſi crederetis Moyſi:crederetis forſitan & mihi. In q=
bus verbis oſtendit Chriſt⁹ ꝙ ſcribę & phariſęi falſo ſe pu=
tabant habere vitā in ſcripturis ſecundū intellectum eorū:&
niſi intelligerent eas ad ſenſum verū & ſpiritualē de Chri=
ſto:qui erat finis & veritas ſcripturarū. & ideo manſerūt cę=
ci & inanes in ſua falſa intelligētia:& vacui & famelici i me
ritis ſacrificiorū:quia illa ſcriptura nō erat de ſe vera niſi in=
quantū erat ſignum veritatis euāgelicę:& fuerunt verificata
per Xp̄m.nec illa ſacrificia ſacramēta erant meritoria: nec
de ſe cōferebāt grām: niſi iquātū erāt ſignacula fidei & grāe
dādę ꝑ Xp̄m:qa lex ꝑ Moyſen data eſt: grā aūt & veritas ꝑ
Chriſtū facta eſt.Ioā.prio. Et ideo illi fuerūt diuites & refe=
cti q receperūt fidē Xp̄i & grāꝫ Xp̄i ꝑ eccleſiaſtica ſacramē=
ta:ſicut fuit popul⁹ gētilis:q añ aduētū xp̄i eſuriebat.& ideo
dicit virgo Maria:ꝙ Xp̄s in ſuo aduētu gētiles qui ante erāt
eſuriētes ſine lege & ꝓphetis: ipleuit bonis ſpūalib⁹ grāe &
glorię:ſed diuites Iudæos q ſe putabāt habere diuitias tātū
in litera legis,dimiſit inanes & vacuos & famelicos i bonis
ſpūalib⁹. ¶Sed hic ſunt duo vidēda.Primo q ſūt iſti eſuriē=
tes:& quare dicuntur eſurientes:& qui ſunt iſti diuites. Scdo
quib⁹ bonis de⁹ ſatiauit & ipleuit iſtos eſuriētes. ¶Quātum
ergo ad primū eſt notādū:ꝙ ſicut dictū eſt pſal. cxviij.ſup il
lud. Cōcupiuit aīa mea deſiderare &c. ꝙ differētia eſt inter
ſimpliciter deſiderare:& eſurire ſiue ſitire. Nā eſurire & fa=
meſcere & ſitire addūt conatū & neceſſitateꝫ ſup deſiderare
& ſic eſurire ſiue fameſcere idē eſt qd̄ deſiderare & appete=
re calidū cibū & ſiccū ex neceſſitate ꝓpter reſtaurationē de=
perditi:& ſitire idē eſt qd̄ deſiderare humidū & frigidū ꝓ=
pter reſtaurationē dep̄diti: & hoc cū oī conatu & neceſſita=
te.vn̄ quis faſtidiēs vnū cibū ex abūdātia pōt aliū deſidera=
re:puta ſatiat⁹ carnib⁹ caprinis pōt deſiderare carnes galli=
narum & ecōuerſo.ſed iſte talis quia nō eſurit:nec fameſcit:
ideo nō curat multū inquirere talē cibū: & ſic aliqs faſtidiēs
aquā poteſt deſiderare vinū abſq; neceſſitate. & ſic eſt dicē
dū:ꝙ nō ſitit vinū:ſicut nec ille alius eſurit cibū.Nā ſi iſte e=
ſuriret cibum,cum omni conatu quęreret ipm̄: & ilico come
deret quēcūq; cibū inueniret:& ſic ſitiens quęreret cū cona=
tu potū:& ilico biberet ſiue aquā ſiue vinū ꝓpter vehemen
tem appetitum & neceſſitatē.Ita ergo a ſimili eſt dicendum
de eſurire & ſiti ſpirituali.Nā multi deſiderant cibū & potū
ſpiritualē ad ſalutem animę:& ad reſtaurationeꝫ gratiæ de=
perditę:& tamen nō eſuriunt neq; ſitiunt: quia nō apponūt
conatū & diligentiā ad quęrēdū & recipiēdū, cum habeant

opportunitatē. Vñ qñq3 aliqs adulter vel fornicator vel aua
rus deſiderat exire a pctō: & facere pœnitentiā: & reſtituere
ablatū: ſed nō facit ꝓpter amorē carnis & pecuniæ. Et ideo
eſt ſignū: ꝙ nondū eſurit nec ſitit iuſtitiā & ſalutē aiȩ: nec re
cuperare gratiā deperditā: qa ſi vere eſuriret & ſitiret iuſtifi
cari: ilico dimitteret pctm̄ & curreret ad pœnitentiā. Ex quo
patet: ꝙ ille vere eſurit & ſitit cibū & potū ſpūalē: & veram
iuſtitiā: qui abſq3 mora dimittēdo pctm̄: quærit illā p baptiſ-
mū & pœnitentiā. Et ideo ad verū intellectum dixit Chriſt⁹
Math. v. Beati qui eſuriūt & ſitiunt iuſtitiam: qm̄ ipſi ſatura
bunť. Vñ notāter dixit, bti q eſuriūt & ſitiūt iuſtitiā: & nō di-
xit bti q iuſtificanť. Nā aliqs ifidelis eſuriēs & ſitiēs iuſtitia3:
pōt venire cū oi conatu ad baptiſmū: ſed moriť i via. & ideo
talis ex ſola eſurie & ſiti iuſtitiȩ iuſtificať & baptizať baptiſ
mo flaminis: & p cōſequēs btificať. Itē ſi aliqs pctōr ad deū
cōuerſus veniēs cōcito gradu ad priam & cōfeſſionē moria-
tur in tali iteruallo: tunc ille ex tali eſurie & ſiti & deſiderio
cōfitendi iuſtificatur: & per conſequēs btificať in ſpe. vt inqt
Aug li. de pnia. Quia ex ſolo deſiderio ſacerdotis fit dign⁹
venia. & ideo dixit Saluator: ꝙ beati qui eſuriūt & ſitiūt iu
ſtitiā. i. cū oi conatu & diligētia q̄runt: & cū inueniūt eā gratan
ter ſuſcipiūt: & tenēt: & cū gaudio cuſtodiūt. ¶ Ex his tribus
patet. ꝙ ſcribȩ & phariſſȩi & pricipes ſacerdotū & cȩteri Iu-
dȩi carnales & occȩcati in rebus tpalibus nō eſuriebāt nec ſi
tiebāt ſalutē aiȩ nec verū meſſiā in lege ꝓmiſſum licet ipm
deſiderarent & ſpectarent: quia nō deſiderabāt ipm ꝓpter
bona ſpūalia: ſed tpalia. Et ideo faſtidiētes bona ſpūalia nō
recte & cū eſurie q̄rebāt Chriſtū meſſiā in lege ꝓmiſſu3: nec
tenuerunt & receperunt eū: qñ ipſe venit ad eos: & vocabat
eos volens eos iuſtificare & ſaluare. Et ideo dixit eis ſcruta-
mini ſcripturas in quib⁹ vitam putatis habere: quia illȩ teſti-
moniū phibēt de me. Itē ſi Moyſi crederetis: crederetis for-
ſan & mihi: qa ille de me ſcripſit. Ioh. v. Item lux venit i mū
dū: ſed dilexerūt hoīes magis tenebras q̄ lucē. erāt eni eoꝝ
mala opera. Io iij. q. d. ꝓpter auaritiā & ſuperbiā & bona tē-
poralia cōtēpſerūt Chriſtū & bona ſpūalia. Ecce quō repu-
tantes ſe diuites in bonis tpalib⁹ faſtidierunt & cōtēpſerunt
diuitias ſpūales & bona ſpūalia grȩ & gloriȩ: q̄ Chriſtus af-
ferebat: et ſic nō fuerunt eſuriētes: ſed faſtidiētes bona ſpūa-
lia. iō Chriſt⁹ dimiſit eos ianes. Sed virgo Maria et Ioſeph
et Simeon et Zacharias et apoſtoli et gentiles: qa vere eſu-
rierūt et ſitierunt: et cū conatu vehemēti q̄ſierunt ſaluatorē:
et cū venit ad eos: et nouerunt receperūt eū: iō eos eſuriētes i
pleuit bonis ſpūalib⁹ grȩ in pñti: et gliȩ in futuro. Et Iudȩos
diuites et faſtidientes dimiſit inanes et vacuos bonis ſpūali-
bus i ſua dānatione. Et dimiſit etiā eos fruſtratos et inanes
in ſua ſpe et intētione: qa in picula et mala q̄ vitare putabāt
inciderunt. et totū oppoſitū ei⁹ qd ſperabāt: euenit eis vt di-
ctū ē. Dupliciter ergo ſcribȩ et phariſſȩi et pricipes ſacerdo-
tū et cȩteri Iudæi obſtinati dicunť diuites. Prio: qa totā ſua3
ſpē ponebāt in diuitijs tpalibus, et toto conatu illas q̄rebāt.
Scđo: quia ſoli ipſi habebāt prȩ manib⁹ legem et ꝓphetas:
in quibus latebāt diuitiȩ ſpūales: ſed ꝓpter diuitias tpales,
diuitias ſpūales quas habebāt faſtidiebāt: et cōtemnebant.
Sed virgo Maria et Ioſeph et Zacharias et apl̄i dicti ſunt
eſurientes. Prio: qa cū omni conatu et vehemēti deſiderio q̄
rebāt Chriſtū ꝓpter bona ſpūalia Scđo: quia cu3 viderūt eū:
ilico cū gaudio tenuerūt et cuſtodierunt eū: vt infra patebit.
et ideo ipleuit eos bonis ſpūalibus. Et ſic eſt dicendū de po-
pulo gētili q recepit Chriſtū ad ſolā p̄dicationē apoſtoloꝝ.
A ¶ Quantū ad ſcđm eſt dicendū: ꝙ Chriſt⁹ multiplici bono
repleuit fideles eſurientes et ſitientes iuſtitiā. Nā I pñti vita
repleuit eos bonis grȩ: ſed in futuro bonis gloriæ. Sed eſt ad
uertēdū: ꝙ tria ſunt gña bonorū grȩ quib⁹ repleuit eos i hac
vita et eccleſia militante. Nā q̄dā dicuntur bona gratiȩ ſacra
mentoꝝ: q̄dā bona donoꝝ ſpiritusſancti: q̄dam bona meri-
toria ex obſeruantia p̄ceptorū et cōſilioꝝ euāgelicorū. Vñ

bona grȩ ſacramentorū ſunt ſeptē, cōtra ſeptē mala q̄ traxi-
mus ex pctō prioꝝ parētū. ſ. tria mala culpȩ: & tria mala poe
nȩ. Et ideo dedit & inſtituit nobis Chriſtus ſeptē eccleſiaſti
ca ſacramenta in remediū iſtorū malorū. Tria eni mala cul
pȩ, ſunt culpa originalis, & mortalis, & venialis. Ideo primo
iſtituit baptiſmū: in quo datur fides ſpes & charitas in habi-
tu ſimul cum gratia gratifica: per quā deletur origiale. Scđo
iſtituit pœnitentiā: p quā deletur culpa mortalis, & fit remiſ
ſio omniū mortaliū. Tertio iſtituit extremā vnctionē ad de-
lēda venialia. Mala autē pœnȩ ſunt tria. ſ. ſeparatio a deo p
pctm̄. Et iō inſtituit euchariſtiā: per quā deo reconciliamur.
Scđm malu3 pœne, eſt infirmitas ad bonum faciendum: &
ꝓnitas ad cadendū & malū perpetrandū. cōtra quā infirmi
tatem inſtituit confirmationē ad roborandū fideles: vt va-
leant pugnare cōtra carnē & mundū & diabolū. Tertia poe
na fuit fœditas libidinis: in cuius remediū inſtituit matrimo
niū: ne libido imputeť ad pctm̄ mortale in cōiugatis. Septi-
mo autem Chriſtus inſtituit ſacramētum ordinis: in quo da-
tur poteſtas ſacerdotibus ad adminiſtrandum ſupradicta ſa
cramenta ſȩcularibus. Sed iſta ſufficientia & cauſa neceſſita
tis eccleſiaſticoru3 ſacramentoꝝ, quorum virtus emanat ex
paſſione Chriſti, clarius poteſt aſſignari. Nam primo ex pa-
rentibus traximus carnem corruptā vitio libidinis, in qua
ſeminaliter latet culpa origialis & mortalis. Ideo qñ aīa no
ſtra creať a deo in puris naturalibus i illa carne libidinoſa:
per ſolū conſortiū trahit culpā originalē, vt inquit Ambro-
ſius & Auguſt. Per culpam incurrit iram & odium dei & pri
uationem oim bonoꝝ ſpiritualiū tā grȩ q̄ gloriȩ: & cu3 hoc
incurrit debitū recuperandi iuſtitiā quā perdidit in Adam.
Et ideo Chriſtus inſtituit ſacramentū baptiſmi: cui p̄buit vir
tutē regeneratiuā & purgatiuā illius culpȩ: & collatiuā grȩ p
quā baptizato remittitur culpa & debitū: & confertur gratia
gratifica cū fide & ſpe & charitate i habitu: per quā ille qui
erat in odio & ira dei abſoluiť ab oīu debito & reducitur in
gratiā dei: quia fit deo gratus & acceptus per illam gratiā cō
tinentē pretium & merita paſſionis Chriſti. Et ideo ille reus
p illā gratiā & pretiū paſſionis Chriſti ſoluit oē debitum &
liberatur. Sed quia ille baptiſmus: licet abluat aīa3: & tollat
culpā originalē ab ea: & abſoluat eā debito: & reducat i gra
tiam: tñ non tollit fomitē concupiſcentiȩ: vt non inſit in car-
ne: licet tollat vt non imputetur aiȩ ad peccatū ſicut ante ba
ptiſmum: ſed adhuc manet illa morbida concupiſcentia in
carne: in qua ſeminaliter ſunt & latent oīa peccata morta
lia: ex qua concupiſcētia oia mala oriūtur: eo ꝙ ſemper pu-
gnat & luctatur aduerſus ſpm̄ & rationē: Ideo ſicut illa con-
cupiſcentia carnis ante baptiſmū per ſolū cōſortiū cauſabat
origiale in aīa: ita poſt baptiſmū p cōſenſum deliberatum
cauſat pctm̄ & culpā actualē & mortalem in volūtate & aīa
per quā obligatur ad pœnā ȩternā. & per ſolum conſenſum
indeliberatū cauſat veniale. Et ideo Chriſtus iſtituit ſacramē
tū cōfirmationis: per qđ dať robur & arma grȩ: & danť do-
na ſpiritusſancti ipi aiȩ: vt valeat pugnare & reſiſtere ipſi cō
cupiſcentiȩ: & vincat carnē ſic morbidā & corruptā: ne volū
tas p conſenſum cadat in pctm̄ mortale. Sed qa anima con-
ſentiendo carni aut mundo aut diabolo ſæpi⁹ cadit in pctm̄
mortale: ideo Chriſtus inſtituit ſacramentū pœnitentiȩ: in
quo per merita paſſionis Chriſti remittitur pctm̄ mortale &
pœna iterni ȩterna. Sed quia per tale pctm̄ actuale ille pec
cator fuit a deo ſeparatus: ideo Chriſtus inſtituit ſacramen-
tum euchariſtiȩ: per quod deo recōciliamur: & ſpiritualiter
reficimur et recuperam⁹ bona ſpiritualia deperdita. Sed qa
per talem pœnitentia nō potuim⁹ oia pctā mortalia ex ob-
liuione confiteri: nec omnia venialia ex ignorantia & in ad
uertentia & multitudine: ideo in exitu ab hoc ſæculo datur
ſacramētū extremȩ vnctiōis: per quod remittunť venialia.
Et etiā licet totaliter non dimittatur pœna pctōꝝ mortaliū
oblitoꝝ debita i purgatorio ꝓpter negligentiā differēdi cō

feſſionē: tñ tales pœnę debitę in purgatorio aliqualiter re-
mittitur & minuunť ex virtute ſacramenti illius vnctiõis cõ
tinētis virtualiter ſiue inſtrumētaliter merita paſſionis Chri
ſti. Nã ſicut illa caro corrupta & morbida & libidinoſa quã
trahimus ex parentibus cõtinet naturaliter & ſeminaliter &
virtualiter oia pctã: qa per ſolũ cõſortiũ cauſat culpã origia-
lē in aĩa: & p cõſenſum cauſat actuale & veniale pctm̃ in ea-
dē: ita quodãmõ eccleſiaſtica ſacramenta quaſi ſemialiter &
virtualiter ſiue iſtrumētaliter cõtinēt merita paſſionis Chri-
ſti qa p iſta ſacra datur gra paſſionis Chriſti omnibus fideli
bus. Et ideo iſta ſacramēta ſunt quaſi capſę & vaſa medicia
lia: in quib⁹ latēt merita paſſiõis Chriſti ad medelã ſupradi
ctarũ infirmitatũ. vt inqt Hugo de ſctõ victore. Et per hæc
patet neceſſitas ſupradictoꝝ quinqꝫ ſacroꝝ. Sed quia poſt
oia ſupradicta ſacramenta ſemp in hoc mundo manet ior-
dinata cõcupiſcentia in carne q̃ ſemp iordinate cõcitat actũ
venereũ p̃ter itentũ gñatiõis. & ideo ꝑpter talē maledictio
nē non põt ille actus exerceri abſqꝫ pctõ mortali: Ideo deus
inſtituit ſacramentũ matrimonij iter cõiuges ad remedium
libidinis: ne tale officiũ qd non fit ſine libidine imputeť eis
ad pctm̃ mortale. Itaqꝫ ſicut baptiſmus non tollit habitualē
concupiſcentiã vt non ſit in carne: ſed vt non iputeť ad pctm̃
originale ipſi aiæ per conſortiũ: ita ſacramentũ matrimonij
non tollit libidinē actualē: vt non inſit inter coniuges l offi-
cio venereo: ſed tollit vt nõ imputetur eis ad pctm̃ mortale:
ſi debite & aſqꝫ abuſu exerceant illum actum & officium. Et
ſic patet quõ ad remediũ libidinis & ad excuſandum pecca
tum neceſſariũ fuit matrimoniũ: quia ſolum ſacramētũ ma-
trimonij tollat & excuſat pctm̃ mortale in omni actu vene-
reo: vt inquit Aug. in lib. de nuptijs. ſed non tollit originale
in paruulis ex legitimo cõiugio propagatis ꝑpter libidineꝫ
parentũ: ſed inter cõiuges ſolũ hoc ſacramentũ excuſat pec-
catũ. Et rõ eſt. Nã ois alius actus venereus aut eſt adulteriũ
aut fornicatio aut cõtra naturã: ſed oia iſta tria icurrunt pctm̃
mortale, vt dictũ eſt pſal. cxviij. ergo ſolũ cõiugium excuſat
peccatũ. & ſic pꝫ neceſſitas ſex ſupradictoꝝ ſacramētorum.
Sed qa ſupradicta ſacramenta non poſſunt dari niſi in pote
ſtate eccleſię ſponſę Chriſti, cui deus omnia iſta dedit in do-
tē: ideo Chriſtus inſtituit ſacramentũ ordinis per quod dať
poteſtas ſacerdotib⁹ ad adminiſtrandũ ſupradicta ſacramē
ta. in quibus oibus ſacramentis propter gratiã ſingularē dať
ſemp gratia gñalis gratifica debite ſumentib⁹. Et ſic patent
bona gratię ſacramentoꝝ eccleſiaſticoꝝ: quib⁹ Chriſt⁹ iple
B uit oẽs fideles eſurientes in prĩo gñe bonoꝝ. ¶ In ſcđo aũt
gñe bonoꝝ ſpũalũ: quibus Chriſtus ipleuit eſurientes: ſunt
bona donoꝝ ſpũſſancti: q̃ receperũt apoſtoli pro ſe & ꝑ to-
ta eccleſia in die Pen. te. quorũ primũ eſt donũ ſapientię: per
quod fideles cõtēptis ſcientijs mũdanis apponũt animũ ad
ſtudiũ rerũ diuinarũ: & ad meditandũ in lege dñi die ac no
cte contēplando ſacra myſteria geſta in vtroqꝫ teſt. & ad q̃rē
dã ſalutē & iuſtitiã per ſacraꝫ ſcripturã: & breuiter relictis re
bus humanis ad cõtemplandũ diuina. Sed quia intellectus
nõ ſufficit talia diuina pcipere, nec profunda myſteria ſacrę
ſcripturę intelligere: ideo datur fidelibus donũ intellect⁹ ad
diſſerendas & intelligēdas ſacras ſcripturas. vñ ſicut per do-
nũ ſapientię appetimus itelligentiã ſacrę ſcripturę: ita p do-
num intellect⁹ datur nobis facultas ad itelligentiã ſacrę ſcri-
pturæ: ſicut habuerunt apoſtoli. Sed qa nõ ſufficit ſtudium
& intelligētia ſacrę ſcripturę: niſi operemur bonũ per ipam
qa finis ei⁹ nõ eſt vt ſciam⁹ tm̃, ſed vt p talē itelligentiã ope-
rãdo boni efficiamur. Sed qa i tali opatiõe habem⁹ pugna-
re contra carnē & mundũ & diabolũ: qbus nullo pacto ex vi
ribus nr̃is reſiſtere poſſum⁹ ꝑpter naturã corruptã & fragilē:
ideo datur donũ fortitudinis ad vincendũ & pugnandũ iu-
giter contra tria ſupradicta. Itē etiã quia in lege euangelica
ſunt aliqua conſilia ſupra totã humanã facultatē & ſupra na
turaꝫ ſ. pati omnem perſecutionem & tormenta & mortem

ꝑpter Chriſtũ & iuſtitiã: & orare ꝑ pſecutoribus & inimicis:
q̃ omnia p ſolas morales virtutes nõ poſſent tolerari: nec ex
erceri: ideo datur donũ fortitudinis ad ſupradicta toleranda
& aggredienda. Sed quia p ſolã prudentiã moralē & huma
nam non poſſemus de talibus ſupnaturalib⁹ & difficilib⁹ cõ
ſultare nec qñ nec vbi nec quantũ talia eſſent eligēda & ag-
gredienda: Ideo datũ fuit deſuper donũ cõſilij: per qđ apo-
ſtoli & martyres & cęteri fideles contēptis mũdanis, & poſt
poſito quocũqꝫ timore mundano: qñ oportuit & vbi & quã
tum oportuit pro Chriſto pſecutioni & morti ſe obtulerunt.
Sed cum dono conſilij datũ eſt eis donũ fortitudis ad conſul
tata oportunis locis & tpibus exercenda. & ſic proprie donũ
cõſilij p̃cedit donũ fortitudinis. Sed qa non oẽs ſunt conſti-
tuti in eodem ſtatu perfecto. ſicut fuerunt apoſtoli & marty-
res & pręlati & ſacerdotes & religioſi: ſed qdam ſunt i ſtatu
inferiori & cõiugali & ſeculari in reb⁹ tpalib⁹ inuoluti, ideo
p̃ter ſcientiã mundanã datũ eſt fidelib⁹ ſecularibus donum
ſcientię: vt ſic diſponãt & tranſeant p iſta tēporalia: ne amit-
tant æterna. Nã ſicut ſapientia eſt de reb⁹ diuinis: ita ſciētia
de humanis & tpalib⁹. Itē quia fideles ſeculares in iſimo ſta
tu conſtituti non poſſunt meditari in lege dñi die ac nocte:
nec itelligere & percipere perfecte altiſſima myſteria ſicut
ꝓlati & ſacerdotes & religioſi continuo ſtudio & cõtempla-
tioni dediti: Ideo datur donum pietatis ad credendũ & fir-
miter inhærendum articulis fidei & ꝓfundis myſterijs ſacræ
ſcripturę: q̃ capere non poſſumus: & ad pie credendum ſemp
partē magis piã & magis conuenientē deo & ſanctis eius in
opinionibus nondũ determinatis p eccleſiã. Sed quia lex di
uina cõminatur tranſgredientibus non ſolũ priuationē hęre
ditatis vitę æternę: ſed etiã ęternam poenã tranſgreſſoribus:
& promittit vitam æternã & viſionē dei cum ſumma fruitio
ne & felicitate obſeruatorib⁹ ei⁹: Ideo eſt neceſſarius nobis
timor ſupernaturalis, ꝑ quē timeamus perdere bonũ nobis
ꝓmiſſum: quod non videmus: & timeamus icurrere poenas
æternas: quas in hoc ſeculo non videmus: nec ſentimus. Et
ideo datur donũ timoris ſupnaturalis: q habet quatuor gra-
dus. Naꝫ primo per ipſum refrenať temeritas & audacia no
ſtra: vt timeamus poenas ignis æterni. Secundo vt timeam⁹
perdere hęreditatē regni cæleſtis. & iſte diciť timor filialis.
Tertio vt timeamus perdere ipſum deũ per ſeparationem a
deo. Et iſte dicitur timor caſtus & vxoralis ſiue deſponſalis.
Quarto vt timeam⁹ deo diſplicere ꝑpter ſuam bonitatem:
& ne incurramus ingratitudinē. Et iſte dicitur timor ſanctus
& immaculatus. Et eſt idē qđ noſtra perfecta charitas: quæ
iam totaliter foras mittit timorē ſeruilem. Et ſic patet quali-
ter ſunt neceſſaria oia iſta ſeptē bona donoꝝ & gratiarum
toti eccleſię: quibus donis Chriſtus in eccleſia alios fecit apo
ſtolos: alios prophetas: alios euãgeliſtas: alios doctores: ali-
os prędicatores: alios martyres: alios confeſſores & virgines
& continentes: & alios viros religioſos: & alios iuſtos coniu
gatos: & quoſdam facit quotidie incipientes: & quoſdam ꝓ
ficiētes: & quoſdã profectos. Et ſic ſpũs ſanctus ſpirat dona
grãrũ diuidēs ſingulis ꝓut vult. vt inquit apľs. Et hęc ſunt bo
na donorũ qbus Chriſtus impleuit fideles eſurientes & ſitiē
tes iuſtitiã. ¶ In tertio autē genere ſunt bona meritoria ex
obſeruantia p̃ceptorũ & conſiliorum. Nam quia diligenti- C
bus deũ & fidelibus oia cooperantur in bonũ meritorium,
ad Ro. ix. iõ Chriſtianus exiſtēs in charitate p oia opera quę
facit ſecundũ legē euangelicã, mereť vitã ęternã. Vñ obſeruã
do p̃cepta negatiua nõ ſolũ euadit poenas ęternas: ſed etiam
meretur vitam æternã ꝑpter pugnã & victoriaꝫ: quia nemo
põt obſeruare diuina p̃cepta: nec vitare pctm̃ ſine grãdi pu-
gna & victoria, reſiſtendo carni & mundo & diabolo. qđ nõ
põt fieri ſine grã: & per conſequēs ſine merito. Sed iam ma-
gis meretur qs obſeruando p̃cepta affirmatiua: ſcilicet dili-
gendo deũ ſup oia in ſe & ꝑpter ſe: & diligēdo proximum ſi
cut ſeipſum & in deo & propter deuꝫ. Et ſic implebit omnia

opera miſericordię tã ſpiritualia q̃ corporalia erga ꝓximũ indigentẽ. ꝓpter q̃ opera Chriſtus in iudicio omnibus iuſtis dicet. Venite benedicti pr̃is mei: ꝑcipite regnũ &c. Sed magis & altius merent̃ obſeruatores conſiliorum Chriſti in ſtatu perfectiori: q venditis omnibus q̃ poſſidebãt & datis pauperibus: ſecuti ſunt Chriſtũ per paupertatẽ & obedientiã & caſtitatem in ſtatu religionis. Sed iam magis & altius merẽtur qui tollũt crucem ſuam & ſequuntur Chriſtũ ꝑ martyriũ &c. Et iſta ſunt bona meritoria ex obſeruantia praeceptoruꝫ euangelicorum: quibus Chriſtus ditauit & repleuit ſuos fideles eſurientes in hac vita ſimul bonis gratię ſacramentorum & donorum. ¶ Sed bona glorię quib⁹ Chriſtus ĩpleuit iſtos eſuriẽtes in cęlo, ſunt clara & facialis viſio diuinę eſſentię & indiuiduę trinitatis. quę quidẽ clara viſio datur eis in pręmiũ ex merito fidei quam hic habuerũt. Et datur eis perfecta & ſecura poſſeſſio illius ſummi boni in pręmium ſpei quaꝫ hic habuerunt: & datur eis ſufficiens & perfecta fruitio in praemiũ charitatis: quam cum effectu operuꝫ miſericordię & obſeruatione pręceptorũ & conſilioꝝ in hac vita habuerũt. Ex quibus tribus bonis reſultat in eis vera & perfecta beatitudo in anima. Sed vltra hęc tria bona, animę conſequentur quatuor dotes & bona in corpore glorificato .ſ. imortalitatẽ cuꝫ impaſſibilitate: & claritatẽ, & ſubtilitatem, & agilitatem: in quibus quatuor conſiſtit gloria corporis. Et ſic tunc omnes erunt in ſua vltima perfectione quo ad totum .ſ. quo ad corpus & aiam. qui quidẽ ſtatus eſt oĩm bonorum aggregatiõe perfectus: in quo ſolo conſiſtit beatitudo iuſtorum. His ergo omnibus bonis ſupradictis tam gratię in pręſenti q̃ gloriae in futuro implebit Chriſtus omnes ſuos fideles eſurientes q̃bus priuauit omnes Iudęos obſtinatos: & cęteros infideles & ſuperbos & diuites mundanos & & impoenitentes. Quos non ſolum priuauit bonis ſupradictis & dimiſit eos vacuos & inanes: ſed etiam ad poenas aeternas deſtinauit. Et ideo de Iudęis obſtinatis dixit. Math. viij. Multi venient ab oriẽte: & occidente: & recumbẽt cũ Abraham & Iſaac in regno cęlorum. Filij autẽ regni mittent̃ in tenebras exteriores. ibi erit fletus & ſtridor dentiũ. Itẽ Math. xxj. dixit ſcribis & phariſęis: Auferet̃ a vobis regnum & dabitur genti facienti fructum. ¶ Ex quibus patet qualiter Iudęos & ſupbos priuauit bonis ſpiritualibus & reliquit eos inanes: & gentiles eſurientes impleuit bonis: & nõ ſolum priuauit Iudaeos illis bonis: ſed etiam puniuit eos poena ſenſus ꝑ fletum & ſtridoreꝫ dentium. Et nota ꝙ Iudęi obſtinati non ſolum dicuntur inanes: inquantum ſunt priuati & vacui ſupradictis bonis: ſed etiam quia opera legis omnia quę faciunt ſunt inania & vacua meritis: qa in vanũ & fruſtra circuncidunt̃: & faciunt alia opera legis: quia iam ſunt exinanita & euacuata per aduentum Chriſti & opera euangelica. Item etiam illa opera non ſolum ſunt eis inania & mortua: ſed etiã mortifera: quia quotienſcunq; faciunt & obſeruant aliquod opus cerimoniale, peccant mortaliter: & addũt pctm̃ ſup pctm̃: & oĩo coꝝ vertitur in pctm̃: ſicut dictum eſt pſal. lxvij. & cviij. Et ſic manẽt ianes in bonis & meritis: & fruſtrati ĩ ſua intẽtione: qa icide runt in omnia mala quę vitare putabant: & perdiderunt oĩa bona q̃ conſequi putabant & cupiebant. Et gentiles eſurientes fuerunt exaltati & repleti bonis quibus ipſi ſunt priuati. Et ideo dicit virgo Maria ꝙ Chriſtus filius ſuus fecit potentiam in brachio ſuo: quia diſperſit Iudęos obſtinatos & ſupbos mente cordis ſui: & depoſuit eos de ſede ſacerdotali & iudiciali & loco & regno. Et exaltauit humiles apoſtolos & gentiles per fidem humiliatos. Et apoſtolos & gentiles eſurientes: & pauperes & ſimplices impleuit bonis gratię in pręſenti & gloriae in futuro. Sed diuites Iudeos dimiſit ianes & fruſtratos non ſolum bonis ſpiritualibus: ſed etiam dignitatibus temporalibus, & in ſua mala intentione. ¶ Sed eſt iterum aduertendum ꝙ iſti tres verſus ſupradicti non ſolum verificantur de ſuperbis Iudaeis: immo primo verificantur de ſuperbis dęmonibus: quos deus: in principio diſperſit & depoſuit de ſede cęleſti. Vnde dictum fuit in expoſitione pſal. lxxxj. qualiter deus gradauit in principio ordines angelorũ ſecundum ordines nobilitatis naturę eorum. Et ſic collocauit luciferum in ſupremo ordine primum ſuper omnes alios ſed quia vidit ſupra ſe a dextris dei .ſ. in potioribus bonis totius glorię ſuper oĩes ordines & hierarchias angelorum ſedem pręparatam pro Chriſto homine: quem verbum aeternum debebat perſonaliter aſſumere: qui quidẽ Chriſtus tanq̃ caput & dominus hominum & angelorum erat adorand⁹ ab omnibus angelis: & hoc ſecundum dei voluntatem: tunc Lucifer ſuperbiens in mẽte cordis ſui dixit nõ eſſe ęquũ nec iuſtũ aliquem hominem ſuper angelos aſcendere: nec etiaꝫ homines cum angelis coęquari. Et ſic diligens ſe potius q̃ deum & diligẽs ſe in ſe & non in deo: voluit potius ſequi appetitum ſuum q̃ voluntatem dei: qui hoc ab ęterno ſtatuerat adimplere. Tunc concepit odium & inuidiam contra Chriſtum & decreuit conſcendere & vſurpare ſedem & ſolium imperiale pro Chriſto pręparatum: & facta cõiuratione cõtra Chriſtum & volũtatem & ſtatutũ dei, dixit in corde ſuo: in cęlũ conſcendam: & ſuper aſtra cęli, id eſt ſuper omnes ordines & hierarchias angeloruꝫ a dextris dei exaltabo ſoliũ meũ: & ſedebo in monte teſta. ſcilicet in hęreditate Chriſti. Aſcendam ſuper altitudinem nubium: & ſimilis ero altiſſimo. vt patet Eſa. xiiij. ¶ Ex quibus patet ꝙ Lucifer fuit pri- D
mus ſuperbus in mente cordis ſui qui voluit & ſtatuit vſurpare ſedem imperialem Chriſti filij dei: & aſcendere ad ſimilitudinem et ęqualitatẽ dei: & vſurpare imperiũ mundi Chriſto debitum. Sed tunc deus fecit potentiam in brachio ſuo. ſ. in verbo ſuo, per quod facta ſunt oĩa: & pręcepit Michaeli & angelis eius: vt deijcerent Luciferum cum ſequacibus ſuis de cęlo in infernum. Et tũc factum eſt pręlium magnum in cęlo. nam Michael & angeli boni ſequaces Michaelis dei voluntati conformes & obedientes pręliabãtur cum dracone Lucifero, eius prauę voluntati & ſuperbię reſiſtẽtes. Sed proiectus eſt draco ille magnus: ſerpens antiquus, qui vocatur Sathanas: id eſt aduerſarius & contrarius diuinę voluntati & Chriſto futuro: proiectus inquam eſt in terram: & angeli eius .i. ſequaces eius et rebelles deo miſſi ſunt cum eo in ſtagnuꝫ ignis: vt patet Apoca. xij. Et ſic patet qualiter Chriſtus iam in principio fecit potentiam in brachio ſuo: & diſpſit de caelo dęmones ſuperbos in mente cordis ſui: quia tunc depoſuit eos potentes de ſede Chriſti: quam vſurpare temere pręſumebant. Et non ſolum depoſuit eos de illa ſede: ſed etiam eos qui erant potentes in natura depoſuit de ſedibus eorum quas in cęlo poſſidebant a primo inſtanti ſuę creationis: & eiectis & depoſitis eis a ſedib⁹ ſuis exaltauit humiles homines et ſanctos in ſedes eorum. Nam homines iuſti et ſancti poſſederunt per gratiam & humilitatem ſedes cęleſtes quas angeli rebelles perdiderunt per ſuperbiam. Et ſedes quas mali perdiderunt Chriſto contradicendo & inuidẽdo: poſſederunt homines iuſti et humiles Chriſtum diligendo et credendo & ſequendo. Et ideo ex conſequenti homines eſurientes et ſitientes iuſtitiam et cupientes toto conatu iuſtificari per Chriſtum: et eſurientes et cum effectu et conatu et violentia poenitentiae deſiderantes illam gloriã: Chriſtus impleuit illis bonis cęleſtibus: et dęmones qui erant in caelo diuites per naturam et gratiam, expectantes eſſe diuites per gloriam: ſi ſtetiſſent et deo paruiſſent: dimiſit inanes et vacuos et fruſtratos in mente cordis ſui: et in ſua intentione. Quia non ſolum perdiderunt ſedem Chriſti quam vſurpare volebant: ſed etiam ſedes quas poſſidebant. Et nota ꝙ mali angeli non ſolum voluerunt cõſcendere et vſurpare ſedem Chriſti imperialem praeparatam in potioribus bonis patris: ſed etiam ſedem virginis, quam viderant pręparataꝫ in potioribus bonis et a dextris Chriſti filij eius ſuper omẽs choros et hierarchias angelorum. Et haec fuit prima cauſa

inuidie eorum contra Chriſtum & matrẽ eius.Secunda cau-
ſa fuit: quia preuiderunt: ꝙ quidam homines intantum erãt
per gratiam & merita exaltãdi: per Chriſtum, ꝙ erant cum
eis in gloria coęquandi & collocandi. Et ideo moti ſunt ad
reſiſtendum diuinę legi & voluntati: & ideo ſunt de cęlo di-
ſperſi & depoſiti. ¶ Ex quibus patet qualiter Chriſtus qui
eſt brachium & potẽtia dei patris, diſperſit dęmones ſuper
bos mente cordis ſui. Et quomodo depoſuit eos potentes
de ſede & gradu & dignitate cęleſti. Et quomodo exaltauit
homines humiles: vt repararent ruinam eorum: & poſſide-
rent ſedes eorum. Et quomomdo homines eſurientes & cũ
conatu pœnitẽtię querentes gloriam cęleſtem impleuit bo-
nis: & dęmones qui in cęlo erant diuites per naturam & gra
tiam: & expectabant fieri beati per gloriam cum eſſent via-
tores: tamen quia in gratia non ſteterunt: nec voluntati dei
adhæſerunt ideo dimiſit eos inanes & vacuos: & quod dete
rius eſt ad æternam pœnam & in infernum deſtinauit. Et ſic
iſta verba virginis, Primo verificantur de dęmonibus ſuper
bis. Secundo de Iudæis obſtinatis: prout ante dictum eſt.
Sed tertio verificantur de ſuperbis tyrãnis perſecutorib⁹ ec-
cleſiæ: quos Chriſtus diſperſit de ſuperba mente cordis ſui:
& depoſuit de ſede poteſtatis: & exaltauit Chriſtianos hũi-
les. Vnde primo diſperſit Neronem de ſuperba mente cor-
dis ſui: & depoſuit ipſum de ſede imperiali. Nam cum inter-
feciſſet apoſtolos Petrum & Paulum principes eccleſiæ: &
rempublicam deſtruxiſſet: vidẽs totum ſenatum motum cõ-
tra ſe, ſeipm̃ interfecit: & loco eius fuit exaltatus in imperiũ
humilis Veſpaſianus, & poſtea Titus filius eius. Item Do-
mitianus cum ſecundam perſecutionem contra eccleſiam
diu concitaſſet: & contra rempublicam multa mala perpe-
traſſet: tandem per ſenatum depoſitus: vt quidam ferunt ſei-
pſuȝ interfecit: & loco eius humilis et iuſtus Traianus in im
perium eſt exaltatus: qui aliquandiu dedit pacem eccleſiæ.
Item Diocletianus: & Maximian⁹: & Maxentius cum per
magna tempora ſæua perſecutione eccleſiam Chriſti vexaſ
ſent & infeſtaſſent: tamen finaliter de imperiali ſede depo-
ſiti miſerabiliter vitam finierunt: loco quorum humilis Cõ
ſtantinus in imperium eſt exaltatus: qui poſtea ad fidẽ Chri
ſti conuerſus, deſtructis idolis, eccleſiam dei proſperauit &
ditauit. Exemplo cuius omnes reges terrę cum toto populo
gentili ſe iugo fidei Chriſti ſubiecerunt. Et ſic deiecta ſuper
bia huius mũdi omnis poteſtas ſubiugata eſt iugo Chriſti.
Et Conſtantinus imperator cum omnibus regibus ſe ſubie
cit Syluęſtro papæ: tanq̃ vicario Chriſti in terris. Et relicta
ipſi Roma cum toto patrimonio, ſe in Conſtantinopolim
recepit: & imperialem ſedem illuc tranſtulit. Et ſic patet
qualiter ſuperbi & potentes gentiles depoſiti ſunt de ſede
ſuperbiæ & poteſtatis: & humiles Chriſtiani in ſedem ſacer
dotalem & imperialem exaltati. Item dęmones ſuperbi qui
adorabantur in idolis a toto mundo fuerunt depoſiti de ſe-
de idololatriæ: & humiles facti fuerunt exaltati. Nam tem-
pla idolorum, comminutis & deſtructis idolis, fuerunt con-
ſecrata in eccleſias apoſtolorum & martyrum. Quia in delu
bris vbi adorabantur idola: poſtea poſitę ſunt imagines ſan
ctorum: in quibus ſancti non adorantur: ſed a fidelibus ve-
nerantur: & in ſanctis ſuis deus laudatur. Quia apoſtoli pri
cipes populorum & Martyres: vt dij fortes terræ eleuati &
exaltati ſunt. pſal. xlvj. Et ſic patet quomodo Chriſtus non
ſolum dęmones ſuperbos: & Iudęos obſtiatos: ſed etiam ſu-
perbos tyrannos perſecutores eccleſiæ diſperſit de ſuperbia
mẽtis cordis ſui: & depoſuit de ſede & dimiſit ianes: & Chri
ſtianos humiles & eſurientes exaltauit & impleuit bonis in
pręſenti per gratiam, & in futuro per gloriam: prout dictum
eſt. ¶ Item hoc non ſolum eſt intelligendum de dæmoni-
bus: & Iudæis obſtinatis: & de tyrannis perſecutorib⁹ eccle-
ſię: ſed etiam de ſuperbis regibus & principibus & magnati
bus & diuitibus Chriſtianorum: qui pluries fuerunt depo-



ſiti & eiecti a ſedibus & a culmine poteſtatis propter ſuper-
biam & elationem ſuam & hoc iuſto dei iudicio: eo ꝙ con-
ſiſi in viribus ſuis & diuitijs ſæpe deum contẽpſerunt & pau
peres deſpexerunt prout dictum fuit in expoſitione Pſal-
mi. xlviij. & lxxij. Et hæc de ſecunda parte huius cantici.

## Suſcepit Iſrael puerum ſuum: recordatus miſe ricordiæ ſuę.

## Sicut locutus eſt ad patres noſtros: Abraham & ſemini eius in ſęcula.

¶ Hęc eſt tertia & vltima pars principalis huius cantici: in
qua virgo Maria concludendo reddit cauſam omnium eo-
rum quę dicta ſunt. Nam omnia quæ dicta ſunt de virgine
Maria & eccleſia, fecit Chriſtus veniens in carnem. Et ſic
aduentus eius in carnem fuit cauſa eorum quæ dicta ſunt.
Vnde quia Chriſtus debebat ex virgine Maria carnem aſ-
ſumere: ideo magnificauit & dignificauit eam ſupradictis
duodecim dignitatibus & priuilegijs in prima parte memo
ratis: & fecit ipſi illa duodecim magna. Item poſtq̃ venit
in carnem exercuit myſterium noſtræ redemptionis: cuius
miſericordia proceſſit & profuit omnibus timentibus eum
a progenie in progenies. Et in ſua paſſione manente cor-
pore in cruce & ſepulcro deſcendit ad inferos, & diſperſit
daemones ſuperbos per infernum: & depoſuit eos de ſede
poteſtatis quam ſuper totum genus humanum habebant:
et expoliauit limbum & purgatorium: & liberauit humi-
les & captiuos de inferno: & exaltauit eos ſecum in gloriã:
et eos qui ibi per magna tempora fuerant eſurientes Chri-
ſtum expectando, impleuit bonis fruitionis: & dęmones
qui erant diuites, poſſidentes illam prędam et totum ge-
nus humanum: dimiſit inanes & vacuos prędа eis ablata.
Item poſt aſcenſionem depoſuit Iudęos obſtinatos de ſe-
dibus eorum & diſperſit eos per mundum: vt dictum eſt.
Et exaltauit humiles & cætera. Et ſic patet ꝙ omnia iſta
fecit Chriſtus quando venit in carnem. Et ideo dicit vir-
go Maria in fine huius cantici: ꝙ quia Iſrael iam ſuſcepit
puerum ſuum lege promiſſum: qui omnia ſupradicta par-
tim fecit & partim in breui debet facere: ideo ipſa agendo B
gratias, magnificat dominum &c. ¶ Ad cuius intellectum
eſt notandum ſicut dictum eſt in principio, ꝙ iſtud canticuȝ
eſt finis totius legis & prophetarum: & principium totius
euangelij. Nam virgo Maria recipiens Chriſtum in lege
promiſſum in vtero ſuo, agit gratias, annuncians ꝙ Iſrael
iam recepit meſſiam in lege promiſſum: de quo locuti ſunt
omnes patriarchæ & prophetæ: quem deus promiſit omni-
bus patriarchis & prophetis. Et per conſequens agendo
gratias & magnificando deum euangelizat Chriſtum iam
veniſſe, qui fuerat a deo promiſſus in lege & prophetis. Et
ideo concludendo ſuum canticum dicit: Ideo magnificat a-
nima mea dominum: & exultauit in deo ſalutari meo: quia
iam ſuſcepit Iſrael puerum ſuum Ieſum & ſaluatorem: & iã
deus recordatus eſt miſericordiæ ſuæ mittendo filium ſuum
mundi ſaluatorem: ſicut locutus eſt quondam ad patres no-
ſtros. ſ. Adã & Enos & Noe: & locut⁹ eſt & ꝓmiſit ipſi Abra
ham & ſemini eius in ſæcula. i. ſucceſſiue per ſingula ſæcula
& ętates. Et nota ꝙ ly recordatus mię ſuę, nõ ordinaẽ cum ly
ſuſcepit Iſrael puerum ſuum: ſed cum ſequenti oratiõe: vt ſit
ſenſus. i. ſuſcepit Iſrael puerũ ſuum: ſicut deus recordat⁹ miæ
ſuæ locutus eſt ad patres noſtros &c. Vel vt clarius & melius
dicaẽ: ly recordatus miſericordiæ ſuę, facit ſententiam & ora
tionẽ p ſe cũ ſupplemẽto: vt ſit ſenſus. i. ſuſcepit iam Iſrael Ie
ſum puerum ſuum: quia deus ſup. recordatus miæ ſuæ, iam

miſit filiū ſuū: ſicut locutus eſt ad patres noſtros &c. vel qa
deus recordatus eſt miē ſuę mittendo filiū ſuū: ſicut promi-
F ſit & locutus eſt ad patres nr̄os &c. ¶ Sed hic occurrunt tria
dubia. Primo. quis eſt Iſrael qui ſuſcepit puerum ſuum: cum
nos videamus ꝙ populus Iſrael negauit & abiecit & crucifi
xit Chriſtum. Secundo eſt videndum quō & qñ Iſrael ſuſce-
pit iſtum puerum Ieſum. Tertio ad quos prēs & quō & qñ
deus locutus eſt de Chriſto: & qñ & quō locutus eſt & ꝓmi-
ſit deus Chriſtū ipſi Abrahā & ſemini eius in ſecula. Quan-
tū ad primū reſpondet: ſicut dictū eſt in ꝓlogo ſuper pſalte-
riū tractatu .iiij. & per totā eius expoſitionē: & in tractatu cō
tra Iudęos, ꝙ iſta noia .ſ. Abrahā, & Iſrael: & ſemen Abra-
hę & Iſrael, non ſunt noia carnis & naturę: ſed noia fidei &
grē & myſterij. Nā primo Abrahā a ſua natiuitate carnali
appellatus eſt Abrā a parentibus, ſcriptū cū ſimplici a. vt pa
tet. Geñ. xj. Sed poſtq̄ facta eſt repromiſſio de Chriſto futu-
ro: & ipſe credidit repromiſſioni ꝓpter quā fidem fuit iuſtifi
catus: tunc fuit ipſi mutatū nomen per quandā additionē ꝓ-
pter fidē quā habuit de Chriſto futuro: & ſic dictus eſt Abra
hā ſcriptū cū duplici a. vñ legit̄ Geñ. xv. ꝙ qñ Abraham pe
tijt a deo gñationē & prolē: ne moreret̄ ſine liberis qui ſuc-
cederēt in eius hęreditatē: tunc deus eduxit ipm̄ foras dicēs.
Suſpice celū: & numera ſtellas: ſi potes: ſic erit ſemē tuum:
& tunc credidit Abrahā: & reputatū eſt illi ad iuſtitiā. ¶ Ex
quibus verbis ſequitur prio: ꝙ deus non ꝓmiſit ipi Abrahā
ſemen terrenū: ſed cęleſte & ſpūale: qa non dixit reſpice ter
rā: ſed reſpice cęlū: per qđ fuit denotatū ꝙ ex cęlo debebat
deſcendere ſemē eius. hoc eſt ꝙ filius dei debebat ſumere car
nē ex ſemine ipſius Abrahā .ſ. ex Maria virgine futura filia
ipſius Abrahā. Itē ſequit̄ ꝙ Chriſtus deus & hō cęleſtis de-
bebat regnare & multiplicare filios cęleſtes ſpirituales ipſi
Abrahā: ꝑ hoc qđ ait: numera ſtellas: ſi potes. Tertio ſequit̄
ꝙ tūc Abrahā credidit Chriſto futuro: immo credidit Chri-
ſtū futurū deū & hominē & mundi ſaluatorē. ꝓpter quā fidē
fuit iuſtificatus: per hoc ꝙ ait: credidit Abraham: & reputa-
tum ē illi ad iuſtitiā. Nā ſi Abraham ꝑ talē ꝓmiſſionē credi
diſſet tantū gñationē carnalē futurā: & nō ſpiritualē ſup na-
turā: & non deū incarnandū: ſua credulitas nō fuiſſet ex fide
infuſa: quia abſq; fide infuſa & ſupnaturali vnuſqſq; pōt cre
dere res carnales & naturales. Et ſic nō fuiſſet iuſtificatus ꝑ
fidē: nec merces ſua fuiſſet magna nimis: ꝓut dicit̄ i textu.
Et ſic patet qualiter per talē promiſſionē fuit ipſi Chriſtus ꝓ-
miſſus: & quia credidit, per talē fidē Chriſti futuri fuit iuſtifi
catus. Itē vlterius poſtq̄ iam habuerat filiū carnalē .ſ. Iſmael:
iterum vocauit eum deus dicēs. Ego ſum: & ponam pactum
meum tecū: eriſq; pater multarū gentiū: nec vltra vocabitur
nomen tuū Abrā: ſed appellaberis Abraham: quia patrem
multarū gentiū conſtitui te &c. Et tunc deus fecit pactū circū-
ciſiōis cū Abrahā. & ſic Abrahā cepit circuncīſionē in ſignū
foederis & fidei Chriſti futuri. Ex quibus patet ꝙ Abraham
ante circunciſionē iam crediderat Chriſtū futurū: & ꝑ ſolam
fidē Chriſti futuri fuerat iā iuſtificatus: ſed cepit circunciſio-
nē in ſignū foederis: & tanq̄ ſignaculū fidei: vt inquit apl̄us.
in qua quidē circunciſione deus acceptabat illū modicū ſan-
guinē: nō in p̄tiū ſolidū: ſed tanq̄ arrā & ſignū pretij futuri ꝑ
Chriſtū in cruce ſoluendi: vt dictū eſt ſuper pſal. xxxix. & in
tractatu contra Iudęos. Itē ſequit̄ ꝙ regñatio baptiſmalis &
fidei quā figurabat illa circūciſio: & additio illius nois, non
tollit ſubſtantialiter naturā hois: ſed addit gratiā ſupra natu
rā, remouendo pctm̄ qđ corrūpebat naturā. qđ denotatur ꝑ
hoc ꝙ illa ſyllaba ha cum aſpiratione addita ipſi nomini
Abram nil remouet de ſubſtātia nois: ſed addit & adauget
ipſ nomen addendo iſtā ſyllabā ha. & ſic dicitur Abraham
Per qđ myſteriū patet: ꝙ iſtud nomē Abrahā non eſt nomē
natiuitatis & naturę: ſed nomē fidei & repromiſſionis & grę
& ſpūalis regñationis: & nomen augmentationis & pfectio
nis: iquantū grā addit ſupra naturā & perficit eā. Et per hoc
etiā denotat̄ ꝙ Abraham debebat hr̄e duplicē gñationē .ſ.
vnam naturalē & carnalē figuratam ꝑ hoc nomen Abrā: qđ
añ habebat: & aliam ſpūalē ꝑ repromiſſionē: figuratā ꝑ ad-
ditionē huius nois Abrahā. qđ patet: nā iā nato Iſmaele fi-
lio carnis facta eſt ipſi repromiſſio ꝑ Iſaac. Itē hoc magis ex
plicat̄. Geñ. xxij. qñ facto ſacrificio deus cum promiſſione
& iureiurando dixit ipſi Abraham. Multiplicabo ſemē tuū
ſicut ſtellas cęli & arenam q̄ eſt in littore maris: & in ſemine
tuo bñdicentur oēs gētes &c. ¶ Ex quibus pꝫ ꝙ duplicem
gñationem & duplicem multiplicationem ꝓmittit deus ipi
Abraham .ſ. gñationē carnalē figuratā per arenas maris: &
multiplicationē ſpūalē figuratam per ſtellas cęli. Itē ſequit̄
ꝙ gñatio ſpūalis erat multiplicāda ex populo gentili ꝑ ba-
ptiſmalē bñdictionē in Chriſto: ꝑ hoc ꝙ ait. In ſemine tuo
bñdicentur oēs gentes &c. ¶ Ex his oibus pꝫ ꝙ iſtud nomē G
Abrahā non eſt nomen carnis & naturę: nec carnalis gene-
rationis & natiuitatis: quia nonagita annoꝝ erat Abrahā,
qñ datū eſt a deo ipſi iſtud nomen. Sed eſt nomē fidei Chri
ſti & repromiſſiōis & grę & bñdictionis. Ex quo ſequitur ꝙ
filij carnales tantū deſcendentes ab Abrahā ſine fide Chri-
ſti: & regeneratione: nō ſunt veri filij Abrahe: ſed filij Abrā
id eſt ſecundū carnē tm̄: & non ſcd̄m promiſſionem & fidē.
qa Abrahā eſt nomē fidei & grę & bñdictionis. ergo ſolum
ſunt veri filij Abrahę illi qui Chriſtū receperūt & fidem eius:
et fuerūt regñati & bñdicti in Chriſto ꝑ baptiſmū. qa iſti ac
ceperūt gratiā & bñdictionem ſup naturā. & ſic pꝫ qualiter
totus populus gentilis .i. oēs venientes ex illo populo & oēs
q regñati ſunt in Chriſto ꝑ baptiſmū, facti ſunt ſemen Abra
hę & veri filij Abrahæ ſcd̄m repromiſſionē: qa ſecuti ſunt fi
dē ipſius Abrahę: & bñdicti ſunt in Chriſto qui fuit ex ſemi
ne Abrahę ſcd̄m carnem. Et ſic etiā patet qualiter hoc nomē
Abrahā tranſiuit a populo Iudaico in populū gentilē ꝑ fidē
Chriſti ex p̄dicatiōe apoſtoloꝝ. Nā apoſtoli i Chriſto prio
regñati regñauerūt poſtea populū gentilē ꝑ baptiſmū: & ſic
ꝑ fidē & regñationē baptiſmalē fuit tranſlatū & continuatū
nomē & ſemen Abrahę in populū gentilē: & cōtinuat̄ ſemꝑ
in populo Chriſtiano. & ſic nos ſumus veri filij & ſemē Abra
hę. Vñ tria fecit Abraham anteq̄ cōſequeret̄ nomē augmenta
tū. Nā prio exiuit de terra natiuitatis vbi idola adorabant̄.
Scd̄o inuocauit nomē dñi qđ eſt verbū incarnatū. Tertio cre
didit deū incarnandū: q ipſi hęreditatē debebat dare in cę-
lo. Et hęc fides fuit ipſi reputata ad iuſtitiā. Et ideo in p̄miū
adeptus eſt hoc nomē Abrahā tanq̄ pater multaꝝ gētium.
ſed poſtea ꝑ myſteriū imolationis arietis pro Iſaac credidit
Chriſtū paſſurū ꝓ nobis. ideo dictū eſt ipſi qualiter in Chri
ſto erāt regñandę oēs gētes. Per eandē ergo rationē iſtud no
mē Iſrael nō ē nomē naturę: nec carnalis natiuitatis & gña-
tiōis: ſꝫ eſt nomē fidei, grę, & bñdictiōis. vñ legit̄ Geñ. xxxij.
ꝙ quando Iacob reuerteret̄ ex Meſopotamia in terram ꝓ-
miſſionis, dum dormiret iuxta vadum Iacoboc: ecce vir .i. an
gelus in forma viri luctabat̄ cum eo vſq; mane: quē noluit di
mittere Iacob vſq; quo bñdixit ſibi. cui dixit angelus. nequaq̄
Iacob appellabit̄ nomen tuū: ſed Iſrael: qm̄ ſi cōtra deū for-
tis fuiſti: quanto magis cōtra hoies p̄ualebis? Et tunc Iſrael
vocauit nomē loci illius Fanuel dicēs. vidi dñm facie ad faciē
& ſalua facta eſt aia mea &c. ¶ Ex quibus patet ꝙ ꝓpter q̄ H
tuor ipoſitū eſt ipſi nouiter hoc nomē iſrael. Primo ꝓpter fi-
dē: qa vidit hominē: & credidit deū in illo hoie dicens: vidi
dñm facie ad faciē &c. Et ſic per fidē vidit in ſpū & credidit
deū incarnandū. Et ideo dictus eſt Iſrael: qđ interp̄tat̄ vir vi
dēs deū. Itē ſcd̄o: qa tenuit fortiter deū. Tertio: qa fuit a deo
bñdictus. Quarto: qa fuit ꝑ eū directus. Et ideo ille q a natiui-
tate dicebat̄ Iacob: dictus eſt poſtea Iſrael a deo ꝓpter iſta q̄
tuor. Iſrael eni idē eſt ꝙ vir vidēs deū: & fortis aut princeps
cū deo: & bñdictus & directus a deo. Ex quo patet ꝙ iſtud no
mē Iſrael nō eſt nomē natiuitatis & naturę: ſed nomē fidei
Chriſti: & nomen fortitudinis & bñdictionis & directionis

¶ Ex qbus etiam patet q̄ nō ſolū ſunt veri filij Iſrael illi q
nati ſunt ex eo ſolū ſcd̄m carnē: ſed filij illi qui habuerunt &
habēt fidē Iſrael, quā habuit Iacob de Chriſto icarnādo in-
carnādo i illa luctatione. Et ſolū ſunt verus Iſrael & veri filij
Iſrael illi q ſunt bñdicti p Chriſtū & i Chriſto p baptiſmū: &
q ſunt directi a Chriſto p legē euāgelicā. Et ſic etiā ē dicēdū
q̄ añ aduentū Chriſti & i aduentu Chriſti ſolū erāt veri filij
Iſrael illi q credebāt & expectabant filiū dei incarnatum in
meſſiā: & q credebāt & expectabāt ſaluari p ei⁹ mortē & paſ
ſionē: & bñdici p baptiſmū & dirigi p legē euangelicā: ſicut
p̄uidit & credidit Iacob i illa viſiōe, ꝓpter quā fidē ſortitus ē
hoc nomē Iſrael. Et ſub iſtis q̄tuor cōditiōib⁹ expectabāt il-
lū oēs p̄triarche & ꝓphete: vt ꝓbatū eſt p totā expoſitionem
pſal. Et ideo ſequit̄ q̄ ſcribe & phariſſei & ſequaces eoꝝ iā
nō erāt veri filij Iſrl̄ qñ venit Chriſt⁹: qa nō credebāt nec ex
pectabāt meſſiā deū & hoies: nec deū icarnatū ad ſaluandū
eos ſpūaliter: ſed expectabāt meſſiā purū hominē q liberaſ-
ret eos de ſeruitute tp̄ali Romanoꝝ: & ꝓſparet eos in copia
bonoꝝ tp̄aliū. Et iō oēs erāt heretici deuiātes a vera itelligē
tia ſacre ſcripture legis & ꝓphetarū. Et p cōſequens non ha
bebant fidē Abrahe nec Iſrael: ſicut latius ꝓbatū eſt p totā
expoſitionē pſal. & i tractatu cōtra Iudæos. ¶ Ex quibus ſe-
quitur q̄ veritas nominis Abrahe & Iſrael ſolū fuit reſerua-
ta in virgine Maria, & Ioſeph, & Zacharia, & Ioanne Ba-
ptiſta, & Eliſabeth, & Simeōe, & ceteris q expectabāt verā
redēptionē Iſrael. Et ideo ipſe Simeō, & Zacharias habue-
runt rñſum a ſpū ſc̄tō nō viſuros ſe mortē: niſi viderēt Chri-
ſtū dñi: vt pꝫ Luce. j. de Zacharia & Luc. ij. de Simeone. et
patebit iſra. ¶ Ex quib⁹ patet q̄ quādo venit Chriſtus iam
erant diuiſi filij Iſrael in filios carnis tantum: qui erant ſcri-
be & phariſſei & ſequaces eorū & in filios ſpirit⁹ & promiſ-
ſiōis & fidei et grē: q erant fideles ſupradicti. qd̄ fuit figura-
tū in Iacob, q poſt factā ꝓmiſſionē et illā viſionē et ipoſitio
nē nois māſit claudus vno pede: et rect⁹ alio pede: ad deno-
tandū q̄ vna pars filioꝝ debebat claudicare et deuiare a fi-
de eius et a vera ꝓmiſſione et intelligentia ſacre ſcripturæ: ſi
cut ſcribe et phariſſei et oēs ſequaces eoꝝ qui ſunt Iudei mo
derni obſtinati. Et altera pars filiorū Iſrael debebat mane-
re recta in fide ſua Chriſtū recipiendo: ſicut virgo Maria cū
ſupradictis et oib⁹ fidelib⁹ futuris. Et ſic patet, q ſunt veri fi-
lij Iſrael et verum ſemen Abrahe. Et ſic patet primū q̄ſitū.
¶ Quātū ad ſcd̄m patet ex ſuperiorib⁹. nā poſtq̄ veritas no
minis Iſrael manſit in virgine Maria et Ioſeph et qbuſdam
fidelibus: ideo virgo Maria cū illis fidelibus ſuſcepit Ieſum
Chriſtū vice & i perſona toti⁹ Iſrael et oim patriarcharū et ꝓ
phetarū et oim fideliū p̄teritorū. vete. teſt. et tanq̄ verū Meſ
ſiā et redēptorē et ſaluatorē in lege ꝓmiſſum. ſed oēs iſti nō
receperūt eū eodē tp̄e nec mō. Nā ſola virgo Maria ſuſcepit
ip̄m primitate tp̄is et dignitatis: qa nō ſolū ſuſcepit ip̄m mē
te, ſed etiā carne in ſuo vtero virginali: qñ dixit. Ecce ancilla
dñi: fiat michi ſcd̄m verbū tuū. qa tunc in eodē inſtanti ope
ſpūſſancti corpus Chriſti fuit ex puris ſanguinibus virginis
formatū et perfecte organizatū et a tota trinitate aia fuit in
illo corpore creata: et in eodem inſtanti tota illa humanitas
in atomo conditionata fuit a verbo pſonalr̄ aſſumpta. et ſic
virgo Maria in eodē inſtanti cōcepit: et ſuſcepit in vtero vir
ginali Ieſum verū et pfectū deū et hominē tanq̄ mundi redē
ptorē et ſaluatorē: prout angelus ipſi annunciauerat. In ſcd̄o
autē loco ſuſcepit ip̄m btūs Ioſeph ſpōſus virgis. Nā cū ma-
ria eſſet inuenta in vtero habens de ſpū ſc̄tō: et ioſeph cogi-
taret occulte dimittere eā: tunc angelus apparuit in ſomnis
Ioſeph dicēs: Ioſeph fili Dauid noli timere accipere Mariā
coniugē tuā. Quod eni in ea natū eſt: de ſpū ſc̄tō eſt. pariet
filiū, et vocabis nomen eius Ieſum. Ip̄e enim ſaluū faciet po
pulū ſuū a pc̄tis eoꝝ &c. Tunc autē exurgens Ioſeph a ſom-
no fecit ſicut p̄cepit angelus: & accepit Mariā cōiugē ſuā &c.
I ¶ Ex quo patet q̄ Ioſeph tunc accepit Mariā tanq̄ matrē
dei: qa iā ante erat ipſi vera cōiunx & ſpōſa. Et tunc accepit
puerū Ieſum tanq̄ ſaluatorē mundi: vt patet Math. j. In ter-
tio aūt loco ſuſcepit Ieſum Ioānes Baptiſta tanq̄ dñm & ſal
uatorē mundi: & hoc qñ Maria igreſſa eſt domū Zacharie
& ſalutauit Eliſabeth: qa tunc Ioan. exultauit i gaudio i vte
ro ipſius Eliſabeth. Et ex conſequenti Eliſabeth plena ſpū
ſancto recepit Mariā tanq̄ matrē dei: & recepit Ieſum Chri
ſtū tanq̄ dñm & mundi ſaluatorē: cū dixit. Et vñ hoc mihi
vt mater dñi mei veniat ad me? Bñdcta tu inter mulieres,
& bñdictus fruct⁹ ventris tui: & btā q̄ credidiſti: qm̄ perficiē-
tur in te q̄ dicta ſunt tibi a dño &c. ¶ Ex quibus patet q̄ iſti K
tres. ſ. Ioſeph & Ioannes Baptiſta & Elizabeth ſuſceperunt
Chriſtū in dñm & mundi ſaluatorē: adhuc exiſtentem i vte-
ro virginis Mariæ. Item in quarto loco ſuſcepit ip̄m Zacha
rias pater Ioannis Baptiſte qa in natiuitate filij ſui plenus
ſpū ſc̄tō ꝓphetauit dicens. Bñdict⁹ dñs deus Iſrael: qa viſi-
tauit & fecit redēptionē plebis ſue &c. In quo quidem canti
co Zacharias annunciat & confitet̄ ſaluatorē & redēptorē
veniſſe ad faciendā ſalutē & redēptionē plebis ſue: & confi-
tetur in Chriſto eſſe cōpletas oēs ꝓmiſſiōes factas ipſi Abra
he & oibus patriarchis & ꝓphetis de Meſſia mundi ſaluato
re & redēptore: & p̄dicit Ioannē Baptiſtā futurum p̄curſorē
Chriſti: ad preparandas vias ei⁹. Et cōfitet̄ qualr̄ iā viſitauit
nos oriēs ex alto illuminare his qui in tenebris & vmbra mor
tis ſedent ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. ¶ Ex L
quib⁹ pꝫ q̄ Zacharias iam confeſſus eſt: & ſuſcepit Chriſtū
adhuc exiſtentē in vtero matris tanq̄ Saluatorem & redēpto
rē & regē Iſrael: & p cōſequens Meſſiā in lege & ꝓphetis ꝓ
miſſum: vt patet Luc. j. In quito aūt loco ſuſceperūt ipſum pa
ſtores: q monitu angeli venerūt ad adorādū Chriſtū nouiter
natū in Bethleem: vt patet Luce. ij. Nec eſt ambigendū quin
Elizabeth & Zacharias venerit ad adorandū Chriſtum in
preſepio ſicut paſtores: eo q̄ domus Zacharie vix diſtabat
a Bethleē p vnū miliare. In ſexto aūt loco in perſona & vice
totius populi gentilis facti veri Iſraelite p fidē, venerūt ma-
gi ab oriente & adorarūt Chriſtū tanq̄ deū & hoieꝫ & dñm
toti⁹ vniuerſi & ſpecialē regē Iudeorū: & p conſequens verū
meſſiā in lege promiſſum: vt patet Math. ij. & ſic patet quali
ter illi magi facti veri Iſraelite ſuſceperunt Chriſtū in perſo
na & vice totius populi gentilis qui erat futurus verus Iſrael
& ſemē Abrahe p fidē: & erat bñdicendus: & regenerandus
in Chriſto tanq̄ verū ſemē Abrahe ſcd̄m repromiſſionē ipſi
factam: prout ſupradictum eſt. In ſeptimo autem loco ſuſce-
pit eum Simeon iuſtus in templo in perſona totius Iſrael &
in perſona legis. Vnde cum virgo Maria non obligaret̄ ap-
parere in templo in quadrageſimo die poſt partū: eo q̄ nō
ſuſcepto ſemine: ſed ope ſpūſſc̄ti cōceperat: nec cū erumnis
& ſordib⁹ aliarū mulierū: ſed cum puritate & virginitate pe
pererat: nec Chriſtus erat obligatus ad p̄ſentandum in tēplo
eo q̄ ſolus inter mortuos liber in Adā non fuerat obligatus:
eo q̄ nō ex opere Adam cōceptus fuerat: nec in carnem pec
cati venerat: ſed ſponte voluit ſubijci legi: vt eos qui ſub le-
ge erant redimeret: & a iugo legis liberaret: Ideo licet virgo
Maria ſola inter omnes Mulieres per filij gratiam erat ab
illa lege excepta: tamen monitu & voluntate filij venit in
quadrageſimo die a natiuitate ſecundum legem Moyſi ad
preſentandum filium ſuum in templo ipſi Simeoni: protūc
vicē gerenti ſummi ſacerdotis: & p̄ſentauit ipſum illi. Quaſi
diceret virgo Maria O Simeon: ecce filius meus: quem li-
cet videas venire in ſimilitudineꝫ carnis peccati: vt damnet
peccata omnium in carne ſua: tamen nō habet vllū peccatū:
quia non ex opere Adā conceptus nec natus eſt. Ideo non
præſento ipſum tibi tanq̄ peccatorē: ſed tanq̄ peccatorū om
nium ſaluatorē & redēptorē: & totius Iſrael a iugo legis libe
ratorē &c. Tunc Simeon iuſtus qui diu expectauerat & opta
uerat redemptionem Iſrael & acceperat reſponſum a ſpiritu
ſancto non viſurum ſe mortem: niſi prius videret Chriſtum

domini, cognouit in ſpiritu illum ſibi preſentatum eſſe ſal-
uatorem mundi. Ideo cum gaudio & lachrymis accepit illũ
in vlnas ſuas: & benedixit deũ gratias agendo: & dixit. Nũc
dimittis ſeruum tuum domine ſecundum verbum tuum in
pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Quaſi dice-
ret. O domine poſtq̃ oculi mei viderunt ſaluatorem mundi:
iam non eſt amplius quod deſiderare queam. Ideo quia iaꝫ
deſiderium meum impletum eſt ſecundum promiſſionem
mihi factam: ideo dimitte me in pace: quia contentus rece-
dam ab hoc mundo: quia ſcio in breui liberari & exire de li
bo inferni per iſtum ſaluatorem quem pręparaſti ante faciẽ
omnium populorum: vt ſit lumen ad reuelationẽ & illumi-
nationẽ gentium: & ſpiritualẽ gloriã plębis tuę Iſrael. quaſi
diceret: iſte non erit ſaluator temporalis ſolius populi Iudai
ci: vt dicunt ſcribę & phariſęi: ſed erit illuminator & glorifi
cator omnium gentium & plebis tuę Iſrael: & ſic erit redem
ptor vniuerſalis: quia oẽs fient Iſrael in eo per lumen fidei.
Et tunc Simeon conuerſus ad virginẽ Mariam annunciauit
ipſi totum myſterium paſſionis & reſurrectionis Chriſti: &
noſtrę redemptionis: & predixit obſtinationem multorum
Iudęorum. Et tunc etiam Anna prophetiſſa prędicabat ipꝫ
vniuerſalem redemptorem omnibus qui expectabant redẽ-
ptionem Iſrael. vt patet Luce. ij. Et ſic patet qualiter Simeõ
in pſona legis & ſacerdotij & totius veri Iſrael ſuſcepit Chri
ſtum puerum ſuum .ſ. ſibi promiſſum tanq̃ redẽptorẽ & meſ-
ſiam & ſaluatorem. Sed poſtea in trigeſimo anno in tempo
re oſtentionis ſuę: ſuſceperunt ipſum apoſtoli & diſcipuli: &
mulieres quæ Chriſtum ſunt ſecutę vſq; ad paſſionem & ſe-
pulturam incluſiue. Et exinde poſt ſpiritus ſancti miſſioneꝫ
ſuſcepit ipm magna multitudo conuerſorum de iudaiſmo:
vt patet per totum diſcurſum Actuum apoſtolorum. Vltimo
autem totus populus gentilis factus verus Iſrael per fidem
& regenerationem baptiſmalem ſuſcepit Chriſtum puerum
ſuum ſibi promiſſum in Abraham: vt patet Geneſis. xxij. &
M in Iacob Geneſis. xlix. ¶ Ex quibus patet ꝙ Simeon iuſtus
fungens protunc ſuo ſacerdotio in templo: tanq̃ ſyndicus &
procurator legis & ſacerdotij & omniũ patriarcharum & ꝓ-
phetarum & totius Iſrael: ſuſcepit Ieſum puerum ſuum tan-
q̃ redemptorem & Meſſiam & ſaluatorem Iſrael: & ſic con-
feſſus eſt ipſum ſalualtorẽ & lumen gentium & gloriam ple-
bis dei Iſrael. Sed magi primicerij populi gentilis ſuſcepeũt
ipm in dñm. Sed apoſtoli tanq̃ primicerij & principes toti⁹
eccleſiæ Chriſti ſuſceperunt ipm in redẽptorem & glorifica
catorẽ. quę quidẽ eccleſia fuit cõgregata ex cõuerſis de popu
lo gentili & Iudaico: quę dicitur vere Iſrael & ſemẽ Abrahę
ſecundũ fidẽ. Et ſic patet quomodo & qñ & p quos ſuſcepit
N Iſrael puerum ſuum: prout ſecundo quærebatur. ¶ Quantũ
ad tertiũ eſt dicendum ꝙ deus recordatus miſericordiæ ſuæ
multotiens & multis modis locutus eſt ad patres vete. teſta.
& per diuerſa ſæcula ſucceſſiue locutus eſt ipſi Abraham &
ſemini eius Chriſtum promittendo. Nam in prima ætate lo
cutus eſt ad Adam poſt lapſum & poſtq̃ eiecit ipſum de pa-
radiſo. Vnde dicit Auguſtinus in lib. Cur deus homo ꝙ de⁹
licet in puniendo Adam propter inobediẽtiam fuerit vſus
iuſtitia: tamen recordatus ſuę miſericordię promiſit ipſi mit
tere filium ſuum in carnem: q eum cum tota ſua poſteritate
per carnem ſuam redimeret: vt ſi de inſtãti miſeria doleret:
tamen de ſuo ſuęq; poſteritatis remedio iam delonginquo
gauderet &c. Et ſic etiam locutus eſt ad Abel de Chriſto fu-
turo: & ad Enos qui incepit inuocare nomen dñi. quod qui
dem nomen nil aliud eſt: niſi verbum incarnatum: vt frequẽ
ter dictũ eſt. Et ſic etiã locut⁹ eſt ad Enoch: q̃ per fidẽ Chri
ſti futuri placuit deo & trãſlat⁹ eſt in paradiſuꝫ. Eccli. xliiij.
Item in ſecundo ſęculo & ętate locutus eſt ad Noe: & fecit
cum eo pactum fidei poſt diluuium, promittendo ipſi Chri-
ſtum ſaluatorem mundi per figuram & myſterium arcus fœ
deris cęleſtis, dicens. Et non erunt vltra aquæ diluuij ad de-
lendam vniuerſam carnẽ &c. Arcũ meũ ponã in nubibus cę
li: & erit ſignum fœderis inter me & terrã: eritq; arcus meus
in nubibus: & videbo illum & recordabor fœderis ſempiter
ni &c. Geñ. ix. Per quod myſterium pręuidit Noe totum my-
ſterium incarnationis & noſtrę redẽptionis. Nam ille arcus
qui dicitur iris, nil aliud eſt niſi imago ſolis in profundo nu-
bis roratę iã quaſi digeſtę. quę quidẽ imago cauſat tres prin
cipales colores pręter alios minus principales .ſ. colorem ru
beum & viridem & cęruleum. per quod fuit ſignificatũ: qua-
liter filius dei qui eſt imago patris, debebat deſcẽdere de cę
lo & poni & latere in nube humanitatis & fieri homo: qui
dicit̃ Chriſt⁹. in quo eſt verbum & caro & aĩa tanq̃ tres colo-
res. Vnde ſicut quando apparet ille arcus fœderis in nube:
amplius non timetur tempeſtas nec diluuium: quia illæ arc⁹
videtur ſedare oẽm tempeſtatem: ita quando filius dei ap-
paruit incarnatus in mundo iam amplius non timuimus di-
luuium dãnationis. Et ſic deus reſpiciens ad illum arcum re
cordatur fœderis & pacti: ne amplius inducat diluuium. Ita
pariter deus reſpiciens Chriſtum verbum incarnatum tanq̃
imaginẽ ſuam ſemper recordatur miſericordię ſuę. Et ſic re
cordatus per merita paſſionis filij ſui figurata per colorẽ ru-
beum, liberauit totum genus humanuꝫ de diluuio perpetuę
mortis & ſeruitutis: & quotidie liberat nos a peccatis reſpici
endo merita paſſionis Chriſti filij ſui. Et hoc myſterium in-
carnationis & redemptionis generis humani præuidit Noe
in ſpiritu per illum arcum fœderis: & etiam per liberationẽ
a diluuio factam per arcam. & ſub tali fide Chriſti futuri re-
demptoris ſaluatus eſt Noe cum ſuis filijs fidelib⁹ in primo
& ſcđo ſęculo. Item in tertia ętate locutus eſt deus ipſi Abra
ham promittendo filium ſuum ſaluatorem mundi: cũ dixit:
Suſpice cęlum: & numera ſtellas: ſi potes: ſic erit ſemen tuũ.
Et tunc quia credidit Abraham ſaluatorem mundi futurum
de ſuo ſemine ſecundum carnẽ: ideo reputatum eſt ei ad iu-
ſtitiam. Geñ. xv. Et etiam locutus eſt deus ipſi Geñ. xxij. in
ſacrificio Iſaac: quando dixit. Per memetipſuꝫ iuraui: quia
feciſti rem hanc & non peperciſti filio tuo propter me, mul-
tiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli: & ſicut arenã quę eſt
in littore maris: & in ſemine tuo benedicentur omnes gen-
tes. In quib⁹ verbis pręuidit Abraham in ſpiritu & credidit
ipſum futurũ ex ſua generatione ſecundũ carneꝫ: in quo oẽs
gentes erant benedicendæ & regenerandę p fidẽ baptiſma-
lem, & fieri ſemen Abrahę ſcđm repromiſſionẽ. Et pręuidit
etiã totũ myſteriũ paſſionis Chriſti .ſ. q̃liter Chriſtus erat cru
cifigendus in illo loco & monte: vbi ipſe imolaue.at arietẽ.
iõ appellauit nomẽ loci illi⁹ dñs videbit. In Hebręo autẽ ha
betur. In loco dñs videbit̃. q. d. ꝙ dñs Ieſus Chriſtus de⁹ &
hõ videbitur crucifigi i hoc loco. ſicut in veritate cõpletũ eſt:
quia in eodem loco crucifixus eſt Chriſt⁹: vbi Abrahã imo-
lauit illũ arietẽ. Deinde autẽ de⁹ locutus eſt ſemini eius .i. po
ſteris Abrahę de Chriſto per ſingula ſęcula & ſingulas ęta-
tes. Nã in eadẽ tertia ętate locutus eſt ipſi Iſaac ꝓmittendo
ipſi Chriſtũ. Geñ. xxvij. Vnde quando Iacob venit ad Iſaac
cooptis manibus pellib⁹ hœdi ſimulãs fratrẽ ſuum Eſau: &
petijt benedictionẽ & oſculat⁹ eſt eũ Iſaac: & ſentiẽs fragrã-
tiã & odorẽ veſtimentorũ, bñdicẽs eum dixit. Ecce odor filij
mei ſicut odor agri pleni cui bñdixit dñs &c. tunc Iſaac p̃ui-
dit in ſpũ: qualiter filius dei debebat fieri hõ & idui & ſume
re carnẽ de gñe Iacob: qa iã tũc ſenſit odorẽ & fragrantiã ve
ſtimentorum humanitatis Chriſti: q̃ fuerũt merita paſſionis
Chriſti: quib⁹ genus humanũ fuit recreatũ. Item in eodẽ ter
tio ſęculo mundi de⁹ locutus eſt ipſi Iacob Geneſis. xviij. qñ
vidit ſcalam ſtantẽ ſuper terrã: cui⁹ ſummitas tangebat cęlũ
& angelos aſcendentes & deſcẽdẽtes p eã: & dñm innixum
ſcalę dicentem. Ego ſum deus Abraham & Iſaac. vbi facta
eſt ipſi repromiſſio de Chriſto futuro. Item iam clarius p̃ui-
dit Iacob Chriſtum incarnandũ. Geñ. xxxij. qñ luctatus eſt
cum angelo in forma viri. Item clarius præuidit in ſpiritu &

prędixit Iacob myſterium incarnationis & paſſionis Chriſti & conuerſionem gentium. Gen̄.xlix.quando dixit. Non auferet̄ ſceptrū de Iuda:nec dux de femore eius donec veniat qui mittendus eſt:& ipſe erit expectatio gentium &c. Item in quarta ætate locutus eſt deꝰ ipſi Moyſi promittēdo Chriſtum:quando Exo.xxiij.dixit. Ego oſtendam omne bonū tibi:& vocabo te nomine tuo. Et miſerebor cui voluero &c. Et ponam te in foramine petrę: & protegam te in dextera mea donec tranſeam:tollamq; manum meā & videbis poſteriora mea &c. Item clarius promiſit deus filium venturū in carnem, quando dixit. Deute.xix. Prophetam ſuſcitabo de medio fratrum tuorum ſimilem tui:ponamꝫ verba mea in ore eius:loqueturq; ad eos quęcunq; dixero illi &c. Item in quinta ętate & ſęculo mundi locutus eſt deus ipſi Dauid promittendo ipſi Chriſtum in carnem:quando dixit ipſi.ij.Regum.vij. Cum dormieris cum patribus tuis ſuſcitabo ſemen tuum poſt te: quod egredietur de vtero tuo: & firmabo regnum eius:ipſe ædificabit domum nomini meo: & ſtabiliā thronum regni eius vſq; in ſempiternum. Ego ero ei in patrem:& ipſe erit mihi in filium &c. Itē hoc idem patet pſal. lxxxviij.&.cxxxj. Item in eadem ætate deus locutus eſt Eſaię promittendo Chriſtum, dicēs capitulo.vij. Ecce virgo concipiet & pariet filium: & vocabitur nomen eius emmanuel &c. Item capitulo.ix. Paruulus natus eſt nobis & filius datus eſt nobis:& factus eſt principatus ſuper humerum eius:& vocabitur nomen eius admirabilis:deus fortis: princeps pacis: pater futuri ſæculi & cętera. Hoc idem patet per totuꝫ diſcurſum Eſaię. Item Hieremię.xxxj. Nouum creauit dominus ſuper terram:foemina circundabit virum & cætera. Item capitulo.xxxiij. Germinare faciam Dauid germen iuſtum: & faciet iudiciuꝫ & iuſtitiam in terra:& ſaluabitur Iuda & Hieruſalem:& hoc eſt nomen quo vocabunt eum. Dominus iuſtus noſter &c. Item Ezechię.xxxvj. Cum ſanctificatus fuero in vobis effundam ſuper vos aquam mundi: & mundabimini ab omnibus inquinamentis &c. In ſexta autē ętate locutus eſt dominus per angelum Gabrielem ipſi Danieli, dicens. Septuaginta hebdomadę abbreuiatę ſunt ſuper populum tuum:& ſuper vrbem ſanctam tuam: vt conſummetur pręuaricatio:& finem accipiat peccatum & deleatur iniquitas:& inducatur iuſtitia ſempiterna: & impleatur viſio & ꝓphetia:& vngatur ſanctꝰ ſanctorum & cętera. Item in eadeꝫ ſexta ætate promiſit deus ipſi Aggęo mittere filium ſuū in illud ſecundum & vltimum templum, dicens. Adhuc modicum eſt:& ego commouebo cælum & terram & mare & aridam:& mouebo omnes gentes. Et veniet deſideratus cunctis gentibus:et implebo domum iſtam gloria: dicit dominus: magna erit gloria domus iſtius nouiſſimę pluſq̄ primę &c. Item Za ij. Lauda & lętare filia Sion:quia ego ecce venio & habitabo in medio tui. Et applicabantur gentes multæ ad dominum in die illa:erūt mihi in populum &c. Item capitulo.ix. Ecce rex tuus venit iuſtus & ſaluator:ip̄e pauper ſedens ſuper aſinam & ſuper pullum filium aſinæ &c. Item vltimo in eadem ſexta ętate locutus eſt dominus Malachię tertio. dicēs. Ecce ego mitto angelum meum: & præparabit viam ante faciem meam & ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator quem vos quæritis: & angelus teſtamenti, quem vos vultis.&c. Quę quidem ꝓphetia ſimul cuꝫ prophetia Aggei fuit impleta:quando virgo Maria pręſentauit Chriſtum filium ſuum Simeoni in templo. Quia tunc ſuſcepit Iſrael puerum ſuum:ſicut deus locutus fuerat ad patres noſtros:& promiſerat ipſi Abraham & ſemini eius ſucceſſiue per ſæcula & ætates. Et ſic patet quomodo & quando & ad quos patres locutus eſt dominus in teſtamento veteri : promittendo Chriſtum venturum: & quomodo hoc ꝓmiſit ipſi Abraham & ſemini eiꝰ in ſęcula. Et ideo dixit virgo Maria concludendo canticum ſuum:ꝙ ipſa Magnificat dn̄m agendo gratias:quia iam ſuſcepit Iſrael puerū ſuum recordatus mię ſuæ: Sicut locutꝰ eſt ad p̄res n̄os Abrahā & ſemini eius in ſæcula. Vnde notandū ꝙ deus dupliciter fuit recordatus mię ſuę.i.ad modū recordantis ſe habuit. Primo ꝓmittendo filiū ſuū in carnē ad ſaluandū populum:ſicut dicit Auguſtinus.lib.j. Cur deus homo:quia ne deſperaret Adā & ſui ſucceſſores, miſertus dn̄s ꝓmiſit filium ſuum in carnē. Secundo fuit dn̄s recordatus mię ſuę mittendo ipſum ſicut promiſit. Et ideo ly recordatꝰ mię ſuę poteſt dupliciter ordinari. Vno modo cum ly ſicut locutus eſt:vt ſit ſenſus: ꝙ iam ſuſcepit Iſrael puerū ſuum: ſicut dn̄s recordatus quondā mię ſuæ locutus eſt ad patres noſtros. Sc̄do mō ly recordatus mię ſuę pōt facere orationē per ſe ꝑ verbū ſubſtantiuū ſubitellectū referendo ad tēpus miſſionis:vt ſit ſenſus ꝙ iam ſuſcepit Iſrael puerū ſuū:eo ꝙ deus in hac ſeptima ætate recordatꝰ eſt miſericordiæ ſuę mittendo filiū ſuū:ſicut quondam locutus eſt ad patres noſtros &c. ¶ Item eſt aduertendū ꝙ ly Abraham eſt datiuꝰ caſus indeclinabiliter:ſicut hoc nomen Abraham frequenter ponitur ideclinabiliter ꝑ oēs caſus: ſicut ibi Deus Abrahā deꝰ Iacob &c. Itē pſal.ciiij. Semen Abrahā ſerui eius:& filij Iacob electi eius. & ideo ly Abraham & ſemini eius regitur ab illo verbo locutus eſt, iterū repetitio referendo ad diuerſa:vt ſit ſenſus.ſ.ſicut deus locutus eſt ad patres noſtros primæ & ſecundæ ætatis.ſcꝫ Adam & Noe:& ſicut locutus eſt ipſi Abraham & ſemini eius. ¶ Iterum eſt aduertendū:ꝙ ly in ſęcula:dupliciter pōt ordinari. Prio cum ly recordatus mię ſuę:& tunc eſt idē qđ in ęternū:vt ſit ſenſus: deus recordatus miſericordiæ ſuę in ſæcula.i. in ęternū qa in ęternū mia eius. Alio modo poteſt ordinari cū ly locutus eſt. & tunc idē eſt quod per ſęcula.i.per ſingula ſęcula & ętates. ſcꝫ Iſrael ſuſcepit puerū ſuū ſicut deus recordatꝰ mię ſuę locutus eſt quondā ꝑ ſingula ſęcula ad patres n̄os : & locutꝰ eſt per ſingula ſæcula ſucceſſiue Abraham & ſemini eius. Nam in primo ſæculo & ætate mundi locutus eſt ad Adam & in ſecūdo ſęculo ad Noę:& i tertio ſæculo locutꝰ eſt ip̄i Abrahā:& ſic ſucceſſiue ſemini eius. Nam in quarto ſęculo locutꝰ eſt ipſi Moyſi. Et in quinto ipſi Dauid & Iſaac & Hieremię & Ezechię.& cæteris. Et in ſexto locutus eſt Danieli:& Aggęo & Zacharię & Malachię. Sꝫ in ſeptimo ſæculo deꝰ adimpleuit qđ promiſerat oībus ſupradictis:qa miſit filiū ſuuꝫ in carnē. Et ſic Iſrael ſuſcepit puerū ſuū Ieſum: ſicut deus recordatus mię ſuę omnibus ſupradictis ꝑ ſingula ſęcula ꝓmiſit.

¶ Et in hoc cōcludit̄ pſalteriū decachordū & canticū nouū virginis Marię. Quod quidē canticū bene merito dicit̄ pſalteriū decachordū ꝓpter eius concordiam & ꝓportionatam harmoniam & melodiam. Nam nullum cāticum reperit̄ in ſacra ſcriptura cū tanta harmonia & proportiōe artizatum. Habet enim decem chordas: quarū nulla diſcrepat ab alia: immo prima cōcordat cū vltima & ecōuerſo:& ſꝑ media cōcordat cū p̄cedente et ſubſequēte. Et vita eiꝰ nō in rebꝰ mundanis ſꝫ in deo ſalutari ſuo:exultās i vr̄i ſalute & redēptione. Itē Maria exultauit i deo ſalutari ſuo:eo ꝙ dn̄s reſpexit hūilitatē eius, faciendo ipſam matrē ſuā. Et quia fecit ipſam matrē ſuā:ideo dicūt eam beatā oēs gn̄atiōes: immo ideo dicūt eā beatā oēs gn̄atiōes:eo ꝙ dn̄s q potens eſt & nomen eius ſanctū, fecit ei magna.ſ.quia magnificauit eā magnis priuilegijs:& ſupradictis duodecim dignitatibꝰ eā ſuper omnes alias puras creaturas dignificauit. Itē quia deus potēs eſt & ſanctū nomē eius:ideo non ſolū extendit potentiā & miſericordiā ſuā ad matrē ſuā:ſed etiā mia eius ſucceſſiue ꝓceſſit a ꝓgenie in progenies: & ꝓfuit & ſubuenit omnibus timentibus & credētibꝰ eū. Et ſic inq̄tum deus eſt ſc̄tūs, vſus eſt mia cū oībus timētibus eū. Sed inq̄tū potēs:fecit potentiā in brachio ſuo:qđ eſt verbū incarnatū & filiꝰ eiꝰ, cōtra oēs ſuꝑbos & obſtinatos:cū qbꝰ nō eſt vſus mia ſꝫ potētia & iuſtitia qa diſꝑſit oēs dęmones & Iudęos et obſtinatos ſuperbos de ſuperba mente et mala intentione cordis ſui. Nam depoſuit omnes ſupradictos potentes de ſede poteſtatis in qua ſede-

bant: & exaltauit humiles & obedientes & fideles. Nam lo
co dæmonum exaltauit homines iuſtos in ſedes eorum. Et
loco ſcribarum & phariſſæorum & ſacerdotum exaltauit apo-
ſtolos & omnes chriſtianos in ſacerdotium & intelligẽtiam
legis. Et loco tyrannorum exaltauit chriſtianos reges & im-
peratores. Item eſurientes gentiles ad fidem conuerſos im-
pleuit bonis gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro: ſed iudæ-
os diuites in lege & prophetis reputatos dimiſit inanes & va
cuos: & priuauit bonis ſupradictis. Sed quia omnia iſta fecit
Chriſtus in ſuo aduentu, qui eſt brachium dei: ideo Iſrael ſu
ſcepit puerum ſuum Ieſum qui fecit omnia ſupradicta. Et iõ
Iſrael ſuſcepit eum: eo ꝙ ipſi Iſrael fuerat ꝓmiſſus: ſicut deꝰ
recordatus miſericordiæ ſuæ locutus eſt quondam ad patres
noſtros in prima & ſecunda ætate: & poſtea locutus eſt ipſi
Abraham & ſemini eius in ſæcula: id eſt per ſingulas ętates
& ſæcula ſucceſſiue: eo modo quo dictum eſt.

¶ Et ſic explicitum eſt canticum virginis Mariæ
cum eius expoſitione.

## Præfatio in Canticum Zachariæ.

**C**Onſummata autẽ & completa expoſitione canti-
ci virginis Mariæ, rurſus fui rogatus a qbuſdam
ſacerdotibus filijs meis, vt poſt tantum laborẽ aſ-
ſumptum non omitterem cętera tria cantica euan
gelica: puta cãticũ Zacharię, & Simeõis. & angelorũ. Et iõ
deuotioni eorum ſatiſfacere cupiens in expoſitione ſupradi-
ctorum canticorum breuiter me expediam. ¶ Ad quorum
generalem intelligentiam eſt notandũ. ꝙ licet cantica vtri-
uſqꝫ teſtamenti fuerint facta ſemper ad laudem dei agendo
gratias pro aliquibus beneficijs receptis: tamen eſt differen
tia inter cantica noui teſtamenti: & veteris. Nam cantica ve
teris teſtamenti ſemper fuerunt facta agendo gratias pro ali
quibus bonis temporalibus tunc receptis: ſed prout figura-
bant & ſignificabant futura beneficia noſtræ redemptionis
conferenda in nouo teſtamento per aduentum Chriſti: quia
aliter illa cantica non pertinerent ad ſacram ſcripturam ſi-
cut pluries dictum eſt. Sed cantica euangelica non ſunt facta
pro beneficijs temporalibus: ſed pro beneficijs ſpiritualibꝰ
per illa beneficia temporalia veteris teſtamenti figuratis.
Quę quidẽ beneficia ſpiritualia recepimus in aduentu Chri
ſti. Et ſic cantica euangelica ſunt gratiarum actiones: eo ꝙ
iam recepimus beneficia noſtræ redemptionis quę in vete-
ri teſtamento fuerunt promiſſa & deſiderata & figurata & va
ticinata de futuro. Et ideo cantica euangelica ſunt potiora
& digniora: q̄ legalia & prophetica. Quia potior eſt poſ-
ſeſſio: q̄ ſpes. Et potior finis: q̄ ea quę ſunt ad finem. Sed qa
ſicut incarnatio & natiuitas Chriſti fuit finis legis veteris: ita
fuit principium noſtræ redemptionis: ideo in incarnatione
& natiuitate Chriſti facta ſunt quatuor cantica per quatuor
dignas & authenticas perſonas: & hoc ſucceſſiue, agẽdo gra
tias pro aduentu Chriſti noſtræ redemptionis & ſalutis au-
ctoris. ¶ Quorum primum cantauit virgo Maria in domo
Elizabeth paulopoſt incarnationem, dicẽs. Magnificat ani
ma mea dominum. De quo ſupradicta expoſitio facta eſt.
Secundum canticuꝫ cantauit Zacharias in tertio menſe ab
incarnatione Chriſti in natiuitate Ioannis Baptiſtę precur-
ſoris eiuſdem Chriſti, dicens Benedictus dominꝰ deꝰ Iſrael
&c. Tertium cantarunt angeli in die & hora natiuitatis eiuſ-
dem ſaluatoris, dicentes Gloria in altiſſimis deo &c. Quar-
tum tandem canticum cantauit Simeon iuſtus quadrageſi-
mo die poſt natiuitatem Chriſti: quando fuit in templo præ
ſentatus: dicens Nunc dimittis ſeruum tuuꝫ &c. Sed quia cã-
ticum virginis ſuperius fuit expoſitum: ideo cætera tria can-
tica ſuperno ſuffragante præſidio ſunt nobis breuiter diſſerẽ
da. Eſt verum: ꝙ licet canticum angelorum ſit tertium in or
dine temporis & ſcripturæ euangelicæ: tamen erit vltimum
in ordine expoſitionis. Ideo primo ad expoſitionem canti-
ci Zacharię eſt accedendum.



**B**Enedictus dominꝰ deus Iſrael. &c.
¶ Ad intellectum & argumentum huiꝰ cãti-
ci eſt notandum: prout ſcribitur Luc. j. ꝙ circa
tẽpus incarnationis Chriſti inter fideles illi-
us tpis: in q̄bus mãſerat vera fides & ſpes Iſrl'
& Abrahæ de Chriſto futuro & myſterio noſtrę redemptio-
nis: fuit vnꝰ Zacharias vir Elizabeth: vnꝰ de .xxiiij. ſacerdo-
tibꝰ electis, q ſcd̃m vices ſuas & hebdomadas miniſtrabant
in tẽplo. Et ideo cum iſte Zacharias vir ſanctus & iuſtus vi-
deret ſceptrum de Iuda eſſe ablatum: & regnum iudæorum
in poteſtate Herodis viri alienigenæ & tyranni: qui multis
modis affligebat populũ: & videret populũ iudæorum depra-
uatũ p falſam doctrinã & fermẽtũ ſcribarum & phariſſæorum:
qui iã deprauauerant & corruperãt ſcripturã legis & ꝓpheta
rum falſo modo & ad ſuum lucrum gloſſando: & videret in-
ſtare tempora aduentus Meſſię: eo ꝙ iam erant completæ.
lxij. hebdomadę Danielis prophetę: in quarum fine promiſ
ſus Chriſtus debebat venire: Hinc eſt ꝙ diebus ac noctibus
deum orabat: vt deus mitteret Chriſtum filium ſuum ad libe
randum genus humanum de ſeruitute peccati: & ad liberan
dũ illum populum ab errore ſcribarum & phariſſæorum & hæ-
reticorum: & de manu Herodis tyrãni: vt oẽs libere & re-
cte poſſent deo ſeruire in iuſtitia & veritate & ſanctitate ſe-
cundum verum intellectum ſacræ ſcripturæ. ¶ Sed factũ eſt
cũ Zacharias fungeretur officio ſacerdotali in templo ſcd̃m
vicem ſuam, quadam die apparuit ipſi angelus Gabriel ſtãs
a dextris altaris incenſi: qui dixit ipſi. Non timeas Zacha-
ria, quoniam exaudita eſt deprecatio tua: de acceleratione
aduentus Chriſti ſupple. Vnde Elizabeth vxor tua pariet ti-
bi filium: & vocabis nomen eius Ioannem. Et erit gaudium
tibi: & exultatio. Et multi in natiuitate eius gaudebũt: eo ꝙ
ipſe erit pręcurſor Chriſti: quem totus mundus deſiderat ſup
ple. Vnde iſte puer ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero
matris ſuæ: & multos filiorum Iſrael conuertet ad dominum
deum ipſorum. Et ipſe pręibit tanq̄ p̄curſor ante illum: id eſt
Chriſtum in ſpiritu & virtute Heliæ. vt conuertant corda pa-
trum in filios: & incredulos deprauatos per ſcribas & phariſ
ſæos conuertat ad prudentiam & veram intelligentiaꝫ iuſto
rũ, parare. ſ. ad parãdũ dño plebẽ pfectã: quia p̄parabit cor-
da eorũ vt recipiãt Chriſtũ & legẽ iuſtitię eiꝰ & euãgelicę ve-
ritatis &c. Sed quia Zacharias dubitauit in verbis angeli: iõ
mãſit mutꝰ nõ loquẽs vſquequo verba angeli fuerunt ipleta
vt patet Luc. j. Et ideo poſtq̄ Elizabeth concepit Ioannem
Baptiſtam, in menſe ſexto idẽ angelus Gabriel miſſus a deo
nunciauit Marię virgini incarnationem filij dei ex ea: dan-
do ipi exẽpluꝫ de Elizabeth q̄ concepat filium in ſenectute
ſua. Vñ poſtq̄ virgo Maria cõcepit filiuꝫ dei ilico exurgens
abijt cũ feſtinatiõe a Nazareth in Iudęã: & igreſſa domum
Zacharię ſalutauit Elizabeth: & manſit cum ea tribus men
ſibꝰ vſqꝫ ad natiuitatẽ Ioannis Baptiſtę. Quem ſuſcepit vir-
go Maria in manibus: & interrogauit Zachariam quẽ vel-
let vocari eum: qui accepto pugillari ſcripſit, dicens: Ioannes
eſt nomen eius. Et tunc apertum eſt os Zacharię. Et plenus
ſpiritu ſancto: prout Chriſtus exiſtens in vtero virginis inſpi
rauit in eum: agẽs deo gratias cantauit hoc canticum, dicens:
Benedictus dominus deus Iſrael. In quo quidem cantico
duo principaliter facit. Nam primo agit gratias: quia iam ve
nit Chriſtus ad complendum omnia promiſſa patriarcharũ
& prophetarum. Secundo dirigit verba ad puerum natum:
commendando ipſum de officio p̄curſoris: quia erat precur-
ſor Chriſti. Scd̃m ibi. Tu puer ꝓpheta altiſſimi &c. ¶ Ad in-
tellectũ ergo prĩæ ptis ẽ notãduꝫ ꝙ tota ſacra ſcriptura legis
& ꝓphetarum frequenter appellat teſtamentum dei. cuiꝰ rõ
eſt. Nã teſtamẽtũ dr̃ a teſtãdo: qđ idẽ eſt qđ affirmare. Et iõ
vtriuſqꝫ iuris ꝓfeſſores diſpoſitionẽ oĩm bonorum confirmatã
per mortẽ teſtatoris appellant teſtamẽtum. Vñ diffinientes
teſtamẽtum dicũt. ꝙ teſtamẽtũ ẽ vltima volũtas teſtatoris. i.

diſpoſitio omnium bonorum per vltimaȝ voluntatem teſta-
toris cōfirmata.Vltimā aūt volūtatē appellat illā q̄ ꝑ mortē
finitur & confirmaẗ.Et ideo nunq̄ diſpoſitio teſta.eſt valida
nec cōfirmata niſi ꝑ mortē teſtatoris:eo qꝫ ꝑ totū tps ante te
ſtator potuit mutare voluntatem: & per conſequens diſpoſi
tionē ſuoꝝ bonoꝝ.& iō hęres non recipit hęreditatem:niſi
poſt morteȝ teſtatoris.Et iō illa diſpoſitio oīm bonoꝝ q̄ fa-
cta ē ꝑ magnū tps ꝑ teſtatorē nō dicit̃ donatio nec cōceſſio:
ſed q̄dā ſpōſatio & ꝓmiſſio:q̄ non ſortit̃ effectū:niſi ꝑ mortē
teſtatoris.Ex quibus omnibus patet qꝫ tota ſcriptura legis &
prophetarū ante aduentum Chriſti non proprie poterat di-
ci teſtamentum reſpectu illi⁹ ppl̄i:ſed ſola diſpoſitio teſt.in-
quantum ꝓmittebat̃ eis Chriſt⁹ i carnē vētur⁹:q̄ eos de ſerui
tute pc̄ti debebat liberare:& bona ſpūalia gr̄ę & glorię i hę
reditatem cōferre. Sed reſpectu dei ſp dictū eſt teſtamētū: I-
quātum volūtas dei ſemp fuit & eſt firma & imutabilis. Sed
reſpectu illoꝝ fideliū & noſtri nunq̄ fuit verū teſtamētū, vſ-
quequo ꝑ Chriſtū & eius mortē fuit cōfirmatū. Vn̄ Chriſtus
de⁹ q olim illud teſtamentum diſpoſuerat ꝑ ꝓmiſſiones fa-
ctas patriarchis & ꝓphetis:poſtea veniēs in carnē cōfirma-
uit ꝑ ſuā mortē & paſſionē. Et iō tūc oēs fideles veteris teſta.
ſimul nobiſcuȝ receperunt repromiſſiones. vt inquit apoſto-
lus ad Hebrææ.xj. Et ſic patet qualiter teſtamentum nouum
nil aliud eſt:niſi confirmatio veteris teſt. facta ꝑ Chriſtum i
ſua incarnatione & conuerſione & morte & reſurrectione &
aſcēſione. Et ideo tota ſcriptura vtriuſqꝫ legis nō eſt niſi vnū
teſtamentum ſ.ante aduentum Chriſti diſpoſitum: & ꝑ ad-
uētum Chriſti cōfirmatuȝ: qa tota ſacra ſcriptura veteris le.
nil alid̄ fuit:niſi q̄dā diſpoſitio teſta.Ideo dicit̃ pſal.lxxxviij.
Diſpoſui teſtamentum electis meis.Sed tota ſcriptura no.le
gis nil aliud eſt niſi cōfirmatio veteris facta per mortē Chri
ſti.Ideo dixit ſaluator:Hic calix nouum teſtamentum eſt in
meo ſanguine.i.ꝑ meum ſanguinem nouiter confirmatum.
prię ad Corinth.xj.Et iō hęc eſt cauſa quare patriarchę & ꝓ
phetę & oēs fideles veteris teſta.cum tanto affectu deſidera
bant aduentum Chriſti.i.vt veniret ad confirmandum teſta
mētū ſuum:& vt reciperēt ꝓmiſſiones faciēdas de beneficio
redēptionis.Et hæc eſt cauſa quare virgo Maria & Zacha-
rias & Simeon cantarunt cantica noua agendo gratias i cō-
ceptione & natiuitate Chriſti: eo qꝫ per Chriſtum totum te-
ſtamētū vet⁹ in breui erat cōfirmandum:immo iaȝ incipie-
bat cōfirmari.Et ideo eſt videndum q̄ ſunt illa bona in vete
ri te.promiſſa,& in nouo teſta. ꝑ Chriſtū cōfirmata & cōple
Q ta pro quibus Zacharias agit gratias in hoc cantico. ¶Ad
quod dicitur. qꝫ primo Chriſtus promiſit venire in carnē ad
viſitandū plebē ſuam & oues ſuas.vt patet Ezechiæ.xxxiiij.
Secundo promiſit redimere populū ſuuȝ.vt patet pſal.cxxix.
Tertio promiſit exaltare regnum Dauid ſpirituale, de ipſo
carnē aſſumēdo. vt patet.ij.Reg.vij.&.xxiij.& pſal.lxxxviij.
&.cxxxj.Hoc ideȝ ptȝ Eſa.vij.&.ix.qꝫ Hiere.xxiij. & xxxiij.
& Ezechiæ.xxxiiij.Sed talis promiſſio prius facta fuerat ipſi
Abrahę.Et ideo Zacharias in hoc cantico agit gratias: qa
omnes illas promiſſiones putat eſſe completas poſtq̄ myſte-
rium incarnationis erat factum: eo qꝫ Chriſtus in carne aſ-
ſumpta omnia illa erat in breui completurus.Et ideo dicit.

Benedictus dominus deus Iſrael:quia viſitauit
& fecit redemptionem plebis ſuę.

¶Quaſi dicat.quia iam viſitauit nos per ſuam p̄ſentiam &
p̄dicationem & miraculorum operationem.Et iam fecit re-
demptionem plebis ſuę per ſuam mortem & paſſionem.

Et erexit cornu ſalutis nobis i domo Dauid pu-
eri ſui. Sicut locutus eſt per os ſanctorum qui a
ſęculo ſunt prophetarum eius. Salutem ex ini-
micis noſtris:& de manu omnium qui oderunt



nos. Ad faciēdam miſericordiam cum patribus
noſtris:& memorari teſtamenti ſui ſancti. Iuſiu
randum quod iurauit ad Abraham patrem no-
ſtrum:daturum ſe nobis. Vt ſine timore de ma-
nu inimicorum noſtrorum liberati ſeruiamus il
li. In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo:omnibus
diebus noſtris.

¶Et iam erexit cornu.id eſt regnum ſalutis noſtræ in domo
Dauid pueri ſui, de virgine Maria carnem aſſumendo. per
quod myſterium exaltauit domum Dauid:eo qꝫ virgo Ma-
ria erat de domo Dauid. Et exaltauit humanam naturam
inquantum dignatus eſt noſtram naturaȝ aſſumere. Et ideo
in domo Dauid exaltauit & erexit cornu: id eſt victoriam
noſtræ ſalutis.Nam humanam naturam quæ per peccatum
ipſius Adam erat proſtrata:Chriſtus erexit ipſam aſſumen-
do,& poſt mortem & paſſionem in ea reſurgendo.Quatuor
ergo modis erexit humanam naturam proſtrataȝ. Vno mo
do ipſam perſonaliter aſſumendo per incarnationem.Secū-
do modo ipſam liberando per mortem & paſſionem. Ter-
tio ipſam glorificando per reſurrectionem. Quarto in cælo
inter angelos collocando per ſuam aſcenſionem. Et totum
hoc fecit Chriſtus ſicut quondam locutus eſt. id eſt promiſit
per os ſanctorum prophetarum eius:qui a ſæculo & in prin
cipio mundi ſunt. id eſt hoc fecit vt impleret & verificaret
promiſſiones quæ factæ ſunt eis a ſæculo & principio mun-
di,diſcurrendo per omnia ſæcula & ætates. Nam in primo
ſæculo & ætate Chriſtus redemptor fuit promiſſus ipſi Adā
& Abel & Enos & Enoch.Et in ſecunda ætate fuit promiſ-
ſus ipſi Noe. Et in tertia ipſi Abraham:& Iſaac:& Iacob.
Et in quarta ipſi Moyſi & Ioſue. Et in quinta ipſi Dauid &
omnibus prophetis primi templi. Et in ſexto ſæculo & æta-
te fuit promiſſus ipſi Daniel & Aggæo cum prophetis ſecun
di templi:prout dictum eſt in cantico virginis. Et ideo Chri
ſtus venit in carnem & viſitauit nos per incarnationem:& fe
cit redemptionem plebis ſuæ per mortem & paſſionem. Et
erexit cornu ſalutis noſtræ per reſurrectionem & aſcenſio-
nem:ſicut locutus eſt & promiſit per os ſanctorum prophe-
tarum & patriarcharum eius qui ſunt & fuerunt a ſæculo &
mundi principio per omnia ſæcula,& per omnes ætates vſ-
qꝫ ad Chriſtum. Vnde conſecuti ſumus ſalutem per Chriſtū
ex inimicis noſtris. id eſt ſaluauit & liberauit nos ex inimi-
cis noſtris diabolis:& de manu infidelium qui oderunt nos:
& hoc per mortem & paſſionem: & per eccleſiaſtica ſacra-
menta:& per prędicationeȝ apoſtolorum. Item Chriſtus tā
viſitauit nos & venit ad faciendam miſericordiam cum pa-
tribus noſtris,id eſt venit ad liberandum eos de limbo infer
ni:ſicut locutus eſt & promiſit per os ſanctorum propheta-
rum eius,& maxime Zachariæ.ix. qui dixit. Tu vero in ſangui-
ne teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu vbi nō erat aqua.
Item Chriſtus dignatus eſt memorari teſtamenti:id eſt pro-
miſſi & pacti ſui ſancti veniendo in carnem:ſicut locutus eſt
& promiſit ipſi Dauid pſalmo.lxxxviij. dicens:In æternum
ſeruabo illi miſericordiam meam:& teſtamentum meum fi
dele ipſi.Et ponam in ſæculum ſemen eius,& thronum eius
ſicut dies cæli. Neqꝫ prophanabo teſtamentum meum. Et
quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita &c. Item
Chriſtus non ſolum impleuit teſtamentuȝ & promiſſionem
factam ipſi Dauid & omnibus prophetis veniendo in car-
nem:ſed memoratus & recordatus promiſſionis & teſtamē
ti ſui ſancti:adimpleuit iuſiurādum quod iurauit ad Abrahā
patrem noſtrum Gen̄.xxij.quando ſub iureiurādo promiſit
deus daturū ſe nobis in carnē ad redimēdū nos per mortē &
paſſionem per figuram ſacrificij ipſius Iſaac:& per immola-

tionem illius arietis. vbi dixit domin⁹. Per memetipſum iu-
raui: quia feciſti rem hanc, multiplicabo ſemẽ tuum ſicut ſtel
las cęli &c. Et in ſemine tuo benedicentur oĩs gentes. Et ſe-
men tuum, ſcilicet Chriſtus, poſſidebit portas inimicorũ ſuo
rum: id eſt expoliabit infernum eius portas ęreas confringẽ-
do. Et eiecto principe huius mundi foras ſubijciet & poſſide
bit populuꝫ gentilem. Et ideo ſubdit Zacharias, dicens. Do
minus Ieſus adimpleuit iuſiurandum: quod iurauit ad Abra
ham patrem noſtrum veniendo in carnem: & per mortem
& paſſionem nos liberando: vt liberati de manu diabolorum:
& infidelium inimicorum noſtrorum, libere & ſine timore
ſeruili ſeruiamus illi in ſanctitate & iuſtitia in lege euangeli
ca quæ ſanctificat & iuſtificat hominem. Quæ quidem lex
euangelica data per Chriſtum dicitur lex libertatis amore fu
turę beatitudinis: & non dicitur lex ſeruitutis formidine poe
nę temporalis: ſicut lex Moyſi: nec oneroſa iugo cerimonia
lium ſicut illa. Iteꝫ lex euangelica dicitur lex iuſtitię: quia iu
ſtificat per fidem articulorum & per charitatem & obſeruan
tiam preceptorum: non ſolum in effectu: ſed etiam in affe-
ctu. Et dicitur lex ſanctitatis: qa ſanctificat per gratiam ſa-
cramentorum. Et ideo dicit: vt in ſanctitate & iuſtitia ſeruiam⁹
illi omnibus diebus noſtris: eo ꝙ lex vetus ſub qua in timo-
re ſeruiebamus, nõ de ſe ſanctificabat: nec iuſtificabat niſi ꝑ
ſolam fidem Chriſti futuri: prout frequenter dictum eſt.
R ¶ Nota etiam ꝙ tota iſta conſtructio & ſententia poteſt de-
pendere ab illo verſu: ſcilicet. Sicut locutus eſt per os ſancto-
rum &c. vt ſit ſenſus. Benedictus dominus deus Iſrael; quia
viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuę. Et erexit cornu ſa
lutis noſtrę &c. ſicut locutus eſt .i. ſicut promiſit per os ſancto
rum prophetarum eius. Nam ipſe locutus eſt .i. loquendo ꝓ-
miſit ſalutem ex inimicis noſtris .i. promiſit mittere ſaluato-
rem: qui ſaluaret & liberaret nos de inimicis noſtris tam dia
bolis q̄ infidelibus, & de manu & poteſtate omniũ inimico-
rum qui oderunt nos. Et hoc locutus eſt & ꝓmiſit p Samue-
lẽ: & Nathan: & p ipſum Dauid pſal lxxxviij. dicens. Inue-
ni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum: manus
enĩ mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eũ.
Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis .i. diabol⁹
nõ apponet nocere ei. Et cõcidã a facie eius inimicos eius: &
odientes eum in fugam conuertam. Item iam Chriſtus viſi-
tauit plebem ſuam: & venit ad faciendam miſericordiaꝫ cũ
patribus noſtris: ſicut locutus eſt & promiſit in eodem pſal-
mo dicens. Miſericordias domini inęternum cantabo. Quo
niam dixiſti inęternum miſericordia ędificabitur in cælis: &
præparabitur miſericordia tua in eis &c. Item iam Chriſtus
erexit cornu ſalutis noſtrę aſſumendo carnem de domo Da
uid: ſicut locutus eſt in eodem pſalmo, dicens. Diſpoſui teſta
mentum electis meis: iuraui Dauid ſeruo meo: vſqꝫ inęternũ
pręparabo ſemen tuum &c. Item infra. Et veritas mea & mi
ſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cor-
nu eius. ¶ Item iam memoratus & recordatus eſt teſtamen-
ti ſui ſancti veniendo in carnem: ſicut locutus eſt & promiſit
memorari teſtamenti ſui: dicens in eodeꝫ pſalmo. Neqꝫ ꝓ-
phanabo teſtamentum meum: & quæ procedunt de labijs
meis non faciam irrita. Item, Inęternum ſeruabo illi miſeri-
cordiam meam: & teſtamentum meum fidele ipſi. Item iaꝫ
adimpleuit iuſiurandum: quod iurauit ad Abraham patreꝫ
noſtrum daturum ſe nobis in carnem: ſicut locutus eſt & ꝓ-
miſit ipſi. Geñ. xxij. Item iam venit Chriſt⁹ & liberauit nos
de iugo legis & de falſo fermento ſcribarum & phariſęorũ:
& dedit nobis legem euangelicam quæ eſt lex libertatis &
ſanctitatis & iuſtitię: vt de manu inimicorum noſtrorum nõ
ſolum dęmonum: ſed etiam ſcribarum & Phariſęorum qui
corrupuerũt legem: & de manu infidelium liberati ſeruia-
mus illi in ſanctitate & iuſtitia. Et hoc fecit Chriſtus: ſicut lo
cutus eſt & promiſit Eſaię. ij. Quia de Sion exibit lex & ver-
bum domini de Hieruſalem. Item Hieremiæ. xxxj. Dabo
legem meam in cordibus eorum: & in viſceribus eorum ſcri-
bã eã. Itẽ Malachię. iij Erũt offerẽtes dño ſacrificia in iuſti-
tia: & placebit dño ſacrificiũ Iuda & Hierlm &c. ¶ Propter
oĩa autem q̄ dicta ſunt i hac prima pte, eſt aduertendũ: ꝙ vir
go Maria & Zacharias & Simeon & etiam angeli i quatu-
or canticis euangelicis tenent medium inter ꝓphetas & euã
geliſtas. Nam prophetę ꝑdixerunt de Chriſto & eccleſia oĩa
quæ erant mere futura. Et apoſtoli & euangeliſtæ ſcripſerũt
& ꝑdicarunt ea quæ iam erant facta & completa. Sed ſupra-
dicti quatuor cantarunt de Chriſto & eccleſia, ea quę partim
erant facta .ſ. myſterium incarnationis: & partim incepta: ſꝫ
nondum completa: ſicut myſterium noſtræ redemptionis.
Nam Chriſtus a primo inſtanti ſuę incarnationis incepit no
ſtrã redemptionẽ in propoſito & affectu: pro nobis patrem
orãdo: & etiam i effectu: quia ilico mouit matrẽ vt iret ad vi-
ſitandam Elizabeth: vt ſanctificaret Ioannem Baptiſtam. G
Et ſic reſpectu Chriſti vnicus fuit actus non interpollat⁹ no-
ſtrę redẽptionis a primo inſtanti incarnationis vſqꝫ ad aſcẽ-
ſionem incluſiue. vt dictũ eſt ſupra pſal. xxix. Et hæc eſt cau
ſa: quare virgo Maria in ſuo cantico: & Zacharias in iſto iã
ꝑdicant futuram redemptionem per verba de præterito: nõ
ſolum propter certitudinem prophetię: ſicut faciebant pro-
phetæ: ſed etiam quia myſterium noſtrę redemptionis iam
erat inceptum & de propinquo cõplẽdũ. Et ideo dicit virgo
Maria. Fecit potentiã in brachio ſuo &c. Et dicit Zachari-
as. Quia viſitauit & fecit redemptioneꝫ &c. Et Simeõ dicit.
Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum &c. Et angeli dixe-
runt. Gloria in altiſſimis deo. Et in terra pax hominib⁹ &c.
Eo ꝙ myſterium noſtrę redemptionis licet nondum eſſet cõ
pletum: tamen iam erat inceptũ. Nam qui incepit: pluſq̄ di-
midium habet. vt inquit Philoſophus, & Horatius. Et ideo
iſti quatuor loquuntur per verba de ꝑterito: quia partim ſũt
euangeliſtę: & partim prophetę. vt patet intuenti.

**Et tu puer propheta altiſſimi vocaberis.**
**Præibis enim ante faciem dñi: parare vias eius.**
**Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius: in re-**
**miſſionem peccatorum eorum.**
**Per viſcera miſericordię dei noſtri: in quibus vi**
**ſitauit nos oriens ex alto.**
**Illuminare his qui in tenebris & vmbra mortis**
**ſedent: ad dirigẽdos pedes noſtros in viã pacis.**

¶ Hęc eſt ſecũda pars principalis huius cantici: in qua com-
mendat puerum nouiter natum .ſ. Ioannem Baptiſtam, in
dignitate officij pręcurſoris. Vnde poſtq̄ in prima parte egit
gratias de beneficio incarnationis, benedicendo Chriſtum
deũ incarnatũ exiſtentem in vtero virginis Marię: nunc cõ-
uertit & dirigit verba ſua ad Ioannem nouiter natum: quem
virgo Maria tenebat in vlnis ſuis. Et ſic poſtq̄ ſuperius ꝑdi-
xit Chriſtum fore mundi ſaluatorem & redemptorem: hic ꝑ
dixit Ioannem Baptiſtam fore Chriſti pręcurſorem.
¶ Ad cuius intellectum eſt aduertendum: ꝙ Zacharias ex
duplici reſpectu & notitia loquitur verba ſequentia in com-
mendationem pueri. Nam primo hoc habuerat ex reuela-
tione angeli Gabrielis ſtãtis a dextris altaris incenſi: qui ipſi
reuelauerat conceptionẽ & natiuitateꝫ & ſanctitatem & of-
ficiũ Ioannis: qñ ipſi dixit: vxor tua Elizabeth pariet tibi fi
lium. &c. Item dixit vltra quo ad officium ſuum. Multos fi-
liorum Iſrael conuertet ad dñm deum ipſorum Et ipſe prę
cedet ante illum in ſpiritu & virtute Heliæ: vt cõuertat cor-
da patrum in filios & incredulos ad prudentiam iuſtorũ pa
rare dño plebem pfectam. quaſi diceret. ꝙ ſicut Helias tãq̄
præcurſor præcedet Chriſtum in ſecundo aduentu ad con-

uertendos incredulos ad Chriſtuꝫ: ita Ioãnes Baptiſta tanq̃
p̄curſor p̄cedet eundem Chriſtum ſaluatorem in primo ad=
uētu dirigēdo corda hoim ad Chriſtū recipiēdū &c. Sed quia
ꝑtunc dubitauit Zacharias nõ credens verbis angeli: ideo
factus eſt mutus nõ valēs loqui vſq; ad circūciſionē pueri. Et
ideo tunc data ſibi facultate loquendi: manifeſtauit reuela=
tionem ſibi factam de ſanctitate & officio pueri, dicens. Tu
puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis &c. Scd̃a aūt cã hui⁹ ꝓphe=
tiæ fuit noua repletio ſpūſſcti. Nã licet angelus ipi illa ante
reuelaſſet, tñ nõ potuit tūc cape illud myſteriū. Sed cum vir
go Maria teneret puerū i manib⁹ loquēs ipſi Zacharię pe=
tēdo quē vellet vocare eū: tunc Chriſt⁹ imiſit ſpm̄ propheti=
cum in Zachariã p vocē virginis Mariæ. Et ſic Zacharias
repletus ſpū ſācto intellexit diſtincte reuelationē factã ante
ſibi ab angelo. Et iō ꝓphetando officiū precurſoris, dicit. O
puer tu vocaberis ꝓpheta Chriſti ſaluatoris altiſſimi. Et nõ
ſolum propheta: ſed pluſq̃ ꝓpheta. Nã quē alij ꝓphetę de
longinquo predixerūt věturū. tu digito oñdes veniſſe, dicēs
Ecce agnus dei. Et p̄dicabis ipm̄ de propinquo věturum ad
baptiſmū: & legē euãgelicã daturū. Itē eris p̄curſor altiſſimi.
S enim pro quia: p̄ibis ante dominū Ieſum Chriſtum parare,
id ē ad parãdū vias ei⁹. ¶ Vñ nota q; Ioãnes Baptiſta multi
pliciter p̄iuit añ Chriſtū. Nã prio p̄iuit añ cōceptionē & na=
tiuitatē: & p̄iuit añ ipm̄ tanq̃ p̄curſor ad pniam faciendã: &
ad p̄dicationē & ad baptiſmū & mortē; & p̄nūciauit ipm̄ in
limbo patrū. & ſic ēt multipliciter pauit vias ei⁹. i. p̄pauit cor
da hoim ad ſequēdū vias Xp̄i: & ad ſequēdum Xp̄m i oibus
vijs ſuis. Vñ ſicut Xp̄s dux & caput & legifer nr̄ p multas vi=
as duxit nos in gloriã ſuã. ſ. p viã pnię & baptiſmi & obſeruã
tię legis euangelicę: & per viam perſecutionis vſq; ad mortē
& paſſionē: ita Ioãnes fuit Chriſti p̄curſor & nūci⁹ i oib⁹ illis
vijs: & p oēs illas vias direxit corda hoim illi⁹ tpis, vt recipe=
rent Xp̄m: vt patet Mat. iij. & Marci. j. & Luc. iij. & Ioan. j.
Nã prio p̄parauit & direxit corda hoim ad Xp̄m p viã pnię
quia i tertio anno igreſſus eſt deſertū et fuit ibi vſq; ad. xxix.
annū. Itē inde egreſſus venit in regionem Iordanis p̄dicans
baptiſmū pnię: et ſic dirigebat hoies i Chriſtum p viã baptiſ
mi. qui quidem baptiſmus licet non tolleret peccatuꝫ: tamen
diſponebat hoies ad baptiſmū Xp̄i, qui vere tollit pct̃m. Itē
p̄parauit corda hoim ad legē Xp̄i ſuſcipiendã: qñ dixit tur=
bis: qui habet duas tunicas det vnam nõ hñti. Et qui habet
eſcas ſimiliter faciat. Itē qñ dicebat militib⁹: Neminē concu
tiatis: eſtote cōtēti ſtipēdijs vr̄is. Itē publicanis: nihil ampli⁹
q̃ cōſtitutū eſt vobis faciatis &c. Itē parauit viã dñi ad pſecu=
tionē et mortē ſuſcipiēdã: qa ꝓpter veritatē p̄dicãdaꝫ ab He
rode caput eius abſciſſum ē. & ſic etiaꝫ p̄parauit vim Chriſti
ad limbū: qa aduētū ei⁹ ad liberãdos pr̄es in limbo p̄nuncia
uit. Et ſic in oibus p̄iuit ante faciem domini parare vias ei⁹.
Quas qdē vias Chriſti p̄parauit ad dãdã & cōferēdã ſciētiaꝫ
ſalutis plebi Chriſti: in remiſſionem peccatorum eorꝫ: quia
p̄dicauit baptiſmū pnię i remiſſionē pctorū, dicēs: pniam agi
te: & appropinquabit i vos regnū cęlorꝫ. qa veniebãt hoies
ad Ioannē cōfitētes pctã ſua: & baptizabanť ab eo: vt patet
Marci. j. Vñ licet baptiſm⁹ & pnia & doctrina Ioannis non
cōferrēt p ſe ſalutē & grãm: tñ dirigebant in ſciētiam ſalutis
euãgelicã, & in baptiſmū & ſacramēta euãgelica: q̃ conferūt
per ſe ſalutem: & gratiã: & remiſſionem peccatoruꝫ Et ideo
oia q̃ faciebat Ioãnes: anteq̃ Chriſtus baptizaretur: ſe habe=
bant ad legem euangelicã: & ad eccleſiaſtica ſacramēta per
Chriſtū inſtituta tanq̃ via in terminū: & diſpoſitio ad formã:
& ſic p̄parabant corda hominū ad formam & perfectioneꝫ
ſuſcipiendã ab eis, & dãdã p Chriſtū. Sed qa omnia iſta de=
dit nobis Chriſt⁹ p viſcera miſericordię ſuę: & merita paſſio
nis eius: ideo ſubdit: q; Chriſtus dedit plebi ſuę remiſſionem
peccatorū eorū, non per aurum nec argentum: ſed per viſce=
ra miſericordię ſuę dãdo ꝓpriū ſanguinē in p̄tiū, & offerēdo
ſe ꝓ nobis ad mortē in cruce. in q̃bus viſceribus miſericordię

Chriſt⁹ oriēs ab ęterno ex alto ſinu pr̄is viſitauit nos ex tem
pore carnem aſſumēdo. viſitauit enim nos incarnatus & no=
ſtra humanitate indutus: vt nobis poſſet familiariter loqui:
& legem euangelicam dare: & vita & exēplo docere: illumi=
nare. i. ad illuminãdū: & lumē p̄bere his q in tenebris & vm
bra mortis ſedent: & ad dirigendos pedes nr̄os in viam pa=
cis. ¶ Vnde eſt aduertendū: q; multipliciter ſedebant hoies T
in tenebris & vmbra mortis: & multipliciter Chriſtus illumi
nauit & p̄buit eis lumen: & direxit pedes noſtros in viam pa
cis. Nam primo omnes fideles veteris teſt. ſedebant in lim=
bo inferni: qui eſt vmbra mortis & lacus tenebrarum. ſed
Chriſtus deſcendit ad inferos: & expoliauit limbum & pur=
gatorium: & eduxit eos de illo loco tenebrarum ad lumen:
& de illa vmbra mortis ad vitam cæleſtem. Secundo ſede=
bat in tenebris idolorum & vmbra mortis totus populus gē
tilis: ſed per fidem Chriſti & p̄dicationem apoſtolorum gē=
tium populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem ma=
gnam. Eſaię. ix. Item tertio totus populus Iſrael ſedebat i te
nebris cerimonialibus & vmbra mortis legis: ſed Chriſtus
ſol iuſtitię eduxit fideles de illa vmbra mortis: & de illis te=
nebris ad lumen euangelicum: & dixexit pedes noſtros in
viam pacis: q̃ eſt lex euangelica. Vñ lex vetus dicit̃ via vm=
broſa & tenebroſa ratione cerimonialium. & dicitur vmbra
mortis: quia litera de ſe occidit. Sed lex euangelica dicit̃ via
lucis: eo q; illuminat legem veterem. Et dicit̃ via vitæ: quia
legē veterē mortuam illuminando viuificauit. Et dicitur via
pacis: eo q; cum deo nos pacificat & reconciliat: & quia fi=
nis eius eſt pax & requies eterna. vt patebit in cantico ange
lorū. Oia ergo iſta p̄uidēs Zacharias p Chriſtum faciēda, &
per Ioannem Baptiſtam corda hominum ad iſta pręparãda
& dirigēda, dicit. Tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis: p̄ibis
enim ante faciem domini parare vias eius &c. ¶ Sed ꝓpter
ea quę dicta ſunt in hoc cantico: occurrunt & inſurgunt duo
dubia. Quorum primum eſt propter illud quod dictum eſt
in prima parte: ſcilicet Iuſiurandum quod iurauit ad Abra=
ham patrem noſtrum daturum ſe nobis. Nam non videtur
q; deus per illud iuſiurandum Geñ. xxij. promittat daturuꝫ
ſeipſum nobis & venire perſonaliter ad nos: ſed ſolum pro=
miſit Abrahæ q; in ſemine ſuo benedicerentur omnes gen=
tes. quod potuit fieri abſq; hoc q; ipſe veniret in carnem. Se
cundum dubium inſurgit: propter illud quod dicit. Præibis
ante dominum parare vias eius &c. Nam cum tota ſcriptu=
ra legis & prophetarum nil aliud ſit niſi via in Chriſtum tã
q̃ in terminum & finem: ergo non oportuit venire Ioannē
Baptiſtam ad parandas & dirigendas vias in Chriſto: quia
iam erant ſatis paratę per patriarchas & prophetas. Et ſic p
ſacras ſcripturas poterant oẽs Iudęi cognoſcere Chriſtum
eſſe meſſiam in lege promiſſum ſcd̃m opera quæ faciebat.
¶ Quantum ad primum eſt dicendum. q; ſi ſubtiliter volu= V
mus ſpeculari myſterium ſacrificij Abrahæ, & ea quæ ibi
ſcripta ſunt: videbimus qualiter ibi deus ſub illo iureiuran=
do promiſit daturum ſemetipſum nobis ad immolandum:
& per conſequens perſonaliter venire in carnem. Vnde ibi
dicitur. q; poſtq̃ deus prohibuit ne Abraham occideret pue
rum Iſaac: ſed immolauit & obtulit arietem pro filio ſuo. i.
loco filij ſui: tunc dixit ipſi deus per angelum. Per memetip
ſum iuraui dicit dominus, q; multiplicabo ſemen tuum &c.
Et in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Et poſſidebit
portas inimicorum &c. In quibus verbis & per quod ſacrifi=
cium præuidit & fuit ipſi Abraham reuelatum in ſpiritu: q̃=
liter deus erat in carnem venturus vt immolaretur pro nobis
in illo eodem loco vbi Abraham immolauit illum arietem
loco Iſaac filij ſui. Et ideo appellauit nomen loci illius do=
minus videbit. In hebræo autem ſcribitur Adonai hiere. i.
dominus videbitur. Et ſcribitur ly dominus cum illis quatu=
or literis. ſcilicet Ioth, he, vau, he. quod ſoli deo conuenit. Et
ſic eſt ſenſus: q; dominus deus videbitur immolari in mōte

iſto pro toto gñe humano:ſicut iſte aries ſiue agnus immo-
latus eſt deo pro Iſaac. Et ſic patet qualiter deus ꝑ illud iuſ-
iurãdũ ꝓmiſit ſe daturũ ſeipm pro nobis in illo loco immo
landum in carnẽ:q3 aliter nõ appellaſſet illum montem do
minus videbit̃: niſi qa ꝓuidit in ſpũ & ꝓmiſſione Chriſtum
in carnem vẽturũ & pro nobis in illo monte imolandum. Et
iõ dixit Chriſtus Iudeis. Ioã. viij. Abrahã pr̃ veſter exultauit
vt videret diem meum:vidit & gauiſus eſt. Vnde dicunt ma-
giſtri hebręorum. ꝙ duo ſancti viri impoſuerunt nomen illi
ciuitati Hieruſalem:quorum vnus fuit Melchiſedech rex Sa
lẽ:qui in illo loco obtulit deo panẽ & vinũ ꝓ Abraham. Et
ideo appellauit ciuitatem illam Salẽ.i.pacificam. Secundꝰ
fuit Abraham: q̇ in altera pte illius montis imolauit arietẽ
ꝓ Iſaac. cui dñs apparuit dicẽs:ꝑ memetipſum iuraui: ꝙ in
ſemine tuo bñdicent̃ oẽs gentes. Et iõ appellauit locum illũ
in montem Adonai Hiere i. dominꝰ videbitur. Et ſic ex his
duobus nominibꝰ .ſ. Hiere, & Salẽ compoſitũ eſt hoc nomẽ
Hieruſalem:qđ interpretat̃ viſio pacis:eo ꝙ in illo loco Xp̃s
deus factus hõ debebat ꝓ nobis imolari: & pr̃i nos reconci-
liare & pacificare. Vnde Chriſtus in mõte Sion fecit cœnã
cũ diſcipulis: & inſtituit ſacramẽtũ altaris: ꝑ qđ deo reconci-
liamur:in eodem loco vbi Melchiſedech obtulit panem &
vinũ. Item in altera parte illiꝰ mõtis .ſ. in mõte Caluariæ fuit
Chriſtꝰ crucifixꝰ, in eodẽ loco vbi Abrahã imolauit arietẽ.
Bene ergo merito appellata eſt illa ciuitas Hieruſalẽ.i.viſio
pacis:quia in ea Chriſtus rex pacificus deus & homo viſus ẽ
ꝑdicare & miracula facere: & finaliter pro nobis immolari
& crucifigi: ꝓut Abrahã pręuidit in ſpũ:qñ immolauit arie-
tem:& ꝓut deꝰ ipſi ꝓmiſit ſub iureiurando daturus ſeipſum
nobis in carnẽ. Et iõ dicit Zacharias i hoc cãtico. Benedictꝰ
dominꝰ deus Iſrael:quia Chriſtus veniens in carnem iã ad
impleuit iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrẽ no-
X ſtrum:daturum ſe nobis &c. ¶ Ad ſcđm autẽ dubium eſt di
cendum: ꝙ cũ tota ſcriptura legis & ꝓphetarum nil aliud ſit
niſi q̃dam via & diſpoſitio in Chriſtum: ſatis erat ſufficiens
ad diſponendum corda & mentes illius populi ad cognoſcẽ
dum Chriſtum eſſe meſſiam in lege promiſſum: & per cõſe-
quẽs ad recipiẽdum ipm & legẽ eius euangelicã. Sed auari-
tia & inuidia & malitia occęcauit Iudęos: ne intelligerẽt ſacra
mẽta dei & ſcripturas. ¶ Ad cuius intellectũ eſt aduertẽdũ
ꝙ ſicut lex vetus fuit data ad duplicẽ reſpectũ & finẽ: ita deꝰ
promittebat in lege duplex p̃mium. Vñ illa lex primo fuit
data illi populo ad officium ſiue in ſignum officiale .ſ. vt per
obſeruãtiã multitudinis illorũ cerimonialiũ, Primo ille po-
pulus cognoſceret deũ creatorem mundi: & cognoſcẽdo co-
leret. Secũdo vt per talem religionem diſtingueretur a cęte-
ris nationibꝰ: ſed eſſet ſpecialiter dictus populꝰ dei pecullia-
ris. Et ſic primo mõ illa lex data fuit ad officiũ ſiue in ſignũ
officiale. Scđo aũt mõ data fuit i ſignaculũ fidei Chriſti futu
ri: iquãtũ oia illa ſacramẽta cerimonialia & ſacrificia figura
bãt Chriſtũ futurũ redẽptorẽ & myſteria nr̃æ redẽptiõis. Et
iõ duo erãt cõſiderãda in illis ſacramẽtis & ſacrificijs & oibꝰ
cerimonialibꝰ .ſ. officiũ religiõis & obſeruãtię in ſe. Scđo fi-
des Chriſti futuri: ſub cuiꝰ ꝓteſtatione illud officiũ a religio
ſis exercebat̃ & illa ſacrificia offerebant̃. Quia illa ſacramẽ
ta & ſacrificia de ſe nõ poterãt tollere pct̃m: nec iuſtificare:
niſi ratione fidei de Chriſto futuro: ſub cuius ꝓteſtatiõe fie-
bãt: q̇a nõ dabãt̃ in p̃tiũ redẽptiõis ꝓ pct̃is: ſed i ſignũ & ar-
rã p̃tij futuri ꝑ Chriſtũ i cruce ſoluẽdi: ꝓut dictũ ẽ pſal. xxxix
& in tractatu cõtra iudęos. Et iõ duplex p̃miũ ꝓmittebat̃ in
lege & ꝓphetis obſeruatoribꝰ illiꝰ legis .ſ. vnũ tpale: & alte-
rũ ſpũale. Nã ꝓ obſeruãtia & obediẽtia illiꝰ religiõis: ꝓmit-
tebant̃ eis bona terrę tpalia .ſ. illa terra Chanaã cũ fructibus
ſuis. Sed i p̃miũ fidei Chriſti ſub cuiꝰ ꝓteſtatiõe obſeruabãt
illam religionem, promittebatur eis redemptio animarum
& gr̃a Chriſti & terra viuẽtiũ figurata ꝑ illã terrã chanaã. Et
ſic ſub tali fide & ſpe de Xp̃o futuro obſeruabãt illã leges &

religionẽ oẽs pr̃es & fideles ve. te. Et ſub tali fide ſaluati ſunt
in Xp̃o & receperũt nobiſcũ repromiſſionẽ i aduẽtu Xp̃i. vt
inq̇t apoſtolꝰ ad Heb. xj. Sed accidit ꝑ. xl. ãnos añ aduẽtum
Xp̃i, ꝙ ſurrexit ſecta phariſęoꝝ & ſcribarũ, q negabãt legẽ
eſſe datã i ſignaculũ fidei: ſed ſolũ ad officiũ: & ſic negabãt
redẽptionẽ ſpũalẽ & futura bona ſpũalia. Sed qa iſti finge-
bant ſanctitatẽ & arctam religionem in vita & inceſſu & ha
bitu ab alijs diuiſi: iõ dicti ſũt phariſęi: q̃ſi a cęteris i ſctitate
diuiſi. Et ſic itãtũ hẽbant̃ i veneratiõe apud pplm, ꝙ oẽs ci-
ues cõſtituebãt eos executores teſtamẽtoꝝ, cõmittẽdo eis fi-
lios & vxores viduas. Et exĩn fuit eis data auctoritas & ptãs
a ſummis ſacerdotibus: vt ſederent in cathedra Moyſi: & in
cathedra iudiciali: vt poſſent gloſſare & iterptari ſcripturam
legis & ꝓphãrũ & iudicare iudicia & diſcernere cãs religio-
nũ. ex q̃ auctoritate ſunt i ſupbia eleuati: & auaritia ſauciati:
intantum ꝙ cauſa lucri inceperũt tyrannizare deſtruendo vi
duas & pupillos eis cõmiſſos: & dilatando litigia: vt expolia
rent paupes & ipinguarẽt domos ſuas. Occęcati ergo ſic i aua
ritia & lucro iceperunt gloſſare ſcripturas & trahere ipſas ad
ꝓpoſitũ ſuũ ꝓpter lucrũ tpale, dicẽtes ꝙ meſſias nõ erat ven
turus ad ſaluandas animas: nec ad danda bona ſpiritualia:
ſed ſolũ ad liberãdũ eos de iugo & tributo Roma. & ad do-
minãdũ toti mũdo, & faciẽdũ eos magnos dños: q̇a pct̃ã iã
tollebant̃ ſufficiẽter ꝑ ſacrificia & oblatiões & cętera opa le
galia. Nã ſacrificia & oblatiões ſil̃ tollebãt pct̃ã & multipli-
cabãt bona tpalia. Et hoc faciebãt ꝓpter ſuũ lucrũ: vt popu-
lus offerret multitudinẽ oblationũ &c. Sꝫ q̃tũ ſit deteſtabilis
et hęretica talis doctria, et cõtra ſacrã ſcripturã, de ſe ẽ mani
feſtum. Nã Dauid iã hẽbat legẽ Moyſi: ſed quia ſciebat ꝙ
ꝑ illã nõ poterat iuſtificari: iõ petebat legẽ Xp̃i iuſtificantẽ:
dicẽs. Legẽ pone mihi dñe viã iuſtifica. tuaꝝ &c. Itẽ Dauid
dñs etiã in illa terra Chanaã: tñ terrã viuẽtiũ petebat dicens.
Portio mea dñe i terra viuẽtiũ. Itẽ Eſa. iã hẽbat Ezechiã re-
gem terrenum: tamẽ regem ſpiritualẽ petebat dicens. Vtinã
diſrũperes cęlos &c. Et ſic ergo ſcribę & phariſęi cũ iſta fal-
ſa doctria & fermẽto deprauarũt ſcripturas & corda hoim: i-
tãtũ ꝙ oẽs erãt effecti tpales et carnales: p̃ter paucos: in qui-
bus remãſerat vera fides Iſrael et Abrahę de Xp̃o redẽpto-
re futuro: ſicut erat tota domꝰ parẽtũ virgis Marię, et domus
Zacha. et Eliſa. et ſctũs Simeon: cũ quibuſdam fidelibꝰ, qui
expectabãt redẽptionẽ Iſrael. Et iõ fuit neceſſe: ꝙ Xp̃s mit-
teret Ioannem Baptiſtam tãq̃ pręcurſorem añ ſe, qui ꝑpara-
ret corda hoim q̃ erãt ꝑ falſam doctrinã ſcribaꝝ et phariſęo-
rũ deprauata: et dirigeret eos i via et lege dñi ꝑ baptiſmum
pnię et verã intelligẽtiã ſcripturarũ vt reciperẽt Xp̃m et legẽ
eius euãgelicam. vt patet ꝑ oms euangeliſtas. Hoc ergo Za-
cha. ꝓuidẽs in ſpũ, primo ꝑ reuelationẽ Gabrielis, ſcđo per
inſpirationẽ Chriſti exiſtẽtis in vtero virginis Marię, tenen-
tis Ioãnẽ Baptiſtã in manibꝰ, dixit in hoc cãtico. Tu puer ꝓ
pheta altiſſimi vocaberis. p̃ibis enim ante dominũ parare vi
as eius &c. Et ſic patet expoſitio cãtici Zacharię. Et ideo eſt
tam accedendum ad expoſitionem cantici iuſti Simeonis.

## NVnc dimittis ſeruum tuum domine: ſe-cundum verbum tuum in pace.

¶ Hoc canticum eſt quartũ in ordine inter cantica
euangelica. ſed ponitur hic tertium quo ad expoſitionem ꝓ
pter bonum reſpectum. Et intitulatur cãticum Simeonis: eo
ꝙ ipſe cãtauit ipm qñ Chriſtus fuit in templo p̃ſentatus. Pro
cuius argumento & intelligentia eſt notandum. ꝙ quatuor
ingentes perfectiones & virtutes teſtatur & refert auctoritas
euangelica de iſto Simeone. vt patet Luc. ij. Nam primo di-
cit: ꝙ erat homo iuſtus. per quod denotatur eius rectitudo
& iuſtitia. Nam iuſtitia hominis conſiſtit in conformitate
eius ad diuinam voluntatem: & per conſequens in obſer-
uantia præceptorum legis diuinæ. Secundo dicit: ꝙ erat ti-
moratus. per quod denotatur eius auctoritas. Nam nõ dicit

quis tātum timorat⁹ inquantū timet deū:ſed inquātum eſt re
uerendus & timendus & metuendus apud populus propter
ſuas virtutes: qa honor ē exhibitio reuerētię i teſtimoniū vir
tutis. vt inquit Tullius. Tertio dicit. ꝙ erat expectans re=
demptionem Iſrael. Per quod denotatur eius vera fides &
ſpes quā habebat de Chriſto vēturo inter paucos fideles il=
li⁹ tēporis:eo ꝙ multi alij erāt deprauati & decepti falſo fer
mēto ſcribarū & pharisęoꝝ:q nō expectabāt meſſiā niſi vt
daret eis bona terrena prout dictum eſt in cantico p̄cedēti.
Quarto dicit, ꝙ ſpūs ſctūs erat cū eo. ꝑ qđ denotatur excellē
tia eius ſāctitatis & contēplationis in dono ꝓphetico & di=
uinę reuelatiōis. Et iō iſte Simeon nō ſolū cognoiabaẗ iuſt⁹
in illa ætate:ſed etiā cognoiaẗ iuſtus ꝑ oēs Thalmudiſtas &
doctores hebręoꝝ.qui dicunt: ꝙ dum Simeon iuſtus mini=
ſtrabat & exercebat ſacerdotale officiū in tēplo, adhuc pſeue
rabant decē antiqua miracula. ſed poſt obitū iuſti Simeonis
nunq̄ viſa ſunt miracula in ſecundo templo. Et ideo cito ve=
nit ad deſtructionē. Vidēs ergo iſte Simeon iuſt⁹ corda ho=
minū deprauata: & verā fidē de vero meſſia l paucis illi⁹ tpis
pmanere:& vidēs tpa aduēt⁹ Chriſti ſcđm ſexagita hebdo=
madas Danielis iā imminere:hinc eſt ꝙ ſemp i ſuis oronib⁹
& ſacrificijs iugiter orabat vt deus mitteret ſaluatorem ad re
dimendum mundum de ſeruitute peccati. Cum ergo in tali=
bus oronibus & ieiunijs & precib⁹ iugiter eſſet intētus:exau
dita eſt oro ſua:intātum ꝙ accepit rñſum a ſpū ſancto: nō vi
ſurū ſe mortē:niſi pri⁹ videret Chriſtū dñi: ꝓut refert Lucas.
Et ideo quadrageſima die a natiuitate dñi cum parentes i=
ducerēt puerū in Hieruſalē:vt ſiſterēt eū dño:tūc diuina pro=
uidētia fecit ꝙ Simeon vn⁹ de. xxiiij. ſacerdotib⁹ venit i ſpū
in templū ad adminiſtrādum ſacerdotium ſcđm vicez ſuam.
Qui cū ipſi puer Ieſus p̄ſentareẗ:accepit euz in vlnas. Et vi=
dens in ſpiritu illum eſſe meſſiam in lege promiſſum deū &
hominē: & vidēs rñſum qđ accepat a ſpū ſctō, eſſe cōpletuz:
tunc eleuatis oculis ad prem agēdo grās cātauit hoc canticū
dicens. Nunc dimittis ſeruum tuum dñe ſcđm verbum tuum
in pace. In quo quidē cātico duo facit. Nā prio tanq̄ ſindicus
& procurator toti⁹ Iſrael agit gratias deo: qui compleuit ſuū
deſiderium & promiſſum. Secūdo reddit cauſam ſuę lętitię.
Y Secundū ibi. Quia viderunt oculi &c. ❡ Quantum autez ad
primum eſt aduertendum:ꝙ pax & quies eſt finis & termi=
nus cuiuſcūqȝ negotij:quia negotiamur vt otiemur. x. Ethi=
co. Vnde tantum eſt bonum pacis, vt etiam ipſa ſit finis bel=
li. vt inqt Aug. ꝑ totū. xix. de ciuita. dei. ſed qa Chriſt⁹ fuit fi=
nis & terminus toti⁹ legis & ꝓphetaꝝ:q a tota lex & ꝓphe=
tę deſiderabāt Chriſtū ſibi ꝓmiſſum: & tēdebāt in ipm tan=
q̄ in finē & terminū:iō ſolus terminauit deſideriū & promiſ
ſiones pr̄iarcharum: & ꝓphetarum: & laborē & iugū legis.
❡ Ex quo ſequiẗ:ꝙ fuit pax legis & pr̄iarcharū & ꝓpheta=
rum & omniū fidelium ve. te. quia tota lex quo ad illum ac=
tū & miniſteriū ſacerdotale terminauit curſū in Xp̄o in illa
die, i illa p̄ſentatione facta ꝑ Simeonē. Iō Simeon ſe habuit
ſibi tāq̄ ſindicū & ꝓcuratorē toti⁹ legis & ſacerdotij & totius
Iſrael. Et iō i pſona oim illoꝝ agit grās in hoc cātico. Et qa
videbat Chriſtū tanq̄ pacem & finem legis & prophetaruz
& tāq̄ quietē & cōplemētū deſiderij & laboris & ſeruitutis eo
rū, ideo dicit. Nūc dimittis o dñe ſeruū tuū i pace & quiete &
fine mei deſiderij & totius Iſrael ſcđm verbum & ꝓmiſſum
tuū. Et nō ſolū ſcđm verbū & ꝓmiſſum: qđ mihi particulari=
ter feciſti per ſpiritū ſanctū. ſ. non me viſurum mortē niſi pri⁹
viderē dñm:ſed etiam ſcđm verbuz & ꝓmiſſum quod feciſti
oib⁹ pr̄iarchis & ꝓphetis. Et iō ego i pſona oim tibi ago gra
tias. Et ideo iā nō timeo mori:poſtq̄ ſcio ꝙ i breui liberabis
me ſimul cum omnibus patriarchis ve. te. de limbo inferni.
Et ſic dimittis me in pace: & nō in timore nec triſtitia. Et iō
ago gratias:quia dimittis me in pace & quiete. eo

Quia viderunt oculi mei:ſalutare tuum.

❡ Id eſt medicum ſalutarem et ſaluiferum et verum ſal=
uatorem:quem tu pater in mundum miſiſti.

Quod paraſti:ante faciē omnium populorum.
Lumen ad reuelationē gentium:& gloriam ple
bis tuę Iſrael.

❡ Quod quidē ſalutare paraſti añ faciē & notitiā non ſolū
vnius populi & nationis:ſed oim populorū et linguarum &
nationum tāq̄ verū lumē ad reuelationem & illuminationē
oim gentium. ſ. totius populi gētilis:& ad gloriā & claritatē
& honorem plebis tuę Iſrael:de qua carnem ſpecialiter aſ=
ſumpſit. Nā ſicut omnibus fuit ꝓmiſſus tā Iſraeliticis:q̄ gen
tilibus:& neminē a peccato liberū repperit:ita pro oibus li=
berandis & illuminādis venit tāq̄ lux vera illuminās omnē
hominē venientem in hunc mundum. ❡ Sed eſt aduertē=
dum. ꝙ licet Chriſtus in lege & prophetis fuit promiſſus tā
populo gentili q̄ iſraelitico:tñ aliter & aliter. Nā populo Iſ=
rael fuit ꝓmiſſus vēturus ad eos in carnē:puta ſumēdo ex eis
carnē, & eis pſonaliter p̄dicādo. ſed populo gentili promiſſ⁹
fuit vēturus tātum ꝑ lumen fidei per p̄dicationem apoſtolo
rum. Et quia erat vēturus in carnem tātum populo Iſrael di=
xit Iacob Geñ. xlix. Non auferetur ſceptrum de Iuda neqȝ
dux de femore eius. ſed quia erat vēturus ad gentiles per lu=
men fidei:ideo ſubdit Iacob. Et ipſe erit expectatio gen=
tium. Item quia ad ſolum Iſrael erat venturus in carnem per
ſonaliter p̄dicādo:ideo dicit ſaluator:non ſum miſſus niſi ad
oues quę perierant domus iſrael. Mat. xv. Item quia ad po=
pulū gentilē erat tātum venturus per lumen fidei diciẗ Eſa=
ię. x. Ambulabunt gentes in lumine tuo. &c. Et ideo dicit Si=
meon:Lumen ad reuelationē gentium. per fidem ſupple.
Et gloriam plebis tuę Iſrael:veniendo in carnem & perſo=
naliter p̄dicando & miracula operando:quę fuit magna glo
ria & honor toti Iſrael. Sed iſtam gloriam & honorem par=
ticipauit poſtea populus gentilis: quādo illuminatus per fi=
dem Chriſti factus eſt verus Iſrael. Et ſic venit Chriſtus ad
illuminādum populū gētilē ꝑ apoſtolos:& facere ipm veruz
Iſrael. qui quidē verus Iſrael cōſtat ex cōuerſis ex populo iu
daico & gentili ſub vno lapide angulari Chriſto cōiunctis.
Et ꝑ hoc patet breuis expoſitio hui⁹ parui cātici Simeonis.
❡ Ex qb⁹ ptȝ:ꝙ oia ſupradicta cātica euāgelica:nō ſunt ni=
ſi grāꝝ actiōes ꝓ bñficio incarnatiōis & nrę redēptionis fa=
ctę ꝑ aduentū xpi:q fuit pax & finis legis & prophetarum.

Gloria in altiſſimis deo. Et i terra pax ho
minibus bonæ voluntatis.

❡ Hoc eſt quartū cāticū euāgelicū: qđ diciẗ cāticuȝ
ſiue hymnus angeloꝝ. eo ꝙ ipm cantarunt angeli in hora
natiuitatis Chriſti. Pro cui⁹ titulo & argumēto eſt notandū:
prout refert Lucas euangeliſta capi. ij. ꝙ in hora natiuitatis
Chriſti angelus dñi apparuit paſtoribus:q in mōtibus iuxta
Bethleem cuſtodiebant vigilias noctis ſuper gregem ſuum.
Qui dixit eis. Euāgelizo vobis gaudiū magnū qđ erit omni
populo:qa natus eſt hodie vobis ſaluator: q eſt Chriſtus do
minus, in ciuitate Dauid:& hoc vobis ſignum. Inuenietis i=
fātē pānis inuolutum & poſitū in p̄ſepio. Et ſubito facta eſt
cum angelo multitudo militię cęleſtis laudātiū & dicentiuȝ
Gloria in altiſſimis deo. Et in terra pax hoibus bonæ volun
tatis. & ſic patet qualiter & quare iſtud canticū intitulaẗ can
ticū ſiue hymn⁹ angeloꝝ:eo ꝙ āgeli cātarūt ipm. Pro cuius
quidē argumēti & cātici & eius tituli itelligētia:quinqȝ ſunt
videnda. Prio. quare Chriſti natiuitas pri⁹ fuit annunciata &
euangelizata paſtoribus:q̄ ſacerdotibus & cęteris conditio=
nibus iudæoꝝ. Scđo. quare i Chriſti natiuitate āgeli cātarūt
nouū cāticū poſtq̄ natiuitas Chriſti nō ꝑtinebat ad eos:quia
Chriſt⁹ nō aſſūpſit naturā angelicam i virtute ſuppoſiti:nec
venit ad redimendum eam:ſed hūanā tm̄. Tertio q̄riẗ. q̄ fuit
illa gloria q̄ nouiter prouenit deo in cęlo ex xp̄i natiuitate:
cū gloria & felicitas dei nō poſſit augeri nec minui. Quarto

querit̃ q̃ fuit iſta pax quã conſecuta eſt humana natura per Chriſti natiuitatẽ: cũ videam⁹ nunq̃ bella & ꝑlia poſt Chriſti aduẽtũ in mũdo defuiſſe. Quĩto q̃ritur ĩ quo conſiſtit bonitas volũtatis hoĩs: & ꝑ cõſeq̃ns q̃ ſũt hoĩes bone volũtatis

Z q̃b⁹ pax Chriſti fuit collata. ¶ Quãtũ ad primũ eſt dicendũ: ꝙ quadruplici ratiõe natiuitas Chriſti fuit prius paſtoribus euãgelizata: q̃ ceteris. Primo: quia Chriſtus in lege tanq̃ paſtor fuit ꝑ Moyſen & cæteros ꝑriarchas & ꝓphetas figuratus. Scdo: quia tanq̃ paſtor fuit promiſſus. Tertio: quia tanq̃ verus paſtor veniti mũdũ: & officiũ veri paſtoris exercuit: & bonum paſtorem ſe nominauit. Quarto: quia Chriſtus non ſupbis & dormientib⁹: ſed hoĩb⁹ ſimplicibus & vigilantibus erat cõmiſſurus gregẽ ſuum: & officiũ paſtorat⁹. ¶ Primum qppe ꝓbat̃. Nã Moyſes ꝑ quẽ fuit Chriſtus figuratus: paſtor erat ouium: & paſcebat oues Ietro ſoceri ſui: cũ ipſi domin⁹ appũit ĩ flãma ignis ĩ rubo: & tanq̃ paſtorẽ miſit ipm dñs ad liberãdũ & educẽdũ illũ populũ de ægypto: & dirigendum & cuſtodiẽdũ ipm ꝑ deſertũ. Exo. iij. Vñ q̃tuor fecit Moyſes erga illum gregẽ dñi. Nã primo liberauit & eduxit ipm de ſeruitute & captiuitate Pharaonis. Scdo ꝑ legẽ ſibi datã ſanauit eum a malis moribus & ritibus ęgyptioꝝ: quibus erat ſauciatus & vulneratus. Tertio pauit eũ mãna de cęlo miſſo. Quarto minauit & direxit & cuſtodiuit eũ. xl. annis per deſertũ &c. Per q̃ quatuor fuit figuratũ qualiter Chriſt⁹ a patre miſſus tanq̃ paſtor pricipalis ſup gregẽ humanũ, debebat ipſum de ſeruitute diaboli: & a pcto liberare, & ab oi labe peccati per eccleſiaſtica ſacra ſanare: & pane euchariſtię reficere & paſcere: & doctrina euãgelica dirigere & cuſtodire. Itẽ Abel ꝑ quẽ Chriſt⁹ fuit figuratus, paſtor fuit: vt patet Gene. iiij. Item Dauid per quem Chriſtus fuit figuratus, paſtor fuit ouiũ: & de poſt fortantes eduxit ipm dñs ad paſcendum populũ ſuũ: & vnxit ipm ĩ regẽ: vt pꝫ. j. Regũ. xv. & pſal. lxxvij. Item Chriſtus non ſolum fuit figuratus per Iacob, Amos, & cõplures alios paſtores de populo dei: ſed etiã fuit figuratus ꝑ Cyrũ regẽ Perſarũ & Medoꝝ nepotẽ Aſtyagis: qui proiectus in nemora fuit nutritus a quodã paſtore: q fuit etiam paſtor ouium. ſed poſtea cõpert⁹ nepos Aſtyagis factus eſt rex Perſaꝝ & Medoꝝ: vt inq̃t Herodot⁹. q etiã poſtea liberauit populum dei de Babylonica captiuitate: vt patet Eſdrę. j. ¶ Et ideo hęc eſt cauſa quare voluit Chriſt⁹ ſuam natiuitatẽ prius paſtorib⁹ nũciari: eo q̃a ꝑ paſtores tanq̃ ver⁹ paſtor fuerat figuratus in ve. te. Secũda ratio eſt: quia tanq̃ verus paſtor fuit ꝓphetis ꝓmiſſus & vaticinat⁹: & tanq̃ ver⁹ paſtor ad liberãdũ & ſanãdũ & paſcẽdũ gregẽ ſuũ ꝓmiſit venire: vt ipſe ait ꝑ Ezechie. xxxiiij. ca. Ecce ego requiram oues meas & viſitabo eas ſicut paſtor viſitat gregem ſuum: & liberabo eas de oib⁹ locis ĩ q̃b⁹ diſpſę fuerãt in die nubis & caliginis. Et paſcã eas in paſcuis vberrimis, & in mõtib⁹ Iſrael erunt paſcua eaꝝ. Et q̃d ꝑierat requirã: & q̃d abiectũ fuerat reducã: & quod cõfractũ fuerat alligabo: & q̃d infirmum fuerat cõſolidabo &c. q̃ oia fuerũt cõpleta ꝑ Chriſtũ tanq̃ ꝑ verũ paſtorẽ. Tertia aũt ratio quare natiuitas Chriſti fuit pri⁹ euãgelizata paſtoribus: & quare paſtores prius meruerunt audire iſtud cãticũ ab angelis, fuit q̃a Xp̃s tanq̃ ver⁹ paſtor venit in mũdum & officiũ veri paſtoris exercuit. ¶ Ad cui⁹ intellectũ eſt aduertẽdũ: ꝙ ſex ptinent ad officium veri paſtoris. Primo oues de faucib⁹ lupi eripe. Scdo oues ꝑ lupũ vulneratas vnguento ſanare. Tertio oues ereptas & ſanatas paſcere. Quarto eas regere & minare & dirigere. Quinto ſup gregẽ ouium ſemp inuigilare. Sexto pro defenſione gregis ſi neceſſe fuerit ſe ad mortem exponere. Septimo in locum vberrimum & ſecurũ & tutũ oues ſuas introducere. Quas quidẽ ſeptem conditiones oẽs habuit Chriſt⁹ tanq̃ ver⁹ & bonus paſtor. Nã. j. eripuit oues ſuas de fauce lupi & draconis: qui vltra quattuor milia annoꝝ eas ſub iugo & captiuitate & ſeruitute peccati poſſederat. Scdo ſanauit & vnxit eas vnguento ſacramentorum. Tertio pane ſacramẽtali eas pauit. Quarto lege euangelica eas direxit & rexit. Quinto ſup greges ſuũ diligenter inuigilauit: & diligẽtes cuſtodes dimiſit & cõſtituit. Sexto ꝓ defenſione & redemptione earum ſe morti & perſecutionibus obtulit & obiecit. Septimo & vltimo oues ſuas in vberrimo & ſecuro ouili cęleſti, vbi ſempiterno euo fruentur, collocauit. Et ideo propter iſtas ſeptẽ rõnes Chriſtus Ioan. x. ſe bonum paſtorẽ nũcupauit. vñ ait. Amẽ amẽ dico vobis quia ego ſum paſtor bonus: bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis &c. Et ſic patet tertia rõ quare Chriſt⁹ voluit prius paſtoribus ſuã natiuitatẽ nunciare. Quarta vero ratio fuit quia Chriſtus tanq̃ ver⁹ paſtor pricipalis, cui⁹ oues erant ꝓprie, nõ ſupbis & inflatis & auaris & crudelib⁹: ſed hoĩb⁹ humilibus & ſimplicibus & pijs & diligenter vigilantibus ſup gregẽ ſuũ, erat cõmiſſurus officium paſtorat⁹ eccleſiæ: prout poſtea fecit. Nã nõ elegit ad apoſtolatũ & officiũ paſtoratus ex ſcribis & phariſęis & ſacerdotibus pitis: ſed ex ſimplicioribus & plebeis & piſcatoribus: quibus totum gregem ſuum & eccleſiam commiſit. Et inter cęteros tanq̃ capiti & vicario Petro qui erat de ſimplicioribus eccleſiam commiſit & oues ſuas paſcẽdas tradidit Ioã. vltimo, dicẽs. Paſce oues meas: & paſce agnos meos &c. ¶ Ex ſupradicta igitur quadruplici ratione patet quare Chriſtus voluit ſuam natiuitatẽ primo paſtorib⁹ euãgelizare: & quare paſtores meruerunt hoc canticum angeloꝝ audire. Et hoc de primo q̃ſito. ¶ Ad ſcdm

A autẽ q̃ſitũ eſt dicẽdũ ꝙ quadruplici ex cã & rõne angeli cantarunt hoc canticum nouum & euangelicum in Chriſti natiuitate. Prio: quia ꝑ fidẽ ĩcarnatiõis Chriſti fuerunt a principio redẽpti. Scdo: quia ꝑ aduẽtũ Chriſti eoꝝ ruina fuit reparata. Tertio: quia ex tali rẽpatiõe eoꝝ gloria & felicitas fuit accidẽtaliter augmẽtata. Quarto: quia gloria dei fuit effectiue & extẽſiue dilatata. Primum aũt patet. Nã dictum fuit ſuper pſal. lxxxj. & cij. quõ ĩ vera fide & obedientia Chriſti futuri angeli boni fuerũt iuſtificati. dictũ eñ fuit ibi qualiter oẽs angeli fuerunt creati ĩ gr̃a: tñ nõ cõfirmati: & oẽs fuerunt viatores ante lapſum. Qui viderunt quandam ſedem ꝑparatã ſup oẽs choros & hierarchias angeloꝝ ꝓ hoĩe Chriſto futuro: quem verbum diuinum debebat aſſumere in vnitatẽ pſonę. Et ſic inquãtũ hõ debebat ſedere a dextris. i. in potiorib⁹ bonis patris. Et quia ille debebat eſſe deus & homo: ideo volebat de⁹ ꝙ ille Chriſt⁹ de⁹ & hõ eẽt caput & impator toti⁹ vniuerſi tanq̃ verus fili⁹ dei: & ꝙ adoraret̃ & veneraret̃ ab oib⁹ angelis & hoĩbus vero cultu latrię. Et hęc fuit prima lex in illo principio & ſtatu vię angelis a deo propoſita. Secũda lex fuit ꝙ deus ꝑdeſtinauerat quoſdã hoĩes: qui licet eſſent inferiores natura: tñ ꝑ gr̃am debebãt adęquari & collocari inter angelos in gloria. q̃ quidẽ duę leges nõ fuerunt viſę iuſtæ lucifero & ſequacibus eius. dixerunt eñ ꝙ non erat æquum nec iuſtum ꝙ aliquis hõ aſcẽderet ſup eoꝝ hierarchias: nec collocaret̃ inter eos in gloria: nec poſſet eis pricipari: cũ hõ ſit inferioris naturę. Iõ iuſtius erat vt filius dei aſſumeret ſupmum angelum in vnitatẽ pſonę cui daret impium toti⁹ vniuerſi: & obtineret illam imperialem ſedem: q̃ ꝙ perſonaliter aſſumeret aliquẽ hoĩem. Et ſic inceperunt reſiſtere diuinæ legi: & ꝑ cõſequẽs diuinę voluntati q̃ eſt lex ęterna. Et ſic Lucifer inuidens Chriſto futuro: appetiuit illã ſedẽ & imperiũ toti⁹ vniuerſi. Michaeli aũt & alteri pti viſa eſt iuxta illa lex diuina. dicebant eñ ꝙ deus nulli poterat facere iniuriã cum eſſet dñs abſolutus & oꝑs. Nam ſicut nõ creauerat mũdum ex neceſſitate: ſed ex ſola volũtate & bonitate: ideo ſicut abſq; iniuria hũanę naturæ ãgelos eleuauerat nobilitate naturę ſup omnes homines: ita poterat gratię largitate eleuare aliquẽ hominem ſupra totã angelicã naturã: et quoſdã hoĩes ꝑ gr̃am inter angelos collocare in gloria. Et ſic diuiſa fuit tota curia cęleſtis in duas partes et ciuitates: quarũ vna incepit ab amore ſui vſq; ad cõtẽptum dei: & altera ab amore dei vſq; ad contemptum ſui. Et ſic illa tanq̃ rebellis diuinæ voluntati incepit reſiſtere iſti: & iſta tanq̃ con-

formis & obediens diuinę voluntati incepit reſiſtere illi. Et ſic iſti duo diuerſi amores fecerunt duas contrarias ciuitates. Nam amor peruerſus ſui vſq; ad contemptum dei fecit ciuitatem diaboli: ſed amor dei vſq; ad contemptum ſui fecit & cõſtituit ciuitatẽ dei: vt inquit Augu. Et ideo Lucifer rebellis deo & inuidens Chriſto futuro voluit & attentauit & præſumpſit conſcẽdere & vſurpare ſedẽ Chriſti: & p conſequens imperiũ vniuerſi, dicẽs in corde ſuo: cõſcẽdã in cælum & ſtabiliã ſoliũ meũ i nubib⁹ ſup aſtra cęli: & ſimilis ero altiſſimo Eſa. xiiij. Sed tũc Michael & angeli ei⁹ cõformes diuinę volũtati & Chriſto futuro obedire ſtatuẽtes p defenſione illius ſedis pliabanť cũ dracone: & finaliter pieċtus ẽ draco cum angelis ſuis apoſtaticis de cęlo i pfundum inferni: & ſic non eſt inuẽt⁹ loc⁹ eorꝫ ampli⁹ in cælo. Apo. xij. Et ſic Lucifer cũ ſuis tanq̃ peccantes in termino viæ manſerunt in iniquitate obſtinati. Michael autẽ cum ſuis ex viatoribus facti cõprehẽſores & beati mãſerunt ſimul in gr̃a & gloria confirmati. ❡ Ex qbus oĩb⁹ patet ꝙ gr̃a fidei Chriſti futuri quã habuerũt dũ erãt viatores, & obediẽtia quam iã tũc Chriſto pmiſerunt & ipſi ſeruare pposuerunt eruit & liberauit angelos bonos a caſu angelorꝫ malorꝫ. & ſic boni dicunť liberati & redẽpti p fidẽ & gr̃am Chriſti futuri. Et hęc fuit pria cauſa q̃re angeli cãtauerũt cãticum nouũ in natiuitate Chriſti: eo ꝙ nat⁹ erat ille q̃ debebat ſedere in illa ſede quã ipſi in principio cõtra diabolũ defenderant: & quẽ in illa ſede debebant adorare &c. ❡ Scda rõ & cã fuit: qa p Chriſti aduẽtũ reparãda fuit angelorꝫ ruina. Nã quos de⁹ ab ęterno elegit & pdeſtinauit ad reparandã ruinã angelorꝫ, & ad replendas ſedes a quibus mali angeli ceciderũt: hos Chriſtus in ſuo aduentu vocauit & iuſtificauit & magnificauit. ad Roma. viij. Et ſic eleuauit p gr̃am Petrum & Io. Baptiſtã & oĩs apoſtolos & martyres & doctores: intãtum ꝙ meruerũt poſſidere ſedes: quas illi p ſupbiã & iobediẽtiã pdiderũt. Et iõ dicit ſaluator Mat. xj. ꝙ a diebus Ioan. Baptiſtę regnum cęlorꝫ vim patitur: & violenti rapiunt illud. Sup quod dicit Hiero. Magna quippe violẽtia eſt cõſequi & rapere p gr̃am, qd nõ cõuenit nobis p naturã. Itẽ Mat. xxij. dicit ꝙ erunt hoies ſicut angeli dei &c. Ex quib⁹ patet ꝙ p aduẽtũ Chriſti ruina angelorꝫ fuit reparata. Et per conſequens hęc eſt ſcda cauſa quare cãtarũt canticũ nouũ. ❡ Tertia aũt rõ & cã fuit: qa eorꝫ gloria & btitudo accidẽtalis fuit augmẽtata. ❡ Ad cui⁹ itellectum eſt aduertẽdũ: ꝙ gloria & btitudo angelorꝫ & ſanctorꝫ ẽ duplex. Vna eſſentialis: q̃ cõſiſtit in viſione faciali & fruitione eſſentię: & altera accidẽtalis: q̃ conſiſtit in aliquo gaudio accidẽtali ex cõſequẽti. Vñ beati prio vidẽtes facialiter diuinã eſſentiã & fruẽtes bono poſſeſſo btificanť: & quieſcũt in illo bono ſecure poſſeſſo: & illud eſt gaudiũ eſſentiale: eo ꝙ diuina eſſentia, vt ſummũ bonũ, eſt obiectũ p ſe fruibile nõ in aliud referibile vltimate, & ſufficienter ſatiens appetitum btõrũ. Sed quia tãta eſt charitas & cõformitas volũtatis angelorꝫ ad voluntatẽ diuinã: ꝙ gaudẽt in oĩb⁹ q̃ placent diuinę voluntati: & quia diuina voluntas vult & ipſi cõplacet: vt hoies iuſti fruenť inter angelos in ſocietate: Ideo angeli duplici rõne cõgaudẽt de ſocietate hoim iuſtorꝫ & ſctõrũ. Primo vt cõplaceãt deo amato & deſiderato. Scdo quia ex perfecta charitate diligunt hoies ſicut ſeipſos. ideo ita gaudent de felicitate hoim ſãctorũ ſicut de ſua. Itẽ tertio: quia vident angeli ꝙ hoies iuſti & ſancti apoſtoli & martyres & doctores tãta paſſi ſũt p Chriſto: iõ magis diligũt eos: & p cõſeq̃ns tãto ampli⁹ gaudẽt de eorꝫ btitudine: & ſic nõ timẽt nec inuidẽt: ſed ſemp ampli⁹ gaudẽt plures hr̃e cõſortes. Et iõ magnũ gaudiũ eſt in cælo corã angelis dei ſup vno pctõre pœnitẽtiã agẽte: vt inquit ſaluator: q̃a vt ſic ſemp augeť nũerus btõrũ & ſocietas ãgelorꝫ: & p cõſequẽs gaudiũ & beatitudo eorꝫ. ſed talis beatitudo nõ dr̃ eſſentialis: ſed accidentalis: vt dictum eſt. Sed hoc cõſecuti ſunt angeli poſt aduẽtum Chriſti: qui introduxit hoies iuſtos in cęlũ: qa añ nullus fuerat ingreſſus: vt patebit. Ideo hęc eſt tertia cã quare angeli cantarũt in natiuitate Chriſti. Per hoc idẽ patet. iiij. rõ: qa p Chriſti aduẽtum gloria dei fuit dilatata. nã añ aduẽtum Xp̃i ſoli ãgeli laudabãt deũ in cęlo. Sed poſt aſcẽſionẽ Xp̃i oĩs ſancti & iuſti hoies ſimul in ſocietate angelorꝫ laudãt et glorificant deũ. Et iõ angeli ſicut magis diligũt deũ, q̃ ſeipſos: ita magis gaudẽt in gloria et laudib⁹ dei, q̃ ipſi danť ab hoĩb⁹ et a pluribus q̃ a paucioꝛib⁹: put infra patebit. Et iõ cãtarũt hoc canticũ nouũ. Et hęc de ſcdo q̃ſito. ❡ Ad tertium autẽ q̃ſitũ et p ei⁹ intelligẽtia eſt aduertẽdũ ꝙ gloria dei ẽ duplex B
ſiue dupliciter ſumiť. Vno mõ p illo ſũmo gaudio quod de⁹ ab ęterno habet de ſeipſo: inquantũ fruiť infinite ſeipſo infinite amato infinito et ſummo bono: i quo ſumme btificatur. Alio mõ ſumitur p honore latrię quam dant ipſi oẽs angeli et beati in cęlo: q̃ cõſiſtit in adoratiõe et cõtinuis laudibus: quia nõ ceſſant pcidẽtes in facies ſuas laudare et bñdicere & glorificare deũ & p bñficijs receptis gr̃as agere. Prima ergo gloria quã de⁹ habet de ſeipſo: nõ fuit augmentata p aduentũ Chriſti: cũ ſit idẽ qđ diuina eſſentia. quia hanc ſemp deus habuit ab ęterno: nec p tali gloria indiget bonis nr̃is. Itẽ qa de⁹ ab ęterno iam dilexit & pdeſtinauit ſuos ad ſuã gloriã: ideo tã ab ęterno gaudebat in ſe de nobis: vt inquit Aug. in ſermone de apoſtolis. & iõ illud gaudiũ nõ fuit etiã augmentatũ in deu p aduẽtuꝫ Chriſti: ſed fuit effectiue dilatatũ quo ad nos: inquãtũ ſuæ btitudinis & gaudij nos pticipes fecit. Sed ſumendo gloriam dei pro illa quam dant creaturæ, tũc gloria dei incepit ex tpe ab angelis in cęlo poſt cõfirmationẽ & cõuerſionẽ eorꝫ: qa ilico inceperũt cantare ſãctus, ſctũs, ſctũs &c. prout añ incarnationẽ vidit Eſaias: & prout dictum fuit in expoſitiõe cantici Aug. Sed iſta gloria dei fuit augmentata & nouiter dilatata vſq; ad hoies ſctõs p aduẽtũ Chriſti. & hoc vidit in ſpũ Ioã. Apo. iiij. Vbi dicit ꝙ vidit illa quatuor animalia q̃ non habebant requiem die ac nocte dicẽtia, ſctũs, ſctũs, ſctũs &c. Item infra cap. vij. dicit ꝙ poſt hęc vidit turbam magnam quam dinumerare nemo poterat: ex oibus gẽtibus tribubus & populis & linguis ſtantes añ thronũ: & clamabãt voce magna dicentes: ſalus deo noſtro, &c. Et oẽs angeli ſtabãt i circuitu throni & ſeniorum & quatuor aialiũ: & ceciderũt i cõſpectu throni in facies ſuas & adorabunt deum dicentes. Benedictio & claritas & ſapientia & gr̃arũ actio: honor virt⁹ & fortitudo deo nr̃o in ſęcula ſęculorꝫ. amẽ. ❡ Ex q̃bus patet ꝙ ſoli angeli dabãt iſtã gloriã deo añ aduẽtũ Chriſti. Sed poſt ei⁹ aduẽtum hoies ſimul cũ angelis dãt gloriã deu i cælo: & ſic nouiter fuit gloria dei augmẽtata & dilatata. Sed talis gloria deu exhibita dr̃ gloria exterior: & ſic nõ eſt icõueniẽs ipam augeri & augmentari ſucceſſiue ſcdm ꝙ creſcit nũerus electorꝫ i cælo & in terra. Sed gloria dei interior iã ppter hoc nõ augmentať: q̃a non indiget bonorꝫ noſtrorꝫ ad ſuã gloriã interiorẽ augendam: quã iã ab ęterno totã ſimul interminabiliter habuit & in ſua ęternitate. Et ſic iſta gloria quã deo exhibem⁹ nõ cedit i maius bonũ dei intrinſecũ: ſed in maius bonuꝫ nr̃m: quia vt ſic bonũ dei pcipiam⁹. Sed qa iſta gloria dei p myſteriũ incarnationis Chriſti fuit in angelis & hoĩb⁹ adaucta: eo mõ quo dictũ eſt: iõ dixerũt angeli in iſto cantico. Gloria in excelſis ſiue in altiſſimis deo. i. nunc per Chriſtum incarnatum & natũ dabiť maior gloria deo i altiſſimis ab angelis & beatis q̃ſi dicerẽt: ꝙ maior & amplior extẽſiue erit gloria deu i cęlis altiſſimis q̃ añ: qa iſta gloria & latria ſe extẽdet etiaꝫ ad homines: q̃ ſimul cũ angelis dabũt gloriã deo. Itẽ iſta gloria nõ ſolũ ſe extẽdet & amplıabiť exhibitiue ad hoies cũ angelis ſed etiã terminabiť ad deũ trinũ & vnũ. Sed & poſt incarnationem ſe extendit ad hũanitatẽ Chriſti aſſumptã: q̃ ſimul cũ verbo pſonaliter adorať: q̃a illa humanitas pſonaliter coexiſtit termino adoratiõis. Et p cõſeq̃ns de⁹ adoratur & glorificať in illa hũanitate per gr̃am vnionis pſonalis exaltata. Et ideo locutio angelorꝫ in hoc cantico poteſt etiam referri

ad humanitatē xp̄i:vt ſit ſenſus: Nunc erit gl̄ia dei: & dabiẗ
gloria deo:nō ſolū in ſeip̄o ęterno:ſed etiā i altiſſimis.i.hūa=
nitate aſſūpta altiſſima facta & eleuata ſupra totā facultatē
creaturæ per vnionē ad verbū.& ſic patet qualiter in aduētu
xp̄i fuit nouiter ampliata gl̄ia dei exterior ex parte nr̄i exhi
bitiue:& etiā ex parte altiſſimę hūanitatis xp̄i terminatiue:
q̄a ſimul cum verbo coadoraẗ & glorificaẗ abſq; nouo aug=
mento glorię dei eſſentialis & iterioris.Et iō dixerūt gloria
i altiſſimis deo.Et ꝑ hoc pt₃ rn̄ſio ad tertiū q̄ſitū &c.Per hoc
C idē pt₃.iiij.rō:q̄a ꝑ xp̄i aduentū.❡ Quantū aūt ad quartū q̄=
ſitū vbi q̄rebaẗ:q̄ fuit illa pax quā angeli annūciarunt i nati=
uitate xp̄i:eſt aduertendū ꝙ pax dr̄ de pāgo pangis pepigi
ſiue pegi pactū:q̄d idē eſt ſcd̄m vnā ſignificationē q̄d cōiun
gere ſiue pactū facere:q̄a in oi fœdere & pacto fit q̄dā cōiū=
ctio.Et ideo pax nil aliud eſt niſi quędā ordiata cōiūctio ali
quorū.Sed q̄a ex tali debita & ordinata cōiūctiōe reꝝ reſul
tat q̄es & tranq̄llitas:iō pax diffiniẗ ab Aug.xix.de ciuitate
dei.c.xiij.ꝙ eſt tranq̄llitas ordinis. Ordo aūt eſt pariū diſpa
riūq; rerū ſua cuiq; loco tribuens diſpoſitio.& ſic vna quęq;
res manet in pace & trāq̄llitate:qn̄ eſt diſpoſita & locata in
ſuo ordine naturali & cōuenięti & debito.Per oppoſitū aūt
qn̄ res eſt ſeiūcta extra ſuū locū & ordinē: nunq̄ pōt in pace
& trāq̄llitate quieſcere:ſicut videmus in ſeparatiōe aut delo
catiōe aut diuiſione mēbroꝝ corporis aialis q̄ non pōt fieri
maxio dolore:vſq;quo mēbrū vel pars redeat i locū & ordi=
nē ſuū:& tūc corpus & totus hō quieſcit i pace.& ſic rēs tunc
dicunẗ eſſe in pace & tranq̄llitate:cū ſunt in ſuo naturali lo=
co: ordie aut cōiūctę & cōpactę:ex qua debita cōiunctiōe &
ordinata cōpactiōe ſequiẗ quies & tranq̄llitas q̄ dr̄ vera pax
& ecōuerſo.Et iō tm̄ eſt bonū pacis:ꝙ ip̄a etiā eſt fides bel=
li.bella quippe geruntẗ:vt cuncta in pace quieſcāt: vt inquit
Aug.& Philoſophus.x.ethicorum.Et ſic oia appetunt pacē
tanq̄ bonū vltimatū.Et ideo ſcd̄m Aug.in loco ſupra mēo=
rato,poſſumus diſtiguere de ſeptēplici pace. Nā q̄dā dr̄ pax
corpis iter ſe:& iſta dr̄ ordinata tēperatura ptiū itet ſe. Alia
dr̄ pax corpis ad aiam:q̄ eſt ordinata vita & ſalus animātis:
q̄ reſultat ex tēperata cōplexiōe & cōuenitia humorū.Alia
eſt pax ſenſualitatis ad rōnē:q̄ eſt ordinata cognitiōis actio
niſq; conſenſio:q̄ propriæ cōſiſtit i cōformitate appetitꝰ ſen
ſitiui ad rōnē.Alia eſt pax hois ad deū:q̄ eſt ordinata in fide
ſub æterna lege obediētia.Alia eſt pax hois ad alios hoies:
q̄ eſt aioꝝ ſub aliqua lege ordiata cōcordia. Alia ē pax hois
ad alia aialia:q̄ eſt vtendi ordinata facultas. Vltima eſt pax
cęleſtis:q̄ eſt ordiatiſſima & cōcordiſſia ſocietas fruēdi deo:
& inuicē videndi deū.Oēs ꝓfecto has.vij.paces hēbat Adā
añ lapſū & in ſtatu inocētię:& ſemꝑ habuiſſet ſi ſtetiſſet.Nā
prio habebat pacē cū deo:tm̄ quantū fuit cōformis diuie vo=
luntati & legi:quia manebat in ſuo ordinato pricipio.Scd̄o
hēbat pacē cū angelis:eo ꝙ cū eis ſimul erat cōſors & cōfor
mis diuinæ voluntati.Et iō fruebaẗ collogo angelorū q ſibi
reuelabāt diuinā voluntatē. Tertio habebat pacē corpis q̄a
nullū patiebaẗ dolorē in mēbris. Quarto hēbat pacē corpis
ad aiam inq̄tū nunq̄ ꝑ mortē fuiſſet ſepata. Quito hēbat pa
cē ſenſualitatis ad rōnē:q̄a ſicut ip̄e erat deo cōformis & o=
bediēs diuinę voluntati:ita ſenſualitas erat & ſp fuiſſet cōfor
mis & obediēs rōni.Sexto habuiſſet pacē cū hoibꝰ:quia nul
la fuiſſet cū txę poſtq̄ oēs fuiſſent cōformes diuię legi & vo=
luntati.Septio habuiſſet pacē cū oibꝰ aialibꝰ:q̄a oia ad nutū
ſibi obediſſent:ſicut fuerat a deo ip̄i datū dñium ſuꝑ oia aia
lia &c.Vltio aūt habuiſſet pacē celeſtē in ſocietate angeloꝝ
ſibi ꝓmiſſam ſi ſtetiſſet:q̄a poſt lōgā & felicē vitā fuiſſet trāſ
latꝰ i vitā meliorē & ęternā in cęlū. ❡ Sed iſtas paces ꝑdidit
Adā ꝑdēdo pacē dei i peccādo.Nā ſicut ip̄e fuit diſformis &
inobediēs diuinę volūtati:ita oia receſſerūt ab eo: & ꝑdidit
pacē cū angelis & cęteris oibus:quia fuit ꝓiectꝰ de paradiſo
a facie dei:& etiā a colloquio & pace āgelorū hic & i futuro.
& inuaſerūt eū oēs ifirmitates & dolores & mors &c.ſicut di
ctū eſt frequēter i expoſitiōe pſal. Et ſic patet qualiter Adā
ꝑdēdo pacē dei: ꝑdidit pacē cū oibꝰ aliis.Ad hāc ergo pacē
reddendā & recuperādā toti gn̄i hūano venit xp̄s i carnē.ſ.
ad recōciliandū & pacificandū hoies cū deo:& ꝑ conſequēs
cū angelis.Nā ꝑ ſuā mortē & paſſionē nos deo recōciliauit,
& ꝑ eccliaſtica ſacr̄a:& exiñ ꝑ ſuā reſurrectionem recupauit
nobis pacē corpis & aię & imortalitatē & ipaſſibilitatē: & ꝑ
ſuā aſcenſionē recupauit nobis futurā gloriā & paces & vitā
ęternā.Et ſic in pn̄ti nos deo recōciliauit ꝑ gr̄am & in futuro
per gloriā.Et iō tota cā aduētus xp̄i fuit vt hoies deo pr̄i re=
cōciliaret & pacificaret:& pacē ꝑditā hoibus redderet. Et iō
añ paſſionē ſuā dixit apl̄is.Pacē meā do vobis,pacē meā re
linquo vobis.Et nō ſicut mundꝰ dat ego do vobis: ſed ſicut
dedit mihi pater:ita do vobis. Hanc aūt pacē et recōciliatio
nē gn̄is hūani cū deo magis explicat ſaluator. Ioan.xvij.cū
ait:Pater clarifica filiū tuū:vt filius clarificet te:ſicut dediſti
ei poteſtatē ois carnis:vt oē q̄d dediſti ei det eis vitā ęternā.
Hęc ē vita æterna: vt cognoſcāt te verū deū:& quē miſiſti Ie
ſum xp̄m.Ita infra. Non ꝓ eis rogo tm̄:ſed etiā ꝓ eis q cre=
dituri ſunt per verbū eorū i me:vt oēs vnū ſint,ſicut tu pater
i me & ego in te:vt & ipſi in nobis vnū ſint: vt credat mūdꝰ:
quia tu me miſiſti.Et ego claritatē quā dediſti mihi dedi eis
vt ſint vnū:ſicut nos vnū ſumꝰ:& ego i eis: & tu in me: vt ſint
cōſummati in vnū:vt cognoſcat mundus ꝙ tu miſiſti:& dile
xiſti eos:ſicut me dilexiſti. ❡ Ex quibꝰ oibꝰ patet ꝙ tota cā
& rō quare venit Chriſtꝰ in carnē,fuit: vt qui eramꝰ a deo ſe
pati ꝑ pct̄m nos deo reconciliaret & pacificaret i hoc ſcl̄o ꝑ
gr̄am & i futuro ꝑ gl̄iam:ſicut de facto fecit ꝑ ſuā paſſionē &
reſurrectionē & aſcenſionē.Et ſic recupauit pacē dei & āge=
loꝝ & corpis & aię,quā ꝑdidimꝰ in Adā ꝑ pct̄m. Et hāc pa
cē attulit nobis i ſua incarnatiōe & natiuitate: & acq̄ſiuit no
bis in hac peregrinatiōe vſq; ad ſuā aſcēſionē. Hęc eſt ergo
illa pax quā angeli annunciāt & annūciauerūt paſtoribus in
hoc cātico in natiuitate xp̄i:dicētes:Gl̄ia i altiſſimis deo. Et
in terra pax hoibꝰ &c.Quaſi diceret. Gr̄as agamꝰ deo i nati
uitate huiꝰ pueri:q̄a ꝑ ip̄m dabiẗ gl̄ia deo in cęlo:& redd̄ẗ
pax hoibꝰ i terra:quā Adā perdidit ꝑ pct̄m. ❡ Sed adhuc re
ſtat difficultas.Nā nos videmꝰ ꝙ poſt aduētū xp̄i adhuc re=
ſtant bella & litigia iter hoies:& adhuc reſtāt ifirmitates &
mors i corpe:& pugna inter carnē & aiam. Ad hoc rn̄deẗ:ꝙ
pricipaliter pax q̄ eſt inter hoies & deū & āgelos iā reddita
& recupata eſt nobis.Nā hic recōciliati ſumꝰ deo ꝑ gr̄am &
eccleſiaſtica ſacr̄a: & poſt hāc vitā recōciliamur ꝑ gloriā i cę
lo.Et etiā recupauit nobis pacē corpis & aię: & imortalitatē
& ipaſſibilitatē.Sed non vult ꝙ iſtā pacē poſſideamꝰ nūc ꝓ
pter maius bonū noſtrū vſq; ad gn̄alē reſurrectionē: ſed ma
nent nobis iſtę paſſiones ad exercitiū virtutū et inſtrumentū
merendi:prout dictū fuit pſal.cij.Quia ſi nulla māſiſſet i no
bis pugna,nulla fuiſſet victoria nec corona martyꝝ & con=
feſſorum & cōtinentiū & virginū:et ꝑ cōſequēs nō poſſet re
pari ruina āgeloꝝ.Itē ſi ilico ꝑ baptiſmū tollerenẗ iſtę paſ=
ſiones:tollereẗ oē meritū:q̄a oēs currerent ad baptiſmū non
ꝓpter vitā ęternā futurā:ſed ad euitandū mala pn̄tia:vt inq̄t
Aug.xiij.de ci.dei.ca.iiij.Itē ꝑmittit deꝰ tyrannos et malos
vt exerceāt bonos. Et ꝑmittit bella et p̄lia:vt boni cū malis
flagellenẗ:q ne eis eſſent moleſti:eos corrigere cōtēpſerunt:
vt inq̄t idē Aug.prio de ciui.ca.ix. Sed pacē oim iſtorū poſſi
debimꝰ poſt futurā reſurrectionē. quā quidē pacem et imor
talitatē:licet nondū poſſideamꝰ i facto: tm̄ iā poſſidemus in
merito ꝑ baptiſmū:vt inq̄t Ambro.in ſermone martyꝝ: cū iā
xp̄s reſeruat nobis pro nouiſſimo die.Et ſic patet ꝙ ꝑ xp̄m
ois pax fuit recupata:ſed nūc iā poſſidemus pacē aię cū cor=
pore:q̄a tūc abſtergeret deꝰ oēm lachrymā ab oculis iuſtoꝝ
et iā non erit vltra luctus neq; clamor neq; dolor neq; vllus
æſtus.Apoca.xxj. Ergo bene merito āgeli annūciarūt pacē
hoibꝰ redditā i xp̄i natiuitate. ❡ Quantū aūt ad quitū q̄ſitū
vbi q̄rebaẗ q ſunt hoies bonę volūtatis,ꝓ qbꝰ pax xp̄i ānun= D
ciaẗ:et in qbꝰ cōſiſtit bonitas volūtatis hoīs.Pro hm̄oi rn̄ſio
ne eſt aduertendū ꝙ bonū diciẗ de beo beas beaui.q̄d idem

ē qd cōtētare & ſatiare & qetare. Et iō bonū eſt illđ qđ beat & ſatiat & qetat appetitū & voluntatē. Et qa oē tale ē appetibile & optabile iō vnū & idē inq̄tū beat & cōtentat volūtatem dr̄ bonū: ſed inq̄tū appetit̄ & optat̄ dr̄ optimū. Et ſic qa bonū beat & cōtētat voluntatē ſiue appetitū: iō in diffinitiōe btitudinis & felicitatis ponit̄ bonū. Vñ dr̄. j. Ethicoꝝ: ꝙ btitudo ſiue felicitas eſt bonū p ſe ſufficiēs delectans habentē. Itē Boe. dicit ꝙ btitudo ē ſtat⁹ omniū bonoꝝ aggregatiōe pfect⁹ quo adepto nihil ē qđ ampli⁹ dſiderari q̄at. Et Aug. xiij. de trini. dt ꝙ btūs ē q hȝ qcquid vult & nihil mali vult. Ex quib⁹ patet ꝙ bonū ſpponit̄ in diffinitione beatitudis: eo ꝙ eſt illud qđ beat & beatificat & cōtentat hn̄tem. Et qa oē tale appetit̄ & optat̄ ab oib⁹: iō oēs diffinitioēs bonū dicūt bonū eſſe illud qđ oia appetūt. j. Ethicoꝝ. Et iō cū deus ſit ſūme bon⁹, & ip̄a bonitas p eſſentiā: vnicuiqȝ naturę ſpecificę dedit in ſua creatione aliquā naturalē pfectionē cōſequentē formā & naturā illius: vt appareat bonitas artificis ī artificiato. p quā pfectionē creatura nō dr̄ eſſentialr̄: ſed naturaliter bona p participationē: inq̄tum p illā pfectionē pticipat diuinā bonitatē: & p illam pfectionē oīs res eſt appetēda & diligēda ſuo mō. Et iſto mō dr̄. vj. meta. ꝙ ſicut verū & falſum ſunt in intellectu: ita bonū & malū ſunt in reb⁹. Et ideo appetitus nr̄ mouet̄ ad rē conſequendā ad extra ꝓpter illđ bonū qđ eſt in ea. Sed qa volūtas hois pōt ordinate aut inordinate diligere & appetere illā rē bonā: iō pp talē amorē & appetitū ordinatū vel inordinatū volūtas hois dr̄ bona vel mala: eo ꝙ mod⁹ & ordo diligēdi & appetēdi debet ſeq modū & ordinē reꝝ eſſendi in bonitate. Et iō qa ſol⁹ de⁹ eſt bon⁹ p eſſentiā: & p cōſequēs eſt p ſe & ꝓpter ſe bon⁹ & nō referibilis ad aliud bonū: & eſt cā oim aliorū in bonitate: a quo & p quē oia alia bona ſunt bona: & ad quē ſunt referibilia: iō de⁹ eſt p ſe & ſup oia & pp ſe diligend⁹ & appetēd⁹ tā q̄ finis vltimat⁹ in quo debet ſiſtere appetit⁹ & volūtas nr̄a. Et oia alia debem⁹ diligere & appetere in deo & pp deum amatū: & prio deſideratū. Mod⁹ ergo & ordo diligēdi deuȝ eſt: vt eū diligam⁹ ſup oia & p ſe & ꝓpter ſe: & mod⁹ diligēdi ꝓximū eſt: vt ip̄m diligam⁹ in deo & ꝓpter deū: eo ꝙ eſt imago dei: & pticipat dei bonitatē ſup oēs alias iferiores creaturas. Et tūc voluntas ſic diligēs deū ſup oia: & ꝓximū i deo cui⁹ eſt imago: ſeruat modū. Et diligēdo deū ꝓpter ſe & ꝓximū ꝓpter deū: ſeruat ordinē: qa de⁹ creauit hoieȝ: vt deū cognoſceret & amaret: & amādo frueret̄ & eius btitudinē pticiparet ergo ſcđm eundē ordinē tenemur deū & ꝓximū diligere. Et iſte talis ordo & mod⁹ diligēdi deū & ꝓximū facit voluntatē hoīs bonā: & tunc voluntas hois dr̄ bona: qn̄ ſeruat modū & ordinē in dilectiōe dei & ꝓximi: & in hoc conſiſtit tota bōitas ei⁹. Et deuiādo ab iſto mō & ordine diligēdi dr̄ mala & pueſa. vñ ſtat ꝙ volūtas q̄ eſt naturalr̄ bona inq̄tuȝ ē ps imaginis dei, diligēdo aliqđ bonū naturale, illa efficiat̄ mala moralr̄: & theologice, non ſeruādo modum & ordinē in diligēdo & appetēdo. Nā qn̄qȝ auar⁹ diligit deum nō ſup oia: qa magis diligit pecunias: nec diligit deuȝ ꝓpter ſe: nec vt det ſibi vitā æternā: ſed pecunias vt det ſibi abundātiā in ſclo. Et hoc videm⁹ manifeſte de multis: q orāt deū vt cōſeruet filium in ſanitate & liberet ip̄m ab ęgritudine: tn̄ ſi ille fili⁹ morit̄: nō ampl⁹ curāt de deo. ſignū eſt ergo ꝙ ille nō diligebat deū ſup oia, nec ꝓpter ſe: ſed magis diligebat filiū q̄ deū: & nō diligebat deū ꝓpter ſe: ſed vt liberaret filiū ſuū: aut daret ipi copiā bonoꝝ tpalium. Et ſic ēt ille non diligebat filiū in deo: nec ꝓpter deum: ad futurā beatitudinē: ſed ꝓpter gaudiū hui⁹ mundi. Et iō talis volūtas dr̄ mala & peruerſa: qa puertit modū & ordinē i diligēdo deum & ꝓximū & bona tpalia. Et iō dicit Aug. cōtra Fauſtū: ꝙ pc̄m & culpa nihil aliud eſt niſi priuatio modi & ordis circa bonū diligēdū: qn̄ illđ qđ moderate & ordinate debet diligi & appeti diligit̄ & appetit̄ imoderate & inordinate cōtra ſuuȝ debituȝ modū & ordinē. Et ſic talis voluntas dr̄ mala. ¶ Ex qb⁹ oib⁹ ptȝ ꝙ debit⁹ mod⁹ & ordo diligēdi deū & ꝓximū faciunt bonā voluntatē. ¶ Iteꝝ autē eſt aduertēdū ꝙ triplex eſt officiū bonę voluntatis hois in hac pegrinatiōe. Prio ꝙ ſeruet modum & ordinē in diligēdo deum & ꝓximū. ſ. deū ſup oia & p ſe & ꝓpter ſe: & ꝓximū in deo et ꝓpter deū. & iſto mō dr̄ voluntas bona. Scđo vt ip̄a voluntas in oibus conformet̄ & obediat diuinę voluntati & legi diuinæ: in qua lucet diuina voluntas. Et ſic dr̄ iuſta: eo ꝙ agit iuxta diuinā voluntatē & legē: et nō deuiat ab ea. Tertiū officiū bonę voluntatis ē: vt oēs ſuas opationes dirigat et referat et ordinet i deū et ad cōſequendā felicitatē æternā in xp̄o nobis ꝓmiſſā: tāq̄ finē vltimatū: et ſic talis voluntas dr̄ ſctā et bn̄ ordinata. Nā ſcēm dr̄ a ſanciēdo: qđ eſt bn̄ res i ſuū bonum finē vltimatū ordinare. Et ſic patet quō voluntas hois in hac vita dr̄ bona et iuſta et ſctā et bn̄ in omnibus modificata et ordinata. Sed qa iſta tria officia nō pōt exercere voluntas nr̄a i hac via niſi p fidē et charitatē et ſpē: iō ſolę iſtę tres virtutes theologales faciunt voluntatē bonā theologice et meritorie. Qđ probat̄. nā cum nil ſit volitū niſi cognitū: ergo oportet vt intellectus eleuet̄ per fidē ad inhęrēdum articulis fidei: et ad affirmādum ea q̄ ſunt ſupra ſuā naturalē capacitatē de myſterio incarnatiōis et nr̄ę redēptionis et futurę gl̄ificationis: qđ nō pōt fieri ſine conſenſu voluntatis: p̄cipiēdo intellectui vt hęreat his q̄ cape nō pōt. Scđo ē neceſſaria charitas in voluntate: vt diligat deū ſup oia et ꝓximū ſicut ſeip̄m. q̄ quidē charitas eleuat voluntatē hois vt magis diligat xp̄m q̄ patrem et matrē et filios et vxorē et oia bona tpalia: et diligat proximum ſicut ſeip̄m. p quā charitatē volūtas cōformet ſeipſam totalr̄ diuinę voluntati et p̄ceptis euangelicis: et omnia contēnat ꝓpter deū. Tertio eſt neceſſaria ſpes: vt cōtēptis oibus reb⁹ terrenis voluntas cōſtituat ſuā ſpē et finē in bonis cęleſtib⁹ et oia ordinet et dirigat in illū finē pp quē pferat oēs pſecutiōes hui⁹ mūdi vſqȝ ad mortē incluſiue: ſicut fecerūt ap̄li et martyres et oēs ſcti et iuſti. ¶ Ex qb⁹ oib⁹ patet: q̄liter ſola fides et charitas et ſpes faciūt voluntatē hois bonā in hac vita, et meritoriā pacis æternę p xp̄m cōferendę poſt hāc vitā. Nā fides oñdit qđ bonū eſt diligēdū: charitas ordinat voluntatē ad diligendū: et ſic eſt forma fidei qa bonū qđ credimus ordinate amamus: ſpes aūt eſt forma vtriuſqȝ: qa bonū qđ credim⁹ et amam⁹ illud cōtēptis oib⁹ terrenis ſperamus: et in ip̄m oēs opationes nr̄as dirigim⁹. ¶ Ex quib⁹ patet ꝙ ſoli fideles veri et iuſti ſunt homines bonę voluntatis meritorię vitę ęternę: quā nobis xp̄s ꝓmiſit. Et ideo ſolis hoibus bonę voluntatis: q ſunt veri fideles et iuſti p fidē xp̄i: et ſpeȝ et charitatē: ānunciarūt angeli pacē i hoc ſclo p grām et i futuro p gloriā: qn̄ dixerūt in hoc cantico. Gloria in altiſſimis deo. Et in terra pax hoib⁹ bonę voluntatis. q̄ſi dicerent gaudeam⁹ oēs tā angeli q̄ hoīes: qa natus eſt hodie ſaluator. Nā p ei⁹ aduentū erit deo gloria in altiſſimis: qa augebit̄ nūer⁹ laudātium deū in gloria cęleſti. Et in terra erit pax et reconciliatio hoib⁹ bonę voluntatis cū deo et angelis ei⁹ i pn̄ti p grām et in futuro p gloriā. q̄ſi dicant: et per oppoſitū: ꝙ iſta pax quā xp̄s attulit hoib⁹ bonę voluntatis nō erit cū infidelibus et iniuſtis et pctōrib⁹ obſtinatis: qa talis pax cōſiſtit in cōiūctione et vnione hois ad deū p grām et fidē et ſpem et charitatē i pn̄ti: et gloriā in futuro: et p charitatē ad ꝓximū: qđ nullus infidelis et iniuſtus et pctōr obſtinatus pōt hr̄e, cū hēat carentiā et priuationē iſtoꝝ. ergo l eis nulla poterit eē pax quā xp̄s ꝓmiſit hoibus bonę voluntatis: qa non eſt pax impijs. Eſaię xxviij. cum ſint a deo ſepati. Et hoc de prima pte hui⁹ cātici. ¶ Scđam autē partē huius cātici addidit eccleſia: q̄ eſt declaratiua et executiua primę ptis. Quā Teleſphorus papa addidit cātandam in eccleſia. Eſt veꝝ ꝙ quidā autumāt ꝙ Teleſphor⁹ fuit primus q fecit cantari cāticum angeloꝝ in miſſa ſ. Gl̄ia in excelſis deo. Et i terra pax hoib⁹. ſicut ante ip̄m Sixtus fecerat cātari Sctūs ſctūs &c. Sed poſt ea venit Gelaſi⁹ papa q cōfecit p̄fationē ante ly ſctūs ſctūs. Et ita pariter fecit additionē q̄ ſequit̄ poſt cāticū angeloꝝ. ſ. Laudamus te. Bn̄dicimus te &c. Quę quidem additio tanq̄

declaratiua & executiua ſupradicti cantici angelo℞ habet
duas ptes. Quarū prima correſpōdet prię parti cātici ſupra-
dicti.i.Gloria i alti.deo Scđa vero q̄ incipit.Dn̄e fili vnige-
nite.correſpōdet ſcđę pti.ſ.ly.Et in terra pax hoib⁹.Et iō q̄-
tū ad itellectū prię ptis hui⁹ additiōis, eſt aduertendū:q̄ qa
āgeli dixerit in prima pte. Gloria in excelſis deo. iō rn̄dens
dicit eccleſia in prima pte huius additiōis. O dn̄e deus pr̄ oi
potēs:qa angeli dixerit i natiuitate filij tui, Gloria i excelſis
deo:iō nos tanq̄ ciues ſctō℞:& domeſtici dei & ſocij angelo
rū,iā i hac eccleſia laudam⁹ te:ſicut āgeli in cęlo: & iā bn̄di-
cim⁹ te & adoram⁹ te.Et iā agim⁹ tibi gr̄as ,ppter magnam
gloriā tuā,quā nos p filiū tuū pticipare feciſti.❡Ad cui⁹ ma
iorē euidentiā eſt notandū:q̄ duplex eſt officiū hui⁹ eccl̄ię
dū pegrinat̄ in hac via.quo℞ vnū ē deo latrię cultū exhibe-
re:& in hoc cōuenit cū eccleſia triūphāti btō℞.Scđm officiū
eſt ,p neceſſitatib⁹ exorare ſiue neceſſaria petere.& hoc facit
eccl̄ia i additōe hui⁹ cātici. Nā prio exhibet deo verā latriā
Secundo petit neceſſaria ſpūalia.ibi.Domine fili vnigenite
E ❡Quantū aūt primum eſt aduertēdū q̄ latrię cultus cōſiſtit
i laude & bn̄dictiōe & adoratiōe & grā℞ actiōe ,p bn̄ficijs
receptis.Et hoc facit eccleſia in hac pria pte hui⁹ additionis.
Vn̄ laudare deū idē eſt qđ eius pfectiōes cōmēdare.Et bn̄di
cere idē ē q̄ bn̄ficia nobis exhibita mēorare. Adorare autē
idē eſt qđ cum ,pſtratiōe nos deo in ſignū ſummi dn̄ij ſubie
ctos cōfiteri.Glorificare aūt idē eſt qđ ei⁹ gloriā lōge lateq̄
p̄conizare.Hāc ergo latriā exhibet deo eccleſia i hac pte:cū
incipiēdo cōſtructionē & ſententiā in ly.Dn̄e de⁹ rex cęleſtis,
ait:O dn̄e deus rex cęleſtis:qa p xp̄m maieſtatē tuā laudant
angeli:& ab oib⁹ beatis dat̄ tibi gloria in cęlo:iō nos in hac
pegrinatiōe tanq̄ ſocij angelo℞ verā latriā exhibētes iā lau
dam⁹ te:tuā oipotentiā & ſapiētiā & iuſtitiā & miam cōmē-
dantes:& bn̄dicim⁹ te:tua bn̄ficia mēorātes: & adoram⁹ te
cū ,pſtratiōe & ,pcidētia nos tuę maieſtati tāq̄ creatori & gu
bernatori & vl'i dn̄o eſſe ſubiectos cōfitētes. Et glorificam⁹
te:tuā æternā gloriā & btitudinē p̄conizantes. Et agim⁹ tibi
gr̄as ,ppter magnā gloriā & btitudinē tuā: quā nobis cōica-
ſti,& ei⁹ nos fieri participes voluiſti.Sed qa eccleſia dum pe
grinat̄ in hac via ſp eſt in cōtinua pugna contra diabolū &
mundū & carnē:& cōtinue fluctuat inter mundanas varieta
tes q̄ ſemp ipediūt iter nr̄m:ne pueniam⁹ ad terminū & pa-
triā & ſocietatē btō℞:iō i hac ſcđa & vltima pte petit hmōi i
pedimentū remoueri:& cōtra diabolū & carnē & mundū ro
borari.Sȝ qa hoc nō poſſum⁹ obtinere niſi p xp̄m mediato
rē dei & hoim:iō eccleſia in hmōi petitiōe inuocat xp̄m iter
ponēdo ſp̄m interceſſorē.Sed qa tria ſunt q̄ impediunt nr̄m
iter ad vitā æternā in hac pegrinatiōe.Quo℞ primū eſt cul-
pa quā cōmiſim⁹.Scđm fragilitas carnis & corruptio ſenſua
litatis p quā pctā futura ſine grā vitare nō poſſum⁹.Tertium
eſt pœna ,p culpis cōmiſſis debita p quā in purgatorio deti-
nemur:ideo eccleſia ad iſta remouēda inuocat xp̄m media
torē,ſine cui⁹ meritis & grā iſta remoueri nō valent.Ideo ait
O dn̄e fili dei vnigenite Ieſu xp̄e, & dn̄e deus agnus q eſt fi
lius pr̄is q ſolus tollis pctā mundi miſerere nobis culpas &
pctā cōmiſſa dimittēdo.q̄ſi di.tu puer xp̄e & agn⁹ dei pi⁹ &
miſericors,q ,p pctis nr̄is in cruce occiſus & imolat⁹ es:iō ad
te ptinet tollere pctā mundi & ſoluere & ſatiſfacere ,p pctis
oiȝ nr̄m.ergo applica merita tuę paſſiōis, & dele & laua cul
pas nr̄as ſanguine tuo.Itē tu q tollis pctā mūdi.i.ad quē ptī-
net tollere & relaxare pctā non ſolū ſubueniēdo:ſed & p̄ſer
uando & pueniēdo:iō ſuſcipe deprecationē nr̄am ne iter℞ l
alia pctā icidam⁹:p grām p̄ueniēdo. Itē tu q ſedes ad dexte
rā pr̄is tanq̄ iudex & tributor & diſpēſator premio℞,miſere
re nobis pœnas in purgatorio plenarie remittēdo: & nobis
tuā gloriā largiēdo.Vn̄:o dn̄e Ieſu xp̄e:iō iuoco te tanq̄ me
diatorē & interceſſorē petendo ſupradicta: eo qa tu ſolus ſu
pradicta potes facere:qm̄ tu ſolus es ſctūs p eſſentiā:inq̄tum
deus & per naturam inq̄tum homo aſſumptus: & ideo tu ſo-
lus nos potes ſanctificare p gratiam & a pctō liberare.Et tu
ſol⁹ es dn̄s vniuerſalis & hęres patris.Ideo potes noſtras de-
precatiōes exaudire:& per cōſequēs de malis futuris contra
diabolum & cōtra carnē & mundū liberare.Itē tu es ſolus al
tiſſimus ſedēdo a dextris.i.in potioribus bonis pr̄is tanq̄ di-
ſpēſator. ergo remittendo oēm pœnā debitā in purgatorio
potes nobis dare gloriā in cęlo.Sed quia dictio excluſiua ad
dita vni pſonę nō excludit aliā in actionibus eſſentialib⁹:iō
ſubdit:Cū ſctō ſpiritu in gloria dei pr̄is.q̄ſi di. Quia tu xp̄e
es ſol⁹ ſctūs & dn̄s & altiſſimus ſimul cū ſctō ſpiritu in gloria
pr̄is:ideo potes oia ſupradicta quę petimus nobis exhibere.
Et ſic patet ſuperficialis intelligētia huius cantici angelorū
cum ſua additione.Et patet etiā intelligētia aliorū triū can-
tico℞ euangelico℞.ſ.cantici virginis Marię,& Zacharię,&
iuſti Simeonis.❡Hęc autē oia quatuor cātica euangelica ſu
pra expoſita conueniunt in hoc: qa vnūqdq̄ eo℞ agit gr̄as
de natiuitate & aduentu ſaluatoris:per quē oia ,pmiſſa & va
ticinia & deſideria pr̄iarcha℞ & ,pphета℞ fuerunt cōpleta.
Et ideo eccleſia quotidie frequētat iſta quatuor cātica,& di
ſtribuit ea cātando in quotidiano officio eccleſiaſtico in di-
uerſis horis iuxta ,pprietatē vniuſcuiuſq̄ cātici. Vn̄ eccleſia
cantat tria cātica ſp in fine triū horarū.ſ.in fine veſpo℞ & cō
pletorij et laudū matutinaliū poſt pſalmos Dauid:ad deno
tandum q̄ iſta cantica ſunt euangelica: & ſunt finis & termi
nus & cōplemētū legis & ,pphеta℞:qa lex p Moyſen data ē
ſed grā & veritas p xp̄m facta ē. Et iō eccleſia grās agēdo cā
tat iſta cantica poſt pſal.Dauid. Sed cantat ſpecialiter canti
cum virginis i officio veſpo℞.Primo rōne dignitatis pſonę
q̄ condidit ip̄m.Scđo quia fuit primū non ſolū in dignitate
rōne perſonę:ſed etiā in tpe:qa fuit primo conditū. Et iō cā
tat̄ in veſperis,a q̄bus incipit officium cuiuſcunq̄ feſtiuitatis
Quia oē officiū a veſperis primis incipit,& in ſecundis defi-
nit.Cāticū aut Zachariæ.ſ. Bn̄dict⁹ dn̄s de⁹ Iſrael. cātat̄ in
fine laudū matutinaliū: quaſi in crepuſculo diei:& hoc iuxta
,pprietatē cantici:eo q̄ ſicut in crepuſculo aurorę iā lucifer ē
ortus,q̄ eſt ſtella veneris annuncians ſolē depropinquo ven
turū ſup terrā: ita piter qn̄ Zacharias fecit illđ canticuȝ:xps
adhuc erat in vtero aurorę.ſ.virginis Marię:ſed Ioan.bapti
ſta ei⁹ nuncius & p̄curſor,iā tunc erat ortus & natus tanq̄ an
nunciator ſolis iuſtitię depropinquo ex vtero virginis naſci
turi & orituri.iō dixit Zacharias de Ioan.baptiſta. Tu puer
,ppheta altiſſimi vocaberis.p̄ibis eīn ante dn̄m. Et infra: Il-
luminare his q̄ in tenebris & vmbra mortis ſedēt ad dirigē-
dos pedes nr̄os i viā pacis.Bn̄ ergo & merito eccleſia cantat
canticū Zacharię in aurora.Canticū vero Simeōis cātat ec-
cleſia in fine diei iuxta crepuſculū noctis.& hoc iuxta ,pprie
tatē Simeonis cōditoris illius cātici. Nā poſtq̄ oculi ei⁹ vide
runt ſaluatorē mundi:diu patriarchis & ,pphetis & toti mū-
do deſideratū:tunc in fine vitæ ſuæ poſitus & iuxta noctem
mortis deſiderauit mori poſtq̄ in breui ſperabat de limbo p
xp̄m educi:& in regnū cælo℞ intromitti.Et iō dixit. Nūc di
mittis ſeruū tuū dn̄e ſcđm verbū tuum in pace &c. Et iō pari
mō eccleſia q̄ iā xp̄m recepit:& videt quotidie per fidē,in p
ſona filio℞ pfecto℞,q iā bonū certamen certarunt & fideȝ
cōſummarunt,cupit diſſolui a vinculis corporis huius & eſſe
in patria cū xp̄o.& iō in hmōi ſignū & mēoriā cantat eccle-
ſia canticum Simeōis in fine diei in officio cōpletorij:tanq̄
in cōplemento nr̄i curſus & vitę deſiderando requiē & vitaȝ
futuram.❡Canticū autē angelo℞ cantat in principio miſſę
poſt introitū & Kyrie:in dieb⁹ feſtiuis:eo q̄ miſſa repn̄tatur
myſteriū incarnatiōis & natiuitatis & paſſiōis & reſurrectio
nis & aſcenſionis.Et xp̄s in miſſa nō aufert̄ mortalis: ſed iā
imortalis & glorioſus.Et i miſſa iſta eccleſia cōicat cū trium
phanti:quia eodē pane angelo℞ reficit̄ iſta & illa. Nam eo
dē pane quo illa fruit̄ facialiter p claram viſionē & appħen
ſionē,reficit̄ & fruit̄ iſta ſacr̄aliter p fidē & charitatē in ſacro
altaris:& iō eccleſia tanq̄ angelo℞ ſocia cantat in miſſa can
ticū eo℞,dicēs. Gloria i excelſis deo &c. Ad quā gloriā nos
pducat Chriſtus:qui viuit & regnat cum patre & ſpiritu ſan-

cto per ſęcula ſęculorum. Amen.

## Expoſitio Cantici Ambroſii & Auguſtini.

TE deū laudam⁹ &c. Iſtud cāticū cātat eccleſia Ro
ma. & latina in oib⁹ feſtiuitatib⁹ dñi nr̄i Ieſu xp̄i
& btē virgis Marię & oim ſctōꝝ angeloꝝ, apl'oꝝ,
rū, martyꝝ, cōfeſſoꝝ atq; virginū in officio matu
tinali finita. ſ. vigilia, ſiue noctueno. Et ītitulaſ cāticū Am
bro. & Aug. eo qa Aug. & Ambro confecerūt ipm: vt pate
bit. ſuper quo quidē cantico fui rogatus a quodā reuerēdo ſa
crę theologiæ magr̄o mihi dilectiſſimo: vt poſt expoſitionē
ſeptē cāticoꝝ ferialiū ipm exponerē: & iuxta ſanā & familia
rē intelligentiā ad cōſolationē oim ſacerdotū & religioſoꝝ
declaratū redderē. Et ideo ad honorē dei & vtilitatē nr̄ę ſa
crę reipublicę: & vt tanti viri petitioni & deuotioni ſatiſface
rē: diuino cōfiſus auxilio: hoc canticum, in quo fides totius
xp̄ianę religiōis cōtineſ, ſuperficialiter exponendū ſuſcepi.
¶ In cui⁹ qdē expoſitiōe ſic ꝓcedeſ. Nā primo eſt videndū
qua de cā & quo ſpū btī̄ Aug. & Amb. moti fuerūt ad facē
dū & cantandū hoc canticū: cum in vtroq; teſtamēto nō fuit
cōſuetū fieri & cātari nouū canticū niſi ꝓ aliquo magno my
ſterio vtili toti pp'lo & eccleſię. Scd̄o aūt exponeſ lr̄a hui⁹ cā
tici. Tertio tandē poſt expoſitionē videbiſ q̄re tota eccleſia
cū tāta veneratiōe & celebritate ſuſcepit iſtud canticū: & pu
blice p̄cepit ipm cantari in vniuerſali eccl'ia: cū nō cōtineaſ
in nouo nec i vet. teſ. ſicut cętera cantica quæ cātat eccleſia.

F ¶ Quantū ergo ad primū eſt dicēdū & notādū ſcd̄m Augu.
i libello de verbis dñi, & lib. cōtra Fauſtū ꝙ lȝ xp̄s a princi
pio & ſucceſſiue pmiſerit ad tp̄s & ſcd̄m diuerſa tpa eccl'iam
affligi p malos & infideles: & hoc in vtroq; teſtō. tn̄ non p
miſit ipaȝ totaliter extigui: ſed ſp ſuſcitauit aliquē ſaluatorē
& defenſorē q eā liberaret & hoc i vtroq; teſtō. Nā dū affli
gereſ in ęgypto: ſuſcitauit Moyſen: q illū pp'lm de illa capti
uitate liberauit. Et dū affligereſ in terra ꝓmiſſiōis: ſuſcitauit
Othoniel: & Iepte: & Gedeō: & Sāſon: & cęteros: q illū po
pulū liberaſt de manu ifideliū &c. ¶ Sȝ multo āpli⁹ mirabi
li⁹ hoc fecit Chriſtus in no. te. Nā nō ſolū ſuſcitauit defenſo
res ad defendendā eccl'iam ſuā: ſȝ ēt voluit vt illi q aū fuerāt
atroces pſequutores, poſtea eſſent fideliores & ardentiores
eccl'ię defenſores & ꝓ eccleſia pugnatores. & hoc p ſucceſſio
nē tpis ſcd̄m qd̄ habuit diuerſos pſequutores. Vn̄ eccl'ia tres
habuit pſequutiōes. quarū pria fuit ſtatim poſt aſcenſionē xp̄i
p ſcribas & phariſęos: īter quos Paulus fuit atrocior pſequu
tor. Sed Chriſt⁹ vt obſtinationē iudęoꝝ cōfunderet: & veri
tatē fidei euāgelicę cōfirmaret: miraculoſe btm̄ Paulū tanq̄
vas electiōis ſuſcitauit: & ex perſequutore fecit eccl'ię defen
ſorē & euāgelicę fidei p̄dicatorē: vt pȝ in actib⁹ apl'oꝝ. Itē
ſcd̄a pſequutio fuit p populū gentilē. ſ. p impatores & reges
& tyrānos. ſed i illa pſequutiōe de illomet populo ſuſcitauit
Chriſt⁹ martyres q auxerūt & rigarūt eccleſiā & cōfirmarūt
eā ſanguine ſuo. Et tandē de nūero impatoꝝ ſuſcitauit ma
gnū Conſtantinū: q poſt baptiſmū eccleſiā Chriſti a pſequu
tiōe q̄etauit: & eā fauorib⁹ & diuitijs ditauit. ad cui⁹ exēplū
oēs reges terrę ſunt ad fidē cōuerſi. Et ſic dicit Aug. ꝙ reges
terrę q ꝓpter idola pſeq̄banſ Chriſtianos poſtea facti Chri
ſtiani ꝓpter xp̄m idola de mūdo deleuerunt. q̄ fuit mutatio
dextrę excelſi: qa ois hūana ptās ſubiugata eſt iugo Chriſti.
Sed poſt cōuerſionē populi gētilis diabol⁹ hūani gn̄is iimi
cus ſuſcitauit noua bella & diuerſas pſequutiōes cōtra eccle
ſiā. ſ. curioſitatē philoſophoꝝ & deteſtabiles ſectas hęretico
rū. ſ. Arrianoꝝ Manichęorū Pelagianoꝝ & multoꝝ aliorū
hęreticorū. Sed tunc Chriſtus de numero philoſophoꝝ ſu
ſcitauit Origenē: q magnā multitudinē philo. gentiliū p rō
nes naturales ad fidē Chriſti cōduxit: & cōplures nō ſolū hę
reticos ſed etiā hęreſiarchas ad lucē veritatis recōciliauit: vt
inqt Hiero. i li. Illuſtriū viroꝝ. & Euſebi⁹ li. vj. de eccleſiaſti
ca hiſtoria. Sed iter cęteros vt dicit Poſſidoni⁹: de nūero phi
loſophorū & hęreticoꝝ ſuſcitauit Aug. ad defendendam ec
cleſiam ſuā. Vn̄ dicit Poſſido. ꝙ diuia ꝓuidentia creauit iſtū
hoiem quaſi qddā ſtupendū in natura hūana: vt poſtea i di
uina ſcientia illuſtrat⁹ oēm humanā curioſitatē cōfunderet
& extigueret. Et prio pmiſit de⁹ cū fœda ipietate Maniche
orū maculari: vt maiori euidentia poſſet illā impugnare: &
oēm aliā hęreticā prauitatē ab eccleſia elimiare ꝓut poſtea
factū eſt. Vn̄ nō ſolū Poſſido. ſcriptor hiſtorię. B. Augu. ſed
etiā ipemet Aug. dicit in libris cōfeſſionū: ꝙ qcquid de ma
gnitudinib⁹ & nūeris & cæteris mathematicis dici pōt: p ſei
pſum legit: & itellexit: & nullo tradente cognouit. Itē de na
turis rerū & cauſis & principijs ſup oēs coętaneos anteq̄ atti
geret. xxiij. ānū diſcreuit & diſputauit: & oēs ſuos magros ſu
perauit: imo ſibi diſcipulos fecit. Itē dicit ꝙ diuina ꝓuidētia
pmittente eodem tpe in ſectā Manichęorū incidit: q nega
bant Chriſtū eſſe hominē & verbū icarnatū, ſed ſolū deū.
Et ſic negabāt xp̄m eſſe mortuū & paſſum: & p cōſequēs ne
gabāt totū myſteriū nr̄ę redēptionis: & virtutē ſacramētoꝝ
ex illa paſſiōe manātē. in qua quidē ſecta laborauit p nouē
annos. Itē dicit Poſſido. ꝙ Aug. eodē tpe venit Romam ex
Africa cū magna caterua diſcipulorū ipm ſequētiū: & ibi le
git in ſcholis publicis Rhetoricā & alias ſcias hūanas per ali
quot dies: cuius fama fuit diffuſa p totā Italiā vſq; ad medio
lanū. Tūc Mediolanēſes i quoꝝ vrbe ſp floruerat ſtudiū ar
tis oratorię & ſciaꝝ humanaꝝ: miſerūt legatos Romā ro
gātes vt mitterēt eis Auguſtinū vt legeret in eorum ciuitate.
Tunc Roma. miſerūt eis Auguſti. tanq̄ in humanis diſcipli
nis tenentē principatū. Sed accidit tunc tpis: cū Aug. cum in
gēti honore i ciuitate Mediolani fuiſſet recept⁹: & in ſcholis
legere cœpiſſet: ꝙ tunc btūs Ambroſi⁹ illā eccleſiā admini
ſtraret: q quotidie populo catholico p̄dicabat. cui⁹ famā au
diēs Aug. ſtatuit cū magna diſcipulorū caterua: potius cauſa
diſputandi q̄ audiendi ad eū accedere. cū quo de icarnatiōe
verbi multis dieb⁹ diſputauit. Vidēs autē beatus Ambroſi⁹
virum humanis verbis inuincibilē: recurrit ad diuinā virtu
tē & auxiliū: et indixit ſpeciale ieiuniū i populo, & orōne: vt
ſupno lumie de⁹. Aug. illuſtraret. & ſic accidit poſt ſpatiū tē
poris & longas diſputationes & altercatiōes: vt q̄dā die dū
beat⁹ Ambro. p̄dicaret: & rōnes de incarnatiōe verbi expli
caret: tūc beat⁹ Aug. illuſtrat⁹ veritatē fidei percipiēs quaſi
ſtupefact⁹ vt immobilis pmaneret. Et tunc reſipiſcere incipi
ens ſtatuit quotidie p̄dicationē bti Ambroſij audire cū ma
gna humilitate: et tādē in fide catholica ſufficiēter iſtructus
ſtatuit baptizari. Tūc beat⁹ Ambroſi⁹ vidēs ꝙ per tot mēſes
& dies laborauerat cū tāta ſollicitudine ꝓ conuerſione illius
hois: & tādē de⁹ pduxerat ipm ad baptiſmū: & p̄uidens etiā
in ſpū qualiter ille hō debebat oēs hęreſes extirpare: & eccle
ſiā dei ſuis ſcripturis & p̄dicationib⁹ defendere et āpliare: iō
dū effudit aquā ſup caput ei⁹: magna voce exclamauit dicēs:
Te deū laudamus. Et ſic ambo expleuerunt iſtud canticum.
¶ Hoc aūt myſteriū refert beat⁹ Dati⁹ quartus ab Ambro.
Mediolanē. ep̄s in ſua chronica ſub his verbis, dicēs. Eodē
tpe. ſ. xij. Theodoſij maioris anno, cōtigit vt quidā magnus
ſapiens: tn̄ Manichęoꝝ errore ſeductus noie Auguſtin⁹: ar
gumentis dialecticis & ſophiſticis armat⁹ venit ad btm̄ Am
bro. nō cauſa audiendi ſed rep̄hendēdi grā. ſed cū btm̄ Am
bro. de incarnatiōe p̄dicātē inueniſſet, oblit⁹ ſui & lrarū oim
ac cognitionū, pallēs ac tremēs oib⁹ vidētib⁹ qui ibi aderant
obriguit. Ac etiā finita orōne & ammōitione quā ad popu
lum beat⁹ Ambro. adminiſtrabat: primū ad ipm Auguſti. ꝑ
uenit: Ac beat⁹ Ambro. cognita eius ſciētia patefactaq; ei⁹
diſciplia qd in arte valeret: qualiterq; i fide catholica diſſen
tiret per ſpm̄ ſctm̄ cognoſcēs qualiterq; fidelis & catholicus
futurus eſſet: placidiſſime & multū charitatiue eum ſuſcepit.
Itaq; lętabatur beat⁹ Amb. ſup eū: ſicut in euāgelio de quo
dā pr̄e legiſ q cadēs ſuper collū filij ſui quē pdiderat oſcula
labatur eū. Tādē nō poſt multos dies nutu diuino ſicut mul
tis vidētib⁹ & ſibi cōſentiētibus palā aberrauerat: ſic in fon
tibus, qui btō Ioanni aſcribūſ, dęo opitulante a btō Ambro.

ſio cunctis fidelib⁹ aſtātibus & vidētib⁹, in noie ſcē & īdiuiduę trinitatis baptizat⁹ & cōfirmat⁹ eſt. In q̄b⁹ fontib⁹ ꝓut ſpūs ſctūs dabat eloqui illis, Te deū laudam⁹ decātantes: cūctis q̄ aderāt audiētibus & videntib⁹ ſimulq; mirātib⁹ poſteris ediderūt: qđ ab vniuerſa eccleſia catholica vſq; hodie tenetur & religioſe decantaī: & q̄ſi ditati multis diuitijs & ieſtimabilibus margaritis mutuo i deo delectātes cū grāꝝ actione cibū ſumētes & magno gaudio gauiſi cōfortati ſunt. Hęc Datius .x. lib. ſuę Chronicę ca. j. Ex ſupradictis verbis oñdit Dati⁹ Coſmograph⁹ ꝙ Aug. añq̄ veniret ad baptiſmū iam erat i oī ſcīa famoſiſſim⁹. Scdo ꝙ erat foedo errore & fermēto Māichęoꝝ maculat⁹. Tertio: ꝙ ſola virtute ſpūſſcti: & nō hūana ſcīa fuit a btō Ambro. cōuict⁹ & illuſtrat⁹. Quarto: ꝙ ſūmo gaudio lętatus eſt btūs Amb. in eius conuerſione. Et hoc idē dicit Poſſidonius. ꝙ grande feſtū fecit btūs Amb. in vrbe Mediolaneñ. in illa die celebrari: quaſi nouū filium & athletā & defenſorē illa die eccleſia genuiſſet: & nouum cōtra hæreticos pugnatorē parturiſſet. Quinto etiā oſtēdit Datius ꝙ btūs Ambro. in ſpū ꝓphetico ꝓuidit qualis & quātus erat Aug. futurus in eccleſia dei. Sexto: ꝙ tā btūs Aug. q̄ beatus Amb. ſpū ſctō illuſtrati cōfecerūt illud canticū. ſ. Te deū laudam⁹. & ꝑ cōſequēs dicta in hoc cantico fuerūt a ſpū ſctō eis infuſa. Septio oñdit ꝙ btūs Aug. a pricipio huius baptiſmi recepit non ſolū gratiā gratū facientē ſed etiā dona ſpūs ſcti ad intelligendas & exponendas ſacras ſcripturas: & per cōſequēs habuit ſciam infuſam: q̄a ex tpe cōfeſſus eſt ꝓfundiſſima myſteria i hoc cātico: imo ꝓphetice locutus eſt: ꝓut videbiī i expoſitiōe & i fine eiuſdē. Ex ſupradictis ergo patet vñ & qua de cauſa & quo ſpū Ambro. & Aug. cōfecerunt iſtud canticū. ¶ Ex ſupradictis etiā verbis Datij & Poſſidonij poteſt reſpōderi ad id qđ q̄riī in pricipio. ſ. quare i cōuerſione vnius ſoli⁹ hois cantatū eſt nouū canticū: cū non fuerit cōſuetudo in ſcriptura vtriuſq; teſt. nouū canticū fieri niſi ꝓ aliquo magno myſterio vtili toti populo & eccleſię. Ad qđ reſpōdeī: ꝙ verū eſt ꝙ in eccleſia vtriuſq; teſ. non factū nec cātatū ē nouū canticū: niſi ꝓ grāꝝ actiōe alicui⁹ magni myſterij & bñficij facti vel reuelati. Et ſic Moyſes cū toto pplo cantauit & ſcripſit illud canticū: Cantem⁹ dño glioſe &c. ꝓ bñficio liberatiōis de Aegypto: & de mari rubro: & ꝓut figurabat vlem redēptionē p xp̄m faciendā. Et ſic etiā Anna cātauit canticū nouū in natiuitate Samuelis: eo ꝙ nō ſolū ꝑuidit Samuelē futurū ꝓphetā: & rectorē illi⁹ populi: ſʒ et ꝑuidit xp̄m futuꝝ redēptorē p Samuelē figuratū. vt pȝ. j. Reg. ij. & prout fuit expoſitū in eodē cātico. & ſic etiā, Eſaias fecit nouū canticū. Eſa. xij. eo ꝙ fuit ipi reuelat⁹ aduētus xp̄i i carnē: & myſteriū nīę futurę redēptiōis: vt ibidē expoſitū eſt & ita etiā Ezechias fecit nouū canticū ꝓ ſua liberatiōe in q̄tum figurabat nr̄am redēptionē. & ita etiā tres pueri cantarūt nouum cāticum ꝓ ſua liberatiōe de camino ignis ardētis, ꝓut idē expoſitū eſt. Ita etiā in no. te. virgo Maria tympaniſtria nr̄a cantauit noſtrū cāticū i cōceptiōe ſaluatoris agēdo grās q̄a ſaluatorē quē p̄triarchę & ꝓphetę cecinerāt futurū, ipa cōcepat. Ita etiā Zacharias cātauit nouū cāticum in natiuitate Ioānis baptiſ. eo ꝙ erat annunciatur⁹ ſaluatorē i deſerto & paratur⁹ vias ei⁹. & ita etiā angeli cantarūt Gloria in excelſis i natiuitate ſaluatoris. Luc. ij. Et etiā Simeon iuſt⁹ cātauit nouū canticū q̄n vidit, ac tenuit xp̄m i vlnis ſuis dicēs. Nunc dimittis ſeruū tuum &c. Sicut ergo Anna cātauit nouum canticum i natiuitate filij ſui Samuelis: eo ꝙ dñs abſtulerat ab ea opprobriū ſterilitatis & cōuitioꝝ ęmulæ ſuæ: & q̄a p̄ęuidit Samuelē ꝓphetā & rectorē populi Iſrael: & pricipaliter q̄a ꝑuidit i ſpū xp̄m vlem futuꝝ redēptorē: ita ergo piter eccleſia p Annā figurata cātauit nouum cāticuʒ i regñatiōe & babtiſmali natiuitate bti Aug. eo ꝙ ꝑuidit beatus Amb. in ſpū q̄liter illa die eccleſia ſpūaliter genuerat vnum filium, q eā debebat liberare ab opprobrio & icurſibus hęreticoꝝ: & ſuis ſcripturis & ꝑdicatiōibus eccleſiā debebat āpliare. Itē ſicut Zacharias cantauit nouū canticū i natiuitate Ioan. bap. eo ꝙ plenus ſpū ſctō ꝑuidit ipm ꝑcurſorē dñi, dicēs. Bñdict⁹ dñs de⁹ Iſrael &c. Ita piter btūs Amb. cātauit nouū canticū in baptiſmali natiuitate beati Aug. eo ꝙ pręuidit ipm futurum xp̄i ꝑcurſorē & viaꝝ xp̄i directorē. Nā ſicut Ioan. bap. fuit ꝑcurſor xp̄i ꝑparando corda hoim ad xp̄m recipiendū: ita Auguſt. fuit ſucceſſor in declarādis ſcripturis: & hęreticis expugnandis: & liberando eccleſiam ab icurſib⁹ eoꝝ: & ad cōfirmanda corda fideliū in fide xp̄i: ꝓut poſtea cōpertum eſt: & ꝓut diffuſe ifra videbiī. Hęc eſt ergo cā vñ fuit motus B. Amb. ad cantandum iſtud canticū: & quare placuit diuię ꝓuidētię: vt i natiuitate baptiſmali bti Aug. nouū canticum i eccleſia cātareī & cōfitereī q̄ſi di. B. Amb. Te deum laudamus. i. tota ecclīa laudet deum: q̄a labor me⁹ non fuit caſſus nec van⁹: q̄a iſte q erat eccleſię rebellis, tandē ꝑuenit ad baptiſmū, & fact⁹ eſt eccleſię fili⁹. Itē q̄a iſte q erat eccleſię ipugnator & inimicus: erit eccleſię defenſor: & hęreticoꝝ expugnator: & extirpator: & totius eccleſię illuſtrator & āpliator. Vniuerſa ergo laudet deū eccleſia q̄ hodie talē filium i hoc fonte baptiſmatis gñauit. Et iō dicit Poſſidoni⁹ ꝙ grāde feſtū fecit. B. Amb. illa die in populo Mediolaneñ. & eccleſia celebrari i cōuerſione illi⁹ viri per quē eccleſia erat tot & tanta bona receptura. His ergo habitis cuʒ dei auxilio ad expoſitionem huius cantici accedamus.

## Te deum laudamus.

¶ Pro cuius cātici expoſitiōe & diuiſiōe, eſt prius aduertēdū: ꝙ ſicut i hoc cātico ſimul cōtineī multa myſteria & officia: ita multipliciter pōt diuidi. Nā vno mō Ambro. & Aug. laudāt deum agendo grās ꝓ bñficijs receptis: & petunt bñficia futura. Et ſic pōt diuidi hoc canticum in duas partes pricipales. Nā prio laudant deum trinum & vnum, gubernatorē & creatorē & glorificatorē agendo grās ꝓ bñficijs creatiōis & gubernatiōis & vlis redēptionis. Scdo petūt vt vlis redēptio ſubueniat oibus filijs eccleſię: & oēs ꝑticipem⁹ bñficiū redēptiōis & glorificatiōis. Scda ps erit ibi. Te ergo q̄s &c. Scdo mō iſtud canticū pōt conſiderari inq̄tū i eo Ambro. & Aug. in pſona eccleſiæ: & ad inſtructionē oīm fideliū cōfitentur omnē catholicā veritatē. Et ſic pōt diuidi in duas partes. Nā in pria cōfiteī oēm veritatē catholicā ꝑtinentē ad deū in ſe quo ad nr̄am creationē & gubernationē. Scdo confiteī oēs veritates catholicas ꝑtinentes ad xp̄m deum incarnatū, neceſſarias ad noſtrā redēptionē & iuſtificationē. Scda erit ibi Tu rex gliæ xp̄e. Tertio pōt cōſiderari hoc canticū inq̄tum in eo contineī triplex confeſſio ad noſtrā iuſtificationē. ſ. cōfeſſio fidei & latrię & pnię ſine qua nemo pōt iuſtificari: vt patebit in fine expoſitionis. Et ſic iſtud canticū pōt diuidi i tres partes. Nā in pria fit cōfeſſio verę fidei. In ſcda cōfeſſio latrię. In tertia aūt cōfeſſio pnię. Scda ibi. Per ſingulos dies. Tertia ibi. Dignare dñe die iſto. Sed q̄a laudādo deū & agēdo grās ꝓ vniuerſis bñficijs receptis: & petēdo gratiā & auxiliū ꝓ bñficijs futuris: de neceſſitate cōfitemur oēm catholicā veritatē ad noſtrā inſtructionē: & confitēdo oēm catholicā veritatē neceſſario facim⁹ triplicē confeſſionē. ſ. fidei: latrię: & pniæ: ideo pria diuiſio cōtinet ſcdam & tertiā. Iō procedendo ſcdm primā diuiſionē in hac expoſitiōe, icludem⁹ ſcdam & tertiā. Nā nemo pōt iuſtificari p triplicē cōfeſſionē quin cōfiteaī oēm veritatē: & agat grās ꝓ bñficijs receptis: & petat futura ꝓut magis declarabitur exponēdo lr̄am: & in fine toti⁹ expoſitiōis. Et iō ꝓcedam⁹ ſcdm primā diuiſionē: inq̄tū principaliter duo faciūt Ambro. & Augu. Nā prio laudant deum creatorē & redemptorē agendo grās ꝓ bñficio creatiōis & redēptionis. Scdo petunt in perſona eccleſię ꝑticipare bñficium redēptionis & glorificatiōis: & in eis pſeuerare & ꝓficere: ibi. Te ergo q̄s. ¶ Quantū ad primū duo faciunt Ambro. & Aug. Prio eñ laudāt deū trinū & vnū: creatorē: & gubernatorem: agēdo grās ꝓ bñficio creatiōis, memorando bñficia q̄ receperūt p creationē & cōtinue recipiūt p gubernationē. Scdo laudāt xp̄m deū icarnatū recreatorē

& redēptorē & glificatorē, agēdo grās ꝓ bñficio nr̄ę redemptionis & glificatiōis, ibi. Tu rex glię xp̄e. ¶ Sed qa dictū eſt ꝙ nemo pōt deū laudare nec agere grās ꝓ bñficijs receptis niſi prius confiteaꝛ eiꝰ nobilitatē & pfectionē & memoret bñficia collata: eo ꝙ cōfeſſio fidei p̄cedit latriā vt patebit: iō Ambro. & Aug. in pſona totiꝰ eccl'ię laudando deum cōfitenꝛ eiꝰ nobilitatē & excellentiā: & pfectiōes & bñficia. & ſic tria faciunt in hac pria pte. Nā prio laudāt & confitenꝛ vnū ſolū deū gubernatorē & creatorē oiꝫ. Scdo oñdūt q̄liter deꝰ pāpliꝰ & pfectiꝰ laudaꝛ ab āgelis & btīs i eccl'ia triūphāti. Tertio cōfitenꝛ & laudāt deū trinū & vnū i hac eccl'ia, exprimēdo myſteriū trinitatis. Scḋo ibi. Tibi oēs angeli. iij. ibi. Te p orbē terraꝝ. Sed qa in hac pria pte laudant deū dn̄m & patrē: iō iſti tres termini .ſ. deꝰ & dn̄s & pr̄ ſunt declarādi: qa quandā diſtinctionē iportare videnꝛ. ¶ Ad cuius intellectū eſt aduertendum prio: ꝙ iſtud nomē deus dicitur a θεος gręce qđ idē eſt qđ ſpeculabile & inſenſibile & actus purꝰ & immaterialis & qd p ſe intelligibile latine. Et iſto mō dicit qd vnū ſolū & indepēdens & infallibile & ęternū & vnū neceſſe eſſe ipoſſibile aliter ſe hr̄e. Sꝫ qa deus, vt ꝓbat Ariſto. & cōmentator. xij. meta. & Auicēna & Algazel in ſua metaphyſica imo ſcḋm Damaſcenū diciꝛ pelagꝰ & fons oim perfectionū eſſentialr̄. Et iſto mō non eſt niſi vnus ſolus deus vt ꝓbāt oēs ſupradicti: & ꝓbant oēs doctores ſupra primū ſententiaꝝ diſt. ij. Itē iſtđ nomē dn̄s dr̄ a dn̄ando qđ idē eſt qđ totā domū diſponere, regere, & gubernare ad ſuā voluntatē & arbitriū: & ꝓpter ſeip̄m mouere. Et iō ꝓcurator aut filius nō dr̄ dn̄s domꝰ licet totā domū diſponat & regat & gubernet: ſed qa hoc non facit ꝓpter ſe: nec ad nutū ſuū: ſed ad nutum & p̄ceptū & ad voluntatē dn̄i domꝰ & pr̄iſfamilias: iō nec ꝓcurator nec filius nec ſeruꝰ dr̄ dn̄s domꝰ: ſed ſolus ille ꝓpter quē & ad cuius nutū fiunt oia. Quia ergo ſolus deus p ſe gubernat & regit vniuerſum: a quo dependet cęlū & tota natura in eſſendo & gubernando: & ꝓpter quē tanq̄ ꝓpter amatū & deſideratū oēs intelligētię mouēt orbes: & regūt omia iferiora: vt inqt Ariſto. xij. meta. & omnes angeli faciūt verbū .i. p̄ceptū eius ad audiendam vocē ſermonū eius. vt patet pſal. cij. Et ideo ſicut eſt vnus ſolus dn̄s vniuerſi: & ſicut non pōt eſſe niſi vnus deus: ita non pōt eſſe niſi vnus dn̄s & vnus princeps & dux huiꝰ exercitus totiꝰ vniuerſi: vt ꝓbat Ariſto. xij. meta. Iō iproprie & valde ęquoce reges & principes mūdi dr̄r dn̄i: qa non a ſe habent ptātem: ſed a deo: nec ꝓpter ſe regunt: ſed ꝓpter deū q eſt dn̄s vl'is oim: cui oēs ſunt redditiuri rōneꝫ. Vñ Seneca in Thyeſte. Vos quibꝰ rector maris atqꝫ terræ. Ius dedit magnū necis atqꝫ vitę. Ponite inflatos tumidoſqꝫ vultus. Quicqd a vobis minor extimeſcit: maior hoc vobis dn̄s minaꝛ: Oē ſub regno grauiore regnuꝫ eſt &c. Hoc aūt idē magis explicatur ſapiæ. v. & vj. p to. Et ſic patet q̄liter ſicut eſt ſolꝰ deꝰ: ita eſt vnus ſolꝰ dn̄s vniuerſi gubernator & rector. Itē iſtud nomē pr̄ dr̄ a πατηρ græce qđ eſt idē qđ principiū latine. Et ideo genitorē vocamꝰ patrem: eo ꝙ eſt principiū generationis actiuū: & genitricē vocamꝰ matrem eo ꝙ eſt quaſi materia & pricipiū paſſiuū in tali naturali generatiōe. Sꝫ iproprie & ęquoce genitor carnalis dr̄ pr̄: qa licet ſit pricipiū particulare & imediatū i tali gn̄atione: tn̄ hoc nō agit niſi in virtute corpoꝝ cęleſtiū: & maxie ſolis: qa ſol & hō gn̄ant hoiem. ij. de aia. Et iō philoſophi & poetę vocarūt ſolē patrē hoimqꝫ deorūqꝫ. Sed adhuc ſol valde ęquoce vocaꝛ pr̄: qa lꝫ ſit principiū oim gn̄abiliū: et ſpecialr̄ hoim: tn̄ hoc nō habet a ſe: ſed a deo q eſt pricipiū. Itē licet ſol concurrat ad gn̄ationē corpis: tn̄ nō ad ꝓductionē aiæ rōnalis niſi ſolꝰ deꝰ. Itē licet oia gn̄abilia et corruptibilia depēdeāt a corpibꝰ et itelligētijs cęleſtibꝰ quo ad formā tn̄ nō quo ad materiā primā: qa oia agētia creata p̄ſupponūt illā: et ſic materia pria et aia itellectiua et cęlū a ſolo deo pn̄t ꝓduci p ſolā creationē: q ſolꝰ eſt pricipiū oim in gn̄e cāę efficientis formalis et finalis. et qa a ſolo deo depēdēt oia creata ſcḋm totū ſuū eē: iō ſolꝰ deꝰ diciꝛ verꝰ pr̄ et principiū oim: qa ab ip̄o patrāta & pricipiata ſunt oia. Et iō dicicit Boetꝰ. iij. de cōſolatiōe carie. v. ꝙ ſicut deꝰ eſt vnus i gubernando: ita eſt vnꝰ ſolꝰ pr̄ i creādo. Vñ ait. Oē hoim genꝰ in terris ſimili ſurgit ab ortu. Vnꝰ eni reꝝ pr̄ eſt: vnꝰ cuncta miniſtrat. Ille dedit cęlo radios: dedit cornua lunę &c. Et ſic ad iſtū itellectū ait ſaluator Mat. xxiij. Patrē nolite vocare vobis ſup terrā vnꝰ eſt eñ pr̄ veſter q in cęlis eſt. & ſic etiā dr̄ in ſymbolo eccl'ię. Credo in vnū deū patrē oipotentē &c. Et ſic ptꝫ: ꝙ ſicut eſt vnus ſolus deus: ita vnꝰ ſolus dn̄s & pater laudādus & colēdꝰ. Iſtas ergo tres ꝓprietates eſſentiales confitenꝛ in primis de deo. Amb. & Aug. .ſ. ꝙ vnꝰ eſt ſolus deus & dn̄s & pr̄ oim: agēdo grās ꝓ bñficijs receptis. & hoc i pſona totius eccleſię. Vñ vidēs B. Amb. ꝙ deus cōpleuerat deſideriū ſuū: qa deduxerat Aug. ad baptiſmū, ꝓ quo tn̄ laborauerat: & pręuidēs in ſpū qualr̄ iſte debebat eē defenſor eccl'ię, & diſſipator hæreticorū, & dilucidator totiꝰ ſacrę ſcripturę: iō i pſona totius eccl'ię agens gratias vni ſoli deo exclamauit dicens.

## Te deum laudamus.

¶ Nō dixit: nos deos laudamꝰ: ſed te vnū ſolū deum laudamus: ꝓ tantis bñficijs receptis ſupple. Et confitendo vnū ſolum deū agit grās ꝓ tantis beneficijs: qa in illa die magna beneficia recepit tota eccleſia p cōuerſionē illiꝰ hoīs. Tunc autem Augu. exiſtens in fonte baptiſmatis reſpondit.

## Te dominum confitemur.

¶ Quaſi dicēs: tu Ambroſi vnū ſolū confiteris deum: & p̄dicas ip̄m eſſe laudandū & colendū. Et ego ꝯfitēdo fidē meā confiteor ip̄m deū eſſe vnū ſolū dn̄m & gubernatorē totius vniuerſi. Et hoc aſſero & cōfiteor contra multos gētiliū q negant diuinā ꝓuidentiā ſe extēdere ad actus hoim: & ad iſta iferiora: & cōtra Manichęos q dicunt deū eſſe dn̄m & gubernatorē ſolū reꝝ iuiſibiliū: & dicūt diabolū eſſe dn̄m & rectorē huiꝰ mūdi inferioris. Et ſic Aug. cōuerſus ad deū dicit. Te dn̄m confitemur .i. ſicut confitemur te eſſe vnū ſolū deū: ita vnū ſolū dn̄m & diſpēſatorē & rectorē & gubernatorē & ꝓuiſorē totiꝰ vniuerſi. Tūc aūt btūs Ambroſius ſubdidit.

## Te ęternum patrē omnis terra veneratur.

¶ Quaſi diceret. Aug. te cōfitetur dn̄m & gubernatorē vniuerſi. Et ego ſimul cū eccl'ia te confiteor patrē & creatorem vniuerſi: a quo tanq̄ ab vno ſolo principio oia ex tpe depen dent p creationē quo ad totū ſuū eſſe i gn̄e cāę efficiētis: formalis: & finalis qđ ē cōtra Ariſt. & alios philoſophos & oēs gentiles q putāt mundū fuiſſe ab ęterno. iō ois terra .i. oēs fideles terrę te veneranꝛ tanq̄ patrē oim. ¶ Nota ꝙ multi dicunt ꝙ Amb. in hoc cātico ſolū locutꝰ eſt i principio dicens. Te deū laudamꝰ. & ꝙ Aug. ꝓſecutꝰ eſt totū reſiduū vſqꝫ in finē confitēdo fidē ſuā: ſicut tenenꝛ adulti ore ꝓprio cōfiteri fidē ſuā publice qñ baptizanꝛ. Et ſic ſcḋm iſtos hoc canticū totū eſt cōfeſſio fidei bti Aug. quā ꝓfeſſus es i baptiſmo. Sed qa cōiter teneꝛ ꝙ ābo alternati fecerūt hoc cāticū: vnuſqſqꝫ ꝓferendo ſuā ſniam: iō ſic ꝓcedemꝰ i eiꝰ expoſitiōe referēdo ſingula ſingulis. ¶ Sꝫ dubitaꝛ: nā licet pria pſona di- G
caꝛ pr̄ ęternus reſpectu filij: eo ꝙ ab ęterno ꝓducit verbū: tn̄ tota trinitas vnꝰ deꝰ nō dr̄ dn̄s nec pr̄ ęternus totiꝰ vniuerſi: qa iſta ſunt relatiua ex tpe: & iō ſicut mūdꝰ nō eſt ęternꝰ: ita deus nō eſt ęternus dn̄s & gubernator & pr̄ eius: ſed ex tpe. Vel eſt dicendū ꝙ pr̄ nō ſumiꝛ hic eſſentialr̄: ſꝫ pſonaliter reſpectu filij. Ad hoc rn̄deꝛ ꝙ pr̄ i hoc loco ſumiꝛ eſſentialr̄ reſpectu totiꝰ vniuerſi: ſed ly ęternū nō determinat nec cōnotat paternitatē & relationē ſcḋm diuinā ſubſtantiā & deū eſſentialiter. q̄ſi dı. ſicut vl'is eccleſia te cōfiteꝛ ęternū & vnum deū ab ęterno: ita te veneraꝛ vnū dn̄m & patrem ex tpe. i. te deū ęternū cōfiteꝛ dn̄m & patrē ex tpe. & iſte modꝰ ſeruatur qñqꝫ in ſacra ſcriptura: & ita dr̄ pſal. lxxij. Deꝰ aūt rex nr̄ añ ſęcula opatꝰ eſt ſalutē i medio. Vñ manifeſtū eſt: ꝙ ly añ ſęcula nō determinat ly rex nr̄: nec ly opatꝰ eſt ſalutē in medio terrę: ſed determinat ly deꝰ .i. deꝰ q eſt añ ſcl'a, poſtea factus

hō & rex nr̄,opatus eſt ſalutē in medio terrę. Itē iſte modus
ſeruaſ pſal.lxxxix.cū dicit̄. Dn̄e refugiū factus es nobis a ge
neratione in gn̄ationē. Priuſq̄ formareſ terra & orbis a ſc̄lo
& in ſc̄lm tu es deus. Tūc manifeſtū eſt ꝙ de⁹ non fuit dn̄s,
nec refugiū nr̄m ab ęterno priuſq̄ montes fierēt: & formare
tur terra & orbis: ſicut intelligebāt Origeniani hunc paſſum
ſed ſic eſt legenda & pūctuāda & itelligēda iſta lr̄a.ſ. tu dn̄e
qui nūc es dn̄s nr̄: es de⁹ in ſc̄lm, priuſq̄ mōtes fierēt & orbis
formareſ: ſed ex tpe p creationē & redēptionē factus es refu
giū noſtrū. Et iſto mō eſt intelligend⁹ iſte paſſus in hoc cāti
co. Nā illi q̄ quē confitenſ eſſe vnū deū imortalē & ęternū ab
ęterno, illum eundē confitenſ eſſe dn̄m & patrē vniuerſi ex
tpe. Poteſt etiā dici: ly ęternū patrē capi pſonalr̄ quē ſimul
cum filio & ſpū ſancto ois terra veneraſ. qa ſicut opera trini
tatis eſſentialia ſunt inſeparabilia ad extra: ita cultus latrię
non ſeparat pſonas in diuinis: qa deo eſſentialiter debetur.
Sed melius videſ ꝙ ly patrem teneatur eſſentialiter reſpectu
vniuerſi: eo ꝙ infra fiet ſpecialis & expreſſa confeſſio de my
ſterio trinitatis: ſed hic exprimiſ myſterium creationis. Qua
ſi dicat Ambro. ſicut te confitemur vnū deum & dn̄m guber
natorē: ita ois terra iam te veneraſ ęternum patrē & creato
rem: quia totus populus gentilis iā venit & veniet ad fidem:
qui cōfiteſ creationē mundi quā an̄ negabat. quā fidem ma
xime confirmauit Auguſtin⁹ iſte in ſcriptis & pdicationibus
ſuis. Et iō ſubdit Aug. tu Ambroſi dicis: ꝙ tota terra iam ve
neraſ vnū deū & vnū dn̄s & patrē creatorē. Et ego dico tibi:
ꝙ perampli⁹ & perfectius veneratur de⁹ in cęlis ab āngelis
tanq̄ dn̄s & creator. & ſic conuerſus ad deum dicit.

**Tibi oēs angeli tibi cęli & vniuerſę poteſtates. Tibi cherubin & ſeraphin inceſſabili voce proclamant. Sanctus ſanctus ſanctus dominus deus ſabaoth &c.**

H ¶ Ad cuius intellectum eſt valde aduertēdum ꝙ iſtud par
ticipiū ſanct⁹ eſt preteriti tpis ab iſto verbo ſancio: qd̄ idem
eſt qd̄ recte vitā & actus hūanos dirigere & ordiare. Et ideo
leges imperatorū & plebiſcita dicunſ ſanctiones.i. recte or
dinationes: eo ꝙ recte ordinant actus humanos. Et ſic ergo
ille hō dicit̄ ſanctus: q eſt bene ordinatus in actib⁹ & opera
tionibus ſuis: & bn̄ inſtituit & ordinat vitā ſuā. Et ſic ſancti
tas dicitur q̄dam iuſtitia & vita iuſta & iuſte ordiata & regu
lata. Et ſic illos vocamus ſanctos in eccleſia qui iuſte & ordi
nate vixerunt ſc̄dm legem dei. Sed quia voluntas dei lucet i
diuina lege ideo ille dicitur iuſtus & ſanct⁹ qui cōformat vo
luntatem ſuam cum diuina voluntate: & ſubordinat ſe diui
nę voluntati ſeruando diuinam legem. Et ſic patet qualiter
ſanctitas dicit quendam ordinem ad deum: & quandam cō
formitatem: & per conſequens dicit quādam iuſtitiam & re
ctitudinem. Sed quia talis ordo & ſanctitas primitus reperi
tur in deo: ideo de⁹ eſt prim⁹ iuſtus & ſanctus in ſe. ¶ Vnde
vlterius eſt aduertendū ꝙ tria in primis cōſiderantur i deo.
¶ Ad cuius intellectū eſt notādū: ꝙ tota lex Moyſi cōtinet in ſe ſexcentatredecim p̄cepta. quoꝝ q̄daꝫ dicunſ moralia & q̄dam iudicialia, & q̄dam cerimonialia. Moralia autē ſunt illa decē pręcepta, q̄ fuerunt ſcripta in duabus tabulis lapideis vt patet Exo. xx. & xxj. Et dn̄r moralia: eo ꝙ ptinēt ad oīs hoies: & oibus ſunt cōia, ſine q̄bus hoies nō poſſent adinuicē cōuerſari: nec cōuiuere. Dn̄r etiā moralia: q̄a ſunt de iure naturę, & ptinēt ad moralē iuſtitiā: q̄a p iſta decē p̄cepta tribuitur vnicuiq; qđ ſuum eſt. ſ. deo latria ſeruitus: qđ pertinet ad tria prima p̄cepta primę tabulę. Alia autē ſeptē ptinēt ad cōuerſationē ꝓximi. & iō iſta decē p̄cepta moralia ſunt immortalia: eo ꝙ ſunt de iure naturæ, & iā fuerunt obſeruata i lege naturę: licet nō ſic fuerint explicita. Et ideo nō p̄cīſe ptinēt ad legē Moyſi: niſi inquātū ibi fuerūt magis explicata: q̄a magis ptinēt ad legē naturę. De ſabbato autē quō eſt morale quātū ad ſubſtātiā, & cerimoniale quantū ad modum diceſ in ſequenti q̄ſtione. Præcepta autē iudicialia fuerunt data ad correctionē, & punitionē trāſgreſſoꝝ. q̄uia aut dirigūt hoies ad ſeruāda p̄cepta moralia, aut puniunt tranſgreſſores p̄ceptoꝝ dando oculū pro oculo, & dentē pro dēte: & vitam pro vita. iſta aūt p̄cepta iudicialia, q̄a ptim erant moralia, & partim cerimonialia: iō partim mortua ſunt cū chriſto: vt patebit. In tertio aūt ordine ſunt & erant p̄cepta cerimonialia. & dicebanſ cerimonialia rōne modi agendi & ſignificandi: eo ꝙ diſponebāt ad modū colēdi deū. Quę quidē cerimōialia erāt in quadruplici gn̄e. Nā q̄dā ptinebāt ad ſacra: q̄dam ad ſacramēta: quędā ad ſacrificia & oblationes: & q̄dam ad obſeruantias, ſeu abſtinētias. Sacra aūt erant illa q̄ ad cultū diuinum dedicabanſ & ſanctificabanſ. Et iſta erant quinq; ſcđm ꝙ quinq; ſc̄tificabāſ, & dedicabanſ ad cultū diuinum. Nā primo dedicabanſ perſonę. Scđo loca. Tertio tempora. Quarto ornamēta pſonaꝝ. Quinto vtenſilia tēpli: & loci ſacri. Perſonę autem dedicatę: q̄dam dedicabanſ, et ſc̄tificabātur ad colēdū deū: & iſte erat ſolus et totus popul' duodecim tribuum Iſrael: q̄a ſolus & tot' ille popul' erat electus ad colendū vnū deū creatorē oim. Quędā autē pſonę dedicabantur ad miniſteriū cultus diuini: ſicut erant ſacerdotes, & leuitę, & cantores, & ianitores &c. & iſti erant de ſola tribu Leui. Quędā autē pſonę ſanctificabanſ: & purgabantur a pc̄tō, & L

immūditia,ſicut erāt pctōres,& leproſi,& menſtruatę &c.vt
pt3 in leuitico.Iſtę ergo erāt pſonę q̄ ſctificabanť,& diſpone-
banť ad diuinum cultum,& habilitabanť ad ipſum.Loca ve
ro cōſecrata,& dedicata ad diuinū cultū erat Hierl'3,& tēplū
ſiue tabernaculū & arca . Tpa aūt dedicata ad cultū dei erat
principalr ſabbatū:exinde feſtu3 Azimo⁊,& Pētecoſtes,&
tubarum,& expiationis,& tabernaculo⁊ &c.vt patet Leui.
xxxiij.Ornamēta dedicataad diuinū cultū erāt ornamēta ſa
cerdotis.ſ.ephot.rōnale & hūerale,& mitra &c.Vtēſilia aūt
tēpli erāt candelabra,& mortariola &c . Oia ergo iſta quicq3
ſupradicta.ſ.perſonę,loca,& tpa,& ornamenta , & vtenſilia
dicebanť ſacra ſiue ſancta:eo q̄ ad cultū diuinum erāt conſe
crata,& ſanctificata,& dedicata,& habilitata:quod erat pri
mū genus cerimonialiū.In ſcđo gn̄e erant ſacramenta,quæ
dicebanť illa,qbus ſacra conſecrabanť.& erāt iſta tria.Nam
in primo loco erat circūciſio, qua ſctificabanť oīs filij Iſrl'.
In ſecundo erat vnctio,qua vngebanť ſoli ſacerdotes & re-
ges.Exo.xxx.In tertio loco erant purgationes,& lotiones&
aſperſiones,quibus purgabanť pctōres,& leproſi &c.vt pa-
tet in Leuitico.q̄ dicebanť ſacramēta:eo q̄ conſecrabant, &
ſanctificabant perſonas & loca &c. In tertio gn̄e cerimonia-
lium erāt ſacrificia diſtincta,q̄ offerebāt pſonæ ſanctificatæ
in locis ſacris.quæ quide3 ſacrificia & holocauſta fiebant ex
certis aialib⁹ mundis:vt pt3 in Leuitico.ad qđ etiā genus ce-
rimonialium pertinent oblationes.In quarto tādē gn̄e ceri-
monialium ponebanť obſeruantię,& abſtinentiæ a cibis &
rebus Imundis,puta nō comedere porcū,nec anguillam &c.
vt patet ibidē.Ad iſta ergo quatuor gn̄a reducunť oia pręce-
pta cerimonialia:quia aut erant de ſacris, aut de ſacramen-
tis,aut de ſacrificijs & oblatiōib⁹,aut de obſeruātijs & abſti-
nētijs.q̄ oia dicebanť cerimonialia:inquātum reſpiciebāt,&
obſeruabant modum,& pſonas,& loca,& tpa &c. ad quan-
dā ſignificationē de futuris myſterijs: quia deus nobiliori &
conuenientiori,& digniori modo poterat coli & placari : vt
patebit.ergo talis cultus totus erat cerimonialis, & figurati-
uus:quia cerimonia non dicit niſi modum,& figuram, & ſi-
gnificationē:qa ois cerimonia q̄cūq3 ſit, fit ad ſignificādū ali
ud:vt pt3 in cerimonijs q̄ fiunt in ſeruitio & honore regum.
M ¶His habitis & notatis, ponit prima pticularis cōcluſio:q̄
oia ſacra, & ſctificata legis veteris mortua ſunt cu3 chriſto in
cruce.Iſta cōcluſio ꝓbať.Prio quo ad pſōas,& gn̄ationē car
nalē pſona⁊:q̄ ſctificabāť & dedicabāť. Nā dictū ē q̄ nō cir
cūcidebanť niſi filij Iſrael : nec vngebanť niſi ſacerdotes de
tribu Leui:& reges de tribu Iuda . ſ3 omnia iſta ordinabanť
ad Chriſtum,tāq̄ in finē.& iō Chriſt⁹ ſcđm carnē voluit eſſe
de gn̄e Iſrael,& iſraelita,& circunciſus,& voluit eſſe de tribu
Iuda,& Leui propter regnum & ſacerdotium:eo q̄ illę duæ
trib⁹ cōiungebanť in cōiugio . & hoc voluit facere Chriſtus:
vt ſecū crucifigeret gn̄ationē carnalē filio⁊ Iſrael , & regnū
& ſacerdotiū legale:& ſic voluit eſſe rex & ſacerdos. Et iō cū
Chriſto mortua eſt gn̄atio carnalis filio⁊ Iſrael : & gn̄atio
carnalis regū & ſacerdotū:& ſic mortua eſt gn̄atio legalis &
regnum,& ſacerdotium legale cū Chriſto.Ex quo ſequiť q̄
Iudęi interficiēdo chriſtū iterfecerūt gn̄ationē Iſrael carnalē
& regnū & ſacerdotiū.Et ſic ipſimet ſe priuarunt regno & ſa
cerdotio.Itē ſequiť q̄ cū Xp̄o mortua ſunt oia ornamēta ſa-
cerdotalia in lege ſcripta.ſ.ephot,& mitra, & rōnale &c. eo
q̄ talia ordinabanť in ip̄m tanq̄ ſacerdotē, & finē regni , &
ſacerdotij.& ſic etiā cū eo fuit mortuū ſceptrum regale tpale
eadē rōne.Et ſic ille popul⁹ extūc fuit priuat⁹ regno & ſacer
dotio,ꝓut ꝓpheraue rat Oſe.iij.dicēs.Dies multos ſedebunt
filij Iſrael ſine rege,& ſine principe,& ſine ſacerdotio.
N ¶Scđa cōcluſio. q̄ cū xp̄o mortua fuit Iudæa,& Hieruſalē,
et tēplū cū arca,et cū oīb⁹ vtēſilibus:et tota terra Iſrael. ꝓba
tur.Nā de⁹ elegerat illū populū:vt ex eo naſcereť meſſias ſe-
cūdū carnē:et elegit illam terrā Iſrael:vt i ea xp̄s p̄dicaret:et
miracula faceret:et illā ciuitatē et tēplū:vt I ea legē declara-
ret,et moreret,et reſurgeret.Et ꝓpter iſta myſteria nr̄ę redē
ptionis ꝓphetę deſiderauerūt et cōmēdauerūt illā terrā,et ci
uitatē et tēplū:eo q̄ oia ordiabanť ad chriſtū.ergo oia mor-
tua ſunt,et crucifixa cū xp̄o,q erat fin's gr̄a cuius oim illorū.
Habito ergo fine:ceſſant oia q̄ ſunt ad finē:et ceſſāt oia iſtru
mēta q̄ ſunt facta ꝓpter illū finē. Itē Chriſt⁹ crucifixus eſt in
Iudęa et Hieruſalē:tāq̄ in loco ad hoc deputato et electo.er
go loc⁹ fuit crucifix⁹ cū eo:et ſepult⁹. Hoc ꝓbať ex experien
tia p ea myſteria q̄ facta ſunt.Nā terręmot⁹ fact⁹ eſt p vniuer
ſam terrā in morte xp̄i:et monumēta ꝓphetarū apta ſunt:et
templi velum ſciſſum eſt:quod cooperiebat ſctā ſctō⁊: et ſic
oia ſecreta q̄ ibi latebāt,fuerūt manifeſtata,ad denotādum,
q̄ iā tēplū illud materiale nō āpli⁹ erat neceſſariū : eo q̄ oia
ſigna legis,et dicta ꝓpheta⁊ erāt in Chriſto completa &c.
¶Tertia cōcluſio.q̄ cū chriſto mortuū fuit paſcha,et ſabba O
tū,et oia tpa legis ad diuinū cultum dedicata ꝓbať. Nā xp̄s
fuit crucifix⁹ in die Paſchę et ſepult⁹.et p totā diē ſabbati mā
ſit in ſepulcro . ergo dies paſchæ fuit crucifixus cum Chriſto
et ſepultus: et dies ſabbati ſtetit cum chriſto in ſepulcro. Et
ſic tā paſcha q̄ ſabbatū fuit cū xp̄o mortuū:qa ſicut locus fuit
mortuus cum Xp̄o:ita et tēpus:eo q̄ ad hoc fuit ordinatum
paſcha,vt Chriſt⁹ in eo morereť:et ſabbatū,vt in eo p totam
diē Chriſt⁹ in ſepulcro iaceret mortuus et qeſceret.et ſic tam
ſabbatū q̄ paſcha fuit mortuū cū Chriſto . Et hoc apparet p
ſignum.Nam Chriſto moriente in die paſchę,tenebrę factę
ſunt p vniuerſā terrā,a ſexta hora vſq3 ad nonā,et ſol paſſus
eſt eclipſim,et luna non dedit lumen:ad denotādum q̄ pa-
ſcha cū oīb⁹ feſtis legalib⁹,et cum tota ciuitate Hieruſalē, et
tēplo,et cū tota terra Iſrael tunc fuit eclipſatum,et mortuum
qđ vere fuit deſignatum p illā eclipſim factā p̄ter naturā : et
terræmotū.Et ſic i eodē die cū xp̄o fuit paſcha ſepultū,et al-
tera die quę fuit poſt paraſceuē:quę fuit magnū ſabbatū,ve-
nerūt Iudęi ex pte Pilati ad ſigillādū ſepulcrū,& claudēdum
& ſic clauſerunt,& ſigillauerunt ſabbatum in ſepuchro ſimul
cum Chriſto: & ſic manſit ſabbatum ſepultum cum Chriſto.
¶Quarta cōcluſio:q̄ paſcha & ſabbatū Iudęo⁊ fuit icine- P
ratū,et putrefactum in ſepulcro.ꝓbať.Nam nec paſcha,neo
ſabbatū ſurrexit cū xp̄o:ergo māſerūt I ſepulchro: et p conſe
quēs ibi fuerūt icinerata.Nā xp̄s nō ſurrexit I die ſabbati:ſed
in die dn̄ico. Et ſic ſola dies dn̄ica reſurrexit cū xp̄o:paſcha
& ſabbato manētib⁹ in ſepulcro. Vn̄ xp̄s noluit reſurgere I
die paſchę,nec I ſabbato: ad deſignādum q̄ nec paſcha nec
ſabbatū debuit reſurgere cū eo: ſed ambo cū infirmitatibus
xp̄i ppetuo in ſepulcro incinerata manere. Ex qb⁹ patet:q̄
nec paſcha,nec ſabbatū eſt āplius celebrādum:nec obſeruā-
dum,cū ambo ſint mortua & ſepulta:& p cōſequēs incinera-
ta,poſtq̄ cum Chriſto nō ſurrexerunt:ſed ſola dies dn̄ica de
bet coli,et celebrari in memoriam dominicę reſurrectionis:
eo q̄ ſola illa ſurrexit cum Chriſto: vt patebit in ſequenti q̄-
ſtione. ¶Quinta cōcluſio. q̄ omnia ſacra veteris legis fue- Q
runt mortua,& crucifixa cum Chriſto. Probať. Nā dictum
eſt , q̄ omnia ſacramenta fuerunt ordinata ad ſanctifican-
dum : puta circunciſio ad ſanctificandum ſolos Iſraelitas,
& vnctio ad ſanctificandos reges, & ſacerdotes, & lotiones
et aſperſiones ad ſanctificandos coinquinatos. quæ oia iſta
ordinabanť ad ſctificationes,q̄s Chriſt⁹ debebat cōplere, et
facere in cruce.Et iō Chriſt⁹ voluit ſumere circūciſionem: vt
illā in cruce crucifigeret.Et ſic circunciſio fuit crucifixa cum
carne Xp̄i.et ibi fuit crucifixa vnctio regum & ſacerdotum:
qa tota pſona Xp̄i fuit vncta & tīcta cruore, & ſanguine ſuo
& fuit crucifixa ois lotio,& aſpſio legalis,q̄ fiebat ad emun-
dationē pctō⁊,et immundo⁊:qa ibi Chriſt⁹ ꝓpriū ſangui-
nem ꝓ immunditia et pro pctīs oim effudit:vt lauaret crimi
na omnium quæquidem effuſio et vnctio fuit figurata per
lotiones et aſperſiones legis veteris . ¶Sexta concluſio. q̄ R
cum Chriſto fuerunt crucifixa , et mortua omnia ſacrificia
et oblationes ve.le.Probať:quia dictum eſt q̄ oia illa erant

ſigna & figura huius ſacrificij: & dictũ eſt ꝙ illa non offere
banť in ꝑtiũ:ſed in ſignũ fœderis,& in ſignũ, & arraꝫ huius
ꝑtij qđ Chriſtꝰ ſoluit in cruce ꝓ oibꝰ ꝑteritis & futuris .ergo
oẽs illę arrę,& oia illa ſigna fuerunt ſimul mortua & crucifi
xa cũ Chriſto.Et p eandẽ rõnẽ fuit mortuꝰ cũ Chriſto eius ſi-
ue cõuiuium agni paſchalis:qđ nõ fiebat niſi in figurã, & ſi-
gnum huiꝰ ſacramẽti euchariſtię:qđ Chriſtus inſtituit in die
Iouis ſancta.In quo myſterio duo fiebãt.ſ. immolatio, & e-
ſus ſiue cõuiuium:ad ſignificandum ꝙ Chriſtus agnus q tol
lit pctã mũdi,prius erat imolandus in ara crucis:poſtea in eu
S charistia ſpũaliter epulandus & edendus ſicut quotidie fit in
eccleſia. ℂ Septima cõcluſio,ꝙ oẽs obſeruantię & abſtinen
tię,& diſcretiones ciboꝝ fuerũt mortuę cũ Chriſto . Probať.
quia oia illa data ſunt in figuram abſtinẽtiæ vitioꝝ. naꝫ per
porcũ ſignificabať luxuria:& p gryphũ rapina &c .a quibus
figuraliter illi ꝓhibebanť abſtinere.q̃ oia erant declaranda
p meſſiã i lege ꝓmiſſum:vt pꝫ Deut.xviij. Sed iam Chriſtus
oĩa iſta declarauit Mat.xv.qñ dixit:nõ quod intrat per os
coinquinat hoiem:ſed blaſphemia, & adulteria, & homici-
dia,& cętera vitia,& imunda q̃ exeũt de corde, hęc coinqui-
nant hoiem.Et ſic tenẽt Thalmudiſtę,ꝙ meſſias quẽ fruſtra
expectant,debet eis oĩs illas obſeruantias declarare,& licẽ
T tiare eis porcum,& cætera prohibita. ℂ Octaua cõcluſio,ꝙ
oia iudicialia ꝑcepta fuerũt cõpleta,& mortua cum Chriſto.
Probať.nã ſimiliter illa partim erãt ceremonialia,inquãtum
ſignificabãt ꝙ Chriſtus erat reſtituturus fructũ ablatum per
Adã,& inquãtũ figurabãt ꝙ Chriſtꝰ erat daturꝰ dẽtẽ ꝓ den
te,& oculũ ꝓ oculo:& vitã ꝓ vita oim. Nã quia Adam ex ra
ptu cibi vetiti totum genꝰ humanũ in mortẽ ꝑcipitauit:ideo
Chriſtus reſtituit fructũ in arborẽ crucis:cũ ſeipſum ꝓ illo fur
to obtulit,& ibi reſtituit dentẽ pro dẽte,& vitam ꝓ vita:quia
totus hõ quo ad corpus mortuus eſt ꝓ ipſo ꝑuaricatore, & la
trone,& homicida Adã. Et ſic patet ꝙ Chriſtꝰ fuit punitꝰ ꝓ
illo pctõ:& in eo fuerũt exercitata, & cõpleta illa ꝑcepta iu-
dicialia,& p cõſequẽs i eo fuerũt mortua. Et iõ eccl'ia nõ ex-
ercet illa,nec vult punire tali gñe ſupplicioꝝ : poſtq̃ iã Chri
ſtus cõpleuit illa:ſed remittit omnes pctõres ad pœnitentiã,
V quæ datur loco illorum iudiciorum:vt patebit infra. ℂ No-
na cõcluſio:ꝙ lex Moſaica debuit ceſſare per morteꝫ & paſ
ſionem Chriſti. Hæc concluſio probať multiplici ratione &
auctoritate.Et primo rõne defectus virtutis.quia in ſe nõ ha
bebant tantam virtutem illa legalia:vt poſſent tollere pctm̃
& iuſtificare,& gratificare hoiem ad vitam æternam: vt di-
ctuꝫ eſt in primo articulo. Scđo ꝓbať iſta concluſio propter
legis limitationeꝫ.erat eñ illa lex limitata.ſ. gñatione, loco
& tpe.Nã primo illa lex nõ fuit data niſi ſoli populo Iſraeli-
tico:& circũciſio nõ potuit dari niſi ſolis maſculis, & miniſte
rium diuini cultus ſolis leuitis,& ſacerdotium ſolis filijs Aa-
ron.Et ſic prima lex erat limitata rõne vnius generationis.
Secundo rõne loci:quia non erat ſeruãda niſi in terra ꝓmiſ-
ſionis.Deute.vj.Et agnus paſchalis non poterat immolari,
nec edi niſi in Hieruſalẽ:& ſacrificia nõ poterãt mactari nec
offerri niſi in templo Deut.xvj.Et ſic patet defectus liberta-
tis,& vniuerſalitatis illius legis : & per conſequens non erat
condignus cultus latrię debitus diuinæ maieſtati. Nam ſicut
deꝰ eſt vniuerſalis creator,& conſeruator,& redẽptor:ita ipi
debeť latria per omnia vniuerſalis, cõis oibus gñationibus,
& oĩbus locis & tpibus.vñ ſi latria non exhibebať deo ni-
ſi in illo templo:ergo nõ poterat exhiberi in omni tempore,
& in omni hora.ergo debuit ceſſare.Tertio ꝓbať iſta cõclu-
ſio rõne indignitatis ſacrificioꝝ. nã munera & ſacrificia de-
bẽt eſſe condigna diuinę maieſtati,& ſapientię, & bonitati:
eo ꝙ ſub tali rõne debetur deo cultus latriæ .ſed illa ſacrifi-
cia erãt diuinæ maieſtati icondigna,cũ eſſent oblata, & im-
molata ex aialibus brutis,in qbus ꝑtium erat vile,& impuꝝ.
igiť quęrendum erat munus diuinę maieſtati condignum &
purũ & ꝑtioſum & charum de ſe & acceptabile:non brutum

Quarto ꝓbať iſta cõcluſio inquãtũ lex Moſaica nõ fuit data
grã ſui:ſed in ſignũ futurę veritatis p Chriſtum adimplendę.
ergo debuit ceſſare quando fuit impleta,& verificata per re-
ſurrectionem Chriſti, ꝓut dictum eſt. Quinto probať eadẽ
concluſio inquantũ tota lex Moyſi & oia legalia mortua fue
runt ſimul cum Chriſto,& non ſurrexerunt cum eo : quia tũc
compleuerunt officium & curſum ſuum , & manſerunt in ſe-
pulcro incinerata:& p cõſequẽs pdiderũt ſuas vires , et ſuum
officium,et p cõſequẽs ceſſauerũt. q a ꝓpter aliud nõ fuerant
inſtituta,niſi ad ſignificãdum,et in ſignũ pacti et fœderis:et
ad ducendũ,et dirigendũ illum populũ vſq; ad Chriſtum,in
quo oia illa erant verificãda,et a quo ille populꝰ erat recep-
turus veritatẽ repromiſſionis:ſub cuiꝰ fide,et ꝓteſtatione ob
ſeruabat illa legalia. Ex oibꝰ ergo ſupradictis ſequiť corolla
rie:ꝙ ceſſante lege Moyſi debuit ſuccedere lex euangelica:
eo ꝙ ſupplet et ſatiſfacit omnibus defectibus legis Moyſi
et verificat oĩs eiꝰ figuras:et verificat totã legẽ et ꝓphetas.
Nã primo lex euãgelica explicat fidẽ neceſſariã ad noſtram
ſalutẽ p.xij.articulos:in qbus explicať trinitas pſonarum ſub
vnitate,et ſimplicitate vnius ſubſtantię,et eſſentiæ diuinę,et
explicat beneficium creationis,et omnia myſteria, et bene-
ficia noſtrę redẽptionis et glorificationis: ꝓpter quæ debeť
deo vera latria.Secundo lex euãgelica explicat verum intel
lectum ꝑceptorum moralium:vt patet Mat.v.et.vj.&c.et cõ
tinet ſeptẽ eccleſiaſtica ſacramenta:q̃ in ſe realiter continent
Chriſtũ,in quo eſt tota plenitudo diuinitatis, ſicut eſt ſacrifi
cium euchariſtiæ : aut continent realiter pretium paſſionis
Chriſti,ſicut ſunt cętera ſacramenta.et ſic poſſunt mundare
hominẽ ab omni peccato,et ipſum iuſtificare . Itẽ tertio lex
euangelica eſt vniuerſalis et illimitata:qa baptiſmus eſt cõ-
munis vtriq; ſexui:et oia ſacramẽta ſunt cõmunia omni ge-
neri,et omni populo,et linguæ: qa per totum orbem terraꝝ
fuit prędicata,et in ea non eſt exceptus Iudæus,nec Græcus
nec Barbarus.ad Roma.per totum.Et ſic a ſolis ortu vſq; ad
occaſum offerť ſacrificium mediatoris pro omnibus, et exer
cenť oia ſacramenta.Et hoc fit in omni tempore et hora.nã
qñ in nr̃o hemiſphęrio ẽ nox:in alio eſt dies: et qñ in noſtro
hemiſphęrio eſt hora nona,aut decima,in altera pte mundi
eſt hora tertiarũ &c.et ſic nulla eſt hora nec momentuꝫ, q̃n
in aliqua pte mũdi offerať deo ſacrificium, et exhibeať deo
vera latria.qđ non poterat fieri in lege veteri:qñ ſacrificium
offerebať in Hieruſalẽ.Itẽ quarto lex euãgelica ſupplet totũ
defectum legis:quia verificat et complet omnia quæ illa ſi-
gnificabat et figurabat: vt dictũ eſt.Itẽ quinto:qa lege vete
ri manente incinerata in ſepulcro:ſola veritas euangelica ſur
rexit cum Chriſto . Ex quibus patet ꝙ illa debuit ceſſare et
iſta ſuccedere,cui nulla altera lex eſt ſucceſſura:.vt patebit.
Sed licet iſta concluſio poſſit probarí multiplici auctoritate
ve.teſta.tamẽ ſolum adducenť aliquæ auctoritates,quæ per
Iudæos non poſſunt negari.vnde Eſaiæ.ij. Et erit i nouiſſi-
mis diebus ꝑparatus mons domus domini ſupra verticẽ mõ
tium,& eleuabiť ſuper oĩes colles: & fluent ad eum omnes
gẽtes,& ibunt populi multi, & dicent : venite aſcẽdamus ad
mõtẽ dñi,& ad domũ dei Iacob,et docebit nos vias ſuas, &
ambulabimus in ſemitis ſuis:quia de Sion exibit lex,et ver-
bum domini de Hieruſalẽ.E hac auctoritate ſequiť ꝙ totꝰ
populus gentilis erat venturus ad doctrinã Chriſti meſſię,et
petiturꝰ ab eo doctrinã nouã,et legẽ nouã:qa nõ dicunt: do
cebit nos vias Moyſi:ſed docebit nos vias ſuas .i. legem ſuaꝫ
nouam.Scđo ſequiť ꝙ pręter legẽ Moyſi, q̃ exiuit de Sinai,
debebat alia exire de Hierl'm:et p conſequẽs illa lex Moyſi
quæ exiuit de Sinai debebat ceſſare.Item hoc idem proba-
tur Hiere.xxxj.vbi diciť.Ecce dies veniunt dicit dominus,et
feriã domui Iſrael,et domui Iuda fœdus nouũ:non ſecundũ
pactũ qđ pepigi cum pr̃ibus veſtris in die qua eduxi eos de
terra Aegypti, pactũ qđ irritum fecerũt:ſed hoc erit pactum
quod faciã cũ domo Iſrael.Poſt dies illos dicit dñs,dabo le-

gem in viſceribus eoꝝ,& in corde eoꝝ ſcribam eam &c. Ex
hac auctoritate patet ꝙ meſſias in lege promiſſus aliam le-
gẽ nouã debebat dare:non ſcriptã in tabulis lapideis:nec in
chartis,ſicut fuit lex Moyſi:ſed ſcriptã in cordibꝰ, & viſceri-
bus hominum p ꝓpriam prędicationẽ.Hoc idem patet Da-
nielis.ix.vbi dicit.Poſt.lxij.hebdomadas ab ędificatiõe ſe-
cũdi templi vngeť ſanctus ſanctorũ & firmabit pactum:he-
bdomada vna occidetur chriſtꝰ & in medio hebdomadis de
ficiet hoſtia & ſacrificiũ:& non erit eius populꝰ qui eum ne-
gaturus eſt:& poſtea vſqꝫ ad cõſummationẽ & finẽ erit in tẽ
plo ſtatuta deſolatio.Ex hac auctoritate oſtendiť manifeſte
quomõ Chriſtus erat venturus poſt.cccccxxxiij.annos ab ędi
ficatione ſecũdi templi:& quõ debebat firmare, & dare le-
gem nouam,& pactum multis: & non ſolum populo Iudai-
co.Et quomodo debebat ceſſare hoſtia & ſacrificiũ:& p con
ſequẽs tota lex Moyſi.qđ totũ videmꝰ eſſe cõpletuꝫ. Hoc idẽ
ptꝫ p Thalmudiſtas:& ea q̃ ſcribunť in libro Canhadrin, &
in ſtudio Helię:ꝙ ſex milia annoꝝ eſt mundus: duo mi. va
nitatis,& duo milia legis,& duo milia regis meſſiæ. Ex quo
patet ꝙ lex Moyſi nõ debebat durare niſi per duo milia an
norum,incipiendo a tempore circunciſionis. Ex quo etiam
ptꝫ,ꝙ lex Moyſi iã ceſſauit in Chriſto, ꝓut latius patebit in
X ſequenti q̃ſtione. ¶ Decima cõcl'o, ꝙ legalia nõ ſolũ p mor
tẽ Chriſti fuerunt mortua,& inutilia,& inualida:ſicut inquit
Hiero.ſed & poſt publicationẽ euãgelij fuerũt & ſunt morti-
fera obſeruantibus ea. Prima pars patet per ea quę dicta ſũt
quia oia fuerunt mortua cũ Chriſto, & ſepulta, & non ſurre-
xerunt cum eo:quia ibi compleuerunt curſum, & officiuꝫ ſu-
um:qa non fuerunt data gratia ſui:ſed in ſignum fœderis &
pacti,& in ſignum p̃tij:&per conſequens ibi perdiderunt vi
res ſuas:vt inqt Hiero.ſup ep'ſam ad Gala.Item idem Hie-
rony.ait ſup Matthæũ homilia de puella reſuſcitata p Chri
ſtũ,ꝙ niſi prius mundatę fuerint manus Iudęoꝝ q̃ ſanguine
plenę ſunt,ſynagoga eorum mortua non ſurgit. Per quod i-
tẽdit Hieronymus, ꝙ ſynagoga mortua conuerteť ad Chri-
ſtum in fine mundi:ſed ꝓnunciato euangelio inutilis,& in-
ualida manet poſt mortem,& reſurrectionẽ Chriſti. Secun-
da pars ꝓbať per Augu.& hoc multipliciter. Prio,quia poſt
mortẽ Chriſti Iudęi offerunt rẽ mortuã,& putridã, & inutilẽ
obſeruando lagalia:ergo talia ſunt eis mortifera.Scdo quia
rumpũt,& violãt pactuꝫ,& fœdus. nã illa data fuerunt eis in
pactum,& fœdus Chriſti vẽturi firmata per aſperſionem ſan
guinis in ſignum ꝙ per ſanguinem Chriſti erat illa lex ſoluẽ
da:ſed iã venit Chriſtꝰ. & aſperſit ſanguinẽ ſuum ſup popu-
lum,ꝓut fuit figuratũ Exo.xxiiij.& iã ſoluit p̃tiũ ꝓ oibus: er
go ſequitur ꝙ poſt p̃tium ſolutum Iudęi rumpunt & violant
pactũ,& cõtẽnunt p̃tium,& ſacrificium ꝓ nobis oblatũ. er-
go talia ſacrificia, & ois legalis obſeruãtia eſt eis mortifera:
eo ꝙ fit cũ cõtẽptu dei. Tertio hoc idẽ ꝓbať inquantum per
talẽ obſeruãtiã falſificant legẽ & ꝓphetas.nã per talẽ obſer-
uantiã negãt Chriſtum veniſſe.ergo negãt, & falſificant le-
gẽ & ꝓphetas: q nihil aliud clamabãt & ſignificabant, niſi
Chriſtũ in carnẽ vẽturum,& p mortẽ. & paſſionẽ mũdum re-
dẽpturũ:& ſic falſificãdo ſacrã ſcripturã,& auferendo verum
ſignificatum,& veritatem ab ea: faciunt deum mendacem,
q locutus eſt ĩ lege & ꝓphetis. Et ſic nõ ſolũ obſeruãtia legis
eſt eis mortifera:ſed intelligẽtia.& falſa gloſſa quã dant ipſi
ſcripture eſt eis mortifera.Vñ dicit Aug.de vnico baptiſmo
contra Donatiſtas,ꝙ in eadem lege, & ſcriptura veteris te-
ſtamenti chriſtiani fiunt boni, ſpiritualiter & bene intelligẽ
do,& Iudæi fiunt mali, literaliter & falſe intelligendo. quia
litera occidit:ſpũs aũt viuificat. Quarto obſeruantia legaliũ
eſt Iudæis mortifera inquantum eſt prohibita,non ſolum p
Chriſtũ,q eſt ille ꝓpheta:quem deus ꝓmiſit Deut.xviij.qui
legẽ iã declarauit: ſed etiã ſunt ꝓhibita per ꝓphetas oia le-
galia poſt Chriſtũ,ſicut fuit ꝓbatum pſal.xxix.vbi dicit Xp̃s
per os Dauid.Sacrificium & oblationem noluiſti:aures au-
tem pfeciſti mihi.Holocauſtũ ꝓ pctõ nõ poſtulaſti &c.Item
pſal.xlix.Nõ accipiã de domo tua vitulos:neqꝫ de gregibus
tuis hircos.Item Eſa.lxvj.Ad quem reſpiciam: niſi ad paup
culũ & cõtritũ ſpũ,& trementẽ ſermões meos: Qui immolat
bouẽ,q̃ſi q interficit viruꝫ:qui mactat pecus,quaſi q excere-
brat canẽ.q offert oblationẽ,quaſi qui ſanguinẽ ſuillum of-
fert:qui recordatur turis, quaſi q bñdicat idolo. Ex dictis in
p̃cedente:& iſto capitulo patet manifeſte, quomodo tẽpore
meſſię legalia debebant ceſſare,& qũo poſt eiꝰ aduẽtũ oia il
la debebãt eſſe deo abominabilia:ſicut homicidium eſt deo
abominabile.Vñ dicit ꝙ ſicut homicidium & ſacrificiũ ido
lorũ &c.erãt tunc prohibita: ita legalia ſunt ꝓhibita poſt ad
uentum Chriſti.Hoc idem patet Malachiæ.j.vbi dicit dñs.
Nõ eſt mihi voluntas in vobis dicit dñs:& munꝰ nõ accipiã
de manu veſtra.Ab ortu.n.ſolis vſqꝫ ad occaſum, magnum ẽ
nomen meum in gentibus:& in omni loco ſacrificatur,& of-
ferť nomini meo oblatio munda: qa magnũ eſt nomẽ meũ
in gentibus dicit dominus exercituum.Et vos polluiſtis illud
in eo ꝙ dicitis:Menſa domini contaminata eſt.et quod ſup
poniť cõtẽptibile eſt cũ igne qui illud deuorat &c. Ex ſupra-
dictis patet, ꝙ poſt reſurrectionẽ Chriſti nõ ſolũ ſunt mor-
tua legalia,ſed et mortifera:et nõ ſolum ceſſarũt offerri:ſed
& ſunt deo abominabilia: et p cõſequẽs ſunt nobis ꝓhibita.
qa ita ſunt ꝓhibita,ſicut in lege erant prohibitę carnes ſuil-
lę,et ſicut homicidium,et ſicut ſacrificiũ idoloꝝ: vt patet ex
dictis Eſaiæ.et p Malachiã patet ꝙ oia legalia ſunt immun
da poſt aduentũ Chriſti:ergo ſunt prohibita. Et oſtẽdiť etiã
ꝙ ſacrificia vet.legis erãt inſufficientia,et impfecta:eo ꝙ nõ
poterant offerri niſi in Hieruſalẽ,et in ſolo illo populo Iſrae
litico:et per conſequens ſacrificium generale erat ab omni-
bus gentibꝰ offerẽdum,et in omni loco: ſicut deꝰ eſt creator
et redemptor tã gentilium q̃ Iudęorum.Et ideo dicit deus p
Malachiam,A ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum offerť mihi obla-
tio mũda:qa magnũ eſt nomẽ meũ in gentibus &c.Itẽ deno
tat,ꝙ Iudęi poſt aduẽtum Chriſti polluũt nomẽ dñi offeren
do ſacrificia legalia,et rep̃hendendo chriſtianos offerentes
ſacrificiũ mediatoris:p hoc ꝙ ait. Et vos polluiſtis illud ĩ eo
ꝙ dicitis mẽſa domini contaminata eſt &c. Ex pluribꝰ alijs
auctoritatibus probať legalia eſſe ꝓhibita,et deo odioſa, et
abominabilia:et p cõſequẽs hoibꝰ mortifera poſt aduẽtum
Chriſti:ſed cauſa breuitatis iſta ſufficiãt. ¶ Quãtũ ad tertiũ Y
articulũ in quo q̃riť de æternitate legis,eſt valde aduertẽdũ,
ꝙ æternum in ſacra ſcriptura diciť valde ęquoce de diuerſis
et ratio eſt iſta.nã ęternũ diciť ab ęuo ſiue ab ętate,qđ idem
eſt qđ vita,ſiue eſſe:quia viuere viuẽtibus eſt eſſe.Et ſic viue-
re,ſiue vita,et eſſe valde ęquiuoce dñr de deo et creaturis.nã
deus eſt,et viuit p ſuã eſſentiã:et iõ eſt ſua vita,et ſua ætas, et
ſuum eſſe. Et iõ de ſolo ipſo diciť ꝙ eſt.Exo.iij.Ego ſum qui
ſum:et qui eſt miſit me ad vos.et vbiqꝫ diciť in ꝓphetis:viuo
ego dicit dñs.q.d.ſolus ego habeo vitã a meipſo,et ſum vi-
ta mea.omnia autem alia viuunt quia participant eſſe,et vi-
tam a deo:iõ nõ ſunt ſua vita,nec ſuũ eſſe:ſed dñr eſſe adiecti
ue:et ſic dicunť viuere ſub aliquo alio reſpectu, et ſcđm quid
et nõ ſimpl'r:qa licet habeãt vitã:tñ habẽt ipaꝫ termiabilẽ et
ſucceſſiuã:ſicut ſunt oia iſta tpalia. Et iõ eẽ et vita ſiue viue-
re valde ęquiuoce diciť de deo et creaturis.Nam licet angeli
habeãt totã vitã ſimul:tñ habẽt ipſam terminabilẽ.et depen
dẽtẽ,et participatã.ſed oia alia dicũť eſſe,et viuere ſucceſſiue
ſub tpe et motu:ergo etiã vita eoꝝ eſt magis æquiuoca. Sed
quia ęternũ diciť ab ętate q̃ idẽ ẽ qđ vita:iõ ſicut vita,et ætas
diciť æquiuoce de deo et creaturis ita pariter et æternũ:quia
ęternum nihil aliud eſt niſi ęquale,ſeu coætaneũ alicui vitæ
aut ętati:et ſic quot ſunt ętates et vitę tot ſunt ęternitates.et ſi
cut alia eſt ętas et vita dei,et aliarũ creaturarũ:ita alia ẽ ęter-
nitas dei,et alia creaturarum. Nam æternitas dei eſt inter-
minabilis vitæ tota ſimul et perfecta poſſeſſio:ſicut dicit Bo
etius quarto de Conſolatione. Et æternitas angeli eſt ſua

vita & duratio tota ſimul:ſed terminabilis: & æternitas hominis eſt ſua ętas & vita nõ tota ſimul:ſꝫ terminabilis, & ſucceſſiua: & ſic vnũquodqꝫ habet ſuam ætatem,& ęternitatẽ:qa ęternũ dicit̃ inquatum eſt alicui ętati,& vitę coęuum, & coæquale in duratione.& ſic dicimus ꝙ caput meũ eſt mihi ęternũ.i.eſt mihi ęquale in duratione:qa quãtũ durabit vita mea tantũ durabit caput meũ: & ecõuerſo.& ſic dicim⁹ ꝙ reſpirare eſt mihi ęternũ.i.durãs p totã vitã meam.& ętatem.Et ſic dixit rex Get ipſi Dauid.Eris mihi ſeruus ſempiternus .i.p totam vitam & ętatem tuam.ij.Reg.Et ſic æternum nihil aliud eſt niſi res durans ſiue durabilis p totã ætatem, & vitaꝫ, & per totum ſeculum alicuius. Quia ergo Hebręi diſtinguũt mundũ p multa ſæcula,ſiue p multas ętates in ſua ſucceſſiõe: ergo neceſſe eſt vt diuidant ipſum per multas æternitates: & tunc aliquid erit ęternum,ſiue ſempiternuꝫ vni ſæculo & ętati,& alterum alteri.Vnde quidam diſtinguunt mundum per tria ſecula,ſiue ętates.vnde ſcribitur in lib.Canhadrin,ꝙ legit̃ in ſtudio Heliæ, ꝙ ſex milia annorum eſt mundus: duo milia naturæ ,& duo milia legis,& duo milia regis meſſiæ. Aliud ergo fuit ęternum primę ætati:aliud fuit æternũ ætati & ſæculo legis:& iſta fuit circunciſio quę durauit p totũ illud ſeculũ,& ętatem legis.Et iſto modo data fuit circunciſio ipſi Abrahę,ſub fœdere ſempiterno.i.p totã illã ętatẽ & ſæculuꝫ vſqꝫ ad meſſiam,quę fuit ſecũda ętas & ſeculũ mundi,ſecundum illã cõputationẽ.Et ita pariter dedit & promiſit ſemini ſuo terrã Chanaã in poſſeſſionẽ ęternam.i.ꝙ poſſiderẽt eaꝫ p totũ illud ſeculũ legis vſqꝫ ad Chriſtũ.qđ ita in veritate factum eſt:nam poſt modicum tẽpus perdiderunt illam terraꝫ Et ſic pariter eſt dicẽdum de ſabbato , & cæteris legalibus q̄ data fuit in fœdus æternũ:eo mõ dictũ eſt.i.p totũ illud ſæculũ & ætatẽ,vſqꝫ ad aliud ſeculũ meſſiæ excluſiue . & ſic oĩa illa fuerunt ſempiterna cũ illa ętate vſqꝫ ad Chriſtuꝫ . Et hoc cõfirmãt ipſimet Iudęi cũ dicunt ꝙ lex non debebat durare niſi per duo milia annoꝝ,inter ſeculum naturæ, & ſæculum meſſię.ergo ſcđm eos lex nõ erat ęterna ſimpl'r:ſed ſolum ſecundũ quid:inquãtũ erat duratura per totum illud ſeculuꝫ & ętatem.Et iſto modo ſacramẽtũ altaris dicit̃ ęternũ.Matth. xxvj.cũ dicit Chriſtus. Hic eſt calix noui,& ęterni teſtamenti.eo ꝙ durabit p totũ tẽpus gratię,& nullum aliud ſuccedet. Et ſic patet ꝙ multa dicunt̃ ſempiterna in ſacra ſcriptura,nõ ſimpliciter:ſed ſecundũ quid,reſpectu alicuius ſeculi , & ętatis.Et iſto modo lex Moyſi,& circunciſio data fuit in fœdus & pactũ ęternũ p totã illã ętatẽ vſqꝫ ad Chriſtũ. Sꝫ licet hoc ſit bñ dictũ: ꝓpter obſtinationẽ Iudęoꝝ tñ adhuc oĩa legalia poſſunt dici ęterna dupl'r.Vno modo quantũ ad ſignum tantũ: & ſic fuerũt ſempiterna illi ſeculo & ętati per totã illaꝫ ętatem vſqꝫ ad Chriſtum:ſicut dictũ eſt.Scđo mõ dicunt̃ ęterna,quantum ad ſuum ſignificatum,& quo ad eorum veritatem.Et ſic eſt dicẽdũ ꝙ circũciſio fuit data ſub fœdere ſẽpiterno rõne paſſionis Chriſti,in qua fuit verificata circunciſio & in qua ſolutum eſt verum p̄tium,& ratiõe baptiſmi,qui ẽ ſpiritualis & vera circunciſio cordis & aię per illã carnalem circũciſionẽ ſignificata,& figurata q̄ qđẽ circunciſio baptiſmalis durabit vſqꝫ ad iudiciũ p totã iſtaꝫ vltimã ętatem,& tempus,& ſeculũ grãe.Et ſic eſt dicendum de immolatione agni Paſchalis,& agni matutini,& veſpertini, & aliorum ſacrificioꝝ,quę oĩa verificant̃,& continuant̃ in hoc ſeculo grãe per oblationẽ,& ſacrificiũ ſacramẽti altaris. Et ſic pꝫ quo oĩa illa legalia ſunt ęterna: quo ad eoꝝ ſignificata: & quo ad veritatem.nam ſicut ſignum verificatur: ita ęternificatur per ſuã veritatem & ſignificatum.Et iſto modo oĩa illa legalia data fuerunt in fœdus ęternũ.Itẽ tertio data ſunt & in fœdus æternũ ratiõe vltimati finis,& premij ꝓmiſſi:qđ eſt ſumma beatitudo p omnibus illis legalibus,& pro obſeruãtia eorũ obſeruatoribus promiſſa:quam promiſſionem oĩs patres veteris teſtamenti per Chriſtuꝫ acceperunt:quãdo eduxit eos de limbo:& introduxit in gloriã cæleſtẽ.ad Heb.xj. vbi ſempiterno ęuo fruunt̃:vt patebit *in tertia* q̃ſtione. Ex quibus patet,ꝙ oĩa illa legalia tripliciter dicunt̃ ęterna,& eẽ data ſub fœdere ſempiterno.Primo modo inquãtũ ſunt data in ſignũ ſiue rõne ſigni:et ſic fuerunt ęterna ſecũdum quid, et ſempiterna cũ illa ætate.Secundo rõne ſignificati,et rõne ſuæ veritatis:et ſic iam dicuntur magis ęterna:quia adhuc durat,et durabit veritas eoꝝ,et ęternificat̃ vſqꝫ ad iudicium. Tertio modo dicunt̃ ęterna rõne vltimati finis,et præmij vltimate ꝓmiſſi:et ſic ęternificant̃ in gloria.Vnde lex Moyſi ęternificatur per legem euangelicã:et lex euangelica æternificat̃ p æternã fruitionem in gloria,et patria cęleſti.et in hoc conſiſtit vera intelligentia illius literę.Geñ.xvij.et Exo.xxxj.

¶ Ad maiorẽ euidẽtiã,et intellectũ eoꝝ q̃ dicta ſunt in hoc articulo,et duobus p̄cedentibus,eſt valde aduertendũ, ꝙ in chriſto viatore,et in hac pegrinatione triplex forma conſiderabat̃.ſ.forma ſeruitutis,et forma veritatis humanę,et forma deitatis.Forma autem ſeruitutis dicebat̃ forma pœnalitatũ & infirmitatũ.ſ.fames,ſitis,dolor,& mors &c.quam formã appellat etiã Apl's ſimilitudinẽ carnis pcti:eo ꝙ erat veſtigium,& effectus pcti ipſorũ primorum parentum.quã formã pœnalitatũ voluit Chriſtus ſpõte aſſumere p̄ter peccatũ vt illę pœnalitates eſſent inſtrumentũ ad patiendũ, & merẽdum pro nobis,& ad extinguendũ peccatũ. Forma autẽ veritatis humanę erat cõpoſitũ ex corpore ſubſtantiali,& anima rationali,ex quibus reſultat vera humanitas. Forma aũt dietatis erat ipſum verbũ diuinum Voluit ergo Chriſtus mori ſecundũ formam ſeruitutis & pœnalitatũ: vt extingueret ĩ nobis peccatũ & pœnas peccati. Et voluit etiam mori ſcđm formã humanitatis:hoc eſt,quia aĩa vere fuit a corpore ſeparata.ſed nõ mortu⁹ eſt ſcđm formam deitatis:quia vt ſic erat ęternus & ĩmortalis.Ita ergo pariter in lege Moyſi erat conſideranda triplex forma.ſ.forma officij & ſigni & forma veritatis,& forma pręmij finalis.Forma.n.officij,& ſigni legalis erant modi conferendi ſacramenta legalia,& modi ſacrificandi,& diſtĩctio ſacrificiorum,& obſeruantię,& diſcretio ciborum. Forma autem veritatis erat veritas euangelica .ſ. myſteria Chriſti & eccleſię,quę figurabant illa legalia, & in q̃bus illa ſigna fuerunt verificata.Forma aũt finalis, & vltimati p̄mij ꝓ illi⁹ legis obſeruãtia,erat grã quã per Chriſtuꝫ expectabãt recipere in p̄ſenti,& gloria in futuro : vt videbitur in tertia q̃ſtione.Iſtas ergo tres ſupradictas formas continebat lex Moyſi:eo ꝙ erat mater Chriſti:de qua,& ſub qua natus & factus eſt Chriſtus.ad Gal.iiij. Et ideo quia Chriſt⁹ voluit naſci,& fieri ſub lege : vt eos q̃ ſub lege erãt redimeret per mortẽ,& paſſionẽ,& reſurrectionẽ: inde eſt ꝙ crucifixit cum eo totã legem Moyſi,qua erat indutus: & per conſequens tota lex Moyſi fuit cũ eo ſimul mortua & crucifixa:vt pꝫ ad Colo.ij.Sꝫ ſicut forma pœnalitatũ,& ſeruitutis quã ꝓ nobis Chriſt⁹ ad iſtrumẽtũ patiẽdi ſpõte aſſumpſerat, tota ſꝫ fuit extĩcta,& ĩcinerata,& Chriſt⁹ reſurrexit cũ ſola veritate, & forma humanitatis,& veritatis humanę,& deitatis:ita pariter forma officioꝝ,& ſignoꝝ cerimonialiũ legis Moyſi q̃ fuerat mortua cũ xp̄o mãſit ĩcinerata,& putrefacta in ſepulcro cũ infirmitatib⁹ & pœnalitatibus xp̄i: & ſurrexit cũ xp̄o ſola veritas legis:q̃ ẽ veritas euãgelica p cerimonialia figurata & ſignificata.Itaqꝫ ſicut Chriſt⁹ iã ampli⁹ nõ morit̃:ita nec agnus paſchalis imolat̃:nec cętera aĩalia mactant̃,nec ſacrificant̃: nec aliqs alius ſanguis in aliquo ſacramento,aut ſacrificio effundit̃.Et rõ eſt.nã ille ſanguis qui effundebatur in circũciſione,& immolatione agni paſchalis , & agni matutini,& veſpertini,& vituloꝝ,& hircoꝝ,& oim aĩaliũ, non effundebat̃ niſi in ſignũ p̄tij,& ſanguinis chriſti effundendi in cruce: ꝓut ſupradictũ eſt. ergo forma officioꝝ , & ſignorũ legis ve.iã finiuit curſum ſuum: poſtq̃ ſanguis Chriſti qui erat effundendus figuratus per illa ſigna cerimonialia: iã realiter effuſus eſt.Nã ſicut adueniẽte luce extinguit̃ vmbra , ita p̄ſente veritate fuit extincta & ceſſauit ſignum,& figura. Et

ideo in ſep tez ſacramentis eccleſię nullus ſanguis effūditur. nam hæc eſt differentia inter ſacramenta noui & veteris teſtamenti: nam oia ſacramēta & ſacrificia vete. teſt. fiebant I ſignū & figurā chriſti occidēdi, & crucifigendi & in figuram ſanguinis Chriſti effūdēdi. Iō quaſi oia illa ſacramenta & ſacrificia fiebant cuȝ effuſione ſanguinis, aut cū occiſione aialium. Sed qa ſanguis Chriſti iam effuſus eſt: ideo non oportet ꝙ ſacramenta eccleſiaſtica fiant cuȝ effuſione ſanguinis: ſed ſufficit ꝙ habeant virtutē ex ſanguine & paſſione: & offeratur Chriſt⁹ immortalis & impaſſibilis qualis reſurrexit cū veritate humanitatis & deitatis: & cuȝ veritate ſignificata & figurata per legē. Ex ſupradictis patȝ ꝙ ſicut in lege Moyſi cōſiderabantur tres formæ ſ. forma ſigni officialis, & forma veritatis: & forma pręmij finalis: ita pariter conſiderabanꝰ tres ætates, & tria ſæcula, & per conſequens tres æternitates in ea. Nam prima fuit ſæculum & æternitas ſigni officialis q̄ durauit per totum ſæculum le. vete. vſqȝ ad ſæculum Chriſti meſſię. Secunda conſiderabaꝰ ęternitas veritatis legis ſ. redēptionis & grę a Chriſto vſqȝ ad iudiciū. Tertia ē æternitas p̄mij vltimati: quā oēs pres ve. teſt. acceperunt nobiſcum in Chriſto. & iſta erit ſine fine i gloria cęleſti: vt patebit in tertia qſtiōe. Et ſic ptȝ qualiter tripliciter lex Moyſi dicebaꝰ ęterna & data ſub fœdere ſēpiterno. ſ. æternitate cerimonialis officij: aut æternitate veritatis: aut æternitate finis vltimati. Et pȝ qualiter lex Moyſi fuit æternificata ꝑ legem & gratiā euāgelicā quātū ad ſuā veritatē: & ęternificaꝰ ꝑ gl'iam quo ad p̄mium vltimatū. Ex ſupradictis ptȝ veritas trium ſupradictorū articulorū & totius qſtiōis. nā ſi lex vetus nō poterat iuſtificare hoiem nec ꝑ ſe tollere pctm̄ rōne cerimonialium niſi in fide Chriſti futuri, & veritatis euāgelicæ ꝑ illa cerimonialia figuratę: ergo oportebat illa cerimonialia ceſſare, & veritatē eius euāgelicā iuſtificantē ſuccedere. vñ ſi lex Moyſi potuiſſet ꝑ opa ſua officialia iuſtificare ad vitā æternam: fruſtra fuiſſet deſideriū patriarcharū, & ꝓphetarū de Chriſto futuro, & de lege iuſtificante danda per ipſum. vnde Dauid iā habebat legē Moyſi: & tñ adhuc petebat legē iuſtificātem pſal. cxviij. dicēs. Legē pone mihi dñe viā iuſtificationū tuarū &c. Itē ſi Dauid in lege Moyſi potuiſſet ſaluari: nō petijſſet ſaluatorē dicens. Veni ad liberādū nos dñe deus virtutum: oſtēde faciē tuā, & ſalui erimus. pſal. lxxix. Item ſi lex Moyſi ꝑ ſe potuiſſet iuſtificare, nō diceret Eſaiæ. ij. Venite aſcēdamus ad montem dñi. &c. quia de Sion exibit lex, & verbum dñi de Hieruſalē. & ſic diſcurrendo ꝑ oēs prophetas qa oēs petebāt Chriſtū ſaluatorē, & doctrinā ei⁹ euangelicam: tanq̄ [illegible]tatē legis Moyſi: vt in ea poſſent iuſtificari. Et ſic eſt dicendum de eius ęternitate. quo ad veritatem & p̄miū vltimatū, ꝓut dictum eſt. Sed miſeri, & cęci, & obſtinati Iudęi nō valēt intelligere, nec ꝑcipere hoc ſacramētū: quia ſi illa ęternitas deberet itelligi literaliter & ſimplr: pariter deberēt poſſidere inęternū illā terraȝ Chanaā quę ꝓmiſſa fuit eis in poſſeſſionē æternā in p̄miū circūciſiōis. & tñ non poſſidēt illā licet circūcidanꝰ. Et iō ęternitas tam circūciſionis, q̄ terrę promiſſionis, & totius legis eſt ſpiritualiter intelligenda ꝓ ſuo ſignificato, & ꝓ ſua veritate: ꝓut declarabiꝰ in ter-
z tia qſtione. ❡ Sed nunc reſtat reſpondere ad argumentū, & auctoritates modernorum Iudęorum: quibus nituntur defendere perfidiam ſuam. Ad primum ergo cuȝ dicunt ꝙ illa lex fuit inſtituta ad tollēdū pctm̄, & iuſtificandum homineȝ &c. Reſpōdeꝰ: ꝙ iam ꝓbatum eſt in primo articulo, qūo illa lex de ſe nec poterat tollere peccatū, nec iuſtificare hominē ſimpliciter ad vitam ęternam conſequendo ꝑ opa legalia: ſed ſolū fuit inſtituta, & data in ſignū figuratiuū, & in ſignū fœderis, & futuri p̄tij ꝑ Chriſtū ſoluendi in cruce, & in figuram ſacramētorū eccl'iaſticorū in quorum miniſterio, & collatione ſtico ſoluiꝰ p̄tiū. Et ideo ſoluto p̄tio fœderis ꝑ Chriſtum, ilico ceſſauit ſignum fœderis: & ceſſarunt oia ſigna figuratiua cuiuſmodi fuerunt oia ſacrificia, & oblationes, & cætera legalia: q̄ nunc continuanꝰ, & verificanꝰ per ſua vera ſignificata. Et ideo quotieſcūqȝ hodie illa legalia obſeruanꝰ ꝑ Iudęos falſificant legē, & ꝓphetas: poſtq̄ iā fuerūt verificata & īpleta ꝑ Chriſtum: & iam impleuerūt officiū, & curſum ſuum ꝓut dictū eſt. Et iō Iudęi ſunt blaſphemi, talia falſa, & iania ſigna exercentes, & aſpectantes. et nō ſoluȝ ſunt blaſphemi, ſed et fatui. Nam talia legalia non ſolum data ſunt in ſignuȝ figratiuum, et in ſignū fœderis, et p̄tij futuri: ſed et in ſignū cenſualis tributi. Et ſic tota lex nil aliud erat niſi chirographum et contractus debitorius et cenſualis. ad Coloſſenſes. ij. Sed iam ille contractus fuit raſus, et ruptus per mortē creditoris, vſqȝ ad quem terminum obligat eos lex ſoluere tributum cēſuale. ergo ſequiꝰ ꝙ per mortē Chriſti creditoris, et ꝓcuratoris dei patris totus ille ppl's fuit abſolut⁹ ab illo contractu debitorio. Ex quo patȝ, ꝙ fatui ſunt cēſendi ſoluendo tributum, ad quod ſoluendū non obliganꝰ: imo ꝓhibenꝰ: vt dictum eſt. Tria ergo mala ꝑpetrant Iudęi volēdo cerimonialia obſeruare. Primo. n. occidūt aiam ſuā cōtēnendo ſalutē, et beneficium redemptionis. Secūdo falſificant legem dando falſa ſigna, et expectando meſſiam qui iam venit. Tertio pręiudicāt, et iniurianꝰ ſibijpſis ſoluēdo tributū, ad qđ iā nō obliganꝰ. Sed quartū eſt ꝑcius oibus, qa manēt cęci, et in eadem perfidia obſtinati. ❡ Ad ſecundū eſt dicendum: ꝙ circūciſio, et ſabbatū, et cętera legalia fuerūt data ſub fœdere ſempiterno, quo ad ſuam veritatem, & ad ſua ſignificata: & quo ad ſuum finē: & ſic dicunꝰ ęterna ratione ſuoꝝ ſignificatorū, inquantū cōtinuanꝰ, & verificanꝰ, & ęternificanꝰ ꝑ ſua ſignificata. nā ſicut illa circūciſio fiebat tunc carnaliter in ſignū circunciſiōis ſpūalis: ita fit hodie ſpiritualr ꝑ baptiſmū. & ſic eſt dicēdum de agno paſchali, & de agno matutino, & veſpertino, qui quotidie offertur quo ad ſuum verum ſignificatū in ſacramēto euchariſtię. Et ſic eſt dicēdū de cæteris legalibus carnalibus, q̄ hodie ſpūaliter obſeruanꝰ. Fuerūt etiā data illa legalia in fœdus ęternū. quātuȝ ad finē vltimatum qa oēs patriarchę, & ꝓphetę, & fideles qui obſeruauerunt. illa legalia ſub pacto fidei Chriſti vēturi, ęternalr fruunꝰ cum Chriſto bonis cęleſtibus, & ęternis. quā repromiſſionem acceperunt in Chriſto. ad Heb. xj. ❡ Ad tertiū reſpōdeꝰ ꝙ illđ argumētum, & illud myſteriū ſcriptū Exo. xxiiij. de confirmatione fœderis ꝑ aſperſionē ſanguinis ſuꝑ altare, & ſuper pplm: eſt gladius penetrans ꝑfidiam Iudęorum. nam per illud myſterium oſtenditur manifeſte Iudęos eſſe periuros, & violatores pacti, & fœderis compoſiti inter deum, & populum Iſrael. Nam Moyſes accepit librum legis, & legit ipm coram toto populo congregato, explicans omnia præcepta dei: cui totus populus reſpondit dicens. Omnia quæ locutus eſt deus faciemus & erimus obediētes. Et tūc Moyſes ad cōfirmationem pacti occidit duodecim vitulos, iuxta numerū xij. tribuū, & vnā partē ſanguinis aſperſit ſuꝑ altare, & alterā ſuꝑ populū, dicēs Hic eſt ſanguis fœderis qđ pepigit dominus vobiſcū ſuꝑ cūctis ſermonibus his. Per qđ myſterium voluit deus oſtēdere ꝙ illa lex, & illud fœdus non erat ſoluendum, niſi ꝑ effuſionē ſanguinis Chriſti: & ſic illa lex debebat durare vſqȝ ad Chriſtum, qui per mortem & paſſionem debebat verificare oia legalia in lege p̄cepta. Vñ ꝑ hoc ꝙ occidit duodecim vitulos ſignificabatur ꝙ Chriſtus erat electurus duodecim apoſtolos, ꝑ quos debebat mltiplicare oēs fideles ꝑ regñationē baptiſmaleȝ, quoꝝ ſanguine eccleſia ꝑ Chriſtum plātata erat cōfirmāda, & irrigāda. & figurabatur etiā ꝙ ꝑ fidē. xij. articulorum oēs erāt ſaluādi. & per hoc ꝙ vnā partem ſanguinis effudit ſuꝑ altare: figurabaꝰ ꝙ Chriſtus deus & homo erat immolandus, & ſanguine aſpergendus in ara crucis. Sed per hoc ꝙ alteram partem aſperſit ſuꝑ populū, figuratū fuit qūo chriſt⁹ ꝓpter populū ſuū, & totū genus humanū erat effuſurus ſanguinem: vt ipſum a morte, & captiuitate, & ſeruitute pcti liberaret. Et ſic voluit de⁹ p̄figurare, & ſignificare, ꝙ cū Chriſtus effunderet ſanguinem ſuū

in ara crucis:tunc ſicut totũ genus humanũ eſſet abſolutum a ſeruitute peccati per talem aſperſionem ſanguinis:ita pariter ille popul⁹ eſſet liber,& abſolutus a iugo legis,& liberat⁹ ab obſeruantia cerimoniarũ. Et tunc illud fœdus & pactum eſſet finitũ,& vinculũ legis diſſolutum. Et ideo dixit moyſes. Hic eſt ſanguis fœderis qđ pepigit vobiſcũ dñs ſup cunctis ſermonibus his.i.hic ſanguis effundiť in ſignum,& figuram illius ſanguinis,quem effuſurus eſt Chriſtus in cruce pro omni populo:per quem ſanguinem Chriſti abſolueť genus hũanũ a iugo,& ſeruitute diaboli,& popul⁹ Iſrael abſolueť a iugo & viculo legis Moſaicæ, q̃ dř lex ſeruitutis. Ex quo pʒ ꝙ illud pactũ, & fœdus obſeruantiæ legis veteris non debebat durare,niſi vſqꝫ ad paſſionẽ Chriſti,p cui⁹ effuſionem illud pactum erat finiendum & abſoluendum: qui quideꝫ ſanguis Chriſti fuit figuratus p illum ſanguinem,queꝫ Moyſes aſperſit ſuper ppľm & altare.vnde ſicut Moyſes dixit. Hic ẽ ſanguis fœderis qđ pepigit dñs vobiſcũ &c. Ita pariter Chriſtus dixit.Hic eſt calix noui,& ęterni teſtamẽti myſterium fidei,q pro vobis effundeť in remiſſioneꝫ peccatoꝝ.Matthe.xxiiij.i.Hic eſt ſanguis meus noui teſtamẽti figuratus per illũ ſanguinem fœderis quẽ Moyſes effudit ſuper altare,& ſuper populũ in veteri teſtamento in ſignum fœderis, & fidei meæ paſſionis.Ex quibus ptꝫ,ꝙ ſicut Moyſes effudit illũ ſaguinem in ſignũ fœderis, & in figurã paſſionis Chriſti futuri:Ita Chriſtus effudit ſanguinem in cruce ad verificandum illud ſignũ,& figurã,& ad cõplendũ,& finiendũ pactũ.Et p conſequens tunc finiuit illa lex officium & curſum:& p conſequens tunc ceſſauit ab officio ſuo:q̃a tunc fuit pactum vere confirmatum,& finitum per Chriſtum.Et ſic patet ꝙ argumentũ qđ faciunt Iudęi, & illa auctoritas quã adducunt contra nos:eſt manifeſte contra eos:& deſtruit eoꝝ perfidiã, & oſtendit eos eſſe cęcos. ℂ Ad quartũ aũt cũ dicunt ꝙ illi legi nil poteſt addi,nec auferri ex dei p̄cepto.Deut.iiij.Reſpondetur ꝙ lex euangelica nihil addit, nec aufert a lege, quantum ad eſſentialia. Vnde dictum eſt in prologo ꝙ duo ſunt conſideranda in lege veteri. nam quædam ſunt eſſentialia ſicut erat fides futurorum myſterioꝝ Chriſti & eccľię:q̃ in lege erant figurata.Et q̃dam erant accidentalia, ſicut erat modus colendi deũ per illa legalia q̃ erant ſigna,& figura futurę veritatis.Vnde futurę veritates,quę per Chriſtũ completæ ſunt,erant de eſſentia illoꝝ ſignoruꝫ,& figurarũ.Et ideo lex euangelica ſeruat veritatem ſignificatam per illa legalia:q̃a lex p Moyſen data:ſed gratia & veritas p Chriſtuꝫ facta eſt Ioan.primo.ergo lex euangelica auferẽdo legales cerimonias a lege Moyſi nihil eſſentiale aufert,poſtq̃ retinet & obſeruat veritatẽ ſignificatã p illa ſigna quæ erant q̃dam accidentalia ipſi legi,quibus ceſſantibus non deſtruitur ſed conſtruitur lex poſtq̃ ſunt verificata per Chriſtuꝫ: quia accidens poteſt adeſſe vel abeſſe præter ſubiecti corruptionem.Et ſic patet ꝙ nullum eſſentiale aufertur a lege.& iſto modo intellexit deus qñ dixit.Nõ addetis ad verbum qđ loquar vobis nec auferetis ab eo.i.nõ addetis,nec auferetis aliquid eſſentiale qđ ſit de eſſentia legis. tunc manifeſtum eſt ꝙ veritas euangelica eſt de eſſentia legis : ſine qua nulla pars ſcripturę vet.teſt.poteſt vere intelligi:eo ꝙ eſt eius verum ſignificatum.nam ſignificatum eſt de eſſentia ſigni : vt dictum eſt in prologo tractatu.iij.regula quinta.q̃a ſignũ nõ eſt gratia ſui ſed gratia ſignati ad qđ eſſentialiter ordinatur. Ex quib⁹ patet ꝙ Iudęi moderni ſunt corruptores,& truncatores legis,& latrones,& ſacrilegi:& totaliter faciunt contra auctoritatem quam contra nos adducunt.nam intelligendo legem Moyſi præciſe ad literam,& negando,& auferendo ſignificatuꝫ ſpirituale,& propheticum de Chriſto futuro, & de eccleſia, manifeſte auferunt illud quod eſt eſſentiale,& principale in lege,quę tota fuit data in figuram futurorum,& in ſignum fidei,& fœderis de Chriſto futuro, & in ſignum myſteriorum euangelicoꝝ:vt dictũ eſt.ergo auferẽdo veritatẽ euangelicã a lege,auferunt ꝓprium ſignificatũ,& veritatem legis: quia myſteria euangelica nil aliud ſunt, niſi veritates legis : quia lex euangelica eſt veritas legis veteris.Nã per myſteria Chriſti lex Moyſi fuit completa & verificata.ergo Iudæi negando Chriſtum,& euangelium,negant veritatem legis:& p cõſequẽs corrũpunt,& laniant, & truncant, & mutilant legem auferendo principalẽ,& eſſentialẽ partem eius : auferendo, & negando veritatem,& retinendo mẽdacium.nã poſtq̃ legalia fuerunt ſemel mortua cum Chriſto,& non ſurrexerunt cum eo,& impleuerunt officiũ,& curſum ſuum : iam non ſũt vera,ſed falſa ſigna:eo ꝙ data ſunt tantum in ſignum de futuro:q̃ oĩa ſunt cõpleta.Sed contra hoc arguunt Iudæi. Vnde q̃a dictũ eſt ꝙ poſt aduentũ & paſſionẽ Chriſti ſigna legis manent falſa:tunc arguunt Iudęi dicentes.Si lex Moyſi manet falſa : quare ergo vos chriſtiani legitis legem Moyſi in eccleſijs veſtris?Et quare Chriſt⁹ veſter allegauit Moyſen,Ioannis quinto dicẽs.Moyſes de me ſcripſit &c.Ad hoc reſpondeť,ꝙ nos non dicimus legem Moyſi eſſe falſam immo confitemur ipſam eſſe veram , & verificatam per Chriſtum:ſed dicim⁹ ꝙ poſt paſſionẽ,& reſurrectionẽ Chriſti obſeruantia eius eſt falſa,& mortifera,quo ad cerimonialia.Vnde lex Moyſi poteſt tripliciter conſiderari.Vno modo quãtum ad ſcripturam in ſe,& quantum ad intentionem dei qui dedit illam.Secundo quãtum ad itellectũ legis.Tertio quãtuꝫ ad obſeruãtiã eius.Pmo modo lex Moyſi eſt vera,& iam verificata p Chriſtũ.nã deus dedit illã legẽ in ſignum:p̄cipiens:vt illa legalia obſeruarentur vſquequo eſſent impleta p Chriſtum,ſed quia hoc iam eſt completum:ideo intẽtio dei, & legis,& fides patriarcharũ & prophetaruꝫ manet vera, & ſpes eoꝝ cõpleta. Scđo modo lege manẽte vera intellectus legis poteſt eſſe verus aut falſus.Nam quando Iudæi legunt ſcripturam legis, & ꝓphetarum , nõ intelligẽdo oĩa illa eſſe impleta in Chriſto:tũc intellect⁹ eoꝝ eſt falſus: quia eſt contra veritatem: quia in rei veritate iam illa completa ſunt.ſed intellectus catholicus eſt verus:quia credit omnia illa eſſe iã completa.Et ideo dicit Auguſtinus libro de vnico baptiſmo: ꝙ in eadem lege Iudæi fiunt mali,male intelligẽdo , & chriſtiani fiunt boni,& bene & ſpiritualiter intelligendo : Nam Iudæi intelligunt legẽ ad literam tantum,abſqꝫ ſenſu ſpirituali:ſed chriſtiani p̄ter ſenſum literalẽ intelligunt , & credunt illam literam quo ad ſenſum ſpũaleꝫ de Chriſto & eccľia , & credunt & affirmãt oĩa illa ſigna eſſe iam completa per Chriſtum. Et iõ in diuinis officijs primo legimus Moyſen , & ꝓphetas:ad denotanduꝫ ꝙ oĩa illa figurabant & prænunciabant Chriſtum vẽturũ.ſed poſtea legimus euãgelium: ad denotandum ꝙ omnis ſcriptura legis, & prophetarum fuit iaꝫ completa,& verificata p Chriſtuꝫ in euangelio:& ſic primo legimus ſignũ,& poſtea legimus ſignatum, & veritatẽ illius ſigni.Et ſic patet ꝙ Iudæi falſificant ſcripturã legis , & prophetarum,negando eius veritatẽ:ſed nos verificamus legeꝫ & prophetas ſpiritualiter intelligendo.Et ideo licet ſcriptura legis,& prophetaruꝫ ſit de ſe vera,& iam verificata : tamẽ eſt falſa ad intellectum quo Iudęi intelligunt illam.Item nõ ſolũ falſificãt legẽ dictis: ſed etiã falſis factis in obſeruando legalia nã licet obſeruantia legaliũ eſſet vera ante aduentuꝫ Chriſti:eo ꝙ figurabat aduẽtũ xp̄i : tñ mõ talis obſeruantia eſt falſa,eo ꝙ ſignificat,& deſignat futurũ qđ iã eſt p̄teritũ & cõpletũ p Chriſtũ.Et ſic illa obſeruãtia legis q̃ añ erat vera:mõ eſt falſa:& tũc erat illis ſalubris añ aduentũ Chriſti,& mõ eſt mortifera.Vñ ponit exẽplũ Augu.cõtra Fauſtũ. nã ſi detur medela purgatiua vni infirmo , eſt ipſi ſalubris : quia purgat eum:ſed ſi eadem medela detur ipſi poſt ſanitatem, eſt ipſi nociua,& eum interficit.Ita pariter circuncifio, & cæterorũ legalium obſeruãtia erãt vera & ſalubria ante aduentum Chriſti:ſed modo ſunt falſa & nociua.Et ſic patet ꝙ ſcriptura legis & prophetarum eſt bona & vera nobis : ſed obſeruantia & intellectus Iudæorum eſt falſus. ℂ Vnde nota

ꝙ opera legaliuꝫ erant quędā ꝓteſtationes, & profeſſiones
Chriſti futuri, & futurę redēptiōis: & iō ante Chriſti aduētuꝫ
erant verę tales ꝓteſtationes & talis profeſſio: ſed modo talis
profeſſio & proteſtatio eſt falſa: quia Chriſtus iam venit, & re-
dēptio iā eſt facta. Et iō talis obſeruantia modo dicit̃ falſa.
Itē ſicut tunc opera legis ꝓfitebant̃ Chriſtū vētuꝝ: ita nunc
opera euāgelica ꝓfitēt̃ Chriſtū veniſſe. iō opa euāgelica ſūt
vera: qa eoꝝ ꝓfeſſio ē vera: Ita ergo pariter opa legis modo
ſunt falſa: quia eorum ꝓfeſſio eſt falſa: quia ꝓfitent̃ ventuꝝ
& futurum quod iam venit. Et ſic talia opera falſificant legē
& prophetas, quęquidem ſcriptura de ſe eſt vera.

QVęrit̃ ſecundo ſpecialiter de ſabbato legali vtruꝫ
debuerit ceſſare ꝑ aduētū Chriſti. Et arguunt ob-
ſtinati Iudęi moderni ꝙ non. Et primo arguūt ſic.
Nam p̄cepta moralia nunq̄ debent ceſſare: eo ꝙ
ſunt de iure naturę: ſed præceptum de ſabbato celebrando
ponitur inter præcepta moralia ſcripta in tabulis lapideis di
gito dei: vt patet Exo. xx. & Deu. v. igit̃ eſt p̄ceptum morale
& ꝑ conſequens nunq̄ debuit ceſſare. Scdo hoc p̄ceptum in-
ter cætera fuit magis repetitum, & iteratum, & replicatum a
deo, & ſub pœna, & cōminatione mortis, & ſub fœdere ſem
piterno præceptum: vt patet per totum diſcurſum legis & ꝓ-
phetarum, & maxime Exo. xxxj. & xxxv. ergo fuit de inten
tione dei ꝙ nunq̄ ceſſaret: ſed ꝙ firmiter, & inuariabiliter ce
lebraret̃. Item tertio ſub eodem fœdere ſempiterno p̄cepit
celebrari Paſcha, & Pentecoſten. & feſtum tabernaculorum,
& alia feſta legalia Leui. xxiij. & Numeri. xxix. ergo nec etiā
illa debent ceſſare. Item quarto deus præcepit Deut. iiij. di-
cens. Non addetis aliquid ad verbum quod loquar vobis,
nec auferetis ab eo: ergo nullo modo eſt ſabbatum auferen-
dum, nec dies dominica eſt addenda. In oppoſitum eſt illđ
Eſa. lxvj. Non erunt in memoria priora: & erit menſis ex mē
ſe, & ſabbatum ex ſabbato &c. ¶ Reſponſio. In hac q̄ſtione
erunt tres articuli. Inquiret̃. n. in primo an p̄ceptum de ſab-
bato ſit mere morale. In ſcdo videbit̃ q̄ñ debuit ceſſare per
aduentum Chriſti. In tertio videbit̃ q̄ñ ſola chriſtiana reli-
gio celebrat verum ſabbatuꝫ, & rite, & debito modo obſer-
uat illud cum cęteris feſtiuitatibus. ¶ Quantū aūt ad primū
primo ſunt q̄rendę cauſæ & conditiones propter quas & ſub
quibus deus præcepit ſabbatum celebrari: ex quibus proba-
bitur ꝙ ſabbati p̄ceptum magis eſt cerimoniale q̄ morale.
Vnde octo ſunt q̄renda de ſabbato. Primo quid eſt ſabbatū.
Secundo ad quid fuit p̄ceptum. Tertio propter quid. Quar-
to quando. Quinto quomodo fuit p̄ceptum obſeruari. Sexto
quotiēs. Septimo ſub qua pœna. Octauo vſquequo erat ſab-
A batum p̄ceptum obſeruari. ¶ Quantum ad primum eſt di-
cendum ꝙ ſabbatum idem eſt quod dies quietis. Sabbat enī
hebraice idem eſt quod requies latine. Et ſic non dicit diem
in ſeptimana determinatā: quia quęlibet dies ſeptimanæ ad
requiem & feſtiuitatē dedicata dicebatur ſabbatum in lege.
Hoc ꝓbat̃ Leui. xxiij. vbi dicit dn̄s. Mēſe ſeptimo prima die
menſis erit vobis ſabbatum memoriale clangentibus tubis.
& vocabitur ſanctum: omne opus ſeruile non facietis in eo.
&c. Item decimo die huius menſis ſeptimi, dies expiationis
erit celeberrimus, & vocabit̃ ſanctus: nihil ergo operis facie
tis in eo: legitimum ſempiternum erit vobis. quia ſabbatum
requietionis eſt. Die nono menſis ſeptimi a veſpera vſq; ad
veſperam celebrabitis ſabbata veſtra. Item a die quindeci-
mo menſis huius ſeptimi erunt ferię tabernaculorum & ita
die primo & octauo erit ſabbatum. i. requies &c. Ex quibus
verbis patet ꝙ ſabbatum nihil aliud eſt niſi requies. Secun-
do ꝙ quodlibet illorum feſtorum dicitur ſabbatum. Tertio
ſequitur ꝙ ſabbatum non dicit aliquam diem determinatā
in ſeptimana: quia quilibet dies feſtus dicebatur ſabbatum:
& in quolibet die ſeptimanę poterat ſabbatum celebrari: ſe
cundum ꝙ prima dies menſis, vel decima, vel decimaquin-
ta poterat cadere in die lunæ vel martis &c. ſecundum ꝙ
variant̃ menſes & tempora: ꝓut accipit. nā ſi hoc āno prima
dies menſis eſt feria quinta: in alio anno erit feria tertia: &
ſic de ſingulis. Quarto ſequit̃ ꝙ non eſt vnicū ſabbatum, ſed
plura ſabbata: qa quęlibet illarū feſtiuitatum dicebat̃ ſabba
tum: poſtq̄ erat dies quietis. Et ideo multiplex eratꝫ ſabbatū
vſuale: quod celebrabat̃ in ſeptimo die cuiuſlibet hebdoma-
dę. cętera autem dicebant̃ ſabbata menſtrualia aut annua-
lia vt patebit. ¶ Quantum ad ſecundum in quo queritur ad B
quid preceptum eſt ſabbatum obſeruari: eſt dicendum ꝙ ad
duo. ſ. ad requiem hominis, & ad ſanctificationem. vñ duo p̄
cipiebat deus. Primo vt homo ceſſaret ab omni opere ſerui-
li. Secundo vt ſanctificaret ſabbatum. i. opera ſancta in eo
faceret. ſ. vt in illa die ſoli latrię deo exhibendę intēderet, ab
omni opere alio ceſſando: vt pꝫ Exo. xx. & xxj. Ex hoc ſeq-
tur ꝙ ſabbatum duo importat. ſ. ceſſationem, & ſanctifica-
tionem. Ideo ſabbatizare idem eſt quod ceſſare, & ſanctifi-
care. i. ceſſare ab ope ſeruili: & ſancta opa facere. Sed qa ne-
mo p̄t opa ſctā facere, nec dieꝫ ſanctificare peccādo, & male
agendo. ideo neceſſe eſt prius a peccatis abſtinere, & ab om
ni malo declinare. Et ſic vera ſanctificatio ſabbati, & verum
ſabbatizare, nil aliud eſt niſi declinare ab omni malo & fa-
cere bonum. ſ. operari iuſtitiam erga deum, veram latriā ex-
hibēdo, & ſuper omnia diligēdo: & erga ꝓximū iuſte cōuer-
ſando, & mutuum auxilium rependendo. Et in hoc conſiſtit
vera ſanctificatio ſabbati. Ex quibus pꝫ ꝙ quilibet dies, &
quodlibet tempus ad diuinū cultū, & opa mię dedicatū dicit̃
verū ſabbatū: & ꝑ cōſequēs totū tēpus gr̃ę, & legis euangeli-
cę eſt verum ſabbatum: vt patebit. ¶ Quātum ad tertiū dicē C
dum eſt ꝙ deus propter duo pręcepit ſabbatum celebrari in
die ſeptimo. ſ. ꝓpter duplicē memoriā. ſ. ꝓpter memoriā cre-
ationis: quia in ſeptimo die ceſſauit deus, & quieuit ab om-
ni opere qđ patrarat: vt pꝫ in locis pręallegatis: & in memo
riā exitus Iſrael de Aegypto. Vnde dicit dominus Deute. v.
Obſerua diē ſabbati &c. Et memēto ꝙ ſeruieris i Aegypto:
& dominus deus tuus eduxit te inde i manu forti, & brachio
extento. Idcirco p̄cepit tibi dominus, vt obſerues diem ſab-
bati. Ex quib⁹ verbis arguitur ꝙ in die ſabbati de ſero exijt
Iſrael de Aegypto. Ideo p̄cepit deus ſabbatum obſeruari in
die ſeptimo. iā ſimilia verba dixit deus Exo. xx. vnde dicit̃:
Sex diebus fecit cælum & terram: & in ſeptimo die quieuit:
Iccirco pręcepit tibi: vt ſeptimo die obſerues ſabbatum. Et
ſic pꝫ ꝙ ꝓpter illam duplicem memoriam fuit præceptum
obſeruari. Secundo fuit præceptum propter ſignum, & in ſi-
gnum. Vnde dicitur Exo. xxxj. Videte vt ſabbatū meum cu
ſtodiatis: quia ſignum eſt inter me, & vos in gn̄ationibus ve
ſtris. Et ita cuſtodiāt filij Iſrael ſabbatum, & celebrent illud
in generationibus ſuis. Pactū eſt ſempiternū inter me, & fi-
lios Iſrael: ſignūq; ꝑpetuū &c. Itē Eze. xx. Dedi eis ſabbata
mea: vt eſſent eis in ſignum &c. Ex quibus pꝫ, ꝙ ſabbatum
nō fuit p̄ceptū ſimpliciter ꝓpter ſe: ſed in ſignum & pactum
Et ſic datū fuit in quadruplex ſignū: vt dictum eſt de circun-
ciſione in q̄ſtione pręcedenti. Nam primo datum fuit præ-
ceptum ſabbati in ſignū diſtinctiuū: vt per talem religioneꝫ
ille populus diſtingueret̃ a populo gentili, & a quolibet a-
lio infideli. Secundo in ſignum figuratiuum alicuius futuræ
quietis: inquantum tali die Chriſtus debebat iacere in ſepul
cro per totam diem. Tertio in ſignum ſeruitutis & tributi.
Quarto in ſignū fœderis, & fidei Chriſti futuri: vt magis pa
tebit. Et ſic pꝫ ꝙ deus precepit ſabbatum obſeruari propter
ſupradictam duplicem memoriam. ſ. creationis, & exit⁹ Iſra
el de Aegypto: & ꝓpter quadruplex ſignum ſupradictum.
¶ Quātū ad quartū eſt dicendū, & valde notādū, ꝙ non ſo- D
lum ſabbatū vſuale: ſed etiā oia alia ſabbata annualia deus
præcepit celebrari in fine ſemp alicuius ſeptenarij. Naꝫ ſab
batum vſuale præcepit celebrari in ſeptimo die cuiuſlibet
hebdomadę: vt pꝫ Exo. xx. & xxxj. ſed feſtum nouarum fru
gū. i. Pente. pręcepit celebrari in fine ſeptimæ hebdomadæ

poſt paſcha:vt patet Leuit.xxiij.& Numeri.xxix. Et feſtū tu
barum & expiationis & tabernaculorum praecepit celebra-
ri in ſeptio mēſe:vt ptʒ ibidē.& ſabbatū terrę pcepit celebra
M ri in ſeptimo anno.vt ptʒ Leuiti.xxv.& iubileū pcepit cele-
brari in fine ſeptimę ſeptimanę annorum qui dr annus quin-
quageſimus,& ſabbatū gnālis remiſſionis: vt patet ibidem.
Ex quibus ptʒ ꝙ oia ſabbata legalia precepit deꝰ celebrari
in fine alicuius ſeptenarij:qđ non factū eſt ſine maximo my
ſterio.Nā dictū eſt ꝙ oia ſabbata dedit deus in ſignū figura
tiuum & in ſignū fidei & foederis. ergo figurabant aliquā
requiē i aliquo ſeptenario futuro: ſed ſeptenariꝰ futurus quē
ille populus expectabat erat totū tēpus meſſię. ergo ſequit
ꝙ oia illa ſabbata ſignificabant aliquā requiē in tpe Chriſti
meſſię in lege pmiſſi. maior patet. Nam poſtq̄ ſabbatū nil
aliud eſt niſi requies,& datū ad ſanctificationē & nō pp̄ter
ſe datū:ſed pp̄ter aliqđ ſignū figuratiuū:& ſemper fuit pce-
ptū in aliquo ſeptenario:ergo ſequit ꝙ figurabat aliquā re-
quiē futuram i aliquo futuro ſeptenario. Minor autē pbat.
Nam ſecundū oēs Hebręos totus diſcurſus mundi diuiditur
in ſeptē dies ſiue ſtatus & ętates. Vnde prima dies ſiue ętas
fuit ab Adā vſqꝫ ad diluuium:quem vocant diē primi mun-
di.Secunda dies fuit a diluuio vſqꝫ ad Abraham: quē vocāt
diē ſecundi mundi in quo hō ābulabat in lege naturę cū ali
qbus ſacrificijs:& maxie cū oblatiōe panis & vini:in q̄ ętate
fuit Melchiſedech ſacerdos dei excelſi: q obtulit panē & vi-
nū p Abrahā.Geñ.xiiij. Et ſic credit ꝙ ille fuit ritus latrię
in ea aetate.Tertia dies fuit ab Abraham vſqꝫ ad exitū Iſrl
de Aegypto:quem vocant diem circunciſionis: eo ꝙ homo
ambulabat per circūciſionē cū lege naturę. Quarta dies fuit
ab exitu Aegypti vſqꝫ ad Salomonē q aedificauit primū tem
plum:quē vocant diē tabernaculi:eo ꝙ p totā illa aetatē ille
populus ſeruiebat & exhibebat deo latriā i tabernaculo.vt
ptʒ per totū diſcurſum libri Iudicū:& primi & ſecūdi lib.Re-
gū.Quita dies fuit a conſtructiōe primi templi vſqꝫ ad ſcđm
aedificatū per Zorobabel: quē diē Iudęi appellāt diē & tp̄s
primi tēpli.Sexta tandē dies fuit totū tp̄s a relaxatiōe capti
uitatis Babylonię vſqꝫ ad deſtructionē ſcđi tēpli factā p Ti-
tum:quod appellant tp̄s & diē ſcđi tēpli. Septimā diem mū
di appellāt totū tp̄s poſt deſtructionē ſecundi tēplj vſqꝫ ad fi
nē mundi:quē appellāt diē & tempus meſſię.Vnde ꝙ quili-
bet eorū ſeptenariorū ſignificaret ſeptimam aetatem mundi
& tempꝰ Chriſti,in quo erat futura gnālis remiſſio peccati.
& gnālis quies, oſtendit btūs Ambroſius in hymno Pente
coſtes dicens.Solēnis vrgebat dies:quo myſtico ſeptempli-
ci orbis volutus ſepties ſignat btā tempora: & cętera. Item
ifra.Patrata ſunt hęc myſtice:paſchę peracto tempore ſacro
dierū numero:quo lege fit remiſſio &c. Ex quibus patet ꝙ
ſeptenarius hebdomadarum dierum a paſcha vſqꝫ ad Pen
te.& ſeptenarius hebdomadarū annorum qui dicebat iubi-
leus ſignificabat tēpus Chriſti in ſeptima aetate mundi.Et p
cōſequēs ſic erit dicendū de cęteris ſeptenarijs ſupradictis.
Et ſic patet ꝙ totū tempꝰ meſſię vſqꝫ ad finē ſecundi templi
dr ſeptima ętas & ſeptimꝰ dies mundi.Ex quo ſequit ꝙ ſab
batū vſuale quod deus pręcepit celebrari in ſeptimo die: fi
gurabat requiē futurā in ſeptimo die mūdi.ſ.qualiter homo
debebat ceſſare ab operibus & iugo legis:& ab omni opere
ſeruili peccati p totū tp̄s meſſiae.quod eſt ſabbatum mundi
figuratū p ſabbatū legale:de quo tēpore locuti ſunt prophe
tae:in quo tempore erant declaranda omnia ſecreta & ęnig
mata legis:vt ait Rabi Salomon ſuper Zachariam quorū
cerimonialium intelligentia non poterat declarari niſi per
regem meſſiam.vt dicunt Hebręi.Vnde dicunt. ꝙ nullus de
bet pſumere talia ſecreta velle detegere: quia hoc pertinet
ad ſolum meſſiam in ſuo aduentu. Quae quidem ſecreta ce-
rimoniarum vocant Ticu.i.ſilentium relinquendum decla-
randum pro rege meſſia Ex quo patet ꝙ omnia illa ſabba-
ta figurabant & ſignificabāt futuram requiē in ſeptimo die
mundi qđ ē tempus meſſię. Sed ſabbabum vſuale vltra hoc
figurabat futurā requiē Chriſti in ſepulcro in die ſabbati: in
quo Chriſtus iacuit per totam diem ſabbati.Et ſic patet qua
re deꝰ pręcepit ſabbatum vſuale celebrari in die ſeptimo:&
quare omnia alia ſabbata annualia pręcepit celebrari ſem-
per in fine alicuius ſeptenarij:quia oīa ſignificabant futu-
rā requiē in ſeptima ętate mundi.ſ. in tempore regis meſſię
i quo oia legalia debebant ceſſare vt magis patebit. ¶ Quā E
tum ad quintum:cum quęritur quomodo pręcepit deus ſab-
batum celebrandum & ſanctificandum: Reſpōdetur.ꝙ deꝰ
primo pręcepit ꝙ homo nullus opus ſeruile faceret in eo:&
ꝙ nullus accenderet ignem in ſuis habitaculis per totā dies
a veſpera vſqꝫ ad veſperam.Exodi.xxxv. Per quod figura-
batur ꝙ Chriſtus ſol iuſtitiae & lumen mundi debebat iace-
re in ſepulcro mortuus & extinctus ibi clauſus & ſigillatꝰ.Et
ideo eſt quędam ſecta Iudaeorum qui dicūtur Charrahim in
Gręcia & in partibus orientalibus qui per totam diem ſab-
bati a veſpera vſqꝫ ad veſperam nullum lumen accendunt:
nec habēt in tota domo ſua:ſed per totum illud tempus ma
nent in tenebris in vno angulo domus. Vnde dicunt ꝙ iſti
Iudaei qui habitant inter nos apud latinos:ſunt pręuaricato-
res legis:eo ꝙ contra praeceptum domini habent lumen in
domibus ſuis i die ſabbati.Ex quo patet ꝙ illi magis pprie
ſeruant ſabbatum quo ad figuram & ad literam q̄ iſti:vt ma
gis inferius patebit. Secundo deus pręcipiebat ſanctificari
diem ſabbati offerēdo ſpecialiter certa ſacrificia: vt patet p
totum Leuiticum. quae oia ſignificabant vnū ſolū ſacrificiū
mediatoris,quod in cruce imolatū eſt.vt inquit Aug.contra
aduerſariū legis & prophetarū. ¶ Ad ſextum autē cum quę
ritur:quare deus totiens iterauit & repetiuit & replicauit hoc
pręceptum magis q̄ alia per totum diſcurſum legis: Reſpon
detur:ꝙ quia ſabbatum praeceptum fuit vno modo in mēo-
riam creationis: vbi memoratur fides vnius dei creatoris:p
quam fidem ille populus dicebatur ſpecialiter populus dei
cęli:& diſtinguebatur ab oībus alijs nationibus:eo ꝙ alię
nationes adorabant plures deos:& putabant mundum eſſe
ab aeterno.Ideo deus voluit vt ſabbatum celebraret quoli-
bet die ſeptimo ſemel in ſeptimana:vt in illo populo firma
ret mēoria:& fides vnius dei creatoris. Et ſic voluit repetere
multotiens hoc pceptū ne obliuiſcerent fidē vnius dei crea-
toris.Et ideo dicit:memento vt diē ſabbati ſctifices.q.d.ne
obliuiſcaris fidē vniꝰ dei creatoris:& ne declines:ad idola ſi
cut cęterę nationes.Et ideo voluit deus ꝙ in die ſabbati le-
geretur lex & fierent plura ſacrificia in tabernaculo & tēplo
vt cōmēoraret & firmaretur fides vnius dei: eo ꝙ obſeruan
tia huius pcepti magis ducebat eos in mēoriā & fidē vnius
dei creatoris oim rerū.& eſt cā quare deꝰ magis pcepit & de
dit hoc praeceptū ſub cōminatiōe mortis q̄ alia pcepta:eo ꝙ
negligendo hoc pceptū fuiſſent obliti fidē vniꝰ dei: & decli-
naſſent ad idola cum caeteris nationibus. Et ideo pcepit illi-
co lapidibus obrui illum q collegit ligna in die ſabbati.Nu
meri.xv.Et per hoc reſpondetur ad vnicum quęſitum cū quę
ritur.Vſqꝫ quo erat ſeruandum illud ſabbatum? dicēdum ꝙ
hoc pręcepit deus ſub foedere ſempiterno.Exodi.xxxj. Sed
iam dictum eſt in quęſtione praecedenti:quomodo data fuit
circunciſio:& tota lex ſub foedere ſempiterno in ſignum fi-
dei Chriſti futuri. Et ideo ſempiternitas ſigni erat duratura
vſqꝫ ad veritatē ſui ſignificati:qa ęternū idē eſt quod ſimul p
totam aliquam aetatem.Ideo ſabbatum quo ad ſignum fuit
aeternū cum tota lege ſimul cum illa aetate:ſed quo ad ſuū ſi-
gnificatū eſt aeternum per totū ſabbatum & tempus meſſię.
vt poſtea dicetur. Et ſic patent decem conditiones:& cauſae:
propter quas deus pręcepit ſabbatum obſeruari. Quarū pri
ma fuit ad requiem hominis & ſanctificationes, & ad latriā
deo exhibendā.Secunda in memoriā creationis & exitus Iſ
rael de Agypto.Tertia in ſignū diſtinctiuū.Quarta in ſignū
figuratiuum. Quinta in ſignum foederis: & fidei.Sexta ſub

tali regione accenderet lumē in domo. Septima vt in ſabba to fierent lautiora holocauſta & ſacrificia. Octaua fuit pce ptū cū multiplici repetitione. Nona ſub pœna mortis. Deci
F ma ſub fœdere ſempiterno: ꝓpter cās prędictas. ¶His habi tis: ponitur pria concluſio .ſ. ꝙ pceptū de ſabbato celebrā do: eſt partim morale ꝓpter primā conditionē. ꝓbat. Nam prio ſabbatū fuit pceptū ad requiē hois & ſctificationē dei ſcʒ vt hō ceſſaret ab omni negotio mundano: vt facili⁹ poſ ſet deo ſeruire & latriā exhibere. ſed hoc ptinet ad iuſtitiā. Nam de iure naturę debet deo latria ſeruitus. nā iuſtū eſt: vt ipi a nobis ſeruiat: & ipſi exhibeamus latriam ſeruitutē .ſ. adorationē ſub rōne ſummę maieſtatis & dnij: & oblationē rōne conſeruationis & ꝓuidentiæ: & hymnū & laudē ratio ne bonitatis & bñficiorū omnium ab eo receptorū. Et hoc dictat ipſa iuſtitia moralis. Et ideo latria eſt de iure naturæ & morali apud oēs natiōes: licet mod⁹ exhibendi iſtā latriā ſit diuerſus: qa hoc ptinet ad verā fidē & virtutes theologi cas: q̄ credit verū obiectū: & ita qd ordinat verū modū ſecun dū pcepta diuinę legis. Sed vt̄ loquēdo: hoc pceptū eſt mo rale: eo modo quo dictum eſt: & ideo vt ſic non ſibi determi nat magis vnā diē q̄ aliā. Sed oportet vt aliqua dies in ſepti mana ad hmōi ſctificationē & latriā ſit deo dedicata. Et vt ſic hoc preceptum eſt ſtabile & ęternum vt patebit.

G ¶Secunda concluſio. ꝙ pceptum de ſabbato celebrando magis eſt cerimoniale q̄ morale. ꝓbatur. Nā hoc preceptū datū eſt cum decem conditionibus: ſed ſecundū oēs alias cō ditiones pręter primā eſt cerimoniale: quia omnes illę cōdi tiōes ſunt cerimoniales: & ptinēt ad cerimonias: igiť eſt ma gis cerimoniale: q̄ morale: qa tn̄ ē morale p primā cōditio nē .ſ. inq̄tum datū eſt ad requiē hois & ſanctificationē dei: vt dictum eſt. Sed hoc ꝓbatur p ſingula. Nā primo eſt morale inquantū fuit datū in mēoriam creationis: eo ꝙ illa creatio mundi materialis fuit figura recreationis & redemptionis gñis hūani. Nā ſicut ſex diebus creauit deus cęlum & terram & i ſeptimo requieuit ab oi opere quod patrarat: ita pariter Chriſtus incipiēs a die dñico: quo intrauit Hieruſalem, per ſex dies operatus eſt noſtrā redēptionē. Quia feria ſecunda & tertia diſputauit cū ſcribis & phariſſeis in templo vnde cō ceperunt odium contra eum: & feria quarta fuit venditus: & feria quinta fuit captus: & feria ſexta fuit crucifixus: & in die ſeptimo per totam diem quieuit mortuus in ſepulcro. Vnde totus iſte diſcurſus noſtræ redēptionis fuit figuratus per illā ſeptenarium creatiōis: in cuius figura de⁹ pcepit ſabbatū ce lebrari. Et ſic patet ꝙ quo ad illā mēoriā creationis eſt ceri moniale: eo ꝙ illa creatio fuit ſignū & figura nīę redēptiōis Itē fuit pceptū in mēoriā exitus Iſrael de Aegypto: eo ꝙ ille figurabat exitū ſctōꝝ patrū de limbo inferni. Vn̄ ſicut in il la nocte Aegyptus fuit expoliata & Iſrael liberat⁹ &c. ꝓ hoc figurabatur ꝙ in tali nocte ſequenti ſabbatū Chriſtus debe bat infernū expoliare & fideles vet. te. de inferno liberare: quod impletū fuit in nocte reſurrectionis. Et ideo in hui⁹ figu rā pcepit ſabbatū obſeruari vt pallegatū eſt. Deuet. v. ¶Itē hoc pceptū fuit mere cerimoniale inq̄tū datū eſt i ſignū diſti ctiuū & figuratiuū aut in ſignū fœderis & fidei: qa vt ſic non fuit pceptū gr̄a ſui: ſed gr̄a ſignificati futuri: inquantū figura bat futurā quietem Chriſti i ſepulcro .ſ. p totā nocte ſab bati debebat iacere & quieſcere mortuus in ſepulcro: aut inq̄ tū figurabat ſabbatū mundi in ſeptima etate. ¶Itē fuit ceri moniale inquantū fuit pceptū obſeruari i die ſeptimo deter minate: eo ꝙ ſignificabat quaſi in ſeptimo die mundi .ſ. in vij. ſeculo & in tpe meſſię oia cerimonialia debebāt ceſſare: & oīs viſio & ꝓphetia erat finienda: & pctm̄ & iniquitas de bebat finē accipere. Daniel. ix. Et p candē rōnē oia feſta an nualia erāt cerimonialia: eo qa oia data ſunt & pcepta cele brari in fine alicui⁹ ſeptenarij: eo ꝙ figurabāt requiē & my ſterij in ſeptia ętate mūdi: tpe Chriſti. Nā feſtū Pēte. qd fuit pceptū celebrari i fine ſeptimę hebdomadę a Paſcha i mēo riā dationis legis: q̄ data fuit in mōte in Sinai in ſignis & nu be ignis, figurabat ꝙ quinquageſimo die poſt reſurrectionē Chriſtus debebat mittere ſpm̄ ſctm̄ in diſcipulos in linguis igneis: & illuſtrare apoſtolos & dare eis dona grārum ad in telligendā veritatē legis & ꝓphetarū. Et ita pariter in mēſe ſeptimo pcepit illa tria feſta celebrari: put figurabāt quaſi i ſeptimo die .ſ. in tpe Chriſti debebat fieri gñalis expiatio & purgatio & redēptio p Chriſtū: & q̄ſt debebam⁹ dēſcere in tabernaculis iſti⁹ eccłię p grāz & i futura eccłia per gloriā. Et ſic patet ꝙ totū tps grāe ex quo xp̄s reſurrexit, dicit ſabbatus mundi: in quo quieſcimus ab opibus legis cerimonialib⁹. Et dī ſeptim⁹ mēſis mundi in quo celebram⁹ illa tria feſta quo ad verū ſignificatū. & dī etiā annus remiſſionis & idulgētiæ & libertatis. vt patet Eſa. lxj. & patebit infra. Itē hoc pceptū fuit cerimoniale rōne modi colēdi. Nā deus pręcepit Exodi xxxv. ꝙ nullus haberet nec accenderet ignē in habitaculis ſuis p totā diē ſabbati. ſed hoc myſteriū nō potuit eſſe gratia ſui nec alicuius rei pteritæ: ergo fiebat in ſignū alicui⁹ rei fu turę, ſicut oēs Iudæi concedunt: qa ſignificabat ꝙ omia illa myſteria ſecreta q̄ Ticu .ſ. ſilentiū appellāt Iudęi, erant dete gēda in tpe meſſiæ. Et ideo figurabat quaſi Chriſtus, lumē mūdi debebat iacere extinct⁹ & mortuus & abſconſus in ſe pulcro p totū diē ſabbati. Et ſic pʒ ꝙ erat pceptū cerimonia le. Nā oia illa dicūtur ab eis cerimonialia de qb⁹ nō poſſunt reddere rōnē: ſed ſunt relinquēda ꝓ tpe meſſię declaranda.

¶Tertia concluſio. ꝙ pceptū de ſabbato celebrando parti eſt iudiciale. ꝓbatur. Nam illa pcepta ſunt iudicialia apud H eos q̄ obligant ad pœnā tranſgreſſores: & maxime que fue rūt data ſub cōminatione mortis. ſed pceptum ſabbati fuit datū ſub cōminatione mortis. Exod. xxxj. & xxxv. ergo ſeq tur ꝙ eſt partim iudiciale. Vnde hęc eſt etiā cauſa quare de totiens replicauit & repetijt hoc pceptū, oſtendens ipſum eē ſe iudiciale. ideo pręcepit lapidari colligentē ligna in ſabba to. Nūeri xv. Ex quib⁹ oībus patet ꝙ pceptū ſabbati nō eſt mere morale: nec etiā mere cerimoniale: nec mere iudicia le: ſed parti eſt morale & parti cerimoniale & parti iudicia le. Ideo inq̄tum eſt morale ponitur inter precepta moralia. Exo. xx. & Deut. v. & inq̄tum eſt iudiciale ponit inter pce pta iudicialia. Exodi. xxiij. Sʒ inq̄tū eſt magis cerimoniale & ſignificatiuū de futuro, ponit iter cerimonialia in oībus alijs locis. vt patet p totū diſcurſū legis & ꝓphetarū. Et hęc de prio articulo. ¶Quantū ad ſcdm articulū ponit pria con cluſio .ſ. ꝙ adueniēte Chriſto puta poſtq̄ reſurrexit Chriſt⁹, debuit ceſſare pceptū de celebrādo ſabbato. Probatur. Nā illud pceptū fuit cerimoniale. ergo debuit ceſſare in aduētu Chriſti. Antecedēs patet p ea q̄ dicta ſunt in primo articulo. Conſequentia etiā patet. Nam dictū eſt p Iudæos: ꝙ ſecreta cerimoniarū non ſunt detegenda vſq; ad tempus meſſiæ: q̄ omnia illa ſigna ęnigmata & ſecreta legis debet declarare. Sed omnia illa & ænigmata fuerunt in Chriſto completa & per ipm̄ declarata. igiť adueniēte Chriſto oia debuerūt ceſ ſare. Itē ꝓbat idē. Nā adueniente veritate & vero ſignifica to debēt ſigna ceſſare. ſed ſabbatū fuit pceptū in multiplex ſignū: vt ꝓbatū eſt in primo articulo. ergo adueniente ve ritate & ſignificato illorū ſignorū debet ſabbatum ceſſare, ſed Chriſt⁹ compleuit in ſe omnes veritates ſignificatas per ſabbatū & p ſigna eius. ergo ſabbatū ceſſare debuit: imo ceſ ſauit in aduentu Chriſti: poſtq̄ in Chriſto oia ſigna fuerunt Impleta. Sed ꝓbat p ſingula eadē cōcluſio. ¶Ad cuius itelle ctū eſt prio notandū, ſcdm Aug. in primo de doctrina Chri ſtiana, & cōtra Fauſtū: ꝙ illa differentia eſt iter rē & ſignū. Nā res eſt gr̄a ſui: ſed ſignum nō eſt gr̄a ſui: ſed gr̄a veritatis rei p ipm̄ ſignū ſignificatę & figuratę. Sed qa lex vetus non fuit data abſolute in rem: ſed in ſignum, ideo non fuit data gratia ſui: ſed gratia rei & veritatis per ipſam ſignificatę.

¶Sed eſt vlteri⁹ aduertendum: ꝙ licet oia ſigna ſignificent aliquam rem & veritatē: tn̄ nō oia ſigna ſignificant eodem

modo ſuã veritatẽ. Nam quędam ſignificant ſuam veritatẽ
de praeſenti tantũ: ſicut circulus ante tabernã ſignificat vinũ
de praeſenti. Quędã aũt ſigna ſignificãt ſuã veritatẽ tantum
de futuro & delonge. Exempli gratia. Nam in littorib⁹ ma-
rinis in turribus altis ponuntur ſpeculatores: qui vidẽtes a lõ
ge naues aut galeas venire p mare, ilico eleuant ſignum na-
uis a longe venientis. Et ſic cognoſcunt ciues ciuitatis & ex-
pectant nauem vẽturam. ſed poſtq̃ nauis applicat ad portũ,
ilico ſpeculator remouet ſignũ: quia aliter ſignũ eſſet falſum
& fruſtra: quia illud ſignũ ita eſt de futuro ꝙ non de pñti. ali
ter deciperet aſpectantes. Et talis mos ſeruaꝛ in ciuitate Bar
chinonẽſi: q̃ eſt ſita iuxta montem Iouis: in vertice cuius eſt
turris vbi continue ſpeculator circunſpicit & ſpeculaꝛ a lon-
ge naues venientes: & facit ſigna ſupradicta. Et idem mos
ſeruatur in ciuitate Maioricarũ, & pluribus alijs locis mari-
nis. Itẽ iſte modus ſeruabatur Romae in calẽdis ꝓnũciãdis.
Nã Romę in quolibet menſe fiebãt nundinae diuerſaꝝ mer
ciũ. & q̃libet nundinę habebãt ſua diſtincta priuilegia. Ideo
nundinę futurae p̃nunciabanꝛ p decẽ & octo dies ante prin-
cipium menſis, vocando mercatores ad nundinas: & p̃nun
ciãdo priuilegia nundinarũ illi⁹ menſis. Et ſic p̃co exibat in
foꝝ: & cũ tuba clamauit dicẽs. Calo, Calo. vñ quotiẽs clama
bat Calo tot dies remanebant vſq; ad pricipiũ mẽſis in quo
nundinę inchoabantur. Et ſic per illos. xviij. dies ſemper il-
le praeco ꝓcedebat diminuẽdo dies vſq; ad principiũ mẽſis:
in quo iã incipiebant nũdinę. Et exide p̃co iã nõ ampli⁹ cla-
mabat Calo: nec calẽdas: ſed clamabat nonas, nonaſq; d. iã
venerũt nundinę. & ceſſabant calendę: eo ꝙ erant ſigna tñ
de futuro ſed nonę erant tñ de pñti. Ita ergo pariter eſt dicẽ
dũ de lege veteri & euãgelica. Nã ſacra & ſacrificia & oia ce
rimonialia legis veteris erãt ſigna tñ de futuro & non de p̃
ſenti. Iõ pñarchę & ꝓphetę & tota lex ſignificabãt Chriſtũ
de futuro: q oia illa ſigna dẽat verificare: ſicut illd ſignũ ſpe
culatoris ſignificabat nauẽ delonge venientem. Et ſicut ille
p̃co Romanus clamabat & p̃nunciabat nundinas futuras in
menſe ſequẽti: ita lex & ꝓphetę clamabant & p̃nunciabãt
Chriſtũ vẽturũ in tpe gr̃ę: & in ſęculo & menſe gratię. Et iõ
ſicut applicante naui ad portũ ſpeculator declinat & remo-
uet ſignũ: ita pariter veniẽte Chriſto in carnẽ & ad paſſionẽ
& reſurrectionẽ: ceſſarunt oia ſigna & cerimonialia legis: q̃
Chriſtũ venturũ figurabant. Et ſicut veniente principio mẽ
ſis in quo inchoabantur nũdinę, iã pręco ãplius nec clama-
bat: nec p̃nũciabat calẽdas: ſed clamabat nonas, nonas. i. iã
venerũt nũdinę: ita pariter aduenieẽte Chriſto ceſſarunt cla-
mare lex & ꝓphetę: q ſolũ clamabant: & figurabãt Chriſtũ
futurũ: ſed tunc clamauit & icepit clamare euangeliũ: annũ
ciãdo Chriſtũ veniſſe. Et ſic eſt dicẽdũ: ꝙ lex & ꝓphetę nõ
erãt ſigna de pñti: ſicut circulus ante tabernã: ſed erãt ſigna
tñ de futuro: ſicut ſigna ſpeculatorũ: & ſicut clamor calẽda-
rũ. Et ideo adueniẽte Chriſto ceſſarunt oia cerimonialia &
lex et ꝓphetę. Et ideo Daniel fuit ſicut p̃co Romanus. Nã ſi
cut ille p̃nunciabat nũdinas p. xviij. dies ante: ita Daniel p̃-
nunciauit aduentũ Chriſti dicẽs. Poſt. lxij. hebdomadas oc-
cidetur Chriſtus &c. Et qa in aduentu de morte Chriſti de-
bebat ceſſare lex & ꝓphetę: ideo dicit Daniel ꝙ tunc ceſſa-
bit ois viſio & ꝓphetia: vt finẽ accipiat pctm̃ &c. Et qa tota
lex debebat ceſſare: ideo ſubdit. Ceſſabit hoſtia & ſacrificiũ
in tẽplo &c. Ex ſupradictis ptꝫ: quõ cerimonialia erãt ſigna
non de pñti: ſed de futuro. Et ideo debuerunt ceſſare adue-
niente Chriſto, inq̃tum erant ſigna ei⁹ de futuro. ¶ Pro cu
I ius declaratione poniꝛ prima concluſio: ꝙ ſabbatũ aliquan
do debuit ceſſare. ꝓbatur. Nã ſabbatum datum fuit in ſignũ
futurę veritatis & non gratia ſui. ergo adueniẽte veritate de-
bebat ceſſare: quia poſtq̃ ſignum eſt verificatum per ſuum
futurum ſignificatum: debet ceſſare: quia amplius iam non
eſſet verum ſed falſum ſignum. quia de ratione ſigni rei futu
rę eſt vt ceſſet poſtq̃ eſt verificatum adueniente veritate.

¶ Secunda cõcluſio. ꝙ ſabbatum legale ceſſauit per aduẽ K
tum Chriſti. Probaꝛ. Nã ſabbatum legale fuit pręceptum in
multiplex ſignum: & cum illis conditionibus ſignificantib⁹
futuras veritates p Chriſtum implendas. ſed omia illa ſigna
cum ſuis conditionibus fuerũt impleta & verificata in Chri
ſto. ergo totum ſabbatum cum ſuis ſignis fuit verificatum p
Chriſtum: & per aduentum eius. ergo tunc debuit ceſſare &
ceſſauit de facto. Maior eſt nota: & probata in primo articu
lo et doctrina p̃cedenti. Minor ꝓbatur p ſingula. Nam pri-
mo Chriſtus verificauit ſabbatum inq̃tum fuit pręceptuꝫ in
memoriam creationis: eo ꝙ ille diſcurſus creationis figura
bat primo diſcurſum noſtrę redemptionis. Nam ſicut deus
ſex diebus creauit caelum & terram: ita Chriſtus incarnatus
per ſex dies laborauit in noſtra redẽptione & recreatione: &
in ſeptimo die per totam diem manſit in ſepulcro mortuus
ceſſando a labore corporis. Item verificauit ſabbatum ĩquã
tum diſcurſus illorum ſex dierum figurabat qualiter homo
myſticus per ſex dies debebat peregrinari per hũc mundũ:
ſed in ſeptimo die debebat in Chriſto ab omnibus operib⁹
legis quieſcere. Item verificauit ſabbatum inquantum fuit
datum in memoriam exitus Iſrael de Aegypto. Nam ſicut
Moyſes illa nocte expoliauit Aegyptios & liberauit & dita
uit Hebręos: ita Chriſtus in illa nocte reſurrectiõis: quę fuit
nox ſabbati pręcedentis, expoliauit infernũ & liberauit oẽs
fideles veteris teſtamenti. Ex quo patet. ꝙ poſtq̃ illud ſignũ
fuit verificatum, non eſt amplius celebrandum ſabbatum le
gale. Vnde licet ſabbatum fuerit pręceptum i memoriam il-
lorum duorũ myſteriorum. ſ. creatiõis: & exitus Aegypti: tñ
q̃a illa fuerunt etiã facta in ſignum noſtrę creationis & libe-
ratiõis: ideo illis verificatis debuit etiam talis mẽoria ceſſa-
re. Item fuit ſabbatũ verificatum & ceſſauit inq̃tũ fuit pręce
ptum in ſignum diſtictiuũ: vt ille ppl's diſtingueretꝛ a popu-
lo gentili: & cęteris nationibus: q̃ nõ credebant creationẽ: &
adorabãt plures deos. ſed poſt aduentũ Chriſti totus popul⁹
gentilis venit ad fidem Chriſti: & credidit vnum deum crea
torẽ & etiã redẽptorẽ. ergo amplius non fuit neceſſariũ ſab-
batum celebrari propter talem diſtinctionem: & ſic ilico de
buit ceſſare. Item debuit ceſſare: & fuit verificatum inquãtũ
datum fuit in ſignum figuratiuum ſepulturae Chriſti: & inq̃-
tum fuit datum in ſignum fidei Chriſti futuri & in ſignũ ſer-
uitutis: quia Chriſtus per ſuam ſepulturam ip̃m ſabbatum
verificauit & expleuit: & oẽs a ſeruitute legis liberauit. Item
ſabbatũ fuit verificatũ inq̃tuꝫ fuit p̃ceptũ celebrari in ſeptia
die q a vt ſic figurabat requiẽ futuram in ſeptima die mũdi
in qua Chriſtus venit. Nã Chriſtus per ſeptẽ dietas pegrina
tus eſt ab Adã vſq; ad ſuum aduentum in pñarchis & ꝓphe
tis: ſed in ſeptima die & ętate mundi apparuit incarnatus &
quieuit a peregrinatione & operibus legis, facta redemptio
ne: & quieuit & quieſcit in nobis & nos in eo per gratiã in to
to iſto ſeptimo die mundi vſq; ad ſecundum aduentum. Et
ſic eſt dicendum de cęteris ſabbatis annualibus quę fuerunt
p̃cepta celebrari ſemp in fine alicuius ſeptenarij. quia oia fi
gurabãt requiem in hoc vltimo ſęculo meſſię: qui dicitꝛ ſepti
mus dies: & ſeptimus annus & ſeptim⁹ menſis mũdi: in quo
deus verificauit oia illa ſabbata. Ex quo patet ꝙ oia illa de
bent ceſſare. Itẽ xp̃s verificauit ſabbatũ inq̃tũ de⁹ p̃cepit vt
nullus accenderet lumen in domibus ſuis: qa in tali die Chri
ſtus lumen mundi iacuit mortuus: ſepult⁹: & extictus. & clau
ſus in ſepulcro: ꝓut illud figurabat. ergo poſt ſepulturã Chri
ſti amplius non eſt celebrandum. Probaꝛ ſcd̃o iſta cõcluſio.
Nã ſabbatũ fuit mortuũ: & nõ ſurrexit cũ Chriſto. ergo ceſſa
uit poſt reſurrectionem Chriſti. Cõſequẽtia ptꝫ añs proba-
tur prout fuit dictũ in p̃cedẽti q̃ſtione. Nã Chriſt⁹ fuit cruci-
fixus in die paſchę: qd̃ tunc accidit i die veneris. ergo fuit pa
ſcha crucifixũ cũ Chriſto: & p conſequẽs fuit etiam ſepultuꝫ
cũ Chriſto in eadẽ die: qa oia cerimonialia q̃ ad Chriſtũ or
dinabanꝛ: fuerunt cũ eo crucifixa inq̃tum Chriſt⁹ erat finis

& veritas legis qa oia legalia tẽdebãt in ipm tãq̃ i finẽ & ter
minũ.ergo cũ eo oia legalia crucifixa ſunt & ſepulta.Et per
conſequens ſabbatũ fuit cũ eo ſepultũ:qa p totã diẽ fuit cuʒ
eo clauſum & ſigillatũ i ſepulcro.Sed qñ Chriſtus reſurrexit
nec ſurrexit cum eo paſcha:nec ſabbatũ:quia i ſepulcro mã-
ſerunt:ſed ſola dies dñica ſurrexit cũ Chriſto.Et ſic patet ꝙ
ſabbatũ cum paſcha fuit icineratũ in ſepulcro cũ oĩbus cęte-
ris legalibus: ſicut dictũ eſt in q̃ſtione p̄cedẽti: & p cõſequẽs
nec paſcha nec ſabbatũ debẽt aplı' celebrari:qa res mortua
& incinerata nõ debet celebrari.Hanc cõcl'onẽ ꝓbat Apl's
ad Col.ij.Vñ dupl'r ꝓbat ibi ſabbatũ & cętera legalia ceſſaſ
ſe p mortẽ Chriſti.Vno mõ inquãtũ erãt contractus debito
rius quo obligamur ad legẽ ſeruandã vſq; ad mortẽ teſtato-
ris.ergo ſequiſ ꝙ mortuo creditore mortuus fuit & deletus
& raſus ille contractus & obligatio.Itẽ mortua fuit etiã lex
inq̃tũ Chriſtus q̃ erat finis legis crucifixit eã ſecum & affixit
cruci.Vñ ait Apl's.Vos cum mortui eſſetis in delictis & p̄pu
tio carnis veſtrę cõuiuificauit cum illo donãs vobis oia deli
cta delẽs qd̃ aduerſus nos erat chirographũ decreti: qd̃ erat
contrariũ nobis:& ipm tulit de medio affigẽs illud cruci: &
expolians principatus & poteſtates &c. Nemo igitur vos ſe
ducat aut iudicet in cibo aut potu:aut in pte diei feſti: aut ne
omenię:aut ſabbatorum q̃ ſunt vmbra futurorũ: corpus au-
tem Chriſti.Ex ſupradictis intendit Apl's dicere:ꝙ ſabbatũ
& legalia cętera erant q̄dam omnia et figura: & quoddam
chirographum debitoriũ: ideo omnia fuerunt mortua cum
Chriſto & raſa:& per conſequens nullus obligaſ ampli' ad
ſeruandũ ea. Hoc idẽ ꝓbat ad Roma.ix.inquantũ lex erat
contractus matrimonialis:vt dictũ eſt.Probatur iſta eadem
cõcluſio pluribus auctoritatibus vete.te.Et prio.Eſa.j.oſten
dens poſt aduentũ meſſię ſabbatũ & cętera legalia abolen
da & nõ acceptabilia deo,dicit dñs Nõ offeratis vltra ſacri-
ficium fruſtra: incenſum abominatio mihi eſt: neomeniam
& ſabbatum & feſtiuitates alias non ferã: iniqui ſunt coetus
veſtri: calendas & ſolennitates veſtras odiuit anima mea.
Ex quo patet ꝙ poſt aduentum Chriſti ſabbata & cętera le
galia non ſolum ſunt caſſa:ſed etiam deo abominabilia.Itẽ
Eſa.lxvj.dicit dñs:ꝙ nõ ſolum mutabit templũ & ſacrificia
veteris legis:ſed etiã ſacerdotiũ ad cõuerſos de populo gen-
tili & mutabit oẽs feſtiuitates & ſabbata.vnde ait. Mittã ex
eis qui ſaluati fuerint:& annũciabunt gẽtibus gloriã meã:&
aſſumã ex eis ſacerdotes & leuitas dicit dñs:qa ſicut cęli no-
ui & terra noua q̃ ego ſtare facio corã me:ſic ſtabit nomẽ ve
ſtrũ & ſemẽ veſtrũ:& erit mẽſis ex menſe: & ſabbatũ ex ſab
bato &c.Ex dictis i toto iſto vltio capitulo ptʒ qualiter Chri
ſtus debebat creare nouã eccleſiã & noua ſacrificia & nouos
ſacerdotes:& per cõſequens nouã legẽ:qa tranſlato ſacerdo
tio,neceſſe eſt vt legis trãſlatio fiat. Et etiã debebat mutare
nomen illi' ppl'i in populũ gentilẽ ſimul cũ ſacerdotio.Naʒ
ppl's gentilis debebat noiari noie Iſrael & Leui.Et p conſe-
quẽs popul' gẽtilis debebat hereditare ſacerdotiũ & nomẽ
Iſrael & ſemẽ Abrahę.Et ſubdit qualiter oĩa feſta legalia
erãt mutanda i feſta euangelica.Nã ex ſabbato legali debe
bat ſuccedere ſabbatũ euangelicũ in ſequẽti die dñico.Item
hoc idẽ probaſ magis clare.Hiere.xvj.vbi dicit dñs cõminã
do populo Iudaico.Ecce dies venient dicit dñs:& non dice
tur vltra:viuit dñs q̃ eduxit filios Iſrael de terra Aegypti:ſed
viuit dominus qui eduxit filios Iſrael de terra Aquilonis: &
de vniuerſis terris:ad quas eieci eos &c.Ex dictis i hoc capi
tulo ptʒ q̃liter paſcha & ſabbatũ q̃ celebranſ in mẽoriã exi-
tus de Aegypto erant mutanda & abolẽda: & erat celebran
dũ feſtũ nouũ i mẽoriã reſurrectionis xp̄i & nrę redẽptionis:
q̃ eſt dies dñica &c.Ex quib' verbis aſſerũt Thalmudiſtę:ꝙ
qñ veniet meſſias i lege ꝓmiſſus debebit mutare oẽs feſtiui-
tates & cętera legalia.Ex quo ptʒ ſcd̃m eos: ꝙ legalia aliqñ
debẽt ceſſare:& p cõſeq̃ns nõ ſunt ęterna ſimpl'r:ꝓut arguũt
cõtra nos:& ſic cõtradicũt ſibijp̄is.Itẽ Hier.xxxj.Ecce dies

veniunt dicit dñs:& feriã domui Iſrael & domui Iuda foed'
nouũ nõ ſecundũ pactum quod pepigi cum patrib' eorũ cũ
educeres eos de terra Aegypti & cętera.Poſt dies illos dicit
dominus,dabo legẽ meã in viſceribus eorũ:& in cordib' eo
rum ſcribã eam &c.Ex quibus patet ꝙ rex meſſias aliã legẽ
& aliud pactũ erat daturus in aduentu ſuo: & nõ erat datur'
legem ſcriptam in chartis:ſed in cordib' & viſceribus hoim
p ſeipſum pręedicando in pſona.Et per conſequens illud ſab
batũ & cętera legalia erant abolenda. Hoc idẽ probaſ Da-
nie.ix.vbi cõputatis.lxij.hebdomadibus dicit: ꝙ in vltima
hebdomada occideſ Chriſtus & ceſſabit hoſtia & ſacrificiũ
& in tẽplo erit abominatio & deſolatio:& per cõſequẽs ceſ-
ſabit ſabbatũ in quo talia ſacrificia offerebantur &c.Nã ad
hoc erat dedicatũ ſabbatũ & cętera feſta:quia ſub eodẽ pa-
cto erant data feſta & ſacrificia.ceſſante ergo templo & ſa-
crificio:ceſſat etiam et ſabbatum.Hoc idem ꝓbatur Oſe.ij.
vbi cũ dñs cõminatur reprobationem populi Iudaici & p̄di
cit electionem & ſubſtitutionem populi gentilis: inter cęte-
ra:dicit: Ceſſare faciam omne gaudium eius: & ſolennitatẽ
eius:& neomenias eius:& ſabbatũ eius:& oia feſta tpa ei'.
Item capitulo tertio ſubdit.Dies multos ſedebũt filij Iſrael
ſine rege: ſine principe & ſine ſacerdotio:& ſine altari: & ſi
ne effot:& teraphin.Et poſt hęc reuertentur filij Iſrael:& q̃
rent dñm deum ſuũ:& Dauid regem ſuũ:& pauebunt ad do
minũ & ad bonũ ei' in nouiſſimo dierum.ſ.poſt mortẽ anti-
chriſti:prout alibi declarabiſ.Et ſic ad probationẽ huius cõ
cluſionis poſſunt adduci ifinitę auctoritates ꝓphetaꝝ: quę
nihil aliud clamant:niſi ꝙ oia ſacrificia & oia legalia debe
bant ceſſare in aduentu Chriſti:eo ꝙ oia figurabant myſte
ria p ipm implenda: quomodo oia erant via in ipm tanq̃ fi
nem & terminũ:& quo in eo debebãt cõſummare curſum &
officiũ ſuũ. ℂ Quantũ ad tertiũ articulũ eſt prio notandũ:ꝙ
quia ſabbatum fuit pręceptum ad requiẽ & ceſſationẽ reſpe
ctu hominis: & ad ſctificationẽ reſpectu dei:& datũ fuit i ſi-
gnũ ideo quatuor ſunt conſideranda in celebratione:& ob-
ſeruantia ſabbati.Primo ſignũ ſiue ſabbatũ figuratiuũ.Se-
cundo veritas ſigni.i.verũ ſabbatũ figuratũ. Tertio ceſſatio
ſiue mod' ceſſandi:& a q̃bus ceſſandũ & abſtinendũ.Quar-
to eſt conſiderandus mod' ſctificandi ſabbatũ. ℂ Quantũ
ad primũ,iã dictũ eſt ꝙ ſabbatũ ſignificatiuũ fuit determia
tum adeo in ſeptima die ſeptimanę in ſignuʒ futurę quietis
Chriſti in ſepulcro in ſeptima die: et in ſignũ noſtrę quietis
per gratiã in ſeptima die mundi: quod quidẽ ſignũ iam eſt
verificatũ per Chriſtũ:& per conſequens iam ceſſauit:vt ꝓ-
batum in ſecundo articulo. ℂ Quantum ad ſcd̃m dictũ eſt:
ꝙ verum ſabbatum figuratũ & verificatũ eſt totum tempus
gratię:in quo ſumus a reſurrectione Chriſti vſq; ad genera-
lem reſurrectionem noſtram in die iudicij. ℂ Quantum
ad tertium dictum eſt quomodo tali die ceſſandum eſt ab
omni opere ſeruili:& prohibito:quia aliter nõ eſſet celebra
re:ſed violare & pręuaricari ſabbatum. ℂ Quãtum ad quar
tum eſt dicendũ ꝙ vera ſanctificatio ſabbati eſt facere ope
ra ſancta in eo erga deum et proximum. Opera ſancta er-
ga deum:eſt exhibitio verę & perfectę latrię.opera ſancta
erga proximuʒ:ſunt opera miſericordię & iuſtitię.& iſte eſt
verus modus ſanctificãdi ſabbatum. ℂ His habitis ponitur L
cõcluſio ꝙ Iudęi moderni celebrant falſum ſabbatum.Pro
batur. Nam ſabbatum fuit praeceptum celebrari in ſeptima
die in ſignũ ſepulturae Chriſti futurae & in ſignũ futurae ceſſa
tionis ab operib' legis in ſeptima die mundi.Sed vtrũq; ſi-
gnum fuit iam completum & verificatum per Chriſtum: qa
iam Chriſt' per totam ſeptimam diem naturalem iacuit in
ſepulcro.Et iam venit & ſumus in ſeptima die mundi: & in
tẽpore gratiae:in quo debem' abſtinere ab oi opere ſeruili
legis & peccati: ergo ſignũ iã ceſſauit:nec eſt ampli' aſpiciẽ
dum:quia iã manet falſum: ſicut ſignũ nauis vẽturae manet
falſum:poſtq̃ nauis applicuit ad portum:eo ꝙ illud ſignum

eſt tantū de futuro: vt dictū eſt. Et ſicut clamor calendarum eſſet falſus in principio menſis qñ tā nundinę ſunt inchoatę ꝓut dictū eſt. Ex quib⁹ pꝫ ꝙ Iudęi celebrāt falſum ſabbatū.

❡ Sed tertiũ. ſ. q̄ Chriſtus rex Meſſias erat moriturus & oc
cidendus a ſuis: & genus humanũ a peccato liberaturus: iam
ſatis probatũ eſt in expoſitiõe libri pſalmorũ: & maxie pſal.
xxj. & xxxiiij. & xxxv. & lxviij. vbi Dauid magis videt euã
geliſta q̃ propheta. Sed hoc magis manifeſte patet Eſaię. l.
vbi Chriſtus deus factus homo, dicit. Corpus meũ dedi per-
cutientibus & genas meas vellentibus: faciẽ meã non auer-
ti ab increpantibus & conſpuentibus in me &cę. Itẽ cap. lij.
de Chriſto rege Meſſia dicit deus pater. Ecce ſeruus meus
exaltabitur & ſublimis erit &cę. Sed imediate capitulo. liij.
dicit, & explicat totã mortẽ & ignominioſam paſſionẽ eius
pro peccatis omniũ. Vnde ait: Vere languores noſtros ipſe
tulit: & dolores noſtros ipſe portauit. Et nos reputauim⁹ eũ
quaſi leproſum & percuſſum a deo & humiliatũ. Ipſe autem
humiliatus eſt propter iniquitates noſtras: & attrit⁹ propter
ſcelera noſtra & cætera per totũ. Quod quidem capitulũ nõ
poteſt intelligi niſi de rege Meſſia: qui erat pro populo mo
riturus ſecundum Rabi Moyſen & oẽs antiquos Iudęorum.
Sed quidã eorũ videntes q̄ hoc fuit impletũ in Ieſu Chriſto
quẽ nos in Meſſiam recepimus: ideo confuſi deuenerunt in
tantam veſaniã, dicẽtes q̄ duo expectantur Meſſiæ: ſcilicet
vnus prim⁹ vocatus Iuceſ Aben Effraim: & alius Aben Da-
uid de tribu Iuda. & ſic dicunt q̄ totũ iſtud. liij. capitulũ lo-
quitur & verificatur de Meſſia Iuceſ Aben Effraim: qui eſt
moriturus pro defenſione populi Iſrael: quem occidet Gog
& Magog. ſed poſt ſurget Meſſias Aben Dauid: & reſuſci-
tabit Meſſiã Iuceſ Aben Effraim: & congregabit oĩes Iu-
dęos ex omnibus partibus mundi: & tunc pugnabit contra
Gog & Magog iuxta Hieruſalẽ: & vincet eos. & tunc tanq̃
victor & triũphator ędificabit nouam Hieruſalẽ: vbi prius
erat: in quam introducet oẽs filios Iſrael ex omnibus parti-
bus mundi congregatos &c. Sed quantum ſit vana et irridẽ-
da iſta fictio: dictum eſt. xx. Verumtamen licet moderni Iu
dęi videantur fugere quodam falſo colore & fictione verita
tem huius capituli: tamen nullo colore aut via poſſunt vita-
re manifeſtam paſſionẽ Chriſti reuelatam Danieli prophe
tæ. ix. cap. vbi dicit Gabriel angelus Danieli. Septuaginta
hebdomadæ abbreuiatæ ſunt ſuper populũ tuũ & ſuper vr-
bem ſanctã tuã: vt conſummetur pręuaricatio: & finem acci-
piat peccatũ: & deleatur iniquitas: & adducatur iuſtitia ſem
piterna: & impleatur viſio & prophetia: & vnguatur ſanct⁹
ſanctorũ. Scito & animaduerte ab exitu ſermonis vt iterum
ædificetur Hieruſalem vſq; ad Chriſtum ducẽ &c. prout ſu-
pra dictũ eſt. ſ. poſt hebdomadas. lxij. occidetur Chriſt⁹ &c.
❡ Ex quib⁹ verbis prędicebant decẽ veritates prophetice. C
Prima q̄ Chriſtus erat venturus poſt. cccccxxxiij. annos a re
ædificatione ſecundi templi: quæ ſunt. lxij. hebdomadę an-
norũ. Secunda veritas: q̄ Chriſtus erat a ſuis occidendus &
negandus. Tertia: q̄ per mortem Chriſti erat iplenda oĩs
viſio & prophetia pphetarum. Quarta: q̄ mors Chriſti de-
bebat auferre omne peccatũ: & delere omne; iniquitatem:

& adducere omnē iuſtitiam & gratiā vniuerſo mundo. Qui
ta: q̄ xp̄s erat vngend⁹ rex & baptizād⁹ pro nobis. Sexta q̄
ppl̄s Iudęorū erat negatur⁹ xp̄m. Septima q̄ ex hoc erat re
probandus. Octaua: q̄ poſt mortē xp̄i debebat deficere ho
ſtia & ſacrificiū & ceſſare lex Moyſi. Nona: q̄ ciuitas Hieru
ſalē ſimul cū tēplo erat deſtruenda. Decima q̄ deſolatio &
reprobatio ſynagogę & oim legaliū & captiuitatis Iudęorū
erat duratura vſq; ad conſummationē & finē mundi. Item
q̄ xp̄s rex Meſſias deberet mundū redimere: & pr̄es ve.te.
de limbo per paſſionē liberare: patet Zacha.ix. vbi poſtq̄
dixit. Ecce rex tuus venit tibi iuſt⁹ & ſaluator &c. poſtea ſub
dit. Tu vero in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos de
lacu vbi non erat aqua &c. Itē cap.xij. Effundā ſuper domū
Dauid & ſuper habitatores Hierl̄m ſp̄m gratiæ & precū: &
aſpicient ad me quem confixerunt: & plangent eum &c. Et
ſic patet manifeſte qual̄r xp̄s rex Meſſias erat occidend⁹: vt
D totū ppl̄m a pc̄tō liberaret. ¶ Quartū autem myſteriū .ſ. q̄
xp̄s erat a mortuis reſurrecturus: & poſt reſurrectionē regna
turus, licet ſit ſatis ꝓbatū per totam expoſitionē libri pſal. &
pręcipue pſal.xx. & .xxix. & .xl. & .lxvij. tamen manifeſte pa
tet Eſa.xj. per totum: vbi inter cętera dicit. In die illa radix
Ieſſe qui ſtat in ſignū populorū ip̄m gentes deprecabuntur
& erit eius ſepulcrum glorioſum &c. Ex quo patet: q̄ ſi ſepul
crū eius eſt glorioſum, ergo abſq; incineratione & putrefa-
ctiōe reſurrexit in corpus glorioſum & imortale. Item Eſa.
poſtq̄ per totū cap.liij. explicauit mortē & paſſionē Chriſti:
poſtea per totū reſiduū vſq; ad finem libri pr̄edicit gloriā re
gni ei⁹ vniuerſalis, ad oſtendendū q̄ a mortuis reſurrexit: &
poſtea regnauit in cęlo & in terra: qa mortui nō regnant ſu-
per viuos. Sed hoc idē magis clare patet Oſeę.vj. vbi dicitur
Venite & reuertamur ad dn̄m: quia ipſe cepit & ſanabit nos
percutiet & curabit nos: viuificabit nos poſt duos dies: & ter
tia die ſuſcitabit nos: & viuemus in conſpectu eius: ſciemus
ſequemurq; vt cognoſcamus dn̄m &c. In quibus verbis ma
nifeſtatur diſtincte reſurrectio xp̄i: q̄ fuit cā noſtræ futurę re
E ſurrectionis: prout patebit. ¶ Quintū autē myſteriū .ſ. quali-
ter xp̄s rex Meſſias poſt reſurrectionē ſuā debebat ędifica-
re nouam Hieruſalem & introducere in eā totū populū gēti
lem & mittere ſuos diſcipulos ꝑ totū mūdū: & deſtruere oīa
idola: & eijcere diabolū de mundo: & ſubijcere ſibi totū po-
pulū gētilē &c. licet ſatis ſit probatū ꝑ totā expoſitionē libri
pſal. & ſpecialiter pſal.xvij. & .xviij. & .xlvj. & .lxvij. & .lxxj.
& .cix. tamen manifeſti⁹ probat̄ ꝑ totū librū Eſaię: maxime
xl. cap. vſq; in finē. vbi i fine concludit. Ponā in eis ſignū: &
mittā ex eis q ſaluati fuerint ad gentes in mare & in Africā
& Lydiā tenentes ſagittā in Italiā & Gręciā: & ad iſulas ma
ris longe ad eos q non audierunt de me: & non viderūt glo
riā meā: & annunciabunt gloriā meā gentibus &c. Hoc idē
manifeſtiſſime patet Hiere.xvj. vbi poſt reprobationem Iu-
dęorū di. Ecce ego mittam piſcatores multos dicit dn̄s & pi
ſcabuntur eos. Et ſubdit infra. Ad te gentes veniēt ab extre
mis terræ: & dicent: vere mendaciū poſſederunt patres nr̄i:
vanitatem que non ꝓfuit eis &c. Itē hoc idē patet Oſeę.j. &
ij. ſed clarius Zacha.viij. vbi dicitur. Ecce venient populi mul
ti & gentes robuſtę ad q̄rendū dn̄m exercituū in Hieruſalē,
& deprecandā faciē dn̄i. Hæc dicit domin⁹ exercituū in die
bus in quibus apprehendent decē hoīes ex oīnibus linguis
gentium: & apprehendent fimbriam viri Iudęi dicentes: ibi
mus vobiſcum. Audiuimus enim quoniā deus vobiſcum eſt.
Hoc idem patet infra cap.xiij. vbi dicitur. In die illa erit fons
patens domui Dauid & habitantibus in Hieruſalem in ab-
lutionem peccatoris: & menſtruatę: & erit in die illa dicit do
minus exercituum: diſperdam omnia nomia idolorum de
terra: & non nominabuntur: vltra & pſeudo ꝓphetas & om
nem ſpiritū immundum auferā de terra &c.
¶ Sextum autē myſteriū .ſ. qualiter Iudęi ꝓpter pc̄m̄ mor-
tis Chriſti erant reprobandi: & ſacerdotiū & regnū eorū exti



guendum & nouū ſacrificiū inſtituendū: & ppl̄s gentilis eli
gendus & ſubſtituendus: licet ſatis ſit explicitū per totā expo
ſitionem libri pſalmorum: & maxime pſal.xxj. & .xxxix. &
xlix. & .l. & .lxvij. & .lxxj. & .lxxxj. & .cviij. & .cix. tamen mani
feſtius patet per totū Eſaiam & omnes alios prophetas: in q
bus non eſt aliqua pars in qua non reprobetur popul⁹ Iudai
cus propter ingratitudinē: & eligat̄ populus gentilis. Sed de
ſtructio tēpli & ſacerdotij & diſſipatio illi⁹ ppl̄i, & maxie ma
nifeſte pz. Danie.ix. vt dictū eſt. ¶ Septimū aūt myſteriū .ſ. G
qualiter in fine mundi poſt miſerabilem exitum & interitū
Antichriſti populus Iudęorū ſit ad Chriſtū cōuertendus: &
reuerſurus per prædicationem Helię & Enoch: & qualiter
poſtea Chriſtus ſit venturus ad iudicium generale: & quali-
ter debet omnes reſuſcitare .ſ. iuſtos in corpora glorioſa: vt
recipiant vltimā perfectionē & felicitatē: impios autē in ſup
plicium æternum &c. licet ſatis diffuſe ſit dictum per totam
expoſitionē pſalmorum: maxime pſalmo primo & ſecundo
& .xx. & .l. & .cix. tamen qualiter Chriſtus oīnes iuſtos i fine
mundi debet glorificare: & ab eis omnē miſeriā corporales
auferre: manifeſte prędicitur. Eſa.xxv. vbi dicitur. Pręcipita
bit mortem in ſempiternum: & auferet domin⁹ deus lachry
mam ab omni facie terræ. & opprobrium populi ſui auferet
de vniuerſa terra: quia dominus locutus eſt: & dicēt in die il-
la. Ecce deus noſter iſte: expectabimus eum & ſaluabit nos
iſte dominus: ſuſtinuimus eum: & exultabimus & lętabimur
in ſalutari eius: quia requieſcet manus domini in monte iſto
&c. Item hoc idem patet infra cap. vltimo per totum. Itē vlti
mum iudicium & glorificatio iuſtorum manifeſtiſſime ꝓdi-
citur. Danielis.xij. vbi dicitur q̄ multi de his qui dormiūt in
puluere terrę: euigilabunt: alij in vitam ęternā alij in oppro-
briū vt videant ſemper. Qui autē docti fuerit fulgebunt qua
ſi ſplendor firmamēti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos,
quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates &c. Item q̄ Iudęi cō-
uertentur ad Chriſtū in fine ſęculi: patet Oſeę tertio vbi di-
citur. q̄ poſt hæc reuertentur filij Iſrael & quærent dominum
deum ſuum: & Dauid regem ſuum: & pauebunt ad dominū
& ad bonum eius in nouiſſimo dierum. Item hoc idem pa-
tet Zacha. vltimo per totū. Sed q̄ conuerſio populi Iudæo-
rum in fine ſæculi ſit facienda ad prædicationem Heliæ: pa
tet Malachiæ quarto vbi dicitur. Ecce ego mittā vobis He
liam prophetam anteq̄ veniat dies domini magnus & hor-
ribilis: et conuertet cor patrū ad filios: et cor filiorum ad pa
tres eorum, ne forte veniam et percutiam terram anathema
te. Ex quibus oīnibus patet per oīnes prophetas: quomodo
in his ſeptē cōſiſtebat principal̄r totū officiū regis Meſſię i
lege et prophetis ꝓmiſſi. Primo q̄a erat venturus in fine ſe
cūdi tēpli. Secundo. q̄a erat nouā legē daturus. Tertio: quia
erat ꝑ mortē mundū redēpturus et liberatur⁹ a ſeruitute dia-
boli. Quarto: quia erat a mortuis reſurrecturus: et poſt mor-
tem regnaturus. Quinto quia per diſcipulos ſuos erat totum
populū gentilem congregaturus: et conuerſurus. Sexto: quia
erat Iudęos crucifixores ſuos reprobaturus: et ſacerdotium
ſimul cum cerimonialibus ablaturus. Septimo: quia in fine
ſæculi erat mundum iudicaturus: et populum Iudęorū per
Heliā vocaturus: et oīnes fideles glorificaturus: prout patet
per omnes prophetas. ¶ His habitis ſit hęc prima cōcluſio H
q̄ Ieſus Chriſt⁹ venit ad ſecundū templū: et in fine ante de
ſtructionē eius: ſicut prophetarunt Daniel et Aggæus et Za
charias et Malachias. ꝓbatur. Nā xp̄s nat⁹ eſt.xlij. anno cæ
ſaris Auguſti: et fuit.xl. die in templo Simeoni præſentatus
xij. anno diſputauit cum doctoribus. vt patet Lucæ ſecundo.
Et.xxx. anno, tempore Tyberij Cęſaris fuit baptizatus: et ie
iunauit: et per tres annos: miracula fecit. et .xviij. Tiberij
Cęſaris fuit crucifixus. ergo ſequitur q̄ venit ad ſecundum
templum ante deſtructionē eius: quia templum non fuit de-
ſtructū immo durauit vſq; ad imperiū Veſpaſiani. Et ſic pa-
tet q̄ Chriſtus venit tempore determiato et ante ꝓphetato

I ¶Secunda concluſio: ꝙ Chriſtus dedit legem nouam euã-
gelicã in Hieruſalē & mõtē Sion: & Oliueti: & in terra pro-
miſſionis: ſicut dictũ fuerat p oẽs ꝓphetas. Nã primo iuxta
mare in deſerto aſcēdit in mõtē: & ſedēs docuit diſcipulos ſu-
os legē declarãdo: vt patet Mat.v.vj.&.vij. Itē in Hieruſalē
ꝑdicauit in omnibus feſtiuitatibus: & in mõte Sion inſtituit
ſacramentũ altaris: & miſit ſpiritũ ſanctũ in diſcipulos: & a-
peruit eis ſenſum & ſcripturas: vt patet Lucæ vlti. Actuum.j.
Et ex monte Oliueti miſit oẽs apoſtolos ad ꝑdicandum e-
uangelium omni creaturę. Mat. vlti. & Actuũ primo. Et ſic
patet ꝙ in Chriſto fuerũt verificatę ꝓphetiæ de datione le-
K gis nouæ. ¶Tertia cõcluſio: ꝙ Chriſtus paſſus & occiſus eſt
a ſuis: prout locuti ſunt prophetæ: immo omnia quæ locuti
ſunt ꝓphetę de morte & paſſiõe regis meſſię: fuerunt verifi-
L cata in Chriſto. ¶Quarta cõcluſio: ꝙ Chriſtus reſurrexit a
mortuis tertia die: & aſcendit in cęlũ quadrageſimo die: ꝓut
ſcribunt & teſtanſ oẽs apl̃i & euãgeliſtę: & regnauit p totum
orbē: ꝓut fuit oĩbus manifeſtũ. Vñ licet Iudæi negent Chri-
ſti reſurrectionē & in cælos aſcenſiones: tamen non poſſunt
negare ei⁹ regnũ vniuerſale: cũ poſtea viderint ipm̃ per vni-
uerſum mundũ regnare ſup omnes reges & populos: vt pro-
M batum fuit pſalmo.ij.&.lxxj.&.cix. ¶Quinta concluſio: ꝙ
Chriſtus ędificauit nouam Hieruſalem toto orbe diffuſam:
& introduxit in eam totum populum gentilem: ſicut locu-
ti ſunt prophetę. Probatur. Nam primo Chriſtus congrega-
uit illam ſanctam ſocietatem virorum & mulierum in mon-
te Sion: qui erãt centũ viginti vtriuſq; ſexus: vt patet Actuum
primo. ſuper quos miſit ſpiritũ ſanctum in die pentecoſtes: a
quo receperunt ſeptem dona gratiarum: & ſic armati armis
ſpiritualibus egreſſi a cœnaculo in eadẽ die conuerterunt
tria milia: vt patet Actuum.ij. Sed quia Chriſtus pręceperat
eis in ſuo aſcenſu, dicens. Ite per vniuerſum mundum & prę-
dicate euangelium omni creaturę &c. Item Actuum primo.
Accipietis virtutem ſuperuenientis ſpirit⁹ ſancti in vos & eri-
tis mihi teſtes in Hieruſalem: & in omni Iudęa & Samaria:
& vſq; ad vltimum terræ. Ideo omnes apoſtoli & diſcipuli
poſt receptionem ſpiritus ſancti ab Hieruſalem inde egreſſi
diffuſi ſunt per totum orbem terrarum prędicantes euange-
lium toti populo gentili. & ſic Matthæus cum ſucceſſoribus
ſuis conuertit totam Aethiopiam: & Marcus cum ſucceſſori-
bus ſuis totam Aegyptum, & Arabiam: & totam Africam.
Et Simon & Iudas Babyloniam & Parthiam & Mediam.
& Bartholomęus & Thomas oẽs Indias. Et Paulus & Io-
annes Gręciam & Aſiam minorem. Et idem Paulus & Pe-
trus & diſcipuli eorũ totã Italiam & Galliã. Et Iacobus & di-
ſcipuli eius totã Hiſpaniã &c. Et ſic patet ꝙ Chriſtus ędifica-
uit primo iſtã Hieruſalē. ſ. eccleſiã ſupra illos ſanctos lapides
in monte Sion: ſed poſtea fuit dilatata & diffuſa per totum
orbem a ſolis ortu vſq; ad occaſum. & ideo tota eccleſia dici-
tur Hieruſalem. Primo quia in illa Hieruſalẽ materiali fuit
inchoata: & exinde deriuata fuit & per totum orbem dilata-
ta: & ideo retinet nomen Hieruſalem & Sion a ſua origine
ſicut flumina retinent nomen ſuę originis & ſui fontis: ſicut
Iberus & Araxes. Secundo tota eccleſia dicitur Hieruſalem
& Sion ratione proprietatis & nois interp̄tatiõis. Nã Hieru-
ſalem interpretatur viſio pacis: & Sion dicitur ſpecula. ſ; q̃a
in ſola eccleſia videtur & ſpeculatur deus per veram fidem:
ideo ſola eccleſia mereſ dici Hieruſalem & Sion. Nam illa
Hieruſalem materialis nõ propter ſe dicta eſt Hieruſalem p
prophetas: niſi inquantum Chriſtus erat ibi videndus & ibi
erat eccleſiam ędificaturus: prout dictum fuit in expoſitio-
ne libri pſalmorum: & maxime pſalmo.xlvij.&.l.& in quę-
ſtione præcedenti. Nam illa Hieruſalem per Chriſtum meſ-
ſiam ędificanda non poterat eſſe materialis & parua in illa
terra Palęſtinę & Iudęę: ſed erat futura ſpiritualis toto orbe
diffuſa & dilatata: in qua continerenſ omnes gentes & na-
tiones & populus Aethiopum &c. Et ſic Chriſtus iam voca-
uit & congregauit omnes filios Iſrael ſecundum ſpiritum &
promiſſionem ad iſtam veram Hieruſalem.
¶Sexta concluſio: ꝙ Iudęi ꝓpter mortē Chriſti fuerũt diſſi- N
pati, & per mũdũ diſperſi: & templum et ciuitas deſtructa et
ſacerdotiũ ablatum: ſicut prędixit Daniel propheta et cęteri
ꝓphetæ. Iſta concluſio quantũ ad vnã partē de ſe eſt manife-
ſta ſed ꝙ hoc fuerit factum propter mortē Chriſti non ſolũ
aſſeritur a nobis: ſed etiam a magiſtris eorum. Vnde dicit Ra-
bi Moyſes ꝙ Ieſus Nazarenus dicebat ſe eſſe Meſſiam: ſed
hoc non eſt verum: quia meſſias debebat congregare et re-
formare filios Iſrael: ſed hoc non fecit Chriſtus: immo fuit
occiſus: et fuit cauſa deſtructionis Iſrael et totius populi Iu-
daici. Item Ioſephus dicit: ꝙ cauſa deſtructionis Hieruſa-
lem et totius populi Iudæorum non potuit eſſe niſi aliquod
magnum peccatum: et iſtud non potuit eſſe niſi mors Ieſu
Nazareni: aut Ioannis baptiſtę: aut Iacobi iuſti. Item Ra-
bi Samuel Africanus dicit in epiſtola ad ſuum amicum. ꝙ
non poteſt reperire aliam cauſam quare tanto tempore du-
rat iſta captiuitas eorum: niſi quia patres eorum iniuſte occi-
derunt Ieſum Chriſtum virum iuſtum. Vnde volens per ſcri-
pturas inueſtigare propter quod peccatum Iudæi laborant
in hac longa captiuitate: non poteſt reperire nec aſſignare
aliam cauſam: niſi quia occiderunt Ieſum Nazarenum vi-
rum ſanctum et iuſtum. Item Iudęi moderni continue male-
dicunt Chriſtum, dicentes: ꝙ propter ipſum perſeuerant di-
ſperſi per mundũ in hac captiuitate. Item ipſimet Iudæi ꝓ-
pter aliud non maledicunt et habent odio Chriſtũ: niſi quia
oẽs aſſerunt Chriſtum fuiſſe diſſipatorē ciuitatis Hieruſalẽ
et totius populi Iudeorũ et ſic hęc concluſio ſatis eſt oĩbus
conceſſa et manifeſta. Ex quibus ſupradictis ſequitur vna co-
rollaria et irrefragabilis concluſio. ſcilicet ꝙ Ieſus Nazaren⁹
quē colit chriſtiana religio, fuit et eſt verus meſſias in lege
promiſſus. Iſta concluſio probata eſt per ſingula ex conceſ-
ſis a Iudęis. Nã licet Iudęi moderni nõ concedant redēptio-
nē animarũ factam per Chriſtũ: nec eius reſurrectionem: eo
ꝙ talia fuerunt eis inſenſibilia: tamen non poſſunt negare
omnia alia. ſcilicet ꝙ Ieſus venit in fine templi ſecundi: cũ
magna gloria et poteſtate miraculorum.
¶Sed dicunt quidam eorũ: ꝙ Ieſus Nazarenus quando fu- O
git in Aegyptũ furatus eſt nomen dei tetragrammaton: et
cum illo nomine: et in virtute eius faciebat illa miracula. Sʒ
in hoc concludunt propoſitũ noſtrum contra ſeipſos. Nam
omnes magiſtri eorũ concedunt: ꝙ illud nomen dei eſt in-
comprehenſibile et ineffabile: cuius virtutem et declaratio-
nẽ nemo poteſt ſcire et declarare niſi ſolus deus et rex meſ-
ſias. Et omnes aſſerunt ꝙ rex meſſias in virtute illius nomi-
nis habet declarare ęnigmata legis: et ſubijcere totum orbē.
Ex quibus omnibus ſequitur: ꝙ ſi Ieſus Nazarenus ha-
buit et poſſedit illud nomen: ergo vel fuit deus: aut meſſias
eius. Item non poſſunt negare ſecundum: quia omnes con-
cedunt ꝙ Chriſtus dedit et condidit hanc legem euange-
licam quam obſeruant Chriſtiani. Nec negant tertium: quia
omnes concedunt: ꝙ patres eorum occiderunt Chriſtum.
Nec poſſunt negare quartum. nam licet negent reſurrectio-
nem: tamen non poſſunt negare quin Chriſtus regnauerit
vbiq; poſt mortem ſuam. Nec minus negant ſextum: quin
Chriſtus ſit cauſa ſuę deſtructionis et captiuitatis. Sed mul-
to minus poſſunt negare quintum. Nam manifeſtum eſt
ad ſenſus: ꝙ totus populus gentilis relictis idolis conuer-
ſus eſt ad fidem Chriſti. Et ideo licet Iudęi omnia alia ve-
lint ex cęcitate & malitia negare: tamen ſola iſta conclu-
ſio quã negare non poſſunt eſt ſufficiens ad probandũ Ieſum
Chriſtũ fuiſſe meſſiã in lege promiſſum: & ad confundendum
Iudęos. Nã Dauid in oĩbus ſuis pſalmis. & omnes prophetæ
in ſuis prophetijs nil aliud clamant niſi ꝙ ſolus meſſias in le-
ge promiſſus debebat auferre & deſtruere oĩa idola: & om-
nẽ ſuperſtitionem populi gentilis: & ſubijcere populũ genti-

Et v

Iꝫ ad colendū nomen dei Abrahā, Iſaac, & Iacob, & nomen dei Iſrael. & hoc per baptiſmum aquæ: vt probatū eſt Eſaiæ duodecimo, & Ezechi. xxxvj. & Zacha. xiij. & oēs prophetę clamant qualiter ſolus meſſias debebat condere magnam Hieruſalem a ſolis ortu vſq; ad occaſum: & introducere in eā oēs populos gentium credentes in deum Iſrael. Sed oīa iſta operatus eſt ſolus Ieſus Nazarenus. Naꝫ in die aſcenſionis miſit oēs apoſtolos & diſcipulos per totum orbem, dicens. Ite, docete oēs gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Matthæi vltimo. Item Mar. vltimo. Ite, prædicate euangelium omni creaturæ. Et qui baptizatus fuerit: ſaluus erit & cętera. Sed nos videmus manifeſte ꝙ totus populus gentilis per baptiſmum venit ad fidem & adorauit deum Iſrael relictis idolis: immo totus populus chriſtianus, qui deſcendit ab illo populo gentili, nullū alium deum adorat: niſi deū Abrahā Iſaac & Iacob: ſiue deum Iſrael: qui eſt trinus & vnus & creator & factus homo: vt videbitur. Et oīa iſta apparent ad ſenſum: quē Iudęi non poſſunt negare. Imo dicit Rabi Moyſes in ſententijs Regum: & de pœnitentia: ꝙ ſolus Ieſus nazarenus deſtruxit & abſtulit idololatriam de mundo. Et ideo ſola iſta concluſio de conuerſione populi gentilis eſt ſufficiens ad probanduꝫ Ieſum Chriſtū eſſe meſſiaꝫ: & ad confundendū oēs Iudæos. Sed Iudæi moderni adhuc volunt proteruire, dicentes ꝙ Chriſtus non ſubiecit totum orbem: nec oēs nationes ipſi obediunt: quia maiorem partē mundi poſſident Sarraceni: qui non colunt Ieſū Chriſtū Sed ad hoc iā reſponſū eſt pſal. lxxj. & cix. Quia ſucceſſiue per oēs partes mundi oia idola fuerunt deſtructa per apoſtolos & eoruꝫ ſucceſſores: & totus populus gentilis venit ad fidē Chriſti. Sed anno ſexcenteſimo ſexageſimoſexto: ſurrexit Pſeudo propheta Mahometus: & peruertit & decepit totā Arabiā & Syriā: & traxit omnes illos nouos & ſimplices Chriſtianos ad ſuam falſam ſectā: cuius ſucceſſores vi armorū ſubiecerunt totā Africam. & magnā partem Aſię: cogentes eos ſeruare rituꝫ Mahometi: inter quos habitat magna multitudo Chriſtianorū. Et ideo hoc nō tollit veritatē oim prophetarū: quia Chriſtus vbiq; ſucceſſiue regnauit & regnat aut tēporaliter aut ſpiritualiter. imo Sarraceni: licet non credant Chriſtū eſſe deuꝫ, ꝑn aſſerunt ipſū eſſe filiū dei: & genitū ex ſpiritu dei: & ſic venerantur ipſum tanq̄ ſummū prophetā. Et ideo oīa ſcripta & dicta in lege & prophetis fuerunt verificata in Chriſto tā q̄ in vero meſſia. Sed licet oia ſupradicta non poſſint negare: tamen adhuc non ceſſant proteruire & perſeuerare in ſua malitia & obſtinatione, dicentes ꝙ anteq̄ veniat meſſias: eſt venturus Helias prout dictū & argutum eſt in principio. Sed nondū venit Helias. ergo Ieſus non fuit meſſias. Itē nec etiaꝫ Chriſtus impleuit officiū veri meſſię: quia non abſtulit mortē: nec omnē lachrymā & miſeriā de terra: quia oēs reliquit mortales & paſſibiles ſicut ante: & per conſequens non fuit perfectus redemptor. Sed tam ad primū q̄ ad ſecundum reſpondetur ꝙ miſeri Iudæi neſciunt diſtinguere inter primuꝫ & ſecunduꝫ aduentum Chriſti. Nā duplex aduentus Chriſti promittitur in prophetis. Nam in primo aduentu erat venturus Chriſtus ad dandā legem: & ad redimendum genꝰ humanū a peccato: & ad operandū oia ſex ſupradicta. Et in ſecundo aduentu erat venturus ad iudicandū oēs, & ad tribuendum eis præmiū ſecundū opera eorū: puta ad glorificandū iuſtos: & reſuſcitandū eos ad immortalitatē & gloriaꝫ: & impios ad pœnam ſempiternā. In primo autē aduentu ꝑuenit Chriſtuꝫ Ioannes baptiſta: ſed in ſecundo aduentu ante iudicium eſt venturus Helias & Enoch ad conuertenduꝫ Iudæos in fine mundi. Vnde de primo aduentu dicitur Eſai. xl. Vox clamantis in deſerto parate viaꝫ domini: & videbit omnis caro ſalutare dei. Sed de ſecundo aduentu, in quo eſt Chriſtus venturus ad glorificandum, dicitur Eſaiæ. xxv. ꝙ veniet ad pręcipitandam mortem: & ad auferendam omnē lachrymā a facie terrę. Item de primo aduentu dicitur Danielis. ix. capitulo. ꝙ lxx. hebdomadę abbreuiatę ſunt vſq; ad Chriſtum ducem: & poſt ſexagintaduas hebdomadas occidetur Chriſtus & cętera. Sed de ſecundo aduentu Chriſti dicit capitulo. xij. ꝙ multi qui dormiunt in terrę puluere, euigilabunt, alij in vitā ęternā: alij in opprobriū: vt videant ſemper. Qui autē docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti &c. Itē Zacha. de primo aduentu dicit cap. ix. Exulta filia Sion: ecce rex tuꝰ venit tibi iuſtus & ſaluator &c. Sed de ſecundo aduentu dicit capitu. xiiij. Ecce dies venient: & diuident ſpolia tua in medio tui &c. Item Malachias prędicit vtrunq; aduentum cum ſuo præcurſore. Nam in primo aduentu prædicit Ioannem baptiſtam pręuenire Chriſtum: cū ait capitulo. iij. Ecce ego mittam angelū meum qui pręparabit viam ante faciē meam: & ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuū dominator quem vos quęritis & cętera. Sed in ſecūdo aduentu pręuidit ꝑuenire Heliā ante Chriſtuꝫ: cum ait capitulo. iiij. Ecce ego mittā vobis Heliā prophetā anteq̄ veniat dies domini magnus & terribilis: qui erit dies iudicij. Et ſic patet deceptio & vana ſpes Iudęorū qui expectāt Heliam anteq̄ veniat meſſias ad redimendum mūduꝫ a peccato: cum Helias non ſit promiſſus niſi in ſecundo aduentu anteq̄ Chriſtus veniat ad iudicium. Sed adhuc obſtant Iudæi perſeuerantes in ſua obſtinatione, dicentes ꝙ Chriſtus non ædificauit nouam Hieruſaleꝫ: immo deſtruxit eā: nec cōgregauit omnes filios Iſrael in eam: immo diſſipauit eos & cætera. Sed ad hoc iam reſponſum eſt per totam expoſitioneꝫ libri pſalmorum. Et dictum eſt in præcedenti & pręſenti q̄ſtione: ꝙ Chriſtus non erat conditurꝰ ciuitatem materialeꝫ paruam in illo arcto loco Palęſtinæ: ſed ciuitatem ſpiritualem & magnam toto orbe diffuſam: quę incepit ab illa Hieruſalem materiali: & fuit per apoſtolos dilatata vſq; ad omnes terminos terræ: ad quam vocauit omnes filios Iſrael ſecundum carnem. Sed quia noluerunt venire: ideo congregauit in ea omnes filios Iſrael ſpirituales ex vtroq; populo. Et ſic patet eoruꝫ cæcitas & deceptio: quia talis redemptio debebat eſſe vniuerſalis totius generis humani a peccato.

¶ Sed adhuc obſtant Iudęi perſeuerantes in ſua cęcitate, dicentes ꝙ ſequeretur ꝙ perſona redēptoris Chriſti non fuerit perfecta: quia non perfecte redemit genus hūanū a peccato & pœna ipſius Adam: poſtq̄ non redemit ipſum in corpore & anima: quia non reſtituit nobis immortalitatem & impaſſibilitatem: quam perdidit Adam: quia adhuc manent mortales chriſtiani baptizati, & ſubiecti omnibus infirmitatibus & miſerijs. ſicut Iudęi & Sarraceni. Ad hoc iaꝫ reſponſum eſt ſuper pſalmo centeſimoſecundo. ꝙ Chriſtus iaꝫ perfecte redemit nos quo ad corpus & animā per ſuā paſſionē & reſurrectioneꝫ: & redemit nos a pctō & pœnalitatibus corporis. Ad cuiꝰ itellectū eſt notādū: ſicut iā dictū eſt in expoſitōe pſal. xxix. ꝙ qa Chriſtus fuit caput ecclīæ & vniuerſalis redēptor a patre deſtinatus: ideo oia geſta & facta & dicta ſua ptinebant ad actū noſtrę pfectę redēptionis & recupatiōis bonoꝝ: q̄ pdidimus in Adā: & reparatiōis iacturæ & ruinę nrē. Et ideo Chriſtꝰ p ſuā paſſionē non ſolū meruit nos redimere a peccato quo ad animā: ſed etiā meruit perfecte redimere nos, & reparare ruinaꝫ corpis .ſ. liberare nos a pœnalitatibus corporalibus quas incurrimꝰ in Adā .ſ. a morte corporali & cęteris infirmitatibus & defectibus: & reſtituere nobis imortalitatē & impaſſibilitatem & cætera. Et ideo poſt paſſionē voluit tertia die imortalis & ipaſſibilis & glorioſus reſurgere: vt poſſet ſua mēbra & fideles ſicut ſeipſum immortales & ad gloriam reſuſcitare. quā poteſtatē ilico voluit exercere: quia cū eo multa corpora ſanctorū patruꝫ vet. teſta: ſurrexerunt ad gloriaꝫ: & apparuerunt multis: vt patet Mat. xxvij. Sed vt nos poſſemꝰ merita ſuæ paſſionis participare, ip̄e voluit iſtituere baptiſmū & cętera eccliaſtica ſacramenta: qbꝰ cōtulit virtutē ſuæ paſſionis & reſurrectionis: vt

illa poſſet merita ſuę paſſionis & reſurrectionis in nos tranſ-
ferre. Et ſic nos recipiendo baptiſmum & cętera ſacramen-
ta: participamus merita ſuæ paſſionis & reſurrectionis. Et
ideo quandocunq; quis in nomine trinitatis baptizatur: illi-
co participat merita paſſionis & reſurrectionis Chriſti:&per
conſequens liberatur a ſeruitute & macula peccati in ani-
ma: & meretur reſurgere poſt mortem: & liberari ab om-
nibus poenalitatibus corporalibus: & meretur immortali-
tatem. Ideo dicit Apoſtolus ad Romanos ſexto ꝙ ſicut om
nes ſumus baptizati in Chriſto: ita omnes mortui & ſepulti
ſumus:& reſurreximus cum eo: quia ſicut Chriſtus reſurrexit
qui fuit primitiæ reſurrectionis: ita & nos reſurgemus. Et
ſic dicit Auguſtinus: ꝙ licet ſancti martyres & fideles non
ſurrexerunt in actu per baptiſmum: tamen iam ſurrexerunt
in merito. Per quod vult innuere Auguſtinus & Ambro-
ſius: ꝙ omnes nos per baptiſmum ſtatim liberamur a pec-
cato in anima. & licet non ilico liberemur a poenalitati-
bus & miſerijs corporalibus in actu: tamen tunc per bapti-
ſmum liberamur in habitu & in merito: quia meremur reſur
gere ad gloriam in nouiſſimo die. Sed cauſam quare ſicut
per baptiſmum ilico tollitur peccatum animę: non tolluntur
iſtę infirmitates corporales: & efficimur impaſſibiles & im-
mortales: aſſignat Auguſtinus libro de baptiſmo paruulo-
rum:& .xij. de ciuitate dei capitulo quarto. vbi aſſignant du-
plicem cauſam. Quarum prima eſt. quia ſi ablato peccato
per baptiſmum non relinqueretur nobis experimentum mor
tis nec aliarum infirmitatum: tunc nulla eſſet pugna marty-
rum nec virginum nec aliorum iuſtorum: & per conſequens
nulla eſſet eorum corona: quam nullus poteſt adipiſci ni-
ſi legitime certauerit. ad Timoteum quarto. Secunda cauſa
eſt. quia ſi baptiſmus vt ilico tollit peccatum ab anima: ita
tolleret infirmitates a corpore:& redderet homines impaſ-
ſibiles & immortales: tunc omnes homines mundi currerẽt
ad baptiſmum: non cauſa merendi vitam futuram eternam:
ſed cauſa perpetuandi & gaudendi in hoc mundo. Et ſic
nullum eſſet meritum nec deſiderium vltimi finis. Tertia
cauſa poteſt aſſignari. nam ſi per baptiſmum ilico tolleren-
tur iſtæ infirmitates quæ ſunt nobis inſtrumenta operandi
& merendi per gratiam ea quæ ſunt ſupra humanam natu-
ram: tunc ſequeretur: ꝙ ruina angelica non poſſet repara-
ri: quia tunc homines non poſſent adæquari in meritis per
gratiam angelis qui ceciderunt: & per conſequens non poſ-
ſent homines ſedes & manſiones eorum poſſidere: & ſic ma
neret ruina angelorum irreparata: quę niſi per magnam vio
lentiam non poteſt reparari per homines qui ſunt inferioris
naturæ: quia regnum cælorum vim patitur: & violenti rapi-
unt illud. Matthei vndecimo. Ex quibus patet ꝙ iſtæ infir-
mitates relictæ ſunt nobis per baptiſmum propter maius bo
num noſtrum:& propter bonum curiæ triumphantis. Et ſic
iſtę infirmitates ſunt bonis bonę:& malis malæ: quia bonis
cedunt ad meritum & gloriam: & malis ad detrimentum &
poenam æternam. Et ſic patet qualiter Chriſtus fuit verus &
perfectus redemptor non ſolum humanę naturę: ſed etiam
angelicę. Ex omnibus etiam dictis in tota iſta quæſtiõe pa-
tet qualiter Chriſtus obſeruauit,& adimpleuit, & verifica-
uit legem Moyſi & totam ſcripturam prophetarum: & quo
modo perfecit & conſummauit officium veri meſſiæ: & per
conſequens fuit verus meſſias in lege promiſſus. Sed nunc re
ſtat reſpondere ad argumenta Iudæorum modernorum in
principio adducta.

¶ Ad primum ergo quando dicunt ꝙ oportet Heliam pre-
P uenire aduentum Meſſię &c. Reſpondetur: ꝙ deus per Ma
lachiam promiſerat duplicem aduentum Chriſti cum dupli
ci præcurſore, ſicut dictum eſt. Nam primo promittit mitte-
re meſſiam ad auferenda ſacrificia veteris legis: & ad dan-
dum ſacrificium mundum & commune omnibus gentibus:
cuius dicit capitulo primo. Non eſt mihi voluntas in vobis, di-
cit dominus exercituum: & munus non accipiam de manu
veſtra. Ab ortu enim ſolis vſq; ad occaſum magnum eſt no-
men meum in gentibus:& in omni loco ſacrificatur & offer
tur mihi oblatio munda & cętera. Item capitulo ſecundo re-
probat ſacerdotium veteris legis cum ſuis ſacerdotibus. Itẽ
capitulo tertio promittit mittere Chriſtum meſſiam cum ſuo
pręcurſore ad illud templum ſecundum: vt purget filios Le-
ui:& offerant ſacrificia iuſta. vnde ait. Ecce ego mittam an-
gelum meum, qui pręparabit viam ante faciem meã:& ſta-
tim veniet ad templum ſanctum ſuum & cętera. Ex quo pa-
tet ꝙ meſſias primo erat venturus ad illud templum cum ſuo
pręcurſore: qui fuit Ioannes baptiſta: vt probatum eſt,& cõ-
pletum in primo aduentu Chriſti. Sed in eodẽ capitulo ꝓ-
mittitur meſſias venire ſecundo ad iudicium, cum dicitur. Et
accedam ad vos in iudicio & cætera. Qui quidem aduentus
erit terribilis, cum dicat in quarto capitulo. Ecce enim dies
veniet ſuccenſa quaſi caminus: & erunt oẽs ſuperbi & om-
nes facientes impietatem ſtipula & cętera. Et in iſto aduen-
tu ad iudicium promittit deus pręmittere Heliam, cum ſub-
dit. Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam anteq̃ ve-
niat dies domini magnus & terribilis &c. Ex quo patet: ꝙ ſi
cut in primo aduentu promiſſus fuit Ioannes baptiſta ad
præparanda corda illorum ad ſuſcipiendum baptiſmum &
legem Chriſti: ita in ſecundo aduentu eſt venturus Helias
ad conuertendos Iudæos obſtinatos a primo aduentu vſq;
ad illud tempus,& deceptos per Antichriſtum. qui quidem
Helias ſimul cum Enoch declarabit Iudæis legem Moyſi:
quantum ad veritatem & verum ſenſum eius: & tunc cogni-
ta veritate & fugata cæcitate conuertentur ad Chriſtum in
nouiſſimo dierum: vt habetur Zachariæ tertio. Et ideo di-
cit deus per Moyſen illis Iudęis deceptis per Antichriſtum.
Memento te legis Moyſi ſerui mei ante iudicium ne mo-
riamini obſtinati: quia ecce ego mittam vobis Heliam pro-
phetam anteq̃ veniat dies domini magnus & terribilis. qui
erit dies iudicij generalis. qui quidem Helias conuertet cor
patrum ad filios &c. legem Moyſi ſecundum verum ſenſum
declarando: ne forte quando veniam ad iudicium percutiã
terram anathemate damnationis: ſi forte inuenero Iudæos
& cęteros obſtinatos. Ex quo patet: ꝙ Helias non fuit pro-
miſſus in primo aduentu Chriſti: ſed in ſecundo & vltimo.
Et ſic patet reſponſio ad primum argumentum. Ad aliud au
tem patet reſponſio per ea quę dicta ſunt in primo articulo.
quia Chriſtus ſeruauit legem Moyſi literaliter primo: & po
ſtea declarauit eam doctrinaliter: poſtea impleuit & verifica
uit legem & prophetas realiter & exemplariter per ſuã paſ
ſionem & cętera. Ad aliud autem, patet per omnia dicta i ſe-
cundo articulo qualiter Chriſtus perfecit & conſummauit to
tum officium quod pertinebat ad verum meſſiam. & ideo
fuit verus meſſias. Ad aliud quando dicitur ꝙ poſt aduentũ
Chriſti non fuit pax vniuerſalis: nec gladij conflati ſunt in
vomeres: nec comedit lupus cum oue & cętera. Reſpondetur
ꝙ omnia illa ſunt ſpiritualiter & parabolice & metaphorice in-
telligenda: ſicut multę alię partes ſacrę ſcripturę. Et ſic Eſai-
as tam in ſecundo capitulo q̃ in vndecimo: & in multis alijs
vtitur verbis & vocabulis metaphoricis: vt manifeſte pa-
tet per magiſtros eorum. Et ideo ſicut Eſaias per montes
& colles intelligit ſublimes viros: ita per gladios & lance-
as intelligit poteſtatem eorum. Vnde per montem domus
domini intelligit Chriſtum meſſiam ſuper quem eſt ædifi-
cata tota eccleſia. Et per virtutem montium, intelligit ſub-
limitatem apoſtolorum. Et per omnes colles, intelligit om-
nes reges,& principes, & philoſophos, & ſapientes mundi.
Et ſic mons domini: qui eſt Chriſtus: fuit ſitus ſupra vertices
apoſtolorum:& eleuatus ſupra omnes reges & principes &
philoſophos gentium. de quo dicit Eſaias infra capitulo
lij. Ecce intelliget ſeruus meus & exaltabitur et eleuabi-
tur & ſublimis erit valde: iſte aſperget gentes multas ſuper

quem continebunt reges os ſuum &c. Per gladios autem ſiue enſes intelligit Eſaias ſcientias humanas philoſophorũ: ſcilicet phyſicam & metaphyſicam: & ſcientias mathematicas: & logicam & omnes ſcientias argumentatiuas quibus philoſophi & hæretici inuehebant & impugnabant legem domini & ſacram ſcripturam vtriuſq; teſtamenti. Per lanceas autem intelligit poteſtatem ſæcularem qua reges & imperatores & tyranni infeſtabant & perſequebantur eccleſiam dei & legem domini. Nam philoſophi & ſapientes gentium poſtq̃ fuerunt conuerſi ad fidem Chriſti, conuerterunt & conflarunt gladios & enſes ſuorum argumentorum in vomeres: & imperatores & reges conuerterunt lanceas & arma ſuę poteſtatis in falces ſpirituales ad colligendum & metendum fructus & meſſem ſpiritualem eccleſiaſticorum ſacramentorum.

Q ¶ Ad cuius intellectum eſt vlterius notandum: ꝙ ſicut terra inculta efficitur ſentoſa & ceſpitoſa et inutilis et infructuoſa niſi colatur: et aretur et vomere ſcindatur et euertatur: et euellantur cardones et gramina et ſpinę et cæterę hærbæ inutiles: et illa terra arata et euerſa decoquatur et torreatur calore ſolis: quia tunc extrahitur et fortificatur craſſitudo & virtus germinatiua et nutritiua quę latebat ſub facie terrę & tũc terra germinat et fructifi.at. Ita ergo pariter ſacra ſcriptura veteris teſtamenti erat ſicut terra inculta et ſentoſa habens i ſuperficie ſpinas et hęrbas inutiles cerimonialium, ſub quibus latebant craſſitudo et veritates et fructus euangelici Sed venerunt Auguſtinus, et ambroſius, & Euſebi⁹ et cęteri philoſophi de populo gentili: et conuerſi ad fidem Chriſti conflarunt gladios et enſes philoſophicorum et dialecticorum argumentorum in vomeres ſpirituales: cum quibus ararunt et ſciderunt et coluerunt agrum incultum ſcripturę veteris teſtamenti: et euellerunt ſpinas & hærbas cerimonialium: et euerterunt terram ſcripturę: quam calor et influentia ſpiritus ſancti in mentibus eorum decoxit. Et ſic euulſis et reſectis hęrbis et ſpinis cerimonialium exciderunt et extraxerunt et collegerunt fructus euangelicos qui latebant ſub illa terra inculta et ſentoſa. Et tunc reges et imperatores et principes terrę conuerſi ad fidem Chriſti per iſtos ſacros doctores: conflarunt lanceas ſuas et arma in falces ſpirituales: et collegerunt et meſſuerunt meſſem ſpiritualem & fructus gratiæ ex ſacra ſcriptura in agro eccleſiaſticorum ſacramentorum. Et ſic ergo Auguſtinus conflauit et conuertit gladios & enſes ſuos in vomeres: quando conuerſus ad fidem et baptizatus totam ſuam philoſophiam et omnes ſcientias conuertit in vſum ſacrę ſcripturę. Nam ex principio metaphi icę & naturalis philoſophię probat poſſibilitatem & modum myſterii trinitatis et emanationis perſonarum: vt patet per omnes .xv libros de trinitate: & contra Maximinum & omnes Arrianos et gentiles. Item per principia humanarum ſcientiarum: & per dicta poetarum et hiſtorias & annales gentilium defendit veritatem ſacræ ſcripturę: et defendit ciuitatẽ dei contra gentiles per .xxij. libros de ciuitate dei. Item per eadem principia defendit veritatem catholicę fidei contra omnes hęreticos. Item per eadem principia cõfutauit & cõfudit ſectam Manichæorum: quæ per nouem annos laborauit. Item cum eodem vomere excoluit et arauit totam ſacram ſcripturam: ex qua meſſuit meſſem & frugem euangelicam: & repoſuit in horreo eccleſię catholicę: quo omnes reficimur. Hoc idem fecit Hilarius in libris de trinitate: & Ambroſius: & Euſebius in libris de præparatione euangelica: qui cum armis gentilium confutauit eos. Hoc idem fecit Lactantius in libris diuinarum inſtitutionum. Et ſic eſt dicendum de Hieronymo: & Origene: & cęteris qui ab auis & atauis veniebant de populo gentili. omnes enim iſti conflarunt & conuerterunt gladios ſuos in vomeres, quando aſſumpſerunt quaſdam ſententias & principia philoſophorum tanq̃ ab iniuſtis poſſeſſoribus: & cũ illis ſcientijs & argumentis confuderunt eos: & probarũt noſtrum propoſitum: & ſic conflarunt gladios ſuos in vomeres. Item imperator Conſtantinus conflauit lanceas ſuas in falces: quando cõuerſus ad fidem per Syluestrum, vrbem Romanam cum toto patrimonio donauit eccleſię: et conſecrauit domum ſuam in eccleſiam in honorẽ ſaluatoris: & ędificauit baſilicas Apoſtolorum Petri et Pauli: et promulgauit decretũ de eccleſijs ædificandis, & de fide euangelica per totum orbem prędicanda. Et ita fecerunt omnes reges mundi ad fidem conuerſi. et ſic qui ante fuerũt perſecutores: facti ſunt fidei Chriſti cultores: & bonorum ſpiritualium meſſores. & ſic eſt intelligenda illa prophetia Eſaię.

¶ Ita ergo pariter metaphorice ſunt itelligẽda verba Eſaiæ xi. Nam ſicut Chriſtus meſſias metaphorice dicitur virga de radice Ieſſe: et flos eius: ita pariter imperatores et reges dicuntur leones: et tyranni dicuntur lupi: et doctores dicuntur cerui. Vnde tunc lupus comedit cum agno: quando Paulus qui erat lupus rapax, perſecutor eccleſię, conuerſus ad fidem iunctus eſt apoſtolis. Et tunc pardus cum hoedo accubuit: quando Arriani et cęteri hęretici conuerſi et recõciliati fuerunt ad fidem catholicam. Et tunc vitulus et leo & ouis ſimul morabantur: quando omnes reges et principes et tyranni petulantes et ſuperbi perſecutores eccleſiæ conuerſi ſunt ad fidẽ: et ſimul cum ſimplicibus fidelibus, quos ante perſequebantur, habitarunt in eadem eccleſia: et vno corpore Chriſti et calice participarunt. Et ſic Patet qualiter philoſophi gentium conflarunt gladios ſuos in vomeres: et principes terrę lãceas ſuas in falces: et qualiter lupus et ouis et pardus cum agno: et vrſus et leo paſcuntur ſimul cum oue et agno: quæ omnia fuerunt completa per conuerſionem populi gentilis Et ſic fuit facta pax inter deum et homines: et inter populũ gentilem et eccleſiam vniuerſaliter per totum orbem. R

¶ Et not etiam ꝙ illa prophetia fuit literaliter ad tempus in aduentu Chriſti verificata. Nam cum ante aduentum Chriſti per ciuilia bella geſta inter Marium et Syllam, & exinde inter Cæſarem et Pompeium, demum inter Octauianum et Marcum Antonium admodum totus orbis fuiſſet vexatus: tandem finaliter omnibus inimicis per Octauianum deuictis, quaſi totus mundus ſub Octauiano per quadraginta annos in placida pace requieuit. Nam tunc Aegyptus, Dalmatia, Rethia, Vindelicia, Pannonia, et omnes Ponti ciuitates, prouincię ſub Romano imperio factę ſunt. Item Dacos, Germanos, et Cantobros Hiſpanorum ferociſſimas gentes ipſe Octauianus ſuo ſubiecit imperio. Item ab Armenia et Parthia obſides recepit. et Perſæ et Parthi ſigna Romana: quę quondam Craſſo victo acceperant: ipſi reddiderunt. Item Scythę et Indi, et famoſiſſima inſula Taprobane, quibus ante nomen Romanum incognitum fuerat: legatos cum muneribus ipſi deſtinarunt. In cuius quidem Octauiani quadrageſimo ſecundo anno natus fuit Chriſtus: dum totus orbis longa pace frueretur. in quo tempore bella intãtum fuerunt obliuioni tradita: ꝙ quaſi omnia arma erant i vomeres et cętera ruſticalia inſtrumenta conflata. Ex quib⁹ patet ꝙ prophetia Eſaiæ etiam temporaliter fuit in Chriſti aduentu verificata. ſed ſenſus ſpiritualis eſt ſemper amplectandus. Et hęc de quarta queſtione.

Qvia viſum eſt in præcedenti queſtione qualiter lex Moyſi fuit literaliter ſeruanda vſq; ad declarationem faciendam per Chriſtum: et viſum eſt qualiter, Chriſtus declarauit legem Moyſi: et verificauit legem & prophetas per legem euangelicam: et per conſequens ceſſante lege Moyſi quo ad cerimonialia debet obſeruari lex euangelica: et ſuccedere tanq̃ veritas legis et prophetarum, per Chriſtum declarata exemplariter et doctrinaliter: ideo queritur quinto. Vtrum ceſſante lege

Moyſi lex euangelica debeat ſuccedere legi Moyſi tanq̄ dignior? Et arguunt Iudęi moderni ꝙ non. Et hoc probant quadrupliciter. Et primo ſic. quia lex Moyſi eſt dignior & maior q̄ lex euangelica maioritate miraculorum: quia maioribus miraculis eſt confirmata: quia maiora miracula fecit Moyſes in lege veteri q̄ Chriſtus in lege euangelica. Nam Moyſes cū magnis ſignis & portentis eduxit Iſrael de Aegypto: & diuiſit mare rubrum in diuiſiones: & percuſſit petram & fluxerunt aquę & fecit pluere manna de cęlo per .xl. annos &c. Sed nunq̄ Chriſtus fecit tam grandia miracula. ergo lex Moyſi eſt maior q lex euangelica dignitate & magnitudine miraculorum. ergo ipſi non debuit ſuccedere.

¶Secundo arguitur ſic. nam nunq̄ incertum debet ſuccedere certiori: nec ipſum abolere. ſed lex Moyſi eſt certior q̄ lex euangelica: ergo non debet illa cedere & iſta ſuccedere. Minor probatur. nā illa eſt certior certitudine legis conditoris: quia fuit ſcripta digito dei. Exod. xxxj. & Deuter. nono. Sed iſta eſt ſcripta digito hominuꝫ: ſcilicet quatuor euangeliſtarū hominū ruſticorum & imperitorum. Item illa eſt certior ratione teſtium: quia eſt teſtificata per Moyſen, qui locutus eſt cum deo: quo non ſurrexit maior propheta ante nec poſt. Deutero. vltimo. Sed lex euangelica non eſt teſtificata niſi per homines ruſticos & imperitos. ergo &c.

¶Tertio arguunt ſic. Lex impoſſibilis non debet ſuccedere legi poſſibili & veræ. ſed lex euangelica eſt impoſſibilis & mendax incredēdis. nam credit & colit tres deos ſ. patreꝫ & filiū & ſpiritū ſanctum: quod eſt impoſſibile & in lege ꝓhibitum, quę dicit. Audi Iſrael, dominus deus tuus vnus eſt. Deutero. ſexto. Item credit deū factum hominē & incarnatū: & credit panem factū deum & hominē in ſacramento altaris: quæ omnia ſunt impoſſibilia. Et ſic lex euangelica eſt impoſſibilis & blaſphema in credendo: & per conſequens non debet ſuccedere legi Moyſi quę eſt ſancta & vera.

¶Quarto arguunt ſic. Lex euangelica eſt ſacrilega & irreligioſa in cultu ſuo. nā adorat hominē Chriſtuꝫ: & adorat panē in altari: & adorat lignū & lapidē in cruce & imaginibus: ergo eſt ſacrilega & idololatra contra primū præceptū primæ tabulæ. Et ſic patet qualiter lex euangelica eſt indignior & minor in miraculis: & incertior in teſtibus q̄ lex Moyſi: & ē impoſſibilis & falſa in ſua fide: & ſacrilega in ſuo cultu: & per conſequens non debet ſuccedere legi Moyſi: quæ eſt dignior & certior & vera & religioſa: & ideo nulla alia debet ipſi ſuccedere.

¶In oppoſitū eſt apoſtolus per totam epiſtolam ad hebręos: vbi probat legem euangelicā eſſe meliorem lege veteri: tum ratione legiſlatoris: tum ratione ſacerdotij: tū ratione ritus &c. vnde ait capitulo. viij. ꝙ Chriſtus melius ſortitus ē miniſterium quanto melioris teſtamenti mediator eſt: quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt &c.

S ¶Reſponſio. In hac quęſtione erunt tres articuli. In primo videbiť qualiter lex euāgelica ē dignior & maior lege Moyſi magnitudine miraculorum: & certior certitudine teſtiū. In ſecundo videbitur qualiter lex euangelica eſt poſſibilis & rationabilis in credendo. In tertio qualiter eſt pia & religioſa in ſuo cultu.

T ¶Quantum ad primū ponitur prima concluſio .ſ. ꝙ maiora miracula fecit Chriſtus & apoſtoli in lege euangelica q̄ Moyſes in lege veteri. Probatur. Nā maiora miracula ſunt illa quę non poſſunt fieri per naturam q̄ illa quę fieri poſſunt per naturaꝫ. ſed miracula quę fecit Moyſes poterant fieri partim per naturam: nam naturaliter poſſunt fieri ranę & muſcę ex putrefactione per ſolam influentiam cæli: & naturaliter ex concurſu ventorum poteſt diuidi mare vſq; ſolum & apparere arida: vt frequenter viſum eſt in tēpeſtatibus. Itē abſtrahere aquā ex topibus partim poteſt fieri per artem & naturam. Nam venę aquarum tranſeunt quandoq; naturaliter per rupes & per viſcera terræ. ſed per artem quis poteſt perforare rupē cum aceto & malleo: & fodere terram: & educere aquā: ſicut fit in puteis. ideo dicit Rabi Moyſes de Aegypto: ꝙ miracula quæ fecit Moyſes poterant naturaliter fieri. Sed miracula quę fecit Chriſtus totaliter erant ſupra naturam: ita ꝙ nullo modo poterant fieri per naturam. nam reſuſcitare mortuum quatriduanum & fœtentē nullo modo poteſt fieri per naturam: & imperare mari & ventis & dæmonibus: & ad ſuum præceptum ſanare ſubito cæcum a natiuitate: & paralyticos, & cæteros infirmos: omnino erat ſupra naturam & impoſſibile ipſi naturæ. & ſic multo maiora fuerunt miracula Chriſti q̄ Moyſi. Item multo maius factuꝫ fuit cōminuere omnia idola mundi: & conuertere totum populum gentilem ab idololatria ad fidem, q̄ educere populū Iſrael de Aegypto &c. Et ſic patet qualiter lex euangelica ē dignior lege Moyſi magnitudine miraculorum: & maioribus & pluribus miraculis confirmata ad ſolum imperium ipſius Chriſti: & in ſolius nominis Ieſu virtute: vt patet per diſcurſum euangelicum, & actus apoſtoloruꝫ, & hiſtorias ſanctorum. Item multo maiora miracula fuerunt ſpiritualia & inuiſibilia quæ fecit Chriſtus: qui non ſoluꝫ ſanabat omnes in corpore: ſed etiā in anima. Sed q̄uis Iudæi non concedūt iſta inuiſibilia: tamen non poſſunt negare conuerſionē gentilium. Et licet miracula facta per Moyſen fuerint vera miracula: & magna: & ſupra naturā: tamen miracula Chriſti fuerunt multo maiora: & hoc dupliciter. Primo: quia oīno & nō ſecundū partē erant ſupra naturā. Secundo: quia Moyſes operabatur inuocando deū tanq̄ miniſter: Chriſtus autē imperando tanq̄ deus & dn̄s naturę.

V ¶Secunda concluſio: ꝙ lex euangelica eſt certior & magis authētica certitudine teſtiū & ſcriptorū q̄ lex Moyſi. Probatur. nā illa lex eſt certior quæ habet ſcriptores & teſtes minꝰ ſuſpectos. ſed lex euāgelica ē huiuſmodi reſpectu legis Moyſi: ergo eſt certior. Maior patet. Minor probať. Nā ipſemet Moyſes fuit ſcriptor & ſolus teſtis ſuæ legis: quia ipſe ſcripſit eam: & dixit qualiter locutus eſt cū deo in monte Sinai: & q̄liter deus dedit ipſam legē ſibi vt promulgaret eā illi populo rudi. Sed in hoc nullum habet teſtē niſi ſeipſum: ergo non eſt ſimpliciter ipſi credenduꝫ: quia nullus poteſt facere teſtimoniū de ſeipſo: nec tale teſtimoniū eſt acceptabile in foro iudiciali. Chriſtus autē nihil ſcripſit in chartis: ſed ſcripſit legē ſuā in cordibus hominū, prędicando & miracula faciendo: miraculis & operibus teſtimoniū de ipſo perhibentibus. Sed quatuor euangeliſtę, & duodecim apoſtoli, & ſeptuagintaduo diſcipuli hæc omnia viderunt & ſcripſerūt: & teſtimonium perhibuerunt de geſtis & factis & dictis eius. Et ideo tales teſtes & in tanto numero de neceſſitate ſunt credendi: nec eorū teſtimoniū eſt ſuſpectū. quod non eſt dicendum de Moyſe qui ſolus teſtimonium præbet de ſeipſo in ſua lege. Propter quod dixerunt aliqui gentiles & hęretici ꝙ Moyſes ficto modo & cum dolo decepit illū populū, fingendo ſecuꝫ deum fuiſſe locutuꝫ: & ꝙ vel mentiť: vel ꝙ fecit miracula in ſola apparentia per artes magicas. Sed ad hoc reſpondēt Iudæi ꝙ Moyſes omnia illa miracula fecit euidēter coram toto illo populo puta illa decem ſigna in Aegypto: & in deſerto percuſſit petram & fluxerunt aquæ &c. Item Dauid hoc idem teſtatur de Moyſe cum cæteris prophetis. Sed ad hoc inſtando dicerent hęretici & gentiles: ꝙ hoc non probat factum: ſed magis reddit ipſum ſuſpectum. nā ipſemet ſcripſit illos quinq; libros: qui narrando ſua geſta dicit ſe feciſſe illa miracula coram illo populo: & accepiſſe illam legem a deo. Sed nullus alius reperitur qui talia ſcripſerit in illo tempore: nec dixerit ſe vidiſſe. Vnde eodem modo quis poteſt fingere ſe fuiſſe in Perſia aut Armenia & ſimilia & maiora opera feciſſe coram populo: ſicut fecit Manichęus nominans ſe decimūtertium apoſtolum Chriſti: & Mahometꝰ, q dixit ſe aſcendiſſe in cęlum cum angelo Gabriele: & accepiſſe alchoranū a deo: put ſcribiť in libro q dicit Almoharag.

Et ſic etiam Moyſes potuit decipere illum populũ:ſicut Ma
nichęus & Mahometus . Et ſic etiam Dauid & cęteri poſte-
riores potuerunt decipi in fide Moyſi credendo ipſi , ſicut
Sarraceni decipiuntur præbendo fidem : & credendo ver-
bis Mahometi præbentis teſtimonium de ſeipſo . Quare
ſicut teſtimonium illorum non eſt accipiendum tanq̃ ſuſpe-
ctum : ita nec teſtimonium Moyſi . & ſic manet lex Moyſi
ſuſpecta propter defectum teſtium & ſcriptorum:& lex euã-
gelica manet probabilis & credibilis . Sed eſt dicendum ſe-
cundum veritatem: q̃ lex Moyſi licet ſit vera & a deo vero
data:ſecundum q̃ probat Apoſtolus ad Hebræ. & Auguſt.
contra Fauſtum & contra aduerſarium legis & prophetarũ:
tamen eccleſia non crederet lege Moyſi : niſi quia Chriſtus
auctorizauit eam , allegando frequenter legem & prophe-
tas.immo dixit q̃ non venit ſoluere legem aut prophetas: ſʒ
adimplere Matthæi.v. Itẽ Ioan.v.dixit.Si crederetis Moy-
ſi:crederetis forſitan & mihi:quia Moyſes de me ſcripſit.Itẽ
Lucę.xxiiij.Incipiens a Moyſe & prophetis interp̃tabatur il
lis duobus diſcipulis omnia quæ de eo ſcripta erant &c . Ex
quibus patet q̃ lex Moyſi & ſcriptura prophetarum intan-
tum eſt nobis credenda: inquantum fuit teſtificata & aucto-
rizata per Chriſtum . Ex quibus omnibus ſequitur:q̃ lex e-
uangelica eſt omnino perfectior & dignior & certior lege
Moyſi non ſolum ratione miraculorũ:ſed etiam ratione le
giſlatoris : qui eſt Chriſtus deus: & ratione teſtium & pluri-
um ſcriptorum idoneorum & authẽticorum . Et ideo debet
ſuccedere & ſilentium imponere legi Moyſi tanq̃ veritas fi-
gurę & ſignatum ſuo ſigno: & ſicut lux fugat tenebrã & vm-
bram. Et hoc de primo articulo.

X ❡Quantum ad ſecundum articulum eſt notandum : q̃ licet
articuli fidei chriſtianę non ſint demõſtrabiles : nec poſſent
a nobis in via demonſtrari de facto:tamen eorum poſſibili-
tas non ſolum eſt nobis probabilis:ſed etiam demonſtrabi-
lis ex primo ſuo fundamento.Vnde licet deum eſſe incarna-
tum non poſſit demonſtrari:tamen deum potuiſſe incarnari
eſt demonſtrabile:vt patebit:quia omnes articuli fidei ſunt
poſſibiles:ſed in eorum poſſibilitate eſt ordo.nam articuli fi
dei ita ſunt ordinati q̃ vnus præſupponit alterum in ſua poſ
ſibilitate:& ſic priores in ſua poſſibilitate vſq; ad primus ar
ticulum.ſ. articulum trinitatis:qui eſt cauſa omnium articulo
rum in veritate & poſſibilitate.nam ex veritate & poſſibili-
tate articuli trinitatis infertur veritas & poſſibilitas articuli
creationis: & ex poſſibilitate articuli trinitatis & creatiõis in-
fertur poſſibilitas incarnationis : & ex poſſibilitate incarna-
tionis infertur poſſibilitas auctoritatis Chriſti: & inſtitutiõis
euchariſtię:& poſſibilitas paſſionis.& reſurrectionis: & libe
rationis patrũ de inferno:& totius noſtrę redemptionis &c.
Et ſic omnes articuli fidei præſupponunt articulum trinita-
tis perſonarum in vna ſubſtantia in diuinis. Sed poſſibilitas
articuli trinitatis fundatur in quadam veritate infallibili &
neceſſaria & demonſtrabili per omnes philoſophos:immo
iam per eos demonſtrata.Ad cuius intellectum eſt iterũ no
tandum:q̃ inter cæteras proprietates & perfectiones primi
entis qui eſt deus : ſeptem proprietates ponit Ariſtoteles &
commentator.xij.metaphyſicę:& Auicenna, & Algazel in
ſua metaphyſica.Primo q̃ deus eſt actus purus & ſimpliciſſi
mus & primum neceſſe eſſe & independens . Ex quo ſequi-
tur ſecundum:ſcilicet q̃ eſt ſummum & primum intelligibi-
le. Tertio:q̃ eſt ſeipſum intelligens.Quarto:q̃ eſt ſummũ
bonum & primum appetibile:& per conſequens ſeipſum a-
mans:& diligẽs . Quinto:q̃ ſua intellectio & volitio eſt ſua
ſubſtantia:eo q̃ intelligit & diligit ſe per ſuam ſubſtantiam
& eſſentiam.Sexto dicit:q̃ ab iſto primo ente & primo in-
telligibili & appetibili ſe intelligente & amante dependet
totum cęlum & natura.Septimo dicit:q̃ omnes ſecundę in-
telligentię mouent & gubernant omnia iſta inferiora ꝓpter
iſtum deum amatum & deſideratum . Ex iſto ergo funda-
mento & veritate infallibili: & neceſſaria: & impoſſibili ali
ter ſe habere , infert Auguſtinus in libro.xv. & in cæteris li-
bris de trinitate contra Maximum & cæteros Arrianos to-
tum myſterium trinitatis: & productionum duarum perſo-
narum diuinarum a prima. Et hoc idem faciunt omnes cæ-
teri doctores.Vnde dicit Auguſtinus:q̃ intellectus in intelli
gendo format conceptum diffinitiuum rei intellectæ : vt in-
quit Ariſtoteles.vij.metaphyſicę:qui quidem conceptus di-
citur diffinitio:eo q̃ concludit & comprehendit omnes fi-
nes & partes rei intellectę & comprehenſę. & dicitur etiam
terminus rei:eo q̃ comprehendit & ambit omnes terminos
rei:& ambit & terminat eam:vt patet ibidem. Quam diffi-
nitionem ſiue conceptum:gręci appellant λογος : id eſt ver-
bum diffinitiuum.Et ideo cum deus perfecte & complete in-
telligat & concipiat ſeipſum ſe toto & ſecundum ſe totũ, ne-
ceſſe eſt vt de tota ſcientia & intellectione ſua quę eſt ſubſtã
tia ſua ,dicat & producat tale verbum diffinitiuum ſuiipſius
quo ſeipſum diffiniat & comprehendat.Sed quia ſuũ intel-
ligere & dicere:eſt ſuũ eſſe & ſua ſubſtantia & eſſentia: ideo
illud verbum dictum & productum dei tota eſſentia & ſub-
ſtantia dei neceſſe eſt q̃ ſit deus:quia deus pater intelligen
do ſe totum & dicendo tale verbum de tota ſua ſubſtantia:
communicat illi verbo totam ſuam ſubſtantiam & eſſe & eſ
ſentiam:cum ibi eſſe & intelligere ſit ſua eſſentia & ſubſtan-
tia,& econuerſo.Et ſic eadeʒ ſubſtantia & eſſentia eſt in ver
bo & in ipſo patre dicente.& per conſequens idem deus eſt
verbum cum dicente.Sed quia hoc verbum naſcitur a dicen
te per modum naturę: quia totaliter eſt imago dicentis & in-
telligentis: quia totaliter exprimit & diffinit ipſum:ideo ſa-
cra ſcriptura hoc verbum appellat filium:& dicentem appel
lat patrem.

❡Et rurſus ſicut proprium eſt intellectui intelligere:& ex in Y
tellectione formare diffinitionem ſeu verbum diffinitiuum:
ita proprium eſt voluntati velle & diligere bonũ intellectũ:
& ſpirare amorem in eo de tota illa dilectione : quo amore
ſe toto diligat ſe totum, ſuum volitum & amatum . quem a-
morem ſic ſpiratum ſcriptura appellat ſpiritum ſanctuʒ. Vñ
ſicut pater intelligendo ſe format,id eſt dicit verbum de tota
ſcientia & ſubſtantia ſua:cui verbo communicat totam ean-
dem ſuam ſubſtantiã & eſſentiam in eſſe: in quo & per quod
verbum pater ſe totum diffinit & cõprehendit tanq̃ per ſuã
imaginem coęqualẽ & perfectã:in quo verbo ſicut ſe intelli
git eſſe ſummũ ens & intelligibile: ita intelligit ſe ſummum
bonũ amabile & appetibile : & ideo abſq; aliquo medio ſi-
cut itelligit ſe in verbo, & verbũ in ſe: & ſic per modũ volun
tatis producit & ſpirat amorẽ de ſummo bono intellecto. Et
ſic ſicut pater intelligendo cõmunicauit verbo totam ſuam
ſubſtantiã & eſſentiam : ita pater ſimul cum verbo diligen-
do communicat ſpiritui ſancto eandẽ ſubſtantiã & eſſentiã:
quæ prius communicata fuit verbo. Et ideo ſicut filius pro-
cedit a ſolo patre per generationeʒ: ita ſpiritus ſanctus non
ſolum procedit a patre: ſed etiam procedit a verbo ſeu filio
per ſpirationeʒ.eo q̃ ſubſtantia quæ communicatur ſpiritui
ſancto:prius fuit communicata filio a patre : & ſic eadẽ ſub-
ſtantia cõmunicatur ſpiritui ſancto ab vtroq; tanq̃ ab vno
principio . vnde ſicut intelligere præcedit diligere: ita dice-
re præcedit ſpirare:ſicut nihil diligitur niſi præcognitum.
Ex quibus patet:q̃ eadeʒ ſubſtantia & eſſentia quam pater
habet a ſe,cõmunicatur filio a patre per generationẽ : & ea-
dẽ cõmunicatur ab vtroq; ſpiritui ſancto per ſpirationem.&
ſic manet vnus ſolus deus eſſentialiter & ſubſtantialiter &
exiſtenter in tribus perſonis:poſtq̃ in tribus perſonis non eſt
niſi vna eſſentia: & ſubſtantia: & vnum eſſe.per quam eſſen-
tiam,& ſubſtantiã diuinam,& per quod eſſe vnaquæq; pſo-
na dicitur deus:& dicitur ens & ſubſtantia:& dicitur habere eſſe
ſimpliciter:quia pater non eſt deus : nec ens : nec ſubſtantia
per paternitatem:ſed per deitatem:quia paternitas non con

ſtituit patrem ineſſe diuino et ſubſtantiali: nec ineſſe exiſtē-tię ſed ſolum conſtituit patrem in eſſe perſonali et paterno Et ſic eſt dicendum de filiatione reſpectu filij: & de ſpiratio ne paſſiua reſpectu ſpiritus ſancti. Et ideo pater et filius et ſpiritus ſanctus non ſunt tres ſubſtantię nec tria entia: nec tres perſonę abſolutę: ſed ſunt tria relatiua: ſiue tres perſo-nę relatiuę: quia relationes non poſſunt multiplicare ſub-ſtantiam: nec multiplicare ens: quia non ſunt entia: nec ſunt aliquid: ſed ad aliquid: vt ait Ariſtoteles, & Auguſtinus con-tra Maximinum. Ideo iſtæ tres perſonæ dicuntur realiter diſtinctæ: non ꝙ ſint tres res abſolutę: nec tria entia: ſed tres res relatiuę Sed dicuntur tres res reales inquantum pater rea liter producit verbum reale: et pater & filius realiter ſpirant ſpiritum ſanctum realem. Et prima perſona ita eſt pater ꝙ non filius & ſpiritus ſanctus: eo ꝙ eſt a ſe. et non ab alio: nec generatur: nec ſpiratur. et filius ita generatur a patre ꝙ non generat: nec ſpiratur: et ideo nec eſt pater: nec ſpiritus: ſed verbum et filius Et ſpiritus ſanctus ita ſpiratur ab vtro-ꝙ ꝙ nec generat: nec generatur: nec ſpirat: ſed ſolus ſpira-tur: ideo ſolus eſt ſpiritus ſanctus. Et ſic vna perſona nega-tur de altera non ſubſtantialiter nec realiter abſolute: ſed rea liter relatiue. inquantum vna alteri relatiue opponuntur. & ſic manet vnum ſolum ens abſolutum in tribus perſonis rela tiuis: non ꝙ deus ſit vnum ens abſolutum per ſe, ſine vel prę ter illas tres perſonas relatiuas: quia nec per ſe facit perſo-nam ſine illis tribus: nec reperitur i aliqua alia perſona prę ter q̄ in illis tribus: nec deus eſt aliud q̄ illę tres perſonę: nec illę tres perſonę ſunt aliud q̄ vnus deus. Sed eſt aduertēdum ꝙ iſta trinitas perſonarum in diuinis non eſt inuenta & re-perta i ſola chriſtiana religione: quia iam fuit memorata ab antiquis philoſophis. Nam Ariſtoteles duodecimo meta-phiſicę, implicite & confuſe ponit iſtam trinitatem, dicens ꝙ in diuinis eſt deus intelligens: & ſua intellectio eſt ſua ſub ſtantia & ſua volitio in qua felicitatur. Tamen Plato in Ti-męo, & in epiſtola ad Dionyſium clare diſtinguit iſtam tri-nitatem perſonarum ſecundum ordinem intelligendi & di-ligendi ſe in deo, dicens ꝙ deus intelligendo ſe format ver-bum ſibi conſubſtantiale & coæternum. quod verbum quan doꝗ nominat filium: et quandoꝗ nominat ipſum ſecundū deum creatorem omnium: eo ꝙ in illo verbo ſunt ideę & ex emplaria et formę omnium rerum creatarum. Et ſimiliter ponit ſpiritum dei penetrare et viuificare omnia creata quē appellat animam mundi. Quod allegans Virgilius in ſexto dicit. Principio cælum ac terras campoſq́ꝫ liquentes. Lucen-temꝗ globum lunæ titaniaꝗ aſtra ſpiritus intus alit: totāꝗ infuſa per artus mens agitat molem: et magno ſe corpo-re miſcet &c. Item in.iiij. Georgicorum Quidam dixere de um nanꝗ ire per omnes Terraſꝗ tractuſꝗ maris cęlumꝗ Profundum &c. Et ſic Plato et multi philoſophi antiqui po ſuerunt trinitatem in diuinis, appellantes primam perſonā patrem et ſecundam verbum et filium: et tertiam appella-bant ſpiritum dei, et animam mundi, dicentes ꝙ pater per verbum omnia produxit: et per ſpiritum omnia viuificat et mouet: vt patet in Timęo Platonis: et in libris de republica et in epiſtola ad Dionyſium: & in epiſtola ad Eraſtum et Choriſcum. Idem Plotinus in libro de tribus hypoſtaſibus a quibus omnia principium habent. Et dicit Plato: ꝙ illę tres perſonę non ſunt plures ſubſtantiæ: ſed vna tantū. Et ꝙ ver bum dei eſt ipſe deus: et ſpiritus dei eſt ipſe deus Et ſic tam Plato ꝙ Socrates concedebant iſtas tres perſonas in deo et ideo Pythagorici propter iſtam trinitatem colebāt vnum ſo lum deum ſub triplici honore. ſ. adoratione, et oblatione, & oratione laudis: vt patet primo de cælo et mundo. Ex quis bus patet ꝙ deum eſſe trinum & vnū non eſt articul⁹ fidei: tum naturaliter ſit demonſtrabile & probabile apud philo-ſophos: ſed iſtas tres diuinas perſonas eſſe realiter diſtictas in vna ſimplici eſſentia & ſubſtantia, eſt articulus fidei: quā ponit & credit fides catholica. Item ſequitur: ꝙ licet philo-ſophi peruenerint naturaliter in cognitionem iſtarum trium perſonarum ſic confuſe: inquantum nouerunt deum eſſe pri mum intellectum: & primum principium omnium: prout di ctum eſt: tamen naturaliter non potuerunt peruenire ad mo dum emanationum duarum perſonarum a prima: & quomo do iſtæ tres perſonę ſunt realiter diſtinctæ: niſi deus reuelaſ ſet hoc ſpecialiter & diſtincte in nouo teſtamento & ſic ē ar-ticulus fidei. Et ideo beatus Auguſtinus ſpiritu ſancto illu-ſtratus iſtas emanationes & origines & diſtinctiones perſo-narum lucide & clare diſtinxit in libris de trinitate: per cuius doctrinam chriſtiana religio ſe poteſt defendere ab omni i-curſu philoſophorum infidelium. immo quanto quis magis eſt inſtitutus in vera philoſophia & metaphyſica: tanto cīti⁹ adhęrebit & aſſentiet veritati fidei catholicę, & articulo tri-nitatis perſonarum cum ſimplicitate diuinę eſſentiæ. Ex ſu-pradictis patet non ſolum poſſibilitas: ſed etiam veritas ar-ticuli trinitatis contra miſeros & cęcos Iudęos, qui hoc repu-tant impoſſibile. Sed non mirum: quia non ſolum ſunt occę-cati in intelligentia ſacrę ſcripturæ: ſed etiam ſunt ignari ve-rę philoſophię.

¶ Habita ergo cognitione trium diuinarum perſonarum p emanationem ſecundæ perſonæ quod eſt verbum a prima perſona qui eſt pater: & per emanationem ſpiritus dei ab vtraꝗ: deuenerunt etiam philoſophi ad cognitionem crea-tionis creaturarum per emanationem a verbo diuino. Vnde dicit Plato: ꝙ ſicut verbum diuinū emanat a patre: ita om-nia iſta entia emanāt a diuino verbo per creationem. Et ſi-cut verbum emanat a patre tanq̄ ſcientia a ſciente: ita om-nes artes & ſcientię emanant a verbo diuino in homines: vt inquit Epicarmus comicus diſcipulus Platonis: ꝙ diuinū ver bum artes hominibus ſuggerit: docetꝗ facere quod condu-cit. non inuenerunt enim homines artes: ſed eas verbum ho minibus immiſit. verbum autem hominum a diuino verbo defluxit Et ſic dicit Plato: ꝙ ſicut illud diuinum verbum fluit & emanat a patre: ita omnia creata emanant a verbo. Sed iſtam emanationem multo clarius declarat Auguſtinus & doctores catholici: ponentes multiplicem differentiam, inter iſtam emanationem creaturarū a verbo, & illam verbi a pa tre. Nam quia verbum primo emanat a patre dicente p mo dum naturæ: ideo dicitur filius patris. quia in tali productio-ne pater communicat filio totam ſubſtantiam & eſſentiam & eſſe: ideo filius eſt conſubſtantialis: & æqualis patri: & idē deus cum patre. Sed creaturę emanant a verbo per modum artis: ideo deus ita communicat creaturis ſimilitudines ſua-rum perfectionum & idearum: ꝙ non communicat eis ſuam ſubſtantiam & eſſentiam. Et ideo nulla creatura eſt deus: nec filius naturalis dei: nec deo æqualis nec conſubſtantia-lis: ſicut artifex ita communicat artificiato ſimilitudinem ſuæ artis: ꝙ non communicat ſubſtantiam ſuam. Secunda differentia eſt: quia pater producit verbum de tota ſcientia & ſubſtantia ſua: ideo non poteſt producere niſi vnum ver-bum: ſed deus non producit mundum de tota arte ſua: quæ eſt infinita: ideo poteſt producere multos alios mundos nō euacuando artem ſuam. Tertia differentia eſt. quia deus pa ter producit filium & verbum ab æterno: eo ꝙ filius naſci-tur & emanat naturaliter & per modum naturæ. ſed mun-dus non emanat a verbo ab æterno: eo ꝙ non producitur naturaliter: ſed artificialiter & libere. Artificialia enim non ſunt naturalia ſed voluntaria. Quarta differentia eſt. nam deus pater per ſeipſum de ſcientia & intellectione ſua ab æterno dicit illud verbum non per aliud verbum: & pro-ductum manet in producente ſubſtantialiter & eſſentiali-ter. ſed in creatione rerum deus pater per verbum æternum dixit omnia creata ad extra: & ideo verbum æternum nul-lum aliud verbum præſupponit: ſed omnia creata præſup-

ponit verbum æternum: per quod ſunt dicta ex tempore. Idẽ haec eſt cauſa quare pater non poteſt dicere ſuum verbum quin communicet ipſi totam ſubſtantiam & eſſentiam: eo ꝙ abſque alio verbo per ſe naturaliter ipſum dicit de tota ſua ſcientia ſpeculatiua. Sed quia per verbum ſuum dicit alia tanꝗ per ſcientiam practicam: ideo ita communicat rebus creatis ſimilitudines ſuę ſcientię & ſuarum idearum: ꝙ non communicat ſuam ſubſtantiam. Eſt autem multiplex differentia inter deum: & quemlibet artificem creatum: & quodlibet agens naturale. Nam deus ſolo verbo dicendo abſque motu & tempore poteſt omnia producere: quod non poteſt agere artifex creatus nec agens naturale. Et hoc accidit quia deus continet in verbo ſuo perfectiones omnium: & omnia dependent a diuino verbo quo ad totum ſuum eſſe in genere cauſæ efficientis & formalis & finalis. Et ideo deus nihil aliud extrinſecum præſupponit in ſua actione: & per conſequens poteſt producere res quo ad totum ſuum eſſe. Et ideo dicendo: fiat lux: facta fuit lux: & dicendo fiat firmamentum: factum fuit firmamentum: abſque alia mora: eo ꝙ omnia dependent ex diuino verbo quo ad totum ſuum eſſe. Secunda differentia eſt: quia artifex creatus ita communicat formam accidentalem rebus artificiatis: ꝙ non poteſt producere materiam: vtputa argentum aut aurum: aut lapides & ligna; eo ꝙ iſta non dependent ex arte humana: niſi ſola forma artificialis domus: aut annuli. Et ideo licet domificator millies diceret: fiat domus: nunꝗ fieret domus: niſi primo per motum præparentur ipſi lapides: & ligna. & cętera. eo ꝙ iſta non dependent ex arte ſua: ſed ex natura: quia vbi deſinit natura incipit ars. Sed quia cęlum & natura & omnia creata dependent ab arte diuina: vt dicit Ariſtoteles duodecimo metaphyſicę: & commentator eius: hinc eſt ꝙ deus ex ſolo verbo dicendo potuit in inſtanti omnia producere ex nihilo præſuppoſito: quantum ad materiam & formam: & quo ad totum ſuum eſſe. ideo dixit & facta ſunt: mandauit & creata ſunt. Vnde ſicut ſol in vno inſtanti cauſat & multiplicat ſuam ſimilitudines & imaginem per totum hemiſphærium, non communicando ſuaꝫ ſubſtantiam: ita deus in eodem inſtanti communicauit & multiplicauit ſolo verbo ſimilitudines ſuarum perfectionuꝫ & idearum in omnibus creaturis non communicando eis ſubſtantiam ſuam. Et ſic patet ꝙ dicere dei ad extra nihil aliud fuit niſi ſimilitudines ſuarum perfectionum & idearum creaturis communicare. Item ſequitur ꝙ creaturæ nihil aliud ſunt ꝗ ſimilitudines diuinarum perfectionum & idearum & effectus diuinę artis. Item ſequitur: ꝙ res create non ſolum recipiunt a deo eſſe eſſentiæ entitatis: per quod aſſimilantur diuinæ arti in ſua ſpecie: ſed etiam recipiunt a deo eſſe actuale: per quod eſſe exiſtunt & perſonantur: & actualiter operantur. Nam per ſolum eſſe eſſentię non poſſent perſiſtere quia nihil aliud eſt nec poteſt exiſtere per ſuam eſſentiam niſi ſolus deus: quia a nullo dependet. & ideo ſolus deus eſt ſuum eſſe & vita. duodecimo metaphyſicæ. & ideo omnis creatura vltra eſſentiam indiget eſſe: per quod exiſtat & viuat. & ſic deus primo dicendo creat & producit' res ad extra: ſed ex conſequenti per ſpiritum ſanctum ſpirat eſſe & vitam in rebus. Et ideo dicitur Geneſis primo: ꝙ in pricipio id eſt in verbo creauit deus cælum & terram. ſed quia terra erat inanis & vacua ſine eſſe: ideo ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas. id eſt ſuper omnia creata, vitam & eſſe conferẽdo: & ea viuificando. Et iſtum ſpiritum appellat Plato animam mundi. De quo dicit Virgilius in ſexto. Principio cælum & terram: campoſque liquentes: Lucentemque globum lunæ: titanaque aſtra Spiritus intus alit: totamq; infuſa per artus Mens agitat molem: & toto ſe corpore miſcet. Item in Georgicis. Deum namque ire per omnes Terraſque tractuſque maris cęlumque profundum. Ex quibus patet: ꝙ ſicut deum eſſe trinum & vnum non eſt articulus fidei: eo ꝙ hoc nouerũt philoſophi in lumine naturali: ſꝫ eſt articulus fidei: inquantum nos credimus illas tres perſonas eſſe inter ſe realiter diſtinctas cum ſumma ſimplicitate diuinæ ſubſtantię: ſicut ſupradictum eſt: quod habemus ex ſola reuelatione & auctoritate ſacræ ſcripturę. Ita pariter ẽ dicẽdũ ꝙ mũdũ eẽ a deo productum non eſt articulus fidei: quia hoc idem aſſerunt philoſophi: qui poſuerunt deum in triplici genere cauſe. ſcilicet efficientis formalis & finalis: vt patet duodecimo metaphyſicæ. ſed mundum eſſe creatum de nihilo ex tempore: & ꝙ mundus habuit principium: hoc eſt articulus fidei: quia non poteſt demonſtrari: immo omnes Peripatetici putarunt demõſtrare oppoſitum: vt patet duodecimo metaphyſicę, & octauo phyſicoruꝫ: & primo cęli: & ſecundo de generatione. Sed ipſemet Ariſtoteles dicit in topicis: ꝙ illę rationes non ſunt demonſtratiuæ ſed tantum probabiles. Ex quibus patet ꝙ deum eſſe trinum & vnum: non eſt impoſſibile: ſicut negant & imponunt nobis miſeri Iudæi: quia hoc conceſſum fuit a philoſophis licet non ita diſtinctę. immo per emanationem creaturarum quam Iudęi concedunt: philoſophi peruenerunt in cognitioneꝫ trinitatiſq;: & emanationem diuinarum perſonaruꝫ a prima perſona patris: vt dictum eſt. Sed ꝙ iſta trinitas diuinarum perſonarum non ſit per chriſtianos conficta; nec per philoſophos antiquitus memorata: ſed etiam in lege & prophetis explicata: patꝫ ex multiplici auctoritate. & primo Geneſis primo: vbi dicitur. In principio creauit deus cęlum & terraꝫ: terra autẽ erat inanis & vacua: & ſpirit' domini ferebatur ſuper aquas &c. In quibus verbis dupliciter denotatur pluralitas perſonarum in diuinis. Et primo: quia in hebræo dicitur. In principio creauit Heloim coelum et terram: vbi ly heloim eſt pluralis numeri Et ſic per totam ſcripturam pro maiori parte deus ponitur ĩ plurali: de quo eſt maxima quæſtio: & nondum ſoluta apud hebræos. Vnde Rabi Moyſes de Aegypto putãs ſoluere iſtã quæſtionem dicit ꝙ heloim eſt æquiuocum ad deum cæli ꝗ eſt vnus: & ad angelos & deos gentium. Alij autem dicunt ꝙ per heloim in plurali intelligitur deus cum iudicibus aut angelis ſuis id eſt ꝙ deus cum iudicibus & angelis ſuis creauit cælum & terram. Sed hoc eſt falſum: quia deus non indiguit auxilio angelorum ad creandum mundum: cum angeli ſint de numero creaturaruꝫ Et ideo eſt dicendum: ꝙ ly. heloim idem eſt quod dij in plurali. ſed ly dij nõ ponitur ſubſtantiue: ſed adiectiue. Vnde dius dia dium eſt ſyncopatum de diuus diua diuum: quod ſignificat res diuinas. Ideo non valet arg. ſunt tres dij: ergo ſunt tres dei. quia dei in plurali ſignificat tres deos: quod nefas eſt dicere in diuinis: ſed tres dij ſignificat tres perſonas diuinas: ſcilicet patrem & filium & ſpiritum ſanctum. Et ſic conceditur: ꝙ pater & filius & ſpiritus ſanctus ſunt tres diui & perſonę diuinæ: ſed non tres dei: quia primo tenetur adiectiue denotando perſonas: ſed ſecundo tenetur ſubſtantiue denotando ſubſtantiam & eſſentiam. Et ſic ergo pro maiori parte ponitur heloim adiectiue non ſubſtantiue in lege & prophetis: non ſignificando pluralitatem ſubſtantiarum: ſed perſonaruꝫ in diuinis. ſed cæci Iudæi non capiunt hoc ſacramentum. Item ſecundo i ſupradictis verbis explicatur trinitas perſonarum. nam deus pater in principio, id eſt in verbo tanꝗ in arte creauit cælum & terram: quia per verbum in quo ſunt ideæ omnium rerum dixit omnia creata: dando eis eſſentiam. ſed ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas dando eis eſſe omnia viuificando. & ſic explicatur myſterium trinitatis. Item ſequitur Dixit deus fiat lux & cætera ergo ſi deus dixit: per aliud verbum dixit: & per conſequens habet verbum per quod dixit omnia. Item ſequitur. Vidit deus cuncta quæ fecerat: & erant valde bona. ergo deus ſicut per verbum dedit eſſentiam rebus: ita dedit eis bonum: id eſt eſſe quod omnia appetunt. ſed hoc pertinet ad ſpiritum ſanctum p quem de' omnia bonificat. ergo in diuinis ſunt tres perſone. ſcilicet pater

verbum,& ſpiritus ſanctus.hoc idem patet Gen̄.xviij.quando Abraham vidit illos tres angelos:& adorauit vnum tantum deum in eis,dicens. Domine ſi inueni gratiaꝫ in oculis tuis &c.Et ponitur ibi nomē domini quatuor literaruꝫ quod ſoli deo conuenit.Et poſtea capitulo ſequenti explicatur eadem pluralitas diuinarum perſonarum: cum dicitur . Igitur dominus pluit ſuper Sodomam , & Gomorram ſulphur & ignem a domino de cælo &c.Dicit ergo ꝙ dominus pluit a domino,& ponitur in vtroq; nomen quatuor literarum.vbi notantur duę perſonæ diuinæ.ſ.perſona filij miſſi ad pluendum ſulphur,& ignem:& perſona patris mittentis, a quo filius habet quicquid habet. Ex hac ergo ſcriptura Iudæi non poſſunt negare eſſe pluralitatem in diuinis: non ſubſtantiæ: ergo perſonarum.Item iſta trinitas diuinarum perſonarum explicatur pſalmo.xxxij.cum dicitur.Verbo domini cęli firmati ſunt:& ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.Item pſalmo.xliij.Sedes tua deus in ſęculum ſęculi : propterea vnxit te deus deus tuus oleo lętitię.vbi ponitur Chriſt⁹ deus vnct⁹:& pater deus vngens:& ſpiritus ſanctus quo Chriſtus eſt vnctus.Item Eſaiæ.xlviij. Dominus miſit me ,& ſpiritus eius: hæc dicit redemptor tuus domin⁹ deus Iſrael.Item Zacha. ij.Gaude & lętare Sion: ponam diuinitatem meam in medio veſtri,& cognoſcetis ꝙ dominus miſit me: vt prophetarem vobis.Item Prouerbiorum.xxx . Quis ſuſcitauit omnes terminos terræ: quod nomen eſt eius & quod nomē filij ei⁹: ſi noſti?Item in plæriſq; locis reperitur memoratum verbū dei,& nomen dei:per quod fides catholica ſemper intelligit ſecundam perſonam in trinitate,ſcilicet filium . Et ſic etiam ſpiritus ſanct⁹ frequenter in ſcriptura dicitur ſpiritus dei:per quem intelligitur tertia perſona in trinitate . Et ſic patet ꝙ articulus trinitatis diuinarum perſonarum , cum vna ſola, & ſimpliciſſima ſubſtantia nō ſolum eſt poſſibilis: ſed per ſacrā ſcripturam verificatus a auctorizatus.Quod quidem myſterium trinitatis maxime probatur, & manifeſtatur in creatione rerum:quia emanatio creaturarum,& modus producendi earum pręſupponit emanationeꝫ diuinarum perſonarum vt dictum eſt:quia per verbuꝫ patris facta ſunt omnia:& per ſpiritum dei viuificata.

A ¶ Ex quibus duobus articulis:ſcilicet trinitatis & creationis redditur poſſibilis,& probabilis articulus incarnationis.Vnde dictum eſt:ꝙ res creatæ prout ſunt ſimilitudines diuinarum idearum habent ſolum eſſe ſpecificum & eſſentiale:ſed per tale eſſe non poſſunt exiſtere in actu,nec perſonari, niſi influatur eis eſſe actuare, & perſonale: quia nihil exiſtit per ſuam eſſentiam niſi ſolus deus : quia eſt independens. Et ſic dicitur ꝙ deus primo per verbum dicit res ad extra,dādo eis eſſe ſpecificum : & ex conſequenti ſpirat in eis eſſe perſonale , & actualis exiſtentiæ , per quod conſeruat res in eſſe duratiuo:de quo dicit auctor de cauſis : ꝙ prima rerum cratarum eſt eſſe. ¶ Ex quibus patet ꝙ ſicut deus conſeruat & perſonat vnamquamq; creaturā in eſſe exiſtentiæ per eſſe creatam & influxum:Ita poteſt aliquā creaturam conſeruare in eſſe & perſonare per ſeipſum:& per conſequens poteſt effici vna perſona cum illa. Sic ergo factum fuit in myſterio incarnationis.Nam pater, immo tota trinitas per ſpiritum ſanctum formauit illud corpus ex puris ſanguinibus in vtero virginali:& perfecte organizauit illud. Et tota trinitas creauit in eo ſimul animam illam intellectiuam,cum omnibus ſuis perfectionibus . Et ſic fuit verum indiuiduum humanum conditionatum & atomatum:quia anima eſt illa quę dat cōpoſito eſſe ſpecificum , & ſuſtantiale , & entitatiuum : tertio de anima . Et accidentia dant eſſe atomum & indiuiduale. ſed nec anima nec accidētia indiuiduantia & determinantia ſpeciem poſſunt dare eſſe perſonalis exiſtentię,aut ſubſtantię:nec poſſunt perſonare illam ſpeciem indiuiduatam , niſi a primo ente ſpiretur eſſe perſonale,& eſſe actualis exiſtētię:per quod illa ſpecies & indiuiduum perſonetur & exiſtat: Et hoc fecit verbum diuinum per ſe abſq; creatione noui eſſe:immo per ſe perſonauit illud corpus animatum & organizatum & indiuiduatum . Ideo in illa benedicta incarnatione ita fuit creata noua anima & noua ſubſtantia eſſentialiter.ꝙ non fuit creata noua perſonalitas:nec nouum eſſe exiſtentię aut ſubſtantię: Et ſic illa incarnatio nil aliud fuit niſi creatio illius humanitatis:non ſub eſſe creato:ſed ſub eſſe diuini verbi pręexiſtentis . Et ſic fuit creatio nouę ſubſtantię: ſed non noui eſſe . Et ideo illa humanitas non perſonatur per nouum eſſe creatum:nec per nouaꝫ perſonalitatem:ſed per ſolam perſonalitatem verbi. Et ideo manet ſolum vna perſona in duabus naturis.Sed eſt aduertēdum:ꝙ totus diſcurſus ſupradictus non factus eſt ſucceſſiue in tempore : immo in eodem inſtanti illud corpus fuit formatum & organizatum et animatum & per verbum aſſumptum & perſonatū.Et ſic illa perſona Chriſti dicitur verus& perfectus deus: & verus & perfectus homo.Et ideo de illa perſona verificātur omnia quę ſunt dei:& omnia quę ſunt hominis , ratione duarum naturarum.et Chriſtus dicitur creator & creatura:& mortuus:& paſſus & cętera:quia vere dicitur deus & homo. Et ſic etiam communicantur idiomata vtriuſq; naturę inter ſe.Nam ille homo dicitur creator ratione deitatis:& ille deus dicitur paſſus ratione humanitatis,quam aſſumpſit in atomo indiuiduatam,& conditionatam vt poſſet pati &c , Ideo quando dicitur,deus paſſus eſt:eſt ſic intelligendum & exponendum,id eſt ille homo qui eſt deus eſt paſſus &c.Et ſic patet ꝙ articulus incarnationis eſt poſſibilis . & ſic deum poſſe incarnari non eſt articulus fidei:immo eſt probabile & quaſi demonſtrabile.Sed deum eſſe defacto incarnatum: & Ieſum Chriſtū eſſe deū & verbū incarnatū:hoc eſt articulus fidei : quia hoc non poteſt probari nec oſtendi: niſi ex ſola auctoritate ſacrę ſcripturę vtriuſq; teſtamēti.Nā in veteri teſtamento myſteriū incranationis pręnunciatum fuit futurū: & in nouo teſtamento annunciatum eſt iam factum & cōpletum:& per effectum & miracula demonſtratū. Sed quia nos non vidimus Chriſtum incarnatum:ſed credimus ſoli euangelicę ſcripturę & auctoritati:ideo dicitur articul⁹ fidei in nobis . Sed ꝙ deus eſſet incarnandus : & Meſſias in lege promiſſus deberet eſſe deus:patet & probatur ex multiplici auctoritate ſacrę ſcripturę veteris teſtamenti . Vnde pſalmo ſecundo. Dominus dixit ad me:filius meus es tu. Itē pſal. lxxj: Permanebit cum ſole: & ante lunam & ante ſolem permanet nomen eius . Item pſalmo.cix . Dixit dominus domino meo:ſede a dextris meis.Item Eſaię.xlv.Tu es deus abſconditus.Item Eſaiæ ſeptimo.Vocabitur nomen eius Emanuel,id eſt nobiſcum deus.Item capitulo nono.Vocabitur deus fortis pater futuri ſęculi.Itē capitulo decimo.Dominus dedit mihi linguam eruditā &c.Item hoc idē capitulo.lj.&.lv.&c. Item Hieremię.xxiij.Suſcitabo Dauid germen iuſtum:& faciet iudicium &c . Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum. Dominus iuſtus noſter &c.Et ponitur ibi nomen domini tetragrammaton qđ ſoli deo conuenit.Hoc idem ad literā habetur Hieremiæ.xxxiij. Item Baruc.iij. Poſt hæc in terris viſus eſt:& cum hominibus conuerſatus eſt.Item Threnorum. iiij.Spiritus oris nr̄i Chriſtus dn̄s noſter captus eſt in peccatis noſtris &c.Et ponitur ibi nomē domini tetragrammatō. Itē Oſeæ tertio. Poſt hæc reuertentur filij Iſrael & quærent dominum deum ſuum et Dauid regē ſuum &c.Iteꝫ Zacharię ſecundo.Hæc dicit Dominus exercituum : poſt gloriam miſit me ad gen.&c.Lauda et lętare filia Siō:quia ecce ego venio et habitabo in medio tui dicit domin⁹.Et ſcies quia domin⁹ exercituum miſit me ad te &c.In quibus verbis notatur deus miſſus,et deus mittens:ſcilicet pater et filius qui eſt deus:qui loquitur in hoc capitulo: quia vtrobiq; ponitur nomen domini tetragrammaton.Item Zacharię capitulo duodecimo

In illā die effundam ſuper domum Dauid & ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritū gratię: & aſpicient in me quē confixerunt &c. Ex quo patet ꝙ Meſſias erat futurus deus & homo: quia non poteſt dare ſpiritum gratiæ niſi deus: nec pati & cōfigi niſi homo. Et ſic pariter eſt dicēdū de hoc quod dicitur Eſaię.l. Nam deus loquitur ibi. & poſtea ſubdit. Faciē meā nō auerti ab increpātibus & cōſpuentibus in me &c. quod nō poteſt conuenire niſi homini. Et ſic patet qualiter Chriſtus in lege ꝓmiſſus erat futurus deus et homo: et per conſequens deus incarnatus et humanatus. Et ſic nō ē dicendū ꝙ religio chriſtiana finxerit myſterium incarnationis: quia in teſtamēto veteri fuerat multipliciter figuratū et prophetatum. ¶ Ex poſſibilitate vero articuli incarnationis ſequitur poſſibilitas articuli ſacramenti altaris: ſcilicet tranſſubſtantiationis panis in corpus Chriſti. Vnde quatuor ſunt conſiderāda principaliter in perſona Chriſti. Primo corpꝰ, prout habet eſſe ſubſtātiale ab anima, et eſſe cōditionatum ab accidentibus. Secundo ſunt conſideranda accidentia quę organizant et indiuiduāt et extendunt et diſponunt illud corpus. Tertio eſt conſideranda anima quę dat eſſe ſubſtantiale ſpecificum toti corpori et toti cōpoſito. Quarto eſt conſiderandum verbum qđ dat eſſe perſonale et actualis exiſtētię toti humanitati Chriſti. In pane autem ſunt tria conſiderāda. Primo veritas ſubſtantię panis reſultans ex materia et forma ſubſtantiali. Secundo accidentia et indiuiduantia & diſponentia. Tertio eſt conſiderādum eſſe exiſtentiæ panis, per qđ exiſtunt etiā accidentia: inquantum inhęrent & inexiſtunt ſubſtantiæ panis ſubiectiue.

B ¶ His habitis dicitur ꝙ ſubſtantia panis non conuertitur in verbum diuinum: nec in animam Chriſti: ſed in ſolum corpus ſubſtantiale Chriſti: prout habet eſſe eſſentiale ab anima: & eſt altera pars compoſiti humani. Et ſic conuertitur quid in quid: & non quantum in quantum: nec quale in quale: nec quid in quātum nec in quale: nec corpus in ſpiritum. & ideo manent accidentia panis ſine ſubiecto. Et ſic non eſt dicendum ꝙ cōuertatur corpus in ſpiritum: nec fiat mixtio: ſicut quidam medicus Iudęus arguebat: quia nihil de ſubſtantia panis remanet in actu nec in potentia. Sed ꝙ talis tranſſubſtantiatio ſit poſſibilis apud deum, probatur dupliciter. vno modo inquātum ille panis & omnis creatura dependet a verbo diuino quo ad eſſentiam ſuam totam in genere cauſę formalis. Et ideo ſicut deus ſolo verbo dicendo, Fiat panis, formaliter ex idea panis creat panem eſſentialiter: ita a fortiori dicendo, ꝙ ille panis fiat corpus ſuum: ilico fit & tranſſubſtantiatur in corpus ſuum: eo ꝙ ille panis eſſentialiter dependet a diuino verbo & ab illa idea. Vnde per tale verbum ſubſtantia panis quę erat ſub idea panis, fit ſub idea corporis Chriſti. Et ſic illa ſubſtantia poſt conſecrationē ita eſt ſubſtantia corporis Chriſti: ꝙ non eſt ſubſtantia panis. quia illa ſubſtantia quæ ante erat ſub idea panis: modo eſt ſub idea corporis Chriſti. Item maiorem poteſtatem habet deus ſuper naturam & ſuper ſpecies & eſſentias rerum: q̄ rex & dominus temporalis ſuper bona temporalia & ſuper dignitates. & q̄ papa ſup prælaturas. Sed rex & quilibet princeps temporalis habens dominium abſolutum temporaliter ſuper bona mobilia & immobilia, ſolo verbo mutat poſſeſſionem & dominium rerum temporalium. Vnde dicendo: iſte ager eſt Martini, ilico ille ager qui erat Petri fit ager Martini: & ita eſt Martini ꝙ amplius non eſt ager Petri. quod accidit: eo ꝙ dominium abſolutum illius dependebat ex ſolo verbo & pręcepto illius regis vel principis. Ergo a fortiori Chriſtus deus qui habet abſolutum dominium ſuper naturas & eſſentias rerum, dicendo, Hoc eſt corpus meum: conuertit ſubſtantiam panis in corpus ſuum. Vnde licet vſq; ad illud inſtans illa fuit ſubſtantia & corpus panis: tamen dictis verbis ita eſt corpus ſubſtantiale Chriſti, ꝙ non eſt corpus panis. & hoc accidit propter dominium quod deus habet ſuper ſubſtantias & eſſentias rerum: quia omnia depēdent formaliter a verbo diuino. Secundo hoc probatur, inquantum ille panis, & ſua accidentia dependebant a deo quo ad eſſe exiſtentiæ. Et ideo deus facit, ꝙ illa ſubſtantia quæ ante erat ſub eſſe exiſtentiæ ipſius panis poſt conſecrationem eſt ſub eſſe ipſius Chriſti. Item illa accidentia quæ ante erant in ſubſtantia panis: poſt conſecrationem manent ſine ſubiecto, & exiſtunt per illud eſſe exiſtentiæ, per quod ante exiſtebant in ſubiecto. Et ſic illa accidentia habent eandem exiſtentiam: ſed non eandem inexiſtentiam ſiue inhęrentiam. & licet exiſtant per illud eſſe influxum & creatum: per quod ante exiſtebant: tamen non inexiſtunt nec inherent ſubiecto alicui. & ſic manent accidentia cum eadem exiſtentia creata: ſed non cum eadem inhærētia. Et ſic patet ꝙ in tali conſecratione nihil corrumpitur nec annihilatur. Nam ibi manent eadem accidentia numero ſub eodem eſſe actualis exiſtentiæ. Et ideo non fit corruptio accidentium, nec fit corruptio ſubſtantię: quia alia non generatur: ſed illa quæ erat ſubſtantia panis tranſſubſtantiatur in corpus ſubſtantiale ipſius Chriſti: quæ eſt altera pars compoſiti. Et ſic nec cōuertitur in animam Chriſti: nec in verbū diuinum &c. Nec fit aliqua noua creatio: quia nullus eſſe nouū acquiritur: quia Chriſtus iam pręexiſtebat: nec acqritur nouum eſſe in accidentibus: quia ſub eodem eſſe exiſtentiæ remanēt: licet non ſub eadē inhęrētia. Et ſic patet ꝙ Chriſtus qui eſt verbū dei incarnatū: ſolo verbo potuit tranſſubſtantiare ſubſtantiam panis in corpus ſuū. Et ideo eſt dicendum: ꝙ deum poſſe tranſſubſtantiare panem in corpus ſuum: nō eſt articulus fidei: ſed ꝙ Chriſtus hoc fecerit: & quotidie ex verbis Chriſti hoc fiat in ſacramento altaris: hoc eſt articulus fidei: eo ꝙ pręſupponit Chriſtum eſſe deum: & ex ſola fide, & auctoritate ſcripturę credimus ꝙ ita fiat de facto: & hoc non ſolum auctoritate ſcripturę noui ſed etiam veteris teſtamenti. Vnde licet hoc ſacramentum multis ſignis & figuris in lege fuerit figuratum: tamen Dauid verbis manifeſtis ipſum expreſſit pſalmo, xxj. cum dicit. Edent pauperes, & ſaturabuntur, & laudabunt dominum qui requirunt eum: corda eorum viuent in ſæculum ſæculi. & infra. Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terrę: in conſpectu eius cadent omnes qui deſcendunt in terram &c. Vbi manifeſte oſtenditur, ꝙ fideles debebant manducare. & adorare deum ſuum &c. Item pſal. lxxj. poſtq̄ pędixit Meſſiam futurum deum, & hominem, & adorandum, ab omnibus gentibus, & regibus mundi: poſtea ſubdit ꝙ iſte rex Meſſias erit frumentū & triticum, & torta panis in ſummis montium, & ſuper capita ſacerdotum &c. prout ibi per plures trāſlationes fuit expręſſum. Et ſic patet qualiter hoc ſacramentum non ſolum eſt poſſibile: ſed etiam multipliciter in lege prophetis eſt figuratum & prænunciatum. Et ſic patet ꝙ chriſtiani non adorant panem, ſicut cęci Iudęi mentiuntur ſed adoramus Chriſtum conſecratum ſub illis accidentibus. Vnde ex omnibus ſupradictis patet veritas chriſtianę religionis. Nam nos non adoramus tres deos: ſed ſolum vnum deum ſimpliciſſimū in ſubſtantia, & eſſentia, in trinitate pſonarum, quę nullo modo multiplicant ſubſtantiam in deo ſicut dictum eſt. Nam filius eſt verbum patris ipſi conſubſtātiale: & ſpiritus ſanctus eſt amor vtriuſq;. Et ſic non poteſt eſſe alia ſubſtantia: nec alius deus. Et ideo ſi miſeri iudæi perciperent myſterium creationis, de neceſſitate perciperent myſterium trinitatis: quod multipliciter exprimitur in lege & prophetis. Item ſi miſeri Iudei intelligerent modum creationis, non haberent pro impoſſibili myſterium incarnationis: quia incarnatio nihil aliud fuit niſi formatio corporis Chriſti ex puris ſanguinibus virginis virtute ſpiritus ſancti, & creatio illius animę in illo corpore: ex quibus reſultauit vera humanitas, quam per ſe pſonauit & ſuppoſitauit verbum

patris. Et ſic manſit vna ſola pſona in duabus naturis. Et p
conſequens Chriſtus eſt verus deus & homo. Et ſic tanq̃ de
us fecit miracula, & ſciuit cogitationes hominū, & conuertit
panē in corpus ſuū, & expoliauit infernū &c. Sʒ inquātū hō,
fuit paſſus, & mortuus, & ſepultus. Sed inquantum deus re-
ſurrexit in virtute propria, & aſcendit in cælū, & inquantum
deus adoratur in illa humanitate prout infra patebit.

C ¶ Ex ſupradictis patet poſſibilitas, & inconcuſſa veritas ar
ticuloruʒ fidei chriſtianę religionis. quia chriſtiana religio-
non credit tres deos: ſed vnum deum in ſubſtantia & eſſen-
tia & entitate cum trinitate pſonaꝝ relatiuaruʒ eo mō quo
dictum eſt. & ita credit Chriſtum deum incarnatū in vnita-
te pſonę: & ita credit Chriſtum conſecratum in ſacramento
altaris. in quo ſacramento ex vi conſecrationis ſola ſubſtan-
tia panis cōuerſa eſt in ſolum corpus Chriſti: accidētibꝰ ſine
ſubiecto remanentibꝰ. quā conuerſionem facit efficiēter ſo
lus Chriſtꝰ deus & hō: ſacerdos aūt cōcurrit tanq̃ miniſter.
Ex iſtis patet etiam poſſibilitas cæteroꝝ articuloꝝ, q̃ habēt
fundamentum in myſterio incarnatiōis. Nam dato ꝙ Chri
ſtus ſit verus deus & homo: tunc omnia reddūtur poſſibilia.
Et ſic a primo vſqʒ ad vltimum omnes articuli fidei fundan
tur in articulo trinitatis, & articulus trinitatis fundatur in il
la prima veritate neceſſaria. ſ. ꝙ deus eſt actus purus intelli
gens, & intelligibilis, & amās, & amabilis, & ſummū bonū.
Et ſic patet ꝙ licet articuli fidei non ſint de facto demōſtra
biles tñ eoꝝ poſſibilitas eſt neceſſaria. quia deus licet neceſ
ſario nō creauerit mundū ex tēpore, nec fuerit neceſſario in
carnatus: tñ neceſſario habet potentiā omnia iſta faciendi:
inquantū oipotēs. Et ſic ex tali oipotētia p̃ſuppoſita poteſt
demonſtrari poſſibilitas articuloꝝ. Vnde ſi deus eſt trinus
& vnus, & omnia dependent a diuino verbo, quo ad totum
ſuum eſſe: ergo dicendo ſolo verbo potuit oīa non ſolum ab
ęterno: ſed etiam ex tempore creare de nullo ſubiecto nec
materia p̃ſuppoſita. Item ſi deus poteſt omnia creare de ni
hilo non ſolum quo ad eſſe eſſentię: ſed etiam poteſt res ſuſ
tentare per eſſe creatum, & influxū: ergo pōt vnā eſſentiaʒ
creare, & ſuſtentare per ſuum eſſe increatum. Et ſic potuit
formare illud corpus ex puris ſanguinibꝰ virginis: & creare,
& infundere in eo nouam aiaʒ, abſqʒ aliquo eſſe ſubſiſtētiæ
& perſonali creato: ſed ſuſtentare, & perſonare illam huma
nitateʒ p perſonalitatē verbi. Et ſic incarnatio nil aliud fuit
niſi creatio humanitatis cōditionatę ſub perſonalitate ver-
bi. Et ſic manſit vna ſola perſona in duabus naturis in Chri
ſto. Et ſic patet poſſibilitas, & veritas articuli incarnationis.
Et tunc ea iſto articulo ſequitur poſſibilitas oim aliorum ar
ticuloꝝ ſequentiuʒ Nam ſi Chriſtus eſt deus & homo: ergo
potuit mori inquantū homo: qa potuit aia a corpore ſepara
ri. Et inquantū deus potuit reſurgere, & aiam recuperare in
corpore aſſumpto. Et ſic propria virtute potuit ſpoliare in-
fernum, & aſcendere in cælum. Et inquantum deus, potuit
panē i ſuū corpꝰ aſſūptū trāſſubſtātiare: & poterit omia ſua
membra reſuſcitare, & beatificare &c. ¶ Sed reſtat dubiuʒ
de articulo trinitatis. quia ex ea infallibili veritate. ſ. ꝙ deus
eſt ſumme intelligens ſe, & diligens ſe: non ſolum ſequitur
poſſibilitas articuli trinitatis: ſed etiam neceſſitas eiuſdem:
quia deus pater intelligendo ſe neceſſario dicit verbum de
tota eſſentia, & ſubſtantia, & ſcientia ſua per modum natu-
rę: & diligendo ſe neceſſario cū verbo producit & ſpirat ſpʒ
ſanctū: licet p modū voluntatis & libertatis. & ſic vtraqʒ pro
ductio & emanatio eſt neceſſaria. Et ſic articulus trinitatis
non ſolum eſt poſſibilis: ſed etiam neceſſarius: & per conſe-
quens demonſtrabilis. & ſic ſequeretur ꝙ non eſſet articulꝰ

D fidei. ¶ Ad hoc dicunt aliqui, ꝙ deum eſſe trinum, & vnū:
non eſt articulus fidei: cū hoc fuerit p naturam notum anti-
quis philoſophis ex illa prima veritate: prout ſupradictum
eſt. ſed iſtas tres perſonas eſſe realiter diſtinctas in vna ſim-
plici ſubſtantia: eſt articulus fidei. Alij autem dicunt & for-
ſan ſecurius, ꝙ deum eſſe trinum & vnum eſt neceſſariū eo
modo quo dictum eſt: & per conſequens demōſtrabile. Sed
licet hoc ſit demonſtrabile in theologia dei & beatoꝝ vbi
beati vident notitia meridiana verbum naturaliter origina
ri a patre: & ſpm̄ ſctm̄ libere ab vtroqʒ, vt inquit Augu. in li-
bello de triplici habitaculo: tñ non eſt demonſtrabile in no
ſtra theologia viatorum: ſed firmiter credibile: poſtq̃ nobis
eſt i vtroqʒ teſtamento reuelatum: & per Chriſtū confirma-
tū. Sed eſt aduertendum, ꝙ licet myſterium trinitatis ſic de
monſtrabile in patria: eo modo quo dictum eſt, tñ hoc non
eſt demonſtrabile per cauſam a priori: quia ibi nulla eſt cāa:
ſed principium. Nam licet pater ſit principium filij: tñ non
eſt cauſa eius. Et ſic eſt dicendum de vtroqʒ reſpectu ſpūs ſā
cti. ¶ Ex ſupradictis ergo patet poſſibilitas, & inconcuſſa
veritas, & integritas fidei chriſtianę: quia licet factum non
poſſit demonſtrari: tñ poſſibilitas eius poteſt quaſi demon-
ſtrari. & hæc de ſecūdo articulo. ¶ Quantum autem ad ter B
tiū articulum eſt primo notandum ſcd̄ʒ Ariſt. ij. Phyſi. & vj.
Metaphy. ꝙ ſcientię diſtinguūtur penes modos conſiderā-
di & abſtrahendi. & ſic diuerſi artifices poſſunt conſidera-
re de eadem re: ſed aliter & aliter. Nam Mathematicus cō-
ſiderat lineam, quę realiter eſt in materia ſenſibili: ſed con
ſiderat eā pręter materiam ꝑciſiue abſtrahendo: quia non
conſiderat eaʒ niſi prout eſt recta vel curua: & prout cauſat
aliam, & aliam figuram ęqualem vel inęqualem &c. Sʒ phi
loſophus conſiderat lineā in materia ſenſibili: & prout eſt i
materia phyſica: & inquantū eſt terminꝰ corporis mobilis.
Et ſic differt phyſicus a metaphyſico: quia immediate con-
ſiderat formas ſubſtantiales prout recipiuntur in materia p
motum & generationem: & formas accidentales: prout re
cipiunt in materia per alterationē. Ille autem conſiderat ſo
las formas accidentales. ſ. lineam & figuram, abſtrahendo
a materia per ſolam conſiderationem. ideo taliū abſtrahē-
tium non fit mendacium ſcd̄m Ariſto. Sed differt metaphy
ſicus ab vtroqʒ: qa conſiderat alia quæ ſunt abſtracta ſecun
dum eſſe: & ſecundū conſiderationem. ſ. deum & intelligen
tias: vt patet. xij. Metaphy. Quia ſolus metaphyſicus conſi
derat de deo ſcd̄m ſubſtātiā & eſſētiā. Nā licet phyſicus con
ſideret de deo aliquo modo: tñ non ſecundum ſubſtantiam
& eſſentiaʒ: ſed prout eſt primū mouens: vt pʒ. viij. Phiſico
rum: & primo cæli. Sed differt rurſus theologus viator a me
taphyſico. Quia licet ambo cōſiderēt de deo: tñ aliter & ali
ter. Nam Metaphyſicus conſiderat de deo prout eſt vnuʒ
tantum primum ens ſimpliciſſimum, & actus purus & me-
trum, & menſura, & cauſa oim entium in eſſendo: & prout
omnes ſpecies procedunt ab eo: ſicut numeri ab vnitate: a
quo dependet cælum, & tota natura, & omnia entia: vt pa-
tet per Ariſtoteleʒ, & cōmētatorē. ij. & v. & viij. & a. & xij.
Metaphy. Et patet per Auicennam, & Algazelē i ſua Me-
taphy. Sed theologus accipiens, & præſupponens omnia ſu
pradicta a metaphyſico, conſiderat illam primam, & ſum-
mam eſſentiam diuinā: prout eſt cōmunicata tribus perſo-
nis ab ęterno: puta prout eſt cōmunicata a patre filio p ęter
nam generationem: & ab vtroqʒ ſpiritui ſancto per aſpira-
tionem. Et ſic conſiderat vnum ſolum deum ſimpliciſſimū
in ſubſtantia, & trinuʒ i perſonis: & prout eſt cauſa efficiens,
& principium omnium rerum p creationē ea tempore. Con
ſiderat pręterea deū in filio. ſ. qualiter verbuʒ aſſumpſit hu
manitatem in vnitate perſonę. & p cōſequens ſicut conſide
rat vnam ſubſtantiam in tribus perſonis in deo: ita conſide
rat duas naturas in Chriſto ſub vna perſona. Itē ſicut conſi-
derat tres perſonas in vna ſubſtātia & natura diuina: ita cō-
ſiderat duas naturas in vna perſona filij: naturam. ſ. diuinaʒ
& hūanam. Item ſicut conſiderat vnum deum in trinitate:
ita conſiderat diuinum verbum in humanitate aſſumpta.
Item rurſus conſiderat iſtum Chriſtum deum & hominem
fuiſſe pro noſtra redēptione in cruce crucifixum: & ſic conſi

ſiderat verbum in humanitate perſonaliter vnitum. Item
conſiderat Chriſtum crucifixum,& conclauatum. Item rur-
ſus conſiderat q̃liter Chriſtus eſt in ſacramento altaris ſub il
lis accidentibus poſt verba conſecrationis.& ſic conſiderat
Chriſtum conſecratum in ſacramento. Ex quibus omnibus
patet ꝙ conſideratio theologica aliquo modo eſt ſubſtan-
tialis phyſicę conſiderationi. Nam ſicut Phyſicus conſide-
rat formas in materia,& vt in materia ſunt:& non ꝑter ma
teriam:ita theologus cōſiderat deū in tribus perſonis:& nō
ꝑter tres perſonas:nec cōſiderat vnam perſonam ſine alte-
ra,cū ſint ad inuicē relatiua. Et ita pariter conſiderat verbū
in carne & humanitate,& nō ꝑter illā hūanitatē aſſumptā
vt inquit Hiero.in ſermone de aſſumptione virginis Marię.
Et ita etiā conſiderat Chriſtum conſecratum in ſacramen-
to,& non præter ſacramentum,& illa accidentia:vt inquit
Auguſtin⁹ in ſententijs Proſperi. Et ita pariter theolog⁹ &
chriſtianus conſiderat Chriſtū redēptorem,& in cruce affi-
xum & nō ꝑter crucē. Vñ ſicut de ratione formę gn̄abilis,&
corruptibilis philoſophice conſideratę eſt ꝙ ſit in materia
phyſica & ſenſibili: Ita de ratione dei theologice,& a viato
re fideli conſiderati eſt:ꝙ ſit trinus & vnus in trinitate perſo
narum:& de ratione verbi incarnati ꝙ ſit in humanitate.&
de rōne Chriſti conſecrati ꝙ ſit ſub accidentibus:& de ratio
ne Chriſti redēptoris ꝙ ſit in cruce,& vt intelligat,& conſi-
F deretur,& contemplet in cruce. ¶ Sed quia ex conſidera-
tione & cōtemplatione ſequitur fides & credulitas in theo-
logo chriſtiano:quia fides ꝓſupponit cōſiderationem:ideo
chriſtianus ſicut conſiderat deū,ita credit ipm. Sed quia cō
ſiderat & cōtēplatur deum trinum & vnum,& incarnatum
in filio:& contemplatur Chriſtum crucifixum:& conſecratū
in ſacramento altaris:ideo firmiter credit vnuꝫ deum in tri-
nitate:& trinitatem in vnitate:& credit verbum incarnatū:
& ꝑ conſequens Chriſtum verum deum & hominem & cre
dit Chriſtum crucifixum in cruce:& credit verū Chriſtū deū
& hominem eſſe in euchariſtia:& per conſequens non cre-
dit deum ſine trinitate perſonarum:nec credit verbum ſine
humanitate aſſumpta:nec Chriſtū cōſecratum ſine acciden
tibus ſacramētalibus:nec credit Chriſtum redemptorem &
crucifixum ſine cruce. Sed quia adoratio pręſupponit fideꝫ
in chriſtiano:quia ſicut credit deū,ita adorat:ergo ſicut chri
ſtianus credit deum trinū & vnū,ita adorat. Aliter eſſet fal-
ſa adoratio. Et ſicut credit deuꝫ incarnatum,& credit Chri
ſtum eſſe deū & hoiem.ſ.deū incarnatum:ita adorat deum
incarnatū:& ita adorat Chriſtum crucifixū in cruce,& con-
ſecratum ſub accidentibus i altari &c. Et ꝑ conſequens ſicut
non adorat deū præter trinitatem:nec vnā pſonā ſine alia:
ita non adorat verbum ſine humanitate,neqꝫ Chriſtuꝫ re-
dēptoreꝫ ſine cruce.qa ſicut humanitas coexiſtit pſonaliter
verbo:ita crux coexiſtit triūphaliter Chriſto redēptori:& ꝑ
cōſequēs ſicut humanitas Chriſti coexiſtit verbo qui eſt pri-
cipalis termin⁹ adorationis:ita crux coexiſtit Chriſto in ado
rando:ſicut in credendo. Et ita eſt dicenduꝫ de accidentib⁹
ſacramētalibus in euchariſtia. ¶ Ex quib⁹ patet ꝙ chriſtia-
nus in ſuo termino adorationis includit trinitatem perſona-
rum,& humanitatem Chriſti:& crucem & accidentia ſacra
mentalia in euchariſtia.& ideo omnia iſta dicuntur adora-
ri cum pricipali termino adorationis:vt magis patebit.
G ¶ Sed vlterius eſt valde aduertenduꝫ ſcd̄m Ariſto.& com-
mentatorē primo Phyſicorum:ꝙ licet Phyſicus conſideret
formas in materia:tn̄ per ſe nō pōt nec valet intelligere ſe-
orſum materiam,niſi ꝑ analogiaꝫ ad formā.& ratio eſt Nā
nihil poteſt intelligi niſi prout eſt ens i actu:quia vnūqdqꝫ
tm̄ habet de itelligibilitate,quantū habet de entitate.ſed
materia prima de ſe nō eſt ens:nec quid,nec q̃lis,nec quan
ta. Et ideo ſicut de ſe non habet entitatem:ita non habet i-
telligibilitatem. Nec eſt nihil. Nā licet non ſit ens actu:ta-
men eſt ens in potentia.& ideo eſt ꝓpe nihil ſecunduꝫ Ari-
ſtotelem,& Auguſtinū.& ſic tenet mediū inter ens:& nihil
ſcd̄m cōmentatorē:inquātū poteſt habere eſſe per formaꝫ,
a qua dependet in eſſendo:& per quā habet eſſe ſpecificū:
& reponitur in ꝑdicamento.& ideo ſicut dependet a forma
in eſſendo:ita in intelligendo. Et ideo dicit Ariſt.ꝙ non po
teſt intelligi,niſi per analogiam ad formam:inquantum ſi-
mul intelligitur cum forma:a qua habet eſſe & entitatem.
Ita ergo pariter eſt dicendū de humanitate Chriſti. Naꝫ de
ſe & ſeorſum nullā habet rationē adorationis:quia rō ado-
rationis ꝯpetit ſoli deo ratione ſūmę oipotētię,& æternita-
tis &c.ſed illa humanitas ſecundum eſſentiā ſuam,& ſubſtā
tiam non eſt deus:nec æterna,nec oipotens:immo eſt crea-
ta ex tempore:ſed quia recepit eſſe perſonale diuinum:per
quod illa humanitas perſonatur & ſuppoſitatur. Et ideo
ſicut materia prima efficitur intelligibilis per analogiam ad
formā,a qua recipit eſſe actuale & entitatiuum:inquantum
intelligitur ſimul cū forma quę per ſe intelligitur:ita pariter
humanitas Chriſti efficitur adorabilis per analogiā ad ver
bum,a quo habet eſſe perſonale:inquantum ſimul cum ver
bo adorat:cui pſonal'r coexiſtit tanq̃ termino adorationis.
Nā adoratio terminatur ad perſonā verbi.& ſic ſicut forma
materialis intelligitur:ita verbuꝫ incarnatum adoratur. Et
ſic ſicut ratio intelligibilitatis principaliter attribuitur for-
mę:ſꝫ analogice attribuitur materiæ actuatę:ita pariter ra
tio adorationis pricipaliter attribuitur verbo diuino:ſed ana
logice attribuitur humanitati aſſumptæ. Hanc vero ſen-
tentiam confirmat beatus Hieronymus in ſermone de aſ-
ſumptiōe virginis,circa mediū:vbi ait. Quapropter nec nos
hominem ſeorſum colimus quod nefas eſt:nec adoramus:
ſed magis verbum incarnatum:qui propriuꝫ ſibi corpus ani
matum vniuit:ita vt deus caro fieret:& nō in alium quem-
libet:ſed in ſemetipſum:qui vnus,& verus dei filius ſemper
erat. Idcirco non alium q̃ eundem ipſumqꝫ dei filium coli-
mus,& adoramus,qui nihil in ſe pro aſſumpto homine eſt
auctus:nihilqꝫ ꝙ verbum caro factum eſt,imminutus,vel i-
mutatus. Et ideo vnus idemqꝫ ſemper cum patre filius ado-
ratur. Sed vnus idemqꝫ Chriſtus fili⁹ dei atqꝫ hominis fili⁹,
qui & diuina geſſit,& humana. Siquidē inſeparabiliter,atqꝫ
indiuiſe communes Chriſtus habuit actiones.ſed intelligē-
dę ſunt operum qualitates:contemplādumqꝫ eſt ſemper ad
quæ probatur humilitas carnis,& ad quæ inclinetur altitu-
do diuinitatis:ita vt per omnem textum ſancti euangelij vi
deatur nihil caro ſine verbo agere:neqꝫ verbum ſine carne
quicq̃ efficere.vnde quod concipit & parit virgo:ſicut non
ſine potentia verbi eſt:ita non ſine veritate carnis naſcitur
&c. ¶ Ex ſupradictis patet qualiter ſicut verbū nō ē ſine hu H
manitate:ita non adoratur ſine ipſa:licet verbum per ſe &
principaliter adoretur. Et ſic patet,ꝙ illa humanitas non
adoratur pe ſe:nec eſt terminus adorationis principalis:ſed
quia includitur & coexiſtit termino adorationis & ſic adora
tur per analogiam ad verbū diuinum,cui perſonaliter coex
iſtit,& a quo perſonaliter,& analogice dependet & ſuppo-
ſitatur. ¶ Et ita pariter eſt dicendū de accidentib⁹ in ſacra- I
mento euchariſtię.nam licet accidentia nullo modo de ſe
habeant rationem adorationis,cum ſint res createę:tn̄ quia
Chriſt⁹ cōſecratus eſt ſacramētaliter in eis,vel ſub eis:non
ꝙ illa accidentia ſint in Chriſto tanq̃ in ſubiecto,cū exiſtāt
miraculoſe ſine ſubiecto:nec ꝙ Chriſtus ſit in eis tanq̃ in lo
co:ſed eſt in eis tanq̃ in ſacramēto.vñ ſicut de ratione verbi
incarnati eſt ꝙ ſit in hūanitate:ita de rōne xp̄i ꝯſecrati ē ꝙ
ſit ſacramental'r ſub illis accidentibus. Nā deſtructis accidē-
tibus non manet amplius Chriſtus conſecratus ibi. Et ideo
dicit Aug.in ſententijs Proſperi:ꝙ ſacramētū altaris ex duo
bus conſtat.ſ.ex ſacramēto.i.ex illis accidentibus ſacramen
talibus.& ex re ſacramenti.ſ.ex Chriſto ibidem conſecrato
ſub illis accidentibus,& ſub illo ſacramento latente. Et
ſic patet ꝙ de ratione Chriſti conſecrati eſt:ꝙ ſit ſub ſacra-

mẽtalibus accidentalibus.Sed quia dictum eſt ſuperius ꝙ
de⁹ ſicut cõſideratꝛ & creditꝛ,ita adoratꝛ,eo ꝙ fides præcedit
adorationẽ & latriã:ideo ſicut fidelis chriſtianus credit eſſe
Chriſtũ deũ & hoiem in illo ſacramento,& cũ illis,& ſub il-
lis accidẽtibus:ita adorat ipm. Et iõ chriſtianus nõ adorat
illa accidentia ſeorſum.ſed Chriſtuꝫ cõſecratũ ſub illis acci-
dentibus ſiue in illo ſacramento. Et ſic patet ꝙ illa acciden
tia non adorantur de ſe,niſi p analogiã ad Chriſtum conſe
cratũ,inquãtũ ſũt q̃ſi tabernaculũ ei⁹.Et ita etiã pariter eſt di
cendũ de cruce.nã crux de ſe & ſeorſum nullam habet rõnẽ
adorationis,nec ratiõe materię ligneę,aut argenteę aut la
pideę,nec ratione formę ſiue figurę,quæ eſt quędam quali
tas de quarta ſpecie.& ſic tam quo ad materiã,q̃ quo ad for
mã eſt pura creatura:& ideo de ſe nullã habet rõnem adora
tionis.ſed fidelis chriſtianus per analogiã ad Chriſtum ado
rat illam humanitatem.i.deum in humanitate:ſiue deum
humanatum & incarnatum. Et ſic ſemper habet deum pro
principali obiecto adorationis:eo modo quo dictum eſt.Nã
dictum eſt:ꝙ conſideratio & contemplatio p̃cedit fideꝫ,&
fides p̃cedit cultuꝫ latrię & adorationeꝫ.Et ideo fidelis chri
ſtian⁹ videns crucem contẽplatur & conſiderat Chriſtuꝫ in
cruce pendentem & extenſum.Et ſic adorat Chriſtum cru-
cifixum,& extenſum in illa cruce.Et ſic illa crux quam in-
tuetꝛ,coexiſtit,& includitur termino adorationis:q eſt Chri-
ſtus ibi cõtẽplat⁹ & creditus.& ſic ſimul adorat crucem cum
Chriſto vel ꝑpter Chriſtũ.vñ chriſtianus nõ adorat Chriſtũ
ꝑpter crucẽ:ſed crucẽ ꝑpter Chriſtum:quẽ principaliter &
per ſe intendit adorare extenſum & crucifixuꝫ in illa cruce.
Ideo dicit Augu.in ſermone de martyrib⁹,qui incipit in oĩ-
bus ſcripturis &c.Qꝫ ſicut quando Moyſes ſuſpendit ſerpẽ-
tẽ in ligno in eremo:populus q attendebat ſerpenteꝫ,ſana
batur a morſu ſerpentũ:ita modo quemcunq; momorderit
aſtutia ſathanę,intueatꝛ Chriſtũ in cruce pẽdẽtẽ.& ſanabitꝛ
&c.Modo clarũ eſt,ꝙ chriſtianus non poteſt Chriſtũ intue
ri pendẽtẽ in cruce,niſi per contẽplationẽ & fidẽ:& p cõſe-
quens chriſtianus ſic adorat Chriſtũ pendentem & exten-
ſum in cruce:& ſic adorat Chriſtuꝫ crucifixũ in illa cruce cõ-
tẽplatũ & cõſideratũ:& p cõſequens adorat crucẽ ſimul cũ
Chriſto:& p cõſequens per analogiam ad Chriſtũ. Vñ ſi qs
vellet adorare quãdã crucẽ,nõ cõſiderando,nec credendo
Chriſtũ crucifixuꝫ:illa talis adoratio eſſet falſa & ſacrilega.
Et ideo eccleſia in hymnis & canticis,& antiphonis nũq̃ no
minat crucem,quin memoret Chriſtum in ea pendentem
vt ibi.Pange lingua glorioſi prælium certaminis:per totuꝫ.
Et ſic etiam beatus Andreas qñ perductus eſt ad cruceꝫ,in
qua erat crucifigendus,dixit.Salue crux præcioſa in qua pe
pendit magiſter meus Chriſtus:quæ membris dñi mei Ieſu
Chriſti tanq̃ margaritis ornata fuiſti &c.Modo manifeſtuꝫ
eſt:ꝙ Chriſtus non fuerat crucifixus in illa materiali cruce:
in qua erat beatus Andreas crucifigendus.Sed quia beatus
Andreas contemplabatur Chriſtũ in ea extenſum,& cruci-
fixum:ideo genibus flexis latriæ adoratione adorans eaꝫ.i.
Chriſtũ crucifixum in ea,dicebat.Salue crux p̃cioſa &c.Ex
quibus patet ꝙ ſicut illi claui materiales coniunxerũt Chri-
ſtum,& affixerunt ipſum Chriſtum ipſi cruci:ita contempla
tio,& fides beati Andreę cõiungebat,& affigebat Chriſtũ
in illa cruce:& ſic adorabat Chriſtum in illa cruce,& crucẽ
per analogiã ad Chriſtum:& ſic adorat quilibet fidelis chri
K ſtianus. ¶ Item non ſolum crux ſeparata a Chriſto non eſt
adoranda:de qua minus videtur ineſſe:ſed etiam ſi huma-
nitas Chriſti ſepararetꝛ a verbo per aliquẽ potentiã non eẽt
adoranda.vñ ait Aug.de verbis dñi:& allegatꝛ a magiſtro:
tertio ſententiarum diſtinctione.ix.vbi ait.Ego dñicam car
nem:immo pfectam in Chriſto humanitatem ideo adoro:
quia a diuinitate ſuſcepta,& deitati vnita eſt:vt non alium
& alium ſed vnum eũdẽq; deũ & hoiem dei filium eſſe con-
fiteatur.Deniq; ſi hominẽ ſeparaueris a deo,illi nũq̃ credo
nec ſeruio:velut ſi quis purpurã,vel diadema regale iacens
inueniat nũquid eã conabitur adorare?Cũ vero ea rex fue-
rit indutus,periculum mortis incurrit:ſi ea cum rege adora-
re quis cõtẽpſerit.Ita etiã in chriſto dño humanitatem non
ſolam vel nudam:ſed deitati vnitã.ſ.filiũ vnũ deũ verum &
hoiem verum ſi quis adoratꝛ cotẽpſerit,ęternaliter morie-
tur.Ex quibus verbis Auguſtini patet:ꝙ ſi hũanitas ſepare
tur a verbo,nõ eſſet adoranda:ergo min⁹ eſt adorãda crux
a Chriſto ſeparata:niſi conſideretꝛ Chriſtus crucifixus in ea.
nam ſicut humanitas Chriſti intantũ adoratꝛ iquãtũ eſt vni-
ta verbo:ita crux adoratꝛ inquantũ Chriſtus intelligitꝛ & cõ-
templatur crucifixus in ea.Nã in ſtabulo ſunt multæ paleę
cãcellatę ad modũ crucis:tñ nullus illas cruces adorat poſtq̃
in eis non conſiderat,nec contemplatur Chriſtum crucifixũ
quia in veritate ſicut verbum ſiue deus incarnatus eſt ille q
vere & per ſe adoratur:ita Chriſtus crucifixus vere adoratꝛ.
Et ſic patet ꝙ omnes iſtę locutiones ſunt intelligendę,non
ad ſẽſum quem faciũt:ſed in ſẽſu in quo,ſiue ad quem fiũt.
Vnde iſta locutio,Chriſtus homo adoratur,eſt ſic intelligẽ-
da & verificanda.ſ.deus incarnatus & humanatus ſiue de⁹
factus homo adoratur.Ita etiam iſta:ſacramentum eucha-
riſtię adoratur:eſt ſic intelligenda & exponenda.ſ.Chriſt⁹
conſecrat⁹ adoratur:aut Chriſtus ſub ſacramẽto adoratur.
Item iſta locutio,Crux adoratur:eſt ſic exponenda ad ſen-
ſum in quo fit.ſ.Chriſtus crucifix⁹ adoratur & colitur.Et ſic
iſtę locutiones & actus latriæ nullũ afferunt inconueniens:
quia communicantur idiomata ratione vnionis. nam licet
talia idiomata quæ ſoli deo per ſe conueniunt,communicẽ
tur creaturę propter vnionem ad deum:tamen non verifi-
cantur abſolute de aliqua creatura,niſi per analogiam ad
deum:cui vnita eſt illa creatura:vnde licet Chriſtus deus &
homo dicatur creator & ęternus:tñ non inquantũ homo ſꝫ
inquãtũ deus.Et ſic adoratur Chriſt⁹ deus & homo non rõ-
ne humanitatis:ſed ratione diuinitatis.& ſic adoratur Chri
ſtus crucifixus:non abſolute ratione crucis:ſed ratione diui
nitatis inquãtuꝫ deus & ſic adoratur humanitas Chriſti per
analogiam ad verbum cui perſonaliter vnitur. Et ſic etiam
dicitur crux adorari p analogiaꝫ ad Chriſtum,cui triumpha
liter vnitur.Naꝫ ſicut ex ſpecie intelligibili,& intellectu fit
vnum in actu & intelligẽdo:vt ait Ariſt.ix.de anima. ita ex
cruce & Chriſto factum eſt vnũ,inquãtũ Chriſtus voluit &
induit crucẽ ad pugnandũ,& ad vincendũ,& triũphandum
de diabolo.Et ideo ſicut Chriſtus redẽptor conſideratur in-
carnatus:ita Chriſtus triũphator cõſideratꝛ crucifixus.Et iõ
ſic adoratur ſimul cũ humanitate & cruce:eo modo quo di-
ctum eſt. ¶ Per ſupradicta ergo patet reſpõſio ad miſeros, L
& cæcos Iudęos,& cæteros infideles:quia chriſtiana religio
non adorat hoiem purum ſeorſum qñ adorat Chriſtum:ſed
adorat deum incarnatũ & humanatũ. Nec adorat panem
in altari:ſed adorat Chriſtum conſecratum in illo ſacramen
to ſub illis accidentibus,quæ ante cõſecrationeꝫ fuerunt pa
nis quæ mõ ſunt miraculoſe ſine ſubiecto. nec religio chri-
ſtiana adorat lignum aut lapidem:quando adorat crucem:
ſed adorat Chriſtũ deũ & hoiem,quẽ cõtẽplatꝛ crucifixuꝫ &
extenſum in illa cruce:ſcdm Aug. Et ſic nec adoratꝛ ibi Chri
ſtus ſine cruce,nec crux ſine Chriſto:immo per analagiam
ad Chriſtuꝫ:ſicut materia intelligitꝛ p analogiã ad formã.Sꝫ
miſeri Iudęi,& Sarracem nõ ſũt digni attingere tãtũ ſacra-
mentum & myſterium.Et ideo nos agamus gratias:quibus
datum eſt noſſe myſterium regni dei.Sed eſt valde aduertẽ
dum:ꝙ maior ratio adorationis reperitur i hũanitate Chri
ſti aſſumpta:q̃ in cruce,aut accidentibus ſacramentalib⁹ eu
chariſtię.Nam licet ex Chriſto & accidentibus fiat vnuꝫ ſa
cramentum:& ex Chriſto & cruce fiat vnus triumphator:ta
men non fit vna perſona:ſicut ex verbo & humanitate. Iõ
eſt magna differentia in tali vnione & analogia.
¶ Quantũ aũt ad argumentũ quod faciunt Iudæi & Sar- M

raceni de ſmaginib⁹, eſt aduertendum q̲ tripliciter repſen
tantur nobis res abſentes, aut præteritę & etiaꝫ futurę. Pri
mo per vocem & locutionem. Secundo per ſcripturam ſiue
lecturam. Tertio per imagines & picturas. Et ſic percipim⁹
voces per auditum: & picturam, & ſcripturam per viſum. q
quidem duo ſenſus, maxime ſunt ſenſus diſciplinę. vt patet
in prologo Metaphyſicę: & in libro de ſenſu & ſenſato: eo
q̲ maxime deſeruiunt intellectui ad ſcientiam & notitiam
rerum capeſſendam. Intellectus ergo cuiuſcunq; fidelis per
viſum percipit geſta patriarcharum & prophetarum, & ge
ſta Chriſti, & ſanctorum repreſentata in picturis, aut in ſcri
pturis: & per auditum percipit eadem repręſentata per vo
ces. Et ſic intellectus plus cum volūtate inhærens credit fir
miter ea quæ ſibi ſunt repręſentata. Et ſic adorat deuꝫ crea
torem & redemptoreꝫ prout credit per illa repręſentantia.
Quia actus latrię licet ſit actus voluntatis: tamen quia in
cludit & præſupponit fidem, ideo eſt actus ſimul intellect⁹,
& voluntatis, & totius partis rationalis, cui deſeruiunt ſen
ſus exteriores repræſentando res abſentes. Et ſic patet: q̲
pars rationalis, ſcilicet intellectus & voluntas & memorias
non adorat, nec colit imagines & picturas, aut literas ſcri
ptas, quas viſus videt: nec adorat voces quas auditus perci
pit: ſed adorat deum ſiue Chriſtum, qui per illas picturas,
aut imagines ſculptas, aut ſcriptas, aut per voces intellectui
repræſentantur. Vnde quando profertur hoc nomen Ieſus,
omnes flectimus genua adorando Chriſtum deum & homi
nem adoratione latria. tunc manifeſtum eſt q̲ non adora
mus hoc nomen Ieſus vocale habēs duas, aut tres ſyllabas
fluxibiles: ſed adoramus Chriſtum verbum incarnatum p
illas ſyllabas ſignificatum, qui manet inęternum in ſe reali
ter, & in noſtro intellectu, & memoria obiectiue: vt inquit
Aug. ſuper Ioannem. Ita ergo pariter non adoramus ima
ginem Chriſti ligneam, aut lapideam: ſed Chriſtum verum
per illam imaginem repræſentatum. Et ideo dicit Auguſti
nus, q̲ fideles chriſtiani habeant oculos ad imagines & pi
cturas: ſed cor fixuꝫ in deo. q͞a ꝯfert q͞d ſcripturæ peritis & do
ctis, hoc idem conferunt picturæ & imagines plebeis & po
pularibus & indoctis: quia picturę ſunt ſcripturę populoruꝫ.
Vnde intellectus, & intentio fidelis chriſtiani non manet,
nec terminatur in imagine aut pictura: ſed trāſit in Chriſtū
præſentatuꝫ per picturaꝫ: & ſic contemplando imaginem
adorat Chriſtum. Secus autem eſt de imaginibus ſancto
rum. nam quando fidelis & deuotus chriſtianus contem
platur picturas & imagines ſanctorum non adorat imagi
nes. nec ſanctos adoratione latriæ, ſed veneratur ſanctos, &
rogat vt orent deum pro eo & repræſentent deo orationes
quas facit. Et ſic patet qualiter religio chriſtiana adorando
Chriſtuꝫ non adorat hominem ſeorſum: ſed deum incarna
tum & humanatum: & quando adorat Chriſtum in altari
non adorat panem, nec accidentia panis: ſed adorat Chri
ſtum conſecratum in illo ſacramēto ſub illis accidentibus ſa
cramentalibus: quæ nec ſunt ſubiectiue in Chriſto: nec Chri
ſtus in eis localiter: ſed ſacramentaliter: immo illa acciden
tia manent miraculoſe ſine ſubiecto: poſtq̄ ſola ſubſtātia pa
nis fuit conuerſa in corpus Chriſti: prout ſupra dictum fuit:
Et ita pariter quando dicitur Crux adorari, non adorat reli
gio chriſtiana crucem ſeorſum: ſed Chriſtum crucifixum:
quem in cruce contemplatur extenſum & affixum. Et ſic nō
adorat creaturam: ſed deum vnitum creaturę, aut perſonali
ter, aut ſacramentaliter, aut triūphaliter eo modo quo di
N ctum eſt. ❡ Ex omnibus ſupradictis in hac queſtione patet
reſponſio ad argumenta in principio facta. nam per ea quę
dicta ſunt in primo articulo, patet reſponſio ad primum, &
ſecundum argumentum. quia lex euangelica eſt dignior le
ge Moyſi magnitudine miraculorum: & certior certitudine
legiſlatoris, & teſtium, & ſcriptorum. Item per dicta in ſecū
do articulo, patet reſponſio ad tertium argumentum: q̲ lex
euangelica in ordine ſuorum articulorum credibilium eſt
poſſibilis & rationabilis & vera, fundata ſuper quandaꝫ ve
ritatem neceſſariam, & impoſſibilem aliter ſe habere. Item
ex dictis in tertio articulo patet reſponſio ad quartū articu
lum: q̲ lex euangelica eſt pia & religioſa in ſua fide & cultu
quia in humanitate Chriſti adorat deum incarnatum, & in
altari Chriſtum conſecratum: & in cruce Chriſtuꝫ crucifixū.
& ſic ſemper adorat vnum verum deum, licet ſub aliquo re
ſpectu. Per imagines etiam non adorat ſed veneratur ſan
ctos per illas imagines, & picturas repſētatos. Et ſic religio
chriſtiana ſemper manet caſtiſſima in ſuo cultu.
❡ Ex oib⁹ ergo ſupradictis in toto iſto tractatu patet quali
ter lex Moyſi quo ad omnia cerimonialia, & ſacrificia de
buit ceſſare per aduentum Chriſti: eo q̲ omnia ſacrificia, &
ſacramenta non fuerunt data niſi in ſignum fidei Chriſti fu
turi. ideo de ſe non poterant hominem iuſtificare, niſi in fi
de Chriſti futuri: prout probatuꝫ eſt in prima queſtione hu
ius tractatus. Item patet qualiter ſabbatum vſuale debuit
ceſſare celebrari in die ſeptimo poſt reſurrectionem Chriſti
eo q̲ cū eſt pascha māſit incineratū in ſepulcro: & ibi cōple
uit officium & curſum ſuum: ideo debet celebrari dies domi
nica: eo q̲ ſurrexit ſimul cum Chriſto. Et ſic eſt dicenduꝫ
cum cæteris legalibus feſtiuitatibus quæ omnia fuerunt da
ta in ſignum. & ideo compleuerunt officium, & curſum ſuū
in Chriſto: qui fuit finis & terminus legis: prout dictum fuit
in ſecunda queſtione. Item patet qualiter illa terra promiſ
ſionis materialis & terrena non fuit præciſum præmium pa
triarchis & prophetis promiſſum: ſed erat figura futurorum
bonorum ſpiritualium, quæ omnes fideles acceperunt in
Chriſto poſt reſurrectionem propter fidem & ſpem quam
habuerant de Chriſto futuro. Vnde ꝓpter obſeruantiā le
gis dabatur eis illa temporalis terra: ſed propter fideꝫ Chri
ſti futuri promittebatur eis terra viuentium in cælo p illam
terram promiſſionis ſignificata. Et ſic omnia promiſſa in le
ge erant ſpiritualiter intelligenda. quæ quidem bona Chri
ſtus erat daturus: prout dictuꝫ eſt queſtione tertia. Item pa
tet q̲ Ieſus Chriſtus fuit Meſſias in lege promiſſus: eo q̲ im
pleuit omnia, quæ de eo ſcripta erant in lege & prophetis:
prout probatum eſt in quarta quæſtione. Item patet quali
ter lex euangelica merito debuit ſuccedere legi Moyſi: eo
q̲ dignior eſt in miraculis: & certior certitudine ſcriptorum
& teſtium: & quia eſt veritas legis & prophetarum. Et ſic
patet qualiter eſt veriſſima in ſua fide & credulitate, & ſan
ctiſſima, & caſtiſſima in ſuo cultu & adoratione: prout pro
batum eſt in hac vltima quæſtione. ❡ Et ſic etiam pa O
tet qualiter Iudęi manent confuſi, & cæci in ſua ignorantia
affectata, & pręparata: quia occæcauit eos malitia eorū, ne
intelligerent ſacramēta dei, quæ latēt in lege & prophetis.
Et ſic manent hęretici: eo q̲ manifeſte deuiant a veritate
legis & prophetarum: & a fide quā habuerūt patriarchę &
ꝓphetę de Chriſto, quē apoſtoli, & diſcipuli receperunt in
ſuo aduētu: q fuit repromiſſio, & hæreditas bonorū ſpūaliū
gratiæ in pn̄ti & glīæ in futuro: de quibus loquitur lex & ꝓ
phetæ. Item ex ſupradictis etiam ſequitur quædam alia co
rollaria cōcluſio. ſ. q̲ omnes Iudęi moderni ſunt hæretici in
lege Moyſi & ꝓphetis. Probatur. Nam deuiant a veritate
ſacrę ſcripture legis & prophetarum. ergo ſunt hęretici. Te
net cōſequentia. Nam hæreſis nil aliud eſt, niſi deuiatio a
veritate ſacrę ſcripturæ vtriuſq; teſta. Antecedens probaſ.
Nam omnes patriarchę, & prophetę vixerunt in fide
Chriſti futuri, expectātes vt eos redimeret a ſeruitute pcc̄i,
& morte ęterna: & acciperent ab eo repromiſſiōes. ſ. grāꝫ in
pn̄ti, & gloriā in futuro: vt ꝓbatum eſt. Sed Iudęi moderni,
& ſui ꝓdeceſſores cōtēpſerunt Chriſtuꝫ, & humanam redē
ptionem, & oīa bona gratię, & glorię, & expectant falſam
Meſſiam qui tribuat eis bona tēporalia. ergo totaliter con
tradicunt veritati ſacrę ſcripturę legis & prophetarū: & ſi

dei & ſpei illorum:& per conſequens omnes ſunt hæretici
quotquot manent io eadem obſtinatione poſt aduentum
Chriſti.Vnde autem proueniat eis iſta hæreſis videbitur in
P fine totius tractatus.℄Sed dubitaret forte aliquis:vnde ꝓ-
uenit iudæis modernis talis praua & hæretica intelligentia
ſcripturæ legis & prophetarum?Ad qd reſpondetur ꝙ hoc
ꝓuenit eis ex falſis & hæreticis traditionibus ſcribarum &
phariſæorum:qui Chriſtum crucifixerunt:& hoc quaſi mor-
bo hęreditario.Ad cuius euidentiam eſt notãdũ,ſecundum
Ioſephum.xviij.libro antiquitatum,&.ij.de bello Iudaico,
ꝙ circa principium regni Octauiani quaſi per quadraginta
annos ante natiuitatem Chriſti multæ ſectæ ſurrexerunt in
Hieruſalẽ:& Iudæa & per totam terram Iſrael:inter quas
fuerũt duę ſectę principales.Nam primo ſurrexit ſecta Sa-
duceoꝝ:qui de ſacra ſcriptura non recipiebant niſi quinq; li
bros Moyſi:& ſic ſpernebant totũ reſiduũ ſacrę ſcripturę ve
teris teſtamenti:negantes angelos eſſe:& futurã reſurrectio-
nes:ſpernentes iam etiã nuptias.Contra quos ſurrexit ſecta
Phariſęoꝝ ex filijs Simeon,prout dictũ eſt pſal.ij.&.lxxxi.
cxxxvj.qui recipiebant oẽs libros veteris teſtamenti,colen-
tes nuptias & aſſerentes angelos eſſe,& expectantes futurũ
Meſſiã,qui omes filios Iſrael debebat liberare de iugo Ro-
manoꝝ.Et quia iſti fingentes arctam religionem:erant di
uiſi in habitu & modo viuendi a cõmuni vita alioꝝ:ideo di-
cti ſunt phariſęi.i.diuiſi:a Phares qd eſt diuiſio.Quę quidẽ
ſecta fuit valde acceptabilis populo propter ſimulatam & fi
ctam religionem:intantũ ꝙ omes relinquebant eos execu-
tores teſtamentoꝝ ſuorum & tutores pupilloꝝ & viduarũ.
Et quia prę cęteris ſupradicti Phariſęi dabant ſtudiũ & ope
ram ſcripturę legis & prophetarum:ideo fuerunt admiſſi &
aſſumpti a ſummis ſacerdotibus:& acceperunt poteſtatẽ iu-
dicandi & determinandi cauſas,ſedentes ſuper cathedram
Moyſi loco illorũ.lxx.quos elegit Moyſes ex pręcepto dei
ad iudicandas & audiendas & diſcernendas cauſas:& ad li-
tigia ſedanda & dirimẽda in populo.Et etiã acceperunt po-
teſtatem legendi & gloſſandi legem & ꝓphetas:& declarã
di toti populo.Eſt verũ ꝙ de eadẽ tribu Simeon fuerũt mul
ti in lege & ꝓphetis periti:qui licet non ſeruarẽt eandẽ reli-
gionem cum Phariſæis quantũ ad habitum & diuiſum mo-
dum viuendi:tamen propter eorum peritiam & literaturam
fuerunt etiam admiſſi ſimul cũ Phariſæis ad diſcutiendas
cauſas & litigia:& declarandas & gloſſandas ſacras ſcriptu-
ras.& iſti dicti ſunt Scribę a ſcribẽdo & ordinando ſcripturas
cauſarum.Sed quia iſti Scribę & Phariſęi alleuiabant ſacer
dotes ab onere & labore huiuſmodi:ideo fuerunt aſſumpti
& recepti ſimul cũ ſacerdotibus ad portionem & partẽ deci
marũ & oblationũ.Et tũc cõuerſi ad auaritiam inceperũt ab-
uti officio & poteſtate,conãtes impiguare domos ſuas & au
gere diuitias.Et ſic inceperũt deſtruere populares dilatãdo
cauſas & litigia,deuorantes domos viduarũ & pupilloꝝ:&
facti acceptores perſonarũ,opprimebãt pa[illegible]s fauendo
diuitibus propter munera.Conuerſi ergo totaliter ſcribæ &
phariſęi ad auaritiam,& augendas diuitias,& honores ca-
peſſendos:& videntes ꝙ obſeruantia pręceptoꝝ cerimonia
lium erat magis vtilis ad lucrum & impinguandas domos
eoꝝ:ꝗ obſeruantia pręceptoꝝ moralium:& hoc ꝓpter obla
tiones & ſacrificia:& decimas:& cętera donaria:quę oia ce-
debant eis in lucrum:Ideo decreuerũt præponere pręcepta
cerimonialia pręceptis moralibꝰ.dicẽtes ꝙ omia pręcepta
cerimonialia maxime pręcepta oblationũ & ſacrificiorũ re-
ſpiciunt immediate deum & cultũ eius.Moralia autem pro
maiori parte ptinẽt ad ꝓximũ.& ideo dicebãt ꝙ ꝓpter ceri-
monialia poterãt omitti moralia.Et hoc dicebãt ꝓpter aua
ritiam & lucrum ſuum:eo ꝙ maiorem vtilitatem conſeque-
bantur ex ſacrificijs:& oblationibꝰ:& decimis:& cęteris do-
narijs quæ populus offerebat:ꝗ ex obſeruantia pręceptoꝝ
moralium.Et ſic condiderunt cõplures falſas traditiones &
iniquas:& hęreticas in fauorem cerimonialiũ.quę totaliter
ꝯtradicebant pręceptis moralibꝰ.℄Inter quas traditiones Q
poſuerunt octo vel nouem dogmata hęretica cõtra veritatẽ
legis & ꝓphetarũ.Nam primo dogmatizabant populo:ꝙ
magis obligabatur vnuſquiſq; ad offerenda ſacrificia & ob-
lationes ſacerdotibus:ꝗ ad ſubueniendũ parentibus paupe
ribus:& ad largiendas eleemoſynas egenis:eo ꝙ magis ob-
ligatur homo deo qui dedit nobis illa bona,ꝗ proximo. Et
ſic cum falſa religione palliabant & colorabant ſuã auaritiã
& ambitionem.Sed hãc perfidã doctrinã & venenoſum fer-
mentũ execrat & improbat ſaluator Matthæi.xv.& Marci
vij.improperans eis iſtam falſam traditionem:& exhortatur
diſcipulos vt caueant a fermento & tali falſa doctrina ſcriba
rum & phariſæorum.Item.ij.dogmatizabant populo ꝙ ſo
li filij Abrahæ ſcdm carnem erant ſaluandi.Et tertio dice-
bant ꝙ abſq; poenitentia & reſtitutione per ſolas oblatiões
& lotiones filij Iſrael ſcdm carnem poterant ſaluari:poſtꝗ ſo
lis eis erat facta repromiſſio.Sed has duas falſas & hęreticas
doctrinas execrat & iprobat beatus Ioannes baptiſta.Mat
thæi.iij.& Lucæ.iij.dicens ſcribis & phariſæis.Genimina vi
perarum quis vos docuit fugere a ventura ira?facite ergo
fructus poenitentiæ:& ne cœperitis dicere.Patrem habemꝰ
Abraham.Dico enim vobis:quia potens eſt deus de lapidi
bus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.In quibus verbis oſtenditur
hæreticam eſſe doctrinam ſcribarum & phariſæorum:quia
abſq; poenitentia & reſtitutione & fructibꝰ dignis poeniten-
tiæ nullus poteſt ſaluari per opera legis.Item oſtenditur ꝙ
repromiſſio non erat facta filijs Iſrael ſcdm carnem ſed ſcdm
ſpiritum & fidem.Et oſtenditur etiam qualiter omnes gen
tiles qui adorabãt idola lapidea,poterãt fieri filij Abrahæ
ſcdm ſpiritũ & ſaluari p fidẽ Chriſti.Itẽ quarto dogmatiza-
bãt ſcribę & phariſęi cõtra pręcepta ſecũdę tabulę erga ꝓxi
mũ.vnde dicebãt ꝙ pręcepta negatiua non obligabant ho-
minem ad peccatũ quo ad affectũ & propoſitum:ſed ſolum
quo ad effectũ.vnde licet quis ꝓpoſuerit & laborauerit occi
dere hoiem:aut adulterari cũ vxore alterius:non peccabat
poſtꝗ tale ꝓpoſitũ & deliberatio non venerat ad effectum.
& ſic nec ille erat homicida:nec iſte mœchus aut adulter.Sꝫ
hanc hęreticã doctrinam & fermentũ corruptiuum execrat,
& dicit Chriſtus eliminãdũ.Mat.v.cũ ait apoſtolis.Niſi abũ
dauerit iuſtitia veſtra pluſꝗ ſcribarũ & phariſæoꝝ,non in-
trabitis in regnum cęloꝝ.quaſi dicat:tenendo doctrinã fal-
ſam & hęreticã eoꝝ non poteſtis ſaluari:quia falſificãt legẽ
nam non ſolũ qui occiderit hoiem eſt reus inferni:& peccat
mortaliter:ſed etiã qui iraſcit fratri ſuo:aut cum ira aut odio
dixerit racha:aut fatue &c.Et ſic docet Chriſtus ꝙ hęretica
eſt & falſa illa doctrina & intelligentia phariſęoꝝ,quę ſolũ
prohibet manũ & effectũ.Item non ſolũ qui actualiter coit
cum muliere eſt mœchꝰ vel adulter:ſed quicunq; viderit mu
lierem ad cõcupiſcendum eam:iam mœchatus eſt in corde
ſuo.Itẽ quinto dogmatizabãt:ꝙ dicere mẽdacium non erat
peccatũ niſi fieret cum periurio.puta iurando p deũ:aut per
Hierlm:aut p cælũ:aut p tẽplũ.Hanc autẽ falſam doctrinam
execrat Chriſtus:dicẽs ꝙ nõ ſolũ oẽ iuramẽtũ illicitũ eſt pec
catũ mortale:ſed etiã omne mẽdacium.quia noſtrũ affirmare
& negare nõ debet eſſe cũ iuramẽto niſi in cauſa neceſſaria
ſed ſolũ eſt eſt:aut nõ nõ.q.d.ꝙ negare veritatẽ:aut affirma
re qd nõ eſt:pctm̃ eſt:lꝫ nõ fiat cũ iuramẽto.Item ſexto dice
bant ꝙ odire inimicum non erat peccatũ nec cõtra pceptum
dei:quia deꝰ nõ dicit niſi diliges amicum tuũ ſicut teipſm.Le-
uit.xix.Ergo nõ ꝓhibet quin habeamus odio inimicum:&
per cõſequens nõ eſt peccatũ &c.Hanc falſam doctrinã exe-
crat Chriſtus dicẽs ꝙ nõ ſolũ tenemur diligere amicum:ſed
etiã inimicũ:orando ꝓ eo vt deꝰ cõuertat eũ ad viam ſalutis.
quia licet pctm̃ ſit abhorrendũ & deſtruendũ in hoie:tamen
natura eſt diligenda ꝓpter deũ:ad cuius imaginem eſt facta.
Item ſeptimo dicebant ꝙ abſq; peccato vnuſquiſq; poterat

vindicare ſe de inimico:& euellere inimico dentẽ pro dẽte:
& oculũ pro oculo &c.quia ad hoc obligatur oĩs reus:vt pꝫ
Exod.xxj.Sed hanc falſam doctrinã execrat Chriſtus ibidẽ
dicens:ꝙ licet illud p̃ceptum ſit in foro iudiciali:tamẽ nullus
debet ſibi vendicare vltionẽ particulariter:immo vnuſquiſq;
tenetur remittere iniuriaꝫ proximo.immo percuſſus in vna
maxilla debet prębere aliã propter deum.
℄ Itẽ.viij.dogmatizabant ꝙ deus non promittebat niſi p̃mium temporale in terra pro obſeruantia legis.& ideo ipſi
non curabant theſaurizare niſi in terra.Quam falſam & hęreticam doctrinã execrat ibidẽ Chriſtus dicẽs.Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra:ſed in cęlo &c.
℄ Itẽ.ix.oĩa quę Scribę & Phariſſęi faciebant:nõ q̃rebãt iuſtitiã cõſcientię:ſed vt apparerẽt boni corã hoib⁹,faciebant
bona in apparentia,expectãtes prępmiũ ab hoibus in hoc ſęculo nõ curãtes de alio.Quoꝝ opa execrat Chriſt⁹ dicẽs.Attendite ne iuſtitiã veſtram faciatis coram hominibus &c.
R ℄ Item.x.dogmatizabant Scribę & Phariſſęi:ꝙ Meſſias
non erat vẽturus ad ſaluandũ Iſrael,niſi prius veniat Helias
ꝓpheta:prout ſcribit Malac.iiij.Mittam vobis Heliaꝫ prophetam anteq̃ veniat dies dñi magnus & terribilis &c. Et
ideo qñ miſerunt Iudęi ab Hieroſolymis ſacerdotes & leuitas ad Ioannẽ:inter cętera interrogauerũt ipſuꝫ:an eſſet Helias.Ioãnis primo.Item inter cæteras opiniones quas populus habebat de Chriſto:quidam dicebant ipm̃ eſſe Heliam.
Matth.xxvj.Et ideo Scribę & Phariſſæi dicebãt populo ꝙ
Chriſtus non erat Meſſias:eo ꝙ nondũ venerat Helias.Sed
hoc procedebat ex cæcitate eoꝝ:quia neſciebant diſtinguere inter primũ & ſecũdũ aduentuꝫ Chriſti:in quo Helias eſt
venturus.Ideo hanc ignorantiam & dubitationem remouit
Chriſtus a mẽtibus apoſtoloꝝ.Matthęi.xvij.Vnde quando
apoſtoli viderunt Moyſen & Heliaꝫ loquentes cum Ieſu in
transfiguratione,putarunt Heliam veniſſe tanq̃ pręcurſorẽ:
ſed cum poſtea neminẽ viderẽt niſi ſolum Ieſum:ideo deſcẽdentes de monte dixerunt Chriſto interrogantes euꝫ.Quid
ergo dicunt Scribę:ꝙ Heliam oportet primo venire?Quibus reſpondit Chriſtus dicẽs.Helias quidẽ venturus eſt & reſtituet oĩa.Dico aũt vobis ꝙ Helias iam venit:& non cognouerunt eum:ſed fecerunt in eo quæcunq; voluerunt &c.
Et tunc cognouerũt diſcipuli ꝙ de Ioanne baptiſta dixiſſet
eis &c.In quibus verbis oſtendit Chriſtus ꝙ duplex erat ei⁹
aduentus.Nam in primo venerat ad redimendum gen⁹ humanum a peccato per mortem & paſſioneꝫ:in quo aduentu
p̃uenerat iam eum Ioannes baptiſta in ſpiritu & virtute Heliæ.Sed iterum in fine mundi erat Chriſtus venturus ad iudicium generalẽ:ante quem erat venturus Helias in perſona ad pędicandum Iudęis,& cõuertendos eos ad Chriſtũ,
prout dictum eſt.Sed Scribæ & Phariſſæi malitia & odio occæcati hoc non cognoſcentes Chriſtũ negauerunt:& in hac
infidelitate remanſerunt:& morbo hæreditario ſuis hãc cæcitateꝫ reliquerunt.Nam prius expectant Heliam q̃ veniat
Meſſias eorum.Et ſic prius inuocant Heliam q̃ Meſſiã.Vnde quando circuncidunt pueros in ſynagoga,præparant duas ſedes:vnam pro Helia quem credunt venire:& ibi adeſſe in circunciſione:& alteram ſedem præparant ꝓ rabino q
exercet actum circũciſionis.Et ſic continue manẽt in iſta cęcitate:quam quodam morbo hæreditario habent ex fermẽto ſcribarum & phariſſæorum.
S ℄ Item.xj.dogmatizabãt Scribæ & Phariſſæi ꝙ in eis nullum erat peccatũ naturæ.nã poſtq̃ erant filij Abrahę & Iſrael ſcdm carnẽ:erant liberi ab oĩni peccato naturæ.vnde nõ
putabãt circũciſionẽ eis eſſe datã ad tollẽdũ peccatũ naturę
quod omnes traximus ex Adam:ſed tantũ eſſe datam ad diſtinguendum filios Abrahæ a populo gentili:quia ſolũ populum gentilẽ putabant naturaliter peccare ꝓpter idololatriam.Et ſic p circũciſionẽ putabant euadere peccatũ populi gẽtilis:ſed per ſola ſacrificia & oblationes & purgationes
& lotiones putabant ſufficienter purgare omne peccatũ.Et
ſic putabant & dogmatizabant opera legis Moyſi ſufficienter & plene iuſtificare homineꝫ ab omni peccato in propria
virtute.Et ex hoc inferebãt ꝙ Meſſias in lege promiſſus nõ
erat liberaturus,nec redempturus Iſrael a peccati ſeruitute:
quia per opera legis ſufficienter liberabantur ab omni peccato:ſed Meſſias in lege promiſſus ſolum erat eos a ſeruitute temporali & captiuitate Romanoꝝ liberaturus.
℄ Item dogmatizabant ꝙ Meſſias non erat daturus bona T
ſpiritualia:ſed tantum temporalia in illa terra &c Et ſic dicebant:ꝙ poſtq̃ Meſſias non erat daturus eis bona ſpiritualia:ſed ſolũ tẽporalia:nec erat eos liberatur⁹ a naturali ſeruitute peccati:ſed ſolũ a ſeruitute & captiuitate tẽporali:ideo
dicebãt ꝙ Meſſias non debebat eſſe deus:ſed purus homo.
Et ideo Ioannis.viij.quando Chriſtus dixit eis.Si filius vos
liberauerit vere liberi eritis.reſponderunt:nos ſemen Abrahæ ſumus:& nemini ſeruiuimus vnq̃. Quomodo tu dicis?
Liberi eritis?Quaſi dicerent.nos naturaliter liberi ſumus a
peccato.Quibus reſpondit Chriſtus.Amen dico vobis:quicunq; facit peccatum ſeruus eſt peccati. Sed vt oſtenderet
Chriſtus ꝙ licet ipſi eſſent filij Abrahæ ſecundum carnem,
tamen propter hoc non euadebãt peccatum:cum eſſent filij
diaboli ſecundum imitationem:& ſic non poſſent euadere
peccatum:niſi Chriſtus faceret eos filios Abrahæ ſecunduꝫ
ſpiritum & promiſſionem:ideo ſubdit Chriſtus.Scio ꝙ filij
Abrahæ eſtis:ſecundum carnem ſupple.Sed quia eſtis a patre diabolo ſecundum imitationem:ideo opera patris veſtri
& deſideria eius vultis facere.Nam ſicut ille in veritate ſui
creatoris in qua creatus eſt,non ſtetit:ſed ex inuidia deſiderauit & propoſuit me occidere.ita vos tanq̃ filij diaboli
deſideria eius vultis facere & adimplere:eo ꝙ non ſtatis in
veritate legis:peruertendo verum ſenſum & intelligentiam
legis & prophetarum,deprauãdo ſcripturas p veſtras falſas
traditiones.Secundo volendo me occidere ex inuidia:imitantes diabolum qui ab initio propoſuit & deſiderauit me
occidere:volendo occupare & vſurpare locum meum &c.prout dictum eſt in expoſitione pſalmi.lxxxj.Ex quibus ſupradictis patet:ꝙ ſcribæ & phariſſæi non intendebant nec deſiderabant liberari a peccato per Meſſiam:quia iam putabãt
ſe eſſe liberatos per opera legis a peccatis proprijs cõmiſſis.
Et ſic ſolum expectabant liberari per Meſſiam a ſeruitute
temporali.Et expectabant eum ſolum:vt daret eis bona tẽporalia.& ſic negabant Meſſiam eſſe deum. Et ideo dicebant Chriſto:De opere bono non lapidamus te,ſed de blaſphemia:quia homo cum ſis:te deum facis &c. Ex ſupradictis omnibus patet doctrinam ſcribarum & phariſſeorũ fuiſſe hęreticam.Quod probatur.Nam totaliter contradicebat
veritati legis:& ꝓphetarum:& puertebat verum ſenſum ſacræ ſcripturę:vt patet intuenti.Item illa doctrina eſt hæretica quę tollit donũ optimũ legis & prophetaꝝ.ſed doctrina ſcribarum & phariſſæoꝝ eſt huiuſmodi:igitur eſt hæretica.Maior patet.minor probatur.Nam illa doctrina tollebat & negabat finem legis negãdo Chriſtum.Nam illa lex
ordinabatur in Chriſtũ tanq̃ in ſuum finẽ:vt daret gratiã in
præſenti,& gloriã in futuro:ſed illa doctrina negat Chriſtũ
redemptorem & glorificatorem:ergo tollit & negat finem
optimũ legis & prophetarũ.Nam lex & prophetæ expectabãt Chriſtũ redemptorẽ & iuſtificatorẽ & glorificatorem &
gratificatorẽ:vt patet per totũ diſcurſum prophetarũ.ſed doctrina ſcribarũ & phariſſęoꝝ negat oĩa iſta:& non expectat
liberationẽ a peccato ex obſeruantia legis:ſed ſolum liberationem a captiuitate:& ſeruitute tẽporali:nec expectat bona ſpũalia:ſed tantũ temporalia vt dictũ eſt:ergo tollit bonũ & optimũ finẽ legis:& p cõſequẽs diſſipat legẽ & ꝓphetas:& ſic eſt hęretica.Et ideo ſaluator tanq̃ hæreticã & blaſphemã condemnauit totã illã doctrinã:vt patet Matthęi.v.
&.vj.&.xv.&.xxiij.Et appellat eam fermẽtum corruptiuum

legis & prophetarum:a quo monet nos cauere & fugere:vt
patet Matthæi.xv. Et hęc fuit cauſa quare ſcribę & phariſ-
ſæi conſpirarunt in mortē Chriſti:eo quia condēnabat tanq̄
hæreticam doctrinā eorum:vt patet per totum diſcurſū euā
V gelioꝝum. ¶ Sed quia ipſi ſcribę & phariſſęi manſerunt con
firmati & obſtinati in tali hæretica doctrina per Chriſtū cō-
demnata:ideo tranſtulerunt eā in ſuos ſucceſſores tanq̄ mor
bum peſtiferum & hæreditarium. Ad cuius intellectum eſt
iterum notandum: ꝙ poſt mortem Chriſti poſtq̄ ſcribæ &
phariſſæi per publicam famā & multa ſigna & miracula no-
uerunt Chriſtum reſurrexiſſe:propter qđ multi de populo cō
uertebantur ad Chriſtū,confitentes ipſum fuiſſe verū Meſ-
ſiam in lege & prophetis promiſſum:tunc ad peruertendaꝫ
opinionē populi quā de Chriſto habebat:conati ſunt oſtē-
dere qualiter lex Moyſi erat in ſe perfecta & nullo modo
abolenda:ſed in ęternum duratura. Secundo qualiter Meſ-
ſias in lege ꝓmiſſus nō debebat eſſe deꝰ:nec dare bona ſpi-
ritualia:ſed tēporalia;nec debebat redimere Iſrael a pecca
to:quia iam hoc operabatur lex:ſed ſoluꝫ debebat liberare
Iſrael a ſeruitute & captiuitate temporali Romanoꝝ:& ꝙ
erat venturus cum magna poteſtate temporali & maieſta-
te:vt omnia ſupradicta poſſet efficere. Et ex hoc arguebāt
& prædicabant populo Ieſum Chriſtū non fuiſſe Meſſiam.
Et ideo per omnes illos quadraginta annos contradixerūt
apoſtolis. Sed poſtq̄ poſt deſtructionem ciuitatis viderunt ſe
nihil profeciſſe contra diſcipulos Chriſti & chriſtianam reli-
gionem:imo videbant eam augeri:tunc recurrerunt ad ma-
gicas artes. Et ſic vt ſuam perfidiam fortius poſſent aſtruere
aſciuerunt in ſocietatem ſuam quendam necromanticum &
magum,nomine Mair,genere Idumęū:& fecerunt ipſum
proſelitum precibus & muneribus,inſtruendo ipſum in lege
& prophetis cū falſa intelligētia & deteſtabili fermento eo-
rum. Sed cū iſte Mair eſſet iam de ſe verſutus & aſtutus:vt
complaceret phariſſæis excogitauit iniquum modū ad con-
firmandā & augendam malitiā eorum.& dixit qualiter deꝰ
duplicem legem dedit Moyſi in monte Sinai. Primo vnam
ſcriptam in tabulis & in chartis:& aliam ore tenus & ſecre-
tam. Vnde Moyſes ſolum manifeſtauit legem ſcriptam po-
pulo:quę continetur in illis quinq; libris qui habentur apđ
omnes:ſed non manifeſtauit legem ſecretam ore tenus da-
tam:ſed illam tantum manifeſtauit Ioſue cum pacto:vt ille
tantum manifeſtaret ſuo ſucceſſori. Et ſic dicebat iſte ſacri-
legus Mair ꝙ illa lex per ſucceſſores venerat vſq; ad ipſum
cui præcepit deus manifeſtare eam omni populo hebręoꝝ
propter inſtantē neceſſitatem:quia multi Iudæoꝝ conuer-
tebantur ad Chriſtum:ne iudaiſmus deſtrueretur. quā qui-
dē legē appellauit Thora ſebe alpe.i. legeꝫ ore datā.& etiā
appellauit eam miſna.i.ſcđam legē. In qua quidē lege con-
tinentur multa erronea,& contraria veritati.ſed inter cęte-
ra continet ꝙ prima lex non fuit data niſi ad quandaꝫ in-
ſtructionē tēporalē:ſed iſta ſcđa eſt de vltima intentione dei
tāq̄ declaratio primę. Et ꝙ iſta ſcđa debet corrigere primā:
cum ſit maioris auctoritatis & de vltima intentione dei. Et
ſic cōtinet multa cōtra veritatē literę preuertēdo verum ſen
ſum primæ legis quam habemꝰ ad falſum ꝓpoſitum eoꝝ.&
cōtinet etiā oēs traditiones phariſſæoꝝ,vt oſtenderet eas a
deo ordinatas. Omnes aūt iſtas traditiones cōtentas in iſto
Miſna ſiue ſecūda lege,poſtea redegit in ſcriptis quidā ap-
pellatus Rabi Indanaſſi:qui ſcđm alios vocatur Rabi Mo-
noa. in quodā volumine multis libris diuiſo:qđ Iudęi appel
X lant Miſna.i. ſecundam legem. ¶ Sed tempore magni Con
ſtantini videntes Rabini hebræoꝝ totum populū gentilem
conuerti ad Chriſtū:& deſtrui oīa idola,& omnia templa
idolorum conſecrari in eccleſias Chriſti:ex cuius occaſione
maxima multitudo Iudęoꝝ cōuertebatur ad Chriſtum:eo
ꝙ manifeſte patebat Chriſtū fuiſſe verum Meſſiā:poſtq̄ in
nomie eius oia idola delebantur ſcđm oracula omniū pro-
phetarum. Hoc ergo videntes rabini Iudæorum congregati
ſunt in Babylonia ægypti in magna multitudine:qui ſupra-
dictū Miſna prolixius & copioſius expoſuerūt:& in plures li
bros diuiſerūt. Quam quidem ſcripturam Thalmud appel
lauerunt. In quo quidem Thalmud multa falſa & contra ra
tionem & naturam & bonos mores confinxerūt. Inter cęte-
ra enim dicunt ꝙ quando Moyſes accepit ſupradictam du-
plicem legem in monte Sinai:pariter fuerunt cum Moyſe
animæ omnium prophetarū.ſ. Eſaiæ & Hieremię & alioꝝ:
qui ſinguli ſuas ſingulas acceperunt prophetias.quę quideꝫ
animæ prophetarū poſtea temporibus ſuis venerunt ad cor
pora ſua:& ſic ſuis tēporibus manifeſtarunt in Iſrael ſuas ꝓ-
phetias. Item tertio dicunt ꝙ ibidem fuerunt animę omniū
rabinorum,qui compoſuerunt Thalmud:& ibi in mōte Si-
nai acceperunt intelligentiam legis & prophetarum & to-
tam doctrinam traditam in ipſo Thalmud. quæ quidem
animę venerunt ad ſua corpora tempore magni Cōſtantini.
qui tradiderunt thalmudicā doctrinam in verbis Thalmud
Et ideo dicūt ꝙ illa doctrina non poteſt mentiri:poſtq̄ fuit
tradita a deo ſimul cum lege & prophetiſs. Quā quidē do-
ctrinam Thalmudicā legunt & obſeruant hodie omnes Ra
bini Iudæorum:& cum ea regunt Iudaiſmū & Iudæos ſim-
plices:& in tali deceptione & cęcitate perſeuerant. Ex ſupra
dictis oībꝰ ergo pꝫ ꝙ doctrina Thalmudica quā hodie Iu-
dæi obſeruant,habuit ortum a ſecta ſcribarum & phariſſęo
rum. Nam hodie adhuc tenent & obſeruant documenta fal
ſa & hæretica ſupradicta. Nam adhuc tenent primum fal-
ſum documentum.ſ. ꝙ magis obligaꝭ homo honorare ipſuꝫ
magiſtrum legis quē appellant Rabi:q̄ honorare patrem &
matrem:& magis ſubuenire ipſi Rabi:q̄ patri & matri. Iteꝫ
obſeruant ſecundū:& aſſerunt ꝙ ſoli filij Abrahæ & Iſrael
ſecundum carnem ſunt ſaluandi. Item aſſerunt tertium ꝙ
abſq; pœnitentia & reſtitutione male ablati ſaluātur ſeruā-
do legalia & doctrinam Thalmudicam. Item aſſerūt ꝙ ma
lum propoſitum & voluntas non obligant ad peccatum niſi
ſequatur effectus. Item aſſerunt ꝙ mendacium non eſt pec-
catum ſine periurio:& ideo non faciunt conſcientiam mēti-
ri chriſtianis & alijs nationibus. Item aſſerūt aliud falſuꝫ do-
cumentum:ꝙ licituꝫ eſt vindicare iniuriam quocūq; modo;
Item ꝙ licituꝫ eſt habere odio inimicum:& lædere quocūq;
modo ipſum. Item dictis & factis ducunt vitam ſimulatam
& fictam:maxime contra chriſtianos. Iteꝫ vltimo tenent ꝙ
totum pręmium legis eſt tēporale:& nihil credunt ſpiritua-
le. Et ſic patet ꝙ iſta doctrina Thalmudica habet ortum a
falſa doctrina ſcribarū & phariſſæorum,quam Chriſtus in-
crepat & execratur Mat.v & vj.& xxiij. ¶ Item obſeruant Y
& aſſerunt tria alia hęretica & magis deteſtabilia documen
ta. Primo:ꝙ lex Moyſi eſt in ęternū duratura quo ad cerimo
nialia. Scđo:ꝙ lex Moyſi non ꝓmittit niſi tēporalia bona.
Tertio:ꝙ Meſſias in lege & prophetis ꝓmiſſus nō erat ven
turus niſi ad liberandū Iſrael a captiuitate tēporali,& ad dā
dum bona tēporalia. Ex quibꝰ cōcludunt Ieſum Chriſtum
non fuiſſe Meſſiam. Et ſic patet ꝙ Iudæi moderni nil aliud
obſeruant niſi traditiones falſas ſcribarum & phariſſęorum
& Thalmudiſtarum:& per cōſequens doctrinā hæreticam
per Chriſtū condemnatam & reprobatam,tanq̄ fermentū
corruptiuū legis & prophetarū. Quę quidem doctrina ideo
dicitur hęretica & corrupta:eo ꝙ tollit & negat totam veri
tatem & verū finem principaliter & finaliter intentum &
expectatum in lege & prophetis. Nam tota lex & prophe-
tę nil aliud clamabāt nec expectabāt niſi Chriſtū futurū de-
claratorem legis & prophetarum:& futurum redemptorem
per mortem & paſſionem:& futurum glorificatorem per ſu-
am reſurrectionem. Et ſic lex euangelica nil aliud eſt niſi
ſi veritas & finis vltimatus & intentus & deſideratus in le-
ge & prophetis. Et ideo dixit Paulus in iudicio coram Fe-
ſto & rege Agrippa:vt patet Actuum.xxvj. Vnde ait Au-

xilio autem adiutus dei vſq; ad hodiernum diem ſto teſtificans minori atq; maiori, nil extra dicens q̄ ea quę prophetæ locuti ſunt futura eſſe, & Moyſes: ſi paſſibilis Chriſtus, ſi primus ex reſurrectione mortuorum: lumen annunciaturus eſt populo. Ex quibus verbis apoſtoli patet, ꝙ Moyſes & prophetæ nil aliud locuti ſunt: niſi Chriſtum paſſibilem pro noſtra redemptione: & primo reſurrecturū pro noſtra glorificatione: & annūciaturum lumen & veritatē legis & ꝓphetarum. Sed quia nil aliud extra legem & prophetas annunciabat Paulus & cęteri euangeliſtæ eſſe completū per Chriſtum niſi ea quæ lex & prophetæ prædixerunt futura: ergo lex euangelica nil aliud eſt niſi veritas legis & prophetarū & finis intentus in eis. Iudæi ergo moderni auferentes & negantes a lege iſtam veritatem & vltimū finem, falſificant legem & prophetas. & ſic manēt hæretici & ſacrilegi. Ex quibus patet ꝙ chriſtiana religio vere obſeruat legem Moyſi quantum ad ſubſtantiam & eſſentiam & veritatem eius. Et per conſequens Iudæi moderni nullo modo ſeruant legem Moyſi poſt publicationem euangelij: quia cerimoniæ quas obſeruant, iam ſunt mortuæ & mortiferæ & falſæ: poſtq̄ nil futurum iam ſignificant: poſtq̄ fuit iam impletum quod ante ſignificabant: prout declaratum eſt in quinq; ſupradictis quæſtionibus. Et ſic manent Iudæi cæci in ſua obſtinatione vſq; ad ſcd̄m aduentum Chriſti: ante quem veniet Helias ad prædicandū eis & declarandum eis veritatem legis Moyſi & prophetarum. Et tunc cognoſcent ſe eſſe deluſos & deceptos: & ſic cōuertentur ad dn̄m deū ſuū & Dauid regem & Meſſiam ſuum: vt patet Zacha. iij. & Mala. iiij. & ſupra ꝓbatum eſt. Ex ſupradictis etiam patet ꝙ quatuor ſunt quæ detinent Iudęos in ſua obſtinatione. Primo: quia putant legem Moyſi perfecte iuſtificare homines: & eſſe ſemper duraturam: & per conſequens non ordinari ad alium finem & maiorem perfectionem: ſed eſſe literaliter intelligēdam: cuius oppoſitum probatum eſt in prima & ſecūda quæſtione. Secundo: quia putant omnia in lege promiſſa eſſe temporalia. Tertio: quia putant ꝙ Meſſias in lege promiſſus non erat daturus bona ſpiritualia: ſed tantū temporalia: & ꝙ ſolum debebat eos liberare a tēporali captiuitate: quia iam liberabantur ab omni peccato per opera legis. Et ſic negant Chriſtum eſſe Meſſiā: cuius oppoſitum probatum eſt in tertia quæſtione. Quarto: quia putant legem euangelicā eſſe contrariam legi Moyſi: & eſſe falſam & ſacrilegā in ſua credulitate & religione: cuius oppoſitū probatum eſt in quinta quæſtione. Quā quidem ignorantiā & cæcitatem ſi deponerent ab oculis mentis, ilico viderent veritatem & conuerterentur ad fidem Chriſti. Sed hic quęritur: vnde eſt ꝙ cū Iudæi videant manifeſte iſta ſupradicta eſſe vera per ſacrā ſcripturam legis & prophetarum: quare ergo non conuertūtur? Ad hoc reſpondetur ſicut pluries dictum eſt, ꝙ ſcriptura veteris teſtamenti tota eſt velata velo cerimoniarum & ænigmatum: ſub quibus latet veritas euangelica. In cuius ſignū Moyſes ponebat velum ſibi ante faciem quando legebat & promulgabat legem filijs Iſrael: ad denotandum ꝙ illa lex erat velata literalibꝰ cerimonijs, ſub quibus latebat veritas euangelica: qd̄ velū Chriſtus debebat auferre in ſuo aduentu. Sed quando Scribæ & Phariſæi negarunt Chriſtum coram Pilato, & dixerunt: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros: tunc fuerunt occæcati ſub illo velamine: & fuit eis maledictio cæcitatis ante oculos mentis inflicta generaliter vſq; ad ſcd̄m aduentum. Quia quando legunt moyſen & prophetas ſemper habent illud velamē cęcitatis ante oculos: & ſic non poſſunt cernere veritatem niſi ſpirituali lumine illuſtrentur. Quam cæcitatem prædixit eis Dauid pſalmo. lxviij. dicens. Obſcurentur oculi eorum ne videant: & nō intrent in iuſtitiam, id eſt veritatem tuam. Item Eſaiæ. vj. Occęca cor populi huius: & aures eius aggraua & oculos eiꝰ claude: ne forte videat oculis ſuis: & auribus ſuis audiat: & corde ſuo intelligat: & conuertatur & ſanē eum &c. Sed quia aliqui continue aut interpolatim baptizantur: ideo ſubdit. Sed adhuc decimatio &c.

¶ Vnde eſt aduertendum ꝙ licet multi baptizentur ꝑ ſuc- Z
ceſſionem temporis, tamen non eodem fine. Nam triplici ex cauſa multi veniunt ad baptiſmum. nam quidam baptizantur violenter vt fugiant mortem, ſecundum ꝙ frequenter propter eorum ſcelera expoliantur ex commotione populorū. Et iſti via aut raro ſunt boni vſq; ad tertiam generationem: eo ꝙ latenter docent filios ritus iudaicos. Quidam autem veniunt ficte ad baptiſmum vt valeāt cum chriſtianis cōuerſari & ad negotiationes & colligenda publica vectigalia & pedagia admitti &c. Et iſti raro ſunt boni vſq; ad tertiam generationem propter eādem cauſam Quidam autem licet pauciores veniunt ad baptiſmum ex ſola illuſtratione ſpiritus ſancti, pertractando ſcripturas cum Chriſtianis: & iſti cōmuniter immo ſemper ſunt boni cognoſcentes veritatem ſcripturarum. Cæteri autem ſemper manent in ſua cęcitate propter maledictionem eis inflictā vſq; aduentum Helię ante ſcd̄m aduentū Chriſti: Ideo nos chriſtiani quibus datum eſt noſſe myſteriū regni dei, agamꝰ gratias domino noſtro Ieſu Chriſto: qui ad cognitionem veritatis nos fecit peruenire. Qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat deus per omnia ſęcula ſæculorum. Amen.

## Io. Ba. Aſcenſius Lectori. S.

HAbes lector pie opus luculētum & homine chriſtiano digniſſimum: quippe cuius cognitiōe (vt in epiſtola nūcupatoria diximus) nulla pars vitę ipſius cleri vacare poteſt. ſemper enī pſalmi: ſemper cātica eccleſiaſtica: quia ſemper laus dei in ore eius: verſari debent. quorum omnium expoſitio ante Iudæorum confutationem in hoc opere habetur tam dilucida vt nulla ſit clarior: & tam chriſtianæ religioni fauens: vt nulla ſit quæ lectorem magis & ad diuinę lectionis amorem: & ad chriſtianę religionis & obſeruationē & obſeruātiam inducat. Proinde ingentes debemus omnes gratias: longe verendo patri Iacobo Perez de Valentia Chiſtopolitano epiſcopo: qui pro nobis tot ſacras lucubationes obiuit. Proximas autem venerādo patri ac magiſtro noſtro Ioanni Focaudo: abbati Claręuallis: qui ex Hiſpanis ad nos vſq; pręfatum opus trāſferendum curauit. Neq; tamen modicas honorando patri Maturino de Cangeyo: qui operis impreſſionem procurauit & indice pręmiſſo decorauit. Tuarum igitur fuerit partium tot labores iuſta non defraudare mercede.

Vale.

## IODOCVS BADIVS ASCENSIVS: RELIGIOSO ADMODVM ATQ; DISERTO PATRI. M. MATVRINO DE CANGEYO: PROFESSIONIS DIVI BERNARDI CANDIDISSIMO. S. D.

VBi Primum te, Maturine, pater obſeruande, & iotus, & in cute noui: de
miratus ſum, fateor, mores tuos ſanctiſſimos, & laudatiſſima iſtius ordi
nis ꝓfeſſione digniſſimos: obſeruaui ad hoc raram iſtã ſapientiaʒ, ſuaui,
& eidem noo vulgari cõiunctam eloquentię: veneratuſq; demũ ſuʒ, tuã
tam temperantiã & tamen feruentiſſimam (cũ in ea re nõ facile moduʒ
excedas) in optimuʒ maximuʒ deuʒ noſtruʒ cuʒ charitate oon ficta reli
gionem. Quocirca primum te dilexi nõ vulgariter mox etiã amaui non
ſegniter, ac demuʒ veneratus ſuʒ haud ſecus ac debui obſeruanter. Nũc
vero tanta virtutis tuę acceſſerũt monimenta: vt quo te ſatis amplo ho
oore proſequar excogitare nequeã: niſi forte ſimul paternitatem tuam
diligam, amem, obſeruem. Quos tñ conatus omneis ſuperãt tua cuʒ in
literatos omneis: tuʒ in me literatorũ facile minimuʒ, merita. Tua ſiqdẽ vnius opera, & accuratio
ne diuinę deuotiſſimi Bernardi lucubrationes ſub vno codice propediem in veſtitu proſilient de
aurato. tua eiuſdem cura ac opera (Reuerendo tñ patre magiſtro noſtro Ioanne Focaudo Cla
ręuallis abbate digniſſimo ad hoc opitulante) ſuperiori anno emiſimus ſanctiſſimas (ne ſoluʒ eru
ditas dicam) expoſitiones domini, ac magiſtri noſtri Iacobi Parez de Valentia Criſtopolitani epi
ſcopi in centũ quinquaginta Dauidis, quos pſalmos vocant, in officialia, euangelica, & cętera ec
cleſiaſtica cantica. Veruʒ tñ (vt Ouidianuʒ illud vſurpem) Sanctius his & qđ dominari in cętera
poſſet: Deerat adhuc. Opus videlicet cui nõ ab re Canticis canticoruʒ titulus eſt: & ob id cæteris
ſanctius cenſenduʒ, ꝙ ab eodem ſpiritu ſancto, abs quo cętera quoq;, dictatum maximum erat ſa
cramentuʒ: vt e quo ſacramenta emanauerunt oĩa. Quod nunc tandeʒ, Beneficentiſſime pater, eã
dem largitas tua nobis contulit ĩprimenduʒ cuʒ eiuſdem patris cũ primis honorandi, ſumme tum
admirandis expoſitionibus. Colendis quidẽ ſumme, ꝙ in eis ſummopere ſtudet glorię Ieſu Chriſti
domini noſtri, & eccleſię catholicę ſponſę eius, videlicet phœbæa lampade clarius demonſtrãs
hoc eorumdẽ epithalamiũ eſſe a ſpiritu ſancto per os ſapientis precẽtum. qđ qui nõ amet, colat, ac
veneretur plane ſeſe filiuʒ tãti ſpõſi tãtęq; ſpõſę ꝑneget. Admirãdis autẽ tãtopere, ꝓpter ſummã
earuʒ eruditionem: qua nõ extorte, nec violenter, ſed ſponte ac natiue oĩa canticoruʒ myſteria epi
thalamio dicto vendicat, tanta perſpicuitate, tantaq; aĩorum inuitatiõe: vt ego alioqui (fateor) fri
giduſculus, & a calore talis lectionis ꝑ lodicis parandę ſollicitudinem pluſculuʒ abductus: vt pri
mum opus perlegi, ita inflãmatus ſim, ac in amorem eius raptus vt vix meditanti aliudq; fere agẽ
ti exciderit mihi nuptiale carmen. quod quia piuʒ, licet minus cultuʒ, eſt viſuʒ, indici ſequenti du
ximus apponendum. Sed vt ad me redeam, per huius operis conſequutionem factus ſuʒ multorũ
debitor. primuʒ quidem ipſius auctoris qui ipſuʒ edidit. deinde pręuenerandi abbatis Claręuallis:
ipſum qui nobis emit: & ab hiſpanijs vſq; per Pyrenea iuga ad nos trãſuehẽduʒ curauit. ſed potiſſi
mum tuus, pater Maturine, cuius hortatu, ope, opera, & auſpicio fauſtiſſimo prędictuʒ opus lucu
b⁹, ꝙ̃ pſalterium ipſuʒ, characterib⁹ excudim⁹. lentior. Quocirca ne ingratitudinis oĩm macularuʒ
teterrimę mihi inurẽda ſit nota: hanc opellam, & qcquid in ea meruerim laudis tuę do, dedo, ac di
co paternitati, nihil minus ꝙ̃ talem dicationẽ expectanti. Sed eo ſuʒ iudicio: vt qui ſe minimuʒ ho
nore dignos ęſtiment, eos eo cenſeam digniſſimos. Cui ſentẽtię meę in hoc opere tibi dicando ſub
ſcripſit, ac ſuffragatus eſt tui mirator amatorq; ſingularis: & vir multa veneratione dignus Magi
ſter Bernardus Hanegrauus. Suſcipe itaq; io partem amicam, quod amico fecimus auſu, & Vale
pater optime. ex officina noſtra chalcographa. Pridie natalis dominici, M.D.VII.

Sponſus Criſtus Sponſa eſt Eccleſia. Maria. Anima fidelis.

OScula caſta para venienti Eccleſia ſponſo:
Clauſtraq; virgineo mater honore para.
Et tu quæcunq; es propriæ ſtudioſa ſalutis:
Mens: anima: ac ratio pectora munda para.
Ecce venit ſaliens thalamo tibi ſponſus ab alto:
Vt faciat votis cuncta petita tuis.
Vtq; exornatam cellas te ducat in amplas.
Et tibi perpetui monſtret amoris opus.
Infima ſummus init: rex regum pauperis aulam:
Vita necis vinculum: gloria dia lutum.
Eia age rumpe moras: venientem ſuſcipe ſpōſum.
Amplexumq; ſemel linquere ſponſa caue.
Omnia fert ſecum muliebris grandia mundi:
Et quicquid ſponſę mens bene ſana petat:
Delicias caſtas atq; oblectamina ſancta.
Exprobraturus nil: dabit omne bonum.
Huic ſunt delicię tecum reſidere: loquiq;
Atq; in complexu te retinendo mori.
Tempus erit propria quo te iam cæde redemptam
Effuſa ex imo corde lauabit aqua.

Septem ſacramentorum Miro in Buco.

Et ſic ſeptuplici tandem dotata monili:
Incedes ſummi ſponſa & amica dei.
Naſcere: pręq; diem veniens age lucifer almum
Currite fatales talia ſæcla deæ.
Tuq; boni tanti Gabriel paranymphe ꝓpinqua.
Ecce dies plena eſt: ſponſaq; compta deo.
Tuq; decus vatum caſtorum pneuma beatum:
His thalamis auſpex & pius auctor ades.
Tu quoq; ſponſe veni: ſummi ſapientia patris:
Virginis intactæ viſcera ſancta petens.
Tuq; opifex rerum gnatum demitte volentem:
Hoc opus eſt veſtrum cura decuſq; trium.
En iam lætus adeſt ſponſus: iam ſponſa cubile:
Iam ſua: iam ſeſe eſt omine pacta bono.
Iam ſponſi redimita bonis iam flammea portat:
Mox ſponſus faciet prole frequente patrem.
Iam virgo fœcunda deo concepit ab aure:
Et peperit ſponſum ſponſa pudica ſuum.
Iam mens feruenti ſponſum concepit amore.
Iam pariet ſponſo pignora grata ſuo.

Virtutes

Et iam ſponſa triplex ex omni parte beata:
Tota eſt pulchra fruens iam ſine labe deo.
Ergo per os Magni Solomonis ſpiritus alme
Cantica quæ ſuperent muſica dona: cane.
Nil opus eſt phrygio tibicine: nil Hymenęo:
Solus enim potis es proſpera cuncta dare.

τέλος

## ILLVSTRISSIMO DOMINO, DOMINO ALFONSO DE ARAGONIA, MISERATIONE DIVINA ARCHIEPISCOPO CAESARAVGVSTANO: IACOBVS PAREZ EPISCOPVS CHRISTOPOLITANVS SVO DOMINO METVENDO SALVTEM CVM PROSPERITATE PLVRIMAM OPTAT.

SVPERIORIBVS DIEBVS DOMINE ILLVSTRISSIME: plurimorum religioſorum aliorumq; literatorum viroruȝ vehemēti exhortatiōe fui vexatus ac diſcruciatus: vt Cantica Canticorum Salomonis: quę intellectu difficillima & fere inextricabilia ſūt & habētur: in lucem aperire vellem: ad hoc vt illi fierēt doctiores. Ipſe vero hoc animo coniectans q̄ magnam prouinciam humeris meis imponerem: & plane mihi difficile laborioſumq; videretur: tū ob munus publicum quo fungor: tuȝ ob plurimas occupationes tam familiares q̄ domeſticas quibus obruor: tum ob ingraueſcentem ætatem meam: quę laboribus iuuētutis minie reſpōdet: hoc eis reſpōdere recuſaui. Nouiſſime autem venit ad me ſapientiſſimus ſacrę Theologię interpres & profeſſor magiſter Michael Figuerola tuę illuſtriſſimę dominationis præceptor: qui tuo nomine me vnice rogauit: precibuſq; contendit: vt aliquid ex illo vaſto ſacræ ſcripturæ agro: cui operam & ſtudium dare expetia: rimari conarer quod doctrina & ſcientia cumulatuȝ eſſet: & tua excellentia dignum haberetur. Ego autem ſumma cupiditate ductus inſeruiendi illuſtriſſimę dominationi tuæ: ac parendi tuis imperijs: ad faciendū quod iubebas ilico me accinxi omni vitę me diſcrimini obijciendo. Quamobrem cum totiua ſacræ ſcripturę vniuerſum campuȝ e veſtigio peragraſſem: nil mihi magis decorum atq; vtile: neq; tua amplitudine dignum (vt mea fert opinio) viſum eſt: q̄ ipſa Salomonia Cantica Canticorum. In quibus Salomon inter chriſtuȝ & eccleſiam ſponſam ſuam mutuum explicat amorem: vnumquemq; fidelem Chriſtianū incitans & incedēs: vt ſcripturam ſacram in ſponſam ducat ſuam. Eas igitur ob res animo inſtitui meo: ne tam pretioſa ſupellex incognita extaret: quæ iam pridem parturio aliquando parere. Neminē tamen niſi dominationem tuam illuſtriſſimam dignum exiſtimaui: cui hęc eadem dicare deberem: cum ſit tibi optima indoles: nobiliſſimum perſpicaciſſimumq; ingenium humanitas: liberalitas: ingens animi magnitudo: ac ſtudiorum ſacrę ſcripturæ voluptas vehemens & oblectatio: tum etiā quia in hac tempeſtate noſtra inter omnes ex clara familia natos aut regio ſanguine cretos qui docti ſint atq; habeantur: præter illuſtriſſimam dominationem tuam mihi occurrit nemo: tum etiam ob ſummā dignitatem in qua exiſtis: & munus eccleſiaſticum: quo fungeris: & vices regias quas in toto regno Aragonię geris: ideo ſacram ſcripturam te minime latere aut fugere exiſtimaui. Verūenimuero cogitanamecū hoc opus intuendum in tanta eruditiſſimoruȝ literatiſſimorumq; virorum ipſius vrbis & regni necnon tui ſenatus canonicorum concione & copia: quæ maxima eſt: qui ingenio & prudentia pollent ſingulari: & q2 non ſit ita comptum atq; expolitum ea eloquentia: eo dicendi ornatu: vt par eſt & ratio præſcribit: vereor ne illud parui faciant. Atq; eo non in minorem animi incertitudinem: hęſitationemq; coniectus ſum: q̄ fuit noſter Cicero: cum librum de officijs ad Marcum filium dedit: qui Athenis ſub Cratippo perſeueraret auditor. In quaruȝ gymnaſijs & philoſophorum & eloquentiſſimorum virorum frequentia erat. Verumtamen volens ac expetens tuæ inclytę dominationi morem gerere: hoc opus expreſſi quo rectius valui: & eo ſtylo ſcolaſtico & pingui Minerua: vt ſic dixerim: quo omnes tam docti q̄ mediocres ac etiaȝ ſimplices religioſi & clerici cęteriq; fideles capere perpendereq; valeant. Quod quideȝ opus clarius decorabit animum tuum q̄ ſplendida purpura: aut q̄ (pene dixerim) ſi opulentiſſima vrbe dominationem tuam illuſtriſſimam donarem. Quare ſacræ ſcripturæ per amplitudinem tuam incumbēdum eſſe cenſeo: in qua qui docti euaſerūt: etiā ſi ex humili loco nati ſunt: ſibi vendicarunt nomē: famaȝ: laudem: & gloriam. Et ad tantam dignitatem ſublimantur: & in terris quaſi dij habeantur. Quod facile dominatio tua attingere valebit atq; nanciſci. Nam vbi animum intenderis: ingeniū valet. Contempletur ergo dominatio tua: ponatq; ante oculos & ęmuletur famam inuictiſſimi regis Ferdinandi amplitudinis tuæ genitoris chriſtianiſſimi: qui ob exaltationem: laudem: & gloriā ſūmi maxiq; Ieſu Chriſti ac fidei catholicæ honorē & āpliationē ad delēdos fugandoſq; Mauros ex agro Betico Hiſpanię non formidauit neq; exterritus eſt perſonam ſuam aduerſus illos bellādo manuſq; conferendo ſtrenuo præſtantiq; animo maximis diſcriminibus obijcere. Et tandem

ſuo ductu dexteritate vigilantia atq; ſolertia illos debellauit: vicit: fugauit: & in ſuam ditionem redegit Alfamam: Aloram Cartamaz: Rondam: Morbellam: ac famoſiſſimam & bello inſuperabilem ciuitatem Loxam: & Cambille inacceſſibile oppidum atq; vicinis cunctis quondam formidabile aſylum: q̃plurimaq; alia oppida & municipia: quę multorum ſententia inexpugnabilia habebantur. Ita vt ex regno omni Granatę parum reliquum ſit: cui ꝓpediē dominabitur. Q ui ſi vētri & ſumno atq; laſciuijs deditus fuiſſet: & in otio marcere voluiſſet: nunq̃ tātā tamq; immenſam immortalemq; laudem ſibi ſuiſq; vendicaſſet. Et quod potiſſimum duco: vt quod ſuperiores Hiſpanię reges: q̃q̃ id facere attentaſſent: adimplere non valuerunt: id pater inclytæ dominationis tuæ non perterritus nec victus labore neq; pretio corruptus breui temporis curriculo peregit: & præſertim in ſua tenera ætate: quod miraculi loco profecto cenſenduz eſt. Et non ab re literis geſta illius mandanda ſunt: vt ęternum nomen extet: & ſemper viuere cenſeatur. Et idcirco domine illuſtriſſime nulla potentia: nulla vis taz magna eſſe poteſt: quin maior potiorq; ſit per diuturnuz ſtudium: & vigilantiam circa vnamquamq; rem ſiue bellicam ſiue literariam. Q uare per dominationem tuam illuſtriſſimam conandum atq; enitenduz eſt: vt non minori gloria atq; laude ob literarū ſacrarum ſtudia in eccleſia excelleas: q̃ parens tuus in armis excelluit. Sed hęc hactenus: nam ſatis & plus q̃ decuit in his peruagata eſt epiſtola noſtra Canticia Canticorum vero legamus.

A CANTABO Dilecto
meo canticũ vineę ſuę. Eſa.v.
¶ Licet Eſaias cãtauerit cãti-
cũ cõminationis contra vineã
dñi:quæ erat domus Iſrael ſe-
cundum ilium ſtatum:tamen
multo conuenientius Salomõ
in hoc libello canticorum can
tauit cãticum vineę dñi:quę ẽ
eccleſia dei quo ad oẽs ſtatus
vtriuſq; teſtamenti.qd quidẽ
canticum non dicitur canticum comminationis:ſed canticũ
lætitię & gratię.eo q in eo prædicitur totum myſterium no
ſtræ redemptionis & ſalutis completum in nouo teſtamen-
B to.vt patebit. ¶ In quibus verbis propoſitis tãguntur & no
tantur quatuor cauſę huius libri Canticorũ Salomonis. Nã
primo prænotatur cauſa efficiens & auctor huius libri p hoc
pronomen ego præintellectum in ly cantabo.quaſi dicat.
ego Salomon cantabo.Secũdo notatur cauſa formalis p ly
cantabo:quia oſtendit ſe velle ꝓcedere in hoc opere p mo-
dum cantilenæ. Tertio notatur cauſa finalis per ly dilecto
meo.per quod oſtenditur quod hoc opus dirigitur deo:qui ẽ
finis noſter:in cuius dilectione conſiſtit finis noſter & beati
tudo.Quarto notatur materia huius libri in ly canticum vi-
neę ſuę.quia totus iſte liber eſt de eccleſia quę dicitur vinea
domini.vt patebit per ſingula.Et ideo anteq̃ ꝓcedam⁹ ad
expoſitionẽ huius libri:eſt videndum de vnaquaq; ꝑdicta-
C rum quatuor cauſarum. ¶ Quantum ad primum eſt dicen-
dum:q nemo Hebręorum nec catholicorum Chriſtianorũ
dubitauit vſq; ad præſentem diem Salomonẽ edidiſſe tres
libros ſapientiales.ſ.Prouerbiorum,& Eccleſiaſtes,& Can
ticorum.Sed multi Hebręorum antiquorũ dubitarunt an
Salomon fuerit illuſtratus a ſpũ ſancto i compoſitione ho-
rum librorum.Qui mouebantur tali ratione.nam Salomõ
fuit deprauatus in ſenectute:& declinauit ad idola:vt patet
iij.Reg.xj.& etiam declinauit ad artes magicas.ergo nunq̃
habuit ſpiritũ ſanctũ:quia non permiſiſſet ipſum in talia ſce
lera incidere.Item hoc idem probant ſingulariter de quoli
bet libro.nam primus liber qui dicitur Prouerbiorũ ſiue pa
rabolę,eſt tot⁹ de doctrina morali:quę poteſt haberi abſq;
ſpiritu ſancto.ſicut habuit Socrates,& Ariſtoteles,& Plato
&c.Item in toto libro Eccleſiaſtes non loquitur niſi de his q̃
ſunt ſub ſole:& non de rebus diuinis:vt patet ibidem.Item
in eodem libro licet aliquando memoretur hoc nomẽ de⁹:
tñ nuſq̃ nominat nomen domini tetragrammaton.i.quatu-
or literarum,quod eſt hoc nomen dominus:ſine quo nomi
ne nihil eſt ſacrum nec ſpirituale nec a ſpiritu ſancto traditũ
in ſacra ſcriptura.Item liber Canticorum minus videtur tra
ditus a ſpiritu ſancto,eo q in eo non ſolum tacetur nomen
domini tetragrammaton:ſed etiam hoc nomen deus:quia
in nulla eius parte reperitur dominus:nec deus. Ex quibus
omnibus concludebant iſti q ſupradicti tres libri Salomõis
nullo modo pertinebant ad ſacram ſcripturam.quia Salo-
mon non ſpiritu ſancto illuſtratus:ſed ex proprio ingenio:
& non de rebus diuinis:ſed de rebus hũanis confecerat hos
tres libros propter rationes iam dictas.Alij autem Iudæorũ
dixerunt:q licet liber primus.ſ.Prouerbiorũ aliquando lo
quatur de rebus diuinis:tamen liber Eccleſiaſtes non loqui
tur niſi de rebus humanis:quæ ſunt ſub ſole:& ideo non me
moratur in eo nomen domini tetragrammaton.Et ſic mul
ti illorũ effecti ſunt hęretici dicentes nihil eſſe ſupra ſolem:
ſed aīas humanã eſſe mortalẽ.Itẽ iſti dixerũt etiam q Salo
mõ non fecit librum Cãticorũ:niſi in commẽdationem filiæ
Pharaon' vxoris ſuę:cuius pulchritudinẽ cõmendat in illo
libro. Et ſic multi iuuenes laſciui & mũdani ſumebãt & vſur
pabant aliq̃ carmina ex eo libro:& applicabãt ea domicel-
lis & amaſijs ſuis.Et ſic abutebant illo libro. ¶ Sed oppoſi D
tum oſtendit Eſdras ſcriptor & reſtaurator ſcripturę legis &
ꝓphetarum qui collocauit ſupradictos tres libros Salomo-
nis in canone ſacrę ſcripturę:& ſic ſynagoga Iudæorum nõ
ſolum ante aduentum:ſed etiam poſt aduentum Chriſti re
cepit hos tres libros in canone in numero.xxij.librorũ iuxta
numerũ literarum Hebraicarũ:licet collocauerit eos inter
hagiographa.vt patet in ꝓlogo galeato beati Hieronymi.
Immo dicit Hieronymus in præfatione quatuor homiliarũ
quas edidit ſup cantica:q facta fuit conſtitutio inter Hebrę
os ſui temporis ne quis Iudęus plebeius & popularis præſu
meret legere iſtum librum Canticorũ Salomonis:nec tria
prima capitula libri Geneſeos:nec primum capitulum ipſi⁹
Ezechielis:nec totã illam partem a.xliij.capitulo vſq; ad
finẽ eiuſdẽ libri:eo q in his quatuor partibus continentur
myſteria & ſecreta profundiſſima & ineffabilia. Ideo ſolis
peritiſſimis magiſtris conceditur huius ſtudium & lectio.Sꝫ
hoc magis confirmat tranſlatio Chaldaica:q̃ in titulis iſtorũ
librorũ appellat Salomonem prophetam:ſpecialiter in hoc
libro,vbi dicit.Incipit liber Cãticorum Salomonis prophe
tæ.Item hoc magis authorizat ſaluator. Ioannis.vj.dicens.
Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura:flumina de ventre ei⁹
fluent aquæ viuę.Quæ quidem ſcriptura reperitur Prouer.
v.vbi ſecundum tranſlationem noſtram dicitur Bibe aquã
de ciſterna tua:& fluenta putei tui.Item hoc idem cõfirmat
tota eccleſia:quæ in concilio Niceno recepit hos tres libros
in canone ſimul cum cæteris libris ſacris.Et ſic Origenes,&
Clemẽns Alexandrinus,& Euſebius Cæſariẽſis in eccleſia-
ſtica hiſtoria,& Auguſtinus primo de doctrina Chriſtiana
enumerant hos tres libros inter cęteros libros ſacrę ſcriptu
rę.Eſt verum:q quidem catholici dixerunt:q licet iſti tres
libri ſint de rebus diuinis,& traditi a ſpiritu ſancto:& perti-
neant ad ſacram ſcripturã:tamen Salomon non habuit hoc
immediate a ſpũ ſctõ:ſed a Dauid patre ſuo:qui tradidit ip
ſi exẽplar & deſcriptionẽ tẽpli quã acceperat a deo & intel-
lexerat omnia opera exemplaris:vt patet primo Paralypo.
xxviij.Et ſic ſecũdum iſtos Salomon locutus eſt in iſtis libris
ea quæ fuerant reuelata Dauid patri ſuo. Quod probant p
ea quę ipſemet Salomõ aſſerit Prouer.iiij.capitulo.vbi ait.
Ego filius fui patris mei tenellus & vnigenitus corã matre
mea.Et docebat me atq; dicebat. Suſcipiat verba mea cor
tuum &c.Et ſic procedit Salomon in illo libro prout didice
rat a patre ſuo Dauid:vt patet intuenti.Et ſic videt q quic-
qd dixit Salomon,dixit ex doctrina patri ſuo reuelata:ꝓut
ipſe videtur ibi profiteri.Itẽ hoc idẽ confirmant:q Salomõ
habuit magiſtros.ſ.Eman,& Ethan,& Calcal,& Dordan:
qui docuerunt eum omnia ſecreta libri pſalmorũ:prout di
dicerãt a patre eius Dauid.Et ſic cõcludunt iſti:q licet oīa
tradita in his tribus libris ſint a ſpiritu ſancto:nõ fuerunt tñ
reuelata immediate ipſi Salomoni:ſed ipſi Dauid patri ei⁹.
¶ Sed cum inſtatur cõtra iſtos:q deus dedit Salomoni cor E
docile & intelligens:intantum q nullus fuit ante nec poſt ſi
milis illi &c.vt patet.iij.Regum.iiij.Ad hoc rñdetur:q ſciẽ-
tia quam poſtulauit & habuit Salomo a deo;: non fuit de
rebus diuinis & ſpiritualibus:ſed tantum de rebus tempora-
libus ad regendum illum populum:vt patet ibidem.Sꝫ con
trariũ dicit ipſemet Salomon.Sap.vij.vbi ait Propter hoc
optaui:& dat⁹ eſt mihi ſenſus:& inuocaui:& venit i me ſpũ
ſapientiæ &c.Item Prouerb.xxx.Verba congregantis filij
vomentis viſio quem locutus eſt vir cũ quo eſt deus:qui deo
ſecum morante confortatus ait &c.vbi manifeſte profitetur
Salomon ſe immediate a deo habuiſſe ſpm prophetię per
infuſionem ſpiritus ſancti:& oſtendit ſe eſſe prophetã & lo
cutum fuiſſe prophetice de diuinis myſterijs.Et ſic patet q̃-
liter licet Salomon ſit auctor inſtrumentalis horum trium
librorum:tamen ſpiritus ſanctus eſt auctor principalis.
¶ Sed nunc reſtat reſpondere ad rationes in principio in F

contrarium adductas. Ad primam ergo dicitur: ꝙ licet Salomō in ſenectute fuerit deprauatus: & declinauerit ad idola ex conſortio ſacerdotum idolorum tamen cum hoc ſtat ꝙ in iuuentute fuerit illuſtratus a ſpiritu ſancto: quo ſpiritu edidit prophetice illos libros de myſterijs diuinis. vt patebit. Immo dicit ambroſius ꝙ Salomon in fine egit pœnitētiam de peccato ſuo. Item dicit Ambroſius ꝙ ex diuina ꝓuidentia permiſſus eſt Salomon cadere: quia aliter reputatus fuiſſet deus aut Meſſias a Iudæis propter ſtupendam eiꝰ ſapientiam & proſperitatem.

G ℂ Immo dicit Auguſtinus: ꝙ deꝰ quandoq; permittit quoſdam peccare propter bonum eorū: ne putent ſe ex proprijs viribus iuſtificari. Ne etiam cum deo in iudicium intrare p̄ſumant: & ex propria iuſtitia ſupbire: ideo permittit deus eos cadere: vt vehementi pœnitentia ad fortiora reſurgant & ſic beatus Ambroſius & Hieronymꝰ & Chriſoſtomus Salomonem frequenter appellant ſanctiſſimum in ſcripturis ſuis. Ad aliud quando dicunt ꝙ Salomon in libro Prouer. non loquitur niſi de rebus moralibus: dicendū ꝙ immo loquitur prophetice de rebus diuinis per parabolas morales: vt infra patebit. Item cum dicitur ꝙ nec I libro Eccleſiaſtes nec etiam in Canticis ponitur nomen domini tetragrammaton: Reſpondetur. ꝙ licet non ſcribatur ibi illud nomen: tamen ponitur ibi deus & ſponſus eccleſię: qui per illud nomen ſignificabatur in lege & prophetis: vt dictū ē pſalmo. viij. quia illud verbum incarnatum & illa perſona Chriſti ē verum nomen dei per illud nomen tetragrammaton ſignificatum. Ad aliud cum dicunt ꝙ Salomon fecit librum Canticorum in commendationem filiæ Pharaonis vxoris ſuæ: manifeſte patet oppoſitum in litera. Nā ſi hæc quæ ibi memorantur dicerentur de aliqua muliere: potius cederent in vituperium & irriſionem q̄ in laudes: puta quando dicitur: naſus tuus ſicut turris. Libani quæ reſpicit contra Damaſcū & venter tuus ſicut aceruus tritici &c. Item iſta ſponſa manifeſte quandoq; dicitur hortus concluſus: & quādoq; dicitur vinea: & quandoq; dicitur paſtoriſſa: & quandoq; grex: quę omnia ſoli eccleſię cōueniunt: vt patebit. & ſint dicta quo ad auctorem huius libri.

H ℂ Quantum autem ad ſecundum de cauſa materiali. ſ. de materia libri Canticorum, eſt aduertendum ſecundū Hiery. in præfatione librorum ſapientalium: ꝙ Salomō tria opa ſcripſit quæ nobis ſunt ſine dubio notanda, ſcilicet librū ꝓuerbiorum: & Eccleſiaſtes: & Canticorum. Et hoc fecit ſecūdum tres ſtatus ſiue ætates hominum. Nam ad comprimenda flagitia & pꝰſſiones hominum quæ maxime regnant in iuuentute fecit librum prouerbiorum: in quo traduntur huiuſmodi præcepta correctiua vitiorum. Sed quia in ſtatu viſili appetitus tendit ad ardua: puta ad ſciennias humanas: aut ad diuitias congregandas: aut ad honores aut dignitates adipiſcendas: & ſic vnuſquiſq; conſtituit ſuū finem in aliquo arduo in quo putat ſe eſſe felicem: intantum ꝙ homines relicto vero fine qui eſt deus conuertunt ſe ad iſta mundana corruptibilia & tranſitoria & deceptoria: Ideo Salomon ad tollendam huiuſmodi ignorantiam & deceptionē fecit librum Eccleſiaſtes: in quo oſtendit qualiter vera felicitas non poteſt conſiſtere in aliquo prædictorum temporalium & mundanorum: cum omnia ſint tranſitoria. Et ideo homo in hac vita non poteſt attingere felicitatem: ſed bene poteſt tenere & reperire viam per quam tenditur ad veram felicitatem quæ datur a deo poſt hanc vitam: quæ quidem via eſt obſeruantia diuinorum præceptorum: in quorū obſeruantia conſiſtit ſpes veræ felicitatis: cum præmiū obſeruantiæ talium præceptorum ſit vita æterna. Et ſic cōcludit in fine illius libelli, dicens. Deum time: & mandata eius ſerua: hoc eſt omnis homo. Cūcta quæ ſunt adducet deus in iudiciū pro omni errato: ſiue bonum ſiue malū ſit. Ex quibꝰ verbis vult concludere Salomon: ꝙ ſi oēs opationes noſtræ debent duci ante tribunal iudicis: & ibi diſcuti & examinari an ſint bonę: an malæ: & ſecundum eas eſt nobis dandū præmium: ergo non poſſumus errare viuendo ſecundum diuina præcepta: poſtq̄ per obſeruantiam eorum promittitur nobis vera beatitudo. Et ideo Salomon fecit ſupradictum librum Eccleſiaſtes ad retrahendos homines ab inordinato appetitu prædictorum: & ad incutiendum eis timorē cōminando futurum iudicium. Sed quia in ſenectute homo iā properat ad interitum & finem poſt quem eſt aptus ad capeſſendam vltimam felicitatem: & ideo oblitus omniū mūdanorum iam non debet cogitare niſi de cęleſtibus: & quo modo iungatur ſuo ſponſo Chriſto: ideo Salomō fecit librū Canticorū in quo dat doctrinā huiuſmodi. Et ſic dicit Hieronymus: ꝙ Salomon fecit librum Prouerbiorum pro iuuenibus: & librum Eccleſiaſtes pro viris: & librum Canticorū pro ſenibus. Alij autem dicunt ꝙ primum librum fecit pro incipientibus: ſecundum pro proficientibus: & tertium autem pro perfectis. Alij autem dicunt: ꝙ in primo tradit nobis ethicā & bonos mores: & in ſecundo Phiſicam: & in tertio theologiam.

ℂ Sed licet intelligentia beati Hierony. & aliorum ſit vera I & catholica & vtilis: tamen adhuc non videtur euacuare & differere totā intelligentiam ſupradictorum librorū. Quia non ſolum traduntur nobis ſupradicta ad vtilitatem & doctrinam ſupradictarum trium ſtatum hominum: ſed etiam prophetice traduntur nobis in eis futura myſteria de Chriſto & eccleſia. Et ſic omnes tres libri ſunt prophetici ſiue ꝓphetales & ſacri. Et ſic intitulantur in tranſlatione Chaldaica. ſ. libri Salomonis prophetæ. vnde licet Salomon in prouerbijs comprimat iuuenes, & in libro Eccleſiaſtes retrahat viros a mundanis: & in Canticis prouocet ſenes ad amorem dei: prout dicit Hieronymus: tn̄ Salomō in oibus dictis ſuis ſemper currit duplici ſenſu dando duplicem doctrinam: eo ꝙ omnibus ſuis libris & dictis locutus eſt parabolice. Nam in libro Prouerbiorum ſumendo parabolam ex doctrina morali tradit nobis futura myſteria de Chriſto qui eſt vera ſapientia: & de eccl'ia quam erat redempturus. Hoc idem facit in libro Eccleſiaſtes ſumendo parabolam ex rebus naturalibꝰ quę ſunt ſub ſole. In libro aūt Canticorū ſumendo parabolā ex toto diſcurſu veteris teſtamenti p̄dicit totum diſcurſum eccleſię Chriſti ab incarnatione vſq; ad proſperitatē eius: ꝓut patebit. Ex quibꝰ patet: ꝙ Salomō in hoc libro per ſcripturā parabolicam veteris teſtamenti intendit deſcribere amorem & charitatē cū oibus effectibus eius quos Chriſtus oſtendit erga ſponſam ſuam poſt oia opera noſtræ redemptionis & econuerſo. Ex quibus etiam patet ꝙ i oibꝰ libris & dictis Salomonis ſemper eſt conſiderandus duplex ſenſus vtilis & ſcientificus. ſ. ſenſus parabolicus moralis, aut naturalis aut hiſtoricus, ex quibus ſumit parabolas: & ſenſꝰ K theologicus & propheticus: quem importare intendit per illas parabolas. ℂ Eſt autem iterum ad maiorem euidentiā aduertendum: ꝙ Salomon in ſuis operibus proceſſit more ſatyrico. Et ideo liber prouerbiorum non habet materiam determinatam. nec dicitur proprie vnus liber determinans quia Salomon non ordinauit eū eo mō quo iacet. Quia ille liber non eſt niſi quædam recollectiones congregatæ ex dictis Salomonis: prout reperiebantur diſperſę & ſcriptę in diuerſis locis & membranis: prout auditores qui veniebāt ex diuerſis partibus ſcribebant eius dicta ſapientiſſima & reponebant ea in ſuis bibliothecis. Sed poſtea reges Hieruſalē ſucceſſores eius recollegerūt omnia illa dicta in vnum volumen. Et ideo in libro Prouerbiorum reperiuntur quatuor recollectiones factę ex dictis Salomonis: quarū ſcda incipit a x. capitulo: cuius titulus eſt. Hę parabole Salomonis. Tertia incipit a xv. capitulo: cuiꝰ titulus eſt: Hę quoq; parabole Salomonis quas tranſtulerunt viri Ezechiæ regis Iuda. Quarta aūt recollectio incipit a xxx capitulo: cuius titulus.

Verba ꝯgregātis filij vomētis &c. quā recollectionē addidit
Ioſias:aut ipſe Eſdras:qui oēs quatuor recollectiones collo
cauit ī vno volumine:qui dicitur liber Prouerbioꝝ. In quo
quidem libro non præciſe traditur doctrina moralis:ſed per
doctrinam moralem parabolice Salomō ꝑdicit futura my-
ſteria de Christo & eccleſia. Quod maxime manifeſtatur in
viij.&.i ix.capitulo:vbi dicit ſe loqui de rebus magnis & al-
tiſſimis.ſ.de myſterio incarnationis & eccleſiæ fundationis:
quæ facta eſt per diuinam ſapientiam incarnatam qui eſt
Christus:vt patet ibidem. Itē i.xxx.capitulo manifeſte prę
dicit myſterium incarnationis & reſurrectionis & aſceoſio-
nis per illa tria aut quatuor difficilia. Et in.xxxj.capitulo ꝑ-
dicit totum diſcurſum eccleſię & ſollicitudinem eius circa fi
deles filios ſuos:& hoc per parabolam ſapientis & diligen
tis mulieris. Et ſic patet qualiter Salomon ſemper eſt ſatyri
cus:& ſemper loquitur parabolice & metaphorice in verbis
ſuis. Et ſic ſemper eſt attendendus duplex ſenſus in eo. Iteꝫ
Salomon non ſolum edidit ea quæ ſcripta ſunt & collecta i
hoc libro:nec omnia dicta ſapientialia Salomonis fuerunt
congregata in eo. nam tempore apoſtolorum ſurrexit qui-
dam ſapientiſſimus Iudæꝰ Athenis nutritꝰ & in lingua Gre
ca & Chaldaica peritiſſimꝰ vocatꝰ Philo:q multa dicta alia
Salomonis repperit per diuerſa loca diſperſa & in ligua gre
ca ſcripta:prout diuerſi ſapientes audierant a Salomone &
ī ſuis bibliothecis repoſuerāt.q̄ qdē dicta ipſe Philo ſub vno
volumine omnia redegit & congregauit: & redolenti elo-
quentia græca conſcripſit:quem librum ſapientiam Salo-
monis appellauit:quem librum beatus Hieronymus lati-
num fecit:& concilium Nicenum inter libros ſacros annota
uit. in cuius ſecundo capitulo non ſolum prophetice:ſed q̄ſi
hiſtorice ꝑdicitur & narratur paſſio Christi.& in tertio ꝑdi-
citur victoria martyrū.& in.v.&.vj.totꝰ ordo finalis iudicij.
Et in.vij.& viij.&.ix.loquitur de dono ſapientię & prophe
tię:quod ex oratione & petitione Salomō adeptꝰ eſt. Et i.x.
ca.cōfitet̄ q̄liter deꝰ elegit ipꝫ in regē:vt regeret illū ppl'ꝫ &
ędificaret ſibi templum. Et exinde vſq; ad finem libri nar-
rando diſcurſum illius populi prædicit totum diſcurſum ec-
cleſię Christi:vt patet contemplari volēti. Ex quibus patet:
ꝙ totus ille liber eſt de doctrina prophetica ipſius Salomo-
nis,de Christo & eccleſia. Et ſic poteſt dici quinta recolle-
ctio & additio ad librū prouerbiorum:& ideo ponitur inter
ſapientiales. Secundus autem liber Salomonis appellatur
L Eccleſiaſtes. ¶ Ad cuius intellectum eſt notanduꝫ ꝙ Salo-
mon tribꝰ noibꝰ appellat̄. Prio appellat̄ Salomō:qd nomen
impoſuit ipſi pater eius Dauid in eius natiuitate & circunci
ſione:quod interpretatur pacificus. & hoc ex diuina inſpi-
ratione fecit Dauid inquantum præuidit in ſpiritu qualiter
iſte debebat regere populum & regnare in magna pace &
quiete & proſperitate:& inquantum erat figura veri Salo-
monis.ſ.Christi. Et ſic Dauid tradidit ipſum nutriendum &
educandum ipſi prophetę Nathan. Sed Nathan præuidēs
in ſpiritu futuram proſperitateꝫ regni eius:& quomodo deꝰ
debebat eſſe ipſi fauorabilis in cunctis & propitius:ideo ap
pellauit ipſum Idida.i.dilectum ſiue amabilem deo:vt pa-
tj.Reg.xij. Item poſtea ipſemet Salomon appellauit ſeipſū
Eccleſiaſtes.i.cōcionatorem ſiue congregatorem:eo ꝙ i ſe
cōgregauit ſcientiam omnium patriarcharum & propheta
rum & olim magiſtrorum ſuorum & omnium orientaliuꝫ &
Aegyptioꝝ:& per conſequens oēs ſcientias diuinas & hūa-
nas.vn̄ dr̄.iij Reg.iiij.ꝙ ꝑcedebat ſapiētia Salomōis ſapiē
tiā oim orientaliū & Aegyptioꝝ & erat ſapiētior cūctis ho
minibꝰ:& ſapientior Ethan,Ezraite,& Eman,& Calcal,&
Dorda,& erat noiatus vniuerſis gētibꝰ p circuitū. Locutus ē
quoq; Salomon tria milia parabolaꝝ & quinq; milia car-
minum. Et diſputauit ſup lignis a cedro q̄ eſt in libano vſq;
ad hiſſopum:q̄ egreditur de pariete. Et diſſeruit de iumētis
& volucribus & piſcibus:& veniebant de cunctis populis ad
audiendū ſapientiā Salomonis &c. Et ideo quia in ſe cōgre
gauerat oēs ſcientias:hinc eſt ꝙ ſe Eccleſiaſtes.i.congrega-
torem appellauit. Ideo Prouerb.xxx.de ſeipſo dicit. Verba
congregantis filij vomētis &c. Quaſi dicat.ꝙ prius congre-
gauit ab alijs ſiue a ſpū ſctō ſententias quas intēdit dicere:
& poſtea euomuit & manifeſtauit & eructauit eas.quia oia
illa congregauerat ex dictis patriarcharū:& maxime ex li-
bro pſalmorum Dauid patris ſui. Item per eundem moduꝫ
in libro Eccleſiaſtes dicit in principio. Verba eccleſiaſtes fi
lij Dauid regis Iſrael. Vanitas vanitatum dicit Eccleſiaſtes
&c. Item in fine illius libri dicit. Cūq; eſſet ſapientiſſimꝰ Ec
cleſiaſtes,docuit populum & enarrauit quę fecerat:& inue-
ſtigans copoſuit parabolas multas:quæſiuit verba vtilia:&
ſcripſit ſermones rectiſſimos & veritate plenos. Verba ſapiē
tum ſicut ſtimuli:& quaſi claui in altum cōfixi:quæ per ma
giſtrorum conſilium data ſunt a paſtore vno. Ex quibus oī-
bus patet:ꝙ Salomon non ſolum ſe nominat Eccleſiaſtes
.i.cōcionatorem:eo ꝙ docebat populū in libello illo:ſed ēt
ſe nominat Eccleſiaſtes.i.congregatorem inquantum in il-
lo libro & cæteris congregauit dicta ſapiētum.ſ.patriarcha
rum & prophetarū:maxime Dauid patris ſui.quam doctri-
nam habuerunt ab vno ſolo deo paſtore & rectore omniuꝫ
per reuelationem & inſpirationem. Ex quorū dictis compo
ſuit illū libellū:in quo refutat omnes falſas opiniones hoim
mundanoꝝ de humana felicitate:oſtendendo ꝙ non conſi
ſtit in poſſeſſiōe hūanaꝝ ſcientiaꝝ nec diuitiarū nec hono
rum nec dignitatū:ſed in obſeruātia diuinoruꝫ præceptoꝝ.
¶ Ex ſupradictis ſequit̄:ꝙ ille liber Eccleſiaſtes non eſt ꝑ- M
ciſe de rebus hūanis ſed etiā diuinis:nec hęc doctrina eſt hu
mana ſed diuina & diuinitꝰ inſpirata:īquātū dicit ſe iſta cō-
gregaſſe ex dictis ſapientū,q̄ data ſunt a paſtore vno:& in-
quantū oia q̄ dicunt̄ in hoc libro referūtur ad deū:& inquā
tum relictis oibus mūdanis exhortatur & cōſulit ad diuina
ꝑcepta obſeruanda. Scdo ſequit̄ etiā eē falſaꝫ opinionē quo
rūdam Iudæoꝝ,& multoꝝ prauoꝝ diuituꝫ Christianoꝝ:q
putant Salomonē non curaſſe niſi de his quę ſunt ſub ſole:
& putaſſe aiam hūanam eſſe mortalē:& nullā eſſe futuram
vitā ꝑter præſentem. Sed hoc accidit eis ex cęcitate & ſuper
bia & obſtinatione:quia vnuſquiſq; qualis eſt talia dicit &
operat̄:& talis finis videt̄ ei.primo Ethi. Nam Salom ī hoc
libello manifeſte oſtendit aiaꝫ hūanā eē immortalē & ppe
tuā.cum ait in vltimo capitulo. Memēto creatoris tui in die
bus iuuentutis tuę:anteq̄ veniat tempꝰ afflictionis tuę &c. &
anteq̄ reuertatur puluis in terrā ſuā:vnde erat:& ſpiritus re
deat ad deum qui dedit illum &c. Et ſic concludit dicens.
Deum time & mandata eius ſerua:hoc eſt omnis homo:cū
cta quæ fiunt adducet deus in iudiciuꝫ. Ex quibus patet:ꝙ
Salomon confitetur animam humanam eſſe immortalem
& perpetuā & a deo creatam:& quomodo poſt mortem de-
bebat apparere ante deum qui creauit eam:& quomodo
eſt iudicanda,& præmianda,aut punienda ſecundum ope-
ra quę geſſit. Quod quidem iudicium Christus deꝰ & hō eſt
facturus. Et ſic patet qualiter ille eccleſiaſtes eſt propheticꝰ
de Christo & tota eccleſia vtriuſq; teſtamenti.& ſic pertinet
ad ſacram ſcripturam:quia finis eius eſt dirigere homineꝫ i
deum iuſtum iudicem. ¶ Tertius auteꝫ liber qui dicitur Cā N
tica canticorum:quem prę manibus habemus:excedit oēs
alios libros:& obtinet principatum inter omnia opera Sa-
lomonis:eo ꝙ altiori & ampliori & ſubtiliori modo ꝓphe-
tię ꝑdicit omnia myſteria noſtrę redemptionis,& totuꝫ diſ-
curſum eccleſię. Et ſic eſt conſideranda duplex materia in
hoc libello. Prio materia prouerbialis & parabolica:ex qua
Salomon accepit parabolam:& in qua præuidit in ſpiritu
myſteria futura de Christo & eccleſia. Et iſta eſt tota ſcriptu
ra veteris teſtamenti:& totus diſcurſus ab Adam vſq; ad fū-
dationem primi templi,& vſq; ad proſperitatem ſui regni.
Secunda materia principaliter intenta,eſt totum myſteriū

noſtrę redemptionis & totus diſcurſus eccleſiæ ab incarna-
tione Chriſti vſqꝫ ad proſperitatem eccleſiæ factam per cō-
uerſionem magni Conſtantini:vt per ſingula patebit.Et ſic
patet qualiter Salomon literaliter loquitur in hoc libro de
Chriſto & eccleſia:licet per vocabula metaphorica prout iſ-
O ſta patebit. ¶ Quantum ad tertium capitulum huius prolo
gi in quo quæritur de cauſa formali huius libri:eſt primo no
randuꝫ ꝙ duplex annotatur forma in hoc libro.ſ.forma tra-
dendi ſiue tractandi,& forma tractatus. Forma autem tra-
dendi dicitur metaphorica & decantatiua,inquantum pro-
cedit metrice & decantatiue.ſ.metro ſapphico aut pidarico
& generaliter lyrico.Et ſic totum hoc opus denominatur cā
ticum ſiue cantica. Item quia in toto iſto opere procedit me
taphorice ſeu parabolice:iō dicitur canticum metaphoricuꝫ
ſeu parabolicū. Sed qa ꝓcedit ſub triplici metaphora ſecū-
dum triplicem conditionem perſonaruꝫ quas introducit ad
loquendum:ideo iſtud opus ſiue carmen triplici nomine de
nominatur & appellatur:ſecundū ꝙ ſub triplici metapho-
ra introducit Chriſtum & eccleſiam:quæ ſunt perſonæ prin
cipales ad loquendum introductæ.Nam inquantum intro-
ducit Chriſtum & eccleſiam ſub parabola & methaphora
ſponſi & ſponſę:tunc dicitur carmen ſiue canticuꝫ epithala-
micum:& totum opus dicitur epithalamium.i.canticum nu-
ptiale,inquantum deſcribitur amor Chriſti ad ſponſam ſuā
quam ſibi per fidem deſponſauit hic per gratiam & in futu
ro per gloriam:in quo cantico nuptiali explicantur omnes
effectus amoris quos Chriſtus oſtendit erga eccleſiam ſpon-
ſam ſuam in opere noſtræ redemptionis & glorificationis:
prout patebit per ſingula cantica.Sed inquantuꝫ quandoqꝫ
introducit Chriſtum & eccleſiam ſub metaphora paſtoris &
gregis:tunc dicitur carmen bucolicum.i.paſtorale. Et totuꝫ
opus dicitur quædam bucolica,& quædam ægloga ad mo-
dum Bucolicorum Theocriti & Virgilij. Sed inquantuꝫ in-
troducit Chriſtum & eccleſiam ad loquēdum ſub metapho
ra agricolę & vineę aut horti aut agri tunc poteſt dici quæ-
dam methaphorica Georgica.Et ſic patet qualiter triplici
modo metaphorico procedit Salomon in hoc opere ſcilicet
mō Epithalamico & Bucolico & Georgico.Et ſic iſtud opus
partim dicitur Epithalamiuꝫ:& partim Bucolica:& partim
quædam Georgica,ſecundum diuerſitatem conditionum
perſonarum introductarum ad loquendum:ſiue perſonarū
de quibus fit ſermo. Et hoc pertinet ad formam libri eo ꝙ
P denominatio fit a forma. ¶ Secundo modo conſideratur i
hoc libro forma tractatus:inquantum totum habet rationē
formæ reſpectu partium:& prout componitur ex ſuis parti-
bus,aut diuiditur in eas. Et ſic totum opus iſtud dupliciter
poteſt diuidi.Vno modo per decē cantica particularia.Alio
modo per dramata.Vnde drama dramatos grece idem eſt
quod interrogatio ſiue petitio latine.Sed quia iſtud opꝰ ꝓ-
cedit quandoqꝫ per moduꝫ petitionis & interrogationis:vt
ibi,Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum &c.aut ibi.Qua
lis eſt dilectus tuus:aut quo abijt dilectus tuus &c. Ideo dici
tur canticum dramaticum.i.dialogicum & interrogatiuum
Et ideo quot ſunt interrogationes:tot dicuntur eſſe drama
ta.Et ſic origenes & Hieronymus diuidebant totum iſtud
opus per dramata.Sed ſatius mihi videtur:vt diuidatur per
cantica:prout in procedendo patebit.
Q ¶ Quantum ad quartum capitulum,de fine huius libri,eſt
aduertendum ꝙ Salomon duplicem finem aſſignat & no-
tat in hoc libro.ſ.vnum propheticum, & alterum anagogi-
cum.Primus finis & immediatus erat vt eccleſia pro illo ſta
tu.ſcilicet populus Iſrael reciperet Chriſtuꝫ in ſpōſum & ve-
rum Meſſiā & redemptorem in ſuo primo aduentu quando
veniret & appareret in carne.Quod notatur capitulo.iij in
quarto cantico,cum dicitur.Egredimini filię Sion:& videte
regem Salomonem in diademate quo coronauit eum ma-
ter ſua in die deſponſatiōis illius &c.quaſi dicat:O Iſraeli-
tę & Iudęi cum videritis Chriſtum deum incarnatum venie
tem in carnem:& prædicantem vobis:egredimini a iugo le
gis & relinquite cerimonias & oia legalia:& recipite Chri-
ſtum in regem & Meſſiam & redemptorem:& recipite do-
ctrinā & legē eius euangelicam.Secundus vero finis qui vl
timatus & anagogicus,eſt vt vnaquæqꝫ anima fidelis poſtq̄
eſt iam per Chriſtum redempta, relinquat iſta mundana
tranſitoria:& iungatur ſponſo ſuo Chriſto per charitatem:
& anhelet ad ſuperiorem patriam:& cupiat diſſolui & eſſe
cum Chriſto:& tandem vt tota eccleſia in fine mundi intro
ducatur ad nuptias cæleſtis glorię & patrię cum ſponſo ſuo
Chriſto.Quod notatur in fine totius libri:cum ſponſus vo-
cat ſponſam,dicens. Quæ habitas in hortis fac me audire
vocem tuam.Et ipſa reſpondens dicit.Fuge dilecte mi.eſto
ſimilis crapreę hinnuloqꝫ ceruorum ſuper montes aroma-
tum.quaſi dicat.Fugiamus ab hoc miſero mūdo:& duc me
tecum in patriam cæleſtem.Et ſecundum iſtum finem mo-
ralem & anagogicum omnes ſacri doctores antiqui expo-
ſuerunt iſtum librum.vnde ſicut toti erant ſancti & feruen-
tes charitate,non curabant de ſēſu prophetico huius libri.
nam præſuppoſita fide poſtq̄ iam eramus redempti:non la
borabant niſi deducere animas ad amorem ſui ſpōſi & crea
toris & redemptoris.Et ſic Origenes & beatus Hieronymꝰ
& Auguſtinus & Gregorius & beatus Bernardus & venera
bilis Beda magis attenderunt in hoc libro ad ſenſum mora
lem & anagogicum q̄ ad propheticum & literalem:intan-
tum ꝙ vix apud modernos intelligitur & habetur ſenſus ꝓ
pheticus huius libri propter cauſas iam dictas.
¶ Et ideo qa nō ſolū charitas ſed etiam fides incipit frige-
ſcere in mundo:& ſtudium ſacræ ſcripturæ & eius fidelis in-
telligentia multum minui:hinc eſt ꝙ poſtq̄ deo fauente ex
poſui librum pſalmorum Dauid iuxta ſenſum litera-
lem & propheticum:ideo in præſenti conabor cum dei ad-
iutorio & auxilio ſecundum gratiam mihi deſuper datam
detegere & reſerare intellectum & ſenſum propheticuꝫ ſub
metaphoris & parabolis in hoc libello latentem & clauſuꝫ.
Verumtamen valde mihi difficile videtur opus tam arduū
aggredi velle tentare:tum propter difficultatem materiæ:
quia de rebus altiſſimis & ineffabilibus myſterijs.ſ.incarna
tionis & redemptionis:tum propter latitudinem materiæ:
quia de toto diſcurſu eccleſię ab Adam vſqꝫ ad iudicium:
tum propter formam tradendi & tractandi huius libri:quia
procedit modo metaphorico & multiplici.ſ.epithalamico,
& Bucolico & Georgico:tum propter defectum humani au
xilij.naꝫ omnes ſacri doctores antiqui relicto ſenſu prophe
tico & literali,pro maiori parte expoſuerunt iſtum libruꝫ tā
tum quo ad ſenſum moralem & anagogicum. Item qa Ori
genes,qui primus poſt apl'os attentauit exponere iſtum li-
brum,tantuꝫ fecit duas homilias:quas beatus Hieronymus
tranſtulit ex græco in latinuꝫ:in quibus vix abſoluit primū
capitulum huius libri.Item beatus Hieronymus fecit qua-
tuor homilias:quibus vix abſoluit ſecundum capitulum hu-
ius libri.Item beatus Bernardus edidit.lxxx. homilias ſiue
ſermones,in quibus vix attingit & explet tertiū capitulū hu
ius libri.Solus autem venerabilis Beda & beatus Gregoriꝰ
expoſuerūt & expleuerūt totum librum:ſed ſolū ſecundum
ſenſum moralē & anagogicū:ſicut cæteri doctores. Ideo cū
grandi veneratione ſuſcepta & p̄ſuppoſita doctrina ſupra-
dictorum ſacroꝝ doctoꝝ:& cū grandi hūilitate ſemp inuo-
cato diuino auxilio:qd ſibi velit iſte libellus iuxta ſenſum ꝓ
pheticum & literalem experiri conabor.Et iō in nomine Ie
ſu ad eius expoſitionem accedamus.Et primo ad expoſitio
nem tituli:deinde ad expoſitionem tractatus. ¶ Vñ huic li R
bello ſecundum latinos p̄ponitur talis titulus.ſ.Cātica cāti-
corum Salomonis.ſecūdū vero Hebręos:Canticum canti-
corū ipſi Salomoni.Et ſic videtur differētia inter nos & He-
bręos in poſitione & pronunciatione huius tituli:quē p̄po-

fuit Eſdras huic libro.nã nřa tranſlatio ſonat multa cantica
contineri in hoc libro.& litera Hebraica ſonat eẽ tãtũ vnũ
canticum.Sed in hoc nulla eſt difficultas:quia totus iſte li-
ber poteſt dici vnum canticum vniuerſale:& multa particu
laria cantica:prout patebit in diuiſione & proſecutione li-
bri.Sed eſt valde notanda differentia.nam per noſtrã trãſ-
latione denotat ꝙ Salomon fecit iſtum librum. Et per lite-
ram Hebraicam notatur:ꝙ totum iſtud canticuꝫ dirigitur
ipſi Salomoni.Et ſic videtur ꝙ Salomon fecerit hoc canti
cum pro ſeipſo & ſibi ꝓpi.& ſic nulluꝫ eſſet quærendõ myſte
rium nec ſpirituale ſacramentuꝫ nec aliqua prophetia i hoc
libro:quod eſſet erroneũ & hæreticum.Quia tunc iſte liber
non eſſet annũerandꝰ int libros ſacri canonis.quod eſſe con
tra dicta in primo capitulo huius prologi.Et ideo ꝓ huiuſ-
modi errore vitando,& differentia tranſlationum huius ti-
tuli declaranda:eſt primo notandum:ſicut dictum fuit in ꝓ
logo expoſitionis libri pſalmoruꝫ tractatu.iiij.ꝙ omnia no
mina patriarcharum & prophetarum fuerant eis impoſita
prophetice ex diuina prouidentia & inſpiratione prophe-
tica ſecundum officia & proprietates eoruꝫ,inquantum fue
runt figura Chriſti futuri:& inquantũ Chriſtus fuit figuratꝰ
S in eis. ℂ Et ſic dicit Auguſtinꝰ & Leo papa:ꝙ Chriſtꝰ fuit
occiſus in Abel:& liberauit eccleſiam figuraliter in Noe.
Et fuit figuratus pater gentium in Abraham:& immolatus
in Iſaac:& benedictus in Iacob:& liberauit eccleſiã ſiue ge
nus humanum de captiuitate diaboli in Moyſe:& introdu-
xit fideles in terram viuentium in Ioſue.Et paſſus eſt,& re-
ſurrexit in Dauid.Et ædificauit eccleſiam in Salomõe &c.
Et ſic Chriſtus fuit verus Abel,& verus Noe,& verus Da-
uid,& verus Salomon.Et quia illi non fuerũt niſi figura &
pictura Chriſti:ideo Chriſtus Matth.xij.Iudæis quærentibꝰ
ſignum de cælo,& in qua poteſtate faciebat miracula:re-
ſpondit,dicens.Generatio praua & adultera ſignum quæ-
rit:& ſignum non dabitur ei:niſi ſignum Ionę prophetę.qa
ſicut Ionas fuerit in ventre ceti tribus diebus & tribus nocti-
bus:ita erit filius hominis in vẽtre terrę.Et ſubdit. Ecce plꝰ
ꝙ Ionas hic.Item regina Auſtri venit audire ſapientiam Sa
lomonis a finibus terræ:& ecce plus ꝙ Salomon hic.quaſi
dicat.ꝙ ille fuit Ionas in figura:ſed Chriſtus fuit plus ꝙ Io-
nas & verꝰ Ionas:quia tertia die reſurrexit de ſepulcro.Itẽ
Chriſtus fuit verus & plus ꝙ Salomon:quia ille accepit ſciẽ
tiam ad menſuram:& ſolum venit regina Auſtri & quidam
finitimi ad audiendam ſapientiam eius.ſed Chriſtus acce-
pit gratiam & ſcientiam ſine menſura:& ad eius doctrinaꝫ
& legem euangelicam venerunt omnes gentes a ſolis ortu
& occaſu:& ab Aquilone & Auſtro.Et ideo Chriſtus fuit ve
rus Salomon:ille autem fuit ſolum figura & pictura huius
Et ita pariter eſt dicendum:ꝙ ille Salomon dictus eſt deo
amabilis ſolum figuraliter reſpectu Chriſti:quia ille fuit a-
mabilis deo ſolum in iuuentute:ſed in ſenectute fuit depra-
uatus & deo factus odioſus:ſed Chriſtus fuit ſemper deo pa
tri dilectus,in quo ſibi ſemper complacuit:& cui ſemper fu-
it obediens vſqꝫ ad mortem crucis.Item Salomon fuit figu
raliter tantum dictus Eccleſiaſtes:inquantum congrega-
uit in ſe per ſtudium & doctrinam ſcientias humanas crea-
tas & diuinas.Sed Chriſtus dictus eſt verus & plus ꝙ verus
Eccleſiaſtes:quia ipſe fuit lux vera quę illuminauit Salomo
nem:& locutus eſt per omnes patriarchas & prophetas:
& poſtea locutus eſt nobis in carne:& illuminauit omnem
hominem venientem in hunc munduꝫ.& ſic patet qualiter
Chriſtus eſt verus Salomon,& verus deo dilectus,& verus
Eccleſiaſtes:& qualiter Salomon non fuit ſortitus huiuſmo
di nomina:niſi inquantũ fuit figura Chriſti. Et ſic ergo eſt
dicendũ:ꝙ qa ille Salomõ temporalis & terrenus fuit figu-
ra Chriſti veri Salomonis:ideo compoſuit iſtum librum de
Chriſto Salomone ſpirituali:dirigendo ipſi Salomoni ſpiri
tuali,qui eſt vere deo patri dilectus & verus eccleſiaſtes &
verus congregator omniũ diſſipatoruꝫ:& verus congregator
omnium virtutum & veritatum.Eſt ergo ſenſus huius tituli:
ꝙ Salomon terrenus & figuratiuus fecit hunc librum dire-
ctum vero Salomoni ſpirituali qui eſt Chriſtus deus & hõ
ſponſus eccleſię. ℂ Sed nunc reſtat quærẽdũ.quare dr̃ Can- T
tica canticorum.i.quare additur ly canticorum? Ad hoc bre
uiter reſpondetur:ꝙ licet genitiuus pluralis additus ſupra
nominatiuum ſeu quẽcunqꝫ obliquorum communiter deno
tet aliquam excellentiam ſeu exceſſum ſuper omnes eiuſdẽ
generis:vt propheta ꝓphetaruꝫ philoſophus philoſopho-
rum:licet etiam iſtud canticum Salomonis excedat omnia
cantica Moyſi & aliorum prophetarum in ſublimitate & ꝓ
funditate ꝓphetię:tñ non excedit cantica Dauid:cũ ꝓba-
tum ſit in prologo libri pſalmoꝝ,Dauid fuiſſe eximium oĩꝫ
ꝓphetarũ ro profunditate prophetię de Chriſto & eccleſia.
Et ideo ille genitiuus pluralis non denotat excellentiam al
titudinis prophetię in Salomone:ſed dicit excellentiam in
cõphenſione multitudinis ſententiæ ſub breuitate ſermõis:
eo ꝙ Salomon cõphendit in iſtis paruis decẽ cãticis ſenten
tialiter totũ diſcurſum legis ab Abraham & Moyſe vſqꝫ ad
Chriſtum:& exinde vſqꝫ ad magnum Conſtantinũ.Et etiã
inquantũ in his decẽ cãticis cõphẽdit ſupficialiter oĩa cãti
ca Dauid patris ſui,& omnia cantica Moyſi & aliorum.Et
ſic dicit canticum canticorum.i.continens omnia alia canti-
ca.quia licet Dauid in.cl.pſalmis cõprehenderit totam le-
gem & prophetas & totũ nouũ teſtamentuꝫ:tñ Salomõ in
breuiori ſermone fuit abbreuiator ſentẽtię principalis ipoꝝ
pſalmorũ Dauid. Et ſic hoc opus dicit canticuꝫ quaſi abbre
uiatorium pſalmoꝝ & cãticoꝝ Dauid.Vñ ſicut hypocrates
complexus eſt totuꝫ corpus medicinæ in breuibus canticis
qui dicunt Aphoriſmi:& etiam Auicenna poſtea voluit ab-
breuiare magis cantica Hippocratis ſub paucioribus & bre
uioribus canticis: Ita pariter Salomon ſub decem canticis
voluit cõprẽhẽdere & abbreuiare omnes pſalmos Dauid:
immo totũ diſcurſum legis & prophetarum. Iteꝫ hęc eſt cã
quare Eſdras intitulauit iſtum librum cantica canticorum.
ℂ Sed poſtea venit virgo Maria·quæ fuit prima prophe- V
tiſſa & tympaniſtria & prima euangeliſta noui teſtamen-
ti.quę compoſuit illud breuiſſimum canticum.ſcꝫ.Magni-
ficat aĩa mea dñm.in quo ſub decem verſibus cõplexa eſt to
tam legẽ & ꝓphetas,totum nouũ teſtamentũ.in quo ſimul
fuit prophetiſſa & euãgeliſta.vt patet Et ideo illud canticũ
virginis meretur dici canticũ canticoꝝ,& pſalterium deceꝫ
chordarum:qa ſuperat omnia cantica,& omnes pſalmos:&
ideo continue cantat ipm eccleſia in officio veſperaruꝫ:ꝓut
declaratõ eſt in expoſitione illius cãtici virginis Mariæ. Ex
ſupradictis patet qualiter iſte liber dicitur cantica Cãticorũ;
& quomodo Salomon terrenus fecit ipſuꝫ de Solomone ſpi
rituali ſponſo eccleſię. ℂ Declarato igitur titulo,deuenien- X
dum eſt ad tractatum:& primo ad eius diuiſionem:ſecundo
ad eius expoſitionem.Quem quidem tractatum quidã an-
tiquorum diuiſerunt in octo capĩa. Alij autem.ſ. Origenes
& Hieronymus diuiſerunt ipſum per dramata. Et ſic quot
ſunt petitiones & interrogationes,in tot partitiones diuiſe
runt eũ in ſuis expoſitionibꝰ.Sed ſatius & commodius mihi
videt:vt diuidamus ipm per cantica & p conſequens p my
ſteria:ea ꝙ in quolibet cãtico cãtat & explicatur aliqđ diſti
ctũ myſteriũ euãgelicuꝫ.Et ſic quot ſunt cãtica in hoc libro,
tot erũt principales partes eius in exponẽdo.Sed quia dictũ
eſt,ꝙ materia principalis intenta in hoc libro ſunt myſteria
euangelica,& totus diſcurſus eccleſię Chriſti ab incarnatio-
ne vſqꝫ ad iudiciũ:& maxĩe vſqꝫ ad proſperitatem eccl̃ię da
tã tpe Cõſtãtini vſqꝫ ad Iuſtinianũ,ꝓut Salomõ pręuidit in
ſpũ contẽplando totũ diſcurſũ veteris teſtamenti vſqꝫ ad ſuũ
tempus:Ideo eſt aduertendũ:ꝙ decem principalia myſte-
ria cõſiderauit & cõtẽplatus eſt Salomõ in veteri teſtamẽto
in quibꝰ ꝑuidit in ſpiritu tanꝙ in ſpeculo decẽ myſteria futu-

Y ta in nouo teſtamento. de quibus fecit decē cantica in hoc
libro. ¶ Et ideo anteꝗ̃ accedatur ad expoſitionem &
diuiſionem huius libri ſunt præſupponenda & prænotan-
da illa ſeptem principia, quæ ego poſui in expoſitione libri
pſalmorum tractatu. iij. cum illis decem regulis ſiue clauib⁹
ad aperienda myſteria noui teſtamenti, quæ latebant ſub
figuris & geſtis & promiſſionibus, & generaliter ſub litera
veteris teſta. Quorum principiorum primum eſt iſtud. ſ. ꝙ
tota ſacra ſcriptura vtriuſq; teſtamenti eſt ab ipſo deo tradi
ta & reuelata. puta in primo teſtamento per patriarchas &
prophetas: & in ſecundo teſtamēto per verbum incarnatū.
Ex quo patet: ꝙ ſacra ſcriptura non poteſt mentiri nec ipſi
aliquid falſum ſubeſſe. Secundum principium: ꝙ in diuinis
eſt trinitas perſonarum cum vnitate & ſimplicitate ſubſtan
tię. ſ. ꝙ licet pater & filius & ſpiritusſanctus ſint tres perſo-
nę relatiue, tamen ſunt vnus deus & vna ſubſtantia. Ter-
tium. ꝙ verbum diuinum filius patris aſſumpſit veram car-
nem animatam ex virgine Maria in voltate ſuppoſiti. ita-
q; Chriſtus eſt verus deus & verus homo. Quartum ꝙ Chri
ſtus in illa humanitate aſſumpta pro noſtra redēptione fuit
vere paſſus & mortuus & reſurrexit &c. Ex cuius paſſionis
virtute habent virtutem & efficaciam omnia eccleſiaſtica
ſacramenta: & a quo tanꝗ̃ a capite deſcendunt & deriuant
omnia genera gratiarum & donorum ſpũalium in totaꝫ ec-
cleſiam. Quintum principium. ꝙ non ſolum Chriſtus eſt ca
put & ſponſus eccleſię, ſed etiam eſt finis & terminus & ve
ritas totius legis veteris & propheta℞. Et ꝑ cōſequens tota
ſcriptura legis & prophetarum nil aliud fuit niſi via in Chri
ſtum, & ſignum & figura & vmbra. Itaq; nihil fuit dictū nec
geſtum in veteri teſtamento gratia ſui: ſed in figuram & ꝓ-
phetiam Chriſti, qui erat finis legis & prophetarum. quæ
omnia fuerunt completa & verificata per Chriſtum prout
ibi fuit oſtenſum. Sextum principium. ꝙ Chriſtus non ſolus
fuit & eſt caput & ſponſus eccleſiæ & finis & terminus legis
& prophetarum: in quo finiuit curſum lex & prophetę: ſed
etiam Chriſtus eſt mediator dei & hominū. Nam ſicut de⁹
pater per filium verbum ſuum omnia creauit: ita per eundē
filium ſuum incarnatum genus humanuꝫ recreauit & repa
rauit. Et ſic Chriſtus eſt medius propitiator & aduocatus &
procurator & fideiuſſor & interpres & iudex inter nos & pa
trē: & medius diſpenſator omnium bonorum. vt ibi fuit pro
batum. Septimum principium eſt. ꝙ ſicut Chriſtus eſt me-
trum & principium & menſura & fons omnium bonorū ef-
fectiue: ita diabolus eſt principium & cauſa omnium malo-
rum & peccatorum perſuaſiue. Item non ſolū prænotanda
ſunt ſupradicta ſeptem principia: ſed etiam illę decem regu
læ & claues quæ fuerunt aſſignatę in eodeꝫ tractatu ad ape
Z riendas ſcripturas ſacras & ænigmata earū. ¶ Quarum pri
ma eſt de eſſentia & perſona. Secūda de Chriſto deo & ho-
mine. Tertia de Chriſto capite & eccleſia ſpōſa ſua ſiue cor
pore myſtico. Quarta de natura & gratia. Quinta de ſpiri-
tu & litera. Sexta de ſenſu verborum in quo fiūt, & non qñ-
q; quem faciunt. Septima de ſæculis & ætatibus diuinæ le-
gis & vnius eccleſiæ ab Adam vſq; ad iudicium. Octaua re-
gula de diabolo & eius corpore. Nona de ſpecie & genere
ſiue de toto & parte tam in numeris ꝗ̃ in locis & nationib⁹.
Decima regula de figuris & tropis grammaticalibus. prout
ibi ad longum fuit explicatum. Quæ quidem ſeptem prin-
cipia & decem regulæ maxime ſunt neceſſariæ ad aperien
da myſteria ſacra quæ ſub metaphoris & ænigmatibus la-
tent in hoc libro: in quo Salomon ſub metaphora ſponſi &
ſponſæ & paſtoris & regis & agricultoris & horti & vineę ꝑ
dicit omnia myſteria Chriſti & eccleſiæ: & noſtræ redem-
ptionis: ſumendo parabalas ex geſtis & promiſſionibus &
vaticinijs ſcripturę veteris teſtamenti: ſicut fecit Dauid in
libro pſalmorum.

¶ Quia Salomon conſiderando & contemplando myſte- A
ria ſacræ ſcripturę veteris teſtamenti ibi tanꝗ̃ in ſpeculo prę
uidit in ſpiritu prophetico futura decem myſteria Chriſti &
eccleſię & totius noſtrę redemptionis. Nam primo contem
platus eſt omnes promiſſiones de Chriſto futuro redempto
re factas patriarchis & prophetis veteris teſtamenti, & ſpe-
cialiter deſiderium filiorum Iſrael exiſtentium in Aegypto
petentiuꝫ liberari de illa captiuitate. In quibus præuidit in
ſpiritu totum deſiderium patriarcharum & prophetarum,
& omnium fidelium tam viuorum ꝗ̃ mortuorum exiſten-
tium in limbo inferni, expectantium Chriſtum vt veniret
ad redimendum genus humanum de captiuitate peccati &
de limbo. Secundo contemplatus eſt Salomon totam fabri
cam arcæ & tabernaculi: quod deus præcepit fabricari ipſi
Moyſi. per quam fabricam Salomon præuidit in ſpiritu to
tum myſterium incarnationis. Tertio contemplabatur
Salomon qualiter deus intrauit in arcam & loquebatur &
docebat Moyſen de tabernaculo. Per quod myſterium prę
uidit prædicationem Chriſti in humanitate & dationē le-
gis euangelicæ. Quarto contemplatus eſt peregrinationeꝫ
ipſius arcæ per deſertuꝫ: a cuius facie mota eſt terra & facta
ſunt multa miracula. Per quod præuidit in ſpiritu totam pe-
grinationem Chriſti per terram promiſſionis, faciendo ſtu-
penda miracula & multo maiora. Quinto conſiderauit a-
ſcenſum Moyſi in montes Abarin & Phaſga: vnde proſpe-
xit totam terram promiſſam: & conſiderauit diuiſiones &
partes eius: prout deus oſtendebat ipſi. vt patet Deutero
xxxiiij. Per quod myſterium præuidit Salomon: qualiter
Chriſt⁹ illuſtrata tota terra promiſſionis debebat aſcende-
re Hieroſolimam ad prædicandum & crucifigendum &c.
Sexto conſiderauit & contemplatus eſt Salomō, qualiter
Moyſes poſt multos labores & vexationes ſibi illatas ab il
lo duro populo mortuus eſt in vertice Phaſga nec amplius
viſuꝫ eſt corpus eius illi populo. Per quod præuidit Salomō
qualiter Chriſtus erat moriturus in monte crucis in Hieru-
ſalem: quem Iudæi cæci nunꝗ̃ amplius erant viſuri. Septi-
mo conſiderauit Salomon qualiter Ioſue fuit ſubſtitut⁹ dux
per Moyſen: & introduxit illum populum in terram pro-
miſſionis. Per quod myſterium præuidit reſurrectionē Chri
ſti: & qualiter Chriſtus poſt reſurrectionem debebat intro-
ducere in terram viuentium omnes fideles veteris teſtamē
ti: quos eduxit de inferno & de captiuitate diaboli. Octauo
conſiderauit Salomon qualiter Ioſue elegit duodecim du-
ces: cum quibus adeptus eſt totam terraꝫ promiſſionis cum
ſignis & portentis. Per quod myſterium præuidit in ſpiritu
qualiter Chriſtus poſt reſurrectionem debebat mittere duo
decim apoſtolos ad prædicandum euangelium omni crea-
turæ: qui totum populum gentilem ſubiecerunt iugo Chri-
ſti: diabolo foras eiecto. Nono conſiderauit totum diſcur-
ſum illius populi vſq; ad tempora Dauid: & omnes afflictio
nes quas paſſus eſt a finitimis tempore Iudicum & omnes
victorias quas de eis obtinuerunt. Et finaliter contempla-
tus eſt victorias ipſius Dauid: & quomodo ſubiecit ſibi non
ſolum totam terram Iſrael: ſed etiam omnes populos infide
lium finitimorum fecit ſibi tributarios. Per quod præuidit
Salomon in ſpiritu decem, & etiam quatuordecim perſecu
tiones imperatorum & tyrannorum contra eccleſiam tem-
pore martyrum: & quomodo eccleſia debebat ſibi ſubijce-
re totum populum gentilem. Decimo contemplabatur Sa
lomon proſperitatem ſui regni & pacem & multitudinem
diuitiarum: & quomodo ex præcepto Dauid ædificauerat
illud templum magnificum: & ampliauerat, & ditauerat il-
lam ciuitatem & regnum &c. Per quod myſterium prę uidit
in ſpiritu qualiter eccleſia Chriſti poſt multas ꝑſecutiones
multo ſanguie martyrū effuſo debebat ꝓſperari: & per totū
orbē libere ampliari & getari poſt cōuerſioneꝫ Cōſtantini.

De ſupradictis ergo decem myſterijs euangelicis quę erant facienda in toto diſcurſu noui teſtamenti: Salomon fecit decem cantica in hoc libro, ſumendo parabolam ex ſupradictis myſterijs veteris teſtamenti. Et ſic in vnoquoq; cantico cantat vnum myſterium euangelicum. Nam in primo cantico cantat totum deſiderium omnium fidelium veteris teſtamenti Chriſtum expectantiũ. In ſecundo cantico cantat myſterium incarnationis Chriſti. In tertio cantat myſterium vocationis apoſtolorum per Chriſtum & electionis eorum. In quarto cantat oſtenſionem Chriſti in carne, & peregrinationem & operationem miraculorum. In quinto cantat eius aſcenſum in Hieruſalem: & exhortationem eius ad Iudæos: & ditationem eccleſiæ in bonis ſpiritualibus. In ſexto cantat Chriſti mortem & paſſionem & myſteriũ noſtræ redemptionis. In ſeptimo cantat qualiter apoſtoli poſt receptionem ſpiritus ſancti prædicauerunt Chriſtum eſſe verum Meſſiam populo iudaico & in Hieruſalem. In octauo cantat miſſionem apoſtolorum ad prædicandũ per vniuerſum orbem. In nono cantat conflictum & pugnam & victoriam martyrũ. In decimo cantat proſperitatem & pacem eccleſię datam per Conſtantinum.

❡ Primũ canticũ incipit ibi. Oſculetur me oſculo oris ſui.
Secundũ ibi. Dum eſſet rex in accubitu ſuo.
Tertiũ ibi. Vox dilecti mei iſte venit ſaliens in montibus.
Quartũ ibi. Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum.
Quintũ ibi. Q̄ pulchra es amica mea.
Sextũ ibi. Surge aquilo, & veni auſter.
Septimum ibi. Adiuro vos filiæ Hieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum.
Octauũ ibi. Quo abijt dilectus tuus.
Nonum ibi. Quid videbis in Sunamite &c.
Decimum ibi. Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto delitijs affluens.

B ❡ Ad maiorem autem euidentiam eorum quæ dicta ſunt & dicenda, eſt aduertendũ: ꝙ ſacra ſcriptura veteris teſtamenti duobus nominibus generaliter nuncupatur. Nam primo dicitur teſtamentum dei inquantum deus promiſit illi populo bona futura: & inquantum illa promiſſio erat confirmanda & complenda per mortem teſtatoris. Vnde teſtamentum dicitur de teſtor teſtaris. quod idem eſt quod cõfirmare & ratificare. Et ſic intantum dicitur teſtamentum inquantum eſt confirmatum per vltimam voluntatem teſtatoris. Sed quia vltima voluntas eſt illa quæ per ſolã mortem teſtatoris terminatur & finitur: ideo nunquã dicitur teſtamentũ ratum vſquequo eſt confirmatum per mortem teſtatoris: quia per totum tempus ante poterat ipſe teſtator mutare voluntatẽ. Et ideo hæres nunq̄ accipit nec poſſidet hæreditatem niſi poſt mortẽ teſtatoris: quia tunc eſt validum teſtamentũ. Ex quibus ſequitur: ꝙ ſcriptura veteris legis non fuit vere teſtamentum: ſed diſpoſitio teſtamenti: nec dicitur teſtamentum niſi inquantũ erat confirmandum per mortem dei teſtatoris. Et per conſequens oportebat vt deus moreretur ad hoc ꝙ teſtamentũ confirmaretur: quia aliter manſiſſet caducum & vanũ. Sed quia deus eſt eſſentialiter imortalis & infallibilis & æternus: quia inæternum permanet idẽ: & anni eius nunq̄ deficient: pſal. cj. ideo oportuit vt deus fieret perſonaliter homo: vt ille homo aſſumptus perſonaliter deus moreretur ad confirmandum teſtamentum dei & vt compleret omnia promiſſa. Et ſic per mortẽ & ſanguinẽ Chriſti fuit confirmatũ totum vetus teſtamentũ. vt patet ad Hebræos. ix. & . x. Et ideo patres & fideles veteris teſtamenti non potuerũt adipiſci repromiſſiones niſi ſimul nobiſcum per mortem Chriſti. ad Hebręos. xj. Et ſic patet qualiter ſcriptura legis & prophetarum intantum dicebatur teſtamentum dei inquantũ erat per mortẽ & ſanguinem Chriſti confirmandum. Et ideo dixit Chriſtus. Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine, id eſt nouiter in meo ſanguine confirmatũ. j. ad Corinth. vndecimo.

❡ Secundo mõ ſcriptura legis & prophetarũ dicebatur pactũ fœdus deſponſale: inquantũ deꝰ elegit ſibi illũ populum in populum peculiarẽ & propriũ: & ille populus accepit deũ in deũ & dominũ & paſtorem ſpiritualẽ: & promiſit obſeruare legem eius. vt patet Exo. xix. & . xx. & . xxiiij. & per totum diſcurſum legis & prophetarum. vnde Exodi. xix. dicit deus. Si audieritis vocem meã & cuſtodieritis pactum meũ: eritis mihi in peculium de cunctis populis. Mea eſt enim omnis terra: & vos eritis mihi in regnum ſacerdotale: & gens ſancta &c. Cui reſpondit populus. Cuncta quæ locutus eſt dominus faciemus. Item hoc idem reſpondit totus populus quãdo Moyſes legit eis volumen legis. vt patet Exo. xxiiij. Ideo tunc Moyſes ad confirmationem illius deſponſationis & promiſſionis immolauit duodecim vitulos: & effudit vnam partem ſanguinis ſuper altare: & alteram partem ſuper populũ, dicens. Hic eſt ſanguis fœderis quod pepigit vobiſcum dominus ſuper cunctis ſermonibus his &c. ad denotandum & ſignificandum ꝙ illud teſtamentum & illud fœdus deſponſale non poterat confirmari niſi per ſanguinem Chriſti ſponſi huius populi. Ex quibus patet ꝙ ſicut illud teſtamentum non poterat confirmari & adimpleri niſi per mortẽ & ſanguinẽ Chriſti teſtatoris: ita illa deſponſalia ſiue deſponſatio facta inter dominũ & populũ non poterat confirmari nec adimpleri & ratificari niſi per præſentiã dei venturi in carnem: eo ꝙ talis deſponſatio facta fuerat per verba de futuro: & per ſponſum in carnẽ familiariter venturũ & cum ſponſa locuturũ & conuerſaturum. C

❡ Ex ſupradictis patet: & prout dictum fuit in prologo expoſitionis libri pſalmorum: ꝙ vna lex & vnum teſtamentum dicitur totus diſcurſus ſacrę ſcripturæ & totius eccleſiæ ab Adam vſq; ad iudicium. Et hoc ſecundum ſubſtantiam, & etiam ratione vnius Chriſti crediti. Sed totus iſte diſcurſus diuiditur principaliter in duo tempora: ſcilicet ante aduentum Chriſti: & poſt aduentum eiuſdem. Tempus enim ante aduentum reſpectu dei dicebatur tempus diſponendi & promittendi: inquantum deus promittebat futuram redemptionem & glorificationem: & reſtaurationẽ toti generi humano: & diſponebat illũ populũ per illa legalia ad recipiendum Chriſtum in ſuo aduentu. Sed reſpectu earum rerũ quæ gerebantur & fiebant: dicebatur tempus figurandi & ſignificandi. quia oĩa illa fiebant & contingebant illis in ſignum & figurã futurorũ. Sed reſpectu patriarcharũ & prophetarum quibus fiebant promiſſiones: dicebatur tempus deſiderandi & expectandi & petendi. quia omnes deſiderabant & expectabant & petebant Chriſtum futurum redemptorem & glorificatorem tanq̄ ſponſum & ſaluatorem. Et ſic patet qualiter tempus ante aduentũ Chriſti fuit tempus promittendi & diſponendi & figurandi & ſignificandi & deſiderandi & petendi & expectandi. Totum autem tempus aduentus Chriſti & totius diſcurſus noui teſtamenti fuit tempus adimplendi promiſſa & confirmandi diſpoſita, & verificandi ſigna legalia & figuras: ſiue ea quę erant figurata & ſignificata. Et reſpectu omnium fidelium fuit & eſt tempus colligendi & recipiendi. Quia per aduentum Chriſti omnes fideles veteris teſtamenti ſimul nobiſcum receperunt promiſſiones: ſcilicet fructus omnium promiſſionum: vt ait apoſtolus ad Hebræos vndecio. Et nos collegimus & meſſuimus meſſes quas patres veteris teſtamenti ſeminarunt. vt ait ſaluator Ioannis quarto. Ex quibus omnibus patet qualiter Chriſtus adimpleuit & verificauit omnia quæ fuerunt in veteri teſtamento diſpoſita & promiſſa & figurata. Et ſic etiã confirmauit teſtamentũ ab initio inſtitutũ: & cõpleuit & cõfirmauit ſponſalia antiqua. Et ideo lex euangelica & totũ nouũ teſtamentũ nil aliud eſt: niſi veritas & confirmatio veteris teſtamenti: in quo tẽpore oĩes fideles receperunt omnia quæ fuerunt promiſſa & deſide- D

rata & petita in veteri teſtamento. Et ſicut totum illud tempus fuit tempus deſiderandi & petendi & ſignificandi: ita iſtud dicitur tempus recipiendi & faciendi. vnde non ſolum Chriſtus verificauit omnia quæ in lege veteri fuerunt promiſſa & figurata: ſed adhuc nos verificamus & implemus omnia illa ſeruando legem euangelicam, & exercendo eccleſiaſtica ſacramenta. quæ nil aliud ſunt: niſi quædam veritates illorum ſignorum legalium. Et ſic faciendo & operando recipimus fructus promiſſionum.

E ¶ Omnia ergo ſuprapicta conſiderans & præuidens in ſpiritu Salomon, fecit iſtum libellum: in quo voluit oſtendere totum ingenium ſuũ. quia ſub breuibus & difficilibus & obſcuris verbis deſcripſit totum diſcurſum vtriuſq; teſtamenti. Et ideo iſte libellus redditur difficilior ad intelligendum: eo q; omnia quæ ſcripta ſunt in vtroq; teſtamento de Chriſto & eccleſia: & omnia quæ Dauid cantauit in .cl. pſalmis, voluit Salomon complecti in hoc libello ſub triplici metaphora: ſcilicet ſub metaphora ſponſi & ſponſæ. & ſub metaphora paſtoris & gregis. & ſub metaphora agricolæ & vineæ ſiue horti. Et ideo iſtud opus ſimul vocatur epithalamicum, & bucolicum: & georgicum. Et propter hoc redditur difficillimum ad intelligendum: ſcilicet ratione ſtyli & ratione breuitatis. nam in x. canticis complectitur totum diſcurſum vtriuſq; teſtamenti ſub ſupradicta triplici metaphora. Vnde in primo cantico cantat totum deſiderium & omnes petitiões patrum veteris teſtamenti: & ſic explicat tempus deſiderandi & petendi & expectandi. Et in nouem canticis ſubſequentibus cantat totum diſcurſum eccleſiæ ab incarnatione Chriſti vſq; ad tempora Conſtantini & Iuſtiniani, & etiam vſq; ad finem mundi: vbi erit generalis glorificatio. In quib⁹ nouem canticis cantantur nouem myſteria de Chriſto & eccleſia, prout patebit. in quibus ſatiſfacit & annuit deſiderio & petitionibus patrum veteris teſtamenti per ſingula. Procedẽdo ergo ad expoſitionem huius libri ſeruabitur iſte ordo. Nã primo ponetur textus cuiuſlibet cantici per verſus diſtinctus Secundo ponet̃ eius expoſitio. Incipit ergo canticũ primũ.

## Canticum primum.

Oſculetur me oſculo oris ſui.
Quia meliora ſunt vbera tua vino.
Fragrantia vnguentis optimis.
Oleum effuſum nomen tuum.
Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te.
Trahe me poſt te.
Curremus in odore vnguentorum tuorum.
Introduxit me rex in cellaria ſua.
Exultabimus & lætabimur in te.
Memores vberum tuorum ſuper vinum.
Recti diligunt te.
Nigra ſum ſed formoſa filię Hieruſalem.
Sicut tabernacula Cedar.
Sicut pelles Salomonis.
Nolite me conſiderare q; fuſca ſum:



Quia decolorauit me ſol.
Filii matris meæ pugnauerunt contra me.
Poſuerunt me cuſtodem in vineis.
Vineam meam non cuſtodiui.
Indica mihi quem diligit anima mea:
Vbi paſcas.
Vbi cubes in meridie.
Ne vagari incipiam
Poſt greges ſodalium tuorum.
Si ignoras te o pulchra inter mulieres:
Egredere & abi poſt veſtigia gregum tuorum.
Et paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum.
Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea.
Pulchræ ſunt genę tuæ ſicut turturis.
Collum tuum ſicut monilia.
Murenulas aureas faciemus tibi:
Vermiculatas argento.

Oſculetur me oſculo oris ſui.

¶ Hoc eſt primum canticum huius libri: in quo introducitur eccleſia prioris teſtamenti tanq̃ ſponſa: & Chriſtus tanq̃ eius ſponſus ad loquendum. Et ideo præſens canticum habet duas partes principales. nam in prima ponitur & explicatur ſponſæ diu deſiderata petitio. Secundo ſponſi gratioſa reſponſio. ibi. Si ignoras te o pulchra.

¶ Quantum ergo ad primum, pro fundamento totius hui⁹ F
libri eſt valde notandũ: q; indigentia & carentia alicuius boni amiſſi eſt cauſa deſiderij recuperandi ipſum: ſed firma promiſſio eſt cauſa firmæ & vehementis fidei & ſpei rei promiſſæ. Et ita accidit in Adam. quia cum ipſe ante lapſum fuiſſet creatus in illa opulentia & felicitate nullam patiens indigentiam: tamen cum ſtatuit & tẽtauit deſcendere ab Hieruſalem in Hiericho, tranſgrediendo diuinum præceptum: tunc incidit in latrones: qui expoliauerunt eum omnibus bonis gratuitis: & vulnerauerunt & ſauciauerunt: & plagis in corpore & anima affecerunt: & ſemiuiuum reliquerunt. Et ſic ille qui erat opulentus & felix & dominus illius ciuitatis: cui etiam poſt longam vitam temporalem erat ꝓmiſſa alia nobilior felicitas æterna in cæleſti patria: propter talem ingratitudinem fuit priuatus præſenti & futura felicitate: & expulſus ab illa ciuitate: & factus exul per hanc vallẽ lachrymarum: & ſeparatus a facie dei. Et ſic factus eſt miſer & indigens omnibus bonis non ſolum ſpiritualibus ſed etiam temporalibus. vt patet Geñ. iij. Et inde eſt q; manet inſitum deſiderium omnibus hominibus recuperandi illam immortalitatem, & totum illum felicem ſtatum.

¶ Sed dicit Auguſtinus in libro Cur deus homo, q; deus G
compatiens miſerię & indigentiæ ipſius Adæ & totius poſteritatis eius, promiſit ei mittere filium ſuum in carnem: qui eum ab omni miſeria & captiuitate redimeret, & ſibi reconciliaret: & in patriam amiſſam, & felicitatem reduceret. Et hoc fecit deus: ne Adam deſperaret: ſed licet de inſtanti miſeria valde doleret: tamen de ſui ſuæq; poſteritatis remedio iam de longinquo gauderet. vnde Auguſtinus concludit, dicens. Vera itaq; ratione didicimus: q; iam ab Adam dñi præſtolabatur aduẽtus. ¶ Ex quibus verbis Au-
guſtini ſequitur: q; miſeria & indigentia ipſius Adæ & toti⁹ H
poſteritatis eius, fuit cauſa diuinæ promiſſionis de Chri-

ſio futuro. Et talis promiſſio fuit cauſa fidei & ſpei & deſide
rij ipſius Adæ de Chriſto futuro. Ex qua fide & ſpe & deſi-
derio Adam cum tota ſua poſteritate fidelium ſemper ex-
pectabat & petebat Chriſtum venturum ad redimēdū ipm.
¶ Secundo ſequitur: ꝙ eccleſia Chriſti primo fuit Chriſto
deſponſata per fidē in Adam. Quod ꝓbatur. Nam ſi Adam
cum tanto deſiderio expectabat Chriſtum, vt inquit Augu.
ergo iā tūc habebat fidē de Chriſto futuro. Quia ſpes nō eſt
ſine fide & charitate affectiua. quia quod credimus & ama
mus, cum deſiderio expectamus. Et ideo eſt dicendum: ꝙ ſi
cut deus promiſit ipſi Adæ mittere ipſi Chriſtum in redem-
ptorem: ita Adam credidit ipſum venturum: & promiſit ipſi
fidem: & promiſit ipſi exhibere cultum latriæ ſub tali fide
& ſpe Chriſti futuri. in qua fide Adam cum tota ſua poſteri-
tate fidelium ſaluabatur. Et ſic Adam prout fuit doctus a
deo: docuit filios ſuos exhibere latriam deo in ſignum fidei
de Chriſto futuro. Et ſic Abel offerebat oblationē de agnis
gregis: & Caim de frugibus. Geñ. iiij.

I ¶ Et quia latria nō ſolū cōſiſtit in oblatione & adoratione
ſed etiā in oratione: ideo legiť Geñ. iiij. ꝙ Enos incepit inuo
care nomē dñi. i. Chriſtum verbum incarnatū quod eſt nomē
domini. vt ꝓbatum fuit pſalmo. viij. Nā illud nomē dñi qua-
tuor literis ſcriptū ſignificabat Chriſtū verbū incarnatū: quē
oēs patres veteris teſtamenti inuocabant & expectabāt. Itē
Enoch placuit deo in illa ætate: & dñs tulit illum. Geñ. iiij.
Et tranſlatus eſt in paradiſum. Eccleſiaſtici. xliiij. Sed quia
ſine fide impoſſibile eſt placere deo. ad Heb. xj. ergo ſequi-
tur ꝙ Enos & Enoch iam habebāt fides de Chriſto futuro:
& erant membra eius: & per cōſequens continuabāt eccleſi-
am Chriſti & ciuitatem dei. Et ſic expectabant Chriſtum fu
turum tanꝙ ſponſum ſibi promiſſum. Et ſic patet: ꝙ vera la
tria & perfecta fuit deo exhibita in prima ætate in ſignum
Chriſti futuri. Et per conſequens ſequitur ꝙ eccleſia in pri-
ma ætate iam fuit Chriſto per fidem deſponſata. quia iam
expectabat eum: & iam ei exhibebat latriam ſeruitutem.

K ¶ Item ſequitur ꝙ eccleſia ſponſa nō ſolū ab Abel: ſed iam
incepit ab Adā: ſed poſtea fuit diuiſa in duas ciuitates. nam
Caim diuiſus eſt a ciuitate dei: & cōſtituit ciuitatē diaboli cū
ſuis ſequacibus vt oſtendit Augu. per totū librum. xv. de ciui
tate dei. Abel autē manſit tanꝙ verus ciuis in ciuitate dei: &
fuit occiſus propter veram innocentiā ſuā in figura Chriſti.
Ideo Abel non dicitur primus ciuis eccleſiæ: ſed prim⁹ iuſtus
& martyr: qui mortuus eſt pro iuſtitia & innocentia in figura
Chriſti: qui fuit primus qui effudit ſanguinem in figura Chri
ſti & pro Chriſto. vt patet Matthæi. xxiij. Adam autem fuit
primus ciuis & fidelis huius ciuitatis: cui primo facta eſt pro-
miſſio de Chriſto futuro: & primus qui profeſſus eſt & expe-
ctauit Chriſtū futurum: & qui exhibuit deo cultum latriæ: &
docuit filios ſuos. in quo primo eccleſia deſponſata eſt ipſi
Chriſto per fidem & ſpem & charitatem: & exinde tota ciui
tas dei & congregatio fidelium Chriſtum futurum creden-
tium & expectantium, fuit dicta ſponſa Chriſti.

L ¶ Eſt verum ꝙ iſta ſponſa ſemp creuit in fide & perfectione
per ſucceſſum temporis, ſicut continue recepit nouas promiſ
ſiones & nouos modos colendi deum. Nam in Noe accepit
nouam promiſſionem de Chriſto per arcam & ſignum arc⁹
fœderis. Per quod præuidit myſterium incarnationis & no-
ſtræ redemptionis. Et ſic Noe conſtruxit altare: & obtulit
animalia munda in ſignum fidei Chriſti futuri. Item ipſi
Abraham facta eſt noua promiſſio. Gene. xv. quando deus
dixit. Suſpice cælum: & numera ſtellas ſi potes. ſic erit ſemē
tuum &c. Vbi credidit Abraham de ſua generatione ſecū-
dum carnem Chriſtum futurum, & verbum incarnandum.
Ideo propter talem fidem reputatum eſt illi ad iuſtitiam.
Quia in tali fide Chriſti futuri ante circunciſionem fuit iuſtifi
catus. vt patet ad Roma. iiij. & Gala. iiij. Itē alia promiſſio
facta eſt eidē Abrahę Geñ. xxij. propter obedientiam & fi-
dem: quando voluit immolare Iſaac filiū ſuum. Cui deus ſub
iureiurando promiſit Chriſtum venturum: & in eo oēs gē-
tes regenerandas & benedicendas. Et appellauit locū illum
in quo fuit immolatus aries pro Iſaac, In monte dominus vi
debit. vnde in litera hebraica habetur. In monte dominus
videbitur. Quaſi dicat. In iſto monte vbi immolaſti iſtum
arietem, dominus Ieſus Chriſtus videbitur immolari & cru-
cifigi in redemptionem totius generis humani. De quo my
ſterio dicit ſaluator Ioannis. viij. Abraham exultauit vt vi-
deret diem meum: vidit & gauiſus eſt. per fidem ſupple.
¶ Ex quibus patet: ꝙ deſponſatio Chriſti & eccleſiæ facta M
& incepta eſt in Adam & Abel. Sed iam fuit magis confir-
mata in Abraham. Et ſic vehementius fuit Chriſtus in A-
braham deſideratus. Item iſta deſponſatio & vnio Chriſti
& eccleſiæ iam fuit magis confirmata & expreſſa & figura-
ta in Iſaac. Geñ. xxvij. quando iam decrepitus & cæcutiens
vocauit Eſau primogenitum ſuum: vt benediceret eum. ſed
Iacob ſecundo genitus ſiue natus, ex conſilio matris ſimu-
lato habitu ſurripuit benedictionem. vnde Iſaac ſentiēs fra-
grantiam veſtimentorum ipſius Iacob, dixit: Da mihi oſcu-
lum fili mi. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni: quē be
nedixit dominus &c. In quo myſterio præuidit Iſaac totum
myſterium verbi incarnationis: & eccleſiæ cum Chriſto de-
ſponſationis & incorporationis. Præuidit enim qualiter fi-
lius dei verbum æternum debebat oſculari humanitatem,
& carnem ſuſcipere de genere ipſius Iacob: & vnire eam ſi-
bi in vnitate perſonali. Et præuidit etiam in ſpiritu oſculum
& deſponſationem eccleſiæ cum Chriſto per myſticā vnio-
nem. Et præuidit fragrantiā veſtimētorū humanitatis Chri-
ſti. ſ. fragrantiā virtutum & ſanctitatis & donorū & gratiarū:
& fragrantiam eccleſiaſticorū ſacramentorū euaporantem
ex meritis paſſionis. Per quam virtutē ſacramentorum eccle
ſia erat Chriſto deſponſanda & vnienda.
¶ Item iſta deſponſatio incarnationis, & eccleſiæ cum Chri N
ſto vnionis iam fuit magis promiſſa & cōfirmata & figurata
in Iacob. Geñ. xxviij. quando in ſomnijs vidit ſcalā cui⁹ ſum-
mitas tangebat cælum: & pars inferior tangebat terram: &
vidit dominum innixum ſcalæ, & angelos aſcēdentes & de-
ſcendentes &c. vbi prȩuidit Iacob totū myſteriū incarnatio-
nis. ſ. qualiter deus erat iungendus humanitati per incarnatio
nem in vnitate perſonæ: & qualiter tota eccleſia erat Chri-
ſto vnienda & incorporanda in vnitate myſtica. Itē iſta de-
ſponſatio fuit magis confirmata in eodem Iacob. Geneſis.
xxxij. quando luctatus eſt cum angelo in forma viri: nec vo
luit ipm dimittere vſquequo benedixit eum: vbi ſortitus eſt
hoc nomen Iſrael. vnde dixit. Vidi dominum facie ad faciē:
vbi Iacob ꝑuidit totū myſterium incarnationis & eccleſiæ
cum Chriſto deſponſationis inquantum deus in forma hu-
mana benedixit eum &c. & facie ad faciem ipſi locutus eſt
&c. Item hȩc deſponſatio fuit magis in ipſo Iacob confirma
ta Gene. xlix. quando benedicens filio ſuo Iuda dixit. Iuda
te laudabunt fratres tui &c. & non auferetur ſceptrum de Iu
da &c. Item iſta deſponſatio Chriſti & eccleſiæ iam fuit ma-
gis confirmata & manifeſtata in plebe Iſraelitica quando
eduxit ipſam de ſeruitute ægyptiaca: & fecit ipſam populū
ſibi peculiarem: & dedit ipſi legem ſpecialem: Exodi decio
nono. quando Moyſes expoſuit populo omnes ſermones le
gis. Et reſpondit omnis populus, dicens. Omnia quȩ locut⁹
eſt dominus faciemus. Item iſta deſponſatio Chriſti & eccle
ſiæ fuit iam magis manifeſta & explicata in eodem populo.
Exo. xxiiij. quando Moyſes congregauit totum populū: &
legit ipſi totum volumen legis: & occidit. xij. victimas iuxta
numerum tribuum filiorū Iſrael. vnde totus populus reſpon
dit, dicens Omnia quæ locutus eſt dominus faciemus: & eri
mus obedientes &c. Et tunc moyſes ad confirmationem ta-
lis pacti & promiſſionis & deſponſationis ſparſit vnam par-
tem ſanguinis ſuper populū, & alteram ſuper altare. Per qđ

myſterium fuit figuratum qualiter illa deſpōſatio debebat impleri & confirmari per ſanguinem Chriſti futuri: ꝑ quem ſanguinem illud teſtamentum erat confirmandum. Et ſic per tale pactuꝫ ille populus promittebat ſe recepturū Chriſtum venturum. Ideo Moyſes effundendo illum ſanguinem ſuper populum, dixit. Hic eſt ſanguis fœderis quod pepigit vobiſcum dominus ſuper cunctis ſermonibus his. Item iſta deſpōſatio fuit iam magis explicita & confirmata in eodem Moyſe & populo. Exodi. xxxiij. cum dominus de tabernaculo loquebatur Moyſi facie ad facieꝫ: ſicut ſolet loqui amicus ad amicum. Cui Moyſes dixit. Domine ſi inueni gr̄am coram oculis tuis: mitte quem miſſurus es &c. Cui domin⁹ finaliter myſteriū incarnationis promiſit, cum dixit. Poſteriora. i. humanitatem meam videbis. quam humanitatem vidit poſtea Moyſes cum Helia in monte Tabor in tranſfiguratione Chriſti. Matth. xvij. Item iſta deſponſatio incarnationis Chriſti & eccleſiæ iam fuit magis explicita & manifeſtata ipſi Moyſi Deutero. xviij. Cui deus dixit. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorū ſimileꝫ tui: & ponam verba mea in ore eius: loqueturq́ꝫ ad eos omnia quæ dixero illi &c. Ex quo patet qualiter ꝙ Chriſtus in lege promiſſus debebat eſſe ſimilis Moyſi in humanitate: & debebat eſſe deus immo verbum dei: quia deus debebat ponere verbum ſuum in illa humanitate: & perſonaliter nobis loqui: & eccleſiam ſibi per legem euangelicam myſtice vnire & perſonaliter & præſentialiter oſculari. Nam legitur, Exo. xx. ꝙ cum cunctus populus audiret voces & lampades & ſonitum buccinæ montemq́ꝫ fumigantē: & perterriti ac pauore percuſſi ſteterunt procul dicentes Moyſi: non loquaẗ nobis dominus ne forte moriamur. Tunc autem dominus promiſit mittere filium ſuum in carnem: qui tanq̄ verus ſponſus abſq́ꝫ terrore familiariter loqueretur eis: & declararet eis legem datam: dicens. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilē tui: & ponam verba mea in ore eius: loqueturq́ꝫ ad eos quæcunq́ꝫ dixero illi. Et qui verba eius quę loquetur, non audierit: vltor exiſtam &c. vt patet Deutero. xviij. Ex quibus patet: ꝙ illa deſponſatio non fuit facta per verba de præſenti in pręſentia ſponſi: ſed per verba de futuro in abſentia ſponſi per Moyſen tanq̄ ꝑ procuratorē Chriſti futuri. Et per conſequens illa deſponſatio nunq̄ fuit cōfirmata niſi per præſentiam Chriſti: qui per verba de præſenti familiariter locutus eſt illi plebi: & deſponſauit ſibi ipſam declarando legem & prophetas. Item ſequiẗ ſecundo: ꝙ ſimul cum lege data fuit promiſſus Chriſtus interpres & declarator legis in monte Sinai. Item ſequitur tertio: ꝙ ſub eadem pœna qua ſe obligauit totus ille populus ad obſeruandum legem dei datam in monte Sinai: ſub eadem pœna ſe obligauit ad audiendum & ſequendum Chriſtum in ſuo aduentu tanq̄ veruꝫ interpretem & declaratorem legis & prophetarū: per hoc ꝙ ait. Qui verba quæ loquetur audire noluerit: vltor exiſtam &c. quia ſimul cum lege fuit promiſſus Chriſtus deus incarnatus interpres & declarator legis. Sed contra poſſet aliquis inſtare: dicens ꝙ promiſſio hui⁹ ꝓphetæ non facta eſt in monte Sinai ſimul cum datione legis: ſed in campeſtribus Moab cum Moyſes reſumeret legem: vt patet Deutero. decimo octauo. Ad hoc reſpondeẗ: ꝙ ſi bene & diſtincte volumus attendere verba Moyſi Deutero. decio octauo videbimus manifeſte qualiter deus promiſit illū ꝓphetam in monte Oreb ſimul cum datione legis. vnde ait Moyſes ad populū. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit tibi dominus: ipſum audies: vt petiſti a domino deo tuo in monte Oreb: quando concio congregata eſt: atq́ꝫ dixiſti: vltra non audiam vocem domini mei: & ignem hunc maximum amplius non videbo: ne moriar. Et ait dominus mihi. Bene omnia ſunt locuti: prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui &c. Ex quibus patet: ꝙ iſta promiſſio de Chriſto futuro facta eſt in mōte Oreb ſimul cum datione legis: quia licet Moyſes omiſerit ſcribere illam promiſſionem. Exod. ij. tn̄ ſupplendo explicat ipſam Deutero. xviij. vbi repetuntur ea quę ibi dicta ſunt & ſupplentur ea quę ibi fuerunt omiſſa. Ex quo patet ꝙ in datione legis facta fuit deſponſatio dei cum illa plebe in pſona omniū ſucceſſorum. Et per conſequens illa deſponſatio facta fuit per verba de futuro in abſentia ſponſi: & ideo nō poterat confirmari niſi per eius præſentiam: & per incarnationem ſponſi: qui ore ad os erat populo familiariter locuturus & legem & prophetas declaraturus: & ſponſalia confirmaturus & completurus. vnde ſicut per mortem & ſanguinem erat teſtamentum confirmaturus: ita per præſentiā erat ſpōſalia completurus. Et hoc eſt oſculum pręſentię ſponſi quod petit ſponſa, dicens. Oſculetur me oſculo oris ſui &c. Item quia non ſolum illa plebs Iſraelitica ſecundum carnem erat Chriſtum ſuſceptura & ipſi deſponſanda in aduētu eius: ſed etiam plebs gentilis: ideo deſponſatio Chriſti & eccleſię nō ſoluꝫ fuit manifeſtata & facta in populo Iſraelitico carnali: ſed etiam in populo gentili. Nam Melchiſedech rex Salem qui erat de populo gentili, tanq̄ ſacerdos dei altiſſimi in fide Chriſti futuri obtulit panem & vinum deo pro Abrahaꝫ & toto corpore myſtico. vt patet Gene. xiiij. Item Iob non de genere Iacob, ſed de Eſau expectauit Chriſtum in carne venturum: cū dixit: Credo ꝙ redemptor meus viuit: & in carne mea videbo deum ſaluatorem meum &c. Iob xix. Itē multi de populo gentili exierunt de ægypto & iuncti ſunt cū filijs Iſrael & ceperunt legem ſimul cū eis. Item Ruth Moabita de populo gentili exiuit de terra & cognatione ſua: & iuncta eſt populo Iſraelitico, dicens. Populus tuus populus meus &c. Et ſic in perſona & figura totius populi gentilis ad fidem Chriſti venturi, fuit Chriſto deſponſata. Item iſta deſponſatio iam fuit magis explicita & manifeſtata in Dauid: cui facta eſt de Chriſto multipliciter repromiſſio: vt patet. ij. Regum ſeptimo: & primi Paraly. primo: & per totū librum pſalmorū. Iteꝫ iſta deſponſatio incarnationis & Chriſti & eccleſię iam fuit magis explicata in Eſa. & Hieremię & cęteris ꝓphetis: quibus facta fuit reuelatio. Et maxime in Daniele: cui non ſolum myſterium incarnationis & paſſiōis Chriſti fuit reuelatum: ſed etiaꝫ locus & tempus vt patet Danielis nono. Vltimo autem depropinquo iſta deſponſatio facta fuit & Manifeſtata ipſi Zacharię: cui dictum eſt ab angelo. Exaudita eſt oratio tua. Lucę primo. Item facta & reuelata ipſi Simeoni: qui reſponſum acceperat a ſpiritu ſancto non viſurum ſe mortem niſi prius videret Chriſtuꝫ domini. Lucę ſecūdo. Sed pręcęteris clarius fuit reuelata talis deſponſatio ipſi virgini Mariæ per multas epiphanias & reuelationes ante diem incarnationis: licet ignoraret perſonam de qua eſſet filius dei carnem aſſumpturus: quia ſolum hoc dicit virgo Maria experimentaliter quādo Gabriel angel⁹ fuit ad eam miſſus, dicens. Aue Maria gratia plena &c. Lucæ primo. vnde licet ante non ignoraret futurum myſteriuꝫ incarnationis, tamen ignorabat modum & perſonam: prout ipſa reſpondens angelo dixit: quomodo fiet iſtud &c.

¶ Ex toto ſupradicto diſcurſu ſequitur primo: tota eccle- O
ſia fidelium ab Adam vſq́ꝫ ad virginem Mariam incluſiue fuit deſponſata Chriſto futuro per fidem. Secundo ſequitur: ꝙ talis deſponſatio non fuit facta per verba de præſenti: ſed per verda de futuro: quia ſicut Chriſtus nondum erat incarnatus nec promiſſus de præſenti ſed de futuro: ita promittebant ipſum recipere in ſuo aduentu. Vnde licet fides Chriſti eſſet eis habitualiter & actualiter pręſens: tamen eius obiectum erat futurum. ideo ſub tali fide & ſpe iuſtificabantur & ſaluabantur. Tertio ſequitur: ꝙ talis deſponſatio non fuit facta illis patribus & fidelibus perſonaliter & per modum perſonæ præſentis: ſed per procuratorem & per modum perſonæ abſentis. ſicut multæ mulieres quandoq́ꝫ deſponſantur alicui viro abſen-

ti per procuratorē:quæ quidē deſpōſatio cōfirmatur poſt ea
per pſentiam ſponſi:quando ipſa pſonaliter & pręſentialr
videt ſponſum:& pſonaliter recipit eum:& oſculatur ab eo.
Ita ergo ſimili modo factū eſt in illa deſpōſatione eccleſiæ
veteris teſtamēti.nam nullus eorū potuit eſſentialiter deū
videre:nec locut⁹ eſt cum deo niſi per ſubſtantiam mediā &
per angelū repræſentantē deū:vt ait Auguſtin⁹ ſuper Geñ.
P ¶ Et ſi dicitur ꝙ Moyſes loquebatur deo facie ad faciem
Exodi.xxxiij.Dicendum ꝙ ibi non ſumitur facies pro diui-
na eſſentia:quia talis viſio facialis fuit negata ipſi Moyſi:vt
patet ibidem:ſed ſumitꝰ ibi facies æquiuoce pro angelo per
quem deus loquebatur:& in quo deus tanq̄ in facie & per fa
ciem repſentabaꝰ & noſcebatur:vt ait Auguſtinus.ij.de tri-
nitate cap.xviij nam deus per angelos loquebatur & dedit
legem Moyſi:vt ait apoſtolus ad Heb.j.& beatus Stepha
nus Actuum ſexto.Quomodo autem intelligitur ꝙ Moyſes
vidit deum facie ad faciem:iam declaratum eſt in prologo
libri pſalmorum tractatu ſecundo.Nunc autem ſufficit ſcire
ꝙ fideles veteris teſtamenti non viderunt Chriſtum niſi p
fidem & per figuras & per promiſſiones & reuelationes.Et
tanq̄ venturo promiſerunt fidem ipſi:& io eius futuro ad-
uentu promiſerunt ipſum recipere:& ſic tanq̄ futurum pro-
mittebant ipſum recipere.Et ſic iam exhibebant ipſi latriā
ſeruitutem per figuras ſacrificiorum.Et ſic patet ꝙ illa de-
ſponſatio erat per modum verborum de futuro:& per mo-
dum procuratoris:quia mediantibus angelis:& per modum
perſonæ abſentis. Tertio ſequitur:ꝙ quanto magis tarda-
bat venire Chriſtus:tanto magis creſcebat deſideriū illi⁹ ſpō-
ſæ videndi perſonaliter & pręſentialiter ſponſum ſuū Chri-
ſtum:& ſic vehementius deſiderabat accelerari aduentum
ſponſi/vt eam repararet & liberaret de manibus inimicoꝝ:
& eam ſanaret:& nobilibus veſtimentis diuerſarum gratia-
rum ornaret & decoraret:& ſacris amplexibus ei⁹ frueretur,
& oſculis ei⁹ cōſolaretur.Hoc ergo deſiderium huius ſponſę
& has petitiones explicat & cātat ſponſa in hac prima pte
hui⁹ primi cantici Salomonis in pſona olim fidelium veteris
teſtamenti,cum dicit:Oſculetur me oſculo oris ſui.In quo
cantico ſeptem petit iſta ſponſa ab ipſo ſponſo.Nam primo
petit pręſentialiter & perſonaliter per incarnationem oſcu-
lari.Secūdo petit trahi a ſponſo per perſonalem prædica-
tionē & vitæ ſanctitatem.Tertio petit i thalamum ſponſi
introduci.Quarto plebs gentilis petit cum plebe Iſraelitica
In aduentu ſponſi ſociari.Quinto petit a nigredine idolola-
triæ dealbari.Sexto petit paſci pabulo ſacramentorum &
fidei articulorum.Septimo petit ſub vmbra ſponſi qoieſca-
re & protegi.Secūdū ibi:Trahe me poſt te.Tertiō ibi:Intro
duxit me rex in cellaria ſua.Quartū & Quintum ibi.Nigra
ſum:ſed formoſa.Sextum & Septimum ibi.Indica mihi quē
Q diligit anima mea.¶ Quantum ergo ad primum eſt aduer
tendum:ꝙ oſculum dicit quandam vnionem.ſed quia Chri
ſtus quadrupliciter erat nobis vniendus ſcilicet per incarna
tionem,& per conuerſationem & familiarem doctrinam &
per myſticam incorporationem:& per glorificationem,p-
ut promiſſū erat in veteri teſtamēto:Ideo ſponſa hoc qua-
druplex oſculum petit a Chriſto ſponſa.Et quadruplici oſcu
lo petit oſculari:ſcilicet oſculo incarnationis.Secundo oſcu-
lo euangelicæ doctrinæ & familiaris conuerſationis.Tertio
oſculo myſticæ incorporationis & redemptionis: Qoarto
oſculo glorificationis.Quia ergo vt ſupradictum eſt iſta ſpō
ſa per multas repromiſſiones fuerat Chriſto per procurato-
res & verba de futuro in veteri teſtamento deſponſata:& p
longam moram & diſcurſum temporis ſponſum ſuum Chri-
ſtum expectauerat:Ideo confracta longa mora deſiderans
pręſentiam ſponſi petit ab eo præſentialiter & perſonaliter
oſculari:& poſita in tali contemplatione dicit intra ſe.Vtinā
ſponſus meus Chriſtus oſculetur me oſculo oris ſui per verba
de præſenti,& perſonaliter & præſentialiter per ſeipſum:&
non per procuratores:ſed loquatur ipſe mihi per ſe/& non
per Moyſen & per patriarchas & prophetas:nec per ange-
los ſicut locutus eſt in toto veteri teſtamento:ſic veniat ipſe
perſonaliter in carnem:& oſculetur me primo illo oſculo in-
carnationis & accipiat carnem de mea generatione:ſicut p-
miſit in principio Adæ:quando eiecit ipſum de paradiſo:&
ſicut promiſit Noe per ſignum arcus fœderis Gene.octauo
& ſicut promiſit Abrahæ Gene.decimo quinto &.xxij. di-
cens.In ſemine tuo benedicentur omnes gentes.Item oſcu
letur me illo oſculo incarnationis quod petiuit Iſaac in per-
ſona Iacob quando dixit.Da mihi oſculum fili mi Geneſis.
xxvj.Et ſicut promiſit ipſi Iacob Gene.xxviij.per viſionem
ſcalę & Geñ.xxxij.quando luctatus eſt cum angelo. Item
oſculetur me illo oſculo incarnationis quod promiſit ipſi Da
uid.ij.Regum ſeptimo dicens. Suſcitabo ſemen tuum poſt
te quod egredietur de vtero tuo. Et ſtabiliam regnum eius
inæternum:& ille erit mihi in filium:& ego ero illi in patrē.
Item pſalmo.lxxxviij.Semel iuraui Dauid:& non mentiar
ſemen eius inęternum manebit.Item pſalmo.cxxxj.De fru-
ctu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam &c.Item Eſaiæ ſe-
ptimo.Ecce virgo concipiet & pariet filium & vocabiꝰ no-
men eius Emmanuel &c.Item Hiere.xxxj.Magnus faciet
dominus ſuper terram:fœmina circūdabit virum.Item Za-
cha.ij.Ego ipſe veniam & habitabo in medio veſtri &c.Itē
ſponſus meus non ſolum oſculetur me oſculo incarnationis:
ſed etiam oſculo familiaris pręedicationis & legis euangeli-
cæ dationis:ſicut deus promiſit Moyſi.Deutero.xviij.dicēs:
Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilē
tui in humanitate:& ponam verba mea in ore eius:loque-
turq; ad eos oīa quę dixero illi.Item oſculetur me illo oſcu-
lo doctrinæ euangelicæ de quo dixit Eſa.ij.Venite aſcenda
mus ad montem domini & ad domum dei Iacob:& docebit
nos vias ſuas & ambulabimus in ſemitis eius:quia de Sion
exibit lex:& verbum domini de Hieruſalem.Item Eſaię.lij.
Propter hoc ſciet populus meus nomen meum in die illa:qa
ego ipſe qui loquebar ecce aſſum &c.quia oculo ad oculum
me videbunt &c.Item Hieremię.xxxj.Dabo legem meam
in cordibus hominum & in viſceribus eorum ſcribam eā &c.
Item non ſolum oſculetur me oſculo incarnationis & euan-
gelicæ doctrinæ:ſed etiā oſculo redemptionis faciendo me
participem ſuæ paſſionis ſicut pmiſſit ibi Abraham in ſacri
ficio ipſius Iſaac:quando dixit,in monte hoc dn̄s videbitur
immolari pro oībus ſucceſſiue.Geñ.xxij.Et ſic patet per to
tum diſcurſum libri pſalmorum.& Eſa.liij.Propter ſcel⁹ po-
puli mei percuſſi eum &c.Item hoc idem patet per totum
diſcurſum legis & prophetarum.Item non ſolum oſculetur
me oſculo incarnationis & doctrinæ & redēptionis:ſed etiā
oſculo glorificationis & ſuæ fruitionis ſicut promiſit ipſi Da
uid pſalmo.nonageſimo.Protegam eum & glorificabo eū.
Item pſalmo.lxxxiij.Beati qui habitant in domo tua domi
ne. Et ſic patet qualiter iſta ſponſa iſto quadruplici oſculo
petit a ſponſo ſuo Chriſto oſculari in ſuo aduētu:ſcilicet oſcu
lo incarnationis:& euangelicę prædicationis:& redemptio
nis:& glorificationis.
¶ Et nota ꝙ non ſolum Chriſtus oſculatus eſt ſponſam ſuā R
eccleſiam iſto quadruplici oſculo:ſed etiam pater:ſed aliter
Nam Chriſtus filius dei oſculatus eſt naturam humanam
perſonaliter per incarnationem:quia ſola perſona filij fuit
incarnata:ad quam illa vnio perſonalis fuit terminata:ſed
pater intantum oſculatus eſt humanam naturam inquantū
ipſe vniuit verbum ſuum illi humanitati. quia tota trinitas
operata eſt illam benedictam incarnationē.Et ſic illud ver-
bum ęternum dicitur oſculū oris patris:quia eſt ęterna ſapiē
tia quæ ex ore altiſſimi prodijt.Et ſic patet per illud verbū
& oſculum oris ſui oſculatus eſt humanam naturam.Et per
illudmet verbum & oſculum pater nobis locutus eſt:& de-
dit legem euangelicam:& redemit & glorificauit nos:& ſi-

bi nos recōciliauit. Et ipſe Chriſtus dicitur oſculum patris & oſculum inter nos & patrem: quia nos per gratiā & adoptionem patri reconciliauit & reuniuit. Hoc ergo oſculo oris patris .ſ. verbo æterno, iſta ſponſa petit oſculari. Item petit oſculari per humanitatem Chriſti: per quam nobis fuit vnitus: & per quam nobis prædicauit: & per quam nos redemit Chriſtus: & patri recōciliauit: & vltimo nos glorificabit. Ideo prudens lector contempletur hoc quadruplex oſculum: quo tam pater q̄ filius licet non eodem modo oſculatus eſt ſponſam ſuam. Referendo ergo ad patrem: eſt iſte ſenſus. vtinam pater oſculetur me oſculo oris ſui .ſ. mittendo verbum quod procedit de ore ſuo & de tota ſubſtantia ſua: quod verbū ſumat carnem in vnitate ſuppoſiti de mea generatione & natura: per quem filium me doceat & mihi loquatur: & me ſibi reconciliet & glorificet. Referendo autem ad filium: ſenſus eſt iſte. vtinam filius dei ſponſus meus veniat in carnem, & oſculetur me oſculo .ſ. doctrina euangelica oris ſui: & perſonaliter in humanitate loquatur mihi, & me reconciliet ſibi & patri per mortē & paſſionē: & glorificet me per reſurrectionem. Quatuor ergo petit ſponſa per tale oſculum .ſ. vniri deo per incarnationem: & doceri per perſonalem p̄dicationem: & reconciliari per mortem & paſſionem: & glorificari per reſurrectionē. Quia iſtis quatuor modis de⁹ oſculat⁹ eſt nos & vniuit nos ſibi. Et ideo Chriſtus inquantum aſſumpſit carnem ex humana natura & ex iſta generatione, vocat eā matrem: ſed inquantum docuit eam, vocat eam filiam: ſed inquantum redemit eam, & vniuit eam ſibi per fidē in vnitatem myſticam, vocat eam ſponſam: & etiā inquantū vniuit eam per gloriam. Iſta ergo ſponſa dicit: vtinā oſculet me ſponſus meus Chriſtus mihi promiſſus oſculo oris ſui: eo modo quo dictū eſt. Deinde ſponſa conuerſa ad ſponſum alloquitur eum apoſtrophādo, dicēs. Meliora ſunt verba tua vino. quaſi dicat: ideo deſidero oſculari oſculo oris tui o Chriſte ſponſe: quia meliora ſunt verba tua vino.

S ¶ Ad cuius intellectum eſt notandū: q̄ cum totus iſte liber ſit metaphoricus & parabolicus: ſicut Salomon vſurpat vocabula rerum temporalium transferendo ad ſpiritualia: ita etiam transfert partes ſexus fœminini ad maſculinum per quandam ſimilitudinem: & ſic vbera quæ pertinent ad mulieres: attribuit Chriſto per quandam ſimilitudinem. nam ſicut mulier nutrit filium duplici vbere, & lacte materiali: ita Chriſtus nutrit eccleſiam duplici vbere & lacte: ſcilicet lacte doctrinę articulorū fidei, & lacte gratiæ ſacramentorum eccleſiaſticorum. Sed quia iſta duo vbera hoc duplici lacte nō ſolum nutriunt & reficiunt ſpiritualiter ſponſam & omnes fideles: ſed etiā inebriant eam in amore ſponſi: & delectāt in odore virtutum: ideo cōparat ea vino. Ideo dicit: O ſponſe ideo peto oſculari perſonaliter & præſentialiter oſculo oris tui: quia vbera tua eminentia lac doctrinæ fidei articulorum & gratię ſacramentorum, meliora ſunt omni vino: quia magis inebriant fideles in amore tui q̄ vinum materiale inebriat homines: quia transformant fideles amantes in deum amatum & deſideratum: ſe & mundum obliuiſcentes. quia anima magis eſt vbi amat: q̄ vbi animat & informat. Ideo vbera tua meliora & fortiora ſunt ad inebriandum: q̄ vinum materiale. Et non ſolum iſta duo vbera tua ſunt meliora vino ad inebriandum in amore tuo: ſed etiam ſunt magis fragrantia & fragrantiora vnguentis optimis eo q̄ docent omnem virtutem: & prohibent omne vitium: & extinguunt omne peccatum. quibus virtutibus fideles redolent inter omnes nationes & populos: magis q̄ vnguenta aromatica materialia. Et ſic vbera tua nutriunt & inebriant & redolent & delectant: & nomen tuum eſt pretioſiſſimū & odoriferum ſicut oleum aromaticum effuſum &c.

T ¶ Ad cuius intellectum eſt notandum: q̄ ex myrrha & cynamomo & nardo & balſamo & cęteris aromatibus fit & cōficitur quoddam oleum aromaticum longe pretioſiſſimum. Eſt enim primo valde odoriferum & delectabile ex compoſitione omnium iſtorum aromatum: & eſt valde penetratiuum ratione balſami: & valde attractiuum ratione nardi: & ab omni corruptione præſeruatiuum & etiam curatiuum ratione myrrhæ. quod quidē oleū quanto magis diffundit tanto magis operatur & penetrat & trahit & delectat. Ita ergo proprie illa perſona Chriſti confecta ex trib⁹ aromatibus .ſ. ex verbo diuino, & anima rationali, & carne: quæ quidem perſona Chriſti eſt nomen dei ſignificatū per illas quatuor literas veteris teſtamenti, prout dictum fuit pſalmo .viij. & ſignificatum per iſtud nomen Ieſus noui teſtamēti: illud p̄fecto nomē dei .ſ. verbū incarnatū & humanatū diffuſum per totum mundum fuit penetratiuum & p̄ſeruatiuū & ſanatiuū & odoriferum: ſicut oleum aromaticum effuſum ſuper capita regū & ſacerdotum. ¶ Nam primo illud nomen præſeruauit virginē matrē ſuam ab omni culpa tam originali q̄ veniali q̄ actuali. ſed oēs alios fideles ſanauit & curauit ab originali: licet quoſdā p̄ſeruauit ab actuali: & omnes alios ſanauit & curauit ab originali & veniali & actuali. Et ſic illud nomen fuit præſeruatiuum & curatiuum. Fuit etiam penetratiuum quia totum mundum penetrauit. Et fuit attractiuum: quia omnia traxit ad ſeipſum: & totum populum gentilem ad fidem per apoſtolos conuertit. Et fuit odoriferum & delectabile: quia omnes virgines & viri cōtemplatiui currebāt in odorem eius ſanctitatis & virtutis. Et fuit inebriatiuum: quia martyres illo nomine Ieſu inebriati: ſuę vitę corporalis & huius mundi obliti & in Chriſtum transformati diris tormentis ſua corpora tradiderūt. Et ideo dicit ſponſa: O Chriſte ſponſe ideo deſidero oſculari oſculo oris tui: quia non ſolum vbera tua ſunt meliora vino ad inebriandum: & magis fragrantia vnguentis optimis ad delectandum: ſed etiam quia nomen tuum eſt ſuauiſſimum & penetratiuum & præſeruatiuum & ſanatiuum & lenitiuum & attractiuum & odoriferum ſicut oleum aromaticum effuſum ſuper capita regū & ſacerdotum & ſuper infirmos & ſuper capita amantiū. Et ideo adoleſcentulę, id eſt plebs & populus gentilis nouiter dilexerunt & ſecutæ ſunt te. ¶ Item per iſta duo verba X
Chriſti poſſunt intelligi duo teſtamenta: ſcilicet vetus & nouum: a quibus eccleſia ſponſa Chriſti iugiter ſugit lac doctrinæ ſalutis. Item multi ſolum per vbera Chriſti intelligunt ſolam doctrinam euangelicam: & per vinum intelligunt ſcripturam veteris teſtamenti: vt ſit ſenſus: ſcilicet q̄ melius eſt lac noui teſtamenti: q̄ ſcriptura vinaria cerimoniarum veteris teſtamenti. ſed hoc videtur improprie dictum. Nam ſcriptura veteris teſtamenti nunquam fuit dicta vinum ſed vinea: quæ nunq̄ fuit matura nec protulit vinum niſi per Chriſtum in nouo teſtamento. Et ſic doctrina Chriſti euangelica non ſolum dicitur lac, ſed etiam vinum: vt patuit per totam expoſitionem libri pſalmorum: & patebit etiam inferius cantico ſexto: vbi dicet Chriſtus. Bibi vinum cum lacte meo: inebriamini amici &c. Sic ergo doctrina Chriſti non ſolum dicitur lac delectabile & nutritiuum: ſed etiā vinum inebriatiuum & vnguentum odoriferum. Et nomen eius dicitur oleum aromaticum effuſum per totum mundum, in cuius virtute apoſtoli dæmonia eijcerunt: & ſerpētes peccatorum extinxerunt: & venena mortifera non eis nocuerunt: & idolis comminutis & principe huius mundi foras eiecto omnes reges & imperatores cum populo gentili iugo ſidei ſubiecerunt.

¶ Eſt tamen aduertēdū: q̄ inter cętera quę reddunt materiam huius libri difficilem ad exponendum & intelligendū, Y
eſt diuerſitas tranſlationū: quia in multis noſtra trāſlatio differt a litera hebraica. vnde vbi noſtra trāſlatio habet: Oſculetur me oſculo oris ſui: quia meliora ſunt vbera tua &c. litera hebraica modo pūctuata habet ſic. Vtinā oſcularetur me oſculo oris ſui: quia meliores ſunt amores tui odoramentis optimis ſicut oleum effuſū nomē tuū: ideo domicellę dilexe-

tunt te. Quę quidē litera nō differt in ſententia in hac petitio
ne. Quæ quidē diuerſitas tranſlationū accidit ex ęquiuocatio
ne vocabulorū hebraicorū, propter defectū literalū vocaliū
vt dictū fuit in prologo libri pſalmorū. tractu. vj. Vnde quia
dictio hebraica poſita in hoc loco eſt ęquiuoca ad vbera &
ad amores: vel quia vbera maxime trahunt hominem ad
amorem: Ideo noſtra tranſlatio ſecuta eſt vnam ſignificatio
nem illius vocabuli & magis exprimentem veritatem rei.
Nam ſicut pueri ponunt totū ſuū amorē & delectationem in
vberibus matris: ita fideles in contēplatione doctrinæ Chri
ſti euangelicæ & totius ſacræ ſcripturæ. Item ſicut vinum
materiale abundanter & copioſe ſumptum inebriat homi-
nem trahens ipſum extra ſe: ita pariter immo multo fortius
contemplatio doctrinę Chriſti: & iuge ſtudium ſacræ ſcrip-
turę per Chriſtum declaratę extrahit hominem extra ſe trāſ
formando ipſum in amorē Chriſti ſponſi ſui. Et ſic bene ꝓ-
prie & accommodate doctrina euāgelica & gratia ſacramē-
torum dr̄ vinum inebriatiuum: & lac nutritiuū, exortū & ex
hauſtū ex vberibus Chriſti. Et dicitur vnguentum odoriferū
& oleū aromaticū/vt magis patebit infra. Et ideo aduertat
fidelis lector ad ꝓprietates vocabulorū: q̄ parabolice & me
taphorice ponuntur in hoc libro. Deinde cū dicit. Trahe me
poſt te &c. ponit ſecundā petitionē. nā poſtq̄ explicuit & ex
poſuit cauſam ſui deſiderij & petitionis .ſ. quare petiuit oſcu
lari perſonaliter a ſponſo: eo ꝙ meliora ſunt verba eius vi-
no & fragrantia vnguentis optimis &c. Ideo in hac ſecunda
petitione petit trahi ad amorem ſponſi, & poſt ſponſum per
illa vnguenta fragrantia doctrinæ Chriſti euangelicæ: & ꝑ
ꝑdicationem & ſanctitatem eius: vt poſſit ſugere lac euāge-
licū & gratiam ſacramentorum ex vberibus eius. Et ideo ait
o Chriſte ſponſe mi: trahe me poſt te per gratiam & legem
tuam euangelicam: et omnes fideles curremus in odorē vn-
guentorem tuorum euangelicorum: & in odorem tuæ bonę
conuerſationis & exempli tuę vitæ & doctrinę & ſanctitatis
vt ſimus bonus odor Chriſti per bonā famā & ſanctitatem.
Z ℂ Ad cuius intellectum eſt notandum ꝙ tota iuſtitia & pfe
ctio in qua fuit Adam creatus conſiſtebat in quadā cōformi
tate voluntatis eius ad diuinā voluntatē: & ſic tota eius ſan-
ctitas & debitus ordo conſiſtebat in quadam rectitudine &
ſubalternatione & obedientia partium inferiorum ad ſupe-
riores: & vniuerſaliter ſenſualitatis ad rōnem. Et iſto modo
aīa ipſius Adam habebat imperium abſolutū ſupra corpus:
& ſpūs ſupra carnē: & ratio ſupra ſenſualitatem. Et ideo erat
dn̄s ſuorū actuū tā in effectu q̄ in affectu: eo ꝙ ratio trahe-
bat ſenſualitatē ad libitū ſuum: & ſpiritus carnem. Et hoc ha
bebāt & poſſidebāt primi parentes in premius iuſtitię origi
nalis. Nā itātū partes iferiores & oēs alię creaturę obediebāt
eis, et ipſi habebāt liberū iperiū ſup eas: inquātū ipſi obedie
bant deo: & fuerunt voluntates eorū conformes diuinæ vo-
luntati. Sed quando ipſi peccauerunt & deuiauerunt a diui-
na voluntate: ilico caro eorum inſurrexit aduerſus ſpiritum:
& ſenſualitas fuit rebellis et contradixit rationi: & fuit corru
ptus & peruerſus totus ordo interior: & corrupta natura & ſau-
ciata & vulnerata in ſuis potentijs: & peruerſus appetitus ſen
ſitiuus, & auerſus ab omni bono et conuerſus ad omne ma-
lum. Et ſicut ratio trahebat ſenſualitatē ad ſe ante lapſum:
ita poſt lapſum peruerſo modo ſenſualitas vt plurimū attra-
hit ad ſe rationem. Et ſic homo manſit ſubiectus ſenſualita-
ti & carni & mundo & diabolicę ſuggeſtioni. Nā poſtq̄ ſen-
ſualitas fuit corrupta: faciliter trahitur a mundo & diabolo.
Et poſtq̄ ratio perdidit imperium ſupra ſenſualitatem: faci-
liter trahitur ab ea. Et ſic trahit ſua quēq; voluptas: puta ad
ſuperbiam, auaritiam, luxuriam & cætera flagitia vitia. Nec
poteſt homo ex proprijs viribus ab his ſe retrahere: nec eis
reſiſtere poſtq̄ perdidit liberum imperium: niſi iuuetur au-
xilio dei & gratia per Ieſum Chriſtum: quem deus pater cō-
ſtituit mediatorē & auxiliatorem & iuſtificatorem omnium
hominum. Qui erat venturus ad trahendum omnia ad ſe-
ipſum per odorem vnguentorum ſuorum euāgelicorum. Et
ideo dicit: trahe me poſt te &c ℂ Sed ad maiorem euiden- A
tiam eſt notandum, ſecundū Ariſtotelem. x. Metaphyſicæ:
ꝙ in vnoquoq; genere eſt dare vnum quod eſt metrum & mē
ſura omnium illius generis ſicut eſt ignis in genere calidorū:
& album in genere colorum. Ita ergo pariter genere malorū
moralium dat̄ diabolus tanq̄ metrū & cauſa perſuaſiua oīm
malorū. Ita ergo etiā pariter ꝑ oppoſitum deus pater conſti-
tuit filium ſuū Chriſtū deum et hoiem vt eſſet metrū & men-
ſura & cauſa effectiua oīm bonorum gr̄ę & glorię: et oīm me
ritorum & ꝑmiorum: et oīm virtutum & actuū meritorioꝝ.
In quē Chriſtū oēs homines haberēt inſpicere tanq̄ in exē-
plar & ſpeculum oīm virtutū: et tanq̄ ducē et directorē in via
virtutū. Quē oēs iuſti debebāt ſequi quocūq; iret. Et ſic Chri
ſtus inquātum metrum & mēſura omnium bonorū gr̄ę & glo
rię debebat dare omnibus gr̄am & gloriam. pſalmo. lxxxiij.
gratiam & gloriam dabit dn̄s. Et inquantum dux, debebat
omnes ducere & vocare. Sed inquantum exemplar, omnes
debebant ipſum ſequi per imitationem in odorem vnguen-
torum ſuorum .i. ſequendo eius ſanctitatem & doctrinam &
gratiā ſacramentoruꝫ. & ſic exſpectabatur Chriſt⁹ vt eſſet col
lator omnium bonorum: & dux & tractor omnium fidelium
& norma & regula omnium actuum humanoruꝫ: poſtq̄ tota
humana natura fuerat corrupta in Adam: vt ſicut omnes ho
mines antea ſequebantur foetorem corruptionis: quem ſer-
pēs antiquus inſufflauerat in Adam: ita poſtea Chriſtus tra-
heret omnes ad ſe vt ſequerentur odorem ſuę integritatis
& ſanctitatis & doctrinę & veritatis. Et ideo dicit ſponſa: o
ſponſe veni & oſculare me oſculo oris tui veniendo in carnē.
Et quia vbera tua ſunt meliora vino & fragrantia optimis
vnguentis ſanctitatis: & quia nomen tuum eſt diffuſum per
mundum ſicut oleum odoriferuꝫ: et q̄a nomen tuum eſt odo
riferum ſicut oleum aromaticum effuſum: & ideo adoleſcē-
tulę id eſt plebs gentilium dilexerunt te recipiendo fidem:
odorando tuam potentiam in miraculis: & tuam ſapientiaꝫ
in doctrina: & tuam ſanctitatem in vita & humilitate & mi-
ſericordia: Ideo trahe me poſt te: & oēs curremus in odo-
rē vnguentorum tuorū ſcilicet gratię ſacramentorum, & fi-
dei articulorum & donoꝝ ſpiritus ſancti, & omnium aliaruꝫ
virtutū & bonorum. Itē eſt aduertēdū ꝙ ſicut Adam rapiēs
cibum prohibitum ex arbore totū genus humanū traxit ad
peccatum ſuum. ita pariter Chriſtus aſcendens in arborem
crucis oīa traxit ad ſeipſum. Ioannis. iij. Ideo dicit ſponſa: tra
he me poſt te &c. ℂ Ad maiorem intelligentiam huius par
ticulæ eſt notandū: ꝙ decem vnguenta aromatica & odori-
fera effudit Chriſtus in ſuo aduentu: quibus reparauit totum
genus humanum: & ſanauit oēs infirmitates noſtras: & re-
ſtaurauit totam ruinam & defectus noſtros. Ad quorum vn-
guentorum odorē cucurrerunt & currunt oēs fideles cuiuſ-
cunq; ſexus et ętatis & coditionis: et ſequuntur agnum quo-
cunq; ierit. Vnde primo effudit vnguentū fidei: ad cui⁹ odo
rē currebāt oēs fideles veteris teſtamēti: & currūt oēs chriſtia
ni. Scd̄m vnguentū fuit doctrinæ pręceptorum et conſilio-
rum euangelicoꝝ: ad cuius odorem currebāt oēs apoſto-
li et diſcipuli et turbę ſequentes Chriſtum. vt patet Math.
xiij. et per totum diſcurſum euangelicum. Tertio effudit vn-
guentum ſāctitatis et omnium virtutum in exēplum oīm iu-
ſtoꝝ: ad cuius odorē currunt oēs aīę iuſtæ et deuotę: et oēs
ſtatus et conditiones hoim: puta pueri innuptęq; puellę iu-
uenes et virgines et ſenes et cōtinentes et viduę imitantes eī⁹
ſanctitatem. Quarto effudit vnguentū ſtupēdoꝝ miraculoꝝ
ſanādo ęgros et dęmoniacos et ſuſcitando mortuos &c. Ad
cuius odorē currebat multitudo magna lāguētium: q̄a virtus
de illo exibat: & quia videbant ſigna quę faciebat ſuper his

qui infirmabantur. Ioannis. vj. Quinto effudit vnguentum
mortis & paſſionis & patiētię in ſuis laboribus & perſecutio-
nibus. Ad cuius odorē currunt oēs peccatores vt ſanentur: &
oēs miſeri vt cōſolentur in ſuis tribulatiōibus: vt patebit in ſex
to cantico. & currebāt oēs martyres: & currunt omes afflicti.
Sexto effudit vnguentū ſeptē ſacramentorum in remedium
omnium ſpūaliū infirmitatum. Ad cuius odorē currunt oēs
fideles cuiuſcunq; ſexus & cōditiōis. Septimo effudit vnguē
tum ſeptē donorum ſpūs ſancti in die pētecoſtes ſup apoſto-
los. vñ receperunt oīa dona grãrum & gña linguarum & in-
telligentiam ſacrę ſcripturę &c. Ad cuius odorem currunt oēs
doctores, & vniuerſaliter oēs chriſtiani. Octo effudit vnguē-
tum virtutis nominis Ieſu: quod eſt nomen omnipotentiæ &
ſapientię & miſericordię & ſalutis: per quod apoſtoli dęmo-
nes effugabant, & mira ſigna faciebant, & tandem omnia
idola deleuerunt & totum orbem fidei & iugo Chriſti ſubie-
cerunt. Ad cuius odorē currimus omnes indifferēter. Nono
cōtinue Chriſtus effundit vnguentum bonarum internarum
inſpirationum & gratiæ actualis ad auxiliandum & roborā-
dum liberū arbitrium, & ad mouendā voluntatē ad bñ agen
dum & malum vitādum, & adimplenda diuina p̄cepta. Ad
cuius odorē currit tota humana natura in Adā vitiata & infir
mata. vt in fine patebit. Decimo effudit Chriſtus vnguētum
glorificationis & vltimę perfectionis per ſuam reſurrectionē
glorioſam: quā iam communicauit quibuſdā ſanctis qui cum
eo reſurrexerunt ad gloriā: & cōmunicauit virgini matri ſuæ:
& communicabit omnibus iuſtis in fine mundi. per quod vn
guentum ſanabimur ab omnibus defectibus & infirmitati-
bus corporalibus, & beatificabimur in corpore & anima: &
recipiemus vltimam perfectionem. Ex quibus omnibus pa-
tet: q̄ Chriſtus eſt metrum & menſura & principium & fons
omnium gratiarum & bonorum & perfectionum. Hoc ergo
præuidens in ſpiritu ſponſa veteris teſtamenti, quia præuide
bat qualiter Chriſtus erat effuſurus ſupradicta decem vnguē
ta in reparationem totius humanæ naturę lapſæ: ideo cupi-
ens trahi & currere poſt iſta vnguenta, dicit. Trahe me poſt
te: curremus in odorem vnguentorum tuorum. ❡ Item eſt ad
uertendum: q̄ ſicut deus exiſtens in arca lignea teſtamen-
ti veteris trahebat totum illum populum per deſertum: &
totus ille populus ſequebatur arcam in odorem thymiama-
tis & aliorum vnguentorum: ita pariter Chriſtus figuratus
per illam arcam, deus exiſtens in carne & in arca humani-
tatis, trahebat populos in odorem ſuę prędicationis & ſan-
ctitatis & miraculorum. Hoc ergo præuidens illa ſponſa in
ſpiritu, dicit. Trahe me o Chriſte poſt te: ſicut illa arca tra-
hebat illum populum. Et curremus in odorem vnguētorum
tuorum: ſicut populus Iſrael currebat poſt illam arcam & ta-
bernaculum odoriferum.
C ❡ Deinde etiam cum ſubdit tertio. Introduxit me rex in cel
laria ſua &c. petit ſponſa introduci in thalamum ſecretorum
ſpōſi ſui Chriſti, vt ibi doceat eam profunda & ſecreta myſte
ria quę latent ſub thalamo & velo ſacræ ſcripturæ. quia Chri
ſtum & ſponſam in thalamū & cellaria ſua introducere: nil-
aliud eſt: niſi fidelibus ſuis ſacræ ſcripturæ ſecreta reuelare.
Et ſic eſt dicendum: q̄ Chriſtus introduxit apoſtolos & do-
ctores ſcilicet Auguſtinum & Hieronymum & Ambroſium
in cellaria & apothecas ſecretorum aromatum ſacræ ſcriptu
rę, reuelando eis altiſſima myſteria. Litera autem hebraica
habet. Introducat me rex in domos ſecretas ſuas. Et ſic litera
eſt magis clara: quia iſta petitio eſt optatiua. ſed frequenter
trāſlatio. lxx. ponit prętéritum pro futuro & pro optatiuo p̄-
pter certitudinem p̄phetiæ: vt ſępius dictū eſt in pſalmis. Di
cit ergo ſponſa. Vtinam ſponſus meus introducat me in cel
laria ſua. i. ad cellas & cameras ſecretas ſacræ ſcripturæ: &
ad thalamum ſuum, vbi ipſe latet: & ad cellaria aromatum
vbi reponuntur & latent ſecreta myſteria noui teſtamēti ve-
lata in veteri teſtamento ſub vmbra cerimoniarum. Quia ve
ritas euangelica latebat ſub vmbra & thalamo & velo & cor
tina illarum cerimoniarum: quam veritatem ſponſa deſide-
rabat ſcire in aduentu ſponſi: in quarum intelligentia & gu-
ſtu expectabat & petebat ſponſa lætari cum ſponſo. ideo ſub
ditur. Exultabimur & lætabimur in te. quaſi dicat: o ſponſe
Chriſte ſi introduxeris me in cellaria tua reuelando mihi di
uina myſteria: et exhibendo mihi lac euangelicum & vnguē
ta ſacramentorum, tunc omnes fideles memores vberū tuo
rum exultabimus corpore & lętabimur mēte & tota aīa in te
ſugendo lac ſapientiæ & gratię vberum tuorum. quod quidē
lac deſiderarunt ſugere omnes patriarchę & prophetę. Et iō
recti & iuſti & oēs fideles diligunt te ſuper omē vinum mate
riale propter tale lac euangelicę doctrinę & gratię ſacramen
torū: cui lacti nullus ſapor corporalis eſt cōparandus. Et no-
ta q̄ ly Super vinum, poteſt etiam ordinari cum ly memo-
res vberum tuorum: vt ſit ſenſus. ſ. nos memores vberum tuo-
rum exultabimus & lętabimur in te ſuper, omne vinum cor-
porale. et ideo recti et veraces guſtantes lac vberum tuorum
diligunt te. Sed miſeri & ceci iudęi & obſtinati in ſua malitia
quia nolunt guſtare lac vberum tuorum: ſed currunt poſt bo
na temporalia: ideo non diligunt te manentes in vmbra le-
gis: non deſiderantes intrare in cellaria tua: et comedentes
vinaceum & amurcam et paleas: a quibus Chriſtus expreſſit
vinum & oleum et granum euangelicū: et repoſuit in cellario
& horreo ſuo: vt frequenter in expoſitione pſalmorum di-
ctum eſt. In hęc ergo cellaria vini & olei euangelici, & in a-
pothecas aromatum, & in horreum frumenti euangelici ſe-
parati a paleis legis petit introduci iſta ſponſa, vt ibi fruatur
et lętetur cum ſponſo. ❡ Ex omnibus ergo ſupradictis patet: D
q̄ hucuſq; tria petit ſponſa. Primo oſculari per incarnationē
& familiarem doctrinam & conuerſationem et redemptio-
nem et glorificationem. Secundo petit trahi per prędicatio-
nem ſponſi et aromata euangelica. Tertio petit introduci
in ſecretum thalamum & cellaria ſponſi, vt cum eo fruatur
bonis ſpiritualibus: vt patet. Et notanter petit introduci in
cellaria ſponſi, et non in ſolum vnum cellarium: eo q̄ Chri-
ſtus ſponſus eccleſię habet duo cellaria ſcilicet vnum bono-
rum gratię in hoc ſęculo: in quo reponuntur bona gratię ſa-
cramentorum, & ſecreta ſacrę ſcripturę. Et habet alterum cel
larium ſcilicet glorię: in quo reponuntur omnia bona glorię
et fruitionis et æternæ beatitudinis. Et ideo ſponſa petit in-
troduci in hęc duo cellaria ſucceſſiue, dicens. Introducat me
rex in cellaria ſua. Item etiam dicit ſponſa. vtinam introdu-
cat me ſponſus meus Chriſtus in thalamum ſuum & cellaria
ſua: vt ibi reuelet et doceat me myſteria ſacræ ſcripturæ, ſicut
deus quondam introduxit Moyſen in tabernaculum fœde-
ris, et ibi loquebatur ipſi familiariter tanq̄ amicus ad ami-
cum &c.
❡ Ex ſupradictis patet qualiter ſponſa ſub quadam meta- B
phora quinq; nominibus appellat Chriſtum ſponſum ſuum
Nam primo vocat ipſum oſculum dei propter myſterium in-
carnationis. ſ. vnionis humanitatis ad verbum. Secundo vo-
cat ipſum vbera dei, inquātum ex eo totus mundus debebat
ſugere copiā ſapientiæ & lactis euangelici. Tertio vocat ip-
ſum nomen dei. nam ſicut nomen vocale vel ſcriptum noti-
ficat cōceptum interiorem & notificat p̄prietates vniuſcu-
iuſq; rei: ita Chriſtus verbum incarnatum notificauit mun-
do omnipotentiā & ſapientiam et iuſtitiam & miſericordiā
dei patris. prout fuit declaratum pſalmo. viij. Item quarto
vocat ipſum oleū effuſum odoriferū ratione ſanctitatis vitæ
& doctrinæ quę per prædicationem apoſtolorum per totum
orbē fuit diffuſa. Quinto vocat ipſum vnguentum aromati-
cū odoriferum rōne paſſionis & miſericordię: inquantū per
vnguentū ſuę paſſionis irā patris erga nos placauit et molli-
ficauit: & vulnera noſtra ſanauit: et in eccleſiaſtica ſacra odo-

tem & virtutem vnguenti paſſionis inſpirauit.quæ quidē
eccleſiaſtica ſacramenta ſunt vnguenta paſſionis Chriſti:p
quæ vnguenta Chriſtus nos trahit ad ſe.ad quorum odorē
omnes fideles ipſum ſequuntur:& in cellaria eius introdu-
cuntur. Ex quib⁹ omnib⁹ ſequitur ꝙ Chriſtus eſt principiū
& metrum & menſura oim bonoꝝ humanę naturę.

## Nigra ſum ſed formoſa.&c.

Hæc eſt quarta pars principalis huius primi cantici:in qua
Salomon introducit plebē gentilē peṙentē ſociari cū plebe
Iſraelitica & fideli:& ſimul cū ea recipere Chriſtuꝫ ſponſuꝫ
ſuum,vt ex vtroqꝫ populo fiat vna eccleſia & ſponſa Chri-
ſti. Ad cuius intellectum eſt notandum, ꝙ licet multi
de populo gentili fuerint ſociati populo dei in veteri teſta-
mento:tñ inter cæteros tres mulieres ſponte fuerunt ſocia-
tę populo dei:in quibus præcipue fuit figurata ſpōtanea cō
uerſio populi gentilis ad fidem Chriſti:& fuerūt figura quō
ex conuerſis de populo iudaico & gentili debebat fieri vna
eccleſia ſub vno rege & capite Chriſto.Quarum prima fuit
Thamar.vnde legiṫ Geñ.xxxviij ꝙ poſt venditionem Io-
ſeph,Iudas deſcendens a fratribus ſuis venit in Cannas:&
ibi diuertit ad Odolamiten:& vidit ibi filiam hominis Cha
nanei nomine Sue:& accepit eam in vxoreꝫ ex qua genuit
tres filios:quorum primo nomine Her tradidit Thamar i
vxorem.Ex quo patet ꝙ Thamar erat de filiabus Chanaā
de populo gentili.Sed mortuo primo filio iūxit eandē Tha
mar filio ſecundo nomine Onam in vxorem.quo mortuo
abſqꝫ liberis reſtituit eam Iudas in domuꝫ patris ſui:vt ibi vi
ueret in viduitate expectando Selam tertium filium in vi-
rum. Tunc ipſa Thamar videns ꝙ Sela non libenter vole-
bat immo fugiebat accipere eam in vxorem:& præuidens
Thamar in ſpiritu qualiter Chriſtus in lege promiſſus non
poterat deſcendere niſi de tribu Iuda:tunc ſimulato habitu
meretricali poſuit ſe in biuio dum iret Iudas ſocer ſuus ad tō
dendas oues. Quam videns Iudas putans eſſe meretricem
concubuit cum ea:ex qua genuit Phares & Zaram.ex quo
Phares deſcendit Chriſtus ſecundum carnem. Et ſic Pha-
res fuit mixtus ex duobus populis.ſ. Iſraelitico & gētili.Per
quod myſterium fuit figurata eccleſia Chriſti congreganda
ex illis duobus populis. Thamar ergo figurauit populuꝫ gē
tilem ſponte ad fidem Chriſti venturum.& Phares figura-
uit eccleſiam ex vtroqꝫ populo congregandaꝫ. Et figurauit
etiam Phares qualiter Chriſtus ab eo deſcendens ſecundū
carnem debebat vtrumqꝫ populum redimere & ſaluare.

F ❡ Secunda vero mulier ex pplo gentili quæ fuit ſponte iū-
cta pplo Iſraelitico,fuit Raab,quę recepit & ſaluauit explo
ratores q̄ ſola cum domo ſua fuit liberata & reſeruata in va-
ſtatione Hierico:vt patet Ioſue.vj.Quæ qdē Raab poſtea
fuit iuncta in vxorem ipſi Salomon principi tribus Iuda:ex
qua genuit Booz Et ſic patet qualiter etiam ipſa Raab fuit
figura populi gentilis ad fidem venturi. Sed multo clarius
fuit figura huiuſmodi ipa Ruth Moabita. vñ legitur Ruth
primo capitulo:ꝙ orta fame in terra Iuda:quidam vir ap-
pellatus Helimelech compulſus inedia profectus eſt in ter-
ram Moab cum Noemi vxore ſua & duobus filijs.ſ.Maa-
lon & Chellon.Et factum eſt cum moreretur Helimelech
in terra Moab:manſit Noemi orbata viro vidua cum duo-
bus filijs:qui acceperunt ſingulas vxores de populo Moabi
tarum,qui poſt decennium ambo mortui ſunt. Tunc auteꝫ
Noemi videns ſe orbatam viro & ambobus filijs,decreuit
redire in Bethleem patriam ſuam.Ruth autem vna ex nuri
bus ſuis vehementi affectu ſtatuit nō dimittere ſocrum ſuā:
immo venit cum ea in Bethleem Iudę.vnde cum Noemi di
ceret ipſi vt reuerteretur ad populum ſuum:& ad deos ſuos:
ipſa reſpondit dicens.Populus tuus populus meus & deus
tuus deus meus.Et quocunqꝫ perrexeris:ibo.Et vbi morata
fueris ega pariter morabor.Et ſic tandem Ruth Moabita
venit cum Noemi in Bethleem,viuens cum ea ſecundum le
gem Moyſi in magna humilitate & paupertate. Tunc au-
tem accidit ꝙ tempore meſſis Ruth abijt ad agrum ipſius
Booz viri Effratei:& ſequebatur meſſores colligendo ſpi-
cas cadentes de manibus meſſorum pro vita ſuſtentanda.
Videns autem Booz honeſtatem & humilitateꝫ mulieris;
præcepit ipſi ne abiret ad aliuꝫ agrum:ſed colligeret ſpicas
in agro ſuo:& voluit vt comederet & biberet ſimul cū meſ-
ſorib⁹ & āncillis ſuis.Quę cū fuit ſatiata,reuerſa eſt ad Noe-
mi ſocrum ſuam,& narrauit ipſi oia beneficia quæ Booz fe-
cerat erga eaꝫ.Tunc vero Noemi narrauit ſibi qualiter iſte
Booz erat conſanguineus viri ſui Helimelech.Et ſic præce
pit ipſi vt rediret iterum ad agrum eius ad colligendas ſpi-
cas:& cum Booz dormiret de nocte i area,accederet ad pe
des eius:& cooperiret ſe pallio ei⁹:& faceret omnia quæ ſi-
bi Booz diceret.Cū autem Ruth feciſſet omnia iuxta conſi
liū Noemi,ſurgens Booz a ſomno & reperiens Ruth ad pe
des ſuos q̄ſiuit quænam eſſet:illa autem reſpondit dicens.
Ego ſum Ruth ancilla tua.Expande palliū tuū ſuper ancil
lam tuā:quia propinquus es.Tunc inquit ille:benedicta es
tu a dño filia:qa priorē miſericordiā poſteriore ſuperaſti:&
non es ſecuta iuuenes pauperes ſiue diuites.& tunc Booz fa
cto diſcurſu propinquitatis ipſius Helimelech ſoceri ipſius
Ruth:accepit eam in vxoreꝫ.Ex qua genuit Obeth:qui ge
nuit Ieſſe:qui genuit Dauid patreꝫ Salomonis.Et ſic patet
qualiter iſta Ruth Moabita de populo gentili cum magno
affectu iuncta fuit populo dei.Et quę cupiebat eſſe ancilla:
facta eſt vxor & domina in domo ipſius Booz:ex qua Chri-
ſtus deſcendit ſecundū carnem.p qd myſteriū pręuidit Salō
mon in ſpiritu totum myſteriū conuerſionis totius populi gē
tilis ad fidē Chriſti,eo ꝙ Salomō erat pronepos hui⁹ Ruth.
& ideo frequenter cōtēplabaṫ huiuſmodi myſterium.Vnde
per hoc ꝙ Ruth cum tanta humilitate & inſtantia adhæſit
ipſi Noemi & ſecuta eſt eam,dicens.Quocunqꝫ perrexeris:
ibo.& vbicunqꝫ morata fueris:morabor.ppl's tuus populus
meus,& deus tuus deus meus.&c.per hoc præuidit Salomō
in ſpiritu qualiter populus gentilis dimiſſa idololatria & ol
ritu ſuperſtitioſo cuꝫ magna humilitate debebat venire ad
fidem Chriſti,& recipere eius legem euangelicam.Et debe
bat adhærere cum conuerſis de plebe Iſraelitica,& cum eis
ſimul fieri vnus populus chriſtianus & vna eccleſia ſub vno
vero deo & vno capite Chriſto.Et p hoc ꝙ iſta Ruth cum
ſua humilitate & magna perſeuerantia,ea q̄ colligebat ſpi
cas poſt meſſores:& deſiderabat eſſe ancilla:facta eſt domi
na dom⁹ & copulata in vxoreꝫ ipſi Booz:per hoc præuidit
Salomō in ſpiritu:qualiter plebs gentilis quę nunq̄ habue
rat legem nec prophetas:ſed deſiderabat colligere ſpicas
poſt apoſtolos:poſtea per ſuam humilitatem & finem iun-
cta fuit in ſponſam Chriſto ſponſo ſuo:& fuit domina princi
palis in eccleſia:ſynagoga reprobata:& ipſa quæ cupiebat
colligere ſpicas ſacrę ſcripturæ poſt apoſtolos:facta ē poſt-
ea domina totius meſſis ſcripturæ ſacræ.Quia pro maiori p-
te omnes doctores qui expoſuerunt ſacram ſcripturā vtriuſ-
qꝫ teſtamenti,fuerunt conuerſi de populo gētili.vt patet de
Euſebio,& Ambroſio,& Auguſtio,& Hieronymo. &c.Itē
per hoc ꝙ Ruth ſole denigrata lauit faciem ſuam & expo-
liauit ſe vilibus veſtimentis & induit ſe nouis veſtimētis qñ
venit de nocte ad lectum ipſius Booz:per hoc pręuidit Salo
mon in ſpiritu qualiter plebs gentilis ſorde & æſtu idolo-
latriæ denigrata,lota & dealbata a nigredine idololatriæ,
& expoliata ab omni falſa ſuperſtitione per fidem debe-
bat indui nouis veſtimentis fidei:& iungi ſponſo ſuo Chri-
ſto:& debebat renouari veſtibus nuptialibus in domo Chri
ſti ſponſi ſui:& debebat vngi baptiſmo & chriſmate ſalutis
& lauari & dealbari a nigredie pctōrū & ſorde idololatrię.
& ſic tota eccleſia ex iſtis duobus populis per fidem congre
gata debebat viuere ſub vno ſponſo & paſtore Chriſto.Iteꝫ

per hoc idem præuidit Chriſtum ex vtroq; populo naſcitu-
rum. Et per hoc ꝙ Chriſtus ex vtroq; populo erat ſecundū
carnem naſciturus, præuidit in ſpiritu qualiter vtrumq; ppl'ʒ
Chriſtus erat ſaluaturus. Præuidens ergo Salomon in ſpiri
tu ſpontaneam conuerſionem populi gentilis, & vnionem
eius cum conuerſis de populo Iſraelitico ſub vno ſponſo &
paſtore Chriſto in vna eccleſia: per omnia myſteria ſupradi
cta & maxime per myſteriuʒ ipſius Ruth Moabitæ: in qua
maxime & clarius fuit figurata conuerſio gentium: Ideo in
hac quarta parte huius primi cantici introducit plebem gē
tilem ſorde idololatriæ denigratam, venientem tanq̄ oueʒ
perditam & peregrinam: cupientem & petentem cum ple-
be Iſraelitica & fideli ſociari ad recipiendum ſponſum ſuuʒ
& paſtorem Chriſtum. Vbi duo facit. nam primo facit quod
dictum eſt. Secundo conuerſa ad Chriſtuʒ petit ab eo tanq̄
a vero paſtore paſci: & ſub eius vmbra quieſcere & protegi.
ibi. Indica mihi quem diligit anima mea. Quātum ergo ad
primum: videns iſta plebs gentilis ꝙ plebs fidelis & Iſrae-
litica fuerat iādiu ab Adā vſq; ad Salomonē per verba de
futuro Chriſto deſpōſata: & videns ꝙ ipſa quondam deuia
uerat a fide vnius dei ad idola per Cham, & Nemroth, &
Zoroaſtrem, & Ninuʒ, & alios qui inceperunt idola colere:
& videns ſe tali ſorde & ęſtu denigratā: & videns ꝙ plebs fi
delis petebat a Chriſto ſpōſo perſonaliter oſculari & trahi:
& ad thalamū eius introduci: Ideo rogat filias Hieruſalem
.ſ. plebeʒ fidelem, ne deſpiciat eam in tali expeditione: ſed
recipiat eam in ſua ſocietate ad recipiendum Chriſtū. quia
licet ipſa plebs gentilis eſſet denigrata foris per idololatriā:
tamen ipſa ita erat pulchra quo ad naturā ſicut plebs fide-
lis. quia ita erat ad imaginem dei creata, & per conſequens
ita erat capax fidei & beatitudinis ſicut ipſa. Itē quia Chri-
ſtus ita erat ex ipa plebe gentili naſciturus ſicut de Iſraeliti
ca & ꝑ conſequēs ita erat ipaʒ redēptur⁹: iō dicit iſta plebs
gentilis. O filię Hieruſalē. i. plebs Iſraelitica & fidelis, q̄ vi-
detis dn̄m per fidē, recipite me in veſtra ſocietate vt Chriſt⁹
ſponſus oſculetur me ſimul vobiſcū oſculo oris ſui per incar-
nationē: & trahat me per legis euangelicę prædicationem:
& introducat me in cellaria ſua per redemptionem & ſecre
torum reuelationē: quia ita eſt naſciturus ex me ſecūdū car-
nē ſicut ex vobis. & nolite me conſiderare ꝙ fuſca ſim. naʒ
licet ſim nigra per peccatū, tamen ſum formoſa per naturā:
quia ad imaginē & ſimilitudinē dei ſum creata: quia cuncta
quæ fecit deus erant valde bona. ſed poſtea offuſcauit & de
colorauit me ſol. ſ. æſtus peccati & idololatrię: eo ꝙ non vi-
xi ſub vmbra & fide vnius dei. Et ponitur hic ſol effectiue ꝓ
æſtu comburente & denigrante. & ſic ponitur cauſa pro effe
ctu. & ideo fui denigrata perdendo albedinem fidei quam
habuit Adā, & Seth, & Enos, & Noe, & cæteri patres mei.
Vnde iſta nigredo accidit mihi ex īfidelitate: quia filij Euæ
matris meę pugnauerunt cōtra me iſto modo. Naʒ ipē Chā
& Nemroth, & Ninus: & cęteri idololatræ qui fuerunt filij
Euę matris meę, q̄a omnes deſcendim⁹ ab vna matre Eua
& ab vna generatione ipſius Noe, & etiam omnes Moabi-
tę filię Loth, & omnes Iſmaelitę & Idumæi deſcenderunt
a Thare & vxore eius matre Abrahæ & Aram. Et ſic omēs
iſti filij matris meę pugnauerunt cōtra me decipiendo aiaʒ
meā & denigrādo eā per idololatriā. Iſti filij mr̄is meę Euę
vel Melchę poſuerūt me cuſtodē. i. cultorē in vineis idolola
trię. i. cōmouerūt me & docuerūt me falſos ritus idolorū: &
coegerunt me cuſtodire & obſeruare deteſtabiles ritus & ſu
perſtitiones idolorum. Et ſic vineā meam nō cuſtodiui. i. nō
colui. i. legem naturę quā deus tradidit ipſi Adā, & Noe, &
Melchiſedech, & Abrahę, & ipi Iob, & cęteris fidelib⁹, nō
cuſtodiui nec ſeruaui. Quia illa erat vinea mea ꝓpria quaʒ
deus tradiderat patribus meis ſupradictis colendā: in cuius
cultura ſub fide Chriſti venturi fuerūt ſaluati. Sed venerunt
ſupradicti filij mr̄is meę: & relicta vera vinea dei declinarūt
ad falſam vineam idololatriæ: & illā docuerunt me ſeruare.
Et ſic in tali ſorde & æſtu peccatoꝝ poſita extra vmbram
fidei vnius dei fui denigrata & abominabilis facta quantuʒ
ad extra: ſed non reſtat quin maneat imago dei in aīa ſecū-
dum quam ſum capax fidei & gratię redemptionis. Et ideo
licet ſim nigra adextra, ſicut tabernacula Cedar, quę ſūt ni
gra & ſqualida ꝓpter ardorē ſolis: tn̄ ego ſū formoſa natura
liter adintra, inquantū ſum ad imaginē dei facta. Et ſic ſum
formoſa adintra ſicut pelles. i. cortinę tēpli Salomonis. naʒ
ſicut templum Salomonis adintra eſt totum ornatum & pl
chrum cortinis ſericis & aureis & diuerſorū colorum: ita de⁹
ornauit aīam meā donis naturę. ſ. quinq; ſenſibus corporali
bus: & tribus ſpiritualibus potētijs & incorruptibilibus. ſ. in-
tellectu & memoria & voluntate: quibus ſum capax ad gra
tiam & redēptionem & gloriā, ꝓcul pulſa nigredine idolola-
trię & peccati. Ergo filiæ Hieruſalem ne me deſpiciatis
nec recuſetis me in veſtra ſocietate recipere ad oſculandum
ſponſum in ſuo aduentu: vt ſimul viuamus ſub vno ſponſo
& paſtore Chriſto, & ſub vna lege & fide & baptiſmo.
¶ Ex ſupradictis patet, ꝙ Ruth Moabita cuʒ Thamar & G
Raab tanq̄ procuratrix totius plebis & populi gentilis venit
in figura ad plebem Iſraeliticam petens ſimul cum ea ſocia
ri ſub eodē diuino cultu & fide Chriſti futuri: vt ſimul popul⁹
gentilis ſaluaretur in Chriſto cum plebe Iſraelitica: & fieret
vnus populus cum ea. Et ſic Ruth in perſona tot⁹ populi gē
tilis dicebat. Nigra ſum ſed formoſa. ¶ Notandū eſt etiaʒ,
ꝙ non ſolū ſupradictæ tres mulieres erant de pplo gentili:
ſed etiā oēs. xij. patriarchę fuerūt filij mulierum de pplo gē
tili. Vnde Iacob, q & Iſrael, primo genuit ſex patriarchas ex
Lia filia Laban hominis gentilis. Secūdo genuit duos. ſ. Io-
ſeph & Beniamin ex Rachel filia eiuſdem Laban. Tertio
genuit duos ex Zelpha, & duos ex Bala: q̄ ambæ erant an
cillę de populo gentili. Et patet qualiter omnes xij. patriar
chę erant filij mulierū de ppli gentili: quæ libenter adhęſe
runt ipſi Iſraeli. Et etiam ptʒ qualiter Iſrael ex mulieribus
alienigenis de populo gētili genuit oēs. xij. patriarchas: ex
quibus fuit multiplicatus totus populus Iſrael. Ex ſupradi-
ctis ergo ſequitur, ꝙ plebs iudaica moderna falſo & ſtulte
& inaniter gloriatur de natura ſua. Nā ſi vult incipere natu
rā ſuā ab Abrahā, ipſe erat ex parētib⁹ dijs alienis & idolis
ſeruientibus. vt patet Ioſue vltimo. Si autem vult incipere
naturam ſuā a Iacob & duodecim patriarchis, ipſi erant oēs
filij ſeruitutis & mulierum de populo gentili. Vnde Iacob
pretio ſeruitutis emit duas vxores. ſ. Liam & Rachel. Vnde
ipſæ dixerunt. Pater noſter vendidit nos & comedit prætiū
noſtrum. vt patet Geñ. xxxij ¶ Et ſic patet qualiter omēs
ſūt filij ſeruitutis. Itē fruct⁹ iſtoꝝ magis patuit in captiuitate
ægyptiaca: vbi fuit ſub onerib⁹ dorſū ei⁹: & man⁹ eius in co-
phino ſeruierunt. Item magis patuit in terra promiſſionis tē
pore iudicum: vbi decies fuerunt traditi ſeruituti finitimo-
rum. Item legitur. ij. Paraly. ſecundo, ꝙ Salomon quæſiuit
& numerauit omēs proſelytos in terra Iſrael numero. cliij.
M. & dc. de numero quorum deſtinauit. lxx. M. qui hume-
ris onera portarent: lxxx. M. qui lapides de montibus cęde
rent. Ex quo ſequitur, ꝙ omnes illi erant aduentitij de gen-
tilitate ad iudaiſmū: ex quib⁹ maxima pars Iudæorum de-
ſcendit. Ex quo ſequitur ꝙ totus populus Iudæorum eſt fi-
lius ſeruitutis ſecundum carnem & de populo gentili. Et ſic
non habet vnde glorietur de natura ſua: ſed magis vnde vi-
lipēdatur. Deinde cum dicit. Indica mihi quem diligit aīa
mea &c. petit iſta peregrina. ſ. plebs gētilis ſimul paſci cum
ſpōſa: & protegi ſub vmbra ſponſi. ¶ Ad cuius intellectum H
eſt primo notandū, ꝙ Salomon ſumit parabolam ex myſte
rio nubis obumbrantis tabernaculū vnde legitur Exod. vl-
timo ꝙ poſtq̄ tabernaculum domini fuit fabricatum & ere-
ctū: & arca teſtamenti repoſita intra tabernaculū: ilico q̄dā
nubes obumbrauit & incubauit ſupra tabernaculum. Quæ

quidē nubes quatuor faciebat. Nam primo per totam no-
ctem illuminabat totum tabernaculuȝ circū quaq;:in die au
tem obumbrabat ipſum protegendo ab ardore ſolis & cau
matibus. Secundo dirigebat totum exercitum pbendo ipſi
ducatū per totū deſertum:quia ad motum illius nubis mo
uebatur & dirigebatur tot⁹ exercit⁹. Tertio illa nubes plue-
bat manna ad refectionem & nutritionem totius exercitus:i
quo cibo totus exercitus paſcebaẗ. Illa ergo nubes illumina
bat & protegebat & dirigebat & paſcebat illum. Per quod
myſterium præuidit Salomon qualiter Chriſtus fili⁹ dei de-
bebat cubare in tabernaculo eccl'iæ tanq̄ caput,& ſedere i
thalamo eius tanq̄ ſponſus. Et qualiter ſpūs ſanct⁹ debebat
incubare ſupra totam eccleſiam:& obumbrare eam & illu-
minare & protegere & regere & paſcere eam pabulo eccle
ſiaſticorum ſacramentoruȝ:quia ſpūs ſctūs iugiter pluit ſup
eccl'iam manna ſacramentorum & gratiarum & donorum.
Ex ſupradicto ergo myſterio accepit Salomon parabolam
ad petendum paſci & quieſcere & protegi & dirigi in eccle
ſiam Chriſti ſub vmbra ſpiritus ſancti. ❡ Secundo eſt notā-
dum q̄ ſicut ſuperius Salomon introduxit plebem Iſraeliti
cam & fidelem ad loquendū ſub metaphora ſponſę. Ita hic
introducit plebem gentilem ſub metaphora peregrinæ &
gregis errantis. Et cauſa huius diuerſitatis eſt. nam plebs fi
delis ſemper manſit colona & ciuis in ciuitate dei intra mu
ros fidei Chriſti futuri ab Adam vſq; ad aduentū Chriſti. &
ſic ſemp fuit ſponſa Chriſti per fidē. Sed plebs gētilis poſtq̄
deuiauerat a fide vni⁹ dei poſt Noe & declinauerat ad ido
la:ſemper errauerat extra ciuitatem dei tanq̄ pagana & pe
grina,& tanq̄ ouis quæ perierat ſine paſtore vero & ꝓprio:
ducta p diabolum,& denigrata ſorde idololatrię & oim vi-
tiorū. Et ideo Salomon in hoc primo cantico introducit ple
bē Iſraeliticam & fidelē tanq̄ ſpōſam ad loquendū cū ſpon
ſo ſuo Chriſto:cui ab initio fuit deſponſata per verba de fu-
turo vt dictū eſt. Sed plebē gētilē introducit ad loquendum
tanq̄ peregrinā & ouē perditā,q̄rentē paſtorē qui paſcat eā
& ꝓtegat ſub vmbra ſua & dirigat & illuminet eam.

❡ Vnde ſicut illa petit perſonaliter oſculari & trahi & intro-
duci in thalamū tanq̄ ſponſa a ſponſo: Ita iſta ouis perdita
& peregrina & erratica petit paſci & ꝓtegi & dirigi a Chri-
I ſto vero paſtore. ❡ Et ideo iſte libell⁹ partim diciẗ epitha-
lamiū .i. canticū ſponſale ſiue nuptiale inquātū eccl'ia intro
duciẗ ad loquendū tanq̄ ſponſa,& Chriſtus tanq̄ ſpōſus. Et
partim dicitur bucolica quædam,inquantuȝ eccl'ia introdu
citur tanq̄ ouis,ſiue tanq̄ grex ouiū & tanq̄ peregrina ad lo-
quendū paſtori ſuo Chriſto. Et etiam dicitur quædaȝ Geor
gica inquantum eccleſia introducitur ſub metaphora vineę
aut agri aut horti. Sed oīa iſta poſſunt compræhēdi ſub me
taphora bucolica & cantico bucolico. Vnde canticum buco-
licū diẗ cāticū paſtorale:In quo introducūtur paſtores ad lo
quendum de ouibus & armentis & de paſcuis & fructib⁹ &
floribus & arboribus. vt patet in bucolicis Theocriti & Vir-
gilij. Ita ergo pariter facit Salomon in iſto libro. nam ſicut
Virgilius introducit in bucolicis poetas tanq̄ paſtores loquē
tes de regibus ſub metaphora altiſſimarum arborum & ma
gnoꝝ leonum:& loquētes de populis ſub metaphora arbu
ſtorum & miricarū:cū dicit in quarta ęgloga. Sicelides mu-
ſę paulo maiora canamus. Si canimus ſyluas ſyluæ ſunt con
ſule dignæ. &c. Ita pariter Salomon in hoc libro introducit
Chriſtum non ſolum tanq̄ ſponſum:ſed tanq̄ paſtorē,& ar-
borem altiſſimam præbentem vmbram & refrigerium toti
eccl'ię. Et per capreā & ceruos caprorum intelligit patriar-
chas & prophetas:& per paſtores quādoq; intelligit ap'los
& per mala granata intelligit martyres:& p poma & cæte-
ros fruct⁹ intelligit doctores & confeſſores. Et per lilia intel
ligit virgines:& per vineam & hortū & agrū intelligit totā
eccl'iam fideliū. Et per cuſtodes vineę intelligit reges & pla
tos. vt latius patebit per totum iſtum librum:in quo ad ma-
gnaȝ partē proceditur modo bucolico & Georgico. Vnde
quia Salomō loquitur de eccleſia cōgregata ex duobus po-
pulis. ſ. iſraelitico & gentili;ideo loquitur in hoc libro ſub du
plici ſtylo. naȝ quia plebs iſraelitica venit ad Chriſtum tāq̄
ſponſa quæ diu ante fuerat ipſi per fidem per verba de futu
ro deſponſata:ideo introducit ipam tanq̄ ſponſam. Sed q̄a
plebs gentilis venit ad Chriſtum tanq̄ ouis perdita & pere
grina & extranea:ideo in ei⁹ petitiōe procedit modo buco-
lico,mutādo ſtylū:vt ſatiſfaciat vtriq; pp'lo. Vnde ſicut Vir-
gilius in prima ægloga introducit ad loquendum Tityrum
& Meliboeū Melibœus enim reputabat Tityruȝ felicē:eo
q̄ q̄eſcebat ſub vmbra & fauore Octauiani Auguſti. Ideo
cupiens cū eo quieſcere dicit. Tityre tu patulę recubans ſub
tegmine fagi Syluestrem tenui muſam meditaris auena.
Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua. Nos patriam fu
gimus:tu Tityre lentus in vmbra Formoſā reſonare doces
Amaryllida ſyluas &c. Ita ergo pariter iſta plebs gentilis q̄
tanq̄ ouis perdita errauerat,veniens æſtu idololatrię ſordi-
da & denigrata,vidēs plebē Iſraeliticā venientē ad paſcen-
dū & quieſcendum cū ſponſo:petijt ipſi ſociari,vt dictum ē.
Sed conuerſa ad Chriſtum petit paſci & protegi ſub vmbra
eius ſimul cum plebe iſraelitica,dicens ad Chriſtum verum
paſtorem O Chriſte quē diligit aīa mea,indica mihi vbi &
in quo agro & in quibus paſcuis paſcas oues tuas fideles. Et
indica mihi quib⁹ paſcuis & quo pabulo ſacramētoꝝ & gra
tiarū & donoꝝ paſcas eas:vt ſimul paſcas me cum eis. Iteȝ
indica mihi eccleſiā nube ſpūs ſancti obumbratam & prote
ctam & directaȝ,vbi cubes in meridię.i. in ardore ſolis & in
æſtu huius mundi. quam eccl'iam tu protegis ſub tua vmbra
ab imbribus & caumatibus pſecutionū huius mundi. Et ēt
indica mihi illā cæleſtem manſionem vbi tu cubas per glo-
riam in meridie ęternitatis ſine nocte. vbi paſcis beatos illa
cęleſti fruitione ſine aliquo defectu cū omni ſecuritate. Vn-
de o Chriſte vere paſtor deus ego peto vt paſcas me in tua
eccleſia:& ꝓtegas & regas me ſub tua vmbra:ne vagari in-
cipiam poſt greges.i. poſt pp'los ſodalium tuoꝝ.ſ. regum &
principum de pp'lo gētili. Vñ omnes reges & principes di-
cuntur ſodales & ſocij dei:inquātū cōmiſit eis vices ſuas in
mundo vt regant populos & regna. Quia oīs poteſtas a do-
mino deo eſt. Et ſic reges tanq̄ vicarij & ſodales dei regunt
mundū. Et ſic reges & principes & iudices dicūtur dij terrę.
vt patet Exod. xxij. & pſal. xlvj. & .lxxx. Et etiā dij gentium
.ſ. idola dicebantur ſodales dei quantum ad exiſtimationē
& opinionem populi gentilis:qui idola deos putabat & ſo-
cios magni dei totius naturæ. Dicit ergo iſta plebs gentilis.
O Chriſte quē diligit aīa mea:indica mihi vbi paſcas & vbi
cubes in meridie:& recipe me ſimul cum plebe iſraelitica:
ne tanq̄ ouis perdita vagari & errare incipiam poſt greges
principum ſodalium tuorum,& poſt greges idoloruȝ & poſt
deos gentium,qui reputantur dij apud vulgus. nam ſicut tu
diceris deus Iſrael:ita ipſi dicuntur dij gentium. & ſic dicun
tur dij ſolo nomine:ſed non re vera. Et ideo deceperūt me
& denigrauerunt me multiplici ſorde peccati cum ſua dete-
ſtabili ſuperſtitione.

Si ignoras te o pulchra. &c.

❡ Hęc eſt ſecunda pars principalis huius primi cantici in q̄
Chriſt⁹ ſponſus & paſtor prębet gratioſum reſponſum prę-
fatę peregrinę annuendo petitionibus eius:procedēdo mo
do bucolico. Ad cuius intellectū eſt notanduȝ,q̄ ſicut in pri
ma ægloga Virgilij Tityrus annuit præcibus & petitiōibus
Melibœi perētis q̄eſcere & paſci ſub tegmine fagi cū eo:di-
cēs i fine æglogę. Hic tñ hac mecū poteris requieſcere nocte.
Fronde ſuper viridi:ſunt nobis mitia poma.
Caſtaneę molles & preſſi copia lactis.
Et iam ſumma procul villarum culmina fumant:
Maioreſq; cadunt altis de montibus vmbrę.

Ita ergo pariter Chriſtus paſtor annuit petitionibus huius peregrinæ & ſponſæ petentis paſci et quieſcere ſub vmbra eius quia recipit eã vt paſcatur in ecclia ſua:& quieſcat ſub ſua vmbra:vt patebit in tertio cãtico:vbi dicit. Dilect⁹ me⁹ mihi & ego illi q paſcit inter lilia:donec aſpiret dies,& inclinent vmbrę &c. Annuẽs ergo Chriſtus ſponſus & paſtor petitioni huius ꝑegrinæ dicit.O plebs gẽtilis tu dicis ꝙ denigrata es æſtu idololatrię:& ꝙ filij matris tuę poſuerũt te cuſtodem in vineis idololatriæ.Et ideo petis dealbari & ſociari cum plebe iſraelitica ſponſa mea.Et petis paſci & protegi & dirigi ſub vmbra eccleſiæ meę:ne incipias,imo ne ꝓcedas vagari & errare vltra poſt veſtigia regũ & principũ mundi & falſoꝝ deoꝝ.Ideo dico tibi.ꝙ ſi ignoras te (& ponitur ſi pro quia).i.quia hucuſq; ignoraſti te nõ cognoſcendo creatorem tuum & verum deum,ambulando poſt falſos deos:& qa ignoraſti legẽ & ꝓphetas:iõ egredere ab idololatria & falſa ſupſtitiõe idolorũ:& abi poſt veſtigia gregum meorũ fideliũ ſequendo legẽ euãgelicã:& paſce hœdos & filios tuos in eccleſia mea iuxta tabernacula paſtorum.ſ.patriarcharũ & prophetarũ & apoſtoloꝝ:quos poſui paſtores in ecclia mea.Vnde patriarchę docebũt te aduentum meũ per figuras & promiſſiones prophetę per vaticinia & apoſtoli annunciabunt tibi aduentuȝ meũ & myſteriũ incarnationis & redẽptiõis per ꝑdicationẽ euãgelicã.Ergo abi poſt veſtigia.i.poſt ꝑdicationem eoꝝ:& imitando vitam eorum egredere a cultu & ritu falſorum deorum.Quia iam aſſimilaui te,o amica mea,equitatui meo in curribus Pharaonis. nam ſicut liberaui exercitum meum & plebem iſraeliticam ſponſam meam a curribus & exercitu Pharaonis in mari rubro:quia populus meus tranſiuit illęſus:& Pharao fuit ſubmerſus & perijt cum curribus & exercitu ſuo:ita ego pariter liberabo te de poteſtate diaboli,& de ſeruitute peccati in q̃ fuiſti:& eijciã diabolũ foras:& cõminuã omnia idola ei⁹:& ſubmergam diabolum & peccatum in mari rubro ſanguinis Chriſti,& in aquis baptiſmalibus.Per quas aquas baptiſmi ego te dealbabo & lauabo a nigredine idololatriæ & peccati.Et ſic tu q̃ eras nigra & ſordida eris pulchra inter mulieres de plebe iſraelitica. Et tunc cum fueris tali aqua baptiſmali abluta,genæ conſcientiæ & facies animæ tuæ erũt pulchrę pulchritudine innocentiæ.i.erũt honeſtę & pulchrę ſicut genę turturis:& collum tuum erit ſicut monilia.i.ornatum monilibus ſpiritualibus:quia baptiſmus abluit & dealbat animã lauando eam a culpa,& reſtituendo eam in ſtatum innocentiæ ad modum turturis:& ornat eam virtutib⁹ theologalibus & donis gratiarum ſpũs ſancti.Sed quia maxime dona ſpiritus ſancti conferuntur in cõfirmatione ad intelligendas & prædicandas ſcripturas:ideo ſubdit.Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.i.faciem⁹ tibi auricularia aurea ex auribus pendentia argento punctuata & depicta & cęlata.Litera autem hebraica habet. Pulchræ ſunt genę in ordinibus ſiue in auricularibus:& collum tuum cum monilibus.Auricularia aurea faciemus tibi punctuata argento.Et tunc litera eſt magis plana.eo ꝙ baptiſmus & eccleſiaſtica ſacramenta ornant animam varietate virtutũ & gratiarum quo ad omnes potentias.Et ſic patet qualiter Chriſtus paſtor ſatiſfacit plebi gentili petenti dealbari a nigredine idololatriæ:& paſci & protegi ſub vmbra eius.Eſt verũ ꝙ iſta reſponſio & exhortatio Chriſti põt referri & dirigi tam ad plebem iſraeliticam q̃ ad plebem gẽtilem peregrinã.Nam plebem iſraeliticã exhortatur & monet vt egrediatur a iugo legis & cerimoniarum:& baptizet in re poſtq̃ in figura fuit baptizata in mari rubro:& recipiat legem euangelicam ſequendo ſponſum.Et plebem gentilem exhortatur:vt egrediatur ab idololatria & cultu falſorum deorum:& dealbetur per baptiſmum:& ornetur ornamentis gratiarum.Quia redemptio ita fuit promiſſa populo gentili ſicut iſraelitico.Item ſponſam ex vtraq; plebe in vna fide congregatam promittit aſſimilare ęquitatui ſuo in curribus Pharaonis Nam ſicut equitatus eſt exercit⁹ dei tunc triumphauit de currib⁹ Pharaonis in ęgypto & in mari rubro:ita poſtea eccleſia Chriſti ex vtroq; ppl'o cõgregata trũphauit de tyrannis & hæreticis & de diabolo:vt patebit in.ix.cantico.Item ſicut deus muniuit & ornauit & ditauit illam plebem iſraeliticam monilibus & iocalibus,quę mutuo ab ægyptijs acceperant:ita pariter Chriſtus ornauit & ditauit eccleſiam ſuam primo monilibus ſpũalibus grãꝝ & virtutum:& poſtea monilibus & bonis temporalibus per reges & imperatores de populo gentili ad fidem cõuerſos vt patebit in cantico vltimo.Et hoc eſt q̄d promittit ſponſus eccleſiæ ſponſæ ſuę,cum ait.Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te.&c.& cum poſtea ſubdit.Pulchrę ſũt genæ tuæ.& murenulas aureas faciemus tibi &c.Quæ omnia compleuit Chriſtus in ſuo aduentu ſucceſſiue,prout patebit

¶ Ex ſupradictis patent ſeptem petitiones factæ in iſto primo cantico:quas plebs iſraelitica ſponſa Chriſti cum plebe gentili de futuro faciebat & petebat continue per patriarchas & prophetas & omnes fideles in veteri teſta.ante aduentum Chriſti cum deſiderio.Nam primo petebat oſculari per incarnationem.Secundo petebat trahi per odorem ſanctitatis & doctrinæ:& perſonalis prædicationis. Tertio petebat introduci in cellaria ſponſi per gratiam ſacramentorum,& per intelligentiaȝ ſacrę ſcripturę.Quarto petebat plebs gentilis ſociari cum plebe iſraelitica:& per conſequẽs ſimul trahi & introduci.Quinto petebat dealbari a nigredine idololatriæ & omnis peccati:per candorem baptiſmalẽ. Sexto petebat paſci pabulo bonorũ gratiæ in ꝓſenti:& glorię in futuro. Septimo petebat quieſcere & protegi ſub vmbra ſponſi:hic per gratiam:& in cælo per gloriam. Quibus ſeptem petitionibus annuit ſponſus,& promiſit complere ſub tali conditiõe.ſ.ꝙ plebs iſraelitica egrediatur a iugo legis & cerimonijs in aduentu Chriſti:& plebs gentilis egrediatur ab idololatria,& ſeq̄tur apoſtolos & doctores Chriſti.cui ſponſę promittit dare triumphum & victoriam contra omnes infideles:& promittit eam & ornare & ditare bonis ſpiritualibus & etiam temporalibus. K

¶ ¶ Vnde nota:ꝙ diuitię & redditus ecclię licet ſint bona temporalia:tamen ſunt annexa bonis ſpiritualibus.Et ideo per murenulas aureas intelligit bona ecclię mere ſpiritualia:ſicut ſunt gratię ſacramentorum & donoruȝ.Sed per vermiculata ſiue per puncta argentea intelligit bona tẽporalia annexa ſpiritualibus:quibus ditata fuit eccleſia p principes mundi.Et ſic ſponſus promittit eccleſiæ ſponſę ſuę murenulas aureas vermiculatas argento.i.bona ſpiritualia annexa bonis temporalibus.Item etiam per murenulas aureas intelligit virtutes theologales & dona ſpiritus ſancti:ſed per picturas argenteas intelligit virtutes morales:prout ſõt annexę virtutibus & donis ſupernaturalibus:& prout perficiuntur per dona ſpiritus ſancti:ſicut argentum pficitur & coloratur per aurum.Vnde bona naturalia & tẽporalia cõparantur ad ſupernaturalia,ſicut argentum ad aurum. Et hoc de primo cantico. L

## Incipit Secundum Canticum.

DVm eſſet rex in accubitu ſuo:
Nardus mea dedit odorem ſuum.
Faſciculus myrrhę dilectus me⁹ mihi.
Inter vbera mea cõmorabitur
Botrus cypri dilectus meus mihi
In vineis Engaddi.
Ecce tu puhlcra es amica mea.
Ecce tu pulchra.

Oculi tui columbarum.
Ecce pulcher es dilecte mi & decorus.
Lectulus noſter floridus.
Tigna domorum noſtrarum cedrina.
Laquearia noſtra cypreſſina.
Ego flos campi & lilium conuallium.
Sicut lilium inter ſpinas:
Sic amica mea inter filias.
Sicut malus inter ligna ſyluarum:
Sic dilectus meus inter filios.
Sub vmbra illius quem deſiderabam ſedi.
Et fructus eius dulcis gutturi meo.
Introduxit me Rex in cellam vinariam.
Ordinauit in me charitatem.
Fulcite me floribus: Stipate me malis.
Quia amore langueo.
Leua eius ſub capite meo.
Et dextera illius amplexabitur me.
Adiuro vos filiæ Hieruſalem
Per capreas ceruoſqꝫ camporum:
Ne ſuſcitetis: Neqꝫ euigilare faciatis dilectam:
Donec ipſa velit.

DVm eſſet rex in accubitu ſuo &c.
Hoc eſt ſecundum canticum huius libri: in quo
Salomon cantat myſterium incarnationis Chri
ſti. ¶ Ad cuius intellectum eſt notãdum: ꝙ poſt
M q̃ Salomon in primo cantico cantauit deſiderium patriar-
charum & prophetarum & omnium fidelium veteris teſta-
menti de Chriſto futuro: & expoſuit & explicauit petitionẽ
plebis Iſraeliticæ petentis oſculari per incarnationeꝫ: & tra-
hi per legis euangelicæ prædicationem: & introduci & recõ
ciliari per redemptionem. &c. Et expoſuit etiam petitioneꝫ
plebis gentilis petentis ſociari & dealbari a nigredine: &
paſci & protegi ſub vmbra Chriſti: Et explicauit etiaꝫ reſpõ
ſionem Chriſti annuentis petitionibus vtriuſqꝫ plebis: Nũc
in nouem canticis ſequentibus Salomon cantat effectum &
executionem & adimpletionem ſupradictarum petitionuꝫ
& promiſſionum. Vnde poſtq̃ in primo cantico cantauit de-
ſiderium & fidem ſponſæ per totuꝫ diſcurſum veteris teſta.
ab Adam vſqꝫ ad Chriſtum: nunc in nouem canticis ſequẽ-
tibus ſatiſfaciendo votis & petitionibus ſponſæ cantat totuꝫ
myſterium noſtrę redemptionis ab incarnatione vſqꝫ ad a-
ſcenſionem: & exinde cantat totum diſcurſum eccleſiæ no-
ui teſta. vſqꝫ ad ſecundum aduentum Chriſti & finem ſęcu-
li. Vnde duo facit ſponſus in ſequentibus canticis. Nam pri-
mo ſatiſfacit plebi iſraeliticę ſponſæ ſuæ: adimplendo oſcu-
lum & myſterium incarnationis & noſtræ redemptionis: eo
ꝙ de illo populo erat carnem aſſumpturus: & in illo populo
crucifigendus &c. Secundo ſatiſfacit populo gentili ipſum
dealbando, & ad paſcuam vocando: & cum plebe fideli ſa
tiando iuxta ſuam petitionem. Secunda pars incipit in cã-
tico octauo. ibi. Quo abijt dilectus tuus. In iſto ergo ſecũdo
cantico cantatur myſterium incarnationis figuratum per o-
ſculum ſponſi & ſponſæ. Quod quidem myſterium præui-
dit Salomon in ſpiritu per fabricationem arcæ & taberna-
culi fœderis: quod deꝰ pręcepit fabricare ipſi Moyſi. Exod.
xxvj. vnde Salomon aſſumpſit parabolam ad faciendum
iſtud canticum.

¶ Ad cuius intellectum eſt primo notandum: ꝙ quinqꝫ cõ N
ſiderauit & contemplatus eſt Salomon in fabricatione illiꝰ
arcę fœderis. Primo materiam ex qua facta eſt: quia ex li-
gnis Sethim, & etiam cedrinis. Secũdo conſiderauit vnctio
nem factam ex confectione myrrhę & cynamomi & cætero
rum aromatum. Tertio conſiderauit ea quę fuerunt repoſi
ta in arca. ſ. duas tabulas lapideas legis: & vrnam mannę: &
virgam ſacerdotalem ipſius Aaron. Quarto conſiderauit
duo cherubin ſuper quæ arca ſedebat. Quinto conſiderauit
& contemplatus eſt tabernaculum, intra quod arca illa fuit
repoſita. In qubus quinqꝫ myſterijs bene conſideratis & cõ
templatis præuidit Salomon in ſpiritu prophetico totũ my
ſterium incarnationis verbi. Nam per hoc ꝙ illa arca facta
fuit ex lignis Sethim, quæ ſunt ligna albiſſima & imputre-
factibilia & incombuſtibilia, & ex lignis cedrinis quę ſunt li
gna odorifera & omnis veneni fugatiua: præuidit Salomon
qualiter corpus Chriſti licet eſſet formandum ex genere ip-
ſius Adam: tamen non per ſeminalem generationem: ſed
per ſpiritus ſancti operationem ex puris ſanguinibus virgi-
nis abſqꝫ omni labe & veſtigio peccati. immo debebat fu-
gare omne venenum peccati, & extinguere & ſanare mor-
ſum antiqui ſerpentis. Iteꝫ per hoc ꝙ illa arca fuit peruncta
& perfuſa illo oleo & vnguẽto ex myrrha & cæteris pr. :tio-
ſis aromatibus confecto: præuidit Salomõ qualiter illa hũa
nitas ſiue ille Chriſtus Ieſus erat vngendus præ conſortibus
ſuis oleo donorum ſpiritus ſancti non ad menſuram: vnde
& a quo & de cuius plenitudine omnes eramus accepturi
gratiam pro gratia. Item per ea quæ fuerunt repoſita in illa
arca, præuidit qualiter Chriſtus erat futurus deus & homo:
rex & ſacerdos. nam ligna Sethina & cedrina ex quibus fa-
cta eſt arca, figurabant humanitatem Chriſti ex corpore &
anima. Virga aũt ſacerdotalis figurabat ſacerdotium Chri-
ſti. & vrna mannę qđ de cęlo deſcendebat, figurabat diuini
tatem. & tabulę legis figurabant regnum Chriſti. Et ſic prę
uidit qualiter Chriſtus erat futurus deus & homo: rex & ſa-
cerdos & iudex. Per illa autem duo cherubin in quibus ſede
bat arca domini, præuidit qualiter Chriſtꝰ debebat eſſe me
dius inter duo teſtamenta, & ſedere ſuper ea. Per hoc auteꝫ
ꝙ illa arca fuit repoſita intra tabernaculum: præuidit Salo
mon qualiter Chriſtus verus deus & hõ erat reponendus in
vtero virginis Marię: & ferendus in eo per nouem menſes,
& reponendus in eccleſia inæternum: eo ꝙ illud tabernacu
lũ figurabat primo perſonam & vterum virginis Mariæ: &
ex conſequenti totam eccleſiam, in qua habitat Chriſtus.
¶ Sed iterum eſt aduertendum, ꝙ ſicut illa arca figurabat O
humanitatem Chriſti: ita tabernaculum figurabat virginẽ
Mariam & eccleſiam. In quo tabernaculo Salomon cõſide
rauit ſeptem myſteria. Primo ꝙ licet deus primo pceperit
fieri arcam: tamen tabernaculuꝫ prius factum eſt. Secundo
conſiderauit materiam ipſius tabernaculi: qa ex lignis Se-
thim: & cedrinis: & etiam cypreſſinis. Tertio conſiderauit
vnctionem tabernaculi: quia ex vnguento ex quinqꝫ aroma
tibꝰ. ſ. ex myrrha & cynamomo, & calamo, & caſia, & oleo.
Quarto conſiderauit ornatuꝫ: quia ex cortinis & diuerſis flo
ribꝰ. Quinto conſiderauit qualiter arca fuit repoſita intra ta
bernaculum tanq̃ in ꝓprio habitaculo. Sexto cõſiderauit il-
lum populum qui ſequebaꝛ & circundabat tabernaculum.
Septimo conſiderabat illam nubem obumbrantem & coo
perientem tabernaculum & totum exercitum. Quæ quidẽ
nubes quatuor faciebat. Nam primo protegebat taberna-
culum & totum exercituꝫ in die ab ęſtu & ardore ſolis, & fri-
goribus, & caumatibus, & ventis. Secundo in nocte illumina
bat tabernaculum & totum exercitum. Tertio dirigebat to
tum exercitum: prębendo ipſi ducatũ: vt patet Exod. vltio.
Quarto pluebat mãna ſup exercitũ pro quotidiano alimen
to. Per quę quidem myſteria præuidit Salomon totũ myſte
riũ fabricatiõis & cõſtructiõis eccleſię: & totũ ornatũ & om-

nia dona quæ eccl'ia recepit a Chriſto: & totum myſterium
nrę redemptionis & ſalutis. Nā per primō .ſ. quia deus pri⁹
præcepit fabricari arcā: tñ tabernaculum fuit prius factum ī
executione: per hoc præuidit Salomō: ꝙ virgo Maria & to-
ta eccleſia figurata per tabernaculum fuit facta & figurata
ꝓpter Chriſtum, & non econuerſo. Secundo ꝙ illud taber-
naculum materiale figurabat duplex tabernaculum Chri-
ſti .ſ. tabernaculū maternū & virginale: in quo Chriſtus de-
bebat habitare ſecūdū carnem. Et ex conſequēti figurabat
tabernaculū eccl'ię myſticū: ī quo Chriſt⁹ debebat habitare
ꝑ fidē & gratiā. Quod tabernaculū myſticū: eſt tota eccleſia.
Ideo per fabricam illius tabernaculi materialis pręuidit Sa
lomon qualiter Chriſtus in ſuo aduentu primo debebat fa-
bricare tabernaculum maternum .ſ. virginem Mariam ma-
trem ſuam: vt ex ea carnem aſſumeret. Sed per hoc ꝙ illud
tabernaculum materiale factū eſt ex lignis Sethim bñ mun
datis a ſpinis & leuigatis: & ex lignis cedrinis: præuidit Sa-
lomon qualiter Chriſtus debebat fabricare matrem ſuā ex
duob⁹ .ſ. ex carne Sethina & aīa cedrina. ¶ Ad cui⁹ intelle-
P ctū eſt notandū: ꝙ Sethim eſt arbor ſpinoſa non multū alta
cui⁹ lignū poſtq̄ eſt mūdatū a ſpinis & leuigatū a pelle, fit al
biſſimum & imputribile & incōbuſtibile. Per qđ lignum fi-
gurabatur caro beatiſſimę virginis Marię: q̄ licet eſſet tradu
cta & ꝓpagata ex Adam: tamen ante animationē fuit mū-
data a ſpinis Adā ꝑ virtutē ſpūs ſancti: quia in ventre matris
fuit ſanctificata illa caro anteq̄ aīata: vt pro maiori parte te
nent doctores. quæ quidem ſanctificatio nō oportuit ꝙ fie
ret per gratiā gratificantē: cū illa caro inanimata non eſſet
capax gratię: ſed fuit facta per virtutem mundatiuam ſpūs
ſācti: ſicut exorciſatur aqua, & oleū conſecratur in chriſma:
licet ſit res īaīata. Ita pariter caro virginis fuit per virtutem
ſpūs ſancti ſanctificata: & ab omni fomite mundata & facta
alba, & imputribilis: & incōbuſtibilis: ne aīa in eius conſor-
tio poſſet fœdari: ſed in ea anima cedrina abſq; omni labe
& iniuria poſſet creari & infundi. Ad cuius intellectū eſt ite
rum notandum: ꝙ cedrus eſt arbor altiſſima, quæ maxime
creſcit in Libano: & eſt arbor valde odorifera omnis veneni
fugatiua. Et ideo in monte Libano & vbicūq; creſcit illa ar-
bor, nullus pōt viuere ſerpens, nec vipera, nec aīal veneno-
ſum Per quod lignum figurabatur aīa cedrina virginis Ma
rię. Hanc enim alam filius dei creauit: & in creando & gra-
tificando in illam carnem iam primo ſanctificatam & mū-
datā a fomite Adę infudit. Et ideo antiquus ſerpēs non po-
tuit ipſam mordere, nec ſuo originali veneno inficere. Et ſic
duplici ratione illa ſanctiſſima anima non potuit ex conſor
tio carnis contaminari, nec culpam originalem trahere. Pri
mo quia illa caro ante fuit mundata q̄ aīata. & ideo non po
tuit animam inficere. Secunda ratio eſt: quia illa anima nō
fuit creata in puris naturalibus: ſicut animę oīm aliorum: ſ;
ſimul fuit creata, & ſanctificata, & gratificata, & īfuſa. Quæ
quidem ſanctificatio non fuit peccati purgatiua: ſed omnis
generis gratiarum infuſiua & collatiua & confirmatiua. Et
ſic fuit ab omni labe peccati præſeruata. Et ideo antiquus
ſerpens nullo pacto valuit ipſam mordere: nec ſuo antiquo
Q veneno originali īficere. ¶ Ex quibus patet, ꝙ illa origi-
nalis culpa, quam Adam tranſtulit ex ſua perſona in natu-
ram noſtrā per libidinoſam generationē: a cuius natura per
carnē libidinoſam trāſiuit pſonaliter in oēs poſteros: non po
tuit trāſire in pſonā virginis. Primo ꝓpter ſanctificationē car
nis factā ante animationē. Scđo ꝓpter gratiam præuenien
tē: & gratificationē factā in creatione animę & animatione
carnis: qa vt ſic pctm̄ naturę nō potuit tranſire in pſonā vir-
ginis: quia q̄diu fuit indiuiduū & pſona humana, ſemp fuit
in gratia & deo grata & accepta: & per conſequens in prio
inſtanti ſui eſſe fuit tabernaculum dei effecta. Et ſic Augu-
ſtinus in primo ſermone de natiuitate virginis dicit: ꝙ ipſa
fuit primordium & exordiū eccleſię: & primum membrum



Chriſti quo ad eccleſiā noui teſtamenti: in qua Chriſtus ꝑ
gratiā habitauit primo. Itē dicit Augu. in eodem ſermone.
Quid iuſtitiæ: quid ſanctitatis hęc virgo indigere potuit: q̄
adinſtar cæli continētis oīa gratię plenitudinē accepit: aut
qs vnq̄ in eius corpore aut anima locus potuit inueniri pec-
cati: quæ adinſtar tabernaculi tēplū dñi eſt effecta: Hæc ē
ꝑfecto illa domus, de qua per Salomonē dicit. Sapientia
ædificauit ſibi domum: & excidit colūnas ſeptē &c. Hāc ꝑ-
fecto domū diuina ſapientia ædificauit: vñ & ex qua carnē
aſſumeret, & in qua habitaret. Cui nul⁹ patriarcharū: nul-
lus prophetarū eſt cōferēdus &c. Ex qbus patet: ꝙ de mē-
te Auguſt. fuit ꝙ virgo Maria nunq̄ fuit obnoxia culpę ori-
ginali: nec aliqđ peccatū potuit habere locū in ea. Et hoc ꝓ
uidit Salomon in ſpū cōſiderando & cōtēplādo fabricā illi⁹
materialis tabernaculi Moyſi facti ex lignis Sethinis & ce-
drinis. Tertio cōtemplando Salomō vnctionem taberna-
culi ꝓuidit ſanctificationē virginis Mariæ & totius eccl'ię.
¶ Ad cuius intellectū eſt valde notandum: ꝙ deus præce- R
pit Moyſi Exo. xxx. vt cōficeret quoddā vnguentū ꝑtioſiſ-
ſimū ex q̄nq; aromaticis liquoribus .ſ. ex myrrha pria & ele
cta: & ex cynamomo & calamo & caſſia & oleo oliueti: &
tali vnguento pungeret totam arcam & tabernaculū. Per
qđ myſteriū ꝓuidit Salomō ſanctificationem virginis Ma-
rię: & ex conſequenti ſctificationē & regenerationem toti⁹
eccl'ię futuram ꝑ paſſionē Chriſti & eccleſiaſtica ſacramen-
ta: inquantū iſti quinq; liquores ſignificabāt virtutes ſacra
metoꝝ fluētes ex paſſione Chriſti. Vñ eſt aduertendū ſcđm
Conſtantinū, & Iacobū de proprietatibus rerū. ꝙ myrrha ē
q̄dā hūilis arbor in Arabia: q̄ cū agitatur a duobus vētis con
trariis, maxie ab Aquilone & auſtro, incipit ſudare in vere:
& ex rimulis factis in cortice ramorum exit & emanat qui-
dam liquor odoriferus & ꝑtioſiſſimus & virtuoſiſſimus. Et
ille liquor dicit̃ myrrha prima: Sed qa per tales rimulas nō
pōt exire multus liquor: iō agricolę vulnerāt arborē in late-
re faciendo congruentē ſciſſurā: & tūc emanat copia liquo-
ris. Et tūc tot⁹ ille liquor q emanat in mēſe Martij. & Apri-
lis: tam ex inciſura lateris q̄ ex ſudore & rimulis ramorum,
dicit̃ myrrha prima & electa & probatiſſima, ad differentiā
ſcđę myrrhę q̄ emanat in menſib⁹ ſequentibus: quæ non eſt
tantę virtutis. ¶ Quæ quidem myrrha prima obtinet prin S
cipatū inter omēs liquores in virtute. Nā primo ipa licet ſit
amara: tñ eſt valde odorifera. Scđo eſt ab omni corruptiōe
pręſeruatiua. Tertio eſt omnis mali humoris deſiccatiua &
purgatiua. Quarto eſt omis inciſurę & vulneris curatiua: &
oīs doloris remediatiua. Per quā myrrhā figurabat̃ virtus
paſſionis Chriſti. nā licet illa paſſio fuit amara & doloroſa:
tamen fuit nobis ſuauis & odorifera: quia odor ei⁹ totū orbē
penetrauit: & fuit in virgine Maria ab oī corruptione pec
cati præſeruatiua; & in multis fuit purgatiua peccati origi-
nalis: & præſeruatiua ab omni actuali peccato: ſicut in Io-
anne baptiſta, & btō Nicolao: & in quibuſdā fuit purgatiua
tam actualis q̄ originalis. Et ſic fuit oīm vulnerū noſtrorum
peccatorum ſanatiua: & noſtrorū dolorum remediatiua: qa
lāguores noſtros ipe tulit: & dolores nr̄os ipe portauit, cuius
liuore ſanati ſumus. Vñ bene per illā myrrhā ītelligitur paſ
ſio & ſanguis Chriſti. Nam ſicut illa myrrha materialis nō
ſudat nec emanat niſi per agitationē ventorū contrariorū,
& per rimulas ramoꝝ, & ꝑ ſciſſuram factā in latere illius ar
boris: ita Chriſtus nō emiſit merita ſuę paſſionis (vñ oīa ſa-
cramēta habēt virtutē) niſi ex ſciſſiōe & agitatione & ꝑſecu
tione duoꝝ ventoꝝ contrariorū .ſ. populi Iudaici & gētilis.
Nā ad executionem ei⁹ paſſionis concurrit cœtus & ſenatus
Scribarū & Phariſſęoꝝ ppl'i Iudęoꝝ: & Pilatus cū ſuis mini
ſtris: q erāt de ppl'o gentili. Et ſic ex tali ꝑſecutione duorum
ventoꝝ contrariorum fuit Chriſtus agitatus ꝑ alapas & ꝑ-
cuſſiōes & flagella & clauationes manuū & pedū: vñ exiuit
ſanguis tanq̄ prima myrrha. Sed poſtea per inciſuram &

vulnius lateris exiuit maior abundātia myrrhę in remiſſionē
peccatoꝝ & virtutē & medelā ſacramētoꝝ:vt latius pate-
bit in.vj.cantico.Ideo Dauid in pſalmis & Salomon ī hoc
libro:p myrrhā ſemp intelligunt paſſionē & ſanguinē Chri
T ſti.¶ Itē cynamomū eſt ſpecies aromatica ſapida & odori-
fera,& etiā a corruptione pſeruatiua.& calamus ſiue oatdꝰ
eſt herba valde odorifera & omnis fœtoris fugatiua:& ca-
ſia ē dulcis & lenitiua & purgatiua:& oleū eſt omnis dolo-
ris mitigatiuum.Et ſic quia ex his quinq; liquoribus cōficit̄
vnū vnguentō pretioſiſſimū & odoriferum habens ſupradi
ctas ꝓprietates.ſ.quia tale vnguentum eſt odoriferum:licȝ
ſit aliquātulū amarū:tñ efficit̄ dulce ꝓpter ammixtionē cy-
namomi & caſſię.Et ſic tale vnguentū eſt odoriferū & ſapi-
dū & ſalutiferū & ab oī corruptione præſeruatiuū:& oīs do-
loris mitigatiuum.p qd figurabat̄ paſſio Chriſti faciētis oēs
ꝑdictos effectus ſpūales in nobis.Et ideo myſtice & figura-
tiue ꝑcepit deus:vt ex tali vnguento vngeretur tabernacu-
lū,ꝑfigurando myrrhā & vnguentuȝ paſſionis Chriſti:quo
virgo Maria & tota eccleſia erat perungenda:& figurabat
illud oleū catechuminoꝝ & infirmoꝝ & chriſma qd cōficit
eccleſia ad liniendos fideles per ſacramentū baptiſmi & cō
firmationis & extremę vnctionis.Quo quidē vnguento paſ
ſionis Chriſti nō ſolum fuit puncta eccl'ia & oēs fideles:ſed
etiam ipſa virgo Maria in ſua creatione,& in primo inſtan
ti ſui eſſe:vt dictuȝ eſt.Quia illa gratia ſanctificationis qua
fuit ſanctificata:non fuit ipſi collata niſi p merita paſſionis
Chriſti.Sed per aliū modū:nā in oībus nobis fuit purgatiua
peccati:ſed in virgine Maria fuit illa gratia ab oī peccato ꝑ
ſeruatiua,vt dictū eſt.Ex quo patet,ꝙ virgo Maria ita fuit
redēpta p Chriſtū & eius paſſionē ſicut cæteri fideles.Nam
illa gratia ita traxit virtutem ex paſſione Chriſti:ſicut gra-
tia qua fuimus omnes nos baptizari. Sed illa eadem gra-
tia quæ nos purgauit a peccato ſubueniendo:virginē Ma-
riam ꝑſeruauit ꝑueniēdo:ꝓut dictū eſt.Et ſi quis vult obſta
re,qa in cōceptione virginis Chriſtus nondum fuerat paſſꝰ:
Rñdet̄ ſcdm Hieronymū in ſermone de aſſumptiōe virgis,
& ſcdȝ Auguſt.lib.hypognoſticō cōtra Pelagianos:ꝙ Chri
ſtus non ſolum ante ſuā paſſionē:ſed etiaȝ ante ſuā incarna
tionem iā diſpenſabat gratiā & merita ſuæ paſſionis.vnde
anteq̄ pateretur iam miſerat diſcipulos ad ꝑdicādū & bapti
zandum:qui baptiſmus dabat̄ p merita ſuæ paſſionis:quia
Chriſtus heri & hodie & in ſęcula.ad Hebræos vltimo.de
qua materia ſatis dictū eſt in pſal.xlv.& in expoſitione ſup
V Magnificat.¶ Per ornatū aūt tabernaculi ex varietate cor
tinarū & florū ꝑuidit Salomoo ornamenta diuerſarum vir-
tutū quibus Chriſtus ornauit matrē ſuā:de qua debebat car
nem aſſumere:& in qua non ſoluȝ tanq̄ in tabernaculo ſpō
ſali:ſed etiā tāq̄ in tabernaculo materno debebat ſpecialit̄
humanari.quia virgo Maria prius fuit ſponſa q̄ mater Chri
ſti:quia prius cōcepit Chriſtuȝ mente p gratiam.q̄ carne:vt
inquit Auguſtinꝰ in libro de ſancta virginitate.Item p hoc
ꝙ illa arca fœderis fuit poſita in illo materiali tabernaclo
veteris legis:ꝑuidit Salomon qualiter Chriſtus deus & ho-
mo debebat reponi & per nouē mēſes carnaliter portari in
vtero virginali ipſius beatę Mariæ matris ſuę.Item p hoc
ꝙ deꝰ ſedens in arca fœderis ſup cherubin & intra taberna-
culum & de tabernaculo loquebatur Moyſi & per Moyſen
toti populo:præuidit Salomon qualiter verbum diuinum
exiſtens in arca humanitatis & intra vterum virginis debe-
bat ſāctificare Ioannē baptiſtam in ventre mr̄is ſuæ.& ideȝ
Chriſtꝰ exiſtens in vtero matris fecit eam euāgelizare qñ di
xit.Magnificat aīa mea dñm &c.quia filius loquebat̄ p os
matris,ſicut ante fuerat locutꝰ per ora prophetaꝝ.Iteȝ per
hoc ꝙ illa nubes protegebat illud tabernaculum in die ab
æſtu & ardore ſolis:& in nocte illuminabat tabernaculum:
& dirigebat & ducebat totum exercituȝ:& pluebat iugiter
illud manna ad cibū & refectionem illius populi:præuidit
Salomon qualiter ſpiritus ſanctus debebat obumbrare vir
ginē Mariā in ſua annūciatione.& qualiter virgo Maria de
bebat recipere verbū diuinū miſſuȝ a patre tanq̄ panē viuū
& manna abſconditū ad vitam & ſalutē & refectionem oīȝ
fideliū.Quę quidem virtus ſpiritus ſancti formauit corpus
Chriſti in vtero virginis ex puris ſanguinibus:& pręſeruauit
virginē ab omni corporali corruptiōe & eam in perfecta &
integra virginitate ſeruauit.Et ſic manſit Chriſtus in illo ta
bernaculo virginali carnaliter per nouem mēſes,& ſpiritua
liter in perpetuum.Et etiam patet qualiter illud tabernacu
lum Moyſi non ſolum præfigurabat tabernaculum Chriſti
maternū:q̄ fuit virgo Maria:ſed etiam tabernaculum myſti
cum:quę eſt tota eccleſia.Et iō ſicut Salomon per illam fa
bricam arcę & tabernaculi præuidit fabricationem corporis
virginis Mariæ in ſua conceptione & creatiōe:& ꝑuidit my
ſterium incarnationis & pręuidit omnes dignitates virginis
Marię ſupradictas:ita pariter ꝑuidit totā fabricationē & re
generationē totiꝰ eccl'ę.Præuidit em̄ qualiter iſtam eccl'iam
Chriſtꝰ ex duobꝰ lignis:ſcilicet Sethinis & cedrinis.i.ex duo
bus populis.ſ.ex Iſraelitico & gentili debebat fabricare.Se-
cundo qualiter eā vnguento ſuę paſſionis myrrhino debe-
bat per ſacramenta peungere.Tertio diuerſitate donorum
& gratiarū & virtutum decorare & ornare.Quarto Chriſtus
debebat ſe in hac eccleſia tanq̄ i tabernaculo myſtice inclu-
dere per fidē & gratiā.Item præuidit qualiter ſpūs ſanctus
debebat ſuper iſtam eccleſiam incubare:& illā illuminare
& protegere & regere & dirigere,& ſuper eā fructꝰ gratiaꝝ
& donorū & manna ſacramentorū iugiter pluere ad nutri-
tionē & refectionē & ſanitatē fideliū.Et ſic per fabricam &
myſteriū illius arcę & tabernaculi præuidēs Salomō myſte
rium incarnationis & eccleſię fabricationis fecit hoc cāticū
in quo cantat & explicat oīa ſupradicta. Et ideo iſtū cāticū
prīo verificat̄ de myſterio icarnatiōis & de btā virgie Ma-
ria quæ fuit tabernaculum Chriſti maternum.Ex conſequē
ti autem verificatur de tota eccleſia:quæ eſt tabernaculum
myſticum in quo Chriſtus habitat per fidem & gratiam.
vnde quia plebs iſraelitica deſponſata per verba de futuro
petebat in primo cantico a Chriſto ſponſo ſuo perſonaliter
& præſentialiter p incarnationem oſculari & trahi & in tha
lamum introduci:& plebs gentilis petebat cum altera ſocia
ri & dealbari:& vtraq; plebs facta vna ſponſa petebat ſimr̄
a Chriſto paſci & ſub vmbra illius protegi & quieſcere &c.&
quia ſpōſus promiſit vtriuſq; petitionibus annuere & ſatiſfa
cere:ideo in hoc ſecūdo cantico exequitur de adimpletione
promiſſi Et ſic Salomon introducit ſponſam ad loquendū:
agendo gratias quia recepit oſculum & beneficiū incarna-
tionis a ſponſo.¶ Sed eſt aduertēdum:ꝙ in illa benedicta
incarnatione quæ denotat̄ & intelligit̄ per accubitū & am-
plexū in hoc cantico:fuit facta triplex vnio.Primo vnio pſo-
nalis verbi cum illa humanitate aſſūpta.Secundo,vnio ma
ternalis Chriſti cum Maria matre ſua.Tertio vnio myſtica
& ſponſalis Chriſti cum eccleſia.Et ſic de qualibet iſtarum
vnionū verificatur iſtud ſcdm canticum.Et ideo iſte dialogꝰ
poteſt eſſe primo inter humanitatem aſſumptam & verbū
Secundo inter virginem Mariā & Chriſtū filiū ſuum.Ter-
tio inter eccleſiam & Chriſtum ſponſum ſuum.Sed quia iſta
triplex vnio fuit celebrata in perſona virgīs Mariæ,inquan
tum ex puris ſanguinibus eius verbum aſſumpſit carnem &
in ipſa Maria primo Chriſtus deſpōſauit eccleſiā:ideo i to-
to iſto cantico ipſa pōt loqui pro humanitate Chriſti aſſum
pta & pro ſeipſa & pro tota eccleſia.Et ſic virgo Maria pri
mo in pſona ſui:quia recepit Chriſtuȝ in vtero ſuo per carnē
& fidem.& ex cōſequēti agit gratias in pſona eccleſię:cuiꝰ
ipſa eſt mēbrū primū.Et agit gratias in pſona ſui:inquantū
meruit eſſe mater dei electa iter oēs mulieres:& ſingularis
in concipiendo Chriſtum & portando & pariēdo ipm vltra
legē aliarū mulierū.¶ Ad cuiꝰ intellectū eſt notandum ſe- Y

cundum Auguſtinum in ſermone primo de annunciatione
q̃ in illa benedicta incarnatione & conceptu filij tota ma-
ledictio Euę mutata eſt in benedictionẽ Mariæ. Nam Euę
dictũ eſt. Quia obediſti ſerpenti &c. multiplicabo ęrumnas
tuas & in dolore paries cõceptus tuos &c Sed Marię dictũ
eſt. Aue gratia plena dñs tecum: benedicta tu in mulierib⁹.
Et ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te &c. Item per Elizabeth
dictũ eſt ipſi. Benedictus fructus ventris tui &c. Vnde quia
Euę cum cæteris omnibus mulieribus dictum eſt, vt conci-
perent conceptus ſuos cum fœditate libidinis & corruptiõe
& portarent eos cum grauedine & multiplici miſeria & pa-
rerent cum dolore, & maiore corruptione: tamen ſola virgo
Maria concepit Chriſtum ſine fœditate & fœtore libidinis
ex ſolo opere ſpiritus ſcti: & portauit cum gaudio ſine gra
uedine & miſeria: & pepit ſine dolore & cũ integritate virgi
nitatis. Et ſic illa conceptus & fructus benedictus non attu-
lit matri maledictionem aliarũ mulierũ: immo abſtulit om
nes illas maledictiones: & attulit ipſi contrarias benedictio
nes. Dicit ergo virgo Maria: Gratias ago deo meo qui adi-
pleuit deſideriũ meum & totius eccleſię fidelium: nam ego
petebam in perſona totius eccleſiæ oſculari & trahi a ſpon-
ſo & introduci in thalamum eius: ſed totum hoc impletũ eſt
in me: quia ventrem meũ virginalem fecit thalamũ: in quo
voluit habitare in ſua incarnatione: quia ex me voluit car-
nem aſſumere: & in me tanq̃ in ſuo tabernaculo & accubitu
& lectulo habitare per carnis aſſumptionẽ. Cuius concept⁹
non fuit mihi cum maledictione ſecundum legem aliarum
mulierum: immo cũ oĩ benedictione vltra legẽ aliarũ. Nã
cum Chriſtus rex ſponſus meus eſſet in accubitu ſuo. ſ. in tha
lamo virginali vteri mei: non conceperam ipſum cum fœdi
tate libidinis: nec ex virili ſemine. ſed myſtico ſpiramine &
opere ſpiritus ſancti. & ſic dum ipſe rex Chriſt⁹ eſſet & con-
ciperetur in accubitu ſuo, nardus mea. i. virginitas mea de-
dit odorem ſuum: quia non concepi cum libidine fœditatis:
ſed cum pudore & odore virginitatis & integritatis. Item
dilectus meus Chriſtus fuit mihi tanq̃ nardus fugans omnẽ
fœtorem & fœditatem. Item fuit mihi tanq̃ faſciculus myr-
rhę præſeruans ab omni corruptiõe. vnde ſicut myrrha po-
ſita intra corpora mortuorum non permittit illa corrumpi
ita Chriſtus conceptus in vtero meo non permiſit me cor-
rumpi a virginitate: immo ſeruauit integritatem. Et ideo
dilectus meus tanq̃ faſciſculus myrrhę inter vbera mea com
morabitur præſeruans me ab omni corruptione. Item dile-
ctus meus non ſolum fuit in accubitu & vtero meo ſicut nar
dus & faſciculus myrrhę: ſed etiam ſicut botrus cypri in vi-
neis Engaddi, vbi creſcit arbor balſami, q̃ dicitur cypr⁹. qua
ſi dicat: q̃ Chriſtus fuit ſicut tanq̃ balſamum in vtero meo.
Nam balſamum eſt liquor pretioſiſſimus penetratiuus. nã
balſamum poſitum in vola & palma, penetrat totam ma-
num abſq; inciſione & lęſione. Ita pariter Chriſtus in conci
piendo & naſcendo fuit tanq̃ balſamũ: quia introiuit & exi
uit per clauſam portam clauſtri virginalis, conferendo pro-
lem & fœcunditatem, non auferendo virginitatem. Fuit
ergo Chriſtus in vtero virginali ipſius matris Marię tanq̃
nardus odorifera pellens omnẽ fœtorem libidinis & fœdi-
tatem: & fuit tanq̃ faſcicul⁹ myrrhę præſeruans ab oĩ corru-
ptione: & fuit tanq̃ botrus cypri, ſiue tanq̃ balſamus intrans
& penetras clauſtrum virginis afferendo fœcunditatem, nõ
auferendo virginitatem. Vnde Salomon comparat myſte-
rium incarnationis & conceptionis Chriſti ad arcam fœde-
ris exiſtentem in tabernaculo inter illa aromata odorifera
abſq; omni fœtore & corruptione. ſ. in illo tabernaculo ex li
gnis Sethinis & cedrinis incorruptibilibus fabricato, & pre
tioſiſſimis vnguentis illito & perũcto, & nobilib⁹ cortinis &
ornamentis decorato. quaſi dicat virgo Maria: q̃ ſicut de⁹
rex regum & dñs dominantium erat in illo accubitu & ta-
bernaculo cum illis aromatibus materialibus odoriferis: ita
pariter ſponſus pellẽs omnẽ fœtorẽ fœditatis erat ſicut myr
rha pſeruans ab oĩ corruptiõe: & ſicut botr⁹ cypri. i. ſicut bal
ſamum penetrans abſq; læſione præbens fœcũditatem nõ
auferens integritatem virginitatis. ❡ Et nota q̃ vbi trãſla Z
tio noſtra dicit Faſciculus myrrhę dilectus meus &c. in he-
bręo habetur Globus muſci dilectus meus. Et hoc accidit:
quia iſtud nomen, mor, poſitum in hebræo eſt æquiuocũ.
Quia vno mõ ſignificat odorẽ ſiue rẽ odoriferam. alio mõ
ſignificat amaritudinem ſiue rem amaram. Et ideo hebręi
moderni ſumẽtes vnã ſignificationem, ſemper per mor in-
telligunt & pronunciãt muſcum in hoc libro. lxx. autẽ quos
ſequitur Hieronymus in hac parte, tranſtulerunt hoc nomẽ
myrrha in vtraq; ſignificatione: eo q̃ vtraq; ſignificatio cõ
uenit ipſi myrrhę: quia ſimul eſt amara & odorifera, habẽs
plures perfectiones & proprietates q̃ muſcus. Per quas pro-
prietates ipſa myrrha maxime ſignificat paſſionem Chri-
ſti & eccleſiaſtica ſacramenta, vt dictũ eſt. Et ſignificat vir
tutes tam morales q̃ theologales: quæ ſanant omne vitiũ
& præſeruant ab omni peccato. Et ideo multo melius inter
ptati ſunt. lxx. q̃ ipſi moderni hebræi cum ſuis falſis punctis
& ſua falſa punctuatione. ❡ Iterum eſt notandum, q̃ illa A
arbor ex qua naſcitur balſamum, dicitur cyprus apud græ-
cos. quam Salomon tranſtulit ex Aſſyria in Iudæam: & plã
tauit vineam ex ea in Engaddi iuxta mare mortuum: & cre
ſcit ad modum viminis per modum vitis, & ideo dicitur vi-
nea. Quæ quidem arbor non patitur ferrum: quia ſi tangi-
tur aut ſcinditur ferro: ilico aret & ſiccatur: ſed cum ſcinditur
lapide vel oſſe acuto: tunc emittit ſuccum ſiue liquorem p-
tioſiſſimum, quod dicitur balſamum. Et ideo hic ponitur bo
trus pro liquore illius vitis. & dicitur balſamũ a ciuitate Bal
ſera, vbi antiquitus creſcebat. Græci autem appellabant ẽt
ipſum cyprum: quia aliquando creuit illa arbor in Cypro i-
ſula. & facit grana ad modum botri aut vuæ. ſed ille liquor
pretioſus qui dicitur Balſamum, non fit nec exit de botro: ſ;
ex calamo ſiue virga illius vitis inciſæ diſtillando illum li-
quorem. Et dicitur cyprus, q̃ interpretatur res amœna: &
etiam interpretatur mixtura: eo q̃ ille liquor eſt amœniſſi-
mus & pretioſiſſimus & digniſſimus & penetratiuus, quo
omnes reges vngebantur. Per quod balſamum ſignificatus
eſt Chriſtus: & paſſio eius. & reſurrectio a cuius vnctiõe om
nes dicuntur chriſtiani, id eſt vncti. Dicit ergo virgo Maria:
Chriſtus ſponſus & filius meus & dilectus dum erat in accu-
bitu ſuo. ſ. in vtero meo, fuit mihi ſicut botr⁹ cypri. i. ſicut bal
ſamum in vineis Engaddi naſcens. nam ſicut balſamum pe
netrat carnem abſq; lęſione & inciſione: & præſeruat a cor
ruptione, & conſeruat in integritate, & perpetuat odorem
in vaſe ſuo in quo ſemel ſtetit, & dignificat homines vnctũ
ex eo q̃ non vnguntur eo niſi reges & ſacerdotes & inclyti
propter eius pretium & dignitatem: ita pariter dilectus me
us penetrauit clauſtrum meum in conceptione & natiuita-
te abſq; lęſione virginitatis meę. quia licet ex me accepit car
nis veritatem: tamen ſeruauit virginitatis integritatem & p
petuam dignitatem: quia etiam poſt partũ ſemper appel-
labor virgo & mater dei: & beatam me dicent omnes ge-
nerationes.

❡ Ex quibus patet q̃ vterus virginis Mariæ fuit accubitus B
& thalamus Chriſti nardo odorifera omnium virtutũ & gra
tiarum perfuſus: & fuit capſa myrrhę electę & balſami pcio
ſi ipſius Chriſti. Et ipſe Chriſtus fuit in vtero virginali tanq̃
nardus odorifera omniũ virtutum: & faſciculus myrrhę ei⁹
virginitatis conſeruatiuus: & tanq̃ botrus cypri. i. tanq̃ balſa
mum penetrans abſq; læſione: & dignificans & vngens eã
tanq̃ reginam hominum & angelorum. Et ideo ſunt valde
notanda tria aromata hic metaphorice poſita ratione ſua-
rum proprietatum & perfectionũ quæ per quandã excellẽ
tiam cõueniunt Chriſto & virgini Mariæ matri eius: qui lo
quuntur in hoc cãtico. Nã ſicut de⁹ i figura pcepit Moyſi vt

perungeret illud tabernaculum in quo arca ſua erat repoſi-
ta vnguento iſtoꝝ aromatũ:ita implendo illã figurã voluit
illã matrem de qua carnẽ erat aſſumpturus,& in eius vtero
quieturus perungere,& ornare vnguento diuerſarum gra-
tiarum ſupradictarum.ideo aduertat lector & quærat.Sed
quia virgo Maria mater & ſponſa Chriſti egit gratias de be
neficijs receptis a ſponſo,& maxime quia faciendo ipſam
matrẽ dei ſeruauit in ea virginitatẽ:Chriſtus ſponſus & fili⁹
reddẽdo vices reſpondet cõmendando eam in perſona ei⁹,
inquantum mater,& in perſona eccleſiæ inquantum ſpon-
ſa & primum membrum eccleſiæ:& commendat eã de mul
C tiplici pulchritudine. ¶ Vnde eſt aduertendũ:ꝙ Chriſtum
matrem ſuam,aut eccleſiã cõmendare:idem eſt ꝙ ipſaꝫ vir
tutibus,& gratijs decorare,& ornare,& ditare,quia dicere
dei eſt facere.ideo totus iſte dialogus huius ſecũdi cãtici in-
ter ſponſum & ſponſam nil aliud eſt niſi ille dialogus qui
fuit inter Gabrielem,& virgineꝫ Mariã in myſterio incar-
nationis.Lucæ primo.quãdo angelus Gabriel miſſus a deo
dixit.Aue gratia plena &c.Quod myſterium & dialogũm
ꝓphetice cantat Salomon in hoc cãtico:prout prophetice
præuidit in ſpiritu.Dicit ergo Chriſt⁹ ad virginẽ matrem,&
ſponſam ſuam. O amica mea tu dicis ꝙ ego ſum nardus
odorifera,& faſcicul⁹ myrrhæ inter vbera tua,& ſicut bo-
trus cypri. Et ecce ego dico tibi:ꝙ tu es pulchra,id eſt te fe-
ci pulchram,quo ad animam,pulchritudine omnium gra-
tiarum & virtutum.Et etiam tu es pulchra quo ad corpus
exterius:quia pura & humilis & honeſtiſſima:quia oculi tui
ſunt ſicut oculi columbarum,oſtendentes in ſe omnem ho-
neſtatem, & puritatem, & humilitatem, abſqꝫ amaritu-
dine,& felle,& omni labe.Cui reſpondet ſpõſa.Ecce tu pul
cher es dilecte mi & decorus & ſpecioſus forma pręfilijs ho
minum:quia tu es pulcher & bonus per eſſentiã:ego autem
per participationem.vnde ſi quid pulchritudinis habeo,il
lud recepi a te:quia me voluiſti virtutibus, & plenitudine
gratiarum ornare,& plenam gratia appellare & facere,&
me voluiſti in tuũ templũ & habitaculum maternũ eligere,
& fabricare,& ſanctificare,& conſecrare,& ex meis puris ſã
guinibus carnem aſſumere.Et ideo quia tu voluiſti ornare
hoc tabernaculum tuum:inde eſt ꝙ lectulus noſter eſt flo-
ridus,id eſt varietate virtutũ,& gratiarum ornatus,& amœ
nus,& delectabilis quo ad ornatum.Sed quantum ad ma-
teriam ex qua feciſti hanc domũ tuam,& tabernaculũ:dico
tibi ꝙ tigna domoꝝ noſtrarũ ſunt cedrina:quia feciſti iſtud
tabernaculum perſonæ meę,ex duabus tabulis completis &
coniunctis:ſcilicet ex carne Sethina mundiſſima,& pura,&
ex anima cedri imputribili,& fugatiua omnis veneni,& om
nis peccati. Et ideo antiquus ſerpens non potuit me mor-
dere,nec inficere ſuo dente,& veneno peſtifero:ſicut dictũ
eſt.quia tigna huius domus ſunt cedrina.Vnde tigna dicun-
tur tabulæ ſiue trabes adinuicem colligatæ ſuſtinentes do-
mum.Et laquearia noſtra.ſ.trabes maiores ſunt cypreſſina,
& incorruptibilia.quaſi dicat:ꝙ ſicut Moyſes fecit illud ta-
bernaculum materiale ex lignis cypreſſinis,& cedrinis odo-
riferis,& incorruptibilibus,fugatiuis om̃is veneni:ita tu ſpõ
ſe fabricaſti me in domum,& tabernaculum tuum mater-
nale ex carne cypreſſina,& anima cedrina,ne venenũ pec-
cati me valeret contingere:nec ſerpens antiquus mordere:
quia ante animationem carnem meam mundaſti & ſancti-
ficaſti:& in animatione animam meam ſimul creaſti,& ſan
ctificaſti,& conſecraſti,& gratificaſti,& infudiſti,& in me ꝑ
gratiam habitaſti.Et ſic fui immunis ab omni peccato ab
inſtanti creationis:intantum ꝙ ego poſſum dicere, ꝙ ego
ſum pulcherrimus flos campi,& lilium conuallium,quantũ
ad puritatem,& mundiciam. Quaſi dicat:tu me creaſti,&
feciſti mundam,& puram,& pulchram ſicut florem in cam
po,& lilium in conuallibus.Cui reſpondet ſponſus.Bene di-
cis o ſponſa:ꝙ tu es flos campi,& lilium conuallium.nam ſi-
cut lilium inter ſpinas:ſic tu amica inter filias. Ad cuius in-
tellectum eſt aduertendum,ꝙ dictio poſita in Hebræo eſt
æquiuoca ad roſas & lilia. Et ideo beatus Hieronymus in
hoc libro & pſalterio ſemper tranſtulit illud vocabulum ad
lilia:Hebræi autem ad roſas. Sed forſan hoc melius eſt in
Hebræo : quia lilia non conſueuerunt naſci inter ſpi-
nas : ſed roſa naſcitur in arbore ſpinoſa. Ideo licet vir-
go Maria comparetur lilijs ratione virginitatis:tamen ma-
gis proprie comparatur roſæ ratione immunitatis a pecca-
to.Nã ſicut ex arbore ſpinoſa naſcit̃ illa roſa pulcherrima,
& odorifera ſine ſpinis:ita ſola virgo Maria inter om̃es natu
rales filios Adã nata fuit ex illa arbore ſpinoſa Adæ,abſqꝫ
aliqua ſpina originali:& per cõſequens abſqꝫ ſpina peccati,
& ideo dicit ipſi Chriſtus:ſicut roſa naſcitur abſqꝫ ſpinis in-
ter ſpinas,& ex arbore ſpinoſa:ita ſola tu ſponſa, & amica
mea nata es inter filias om̃es ipſius Adam abſqꝫ aliqua ſpi
na peccati.Et ſicut nata es,& cõcepta,& animata abſqꝫ ſpi
na originali:ita ſemper vixiſti abſqꝫ aliqua ſpina actuali &
veniali.Cui reſpondet ſponſa:O ſponſe bene dicis ꝙ ego ſũ
ſicut lilium,aut roſa inter ſpinas:quia roſa naſcitur ex arbo-
re parua & humili:ſed tu es arbor altiſſima, & fructifera,&
frondoſa,de cuius plenitudine om̃es accepimus fructus gra-
tiæ:& ſub cuius vmbra omnes viuimus. & ideo ſicut malus
eſt arbor altiſſima,& fructifera inter ſyluas,& ligna ſyluaꝝ
ſic tu dilectus meus inter filios dei:ſcilicet inter om̃es ange-
los & hoĩes:quia illi ſunt filij ꝑ adoptionẽ,& creationem:tu
aũt per naturã.Ideo oẽs excedis in oĩpotentia,& ſapiẽtia,
& miſericordia,& largitate. ¶ Et nota ꝙ iſta arbor ẽ lignũ
vitę quod perdidit Adam:in cuius ſupplementum datus eſt
nobis Chriſtus,qui eſt verũ lignũ vitę:vt dictum eſt pſal.pri
mo,ſub cuius vmbra deſiderabant quieſcere patres veteris
teſtamenti.ſub cuius vmbra primo quieuit virgo Maria, &
ex conſequenti tota eccleſia. Et ideo dicit virgo Maria ſi-
mul cum tota eccleſia.O Chriſte ſponſe:ſicut malus.i.lignũ
vitę erat nobilius,& ſalubrius inter oĩa ligna paradiſi:ita di
lectus meus inter filios.i.obtinet principatum in potentia,
& ſanctitate,& ſapientia,& bonitate iter om̃es filios dei.ſ.
inter oẽs angelos,& eminet ſuper oẽs creaturas.Et ideo vir
go Maria ſimul cũ tota eccleſia ve.teſt. deſiderabat,& pe-
tebat protegi,& ſedere ſub vmbra huius arboris in primo cã
tico.Sed poſtq̃ Chriſt⁹ venit in carnem,iam ſponſa gaudet
ſediſſe ſub vmbra huius arboris,diu per omnes fideles vet.
teſta. optate:& iam gaudet in comedendo fructũ eius:dicẽs
Sub vmbra illius quem deſiderabam ſedi.
¶ Iterũ eſt aduertendum:ꝙ Salomon per illã nubem quę D
obumbrabat tabernaculum in die,& illuſtrabat de nocte:
præuidit in ſpiritu qualiter Chriſtus debebat obumbrare,
& protegere virginẽ matrem ſuam ſpiritu ſancto,& ex cõſe
quenti totã eccleſiã,& pluere ſuper eaꝫ manna gratiarũ,&
donoꝝ,& ſacramentoꝝ,ſub cuius vmbra & ꝓtectione de-
bebat refici,& paſci,& quieſcere,& protegi. Et ideo ſubdit
ſponſa:Intantum eſt arbor altiſſima,& fructifera, & ſuauis
iſte filius,ꝙ ſub vmbra illius quẽ deſiderabaꝫ ſedi. Nam in
primo cãtico ego deſiderãdo petij paſci,& quieſcere ſub vm
bra eius:ſed ipſe adimpleuit deſiderium & petitioneꝫ me-
am.nam poſtq̃ accepit carnem, & factus eſt caput eccleſiæ
ego ſedi ſub vmbra eius deſiderata:& paſcor in paſcuis eius:
intantum ꝙ fructus eius eſt dulcis gutturi meo. Vnde tunc
ſedi ſub vmbra ſponſi, & filij mei Chriſti,quando angelo
nunciante ſpiritus ſanctus ſuperuenit in me:& virtus altiſſi-
mi obumbrauit mihi:diſponendo me ad recipiendũ filium
dei in vtero meo:& formando illud corpus ſanctiſſimum ex
puris ſanguinib⁹ meis.Et tunc fuit fruct⁹ dulcis gutturi meo:
qñ realiter cõcepi in me filiũ dei:quia qđ cõceptum,& natũ
fuit in me ſanctũ:vocatũ eſt filius dei.Et ideo dixit mihi Eli
zabeth.Benedicta tu in mulieribus,& benedict⁹ fructus vẽ-
tris tui.Vñ ille fructus qui erat in vẽtre meo,tantũ erat mihi

dulcis:ꝙ continue fruebat eius colloquio,& inſpirationib⁹,
& conſolationibus ſpiritualibus.Nam ille fructus vẽtris mei
impulit me:vt irem ad viſitandum Elizabeth:vbi Chriſtus
fructus ventris mei ſanctificauit Ioannem Baptiſtã in ven-
tre matris ſuę.Itẽ ille fructus ſpirauit in me ſpiritũ ꝓpheticũ
& euangelicum:quãdo exultans in ſpiritu cantaui illud cã
ticum.Magnificat anima mea dñm. In quo cantico ego
fui euangeliſta annunciando ſaluatorem diu patribus expe
ctatum eſſe in vtero meo:& Iſrael iã ſuſcepiſſe puerum ſuũ.
Et fui ꝓphetiſſa ꝑdicendo oĩa quę facturus erat Chriſtus fi
lius meus:quia debebat deponere potentes reges,& princi
pes infideles mundi:& exaltare humiles fideles:& debe-
bat implere pauperes bonis ſpiritualib⁹,& diuites Iudæos
E dimittere inanes in ſua ignorantia & cęcitate. ¶ Deinde cũ
dicit. Introduxit me rex in cellã vinariam.eſt aduertendum
ꝙ in triplicẽ cellã vinariã introduxit Chriſtus ſponſam ſuã
eccleſiam ordinando charitatẽ in ea:eo ꝙ vnũquodq; iſto-
rũ cellariorũ ordinat charitatẽ in homine fideli. Vñ primũ
cellariũ vinarium ipſius Chriſti eſt ſacra ſcriptura vet.teſta.
in qua latebat vinũ euangelicũ noui teſtamenti,tanq̃ in ve-
getibus.Nã myſteria ve.teſt.erant quaſi vegetes myſterio
rum noui teſt.In hoc cellariũ introduxit Chriſtus eccleſiam
ſponſam ſuam:qñ aperuit apl̃is ſenſum:vt intelligerent ſcri-
pturas oẽs:quõ oĩa quæ erant ſcripta in lege,& ꝓphetis,&
pſal.fuerant completa in eo:vt patet Lucæ.xxiiij.Item qñ
miſit eis ſpiritũ ſanctum,vbi receperunt dona gratiarũ &c.
Et ſic ordinauit in eis charitateꝫ.Nam ſacra ſcriptura docet
ordinem charitatis,puta qualiter deus eſt diligendus ſuper
omnia,& per ſe,& propter ſe:& proximus in deo,& ꝓpter
deum:quia finis legis,& omnis præcepti eſt charitas.j.ad
Timo.j.Secũdũ cellarium Chriſti eſt ꝑſens eccleſia:in qua
ſunt ſeptem vegetes ſacramentorum:in quibus reponitur,
& a quibus hauritur gratia Chriſti,quæ datur per ſacramen
ta eccleſiaſtica.Quæ quidem gratia vel eſt ipſa charitas,vel
eius radix:quia charitas vel eſt ipſa gratia,vel non ſine gra
tia ipſi annexa.quæ quidem charitas eſt amor regulatiuus
voluntatis ad diligendum deum,& proximũ ſecundum ſpe
ciem,modũ,& ordinem.Et ſic charitas eſt illa quæ ordinat
voluntatem ad diligendum deũ & proximũ. Quæ quidem
charitas comparatur vino:eo ꝙ inebriat aĩam:& transfor-
mat amantẽ in amatũ,& extaſim facit:vt inquit Dionyſius
immo anima charitate iformata magis eſt vbi amat:q̃ vbi
animat,& informat. Tertium cellariũ Chriſti eſt eccl'ia ſup
na cæleſtis,in quo confertur vinũ gloriæ,vbi charitas eſt in
ſua pfectione:vbi voluntas beatorum habet quicquid vult:
& nihil mali vult,& voluntas oĩm beatorũ p charitatẽ con-
firmata,totaliter eſt cõuerſa in deũ,& conformis eius volũ-
tati. Et ſic patet qualiter eſt triplex cellariũ,& triplex vinũ
ordinãs,& inebrians voluntatẽ hominis:ad qđ triplex cel-
lariũ Chriſtus introduxit eccl'iam ſponſam ſuam ordinan-
do in ea charitatẽ. Iſta ergo ſponſa pro ſtatu veteris teſta.
petebat aduentum ſponſi:vt introduceret eam in hoc tri-
plex cellariũ:eo ꝙ per aliũ nõ poterat introduci:vt patet in
primo cãtico.Sed qa Chriſtus ſponſus ei⁹ introduxit eã in cel
laria ſupradicta.ideo gratias agẽdo cũ gaudio dicit. Intro-
duxit me rex in cellã vinariã,& ordinauit in me charitateꝫ.
F ¶ Et eſt aduertendũ ꝙ iſta ſponſa in primo cãtico petit in-
troduci in ſupradicta tria cellaria:ſed in hoc ſecundo canti-
co dicit ꝙ ſponſus ſolum introduxit eã in vnam cellam vina
riam.ſ.in primũ cellariũ ſacræ ſcripturę,in qđ introduxerat
virginẽ Mariã matrẽ ſuam reuelando ipſi ſecreta ſacrę ſcri-
pturę:vt patet in cantico eius:ſed poſtea introduxit totam
eccleſiam ſponſam in alia cellaria,qñ inſtituit eccleſiaſtica
ſacramenta:& aperuit nobis viã ad regnũ cælorꝫ p paſſionẽ
G & reſurrectionẽ,& aſcenſionẽ. ¶ Ad maiorẽ aũt euidentiã
eſt etiã notandũ,ꝙ licet omnis charitas ſit amor:tamẽ non
oĩs amor eſt charitas. Vnde triplex eſt amor:puta vnus q
dicit̃ naturalis:qualis eſt patris ad filiũ,& poetę ad ſua poe-
mata. Secundus dicitur amor peruerſus,ꝓcedẽs ab inordi
nato appetitu,quo peruerſe auarus amat pecunias,& ſup-
bus honores,& voluptuoſus mulieres. Tertius dicitur amor
ordinatus, quo ordinate diligimus deum,& proximum &
iſte dicitur charitas:eo ꝙ ordinat voluntatẽ ad diligendum
deum,& proximũ,ſeruãdo ſpeciẽ,modũ,& ordinem. Vnde
ſpecies diligenda eſt.ſ. ſolus deus,& eius imago.ſ.homo, &
angelus:eo ꝙ ſola iſta triplex ſpecies eſt quoddam bonum
felicitans,aut felicitabile,& fruibile. Vnde ſolus de⁹ eſt per
ſe fruibilis in ſe,& homo,& angelus ſolum in deo. Vnde ait
Paulus ad Philemonem. Fruar te in domino frater. Modus
autẽ diligendi bonũ,eſt vt diligatur res eo modo quo eſt.
Et ſic quia deus eſt per ſe bonũ ſuper oĩa,& a quo omnia
ideo eſt diligendus a nobis per ſe,& in ſe ſuper oĩa. Et qa
tam homo q̃ angelus eſt imago dei,& a deo:ideo eſt diligẽ
dus in deo,cuius eſt imago,& a quo eſt. Item ordo diligen
di ſumitur a fine:ſed qa deus eſt propter ſe,& nõ ꝓpter aliđ
bonũ:immo oĩa alia ſunt ꝓpter deũ,& ordinant̃ in deũ,tã-
q̃ in finem vltimatũ:quia eſt finis oĩm:ideo de⁹ eſt diligen-
dus propter ſe:& homo,& omnia alia propter deum.
¶ Totũ aũt iſtũ ordinẽ diligẽdi facit charitas in noſtra vo- H
lũtate. Et ideo charitas diffinit̃ ꝙ eſt amor ordinans volun
tatem ad diligendũ deũ,& proximum,ſeruãdo ſpeciẽ,mo-
dũ,& ordinẽ.ſ.ad diligendũ deũ ſup oĩa,& per ſe,& in ſe,&
ꝓpter ſe,& ꝓximũ in deo,& propter deum. Ex quibus pa-
tet ꝙ qui diligit deũ non propter ſe:ſed propter aliquam vti
litatem,errat in ordine:& qui diligit magis ſe q̃ deum,er-
rat in modo. Et ideo dicitur ꝙ diabolus in principio erra
uit in modo,& ordine:eo ꝙ dilexit ſe in ſe,& propter ſe, &
non in deo,& propter deũ:immo incepit ab amore ſui,vſ-
ꝙ ad contẽptum dei,contemnendo eius legem, & deuian-
do ab eius voluntate: vt dictum eſt ſuper pſal.lxxxj.& ſuper
Te deum laudamus. Charitas ergo eſt illa virtus infuſa or-
dinatiua voluntatis ad diligendũ deũ,& ꝓximũ:& hãc cha
ritatem ordinauit Chriſtus ſponſus primo in virgine Maria
matre ſua,& ex cõſequenti in tota eccleſia ſponſa ſua:vt pa
tet per totum diſcurſum euangelicum. Vnde primo oſtendit
hanc charitatem faciendo,& poſtea docendo. Et ideo di-
cit virgo Maria in hoc cãtico in perſona ſua,& totius eccle-
ſię. Introduxit me rex ſponſus meus in cellã vinariã.i.in cel-
lam ſacrę ſcripturæ,& in cellaꝫ ſacramentorꝫ eccleſię,& or-
dinauit in me charitatẽ.i.docuit me ordinẽ charitatis p legẽ
euangelicam:quõ diligã deũ & ꝓximũ eo modo & ordine
quo dictũ eſt.& contulit mihi charitatẽ per eccleſiaſtica ſa-
cramenta:qua ordinate diligo deũ & ꝓximum. Hoc autem
dicitur quia in omni ſacramento datur gratia:quæ eſt ipſa
charitas,aut non ſine charitate. Et ideo dicit ſponſa:fruct⁹
illius magnæ arboris,ſub cuius vmbra ſedebam,ſemper fuit
dulcis gutturi meo:intantum ꝙ filius meus introduxit me
in cellam vinariam:ſcilicet in cameram penetralis ſecreto-
rum,& profundorum myſteriorꝫ euangelicorꝫ:multa my-
ſteria ſecreta reuelando. Et ſic ordinauit in me charitatem,
& dilectionẽ & ideo fui mota ad cantãdum illud cãticum,
Magnificat anima mea dñm,ex nimio amore cõcepto.vñ
ſponſus me⁹,& fili⁹ qñ introduxit me in ſuã cellã vinariã:in-
tãtũ vulnerauit,& inebriauit me vino ſuę charitatis,& amo
ris,& dilectionis:ꝙ totaliter fui oblita huius mundi,& mei
ipſius & fui conuerſa & tracta ſeu rapta in ipſius amorem:
quia amor transformat amantem in amatum. Et ſic fui fa-
cta quaſi languida,abſq; memoria huius mundi,& ſuorum
bonorꝫ tẽporalium. Et ideo vos angeli ſodales ſponſi,& fi-
lij mei Chriſti fulcite me,& ornate me floribus huius agri,
& horti filij mei:& ſtipate,& circũdate me malis, & pomis
huius arboris filij mei:quia amore ei⁹ lãgueo:qa nõ poſſum
edere alium cibũ,nec frui alio fructu:nec ali⁹ fruct⁹ eſt dulcis
gutturi meo ꝑter fruct⁹ ſapidiſſimos huius arboris.qui quidẽ

fructus & poma nutriūt fideles,& dant vitam mundo.Item
non miremini ꝙ langueā amore hu⁹ filij,& ſponſi mei Chri
ſti.nam ipſe introduxit me in cubiculū ſuū,& amplexat⁹ eſt
me:ſicut mater amplectitur filiū:& ſponſus ſponſam.nam lę
ua eius.i.brachium & manus eius ſiniſtra poſita eſt ſub capi
te meo,& dextera illius amplexabitur me.Nam quādo ma
ter amplectitur filium paruum:ſuſtinet eum cum ſiniſtra po
ſita ſub capite,& cum dextera cooperit corpus eius.Ita pari
ter ſponſus,& filius meus Chriſtus quodam ſpirituali ample
xu amplexatus eſt me cum lęua eius ſub capite ſuſtentando
& cum dextera ſuę potentię,& amoris,& fauoris me prote-
xit ab omni malo pſeruando,& in omni bono cōfirmando.
Et ſic tenet me amplexatā tanq̄ languidā & ebriam in cel-
la vinaria ſuæ charitatis,& amoris,& dilectionis.Sed hic eſt
valde aduertendum,ꝙ cum in hoc cantico ſponſus ſatiſfa-
ciat,& annuat petitionibus,& deſiderio ſponſę,& ipſa ſpon
ſa agat gratias,eo ꝙ ſponſus adimpleuit deſiderium,& pe-
titiones ſuas:puta quia oſculatus eſt eā oſculo incarnationis
& traxit eam in odorē vnguentorū ſuorū:& introduxit eā in
cubiculū ſuum,& cellam vinariā,reuelādo myſteria,& ſecre
ta ſua:& iam ſedit ſub vmbra illius quam deſiderabat:& re
I fecta eſt cibis,& fructib⁹ illius arboris dulciſſimis. ¶ Itē quia
tale oſculum dicit quandā vnitatē inter ſponſum,& ſpōſam
eo ꝙ in illa benedicta incarnatione facta fuit triplex vnio.
quia primo verbum aſſumpſit illam humanitatem in vnita
te perſonali,& ſuppoſitali:Secundo Chriſtus elegit,& vni-
uit ſibi ſpecialiter,& ſingulariter virginem matrem ſuam in
quadam vnitate materna:quia facta eſt ſpeciale templum,
& tabernaculum maternum ipſius Chriſti:Tertio Chriſtus
in ſua matre deſponſauit ſibi totam eccleſiam,inquantum
ipſa fuit primum membrum eccleſię Chriſti,& exordiū eius
vt inquit Aug.& hanc eccleſiam deſponſauit,& vniuit ſibi
Chriſtus quadam vnitate myſtica.Et ſic eſt dicēdum:ꝙ tri-
plex oſculū dedit Chriſtus.Nā primo oſculatus eſt illam hu-
manitatem aſſumptā oſculo incarnationis,& oſculo perſo-
nali.Secūdo oſculatus eſt virginē Mariam oſculo filiali ſiue
materno.Tertio oſculatus eſt totam eccleſiā oſculo myſtico
& ſacramentali.Et ſic ergo eſt dicendum:ꝙ totum iſtud cā-
ticum poteſt verificari de iſto triplici oſculo.ſ.incarnationis
& maternitatis,& deſponſationis eccleſię.Et ſic poſſunt pri
mo eſſe verba humanitatis Chriſti:puta ꝙ illa humanitas
Chriſti agat gratias deo:quia verbum diuinum oſculatum
eſt eam oſculo,& vnitate perſonali:& quia verbum commo
ratur inter vbera humanitatis:& quia illud verbum diuinū
fuit illi humanitati aſſumptę.tanq̄ nardus,& faſciculus myr
rhæ,& botrus cypri:& quia illa humanitas aſſumpta fuit tā
q̄ lilium,& roſa inter ſpinas:& quia fuit fauorata ſub vmbra
verbi,& amplexata,& perſonata,et ſuppoſitata per ver-
bum &c.Item totum iſtud canticum verificatur de ipſa vir-
gine,prout in amplexu,& vtero eius Chriſtus accubuit,&
recubuit tanq̄ in ſuo thalamo:& quia Chriſtus exiſtēs in ei⁹
vtero fuit ipſi tanq̄ nardus odorifera,& ſicut faſciculus myr-
rhæ,pręſeruans eam ab omni corruptione,& fuit ipſi tanq̄
botrus cypri,et tanq̄ balſamum penetrans clauſtrum virgi-
nitatis,abſq; violatione:ipſam virginem,& intactam relin-
quendo.Et quia Chriſtus introduxit eam in cellam vinariā
ordinando in ea charitatem,et dilectionem:transformādo
eam in ſe:& altiſſima ſecreta ipſi reuelando.Item licet virgo
Maria contineret Chriſtum ſecūdum carnem in vtero ſuo
inquantum mater:qn̄ ipſa ſedebat ſub vmbra Chriſti inquā
tum ſponſa.Item ipſa virgo mater Chriſti ſedit ſub vmbra
illius quem deſiderabat,tn̄ ſpūs ſanctus venit ſuper eam &
obumbrauit eam.Luc.i.Et tunc Chriſtus filius ſuus ample-
xus eſt eam:qn̄ ipſam in perſona totius eccleſiæ ſibi deſpō-
ſauit.Et ſic patet qualiter totum hoc canticum de ipſa veri-
K ficatur. ¶ Sed vltimate verificatꝰ totū iſtud canticū de tota
eccleſia Chriſti:quam Chriſtus ſibi deſponſauit,& vniuit in
vnitate myſtica.Et ideo hoc canticum eſt exponendū ſingu
lariter,& ſpecialiter de tota eccleſia.Ad cuius intellectū eſt
notandum,& præaduertēdum:ꝙ eccleſia in primo cantico
petijt oſculari,& trahi a ſponſo,& introduci in cellaria eius
et paſci,et ſedere,et protegi ſub vmbra ei⁹.Item dictum eſt
qualiter ſicut per illam arcam fœderis figurabatur Chriſtus
deus et homo,rex & ſacerdos:ita per illud tabernaculum
in quo arca fuit repoſita,figurabatur primo Maria tanq̄ ta
bernaculū maternum:ſed vltimate figurabatur eccleſia,in
qua Chriſtus modo habitat per fidē & gratiam,tanq̄ in ta-
bernaculo myſtico.Et dictū eſt ꝙ virgo Maria fuit primum
membrū eccleſię noui teſt.in qua prius habitauit per gratiā
q̄ per carnē.Et ideo prius fuit ſpōſa q̄ mater Chriſti.&. prius
fuit tabernaculū ſpūale,& myſticū Chriſti,q̄ tabernaculum
maternū.Et ſic iſta eccleſia no.teſt.incepit a virgine Maria
& in ea incepit deſponſari Chriſto.Et ideo ipſa loquitur in
hoc cantico tanq̄ ſponſa in pſona totius eccleſiæ no.teſta.&
etiā in perſona totius eccleſiæ vet.teſta.quia in ea incepit cō
pleri deſideriū,& petitio facta in primo cantico:quia illa ec
cleſia cōtinuatur cum iſta per virginē Mariam,& Chriſtum
ab Adā vſq; ad iudiciū:licet per diuerſos ſtatus:vt pluries di
ctum eſt. ¶ Deinde cum dicit.Adiuro vos filię Hieruſalem
concludit iſtud ſecundū cāticum.Vnde poſtq̄ ſponſus Chri-
ſtus cōpleuit deſideriū huius ſponſæ:& iam introduxit eam
in thalamū,& cellariū ſuū,& iam tenet eā in amplexu ſuo,
& ipſa iam ſe reputat felicē quieſcendo ſub vmbra ſponſi &
fruendo bonis ſpiritualibus eius:& iam dormit inebriata in
eius amore & amplexu:ideo vt Chriſtus reddat ipſam ſecu-
ram.oſtendit iſtā deſponſationē,& vnionem eſſe firmam,
& ratā;& perpetuā:& iſtud oſculū eſſe inſeparabile.Et hoc
intelligiꝰ de ſupradicto triplici oſculo.i.incarnationis,& ma
ternitatis virginis Mariæ,& deſpōſationis,& amplexus ec-
cleſiæ.Vnde dicit Chriſt⁹.O filię Hierl'm.i.aīę fideles,ego
adiuro vos per capreas.i.per patriarchas:ceruoſq; camporū
.i.per prophetas,ne ſuſcitetis,neceuigilare faciatis iſtā dile
ctam a dormitione,& a ſomno,& ab amplexu meo,donec
ipſa velit.quaſi dicat:nullus credat,ꝙ poſtq̄ ego aſſumpſi
iſtam humanitatem in vnitate ſuppoſiti,aliquando dimit-
tam:immo nunq̄ amplius dimittam quod ſemel aſſumpſi.
Ideo dico vobis,ꝙ non ſuſcitetis,nec ſeparetis eam,nec pu
tetis eam ſeparari a meo amplexu:quia nunq̄ dimittā.Item
nec ſuſcitetis virginem Mariam matrem meam a meo am-
plexu maternali:quia nunq̄ dimittam eam,quia in æternū
erit mater mea,& dilecta,& in gratia confirmata.Item ad
iuro vos ne ſuſcitetis,nec euigilare faciatis ſponſam meam
eccleſiā ab amplexu & amore meo,nec putet aliquis eam
vnq̄ a me ſeparari:quia poſtq̄ ſemel deſponſaui eam,& vni
ui mihi per fidem & charitatem in vnitate myſtica,nunq̄ eā
abdicabo,nec relinquā,nec deſerā. Nā licet aliqn̄ pmittā
eam pati tēporaliter a tyrānis:tn̄ ſemp eā liberabo de ma-
nibus eorū,& finaliter ipſa dn̄abiꝰ eis:& cōſeruabo,& ꝓte
gam eam in amplexu fidei,vſq; ad diem iudicij.Quia licet
continue fluctuet:tamen non ſubmergetur,nec peribit na-
uicula Petri.Quia ego rogabo patrem pro Petro,& grege
eius,ne deficiat fides eius.Et hoc promittit ſponſus cum
adiuratione caprearū ceruorumq; camporum. ¶ Ad cuius L
intellectum eſt aduertēdū,ꝙ per capreas intelligit patriar-
chas,& per ceruos intelligit prophetas:qui in veteri teſta-
mento prædixerunt aduentum Chriſti,& perpetuā deſpon
ſationem Chriſti & eccleſiæ,& quibus facta eſt de Chriſto
firma repromiſſio.Vnde patriarchæ dicūtur capreæ in ſcri-
ptura:eo ꝙ omnes fuerunt paſtores.Et prophetæ dicuntur
cerui ꝓpter ſimilitudinē,& velocitatē.nā ſicut cerui ſemper
diſcurrunt de mōte in mōtē,& a termino in terminū:ita pro
phetæ ſaltant velociter ex vna materia in aliam:& ab vno
tēpore i aliud.Et iō pr̄iarchas appellat capreas,& ꝓphetas
ceruos.Item adducit eos in teſtes firmos,eo ꝙ eis facta fuit

de Chriſto firma repromiſſio de regno Chriſti perpetuo. Vnde ſub pacto æterno per ſignũ arcus fœderis facta eſt de Chriſto repromiſſio Chriſti ipſi Noe Geñ.ix. Item ſub iureiurando, & ſigno perpetuo facta eſt eadem repromiſſio ipſi Abrahæ Gene.xv.&.xxij. Itẽ hoc ideꝫ ipſi Iacob in viſione ſcalæ. Geñ.xxviij.& quando luctat'eſt cũ angelo. Geneſis. xxxij. Hoc idẽ promiſſũ eſt Moyſi Exo.xxxiij.& Deut.xviij Itẽ regnũ perpetuũ Chriſti, & eccleſię promiſſum eſt ipſi Dauid ſub iureiurãdo & pacto firmiſſimo.ij.Regũ.vij.&xxiij.& pſal.lxxxviij.&.cxxxj. Item hoc idem patet per Eſaiam, & om̃es prophetas. maxime Hiere.xxxiij. vbi dicit de'. Si irritum fieri poteſt pactum meũ cum die, & cum nocte, vt non ſit dies, & nox in tempore ſuo: ita pactum meũ irritũ eſſe poteſt cuꝫ Dauid ſeruo meo: vt non ſit ex eo filius, qui regnet in throno eius &c. Et ſic patet qualiter ſub iureiurando, & pacto firmiſſimo promiſit deus patriarchis, & prophetis regnum Chriſti ęternũ ſuper eccleſiã per gratiam in pręſenti, & gloriam in futuro. Et per conſequẽs eccleſia ſponſa Chriſti nunq̃ ſeparabitur ab eius amore, & amplexu in toto iſto ſæculo per gratiã, nec in futuro per gloriã. Nam quis ſeparabit nos a charitate Chriſti? vt inquit apoſtolus. Sub tali ergo adiuratione dicit Chriſtus. Ne ſuſcitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. & ponitur ly donec indeterminate, & infinite: ſicut dicitur pſalmo.lxxj. Erit abundantia pacis, donec auferatur luna. Sed quia luna nunq̃ auferetur: ergo nunq̃ pax deerit vel deficiet. Ita pariter hic. quia ſponſa nunq̃ volet ſeparari ab amplexu & amore ſponſi: ergo nunq̃ ſeparabitur. Ex quibus patet ꝙ ſicut nonq̃ diſſoluetur vinculũ incarnationis: ita nunq̃ fuit diſſolutum vinculum maternitatis virginis Mariæ: quia ſemper erit mater dei. nec vnq̃ diſſoluetur vinculum deſponſationis Chriſti & eccleſiæ in hoc ſæculo per gratiam, & fidem, & charitatem: & in futuro per gloriam, & æternã felicitatẽ, vbi Chriſtus introducet ſponſam ad ęternas nuptias agni. Apoc.xxj. vbi Chriſtus erit om̃ia in om̃ibus.j.ad Corin.xv. Dicit ergo Chriſtus: O filię Hieruſalẽ adiuro vos per capreas ceruoſq; cãpoꝝ.i. per patriarchas & prophetas, id eſt ſicut promiſſum fuit patriarchis, & pręnunciatum per ꝓphetas, ne ſuſcitetis, neq; euigilare faciatis.i. ne putetis nec credatis dilecti humanitatem eſſe ſeparandã a verbo, nec virginem matrẽ a filio, nec eccleſiã a Chriſto ſponſo ſuo, donec.i. dũ ipſa velit. Quaſi dicat: nunq̃ credatis eſſe ſeparandã: immo ꝑdicate, & annunciate nunq̃ eſſe ſeparandam.

M ¶ Ex dictis autẽ in hoc cantico ſecundo inſurgit dubium. nã dictũ eſt in principio: ꝙ Chriſtus quieſcit in eccleſia ſponſa ſua tanq̃ in accubitu ſuo. Et in fine cantici dicitur ꝙ eccleſia quieſcit inſeparabiliter in amplexu Chriſti ſponſi ſui, inter eius brachia. Et ſic vnus quieſcit in amplexu alterius & econuerſo quod videtur impoſſibile: ratione poſitionis ad locum & continens.

N ¶ Ad hoc reſpõdetur: ꝙ ſacra ſcriptura vtrũq; affirmat. ſ. ꝙ Chriſtus habitat in eccleſia ſponſa ſua, & eccleſia in Chriſto ſponſo ſuo. vnde dicitur Ioannis primo: verbũ caro factum eſt, & habitauit in nobis. & pſalmo nonageſimo. Qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione dei cęli cõmorabitur. Item ſaluator Ioannis ſexto. Qui manducat meã carnẽ in me manet, & ego in eo. Itẽ.j. Ioan.iiij. De' charitas eſt: & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Et ſic patet qualiter Chriſtus habitat in nobis, & nos in deo, abſq; contrarietate, quã contrarietatẽ tollit amor charitatiuus: qui tollit omnẽ contrarietatẽ, & cauſat vnionẽ. Vnde ſi conſideremus vires, & proprietates amoris charitatiui de quo Salomon loquitur in hoc cantico: videbimus hoc eſſe poſſibile, immo neceſſarium.

O ¶ Vnde.xix. ſunt vires, & effect', & ꝓprietates amoris charitatiui: quos effect' oſtendit Chriſtus eccleſiæ ſponſę ſuæ: & econuerſo. Nã primo, amor charitatiuus cauſat zelũ bonũ: quia non patitur malũ in amato. Secũdo nõ patitur moras abſentię ipſius amati. Tertio trahit amãtẽ ad amatũ. Quarto languefacit amantẽ. Quinto liquefacit ipm̃. Sexto vulnerat cor eius. Septimo inebriat amantẽ erga amatũ. Octauo inflammat eũ. Nono vrit ipm̃. Decimo facit inhærere amãtem amato. Vndecimo vnit & conciliat vnũ cũ altero. Duodecimo fortiter tenet. Decimotertio charitas ordinat voluntateꝫ amantis erga rem amataꝫ. Decimoquarto ꝙ charitas nõ quęrit quæ ſua ſunt: ſed quæ amantis. Decimoquinto ꝙ om̃ia ſuſtinet pro amato. Decimoſexto ꝙ magis amãs eſt in amato q̃ in ſeipſo. Decimoſeptimo ꝙ transformat amantem in amatum. Decimooctauo ꝙ extaſim facit in amante. Decimonono ꝙ non vult ſeparari. ſed in eo inęternũ quieſcere. Hos ergo nouemdecim effectus cauſat amor charitatiuus in amante. Et hos om̃es effectus amoris oſtendit Chriſtus erga eccleſiã ſponſaꝫ ſuam: vt patet per omnia iſta decẽ cantica, & in toto diſcurſu euangelico. Sed quia iſte amor charitatiuus eſt reciprocus inter Chriſtũ & eccleſiam: ideo eoſdẽ effectus amoris oſtendit eccleſia erga Chriſtum ſponſuꝫ ſuũ iuxta poſſibilitatẽ, & facultatem ſuã: vt patꝫ in iſtis eiſdẽ canticis: Et ideo ſicut Chriſtus transformatus in ſponſaꝫ ſuã per amorẽ facit in ea extaſim, & quieſcit, & vult quieſcere inſeparabiliter inæternũ in ea: ita econuerſo eccleſia transformata in ſponſum facit extaſim, & vult quieſcere in eo inſeparabiliter inęternum. Et ſic ſponſus habitat in ſponſa: & quieſcit in eius accubitu inæternum: & eccleſia quieſcit in amplexu ſponſi.

P ¶ Eſt verum ꝙ aliter Chriſtus habitat in nobis, & aliter nos in eo. Nam nos habitam' in Chriſto ſicut ſponſa in ãplexu ſpõſi p grãm, & fidẽ, ſpẽ & charitatẽ in ꝑſenti: & in patria p gloriã. Et ſic amplexus eſ' gratificat, & protegit in pręſenti, & in futuro glorificat nos.

Q ¶ Chriſtus autem habitat in nobis tanq̃ in tabernaculo & accubitu ſuo. & hoc tripliciter. Nam primo habitat in nobis tanq̃ in ſuo tabernaculo perſonali: et ſic habitat ſolum & quieſcit in illa humanitate aſſumpta in atomo ex noſtra natura. Secundo habitauit in nobis, tanq̃ in ſuo tabernaculo, & accubitu materno. Et ſic habitauit in ſolo vtero virginis Mariæ per nouẽ menſes. Tertio habitauit & habitat in nobis tanq̃ in ſuo tabernaculo, & accubitu myſtico, & ſanctificato: & ſic accumbit, & habitat, & quieſcit in tota eccleſia toto orbe diffuſa per eccleſiaſtica ſacramenta, & dona gratiarum, eam gratificando, & ſanctificando. Et eodem modo habitat in vnoquoq; iuſto & fideli, ꝓut eſt mẽbrũ huiuſmodi ſponſę, cuius Chriſtus eſt ſponſus & caput.

R ¶ Ex quib' om̃ibus patet dignitas, & excellentia hui' ſponſæ in ſtatu noui teſtamenti ſupra ſtatum veteris teſtamenti quia plura & maiora ſigna amoris oſtendit ipſi de' in no.te. q̃ in veteri. Primo quia tunc deus habitabat in illo populo in illa arca lignea, & tabernaculo ligneo: ſed nunc habitat in tabernaculo carneo ex noſtra natura humana perſonaliter aſſumpto: & habitauit in tabernaculo materno p nouem mẽſes: & habitat inęternũ in nr̃o tabernaculo myſtico. Scd̃o quia de' habitabat in illo tabernaſulo ligneo tantũ figuraliter ſed in noſtro tabernaculo habitat realiter. nã verbũ æternũ realiter, & inſeparabiliter, & pſonaliter quieſcit in illa hũanitate aſſumpta in vnitate ſuppoſiti. Et realiter verbum incarnatum quieuit in tabernaculo materno per nouẽ menſes. Et realiter, & inſeparabiliter inhabitat, & quieſcit in tota eccleſia ſponſa ſua, tanq̃ in tabernaculo myſtico per eccleſiaſtica ſacramenta. Nam verbũ incarnatũ realiter continetur in ſacramento altaris: & nõ ſolum figuraliter ſicut in ſacrificijs veteris legis. Item virtus paſſionis Chriſti realiter continetur in baptiſmo, & cõfirmatione, & pœnitẽtia, & cæteris ſacramẽtis & nõ ſolũ figuraliter, & tanq̃ in ſigno fœderis, & ſignaculo fidei: ſicut in circũciſione, & cæteris ſacramentis veteris legis. Et ideo eccleſiaſtica ſacramenta immediate conferũt gratiam quam ſignificant: ſicut dictum fuit in expoſitione pſalmi.xxxix.& in tractatu cõtra Iudęos quæſtione prima.

S ¶ Ex quibus patet, ꝙ maiora ſigna amoris oſtēdit deꝰ nobis q̄ illis. quia deus ſolū dedit illis in ſuo tabernaculo ligneo illas duas tabulas lapideas: & virgam Aaron cum vrna mānæ. Et hoc dedit in figuram Chriſti futuri dei, & hominis, regis, & ſacerdotis. Sed deus dedit ſeipſum nobis realiter deū & hominem, regem & ſacerdotem. Et ſic deus dedit illis vmbram, & figuram: nobis autem dedit veritatem, & veram lucem.

¶ Ex quo patet, ꝙ perfectius Chriſtꝰ deus & homo habi-
T tat in nobis, q̄ in illis, & nos perfectius habitamus, & quieſcimus in amplexu Chriſti, q̄ illi. Iſti ergo duo modi quieſcendi explicantur in hoc cātico. Nam in principio cantici explicatur myſterium incarnationis, per quam verbum diuinum habitat, & accubat in ſponſa: cum dicit. Dum eſſet rex in accubitu ſuo nardus mea dedit odorem ſuum &c. Sed myſterium noſtræ gratificationis & ſalutis, per quam nos quieſcimus in amplexu Chriſti, explicatur in fine cantici: cum dicitur. Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Sed inſeparabilitas æterna tam accubitus Chriſti in nobis: q̄ noſtri amplexus in Chriſto, explicatur cum concluditur in cantico. Adiuro vos filiæ Hieruſalem ne excitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. Sed mutuus amor reciprocus cum ſuis effectibus inter ſponſum & ſponſam explicatur in medio dialogi huius cantici: cum ſpōſus dicit. Sicut lilium inter ſpinas: Sic amica mea inter filias. & cum ſponſa dicit. Sicut malus inter ligna ſyluarum: ſic dilectus meus inter filios. & Fulcite me floribus: quia amore langueo &c. Et per hoc patet intelligentia huius ſecundi cantici, & reſponſio ad dubium. Et hoc de ſecundo cātico.

## Incipit Tertium Canticum.

VOx dilecti mei.
Ecce iſte venit ſaliēs ī mōtibus:
Tranſiliens colles.
Similis ē dilectus meus capreę:
Hinnuloq; ceruorum.
En ipſe ſtat poſt parietē noſtrū:
Reſpiciens per feneſtras:
Proſpiciens per cancellos.
En dilectus meus loquitur mihi.
Surge propera amica mea:
Formoſa mea: & veni.
Iam enim hyems tranſiit:
Imber abiit & receſſit.
Flores apparuerunt in terra noſtra
Tempus putationis aduenit.
Vox turturis audita eſt in terra noſtra:
Ficus protulit groſſos ſuos:
Vineæ florentes dederunt odorem ſuum.
Surge propera amica mea:
Specioſa mea & veni.
Columba mea in foraminibus petrę:
In cauernis macerię.
Oſtende mihi faciem tuam.
Sonet vox tua in auribus meis.
Vox enim tua dulcis:
Et facies tua decora.



Capite nobis vulpes paruulas:
Quę demoliuntur vineas.
Nam vinea noſtra floruit.
Dilectus meus mihi: Et ego illi.
Qui paſcitur inter lilia:
Donec aſpiret dies: & inclinentur vmbrę.
Reuertere: ſimilis eſto dilecte mi
Capreæ hinnuloq; ceruorum:
Super montes Bethel.

VOx dilecti mei. Ecce iſte venit ſaliens in montibus &c. Iſtud eſt tertium cāticum: i quo Salomon cantat vocationē apoſtolorū, ſiue vocationē eccl'ię in apl'is. Et ideo prius videndū ē vnde Salomon ſumpſit parabolā. Secundo exequendū eſt de cātico & eius expoſitione. Quantum ad primum eſt aduertendū: ꝙ Salomon ex duobus aſſumpſit parabolā. Primo ex figura. Secundo ex promiſſione. Nam primo p hoc ꝙ deus loquebatur Moyſi facie ad faciem. Exo. xxxiij. id ē per angelum medium: pręuidit Salomon in ſpiritu, qualiter deus debebat loqui mūdo per humanitatē perſonaliter aſſumptā. Vnde per hoc ꝙ deus dedit illā legem Moyſi p illū angelū, figurabatur ꝙ deꝰ in humanitate debebat explanare illā eādem leges apoſtolis in monte Tabor, ꝓut fuit impletū Math. v. & vj. & vij. Itē per hoc ꝙ q̄ſi arca fuit repoſita intra tabernaculū, & iam deꝰ loquebatur Moyſi de arca, & tabernaculo, & declarabat illi oīa, & diſponebat de oībus agendis: vt patet Exo. vltimo. p hoc præuidit Salomon qualiter verbum diuinū debebat introire in arcā humanitatis per incarnationē, & totus Chriſtus incarnatꝰ debebat intrare in tabernaculum eccl'ię per fidem & grām, & de illa arca humanitatis debebat loqui fidelibus ſuis, & declarare legem & prophetas. Item hoc idem præuidit Salomon per ꝓmiſſiones factas: maxime Deutero. xviij. cū dixit deꝰ. Prophetā ſuſcitabo eis de medio fratrū ſuorū ſimilē tibi: & ponā verba mea in ore eius: loqueturq; ad eos q̄cunq; dixero illi. vbi pręuidit Salomon, qualiter deꝰ debebat aſſumere carnē de illo populo, & loqui apl'is, & toti illi ppl'o p illā humanitatē aſſumptā, & declarare legem & ꝓphetas. Et ſic patet qualiter ſicut in pręcedēti cātico cātauit oſculū incarnatiōis: ita in hoc tertio cātat oſculum familiaris prædicationis, & legis declarationis, & ſic ſatiſfacit primæ petitioni ſponſæ. Hoc ergo præuidens Salomon in ſpiritu, aſſumēs parabolā ex ſupradictis fecit hoc tertiū cāticū: in quo introducit Chriſtum ſponſum loquētē, & vocātē eccl'iam in apoſtolis, & declarantē eis legē & ꝓphetas: ꝓut fuit impletum Matth. v. & vj. & per totū diſcurſum euāgelicū. Sed p̄cipue cātat ꝓphetice Salomon in hoc tertio cātico totū illū ſermonem quē fecit Chriſtus in monte, declarādo legē & ꝓphetas Matth. v. In quo cātico tria facit. Nam primo facit qđ dictū eſt. Scđo cātat acceptationē legis & doctrinę Chriſti, & gaudiū eccleſię acceptātis legē euāgelicā. Tertio p̄dicit & cātat ſtabilitatem, & ꝑpetuitatē legis euāgelicę. Scđm ibi. Dilectus meus mihi & ego illi. Tertium ibi. Adiuro vos &c.

¶ Quātū ergo ad primū eſt aduertendū, ꝙ Chriſtus primo V
deſponſauit eccl'iam in Maria, & in Ioſeph: ſicut dictum eſt: ſed exinde quando Maria abijt cū feſtinatione in mōtana Iudęę: ibi vocauit Ioannē Baptiſtā de ventre matris, & deſponſauit in eccleſiā in eo & in Elizabeth matre eius: quia vterq; cōfeſſus eſt Chriſtum incarnatū: vt patet Lucę primo Item cū eſſet incipiens annorū triginta: ilico poſt baptiſmū, & ieiuniū vocauit apoſtolos: & aſcendit in montem: & dedit eis legē euangelicā: quę nil aliud eſt, niſi declaratio legis, & ꝓphetarū: vt inquit Auguſtinꝰ. Vnde Chriſtus qui ante locutus fuerat patriarchis & ꝓphetis per angelos: & locu

tus fuerat mūdo per ora prophetarum, & dederat Moyſi legem per angelum medium: tunc aſcendit in montem, & aperiens os ſuum declarauit apoſtolis legem & prophetas dicens. Non veni ſoluere legē, aut prophetas, ſed adimplere. Et ſic per os proprium, & per illam humanitatem aſſumptam locutus eſt apoſtolis, & declarauit eis legē & ꝓphetas dando veram intelligentiam: vt patet per totum diſcurſum euangelicum. Sponſa ergo quę diu deſiderauerat, & petierat oſculari oſculo ſponſi per veram declarationem legis & prophetarum audiens ſponſum iam ſibi loquentē per os ꝓprium: cum magno gaudio dicit in principio huius cantici. Vox dilecti mei & ſponſi Chriſti audita eſt mihi ſupple, id eſt gratias ago quia iam oſculatur me oſculo oris ſui: & loquitur mihi iam non per angelos: nec per patriarchas aut prophetas: ſed per os ꝓprium. vnde ſicut iſte ſponſus me⁹ quōdam peregrinabatur poſitus in illa arca per montes & colles, & loquebatur Moyſi de tabernaculo fœderis: & illud faciebat ſub quadam figura: ita nunc implendo illam figurā poſitus & latēs in humanitate iam loquitur mihi. & ecce iſte iam venit ſaliens in montibus Galileæ, & Iudęę, vocando apoſtolos, & prędicando: & iam venit trāſiliēs colles: primo quando exiſtens in vtero matris venit in montana Iudęę ad ſalutandum Elizabeth, & ad ſanctificandū Ioannem Baptiſtam, & poſtea quando venit, & portauit ipſum mater ad ꝑſentandum in templo: & quando fugit in Aegyptum: & reuerſus eſt in terram Iuda: & quando vocauit apoſtolos &c. Et ideo dilectus meus in tali peregrinatione ſimilis eſt capreę hinnuloq; ceruoꝝ in velocitate. Nam ſicut caprea cū velocitate currit ad lactandum filium, & cerua hinnulū: ita Chriſtus cū velocitate quęſiuit ap̄los & oēs fideles p mōtes & cāpos, ad lactādos eos lacte diuinę doctrinę, & ſapientię.

X ¶ Sed ad maiorem euidentiam eſt aduertendū: ꝓut ſupradictū eſt: q̄ in iſto toto libro per capreas intelliguntur patriarchę, qui fuerunt paſtores, quibus factę fuerunt repromiſſiones de Chriſto & eccleſia. Et per ceruos hinnuloſq; ceruoꝝ intelliguntur prophetæ, qui fuerunt veloces in ſaliendo de vna materia in aliam: ſicut faciunt Satyrici. qui quidem prophetæ prenūciauerunt oīa myſteria Chriſti & eccleſię cū magna velocitate ſaltādo de vna materia in aliā, & de vno myſterio in aliud, & de vno tēpore in aliud. Sed quia Chriſtus adimpleuit oīa quę fuerunt ꝓmiſſa patriarchis, & vaticinata per ꝓphetas: ideo dicitur ſimilis illis, id eſt cōformis ꝓmiſſionibus & vaticinijs, & ꝓphetis eoꝝ: quia non venit ſoluere legē: ſed adimplere oēs ꝓmiſſiones, & vaticinia eorum. ergo Chriſtus non fuit diſſimilis, imo ſimilis illis. Et hoc eſt quod dicit, & intendit dicere ſponſa cū ait. Similis eſt dilectus me⁹ capreę, hinnuloq; ceruoꝝ. i. cōformis eſt toti legi, & ꝓphetis: quia oīa quę in patriarchis ſunt ꝓmiſſa & figurata, & in prophetis vaticinata adimpleuit. Nam en, id ē ecce ipſe iam ſtat poſt parietē noſtrū, id eſt latens in noſtra humanitate: ſicut fuit promiſſus patriarchis & prophetis: & fuit figuratus per arcā, & tabernaculū, & per illos angelos ꝑ quos deus loquebatur in forma humana. Et iam ſtat aſpiciens per feneſtras, & cancellos humanitatis, id eſt iam habens oculos humanos, & os carneum & humanum, loquitur mihi familiariter dilectus meus deus & homo. & vocando me, dicit. Surge amica mea &c.

Y ¶ Ad cuius intellectum eſt notandū, q̄ ſicut populus Iſrael erat in Aegypto ſub illo iugo captiuitatis: ita pariter ſponſa erat ſub iugo legis & peccati: & ſicut tempore veris de⁹ eduxit per Moyſen illū populū de captiuitate: ita in eodem tempore in menſe Aprilis, ſiue Martij Chriſtus deſponſauit & eduxit ſponſam ſuā de iugo legis, & captiuitate peccati per mortem & paſſionem.

Z ¶ Vnde ſicut homo ī hyeme latet frigid⁹, & balb⁹ in domo nō audēs exire domū ꝓpter frig⁹ intenſum, & ꝓpter crebros imbres, & pluuias, & obſcuritatē nubiū ita pariter ſpōſa erat latens ſub frigore, & obſcuritate, & nube legis. Item ſicut in hyeme arbores non faciūt fruct⁹, nec florent propter rigiditatem frigoris, & ꝓpter defectū caloris: ita lex Moyſi exiſtens ſub frigore, & nube cerimoniarū, ſine calore & ꝑſentia Chriſti, qui ē ſol iuſtitiæ, nec floruit, nec fecit fructū. Sed oriēte ſole iuſtitię in mūdo: qui eſt Chriſtus: ilico cauſauit temp⁹ vernū, & fugauit noctem, & hyemē, & tenebras legis: & incepit florere, & facere fructū vinea legis p Chriſtū. Et ſic Chriſtus fugata nocte, & hyeme legis veteris, cū ſuis nubib⁹ cerimoniarum portauit ver euāgelicum, in quo floruit vinea legis. & hoc eſt qd̄ dicit ſponſus. Et loquitur etiā more amātiū Nam ſicut amaſius ſurgit de nocte, quaſi in aurora, & venit ad domū amaſiæ, & ornat portā eius diuerſis floribus tēpore veris, & cātando vocat eam vt ſurgat de lecto ad audiendam cātilenā ſuā: quā cātat amore eius: & vt ſibi loquatur & correſpondeat, & reddat vices amoris ipſi: ita pariter Chriſtus venit in mūdum, & repperit ſponſam ſuam iacentem in lecto legis & in nocte frigidā ꝓpter frigus legis. ideo venit ad excitandam eam, & ad vocandum ipſam: vt ſurgeret a lecto & nocte legis: & redderet ipſi vices amoris: cui Chriſt⁹ portauit flores, & fruct⁹ euangelicos. Chriſtus ergo ſponſus vocat ſponſam ſuam vt ſurgat a ſumno legis, dicens: O amica mea, & ſponſa: & formoſa mea, & columba mea, quæ diu iacuiſti ſub iugo, & lecto, & nocte legis, ſurge a iugo legis, & veni ad me, & faciam te formoſam per dona gratiarum: & faciam te ſimplicem ſicut columbam per baptiſmum. Iam enim hyems, & frigiditas, & nox, & obſcuritas legis veteris tranſijt, & imber peccatorum iam receſſit poſtq̄ venit ſol iuſtitiæ: quia iam apparuerunt flores in terra noſtra. Nam ſicut recedente hyeme, & adueniente vere omnes arbores, & vineæ florent, & ficulneæ incipiunt ꝓducere ficus ꝓpter acceſſum, & fauorem, & calorem ſolis: Ita adueniente Chriſto vinea legis, & ager, & ficulnea legis inceperunt florere & fructificare per Chriſtum. Vnde iam venit tempus putationis vineæ: in quo omnia cerimonialia ſunt amputata; vt noui thyrſi, & pampini euangelici valeant pullulare.

¶ Itē ſicut in vere auditur vox, et cātus turturis per ſyluas: A
ita trāſacta hyeme legis: et adueniente plenitudine temporis, quādo de⁹ miſit filiū ſuū, audita fuit vox turturis euāgelicæ, quæ fuit virgo mater dei, quādo dixit. Magnificat anima mea dominū &c. quia iam annunciauit deum in carne aduenïſſe &c. Et ſic vox euāgelica incepit tunc audiri in terra noſtra. Sed magis audita fuit vox turturis, quādo Chriſtus aſcendit in montem, & incepit declarare legem apoſtolis. Matthæi quinto. Item tunc ficus legis, amputatis cerimonialibus folijs, incepit producere ficus, & groſſos euāgelicos per veram intelligentiā. Nam ſicut fructus latet in arbore in hyeme: & ficus in ficulnea: & vuæ in vite: eo q̄ fructus tantum eſt ibi in potentia: tāq̄ in ſuis cauſis materialibus: ſed in vere ſol, et cæleſtis influentia educit fructus ex arboribus de potentia in actum: ita pariter omnia myſteria, & veritates euāgelicæ latebāt ſub litera legis: ſed venit Chriſtus ſol iuſtitiæ, & eduxit omnia illa myſteria, & veritates in actum, & in lucem: & ſic apparuit veritas euāgelica, quæ latebat in lege, ſicut formę latitāt in materia, & fructus in arbore. & ideo ſubdit q̄ vineę legis dederunt odorem ſuum florendo. ¶ Et nota q̄ quādo vineæ florent, omnes ſerpentes fugiūt. eo q̄ odor florum vinearum interficit ſerpentes. B
Ita ergo pariter quādo Chriſtus venit & incepit fugare hyemem, & frigiditatem cerimoniarum legis, & incepit florere vinea propter calorem ſolis in vere euāgelico: tunc ſerpens antiquus incepit fugere propter odorem vineę euangelicæ: quia ille odor, & virtus florum ſacramentorum euangelicorum interficit diabolum: & extinguit peccata. Et ideo dicit ſponſus q̄ vineæ legis iā dederūt odorem ſuum fugādo diabolū: & extinguendo pc̄tā. Et ideo ſubdit. Surge amica

mea & ſponſa: quia diu per totã hyemẽ legis veteris iacuiſti
abſconſa. ſicut columba in cauerna maceriæ, & parietis, &
in foraminibus petræ: ita tu latuiſti abſconſa ſub vmbra le-
galium, per totã hyemem & noctem legis. O ergo colum-
ba mea exi a cauerna, & foramine legis: & incipe cantare
cãticum euangelicum: & ſonet vox tua in auribus meis, con-
fitendo me eſſe deum, & Meſſiam, & redemptorem tuum.
Et oſtende mihi faciem conſcientiæ tuæ per fidem & chari-
tatem. & ſonet vox tuę cõfeſſionis in auribus meis. quia vox
tua erit mihi dulcis: cum audiero a te cõfeſſionem veræ fi-
dei euãgelicæ, per quam fide eris mihi perſonaliter, & præ
ſentialiter deſponſata. Quia iam non loquor tibi per ange-
los, nec per prophetas: ſed perſonaliter & præſentialiter lo-
quor tibi per meipſum. Profer ergo fidem articulorum, & fi-
dem euangelicam per os tuum: & eris mihi vera ſponſa, per
verba de præſenti. quaſi dicat: ſequere me per fidem euan-
gelicam: & recipe baptiſmõ fidem profitendo: & tunc vox
tuæ confeſſionis erit mihi dulcis. & acceptabilis: & facies ani
mæ, & cõſcientię tuæ erit mihi decora, & grata, & amabilis.
Deinde cum dicit: Capite nobis vulpes paruas &c. ſponſus
auiſat ſponſam vt ſit cauta, ne ſequatur falſam doctrinam
Scribarum & phariſęorum.

C ¶ Ad cuiꝰ intellectũ eſt aduertẽdũ: ꝙ qñ Chriſtus venit, i-
reperit ſcripturas legis, & ꝓphetarum deprauatã p falſas tra
ditiões, & expoſitiões Scribarũ. & Phariſęorum, & Saducęorum
Cuiꝰ cauſa fuit: Nã vt ait Ioſephus. xviij. libro antiquitatũ, &
ſecũdo libro de bello Iudaico: quaſi per quadragita annos
ante aduentũ Chriſti inter cæteras ſectas ſurrexerũt duę pri
cipales ſectæ in Hieruſalẽ: quarũ prima fuit ſecta Saducęo
rum, dicta a quodã dicto Sadoch. principe & inuẽtore illius
ſectæ. Illi autem negabãt angelos eſſe, & alios ſpiritus, & ne
gabant reſurrectionem corporum, & per conſequens cõce-
debant mortales eſſe animas hominũ. Item recipiebant ſo
lum quinq; libros Moyſi, & negabant totum reſiduum ve-
teris teſtamenti: & ſic ex tali errore cõmittebãt multa turpia
Sed tunc ex zelo legis, & ꝓphetarũ ſurrexit altera ſecta cõ-
traria iſti quę incepit a quodã dicto Phares de tribu Simeõ:
& ideo eius ſectatores dicti ſunt Phariſęi: quaſi cõtra Sadu
cęos & a cęteris popularibus diuiſi in vita, & moribus, & in
habitu. Iſti fingebant ſe zelare legem & prophetas: & ideo
habiti ſunt in maxima veneratione apud populũ, & in ma-
xima opinione ſanctitatis propter apparentiam exteriorem
& iſti dabant operam ſtudio legis, & prophetarum præ cæ-
teris: & ideo propter aſſiduitatem & continuum ſtudium fa-
cti ſunt periti præ cęteris in litera legis, & prophetarum: in
tantũ ꝙ acceperũt auctoritates a ſummis ſacerdotibus, ſedẽ
di in cathedra Moyſi ad declarandas ſcripturas legis & pro-
phetarum, & ad iudicandas, & diſcernendas cauſas ciuiles, &
iudicia ciuilia exercẽda. Et ſic facti ſunt de numero illorum
lxx. iudicum, quos Moyſes inſtituit ad diſcernendas cauſas
& iudicia. Exodi. xviij. Et ideo dicebantur ſedere ſuper ca-
thedram Moyſi. Et ideo iſti ratione religionis dicebantur
Phariſæi: ſed ratione iudiciarię poteſtatis, & ratione aucto
ritatis gloſſandi, & exponendi, & declarandi ſacras ſcriptu-
ras legis, & prophetarum dicebantur Scribæ. Eſt verum ꝙ
multi ex tribu Simeon propter peritiam ſcripturarum, licet
non eſſent ex religione, & habitu Phariſęorum: tamẽ ſimi-
liter aſſumebantur ad poteſtatem iudicandi, & auctoritatẽ
gloſſandi: & iſti dicebantur Scribę tãtũ. Iſta ergo ſecta & re-
ligio Phariſęorum, & etiã ſocietas Scribarum fuit deuotior
propter ſimulationem ſanctitatis: & creuit intantũ apud vul
gares, & ciues, & plebeios, ꝙ omnes ciues relinquebant eos
executores teſtamentorum, & tutores viduarum, & pupillo-
rum: & ſic regebant populos in temporalibus, & ſpirituali-
bus. Et ſic inceperunt comedere, & expoliare domos vi-
duarum, & diripere bona pupillorum, & impinguare domos
ſuas: intantum ꝙ omnea diuitiæ perueniebant ad manꝰ eo-
rum, & ſimplices populares ex ignorantia obediebant, &
credebant eis. Sed auaritia & cupiditas ſimul creuit, & ex-
arſit in eis cum pinguedine diuitiarum. vnde tunc incepe-
runt ordinare nouas traditiones in populo, & gloſſare om-
nes ſacras ſcripturas, & deducere ad lucrum ſuũ temporale,
& ad multiplicandas oblationes, & decimas, & primitias.
Et ſic facti publici campſores & mercatores p ſe vel per in-
terpoſitas perſonas parauerunt in templo menſas nummu
lariorum: & in porticu templi vendebant oues & agnos pro
ſacrificiis & oblationibus: & ſic vſurpabant ſibi omnia lu-
cra. Et vt hoc non reputaretur illicitum apud populum gloſ-
ſabant ſcripturas ad ſuum intentum, oſtendentes populis
ꝙ ea quæ faciebant erant de mente legis, poſtquã omnia
erant ad cultum diuinum. & ſic deprauarunt totam legem
& prophetas, trahentes omnia ad intentum, & lucrum ſuũ
temporale: negantes omnem ſenſum ſpiritualem. Et ideo
Chriſtus reperiens ſcripturas deprauatas per falſam doctri-
nam, & traditiones iſtarum ſectarum, ſcilicet Saducęorum,
& Scribarum, & phariſæorum: ſtatuit extirpare fermen-
tum, & falſam doctrinam eorum, & aperire verum ſenſum
ſacræ ſcripturæ. ideo aſcẽdens in montem incepit auiſare di-
ſcipulos dicens. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquã Scri-
barum, & Phariſæorũ, non intrabitis in regnũ cęlorum &c.
Et ſic Chriſtus ꝓcedit in toto illo ſermone declarando ve-
ram intelligentiam legis & ꝓphetarum, & extirpando fal-
ſam doctrinam Scribarum, & Phariſęorum. Et hoc idem fa
cit per totum diſcurſum euangelicum. Vnde Matthæi. xv.
auiſans diſcipulos dixit: Cauete a fermento Saducæorum,
& Phariſæorum &c. Item. xxiij dicit. Super cathedram Moy-
ſi ſederunt Scribę, & Phariſæi &c. Et in toto illo capitulo
exprobrat auaritiam & ſimulationem, & praua opera eorum
Et ideo videntes Chriſtum totaliter eſſe contrariũ moribus
& auaritiæ, & prauis operationibus ſuis: ſtatuerunt ipſum
interficere, negantes Chriſtum eſſe Meſſiam in lege ꝓmiſ-
ſum. vnde ſicut erant totaliter mundani, & carnales: ita de-
clarabant totam ſcripturam temporaliter & carnaliter, ex-
pectando bona temporalia. Et hanc ſectam Scribarum, &
Phariſæorum ſeruant hodie Iudęi moderni: eo ꝙ ſunt ſuc-
ceſſores illorum in vita, & doctrina, & perfidia, & odio, ꝓ-
ut dictum eſt pſalmo. ij. & pſalmo. lxxxj. Et ſic patet quali-
ter Scribæ, & phariſæi conati ſunt diſſipare vineam legis
per falſam doctrinam, & intelligentiam: quos Salomon hic
appellat vulpes, ꝓpter ſimulationem & fictionem vitæ &
appellat eos vulpes paruas ꝓpter ſanctitatem, & humilita-
tem fictam & ſimulatam. vel a paruitate veritatis: & etiam
a paruitate potentiæ & effectus. Nam licet fuerint conati
deſtruere vineam ſacrę ſcripturę: tamen non potuerunt: q2a
veritas ſcripturę continuata: & conſeruata eſt in euangelio:
& ipſi manent in ſua cæcitate, & obſtinatione, & mendacio,
& captiuitate. Dicit ergo ſponſus ad apoſtolos: Nolite ſequi
doctrinã vulpinã, & fermentũ iſtarũ vulpiũ. ſ. Scribarum, &
phariſęorum: ſed capite nobis iſtas vulpes paruas. ſ. Scribas,
& phariſæos, qui demoliuntur, & deſtruere, & diſſipare nitũ-
tur vineas ſacrę ſcripturę, cum ſuis falſis doctrinis, & traditio
nibus iniquis, & eiicite eos extra vineas noſtras: tanquã occęca
tos in malitia eorum, ne intelligant ſacramenta dei, & ne
comedant de fructibus huius vineę, poſtquã negant aduen
tum Chriſti agricolæ huius vineæ: quoniã vineæ noſtrę iam
floruerunt per aduentum Chriſti: licet ipſi non expectãt ta-
lem fructum ſpiritualẽ ex ea: ſed bona temporalia. Et ideo
ne iſtę vulpes paruę in valore, & in potentia, & intelligẽtia
veritatis diſſipent flores huius vineæ: capite eas, & proiicite
extra vineam: poſtquã ſe indignas fecerunt. Vnde ego expe-
ctabam: vt ipſi Iudæi colligerent vuas ex iſta vinea, & ipſi
collegerunt labruſcas amaras pro eis. ſed vos fideles colli-
gite vuas dulces myſteriorum euangeliorum. Intendit ergo
dicere ſponſus ad ſponſam in apoſtolis: O amica mea & colum-

ba mea ſponſa oſtende mihi faciem tuam per puritatem baptiſmi, & ſonet vox tua in auribus meis per confeſſionem veræ fidei, & non ſequaris falſam doctrinas, & vocem vulpinā Scribarum, & phariſæorum, qui conantur deſtruere vineas ſacrę ſcripturę: ſed capite has vulpes, & proijcite extra vineas: quoniam vinea mea iam floruit &c.

## Dilectus meus mihi: & ego illi.

¶ Hæc eſt ſecunda pars huius cantici, in qua introducitur ſponſa ad loquendū: q̄ audita voce ſponſi, quam vocem diu deſiderauerat: ideo agit gratias dicēs: Gratias ago quoniam dilectus meus pręſentialiter, & familiariter loquitur mihi, & ego illi: & iam docet me familiariter myſteria, & ſecreta legis. & iam paſcitur inter lilia, quia iam recipit a me cultū latriæ in apoſtolis, & diſcipulis, & fidelibus ſequentibus eum. Vnde ſicut ipſe paſcit me pabulo doctrinæ: ita ipſe paſcitur a me pabulo cultus latrię: acceptando meam fidem, & confeſſionem fidei & laudis &c. Et iſte cultus latrię durabit donec. i. dum aſpiret & perſeueret dies gratię, vſq; ad iudicium & vſq; inclinentur vmbræ. vel ſic Dilectus meus loquitur mihi, & ego illi: & iam paſcitur inter lilia ſiue roſas fidelium ꝑ cultum latrię, poſtq̄ iam aſpirauit dies gratiæ, & finita, & fugata eſt vmbra legis. quaſi dicat. nolo audire, nec ſequi vulpes phariſęos, nec doctrinā eorū falſam: ſed volo ſequi Chriſtum ſicut ipſe loquitur mihi. Deinde cum dicit: Reuertere. poſtq̄ iſta ſponſa recepit fidem euangelicam, & veritatem legis a ſponſo in apoſtolis & diſcipulis in illo monte deſiderās habere cōpiam in ſua ſocietate: & ſciens ꝙ Chriſtus veneſat ad redimendum principaliter populum Iſrael: ideo exhortatur ſponſum, vt illuſtret in gyrum, & circundet totam terram Iſrael per om̄es tribus, & poſtea reuertatur in Hieruſalem: vt ibi pro omnibus patiatur. Dicit ergo ſponſa: O dilecte poſtq̄ vocaſti, & docuiſti me in apoſtolis, & diſcipulis, & iam paſceris inter lilia per latriam, & iam apoſtoli receperūt & ſequūtur te: ideo vade, & luſtra, & circunda in gyrum totā terram promiſſionis, vocando omnes filios Iſrael ad fidem poſtq̄ pncipaliter & perſonaliter veniſti ad oues quę perierant domus Iſrael. Et poſtq̄ luſtraueris totā terrā ꝓmiſſionis reuertere in terram Iuda & Hierl'm: vt ibi ꝓ nobis patiaris.

D ¶ Vnde nota ꝙ vbi trāſlatio noſtra dicit, Reuertere: in Hebræo habetur circunda ſiue luſtra. & eſt mos & conſuetudo amantium, qui luſtrant in gyrum domum & vicum amaſię: vt frequenter eam poſſint videre & alloqui. Ita ergo eodem modo dicit iſta ſponſa. O dilecte mi perluſtra & circūda frequenter domum meam, id eſt totam terram promiſſionis, & poſtea reuertere ad me, & finaliter reuertere in terram Iuda: vbi in Bethleem fuiſti natus: & in Hieruſalem in templo præſentatus: vt ibi patiaris pro omnibus & reſurgas & finias curſum tuum: & in tali curſu & officio ſis velox, & ſimilis in velocitate capreæ hinnuloq; ceruorum, id eſt expedias curſum tuum reuertendo ſuper montes Bethel, id eſt ſuper montes dei, qui ſunt montes Iudęæ vbi eſt Hieruſalem ſita in monte Sion, & in monte Moria. qui dicuntur montes Bethel, id eſt montes domus dei, eo ꝙ in eis eſt fundata dom' dei, & in vno iſtorum montium vidit ſcalam Iacob: & in altero Abraham voluit immolare filium: & in altero Melchiſedech obtulit panem & vinum: vt dictum eſt pſalmo. xlvij. Intendit ergo dicere ſpooſa. O dilecte, luſtra totam terram Iſrael, & reuertere ſuper montes Bethel, ſcilicet in Hieruſalem ad patiendum & complendum myſterium redemptionis: & eſto ſimilis caprę hinnuloq; ceruorum, id eſt eſto ſimilis, & conformis legi, & prophetis ſcilicet imple officium redemptionis in Hieruſalem, ſicut promiſiſti patriarchis, & vaticinatum eſt per prophetas, prout dictum eſt, & magis patebit. In hebræo autem habetur: ſuper montes Bather, id eſt ſuper montes diuiſos. Et tunc eſſet ſenſus: luſtra terram velociter, ſicut caprea & hinnulus velociter currit ſuper mōtes diuiſos ſiue diuerſos ſed noſtra tranſlatio videtur magis propria.

¶ Ad maiorem euidentiam eſt notandum: ꝙ caprea ſylueſtris habet quatuor proprietates & conditiones. Primo ꝙa fugit vehementer venatores. Secundo quia eſt velocior cæteris animalibus in fugiendo. Tertio quia ſemper petit ardua, & cacumina montium inacceſſibilia: vt ibi ſaluetur. Quarto quia ſemper trahit, & ducit filium ſecum, vt ſaluetur, nec vnq̄ dimittit, nec deſerit eum. Has etiam quatuor ꝓprietates habet ipſe ceru' in fugiendo venatores. Et has q̄tuor proprietates ſeruauit Chriſtus contra vulpes Phariſęos, & Scribas, qui ſua venenata, & vulpina doctrina nitebātur vulnerare populos & diſſipare vineam domini. Et ideo Chriſtus fugit, immo increpauit, & extirpauit velociter falſā doctrinam ſcribarum & Phariſæorum: & aſcendit in montem crucis ducens, & trahens ſecum omnes fideles filios ſuos: vt eos ibi ſaluaret & liberaret. Et ideo dicit ſponſa. O ſpōſe dilecte mi perluſtra totam terram Iſrael, & reuertere ad montes Bethel, id eſt domus dei quæ eſt Hieruſalem, & ad montem crucis vbi nos debes ſaluare. Et ideo eſto ſimilis caprę hinnuloq; ceruorum, id eſt ſicut caprea & ceruus velociter fugiunt venatores, & ducunt & trahunt ſecum hinnulū ſcilicet filium: vt ſaluent eum ſuper ardua montium: ita tu trahe nos tecum ſuper montem crucis, & ſuper montes Hieruſalem: vt ſalues nos ibi: & ſuper montem cæleſtem: vbi te fruamur.

## Secunda pars Tertii Cantici.

IN lectulo meo quęſiui quem diligit anima mea.
Quæſiui illum & non inueni.
Surgam & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas.
Quæram quem diligit anima mea.
Quęſiui illum & non inueni.
Inuenerunt me vigiles qui cuſtodiunt ciuitatem.
Num quem diligit anima mea vidiſtis?
Paululum cum pertranſiſſem eos:
Inueni quem diligit anima mea.
Tenui eum nec dimittam:
Donec intromittam illum
In domum matris meæ:
Et in cubiculum genitricis meæ.
Adiuro vos filię Hieruſalem per capreas ceruoſq; camporum:
Ne ſuſcitetis neq; euigilare faciatis dilectam: donec ipſa velit.

¶ Deinde cum dicit. In lectulo meo per noctem quæſiui quem diligit anima mea &c. videns ſponſa ꝙ per totam noctem legis nunq̄ poterat reperire ſponſum ſuum Chriſtum in tabernaculo Moyſi, nec in templo primo, nec ſecundo quia in arca fœderis non erat realiter incarnatus, niſi in ſola figura: ideo poſtq̄ repperit ipſum in carne, agit gratias dicēs Ego quæſiui quem diligit anima mea in lectulo meo. i. in tabernaculo Moyſi, & ipſum quęſiui ꝑ totam noctem leg's. Et tamen non potui ipſum inuenire: quia tantum erat ibi in figura. & ſic dixi in meipſa. Ego circuibo per vicos, & plateas, id eſt diſcurram per omnes patriarchas, & ꝓphetas quęrendo Chriſtū quē diligit aīa mea, & quęſiui illū: ſed nōq̄ ibi

inueni in toto teſtamento veteri. Et dum circuibam per totum vetus teſtamentū quęrendo quem diligit aīa mea inuenerunt me qui cuſtodiūt ciuitatem.ſ.ſūmi ſacerdotes & Scribæ & Phariſæi, qui erant doctores & p̄lati poſiti ad cuſtodiā populi & templi. quos interrogaui dicens. Nū quē diligit aīa mea vidiſtis? qui nō oſtenderūt mihi illum per leges & prophetas: immo negarunt eū dicētes. Hūc neſcimus vñ ſit. Et nō habem⁹ regē niſi Cæſarē. immo negauerūt talem Meſſiam deum & hoīem eſſe in lege promiſſum: nec voluerunt recipere eum nec legem eius euangelicam: ne bona ſpiritualia: cum tanq̄ carnales expectarent tēporalia. Sed ego ſpernens eorū cæcitatem & falſam doctrinam paulu lum cū petranſiſſem eos: iueni Christum deū incarnatū ſpōſum mihi promiſſum: quem valde diligit anima mea. Et ideo ſtlico ad primam vocationem tenui eum per fides firmam & charitatem indiſſolubilē & ideo nō dimittā eū donec intromittā illū in domū matris meę: & in cubiculū genitricis meę: q̄ eſt plebs Iraelitica fidelis. vnde poſtq̄ ſynagoga eiecit ipſus a ſe: ego recepi ipſum: intantū q̄ nemo me ſeparabit a charitate eius. quaſi dicat: poſtq̄ non repperi ipſum in tabernaculo Moyſi: nec in templis primo & ſecundo tandem inueni ipſum in tabernaculo & templo humanitatis aſſumptæ. & ſic tenui & recepi eum in verum Meſſiam: nec dimittam eū: lȝ Scribę & Phariſſęi tanq̄ vulpes diſſuadeant mihi cum comminatione, & cum ſuo falſo fermento.

F ¶ Ad maiorē aūt euidētiā eſt notandū q̄ iſta ſponſa quæſiuit ſponſum per totam noctes legis in lectulo ſuo.ſ. in tabernaculo ligneo qd̄ fabricauerat Moyſes: ſed cum ipſum ibi non reperiſſet: eo q̄ ibi non erat niſi in figura: ideo interrogauit cuſtodes.ſ. Scribas & Phariſſęos: vt oſtenderent ſibi ſponſum.ſ. Meſſiam in lege promiſſum: eo q̄ ſacerdotes & ſcribæ & phariſſęi erāt poſiti tanq̄ cuſtodes & ſpeculatores domus Iſrael, vt cum veniret Chriſtus oſtenderent eum populo per ſacraſ ſcripturā. Sed cū ſacerdotes & ſcribæ & phariſſęi nō oſtendiſſent ipſi Chriſtum fuiſſe Meſſiam: immo tāq̄ vulpes diſſipātes vineam domini negauerunt eum & perſequebantur: ideo iſta ſponſa non acquieſcens falſæ doctrinę eorꝫ pertranſiuit.i. contēpſit eos. ſed cum pertranſiſſet eos repperit Chriſtum ſponſum ſuū non in tabernaculo ligneo ipſius Moyſi, ſed in lectulo & tabernaculo carnis & humanitatis. Et tunc poſtq̄ iſta ſponſa cognouit ſponſuȝ, tenoit eū fortiter per fidem: & ſecuta eſt eum vſq; ad mortē: & introduxit eum in domum matris ſuę.ſ. in plebem Iudaicā: quia apl̄i multos de plebe Iſraelitica conuerterūt ad fidem Chriſti qñ miſit eos ad prædicandum per terraȝ Iſrael: vt patet Mat.x. & Lucæ.x. Et etiā cōuerterunt multos in die pētecoſtes: vt ptȝ Actu.ij. & .iij. Et iō dicit in lectulo meo. &c.

## Adiuro vos filię Hieruſalem. &c.

¶ Hęc eſt tertia pars hui⁹ cātici. vbi p̄dicit firmā ſtabilitateȝ eccleſiæ & indiſſolubile vinculum inter ipſam & ſponſū ſuum vnde ait. O filię Hierl̄m.i. animę fideles, obteſtor & adiuro vos per capreas hinnuloſq; ceruorum.i. per patriarchas & prophetas: quibus facta eſt de Chriſto repromiſſio: ne ſuſcitetis nec euigilare faciatis dilectam a fide & charitate dei ſponſi donec ipſa velit.i. adiuro vos ne putetis vnq̄ ipſam eſſe a ſuo ſponſo ſeparandam inæternum ſicut promiſſum eſt patriarchis & prophetis, prout dictum eſt. quaſi dicat: ne timeatis. nec ſeducat vos falſa doctrina Scribaruȝ & Phariſſęorum. nec aliquis hęreticus aut tyrān⁹ ſeparet vos a charitate ſponſi veſtri Chriſti.

G ¶ Sed quia dictum eſt in expoſitiōe hui⁹ tertij cantici: q̄ in aduentu Chriſti vinea legis dedit fructum ſuum amputatis cerimonialibus: & ficus legis dedit groſſos ſuos euangelicos & q̄ Chriſt⁹ tanq̄ interpres legis amputauit omnia cerimonialia: ideo quæritur vtrum Chriſtus potuerit hoc facere? & videtur q̄ non. Et primo arguitur ſic, Nam Chriſtus qui venerat ad complendam voluntatem patris: nec debuit nec potuit venire contra mentem dei patris: qui obligauit illuȝ populum ſub multiplici maledictione & firmiſſimo iureiorando ad ſeruandam totam legem, non ſolum quo ad p̄cepta moralia: ſed etiam quo ad omnia cerimonialia: & hoc fœdere æterno. vt ptȝ Deutero. xxviij. & .xxix. Et ſub eiſdeȝ maledictionibus & iureiurando ſe obligauit populus. vt patet ibidem. Ergo nec Chriſtus potuit venire contra menteȝ patris: nec abſoluere illum populum a cerimonialiū obſeruatione æterna: Secundo arguitur ſic. nam ſub eadem pœna deus prohibuit ne quis præſumeret addere nec minuere aliud præter id quod eſt ſcriptum in lege data Moyſi: vt patet Deutero. iiij. Ergo ſequitur q̄ Chriſtus nec debuit nec potuit amputare cerimonialia: puta ſabbatum &c. nec addere diē dominicā & cætera p̄cepta & euangelica ſacramēta. In oppoſitum aūt eſt tota veritas huius tertij cantici. vbi dicitur. Tempus putationis aduenit. Item Matthęi & Lu. iij. Securis ad radicem arboris poſita eſt. Item ibidem. Cuius ventilabrum in manu eius. Et mundabit aream ſuam: & congregabit triticum in horreum ſuum: paleas autem cōburet igni inextinguibili. per quaȝ arborem & paleas intelliguntur cerimonialia legis veteris.

H ¶ Reſpondetur q̄ iſta quęſtio ſatis eſt explicata & ſoluta p̄ totā expoſitionem libri pſalmorum: & præcipue in tractatu contra Iudęos per totum. Sed hic breuiter reſpondebiř præfatis duobus argumentis. Pro quorum reſponſione eſt primo notandum: q̄ cum tota lex cerimonialium fuerit data in ſignū fœderis & pacti: vt patet de circunciſione & de cęteris ſacramētis & ſacris & ſacrificijs & obſeruantijs: ergo ſequitur q̄ omnia illa cerimonialia erant ſigna alicuius futuræ veritatis & per conſequens tendebant in illam veritatem ſignificatā tanq̄ in finem & terminum. Et per conſequēs officium omnium illorū cerimonialium non celebrabař niſi ſub fide & proteſtatione illius futuræ veritatis quaȝ ſignificabant & ad quam tendebant omnia illa cerimonialia tanq̄ in finem & terminum. ſed veritas & finis & terminus totius legis & prophetarum fuit Chriſt⁹ in quem tendebant tota lex & prophetę vt ſupra dictum. & probatū eſt in primo cantico. ergo ſequitur q̄ tota lex & prophetę finiebant officium & curſum ſuum in Chriſtum. Et per conſequēs fideles veteris teſtamenti nō obligabātur ſeruare cerimonialia niſi vſq; ad Chriſtum: qui fuit veritas & finis legis & prophetarum nec illa multiplex maledictio nec illud iuſiurandum potuit eos obligare niſi vſq; ad Chriſtū. Item ſecundo eſt notandum: q̄ Chriſtus non ſolum fuit promiſſus i veteri teſtamento tanq̄ finis legis & prophetarū: ſed etiam tanq̄ interpres & declarator eorum. vt probatum eſt in primo cantico per id qd̄ ait dn̄s Deut. xviij.ſ. prophetaȝ ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui: & ponam verba mea in ore eius: loqueturq; ad eos quęcunq; pręcepero illi. Qui autem verba eius quæ loqueř audire noluent ego vltor exiſtam. Quę quidem verba dixit deus in Oreb quando dedit legem ipſi Moyſi. prout patet in textu illius capituli. Nam tam deus q̄ Moyſes refert iſta verba ad illud tempus: qñ deus dedit legem. Nam quando populus audiebat voces & videbat lāpades & mōtem fumantem: tunc omnes perterriti & pauore concuſſi dixerunt Moyſi. loquere tu nobis. & audiemus. non loquatur nobis dominus: ne forte moriamur &c. Exo.xx. Tunc dixit Moyſi verba ſupradicta.ſ. Prophetā ſuſcitabo eis &c. Et ſic patet q̄liter licet Moyſes non ſcripſerit iſta verba ibi Exo.xx. vbi fuerunt dicta: tamē ſcripſit ea Deutero. xviij referendo ad tempus dationis legis. vt ptȝ in textu. Ex quo ptȝ q̄ Xp̄s interpres & declarator legis ſimul fuit promiſſus cum datione legis & per conſequens quando ille populus ſe obligauit ad ſeruandum legem, dicens: Omnia quæ præcepit dominus faciemus &c. tunc etiam ſe obligauit ad audiēdum illum prophetam in-

terpretem & declaratorem legis in ſuo aduentu. Et per conſequens ſe obligauit ad ſeruandum legem ſecundum interpretationem & declarationem illius prophetę promiſſi. Et per conſequens ſub eiſdem maledictionibus & iureiurando ſe obligauit totus populus ad credendu; illi prophetę & eꝰ interpretationi & doctrinę. Sed ille propheta ꝓmiſſus fuit ſolus Chriſtus: vt pluries probatu; eſt quia debebat eſſe maior q̄ Moyſes & Ioſue & Dauid & Eſaias &c. Ergo ſequit̄ ꝙ ille populus non obligabatur obſeruare illam leges niſi vſq; ad Chriſtum interpretem eius & per conſequēs ſub eadem comminatione & iureiurando obligabatur ad ſeruandam interpretationem & declarationem legis & prophetarum faciendam per Chriſtum. Sed tota lex euangelica nil aliud eſt niſi veritas & declaratio legis et prophetarum facta per Chriſtum. Quia lex per Moyſen data: gratia autem & veritas per Chriſtum facta eſt. vt patet Ioannis primo. Qui non venit ſoluere legem: ſed adimplere: quia nec vnum iota nec vnus apex præteriuit a lege quin dictis aut factis fuerit per Chriſtum impletum vt patet Matth. v. Ergo ſequitur ꝙ ſub hiſdem maledictionibus & iureiurando obligabatur ille populus ad obſeruandam euangelica; legem per Chriſtum ferendam: & ad relinquenda cerimonialia per ip̄m abolenda.

I ℭ Ex ſupradictis ergo patet ſolutio ad primū argumentu; quia Chriſtus in auferendo cerimonialia non venit contra mentem patris immo declarauit & roborauit mentem patris. nec violauit: nec ſoluit legem: ſed verificauit & adimpleuit eam. & apoſtoli & cæteri fideles ſequentes Chriſtum & relinquentes cerimonialia & obſeruantes legem euangilicam, non violarunt legem: nec iuſiurandum: immo adimpleuerunt legem & iuſiurandum & per conſequens euaſerunt illas maledictiones ſcriptas in libro Deutero. & per conſequens Scribæ & Phariſæi & omnes Iudæi moderni ſequaces eorum incurrunt omnes illas maledictiones tanq̄ violatores illius promiſſionis & iuriſiurandi. Et per hoc patet reſponſio ad primum argumentum. Sed pro reſponſione ſecundi argumenti eſt aduertendum. ꝙ tria erant conſideranda in illis cerimonialibus. ſ. officiu; qd̄ celebrabat̄. Sc̄do fides ſub qua celebrabat̄. Tertio Chriſtus futurus, ſub cuius fide & ad quē fine; & cuius gratia oīa illa officia fiebant. Et ideo quia illa cerimonialia & officia non fiebant gratia ſui: ſed in fide & gratia Chriſti futuri: hinc eſt ꝙ non erant de eſſentia legis: quia ſola fides Chriſti cum ſuo fine: quem omnia illa cerimonialia intendebāt: erat de eſſentia legis: & ideo illa omnia cerimonialia quo ad officium erant quędā accidentia. & per conſequens poterant adeſſe vel abeſſe præter ſubiecti corruptione;. & per conſequens non erant de integritate eſſentiali ipſius legis. ſed fides Chriſti & myſteria euangelica per illa cerimonialia ſignificata, quia erāt de eſſentia legis ideo mānſerūt poſt aduentum Chriſti amputatis cerimonialibus.

K ℭ Ex quibus patet. ꝙ Chriſtus abdicando & repellēdo cerimonialia: & declarando eorum veritatem per legem euāgelicam: nec abſtulit nec addidit aliud eſſentiale ipſi legi: ſ; ſolum manifeſtauit veritatem latentem ſub vmbra legis. vn̄ ſicut ſol in ortu ſuo non minuit nec addit aliquid ſed manifeſtat & patefacit omnia quæ latebant ſub vmbra noctis ſuper faciem terræ ita pariter Chriſtus in ſuo aduentu nullum eſſentiale minuit nec addidit legi: ſed ſolum patefecit tota; veritatem: & omnia myſteria euangelica quæ latebant ſub vmbra illorum cerimonialium. vnde nihil fuit in lege & ꝓphetis figuratum & vaticinatum quin fuerit impletu; & declaratu; per Chriſtum dictis aut factis. & nil fuit dictum aut factum per Chriſtum: quin fuerit in veteri teſtamento figuratum aut vaticinatum. Et ſic patet qualiter vnum iota nō fuit additum nec diminutum a lege per Chriſtu; ſed omnia fuerunt impleta & patefacta, quæ ſub vmbra legis latebāt



Et ſic nos Chriſtiani ſeruando legem euangelicam non addimus nec auferimus aliquid eſſentiale a lege Moyſi & ꝓphetis: immo verificamus & implemus eius ſignificatum. & ſic ſunt intelligenda illa verba dei Deut. iiij. ſ. non addetis ad verbu; quod vobis loquor: nec auferetis ex eo. ſ. aliqd qd ſit de eſſentia ſui veri ſignificati. Ex quibus patet: ꝙ illa lex non erat ęterna quo ad officium & ſignum: ſed quo ad fidem & finem & verum ſignificatum. & per hoc patet vera intelligentia huius tertij cantici. & patet ſolutio ad ſecundum argumentum Iudęorum. Et hæc de tertio cantico.

## Incipit Quartum Canticum.

Quæ eſt iſta quę aſcendit per deſertum:
Sicut virgula fumi ex aromatibus
Myrrha. & thuris & vniuerſi pulueris
pigmentarij?
En lectulum Salomonis.
Sexaginta fortes ambiunt.
Ex fortiſſimis Iſrael: omnes tenentes gladios:
Et ad bella doctiſſimi.
Vniuſcuiuſq; enſis ſuper femur ſuum.
Propter timores nocturnos.
Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis libani.
Columnas eius fecit argenteas.
Reclinatorium aureum:
Aſcenſum purpureum.
Media charitate conſtrauit:
Propter filias Hieruſalem
Egredimini & videte filię Sion
Regem Salomonem in diademate.
Quo coronauit eum mater ſua.
In die deſpōſationis illius.
Et in die lætitię cordis eius.

Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum?

ℭ Hoc eſt quartum canticum: in quo cantat progreſſu; Chriſti per totam terram promiſſionis vocando filios Iſrl' ad fidē. Quod myſteriū præuidit Salomon in ſpiritu ꝑ progreſſū & peregrinationē & aſcēſum arcæ fœderis & tabernaculi per deſertum.

ℭ Ad cuius intellectum eſt aduertendum ꝙ quinq; contēplatus eſt & conſiderauit Salomon in illa arca fœderis cum ſua peregrinatione. Primo materiam ex qua fuit facta: qa ex lignis Sethim, & etiam ex lignis cedrinis, quæ maxime abundant & creſcunt in Libano. Secundo conſiderauit eius vnctionem: quia ex vnguento confecto ex myrrha & cynamomo & balſamo: vt patet Exo. xxx. & vltimo. Tertio cōſiderauit ornatum eius: quia ex cortinis diuerſorum colorū. Quarto conſiderauit cuſtodiam eius: quia ſexcenta tria milia quingenta quinquaginta virorum: cuſtodiebant tabernaculū & arcā dn̄i. Quinto conſiderauit peregrinationem & aſcenſum illius tabernaculi per totum deſertum cū ſignis & miraculis & ꝓdigijs: a cuiꝰ facie mota eſt terra, a facie dei Iacob. In quibus quinq; myſterijs ꝑuidit Salomon totā peregrinationē Chriſti ꝑ terrā ꝓmiſſionis, oſtendendo ſe eē deū per ſigna & miracula. Vn̄ per hoc ꝙ illa arca fuit fabricata L

ex lignis Sethinis & cedrinis,ꝓuidit Salomon humanitatẽ
Chriſti.ſ.qualiter illud corpus erat formandum ex puris ſã-
guinibus virginis ope ſpũs ſancti:& tota illa humanitas de-
bebat conſtare ex carne ſethina imputribili & incorruptibi
li:& ex aĩa cedrina nulli pc̃tõ obnoxia nõ ſolũ in perſona.
ſed nec etiã in natura.Et p hoc ꝙ in illa arca fuit reposituꝫ
mãna & virga Moyſi & tabulę legis,ꝓuidit qualiter Chri-
ſtus debebat eſſe deus & homo/rex & ſacerdos/prout dictũ
eſt in ſecundo cantico.Et per hoc ꝙ illa arca fuit peruncta
illo ꝓtioſiſſimo vnguento diuerſorũ aromatuꝫ præuidit Sa
lomon qualiter aĩa Chriſti erat vngenda vnguento aroma
tico ſapientię & intellectus,& oĩꝫ donoꝝ,& virtutũ non ad
menſuram vt poſſet oibꝰ ſua dona cõmunicare tanq̃ caput.
Itẽ etiã poſſumus dicere ꝙ per illã vnctionem ꝓuidit oia do
na ſpũs ſc̃ti & vnguenta oĩm ſacramẽtoꝝ:quę debebãt flue
re a Chriſto in corpus myſticum.Itẽ per ornatum cortinarũ
tabernaculi ꝓuidit ornatum pfectionum & virtutum & gra
tiaꝝ Chriſti.Item p illos ſexcenta tria milia quingentos qn
quaginta qui cuſtodiebant tabernaculum & arcam cũ gla-
dijs & enſibus præuidit.lx.reges cum ſuis regnis qui vene-
runt ad fidem Chriſti,defendentes nomẽ eius cum gladijs
& armis temporalibus & præuidit etiã.lx.p̄latos cum gla-
dijs & enſibus eccl'iaſticę poteſtatis fidẽ Chriſti defenden-
tes.&.lx.doctores principales ecclię.ſ.Auguſtinuꝫ/ Ambro
ſium/Hieronymũ Euſebiũ & Baſiliõ,& cæteros defenden
tes fidẽ Chriſti cũ gladijs ſacrę ſcripturæ vtriuſqꝫ teſtamẽti.
Itẽ per hoc ꝙ illa arca progrediebatur p deſertũ aſcẽdens
do i terrã promiſſionis:in qua dicebatur deꝰ ſedere ſup duo
cherubin:a cuius facie tota terra mota eſt ꝓpter ſigna & ꝓ
digia:ꝓuidit Salomon qualiter Chriſtus deꝰ in illa hũani-
tate tanq̃ in arca pſonaliter latens & ſedens ſuper duo teſta
mẽta debebat exire i deſertũ Galileę:& pluſtrare totã ter
ram cũ ſignis & miraculis:prout patet per totũ diſcurſũ euã
gelicũ.Hoc ergo præuidens Salomõ in ſpiritu,fecit hoc cã-
ticũ:in quo introducit filias Hierſm primo ad loquendum,
admirantes ſup pſitia Chriſti & propter mirabilia opa eiꝰ.
in quo duo facit.Nam primo facit qd̃ dictuꝫ eſt.Secũdo po-
nit ſodalium ſponſi reſponſio,Scd̃m ibi.En lectulum Salo

M monis.¶ Quãtũ ergo ad primũ,quia ſponſa in cantu ſupio
ri rogauerat ſponſum vt luſtraret totã terram Iſrael vocan-
do eã ad fidẽ:Ideo Chriſtus ſponſus qui ante non fuerat co
gnitꝰ niſi aplis & diſcipl'is,deſcẽdẽs de mõte incepit pãbula
re terrã Galileę & oſtẽdit ſe in publicum faciendo ſigna &
miracula:vt patet Mat.viij.& per totum diſcurſum euange
licum:& ſic oẽs ppl'i ſequebanť eũ:& mirabanť ſup doctria
& miraculis eius.Admirantes ergo filię Hierl'ꝫ videntes il-
lã arcã hũanitatis xp̃i:dicũt.Quæ eſt iſta arca q̃ aſcẽdit & ꝓ
greditur p deſertum Galileę odorifera ſicut virgula fumi ex
aromatibꝰ myrrhę & thuris & vniuerſi pulueris pigmenta-
rij/ In hebræo habetur:ſicut vapores fumi.& tũc l'ra eſt ma
gis plana.q̃ſi dicãt.Quæ eſt iſta hũanitas ſiue deꝰ in huma-
nitate q aſcẽdit in carne humana p deſertum odoriferus ſi-
cut vapor fumi myrrhę & thuris & vniuerſi pl'ueris apothe
carij/q̃ſi dicant.Ita procedit odoriferus euaporãs ex ſe odo
res virtutũ & doctrinę & ſanctitatis & miraculorum/ſicut ar
ca fœderis:cuiꝰ odorẽ ſequebantur filij Iſrael.Quaſi dicat:
ꝙ ita ſequũtur iſtũ Chriſtũ oẽs ppl'i p deſertũ Galileę:ſicut
oẽs filij Iſrael ſequebantur illã arcã & tabernaculũ odorife
rũ p deſertũ Arabię.Totum etiã hoc põt referri ad totaꝫ ſo
cietatẽ xp̃i & apl'oꝝ & totiꝰ multitudinis q̃ ſeq̃bantur Chri
ſtũ.vñ ppl'i Galileę vidẽtes Chriſtũ cũ tota illa ſocietate,ad
mirãtes dicunt.Quę eſt iſta ſocietas q̃ ſequiť iſtũ Ieſuꝫ Chri
ſtũ/ſicut ppl's Iſrl' ſequebať arcam dñi/nam ſicut ille popu-
lus currebat poſt odoreꝫ.& in odorẽ vnguẽtoꝝ illiꝰ arcæ:ita
tota iſta ſocietas ſequiť Chriſtũ in odorẽ eius virtutũ & eius
ſc̃titatis & ſignoꝝ.q̃a ſequebať eũ multitudo magna ꝓpter
ſigna quæ faciebat.Ioan.vj. Ad hoc reſpondet chorus ſo-
daliũ Chriſti.ſ.chorus apl'oꝝ & etiã angeloꝝ,dicens.En.ſ.
ecce lectulũ Salomonis.quaſi dicat.Aſpice:ꝙ iſta humani-
tas quã videtis eſt lectulus magni Salomonis.ſ.regis pacifi
ci,q eſt Chriſtus.nã ſicut deus ſtabat & latebat in illa arca ve-
te.figuratiue:ita deus lateꝫ nunc in hac humanitate perſo-
naliter tanq̃ in arca & tabernaculo.Et ideo ſicut tunc ambi
bant arcã dñi ſexcenta tria milia quingenti quinquaginta
cum armis corporalibꝰ ad defenſionẽ tabernaculi:ita nunc.
lx.reges cũ ſuis regnis ambiũt Chriſtum & defendunt fideꝫ
euãgelicã,oẽs tenentes gladios & doctiſſimi ad bella.& iſti
ſunt ex fortibus Iſrael.i.totius eccleſię toto orbe diffuſæ.q̃a
lx.reges cũ ſuis regnis venerunt ad fidẽ Chriſti poſt conuer-
ſionẽ magni Conſtantini,qui oẽs defẽdebãt eccleſiã & fidẽ
euãgelicã cũ armis & gladijs & enſibus tẽporalibus. Itẽ.lx.
p̄lati principales eccleſię toto orbe diffuſæ tenẽtes gladios
eccleſiaſticę poteſtatis ambiũt Chriſtũ defendendo fidem
eius.Item.lx.principales doctores eccleſię ex fortibus eccle
ſię omnes tenentes gladios euangelicę doctrinę & doctiſſi
ma tela ſpũalia ambiũt Chriſtũ.Et enſis doctrinę vtriuſqꝫ
teſtamenti ſcindens ex vtraqꝫ parte eſt ſuper femur vniuſcu
iuſqꝫ ad defenſionem Chriſti,propter timores.i.contra ti-
mores & incurſus nocturnos.i.contra nocturnos & cęcos in-
curſus Iudeoꝝ & hereticoꝝ & oĩm infideliuꝫ. Vñ omnes i-
curſus Iudeoꝝ & infidelium & hęreticoꝝ dicuntur noctur-
ni eo ꝙ procedunt ex cæcitate & ignorantia affectata & ꝑ-
petrata,& ex malitia:q̃ occęcauit eos ne intelligant ſacramẽ
ta dei q̃ latent in ſacra ſcriptura.Quaſi dicat:ꝙ illa humani
tas Chriſti eſt arca & tabernaculũ dei figurata per arcaꝫ ve-
te.Et tota eccleſia dei toto orbe diffuſa fuit figurata per il-
los ſexcenta tria milia quingentos quinquagita:q ſequebã
tur arcã.Nã ſexcẽta tria milia,ſunt.lx.decies.x.milia. Et ſic
ille numerus figurabat numerum.lx regum Chriſtianoruꝫ
qui venerũt ad fidẽ Chriſti tp̃e Cõſtantini.& figurabat nu-
merum.lx.prælatorum aut doctorum eccleſię. Et poteſt ẽt
dici ꝙ ponitur numerus determinatus pro indeterminato:
ſicut q̃nqꝫ fit in ſcriptura.Et etiã per illos.lx. fortes poſſunt
intelligi.lx.gñationes q̃ ꝓceſſerunt ab Adã vſqꝫ ad Chriſtũ
in quibus Chriſtus fuit figuratus.vt patet in lib.generatiõis
Chriſti.Nam ab Adam vſqꝫ ad Abraham incluſiue fuerũt
xx.gñatiões & ab Abrahã vſqꝫ ad virginẽ Mariã Pręceſſe-
runt.xl.generationes.vt patet in Mat.& ſic computanť.lx.
generationes ab adã vſqꝫ ad virginẽ Mariam,in q̃bus Chri
ſtus fuit figuratus.nam vnuſquiſqꝫ illorum qui ponuntur in
illo ordine generationis,figurabat Chriſtum ſecundum ali-
quam virtutẽ.Et ſic omnes illi.lx.ambiunt lectum Salomo
nis.ſ.hũanitatẽ Chriſti,tenẽtes ſingulos gladios aut enſes
virtutũ ad defẽdendũ Chriſtũ cõtra timores nocturnos Iu-
dęoꝝ & hęreticorũ & oĩm infideliuꝫ.q̃a per figuras & my-
ſteria aut vaticina oĩꝫ illoꝝ ꝓbanť myſtera Chriſti & eccle
ſię:& maxime myſteriũ incarnationis & noſtrę redẽptiõis.
Deinde cum dicit:Ferculũ fecit ſibi rex Salomon de lignis
Libani &c.explicat myſteriũ incarnationis & informationis
corporis Chriſti ex puris ſanguinibus virginis Mariæ.

¶ Ad cuius intellectum eſt aduertendum:ꝙ in hoc conue
niunt oẽs Iudęi nobiſcum,ꝙ in toto iſto libro p Salomonẽ N
intelligũt deũ.Dicunt eñ omnes magiſtri Iudæoꝝ:ꝙ iſte
Salomõ q notať i hoc libro/eſt ip̃e deꝰ rex pacificus.Et ideo
eſt videndũ quis eſt iſte lectulus & ferculũ qd̃ fecit ſibi deus
de lignis Libani.Ad hoc dicunt miſeri & cæci & nocturni
Iudęi moderni:qd̃ ille lectulus & ferculũ qd̃ fecit ſibi deus,
eſt ſola illa arca:& illud tabernaculũ qd̃ deus ꝓcepit ſibi fie
ri p Moyſen/in qua arca deus ferebať p deſertum.& ſic ex-
ponunt totũ iſtud canticum.Sed manifeſte apparet eoꝝ cę
citas & deceptio.Nã illud tabernaculũ aut arca nõ fuit fc̃tã
ex lignis Libani:ſed ex lignis Sethim materialibus & ſpino
ſis.vt dictũ eſt.nec fuit conſtrata & ornata media charitate
propter filias Hierſm.q̃a tunc Hieruſalem erat habitata p

gētiles idololatras & ſceleratos. Nec eſt dicendus ꝙ mater
ſua coronauerit deū in illa fabricatiōe tabernaculi materia
lis. & ideo eſt dicendum ꝓut dictū eſt: ꝙ Salomon materia
lis cōditor huius libri per illam fabricam illi⁹ tabernaculi &
arcæ materialis ꝓuidit totum myſteriuꝫ incarnationis & de
ſponſationis eccleſię cū Chriſto dño. Nā per illā arcā factā
ex lignis Sethim & ex lignis cedrinis ſimilibus illis quæ cre
ſcunt in Libano, ꝓuidit & intellexit Salomon humanitateꝫ
Chriſti conſtitutam ex carne Sethina, & aīa cedrina oīs ve
neni pcti fugatiua. & per vnctionem arcæ & tabernaculi in
tellexit totum myſterium paſſionis: ſcꝫ qualiter Chriſt⁹ erat
vngēdus vnguēto myrrhę paſſiōis. Et per ornatuꝫ cortina
ruꝫ intellexit ornatū virtutū & donoꝝ Chriſti. Et per ppl'ꝫ
ſexcenta. ſ. milia viroꝝ armatorum ambientiū arcā intelle
xit eccl'am toto orbe diffuſam p. lx. regna. Et p illā coronā
q̄ circundabat arcam, intellexit hūanitatem & carnem qua
virgo Maria coronauit & veſtiuit verbum diuinum filium
ſuū in die deſponſationis & incarnationis. Et hoc eſt ꝙ can
tat Salomon ꝓphetice in hac parte. vñ ait: O filię Hierl'm
& aīę fideles vos admiramini, dicentes. Quæ eſt iſta quæ
aſcendit per deſertum &c. Ego dico vobis ꝙ iſte eſt lectus. i.
hūanitas in qua reſidet perſonaliter rex Salomon deus tāq̄
in arca & tabernaculo quē regē Salomonē. ſ. Chriſtū deū &
hoiem ambiunt & colunt cultu latrię. lx. fortes. id eſt. lx. re
ges fideles cum ſuis regnis: & . lx ꝓlati: & . lx. doctores oēs
tenentes gladios doctrinę euāgelicę, & enſes ſacrę ſcripturę
vtriuſqꝫ teſtamenti ad defendendum tabernaculum eccl'ię
Chriſti contra timores & incurſus nocturnos Iudęorū ꝙ hę
reticorum & omniū infidelium. vnde iſte rex Salomon de⁹
fecit & fabricauit ſibi iſtam hūanitatem tanq̄ ferculuꝫ & cur
O rum ſiue arcā, in qua fertur verbū diuinū. ¶ Illa eñ hūani
tas dicit̄ quaſi ferculū ſiue feretrū, in qua fertur & portatur
deus. Et hanc hūanitatem fecit deus ex lignis Libani albiſ
ſimis & mundiſſimis. ſ. ex carne ſethina quam ex puris ſan
guinibus virginis opere ſpiritus ſancti formauit in vtero: &
ex aīa cedrina quā illa carne creauit & infudit. ex quib⁹ re
ſultat humanitas quā perſonaliter & ſuppoſitaliter aſſum
pſit ſimul tpe. in qua humanitate fecit columnas argente
as ſeptem donorum ſpūs ſancti non ad menſuram. Et fecit
ſibi reclinatorium aureum humilitatis. qa humiliauit ſe ipꝫ
formā ſerui accipiens. Item fecit in ea aſcenſum & thalamū
purpureum varietate gratiarum & virtutum & etiam fecit
aſcenſum purpureum diuerſoꝝ graduū ꝑfectionū ſanctis
tatis. quā domuꝫ ſuæ humanitatis conſtrauit & ornauit me
dia charitate & dilectione. quia nō ſolum parietes: ſed etiā
pauimentū huius hūanitatis cōſtrauit & ornauit media cha
ritate. & oīa iſta fecit propter filias Hierl'm. qui ſunt omnes
fideles deum per fidem videntes. Nam propter fideles
iſte rex pacificus Chriſtus accepit iſtaꝫ humanitatem, vt in
ea pateretur, ad ſaluandos & liberandos fideles. Et pro
pter nos fecit illas ſepteꝫ colōnas argenteas: vt nobis dona
ſpiritus ſancti cōmunicaret. & propter nos fecit ſibi reclina
torium aureū hūilitatis: vt ſua paſſio eſſet nobis meritoria.
& fecit aſcenſuꝫ purpureū: & media charitate conſtrauit: vt
omnes ad ipſum aſpiceremus: & eum per charitatem & cæ
teras virtutes imitaremur & ſequeremur. Et ſic patet: ꝙ oīa
q̄ accepit & fabricauit Chriſtus in illo ferculo & arca huma
nitatis: accepit propter filias Hierl'm. ſ. propter aīas fideles
ad redemptionem & vtilitatem noſtram. Quia Chriſt⁹ nō
ſolum fuit noſtra redēptio: ſed etiam ſpeculum & exemplū
vitę nrę. & ideo ſubdit exhortādo plebē Iſraeliticā & oēs fi
deles, vt recipiāt iſtū regē Chriſtū in Meſſiā & redēptorē cū
viderit ipm venientē in carnē. vñ ait. O filię Sion. i. o plebs
Iſraelitica & plebs Hieroſolimitana & oēs aię cōtēplatiuę
egredimini a iugo legis & vmbra cerimoniarū: & o vos gē
tiles egredimini a falſa ſuperſtitione & ſpurcitia idolorum:
& nolite vos Iudæi ampli⁹ reſpicere cerimonialia nec arcā
materialem ve. te. nec vos gentiles velitis reſpicere & ado
rare falſos deos. ſed videte regē Salomonem xp̄m in diade
mate humanitatis & carnis. quo diademate carnis corona
uit & induit eū virgo Maria mater ſua in die deſponſatiōis
illius. ſ. in die incarnationis Chriſti, qñ humanitas illa fuit
verbo deſpōſata & perſonaliter aſſumpta & vnita i vnitate
ſuppoſitali & perſonali. q̄ gdeꝫ incarnatio & deſponſatio fa
cta fuit in die lætitię cordis ei⁹. ſ. Mariæ virginis. qa inter ſe
ptem gaudia virginis Mariæ illud fuit primum. ¶ Propter P
iſta autem verba q̄ dicta ſunt, eſt maxīa altercatio inter ma
giſtros hebręorum. vñ legitur in Medras Syraſſiriꝫ. i. ī gloſ
ſa canticoꝝ: ꝙ dicit Rabi Iohanā. Quæſiuim⁹ totā ſcriptu
ram: & non inuenimus ꝙ Berſabee fecerit coronā filio ſuo
Salomoni. Iō mirandum eſt qd vult dicere. in diademate
quo coronauit euꝫ mater ſua. Ad qd reſpondens ꝙ Rabi Si
meon quæſiuit hoc dubiū a Rabi Eleazar dicens Audiſti
vnq̄ a patre tuo Rabi Iuceſ: qui erat ſapiens hō: quæ fuit illa
corona quā Berſabee ipoſuit Salmōi filio ſuo? Cui Eleazar
reſpondit dicēs. ꝙ ille rex Salomon eſt deus qui i principio
dilexit multum plebem Iſraeliticam: & vocauit eam filiaꝫ:
prout legit̄ ꝑs. xliiij. Audi filia &c. Item dilexit eā magis &
vocauit eam ſororem. Canticoꝝ. iij. Aperi mihi ſoror mea
&c. Itē dilexit eā multo magis, & vocauit eā matrem. Eſaię
l. Attēdite ad me ppl's meus & tribus mea & mater mea. &
ſic iſte Salomon eſt deus: & iſta mater dei eſt plebs Iſraeliti
ca: q̄ eū coronauit, prout dicit Salomō in hoc cantico. Quo
audito Rabi Simeō oſculatus eſt Rabi Eleazar dicens. tñ
hoc mihi placet q nolo amplius a te audire. Ex quib⁹ patet
ꝙ iſti Rabini tacite concedunt deum accepiſſe carnem ex
plebe Iſraelitica. quia licet deus vocet illā plebem filiā per
creationem & adoptionē & ſororem per deſpōſationeꝫ: tñ
nullo modo pōt eā matrē appellare niſi per aſſumptioneꝫ
& ſic hęc caro eſt illa corona q̄ eū virgo Maria mr̄ dei coro
nauit & veſtiuit & circundedit in die incarnationis & lętitię
cordis ſui. ¶ Sed eſt iterum aduertēdū, ꝓut dictū eſt i ſcđo Q
cātico: ꝙ ſicut illa arca q̄ repoſita fuit i tabernaculo Moyſi,
figurabat Chriſtū deū & hoiem incarnatū: ita illud taber
naculū in quo repoſita eſt arca figurabat prīo virginē Ma
riā: in qua & in cuius vtero fuit Chriſtus repoſitus: & ex qua
carnem aſſumpſit. ex cōſequenti aūt figurabat totā eccl'iaꝫ
in qua Chriſt⁹ habitat p fidē. Et ſic virgo Maria dicitur ta
bernaculum materni ipi⁹ Chriſti: & tota eccl'ia dr̄ taberna
culū myſticū, in q̄ de⁹ habitat per fidē. & iō tota eccl'ia dicit̄
ſpōſa xp̄i: in cui⁹ thalamo inhabitat. Et etiam q̄libet aīa fi
delis dicitur tabernaculuꝫ & tēplū Chriſti in q̄ habitat per
grām. Et iō tota fabrica ſupradicti lectuli & ferculi Salomo
nis pōt exponi & verificari primo de virgie Maria. ſcđo de
tota eccl'ia. tertio de aīa cuiuſlibet fidelis. Nā rex Salomō
& pacificus xp̄s fecit ſibi lectulū & ferculū & tabernaculum
maternū ex lignis cādidiſſimis & puriſſimis Libani. ſ. ex car
ne ſethina & incorruptili: quā añ aīationeꝫ ſctificauit: & ex
anima Cedrina veneni ſerpentis fugatiua: quā in illa carne
creādo ſanctificauit & olb⁹ gratijs & virtutib⁹ ornauit: & io
tam illā perſonam in eodē inſtanti creationis vnguēto myr
rhę ſuę paſſionis perunxit: quia illa gratia qua aīa virginis
fuit in principio ſui eſſe ſctificata & īfuſa: ipi data fuit ex me
ritis paſſionis Chriſti. ¶ Et iō ꝑ ſcđm naturę nō potuit ī pſo R
nā virginis Marię tranſire: qa per gratiā illa fuit ꝓuenta: &
p cōnſequēs nunq̄ culpę originali fuit pſonaliter obnoxia.
& ſic fuit maxima differentia inter Mariam & Chriſtū. nā
xp̄s fuit ſolus inter mortuos liber: non ſolum in perſona, ſed
etiā in natura: qa nō ex opere Adā conceptus eſt ſed opere
ſpūs ſancti. Sed quia virgo Maria fuit cōcepta ex ope Adā
naturalis gn̄ationis: ideo fuit obnoxia & obligata ſimul cū
cæteris in natura. ſed quia fuit ꝓuenta p gratiā ſctificantē in
ſua creatione & animatione: iō nunq̄ fuit obnoxia nec obli
gata in perſona: quia q̄ diu fuit indiuiduum & perſona

humana ſemper fuit in gratia:& ſemper fuit ſpūale tabernaculū dei & ſpōſa Chriſti:quia ante fuit ſpōſa q̄ mater:& an̄ concepit Chriſtum mente:q̄ carne:vt inquit Auguſt. Item virgo Maria fuit illud ferculum & lectus quē Salomō ornauit & in quo fecit columnas argenteas ſeptem donorū ſpiritus ſancti & reclinatoriū aureū hūilitatis:in quo Chriſtꝰ reclinauit:quā humilitatem deus reſpexit:& per quam hūilitatem in ea voluit reclinari.& in ea fecit Chriſtus aſcenſum purpureū omniū virtutū. Et totā illam aiam virginis cōſtrauit media charitate & dilectione. Et oia illa ornamenta dedit Chriſtus virgini matri ſuę propter filias Hieruſalē.i.ꝓpter oēs aias fideles & deuotas vt aſpiciāt in virginē Mariā tanq̄ in ſpeculum:& imitentur & conſequētur eaꝫ ꝑ omnes virtutes & in ſc̄titate vitę &c. Et ideo Salomon in iſto cantico nonſolum exhortatur filias Hierl'm vt egrediātur ad videndū Chriſtum incarnatum & ſequātur & recipiāt eū:ſed etiā vt videāt virginē matrē q̄ coronauit & veſtiuit eum carne:& in qua reclinauit Chriſtus propter eius hūilitatem & charitatē. Iō monet vt eā imitenṫ &c. Item per hoc ferculū & lectuluʒ quē Salomō fecit ex lignis Libani itelligitur ē̄t eccleſia Chriſti toto orbe diffuſa:quā Chriſtus ex duobus lignis Libani.ſ.ex duobꝰ ppl'is adunauit:& myrrha & vnguēto odorifero ſuę paſſionis pūxit. In qua fecit ſeptē columnas argenteas in die pentecoſtes:quibus tota eccleſia ſuſtentatur.& i ea reclinaṫ ꝑ hūilitatē:& eā media charitate cōſtrauit. Et aſcēſū purpureū ſeptē eccliaſticoꝝ ſacramentorū ordinauit.q̄ q̄dē ſeptē eccleſiaſtica ſacramēta dicunṫ purpurea eo q̄ ſanguie Chriſti ſūt purpurata:a cuius paſſione habēt totā virtutē & merita. Tota ergo eccleſia Chriſti dī lectulꝰ & ferculū & tabernaculū:qđ ſibi Chriſtus fabricauit & ornauit & decorauit. Et hæc dicta ſunt de quarto Cantico.

## Incipit Quintum Canticum.

QVam pulchra es amica mea:
Q̄ pulchra es.
Oculi tui columbarum.
Abſq; eo quod intrinſecus latet.
Capilli tui ſicut greges caprarum.
Quę aſcendunt de monte Galaad.
Dentes tui ſicut greges tonſarum:
Quę aſcenderunt de lauacro.
Omnes gemellis fœtibus:
Et ſterilis non eſt inter eas.
Sicut vitta coccinea labia tua.
Et eloquium tuum dulce.
Sicut fragmen mali punici:
Ita & genę tuæ.
Abſq; eo quod intrinſecus latet.
Sicut turris Dauid collum tuum:
Quæ ædificata eſt cum pugnaculis.
Mille clypei pendent ex ea:
Omnis armatura fortium.
Duo vbera tua ſicut duo hinnuli gemelli capreę.
Qui paſcuntur in liliis:
Donec aſpiret dies & inclinentur vmbrę.

QVam pulchra es &c.

℄ Hoc eſt quintum canticū:in quo Salomon cātat patrimoniū & dotē ipſiꝰ eccl'ie ſpōſę Chriſti:qua xp̄s dotauit eccl'iaꝫ ſpōſam ſuā. Vn̄ poſtq̄ in ſuperiori q̄rto cantico cantauit Salomon pulchritudinē xp̄i ſpōſi eccleſię:iā in hoc q̄nto cātico cātat pulchritudinē eccleſiæ ſponſæ eius ꝓut ꝓuidit in ſpū per ꝓphetiā Balaā. Nūe. xxiiij. Ex qua quidem prophetia aſſumpſit Salomon ꝓpoſitionem & parabolam ad faciendum iſtud quintum Canticum. ℄ Ad cuius intellectum eſt notandum:ꝙ duo fuerūt qui ꝓuiderunt ornatum & proſperitatem eccl'iæ xp̄i ꝑ ornatū & ꝓſpitatē illiꝰ ppl'i pegriātis ꝑ deſertū cū arca. Quoꝝ primus fuit Balaā:ſecundus Moyſes. Iō ambo dixerunt illū ppl'ꝫ in figura & pſona eccleſię xp̄i vn̄ legitur Nūeri.xxiij. & xxiiij.ꝙ videns Balaac rex Moabitarū mltitudinē ppl'i Iſrl' venientem ad terram ſuā:fecit venire Balaā hariolū & magū ad maledicendū illū ppl'm. Sed cum Balaā imolaſſet ſeptem vitulos & ſepteꝫ arietes in mōte Phagur.facta fuit ipſi reuelatio a dn̄o de toto diſcurſu & ꝓſperitate illiꝰ ppl'i vſq; ad xp̄m ex illo ppl'o naſciturū. Vn̄ per proſperitatem & ordinē illius exercitus cum arca pegrināti per deſetuꝫ, ꝓuidit futurā ꝓſperitatem & ornatum & pulchritudinem ſpūalem eccl'ię xp̄i,& eius victorias & triūphos & vniuerſale regnuꝫ xp̄i. Iō in pſona & figura Chriſti bn̄dixit illum populum & exercitum dicens. Q̄ pulchra tabernacula Iacob:& tētoria Iſrl':vt valles nemoroſę:vt horti iuxta fluuios irrigui:vt tabernacula quæ fixit dn̄s:quaſi cedri prope aquas. Fluet aq̄ de ſitula eius. Semen eius erit in aquas multas. Itē infra ſubdit. Orietur ſtella ex Iacob:& conſurget virga de Iſrael:& ꝑcutiet filios Moab:vaſtabitq; omnes filios Seth:& erit Idumęa poſſeſſio eius. Hereditas Seir cedet inimicis ſuis. Iſrael vero fortiter aget. De Iacob erit qui dominetur,& ꝑdat reliquias ciuitatis &c. In quibus verbis Balaā ꝓdixit totuꝫ diſcurſum & ꝓſperitatē illius populi & futurū regnum Chriſti ex illo ppl'o naſcituri:ꝓut ſibi a deo fuerat reuelatū i illo ſacrificio. Vn̄ ꝑ hoc qđ dicit. Q̄ pulchra tabernacula &c. ꝓuidit q̄liter ille ppl's debebat capere totā terrā Moab:& trāſire Iordanē:& capere totā terrā ꝓmiſſionis &c. Itē ꝑ hoc qđ ait. videbo illū ſed nō mō. Intuebor illū ſed nō ꝓpe. Orieṫ ſtella ex Iacob &c. ꝓdixit ꝓphetice ortū xp̄i ex illo ppl'o ſecundū carnē.& ꝓdixit eiꝰ regnū vniuerſale & triūphos & victorias eius futuras de populo Iudaico & gentili. Et oia iſta ꝓnotauit Balaā in illa benedictiōe. ℄ Sed nūc inſurgit grāde dubiū:nā quō potuit Balaā taꝫ grande myſteriū videre ex diuina reuelatione:cū ipſe eēt hariolus magus & necromāticus & ſacrificaret dæmonibus? Ad hoc rn̄detur:ꝙ licet balaā eēt magus tn̄ in illo ſacrificio nō ſacrificauit dæmonibus ſed deo Iſrl'. Vn̄ mos & cōſuetudo erat apđ magos & ſacerdotes gētiliū qn̄ erant in terra aliena ſacrificare diis indigenis & illiꝰ patrię:vt pꝫ ꝑ totū Virgilium. Et ſic legiṫ:ꝙ multi gentiles inuocabāt deū Iſrl' in aliqua neceſſitate. Vn̄ legitur Ione.i.ꝙ qn̄ nautę laborarēt in periculo tēpeſtatis, acceſſit gubernator ad Ionā dicēs:Surge & inuoca deū tuuꝫ ſi forte recogitet deus de nobis ne pereamus &c. Item Nabochodonoſor expertꝰ mirabilia q̄ fecerat deus Iſrl' in eo,inuocauit ipm:& cōfeſſus eſt ipſum eſſe ſuper omnes deos. Itē Cyrus multa donaria dedit ipſi Zorobabel & Eſdrę ꝓ fabrica tēpli:vt ille ppl's oraret deū Iſrael ꝓ illo tēplo &c. Ita ergo pariter audiens Balaā mirabilia q̄ fecerat deus Iſrl' in Aegypto & in mari rubro & in toto deſerto pro illo populo ſuo:inde eſt ꝙ volens priꝰ ſcire volūtatem dei Iſrael anteq̄ malediceret,iō ſacrificauit deo Iſrl' illos ſeptē vitulos & arietes. Sed audita volūtate dn̄i & reuelata ſibi ꝓſperitate & diſcurſu illius ppl'i:& quō erat figura regni xp̄i ex illo populo naſcituri:iō aſſumpta parabola dixit. Q̄ pulchra es &c. Ex quibus patet ꝙ Balaā non ſacrificauit dęmoniis:nec q̄ſiuit ab eis reſponſum in illo ſacrificio:ſed deo Iſrael.& ſic a dn̄o deo Iſrael habuit reuelationem de xp̄o futuro & de ꝓſperitate eccleſiæ:& ſic ex parte dei benedixit xp̄ꝫ & eccleſiam in illo populo aſſumpta parabola.& ideo dixit Balaā ad Balac. Non potero præterire ſermoneꝫ domini dei mei:vt vel boni vel mali quid proferam ex corde meo. Sed q̄c.

quid dominus dixerit hoc ꝓferā &c.Et ponit nomen dn̄i te
tragrāmatō:qđ ſoli deo vero ꝯuenit.Ex quo pʒ ꝙ ver⁹de⁹
eſt ille ꝗreuelauit ipſi Balaā futurū regnum xp̄i & eccleſiæ.
Itē hoc idē patet Deute.xxiij.qn̄ ait Moyſes ad populū.Et
ꝗa cōduxerunt contra te Balaā Beor de Meſopotamia Sy-
rię:vt malediceret tibi:& noluit dn̄s de⁹ tuus audire Balaā:
vertitq; maledictionē eius in bn̄dictionē tuam eo ꝙ dilige-
ret te &c.Ex qb⁹ patet ꝙ Balaā cōſuluit dn̄m Iſrael in illo
ſacrificio an malediceret illi populo. Sed quia deus reuela-
uit ei ꝓſperitatem & diſcurſus illius populi vſq; ad Chriſtū:
& exinde reuelauit ipſi vniuerſale regnū Chriſti & proſperi-
tatē & pulchritudinē eccleſię:iō prophetice benedixit illuʒ
exercitū,dicēs.Q̄ pulchra tabernacula Iacob &c.Sed Salo
mon multo pfectius & clarius per eādē bn̄dictionē & verba
ipſius Balaā ꝓuidit in ſpū totā proſperitatē & pulchritudinē
& ornatū eccleſię xp̄i in bonis ſpūalib⁹.Et ideo fecit iſtū qn
tum cāticum aſſumendo parabolā primo ex bn̄dictione Ba
laam facta in monte Phagor.Scđo ex bn̄dictione Moyſi fa
cta in monte Abarim anteq̄ moreret:eo ꝙ vtraq; bn̄dictio
fuit figura benedictiōis & ꝓſperitatis & dotationis eccleſiæ
xp̄i.Et ideo Salomon primo cantat decorem & dotationē
eccleſiæ ſponſæ xp̄i ſumendo parabolaʒ ex bn̄dictione ipſi⁹
Balaā. Secundo ex benedictione ipſius Moyſi. Scđm ibi.
Vadam ad mōtem myrrhę,& hoc facit ſub metaphora pul
chræ mulieris decenter ornatę & dotatę.¶ Ad cuius intel-
lectū eſt notandum:ꝙ quatuor ſūt quę reddunt mulierem
pulchrā & amabilē ſpōſo.Primo pulchritudo corporis:q̄ cō
ſiſtit in optima diſpoſitione mēbroꝝ.Scđo ſuauitas eloquē-
tiæ & facundiæ.Tertio decentia apparatus & ornatus,quę
conſiſtit in decentia veſtium & monilium.Quarto in ſuaui
tate & redolentia odoramentorum aromaticorum. Iſta er-
go quatuor ſupradicta reddūt mulierem pulchram & ama-
bilē & ſpōſo deſiderabilem.Sed iterum eſt aduertenduʒ:ꝙ
licet ſponſus mundanus poſſit dotare & ditare ſponſam ſuā
in duobus vltimis.ſ.in copia ornamentoꝝ,& copia odora-
mentoꝝ:eo ꝙ ſunt bona fortunæ:tñ nō poteſt eam dotare
in duobus primis.ſcʒ in pulchritudie corporis:& ſuauitate
eloquentię:eo ꝙ ſunt bona naturę.Sed Chriſt⁹ ſpōſus ſpiri
tualis eccl'ię i oib⁹ q̄tuor ſupradictis dotauit & ditauit & de
corauit eccleſiam ſponſam ſuam:eo ꝙ ip̄am regenerauit,&
ex ſuo latere peperit & ſic nō ſolum ipſam ornauit veſtibus
ſpiritualibus:ſed etiam per ſingula membra diſpoſuit & re-
generauit.Et ideo Salomon introducit Chriſtum in hoc cā
tico alloquentem & decorantem & dotanteʒ eccleſiam ſpō
ſam ſuam:cōmendando eam de quatuor bonis ſupradictis
Sed quia deum aliquem commendare nil aliud eſt niſi ip̄ʒ
cōmēdatū & bonū facere:qa dicere dei eſt facere:iō Chriſt⁹
cōmendando eccleſiam ſuā dotat & ditat & pulchrificat &
ornat eā in bonis ſupradictis Duo ergo facit Chriſtus princi
paliter in hoc cantico.Nā primo commendando eccleſiam
ſponſam ſuā dotat & beatificat ip̄am in duobus primis.ſ.in
pulchritudine corporis,q̄ conſiſtit in optima & decenti di-
ſpoſitione membroꝝ & in ſuauitate eloquētię. Scđo dotat
eam in duobus vltimis.ſ.in ornatu veſtium & monilium,&
in ſuauitate ornamentoꝝ.Scđa pars incipit ibi. Vadam ad
x montē myrrhę.¶ Quātū ergo ad primum eſt aduertenduʒ
ſcđm apl'm.i.ad Corin.xij.& Ephe.iiij.ꝙ ſicut vnus homo
naturalis cōſtat ex diuerſitate mēbroꝝ officialium ſub vno
capite,a quo totū corpus recipit omnem ſenſum & motum
p ſpiritus aiales:ita pariter vniuerſa xp̄iana religio ſiue tota
eccleſia conſtat ex diuerſitate ſtatuum & conditionum oīm
fideliū ſub vno capite xp̄o:a quo recipit oēm virtutem & vi
tam & operationē ſpūalē.Vnde ſicut caput naturale influit
in totum corpus & vniuerſa mēbra ſenſum & motum ad oēs
opationes naturales:& dirigit & regit totum corpus ſimul:
& particulariter oia mēbra:ita pariter Chriſtus influit ſuaʒ
virtutem in totum corpus eccleſiaſticum:& ſingulariter in
omnia membra,ad operandum ſpiritualiter & meritorie,

Et hoc intantū ꝙ ſicut mēbrū hoīs naturalis nihil poſſet fa-
cere nec operari ſine capite & virtute eius:ita pariter eccle-
ſia & quodlibet eius mēbrum nullam opationē ſpūalē pōt
exercere ſine Chriſto:a quo habet oēm ſpūalem virtutem:
intantū ꝙ nemo pōt dicere Ieſu:niſi in ſpiritu ſancto.i. niſi
inſpiratus per Chriſtum.Item dicit rurſū apl's ibidem:ꝙ ſi-
cut mēbra hoīs naturalis ſunt adinuicem connexa & conne
ceſſitata:ita qđ vnūqđq; membrū officiale indiget opera &
officio alterius ad perfectionem ſui officij & opationis.nam
manus indiget officio pedum:& pedes officio manuū & pe
des & manus officio ventris:& ſic de ſingulis:ſed totum cor
pus indiget officio oculoꝝ & aurium & totius capitis:& tñ
vnumquodq; iſtoꝝ membroꝝ habet ſuum officiuʒ ꝓpriū
q̄ quiquē mēbra viuificētur in vno corpore ſub vno capite:
ex quibus oībus reſultat vnus hō naturalis:ita pariter Chri
ſtus caput eccleſię taliter diſpoſuit eccleſiam ſuam in diuer
ſitate membroꝝ:quia alios fecit apoſtolos/alios ꝓpheras/
alios euangeliſtas/alios doctores/alios virgines/alios conti
nentes/alios coniugatos/alios prælatos & ep̄os/alios preſ-
byteros/alios diaconos &c.& ſic vnus Chriſt⁹ verus opera-
tur oīa in omnibus iſtis,& per omnes iſtos tanq̄ per ſua mē
bra myſtica. Et ſic apl'i dicuntur xp̄i inquātum Chriſtus p
ip̄os peragrauit totum orbem ad p̄dicandum euangelium.
Et dicuntur oēs etiam lingua Chriſti,inquantum p ipſos p̄
dicauit:vt patebit.vñ Chriſtus erat ille qui loquebat in ore
apoſtoloꝝ:& qui dabat eis os ad loquendū:& oculos ad vi
denduʒ:& intellectū ad intelligendas ſacras ſcripturas.ꝓut
dixit eis Mat.x.Dum ſteteritis ante reges & præſides noli-
te cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enīʒ vo
bis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis qui lo-
quimini:ſed ſp̄s patris veſtri qui loqtur in vobis &c. Ex qui
b⁹ omnibus concludit apoſtolus:ꝙ ſicut omnia mēbra cor-
poris naturalis non ſunt vnum mēbrum ſed multa ſe inuiceʒ
adiuuantia:nec eundem actuʒ habentia ſed plures ſe coexi
gentes:ſed omnia ſunt vnum corpus:ita nos ſumus adinuicē
mēbra.Et ita tota eccleſia conſtans ex diuerſitate mēbroꝝ:
& diuerſorum ſtatuum & officiorum eſt vnus Chriſtus my-
ſtic⁹:eo ꝙ viuificatur & regitor ab vno capite Chriſto:& ꝗa
vnus Chriſtus verus eſt quia operatur omnia in omnibus mē
bris eius.Vnde ſicut ſol per ſuum influxum & virtuteʒ opa-
tur in omnibus iſtis inferioribus:ita Chriſtus in omnibus mē
bris eccleſię.& ſic ita eccleſia ſortitur diuerſa noīa ſub Chri-
ſto.Vnde inquantum recipit omnem virtutem a Chriſto:&
Chriſtus operatur & exercet virtutes ſuas in ea,& per eam:
dicitur corpus Chriſti:& quilibet ſtat⁹ & quilibet fidelis dr̄
membrum Chriſti:& omnes ſimul dicuntur membra Chri
ſti.Sed intantum tota eccleſia exiuit de latere Chriſti ſicut
Eua ex Adā:& ſumus os ex oſſibus xp̄i:& caro ex carne ei⁹
vt inqt apl's ad Ephe.v.& maxime quia Chriſtus quotidie
regenerat filios,& multiplicat prolem ſpiritualem ex eccle
ſia per baptiſmum:& eccleſia nutrit eos per eccleſiaſtica ſa
cramenta:ideo dicitur vxor Chriſti. Vñ dicit apl's ibidē:ꝙ
Chriſtus valde diligit eccleſiam ſuam tanq̄ vxorem:ꝗa eſt
os ex oſſibus eius,& caro ex carne eius:ſicut Eua ex Adam
Nā illud qđ dr̄ Geñ.ij.Hoc nunc os ex oſſibus meis & caro
carne mea:propter hoc dimittet hō p̄rem & matrem & ad-
hærebit vxori:& erunt duo in carne vna &c.licet fuerit car-
naliter cōpletū in Eua:tamen fuit magnū ſacramētū quod
poſtea fuit ſpūaliter cōpletuʒ in xp̄o & eccleſia.Quia ex la
tere xp̄i exiuit ſanguis & aqua:vñ habent efficaciam & vir
tutē & omnia ſacramenta eccleſiaſtica:p q̄ regenerantur fi
deles & nutriūtur cōtinue & multiplicata eſt tota eccleſia,
Et ſic tota eccl'ia dr̄ os ex oſſib⁹ xp̄i quātū ad firmos & pfe-
ctos fideles:& dr̄ caro ex carne xp̄i quātū ad infirmos & i-
becilles.Sed ſati⁹ dicit os ex oſſibus quātum ad fidem arti-
culoꝝ:& caro ex carne quo ad grām ſacramentoꝝ.Nā taʒ
fides articuloꝝ q̄ grā ſacramētoꝝ exiuit ex latere xp̄i:qđ
exiuit ſanguis & aqua:vt ait Ioannes in ſua Canonica pri.

capi.v.dicens. Tres ſunt q teſtimoniū dāt in terra:ſpūs aq̄:
& ſāguis. Iſta ei tria ꝓbuerūt nobis teſtimoniū fidei:ꝙ xp̄s
erat verus hō:& fuit vere paſſus & mortuus pro eccleſia ſua
Y ſponſa. ℂ Itē ibidē in cruce xp̄s dimiſit patrē quantum ad
apparentiā:quia quaſi derelictus a patre voluit pati & mo
ri:& dimiſit matrē cōmēdatam diſcipulo:& ió nō appella-
uit matrē ſed mulierē:notificādo ꝙ non erat ibi nec patie-
batur in cruce tāq̄ fili⁹ naturalis Marię & tanq̄ homo parti
cularis:ſʒ tanq̄ ſpōſ⁹ eccl'ię & redēptor vniuerſalis. Et ſic di-
cit apl's & Aug.ꝙ xp̄s ibi reliqt patrē & mrēʒ:& adhęſit ec-
cl'ię vxori ſuę:quā ex ſuo latere edidit. Et ſic facti ſūt duo i
carne vna q̄dā myſtica & ſacramētali & indiſſolubili vnio-
ne. Ex qua vxore xp̄s continue regenerat & multiplicat &
nutrit & ſanat prolem ſuā per eccl'iaſtica ſacramēta. Et iſto
modo eccl'ia dicit vxor Chriſti valde dilecta ſcd'm apl'm &
Auguſt. Tertio aūt mō tota religio xp̄iana ſiue eccleſia dr̄
ſponſa xp̄i dilecta. Et hoc dupliciter. Primo inquantū Chri
ſtus eam ſibi in baptiſmo deſponſauit:& ip̄a ſibi integram
& incōcuſſam fidē promiſit. Scd'o inquantū Chriſt⁹ eā dita
uit & varietate ornamentorū ſp̄ūaliū decorauit. Vn̄ de pri-
mo dicit apl's ſcd'ę ad corin.xj. Deſpōdi eñ vos vni viro vir-
ginē caſtam exhibere Chriſto. De ſcd'o autēʒ dr̄ pſal.xliiij.
Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circūdata va
rietate. Item pſal.lxvij. Rex virtutū dilecti dilecti:& ſpeciei
dom⁹ eius diuidere ſpolia &c. Itē eſai.lxj. Gaudens gaude-
bo in dn̄o:& exultabit ala mea in deo meo:quia induit me
veſtimētis ſalutis:& indumēto iuſtitię circūdedit me quaſi
ſponſam decorauit me corona:& quaſi ſponſam ornatam
Z monilibus. ℂ Ex omnibus ſupradictis patet qualiter eccl'ia
inter cætera ſortitur iſta tria noīa. q̄a dr̄ corp⁹ Chriſti inquā
tū eſt cōſtituta & pulchra & bn̄ diſpoſita varietate mēbrorꝫ
officialiū. Scd'o ꝓut ꝓceſſit ex latere xp̄i:& xp̄s cōtinuē ex
ea regenerat prolē:dr̄ vxor Chriſti: Sed dr̄ ſponſa inquan-
tū Chriſt⁹ ip̄am ſumme diligit:& eā magnis ornamētis de-
corauit & ditauit. Oīa ergo ſupradicta ꝓuidēs Salomon in
ſpū, maxīe cōtēplādo pſalmū.xliiij.& .lxvij.& cæteros pſal-
mos Dauid patris ſui:cōfecit hoc canticum quintum:& cæ-
tera ſequentia: In quibus dotat & cōmendat eccl'iam ſpon-
ſam ſuam in pulchritudine & optima diſpoſitiōe membro
rū:& in pulchritudine & varietate ornatus:& perfuſione o-
A doramentorum. ℂ Iterum eſt aduertēdū:ꝙ Chriſtus ſicut
ſucceſſiue ornauit & decorauit eccl'iam ſponſam ſuam ſcd'm
diuerſos ſtatus & gradus:ita pariter ſucceſſiue cōmēdat eā
in reſiduo huius libri ſecunduʒ diuerſos ſtatus & gradus. Iō
in hoc quinto cantico commendat eam pro ſtatu apoſtolo-
rum & diſcipulorū ante paſſionem ſuam. In octauo aūt cā-
tico cōmendat eā pro ſtatu apl'orꝫ & oīm fideliū immedia-
te poſt reſurrectionem. In nono aūt commendat eam pro
ſtatu pugnę martyrū & religioſorꝫ & doctorꝫ. In vltimo aūt
cōmēdat eā pro ſtatu proſperitatis & pacis poſt conuerſio-
nē Cōſtātini. Itē rurſus eſt aduertendū:ꝙ xp̄s bis ornauit ec
cleſiā ſuā. Primo in principio ſuæ oſtenſionis qn̄ elegit ſigil-
latim omnes apl'os & diſcipulos:& miſit eos ad prædican-
dum. Scd'o immediate ante paſſionem qn̄ inſtituit ſacramē
tū euchariſtię:& dedit apoſtolis poteſtateʒ conficiendi illd̄
ſacramentū. Et ideo duo facit Salomon in hoc cantico. Nā
primo introducit xp̄m decorantē eccl'iam ſuaʒ in principio
ſuæ oſtenſionis. Scd'o introducit eundem xp̄m ornātem eā
dē eccleſiā ſuā immediate an̄ paſſionē ſuā. ibi. Vadaʒ ad mō
tem. Quantum ad primum eſt aduertendum:ꝙ Chriſt⁹ nō
ſolum ornauit eccl'iam ſuā:ſed etiam primo formauit eam:
& parturiuit:& produxit eam de latere ſuo:& regenerauit
per baptiſmū:& diſpoſuit & diſtinxit eā in varietate mēbro
rū:quando in principio elegit apoſtolos & diſcipulos & ba
ptizauit eos. Et tunc ornauit eā & decorauit qn̄ tradidit po
teſtatē diſcipulis:& miſit eos ad baptizandū. vt pʒ Matth.
x.& Lucæ.ix. Tūc enim Chriſtus dedit eccleſiæ ſuæ in apo
ſtolis & diſcipulis oculos:& capillos:& dentes:& labia:&
collum:& vbera & cætera membra. Hoc ergo pręuidēs Sa
lomon memorat in hac parte octo membra ſponſæ Chriſti.
ℂ Et introduxit Chriſtū cōmendantem eccleſiam ſponſaʒ B
ſuam in optima diſpoſitione iſtorum octo membroruʒ:quæ
ſunt iſta.ſ.oculi:capilli:dentes:labia:eloquium:genæ:collū:
vbera. per quæ quidem membra intelligit octo ſtatus ſiue
officia eccleſię. Vnde per oculos intelligit apoſtolos & præ
latos eccleſię:qbus Chriſtus reuelauit ſecreta ſua:per quos
quidē apoſtolos eccleſia videt myſteria ſacræ ſcripturæ tāq̄
per oculos. Et per capillos intelligit populos. Nam ſicut ca-
pilli deſcendunt & procedunt & dependēt a capite, & mul
tiplicantur in magnum numerum:ita populi fideles deſcen
dunt & dependent a Chriſto capite eccleſię:& multiplican
tur in magnum numerum per regenerationem baptiſmalē
Item per dentes intelligit eoſdem apoſtolos & prælatos et
doctores et prædicatores eccleſiæ per quos eccleſia maſti-
cat et ruminat et digerit intelligentiaʒ ſacræ ſcripturæ tanq̄
cibos ſpirituales ipſius animæ. Item per labia intelligit pri
mo eoſdem apoſtolos et doctores qui prędicarunt et prædi
cant populis doctrinā euāgelicam. Et ex cōſequēti intelligit
populos fideles qui confitentur fidem articulorum et veri-
tatem euangelicam. Et per eloquiuʒ dulce intelligit ip̄a ve
ritas euangelica quam apoſtoli prædicarunt:et prout ipſa
eccleſia catholica confitetur. Item etiam per eloquium
dulce intelliguntur officia eccleſiaſtica:et orationes fide-
lium quæ fiunt in eccleſia. Item per genas intelliguntur vi-
ri religioſi & virgines & continentes:in quib⁹ conſiſtit ho-
neſtas eccleſię. Item per collum intelliguntur ꝓlati eccleſię
qui poſiti ſunt in turri eccleſiæ tanq̄ ſupra turrim Dauid:ad
ſpeculandum ne veniant inimici eccleſię ad inuadendum
eam. de quib⁹ dr̄ Eze.iij.& .xxxiij. Fili hoīs ſpeculatorē de
di te domui Iſrael. Item per duo vbera eccleſię ſimilia duo
bus gemellis capreę intelliguntur duo teſtamenta:quorum
lacte & doctrina nutriuntur fideles. Et etiam per vnū vber
intelligitur fides articulorum ſiue doctrina ſacræ ſcripturę.
Et per aliud intelligitur gratia ſacramentorum. quibus duo
bus vberibus tota criſtiana religio fruitur & creſcit & nutrit
in hac peregrinatione. ſub tali ergo diſpoſitione mēbrorꝫ
decorauit & formauit Chriſtus eccleſiam ſponſam ſuam.
Ip̄e enim Chriſtus dedit oculos columbinos ſponſæ ſuæ:qn̄
dixit apl'is. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes:& ſimplices ſi-
cut columbę. Mat.x. Item ipſe dedit ipſi copiam capillorꝫ:
quando dixit ibidem. Meſſis quidem multa operarii autem
pauci. Et Ioan.iiij. quando dixit, Videte regiones:quia al-
bæ ſunt ad meſſem. Item tunc dedit Chriſtus dentes eccle-
ſiæ ad ruminandum & ſuggerendum, quādo dixit. Veniet
ſpūs veritatis & docebit vos omneʒ veritateʒ & ſuggeret vo
bis oīa q̄ dixi vobis. Ioan.xiiij. Item quādo aperuit eis ſenſū
vt intelligerent ſcripturas. Lucę.xxiiij. Itē tunc dedit eis la-
bia coccinea ad loquendum eloquiū dulce quādo dixit eis.
Dum ſteteritis ante reges & præſides nolite cogitare quo-
modo aut quid loquamini:dabitur enim vobis in illa hora
quid loquamini Matth.x. Iteʒ tunc dedit Chriſtus eccleſię
genas rubeas ad prębendum bona exempla honeſtatis po C
pulo:qn̄ dixit apoſtolis: Vos eſtis ſal terræ:ꝙ ſi ſal euanue-
rit:in quo ſalietur?& vos eſtis lux mundi. prębēdo ſup. exē-
plum vitæ & doctrinę. Iteʒ tunc Chriſtus dedit eccleſię col-
lum:& turrim fortitudinis ad tolerandos & repellendos in-
curſus inimicorum, quando dixit. Ecce ego mitto vos ſicut
agnos in medio luporū. Nolite timere eos qui occidunt cor
pus &c. Item tunc Chriſtus dedit eccleſiæ duo vbera ad la
ctandos fideles, quando dixit Petro. Paſce oues meas &c.
Ioan.xxj. Et ſic patet qualiter Chriſtus diſpoſuit & decora-
uit ſponſam eccleſiam varietate membrorum ſecunduʒ exi-
gentiam ſuam:& qualiter reddidit ipſam pulchram & ſuffi
cientem nec deficientem in neceſſariis. Et de hac pulchri-

tudine & ſufficientia & optima diſpoſitione cõmendat eã
Chriſtus in hoc quinto cantico, dicens. O q̄ pulchra es ami-
ca mea ſponſa. in diſpoſitione membrorũ ſupple. Et q̄ pul-
chra es, in apparatu & ornatu veſtimentorum & odoramẽ
torũ ſupple. Et notãter dicit bis. q̄ pulchra es. ſcilicet vt vnũ
referatur ad diſpoſitionẽ membrorum: & alterum ad orna
tum veſtimentorum & odoramentorum: vt patebit. & ideo
quo ad primum ſubdit: oculi tui columbarum. i. perſpicaces
tes & penetrantes myſteria ſacræ ſcripturę ſicut oculi colũ-
barum. quaſi dicat. Apoſtoli & prælati & doctores p quos
fides tanq̄ per oculos ſunt pſpicaces & penetratiui ſicut ocu
li columbarum: quia quæcunq; audiui a patre meo, nota fe
ci eis. Et iſta ſcientia quam dedi eis non eſt inflata & ſuper-
ba & leonina: ſed humilis & columbina: & non dedi apoſto
lis & doctoribus meis oculos leonum ſuperborum: ſed ocu-
los ſimplicium columbarum. Sed quia iſta ſimplicitas & hu
militas latebat in mente & conſcientia apoſtolorum: quia
ſcientia eorũ erat non inflata: ſed cũ interiori humilitate &
bona intentiõe & charitate: ideo ſubdit. Abſq; eo quod in-
trinſecus latet. quaſi dicat. Oculi tui intellectuales ſunt ſub-
tiles & perſpicaces ſicut columbę: nõ cum tumore ſuperbię:
ſed cum humilitate & charitate in conſcientia latente. & iõ
nolui eligere ad apoſtolatum philoſophos & imperatores:
ſed ſimplices & piſcatores. vt non per philoſophos lucrarer
piſcatores: ſed per piſcatores lucrarer philoſophos & impe-
ratores. Et infirma & abiecta & humilia huius mõdi elegit
vt fortia & ſuperba quæq; confunderem & vincerem. Dein
de cum dicit.

C ¶ Capilli tui &c. comparat capillos. id eſt populos eccleſiæ
ſponſæ Chriſti gregibus caprarum, quæ generantur & mul
tiplicantur in monte Galaad. Ad cuius intellectum eſt no-
tandum, ſicut dictum eſt in expoſitione cantici Moyſi: & le
gitur numeri. xxxij. q in monte Galaad & in totam terram
Baſan, quæ adiacet iuxta montem Galaad, generantur &
multiplicantur magis greges caprarum q̄ alibi: ſicut accidit
q vna regio aut terra eſt magis apta ad generationẽ quo-
rundam animaliũ q̄ altera. Ita & illa regio eſt apta & vber
rima paſcuis pro animalibus alendis & generãdis. ideo pe-
tierunt eam filij Ruben in ſortem tanq̄ maiores: vt pz Nu-
meri. xxxij. ideo ſponſus comparat capillos. i. populos eccle
ſię ſponſę ſuæ gregibus caprarũ quæ aſcenderunt de monte
Galaad. Vnde eſt aduertendum: q in hebręo ponitur vnum
verbum quod ſignificat calefieri in generatione vbi dicit.
Capilli tui ſicut greges caprarum quæ caleſiunt de monte
Galaad. quaſi dicat: populi tui ſunt multiplicati in magnũ
numerum per totũ orbem terrarum per regenerationem
baptiſmalem ſicut greges caprarum per calorem coitus car
nalis multiplicantur in monte Galaad. & idem ſenſus eſt.
Nam populus Chriſtianus aſcẽdit & multiplicatꝰ eſt in ma
gnum numerum per baptiſmum: ſicut capreę aſcenderunt
& creuerunt in magnum numerum in monte Galaad per
generationem carnalẽ. Deinde cum dicit. Dentes tui ſicut
greges tonſarũ. comparat dentes huius ſponſę, qui ſunt apo
ſtoli & prædicatores & euãgeliſtę & doctores, gregibꝰ ouiũ

D eiuſdem regionis. ¶ Vnde eſt aduertendum: q quia illa re
gio eſt calida: greges ouium balneantur & lauãtur in aquis
illius planitiæ Baſan: & dũ oues ſunt lotę aſcendunt ad mõ
tẽ Galaad: & cæteros montes circũadiacentes: & ſic fiũt al-
biſſimę & pingues: & ſic tam oues q̄ capreę ſunt valde gene
ratiuæ: & ſic multiplicãt prolem & generationẽ in magnũ
numerum: intantum q nulla eſt ſine prole. immo dicitur q
pariunt geminos fœtus vltra conſuetudinem ouium & ca-
prarum aliarum regionum. Et ideo in duobus comparat
dentes eccleſię gregibꝰ caprarũ & ouium illius regionis. Prio
in albedine & munditia. Scdo in fœcunditate & vbertate
pliis. Dicit ergo. Dẽtes tui qui ſunt apoſtoli & euangeliſtę &
doctores & prædicatores, ſunt albiſſimi & mundi ſicut gre-



ges tonſarum. i. ouium. q̄ aſcenderunt de lauacro & balneo
in æſtate in illa regione: & ſunt fœcundę in generatione in-
tantũ q oẽs ſunt fœcundę duobus gemellis: quia quęlibet
earũ parit duos gemellos: & nulla eſt ſterilis ſine ple inter
illas. quaſi dicat: q ita fuerunt apoſtoli & euangeliſtę & do-
ctores & pdicatores in primitiua eccleſia. ſ. mundi & purifi
cati per Chriſtum ex lauacro baptiſmali: & ita fœcundi per
dona gratiarũ: q nullus fuit ſterilis & ſine fructu inter eos:
quia vnuſquiſq; eorũ non ſolum conuertit vnam prouinciã
per ſuam prædicationem: ſed etiam duas & tres. ¶ Ad cuiꝰ E
intellectũ eſt aduertendum: q ſicut in homine naturali ſũt
dentes anteriores qui dicuntur inciſorij ad ſcindendum: &
ſunt alij collaterales qui dicuntur molares ad molendũ &
terendum & ruminandũ cibum materialem: ita pariter ec
cleſia ſponſa Chriſti habuit dentes anteriores in pricipio. ſ.
apoſtolos & euangeliſtas qui inciderunt nobis ſacram ſcri
pturã in quatuor euangelia & epiſtolas & canonicas & actꝰ
apoſtolorũ & apocalypſim. Sed poſtea dati ſunt eccleſię dẽ
tes poſteriores & molares. ſ. doctores & prędicatores: qui cõ
triuerunt & digeſſerunt & gloſſarunt & declararunt & rumi
narunt nobis totam doctrinam euangelicam & apoſtolicã,
quam illi prius inciderant. Et ſic nullus illorum fuit ſterilis
ſine fructu: immo quilibet illorum talentum ſibi a Chriſto
traditum geminauit: & omnes reuerſi ſunt ad Chriſtũ por
tantes manipulos ſuos: ſicut Chriſtus dixit eis. Ego miſi vos
vt eatis & fructũ afferatis &c. Ioan. xv. Sed quia ipſi apoſto
li & euangeliſtæ & doctores & prędicatores & prælati non
ſolum ſunt dentes eccleſię ad ſcindendas & ruminandas ſa
cras ſcripturas: ſed etiam ſunt labia ad loquendum & prę-
dicandum doctrinam euangelicam & apoſtolicam populis
fidelibus: ideo ſubdit.

¶ Sicut vitta coccinea labia tua. vnde labia apoſtolorũ & F
euangeliſtarum & omnium doctorum dicuntur coccinea:
quia nunq̄ fuerunt ſine rubidine & ardore & igne charita-
tis: quia finis totius legis eſt charitas. & ſic omnes loquebã
tur cum rubedine charitatis. Ideo dicũtur habere labia coc
cinea. Vnde ſicut rubedo cocci ſiue Alquermes decorat la-
bia pulchræ mulieris: ita rubedo charitatis decorat totam
ſacram ſcripturam nec põt eſſe aliquis bonus, nec eius opus
meritorium, niſi fundetur & procedat a charitate & tendat
in charitatẽ. Et ideo eloquiũ talium labiorũ dicitur dulce:
& generat dulcedinẽ in aĩo audientium cum fide & chari-
tate attendentium. & quia tota ſacra ſcriptura pcedit a ta-
libus labijs, & inter talia labia verſatur & rũinatur: iõ dicit
Dauid pſal. cxviij. Q̃ dulcia faucibus meis eloquia tua ſup
mel ori meo. Item pſal. xviij. Deſiderabilia ſup aurũ & dul-
ciora ſup mel & fauum. Et hoc intendit innuere ſpõſus: cũ
ait. Sicut vitta coccinea labia tua & eloquium tuum dulce.
Deide cum dicit. Sicut fragmẽ mali punici: ita & genæ tuę.
commendat ſponſam ſuam eccleſiam quo ad ſtatũ religio
nis & honeſtatis, ſiue de religione & honeſtate qua debet
nitere & pollere principaliter omnis pręlatus & religioſus
& ex conſequenti omnis fidelis. quæ quidem religio & ho-
neſtas maxime oſtenditur in genis & in erubeſcentia gena
rũ. ¶ Ad cuius intellectum eſt notandum. q genæ ſunt illę G
partes vultus q̄ ſunt immediate ſub oculis, tenentes naſum
in medio. & ſic ſunt partes anteriores & nudæ: q̄s ptes natu
ra pilis non cooperit ſicut cæteras partes capitis. nã natura
cooperuit verticem capitis capillis: & texit tẽpora & maxil
las pilis barbæ in viris: & tamen dimiſit ſolas genas nudas
ſine pilis: vt per barbam oſtẽdatur fortitudo & grauitas &
auctoritas in viro: & per genas circũquaq; ſiuę ad latera cõ
tectas oſtendatur veritas & honeſtas in eo quo ad conuer-
ſationem. Vñ genæ ſunt nũcię & quaſi ſpeculũ cordis & in
terioris intentionis quo ad gaudiũ & lætitiã & triſtitiã & ti-
morẽ & audaciã & veritatẽ. Nã quãdo qs gaudet i corde,
ridẽdo oñdit gaudiũ in genis. & quãdo triſtatur dimiſſis ge

nis incipit flere:& ſic oſtendit in genis dolorē cordis:& quā
do timet mortem illico genę hoīs paleſcūt:eo ꝙ ſanguis fu
git ad tegendū & ſubueniendū cordi.ſed ſi timet infamiam
tunc genę erubeſcunt quodā leui rubore:eo ꝙ ſanguis exit
ad ſuperficiē genaꝝ volens quaſi eas cooperire:ne lædant
aliqua infamia.Itē qñ quis nil timet & loquitur veritatem:
tunc loquitur vultu ſereno non mutato:cuius oppoſitum fa
cit quando loquitur mendacium.& ſic patet qualiter genæ
ſunt ſpeculū honeſtatis & veritatis totiꝰ hoīs.& ideo natura
reliquit eas nudas:ſed circuntexit eas pilis capitis & barbæ
in viris.Sed quia fœminæ non habent barbā:ideo nutriunt
comam & crines capitis,vt poſſint tegere tempora & maxil
las ad circuntegendas genas.Et poſtq̄ ſunt nuptę:conſuetu
do & natura docet ꝙ velent & togāt caput & collū & ma
xillas artificialiter cum pannis lineis aut ſericis:vt ſolus vultꝰ
.ſ.oculi & genę & os,maneat nudus ad exercenda officia eo
rum:puta oculi ad vidēdū:& os ad loquendū & guſtandum
& nares ad odorandum:& genæ vt ſint ſpeculū ſupradicto
rum:ſcilicet veritatis & honeſtatis.Et ideo dicit ſalomon in
perſona Chriſti in hac parte:ꝙ ſicut iſta ſponſa Chriſti ha
bet oculos,qui ſunt apoſtoli & p̄lati & doctores:ita ſimiliter
habet genas,qui eſt pręlatoꝝ ſtatus & religioſoꝝ:in quibus
tanq̄ in ſpeculo oſtēdiť veritas & honeſtas chriſtianę religio
nis:& debent eſſe ſpeculum religionis & honeſtatis & veri
tatis in vita & doctrina:vt exemplo & doctrina eoꝝ cæteri
moueantur ad credendū & bene operandū,de quibus dicit
Chriſtus.Mat.v.Vos eſtis ſal terrę:& vos eſtis lux mūdi &c.
H ¶ Et ideo cōparat ſtatum p̄latoꝝ & religioſorum & totius
chriſtianæ religionis ad fragmen mali punici ſiue granati p
medium ſecti.Primo quia cōtinet multa grana ſub quodam
ordine congregata & ſituata.Secūdo quia omnia illa gra
na ſunt vndiq; vna pelle contecta pręter illam partē mediā
Tertio quia illa grana oſtendunt faciem rubeā.Quarto qa
talia ſunt intrinſecus ſicut extrinſecus quo ad ruborem & ſa
porem:quia talia ſunt illa quę latent ſicut illa quę apparēt
in ſuperficie fragminis.Talis ergo erat illa ſponſa Chriſti.ſ.
eccleſia apoſtoloꝝ in principio:& talis debet eſſe oīs p̄latꝰ
& quælibet religio.Nam primo tota illa multitudo erat ſub
vno paſtore Chriſto ordinata:& poſtea ſub Petro.Secundo
omnium erat anima vna & cor vnum in deo:vt patet in acti
bus apoſtolorum. Item tertio quia omnes rubebant & fer
uebant rubore & igne charitatis.Quarto:quia quales erant
in vultu & ore exterius:tales erant interius in corde & econ
uerſo.& ideo ibant gaudētes a conſpectu concilij qm̄ digni
habiti ſunt ꝓ noie Ieſu cōtumeliā pati:nō timētes minas pri
cipū:dicētes.Magis oportet obedire deo q̄ hoibꝰ.Actu.v.Et
ſic p̄lati & religioſi debēt eſſe ſicut fragmē mali granati.ſ.vi
uere ſub vna cōmunitate & ordinata religione:& oſtende
re honeſtatē in facie,& veritatē in ore ad exemplū aliorum.
Et debent rubere non ſolum rubore charitatis non fictę:ſed
etiam rubore erubeſcentię & verecundiæ in facie,id eſt de
bent cauere & erubeſcere peccare ne oculos diuinæ maieſta
tis offendant:& ne proximis & inferioribus exemplū peccā
di & ſcandalū prębeant:eo ꝙ ſunt poſiti tanq̄ ſpeculū & lu
men ſuper candelabrum:quibus dixit Chriſtus Sic luceat
lux veſtra corā hoibus:vt videant opera veſtra bona:& glo
rificent patrem veſtrum qui in celis eſt.Matthæi quinto.Et
ſic etiam nō ſolum prælatus & religioſus,ſed etiā quilibet
chriſtianus debet erubeſcere peccare:nō ſolū ne offendant
deum:ſed etiam proximū,ipſum ſcandalizando.Quod ma
xime eſt in prælatis & religioſis & eccleſiaſticis attendendū.
Ideo dicit Auguſtinus in ſermone de communi vita clerico
rum:Bona opera ſunt facienda propter nos & conſcientiaꝫ
noſtram:ſed bona fama ſeruanda eſt propter vos & exem
plum veſtrum.Et ſic patet qualiter ſtatus pręlatorum & reli
gioſorū ſunt genę eccleſię ſponſę Chriſti:& qualiter ſunt ſi
cut fragmen mali punici.Et ideo Chriſtus volens commen
dare ſponſam ſuā eccleſiā quo ad religionem & honeſtatē:
quæ maxime viguit in apoſtolis & doctoribus & martyri
bus & ſacerdotibus in primitiua eccleſia,dicit; O ſponſa ſi
cut fragmen mali punici eſt bene ordinatum & rubicundū,
ita & genę tuæ:ſcilicet apoſtoli & euangeliſtæ,prælati & re
ligioſi,& omnes Chriſtiani ſunt rubicundi rubore charita
tis & erubeſcentiæ & honeſtatis & veritatis. Sed quia talis
honeſtas non eſt ficta nec palliata:ſed vera & intrinſeca:ta
lis in corde,qualis in facie:Ideo ſubdit.Abſq; eo qđ intrin
ſecus latet:ſcilicet vltra rectam intentionem & affectū cha
ritatis latentem in corde.Deinde cum dicit.Sicut turris Da
uid collum tuum &c.comparat ſtatum prælatorū & apoſto
lorū & doctoꝝ ipſi turri Dauid.Ad cuius intellectū eſt notā
dum:vt legitur ſecundo Regum ꝙ Dauid ędificauit turrim
altiſſimam in monte Sion:vt eſſet ſpecula ad præuidendum
de longe inimicos venientes contra ciuitatem Hieruſalem:
& muniuit ipſam copia armoꝝ & propugnaculorum in de
fenſionem ciuitatis:& vt omnes confugerent ad eam:& ſal
uarentur tempore neceſſitatis & belli.Per quam quidē tur
rim figurabatur ſtatus apoſtoloꝝ & pręlatorum & doctoꝝ
& prædicatorum,qui ſunt poſiti altiores in gradu dignita
tis & ſcientiæ tanq̄ ſpeculatores ad pręuidendos inimicos ec
cleſię:ſcilicet infideles & hæreticos. Et ideo armauit eos
Chriſtus armis & propugnaculis ſpiritualibus quæ ſunt ar
ma virtutum & dona ſpiritus ſancti,ad repellendos incur
ſus infidelium & hæreticorum.& ideo dicūtur collū ecclīæ.
nā ſicut collū eſt altior pars corporis ſub capite:per qđ deſcē
dūt oēs vires capitis,& ſenſus,& motus a capite ad oia mē
bra inferiora:ita ſunt apoſtoli & pręlati altiores immediate
ſub capite Chriſto:per quos deſcendit oīs poteſtas & vires
ſpirituales a Chriſto capite in cętera membra corporis eccle
ſiaſtici & myſtici.Itē ſicut ſpeculator erigit collum ad viden
dum delonge & ſpeculandum inimicos & res longinquas:
ita pariter eccleſia tanq̄ erigens collū per p̄latos & prædica
tores pręuidet vt caueat mala futura.Itē ſicut caput in quo
ſunt oculi,ponitur ſupra collum vt pręuideat longinqua:ita
oculi eccleſię ſunt ſupra prælatos & pręadicatores ad præui
dendum mala futura:& præcauendum nociua.Et ſic patet
qualiter prælati & doctores & pręadicatores ſunt collum ec
cleſię,altiores in ſcientia & dignitate & poteſtate,ſimiles
turri Dauid ad præuidendas & pręcauendas inſidias & in
curſus inimicorum & infidelium & hæreticorum.De quibus
dicitur Ezechielis.xxx.Fili hominis ſpeculatorē dedi te do
mui Iſrael.& ideo dicit Chriſtus.O ſponſa collū tuum eſt al
tiſſimū & fortiſſimū in eminentia dignitatis & ſcientię & ſa
pientiæ & poteſtatis:& munitiſſimū ſicut turris Dauid in ar
mis ſpiritualibus virtutum & donorum quę quidem turris eſt
ędificata in propugnaculis ad ꝓpugnandū cōtra inimicos:
& oīs armatura huius turris eccleſiæ eſt armatura nō debi
lium:ſed fortiū:quia armatura eccleſię non timet eos qui ſo
lum occidunt corpus:ſed tantuꝫ timet dominum qui poteſt
animā occidere & mittere in gehennaꝫ.ideo apoſtoli & mar
tyres non timebāt reges & p̄ſides mundi:nec verbera carni
ficū:eo ꝙ armatura eoꝝ erat armatura fortiū & inexpugna
bilis turris.quę quidē armatura ſunt dona ſpūs ſancti.Dein
de cum ſubdit:Duo vbera tua &c.oſtendit qualiter eccleſia
ſponſa Chriſti nō ſolū eſt turris inexpugnabilis:& habet ar
maturā fortiū ad repellendos incurſus & inſidias inimicorū
ſed etiam habet duo vbera ad alendos & nutriendos & la
ctandos fideles filios.Quę quidē vbera ſunt duo teſtamen
ta.ſ.nouum & vetus.quorum lacte lactat & nutrit duos hin
nulos gemellos.ſ.duos pp̄los ſub vna fide Chriſti congrega
tos.ſ.eccl̄iam ex vtroq; pp̄lo,Iudaico.ſ.& gentili ſub vna fi
de conuerſam.Itē etiā habet eccl̄ia duo vbera.ſ.vber & ma
millam doctrinæ ſacrę ſcripturę:& vber gratię ſacramen
torum. Ex quorum vno ſugunt fideles lac fidei articu
lorum:& ex altero lac gratiæ ſacramentorum. Et iſta ſunt

duo vbera eccleſię quibus lactat & nutrit duos filios gemellos.ſ.ex vtroq; populo conuerſos. & etiam lactat duos hinnulos gemellos: ſcilicet perfectos & infirmos. vnde in primitiua eccleſia iſti duo gemelli.ſ. pars populi Iudaici: & maior pars populi gentilis venerunt ad fidem: qui lactati ſunt & nutriti iſto duplici vbere. Et ideo dicit. Duo vbera tua ſicut duo hinnuli gemelli capreæ.i. abundantia in lacte ſicut duo vbera capreæ duos gemellos lactantia & nutrientia. Et comparat vbera eccleſiæ vberibus capreę: eo q̄ inter cętera animalia caprę maxime abundant lacte: & comparat & appellat iſtos duos populos gemellos: eo q̄ antiquitus deſcendunt ab vna matre Eua: & ab vna vxore Noe. & nunc ſunt regenerati ex vna capra.ſ. ex vna eccleſia per Chriſtum & regenerationē baptiſmalē. Sed quia iſte modus nutriendi filios eccleſię per lac fidei articulorum & gratiæ ſacramentorum durat per totum diem & tempus gratię.ſ. a primo aduētu Chriſti: in quo incepit iſta dies aſpirare: & durabit vſq; ad finem mundi, in quo deſinet iſte dies gratię: & ſuccedet dies ęternus glorię: qui quidē dies gratię finietur in veſpere mūdi: cuius finis dicitur nox: eo q̄ amplius nō erit tempus operandi: nec merendi: ſed præmium recipiendi: vt ait ſaluator Ioan. ix. Oportet operari dum dies eſt: veniet autē nox quādo nemo poterit opari. Ideo dicit ſponſus q̄ iſti duo gemelli paſcuntur in lilijs & roſis ſacræ ſcripturæ & in lilijs gratię ſacramentorum: non in æternum. ſed donec aſpiret dies: id eſt dum duret iſte dies gratiæ: & inclinentur vmbræ finalis iudicij: quia poſtea paſcētur iſti duo gemelli pabulo æternę fruitionis & glorię. Et ſic patet pulchritudo & optima diſpoſitio membrorum huius ſponſæ Chriſti: de qua pulchritudine cōmendat eam in hac prima parte.

## Secunda pars Cantici Quinti.

VAdam ad montem myrrhę:
Et collem thuris.
Tota pulchra es amica mea:
Et macula non eſt in te.
Veni de Libano ſponſa mea.
Veni de Libano: veni.
Coronaberis de capite Amana.
De vertice Sanir & Hermon.
De cubilibus leonum.
De montibus pardorum.
Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa:
Vulneraſti cor meum
In vno oculorum tuorum:
Et in vno crine colli tui.
Q̄ pulchrę ſunt mammæ tuę:
Soror mea ſponſa.
Pulchriora ſunt vbera tua vino.
Et odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata.
Fauus diſtillans labia tua ſponſa.
Mel & lac ſub lingua tua.
Et odor veſtimentorum tuorum:
Sicut odor thuris.
Hortus concluſus ſoror mea ſponſa.
Hortus concluſus fons ſignatus.
Emiſſiones tuæ
Paradiſus malorum granatorum:
Cum pomorum fructibus:
Cypri cum nardo.
Nardus & crocus.
Fiſtula & cynamomum.
Cum vniuerſis lignis Libani.
Myrrha & aloe
Cum omnibus primis vnguentis.
Fons hortorum puteus aquarum viuentium:
Quæ fluunt impetu de Libano.

VAdam ad montem myrrhæ.

¶ Hæc eſt ſecunda pars huius quinti cantici: in qua Chriſtus dotat & decorat eccleſiam ſponſā ſuam ornamentis ſpiritualibus: & odoramentis aromaticis. & hoc prout Salomon pręuidit in ſpiritu contemplando myſteria quæ fecit Moyſes ante mortem ſuam in figura Chriſti. Ad cuius intellectum eſt valde aduertendum: q̄ Moyſes dux illius populi, cui omnia contingebant in figura Chriſti: duos actus inter cæteros fecit immediate ante mortem ſuā: dum fuit propinquus morti in fine ſui ducatus: vt patet in Deuterono. Nam primo congregauit maiores natu illius populi in campeſtribus Moab iuxta Iordanem: & recitauit & rememorauit eis omnia beneficia & miranda quæ deus eis fecerat in illis quadraginta annis per totam illam peregrinationem ab exitu Aegypti vſq; ad illum locum: & commemorauit eis omnes rebelliones & ingratitudines quas commiſerant contra deum: & commiſſuri erant ſucceſſiue in futurum vſq; ad extremum tempus: in qua infidelitate & malitia erāt manſuri. & ideo comminatiue prædixit eis per multas maledictiones eorum obſtinatorum finalem punitionem: & confecit illud canticū: ſcilicet Audite cæli quę loquor. In quo prędixit eorum finalem obſtinationem, & punitionem, & damnationem, & finaliter populi gentilis ſubſtitutionem & conuerſionem: vt patet in fine cantici: cum dixit. Laudate gentes populum eius: prout ibi fuit declaratum. Hoc autem facto: Moyſes ex dei pręcepto aſcendit in montem Abarim: & exinde ſpeculatus eſt totam terram promiſſionis: vt patet Deuterono. trigeſimoſecundo: qua conſiderata & viſa benedixit duodecim tribub⁹ prędicendo eis bona futura: vt patet capitulo ſequenti: ſcilicet trigeſimotertio. De quibus duobus actibus contrarijs valde admirati ſunt & admirantur magiſtri Hebręorum. Admirantur enim q̄ Moyſes cum tanta vehementia maledixerit illum populum: & comminatus fuerit ei tam grauem punitionem & bonorum priuationem in illo cantico: & poſtea immediate cum tanto affectu benedicat eis per ſingulas tribus in capitulo ſequenti. Ad quod reſpondent: q̄ quia Moyſes pręuidit rebelliones & apoſtaſias eorum: & idololatriam futuram: ideo primo comminatur malis & idololatris: ſed finaliter benedicit bonis & fidelibus pręſentibus & futuris. Sed iſte intellectus eſt maniſeſte falſus & inſufficiens. nam in fine cantici maledictis Iſraelitis benedicit populum gentilem. Item illæ maledictiones omnes & punitiones perſeuerant hodie in toto illo populo: qui putat ſeruare legem Moyſi, & abominatur omnem idololatriam. Quę quidem punitio oēs eos cōprehendit: tam bonos q̄ malos: quia oēs perſeuerant in hac captiuitate & miſeria per. M.cccc.lxxxvj. annos poſt Chriſtū Et ideo eſt dicēdū q̄ cęcitas & malitia eorū impedit eos ne

intelligãt ſacramẽta dei in illis myſterijs clauſa. Vnde Moyſes qui fuit verus propheta: non ſolum prçuidit infidelitatem crebram illius populi: quã debebãt cõmittere contra deũ adorando idola: ſed etiã præuidit vltimã obſtinationẽ & rebellionem futuram cõtra Chriſtũ verum Meſſiã: quez principes ſacerdotum & Phariſæi debebant crucifigere: & ſucceſſores eorum in eadem obſtinatione permanere in extremo tempore vſq; ad iudicium. Et ideo Moyſes hoc præuidens in ſpiritu non ſolũ cõminatur eis maledictionẽ temporalem propter idololatriam: quã continue cõmiſerunt vſq; ad deſtructionẽ primi templi: ſed etiã cõminatur eis maledictionem & pœnã tam temporalẽ q̃ æternã ꝓpter infidelitatẽ quã cõmiſerant contra Chriſtũ Meſſiã ſuũ in extremo tẽpore: in qua erant perſeueraturi vſq; ad iudiciũ. Et hoc patet per hoc quod dicit Moyſes Deutero. cap. xxxj. in fine maledictionũ, & anteq̃ pronunciet cãticum. vnde ait. Noui enim q̃ poſt mortem meã inique agetis: & declinabitis cito de via quã præcepi vobis: & occurrent vobis mala in extremo tempore quando feceritis malũ in conſpectu domini: vt irritetis eum per opera manuum veſtrarum. Ex quibus patet: q̃ iſta captiuitas & punitio: quam patiũtur in hoc extremo tempore & vltima ætate poſt deſtructionem ſecũdi templi: non ineſt eis propter idololatriã: ſed quia irritauerunt deũ occidendo Chriſtũ Meſſiã ſuum: & ſemper irritant eum manendo in eadem obſtinatione. Sed quia ꝓmulgata iſta ſententia Moyſes aſcendit in montem Abarim ex præcepto dei: & ſpeculatus eſt & conſiderauit totam terram promiſſionis vſq; ad montem Libanũ, & Hermõ, & Amana, & Sanir, & Galaad, & vſq; ad mare noſtrum: & vſq; ad mare mortuum. In quo ſpatio erant collocãdæ omẽs tribus per ſortes ſuas. Et præuidit qualiter in extremo tempore: ſcilicet in vltima ætate Chriſtus Meſſias illã terrã totã debebat peragrare: prædicando & miracula faciendo: puta per totam terram Zabulon: & Neptalim vſq; ad radicẽ Libani & trans Iordanem per terram Gad & Manaſſes: & per terram Iuda & Effraim. Ex quibus. xii. tribubus Chriſtus debebat regenerare. xij. apl̃os, &. lxxij. diſcipulos: per quos erat multiplicanda tota eccleſia toto orbe diffuſa per regenerationẽ baptiſmalẽ. quę quidẽ eccleſia erat futura verꝰ Iſrael ſecundũ ſpiritũ & ꝓmiſſionẽ. Oĩa ergo iſta ꝓuidẽs Moyſes in ſpiritu cõſiderãdo illã terrã de mõte Abarim, benedixit in ſpiritu ꝓphetico xij. tribubus Iſrael ſpiritualibus, qui ex illis. xij. apoſtolis erãt in Chriſto regenerãdi. & ſic p3 qualiter Moyſes in figura Chriſti in illo cãtico & capitulis ꝓcedẽtibus cõminatur maledictionẽ & temporalem punitionem filijs Iſrael ſecũdum carnẽ: infidelibꝰ: & Chriſti crucifixoribus. Sed cap. xxxiij. benedixit tribubus & filijs Iſrael ſecundum ſpiritũ p Chriſtũ & apl̃os regenerãdis: prout Moyſes ꝓuidit in ſpiritu ꝓphetico. & ſic illico poſt hęc Moyſes mortuus eſt in illo mõte: vt patebit in cãtico ſequenti. & ſic tollitur & ſoluitur contrarietas quæ videtur in illis duobus actibus. Et ideo Moyſes non principaliter benedicebat illam terram promiſſionis materialem: quã oculis carneis diſtinctam per ſortes videbat: ſed benedicebat eccleſiam Chriſti per illam terram figuratã, quã oculis ꝓpheticis & mentalibus toto orbe diffuſam cernebat. Vnde Moyſes aſpiciendo verſus aquilonem ex monte Abarim, videbat qualiter altiſſimus mons Libanus terminabat tanq̃ caput totam terrã promiſſionis: ex cuius latere emanabat fluuius Iordanis, q̃ irrigabat totam terram promiſſionis: & fœcundabat eam vſq; ad mare mortuũ. Per quod præuidit in ſpiritu qualiter Chriſtus meſſias in lege ꝓmiſſus erat futurus caput & principium eccleſię: ex cuius latere debebat emanare fluuiꝰ baptiſmalis & virtus omniũ ſacramentorum: qui debebat fœcũdare & irrigare totam eccleſiã Chriſti ad regenerãdos fideles. Item per hoc q̃ illa terra erat tota circũdata ab oriẽte mõte Amana, & Sanir, & Hermon, & cubilibus leonum & montibus pardorum, præuidit qualiter eccleſia Chriſti debebat anguſtiari & infeſtari in principio a Iudæis & infidelibus & tyrannis & imperatoribus idololatris & hæreticis. Et per hoc q̃ videbat eam obſeſſam a meridie deſerto Arabię: prçuidit qualiter in medio tẽporis ab Arabibus & Sarracenis erat affligenda. Sed per hoc q̃ videbat illam terram ab occaſu obſeſſam mari noſtro mediterraneo: præuidit in ſpiritu qualiter in fine temporis & in occaſu mundi eccleſia erat affligenda per Antichriſtum. Sed quia deus dixit Moyſi q̃ ipſe viuus non poterat introire terram illam: ſed poſt mortem eius Ioſue debebat introire cum toto illo populo: & obtinere illam terram &c. per hoc ꝓuidit Moyſes in ſpiritu qualiter ante mortem Chriſti nullus poterat introire terram viuentium: ſed poſt mortem & reſurrectionem Chriſtus debebat introducere totum populum fidelẽ in terram viuentium: & finaliter etiã per apoſtolos & martyres & doctores debebat triumphare de Iudęis, & imperatoribus, & hęreticis, & omnibus infidelibus. Sub tali igitur reſpectu conſiderauit Moyſes totam illam terram promiſſionis: & conſiderando benedixit. ſ. quia per illam benedixit eccleſiam Chriſti futuram: quã illa terra figurabat. Sed nunc reſtat applicare figuram figurato.

¶ Ad cuius intellectum eſt aduertendum: q̃ Chriſtus per I
Moyſen figuratus, qui non venit legem ſoluere: ſed adimplere & verificare omnia geſta & dicta patriarcharum & ꝓphetarum, eodem modo ꝓceſſit in ſua peregrinatione huius vitæ, ſicut Moyſes. Nam ſicut Moyſes per. xl. annos duxit & minauit illum populum per deſertũ cum ſignis & portentis vſq; ad mortem ſuam: ita pariter Chriſtus per. xl. mẽſes duxit populum ſuum ſcilicet eccleſiam apoſtolorum & diſcipulorum in hoc mundo, computando a die oſtenſionis ſuæ. ſ. baptiſmi vſq; ad paſſionem. Nã per tres annos & quatuor menſes prædicauit & peregrinatus eſt poſt baptiſmum ſecũdum eos qui tenent q̃ prima vel tertia Aprilis fuit paſſus. & ſic Chriſtus per. xl. mẽſes fuit peregrinatus per totam terrã promiſſionis faciendo multo maiora miracula q̃ Moyſes: ſcilicet mortuos ſuſcitando, & infirmos curando, & dæmones fugando. & ventis imperando. quę fuerunt multo maiora ſigna & miracula q̃ Moyſi: vt dictum fuit in expoſitione pſalmi. xxviij. & in tractatu contra Iudæos. Item ſicut Moyſes in fine ſuę peregrinationis congregauit maiores natu coram toto populo: & retulit totam legem, narrando omnia beneficia quæ deus fecerat illi populo: & comminatus eſt futuras maledictiones & punitiones præuaricatoribus & tranſgreſſoribus legis: ſicut dictum eſt: ita pariter Chriſtus in fine ſuę peregrinationis ante mortẽ ſuam aſcendit Hieroſolymam & videns ciuitatem ſacrilegam & ſui meſſię homicidam, comminando eius futuram ruinam fleuit ſuper illam &c. Et poſtea ingreſſus in templum eiecit ementes & vendentes. & altera die congregatis maioribus natu: ſcilicet ſcribis & phariſęis & principibus ſacerdotum: exprobrauit eis iniquitates eorum: & comminatus eſt eis futuram punitionem temporalem & æternam propter infidelitatem & ingratitudinem & homicidium: vt patet Matthęi vigeſimoſecundo, & vigeſimotertio, & vigeſimo quarto. Item ſicut Moyſes poſt datam maledictionem, & prænunciatam futuram punitionem illius populi rebellis aſcendit in montem Abarim: & conſiderata tota terra promiſſionis benedixit duodecim tribubus ſecundum ſpiritum & promiſſionem anteq̃ moreretur: ſicut dictũ eſt: Ita pariter Chriſtus, implendo illam figuram & totam legem, poſtq̃ comminatus eſt & prçnũciauit futuram damnationem ſuorum crucifixorum. & omnium ſucceſſorum obſtinationem, aſcẽdit in montem Sion: & facta cœna cum diſcipulis ſurrexit a menſa: & lauit pedes eorum: & recumbens inſtituit ſacramentum Euchariſtiæ: & tradidit ſeipſum eis ſacramentaliter. Et poſtea habuit longum ſermonem

cum diſcipolis,benedicendo eis:promittendo & dando eis bona ſpiritualia.ſ.pacem:& charitatem:& ſcientiam in hac vita:& promittendo futuram felicitatem:vt patet Ioan xiij K cap.vſq; ad.xvij.incluſiue. ℂ Ex quib⁹ om̄ibus patet qualiter om̄ia quæ fecit Moyſes:fecit i figura Chriſti.Et qualiter Chriſtus per om̄ia cõpleuit:& verificauit om̄ia geſta Moyſi & omniũ prophetarũ. Salomon ergo præuidens in ſpiritu oia iſta myſteria Chriſti figurata per ſupradicta geſta Moyſi fecit iſtud canticum:introducens Chriſtum ad loquendũ in hac ſecunda parte cãtici:in qua Chriſtus dotat & decorat ſponſam eccleſiã in apoſtolis & diſcipulis congregatam in die Iouis ſancta:quando cœna facta lauit pedes diſcipuloꝝ ſuorũ.vbi oſtendit eos pulchros & mũdos in anima ab omni inquinamento poſt receſſum Iudæ:quibus tradidit ſacramentum euchariſtię tanq̄ mundis. Et poſtea in ſuo teſtamẽto legauit eis ſuam pacem & charitatem & om̄ia bona gratiæ:vt patet per illum longũ ſermonem:vbi oſtenditur qualiter dotauit & decorauit eccleſiam ſponſã ſuam bonis ſpiritualibus per veſtimenta & odoromenta & fructus pomorum intellectis.Dicit ergo Chriſtus ſponſus eccleſię. Vadã ad montem myrrhę:& collẽ thuris.i.aſcendã in Hieruſalem quæ dicit mons myrrhæ & thuris:eo ꝙ ibi fiebant ſacrificia & offerebãt oblationes:& adolebãtur in altari thus & myrrha & thymiamata & cętera odoramenta ſignificãtia paſſionẽ Chriſti. Et ideo appellat Chriſtus Hieruſalem mõtem myrrhę & thuris.i.paſſionis & ſacrificij. In hebręo aũt habetur. Vadã ad mõtẽ Moria.i.ad mõtẽ vbi Abrahã ſacrificauit filiũ ſuũ Iſaac in voto:& arietẽ in effectu:quẽ montẽ appellauit,in mõte dñs videbitur.ſ.ſacrificari: & imolari ſup. ꝓut fuit declaratũ in expoſitione pſalmi.xlvij.& in pleriſq; locis.Dicit ergo Chriſtus:Vadã ad montẽ myrrhæ:& collẽ thuris.i.ad montẽ meę mortis & paſſionis:quę eſt Hieruſalẽ Hoc ꝑfecto dixit Chriſtus poſt ſuã peregrinationẽ qñ aſſũpſit.xij.diſcipulos ſecretos:& dixit illis:Ecce aſcendim⁹ Hieroſolymã:& filius hominis tradetur ad flagellãdũ & crucifigendũ.Matt.xxij.& Lucæ.xviij.Deinde cũ dicit.Tota pulchra es amica mea:commendando ſpõſam ſuã dotat & decorat & pulchrificat ipſam Chriſtus mũditia & pulchritudine ſpirituali,reddens ipſam puram & mundã,non habentẽ rugam neq; maculam.

L ℂ Ad cuius intellectum eſt notandum:ꝙ Chriſt⁹ in die Iouis ſancta,cœna facta ſurgens a cœna anteq̄ inſtitueret euchariſtiam & traderet eã diſcipulis:lauit pedes eoꝝ:vt oſtẽderet munditiã & puritatem eoꝝ:& quomodo nemo debet accedere ad tantũ ſacramentum niſi mundus ab omni macula & labe peccati:non ſolũ mortalis,ſed etiam venialis:& non ſolum ab omni peccato in effectu:ſed etiã in affectu & cogitatione.Et ideo lauit pedes eoꝝ:per quos ſenſualitas & affectus & cogitatio ſignificatur.& ideo dixit eis,qui mundus eſt a peccato ſup.in effectu:non indiget niſi vt pedes lauet.i.ſenſualitatis affectum & cogitationem.Sed quia ſolus Iudas ſcarioth manebat in ſuo malo propoſito tradendi Chriſtum,quem iam vendiderat:ideo ſubdit.Et vos mundi eſtis ſed non omnes:vt patet Ioannis decimotertio. Et ideo poſtq̄ Iudas filius perditionis receſſit ab illa ſocietate tanq̄ membrum decĩſum & alienũ ab eccleſia:tunc manſit illa ſocietas & eccleſia tota pulchra ſine aliqua macula vel ruga.& ideo recedẽte illo dixit Chriſtus.Nunc clarificatus eſt filius hominis:& deus clarificatus eſt in eo:vt patet ibidem.quaſi diceret Chriſtus.Nũc iſta ſocietas.ſ.eccl̃ia ſponſa mea manet clara & pura:& pulchra ſine macula.& hoc dicebat Chriſtus:quia tota eccleſia cõſiſtebat in.cxx.perſonis iuſtis & mũdis:cui⁹ eccleſiæ Chriſtus erat caput:& virgo Maria primũ mẽbrum in puritate:& exinde apoſtoli & diſcipuli cũ maria Magdalena & cęteris mulieribus.& ſic tota erat pulchra eccleſia ſine macula.& ideo dicit Chriſtus in hoc cantico.Tota pulchra es amica mea,quo ad diſpoſitionem membroꝝ ſecundum gradus dignitatis & officiorum:ſicut dictum eſt.& tota es pulchra quo ad ornatũ virtutum:& macula peccati non eſt in te.Nam Chriſtus caput hui⁹ eccleſię fuit immunis & liber non ſolum in perſona,ſed etiam in natura ab omni labe peccati.Virgo aũt Maria fuit præſeruata in perſona per gratiam ante lapſum.Cęteri aũt omnes fuerant mundati per circunciſionem in ſignum:& per baptiſmũ in re:prout dictũ fuit in tractatu cõtra Iudæos. & ſic illa ſocietas erat tota pulchra ſine macula.Deinde cum dicit,Veni de Libano.explicat pulchritudinem huius ſponſæ.

ℂ Ad cuius intellectũ eſt notandum ſecundũ ꝙ dictum eſt. M ꝙ tota illa terra promiſſionis erat figura eccleſiæ Chriſti ſecundum omnes ſuas partes:quas continet:& quibus clauditur.Nam Libanus qui eſt in capite terræ promiſſionis :ſignificabat Chriſtum qui eſt caput eccleſię.& fluui⁹ Iordanis fluens & emanans ex latere Libani,& diſcurrens & irrigans,& fœcundans totam terram promiſſionis figurabat baptiſmũ & cætera ſacramenta eccleſiæ irrigantia & fœcundantia totam eccleſiam in fructibus & bonis ſpiritualibus Et ideo ſicut omnia bona terræ promiſſionis proueniunt ex Libano & maxime per illam aquã fluuij Iordanis:ita om̄ia bona ſpiritualia proueniunt eccleſiæ ex latere Chriſti:a quo fluxit ſãguis & aqua in virtutem eccleſiaſticoꝝ ſacramentoꝝ.Item tria bona faciebat illa aqua Iordanis,vtilia in illa terra.Nã primo mũdabat & lauabat ſordes:quia ſine aqua nulla ſordes mundatur bene. Secundo refrigerabat & refocillabat & fortificabat bibentes. Tertio fœcundabat terram in copia fructuum & pomoꝝ & arborum. Ita ergo pariter aqua baptiſmi & virtus aliorum ſacramentorum tria bona faciũt in eccleſia ſponſa Chriſti.Nam primo mundat ab omni ſorde peccati:ſcilicet originalis:venialis:& mortalis. Secundo roborant & fortificant ad reſiſtendũ & pugnandũ cõtra carnem & mundum & diabolum. Tertio generant fructus virtutum & meritorum in anima. De iſtis ergo trib⁹ bonis ſpiritualibus cõmendat Chriſtus eccleſiam ſponſam ſuam, irrigatam flumine ſanguinis ſui lateris:& commendãdo dotat & decorat eam. Et primo cõmendat eã de munditia & puritate quam adepta eſt per baptiſmum & cętera ſacramẽta ab omni peccato. Secundo commendat eã de fortitudine & victoria quam adepta eſt per ſacramentum confirmationis & alia ſacramenta. Tertio commendat eam de fructibus meritorum & virtutum quos adepta eſt per omnia ſacramenta.Secũdum ibi. Coronaberis.Tertium ibi.Q; pulchræ ſunt mammæ tuæ.

ℂ Quãtũ ergo ad primũ eſt aduertendũ:ꝙ Libanus interpretatur cãdidus & albus:eo ꝙ ſemper cãdet & albet niuibus:a quo vndiq; fluunt aquę viuę:maxime ex latere meridionali:a quo fluit Iordanis.qui quidẽ mõs ſignificat Chriſtum totũ candidũ & immunem ab omni macula in perſona & in natura:ideo ex ei⁹ latere exit fluuius ſacramentoꝝ: N qui om̄ia mũdificat a peccato:& albificat albedine virtutũ. & ſic mundauit a triplici peccato:ſcilicet originali, actuali, & veniali.Et ideo ſponſus albificans ſponſam ſuam & mundificans ab iſto triplici peccato:dicit.Veni de Libano ſponſa mea veni de Libano:veni,id eſt veni de Libano candidata per baptiſmum & mundata a culpa originali in Adam perpetrata:& veni de Libano a culpa actuali & mortali per pœnitentiam expurgata & dealbata : & veni de Libano ab omni veniali per extremam vnctionem mundificata:& candidata. Item quia in baptiſmo dantur nobis tres theologales virtutes:ſcilicet fides , ſpes,& charitas:per quas anima redditur munda & candida : ideo ter vocat ſponſam, dicens.Veni de Libano ſponſa mea,ſcilicet candida per fidẽ:& veni de Libano per charitatẽ:& veni per ſpem.Itẽ gratiam per eccleſiaſtica ſacramẽta conſequimur tria bona.ſ.fidem articulorũ:& gratiã ſacramentorum:& merita ex obſeruãtia ꝑceptoꝝ:ideo vocat ter ſpõſã ad recipiẽdũ iſta tria bona di

cens Veni de Libano ſponſa mea ſcꝫ per fidem articulorum
& veni per gratias ſacramentoꝝ:& veni per obſeruantiam
præceptorum.quæ quidẽ tria bona proueniunt eccleſiæ ex
Libano.ſ.Chriſto capite & ſponſo eius,emanantia ex late
re eius:prout dictum eſt.Sed quia eccleſia ſponſa Chriſti ve
niens de Libano non ſolum venit dealbata & mundata ab
oĩ labe peccati:ſed etiam venit armata fide,& ſpe,& cha
ritate,quas accepit in baptiſmo:& ſeptem donis ſpiritꝰ ſan
cti quę recepit in confirmatione:& robore & augmento vir
tutum quod accepit in euchariſtia & cæteris ſacramẽtis:
quibus adepta eſt coronam victoriæ:& triũphauit de mun
do & carne & diabolo:Ideo ſubdit ſponſus dicens. Veni &
O coronaberis. ¶ Ad cuius intellectum eſt aduertendum ꝙ
corona dabatur agonizantibus & certantibus in ludis Me
galenſibus & olympiacis:vt ait Ariſtote.ſ.Ethicorum.& ſic
dicit apoſtolus.ij.ad Timo.ij ꝙ non coronabitur niſi qui le
gitime certauerit.& ſic corona dabatur in ſignũ victoriæ &
triũphi:& ſic ponitur hic coronari ꝓ triũphare.Sed quia ec
cleſia talibus armis & virtutibus de mundo & carne & dia
bolo triũphauit:ideo dicit,Veni & coronaberis.i.triumpha
bis.Et ponuntur hic quinqꝫ montes ſignificãtes metapho
rice quinqꝫ poteſtates:contra quas pugnauit:& de quibus
triumphauit eccleſia.Ad cuius intellectũ eſt aduertendũ ſi
cut ſupradictũ eſt:ꝙ ſicut terra ꝓmiſſionis clauditur & obſi
detur ab oriente quinqꝫ mõtibus.ſ.Amana,& Sanir,& Her
mon,& Galaad:in quo ſunt cubilia leonum:& verſus meri
diem clauditur deſerto Faram in quo ſunt montes Pardo
rum:Ita eccleſia per terram illam figurata fuit in principio
& ortu ſuo infeſtata & obſeſſa a quinqꝫ poteſtatibus & inimi
cis Nam per Amana qđ interpretatur anguſtiãs:fuit figurata
poteſtas ſcribarũ & phariſæoꝝ & principũ ſacerdotum:qui
in principio infeſtarunt eccleſiã:vt patet in Actibus apoſto
lorum.Et per Sanir quod interpretatur lucerna ſiue ſciẽtia,
figurabatur poteſtas philoſophorũ oim infideliũ gentiliũ:
quibus fuit puncta & impugnata eccleſia:in principio.Item
per Hermon quod interpretatur Anathema:fuit figurata
poteſtas & iniquitas hęreticorum qui fuerunt excõmunica
ti & ſeparati ab eccleſia:quam infeſtarunt & afflixerunt tem
pore Arrianoꝝ:& alioꝝ hæreticorum.Et ꝑ leones intelli
gunt reges & impatores:qui eccleſiã infeſtarũt tpe martyꝝ.
Itẽ per montes Pardoꝝ:qui ſunt in Arabia:intelligitur pote
ſtas Sarracenoꝝ:quę habuit ortũ ex Arabia:q̃ ſupra modũ
infeſtauit & infeſtat eccleſiam per totũ orbẽ.Sed quia de ſu
pradictis quatuor.i.Iudæis:& philoſophis:& imperatoribꝰ
& hęreticis iam triũphauit eccleſia:vt patet intuenti:& de
bet triũphare finaliter de Pardis & Sarracenis ſecũdum ſcri
pturas ꝓphetarum:Ideo dicit Chriſtus.Veni de Libano ſpõ
ſa mea:veni & coronaberis.i.triumphabis de capite Ama
na,id eſt de culmine poteſtatis ſacerdotum & ſcribarum &
Phariſæorum:& de vertice Sanir,id eſt de culmine poteſta
tis & vepribus philoſophorum.& de Hermon.i.de hæreti
cis anathematizatis:& de cubilibus leonum.i.de imperato
ribus & etiam de cubilibus leonum.i.de templis idoloꝝ quę
erant cubilia in quibus habitabãt leones & dracones.Eſaię
xxxv.Et coronaberis.i.triumphabis finaliter de montibus
& regibus Pardorum.i.Agarenorum:qui dicuntur Pardi:eo
ꝙ illa hæreſis eſt conficta ex diuerſis coloribus hæreſum:ſi
cut dictũ eſt in expoſitione pſal.lxxxij.Triumphauit etiam
eccleſia de capite Amana.ſ.de peccato originali:quod eſt ca
put & principiũ primũ.Et de vertice Sanir,id eſt de vepribꝰ
concupiſcẽtię latẽtis in carne:quę cauſat omne peccatum in
voluntate per conſenſum.Et de Hermõ.i.de peccato actua
li quod ſeparat hominem a deo.Et de cubilibus leonũ.i.de
perſecutoribus mundanis.Et de montibus Pardoꝝ.i.de hę
reticis pictis varietate mendacij.Iſti ergo quinqꝫ montes.i.
quinqꝫ poteſtates infeſtarunt:& impugnarũt eccleſiam ſuc
ceſſiue.Primo Iudęi.Secũdo philoſophi mundi.Tertio hæ
retici.Quarto impatores & reges.Quĩto Sarraceni.De qui
bus triumphauit & finaliter triumphabit eccleſia.

## Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa.

¶ In hac parte explicat ſponſus cauſam quare motus eſt ad
amorem ſponſæ.¶ Ad cuius intellectũ eſt notandũ ꝙ qua P
tuor ſunt quæ reddunt mulierem pulchram & amabilem:&
mouent ſponſum ad amorem eius. Primo optima diſpoſitio
membrorum.Secundo ſuauitas eloquentię & verboꝝ.Ter
tio ornatus & decor veſtimentorum.Quarto ſuauitas odora
mentorum.Quę quidem quatuor per quãdã excellentiam
habet ſponſa Chriſti eccleſia:quę mouẽt Chriſtum ad amo
rem eius.vnde optima diſpoſitio membroꝝ eccleſię eſt opti
mus ordo ſtatuũ,& graduũ,& dignitatũ,& officiorum:ſicut
ſunt patriarchę,prophetæ,apoſtoli,euangeliſtæ,martyres,
doctores,pręlati,ſacerdotes,reges,reges,milites,ciues,po
pulares,religioſi,virgines,continentes,& cõiugati:& ſingu
lariter vniuſquiſqꝫ fidelis.Eloquia autem eccleſię ſunt ſacræ
ſcripturę vtriuſqꝫ teſtamenti:& ſacroꝝ doctoꝝ:& ꝑdicatio
nes pręlatorum & ſacerdotum. Veſtimenta & ornamenta
eccleſiæ ſunt virtutes & dona gratiarum quę dantur in ſacra
mentis.Odoramẽta vero harũ veſtiũ ſunt opa miſericordiæ
& oratiões & officia canonica:quę fiunt in eccleſia.quę qui
dem opera tam actiua q̃ contemplatiua procedunt ex virtu
tibus & donis gratię.Quæ ideo dicuntur odoramenta:quia
aſcendunt vſqꝫ ad aures dei & delectant deũ:& trahunt pro
ximũ ad deuotionẽ & imitationem.Eſt ergo eccleſia ſpon
ſa Chriſti pulchra in optima diſpoſitione membrorum:&
ſuauis in eloquio:& decora in ornatu & apparatu:& ſuauis
in odore. ¶ Et iſta quatuor mouerunt Chriſtum ſponſum Q
ad eius amorem.Et hoc intendit Salomon dicere in hac vl
tima parte huius quinti Cantici.Dicit ergo primo ſic.Vulne
raſti cor meum ſoror mea in vno oculorum tuorum.Ad cu
ius intellectum eſt notandum:ꝙ natura humana a princi
pio vſqꝫ in finem mundi ſemper habet duos oculos. Pri
mus dicitur oculus fidei:quo fideles vident cæleſtia & ſpiri
tualia:& iſtum oculum habuerunt ſoli fideles vete.teſtamẽ.
ſcilicet patriarchę & ꝓphetæ:& cęteri fideles:quo oculo in
ſpiritu videbant,& credebant,& expectabant,& continue
petebãt Chriſtum futurum redemptorem.prout dictum eſt
in primo Cantico.Et eodẽ oculo fidei ꝑſens ecclia videt &
credit Chriſtum veniſſe:& mundũ redemiſſe:& expectat eũ
ad glorificandam eam in ſecundo aduentu.Iſte ergo oculus
fidei huius ſponſę vulnerauit deum:qui tactus dolore cordis
deſcendit de cęlo in terram:ſumens carnem ex virgine:vt
audiret gemitus compeditorum:& ſolueret filios interem
ptorum.pſal.cj.Et eodẽ oculo fidei apoſtolorum & diſcipu
lorum vulnerauit cor Chriſti ad patiendũ mortem,cũ dixit.
Maiorem hac dilectionem nemo habet:vt animam ſuã po
nat quis pro amicis ſuis.Et iſte idem oculus fidei ſpe & cha
ritate formatę vulnerat & mouet continue Chriſtum ad ſub
ueniendum eccleſiæ ſponſę ſuæ:vſqꝫ ad diem iudicij:quan
do veniet ad totaliter liberandum eam a tribulatiõibꝰ hu
ius mundi.Et hoc intendit dicere Chriſtus in hac parte:vn
de ait.O eccleſia ſoror mea,tu vulneraſti cor meum in vno
oculorum tuorum:ſcilicet vno oculꝰ fidei patriarcharum &
prophetarum & fidelium veteris teſtamẽti.quorum clamo
re ego inclinaui cælos,& deſcendi in terram in vterum virgi
nis.Et non ſolũ vulneraſti cor meũ iſto oculo fidei tẽpore pa
triarcharũ & ꝓphetarum:vt venirem in carnem:ſed iterum
vulneraſti per fidem apoſtolorum & eccleſiæ noui teſtamẽ
ti vt pateret:& quotidie vulneras vt eam liberem a malis tẽ
poralibus & ſpiritualibus:& veniam finaliter ad glorifican
dum eam. ¶ Et non ſolum vulneraſti me in vno oculo
fidei:ſed etiam in vno crine colli tui. Nã ſicut humana na R
tura habet duos oculos.ſ.oculũ fidei ad contẽplandũ ſpiri
tualia:& oculuꝫ naturalem & carnalem ad videndũ tẽpora

lia:ita pariter habet duos crines:videlicet duos populos a
deo dependentes.ſ.populum fidelium:qui non ſolum de-
pendet a deo per creationem:ſed etiā per recreationē:& ha-
bet populū hominum terrenoꝝ:qui ſolum dependet a deo
per creationem. Iſte ergo crinis ſpiritualis & fidelis vulnera-
uit Chriſtum ad deſcendendū de cęlo in carnem:& vulne-
rat quotidie vt veniat per gratiā. Et ideo notāter repetitur
iy vulneraſti cor meū. Nā primum refertur ad oculū & cri-
nem fidei fideliū veteris teſtamenti:& alterum ad oculum
& crinem fidelium noui teſtamenti. Hoc etiam poteſt re-
ferri ad virginem Mariam.

S ❡ Nā licet oēs patriarchæ & prophetę & doctores ſint ocu
li Chriſti & eccleſiæ ad videndum & contemplandum ſpiri-
tualia & diuina:tamen oculus virginis colōbin⁹ fuit acutior,
& perſpicacior,& rectior,& humilior:quia acutius vidit ſecre
ta diuina:& cum maiore innocentia & humilitate. Et ideo
Chriſtus reſpexit hanc humilitatem ſummā in virgine Ma-
ria. hinc eſt ꝙ magis inclinauit eum vt veniret in ipſam q̄ in
aliam:prout dictum eſt in Cātico eius Lucę primo. Et per
hanc rationē virgo Maria fuit crinis tam pulcher & hone-
ſtus:ꝙ vulnerauit Chriſtum:& inclinauit ad amorē ſui. ideo
notanter dicitur:in vno crine colli tui.

T ❡ Nam ſicut Chriſtus dicitur caput eccleſiæ:ita virgo Ma-
ria dicitur collum eccleſiæ. nam ſicut collum ſituatur imme
diate ſub capite:per quod deſcendit oīs ſenſus, & virt⁹,&
motus ad alia membra hominis:Ita virgo Maria eſt imme
diate poſt Chriſtum:per quam deſcendunt omnes gratiæ a
Chriſto in oēs fideles eā inuocātes. Ideo dicitur media-
trix inter nos & Chriſtū:vt dictum eſt in expoſitione Cānci
virginis. In Hebræo autem habetur. Vulneraſti me in vno
monili colli tui. Et tunc litera eſſet magis plana, referendo
tam ad totā eccleſiā q̄ ad virginē Mariā. Nam monilia ſpi-
ritualia ſunt virtutes quę decorāt animā:immo totū homi-
nem. Sed inter cęteras virtutes quæ reddunt mulierem pul
chram & amabilē, eſt humilitas cum charitate. & in hac vir-
go Maria & tota eccleſia fidelium vete. teſta. vulnerauit fi
lium dei:& fecit ipſum in carnem venire. Deinde cū dicit,

Q̄ pulchrę ſunt mammę tuæ &c.

❡ Oſtendit quomodo non ſolum vulnerarunt & mouerūt
Chriſtum ad mortem oculus & crinis ſponſæ:ſed etiam mā-
mæ & vbera copioſa & dulcia. vnde dictum eſt ꝙ vbera
ſponſæ ſunt duo teſtamenta. vel fides articulorum & gra-
tia ſacramentorum:quibus fideles nutriuntur. Nam ſapor
intelligentiæ ſacræ ſcripturæ delectat animā fideliū:& gra
tia ſacramentoꝝ nutrit eos. Iſta ergo duo vbera quia ſunt
delectabilia ſuper aurū:& dulciora ſuper mel & fauū. pſal.
xviij. Ideo delectāt & vulnerāt Chriſtum:& inclināt vt ve-
niat ad nos. Dicit ergo ſponſus. O eccľia ſoror mea & ſpōſa
mea, q̄ pulchrę ſunt māmę tuæ quo ad diſpoſitionem & fi-
gurā & plenitudinem & copiā lactis doctrinæ ſacrę ſcriptu-
rę & grāæ ſacramētoꝝ:pulchriora. i. ſapidiora ſunt vbera tua
V vino. ❡ Vñ dicunt̄ māmæ quo ad officiō mamādi & ſugēdi
& inquātū ſugunt̄:ſed dicũtur vbera quo ad copiā & vberta
tem lactis:quod quidē lac doctrinæ & ſacramentoꝝ eſt ſa-
pidius vino & magis inebriatiuum:intātum ꝙ transformat
amātem in amatū:& extaſim facit ſcdm Dionyſium. Sed
quia iſta doctrina & gratia ſacramentoꝝ ſunt quędā vnguē
ta odorifera:puta ad ſanādum & confortādum & delectan
dum fideles:ideo ſubdit. Odor vnguentoꝝ tuoꝝ eſt ſupple
& redolet & delectat ſuper oīa aromata. Et non ſolū iſta
tua vbera ſunt dulcia:& lac eſt ſapidū:eo ꝙ odor vnguen-
torum ipſorum eſt delectabilis ſuper oīa aromata:ſed eti-
am eloquium tuū o ſponſa, eſt ſuauiſſimum & dulciſſimum:
quia labia tua ſunt ſicut fauus diſtillans:& mel & lac eſt &
fluit continue ſub lingua tua. Nā labia huius ſponſę ſunt
apoſtoli & euāgeliſtę & doctores qui diſtillarunt nobis mel



& lac:vt eſt doctrina euangelica & apoſtolica: & ſcriptura
ſacrorum doctorum & prędicatorum:quorum labia ſemper
diſtillant mel & lac. de quibus Dauid dicit pſalmo. c. xviij.
Q̄ dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. De-
inde cum dicit, Odor veſtimentorum tuorum. oſtendit ꝙ nō
ſolū mouent Chriſtū ad diligendā eccleſiā ſponſam ſuā vbe
ra doctrinæ ſacræ ſcripturæ & gratię ſacramentoꝝ:ſed etiā
odor veſtimentorum eius. vnde veſtimenta eccleſiæ: & cu-
iuſcunq; animæ fidelis ſunt virtutes:vt inquit Cicero in li-
bro officiorum:quia virtutes ſunt ornatus animi. Sed quia
virtutes non cognoſcunt̄ nec redolent niſi per operationes
quę ſunt fructus & effectus virtutū:ideo opera miſericordiæ
& operationes cuiuſcunq; virtutis dicũtur odoramenta vir-
tutum & veſtimentorum eccleſiæ, & fructus oīm fidelium.
Sed iſta odoramenta & operationes virtutum ſunt in dupli
ci genere. Nā quædā dicũtur operationes actiuæ:ſicut ſunt
opera miſericordiæ corporalia & etiā ſpiritualia. Alię autē
dicuntur operationes contemplatiuæ:ſicut meditationes &
orationes canonicę:quę fiunt in eccleſia in officio tam diu-
urno q̄ nocturno:& etiam orationes particulares & priuatę:
quę priuatę fiunt a quocūq; fideli. vñ de bonis operib⁹ & fa
ma eoꝝ dicit apoſtolus. ij. ad Corin. ij. Chriſti bon⁹ odor ſu-
mus. Et de odore orationū dicit̄ Apoca. quinto. Habentes
ſingulas citharas & phialas aureas plenas odoramentoꝝ:
quæ ſunt orationes ſanctorum Et talia odoramenta veſti-
meotorum vulnerant deum in corde:& inclinant eū ad no-
ſtras petitiones cōplēdas. Dicit ergo ſponſus. O ſponſa, odor
veſtimentorum tuorum ſpirās ex veſtimentis tuis:quę ſunt
operationes virtutum & orationes:ſunt mihi ſicut odor thu
ris. Nam ſicut odor thuris offertur ſoli deo & aſcendit ſur-
ſum:ita oratio & latria penetrat cor & aures dei:& ſic oratio
nes & bona opera ſunt ſicut odor thuris. Deinde cum dicit,
Hortus concluſus ſoror mea. comparat eccleſiam ad hor-
tum & paradiſum delitiarum:quo ad fructus odoriferos. Nā
ſicut deus a principio plantauit paradiſum delitiarum ple-
num diuerſis arboribus fructiferis ad communem vitam ho
tam hominum:& plātauit in medio lignum vitæ ad perpe-
tuandam vitam:& fecit in eo oriri fontem:a quo emanant
quatuor flumina quæ irrigant totum paradiſum:ita pariter
Chriſtus deus incarnatus in ſuo aduentu plantauit eccleſiā
ſuam ad inſtar illius paradiſi. Et ſic iſta eccleſia per Chriſtū
plātata dicitur hortus vndiq; igne charitatis concluſus:quę
habet arborem vitæ:qui eſt Chriſtus, in medio inter alias
arbores qui ſunt fideles. A cuius latere procedit etiam flu
uius, fons ſignatus & lācea militis apertus. qui quidem fons
totam eccleſiam per quatuor flumina euangelica influit
& irrigat:& cæteris arboribus refrigerium & nutrimentum
& vitam præſtat. Item emiſſiones:id eſt virgulta & arbu-
ſta naſcentia & germinantia in hoc horto:ſunt ſicut para-
diſus:id eſt hortus malorum granatorum cum omnium po
morum fructibus. Et comparat fructus eccleſiæ paradi-
ſo ſiue horto malorum granatorum, ratione multitudinis:
& vnitatis, & charitatis. Nam ſicut in malo granato con-
gregatur multitudo granorum rubeorum ſub vna pelle or-
dinatorum:ita pariter in eccleſia Chriſti congregatur mul-
titudo fidelium charitate rutilantium ſub vna fide ordina-
torum:ſed gradus diuerſorum ſtatuum & dignitatum. ſicut
dicitur in Actibus apoſtolorum:ꝙ illius multitudinis erat cor
vnum in deo:& erant eis omnia communia. Item ſubdit:
ꝙ emiſſiones:id eſt fructus emiſſi & nati in hoc horto eccle-
ſiæ:non ſolum ſūt ſicut paradiſus maloꝝ granatoꝝ in mul-
titudine cum vnitate charitatis, & paradiſus cum malis
granatis quo ad multitudinem & vnitatem:ſed etiam cum
omnium aliorum pomorum fructibus quo ad ſaporem &
odorem virtutum. Et iſta eccleſia ſponſa Chriſti non ſolum
eſt hortus maloꝝ & pomoꝝ:ſicut dictum eſt:ſed etiā hort⁹
aromatū:ex quo & in quo emittunt̄ & naſcuntur & germi-

nantur ſeptem aromata ſiue ſeptē arbores ſiue ſeptem plā-
tę aromaticę:ſcilicet cypri cū nardo: & nardus & crocus &
fiſtula:& cynamomū cum omnibus lignis Libani odoriferis
& ſalutiferis:& myrrha & aloe cū omib⁹ primis vnguentis.
Per quæ quidem ſeptem aromata odorifera & ſalutifera in-
telligūtur ſeptem eccleſiaſtica ſacramenta quę ſunt odorife
ra inquantum conferunt gratiam & virtutes in præſenti &
gloriam in futuro.& ſunt ſalutifera, inquantum purgant &
liberant a morbo quocūq; & ægritudine peccati. Et gemi-
natur nardus inter iſta ſeptē aromata:eo ꝙ eſt duplex nar-
dus:quarum vna non facit ſpicas: ſed ſolum hærbam. & eſt
fœminini generis. de qua dictum eſt in ſecundo cantico.
Nardus mea dedit odorem ſuauitatis. Alter autem dicitur
nardus ſpicatus,proferens ſpicas & grana: & eſt maſculini
generis.de quo dicitur Marci decimoquarto. Mulier ha-
bens alabaſtrum vnguenti nardi ſpicati pretioſi.Et ſic enu-
merantur ſeptem aromata in catalogo,quorum primō dici
tur Cyprus quæ eſt quædā vitis aromatica:ex cuius inciſio-
ne emanat balſamū:ꝓut dictū eſt in ſecundo cantico Poteſt
etiam per cyprum intelligi quędam radix aromatica quę di
citur cyperus habens in radice multa grana quibuſdā filis
ad modum racemi colligata. vnde cyperus eſt ſpecies iun-
ci:quæ poſita ad ignem ſuauem odorem emittit:& ideo dici
tur cyperi in numero plurali propter multitudinem grano-
rum.Et forſan vitio ſcriptorum ponitur in hoc loco cypri pro
cyperi.Secundum dicitur nardus:quæ eſt quædam hærba
ſpicata:aut ſine ſpicis:vt dictū eſt. Tertia hærba aromatica
dicitur crocus :in medio cuius floris fiunt quędā fila rubea:
quę valent ad confortandū & lætificandū cor:& roboran-
das vires:& ad colorandō ferculum cibale:quod cōmuniter
& vulgariter Zafranum appellatur. Fiſtula autem eſt Ca-
ſia:quæ eſt medela ſuauis dulcis & lenitiua. Cynamomū
vero ſpecies valde odorifera & ſapida & penetratiua guſtu
& olfactus:& cōfortatiua cerebri:quam vulgares Canellam
appellant.Myrrha autem eſt quoddā gummi ex quadam
arbore parua diſtillatum:ſicut ſupra in ſecundo cātico dictū
eſt.& hoc idem eſt dicendum de Aloe.Quæ quidē duo aro
mata licet ſint amariſſima:tamen ſunt odorifera:& ad me-
delam purgatiua:& ab omni corruptione pręſeruatiua.Per
ſupra ergo memorata ſeptem aromata intelligūtur meta-
phorice ſeptem eccleſiaſtica.quæ quidem ſeptem eccleſia-
ſtica ſacramenta ideo ſeptem ſupradictis aromatibus com-
parantur:eo ꝙ ſunt odorifera:inquantū conferunt ſeptem
virtutes:ſcilicet tres theologales:& confortant quatuor car-
dinales:aut quia conferunt ſeptem dona ſpiritus ſancti. Et
ſunt ſalutifera inquantum purgant ab omni morbo pecca-
ti.Et ſunt etiam pręſeruatiua ab omni putredine vitiorum.
Bene ergo merito eccleſia ſponſa Chriſti dicitur hortus con-
cluſus & bene ſeptus & muratus charitate & diuina prote-
ctione.Et dicitur etiam fons ſignatus ſigno vulnerum & pla
garum Chriſti:a quo fluit iſte fons vitæ irrigans iſtum hortū
& fœcūdans ipſum:& faciens in eo creſcere ſupradicta aro-
mata & ideo ſubdit,ꝙ eſt fons hortorū,id eſt irrigans hor-
tos & arbores huius horti.Et eſt puteus & receptaculō aqua
tum viuentiō:quæ cū impetu fluunt de Libano,id eſt latere
Chriſti.Vnde ſicut aquę quæ cū impetu fluunt de Libano,
nō ſunt ſtagnales & immobiles;nec mortuæ:nec putidę:&
morbidę:ſed viuæ & fontales & mobiles & fructiferæ decur
rentes per totam terrā ꝓmiſſionis,vtiles ad fructificandū:
& per conſequens ſicut terra ꝓmiſſionis eſt puteus & rece-
ptaculum omniū aquarū fluentiū de Libano ex latere me-
ridionali:ita ergo pariter eccleſia eſt puteus & receptaculū
omniū aquarū viuentiū fluentiō & decurrentiū ex latere &
cęteris vulnerib⁹ Chriſti.Vnde iſtę aquę ſacramentales fluē
tes ex latere & paſſione Chriſti:qui eſt verus Libanus,dicū-
tur viuentes inquantū viuificāt & cōferūt vitā gratiæ in prę-
ſenti:& vitā æternā in futuro.Et dicūtur fluere & decurrere
cū impetu de iſto Libano:quia cū impetu & violētia & dolo
re paſſionis & mortis & flagellorū & vulnerū emanarūt illæ
aquæ ex corpore Chriſti:& cōtinue diſcurrūt per totam ec-
cleſiam ipſam irrigādo & fœcūdando.Et etiam dicunt̃ cum
impetu de Libano iſtæ aquę fluere ratione copiæ & ſufficiē-
tiæ:quia fluminis impetus lętificat ciuitatem dei:& ſanctifi
cauit tabernaculū ſuū altiſſimus.pſal.xlv.Dicitur ergo eccle
ſia hortus malorū granatorū quantū ad multitudinē fideliū
in ea ſub vna fide congregatorū.Et dicitur hortus aliorū po
morum quo ad fruct⁹ nutritiuos fidei articulorū:quia doctri-
na ſacrę ſcripturę nutrit animā.& dicitur hortus ſeptē aroma
tum ratione ſeptem eccliaſticorum ſacramentorū.Et dicitur
fons concluſus inquātū fructus & aromata eccleſiæ non exe-
unt extra eccleſiā:nec nutriūt nec viuificāt infideles:qui ſūt
extra gremiū & murum fidei eccleſiæ:ſed ſolum nutriūt eos
qui ſunt intra eccleſiā.Et per eādem rationē dicitur fons ſi-
gnatus.i.clauſus.nā ſicut aquę Iordanis & cęterę aquæ de-
fluentes de Libano nō exeunt extra terrā promiſſionis:im-
mo ſubmergūtur in mari mortuo iuxta Hierichūta:nec illæ
aquæ proficiūt habitātib⁹ extra terrā promiſſionis:ita pari-
ter aquæ ſacramentorū non exeunt nec proficiunt infideli-
bus & paganis extra eccleſiā. ¶ Ex ſupradictis patet eſſe fal X
ſam & inſufficientē & deceptoriā expoſitionē & intelligētiā
Rabi Salomon in hoc cantico,& cæterorū cæcorū moder-
norū Iudæorū in hoc cātico:qui dicūt ꝙ Salomon in hoc cā-
tico in ꝑſona Moyſi exiſtentis in monte Abarim commen-
dat terram ꝓmiſſionis de pulchritudine ſitus:& vbertate ar
borum:& fructuū:& aquarum:& de copia ſupradictorū aro
matū quæ creſcūt in terra illa Iſrael materiali.quā manifeſte
depręhendit̃ falſum.Nā forſan in tota Syria,Aſſyria,& Me
ſopotamia,& Media,& Perſia non eſt pars aliqua terrę ita
miſera,& ſterilis,& ſicca,& inaquoſa ſicut eſt illa terra Cha
naā Nā nō habet niſi aquā Iordanis:quę ſolū prodeſt ha-
bitantibus in eius ripa vſq; ad mare mortuū Sodomorū:vbi
demergitur.In cęteris autē partibus non habet niſi aquas
pluuiales & ciſternales:& quia raro pluit in illa terra:ideo
frequenter laborant fame & inedia ꝓpter ſterilitatem. Et
ideo frequenter fugiūt in Aegyptū & alias terras finitimas
propter inediā & indigentiā panis & aliorū ciborū: vt patet
de Abrahā,& Iſaac,& Iacob,qui deſcendit in Aegyptū cū
filijs & nepotib⁹ ſuis tēpore famis.Item manifeſtū eſt ꝙ iſtę
arbores aromaticę quę hic cōmemorant̃,nō creſcūt nec ger
minātur in tota illa terra Chanaan:ſed in ſola Arabia,& In
dia,& Aethiopia.Miſeri ergo & cęci Iudęi non percipiunt
qualiter deus nō ꝓmiſit illā terrā patribus vete.teſta.in ꝓci
ſum pręmiū:ſed in figurā Chriſti:ſicut dictū eſt frequenter
in expoſitione pſalmorū:& in tractatu contra Iudęos quæ-
ſtione tertia.Quia illa terra non fluit tāta copia mellis & la
ctis & aliorū bonorū:ſicut dicitur Deute.viij.immo eſt ma-
xima penuria omniū iſtorum.ſed tunc illa terra fluxit melle
& lacte euangelico quādo Chriſtus prædicauit & miracula
fecit & legem expoſuit:& dona ſpiritus ſancti apoſtolis de-
dit:& paſſionem & mortem paſſus eſt:& operatus eſt ſalutē
noſtrā in illa terra.Ex qua doctrina euāgelica & flumen la-
ctis & mellis eccleſiaſticorum ſacramentorum deriuatū de-
fluxit per totum orbem terrarum:& per totam eccleſiam.&
hoc eſt quod deus promittebat patribus veteris teſtamenti
obſeruantibus illam legem ſub proteſtatione & fide Chri-
ſti venturi.Et hanc terram benedicebat in ſpiritu Moyſes
de monte Abarim ante mortem ſuam:ſicut ſupra dictum
eſt.vnde ſi præciſe deus promiſiſſet illam terram Moyſi &
cæteris patribus propter obſeruantiam legis:maximam in
iuriam feciſſet deus Moyſi :qui præ cęteris ſeruabat legem
& obediuit deo.Et tamen deus nō permiſit eum in eā intra
re:cū permiſerit innūeros alios prauos introire.Et ideo mi-
ſeri Iudęi nō ꝑcipiūt qualr̃ oīa illa cōtingebāt illis in figura
Nā ꝑ hoc ꝙ Moyſes ante mortē nō potuit introducere illū

populum in terrã promiſſionis: ſed Ioſue ſucceſſor introduxit eum poſt morteꝫ Moyſi: figurabatur ꝙ lex & prophetæ non poterant introducere homines in terram viuentiũ: ſed ſolus Chriſtus poſt mortem & paſſionem ſuam per Ioſue figuratus. Et per cõſequens ſola lex Chriſti euangelica per eccleſiaſtica ſacramẽta poterat iuſtificare: quia oportebat ſic Chriſtũ pati & reſurgere a mortuis: & ita intrare in gloriã ſuam Lucæ vigeſimoquarto. Hanc ergo terram ſpiritualeꝫ viuentiũ per Chriſtum conferendã deſiderabat Moyſes, & benedicebat & cõmendabat ante mortem ſuam de monte Abarin: & hanc commendat Salomon in perſona Chriſti in hoc quinto cantico per metaphoram pulchræ mulieris: & paradiſi: & horti concluſi: & fontis ſignati: eo modo quo dictum eſt. Quæ quidem cõmendatio non fuit niſi quędam dotatio & decoratio: qua dotauit & decorauit Chriſtus eccleſiam ſponſam ſuam ante ſuam paſſionem. Nam tunc diſpoſuit & decorauit eam pulchritudine & optima diſpoſitione mẽbroꝝ: quando elegit duodecim apoſtolos & ſeptuaginta duo diſcipulos: & miſit eos in omnem ciuitatẽ & locũ quo erat ipſe venturus: dãdo eis poteſtatem calcandi ſuper ſcorpiones: vt patet Mat. x. & Lucę. x. Item tunc decorauit & ornauit eam ornatu virtutũ: & fecit eam hortum concluſum: & fontem ſignatum: & puteũ aquarũ viuentium: quando in die cœnæ lauit pedes diſcipuloꝝ: & inſtituit & dedit eis ſacramentum euchariſtiæ, cõferendo eis poteſtatem conficiẽdi illud. Et per longũ ſermonem exhortatus eſt eos ad perferendas perſecutiones propter fidem: & reliquit eis ſuã pacem & charitatem: prout patuit Ioannis. xiij. vſqꝫ ad. xvij. capit. per longum ſermonem. Ex dictis ergo in hoc cãtico quinto patet: qualiter Chriſtus dotauit & ornauit & decorauit eccleſiam ſponſam ſuam bonis ſpiritualibus ante paſſionem ſuam. Eſt autẽ notandum ſecundum Auguſtinuꝫ in libro de ſancta virginitate: ꝙ ſi vniuerſa eccleſia ſit deſpõſata vni viro Chriſto: & cum vniuerſa eccleſia nihil aliud ſit niſi cõgregatio, omniũ fidelium: & tota religio Chriſtiana: ergo vnaquæqꝫ anima Chriſtiana & cuiuſcunqꝫ fidelis & iuſti dicitur ſponſa Chriſti: & per cõſequens de qualibet anima iuſti verificabuntur ea quæ dicta ſunt in hoc cantico & cæteris: cum vnuſquiſqꝫ fidelis ſit membrum Chriſti. Et ideo vnaquæqꝫ anima iuſti eſt pulchra per baptiſmum: & oculi eius ſunt columbini per fidei perſpicacitatem & humilitatem in credendo, abſqꝫ eo quod intrinſecus latet. ſ. cũ recta intentione latente in cõſcientia. Cuius capilli ſunt virtutes: & dentes eius ſunt aſſidua meditatio, qua ruminat intelligentiam ſacræ ſcripturæ die ac nocte. Labia eius eſt ſermo cum charitate prolatus. Eloquiũ dulce eſt ſalubris doctrina: vel oratio facta cum deuotione: quæ maxime eſt deo acceptabilis. Genæ vero viri iuſti eſt exemplum bonę & religioſæ vitæ. Collum eius eſt fortitudo qua tentationibus reſiſtit. Vbera eius ſunt opera miſericordiæ tam corporalia q̄ ſpiritualia. Sed quia anima iuſti oĩa iſta offert deo in ſacrificiũ: ideo dicitur aſcẽdere in montem myrrhæ: & collẽ thuris. Sed quia ſupradictę virtutes ſunt pulchritudo animę: & reddũt eam pulchrã & decoram: & quia nulla macula peccati poteſt ſimul eſſe in anima cum charitate & cęteris virtutibus: ideo dicit̃ tota pulchra ſine macula in tali ſtatu. Et quia talis anima ſic pulchra & ſine macula eſt digna iungi ſponſo ſuo Chriſto, inclinãs in ipſum amoreꝫ ſuum: ideo vocat eã dicens. Veni de Libano: ſcilicet cãdida per puritatem & munditiam. Sed quia iſtæ virtutes reddunt ſponſam: ſcilicet animã mundã & candidam non ſolũ ab originali: ſed etiã actuali & veniali culpa: ideo ter vocat eã. Et etiã quia per talẽ puritatem & pœnitentiam fit immunis anima, & liberatur de carne mundo & diabolo: ideo ter vocat eã ſponſus, dicens. Veni de Libano, id eſt veni cãdida de mundo & carne & diabolo: aut de culpa originali & actuali et veniali. Aut veni de Libano cãdida per fidem, ſpem, & charitateꝫ. Sed quia ex tali afflictu & victoria meretur coronã & triumphum: ideo dicit illi ſponſus. Veni: coronaberis, id eſt coronã triumphi accipies: quia triumphaſti de capite Hamaoa, id eſt de anguſtia & infeſtatione diaboli: & de vertice Senir, id eſt de ſuperbia intrinſeca huius mundi: & de Hermon: id eſt anathemate carnalis concupiſcentiæ: & de cubilibus leonum, id eſt de perſecutionibus magnorum imperatorum quos viciſti mala patienter tolerando: & de montibus pardorum, id eſt de inſidijs hæreticorum. Sed quia anima ſuper omnia inclinat Chriſtum in vno oculo charitatis & in vno crine humilitatis, ideo dicit ſponſus. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa in vno oculorum tuorum: & in vno crine colli tui. Item quia vbera miſericordię ipſius iuſti ſugunt, & nutriuntur eis pauperes Chriſti, ideo dicit. Q̃ pulchræ ſunt mãmæ tuæ. Item quia orationes viri iuſti ſunt deo acceptæ magis q̄ odor aromatum ideo ſubdit. Odor vnguentorum ſuper omnia aromata. Itẽ quia ex ore viri iuſti ſemper diſtillãt orationes aut bona doctrina: ideo dicit. Fauus diſtillãs labia tua: mel & lac ſub lingua tua. Item quia opera miſericordiæ & aliarum virtutum ipſius viri iuſti ſunt deo grata & accepta & delectabilia: ideo ſubdit. Odor veſtimentorum tuorum. Item quia anima iuſti ſic virtutibus fulta & decorata eſt ſimilis horto copioſo multorum fructuum & pomoꝝ: quę quidem anima ſemper germinat fructus & opera virtutum: ideo dicitur. Hortus cõcluſus & fons ſignatus &c.

¶ Sed quia virgo Maria eſt primum & perfectius membrũ Y
eccleſiæ poſt Chriſtũ qui eſt caput eccleſiæ: ideo per a〈m〉pliꝰ & perfectius verificãtur omnia dicta in hoc cãtico de virgine Maria q̄ de aliqua alia creatura: eo ꝙ in maiori gradu & peramplius & copioſius & perfectius fuit ornata & decorata ſupradictis virtutibus & perfectionibus: q̄ alia pura creatura. Et peramplius & perfectius triumphauit de mundo & carne & diabolo & omni genere vitiorum & inimicorum: q̄ alia pura creatura: prout dictum fuit in expoſitione ſup Magnificat. Et ideo eſt dignũ ꝙ explicetur in expoſitione huiꝰ libri & maxime in hoc loco: & explicetur & exprimat̃ quomodo oĩa prædicta verificentur de tota eccleſia: & quomodo de virgine Maria.

¶ Ad cuiꝰ intellectũ eſt aduertendũ ꝙ tria dicta ſunt i hoc Z
quinto cãtico: quæ ſunt digna magna perſcrutatione. Quorum primum eſt illud quod ait ſponſus cõmendando eccleſiam ſponſam ſuã: quãdo ait. Tota pulchra es amica mea: & macula non eſt in te. Et ideo quęritur primo: quomodo iſta verba poſſunt verificari de tota eccleſia ſponſa Chriſti: cum nos videamus multa eius membra immunda & ſorde diuerſorum peccatorum deturpata & maculata. ergo non eſt tota pulchra ſine macula. Ad hoc reſpondet beatus Gregorius: ꝙ quælibet anima poſt pœnitentiã remanet tota pulchra ſine macula. & ſic verificantur verba ſponſi de qualibꝫ anima iuſti poſt pœnitentiam. Sed licet hoc cõtineat verum tamen non euacuat difficultatem literę: quia ſponſus Chriſtus literaliter loquitur de tota eccleſia ſponſa ſua: quã ſufficienter ornauit & decorauit omni genere ornamentoꝝ ſpiritualium. Et ideo dicunt alij ꝙ quãdoqꝫ aliquid verificatur de aliquo ratione partis magis principalis. ſicut mulier dicitur pulchra ratione vultus. licet habeat aliquas partes turpes latentes. Ita ergo tota eccleſia dicitur tota pulchra ſine macula ratione virginis Mariæ: quę eſt principale membrum eccleſiæ poſt Chriſtum: qui eſt caput. quia ergo virgo Maria eſt & fuit ſemper tota pulchra nunquã alicui maculæ peccati obnoxia: nec deturpata, ideo verificatur de tota eccleſia: ꝙ ſit tota pulchra ſine macula. Sed licet virgo Maria fuerit ſemper tota pulchra ſine macula prout dictum eſt in ſecundo cantico: & dicetur in ſequenti quæſito: tamẽ iſta reſponſio non euacuat difficultatem. Nam apoſtolus ſecundę ad Corin. xj. de tota eccleſia dicit. Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Item ad

Ephę.v.dicit:ꝙ Chriſtꝰ exhibuit & reddidit ecclãm ſpõſã
A ſuã nõ habentem rugam neq; maculam. ❡ Et ideo ad tol-
lendã hmõi difficultatem eſt aduertendũ:ꝙ iſte terminꝰ to
tus,tota,totum,qñq; connotat in rebus totalitatem formę:
qñq; totalitatem materię.vnde totalitas formæ domꝰ eſt
ipſa pulchra & decens figura eiꝰ.Sed totalitas materiæ di-
cuntur lapides & cæmentum & ligna & tegulæ.& ſic domꝰ
poterit eſſe tota pulchra ratione optimæ & decentis formæ
licet habeat aliquã partẽ materialẽ turpẽ,puta aliquẽ lapi
dẽ vel lignũ. Ita ergo pariter in eccleſia eſt cõſideranda to-
talitas formę:q̃ cõſiſtit in fide articuloꝝ,& gratia ſacramen
toꝝ,& & obſeruantia ꝑceptoꝝ,& varietate & ſufficientia
graduum & officioꝝ.Scđo eſt conſideranda totalitas ma-
teriæ:quæ cõſiſtit in multitudine & diuerſitate mẽbroꝝ tã
infirmoꝝ q̃ ſanorum.Primo ergo modo ratione formæ ec-
cleſia ſponſa Chriſti eſt tota pulchra ſine aliqua macula:qa
ſufficienter Chriſtus decorauit eam virtutibus theologalibꝰ
ſcȝ fide,ſpe,& charitate,& ſeptem donis ſpũs ſancti:& gr̃a
ſeptem ſacramentoꝝ:& optima lege euangelica:& ſufficiẽ
ti copia miniſtroꝝ & graduuȝ & officioꝝ.& ſic nihil deficit
ad pulchritudinem formę eius. Sed propter hoc non tollit
quin eccleſia habeat aliqua membra materiala turpia per
pc̃tm̃ & infirma;nec tollitur quin aliqs miniſter ecclĩæ aut
ꝑlatus poſſit male & indecenter vti officio ſuo,abſq; hoc ꝙ
deturpet pulchritudinem formæ ipſius eccleſię. vñ eccleſia
propter hoc habet copiam pulchritudinis ſacramentorum
& officioꝝ,vt poſſit aſſidue mundare & pulchrificare mem
bra materialia q̃ quotidie deturpantur ſorde pc̃ti.Et ſic ec-
cleſia ſemp eſt tota pulchra ſine macula rõne formæ.qa fi-
des eccleſię non patitur ſecũ aliqđ falſum aut mendacium:
nec charitas aliqđ pc̃tm̃:nec ſpes aliquod terrenum,qn ten
dat in altum:& ſic de ſingulis partibus formalibus eccleſię.
Eſt aũt iterũ aduertendũ:ꝙ formarũ q̃dã eſt tota in toto &
toto in q̃libet parte:ſicut aĩa intellectiua.Et q̃dã eſt tota in
toto:ſed nõ in aliqua qarte ſicut forma pĩ.Et q̃dã eſt tota in
toto:& in aliqua parte:ſed non in qualibet parte:ſicut for-
ma ſenſus tactus eſt in toto aĩali:& etiam in aliqua parte:
ſed non in oſſibus.Ita ergo eſt dicendum de forma eccleſię
ꝙ eſt tota in toto corpore eccleſiaſtico:ſed non in qualibet
parte & mẽbro materiali:ſed potuit reperiri in virgine Ma-
ria tota forma eccleſię:puta fides articulorȝ,& tota gratia
ſacramentoꝝ,& obſeruãtia ꝑceptoꝝ:& tota varietas & co-
pia graduũ & dignitatũ:quia fuit virgo:& ſponſa:& fœcun
da:& euãgeliſta:& martyr:prout fuit dictũ ſuper Magnifi-
B cat.Et ſic fuit tota pulchra quo ad formã ecclĩæ. ❡ Sed di-
ceret forſan aliquis:ꝙ virgo Maria non fuit ſacerdos:& per
conſequens non potuit cõficere euchariſtiam nec miniſtra-
se alia ſacramenta:& ꝑ cõſequens nõ habuit totaȝ pulchri-
tudinem ecclĩę.ad hoc reſpondetur:ꝙ licet virgo maria nõ
fuerit ſacerdos ad conficiendã euchariſtiã:tñ habuit aliqđ
ęquiualens.& etiã ſupexcedens:qđ nunq̃ habuit aliquis ſa-
cerdos huiꝰ eccleſię.Nam illud idẽ corpus Chriſti:quod cõ-
ficit ſacerdos per verba conſecrationis:cõfecit virgo Maria
in ſuo ventre virginali ex puris ſanguinibus ſuis opere ſpiri
tus ſancti.Item ſicut ſacerdos per illa verba facit deſcende-
re Chriſtũ in illud ſacramentũ vt inquit Ambroſius:ita vir-
go Maria dicendo,Ecce ancilla dñi,fiat mihi ſecundũ ver
bum tuum:fecit filium dei deſcendere de cælo:& ſumere il
lam carnẽ ex ea,quam conſecrat ſacerdos:vt inquit Augu-
ſtinus.Item ſicut Chriſtꝰ ſacerdos ſanctificat fideles per ſa
cerdotes temporales miniſtrantes eccleſiaſtica ſacramenta:
ita per vocem & ſalutationem virginis matris ſuæ ſanctifi-
cauit Ioannẽ Baptiſtam:& illuſtrauit Elizabeth ſpũ ꝓphe
tico:prout dictum eſt in expoſitione ſuper Magnificat. Et
ſic patet qualiter tota iſta eccleſia eſt tota pulchra ſine ma
cula quo ad formam:licet habeat aliqua immo multa mẽ-
bra materialia infirma & ſorde peccati deturpata.& patet



etiaȝ qualiter virgo Maria eſt tota pulchra ſine macula nõ
ſolum quo ad formam totaȝ eccleſię:ſed etiam eſt tota ma
terialiter pulchra:quia nunq̃ in eius corpore aut anima lo-
cus potuit inueniri peccati:vt inquit Aug.in ſermone ſecun
do de natiuitate virginis:& nunq̃ fuit in tenebris ſed ſem-
per in luce : & nunq̃ in nocte ſed ſemper in die : vt inquit
Hieronymus ſuper pſalmo.lxxvij. ❡ Secundo autem di C
ctum eſt in hoc quinto cãtico quomõ eccleſia fuit coronata
.i.triũphauit de capite Amana:& de vertice Sanir,& Her-
mon:& de cubilibus leonũ.& de montibus pardoꝝ. Et di-
ctum eſt quomodo omnia dicta in hoc cantico & quatuor
pręteritis principaliter verificantur de virgine Maria:eo ꝙ
tunc erat principalius mẽbrũ eccleſię poſt Chriſtũ.Et ideo
eſt hic videndum quomodo virgo maria triumphauit de ca
pite Amana:& de vertice Sanir &c.Ad cuius intellectuȝ eſt
aduertendum:ꝙ Amana eſt mons in fine terræ promiſſiõis
inter Aquilonẽ & Meridiẽ plenus ſerpentibus.Et ideo in-
terpretatur iniquus aut coanguſtians:aut comprimens:aut
angẽs:quod eſt propriuȝ ſerpentibus.vnde ſerpens dicitur
anguis ab angendo:eo ꝙ tortuoſo circulo angit hoiem & ſi
qua aſtutia inſidiatur:& iniquo & mortifero morſu mordet
hominem. ❡ Et ideo in hoc loco per Amana intelligitur D
diabolus ſerpens antiquus:qui aſtu iniquo & mẽdaci dece-
pit prios parentes:& momordit eos ſeptuplici morſu.ſ.mor-
ſu peccati in anima:& morſu venenoſę cõcupiſcentię in car-
ne:& morſu mortis incinerationis in corpore:& ſpecialiter
momordit mulierem morſu ærumnarum in conceptu & p-
tu:& morſu ſubiectionis & ſeruitutis:quia ſubiecit eam ſub
poteſtate viri,quæ ante erat conſors & ęqualis.Et hos ſeptẽ
morſus tranſmiſerunt primi parentes ex ſententia domini ĩ
oẽs poſteros:vt patet Geñ.iij.Et ſic patet qualiter ſerpẽs
antiquus triumphauit de primis parentibus & de eorum po
ſteris per hos ſeptem morſus.Sed ſi cum charitate & atten-
tione volumus contemplari hoc myſterium in ſacra ſcriptu-
ra:videbimus qualiter ſerpens antiquus non potuit morde-
re virginem Mariam matrem Chriſti aliquo morſu illoruȝ
ſeptem:nec per cõſequẽs triumphauit de ipſa:immo virgo
Maria triumphauit de ipſo diabolo antiquo ſerpente. Qđ
ſic probatur ex ſententia & decreto dei in ipſa ſacra ſcriptu
ra vñ legitur Geñ iij.ꝙ poſtq̃ ex ſuaſu ſerpentis Eua come
dit fructum & dedit ex eo Adæ viro ſuo:ambo cognouerunt
ſe eſſe nudos & cõfuſos.per qđ denotaᷣ cõfuſio & corruptio
culpæ tã i corpe q̃ in aĩa.Et tunc deꝰ promulgauit ſententiã
contra omnes tres:ſcilicet contra ſerpentem & omnes com
plices eius diabolos:& contra Euam:& contra Adam.quæ
quidem ſententia fuit data & promulgata ſecundum ordi-
nem prout peccatum fuerat perpetratum vnde quia ſerpẽs
primo ex inuidia decepit mulierem:& exinde mulier per-
ſuaſit viro vt comederet:ideo per prius fuit lata ſententia &
maledictio contra ſerpenteȝ:& exinde contra mulierem:&
vltimo contra virum:& totam eorum poſteritatem. Sed an
teq̃ deus proferret & promulgaret ſententiam contra Euaȝ
& Adam cum eorum poſteritate,ſimul in ſententia data cõ
tra diabolum fuit virgo Maria exempta & priuilegiata a
communi ſententia humanæ naturæ lata in primis parenti
bus:immo in eadem ſententia lata contra diabolum deus
pronunciauit qualiter virgo maria debebat triumphare de
diabolo.& non ſubijci nec comprehendi in ſententia lata
contra primos parentes & eorum poſteritatem. vnde dixit
deus ſerpenti.Maledictus eris inter omnia animantia:ini-
micitias ponam inter te & mulierem:& ſemen tuum & ſe-
men illius:ipſa conteret caput tuum:& inſidiaberis calca-
neo eius.Deinde deus pronunciauit & promulgauit ſentẽ-
tiam contra mulierem,dicens.Multiplicabo ærumnas tuas
& conceptus tuos:in dolore paries filios:& ſub poteſtate vi-
ri eris:& ipſe dominabitur tibi.Deide vltimo promulgauit
ſententiam contra virum:quæ fuit communis conta omnes

poſteros vtriuſq; ſexus, dicẽs. Maledicta terra in opere tuo.
In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spi-
nas & tribulos germinabit tibi: & comedes hęrbas terræ.
In ſudore vultus tui veſceris pane tuo donec reuertaris i ter
ram de qua aſſumptus es: quia puluis es: & in puluerem re
E uerteris. ¶ Ex hac triplici ſententia paret: ꝙ ſeptem mala
contraxerunt primi parentes ex peccato, & ſententia dei.
Primo fuit inflicta eis corruptio & morbus concupiſcentiæ
in carne & ſenſualitate: ex cuius conſortio anima contrahit
culpam originalem: per hoc quod dixit deus ſerpenti. Tu in-
ſidiaberis calcaneo eius. i. inficies eius carnem & ſenſualita
tem: quæ eſt calcaneum animę. & etiam per hoc quod dixit
deus ipſi Adę. Maledicta terra. i. maledicta caro & ſenſua-
litas in opere tuo. i. ex peccato & inobedientia & eſu cibi ꝓ
hibiti: quia ſpinas peccati originalis & tribulos pcti actua-
lis germinabit tibi &c. Hoc autem dixit: quia caro infecta p
ſolum conſortium in animatione infligit peccatum origina
le in anima: & poſtea ſenſualitas corrupta cauſat & infligit
peccatum actuale in anima & voluntate per ſolum conſen-
ſum & operationem. Item ex ſententia data mulieri patet
qualiter triplicem pœnaꝫ incurrit mulier ex peccato. Primo
pœnam ærumnarum & miſerię, quam quælibet mulierum
patitur omni menſe ex menſtruo. Secundo dolorem in pa-
riendo. Tertio ſubiectionem ſub poteſtate viri. Per ſenten-
tiam aũt datam contra Adam, incurrit totum genus huma
nuꝫ non ſolum laborem corporalem: ſed etiam maledictio
nem & corruptionem carnis & ſenſualitatis: quæ continue
germinat ſpinas & tribulos peccatorum in anima. Et vltio
incurrit reſolutionem & putrefactionem & incinerationem
in morte. ¶ Ex ſupradictis ſequitur primo ꝙ ſeptem mala
F incurrit totum genus humanum ex peccato primorum pa-
rentum ex ſententia dei: quorum quatuor ſunt communia
omnibus hominibus vtriuſq; ſexus deſcendentibus a primis
parentibus per naturalem generationem. ſ. corruptionem
carnis ſiue morbum concupiſcentię. Secũdo peccatum ori-
ginale in anima. Tertio actuale in voluntate per conſenſuꝫ
Quarto reſolutionem in terram & putrefactionẽ & incine-
rationẽ per mortem. Solę autem mulieres incurrerunt pœ-
nam ęrumnarum in menſtruo & in conceptu: & doloreꝫ in
partu & ſubiectionem viri. Et ſic patet qualiter diabolus ſer
pens antiquus ſupradictis ſeptem morſibus momordit totũ
genus humanũ: & per conſequens triũphauit de primis pa-
rentibus & de tota eoꝝ poſteritate per hos ſepteꝫ morſus.
¶ Scdo ſequitur ex ſententia & decreto dei: ꝙ virgo Ma-
G ria non fuit cõphenſa in ſupradicta dei ſententia lata cõ-
tra primos parentes & eorum poſteritatẽ: immo ex dei de-
creto fuit ꝑexempta & excepta a tali ſententia: & per conſe
quẽs ſerpens antiquus nõ triũphauit de ea. Quod probat.
nã anteq̃ ferret. deus ſententiã cõtra primos parentes, dixit
diabolo: inimicitias ponã inter te & mulierem: ſed ipa con-
teret caput tuum. tunc manifeſtũ eſt: ꝙ iſta quę erat contri-
tura caput ſerpentis non fuit Eua: quia ipſa iã erat victa &
cõtrita p ſerpentẽ: immo ſibi data ſentẽtia pro omnibꝰ ſuis
poſteris. Ergo ſequit: ꝙ illa mulier quę erat contritura ca-
put ſerpentis: erat ſola virgo Maria: prout indifferenter te-
nent concorditer omnes catholici doctores. ergo ſequitur ꝙ
ille ſerpens antiquus nunq̃ potuit mordere virgineꝫ Mariã:
poſtq̃ per eam caput eius erat conterendum. Ex quo patet
ꝙ virgo maria nullo illorum ſeptem morſuum fuit per ſer-
pentem morſa: nec vulnerata: quia aliter non contriuiſſet
caput ſerpentis. Et ſic etiam patet: ꝙ cum antiquus ſerpẽs
triumphaſſet de omnibus aliis: tñ non voluit triũphare de
virgine Maria: poſtq̃ nullo morſu potuit ipſam mordere: im-
mo ipa virgo Maria triumphauit de antiquo ſerpẽte: poſtq̃
contriuit caput eius. ¶ Et ſic patet qualiter ex ſententia &
decreto dei fuit promulgatus triumphus virginis Mariæ cõ
tra diabolum: & fuit prænunciata exceptio eiuſdem a com-
muni ſententia aliorum: anteq̃ communis ſentẽtia promul-
garetur. cuius effectus patuit poſtea per experientiam. Naꝫ
omnes doctores concordant ꝙ virgo Maria fuit exempta
a triplici pœna inflicta omnibus mulieribus: quia nõ ex mẽ
ſtruo nec coitu: ſed ex puriſſimis ſanguinibus opere ſpiritus
ſancti Chriſtum concepit: vt patet Lucæ primo: & ſine do-
lore peperit: & non fuit viro ſubiecta: quia ſolum datus eſt
ipſi in obſequium & cuſtodiam: & vt teſtis ſuę virginitatis.
Item omnes concordant ꝙ fomes carnis in ea a principio
fuit extinctꝰ vel ligatus: & omnes concordant ꝙ non pote
rat peccare mortaliter nec venialiter: eo ꝙ a principio fuit
in gratia confirmata. Et iam tota eccleſia communiter te-
net cum Auguſtino ꝙ corpus eius non fuit in ſepulcro inci-
neratum: ſed quod anima in tertia die recuperauit corpus
glorioſum. Ex quibus patet: ꝙ in his ſex virgo Maria non
fuit comprehenſa nec ſubiecta communi ſententiæ datę &
latæ primis parentibus. Sed tota eccleſia non habet aliun-
de vnde hoc poſſit excuſare: niſi quia virgo Maria ante fuit
exempta: q̃ promulgaretur communis ſẽtentia, eo ꝙ erat
contritura caput ſerpentis: ne morderet eam. Ergo per eã-
dem rationem & locum auctoritatis cogimur dicere: ꝙ vir-
go Maria fuit exempta a morſu peccati & culpæ originalis
quia aliter non contriuiſſet caput ſerpentis. & per cõſequẽs
ſicut conceditur ꝙ virgo Maria triũphauit de ſerpẽte: quo
ad ſex morſus: ita triumphauit de illo quo ad ſeptimũ mor-
ſum, quod eſt peccatum originale: qui eſt primꝰ morſus quo
ſerpens mordet & ſauciat hominem in anima. Et ſic patet
qualiter virgo Maria perfecte contriuit caput ſerpentis &
triumphat de ipſo. Et hoc eſt quod intendebat dicere Salo
mon in perſona Chriſti, dirigens verba cantici ad virginem
Mariam, dicens. Tota pulchra es amica mea: & macula nõ
eſt in te: quaſi dicat: nulla macula peccati nec aliqua illaruꝫ
ſeptem pœnarum eſt in te, quę fuerunt inflictę in Adam ex
peccato eius & ſententia dei. ideo veni de libano puritatis:
& coronaberis. i. triumphabis de capite Amana. i. de capite
antiqui ſerpentis: quod contriuiſti. quod quidem caput cõ-
tritũ & calcatum ſub pede & calcaneo tuo nõ potuit te mor
dere aliquo illorum ſeptem morſuuꝫ. Quomodo autem vir-
go Maria fuit obligata in Adam quo ad naturam: ſed il-
la obligatio non potuit tranſire ad perſonam propter præ-
uiam ſanctificationem factam in primo inſtanti ſui eſſe: eo
ꝙ anima illa ſimul fuit creata & ſanctificata & infuſa: & ſic
ſimul fuit ſanctificata caro cum anima: & etiam caro potuit
ſanctificari ante animationem per virtutem ſancti ſpiritus:
& ſic perſona virginis non fuit obnoxia alicui peccato: ſed
ſemper fuit templum & tabernaculum ſpiritus ſancti a prin
cipio ſuæ creationis. Et quomodo omnes auctoritates ſacri
canonis & ſacrorum doctorum inductę contra hoc propoſi
tum non procedunt niſi de peccato naturæ: iam oſtenſuꝫ &
declaratum fuit largo modo in expoſitione pſalmi. xlv. & ſu
per Magnificat. & partim ſuperius in cantico. ij. Et ideo hic
non oportet immorari: ſed ſufficit oſtendere: quomodo vir-
go Maria trimphauit de capite Amana. id eſt de peccato
originali & actuali & veniali: & quomodo triumphauit de
corruptione & fomite carnis: & de triplici maledictione &
miſeria inflicta cæteris mulieribus.
¶ Vltimo triumphauit de morte: quia non potuit eam inci I
nerare: immo reſurrexit in corpus glorioſum. Et ſic patet
qualiter triũphauit de capite Amana, id eſt de capite ſerpẽ
tis antiqui quod contriuit. Et ſic non ſolum fuit benedicta
inter omnes mulieres: ſed etiam inter oẽs homines vtriuſq;
ſexus: quia in omni maledictione fuit immunis immo male
dictio Euæ & omnium hominũ fuit conuerſa in benedictio
nem Marię: vt inquit Auguſtinus. Secundo eſt videndum
quomodo virgo Maria triumphauit de vertice Sanir. Ad
cuius intellectum eſt notandum: ꝙ vltra Amana quatuor
montes pugnarunt contra virginem Mariam: de qui-

bus ipſa finaliter triumphauit.ſ.Sanir & Hermon & mõtes & cubilia leonum & montes pardorũ. Per quos quatuor mõtes intelliguntur quatuor poteſtates & cõditiones hominũ, qui conati ſunt impugnare virginem Mariam & eius virginitatem & dignitatem. Primus mons dicitur Sanir: quod interpretatur deus lucernę ſiue ſcientię. Et ſic vertex Sanir idem eſt quod altitudo ſiue tumor aut elatio & faſtus ſcientiæ philoſophiæ mundanæ. per quod intelligitur faſtus & elatio philoſophorum huius mundi. Hermon autem interpretatur anathema.i.maledictio & ſeparatio. per quem montem intelligitur iſte mundus & ſollicitudo eius: quę ſeparat homines a deo. vel intelliguntur omnes Iudei & omnes infideles, qui ſunt a deo ſeparati & maledicti. Per montes vero & cubilia leonum intelligũtur reges & principes huiꝰ mũdi: maxime populi gentilis & infidelis: & etiam per cubilia leonum intelliguntur templa idolorum vt patebit. Per mõtes vero pardorum in ſcriptura communiter intelliguntur omnes hęretici: eo ꝙ multis & falſis & fictis coloribus concinnarunt & palliarunt ſectas ſuas: & inter ſe varias habuerunt opiniones. Omnes ergo iſti pugnarunt contra virginẽ Mariam: ſed ipſa finaliter de eis triumphauit. Primo ergo omnes philoſophi volentes omnia comprehendere ſub natura, & de omnibus volentes reddere rationem, conati ſunt impugnare myſterium incarnationis, dicentes impoſſibile eſſe mulierem concipere ſine viro: & concipere & parere cũ virginitate: & eſſe matrem dei: & deum fieri hominem perſonaliter. Sed finaliter virgo Maria de philoſophis triumphauit. Nam Dionyſius ariopagita, qui apicem & vertices & principatus philoſophię Athenis obtinebat: credidit myſterium incarnationis & partum virginalem ipſius Mariæ: & factus eſt fidelis ad prędicationem Pauli cum multis aliis philoſophis: vt patet Actuum xviij. Item Gregorius Nazãzenus: & Baſilius & Euſebius: & Auguſtinus: & Clemẽs: & Dionyſius Alexandrinus: & alij innumeri ex philoſophis facti ſunt catholici & doctores eccleſiæ: qui omnes innumeros libros & tractatus & ſermones luculentos ediderunt de virginitate & dignitate virginis Mariæ. Ex quo patet: ꝙ virgo maria triũphauit de vertice Sanir.i.de altitudie & faſtu & elatione philoſophorum. Itẽ ſecundo triũphauit de vertice Hermon.i.de ſollicitudine huius mundi. Nam in tertio anno tenuit in hoc mundo: & fuit preſentata in templo: & dedicata ad ſeruitium dei vſq; ad eius deſpõſationem: quando ſimul cum voto virginitatis fuit deſponſata ipſi Ioſeph viro ſancto & iuſto & virgini. Et ſic ambo cum virginitate & paupertate duxerunt vitam humilem & pauperem Chriſto miniſtrantes. Et ſic patet qualiter virgo Maria triumphauit de faſtu & pompa huius mundi. Et triumphauit & de Hermon.i.de anathemate & maledictione Iudęorum: qui ſibi & ſuæ dignitati contradixerunt. Nam.xlij. anno poſt paſſionem Chriſti partim fuerunt fame conſumpti: & partim trucidati: & partim in captiuitatem redacti: & per mundum diſperſi: & ciuitas eorum ſimul cum regno fuit deſtructa & incenſa. Et quia reliquię illorum adhuc hodie cõtra virginem Mariam blaſphemare non ceſſant: ideo continue patiunt opprobria & frequentes cędes & clades & vaſtationes & expoliationes. Et ſic patet qualiter virgo Maria triumphauit de Hermon.i.de anathematizatis & maledictis Iudęis: & continue triumphat de ipſis. Item virgo Maria triumphauit de montibus & cubilibus leonum.i.de regibus & imperatoribus, qui per tricentos annos & vltra perſecuti ſunt chriſtianam religionẽ: quæ Chriſtum adorat & virginem matrem ſuam veneratur. Nam ipſi qui ante propter idola perſequebantur chriſtianos & virginem Mariam: poſtea ad fidem conuerſi deleuerunt idola: & templa idolorum conſecrauerunt in eccleſia Chriſti & virginis Mariæ. Et ſic illa templa quæ erãt cubilia leonum, facta ſunt eccleſiæ Chriſti & virginis Mariæ & cubilia ſanctorum. Et in cubilibus vbi prius habitabant dracones: ortus fuit viror calami & iunci: & fuit facta ſemita ſancta: nec fuit ibi ampliꝰ leo nec mala beſtia: vt dicitur Eſaię xxxv. Et ſic patet qualiter virgo Maria triumphauit de cubilibꝰ leonũ.ſ.de imperatoribus & tyrannis infidelibꝰ: quia finaliter omnes ſubiecit iugo Chriſti: & venerãtur ipſam cum deuotione: & cubilia leonum.i.templa idolorum conſecrauerunt in eccleſias Chriſti & virginis Mariæ: & aliorum ſanctorum. vnde principales eccleſię communiter ſunt dedicatę ipſi virgini Mariæ pro maiori parte vbiq; terrarum.

❡ Item vltimo triũphauit de K
mõtibus pardorũ.i.de oĩ turba & prauitate hæreticorũ. Nam in primitiua eccl'ia ſurrexerunt cõtra virginem Mariã Ebiõ & Cherinthus, dicentes virginẽ Mariã non eſſe matrẽ dei: ſed puri hominis & Ieſum Chriſtum totaliter ab ipſa incepiſſe. tñ hos conuicit beatus Ioannes euãgeliſta oſtendens Chriſtũ eſſe ab æterno ſecundum diuinitatem: & ex Maria ex tẽpore ſecũdũ verã humanitatẽ, dicẽs. In pricipio erat verbum &c. Et verbũ caro factum eſt.. Item poſtea ſurrexerunt Neſtorię dicentes duas eſſe perſonas in Chriſto.ſ.diuinam: & humanam & per conſequens virginem Mariã non eſſe matrẽ dei: ſed ſolius hoïs. Sed omnes iſti fuerunt cõdẽnati p eccleſiã I concilio Epheſino: vbi fuit oſtenſum & determinatum per ſacras ſcripturas, in Chriſto eẽ duas naturas in vna pſona tantũ & ſuppoſito: & p cõſequẽs virginem Mariã eſſe vnicã matrẽ dei & hoïs. Itẽ Manichęi pugnarunt contra virginem Mariã dicẽtes ipam nõ eſſe matrẽ dei: eo ꝙ Chriſtꝰ non erat verus homo niſi in apparentia: ſed erat ſolus deus quem cum tota ſua ſecta conuicit Auguſtinus per multos libros & tractatus, oſtendens Chriſtum accepiſſe veram carnem ex virgine Maria: & per conſequens ipſam eſſe veram matrẽ Chriſti dei & hoïs. Poſtea ſurrexit Heluidiꝰ blaſphemãs contra perpetuã virginitatẽ Marię: & dicens ꝙ licet virgo Maria conceperit & peperit Chriſtũ cũ integra virginitate: tñ poſtea genuerat alios filios ex Ioſeph. quẽ Heluidiũ beatus Hieronymus & Auguſtinus conuicerũt per ſingulas inuectiuas cõtra eum. Et ſic patet qualiter virgo Maria triumphauit finaliter de mõtibꝰ pardorũ.i.de oĩbꝰ ſectis hæreticorũ. ideo de ipa cãtat eccleſia: Gaude Maria virgo: cunctas hæreſes interemiſti in vniuerſo mundo. Ex ſupradictis patet quomodo virgo Maria triumphauit de ſupradictis quinq; montibꝰ: per quos intelliguntur quinq; poteſtates: quas ipſa ſuperauit. Et per conſequens virgo Maria nũq̃ habitauit in mõte Amana.i.in monte ſerpentũ: immo ipſa contriuit caput antiqui ſerpentis: & per conſequens non potuit ipſam aliquo morſu mordere: nec habitauit in vertice Sanir.i.in faſtu & tumore mundanę philoſophię: immo per ſuã humilitatem & fidẽ meruit trãſcendere oẽs mũdanã ſcientiam & philoſophiam: qñ fuit obũbrata per ſpiritũ ſanctũ in ſua annunciatione: & rapta vſq; ad tertiũ cælũ: vbi vidit arcana & myſteria incarnationis & noſtrę redẽptionis pfectius q̃ Paulus: prout dictum eſt ſuper pſalmo.lxvij. & ſup Magnificat. Item virgo Maria nunq̃ habitauit in Hermon.i.in anathemate & obſtinatione Iudæorum, nec in pompa huius mundi: quia renuens hunc mundum facta eſt ſpecialis miniſtra Chriſti: & ipſum ſecuta eſt ſemper cum virginitate & ſanctitate & humilitate vſq; ad paſſionem & reſurrectionem & aſcenſionem: prout dictum eſt ſuper Magnificat. Item non habitauit in cubilibus leonum: nec in montibus pardorum: quia omnes imperatores & tyrannos ſuperauit: & omnes hæreſes exterminauit & interemit, vt dictũ eſt. Sed ſemper habitauit in monte libano.i.in monte candido: & in monte puritatis & ſanctitatis: in quo nullus ſerpens nec beſtia nocens nec animal venenoſum poteſt habitare, prout ſupra dictum eſt ſecũdo cantico. Vnde ſicut mõs Libanus eminet ſuper omnes illos quinq; montes ſupradictos in altitudie quia eſt altior & excelſior illis: & ſuprat eos in vbertate & fertilitate. quia cum omnes illi ſint ſteriles:

iſte vero fœcũdus germinans arbores fructiferas & digniſſimas,puta cedros & huiuſmodi. Itẽ ſuperat illos montes in puritate.nam cum illi montes ſint pleni ſerpentibus & draconibus & leonibus & pardis & cæteris animalibus nociuis & venenoſis:ſolus Libanus eſt liber & mundus ab omni beſtia venenoſa.ideo ſecure paſcuntur in eo greges ouium & armenta boum. Ita ergo a ſimili virgo Maria per Libanum figurata ſuperauit omnes ſupradictas quinq; poteſtates.Primo in altitudine dignitatis.Secundo in fœcunditate virtutum.Tertio in puritate & munditia ab omni malo & vitio & peccato.Et ſic virgo Maria dicitur habitaſſe i Libano,& ſuperaſſe & triumphaſſe de illis quinq; poteſtatibus per illos quinq; montes intellectis.ideo dicit Chriſtus ad virginem matrem ſuam in die ſuæ aſſumptionis.O q̃ pulchra es amica mea,macula non eſt in te.Veni de libano:in quo ſemper habitaſti per excellentiam dignitatis quia mater dei:& per fœcunditatem ſanctitatis & omnium virtutum & gratiarũ : per & puritatem & munditiam & immunitatem ab omni vitio & peccato & morſu & veneno antiqui ſerpentis.Et ideo coronaberis & coronam accipies:& triumphabis de capite Amana.i.de antiquo ſerpente,qui te mordere nõ valuit.Et triumphabis de vertice Sanir.i.de omni philoſophia & ſcientia mundana:& Hermon.i.de pompa mundi & anathemate & obſtinatione Iudęorum:& de cubilibus leonum.i.imperatorum & tyrannorum:& de montibꝰ pardorũ.i.de temera præſumptione hæreticorũ.quaſi dicat.Veni de Libano gratiæ in montes aromatum ſupernę gloriæ: & coronaberis & coronam gloriæ obtinebis pro ſupradictis triumphis.Et ſic patet quomodo omnes iſti triumphi virginis Mariæ poſſunt applicari ad duodecim dignitates eiuſdem:quæ fuerunt aſſignatę in expoſitione ſuper Magnificat.Et ideo prudens & deuotus lector nõ dedignetur hic & ibi contemplari.Et hoc de ſecundo quæſito.

L ❡Tertio dubitatur propter id quod dicit ſponſus in hoc q̃rto cantico.ſ.Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa in vno oculorum tuorum:& in vno crine colli tui.Et ideo videndũ eſt quis eſt iſte oculus & crinis quo virgo Maria vulnerauit Chriſtum & quomodo potuit ipſum vulnerare : vt deſcenderet de cælo. Ad quod eſt dicendum : ꝙ oculus dicitur quaſi lumen occultum.Et ideo prius verificatur de oculo mentali interiori;ſcilicet de recta & occulta intentione: q̃ de oculo corporali & exteriori.de quo quidem oculo interiori ait ſaluator Matthęi.vj.Lucerna corporis tui eſt oculus tuus:ſi oculus tuus fuerit ſimplex:totum corpus tuum lucidum erit:ſi autem oculus tuus fuerit nequam:totum corpus tuum tenebroſum erit.Ex dictis ſaluatoris patet ꝙ ſimplex & recta intentio eſt vnus communis oculus totius hominis.quæ quidem recta intentio fundatur in humanitate & ſimplicitate cordis.Et ſic dicit Auguſtinꝰ:ꝙ ſimplicitas & humilitas eſt fundamentum & origo omnium virtutum: & quaſi lucerna & oculus dirigens omnes virtutes:quæ quidem humilitas naſcitur & prouenit ex cognitione ſuiipſius in homine.Nam homo cognoſcens ſeipſum & naturam ſuam miſeram & fragilem & vitiatam ex inobedientia & peccato primorum parentum:tunc humiliatus incipet a contẽptu ſui vſq; ad amorem dei:& videns ſe ita fragilem & pronum ad peccandum non deſpiciet proximum:immo miſerebitur fragilitati ipſius proximi.& in hoc conſiſtit vera humilitas..ſ.incipiendo a contemptu ſui vſq; ad amorem dei & proximi.Quæ quidem humilitas naſcitur in homine ex cognitione ſuiipſius:ſicut ſuperbia per oppoſitum naſcitur ex inconſideratione ſuiipſius. Quia ſi quis conſideraret & cognoſceret ſeipſum,non eſſet ſuperbus:ſed humilis. Et iõ dicit Iuuenalis & omnes philoſophi & poetæ:ꝙ hoc verbum,Cognoſce teipſum:deſcendit de cælo in lamina aurea ſcriptum in templum Apollinis. Et ſic dicit etiam Auguſtinus:ꝙ ſicut ſuperbia quæ eſt initium omnis peccati: eſt prima ſuggeſtio diaboli:ita humilitas quæ eſt initium omnis virtutis eſt primum donum dei.Et ſic patet qualiter humilitas in homine,eſt quidam communis oculus dirigens omnem virtutem:quia caſtitas ſine humilitate nihil prodeſt:vt inquit Gregorius.Poteſt etiam dici ꝙ duplex eſt oculus interior hominis.ſ.oculus rectus & ſimplex.& iſte dicitur oculus dexter:quo homo iuſtus omnia recte reſpicit. Alter aũt dicitur oculus ſiniſter:quo hõ nequam omnia ſuperbe & ficte & fraudulẽter videt.Et ideo virgo Maria nõ vulnerauit Chriſtum oculo ſiniſtro:ſed oculo dextro:ſcilicet humilitatis & ſimplicitatis:vt faceret ipſum de cælo in terram deſcendere.Item etiam eſt aduertendum:ꝙ quælibet virtus dicitur quidam oculus animæ.nam iuſtitia eſt quidam oculus quo anima omnia recte iudicat & videt & operatur omnia iuſta.Et fortitudo eſt oculus quo anima omnia fortia videt & aggreditur.Et temperantia eſt oculus quo anima omnes electiones temperate videt:& omnia caſte videt.Sed humilitas eſt illa virtus & oculus quo omnes virtutes dirigit & retrahit a ſuperbia.Et ideo hũilitas eſt tantæ perfectionis,ꝙ non ſolum eſt amabilis & acceptabilis deo:ſed etiam omnibus hominibus.Sed quia iſte oculus humilitatis perfectius fuit in virgine Maria:q̃ in aliqua alia creatura:ideo oculus humilitatis virginis Mariæ intantum vulnerauit filium dei:ꝙ fecit ipſum deſcendere de cælo in vterum eius & ſumere carnem ex ea:quando dixit.Ecce ancilla domini fiat mihi ſecundum verbum tuum.Et ideo dixit Maria in ſuo cantico.Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.vt patet Lucæ primo.Et ſic patet:ꝙ inter alios oculos virtutum virginis Mariæ oculus humilitatis fuit ille qui vulnerauit cor ipſius filij dei:vt deſcenderet de cælo in vterum eius.

❡Sed eſt iterum aduertendum ſecundum Auguſtinum: M
ꝙ ſicut humilitas eſt origo & radix & oculus omnium virtutum : ita pariter charitas eſt forma & vltima perfectio earundem.quia nulla virtus theologalis aut moralis eſt meritoria:niſi fuerit informata charitate.& ſic omnis vera virtus incipit ab humilitate:& finitur in charitatem. Et ideo oſtendit Auguſtinus quinto de ciuitate dei ꝙ apud Romanos & vniuerſaliter omnes gentiles nulla fuit vera virtus moralis:eo ꝙ eis nulla fuit vera humilitas nec charitas:ſed honoris ambitio:& gloriæ cupiditas.Sed quia virtutes ſunt ornatus animi:vt inquit Cicero.vnde ſicut crines ornãt collum pulchræ mulieris:ita virtutes ornant animum.ideo Salomon in hoc loco per crinem colli ſponſæ intelligit virtutes:quæ ornabant virginem Mariã.& p collum intelligit ipſam virginem Mariam:quæ dicitur collum totius corporis eccleſiaſtici. Nã ſicut in corpore humano imediate poſt caput & ſub capite collocatur collum:per quod a capite in omnia membra inferiora deſcendit omnis ſenſus & motus & vita.ita pariter in corpore eccleſiaſtico virgo Maria collocatur immediate poſt Chriſtum:per quam a Chriſto deſcendunt ad nos omnia dona gratiarum interceſſiue:prout eſt mediatrix inter nos & Chriſtum filium ſuum & caput noſtrum. Sicut fuit declaratum in expoſitione ſuper Magnificat.Et ideo quia inter crines virtutum quæ deſcendunt a capite noſtro Chriſto:& ornant collum virginis charitas dicitur principalis & forma omnium:ideo dicit ſponſus:ꝙ ſicut ſponſa vulnerauit cor eius in vno oculo:ſcilicet humilitatis ita vulnerauit cor eius in vno crine colli eius, qui fuit crinis charitatis.Et ſic aſſerit Chriſtus ꝙ humilitas & charitas virginis Mariæ vulnerauerunt cor eius:& fecerunt ipſum deſcẽdere de cælo in terram & in vterum eius.quia excelſus dominus:& humilia reſpicit : & alta a longe cognoſcit.pſalmo.cxxxvj.Sed tunc inſurgit maior difficultas & maius dubium. Nam ſi humilitas datur a ſolo deo:& charitas cum cæteris

virtutibus deſcendunt a ſolo Chriſto capite noſtro:& ornaruerunt virginem Mariam ſicut crines deſcendentes a capite ornant collum.ergo quomodo iſtę virtutes potuerunt vulnerare & mouere filium dei ad veniendum in carnem:ſi virgo Maria non habuit has virtutes a ſe nec ex natura ſui:ſed fuerunt ipſi largitę ex gratia Chriſti?

N ¶ Ad hoc reſpondetur,ſicut dictum eſt ſuper Magnificat: ꝙ filius dei non reſpexit hũilitatem cum cæteris virtutibus in Maria tanq̃ formam efficientem:ſed tanq̃ formaꝫ diſponentem:vt a deo diligeretur:& vt eius mater efficeretur:ſicut aurifex facit anulum: & cęlat gemmam p̃tioſam in eo: & ſic diligit anulum & magnipendit ipſuꝫ propter lapidem prętioſum,quẽq; in ipſo cęlauit.Ita pariter deus creauit virginem Mariam:& in creando omni genere virtutum ornauit & decorauit:& ſufficienter diſpoſuit:vt eſſet digna fieri mater dei:vt ex ipſa carnem aſſumeret.Et ſic Chriſt⁹ reſpexit in virgine matre ſua & dilexit humilitatem & charitatẽ & cętera bona ſpiritualia:quæ a primo inſtanti ſuę creationis in ea plãtauit.Et ſic iſta humilitas caſta ſiue humilis virginitas:fuit vnus ocul⁹:& charitas vnus crinis:quibus virgo Maria vulnerauit cor Chriſti ſponſi ſui:vt deſcẽderet in vterum eius.Ex quo patet ꝙ virgo Maria prius fuit ſpõſa Chriſti q̃ mr̃.Naꝫ a principio ſui eſſe fuit ſponſa ornata monilib⁹ ſupradictis:ſed poſtea in decimotertio anno facta eſt mater eius per myſterium incarnationis.Et hoc de tertio quęſito: & toto quinto Cantico.

## Incipit Sextum Canticum.

Vrge aquilo:& veni auſter.
Perfla hortum meum:
Et fluent aromata illius:
Veniat dilectus meus in hortum ſuum:
Vt comedat fructum pomorum ſuorum.
Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa.
Meſſui myrrham meam cum aromatibus meis:
Comedi fauum cum melle meo:
Et bibi vinum meum cum lacte meo.
Comedite amici & bibite:
Et inebriamini chariſſimi.
Ego dormio & cor meum vigilat:
Vox dilecti mei pulſantis.
Aperi mihi ſoror mea:
Amica mea:columba mea:
Immaculata mea:
Quia caput meum plenum eſt rore.
Et cincini mei guttis noctium.
Expoliaui me tunica mea:
Quomodo induar illa?
Laui pedes meos:
Quomodo inquinabo illos?
Dilectus me⁹ miſit manũ ſuã ꝑ foramẽ:
Et vẽter meus intremuit ad tactũ eius.
Surrexi vt aperirem dilecto meo.



Manus meę ſtillauerunt myrrham:
Et digiti mei pleni myrrha probatiſſima.
Peſſulum oſtii mei aperui dilecto meo.
At ille declinauerat atq; tranſierat.
Anima mea liquefacta eſt
Vt dilectus locutus eſt
Quæſiui & non inueni illum.
Vocaui & non reſpondit mihi.
Inuenerunt me cuſtodes:
Qui circuierunt ciuitatem:
Percuſſerunt me:
E[illegible] vulnerauerunt me.
[illegible]ulerunt pallium meum
Cuſtodes murorum.

Vrge aquilo & veni auſter.

¶ Hoc eſt canticum ſextum:in quo Salomõ cantat & explicat mortem & paſſionẽ Chriſti:vndę habẽt virtutẽ & efficaciã & originem oĩa eccleſiaſtica ſacramenta & omnia ornamenta & bona ſpiritualia:quibus Chriſtus ornauit & dotauit & decorauit eccleſiam ſponſam ſuam,prout Salomon præuidit in ſpiritu ꝑ mortem Moyſi.Ad cuius intellectum eſt notandum prout legitur Deutero.xxxiij.& xxxiiij ꝙ poſtq̃ Moyſes comminatus fuerat maledictionem & punitionem obſtinatis filijs Iſrael ſecundum carnem:qui Chriſtum erant crucifixuri:& in eadem perfidia permanſuri:aſcendit in montẽ Abarim: & conſiderando illam terram præuidit in ſpiritu totam futuram diſpoſitionem & multiplicationem eccleſię & filiorũ Iſrael ſecundum ſpiritum & promiſſionem per Chriſtoꝫ ex duodecim apoſtolos regenerandorum. Et ſic benedixit filijs Iſrael ſecundum ſpiritum & promiſſionem. Et poſtea mortuus eſt Moyſes in illo monte:& ſepeliuit eum domin⁹ per angelum ſuum Michaeleꝫ:vt dicitur in canonyca Iudę. nec amplius inuentum eſt corpus eius:nec aliquis nouit ipſū vſq; in præſentem diem.& ideo fleuerunt eum filij Iſrael. xxx.diebus.Per quod myſterium præuidit Salomon in ſpiritu:qualiter Chriſtus per Moyſen figuratus primo debebat prænunciare & comminari Iudæis crucifixoribus ſuis & obſtinatis futuram damnationem.prout fecit Matthæi.xxij. &.xxiij.&.xxiiij.& poſtea benedicere eccleſiæ ſuæ.ſ.apoſtolorum & diſcipulorum & omnium fidelium futurorum.ꝑot fecit Ioan.xiij.capitulo.vſq; ad.xvij.incluſiue.Poſtea debebat aſcendere in montem crucis & ibi pro omnib⁹ nobis realiter mori:& in ſepulcro ſepeliri:cuius corpus de cætero nemo mortale & paſſibile poterat videre:quia poſtq̃ ſurrexit amplios non moritur:nec mors illi vltra dominabitur.Item præuidit in ſpiritu qualiter tota eccleſia apoſtolorum & mulierum debebat facere magnum planctum ſuper mortem Chriſti:& quęrere eum in ſepulcro:ſed non amplius ipſum mortalem reperire,ſicut factum eſt:prout referunt omnes euangeliſtæ.Omnia ergo iſta præuidens Salomon in ſpiritu fecit hoc ſextum canticum in quo introducit Chriſtum cãtantem & explicantem myſterium ſuæ paſſionis & mortis. Duo ergo facit Salomon in hoc cantico.Nam primo introducit Chriſtum explicantem ſuam paſſionem.Secundo introducit eccleſiam diſcipulorum & mulierum deflentem paſſionem ſponſi ſui Chriſti:& quærentem ipſum in ſepulcro.ibi Surrexi vt aperireꝫ dilecto meo. ¶ Quãtõ ad primũ O
eſt valde notandũ:ꝙ Salomõ cõſiderat Chriſtum redem-

ptorem tanq̄ vnū corpus aromaticum:ſiue tanq̄ vnam apo-
thecā,ſiue tanq̄ vnū hortū plenū arboribus & plātis aroma
ticis.qui quidem hortus contrarijs ventis paſſionis agitatus
emiſit diuerſos odores pretioſiſſimos:ex quibus fuerunt cō
fecta pretioſiſſima vnguenta ad ſananda vulnera peccato-
rum.Sed quia odor eſt valde diffuſiuus & multiplicatiuus,
prout dicit commentator in ſecundo de anima:quia vultu-
res vltra mille miliaria venerunt ad corpora mortuorum in
bello Troiano,ſentientes de longinquo odorem eorum:idō
tantę virtutis fuit dolor Chriſti ꝙ per quater mille ānos añ
eius aduentum omnes patres vet.teſt.ſenſerunt eius odorē.
Et ſic Adam & Abel & Noe & omnes poſteri fideles iam
currebant ad Chriſtum per odorem fidei ipſius prout dictū
eſt in primo cantico.Item ſecundo eſt etiam cum fide & cha
ritate aduertendum ſecundum Auguſtinum ſuper Ioan.&
ſup Gene.ꝙ ſicut tota Eua erat virtualiter ī illa coſta Adę
intra ipſum Adam anteq̄ formaretur & exiret de latere eiꝰ
in mulierem:ita pariter tota eccleſia erat virtualiter in cor
pore & ventre Chriſti ante paſſionem:quæ poſtea exiuit de
latere Chriſti:quando miles aperuit ipſum:& exiuit ſanguis
& aqua.vnde habent virtutem & efficaciam omnia eccle-
ſiaſtica ſacramēta.Et ſic aſſerit Augu.ꝙ tota eccleſia erat
virtualiter in corpore Chriſti:& exiuit realiter de latere eiꝰ
per mortem & paſſionem.Sed cum iſta eccleſia ſpōſa Chri-
ſti dicatur hortus concluſus & fons ſignatus:& hortus ī quo
creſcunt & germinantur poma & aromata eccleſiaſtica:eſt
ergo dicendum ꝙ totus iſte hortus aromatum virtualiter
erat in corpore Chriſti ante mortem & paſſionem:ſed per
talem paſſionem iſte hortus emiſit & expirauit odorem &
aromata fructuum & eccleſiaſticorum ſacramentorum ad
extra.Ex quibus aromatibꝰ ꝯſtat formaliter eccleſia prout
P dictū eſt. ¶ Sed ſicut arbores aromaticæ non emittunt odo
rem niſi quando contrarijs ventis agitantur:ita pariter cor
pus Chriſti in quo virtualiter continebantur aromata eccle
ſiaſtica,noluit illa emittere niſi valde agitatum ictibus,&
vulneribus percuſſum.Vnde arbor myrrhę duobꝰ modis di
ſtillat liquorem ſuum:vno modo in menſe Martij & Apri-
lis:quando agitatur ventis contrarijs:& illa dicitur myrrha
prima:ſed pauca.Sed poſtea agricolæ faciunt inciſurā in cor-
tice lateris illiꝰ arboris:& tunc emanat myrrha copioſa.Ita
pariter fuit in paſſione Chriſti.nam primo Iudæi & gentiles
tanq̄ venti contrarij agitarunt & percuſſerunt & flagellarūt
corpus Chriſti:& tunc ille ſanguis flagellorum & etiam cla
uorum fuit quaſi myrrha prima.ſed poſtea miles aperuit lā-
cea latus Chriſti:& tunc exiuit copioſe ſanguis & aqua q̄ſi
myrrha ſecunda ī medelam & ſalutem omniū peccatorum.
Et ideo in hoc libro ſemper per myrrham intelligitur ſan-
guis & paſſio Chriſti.& ſic etiam per omnia alia aromata
Q hic memorata. ¶ Iterum autem eſt aduertendum ſecundū
Auguſtinum & magiſtrum primi ſententiarum diſtinctione
vltima:ꝙ quatuor voluntates concurrunt in mortem & paſ
ſionem Chriſti.ſ.voluntas bona dei patris:qui propter ni-
miā charitatem qua dilexit nos:miſit filium ſuum in ſimili-
tudinem carnis peccati:vt damnaret peccatum noſtrum in
carne ad Roma.viij.Secunda fuit mala voluntas Iudæorum:
qui ex inuidia & malitia occiderunt eum,ne regnaret ſuper
eos:& ne perderent locum & gentem.Ioan.xj.Tertia fuit
bona voluntas patriarcharum & prophetarum & omnium
fidelium veteris teſtamenti,petentium Chriſtum vt veniret
in carnem ad liberandū genus humanū:vt patet per totum
diſcurſum legis & prophetarū:vt patuit in primo cātico.Quar
ta fuit voluntas Chriſti,qui ſponte tradidit ſemetipſum ꝓ no
bis.primo vt placeret & obediret deo patri:vt patet Matth.xxvj.
& Lucę.xxij.cū dixit patri.Fiat voluntas tua.ſecūdo vt toti ge
neri humano ſubueniret:& ipſū liberaret:vt ipſe dicit.Ioā.
x.Animam meā pono pro ouibus meis.Et ſic dicit Auguſt.
ꝙ bona voluntas patris & filij & etiā oim fidelium fuit cō-
pleta per malam voluntatem Iudeorum.Sed mala voluntas
Iudęorum dicitur contraria voluntati patris & filij & fide-
lium quantum ad intentionem & finem:ideo iſtę volunta-
tes.ſ.dei patris & Iudęorum deſignantur per duos ventos cō-
trarios.ſ.per aquilonem & auſtrum.Quatuor ergo venti.i.
quatuor voluntates deſignatę per quatuor ventos perflaue-
runt & agitauerunt hortum Chriſti vt fluerent & expirarēt
aromata paſſionis eius ad noſtram ſalutē. ¶ Quę quidem R
q̄tuor volūtates deſignant̄ ꝑ q̄tuor vētos.Nā ꝑ aqlonem de
ſignatur mala & frigida & atrox & inuida volūtas Iudęorum
Et per auſtrū deſignatur voluntas patris.Et per orientalem
ventū deſignatur voluntas filij.Et per occidentalē deſigna
tur volūtas oim fideliū.Et ꝑ has quatuor volūtates cōcurren-
tes ad paſſionē Chriſti explicat Salomō per Chriſtū in par
te.vnde ait.O aquilo.i.aſpera & frigida voluntas Iudęorum
per defectum charitatis:ſurge cum impetu & violentia con
tra me:Et o tu auſter.i.benigna & charitatiua voluntas pa
tris veni,& ſimul cum aquilone perfla & agita hortum meū
.i.corpus meum per mortem & paſſionem:& fluant & expi
rent & emanent aromata illius per vulnera flagellorum &
clauorum & lanceę in virtutem & efficaciam ſacramentorum.
Et nota ꝙ in hac locutione explicatur ſpontanea voluntas
Chriſti filij patris,quæ excitat volūtatem patris & Iudęorum
vt ſurgant & veniant ad perflandum hortū eius.vnde Chri
ſtus voluntarie & ſponte ſe obtulit Iudęis,qñ dixit apoſto-
lis.Ecce aſcendimus Hieroſolimā & filius hominis tradet̄
Item qñ dixit Iudęis.quem quęritis?ego ſum ſi ergo me q̄ri
tis ſinite hos abire.Item tunc ſe ſponte obtulit patri qñ dixit
Fiat voluntas tua.Et ſic patet triplex voluntas.Sed quarta
.ſ.voluntas oim fideliū vet.teſt.explicatur cum ſubditur in
perſona ſponſæ.Veniat dilectus meus in hortum ſuum.Vñ
ſponſa.i.tota eccl'ia fidelium ve.te.vſq; ad Zachariā & Si-
meonem & Ioſeph & virgines Mariā incluſiue cum magno
deſiderio vocat Chriſtum vt veniat in hortū paſſionis & col
ligat & comedat & guſtet fructū ſuæ paſſionis ad fideles re
ficiendos & viuificandos & nutriendos.Dicit ergo ſponſa.
Veniat dilectus meus in hortum ſuum.i.ſuę paſſionis:vt co-
medat fructum pomorum ſuorum.ſ.recipiat alapas & flagella &
vulnera.quaſi dicat:ſicut Adam comedit pomum ligni ꝓ-
hibiti in horto paradiſi in perniciem totius generis humani
ita veniat dilectus meus in hortum paſſionis:& comedat fru
ctum pomorum ſuę paſſionis in ſalutem omnium credentiū.
Deinde cum dicit.Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa.
hic ponitur gratioſa ſponſi reſponſio annuentis votis & pe
titionibus ſponſæ.Vnde ē aduertendū:ꝙ tota paſſio Chri-
ſti fuit actus iuſtitiæ & punitionis pro peccato primorum pa
rentum & raptu cibi prohibiti,quē rapuerunt in horto pa-
radiſi contra voluntatem dei.qui quidem fructus licet eis vi
ſui fuerit pulcher & dulcis:tñ nobis fuit fœtidus & amarus:
inquantum corrupit totum genus humanū.Et ideo Chriſtꝰ
qui voluit ſuperare diabolum:nō ſola potētia:ſed vera iuſti
tia:voluit ſe ꝓ nobis luere & pati pœnam illiꝰ pc̄ci:& quod
non rapuit voluit exoluere.Vnde ſicut Adam in horto pa-
radiſi commiſit crimē:ita Chriſtus expiator illius ſceleris vo
luit intrare hortum Getſemani:& ibi orauit ꝓ Adam & oi-
bus poſteris eius:& ibi voluit capi & ligari:& trahi:& percu
ti per miniſtros pontificum.Item quia Adam extendit ma-
nus ad arborem & rapuit fructum prohibitum:ideo Chriſtꝰ
extendit manus & brachia in arbore crucis:& ibi fuit mani-
bus & pedibus conclauatus & lancea percuſſus.Item Adam
comedit pomum dulce ad veſcendum:ſed Chriſtus bibit a-
cetum myrrhatum & amariſſimum in cruce. Sed licet illa
paſſio fuerit Chriſto amariſſima ſicut myrrha:tamen fuit
nobis dulciſſima ſicut mel quo ad effectum:& fuit odorife-
ra ſicut omnia aromata confortatiua & inebriatiua ſicut vi
num.& nutritiua/ſicut lac.Et ideo ponuntur hic & memo-
rant̄ ſex liquores qbꝰ paſſio Chriſti cōparat̄ quo ad effectū

quem fecit nobis.ſ.myrrha & cętera aromata:& fauus cum
melle:& vinum cum lacte. Vnde licet myrrha ſit amara tñ
eſt maloꝝ humoꝝ purgatiua:& a corruptione pręſeruati-
ua. Ita paſſio Chriſti licet fuerit ipſi amara & doloroſa, tñ
fuit malorũ humoꝝ noſtri peccati purgatiua:& a futura cor
ruptione pſeruatiua:& hoc p virtutẽ quam contulit baptiſ-
mo ad purgandũ peccatũ originale:& pœnitentiæ ad pur
gandũ actuale & veniale. Et eſt pſeruatiua a corruptione p
ſacramentũ confirmatiõis. & ſic paſſio Chriſti fuit ſicut myr
rha quæ diſtillat ex latere illius arboris. Item ſicut omnia
aromata licet ſemel ſint ex arbore collecta:tamen ſemp ex
pirant & redolent odores ſuauiſſimũ:ita pariter paſſio Chri
ſti licet ſemel fuerit facta & collecta ex arbore crucis:tamẽ
ſemper redolet & emittit ſuauiſſimum odorem aromaticũ:
& diſtillat ſuum ſaporem dulciſſimum ſicut fau⁹ & ſicut mel
Eſt ergo nobis paſſio Chriſti per virtutes quam contulit ſa-
cramentis, purgatiua ſicut myrrha:odorifera ſicut oia aro-
mata:& diſtillatiua virtutis, ſicut fau⁹:& dulciſſima ſicut mel:
& cofortatiua & ĩebriatiua ſicut vinũ:& nutritiua ſicut lac:
maxime per ſacramentum euchariſtię. Hos autem fructus
dicit Chriſt⁹ ſe collegiſſe ex horto paſſionis & comediſſe &
guſtaſſe in arbore crucis. Dicit ergo Chriſtus. O eccleſia ſo-
ror mea per aſſumptionem humanitatis:& ſponſa mea per
myſticam vnionem & in fide deſponſationem iam veni in
hortum meum huius peregrinationis & paſſionis, & in hor
tum orationis, vt annuerem votis & clamoribus tuis quibus
ab initio mundi me vocaſti per patriarchas & prophetas &
fideles ve.te. Et iam meſſui myrrham meę paſſionis cũ aro
matibus meis.i.cum odoriferis effectibus & virtutibus meæ
paſſionis:& iam comedi fauum cum melle meo omnibus
fidelibus dulciſſimo. Et iam bibi vinũ vobis confortatiuũ,
cum lacte meo ad veſtram nutritionem & refectionem. Co
medite ergo amici hunc fauum mellis quod pro vobis para
ui:& bibite & inebriamini hoc vino charitate & virtutis ine
briatiuę & nutritiuę:quia hunc cibum & potum deſidera-
runt oẽs patriarchę & prophetę & oẽs fideles veteris teſta-
mẽti.quẽ cibũ & potũ nõ potuit dare Moyſes nec ẽt lex per
ipm data:quẽ cibũ nõ poteratis recipere niſi p mortẽ & paſ
ſionẽ meã. Iã ergo eſt temp⁹ recipiendi iſtũ cibũ & potum
ex mea paſſione manantem:quia etſi ego dormio ſomno
mortis.tñ cor meũ vigilat in veſtra redemptiõe. vnde licet
videatis me vere mortuũ in cruce & in ſepulcro:tamen cor
meum.i.aia mea vigilat:quia deſcendit ad inferos ad con-
demnandũ diabolũ & liberandos ſanctos patres & fideles.
Vnde nota:ꝙ licet Chriſtus penderet mortu⁹ in cruce:& ia
ceret in ſepulcro:tamen ſemper vigilabat in exercendo opa
noſtrę redẽptionis.nam anima eius vnita cum verbo iudica
bat diabolum in inferno diſcutiendo & examinando cauſaꝫ
noſtram:& corpus eius vnitũ eidem verbo ſemper diſtilla-
bat virtutẽ & merita illi⁹ paſſiõis ad nrãm ſalutẽ. Et diſtilla-
bat virtutẽ ſacramentoꝝ.nã poſt emiſſionẽ ſpũs miles lan-
cea aperuit latus eius:vnde exiuit ſanguis & aqua in remiſ-
ſionem & ptiũ peccatoꝝ & virtutẽ ſacramẽtoꝝ. Et ſic licet
Chriſtus eſſet vere mortuus:tamen cor eius ſemper vigila-
bat exercendo opera noſtrę redẽptionis.vnde mors eius di
cta eſt dormitio propter facilitatem reſurrectiõis & euigila
tionis. Itẽ Chriſtus dicebat ſe in illa morte dormire ꝓpter
firmã ſpẽ reſurrectiõis. Et dicebat ſe vigilare propter conti
nuum exercitiũ & vnicũ actuꝫ noſtrę redẽptionis:quia dum
eſſet iam mortuus fuit in latere vulneratus:vnde exiuit pre
tiũ noſtrę redẽptionis. Et ſic vigilabat in noſtra redẽptione
nõ ſolũ quo ad aĩam:ſed etiã quo ad corpus. Vnde notãdũ:
ꝙ totã iſtã cantilenã cãtauit & oia iſta verba dixit Chriſtus ĩ
cruce:& oia iſta verba audierũt virgo maria & Ioannes euã
geliſta:q erant ibi iuxta crucem tanq̃ ꝓcuratores pro tota
eccleſia:& etiam magdalena & alię mulieres quę erant nõ
longe a cruce. Nã cũ Chriſtus dixit, Sitio:vocabat oẽs fi-
deles cum magno deſiderio ad guſtandũ fructũ ſuæ paſſiõis
vt inquit Auguſtin⁹. Iõ ſponſa audiens vocẽ Chriſti vocan-
tis eã de cruce ad guſtandũ fructũ ſuę paſſionis, dicit. Vox di
lecti mei pulſãtis.i.audita eſt mihi vox dilecti mei pulſantis
ad oſtiũ meũ. ❡ Ad cui⁹ intellectũ eſt notandũ:ꝙ Salomõ S
comparat in hac parte ſollicitudines Chriſti in nrã redẽptio
ne ad ſollicitudinẽ ſpõſi & amãtis tẽporalis erga ſuã ſponſã
ſiue amaſiã. Nã cõſuetudo eſt amãus:ĩ nocte dũ cęteri dor-
miunt venire ad oſtiũ ſponſæ:& ibi cãtare & exponere amo
rem ſuum & laborẽ & dolorẽ quẽ patitur & ſuſtinet amore
eius.immo ponit manũ per feneſtrã pulſando & faciendo ſi
gnũ intra domũ vt ipm audiat ſponſa. Et ſi ſpõſa diligit eũ,
cõpatiens illi ſurgit a lecto:vt aperiat ipſi:& confabulentur
adinuicẽ:& reddat ipſi vicem amoris. Ita ergo pariter fecit
Chriſtus ſpõſus noſter in noſtra redẽptione. Nã dũ nos eẽ-
m⁹ in lecto tenebraꝝ & pctõꝝ & ignorãtię:& in nocte ce-
rimonialiũ & ſupſtitionis gẽtilitatis:venit de cęlo in terrã &
p tres annos pulſauit ad oſtiũ noſtrũ cãtando doctrinã euan
gelicam. Et tandẽ venit ad oſtiũ crucis:p quod intramus in
iſtã eccliam p gratiã:& ibi poſuit manũ ſuã per foramẽ, qñ
ibi fuit cõclauat⁹:& lãcea pcuſſus:& ibi vocãdo nos ad fideꝫ
& gratiã & fructũ ſuæ paſſiõis cãtauit iſtã cãtilenã:quã Sa-
lomon explicat in hoc loco:in quo cãtico Chriſtus explicat
labores & dolores quos pro nobis ſuſtinuit & paſſ⁹ eſt:& ex
plicat amorem quem gerebat erga eccleſiã ſponſam ſuam.
Et hoc explicauit per ſeptem verba q̃ dixit pendendo ĩ cru-
ce. ❡ Quorum primum verbum direxit ad patrem, dicens. T
Heli heli lamatzabatani.i.deus deus meus vt pd dereliquiſti
me.i.quare dereliquiſti mẽbra mea. & totũ genus humanũ
p tot tẽpora in in poteſtate diaboli propter peccatum ipſi⁹
Adam? Et quare me dereliquiſti in poteſtate Iudæoruꝫ:vt
ego patiar pro peccato omnium hominum. Secundum ver
bum direxit ad patrẽ pro oibus peccatoribus, dicens. Pater
ignoſce illis:quia neſciunt quid faciunt. Tertium verbum di
rexit ad latronem pendentem & veniam petentem, dicens.
Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Quod qui-
dem verbũ dirigitur omnibus pœnitentibus. Quartũ verbũ
direxit ad matrẽ, dicens. Mulier ecce filius tuus. & ad diſci-
pulũ: Ecce mater tua. Vbi non appellauit eã matrẽ:ſed mu
lierẽ:ad oſtendendum ꝙ Chriſtus patiebatur. ibi tanq̃ per
ſona communis & caput eccl'ię. Et ſic virgo Maria erat mẽ-
brum Chriſti: Et per conſequens ita patiebatur pro ea ſicut
ꝓ cæteris. Naꝫ illa gr̃a qua virgo Maria fuit ſanctificata in
primo inſtãti ſui eſſe, per quã fuit pſeruata ab originali pec
cato traxit virtutem ex paſſione Chriſti. Ideo virgo Maria
fuit vere redempta & perfectius q̃ cęteri, ſicut dictum fuit in
expoſitione pſalmi.xlv. & ſuper Magnificat. Et ideo Chri-
ſtus in cruce non appellauit eam matrem:ſed mulierem, tã
q̃ membrum eccleſię cum cæteris redemptũ. Quintum ver
bum fuit. Sitio. Per quod verbũ oſtendit Chriſt⁹ deſideriũ.
ſalutis & redẽptionis omnium noſtrum. Et ſic per tale ver-
bum vocabat omnes ad participandaꝫ ſuam paſſionem, vt
inquit Auguſtinus. Et ſic in hoc verbo includitur totum iſtũ
canticum, vt videbitur. Sextum verbum quod dixit:fuit, Cõ
ſummatum eſt. Per qđ oſtendit Chriſtus ꝙ omnia myſteria
& promiſſa patriarcharum:& dicta omnium prophetarum
erant in ſe completa & verificata. & per conſequens ꝙ iam
fecerat debitum ſuum quo ad paſſionem & noſtrarum redẽ
ptionem animarũ:quia non reſtabat niſi reſurrectio quo ad
redemptionem corporum. Septimum & vltimum verbum
fuit qñ dixit. In manus tuas commendo ſpiritum meuꝫ. Vbi
commendauit etiam patri aĩas omniũ fideliũ & credentiũ.
Sed cum poſtea ſubdit: Redemiſti me domine de⁹ veritatis:
loqtur in perſona membrorũ:qa Chriſtus in capite non fuit
redemptus:ſed redemptor ſuorum membrorum. Sed appel
lat patrem redemptorem inquantum accep:auit paſſionem
filij in pretium noſtrę redemptionis:vt dictum eſt pſal.xvij.

&.xxx. Et ſic Chriſtus dictis ſupradictis verbis expirauit, &
emiſit ſpm̃. vbi fuit oſtenſa vera mors eius Hęc ergo ſeptem
verba fuerũt illud canticũ qđ Chriſtus cantauit in cruce ad
oſtium ſponſę. Quod quidem canticũ audiuit btã virgo Ma-
ria & Ioannes ſtantes iuxta crucem in perſona totius eccle
ſiæ. Quæ quidem verba intrauerunt per foramẽ & feneſtrã
animę virginis Marię: & pulſauerunt animam eius: & per-
tranſiuerunt & vulnerauerunt eam tanq̃ gladius & cõmo-
uerunt omnia viſcera eius: ſicut prædixerat ipſi Simeõ. Hoc
ergo myſterium explicat Salomõ in perſona Chriſti i hoc cã-
tico. Vnde ait: ꝙ dum Chriſtus ſponſus diceret verba ſupra
dicta pulſando in cruce ad oſtium humanæ naturæ vocan-
do eam, tunc ſponſa iacens in lecto doloris & mœroris: di-
xit intra ſe. Audita eſt mihi vox dilecti mei ad oſtium pulſã
tis. Sed dum ipſa ſurgebat ad aperiendum: tunc ipſe ſponſ⁹
ſemper continuabat ſuum canticum & verba, dicens de cru
ce. Aperi mihi ſoror mea: amica mea: columba mea. Et ap
pellat humanam naturam ſororem: inquantum ex ea aſſũ-
pſit carnem in vnitatem ſuppoſiti: & appellat amicam: qa
maiorem amicitiam & charitatem non potuit ipſi oſtende-
re q̃ pati pro ea. Et appellat eam columbam: inquantum p
ſuam paſſionem reddidit eam pulchram non habentem ru
gam neq; maculam, vt dictum eſt in cantico præcedenti. Di
cit ergo: aperi mihi portas infidelitatis & tenebrarum: & re
cipe me per fidem: & efficieris amica & columba mea: quia
propter te deſcendi de cęlo & peregrinatus ſum: & peram-
bulaui terram cum fame & ſiti & multis laboribus: vt quęre
rem ouem perditam: & finaliter in fine peregrinationis fui
captus in horto & ligatus: & per terram tractus: & per totam
iſtam noctem afflictus amore tui: & ductus ad domum An-
nę. vbi recepi alapam & multa opprobria & cõuitia. Et exi
de ad domum Caiphę: vbi fui percuſſus in facie & conſput⁹:
& cõtumelijs affectus. Et deinde fui ductus ad domum Pi-
lati: & ibi flagellatus. Et ſic dedi corpus meum percutien-
tibus & genas meas vellentibus. Et amore tui faciem meam
non auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me. Et iõ
aperi mihi: quia caput meum plenum eſt rore ſudoris & ſan-
guinis ex ictibus & percuſſionibus. Et cincinni. i. capilli mei
pleni ſunt guttis noctium, quaſi dicat. ſicut amaſius & ſpon
ſus patitur rorem & pluuiam vigilando ad oſtium & fores
ſponſæ: ita ego quærendo ſponſam meam per totam illam
noctem paſſus ſum pluuiam alaparum & ictuum & percuſ-
ſionum & ſputorum & flagellorum. Et ſic caput meum ple-
num eſt rore, id eſt ſudore: & capilli mei guttis noctium, quę
ſolent cadere in nocte ſuper capillos amantium. Et appel-
lat Chriſtus omnia illa flagella & conuitia guttas noctium:
eo ꝙ tam iudęi q̃ milites Pilati affligentes Chriſtum erant
in nocte tenebrarum. Ideo dixit eis. Hæc eſt hora veſtra &
poteſtas tenebrarum. Nam Iudęi erant obtenebrati per in
uidiam & malitiam: gentiles vero per ignorantiam: diſcipu
li autem & præcipue Petrus per cæcitatẽ negationis. Et om
nes ambulabant in nocte tenebrarum. Et ſic non ſolum af-
fligebant Chriſtum in illa nocte temporis: ſed etiam in no-
cte peccatorum & tenebrarum. Sed quia Chriſtus poſt tot
afflictiones quas paſſus fuerat in nocte, fuit in meridie cruci
fix⁹: & in latere percuſſus: & vere mortuus: quia aia fuit cor
pore expoliata: ideo ſubdit. Expoliaui me tunica mea. ſ. tu-
nica corporis. quia corpus vere fuit ab anima in cruce ſepa-
ratum: & deſtitutum. & anima deſcendit ad inferos ad ſan-
ctos patres & fideles omnes liberandos. Sed quia tale cor-
pus expoliauit vt noſtram mortem deſtrueret: ideo in reſur
rectiõe recuperauit corpus immortale & impaſſibile: & ſic
non recuperauit mortalitatem: nec alios defectus corpora-
les & humanos: quia omnia illa manſerunt in ſepulcro cum
oĩbus cerimonialibus incinerata. Et ſic Chriſtus in cruce nõ
ſolum exuit & expoliauit corpus ab anima: ſed peramplius
tunicam mortalitatis & paſſibilitatis & tunicam grauẽ oĩm
cerimonialium & legalium: quia omnia iſta fuerũt mortua
& crucifixa cum Chriſto: vt loquit apoſtolus ad Coloſſ. ij.
De hac ergo tunica legali. & de tunica mortalitatis & paſſi
bilitatis, dicit. Quomodo induar illa? quaſi dicat: nullo mo
do: quia nunq̃ ampli⁹ induar tunica mortalitatis: quia Chri
ſtus amplius non moritur: nec mors illi vltra dominabitur.
Nec amplius induar tunica cerimonialium & legalium: qa
iam eſt rupta & putrefacta: & manſit incinerata in ſepul-
cro: quia paſcha Iudęorum fuit mortuum cum oĩbus lega
libus: & crucifixum in cruce cum Chriſto & ſepultũ cum eo:
& ſabbatum fuit ſignatum & incluſum in ſepulcro cũ Chri
ſto. Sed in die dominica non ſurrexit paſcha nec ſabbatum
cum Chriſto: ſed ſola dies dominica: paſcha & ſabbato cum
omnib⁹ legalibus manentibus in ſepulcro incineratis. ſicut
dictum fuit in tractatu contra Iudęos. quęſtione prima & ſe
cunda. Et de hac tunica putrefacta & incinerata dixit Chri-
ſtus. Quomodo induar illa? quaſi dicat, nullo modo: quia
recuperauit & reinduit corpus: ſed non cum tali tunica mor
tali & legali. Item quia Chriſtus in cruce lauit pedes & ma
nus ſuas ſanguine effuſo per vulnera in ablutionem pecca-
torum: qui quidem pedes non amplius fuerunt coinquinati ſan
guine mortali: ideo ſubdit. Laui pedes meos: quomodo coi
quinabo illos? quaſi dicat, nullo modo coinquinabo illos ſã
guine mortali poſtq̃ ſemel paſſus ſum & ſurrexi in corpus i-
mortale & glorioſum. ¶ Et nota ꝙ Chriſtus madefacien- V
do pedes & manus & corpus ſuum illo ſanguine, lauit & mũ
dauit manus & pedes & totum corpus eccleſiæ ſuę ab omni
ſorde peccati. quæ quidem eccleſia nunq̃ amplius coinqui-
nabitur quantum ad formam licet quotidie poſſint coinqui
nari quædam materialia membra: ſicut dictum eſt in canti
co præcedenti. In hebræo autem habetur. Laui manus me-
as: quomodo coinquinabo illas? Sed totum poteſt eſſe: quia
Chriſtus in paſſione non ſolum lauit manus ſponſæ: ſed etiã
pedes & totum corpus: vt dictum eſt: quia lauit peccata & af
fectiones & conſcientias oĩm fidelium. & ſic reliquit eccl'iam
ſuam non habentem rugam neq; maculam, eo modo quo
dictum eſt. Sed dum ſponſus cantaret verba ſua in cruce, mi
ſit manum ſuam per foramen lateris: quando miles lancea
aperuit ipſum: & introiuit vox eius pulſando vſq; ad interio
ra ſponſę. ideo dicit ſpõſa. Dilectus meus Chriſtus miſit ma
num ſuam per foramen. i. feneſtram oſtij mei. ſ. per latus ſuũ:
per quod exiuit tota eccleſia: & per quod ingreditur & egre
ditur in cubile eccleſię. Et ſic per illud foramen miſit Chri-
ſtus manum: & tetigit manum & conſcientiam ſponſæ: quia
in corpore Chriſti erat virtualiter tota eccleſia: vt ſupradi-
ctum eſt. quia tunc apertum eſt oſtium in cęlo: & viſa eſt ar-
ca teſtamenti. Apoca. xj. quia omnia myſteria legis veteris
fuerunt manifeſtata & conſummata in corpore Chriſti: & i
apertione lateris eius. Et ideo dicit ſponſa. Dilectus meus
miſit manum per foramẽ: & vẽter meus intremuit ad tactũ
eius. Hoc dicit quia tota virt⁹ ſacramentorum q̃ eſt in vtero ec
cleſię exiuit ex latere Chriſti: ex quo vtero quotidie & aſſi-
due Chriſt⁹ regenerat fideles per baptiſmũ & alia ſacramẽ
ta. Itẽ Chriſtus clamando in cruce miſit manũ ſuę virtutis &
ſuę paſſionis p foramẽ & feneſtrã cõſciẽtię alę virginis Ma-
rię & tot⁹ eccleſiæ: quia intantũ virgo Maria fuit tacta do-
lore cordis ꝙ illa paſſio pertranſiuit & penetrauit tanq̃ gla
dius aiam eius. Et ſic etiam dicendum de tota eccleſia quam
paſſio Chriſti & eius virt⁹ penetrauit vſq; ad interiora. Ideo
dicit ſponſa. Surrexi vt aperirem dilecto meo: & manus
meę diſtillauerunt myrrham: & digiti mei pleni fuerunt myr
rha probatiſſima. Hoc dicit quia paſſio Chriſti tantam im-
preſſionẽ fecit in anima virginis: ꝙ anima virginis erat tanq̃
fons myrrhę paſſionis Chriſti. quod ſic eſt intelligendum:
Nam quando quis ponit manum in melle: tunc manus &
digiti eius diſtillant mel. Ita pariter aĩa virginis & man⁹ &
digiti eccleſię per quendam contactũ diſtillant mel: qđ ex

paſſione Chriſti emanat. Nam quando Chriſtus poſuit ma-
num per latus ſuũ: & tetigit eccleſiã: quæ virtualiter erat in
corpore ſuo: impleuit eã myrrha ſuæ paſſionis. Et ſic manus
& digiti ſponſæ, quæ eſt poteſtas & virtus ipſi collata: dicun
tur diſtillare myrrhã: quia cõtinue diſpenſant merita paſſio
nis Chriſti per eccleſiaſtica ſacramenta. & ſic dicimus ꝙ per
quandam redundantiam man⁹ eccleſiæ ſunt plene myrrha
& diſtillant myrrham paſſionis Chriſti, fidelibus diſtribuen
do & diſpenſando. Item manus & digiti animæ virginis Ma
riæ & apoſtoloꝝ & mulierũ fuerunt pleni myrrha prę ama-
ritudine & dolore paſſionis Chriſti.

X ¶ Deinde cum dicit. Peſſulũ oſtij mei aperui dilecto meo. ẽ
aduertendũ ꝙ peſſulũ eſt quoddã inſtrumentũ & ſera ferrea
& dicitur a pendendo: eo ꝙ in die pendet ex vna portarum
ſed in nocte per tranſuerſum colligat ambas portas & fores:
& ſic claudit totam domũ. Ita pariter per totum tempus &
noctem legis ante aduentum Chriſti eccleſia erat clauſa peſ
ſulo cerimoniarum. ſed quando Chriſtus poſuit manũ per fe
neſtram: & vocauit ſponſam: tunc illa ſurrexit a lecto legis,
& remouit peſſulũ cerimoniarũ: & ſic apertæ ſunt fores legis
& patefacta eſt eccleſia Chriſti: quę intra cerimonialia late
bat. Sponſa enim aperuit & remouit peſſulũ portarũ animę
ſuæ: quando Magdalena & cæterę mulieres & multi alij vi
dentes Chriſtum mortuum in cruce, crediderũt ipſum eſſe fi
lium dei videntes eclipſim ſolis & lunæ, & tenebras ſup vni-
uerſam terram: & monumenta aperta & velũ templi ſciſſum.
Ideo dixit Centurio. Vere filius dei erat iſte. Et multi reuer-
ſi ſunt in ciuitatem percutientes pectora ſua. Lucæ.xxiiij.
Et ideo dicit ſponſa: ꝙ ſurrexit vt aperiret dilecto: & aperu-
it peſſulum: vt loqueretur: & reciperet ſponſum ſuũ ad oſti
um canentẽ & vocantẽ: at pro ſed ille declinauerat: quia iam
emiſerat ſpiritum: & mortuus erat atq; tranſierat de hoc mũ
do per mortem. Item ſponſa aperuit peſſulum dilecto ſuo:
quando Maria Magdalena cum altera Maria emerũt aro
mata: vt irent ad monumentum & vngerent Ieſum: Ange-
lus autem domini deſcendit de cælo: & accedens reuoluit la
pidem: qui erat tanq̃ peſſulum claudens ſepulcrum. ſed qñ
mulieres venerunt ad ſepulcrum, viderunt lapidem reuolu
tum: & ſepulcrum apertũ: ſed nõ inuenerunt Ieſum: quia iam
ſurrexerat & declinauerat & receſſerat & tranſierat de mor
te ad vitam immortalẽ. Nam primo declinauerat in cruce
de vita ad mortem: & declinauerat ad infernum ad liberan
dos patres: ſed ex ſepulcro quando ſurrexit tranſiuit de mor
te ad vitam glorioſam. Et ideo anima Virginis & alioꝝ fi-
delium primo liquefacta eſt dolore & amaritudine cordis:
quando vidit ipſum mortuum in cruce: ſed liquefacta eſt im
menſo gaudio quando certificata eſt per multas viſiones ip
ſum reſurrexiſſe. Et ideo dicit. Anima mea liquefacta eſt do
lore cordis, vt pro poſtq̃ & quando dilectus meus Chriſtus
locutus eſt illa ſeptem verba in cruce. Sed magis fuit liquefa
cta gaudio quando locutus eſt poſt reſurrectionẽ. Et ideo
ſubdit. Quæſiui illum: & non inueni: vocaui illũ, & nõ reſpõ
dit mihi: quia dum erat mortuus non poterat mihi reſpon-
dere in cruce nec in ſepulcro.

Y ¶ Deinde cũ dicit: Inuenerũt me cuſtodes: eſt aduertendũ
ꝙ in illo triduo tota eccleſia apoſtoloꝝ erat abſconſa in cœ
naculo propter metum Iudæoꝝ non audens confiteri Chri
ſtũ nec apparere publice. Ideo dicitur perdidiſſe fidem non
in corde: ſed in ore: quia in ſola virgine Maria manſit fides:
vt cõmuniter tenetur. Ex quo patet ꝙ metus mortis pcuſſit
ſponſam Chriſti in apoſtolis, & expoliauit pallium fidei ei⁹.
Et ideo dicit ſponſa in perſona apoſtolorum. Inuenerũt me
cuſtodes. i. principes ſacerdotum & ſcribę & phariſæi q erãt
cuſtodes muroꝝ ſynagogę: & cuſtodiunt ciuitatem tanquã
iudices & rectores: qui percuſſerunt me: & vulnerauerũt me
vulnere timoris & minarum. Et ſic iſti cuſtodes muroꝝ tule
runt pallium fidei meæ. i. fortitudinem fidei meæ: quo ante
operiebar & tegebar. Et nota ꝙ cuſtodes ciuitatis. ſ. ſacerdo
tes & ſcribæ & phariſæi & cõplices eoꝝ dupliciter percuſſe
runt & vulnerauerunt ſponſam: & tulerũt palliũ eius. Primo
modo in capite: quia pcuſſerũt & vulnerauerũt Chriſtum: &
tulerunt & expoliarunt pallium corporis & carnis ab aĩa: &
tulerunt palliũ mortalitatis & paſſibilitatis. Secundo modo
vulnerauerunt ſponſam in membris vulnere timoris & mi-
narum: & tulerunt palliũ fortitudinis fidei eius: quando tule
runt Petro palliũ fidei: quando ex timore negauit Chriſtũ.
Et tulerunt cæteris apoſtolis & diſcipulis pallium fidei: quã
do relicto eo omnes fugerunt: & per totũ triduum erant ab-
ſconſi in cœnaculo propter metũ Iudæoꝝ. Et etiam hoc ad
literam fuit impletum de pallio materiali, quando fugienti-
bus apoſtolis in captione Chriſti, adoleſcẽs quidã amict⁹ ſin
done ſuper nudo corpore, relicto ſindone nudus fugit. p qđ
fuit figuratum qualiter oẽs fugientes pdiderũt ſpirituale pal
liũ fidei. & tulerũt etiã palliũ cerimoniarũ, qđ tegebat eccle
ſiã ſub legalib⁹. Ex ſupradictis pꝫ intelligentia hui⁹ cantici. Z
¶ Sed ex dictis in hoc cãtico emergunt tres dubitationes.
Quarum prima eſt. Vtrũ neceſſe fuerit Chriſtum pati & mo
ri ꝑpter pretiũ noſtrę redemptionis: & vt eccleſiaſtica ſacra
menta haberẽt efficaciã ad tollendũ peccatũ & cõferendam
gratiã: ex eo ꝙ dicit: ꝙ Chriſt⁹ meſſuit myrrhã ſacramẽtoꝝ
ex ſua paſſione. Secundo quæritur vtrum Chriſtus dormiẽ-
do in cruce & in ſepulcro poterat vigilare in opere noſtrę re-
demptionis: & mereri per vulnus lateris factũ poſt mortem.
Tertio quęritur vtrum apoſtoli pdiderunt palliũ fidei in tri
duo: & per cõſequens ſi fuerunt hæretici: & per cõſequens ſi
eccleſia ſponſa Chriſti manſit ſine membris in illo triduo:
ꝑpter hoc qđ dicit. Tulerunt pallium meũ cuſtodes muroꝝ.
Ad qđ eſt dicendũ ꝙ doctores eccleſiaſtici tam ſacri q̃ ſco-
laſtici altiſſimo & ſubtiliſſimo modo diſputant & ptractant
has tres difficultates. Sed in hoc loco ſunt pertractandę mo
do humano & perceptibili: vt omnes ſimplices ſacerdotes &
fideles valeant capere intelligentiam huius cantici. Et ideo
ad primum eſt aduertendũ ſecundũ Auguſtinũ. xj. de trini.
cap. xiij. ꝙ licet deo non defuerit alius modus nos redimen-
di ſibi poſſibilis: tamen iſte modus paſſionis Chriſti fuit ma
gis iuſtitiæ congruus: & nobis magis vtilis quia diabolus
amator potentiæ impugnatorq; iuſtitię: non erat ſuperand⁹
potentia, ſed iuſtitia. Vnde cum ipſe ſit amator potentiæ: &
impugnator iuſtitiæ: non debuit ſuperari potentia quam
amat: ſed iuſtitia quam impugnat. Ex verbis ergo Auguſti-
ni colligitur ꝙ modus paſſionis Chriſti non fuit neceſſarius
reſpectu omnipotentię dei: quia aliter poterat mundi pecca
ta remittere: ſed fuit neceſſarius neceſſitate cõgruentiæ re-
ſpectu diuinę iuſtitię, & obſtinationis diaboli: & reſpectu no
ſtræ vtilitatis. ¶ Ad quorum declarationem eſt aduerten- A
dum: ꝙ cum Chriſtus venerit in mundum tanq̃ metrum &
menſura omniũ bonoꝝ: & regula omnium actuum humano
rum: ad quatuor habuit reſpectũ in ſuo aduentu & paſſione
Primo habuit reſpectũ ad patrem, ad cuius voluntatẽ com-
plendam venit. Secundo ad ſacram ſcripturã legis & ꝓphe-
tarum: ad quã venit verificãdã, & cõfirmandã. Tertio ad ge
nus humanũ: ad quod venit redimendũ: & releuandũ: & re
ſtaurandũ. Quarto habuit reſpectum: ad diabolum: ad quem
venit vincendũ, & expugnandũ. Ad ſatiſfaciendũ ergo qua
tuor ſupradictis reſpectibus, neceſſe fuit Chriſtum pati tale
genus mortis: vt patebit per ſingula. Ideo ponuntur decem B
cõcluſiones. Quarũ prima eſt iſta. ¶ Quod neceſſe fuit Chriſtũ
pati ad complendam voluntatem patris: & ad adæquandã
iuſtitiam cum miſericordia. Ad cuius intellectum eſt notan-
dum: ꝙ duo ſunt conſideranda in voluntate dei in regimine
mundi: ſcilicet iuſtitia & miſericordia. vnde per iuſtitiã vult
nullum malũ impunitum: & per miſericordiã vult oẽs homi-
nes ſaluos fieri cum integritate iuſtitię. Sed ſi profunde vo-
lumus attendere: videbimus ꝙ impoſſibile eſt ꝙ talis vo-

luntas dei .ſ. iuſtitia dei cum ſumma miſericordia, poſſit con
pleri & ſeruari circa eundem hominem: niſi interueniat paſ
ſio Chriſti adæquans miſericordiam cum iuſtitia: eo ꝙ iſta
duo ꝑcipiunt & efficiunt contraria. Nam ſumma iuſtitia di-
cit ꝙ nullū pctm̄ tranſeat impunitō: immo ꝙ ſoluatur omne
debitum ab integro ab ipſo peccatore. Sed ſumma dei mi-
ſericordia dicit ꝙ parcatur peccatori pœnitenti, & dimittaᵗ
ſibi omne debitū: vt patet in parabola de decem milibꝰ talē
torum. Mat. xviij. Sed hoc eſt impoſſibile reſpectu pctōris.
Nam ſi omne peccatum puniatur in peccatore ſecundum
quantitatem ſuā: tūc pœna pctōris erit infinita in quātitate
durationis: eo ꝙ om̄e peccatū mortale eſt infinitō, inquan-
tū cōmittitur cōtra obiectū infinitū, qui eſt deus: a quo pec-
cator auertiᵗ & ſeparaᵗ ꝑ quā auerſionē mereᵗ ad minꝰ pœ-
nā damni in infinitum: ꝓut cōmuniter tenent om̄es docto-
res: & per cōuerſionē ad bonū cōmutabile meretur pœnam
ſenſus æternam. Et per conſequens impoſſibile eſt vt cum
tali iuſtitia dei poſſit ſtare miſericordia quæ dimittit omne
debitum. Et ideo fuit neceſſaria paſſio Chriſti quæ adæqua
ret iuſtitiam dei cū miſericordia: & ecōuerſo: quia per paſſio
nem fuit in eo ſufficienter punitum omne peccatū ſuoꝝ mē-
brorum. Et per eandē paſſionem fuit nobis dimiſſum oē de-
bitum & pœna æterna. Et ſic ibi fuit cōpleta & obſeruata iu
ſtitia ſimul cū miſericordia. Et ideo inquantū Chriſtus paſ-
ſus eſt & punitꝰ eſt ꝓ pctis omniū noſtrū: diciᵗ Eſa. liij. ꝙ om
nes nos quaſi oues errauimus: ſed dominus poſuit in eo iniq
tates omnium noſtrum: & vulneratus eſt propter iniquita-
tes noſtras & attritꝰ eſt ꝓpter ſcelera noſtra: cuius liuore ſa-
nati ſumus. Et ſic patet qualiter omnes fuimus in Chriſto ve
re puniti: & iuſtitia dei fuit in eo completa. Sed inquantō in
eo fuit nobis dimiſſum omne debitum ęternū: & nobiſcum
facta miſericordia: dicitur pſalmo. cij. Miſerator & miſeri-
cors dominꝰ: longanimis & multum miſericors: Nō in ꝑpetu
um iraſcetur: neqꝫ in ęternum cōminabiᵗ. Non ſecundū pec
cata noſtra fecit nobis: neqꝫ ſcdꝫ iniquitates noſtras retribuit
nobis. Quoniam ſcdm altitudinē cæli a terra corroborauit
miſericordiam ſuā ſuper timentes ſe. Ex qbus patet ꝙ oēs
nos iuſte merebamur ęternam pœnā pro peccatis noſtris &
primorum parentū: & ſecundū quantitatē & exigentiā eorū
Sed ex miſericordia dei per paſſionem filij eiꝰ dimiſit om̄es
iniquitates noſtras. Et ſic in Chriſto & ꝑ Chriſtum facta eſt
ſimul iuſtitia & miſericordia ergo nos. Et ideo dicitur pſal.
lxxxiij. ꝙ in Chriſto miſericordia & veritas obuiauerunt ſi-
bi iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Et ſic patet qualiter ſola paſ-
ſio Chriſti potuit adæquare iuſtitiam dei cum miſericordia
& econuerſo erga genus humanum.

C ¶ Sed hic occurrūt duo dubia quoꝝ primū eſt. Quomodo
paſſio vnius hominis Chriſti potuit ſufficienter ſatiſfacere ꝓ
pctis oim hoim: qui merebanᵗ pœnā ęternā. Secūdo dato
ꝙ Chriſtus hoc potuerit facere: dubitaᵗ quō nos potuimus
illā paſſionē participare. Et quō illa paſſio potuit nobis pro
deſſe. Ad primū reſpondeᵗ ſecundū Auguſtinum libro Cur
deus homo. cap. ix. ꝙ propter quatuor paſſio Chriſti fuit tā-
tæ virtutis & valoris: vt ꝓ omnibꝰ peccatis poſſet ſatiſfacere
in infinitum. Primo. quia Chriſtus erat deus & homo: & per
cōſequens infinitę virtutis. Secundo, quia filius dei vnigeni
tus & dilectiſſimus. Tertio, quia innocēs & iuſtiſſimus. Quar
to, quia cum ſumma & extenſa charitate & obedientia &
& humilitate: illā paſſionem pro nobis ſuſcepit. Propter pri
mum ergo fuit eius pretium infiniti valoris intenſiue ad tol
lendam pœnam infinitam. Propter ſecundum vero fuit deo
acceptabile ſacrificium. Propter tertium potuit pro cæteris
pati & ſatiſfacere: poſtq̄ ipſe erat immunis ab omni peccato
Propter quartum vero fuit ſimul deo acceptabile & omni-
bus vtile & infinitum extenſiue. Et ideo dicit Auguſtinꝰ in
loco præallegato. Gratias igitur omnipotenti deo agimus:
quia ſicut grauiter cecidimus: ita mirabiliter & miſericordi

ter ſumus releuati: & miſericordiam omne debitū tranſcen
dentem ꝓ mediatoris morte repperimus. Nempe quid mi-
ſericordius intelligi poteſt: q̄ cū peccatori æternis tormentis
dānato, vnde ſe redimat omnino non habēti pater dicit: ac-
cipe vnigenitum meum & da ꝓ te: & ipſe filius dicit: Tolle
me, & redime te? Quid ergo iuſtius: q̄ cui datur pretiū ma-
ius om̄i debito: vt pctm̄ dimittat illi: qui ꝓ debito offert hoc
ꝓtium. Ex dictis Auguſt. patet ꝙ Chriſti paſſio ideo eſt pre-
tium infinitum, maius omni debito: eo ꝙ Chriſtus eſt deus
& filius dei vnigenitus: & illa paſſio fuit deo pro omnibꝰ ac-
ceptabilis: quia facta fuit cum ſumma charitate: inquantum
Chriſtus pro omnibus nobis ſe obtulit. Et fuit etiam deo ac-
ceptabilis & ꝓ oībus valida & vtilis inquantum agnus purꝰ
& iuſtus & innocens ꝓ omnibus peccatoribus mortuus eſt.
Ideo dicitur Eſaiæ. liij. ꝙ tanq̄ agnus ad occiſionem & ouis
coram tondente ductus eſt: qui pctm̄ non fecit: nec inuentus
eſt dolus in ore eius. Et ideo liuore eius ſanati ſumus. Item
j. Petri. ij. Chriſtus paſſus eſt pro nobis: qui peccatū nō fecit:
nec inuentus eſt dolus in ore eiꝰ: qui peccata ipſe pertulit in
corpore ſuo ſuper lignum. Item idem. Chriſtus pro peccatis
noſtris paſſus eſt iuſtus pro iniuſtis. Et ſic patet qualiter paſ
ſio Chriſti fuit infiniti pretij, & potuit ſatiſfacere ꝓ infinitis
peccatis. Item hoc idem fuit declaratum ſuꝑ pſal. xvij. Sed
nunc reſtat ſecundo videre quomodo paſſio Chriſti potuit
tranſire ad nos & prodeſſe nobis.

¶ Ad hoc rn̄deᵗ ꝓut dictū eſt ſuꝑ pſal. xvij. & . xxj. ꝙ ſeptē D
modis Chriſtus potuit aſſumere cauſam noſtram tanq̄ ſuā: &
ſufficienter pati ꝓ nobis. Primo modo tanq̄ aduocatus. Secū
do tanq̄ procurator. Tertio tanq̄ fideiuſſor potuit pro nobis
ſoluere pretium. Quarto tanq̄ dn̄s ꝓ ſeruo aſſumit bellum.
Quinto tanq̄ pater pro filio aut ſponſus pro ſponſa. Sexto
tanq̄ paſtor pro grege. Septimo tanq̄ caput pro membris pa
titur & dolet. Vnde quia Chriſtus factus eſt caput eccleſiæ:
& aſſumpſit eam in ſponſam & corpus ſuum myſticū in vni-
tate fidei per baptiſmum: ideo a Chriſto capite deſcendunt
ad membra omnes virtutes & dona gratiarū & merita eius
paſſionis. Et quia quandoqꝫ quis baptizatur in Chriſto ef
ficitur membrum eius: ideo illico participat merita eius
paſſionis: & virtus paſſionis eius tranſit ad ipm̄ tanq̄ a capi-
te ad membrum. Et ſic dicit Apoſtolus ad Ro. vj. ꝙ ſicut om
nes fuimus baptizati in Chriſto: ita oēs fuimus in eo crucifi-
xi & mortui & cōſepulti: & per conſequens reſuſcitati a pec-
cato. quia ſicut pctm̄ ipſius Adam tranſiuit in oēs ſuos natu
rales filios: ita gratia & paſſio Chriſti tranſiuit in omnia mē
bra ſua: qui ſunt fideles in Chriſto baptizati. vnde ſicut pec-
catum Adæ tranſiuit in oēs filios ſuos per generationē natu
ralem: ita gratia & virtus paſſionis Chriſti trāſiuit in omnes
fideles per regenerationē baptiſmalē & alia ſacramēta. Ex
ſupradictis omnibus patet qualiter paſſio Chriſti fuit neceſ-
ſaria ad adæquandam iuſtitiam dei cum miſericordia erga
genus humanum. Nam ſumma iuſtitia ſeruatur circa pecca-
torem pœnitentē, inquantū eiꝰ peccata ſufficienter puniunᵗ
in Chriſto capite ſuo: qui offert ſeipſum & paſſionem ſuā ꝓ
peccatis pœnitentis: & ſumma miſericordia ſeruatur erga eū
dem pctōrē: inquantū ꝑ merita paſſionis Chriſti remittitur
ſibi pœna æterna, & omne debitum: & datur ipſi gloria ęter
na quam nō mereᵗ. Et ſic paſſio Chriſti impleuit & conti-
nue adimplet diuinā patris voluntatē, adęquādo miam cū
iuſtitia & ecōuerſo. ¶ Secūda cōcluſio. ꝙ neceſſe fuit Chri- E
ſtum pati vt cōfirmaret teſtamentū vetus. Ad cuius intelle-
ctū eſt notandō: ꝙ teſtamentum dicitur de teſtor teſtaris qđ
idē eſt quod confirmare & ratificare. & iō iuriſperiti diſpo-
ſitionem bonorum confirmatam per vltimam voluntatem
teſtatoris appellāt teſtamētū, dicentes ꝙ teſtamentū eſt vlti
ma voluntas teſtatoris. i. diſpoſitio bonoꝝ ꝓprioꝝ per vlti-
mam voluntatē teſtatoris confirmata. Vltima autem volun
tas teſtatoris dicitur illa quę ꝑ mortem eiꝰ terminatur. & ſic

ſola teſtatoris mors eſt illa q̄ cōfirmat teſtamētū:quia per totā vitā ſuā poterat teſtator mutare voluntatē. & ideo nūq̄ dicitur verū teſtamentū niſi per mortem cōfirmatū. & hæc eſt cauſa quare hæres non accipit hæreditatē niſi poſt mortem teſtatoris:quia ante non erat ꝓprie teſtamentum,niſi quędā diſpoſitio teſtamenti:ſed intantū dicitur teſtamentū inquantū expectatur cōfirmari ꝑ mortē teſtatoris. Ex quib⁹ patet ꝙ duo ſunt neceſſaria ad perfectū & verū teſtamentū. Primo diſpoſitio bonoꝝ ſiue hęreditatis facta per teſtatorem. Secūdo cōfirmatio facta per mortē eiuſdem:quia neceſſe ē vt mors teſtatoris intercedat:vt īquit Apl's ad hebrę. viij. quia aliter teſtamentū non eſſet validū nec cōfirmatū. Et ideo cū tota ſcriptura legis & prophetarum dicatur teſtamentum dei:ſequitur ꝙ non poterat dici verum teſtamentū dei:niſi inquantum deus erat moriturus & cōfirmaturus illud ſuum teſtamentū per mortē ſuā:& per cōſequens neceſſe erat deus mori vt cōfirmaret ſuū teſtamentū morte intercedente:alias eius teſtamentum fuiſſet irritum & nō validū Sed quia deus eſt immortalis & impaſſibilis ſecundum ſuā eſſentiam:ideo erat neceſſe vt aſſumeret humanam carnem, in qua poſſet mori & pati ad confirmandum teſtamentum: vt poſtq̄ non poterat mori nec pati in natura:poſſet pati in perſona. Et ſic patet qualiter deus erat de neceſſitate incarnandus & moriturus:vt cōfirmaret ſuū antiquum teſtamentum:& ſic per multas figuras patriarcharum & vaticinia ꝓphetarum ꝓmiſerat in ſuo teſtamento venire in carnē:& ſe moriturū, vt cōfirmaret ſuū teſtamentū. Et nō ſolū ꝓmiſit ſe moriturū,et cōfirmaturū teſtamentū quacūq; morte:ſed per ſuum ſanguinem debebat ipſum cōfirmare. Vnde legit̄ Exo.xxiiij. ꝙ Moyſes accepit volumen legis:& cōgregatis filijs Iſrael legit eis oēs ſermones dn̄i:qui reſponderunt,& dixerunt:Omnia quæ locutus eſt dominus faciemus: & erim⁹ obedientes. Moyſes vero occidit duodecim vitulos:& aſſumpto ſanguine in crateribus effudit medietatem ſuper altare: & alteram medietatem ſuper populum,dicens. Hic eſt ſanguis fœderis:quod pepigit dn̄s vobiſcū ſuper cunctis ſermonibus his. Ex quibus verbis oſtenditur ꝙ illud teſtamentū dei non poterat niſi per ſanguinem cōfirmari. Hoc idē patet Zachariæ.ix.vbi dicit ꝓpheta. Lætare filia Sion:ecce rex tuus venit iuſtus & ſaluator:ipſe pauper ſedens ſup aſinam &c. Et conuerſus propheta ad Chriſtum futurum ſaluatorem,dicit. Tu quoq; in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu:vbi non erat aqua. Ex quibus patet ꝙ Chriſtus deus factus homo per mortē & ſanguinem debebat confirmare ſuū teſtamentū. Et ideo dicit Apoſtolus ad Hebrę. ix. ꝙ Chriſtus noui teſtamenti mediator eſt:vt morte intercedente redemptione inuenta repromiſſionem accipiant q̄ vocati ſunt æternæ hæreditatis. Et ſic probat Apoſtolus ꝙ illud teſtamentum nunq̄ fuit ratum & confirmatum niſi per mortem Chriſti teſtatoris. & ideo fideles veteris teſtamenti non potuerūt accipere repromiſſiones,niſi nobiſcū. Ex quib⁹ omnib⁹ patet ꝙ paſſio Chriſti fuit neceſſaria:vt vetus teſtamentum dei confirmaretur.

F ¶ Tertia concluſio:ꝙ neceſſe fuit Chriſtum tale gen⁹ mortis pati:vt verificaret totam ſcripturam legis & prophetarū. Pro declaratione autem & ꝓbatione huius concluſionis eſt aduertendum:ſicut dictū fuit ſuper pſal.xxxix. & in tractatu contra Iudęos.quęſt.j.&.ij.&.iij. ꝙ tota lex Moyſi data fuit in ſignum & figuram futurorum:& totum reſiduum ſcripturę veteris teſtamenti ſunt quędā promiſſiones & vaticinia futurorum bonoꝝ de Chriſto & eccleſia:vt ibi probatū fuit per ſacras ſcripturas. Nam circunciſio data fuit in ſignum fœderis:& ſabbata & ſacrificia in fœdus ſignumq; perpetuū. Sed tam ſignū q̄ figura eſt relatiuū,nā ſignū alicuius ſignati ſignum:& figura alicuius figurati figura. Item promiſſio alicuius promiſſi boni promiſſio:& prophetia alicuius rei futurę prophetatæ prophetia. Et ſic tota lex vetus & ꝓphetæ erant ſigna futurorum:& per cōſequens non poterant verificari niſi per aduentū illoꝝ bonoꝝ quę per illa ſigna fuerāt figurata & ſignificata,ac promiſſa, aut vaticinata. Aliter omnia ſigna & figurę & promiſſiones & vaticinia manerēt falſa & irrita & vana. vnde quia omnia ſacrificia veteris legis non erant nec fiebant gratia ſui,niſi inquantum figurabant & ſignificabant paſſionē Chriſti:& non fiebant niſi in ſignum & figuram eius:ideo erat neceſſe vt per verā & realem paſſionem Chriſti verificarent̄. aliter oīa fuiſſent ſigna falſa & vana. Vnde ſicut teſtamentū vetus fuiſſet irritū & vanum niſi fuiſſet confirmatum per mortem Chriſti teſtatoris vt ſupra dictū eſt:Ita pariter tota ſcriptura legis & ꝓphetarum quo ad ſigna & ꝓmiſſiones & vaticinia manſiſſet falſa & mendax:niſi fuiſſet per mortē Chriſti verificata,& impleta per Chriſtum & legē euāgelicā. Ideo ſicut nouus teſtamētū nihil aliud eſt niſi cōfirmatio & ratificatio vete. teſta. ita pariter nihil aliud eſt niſi veritas legis & ꝓphetarū. vnde ſicut tota ſcriptura legis & ꝓphetarū dicebat̄ teſtamentum dei:inquantū erat cōfirmādū per mortem Chriſti teſtatoris: ita eadē ſcriptura dicibatur ſi[illegible] fœderis inquantū erat verificanda per eandē Chriſti paſſionē. Et ideo dicitur Ioan.j. ꝙ lex per Moyſen data eſt:gratia aūt & veritas per Chriſtū facta eſt. ideo dixit etiā ſaluator Mat.v. Nō veni ſoluere legem:ſed adimplere. iota vnū:aut vnus apex nō pręteribit a lege:donec oia fiant. Item Mat.xxvj. Fili⁹ hominis vadit ſicut ſcriptum eſt de illo. Item Ioan.xix. Omnia hæc facta ſūt vt adimplerentur ſcripturę ꝓphetarum. Hoc idē dicit ſaluator Ioan.v. Scrutamini ſcripturas:quia ipſe teſtimoniū phibēt de me. Si crederitis Moyſi, crederetis forſitan & mihi. Moyſes enī de me ſcripſit. Ideo etiam dicitur Lucę vltimo: ꝙ Chriſtus incipiens a Moyſe & prophetis interpretabat̄ illis duobus diſcipulis oīa quæ de eo ſcripta erant. Et poſtea dixit omnib⁹ diſcipulis in cœnaculo congregatis:Oportebat impleri quę ſcripta erant in lege, & prophetis, & pſalmis de me. Ex quibus patet ꝙ neceſſe fuit Chriſtum pati vt verificaretur tota ſcriptura legis & ꝓphetaꝝ:eo ꝙ Chriſtus erat terminus & finis & veritas eorum.

¶ Ex oībus ſupradictis ſequitur ꝙ oēs ſcribę & phariſæi & Iudæi moderni,qui eos ſequuntur, falſificarūt & falſificant ſcripturam legis & ꝓphetarum negando Chriſtum eſſe verum Meſſiam in lege ꝓmiſſum:& negando & cōtēnendo legem euangelicā:cum Chriſtus fuerit eius verificator:& lex euangelica ſit veritas totius ſcripturę legis, & prophetarum & Chriſtus fuerit confirmator veteris teſtamenti per ſuam mortem & paſſionē. & ſic etiam negando Chriſtum faciunt mendacē deum & totā legem & ꝓphetas de quibus ait dn̄s Hiere.xxxj. Irritum fecerūt teſtamentum meum. Itē ſequit̄ ꝙ oēs Iudęi a paſſione Chriſti vſq; ad pręſens tempus obſtinati & Chriſtū negantes ſunt hęretici in ſcriptura legis & ꝓphetarum. Hoc probatur. nam omnes illi qui cum pertinacia deuiant a veritate ſacrę ſcripturę:& negant eius verā intelligentiam:& aſſerunt aliquid quod eſt cōtra legē dei:ſunt hæretici:ſed omnes Iudæi moderni ſunt huiuſmodi:igit̄ ſūt hæretici. Maior eſt nota:minor probatur. Nam Chriſtus eſt veritas & finis legis & prophetarum. ergo negādo Chriſtum & legem euangelicā:negant veram intelligentiā legis & ꝓphetarum:& aſſerunt ꝑtinaciter oppoſitum veritatis:expectando Meſſiā temporalem futurum,qui temporaliter liberet eos. Et ſic contemnunt bona vera ſpiritualia ꝓpter falſa temporalia:& ſic irriſores ſunt legis & contemptores dei & bonoꝝ ſuoꝝ in lege promiſſorum. Et ſunt mendaces & falſificatores ſacrę ſcripturę:& blaſphemi:facientes deum mendacem in dictis & promiſſis & reuelationibus ſuis factis patriarchis & ꝓphetis:ꝓut plenius fuit declaratum in tractatu contra Iudęos in fine. G

¶ Quarta concluſio:ꝙ neceſſe fuit Chriſtū pati vt ꝓ nobis ſolueret om̄e debitum.ſ. pro om̄ib⁹ præſentibus p̄teritis & futuris. Ad cuius intellectum eſt ad- H

uertendum prout dictum fuit ſuper pſal. xxxix. & contra Iu
dæos queſtione prima. q cum totum genus humanũ fuiſſet
obligatũ in Adã ad æternã ſeruitutem ſub poteſtate diabo-
li, per nullũ pretium temporale & terrenum & finitũ pote-
rat redimi & liberari a tali debito & ſeruitute. Et hæc fuit
cauſa: quare nec ſacramenta, nec ſacrificia, nec oblationes
poterant de ſe liberare hoies a peccato nec ſoluere ſufficiẽs
pretiũ p debito. vnde ibi fuit probatum qualiter circunciſio
non poterat liberare ab originali culpa. & ratio eſt iſta. Nã
in circunciſione ſolum dabatur ille modicus ſanguis effuſus,
& illa pellicula abſciſſa: quę erat vilior pars totius corporis.
ſed nunq̃ pars poteſt redimere totũ: nec pars corporalis po
terat redimere animã: cum in ſe non contineret pretiũ ęqua
le. quia omne quod redimitur: æquali vel maiori pretio re
dimitur. & ſic nunq̃ corpus nec pars eius poterit redimere
animam: nec totum hominẽ. Item totus ille puer qui circun
cidebatur erat immundus quo ad corpus & animã. ergo illa
particula ſanguinis & pelliculę ita erat immunda & peccato
& ſeruituti ſubiecta, ſicut totus homo: & per cõſequens non
erat deo acceptabile pretium ad mundandum & liberandũ
totum hominẽ. Et ideo oportebat offerri aliquem hominem
mundũ & liberũ ab omni peccato: & non obnoxiũ peccato
primorum parentũ, nec in natura, nec in pſona. qui quidem
homo cõtineret in ſe pretium mundum & infinitum: qui nõ
ſolũ offerret partem ſui: ſed ſe totum: vt totũ hoiem redime
ret & liberaret a ſeruitute & morte peccati: immo ab vtraq;
morte. ſ. corporis & animę. Et talis fuit ſolus Chriſtus deꝰ &
homo, iuſtus & innocens, nõ obligatus in Adam: prout ſæ-
pius dictum eſt. Et ideo illa circunciſio & modicus ſanguis
& pellicula carnis non dabatur in pretium ſufficiens pro illo
puero: ſed in ſignũ p̃tij p Chriſtũ in cruce ſoluẽdi. Sicut qñ
quis emit domũ aut agrũ: & nõ ſoluit p̃tiũ: ſed ſolũ dat dena
riũ in ſignũ p̃tij, pmittens ſoluere p̃tiũ poſt annũ: ita pariter
faciebãt fideles veteris teſtamenti in illa circunciſione: quia
nõ dabãt illũ modicũ ſanguinem in ſolidum pretium pro illo
puero: ſed in ſignũ pretij futuri ſoluẽdi p Chriſtũ, inquãtũ p-
mittebãt deo patri ſoluere preciũ ſufficiens p paſſionẽ Chri-
ſti: & ſic liberabatur ille puer a ſeruitute peccati. & ideo ille
puer non liberabatur a peccato preciſe per illam circunciſio
nem: ſed per fidem Chriſti futuri ſub qua fide dabatur & fie
bat illa circũciſio: quia illa circunciſio non erat niſi ſignacu-
lum fidei: vt probat Apoſtolus per totã epiſtolas ad Ro. &
Gala. & Hebræ. Item adhuc datur aliud exemplum magis
accõmodatũ huic caſui. vnde cõſuetudo eſt inter viros belli-
geros. q ſi quis captus in bello ſub fide promittit dño ſuo ſol
uere intra certum tempus pretiũ redẽptionis: in cuius fidei ſi
gnum & arram, dat anulum ſuum q ille ſeruus dimittatur
ſub tali fide & ſigno vſq; ad tempus ſolutionis prætaxatum
tunc manifeſtum eſt q ille ſeruus captus non dimiſſus eſt: nec
liberatus a ſeruitute propter anulum: ſed propter fidem p-
miſſam: nec ille anulus fuit datus in pręciu: ſed in ſignũ pre-
tij ſoluendi. Nec ille liberatus eſt propter anulum: ſed pro-
pter pretium ſub fide promiſſum. Ita ergo pariter fideles
veteris teſtamenti. in illa circunciſione dabant illam pelli-
culam p̃putij circularem factam ad modum anuli: quam nõ
dabant in pretium ſolidum: ſed in arram & ſignum pretij fu
turi ſoluendi per Chriſtum. Et ſic dabant etiam illum modi
cum ſanguinẽ in ſignũ & arram ſanguinis Chriſti effunden-
di in cruce. Et ſic fiebat illa circũciſio ſub fide & proteſtatio-
ne ſoluendi per Chriſtum. Et ſic protunc ſub tali fide libe-
rabantur fideles veteris teſtamẽti a ſeruitute peccati & pœ
na inferni. Ex quibus patet q ſicut nec illa pellicula circu-
laris & anulata, nec ille modicus ſanguis erat pretium re-
demptionis illius circunciſi: ſed ſignũ fidei & arra futuri pre
tij & ſanguinis Chriſti in pretiũ effundendi: ita ille circunci-
ſus non liberabatur tunc per illam circũciſionem: ſed per fi-
dem Chriſti futuri ſub qua fiebat illa circũciſio: cuꝰ fidei illa
circũciſio erat ſignaculum: vt pbat Apoſtolus ad Roma. iiij
& ad Gala. per totum vbi pbat Apoſtolus q ſacramenta &
opera veteris legis nõ iuſtificabant nec liberabant per ſe ho
minẽ a ſeruitute peccati: ſed per fidẽ Chriſti futuri: cuꝰ erãt
ſignaculũ, & ſub qua fide fiebãt. Et ſic eſt dicendũ de oibꝰ
ſacrificijs & holocauſtis quę offerebantur pro pctõ actualit
quia nõ offerebantur in pretiũ: ſed in ſignũ futuri pretij: in-
quantum erant figura & ſignũ paſſionis Chriſti: quia de ſe
nõ poterant liberare hoiem: cũ in ſe nõ cõtinerẽt ſufficiẽs p̃-
tium: ſed intantũ liberabãt de præſenti: inquantum dabant
in ſignũ pretij futuri cũ fide & proteſtatiõe ſoluendi ſufficiẽs
& pfectũ pretiũ per paſſionẽ Chriſti. Et ſic tam circunciſio q̃
ſacrificia fiebãt in ſignũ fœderis: immo fuerũt data in ſignũ
fœderis: vt patet Gene. xvij. & per totũ Leuiticum. Secꝰ au-
eſt de ſacramentis nouæ legis quæ realiter continent de p̃-
ſenti virtutem paſſionis Chriſti: quod eſt pretium ſufficiens:
ideo de præſenti ilico iuſtificant & liberant a peccato: & ef-
ficiunt quod ſignificant. Et ideo fuit neceſſe Chriſtum veni
re in carnem & pati tale genus mortis: vt ſolueret pretiũ ſo-
lidum & ſufficiens pro omnibus fidelibus veteris teſtamen-
ti qui dederant ſignũ pretij per circunciſionem & ſacrificia
& oblationes: quia nõ ſolum circũciſio & ſacrificia: ſed etiam
oblationes quæ fiebant a fidelibus in pria & ſcda ętate erãt
ſignacula fidei Chriſti futuri: & dabantur in ſignũ pretij fu-
turi ſoluendi per Chriſtum in cruce: & ideo fuit neceſſe vt
Chriſtus ſolueret illud pretium pro omnibus illis in cruce. &
nõ ſolum pro illis: ſed pro omnibꝰ pręſentibꝰ & futuris: vt pa-
tet per totam epiſtolam ad Ro. immo per totam doctrinam
apoſtolicã: quia illud p̃tium fuit & eſt maius omni debito:
vt ſupra dictũ eſt per Auguſtinũ. Ideo dicit Aug. ſuper pſal.
xxj. ſermõe. ij. Ecce Chriſtus paſſus eſt. Ecce mercator oſtẽ-
dit merces ſuas. Ecce pretium quod dedit. Ecce ſanguis eius
fuſus eſt: in ſacco ferebat pretium, percuſſus eſt lancea, ſciſſus
eſt ſaccus & emanauit pretiũ orbis terrarum. Ex quibus om
nibus patet q neceſſaria fuit paſſio Chriſti ad ſoluendum
omne debitum: & ad liberandum totum genus humanũ a
ſeruitute peccati. Et ideo quia iam ſolutum eſt in cruce pre-
tium pro præteritis: & collatum ſacramentis nouæ legis pro
futuris: dicit Chriſtus in hoc cãtico. Iam meſſui myrrhã meã
& comedi fauum: comedite & ſaciamini: bibite & inebriami
ni. Quaſi dicat. quia iam ſolutũ eſt pretium, & iam ſacramẽ-
ta continent ipm in ſe virtualiter & realiter.

¶ Quinta concluſio: q neceſſaria fuit paſſio Chriſti ad pur- I
gandũ & mundãdũ hoiem a macula & ſorde peccati. Ad cu
ius intellectum eſt notandũ: q totum genus humanum ex
peccato primorũ parentum non ſolũ fuit deditum in ſeruitu
tem ſub poteſtate diaboli: ſed etiam fuit infectũ in carne: &
anima macula peccati. Et ideo nõ ſolũ indigebat redimi ab
illa ſeruitute & ſoluere pretium p debito per paſſionẽ Chri
ſti: prout dictũ eſt: ſed etiã idigebat mũdari & purgari a ma-
cula omnis peccati: vt poſſet deo recõciliari. Et ideo ex late
re Chriſti non ſolum exiuit ſanguis in pretiũ noſtrę redem-
ptionis: ſed etiam aqua in ablutionem peccatorum: vt patet
Ioannis. xix. Et ſic ex paſſione Chriſti collata fuit virtus ba-
ptiſmo & pœnitentiæ & extremę vnctioni & cæteris ſacra-
mentis non ſolum ad conferendam gratiã: ſed etiam ad ab-
luenda peccata. quæ quidem ablutio fit per eccleſiaſtica ſa
cramẽta. Ex quibꝰ patet qualiter neceſſaria fuit paſſio Chri-
ſti ad purganda & abluenda peccata per ſanguinem eius: vt
demonſtrat Apoſtolus ad Hebrę. viij. & ix. & x. Ideo dicit
Apocalyp. primo. q Chriſtus dilexit nos & lauit nos a pec-
catis noſtris in ſanguine ſuo.

¶ Sexta concluſio. q neceſſe fuit Chriſtum pati tale ge- K
nus mortis: vt paſſio eius eſſet metrum & menſura omnium
virtutũ & exemplũ patiẽtię in omnibus aduerſitatibus. Ad
cuius intellectũ eſt notandũ ſecundum Euſebium & Augu-
ſtinum: q ante mortem & paſſionem Chriſti & cognitionẽ

euangelii pauci audebant aggredi mortem & tormēta pro veritate & iuſtitia defendenda: & multi deficiebāt in tolerādis & perferendis aduerſitatibus & tribulationibus. immo multi reges & principes & imperatores procurauerunt ſibi mortem & occiderūt ſeipſos. nō valētes miſerias hu9 mūdi patiēter tolerare: vt pȝ de Nerōe, & Domitiano, & Catone & Annibale, & Lucretia, & Cleopatra, & m̄ltis alijs, q ſeip̄os occiderūt. imo Cęſar deſperās de victoria ſeip̄ȝ voluit interimere prope Ilerdā, vt inquit Lucan9. & hoc accidebat quia non habebant ſpeculum nec exemplum patientiæ de aliquo iuſto & ſummo viro: nec expectabant futuram felicem vitam. Sed poſtq̄ principes mundi venerunt ad fidē Chriſti & cognitionem legis euangelicæ, non legimus aliquem regem nec principem fidelem ſibi conſciuiſſe nec itulıſſe mortem: niſi quoſdam maniacos & phreneticos. cuius ratio eſt. Nam quando aliquis fidelis cuiuſcunqȝ conditionis & dignitatis ſit, laborat in aliqua aduerſitate aut perſecutione & infirmitate: ilico recurrit ad paſſionem Chriſti, & legem euangelicam: & imputans illas perſecutiones & aduerſitates ꝓuenire ex peccatis ſuis, patienter tolerat illas: & inſpiciens in paſſione Chriſti qui plura pro nobis paſſus eſt, iam ampliori patientia perfert eas. Et ſic ex paſſione Chriſti habent rei & peccatores vnde agant pœnitentiam: & miſeri vnde habeant patientiam: & iuſti vnde perferant martyrium pro veritate fidei. vnde nullum genus aduerſitatis q̄s poteſt pati: quin Chriſtus illud fuerit paſſus: & ſic ex ſpeculo paſſionis Chriſti habet vnuſquiſqȝ vnde patienter conſoletur. vnde ait Auguſti. ſuper Ioan. exponens illud. Dabant ei alapas. Sic implebat quod de ſe dixerat Chriſtus. Sic martyres informabantur ad omnia quæ perſecutores libuiſſet facere perferenda. ſic regnum quod de hoc mundo non erat, ſuperbum mundum non atrocitate pugnandi ſed patiendi humilitate vincebat. Sic illud granum multiplicandum ſeminabat horribili cōtumelia: vt mirabiliter pullularet in gloria. Itē idē Aug. de verbis apſtooli ſermone. xv. Si in te fuerit charitas cōmunicabis paſſionibus Chriſti: & ver9 martyr eris. traditus eſt ille excelſus per quem omnia facta ſunt: in opprobriū hominū & abiectionem plebis, & cōtumelias, & flagella in mortē: & docuit nos exemplo paſſionis cum quanta patientia in ipſo ambulemus: firmauit nos exemplo ſuæ reſurrectionis: quid ab illo patienter ſperare debeamus. Item idem Auguſtinus ſuper pſal. lxj. Eia fratres opus erat ſanguine iuſti ad delenda peccata & chirographū peccatorum noſtrorū. Opus erat exemplo patientiæ & humilitatis: opus erat ſigno crucis ad diabolum & angelos ei9 debellandos: opus erat paſſione domini: qua redemptus eſt orbis. Quanta bona egit paſſio Chriſti: & tamen paſſio iuſti huius non eſſet: niſi iniqui deum occidiſſent. Ex ſupradictis omnibus patet: qualiter talis paſſio Chriſti fuit neceſſaria pro audacia & fortitudine martyrum, & ad exemplum patientiæ miſerorum vt eſſet menſura omnium virtutum: vt iuſti ſequerentur agnum quocunqȝ ierit per imitationē.

L ¶ Septima concluſio: q̄ paſſio Chriſti fuit neceſſaria non ſolum ad redimendum totum hominem: ſed etiam ad recuperandum regnum cælorum pro membris Chriſti. Prima pars eſt probata per ſupradicta. Secunda vero probatur. nā propter tranſgreſſionem primorum parentum non ſolum fuimus priuati illa habitatione terreſtris paradiſi, de qua illi fuerunt electi & exules: ſed etiam fuim9 priuati futura felicitate & poſſeſſione regni cælorum, ad quam ipſi & poſteri eorum fuiſſent tranſlati poſt longum tempus ſi in illa iuſtitia originali ſteriſſent. quod regnum cęlorū non potuit recuperari pro nobis niſi infinito pretio paſſionis & reſurrectionis Chriſti: vt inquit Auguſtinus. Ideo dixit ſaluator ante paſſionem ſuam: Vado vobis parare locum vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Lucę. xxij. Item Lucę. xxiiij. Quia ſic oportebat Chriſtum pati: & reſurgere a mortuis tertia die: & ita intrare in gloriam ſuam. Item Ioannis. xiiij. Non turbetur cor veſtrum neqȝ formidet: quia vado parare vobis locum: & ſi abiero & præparauero vobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad meipſum: vt vbi ſum ego: & vos ſitis. Ex quib9 patet q̄ neceſſaria fuit paſſio Chriſti: vt per eam Chriſtus emeret cælum: & nobis ibi locū prępararet.

¶ Octaua concluſio q̄ neceſſe fuit Chriſtū pati tale genus M
mortis & paſſionis vt non ſolum potētia: ſed iuſtitia diabolus vinceretur. Ad cuius intellectū eſt notandū: q̄ diabolus nō tenebat nec poſſidebat hoīem ſub qua poteſtate tanquā dn̄s aut iudex nec tanq̄ creditor: ſed tanq̄ carcerarius & tortor & lictor & executor diuinę iuſtitię. Et ideo pretiū redemptionis nō erat ſoluendū diabolo: ſed deo patri cui facta fuerat iniuria & inobedientia. Et ſic diabolus executor diuinę iuſtitiæ, qui ſemper fuit amator & cupidus dominij & potentiæ, tenebat hominem incarceratum ſub ſua poteſtate quaſi tyrannice, donec ſolueretur & redderetur pretiū redēptionis deo patri: & fieret iuſta & ſufficiens punitio & iuſtitia de homine ne ſumma iuſtitia dei maneret læſa nec violata: ſed integra & ſatiſfacta. Et ideo venit Chriſtus in carneȝ: & pater poſuit in eo iniquitates omniū noſtrum: & Chriſtus paſſus eſt & vulneratus propter peccata noſtra: & attritus propter ſcelera noſtra: & percuſſus propter ſcelus populi dei: & languores noſtros ipſe tulit: & dolores noſtros ipſe portauit intantū q̄ liuore eius ſanati ſumus & liberati: vt pȝ Eſa. liij. Et ſic in Chriſto capite noſtro punita ſunt omnia peccata noſtra & ſatiſfacta iniuria dei: & reintegrata iuſtitia: & Chriſtus ſoluit ſufficiens pretium deo patri pro toto genere humano: ꝓut ſupradictū eſt. & per conſequens Chriſtus iuſte abſtulit & repetiuit prædā a diabolo: qui eam torquebat & tyrannice poſſidebat. Sed quia diabolus tentando hominem & pręcipitando ipſum in peccatum dicit̄ victor, & tanq̄ victor & triumphator poſſidet ipſum: ideo quando propter paſſionem Chriſti fuit ipſi homo ablatus: tunc diabolus dictus fuit victus & debellatus: quia ipſi fuit ablata præda, quam diu poſſederat ſub ſeruitute. Sed poſtea magis fuit victus & debellatus: quando in virtute paſſionis Ieſu fuit de populo gentili eiectus & propulſatus. Et ſic etiam quotidie diabolus vincitur, quando per pœnitentiam a peccatoribus quos ſub ſeruitute peccati poſſidebat, eijcitur. Sed quia totū hoc factum eſt, & fit in virtute paſſionis Chriſti: per quam facta fuit noſtra iuſtitia: ergo ſequitur q̄ per iuſtitiam & ex iuſtitia tunc fuit victus & debellatus diabolus: & per eandem iuſtitiam quotidie vincitur & debellatur. Ex quo patet q̄ neceſſaria fuit paſſio Chriſti: vt diabolus amator potentiæ vinceretur iuſtitia: quam ſemper impugnauit prout dicit Auguſtinus. ¶ Sed eſt aduertendum ſecundum Auguſtinum N
in Enchiridio: q̄ quaſi omnia peccata fuerunt annexa peccato primorum parentum. Nam ibi fuit furtum, quia rapuit fructū prohibitum ab arbore. ſecundo ibi fuit ſacrilegium & blaſphemia: quia voluit vſurpare deitatem credendo ſerpēti: qui dixit. Eritis ſicut dij. & per eandem rationem cōmiſit crimē lęſæ maieſtatis Adam. Item cōmiſit homicidium: q̄a ſeipſum & totum genus humanum in mortem pręcipitauit. Et ideo Chriſtus vt ſufficienter totum peccatum primorum parentum expiaret & omnia peccata futurorū in ipſo punirentur: & pro omnibus ſatiſfaceret fuit flagellatus vt latro ꝑ omnibus latronibus: & cōſputus & alapis cæſus pro omnib9 ſacrilegis & blaſphemis: & ſpinis coronatus pro omnib9 ſuperbis & vſurpatoribus regiæ maieſtatis. Et fuit ſuſpenſus & mortuus in cruce pro omnibus homicidis pœnitentibus. Et ſic patet qualiter Chriſtus ſufficienter ſatiſfecit pro peccatis omnium pteritorū & futurorum. ideo iuſte potuit eos liberare de poteſtate diaboli: qui per talem iuſtitiā māſit victus & debellatus: & Chriſtus manſit victor & triumphator. ¶ No O
na concluſio. q̄ ordo noſtræ redemptionis fuit neceſſarius

neceſſitate congruentię ad vincendam aſtutiam diaboli. Ad
cui⁹ intellectū eſt aduertendū ſcdm Auguſtinū in quodā ſer-
mone de paſſione & cruce dñi: ꝙ Chriſtus eundē ordinē ſer-
uauit in noſtra redēptione: quem tenuit diabolus contra pri
mos parentes & poſteros ſuos. & ſic Chriſtus non ſolum vicit
diaboli potentiā: ſed etiā ei⁹ aſtutiā. Vñ diabolus tenuit hāc
aſtutiam ad tētandū primos parētes. Nā prio cepit formam
ſerpētis, ſub qua forma latebat venenū ſathanicū. & veneno
ſo ſibilo inſufflauit in fructum ꝓhibitum: & infecit eum. Et
tunc oſtendit mulieri pomum exterius pulchrū & ſuaue ad
veſcendum: ſed intus mortifero veneno infectum, pſuaden-
do vt comederet cum viro ſuo. Et ideo ilico cū comederent
fuerunt infecti & fauciati in carne vulnere inordinatę cōcu-
piſcentię: & in anima vulnere peccati. quā quidē corruptio
nem carnis p libidinoſam gñationē tranſmiſerunt in oēs
poſteros. Ex cuius carnis libidinoſę contactus ſiue conſortio
vnaqueq; anima trahit culpā originalē: & ex conſenſu cōcu-
piſcentię volūtas cōtrahit peccatū actuale. Et ſic diabolus
ſub tali aſtutia infecit & ſibi ſubiugauit totum genus huma-
num: vt inquit Auguſtinus. Et ideo filius dei totius generis
humani prudens & ſufficiens reparator, & reſtaurator, & cō
tra diabolū triumphator: eundem ordinē ſeruauit in noſtra
redemptione. Nam ſicut diabolus accepit formā ſerpentis,
ſub qua latebat venenū ſathanicū, & hamus fraudulentus
quaſi ſub eſca ad decipiendum & vincendum hominem: ita
Chriſtus per oppoſitum aſſumpſit formam hominis ſub qua
latebat antidotum ſalutis: & hamus deitatis, ad decipiendū
& vincendū diabolū. Et ſicut diabolus ſerpens antiquus in-
ſufflauit in illū fructū ſuū venenū: & infecit ipſum: ita ſpiritus
ſanctus inſufflauit in illam humanitatē aſſumptam ſpiritū
ſapientię & intellectus. & ſanctificauit illam humanitatē: &
gratificauit: vt eſſet ille homo plenus ois gratię: de cui⁹ ple-
nitudine oēs acciperemus. Et ſic ſicut primi parentes come-
dendo de illo fructu prohibito & venenato ilico fuerunt cor
rupti & ſauciati in corpore & anima, incurrentes ſententiā
duplicis mortis: Ita per oppoſitum comedētes iſtū fructū ſa-
lutiferum, qui eſt Chriſtus, oēs ab illo morbo ſanant: & ab il
la morte ibi ppetrata viuificant. Itē ſicut primi parentes cō
tra preceptum & voluntatē dei extenderunt manum ad li-
gnum: & rapuerunt fructū: & guſtantes fuerunt infecti: & p
generationem infecerunt omnes poſteros: ita pariter Chri-
ſtus vt expiaret ſcelus eorum extendit manus & brachia ſua
ad arborem & lignū crucis: & inde collegit & guſtauit ama-
ros fructus paſſionis. qui quidem fruct⁹ licet ſibi fuerint ama
ri: tamen nobis fuerunt dulciſſimi. Et ideo omnes fideles co
medentes de fructu paſſionis quem nobis porrexit Chriſt⁹,
ſanantur a morbo cibi prohibiti: quem diabolus porrexit
primis parentibus: & ex conſequenti omnibus ſuis poſteris.
Item ſicut diabolus inſufflando ſuper cibū ꝓhibitū intulit &
infixit in eo illud venenum mortiferum ad inficiendum pri
mos parentes: & ex conſequenti totum gen⁹ humanū: ita pa
riter Chriſtus inſufflauit in ſeptem eccleſiaſtica ſacramenta
infundendo virtutē ſuæ paſſionis tanq̄ medelā & antidotū
ſalutiferum ad ſanandos omnes fideles a morbo & veneno
illius cibi prohibiti. Item ſicut Adam tranſmiſit venenum &
peccatū ſuū in oēs poſteros filios ſuos p libidinoſam & carna
lem generationē: ita pariter Chriſtus tranſmiſit virtutem &
merita ſuæ paſſionis in oēs fideles filios adoptiuos per ba-
ptiſmalem & ſanctificantē regñationē. Ex quib⁹ oibus ptȝ
ꝙ Chriſtus in ordine noſtræ redemptionis nō ſolum vicit po
tentiam diaboli per iuſtitiam: ſed etiā vicit eius aſtutiā p cō-
trariam diſpoſitionē. Hūc ergo ordinē & diſpoſitionem vult
explicare in pſona Chriſti Salomon in hoc ſexto Cantico: cū
dicit. Surge aquilo & veni auſter & perfla hortum meū. i. ve
ni pſecutio Iudæorum & tormenta miniſtroꝝ Pilati. Et ve-
ni tu auſter. i. voluntas patris, & pfla & agita corpus meum
per paſſionē & mortē, vt fluant aromata & merita p vulne-
ra flagelloꝝ & clauorum & lanceę ad cōplendā oēm iuſtitiā
& ſananda vulnera pctōrum. Et ſicut ſerpens antiquus in-
ſufflauit in fructū ꝓhibitum: vñ fluxit venenum ad inficien-
dum totum genus humanū. ita tu Aquilo & Auſter inſuffla
te hortum corporis mei: vt fluant ex eo aromata chriſtianæ
redēptionis & ſalutis ad fugandū illud venenum pctōꝝ. Et
ſubdit. Iam veni in hortum meum. ſ. in hortum paſſionis &
crucis. Et iam meſſui myrrham ſacramentoꝝ ex arbore cru
cis: & iam guſtaui & comedi fauum paſſionis cum melle: &
bibi vinū cū lacte paſſionis. quā myrrham & fauū cū melle
& vinū cum lacte immiſi & trāſtuli in eccleſiaſtica ſacramē-
ta ad ſanandos & reficiendos & alendos fideles, ideo vos
amici fideles venite ad me per fidem & comedite & ſatura
mini iſta myrrha & fauo cum melle ſacramentoꝝ: & bibite
& inebriamini iſto vino cum lacte, & ſatiamini, & ſanabimi
ni ab infirmitate, & recuperabitis vitam per gratiā. quia li
cet ego dormiam in cruce: tamen cor meū vigilat in veſtra
redēptione. Et ſic patet qualiter paſſio Chriſti vicit aſtutiā
diaboli. Ideo dicit Aug. in ſermone vni⁹ martyris: Quę forti
tudo draconis cōtra mortē dñi qui ſerpentē ſuſpendit in li-
gno? Triūphauit eñi de morte quā diabolus propinauerat
per aſtutias ſuas homini. Et cū exaltaret Moyſes ſerpentē
in eremo in ligno: populus qui mordebatur a ſerpente attē-
debat ſerpentem & ſanabatur. Sic & modo quēcunq; mo-
morderit aſtutia Sathanæ intueatur Chriſtū in ligno pen-
dentem. ibi enim mors occiſa eſt: dominus ſemper viuit. Sed
vt occideret mortem veſtitus eſt morte. Ex ſupradictis ergo
patet qualiter neceſſe fuit Chriſtum pati tale genus mortis:
vt vinceret aſtutiam diaboli & malitiam eius.

¶ Decia cōcluſio: ꝙ paſſio Chriſti fuit neceſſaria ad roboran P
dos, & adęquandos, & cōdignificandos omnes actus huma
nos erga deū: vt eſſent fructiferi & digni gratia i pñti & glo-
ria in futuro. & etiam ad adęquandū oēs act⁹ humanos iter
ſe ſiue erga ꝓximū. Ad cui⁹ intellectū eſt notandū ſcdm Apo
ſtolum ad Ro. viij. ꝙ paſſiones. i. opationes hui⁹ ſęculi non
ſunt cōdignę, nec ſufficientes nec cōpabiles ad futurā gl'iam
quę reuelabitur in nobis. qd̄ dupliciter accidit. Vno mō ra-
tione imperfectionis: quia nulla operatio hūana pōt eē de
ſe ita perfecta quin patiatur aliquē defectū in aliqua circū
ſtantia: per quem defectū illa operatio non eſt digna com-
parari præmio cæleſti. vnde ieiunium non poteſt ita perfe-
cte fieri quin in aliquo deficiamus. Nam ieiuniū debet fie-
ri cum patientia & puritate mentis, & cum oratione & elee
moſyna: ſed impoſſibile eſt ex parte noſtra quin deficiam⁹
in aliqua circunſtantia.

¶ Et ita eſt dicendū de oratione: quia non fit cū ſufficienti Q
feruore, ſed cū aliqua vaga & deuia cogitatione admixta:
& nō cū tota attentione. Et etiā eleemoſynæ noſtræ nō fiūt
ſemper cū intentione & largitate & deuotione. & ſic de oi-
bus operationibus quæ ſemper patiunt aliquē defectū. Iō
dicitur Eſaiæ. lxiiij. ꝙ omnes nos & iuſtitiæ noſtrę quaſi pā
nus mēſtruatę. ꝓpter qd̄ nō ſunt de ſe dignæ prēmio ęterno
nec ſufficienter ſatiſfaciūt pro pctīs cōmiſſis. & ſic ꝓpter ta-
les defect⁹ non ſunt cōdignę. Item ſecūdo nō ſunt cōdignæ
ratione valoris: quia quantūcunq; ſit pfecta bona operatio
noſtra, ſemper eſt finita & breuis. ergo de ſe nō eſt tāti valo
ris vt poſſet ſatiſfacere ꝓ debito infinito in ipſo pœnitente
ad delendā pœnam peccati infinitam.

¶ Et ſic nulla pœnitētia iniūcta poſſet ſatiſfacere pro debi-
to peccati. nec minus non poſſet ſufficere bona operatio ad R
ꝓmium ęternum cōſequendum: quia ipſi non poteſt cōpara
ri in valore. de quo dicit p Eſa. lxiiij. & Apoſtolū. j. ad Cori.
ſecūdo: ꝙ nec oculus vidit, nec auris audiuit: nec in cor ho-
minis aſcēdit q̄ ꝑparauit de⁹ diligentib⁹ ſe. ergo nulla opera
tio humana de ſe eſt ſufficiēs ad ſatiſfaciendū pro debito pec
cati, nec ad cōſequendā futurā gloriā cōdigna. Et ideo ad p-
ficiendas operationes noſtras & ad ſupplendū defectus ea-

rum,& ad faciendas ipſas cõdignas pmio æterno & futurã gloria:fuit neceſſaria paſſio Chriſti:quæ adęquat & condignificat oẽs operatiões noſtras.vnde applicata paſſio Chriſti ieiunio noſtro ſupplet oẽs defectus eius:& pficit ipm & reddit ipm validũ & cõdignũ pmio ęterno:qñ ſumus in ſtatu gratię.Et ſic eſt dicendũ de eleemoſyna quę de ſe parui valoris eſt:ſed addita Chriſti paſſio facit illã validã & dignã pmio ęterno.& datur exemplũ de anulo aureo vni⁹ vnciæ: qui de ſe vix valet ſed ducatos:ſed ſi addatur & cęletur in eo carbunculus,reddit ipm magni pretij & valoris ad emẽ
S dam vnam ciuitatẽ. ¶ Sic ergo oratio vel eleemoſyna noſtra de ſe parui valoris eſt:ſed ſi applicentur ipſi merita paſſionis Chriſti:faciunt ipſam condignã & validã ad emendũ regnũ cęlorum.Vñ eſt iterũ aduertendũ:ꝙ ieiuniũ & oratio & pegrinatio & labores & oĩa opa quę Chriſtus fecit,cõputantur in paſſione eius:quia tota vita Chriſti fuit vnus actus paſſionis & pœnitentię pro nobis cõtinuus & nõ interpolatus:ꝑut dictũ fuit ſup pſal.xxix.& dicet̃ in ſequenti quęſtiõe quę quidẽ opa Chriſti nõ ſolũ fuerunt facta ad delenda noſtra peccata:ſed etiã ad pficiẽdas operationes noſtras:& ad ſupplẽdũ defectũ earũ.Nã Chriſtus ieiunauit vt pficeret & cõſecraret ieiuniũ noſtrũ.Et peregrinatus eſt vt pficeret noſtras pegrinationes:& fecit eleemoſynas & opera miſericordię,vt pficeret opera miſericordie noſtra : & ſuppleret defectus eorum:& faceret ea valida & cõdigna pręmio ęterno. Ex quibus patet qualiter paſſio Chriſti cõdignificat & adęquat omnes noſtras operationes ergu deum.

T ¶ Et ſi quęrat̃ quõ paſſio Chriſti applicet̃ opationib⁹ nr̃is & reddat eas validas. Reſpondet̃ ꝙ quãdocũq; homo fidelis efficitur membrũ Chriſti per fidem charitate formatã; tunc in oĩbus operationibus ſuis participat paſſionẽ Chriſti:qa diligentib⁹ deũ omnia cooperant̃ in bonũ.ad Ro.viij.Et ſic ꝑpter pticipationẽ paſſionis Chriſti oĩa opera iuſtoꝝ reddũtur valida & cõdigna.& ideo quilibet pœnitens aut iuſt⁹ in oibus opationib⁹ ſuis ſemp debet inuocare paſſionẽ Chriſti. Vnde quãdo dicimus. Pater de cælis miſerere nobis:nil aliud intendimus dicere,niſi O pater rogamus vt accipias paſſionem filij tui in prætium pro peccatis & delictis & defectibus noſtris.Et quãdo oramus filium dicentes.Chriſte fili dei viui miſerere nobis:nil aliud intendimus dicere:niſi O Chriſte fili dei redemptor mũdi rogamus vt velis offerre paſſionem tuam patri pro peccatis noſtris:& velis applicare paſſionem tuã in omnibus operationibus noſtris vt ſint dignæ pœnitentia in hoc ſæculo & vita æterna in futuro.Et ſic patet qualiter ſola paſſio Chriſti poteſt adæquare opationes noſtras erga deũ.Sed eſt vlteri⁹ aduertendũ,ꝙ paſſio Chriſti nõ ſolũ adęquat operationes noſtras erga deũ,ſed etiã erga ꝓximũ:vñ qñ quis lęſit & offendit ꝓximũ in pſona,vel in bonis,vel in fama:& nõ valens ſatiſfacere dicit paſſo iniuriã.O frater rogo amore paſſionis Chriſti,vt parcas mihi.nil aliud intendit dicere:niſi rogo te frater poſtq̃ nõ poſſum tibi ſatiſfacere:vt acceptes paſſionem Chriſti in recompenſationẽ iniurię tibi factę:poſtq̃ Chriſtus ꝓ noſtris delictis paſſus eſt:& pro omnib⁹ exorauit,tunc manifeſtũ eſt,ꝙ ſi paſſ⁹ iniuriã parcit reo:ꝙ acceptauit paſſionẽ Chriſti in p̃tium & recõpenſationẽ ſuę iniurię.Et ſic paſſio Chriſti fuit illa quę adęquauit recõpẽſationẽ ſiue opationẽ inter duos ꝓximos.

V ¶ Ex quo ſequitur primo ꝙ ſi paſſus iniuriã nõ vult remittere nec parcere precanti veniã amore paſſionis Chriſti:videtur contẽnere paſſionem Chriſti:immo videtur pluris exiſtimare iniuriã ſuã q̃ paſſionẽ Chriſti:quod eſt abſurdum & ſacrilegũ.Item ſequitur ſecũdo:ꝙ talis obduratus in ſua malitia non eſt dignus vt ipſi ſubueniat paſſio Chriſti:poſtq̃ eã; cõtẽnit nõ parcẽdo ꝓximo,nec remittẽdo ꝓpriã iniuriã:ꝓut ſatis explicat ſaluator in parabola de decẽ milib⁹ talentorum.Mat.xviij.Ex quib⁹ patet qualiter paſſio Chriſti nõ ſolum dignificat & pficit & adæquat operationes noſtras erga deum:ſed etiam erga proximũ. Ex oibus ergo ſupradictis per decẽ cõcluſiones patuit,qualiter fuit neceſſaria paſſio Chriſti:& quomodo neceſſe fuit Chriſtũ pati tale gen⁹ mortis & paſſionis:non neceſſitate coactionis ex parte dei: quia non defuit ipſi alius modus poſſibilis:ſed ille mod⁹ fuit neceſſarius neceſſitate cõgruentię ex parte noſtrę ſalutis.Et hoc decem rationibus. ¶ Primo ad adæquandã dei iuſtitiã X
cũ miſericordia erga nos.Scđo ad cõfirmãdũ teſtamentum per mortem teſtatoris.Tertio ad verificandã ſcripturã legis & ꝓphetarũ.Quarto ad ſoluendum omne debitum noſtrũ. Quinto ad purgandũ & mundandũ omne peccatũ. Sexto ad dirigendos omnes actus humanos:& vt eſſet exemplum patientię & ſpeculũ miſerorum in omni aduerſitate. Septimo ad emendum & recuperandum cælum & omne deperditum in Adam.Octauo ad vincendam potentiã diaboli p iuſtitiam.Nono ad deſtruendã aſtutiam diaboli per prudentiam. Decimo ad cõdignificandas & adęquandas noſtras operationes erga deũ & proximũ.Et hoc de primo quęſito.

¶ Scđo quęritur circa illud quod dicit Chriſtus in hoc cãtico.ſ ego dormio & cor meum vigilat. vbi dictum eſt in ex- Y
poſitione:quomodo Chriſtus non ſolum pro nobis meruit per ea quæ facta ſunt in vita:ſed etiã poſt mortem circa eũ. Et quomodo licet dormiret in cruce & in ſepulcro:tamẽ ſemper vigilabat operando noſtram redemptionẽ:& recipiẽdo vulnus in latere.Et videtur ꝙ Chriſtus non potuit mereri p vulnus lateris nec per ſepulturam. Nam ſpatium merendi vel demerendi conceditur hominibus tantum in hac vita vſq ad mortem terminatiue:vt inquit Auguſtinus in Enchiridio:quia poſt mortem non eſt tempus merendi:ſed præmium recipiendi.cum ergo Chriſtus iam eſſet mortuus quãdo latus eius fuit lãcea perforatum:vt patet Ioannis xix.ergo poſt mortem non potuit per illud vulnus mereri:nec i noſtra redemptione vigilare.In oppoſitum autem eſt text⁹ huius cantici. ¶ Ad cuius declarationem eſt notandum:ꝙ Z
ſicut in domificatore conſideratur triplex actus: ſcilicet primus & ſecundus & tertius:ita pariter in Chriſto. Nam primus actus domificatoris eſt ipſe habitus artis:quem non ſolum habet in vigilia;ſed etiam in ſomno. Actus autem ſecundus eſt conſideratio ſcđm artem circa domum faciendã; & circa formam & figuram & partes eius:quod non poteſt fieri niſi in vigilia. Actus vero tertius eſt quando manuales operantur ſucceſſiue circa partes domus.fabricando partem poſt partem. Ita ergo pariter in Chriſto conſiderabatur triplex actus,ſcilicet primus,ſecundus,& tertius. Actus primus fuit gratia vnionis & omnes habitus gratiarũ & donorum quos a primo inſtanti creationis aĩmæ habuit. Actus autem ſecundus fuit conſideratio noſtrę redemptionis: & propoſitum firmum & immobile operandi noſtram redemptionem.iſte actus fuit vnicus & continuus & non interciſus nec interpolatus in tota vita eius:quia ſemper fuit ipſi præſens ieiunium, & labores, & conuicia, & opprobria, & iniuriæ, & captio, & flagella, & vulnera clauorum & lanceæ.

¶ Et oĩa quę erat paſſurus fuerũt ipſi p̃ſentia: & ſemper ſine interuallo erat in firmo & immobili ꝓpoſito ſponte pa- A
tiendi illa.Et in hoc actu ſecũdo fuit ſemp in ſomno & in vigilia:quia licet pars ſenſitiua qñq; dormiret:tamẽ pars intellectiua & rationalis ſemp inuebatur in verbo & ſemp i actu. Secundo cõſiderabat & ſponte proponebat pati.Sed quia propter tale immobile propoſitum merebat̃ pro omnibus operationibus futuris non ſolum in vita ſed etiam poſt mortem:ideo a primo inſtanti conceptionis iam meruit propter vulnus lateris & ſepulturam & cætera opera.Et ita eſt dicẽdum de martyribus. ¶ Nam beat⁹ Vincẽtius non ſolũ mere- B
batur ꝓpter martyriũ:quod patiẽter ꝓpter Chriſtũ tolerabat:ſed etiam iam meruit in vita ꝓpter oĩa quę ipſi fecerunt poſt mortem: puta quia fuit cadauer eius proiectum

canibus ad comedendum:poſtea fuit proiectum in mare
&c.Et ita eſt dicendum de cæteris ſanctis:eo ꝙ in vita me-
ruerunt propter firmum propoſitum,vt omnia illa prodeſ-
ſent.Actus autem tertius ipſius Chriſti fuit quando reali-
ter operabatur opera noſtræ redemptionis adextra,puta
per quadraginta dies ieiunando,& prædicãdo,& miracula
faciendo,& mortem patiendo,& vulnus lateris recipiendo.
qui quidem actus licet eſſent ſucceſſiui & diſtincti circa nos
tamen quia erant de eſſentia paſſionis & redemptiõis:ideo
omnes illi actus ſimul dicti ſunt vnus actus redemptionis:
quaſi vnitate aggregationis reſpectu vnius finis quia om-
nes illi actus fuerunt vna via ad vnicum finem.&etiam fue
runt vnus actus ratione vnius firmi & continui propoſiti
Chriſti:ideo omnes illi actus computabantur in noſtra re-
demptione,& in Chriſti paſſione. Et ſic Chriſtus ab inſtan
ti conceptionis ſemper fuit in iſto actu tertio:nam ilico ince
pit opera noſtræ redemptionis:quia ſtatim incepit orare pa
trem pro tota eccleſia:& in tali oratione ſemper ſine inter-
miſſione perſeuerauit.Item ſtatim mouit virginẽ matrẽ ſuã:
vt iret ad viſitandam Elizabeth:vt ipſe ſanctificaret Ioan-
nem Baptiſtam. Et ſic in vtero virgineo ſemper pro nobis
orabat.Et poſt natiuitatẽ iam incepit flere & frigus & alios
dolores pati:quę omnia pertinebant ad noſtram redẽptio-
nem.Et ſic erat ſubiectus parentibus:& obſeruabat opera
legis vſq; ad baptiſmum.Et poſtea incepit operari in lege
euangelica:& ſic proſecutus eſt opera redemptionis vſq; ad
mortẽ:& etiam poſt mortẽ vſq; ad ſepulturam & reſurrectio
nem.Et ſic patet ꝙ Chriſtus ſemper fuit ſimul in actu ſecũ-
do,& ſucceſſiue in actu tertio,circa noſtram redẽptionem.Et
ideo a primo inſtanti meruit plene & perfecte reſpectu ſui,p
omnibus operibus ſucceſſiuis futuris tam poſt mortem,ſicut
ante & hoc accidebat,ppter vnicũ actũ & firmũ,ppoſitũ no-
ſtræ redemptionis:eo modo quo dictũ eſt.Vñ ſicut ſol ſemp
eſt in actu primo & ſecundo reſpectu ſui:quia ſemp illumi-
nat & in ſe habet totum ſuũ lumen tam in aurora,q̃ in meri
die:ſed illud lumen non attingit oẽs partes mundi ſimul:ſed
ſucceſſiue:ita pariter Chriſtus ſicut in ſe habebat totũ ſuum
,ppoſitum & totã virtutẽ ſuę paſſionis ſimul tam in prio in-
ſtanti q̃ in tota vita:ita habebat totũ meritum.ſed poſtea il-
lud propoſitũ ſucceſſiue exiuit in actũ,reſpectu noſtri.Et iõ
reſpectu ſui ſemper meruit pro nobis propter omnes actus.
C ¶ Sed illud quod facit maiorem difficultatem in hac mate
ria eſt:ꝙ ſecundũ cõmunẽ opinionem,Chriſtus poſt mortem
in triduo non fuit homo:& ſi non erat homo,ergo non erat
caput eccleſiæ:quia Chriſtus inquantum deus & homo eſt
caput eccleſiæ.&: ſi non fuit homo,nec erat caput eccleſiæ:
ergo virtus ſacramentorum non potuit emanare ea latere
eius:quia Chriſtus vt caput eccleſiæ influxit virtutẽ in ſacra
menta:nec ſacramenta habent efficaciam niſi a Chriſto vt
eſt caput eccleſiæ:ergo ſi Chriſt⁹ nõ fuit hõ in triduo,nec ca-
put eccleſię:ſequeretur ꝙ eccleſia non exiuit ex latere Chri
ſti:qđ eſt directe contra Auguſtinum.& ſequeretur etiam ꝙ
ille ſanguis cum aqua qui exiuit ex latere Chriſti non fuiſſet
effuſus in remiſſionem & redemptionem peccatorum:quod
eſſet contra Clementinam de ſumma trinitate & fide ca-
tholica. Ad hoc reſpondetur ꝙ ſi vellemus ſequi opinio-
nem & poſitionem magiſtri;quam ſequitur Aegidius de
Roma,& quidam alij magni viri:nulla eſſet difficultas.Di-
cunt enim ꝙ Chriſtus fuit & erat homo in triduo iſto mo-
do,ſcilicet ꝙ licet fuerit mortuus,& anima vere a corpore
ſeparata:tamen quia iſta duo erant iuncta & vnita perſona
liter in verbo:ideo verbũ poterat dici homo poſtq̃ habebat
iſta duo ſibi pſonaliter vnita:licet inter ſe eſſent ſeparata.
Et ſic cõcedunt:ꝙ licet iſta duo inter ſe non erant vnus hõ,
tamen in vno tertio.ſ.in verbo perſonaliter vnita poterant
dici homo.Itẽ cõcedũt ꝙ licet in illo triduo ex aia nõ reſul-
tabat humanitas in corpore:eo ꝙ erat ab eo ſeparata:tamẽ
ex corpore & anima reſultabat humanitas in verbo,licet nõ
inter ſe.& iſto modo intelligunt illud quod ait Damaſcenus
ſcilicet.Quod verbũ ſemel aſſumpſit nunq̃ dimiſit.Et ſic iſti
concedunt ꝙ Chriſtus fuit homo & caput eccleſiæ:& per
cõſequens ex latere Chriſti capitis eccleſiæ exiuit ſanguis &
aqua in remiſſionẽ peccatorum:& ad efficaciam & virtutem
ſacramentoꝝ.Et ſic ratio ducta ſupra in oppoſitum nullam
affert difficultatem ſecundum eos.Et ſic arguitur cõtra iſtos
a ſuperiori negato.nam ſi Chriſtus in triduo nõ fuit corpus
animatum nec viuũ:ergo nec erat homo:Ad hoc reſpondẽt
ꝙ hæc illatio dialectica non habet locũ in hoc ſingulari my-
ſterio ſupnaturali,vbi partes eſſentiales hui⁹ hõis nõ habẽt
,ppriã pſonalitatẽ:ſed poſt mortem mãſerunt ſub eadẽ pſo-
nalitate verbi vnita:& ideo non ſequit̃ niſi ꝙ Chriſtus in il-
lo triduo nõ erat homo viuus in ſe,ſed homo mortuus:cuius
partes eſſentiales licet eſſent ſeparatæ inter ſe:tamen nulla
earum fuit corrupta,nec amiſit perſonalitatem:& ideo ex
eis poterat reſultare humanitas in verbo:cui perſonalitate
erant vnitę.Sed quia iſta poſitio cõmuniter nõ tenetur:nec
placet vniuerſitati Pariſienſi,nec maiori turbæ doctorum:
Ideo eſt dicendũ ſalua ſemper fide catholica & meliori iudi
cio:ꝙ licet Chriſtus nõ fuerit naturalis homo in triduo eo ꝙ
erat vere mortuus,& partes humanitatis erant realiter ſe-
paratæ:tamen adhuc Chriſtus erat vere caput eccleſiæ.
¶ Ad cuius intellectũ eſt aduertendũ ꝙ licet Chriſtus deus D
& homo ſit caput eccleſiæ:tamẽ principalitas huius pſonæ
conſiſtit in verbo:eo ꝙ verbum habet rationem principalis
agentis,& humanitas habet rationẽ inſtrumenti:quia ver-
bum nõ aſſumpſit humanitatem niſi vt eſſet inſtrumẽtũ nr̃æ
redẽptionis:vt ait Damaſcen⁹:& cõiter tenetur. Aſſumpſit
eñ corpus vt eſſet inſtrumentũ patiẽdi,& aiam vt eſſet in-
ſtrumentũ merendi.Et ideo verbũ erat agens principale,&
corpus & aia reſpectu verbi mouebant̃ tanq̃ inſtrumentũ in
oi opere nr̃ę redẽptionis. Et ideo ad hoc verbũ eſſet caput
eccleſię ſufficiebat pro illo tunc ꝙ haberet corpus & animã
ſibi pſonaliter vnita,licet inter ſe eſſent protũc ſeparata:qa
verbũ cũ aia poterat operari in inferno educendo animas ſ-
deliũ veteris teſtamenti:& corpus poterat inſtrumentaliter
operari in cruce,vuln⁹ lateris recipiendo:& cętera myſteria
ad corpus pertinentia,tam in ſepulcro,q̃ in cruce patiendo.
Et hoc ſufficiebat adhoc ꝙ Chriſtus tanq̃ caput eccleſię pſi
ceret opera noſtræ redemptionis. Et ideo fuit neceſſe ꝙ ſi-
cut anima non fuit corrupta in tali ſeparatione & morte:ita
nec corpus corrũperet̃,nec incineraret̃,nec ſumeret aliã for
mam ſubſtantialem:ſed maneret idem numero:quia aliter
fuiſſet variata noſtrę redemptionis operatio mutãdo inſtru-
mentum:ſi nõ mãſiſſet idẽ corpus qđ Chriſtus ex puris ſan-
guinibus virginis aſſumpſerat ad inſtrumentũ noſtrę redẽ-
ptionis.Et ideo eſt dicendum ꝙ ille non vere fuit mortuus.&
dato ꝙ nõ fuerit homo in illo triduo:tamen idem Chriſtus
& idem caput eccleſiæ mãſit cum eiſdẽ inſtrumentis noſtræ
redemptionis.Et ideo illud corpus mortuũ dicebatur corp⁹
Chriſti. Et ſic ex eius latere exiuit ſanguis & aqua in remiſ-
ſionem & redẽptionẽ peccatoꝝ:vt dicit Clementina. Et ex
illo latere exiuit tota eccleſia & efficacia & virtus ſacramen
toꝝ:vt inquit Auguſtin⁹.Etiã hoc ſemp meruit Chriſt⁹ a pri
cipio ſuę cõceptionis ,ppter immobile & firmũ propoſitum
patiendi & continuum actũ operandi:prout ſupradictũ eſt.
Et ita pariter illa anima dicebatur anima Chriſti poſtq̃ ipſi
erat perſonaliter vnita,& per ipſam operabatur in limbo.
Et ſic patet qualiter Chriſtus ſemper fuit caput eccleſię in
triduo:& quomodo opera eius fuerunt efficacia ad pficien-
dum noſtram redemptionẽ.Sed oportuit vt corpus animam
recuperaret:& aia recuperaret corpus glorioſum ad ſuam
exaltationẽ ex merito tantæ paſſiõis,& ad vltimã pfectio
nem noſtrę redẽptionis:vt patebit in ſequẽti cãtico. ¶ Sed E
nunc reſtat dubiũ-vtrum corpus Chriſti mortuum in illo tri-

duo fuerit,& manſerit ſubſtãtialiter idẽ numero cũ viuo.Et
videtur ꝙ non quia ſicut homo mortuus dicitur ęquiuoce:
ita corpus hois mortui dr̃ ęquoce.ij.de aia:&.vij.Metaphy
ſicę.& ſic non manſit idem ſubſtantialiter,poſtq̃ amiſit for
mã ſubſtãtialẽ:ſed mãſit ſolũ idẽ cũ quadam ęquiuoca ſimi
litudine & figura.Sed in oppoſitũ arguitur:quia ſequeref,
ꝙ Chriſtus variaſſet opera noſtrę redemptionis variando i
ſtrumentum,qd eſt inconueniens. Ad hoc dicunt quidam,
ꝙ idem corpus numero manſit:poſtq̃ manſit eadem forma
corporeitatis.Sed hoc eſt ſuperflue dictum,nec euacuat dif
ficultatem.nã ſuperflue ponitur in homine,& quolibet alio
animali forma corporeitatis ſubſtãtialis:cum homo ſufficiẽ
ter ſit corpus per ſolam quantitatem:& eſt ſufficienter ſub-
ſtantia,& ens actu per ſolam animã:vt patet.iij.de Anima.
Vnde homo intantũ eſt corpus,inquantũ aia informat,&
ꝑficit materiam extenſam,& figuratam ꝑ quantitatem,&
diſpoſitam ꝑ phyſicas qualitates:& ſic aia dr̃ actus & forma
ſubſtãtialis corporis organici phyſici l potẽtia vitã habẽtis
vt patet .ij.de Anima.Et ſic quantitas dat eſſe corporeum,
& extenſum,& dimenſionatum illi materiæ:& figura & q̃li
tates primæ diſponentes ipſam materiam extenſam,& cor
poreã dant ipſi eſſe organicum.Et ſic ex materia ſic ꝑ quan
titatem dimenſionata,& per qualitates diſpoſita,& orga-
nizata reſultat corpus organicũ aptum vt ſit inſtrumentum
animæ ad operandum:& tale corpus ſit organicõ actuat,
& informat,& perficit ipſa anima dando ipſi eſſe aiatũ,&
eſſe ſubſtantiale & entitatiuum.quia anima intellectiua eſt
forma ſubſtantialis,& qđ vere eſt:vt ait Ariſt.iij.de Aia &
dicif in Clementina de ſumma trinitate, & fide catholica.
Et ideo corpus Chriſti manſit idẽ corpus organicum poſtq̃
manſit eadẽ quantitas,ſiue eadem materia extenſa ꝑ ean-
dem quantitatem,& diſpoſita,& organizata ꝑ eaſdem q̃li
F tates non corruptas.¶ Sed eſt videndum quomodo man-
ſit eadem ſubſtãtialitas,& entitas in illo corpore organico.
cũ non manſerit eadẽ aia,q̃ dabat ipſi eſſe ſubſtãtiale,& en
titatiuũ.Ad hoc dicunt quidã:ꝙ ſicut ſol influit lumẽ in dia
phanũ,& actuat ipſum:ita anima influit eſſe ſubſtantiale,
& entitatiuum in corpus organicũ,ſiue in illam materiã or
ganizatã,& ſic actuat eã.Ex quo patet ꝙ eẽ ſubſtãtiale qđ
aia dat materię & corpori organico,eſt effectus ipſi⁹ aię,&
non ipa aia:& per cõſequens illud eſſe ſubſtantiale,& enti
tatiuũ collatũ materię diſtinguif ab aia,ſicut effect⁹ a cauſa
quia aia nõ ſolũ habet rationẽ formę:ſed etiã cauſæ efficiẽ
tis.ſed deus põt conſeruare effectum in aliquo ſemel collatũ
a cauſa,abſq; illa cauſa:ergo verbum qđ erat perſonaliter
vnitum illi corpori organico mortuo potuit conſeruare in il
lo corpore eſſe ſubſtãtiale,& actualiter entitatiuum ſemel
ipi ab aia collatũ,licet aia eſſet ſeparata in illo triduo.vnde
ſicut verbũ cõſeruabat illas qualitates cũ quantitate in illa
materia ne corrũperenf,& putrefierẽt abſq; aia:ita potuit
cõſeruare eſſe ſubſtãtiale abſq; aia.Et ſic dicũt doctores,ꝙ
licet Chriſt⁹ nõ ſurrexiſſet tñ illud corp⁹ nũq̃ fuiſſet putrefa
ctũ,nec inceneratũ:poſtq̃ erat verbo ꝑſonaliter vnitũ.vñ ſi-
cut cõſeruabat q̃litates ſine aia:ita poterat conſeruare eſſe
ſubſtantiale ſine ipa:eo ꝙ erat ei⁹ effect⁹.Sed hoc ꝙ poſſit
deus facere,ptʒ.nã trãſſubſtãtiata ſubſtãtia panis in corpus
Chriſti manẽt eadẽ oia accidẽtia ſine ſubiecto cũ oib⁹ effe-
ctib⁹ ſubſtãtię panis cõſeruatis cũ illis accidẽtibus ex diuina
virtute.nã illa accidentia efficiũt oia q̃ faciebat ſubſtãtia pa
nis,& ipſum vinũ.nã illa accidẽtia nutriũt & ſatiãt comedẽ-
tes ſi ſumantur in magna quãtitate:& accidentia vini ine
briant ſi ſumantur in magna quãtitate.immo ex illis accidẽ
tib⁹ generantur vermes.& ex vermibus generantur paruæ
muſcę,ſiue muſquillones.Ex quib⁹ patet ꝙ deus conſeruat
oia illa accidẽtia cum effectibus panis & vini licet ſint ſepa
rata a corpore Chriſti:ergo multo magis verbum potuit cõ
ſeruare eſſe ſubſtantiale abſq; anima in illo corpore ſibi ꝑ-
ſonaliter vnito.Et ſic patet q̃liter illud corpus Chriſti mor-
tuum erat ſubſtantialiter idem numero cum omnib⁹ ſuis ac
cidentib⁹:licet anima eſſet ſeparata,eo ꝙ verbo habebat
eſſe perſonale,& numerale.vñ licet ab aia habuiſſet primo
eſſe ſubſtantiale illud corpus:tamen manſit conſeruatum il
lud eſſe in eo ꝓpter vnionẽ ad verbũ.Et ſic illd corpus mor
tuũ potuit eſſe inſtrumẽtũ verbi non variatum ꝑ illo tũc in
opere nr̃ę redẽptionis:ꝓut dictum eſt.Et ꝑ hęc ptʒ rñſio ad
inſtãtiã.¶ Ex ſupradicta q̃ſtione & difficultate ſcda:& etiã G
ex hoc qđ dicif in textu huius ſexti cantici.l.ꝙ virgo Maria
cum tota eccleſia q̃ſiuit Chriſtũ,& vocauit eum:& nõ reſpõ
dit:eo ꝙ iam tranſierat de hoc mundo ad patrem per mor-
tem corporalem,qñ inclinato capite emiſit ſpiritum:inſur-
git tertia difficultas.ſ.vtrum Chriſtus in illo triduo fuerit fi-
li⁹ virginis Mariæ:& Maria fuerit mater Chriſti.Ad qđ a r-
guunt quidam magni viri,ꝙ non vnde arguũt ſic. Filius &
mater ſiue pater,ſunt relatiua primi ordinis:& ꝑ conſequẽs
ſunt ſimul natura,ſecundũ Ariſt.hoc eſt ſimul ortu & occaſu
ſecundum Auguſt.& per conſequens perẽpto vno correlati
uorũ perimif & reliquũ quo ad mutuã relationem. mortuo
ergo Chriſto fuit perempta relatio,ſiue filiatio,qua refere-
baf ad matrem,& econuerſo:ergo pro tũc nec Chriſtus fuit
filius virginis,nec virgo Maria fuit mater Chriſti.Item vir-
go Maria erat mater Chriſti ratiõe humanitatis aſſumptę,
& per conſequens erat mater dei,inquãtũ illa humanitas,
ſiue ille homo erat perſonaliter deus:& ſic virgo Maria di-
cebatur mater dei & hominis.ſed in illo triduo Chriſtus nõ
fuit homo prout communiter tenef.ergo virgo Maria non
fuit mater illius hominis:& per conſequens nec mater dei:
nec mater Chriſti.In oppoſitũ aũt arguif. Nam Chriſtus ꝑ
totum triduum ſemper fuit caput eccleſię,nec deſijt eſſe ca-
put eccleſię:nec perẽpta fuit relatio eius ad eccleſiã corpus
ſuum prout dictum eſt.ergo ſequitur per eandem rationem
ꝙ eius relatio ad matrem ſuaʒ nõ fuit ꝑempta per talẽ mor
tẽ:nec deſijt eſſe filius virginis:nec Maria virgo deſijt eſſe
mater Chriſti & dei.¶ Pro cuius declaratione eſt notandũ H
ꝙ ſicut conceptio,& generatio humana Chriſti fuit ſingula
ris ſine pari:quia non ex coitu,nec opere alicuius viri:ſed ſo
lo opere ſpũs ſancti fuit corpus Chriſti formatum,& organi
zatum non ex menſtruo,nec ex ſanguine corrupto ſicut cæ-
teri:ſed ex puris ſanguinib⁹ virginis:& ſimul anima fuit ibi
creata a tota trinitate:& ſimul illa humanitas cõditionata
fuit in atomo ꝑſonaliter aſſumpta per verbum:quæ quidem
cõceptio & generatio,nec habuit,nec habebit aliam parẽ:
Ita mors Chriſti fuit ſingularis ſine pari. Nam ibi fuit vera
mors:quia realiter aia fuit ſeparata a corpore:& ſic Chriſt⁹
vere fuit mortuus.ſed illa mors fuit ſine corruptiõe,& noua
generatione:& ſic fuit ſingularis inter oẽs alias mortes oim
animaliũ & oim aliorũ hoim.Nam in morte cuiuſlibet ho-
minis non ſolum ſeparatur aia a corpore:ſed etiam corrum
pitur corpus,& ex hoie generaf cadauer:qa illa materia re
cipit nouã & aliã formã ſubſtantialẽ q̃ dr̃ forma cadaueris,
quę dicitur forma rei corruptę cõſiſtens in eſſe corrupto:&
tẽdit actualiter,& naturaliter,& ſucceſſiue l putrefactionẽ,
& reſolutionem:Sed hoc non accidit in morte Chriſti:quia
idem corpus Chriſti ſubſtantialiter numero quod ſpiritus ſã
ctus formauit ex puris ſanguinibus virginis,manſit vnitum
perſonaliter,& ſuppoſitaliter verbo i cruce & ſepulcro poſt
ſeparationem aiæ:vt ſupra dictũ eſt:& per cõſequens non
fuit ibi facta corruptio,nec gñatio nouę formę ſubſtantia-
lis:quia tũc verbum de nouo aſſũpſiſſet aliã ſpeciẽ:& ꝑ gñs
fuiſſet variatũ ſubiectũ nr̃ę redẽptiõis:qđ fuit corp⁹ Chriſti
ex puris ſanguinibus virgis formatũ:qđ fuiſſet abſurdum &
maximũ inconueniens.Et iõ dicif,ꝙ ſicut humana gñatio
Chriſti fuit ſingularis & exquiſita,abſq; aliqua ꝑcedẽti cor
ruptiõe:ita ei⁹ mors fuit ſingularis,& exq̃ſita inter oẽs mor
tes,abſq; corruptione,& noua gñatione alteri⁹ formæ. Et

ideo dixit Dauid pſal.xv.in pſona Chriſti ad patrē. Nō da
bis ſanctū tuum videre corruptionem:qm̄ a dextris es mihi
ne cōmouear.quaſi dicat:licet realiter fuerit mortu⁹:& aīa
fuerit ſeparata a corpore:tñ qa corpus nunq̄ fuit derelictu:
nec pſonaliter ſeparatum a verbo:ſed ſemper in iſto triduo
fuit ſuppoſitatum,& perſonatum per verbum, & conſerua
tum:ideo nō potuit videre corruptione3,nec per conſequēs
I putrefactionem,nec incinerationem.¶ Ex ſupradictis co
rollarie infertur cōcluſio principaliter intēta.ſ.q̄ Chriſt⁹ ſē
per in triduo fuit filius virginis.Qd probaẗ. Nam illud cor
pus ex puris ſanguinibus formatū,& nutritum,ratione cuius
ipſa dicebatur mater Chriſti:nunq̄ fuit corruptū p mortem
nec pdit eādē pſonalitatē ſiue ſuppoſitalitatē:p quā ſuppo
ſitabatur a verbo:ſed ſemp fuit idē corpus numero ſubſtan
tialiter,& pſonaliter,prout ſupra dictum eſt.ergo nunq̄ fuit
corrupta filiatio,nec relatio Chriſti ad virginem Mariam.
quę quidem relatio fundabaẗ in Chriſto,ratione illius cor
poris aſſumpti.& per conſequens ſemp Chriſtus fuit filius
virginis:& virgo ſemper fuit mater Chriſti & mater dei.S3
ſi dicitur contra:quia ipſa in triduo nō fuit mater hominis:
eo q̄ Chriſtus non fuit homo in triduo,ergo nec fuit mater
Chriſti:nec mater dei:Ad hoc reſpondetur q̄ tenēdo cum
magiſtro nulla eſſet difficultas:tamen tenēdo cum commu
ni ſchola theologorum adhuc non ſequitur:Chriſtus in tri
duo non fuit homo:ergo non fuit Chriſtus:nam verbū aſſū
pſit humanitatē:vt per corpus eſſet inſtrumentum patien
di:& p aīam inſtrumentū merendi:Et iſta duo habuit in tri
duo perſonaliter vnita ad ſufficientiam nr̄ę redemptiōis, l3
inter ſe eſſent ſeparata.nam verbū habebat in cruce pſona
liter corpus vnitum:& inſtrumētaliter vulneraretur in late
re:vt ex eo exiret ſanguis,& aqua in redemptionem pecca
torum,& efficaciam ſacramentorum:& vt corpus exanime tanq̄
pauper curareẗ,& ſepelireẗ in ſepulcro alieno,q̄ oīa erāt ne
ceſſaria ad noſtram iuſtificationē:& noſtrę redēptionis pfe
ctionem:vt ſupra dictum eſt.Item idem verbum erat vnitū
cum anima in inferno examinando cām generis humani,
& cōdēnando diabolū,& liberando hominem p iuſtitiam.
Et ſic patet q̄ licet verbū deſierit eſſe hō naturalis p ſepa
ratione3 aīę a corpe tenēdo cōem poſitionē.nō tñ deſijt eē
Chriſt⁹:quia ſufficiēter habuit ptes hoīs ſibi pſonaliter vni
tas ad inſtrumentū cōſūmationis nrę redēptionis:qa ſufficiē
ter exercebat & cōſūmabat noſtram redēptione3 p corpus,
& aīam ſecundū exigentiam iuſtitię.quia iſtum modum exi
gebat noſtra iuſtitia.ſ.vt ille hō aſſumpt⁹ realiter moreretẗ:
& aīa ſeparareẗ a corpore.& corpus mortuū penderet in cru
ce in ſatiſfactionē oīm noſtrū,& ſepeliretur in alieno ſepul
cro:& q̄ anima deſcēderet ad inferos ne ſua mēbra deſcen
derēt.nā ſicut Chriſtus aſcendit in cælū:vt ſua membra poſt
eū aſcenderent:ita aīa eius deſcendit ad inferos:ne ſua mē
bra illuc deſcenderent:ſed ibi noſtram cām examinaret,&
oſtenderet qualiter pro nobis erat ſufficienter ſatiſfactum.
Ex qb⁹ etiā oībus pt3:q̄ ſicut verbū nō deſijt eſſe Chriſtus:
ita nō deſijt eſſe caput eccleſiæ:nec eccl'ia deſijt eſſe corp⁹
nec ſponſa Chriſti:vt magis in ſequenti q̄ſtione patebit. Et
ſequitur ēt p eandē rōnē,q̄ non deſijt eſſe filius virginis:
nec virgo deſijt eē mater Chriſti,nec mater dei. Et per hęc
patet reſponſio ad rationes in pricipio inductas. Et hæc de
tertia queſtione huius cantici.¶ Tertio etiam q̄riẗ circa iſtū
K ſextū cāticum:vtrū Petrus & cæteri apoſtoli pdiderint tota
liter fidē in triduo:& potuerit dici hęretici:eo q̄ dicit ſpōſa
Percuſſerunt me,& tulerunt pallium meum.i.veſtem fidei,
cuſtodes murorum.Et videtur q̄ Petrus fuerit hæreticus.eo
q̄ incepit anathematizare,& iurare q̄ non nouiſſet homi
nē.Mat.xxiij.Et ſic cum iuramento negauit Chriſtū. Item
videtur q̄ omnes apoſtoli fuerint hæretici in articulo reſur
rectionis.quia quando mulieres nūciarunt eis Chriſtum re
ſurrexiſſe,viſa ſunt eis quędam deliramēta.Lucæ.xxiiij.Itē
duo diſcipuli deſperantes de reſurrectione receſſerunt a ſo
cietate aliorum,dicētes.Nos expectabamus q̄ eſſet redēptu
rus Iſrael.Item Thomas qui dicit didym⁹.i.dubius,tanq̄ in
credulus dixit.Niſi miſero digitū meū in fixuram clauorum
nō credam.Item recūbentib⁹ oīb⁹ apl'is Ieſus exprobrauit
incredulitatē illorum,& duritiam cordis.ergo omnes fuerunt
duri,& increduli:& per conſequēs hæretici in illo triduo.In
oppoſitum eſt:q̄ in illo triduo:ſicut eccleſia non fuit ſine ca
pite:ita nec caput fuit ſine corpore eccleſiaſtico continente
plura membra,qui fuerūt diſcipuli & apoſtoli:& tota illa ſo
cietas.cxx.vt patet Act.primo.Et ſic apoſtoli non ſimplici
ter perdiderunt fidem,nec fuerunt hæretici.¶ Ad cuius in L
tellectum eſt notandū:q̄ fides in actu eſt firma inhęſio ca
tholicę veritatis,ſine formidine alterius partis.Et hæreſis ē
obſtinata impugnatio fidei alicuius articuli cum pertinaci
aſſertione contrarię falſitatis. Et ſic de ratione actualis fi
dei & firma inhæſio ſine formidine:ſed de ratione hæreſis
eſt obſtinatio contra veritatem catholicam ſimul cum perti
nacia.& ſic non dicitur actualiter fidelis,niſi fortiter,& fir
miter inhæreat oībus articulis fidei abſq; hęſitatiōe & for
midine:ita q̄ nil credat eſſe verius articulis fidei in veritate
nec falſius eorū oppoſitis in falſitate:vt inquit Ariſt.primo
poſteriorum de principijs ſcientię Sed ad hoc q̄ aliquis ſit
hæreticus,ſufficit q̄ cum obſtinatione impugnet veritate3
vnius articuli:& cum pertinacia aſſerat oppoſitum eius. Et
ideo ille qui eſt tepidus,vel dubius,vel titubat in fide,nec
firmiter inhærens nec obſtinate impugnans veritate3 fidei,
nec pertinaciter aſſerens oppoſitam falſitatem,& timore,
aut formidine pœnę non audet confiteri fidei veritate3:nō
dicitur proprie fidelis nec hæreticus:ſed dicitur medius in
ter fidelem & hæreticum:quia dicitur infirmus in fide. Et
ita eſt dicendum de Petro,& Thoma,& cæteris apoſtolis i
triduo:& etiam vſq; ad aſcenſionem:quia nec perfecte fue
runt fideles,nec hæretici:ſed infirmi in fide. Et ſic non fue
runt totaliter extra eccleſiam:quia non corde obſtinato
impugnabant fidē reſurrectiōis:ſed titubabāt,& formida
bant.vnde Petrus non fuit hæreticus quando negauit Chri
ſtum:quia non obſtinato corde:ſed formidine & timore ne
gauit ore.nec negauit corde Chriſtum eſſe deum & Meſſiā
in lege promiſſum:ſed ſolum negauit ore ſe nouiſſe homi
nem:nec perdidit fidem in habitu,ſed ſolo actu in ore.& iō
illico fleuit amare gallo cantante. Ex quo patet,q̄ non fu
it hæreticus,nec perdidit habitum fidei:ſed fuit infirmus in
actu.Et ita eſt dicendum de omnibus apoſtolis:quando re
licto Chriſto omnes fugerunt:quia non perdiderunt totali
ter fidem in habitu:quia non reuerſi ſunt ad ſua:ſed adhuc
congregati in cœnaculo expectarūt reſurrectionem per to
tum triduum:ad quos ingreſſus eſt Chriſtus in die reſurre
ctionis abſente Thoma:vt patet Ioan.xx. Ex quo patet q̄
non obſtinato corde impugnabant veritatem reſurrectiōis
ſed tanq̄ infirmi titubabant.Et ita etiā Thomas nō dictus
eſt hæreticus:ſed infirmus & durus,& tardus ad credendū,
credendo experimentum.Et ita eſt dicendum de illis diſci
pulis duobus,qui illa die ibant in Emaus:quos increpans
Chriſtus non dixit hæreticos:ſed ſtultos & tardos ad creden
dum.Et ſic eſt etiam dicendum de omnibus vndecim recū
bentibus:quorum Ieſus increpauit,& exprobrauit incredu
litatem,& duritiam:quia non increpauit hæreſim:ſed duri
tiam & infirmitatem eorum,& tarditatem ad firmiter,& ſi
ne formidine inhærendum,& credendum.Ex quibus patet
q̄ licet illa ſocietas aliquando perdiderit fidem in actu ex
infirmitate:tamen non in habitu:nec corde obſtinato cum
pertinaci aſſertione alterius partis.& ideo nunq̄ fuit hæreti
ca.¶ Et ſic ſemper fuit eccleſia Chriſti:licet infirma:ſicut M
hō infirm⁹ ex oīb⁹ mēbris,nō deſinit eē hō. Ite3 dubitatio,
vel negatio,vel aſſertio,nunq̄ diciẗ hæretica,niſi ſit de di
recto contra id quod eſt p eccleſiam determinatum,& pro

mulgatus. Et ideo Papias, & Hyreneus, & Lactantius, qui aſſeruerunt fideles victuros per mille annos i hoc ſclo poſt ſcdm aduentum Chriſti: nõ reputanẽ hæretici ab eccl'ia: eo ꝙ tũc nõdũ contrariũ erat determinatũ. Itẽ beatus Cyprianus, q dixit hæreticos, & ab eis baptizatos eẽ rebaptizãdos, non fuit cenſendus hereticus: eo ꝙ nõdũ cõtrariũ erat determinatũ. Sed modo vnuſquiſq; talia aſſerẽs reputaretur hereticus poſtq̃ eccl'ia cõtrario determinauit. Ita ergo pariter eſt dicendũ de ap'lis, & diſcip'lis dubitantib⁹, & titubantib⁹ in paſſione Chriſti de eius reſurrectione: eo ꝙ ſpirit⁹ ſanct⁹ nondum cõfirmauerat in ap'lis eccl'iaꝫ vſq; ad diem Pentecoſtes: nec dum euangelium fuerat promulgatum: ſed poſt aduentum ſpũs ſancti, & promulgationẽ euangelij non potuit eſſe dubitatio de aliquo articulo fidei, & negatio abſq; hereſis prauitate: ꝓut magis declarabitur i expoſitiõe euãgelioꝝ deo ꝓcedẽte. Nec eſt dicendũ ꝙ tota illa eccl'ia quo ad omnia mẽbra fuerit infirma in illo triduo. quia inter cetera vnũ mẽbrũ habuit ſanctiſſimũ. ſ. virginẽ Mariã: i qua fuit cõſeruata integrã fides eccl'ie, ſpe & charitate formata. & iõ non ceſſauit nec deſiuit eccl'ia in illo triduo, nec in toto tempore vſq; ad aſcenſionem, & miſſionẽ ſpũs ſancti. item licet tota pfectio formę eccl'ę noo fuerit cõſeruata i quolibet mẽbro infirmo: tñ fuit cõſeruata in virgine Maria, tanq̃ in vno membro ſano, & principali poſt Chriſtũ, q erat caput eccleſię: prout ſupradictum fuit in qnto cãtico. Et iõ p totũ illud triduũ, & etiã vſq; ad Pentecoſten, ſicut eccl'ia non fuit ſine capite Chriſto: ita nec caput fuit ſine eccl'ia in illa ſocietate nec illa ſocietas deſiuit eſſe eccleſia: licet pro maiori parte membrorum erat infirma. Quod patet. nam ſemper fuit in vnũ cõgregata p totũ triduũ in cœnaculo expectando reſurrectionẽ: & poſtea per quadraginta dies expectando aſcenſionẽ: & poſtea per decem dies expectãdo ſpm̃ ſcm̃: vt pꝫ Actu. prio. & ſic ſemp fuit congregata ſub aliqua ſpe, & fide Chriſti: & p conſequẽs nunq̃ deſiuit eccleſia. Ex ſupradictis ergo patet ꝙ licet cuſtodes murorum. ſ. principes ſacerdotũ & Scribæ, & Phariſſęi, & Pilatus cum ſuis miniſtris percuſſerint, & vulnerauerint eccl'iam apoſtolorum, & diſcipuloruꝫ vulnere terroris, & timoris: & tulerint, & abſtulerint ipſi veſtem, & palliũ fidei actualis: tñ non fidei habitualis. & ideo non totaliter deſtruxerunt nec annihilauerũt eccleſiam: qa adhuc manſit in ea aliqua ſcintilla vitę. ſ. fidei, & ſpei: licet vulnerata & infirma. Et ſic apoſtoli nõ fuerunt hęretici: ſed infirmi in fide. Aliud eſt enim eſſe infirmuꝫ in fide, & aliud hæreticum nã aliquis põt titubare, & eſſe infirm⁹ in fide ex timore, & hoc abſq; impugnatione obſtinata veritatis fidei & ptinaci aſſertione alterius partis: & ſic non erit hęreticus ille talis. Et nota ꝙ notanter dicit̃ in textu. Inuenerunt me cuſtodes qui circueũt ciuitateꝫ &c. quia Scribę & Phariſſęi, & principes ſacerdotum, qui erant poſiti ad cuſtodiam ciuitatis non introibant ciuitatem ſacrę ſcripturę: ſed tanq̃ cęci & canes circuibant ciuitatem non attingentes veram intelligentiam ſcripturę. Et ſic ambulabant in cæcitate, & mendaci traditione extra omnem veritatem: quia in circuitu impij ambulant. & ideo ſicut ipſi erãt vulnerati, & ſauciati peſtifero, & hæretico veneno infidelitatis contra Chriſtũ: ita conati ſunt percutere ap'los vulnere terroris, & tioris, & exſpoliare eos pallio fidei. Sed non potuerunt totaliter obtinere intentum ſuum. Nam Chriſt⁹ reſurrexit tertia die, & apoſtolos viſitauit, oſtendens eis veritatẽ ſuæ reſurrectionis: & per quadraginta dies increpauit incredulitatem eorum: & finaliter in die Pentecoſte induit eos pallio ſapientiæ & intellectus, & conſilij, & fortitudinis, & omniuꝫ donoꝝ, & gratiarum. Et ſic manent Iudæi in ſua cæcitate obſtinati, tanq̃ canes circundantes ciuitatem, vſq; ad finem, & veſperam mundi. Et fideles ſucceſſores apoſtolorum manent in fide Chriſti confirmati, vſq; ad ſecundum aduentum Chriſti. Et hoc de ſexto cantico.

Incipit Septimum Canticum.

Adiuro vos filiæ Hieruſalem:
Si inueneritis dilectum meum
vt nũcietis ei q a amore lãgueo.
Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto:
O pulcherrima mulierum?
Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto: quia ſic adiuraſti nos?
Dilectus meus candidus & rubicundus
Electus ex milibus.
Caput eius aurum optimum.
Comæ eius ſicut elatæ palmarum:
Nigræ quaſi coruus.
Oculi eius ſicut columbæ
Super riuulos aquarũ quę lacte ſũt lotę:
Et reſident iuxta fluenta pleniſſima.
Genę illius ſicut areolę aromatum conſitę a pigmentariis:
Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam.
Manus illius tornatiles aureę plenę hyacintis.
Venter eius eburneus
Diſtinctus ſapphyris.
Crura illius columnę marmoreę:
Quę fundatę ſunt ſuper baſes aureas.
Species eius vt Libani.
Electus vt cedri.
Guttur illius ſuauiſſimum.
Et totus deſiderabilis.
Talis eſt dilectus meus:
Et ipſe eſt amicus meus
O filię Hieruſalem.

Hoc eſt canticum ſeptimum: in quo Salomon cantat excellentiam. & potẽtiam, & dignitatẽ Chriſti: quam eccleſia apoſtolorum cantauit, & euangelizauit in Hieruſalem poſt receptionem ſpũs ſancti. Et per conſequens Salomon cantat ꝑdicationem, & publicationem euãgelij factam per apoſtolos poſt receptionem ſpiritus ſancti, primo in Hieruſalem, & populo Iudaico, & poſtea in populo gentili: vt patebit ꝑ cantica ſequentia. ℂ Ad cuius intellectum eſt notandum: prout dictũ fuit in ſuperiori cantico, ꝙ iſta ſponſa. ſ. congregatio apoſtolorũ & diſcipuloruꝫ timore percuſſa, & terrore vulnerata, & pallio fortitudinis fidei expoliata per totum triduum latuit in cœnaculo, vſq; ad ad reſurrectioneꝫ. Et adhuc latuit ibi vſq; ad diem octauum: vbi iterum apparuit Ieſus præſente Thoma: vt patet Ioan. xx. Et ideo tunc iſta ſponſa magis certificata de reſurrectione ſponſi ſui abijt a Hieruſalem in Galileam: vt patet Mathęi vltimo. Et ibi iterum ſe manifeſtauit Ieſus Petro, & Ioanni, & Thomę, & cæteris apoſtolis & diſcipulis ad mare Tyberiadis, & comedit cum eis: vt patet Ioan. xxj. Et ſic magis certi de Chriſti reſurrectiõe venerũt ad montem Oliueti, & ibi locutus eſt eis Ieſus de regno dei præcipiens: ne diſcederent ab Hieroſolymis donec recipe- N

rēt ſpm̄ ſanctū.& ſic videntib⁹ illis eleuatus eſt in cælū.Poſt
cuius aſcenſionem vndecim apoſtoli cum tota turba diſci-
pulorum,& mulierum numero.cxx.reuerſi in Hieruſalem
latuerunt decem diebus in cœnaculo,vſq; ad diem Pente-
coſtes:in quo receperunt ſpm̄ ſctm̄. Ex quibus omnibus pz
ꝙ iſta ſponſa.ſ.ſocietas apſoꝝ,& diſcipulorum per quinqua
ginta tres dies.ſcʒ a captiōe Chriſti vſq; ad pentecoſten la-
tuit profuga,& timore perterrita,& percuſſa,& vulnerata,
& pallio fortitudinis fidei expoliata.in quibus quinquagin
ta tribus diebus non auſa eſt corā popolo Chriſtum nomina
re:nec veritatem euangelicam,& reſurrectionem Chriſti ꝑ
dicare.Sed poſtq̄ recepit ſpm̄ ſctm̄ ab omni vulnere terroris
ſanata,& virtute ſpūs ſancti ex alto induta,& pallio dono
rum ſpūs ſancti veſtita,& armata:omni formidine relecta:
repente exiuit de cœnaculo.& cum audacia coram principi
bus ſacerdotum,& Scribis,& Phariſęis & omni populo in-
cepit Chriſtū ꝑdicare & euangelizare,& eius reſurrectionē
& aſcenſionē manifeſtare,& ipſum eſſe deum,& hominem,
& Meſſiam in lege,& prophetis promiſſum publice confi-
teri:& per ſacras ſcripturas probare,& demonſtrare:vt pz
O Actu.ij.& per totum diſcurſum illius libri. ¶ In quo die in-
ter cætera duo magna mirabilia opa ſpūs ſancti manifeſta-
ta ſunt:quorum primum fuit ꝙ Petrus in captione Chriſti
ad vocem vnius ancillę timore perterritus Chriſtum nega-
uerat,& omnes alij apſi,& diſcipuli,qui relicto Chriſto au
fugerant:& per quinquaginta tres dies tiore percuſſi,& pal
lio fortitudinis fidei expoliati latuerāt:tūc recepto ſpū ſan-
cto cū tāta fiducia,& audacia audebāt Chriſtū ꝑdicare ad-
uerſus pricipes ſacerdotū,& Scribas,& Phariſęos,quos an
te miſerabiliter formidabāt,dicentes.Obedire oportet ma
gis deo q̄ hoibus.Et ibant omnes gaudentes a cōſpectu cō-
cilij.qm̄ digni habiti ſūt ꝓ noie Ieſu contumeliā pati:vt pa-
tet Actu.v.Scdm̄ opus mirabile fuit:qa Petrus cū cæteris:q
nunq̄ literas didicerant,in ſolis rebus ruſticis,& piſcatione
enutriti:in illa die cōtra Scribas,& phariſęos,& legiſperi-
tos ſedentes in cathedra Moyſi:cum grādi ſapientia,& au-
dacia inceperūt diſputare.& eis Chriſtū fuiſſe verū Meſſiā
in lege promiſſū p ſacras ſcripturas demonſtrare.quorū ra
tionib⁹,& auctoritatibus Scribę,& phariſęi reſiſtere nō va
lentes:confuſi:& conuicti receſſerunt:intantū ꝙ vidētes tur
bę phariſęos,& ſcribas per apoſtolos eſſe conuictos:ad tria
milia de turba crediderūt,& baptiſmū receperunt:vt patet
Actu.ij.Et ſic per prædicationes apoſtolorum,& miracula
quæ fiebant per eos in virtute nominis Ieſu,creuit numerus
& eccleſia fidelium.Omnia ergo iſta præuidens Salomon ī
ſpiritu fecit iſtum ſeptimum canticum,in quo introducit ec-
cleſiam apſoꝝ publice & diſcipulorum ꝑdicantē Chriſtum
ī Hierl'eʒ poſt receptionē ſpirit⁹ ſancti.Et introducit plebeʒ
ſimplicem,& deuotam apoſtolos deuote audientem,& de
qualitate ſponſi quærentem.Et ideo tria fiunt in hoc canti
co.Nam primo eccleſia apoſtolorū,& etiam mulierum q̄-
rit ſponſum ſuum Chriſtum in Hieruſalem:vbi ante nec q̄-
rere,nec prædicare audebat.Secūdo plebs fidelium Iudęo
rum qui conuerſi ſunt,q̄rit de qualitate & dignitate huius
ſponſi.Tertio ipſa ſponſa publice prædicat,euāgelizat dei
tatem,& maieſtatem,& potentiam,ſapientiam,& cæteras
perfectiones Chriſti ſponſi ſui.Secundū erit ibi.Qualis eſt
P dilectus tuus. Tertiū ibi. dilectus meus candidus. ¶ Quan
tum ergo ad primum,eſt aduertendū ſecundum omnes euā
geliſtas:ꝙ poſtq̄ Chriſtus fuit depoſitus de cruce,& poſitus
in ſepulcro,dum apſi laterent in cœnaculo propter metum
Iudęorum per totum triduum,primo mulieres emerūt aro
mata,& die dn̄ica mane diluculo venerunt ad monumen
tum vt vngerēt Ieſum.Sed cū inueniſſent lapidē reuolutum
ab oſtio monumenti,& fuiſſet eis nunciatū p angelos Chri
ſtū reſurrexiſſe:tunc ſola Magdalena māſit iuxta ſepulcrū,
cæteris recedentibus,ad nunciandum apſis Chriſti reſurre-
ctionē.Sed iterim Chriſt⁹ apparuit Magdalenę ſub ſpecie
hortolani:ipſa aūt putans Chriſtū eſſe hortolanū dixit.Si ſu
ſtuliſti ipm̄,dicito mihi.Itē in eodē ſpatio tp̄is Chriſtus ap-
paruit mulierib⁹ eūtib⁹ ad apſos.Et apſi.ſ.Petrus & Ioan-
nes ex relatu mulierū venerūt ad ſepulcrū,ad q̄rendū Chri
ſtum:quib⁹ apparuit Chriſt⁹ in via dum reuerterentur. Ex
quib⁹ patet:ꝙ tota eccl'ia tā viroꝝ,q̄ mulierū q̄rebat Chri-
ſtū in illa die cum grandi affectu & amore. Et eodē modo
de tota eccl'ia ſponſa Chriſti pro illo ſtatu poſſunt verificari
verba poſita in principio huius ſeptimi cantici.Vn̄ ait ſpon
ſa ad filias,& mulieres Hierl'm,& maxime ad deuotas in-
ter quas q̄rebat Chriſtū:dicens.O filię Hierl'm:adiuro vos
.i.ſub ſacro iuramento veritatis legis & prophetarum vos
obligo,& exhortor:vt nūcietis mihi ſi inueneritis dilectum
meum qui fuit ſepultus in monumento:quia tulerunt dn̄m
meum,& neſcio vbi poſuerunt eum.ideo amore langueo.
¶ Sed eſt iterum aduertendum,ꝙ eccleſia apoſtoloꝝ,& Q
diſcipuloꝝ nō ſolū q̄ſiuit,& expectauit ſpōſū ſuum per illū
triduū,& totū ſpatium,vſq; ad miſſionē ſpūs ſancti:ſed etiā
cum maiori affectu illico poſt receptionem ſpiritus ſancti q̄-
ſiuit eū in cordibus hominum,publice Chriſtum ꝑdicando
primo in Hierl'ʒ,& exinde per totam terram promiſſionis
& p totā Syriā,& Arabiā,& Græciaʒ,& p totum orbem:vt
pz p totū librū actuū apſorum,& in eccleſiaſtica hiſtoria.
Et ſic iſta adiuratio poſita in principio huius ſeptimi cantici
magis proprie verificatur de ꝑdicatione apſorum facta pri
mo in Hierl'm,& exinde per totum orbem.Vn̄ recepto ſpi-
ritu ſancto dixit Petrus cum tota eccleſia apoſtolorū ad to
tum populum Hierl'm.O filię Hieruſaleʒ adiuro vos per ſa
cram ſcripturam legis & prophetarum:vt nuncietis mihi ſi
inueneritis dilectum meum.i.ſi creditis eum in cordibus ve
ſtris.quaſi dicat:quia ex dictis ſacrę ſcripturæ poteſtis vide
re ipſum eſſe deum,& hominem,& Meſſiaʒ in lege promiſ
ſum,quam vos ignorantes crucifixiſtis,qui mortuus eſt pro
peccatis omniū,& reſurrexit a mortuis:prout omnes ꝓphe
tę teſtimoniū phibent de ipſo:iō per eaſdē ſacras ſcripturas
vos adiuro,& moneo:vt recipiatis ipm̄ in verum Meſſiam
& redēptorem,& ſi inueneritis ipm̄,& credideritis in cordi
bus veſtris:rogo vt annuncietis mihi quia amore langueo
Vnde hoc dicebat eccl'ia apoſtolorum:quia intantū fuit in-
cenſa in amorem,& charitatem Chriſti per receptionē ſpūs
ſancti:ꝙ non timens minas Scribarum,& phariſęorū,nec
regū,nec principū cū fiducia ꝑdicabat Chriſtuʒ deſiderans
omnes populos adducere ad fidem eius.Deinde cum dicit.
Qualis eſt dilectus tuus.ponit deuotā interrogationem au
dientiū ꝑdicationē apſoꝝ in Hierl'm in die Pentecoſtes,&
diebus ſequentibus.Ad cuius intellectū eſt notandū:vt legi
tur Actu.ij.&.iij.ꝙ cū Petrus & cæteri apoſtoli publice prę
dicarent coram populo Chriſtū eſſe filium dei:& poſt mor
tem reſurrexiſſe in corpus glorioſum:& ſediſſe a dextris dei
patris tanquā hæredem,& accepiſſe poteſtatem ſuper to-
tum vniuerſum:tunc omnes admirabantur.Et ideo admi-
rantes q̄rebāt de qualitate,& dignitate,& maieſtate Chri
ſti reſurgentis,dicentes.Qualis eſt dilect⁹ tuus ex dilecto o
pulcherrima mulierū:quaſi dicerent:tu dicis ꝙ iſte dilect⁹
ſponſus tuus eſt filius dei dilectus a deo patre,& intantum
dilectus ꝙ ſuſcitauit eū a mortuis tertia die:& tradidit ipſi
regnū mūdi:ergo dic mihi qualis eſt iſte dilectus tuus in na
tura,& maieſtate:& quomodo ꝓcedit ex patre dilecto. Et
dic etiam nobis:quare quęris eū cū tāta ſollicitudine:quia
ſic adiuraſti nos. ¶ Ad cuius intellectū eſt aduertendoʒ,ꝙ R
filię Hierl'm tria dicunt in ꝑſenti q̄ſtione.Primo quia bis di
cunt,Qualis eſt dilectus ex dilecto:per quod explicant du-
plicē ꝓceſſionem filij ex patre.Quarū prima eſt ab ęterno
ſcdm̄ diuinitatem.ſecūda eſt ꝓceſſio temporalis ſecundum
humanitatē.Et iō q̄runt de qualitate Chriſti non ſolū ſecō-
dum diuinitatem:ſed etiā ſecundum humanitatē. Item ſe-

cundo iſtę filię Hierl'm vocāt iſtā ſponſaꝫ pulcherrimā mu
lierū:per qd notificant pulchritudinem,& plenitudinē do
norū,& gratiaꝝ,& bonoꝝ ſpūalium:quam adepta ē eccle
ſia in die Pentecoſtes p adeptionē ſpūs ſancti. Item tertio di
cunt:quia ſic adiuraſti nos.per quod denotatur magna ſol
licitudo & charitas,quam habebant apoſtoli,& diſcipuli I
publicatione euāgelij ad conuertēdos infideles:oñdendo,
& ꝓbando p ſacras ſcripturas Chriſtum eſſe verum deuꝫ &
hominē,& Meſſiam in lege promiſſum.& ideo filię Hierl'ꝫ
eos interrogabant. Deinde cum dicit,Dilectus meus candi
dus,& rubicundus &c. ponitur prompta reſpōſio ſponſæ ad
filias Hierl'm,explicando maieſtatem & potentiam,& ſa
pientiam,& omnes dignitates Chriſti ſponſi ſui,deſcriben
S do ipſum per omnia membra ſua. ¶ Ad cuius intellectum
eſt notandum,ꝙ decem membra Chriſti enumerat,& me
morat ſponſa:per quæ denotat,& notificat decem dignita
tes,& perfectiones Chriſti ſponſi ſui ſuper omnia creata.ſ.
caput, comas,oculos,genas,labia,man⁹,ventrē,crura, ſpe
ciem,& guttur. Vnde per capot intelligit Chriſti diuinitatē
vt ait Apl's primę ad Cor.xj. Caput eccleſię Chriſtus:& ca
put Chriſti deus. Et ideo quia Chriſt⁹ non eſt deus per par
ticipationem:ſed per eſſentiam ſecundum diuinitateꝫ:ideo
non dicit,caput eius aureum:ſed capot eius aurum optimū.
Item per comas nigras intelligit Chriſti fortitudinem,& vi
ctoriaꝫ quam habuit de diabolo,& mundo,& morte,eo ꝙ
nigredo,& criſpido capillorum denotant fortitudinē in ho
mine. Ideo dicit:Comę eius ſicut elatę.i.folia palmarū ere
cta ſurſum,& rigida ad vincendum,& triumphandum. Iteꝫ
per oculos colūbiōs intelligit xp̄i perſpicacitatē in diſcernen
do,& rectitudinem in iudicando. Et per genas odoriferas,
& aromaticas intelligit eius honeſtā vitam,& conuerſatio
neꝫ in hac peregrinatione. Et per labia intelligit eius ꝓdi
cationem:& per manus tornatiles & aureas intelligit ei⁹ mi
ram potentiam,& opera miraculoſa.& p ventrē plenū ſap
phyris intelligit ipſum fuiſſe capſam,& armarium omnium
virtutuꝫ.& per crura & aureas baſeas intelligit fidei articu
los,& gratiam ſacramentoruꝫ,ſup quas fundauit eccleſiā.&
per ſpeciem & ſtaturam intelligit eius pulchritudinem,&
magnitudinem,& excellentiam,& imperium.& per guttur
T intelligit ſuauitatem ſermonū eius. ¶ Fuit ergo & eſt Chri
ſtus caput,& principium primo omnium rerum per creatio
nem:qa omnia per ipſum facta ſunt. Ioan.j. Et eſt caput ec
cleſię,& hoim,& angeloꝝ:quia de⁹ poſoit eū ſup oēꝫ eccle
ſiam,& principat⁹,& poteſtates:& iſtud caput eſt deus non
p participationē,ſed per eſſentiam. Et tō caput eius nō dicit
aureū,ſed ipm aurum,ad denotandū ꝙ Chriſtus nō eſt de⁹
per participationem,ſicut cæteri ſancti:ſed eſt deus p eſſen
tiam:quia Chriſt⁹ eſt verbū filius patris ſibi coeſſentialis.
Item oculi eius ſunt mundi,& recti,& perſpicaces,volātes
ſuper totā ſcripturaꝫ:ſicut colūbę ſup riuos aquaꝝ,q̄ ſunt la
cte lotę.i.lacteo colore dealbatę,q̄ reſident iuxta fluenta.
Ita ergo Chriſtus eſt mūdus,& rect⁹,nō accipiens pſonā ho
minū i iudicādo.& perſpicax in diſcernēdo,& penetrādo ſe
creta dei patris,& ſacrę ſcripturę:qa q̄cūqꝫ audiuit & hauſit
ex puteo ſapientię patris,& nota fecit nobis. Habet Chriſt⁹
comas nigras & tortuoſas,& rigidas,& elatas,& eleuatas p
fortitudinē:qa fuit fortis in pferendis iniurijs,& laboribus,
& tormentis,& ferendo mortē,& paſſionem. Genę eius fūt
odoriferę,ſicut areolę aromatuꝫ conſitę a pigmentarijs,&
aromatarijs.qa eius vita & cōuerſatio honeſta fuit omnib⁹
exēplaris,& odorifera.ideo omnes currebant in odoreꝫ,&
famā vnguentorū eius. Iteꝫ labia eius fuerūt diſtillātia myr
rham ꝓmā in ꝓdicando.qa ꝓdicabāt poenitētiā,& extirpa
bāt vitia inſerendo virtutes. Et manus eius,p qoas deſigna
tur potentia,& opatio:fuerūt tornatiles.i.munitę,& armil
lis aureis circūdatę,& plenę hyacithis:qa opa miraculoſa q̄
faciebant manus potētiæ Chriſti,erant aurea,& hyacinthi
na ſuper oēm facultatē humanaꝫ in ſuſcitando mortuos,&
ægros ſanādo,& opa mię exercēdo. Itē venter eius fuit ebur
ne⁹ diſtinctus ſapphyris.i.fuit capſa,& arca plena lapidib⁹
ꝓtioſis.ſ. virtutib⁹,& bonis,& theſauris ſpiritualibus.vnde
in Hebręo habetur.vēter ei⁹ capſa eburnea plena ſapphy
ris:quia Chriſt⁹ fuit arca,& armarium omnium virtutū,&
theſaurorum ſapientiæ,& ſcientię dei,& gratiarum,& oim
virtutum,& bonorum ſpūalium:de cuius plenitudie omnes
accepimus. Item cura eius ſup q̄ fundauit eccleſiam ſunt ſi
cut colūnę marmoreę.ſ.fortiſſimæ,& mundiſſimę ad modū
marmoris.quæ quidem colūnę eccleſię ſunt fundatæ ſuper
baſes aureas.ſ.ſuper fidem,& charitatem,& gratiam ſacra
mentoꝝ. Item ſpecies & pulchritudo Chriſti quæ conſiſtit i
abundantia bonorum,& magnitudine,& altitudine impe
rij,& ſupereminentię,& dignitatis,eſt ſicut Libani. Nam ſi
cut mons Libani ſupexcedit omnes alios montes Syrię in
altitudine,& pinguedine paſcuarum, & fructuum,& aq̄rū:
ita Chriſtus q eſt mons dei,mons pinguis,ſupexcellit, & ex
cedit omnes montes.ſ.reges,& oēs creaturas in altitudine
pfectionū,& copia fructuū virtutū,& bonoꝝ ſpūaliū. Et ſi
cut cedrus eſt arbor electa,& incorruptibilis,& altiſſima ſu
per omnes alias arbores:ita Chriſt⁹ immortalis poſt reſur
rectionem excedit omnes creaturas in dñio & imperio:qa
ſedet a dextris.i.in potioribus bonis patris:& data eſt illi po
teſtas in cælo,& in terra,& in oib⁹ abyſſis.iō dī elect⁹.i.ele
uatus vt cedri. Item guttur eius eſt ſuauiſſimum.i.doctrina
euangelica,quæ ex gutture,& ore eius proceſſit,& qoā no
bis reliquit:eſt ſuauiſſima & dulciſſima audientiō⁹. ¶ Ex q V
bus patet ꝙ totus Chriſt⁹ eſt deſiderabilis,& bonus quan
tū ad oīa ſupradicta.ſ.quo ad caput,& comas,& oculos:qa
omnia ſunt bona,& deſiderabilia,& nil fuit in eo quin fue
rit bonum,& deſiderabile ſponſę ſuę eccleſię. Et ideo con
cludit ſponſa canticum ſuum,dicens. O filię Hierl'm talis
eſt dilectus meus Chriſtus,qualem vobis deſcripſi,& ꝓdica
ui. Et ipſe eſt amicus & ſponſus me⁹,quē vidi,& audiui, quē
amaui,quem credidi,quē dilexi,& tanq̄ deū colui,& i verū
Meſſiam in lege promiſſum ſuſcepi. Ex ſupradictis omnib⁹
patet:quomodo eccleſia apoſtolorum,& diſcipulorum vul
nerata vulnere timoris,& expoliata pallio firmitatis fidei
non auſa fuerat publice per quinqoaginta tres dies fidem
Chriſti confiteri:ſed recepto ſpū ſancto in die Pentecoſtes
induta pallio fortitudinis fidei,& alioruꝫ donorum,& gra
tiarum,publice & cum fiducia auſa eſt cantare canticum ſu
pradictum:confitendo & probando Chriſtum eſſe deum &
hominem,& Meſſiam in lege promiſſum & hoc probando
per ſcripturas legis,& prophetarum,& cōuincēdo Iudęos
vt patet per totum diſcurſum actuum apoſtolorum. Et hæc
dicta ſint de ſeptimo Cantico.

## Incipit Octauum Canticum.

QVo abiit dilectus tuus
O pulcherrima mulierum?
Quo declinauit dilectus tuus?
Et quæremus eum tecum:
Dilectus meus aſcendit in hortum ſuum
Ad areolam aromatum:
Vt ibi paſcatur in hortis
Et lilia colligat:
Ego dilecto meo & dilectus meus mihi.
Qui paſcitur inter lilia.
Pulchra es amica mea & ſuauis
Et decora ſicut Hieruſalem.

Terribilis vt caſtrorum acies ordinata.
Auerte oculos tuos a me:
Quia ipſi me auolare fecerunt.
Capilli tui ſicut grex caprarum
Quę apparuerunt de Galaad
Dentes tui ſicut greges ouium
Quę aſcenderunt de lauacro.
Omnes gemellis fœtibus:
Et ſterilis non eſt in eis.
Sicut cortex mali punici
Sicut genę tuę abſq; occultis tuis.

QVo abiit dilectus tuus &c. Hoc eſt cā-
ticum octauum, in quo Salomon cantat deſcen-
ſum eccl'ię apoſtolorum ad prædicandum popu
lo gentili, & per conſequēs cantat conuerſionem populi gē
tilis. In quo cantico ſponſus ſatiſfacit petitioni plebis genti-
lis cupientis ſociari cum plebe iudaica, & dealbari a nigre-
dine idololatrię, & recipi, & introduci in cubiculuꝫ regis, &
paſci in horto eius, & quieſcere ſub vmbra eius, prout dictū
fuit & ipſa petiuit in cantico primo. Et ideo Chriſtus in hoc
cantico recipit plebem gentilem, & pulchrificat, & decorat
eam, ſociando eam ſibi ſimul cum conuerſis de populo Iu-
daico. In quo cantico duo principaliter facit. Naꝫ in prima
parte introducit ſponſum vocantem, & decorantem ſponſā
de populo gentili. In ſecunda vero introducit populum lau
dantem, & beatificantem eandem ſponſam. ibi. Sexagin-
X ta ſunt reginę &c. ¶ Quantum ad primum eſt notandum:
prout legitur Actu. xiij. q; poſtq̄ eccleſia & cœtus apl'oruꝫ p̄
dicauit, & annunciauit publice, & cum fiducia verbum dei
populo Iudaico, probando & confitendo Chriſtum eſſe ve
rum Meſſiaꝫ in lege promiſſum: in qua p̄dicatione eccleſia
cantauit p̄cedens canticum prout dictum eſt. commendan-
do virtutes, & perfectiones Chriſti: tunc licet multi Iudęoꝝ
fuiſſent conuerſi ad Chriſtū p̄ p̄dicationem apl'oꝝ: tamen
maior pars illius populi contradixit p̄dicationi apl'orum, &
negauit Chriſtum: & perſecuta eſt eccleſiam. Tunc Paulus
& Barnabas videntes ingratitudinem illius populi, dixe-
runt. Vobis oportebat primum loqui verbum dei: ſed qm̄ re
puliſtis illud, & indignos vos iudicaſtis ęternę vitę, ecce cō-
uertimur ad gentes. Sic enim præcepit dominus. Conſtitui
te in lucem gentium vt ſis ſalus mea, vſq; ad extremuꝫ terræ
Audientes autem gentes gauiſę ſunt &c. Ex quibus patet
qualiter reprobatis Iudæis inceperunt gentiles conuerti: vt
patet Actu. xiij. & per totum diſcurſum libri. Et ſic Chriſtus
ſponſus eccl'iæ dicit̄ declinaſſe, & deſcēdiſſe a ppl'o Iudaico
ad populum gentilem: in quo fecit & plantauit hortum ſuū
ex quo colligit plures fructus, id eſt plures fideles, q̄ de ple-
be Iudaica. Hoc autem pręuidens Salomō in ſpiritu, ſumē-
do parabolam, & figuram ex Ioſue: qui ordinatis & cōſtitu-
tis. xij. principibus, & capitaneis adeptus eſt totam terraꝫ p
miſſionis, quam gentiles & idololatrę poſſidebant ita pari
ter Chriſtus conſtituit illos. xij. apoſtolos: per quos adeptus
eſt totum populum gentilem. Et ideo Salomon in hac pri-
ma parte huius cātici cantando conuerſionem populi gen-
tilis introducit tres ſpecies perſonarum ad loquendum. Nā
primo introducit filias Hierl'm de ſponſo iterrogantes, per
quas intelligantur minores Iudęi per apoſtolos cōuerſi. Se-
cundo introducit ſponſam ad quęſitum reſpondētem. Ter-
tio introducit ſponſum plebem gentileꝫ ad fidem vocantē,
& eam decorantem, & ſibi ſociantem. Secundum ibi. Dile
ctus meus deſcendit. Tertium ibi. Pulchra es amica mea.
¶ Quātum ad primum: quia in ſuperiori cantico ſpōſa cō-



mendauerat ſponſum. & explicauerat eius virtutes, & perfe
ctiones ingentes: ideo filię Hieruſalem. i. animę deuotę. &
fideles quærunt & interrogant ſponſam dicētes. O pulcher
rima mulierum, quo abijt dilectus tuus, quo declinauit dile
ctus tuus, & quæremus eum tecum? Iſti vero interrogantes
erant nouiter conuerſi de Iudaiſmo, & minores qui interro
gabant cœtum apoſtolorum: qui tria dicunt. ſ. quo abijt. i.
quare receſſit a iudęis, & quo declinauit. quia recedere a po
pulo Iudaico, & ire ad populum gentileꝫ: declinare eſt tāq̄
a maiori & digniori ad minorem. Item ſubdunt. Quæremꝰ
ipſum tecum. quia multi conuerſi ex Iudęis prædicabant &
populo gentili cum apoſtolis. Deinde cū dicit. Dilectus meꝰ
deſcendit in hortum &c. ponitur reſponſio ſponſę iuxta quę
ſitum. ¶ Ad cuius intellectum eſt notandum, q; delubra, Z
& templa gentilium, in quibus prius habitabant, & adora
bantur idola: dicebantur cubilia draconum & dæmonum:
ſed poſtea factæ ſunt eccleſię Chriſti, & ſanctorum, in qui-
bus colitur, & adoratur verus deus trinus & vnꝰ, & offertur
verum ſacrificium euchariſtię, & verę orationes, & oblatio
nes, & celebrantur diuina officia deo acceptabilia, quibus
deus dicitur paſci, & delectari. Et ſic gentilitas per fidem &
baptiſmum facta eſt areola aromatum ſpiritualium, quibꝰ
Chriſtus dicitur paſci. nam ſicut Chriſtus paſcit nos cibis ſpi
ritualibus ſacramentorum & doctrina: ita dicitur a nobis pa
ſci lilijs, & roſis, & aromatibus bonorum operum, & oratio
num, & vniuerſaliter cultu latrię: inquantū delectatur in no
ſtris bonis operibus, & acceptat illa ad vitam æternam, Re
ſpondens ergo ſponſa ad quęſitum adoleſcentularum, & fi
liarum Hierl'm: quando dixerunt: Quo abijt & declinauit
dilectus tuus: dicit. Dilectus meꝰ Chriſtus reprobatis Iudę-
is incredulis: quibus primum oportebat loqui verbum dei:
quia indignos ſe fecerunt: ideo conuerſus ad gentes deſcen-
dit in hortum ſuum ad areolam aromatum. Nam ex popu
lo gentili, & ex templis, & delubris eius fecit ſibi areolā aro
matum, & hortum fructiferum eiecta ſpurcitia idolorum: vt
paſcatur in hortis populi gentilis, & colligat ex eo lilia. ſ. vir
gines, & martyres, & confeſſores, & doctores, & iuſtos vtriuſ-
q; ſexus: & paſcatur ibi paſtu latriæ. ſ. ſacrificiorum, & obla-
tionum, & orationum. Et dicitur Chriſtus deſcendere a po-
pulo Iudaico ad gentilem tanq̄ a digniori, qui ante deū co
lebat, ad minus dignum, qui idola venerabatur. Sed quia
per talem deſcenſum Chriſti ad plebē gentilem, ſicut plebs
gentilis conuerſa paſcit Chriſtum per latrię cultuꝫ: ita Chri
ſtus paſcit eam pabulo eccleſiaſticorum ſacramentorum: &
per conſequens fit mutuus paſtus: ideo ſubdit. Ego dilecto
meo, & dilectus meus mihi: quia paſcitur inter lilia. quaſi di
cat: ego exhibeo cultum, & ſeruitutem latrię dilecto & ſpon
ſo meo Chriſto. & exhibeo ipſi fideles per regenerationeꝫ
quia continue regenerat ex me filios, & martyres, & virgi-
nes, & confeſſores, & iuſtos vtriuſq; ſexus per baptiſmum,
& alia ſacramenta. Sed ipſe largitur & exhibet mihi paſtū,
& pabulum ſpirituale: ſcilicet dona ſpiritus ſancti, & granā
ſacramentorum in præſenti, & gloriam in futuro. & ſic ad-
inuicem correſpondemus nobis: & exhibemus, & reddimꝰ
vices amoris. Item ego exhibeo dilecto cultum latrię, cui
obligor ex debito: ſed ipſe gratis & libere largitur mihi ioca
lia, & bona ſponſalia, & ſpiritualia in dotem: quia tanq̄ ſpō
ſam decorauit me corona, & copia bonorum ſpiritualium
mihi familiariter loquendo. immo iam ſatiſfacit mihi, &
correſpondet meę petitioni, & deſiderio. Nam ego cum
ingenti affectu & deſiderio in primo cantico petiui deal-
bari, & mondari a nigredine idololatriæ, & ſpurcitia gen-
tilitatis, & ſociari cum filiabus Hieruſalem in eadem eccle
ſia, & paſci in vno, & eodem horto, & quieſcere ſub vm-
bra ſponſi in meridie: ſponſus autem iam audiuit vocem
meam, & annuit voti, & petitionibus meis: quia iam fami-
liariter mihi loquitur per apoſtolos: & ego loquor ipſi can-

tando pſalmodiam,& diuina officia:quia iam miſit apo-
ſtolos ſuos ad prędicandũ euangeliũ oĩni creaturę per vni
uerſum mundum: & ſic iam loquitur mihi ſpõſus & audio
vocem eius euangelicam:& ego iam loquor illi:& reſpon
deo ipſi confitendo ipſum eſſe verum deum & hominem,
& verum meſſiã in lege promiſſum. Et ſic reſpondeo ipſi p
fidem,ſpem,& charitatem,& cultum latrię. Et ſic ſponſus
meus paſcitur inter lilia martyrum, & virginũ & omniũ iu
ſtorũ,eorum bona opera,& cultuʒ latrię delectabiliter ac-
ceptando. Deinde cum dicit. Pulchra es amica mea & ſua
uis &c. introducitur ſponſus ad loquendum & ornandum,
& dotandũ eccleſiam ſponſam ſuam de populo gentili bo
nis ſpiritualibus, ſicut ante dotauerat eccleſiam de cõuer-
ſis ex ſynagoga.

A ℂ Ad cuius intellectum eſt aduertendum,ſicut fuit dictuʒ
in primo cantico:ꝙ ſicut deus eſt creator vniuerſalis ab ini
tio:ita factus eſt ex tempore,& in tempore conſtituto redẽ
ptor vniuerſalis:tam populi gẽtilis,q̃ Iſraelitici. Et ideo ſi-
cut patriarchę,& ꝓphetę in perſona totius populi Iſraeliti
ci petebant Chriſtum Meſſiam in lege promiſſum: vt ve-
niret ad oſculandum eos oſculo oris ſui: & vt traheret eos
poſt ſe:& introduceret in cubiculum ſuum: ita pariter tota
plebs gentilis hoc idem petebat & petijt per Thamar, &
Raab,& Ruth:tanq per procuratrices:quia omnes illæ pe
tierunt Chriſtũ in perſona totius populi gentilis: inquantũ
deſiderarunt ſociari in populo dei, & venerunt ad fidem
& cultum vnius dei. & ſic deſiderarũt Chriſtum venturũ ſi-
mul cum ſucceſſoribus eorum:vt dictum fuit ibi. Et deſide
rarunt dealbari a ſpurcitia,& nigredĩe,& ſorde idololatrię
dicendo. Nigra ſum,ſed formoſa &c. Et ideo ſicut ſponſus
ſatiſfecit plebi iudaicę,& ſynagogę fidelium per ſex canti-
ca:quia iam venit in carnẽ: & oſculatus eſt eam per icarna
tionẽ:vt patuit in ſecundo cantico,& oſculatus eſt eã oſculo
oris ſui perſonaliter per euangelicã prędicationẽ: vt patuit
cantico tertio:& iã traxit eã per familiarẽ doctrinã,& con-
uerſationẽ, & miraculorum operationem: vt patuit cãtico
quarto:& iam introduxit eam in thalamum ſuum.& orna
uit veſtibus ſponſalibus:vt patuit cantico quinto: & iã pa-
uit & refecit eam pabulo ſacramentorũ emanantiũ ex paſ-
ſione Chriſti:vt patuit cantico ſexto:& iam eccleſia cõgre-
gata ex conuerſis de iudaiſmo,& ex populo Iſraelitico re-
cepit Chriſtũ in ſponſum,cõmendando,& confitendo eiꝰ
virtutes,& perfectiones,& oĩpotentiã & magnificentiã: vt
patuit in cantico ſeptimo ſ. in cantico ꝓcedenti: ita pariter
in hoc octauo cantico,& duobus ſequentibus ſponſus ſatiſ
facit,et vult ſatiſfacere votis,& petitionibus plebis gentilis
petentis dealbari a nigredine idololatrię,& ſociari cũ ple-
be Iſraelitica,& paſci cum ea,& ſimul quieſcere ſub vmbra
ſpõſi.quã petitionẽ Chriſtꝰ adimpleuit cũ miſit apľos ad vo-
candũ & cõuertendũ populũ gentilẽ ad fidẽ euangelicam.
Et ſic Chriſtus p apľos ſuos & diſcipulos vocauit plebẽ gẽ-
tilẽ in eandem eccleſiã,& dealbauit eã,& ornauit, & deco
rauit,& dotauit eam eiſdem ornamentis,& monilibꝰ ſpon
ſalibus:quibus ante ornauerat eccleſiã ex ſynagoga cõuer
ſam. Et ſic ex vtroq; populo facta eſt vnica eccleſia,& ſpõ-
ſa Chriſti. Et ſic in his tribus vltimis canticis maxĩe loquiť
Salomon de eccleſia populi gẽtilis iam facta vna,& ſocia
ta cũ iudaica ſiue Iſraelitica:vt patebit. Dicit ergo Chriſtus
ſponſus. O amica mea de populo gentili tu in pricipio pe
tiſti a nigredine idololatrię dealbari:& cũ filiabus Hierlĩm
ſociari,& ſimul paſci,& quieſcere. Et ideo completo iã my
ſterio redẽptionis in populo Iſraelitico: & poſtq̃ illi ſatiſfe
ci p incarnationẽ.& familiarẽ ꝑdicationẽ,& mortẽ,& paſ-
ſionẽ, & reſurrectionẽ &c. tandem volui deſcẽdere ad te:
vt ſatiſfacerẽ votis & petitionibꝰ tuis,mittẽdo tibi apľos,&
diſcipulos ad prędicandũ:vt in perſona mea te dealbent,
& mundent a nigredine idololatrię,& pulchram faciant p



baptiſmum,& alia ſacramenta. ℂ Et nota ꝙ licet Chriſtꝰ B
vocauerit plebẽ gentilẽ,& baptizauerit per apoſtolos,tan-
q̃ per miniſtros:tamẽ quia per ſeipſum dat gratiã, & bona
ſpiritualia:ideo loquitur in pſona ꝓpria. Item dicere Chri-
ſtum & commendare pulchritudinem plebis gentilis: idẽ
eſt quod facere: quia commendando ipſam de pulchritu-
dine facit ipſam pulchram, & ipſam decorat ornamentis
ſponſalibus hic memoratis.

ℂ Iteʒ eſt aduertendum,ꝙ licet ſponſus repetat, & iteret C
in hoc cantico octauo bona ſpiritualia,& ornamenta quæ
præmemorauit,& explicauit in quinto cantico:tamẽ talis
repetitio,& iteratio non eſt ſuperflua,nec otioſa: ſed deno
tat duos populos in diuerſis tẽporibus ſucceſſiue ad fidem
conuerſos: quos Chriſtus ſub eadem eccleſia connexit: &
eiſdẽ ornamentis ſponſalibus decorauit. Dicit ergo Chri-
ſtus. O amica mea conuerſa de plebe gentili, ego dico tibi
ꝙ tu es pulchra,id eſt pulchrã te facio ſimul cũ plebe Iſra-
elitica. Et tu es decora facta ſicut Hieruſalẽ. Nã tu in prĩo
cantico petiſti dealbari,& decorari,& ſociari filiabus Hie
ruſalẽ: & ego dico tibi,ꝙ tu es facta decora ſicut Hieruſa-
lem,& ipſi conſociata in vnam eccleſiam, & eiſdẽ ornamẽ
tis ſponſalibus decorata:poſtq̃ recepiſti eadem eccleſiaſti
ca ſacramenta: quia eadem ſeptem dona ſpiritus ſancti re
cepiſti: & ad pugnandum contra mundum, & carnem, &
diabolum eiſdem armis armata fuiſti. Et ideo tu es facta
terribilis ad pugnandum:ſicut vna acies caſtrorũ bellicoꝝ
ad bellandũ,& pugnandum ordinata pro fide euangelica
defendenda. Itẽ pulchritudo tua ſumme delectat me. Auer
te ergo oculos tuos a me &c. Et loquiť ironice,more amã-
tiũ: ſicut ſponſus carnalis quandoq; dicit ſponſę. Auerte
oculos tuos a me: quia tantum ſunt pulchri: ꝙ penetrant
cor meum, & interficiunt me. ita ergo pariter metaphori-
ce dicit hic Chriſtus, O ſponſa mea auerte oculos tuos,ſci-
licet fidei,& charitatis,& humilitatis:quia tantũ mihi pla-
cent & ſunt grati:ꝙ me auolare fecerũt: id eſt relicto & re-
probato populo iudaico incredulo me compulerunt vt re-
pente deſcenderem & venirem ad te. ℂ Ad cuius intelle- D
ctum eſt aduertendum,ſicut dictum eſt in cantico quinto:
ꝙ Chriſtus non reſpexit in nobis iſtos oculos,& iſta bona
tanq̃ formam efficientem:ſed tanq̃ formam diſponẽtem,
quã ipſe in nobis impreſſit:vt nos ſibi gratos faceret. Vnde
tria genera oculorũ vulnerauerũt Chriſtũ:& fecerũt ipſum
aduolare:vt veniret ad nos redimendũ. Primo oculi imagi
nis naturalis: inquantum ſolum hominem creauit in hoc
mundo inferiori ad imaginẽ ſuã, aptum,& capacẽ ad ſuaʒ
beatitudinem participandam ,& capeſſendam: & ideo ad
uolando deſcendit ad redimendam ſuam imaginem quaʒ
in vtroq; populo repperit. Secundo vulnerauerunt & mo-
uerunt Chriſtũ oculi ꝑdeſtinationis. Nã quos pater ab ęter
no ꝑdeſtinauit,hos filius factꝰ homo ex tẽpore vocauit, &
hos iuſtificauit in preſenti:& magnificauit,& glorificauit
in futuro. ad Roma. viij. Tertij autem ſunt oculi gratię,pro
pter quos ſumus deo grati,& accepti ad vitam æternam.&
hos dedit nobis gratis Chriſtus ipſe cui Chriſtus dedit no-
bis oculos fidei cũ charitate,qbus eum cognoſcimus, & di
ligimus,& meremur,& ſumus apti ad vitam æternã.& iſti
oculi penetrant cor Chriſti,& faciũt eũ aduolare ad ꝑmiuʒ
nobis cõferendũ:& ſic Chriſtꝰ amat qđ in nobis plãtauit.
Et ſic pʒ,ꝙ Chriſtus ante dilexit nos,q̃ nos ipſum:quia deꝰ
ante mũdi conſtitutionẽ dilexit & elegit nos: vt eſſemꝰ ſcti
& poſtea gratificauit nos in Chriſto filio ſuo. ad Phil. j. Et
ſic pʒ ꝙ Chriſtus dotauit,& ornauit eccleſiã ſponſam ſuã
ornamentis ſponſalibus:vt ſibi placeret, & ampliꝰ eã dili-
geret. quę quidẽ ornamenta ſunt fides articulorũ,& gr̃a ſa
cramẽtorũ,& robur ad obſeruationẽ ꝑceptoꝝ, & varietas
ſtatuum,& officiorum,& dignitatũ. Et ideo per oculos poſ
ſunt etiam intelligi doctores ſ. Augu. Hiero. & cęteri qui

fuerunt de populo gentili, multo plures q̃ de populo Iudai
co: per quos doctores, tanq̃ per oculos videt eccleſia. qui q;
dem oculi doctorum eo ꝙ erãt cum fide & charitate: ideo
Chriſtum aduolare fecerũt. Et ſic etiam ſubdit. Capilli tui
id eſt populi ex gentibus cõuerſi facti ſunt copioſi, & albiſ-
ſimi, & multiplicati per regenerationẽ baptiſmalem: ſicut
greges caprarum, quæ apparuerunt de Galaad in magno
numero. Et dentes tui, qui ſunt ijdem doctores inquantum
ruminant, & maſticant, & digerunt ſacram ſcripturã, facti
ſunt albi, & mundi, ſicut grex ouium, quæ aſcenderũt de la
uacro, prout dictũ eſt in cantico quinto: quia omnes docto
res ſunt gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis: inquantũ
ex vtroq; teſtamento quotidie pariunt ſacram ſcripturã, &
prębent eã populis fideliũ. Et ſic etiã genę tuę quę ſunt bo
nę & honeſtę operationes coram populo apparentes, ſunt
rubeę per charitatem: ſicut cortex mali punici, abſq; occul
tis. Nam ſicut malũ punicum ſub vna pelle rubea continet
multa grana rubea, & pulchra, ita eccleſia ſponſa Chriſti
ſub vna pelle, & tegmine fidei, & charitatis continet copiã
fideliũ rubore & ardore charitatis ardentium, cuius lux lu-
cet corã hominibꝰ: non vt videatur ab hominibus ad pro-
priam laudẽ: ſed vt glorificent dominũ, qui in celis eſt. Et
ideo ſubdit, Abſq; occultis: quaſi dicat: ꝙ talia opera ſunt
cum interiori gaudio, & recta intentione latente teſtimo-
nium reddente conſcientia eorũ. Et ſic eccleſia & quilibet
iuſtus eſt pulcher, & rubet charitate intus & extra: quia nõ
ad oſtentationẽ propriã operatur, & exercet opera virtutũ:
ſed ad laudẽ dei, & ꝓximi bonũ exemplũ & vtilitatẽ. Hoc
etiã dicit, quia in eccleſia multi ſunt martyres latenter i cor
de: licet non martyrium receperunt publicum in carne.

## Secunda pars Octaui Cantici.

Sexaginta ſunt reginę.
Octoginta concubinę:
Et adoleſcẽtularum non eſt nu
merus.
Vna eſt colũba mea: perfecta
mea.
Vna eſt matri ſuæ:
Electa genitrici ſuæ:
Viderunt eam filiæ Sion:
Beatiſſimam prędicauerunt Reginę & concu-
binę: et laudauerunt eam.
Quæ eſt iſta quę progreditur quaſi aurora cõ-
ſurgens:
Pulcra vt luna: Electa vt ſol:
Terribilis vt caſtrorum acies ordinata?
Deſcendi in ortum nucum:
Vt viderem poma conuallium:
Et inſpicerem ſi floruiſſet vinea:
Et germinaſſent mala punica.
Neſciui. Anima mea conturbauit me propter
quadrigas Aminadab.
Reuertere reuertere Sunamitis
Reuertere reuertere vt intueamur te.

Deinde cũ dicit, Sexaginta ſunt reginę, Hæc eſt
E ſecunda pars huius octaui cantici.
¶ Ad cuiꝰ intellectũ eſt aduertẽdũ, ꝙ oẽs reges
terræ, & principes mundi gerunt vices dei in re-
gendo: quia omnis ptãs a dño deo eſt. Vnde dicit diuia ſa-
pientia. Per me reges regnãt: per me principes iperant, &
decernunt iuſtitiam. Prouer. viij. Et eſt dicendũ ꝙ ois hũa
na poteſtas eſt a deo: aut pręceptiue, aut permiſſiue. vnde
reges regnant ex dei volũtate pręceptiua: eo ꝙ ex electio-
ne inceperunt regnare, & optimis legibus regunt, & decer
nunt iudicia. Et ideo propter talẽ honeſtum ordinẽ dñan-
di regię poteſtates & regna metaphorice dicũt vxores dei
& reginæ. Tyrannicę aũt poteſtates eo ꝙ violenter regunt
& reguntur, ideo dicuntur concubinæ, quaſi adulterinę qa
non legitimę poſſidentur nec regũtur. Et ſic Salomon hic
regna & regias poteſtates mundi appellat reginas: & tyrã
nides appellat concubinas: & ciuitates, & oppida appel-
lat adoleſcẽtulas, quaſi ancillas regũ & principum. Et quia
plures ſunt tyranni q̃ reges legitimi in mundo: ideo ponit
cõcubinas in maiori nũero. Et qa ciuitates & oppida ſunt
in multo maiori numero q̃ reges ſiue regna, & tyrannides:
ideo ponit eas ſub numero quaſi Infinito. Sed quia licet oĩa
iſta regna mundi, & principatus, & tyrannides, & ciuitates
ſint plures in numero, & ſint diuerſę linguæ, & diuerſi mo-
res, & licet ſub diuerſis humanis legibus regantur, & viuãt
tẽporaliter: tñ ex oĩbus his, & in oibus his facta eſt vnica
eccleſia ſub vno capite Chriſto & principe congregata: et
vnico baptiſmo regenerata, viuens ſub vnica lege euange
lica: & vnica gratia ſacramentorum: & vnica fide articulorum
quia vbiq; terrarũ vnica eſt eccleſia ſpõſa Chriſti: ſicut vni
cus eſt ſponſus. Et hoc eſt quod intẽdit dicere Salomon in
hoc cantico, & loco, in perſona Chriſti. vnde ait Sexaginta
ſunt reginæ. i. regię poteſtates: & octoginta concubinę, id
eſt tyrannides in mundo & adoleſcẽtularũ. i. ciuitatũ, & op
pidorũ & aliorũ populorũ nõ eſt nũerus: quia ſunt quaſi in
finiti in mundo. Sed in oibus his vna eſt colũba mea. i. vni
ca eſt eccleſia ſponſa mea, ſimplex, & innocens, & pura ſi-
cut colũba: & vnica & perfecta eſt matri ſuę, & electa geni
trici ſuę. ¶ Ad cuius intellectũ eſt notandũ ꝙ Chriſtus di-
citur ſponſus eccleſię, inquantum eã ſibi vniuit per gratiã & F
fidẽ: & ipſa dicit filia Chriſti, inquantũ ipſam regenerauit
ſed quia Chriſtus regenerauit totã eccleſiã, & regenerat cõ
tinue fideles ex aqua, & ſpiritu ſancto: ideo ſpiritus ſanctꝰ
dicitur mater eccleſię ſponſę Chriſti. Et ideo dicitur colũ-
ba, & colũbina: quia ex ſpũ ſancto regenerata. Et dicitur ꝑ
fecta matri ſuę: quia nõ ex volũtate carnis, nec viri: ſed ex
ſolo ſpiritu ſancto eſt regenerata & renata. Et ita etiã dici-
tur electa matri ſuę. ſ. ſpiritui ſancto: ex cuius virtute, & gra
tia dei regenerata dicitur & renata. Et nõ eſt mirandũ: ꝙ
Salomon appellet ſpm̃ ſctm̃ matrẽ eccleſię: quia hoc no-
men ſpiritus in Chaldęo & hebręo eſt fœminini gñis: ſicut i
latino eſt maſculini generis: & in gręco neutri generis: vt
inquit Hiero. in ſermone de aſſumptione Virginis. Intẽdit
ergo dicere ſpõſus: quia licet multa & diuerſa ſint regna, &
principatus, & poteſtates in mundo viuẽtes ſub diuerſis le-
gibus hũanis: tñ ex oĩbus his, & in oĩbus his vnica eſt
eccleſia ſponſa Chriſti viuens ſub vnico principe, & vni-
ca fide et charitate, & vnica lege euangelica. ¶ Deiñ cum
dicit. Viderũt eã &c. eſt aduertẽdum ꝙ poſtq̃ eccleſia apo G
ſtolorũ et diſcipulorũ recepit ſpm̃ ſctm̃ ilico non poſt mul-
tos dies fuerunt apoſtoli et diſcipuli ꝑ diuerſas prouicias,
et regna mundi ad prędicandum euãgelium omni creatu-
ræ diſperſi: prout eis Chriſtus pręceperat i die aſcenſionis.
Et ſic Matthęus profectus eſt in Aethiopiam, et Bartholo
męus, et Thomas ad regna Indorũ, et Andreas apud Scy-
thas et Simõ et Iudas ꝓdicauerũt ꝑ Aegyptum, et Chaldęã
et Petrꝰ et Paulus per Gręciam, vſq; ad Italiã. Et ſic ſingu-
li per gratiã ſermonũ, et virtutẽ ſpũſſcti, et propter ſigna q̃
faciebãt ſuſcitando mortuos, et ſanando infirmos, et eijcie
do dęmonia: conuertebant multos ad fidem Chriſti. Et ſic
vnuſquiſq; apl's faciebat ſibi ſocietatẽ et exercitũ fidelium

H conuerſorũ ex gentilitate. ¶ Tunc ergo filię Sion. id eſt aię deuotę & fideles nouiter conuerſę: & reges & principes & tyranni & ciuitates & populi gẽtiliũ videntes eccleſiã i apoſtolis & diſcipulis tanq̃ aciem ordinatam ita per mundum cũ ſignis & virtutibus progredi & proficiſci ſemper augendo & homines ad fidem conuertendo: tunc oĩes iſtæ poteſtates prædicauerunt eccleſiam & chriſtianã religionẽ beatiſſimã, quia in tam magnũ numerũ augebatur: & quia tot & tantis ſignis & virtutibus coruſcabat. & ſic prędicabant eam beatiſſimã propter magnitudinẽ & excellentiã ſponſi: qui eam beatificabat, & ad tantum & talem gradum exaltabat & dignificabat, & tam magnis donis & muneribus decorabat. Et ſic non ſolum filię Sion. ſcilicet fideles iam conuerſi: ſed etiam reginę & concubinę. id eſt regię poteſtates & principatus & tyrannides laudauerunt eam videntes & admirantes ſigna quæ faciebat contra dæmones in curandis infirmis. Et ideo ſic admirantes & eam beatiſſimã prædicantes & laudantes dicebant. Quę eſt iſta quę progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorũ acies ordinata?

I ¶ Ad cuius intellectũ eſt notandũ q̃ eccleſia Chriſti in principio fuit quaſi aurora conſurgens. Naꝫ ſicut aurora conſurgens de nocte & tenebris nondũ habet totũ lumen: ſed aliquantulũ rutilat & ſplendet habens partem de tenebris: eo q̃ adhuc eſt inter tenebras: ita pariter eccleſia in principio quia conſurgebat ex nocte & tenebris legis & ex nocte & tenebris idololatrię, ideo conuerſi de iudaiſmo licet ſplenderent radijs luminis euangelici: tñ quia ex toto non valebant relinquere cerimonialia: vt patet ad Ro. & Gala. per totum. ideo eccleſia in principio erat quaſi aurora conſurgens, iquã tũ illi pauci conuerſi habitabant inter infideles. Sed poſtea quando eccleſia iã fuit magis multiplicata: tunc fuit pulchra vt luna, quando eſt plena ex radijs ſolis: quia tunc fideles abominantes cerimonialia & ſuperſtitionẽ idolorũ: iã erant magis purificati & firmi in lege euangelica. Sed poſtea tempore Decij, & Maximiani, & Diocletiani iam eccleſia fuit electa & excellens ſicut ſol. Nam ſicut ſol in meridie non ſolum non patitur tenebrã admixtã: ſed etiaꝫ oĩa illuminat: ita pariter eccleſia iam tẽpore illorum imperatorũ multiplicata non ſolũ pellebat omnẽ tenebrã tam legalẽ q̃ idololatricam: ſed etiã ſplendebat per totum orbem: quia iam habebat doctores illuminantes totũ orbẽ ſuis prędicationibus & doctrinis: & tunc erat frequentia martyrũ: qui rigarunt & auxerunt eccleſiã ſanguine ſuo. Et ſic eccleſia protunc non ſolũ fuit electa vt ſol ratione ſplendoris doctrinę euangelicæ: ſed etiã fuit terribilis vt caſtrorum acies & phalanx ordinata ad pugnandũ contra tyrannos & infideles: imo fuit acies ad pugnandũ per doctores contra infideles. Et fuit terribilis acies ordinata per martyres ad pugnanduꝫ contra tyrannos. Et notanter dicitur. Quę eſt iſta quę progreditur. nã eccleſia apoſtolorũ egreſſa eſt vltra limites. ſcilicet ex populo iſraelitico & progreſſa in populuꝫ alienũ & gentilem: quaſi dicat, Quę eſt iſta quę cũ tanta audacia & fiducia ex populo infirmo & humili audet progredi armata per populũ gentilẽ cõtra reges, & principes, & deos, & leges imperatoꝝ, & regũ?

¶ Deinde cum dicit. Deſcẽdit in hortũ nucum. Spõſa expli-
K cat & dat rationẽ ſui aduẽtus, explicãdo reſiſtentiã quã reperit in populo gentili. propter quod incedit armata. Ad cuius intellectũ eſt notandũ, q̃ poſt obitũ apoſtolorũ creuit aliquantulũ eccleſia p vniuerſuꝫ orbẽ ſcd̃m q̃ aliqui imperatores pmittebãt viuere chriſtianos. & ſic fuerunt nouẽ pſecutiones in eccl'ia: inter quas pſecutiões fuerũt quãdoq; paces: & hoc a Nerone vſq; ad Diocletianũ: ſed tũc inſurrexit q̃dã pſecutio contra eccleſiã maior cęteris. In qua perſecutione iterfecta fuerũt infinita milia martyruꝫ: vbi valde fuit eccleſia pturbata. & ſic eccleſia vndiq; vexabatur a tribus inimicis. ſcilicet ab iperatorib' & regib' idololatris, & ab hęreticis, & hominibus carnalibus & mũdanis. Et hãc turbationẽ & pſecutionẽ eccleſię memorat ſponſa in hac parte, dicẽs. Nõ miremini ſi ſic pgredior armata ſicut terribilis caſtroꝝ acies ordinata: quia deſcendi in hortũ nucum. ſ. in populũ gentilẽ mihi ab ęterno p̃deſtinatũ: & per patriarchas & prophetas ad fidẽ prenũciatum. Deſcẽdi enim vt viderẽ poma cõualliũ. ſ. vt colligerẽ iuſtos p baptiſmũ & fidẽ: & vt inſpicerẽ ſi floruiſſet & fructificaſſet vinea populi gẽtilis germinãdo fideles & ſi germinaſſent mala punica. ſcilicet martyres & virgines & cæteri iuſti & fideles.

¶ Et nota q̃ nux eſt genus ad omnẽ fructũ habentẽ nucleũ ſub dura teſta: & ſic etiã amigdalũ & auelana dicitur nux. Et ideo in hebræo habetur, deſcẽdi in hortuꝫ amigdali: per q̃d intelligitur populus gentilis, qui ſub teſta idololatriæ continebat imaginẽ dei & magnã partem prædeſtinatorũ. Et iõ ille hortus dedit fructũ ſuuꝫ per baptiſmũ tẽpore gratię. Nã baptiſm' maturauit fructum illius horti: & vuas illius vineę: quẽ fructum apl'i & eccleſia collegerũt. quaſi dicat: ego veni ad colligẽdos fruct' ſupradictos: ſed in tali expeditiõe reperi maximã reſiſtẽtiã: & ideo neſciui. i. dubitaui: & timui: & aĩa mea turbata eſt ppter quadrigas bellicas & acies cõtrarias ipſi' Aminadab. i. propter exercitus populi gẽtilis & pricipũ & regũ: qui perſequebãtur me & tormentis affligebãt: intãtũ q̃ chriſtiani fugiebãt per montes & latibulas ſpeluncarũ. Vnde intãtum ingruit illa perſecutio, q̃ btũs Marcellin' ex timore adoleuit idolis incenſum. de quo ſcelere cũ martyrio poſtea fuit purgatus.

¶ Eſt autẽ aduertenduꝫ, q̃ vbi noſtra trãſlatio' h; aĩa mea turbata eſt ppter q̃drigas Aminadab. i. populi mei: in hebręo hẽtur ppter q̃drigas Aminadib. i. populi principãtis. M
Quæ quidẽ litera eſt magis cõſona veritati: quia populus gẽtilis tunc dñabatur & principabaẽ in mundo. Et ideo creditur q̃ litera noſtra eſt corrupta vitio ſcriptorũ. Et ideo dicit eccleſia, Aĩa mea turbata eſt propter q̃drigas Aminadib. i. ppter exercit' & pſecutiones & tormẽta populi gẽtilis principãtis & dominãtis i mũdo. quã q̃dẽ pſecutionẽ iter cęteros ſęui' et atrocius exercebãt Maximianus et Diocletianus. Et ideo videns eccleſia plebem gentilem reſiſtentem prędicationi euãgelicę, dicit ipſi. Reuertere reuertere Sunamitis.

¶ Ad cui' intellectũ eſt notãdũ, q̃ populus gẽtilis deſcendebat ex Noe: qui fuit verus dei cultor: ſed receſſerat a vero cultu dei p filios Chã, et Iapheth: maxĩe in cõfuſione linguarũ in fabricatiõe turris Babel. Et ſic populus gẽtilis hitabat et laborabat triplici infirmitate. Primo in idololatria per falſum cultum deorũ. Secũdo in falſitate doctrinę per falſã ſuperſtitionẽ põtificum tẽplorũ. Tertio hitabat et erat inuolut' in ſpurcitia et fœditate carnis et aliorũ pctõrũ. Et ideo ſponſa vocat ter illũ populũ: vt egrediatur ab illo triplici ergaſtulo & infirmitate: & reuertatur ad dñm deum ſuum: a quo p infidelitatem ante receſſerat. N

¶ Iterũ eſt aduertẽdũ, q̃ vbi trãſlatio noſtra dicit. Reuertere Sunamitis. in hebræo dicĩ reuertere ſulamit. vnde Sunamitis iterpretaĩ captiua ſeu lapidea. Et ſic conueniebat tunc plebi gentili, quæ erat lapidea inquãtum corde duro adorabat idola lapidea, & erat vere captiua in poteſtate diaboli. Sulamit autẽ interpretaĩ itegra & perfecta. Et ſic illa plebs ante baptiſmũ non potuit dici integra nec perfecta: ſed hoc cõuenit ipſi poſt baptiſmũ. Dicit ergo ſponſa ad plebẽ gentilem ſibi reſiſtentẽ. O ſunamitis. i. captiua & lapidea: reuertere a falſo cultu deorũ, & a falſitate doctrinæ ſacerdotũ gẽtiliũ, et a laſciuia carnali, et ſupbia et auaritia quę maxime regnat in te: et cõuertere ad dñm deum tuũ: vt intueamur te, et baptizemus et vera et ſana doctrina inſtruamus te. Item reuertere a falſo cultu et praua doctrina et imũditia carnis ad pfectionem et integritatẽ fidei euãgelicę. Itẽ reuertere a triplici pctõ. ſ. ab originali, et mortali, et veniali: in quib' laboras quę quidẽ pctã nulla lex poteſt delere nec ſanare niſi ſo-

la euangelica. Et ſic ex ſunamite efficietis ſulamit .i. ex lapidea & captiua efficieris integra & perfecta ꝑ baptiſmū. Qui quidem baptiſmus maturauit fructus horti & vuas vineę populi gentilis: & confregit durā teſtā nucum: & extraxit inde imaginem dei & numerū prędeſtinatorū qui latebat ſub teſta cerimonialium in plebe iſraelitica, & ſub teſta lapidea & idololatrię in plebe gētuli. Qui quidē etiā baptiſm⁹ ſicut ante fecerat pulchrā & decorauerat plebē iudaicam: ita poſtea
P decorauit plebē gentilem. ❡ Sed circa fundamentum huius cantici octaui dubitatur. Nam dictum eſt in tertio & quarto cātico, ꝙ Chriſt⁹ per ſe & perſonaliter ſoli plebi iſraeliticæ prędicauit: & vltra terminos Iſrael ad prędicandū & miracula faciendū nō exiuit: & ſolam terrā Iſrael prędicando & miracula faciendo peragrauit. vt patet ꝑ totū diſcurſum euangelicū. Et in hoc cātico octauo dictū eſt ꝙ Chriſtus per ſe nō deſcendit pſonaliter ad populum gētilē: ſed per apoſtolos. Et ideo quæritur quare Chriſt⁹ nō perrexit ilico ad populū gentilem ad prædicandū & miracula faciēdū: quia forſan fuiſſet magis acceptus. Ad hoc reſpōdet: ꝙ hoc fecit Chriſt⁹ triplici ex cauſa & ratione. Primo ad maiorem confuſionē populi iudaici, & oſtendendā & manifeſtandā eius ceruicē durā & ingratitudinem. Secūdo ad maiorē laudem populi gentilis, & oſtendendā eius obedientiā. Tertio ad vtilitatē totius generis humani: & neceſſitatē noſtrę redemptionis. Primū ꝓbatur nam ſi Chriſtus prius prædicaſſet & miracula feciſſet ī populo gentili: tunc Scribæ & Phariſæi habuiſſent cauſam ipſum repellendi & excuſationem ipſum contēnendi: & nō recipiendi eū. quia non erant obligati ad recipiendū aliquē extraneum, nec venientem ad populum gentilem in Meſſiā: ſed ſolum venientē ad eos: & hoc ſecundū legem & prophetas. Ideo voluit pſonaliter venire ad eos, prout ꝓmiſſus fuerat ī lege & ꝓphetis. & ſic manifeſtata fuit eorum cæcitas & ingratitudo & malitia. Ideo ait ſaluator. Ioā xv. Si non veniſſem: & eis non locutus fuiſſem: & opera in eis non feciſſem quę nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem nō habent excuſationē de peccato ſuo. Secūdum probatur. nā maxima laus & meritū prouenit populo gentili: qui non vidit Chriſtū in carne prædicantē nec miracula facientem: & tamē ad ſolam prædicationē apoſtolorū recepit Chriſtū: qđ fuit reputatum ad magnā confuſionem Iudęorum. prout ꝓphetauerat Dauid pſal. xvij. Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni inueterati ſunt &c. hoc idem ait ſaluator Matthęi. viij. Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in Iſrael. Multi enim venient ab oriente & occidēte, & recūbent cum Abrahā Iſaac & Iacob in regno cælorum. Filij autem regni mittētur in tenebras exteriores. Hoc idem dicit ſaluator Lucæ xiij. Tertium autem probatur. nā mos & inclinatio naturalis inerat gentilibus deificare hoīes virtuoſos. Si enim videbāt in aliquo aliquod diuinum vltra conſuetudinem naturæ: ilico faciebāt ipſi ſtatuā & adorabāt eum tanq̄ deum. Et iſto modo deificarunt Herculem, & Martem, & Saturnum, & Mercurium, & Iouem, & Phoebū, & Aeſculapium. vnde legitur actuum. xiiij. ꝙ cum Paulus prędicaret Liſtris cū Barnaba: & Paulus ſanaſſet claudum ex vtero matris ſuę: tunc turbe clamauerūt dicentes. Dij ſimiles facti hominibus deſcenderunt ad nos & vocabant Barnabam Iouem: Paulum vero Mercurium, quoniam ipſe erat dux verbi. Sacerdos quoq; Iouis qui erat ante ciuitatem: tauros & coronas ante ianuas afferens cum populis volebat ſacrificare. &c. Ex quibus patet ꝙ ſi Paulū & Barnabam propter ſanationem vnius claudi voluerūt turbę adorare: & eis tanq̄ dijs tauros ſacrificare: ergo multo magis populi gentiles deificaſſent & adoraſſent Chriſtum cæcos illuminantem, & mortuos ſuſcitantem, & ventis imperātem. & cæ. & ſic noſtra redemptio fuiſſet impedita. Et ideo Chriſtus noluit venire ad populum gentilem qui faciliter ipſum recepiſſet: ſed venit ad populum duræ ceruicis in auaritia & malitia obduratum. qui videntes Chriſtum ſuis moribus contradicentem: & ſua ſcelera deteſtantem, faciliter ipſum oderunt & crucifixerunt. & ſic noſtra redemptio habuit locum & opportunitatē. Et hęc fuit cauſa quare Chriſtus nō venit ad prædicandū per ſe populo gentili: ſed miſit apoſtolos ſuos, prout prædicitur in hoc cantico octauo & ſequenti. Et hæc de octauo cantico.

## Incipit nonum Canticum:

QVid videbis in Sunamite niſi choros caſtrorum?
Q̄ pulchri ſunt greſſus tui in calciamentis filia principis.
Iuncturę femorū tuorū ſicut monilia quę fabricata ſunt manu artificis.
Vmbilicus tuus crater tornatilis hunq̄ indigēs poculis.
Venter tuus ſicut aceruus tritici
Vallatus liliis.
Duo vbera tua ſicut duo hinnuli gemelli capreæ.
Collum tuum ſicut turris eburnea.
Oculi tui ſicut piſcinę in Eſebon: quæ ſunt ī porta filiæ multitudinis.
Naſus tuus ſicut turris Libani: quæ reſpicit contra Damaſcum.
Caput tuum vt Carmelus.
Et comæ capitis tui ſicut purpura regis iuncta canalibus.
Q̄ pulchra es: & q̄ decora chariſſima in deliciis.
Statura tua aſſimulata eſt palmæ: & vbera tua botris.

QVid videbis in Sunamite: niſi choros caſtrorum. ❡ Hoc eſt nonum canticum: in quo Salomon cātat profectum eccleſiæ conuerſę de populo gētili. ❡ Ad cuius intellectum eſt notandum prout iam Q dictum eſt: ꝙ eccleſia de populo gentili ſucceſſiue habuit q̄tuor ſtatus. Nam primo .ſ. in principio tempore apoſtolorum fuit quaſi aurora conſurgens: eo ꝙ pauci fuerunt conuerſi. & ſic eccleſia habitabat inter idololatras & infideles: & inter tenebras multorum infidelium. Sed poſtea tempore Traiani & Cōmodi facta eſt pulchra vt luna. quia per omnes partes mūdi creuit in maiorē numerum. Sed tēpore Philippi imperatoris iam facta eſt electa vt ſol. quia iam ipſe Philippus imperator factus eſt chriſtianus cum Alexandra matre ſua ꝑ Origenem. & iam tunc incepit magna copia chriſtianorum. Et iam incepit habere eccleſia copiam magnorū doctorum: qa tunc fuit Origenes, & Clemens Alexandrinus, & Dionyſius Alexandrinus, & plures alij: qui tanq̄ ſol inceperant ſua doctrina & ſcriptis mundum illuſtrare. Sed tempore Diocletiani & Conſtātini facta eſt eccleſia terribilis vt caſtrorum acies ordinata: quia tunc eccl'ia iā in Chriſto roborata incepit pugnare contra ſęuitiā imperatorū & regum & principū infidelium. in qua perſecutione interfecta ſunt multa milia martyrū: vt patet per eccleſiaſticā hiſtoriā. Poſtea autē eccleſia pugnauit cōtra carnē, & mundū, & diabolū per virgines

& anachoritas & viros pfectos & monachos. Poſtea pugnauit contra hæreticos per doctores. Et ſic in eccleſia apparuerunt multi exercitus pugnantes contra inimicos eccleſię. Nã primo ſurrexit exercitus & chorus martyrum ad pugnandũ contra tyrannos & imperatores. Secundo ſurrexit exercitus virginum & monachoꝶ in ægypto & meſopotamia ad pugnandũ contra carnem, & mundũ, & diabolũ. Tertio ſurrexit exercitus doctorum ad pugnandũ contra hęreticos. Sed oẽs iſti exercitus finaliter triumpharũt de inimicis eccleſiæ. Et ſic eccleſia de oibus inimicis finaliter triumphauit. Naꝫ per martyres triumphauit de regibus & imperatoribꝰ: & p virgines de carne: & per monachos & eremitas de mũdo & diabolo. & per doctores triumphauit de hæreticis. Sponſus ergo videns eccleſiã ſponſam ſuam ſic proficere & pugnare cõtra inimicos per diuerſos exercitus bellatoꝶ dicit. Quid videbis in Sunamite .i. in eccleſia ex gẽtibꝰ cõuerſa: niſi choros .i. phalãges & exercitus caſtroꝶ bellicoꝶ paratos ad pugnanduꝫ cõtra inimicos/ quaſi dicat: tota eccleſia eſt pugna contra inimicos fidei: & de oibus triũphat. Deinde cũ dicit. Qꝫ pulchri ſunt greſſus &c. explicat & explicando cõmẽdat choros & exercitus pugnatorum eccleſiæ.

R ¶ Quatuor ergo facit. Nam primo cõmendat totam eccleſiam ſponſam ſuam in vniuerſali. Secundo ſpecialiter cõmendat chorum & exercitum martyrum. Tertio exercitũ religioſoꝶ & monachoꝶ. Quarto exercituꝫ & choꝶ doctorum. Secũdũ ibi. Dixi aſcendã in palmam. Tertium ibi. Ego dilecto meo. Quartum ibi. Quis mihi det te fratrem meum. Vnde Salomon ſequitur ordinẽ temporis eccleſię: ſcdm ꝙ eccleſia proceſſit in proficiendo. Nam primo profecit in populo. Secundo in martyribꝰ ſeu in copia martyꝶ. Tertio in copia virginũ & monachorum. Quarto in copia doctorum. de quibꝰ omnibus tractatur in hoc nono cantico. Quinto autem profecit in copia imperatoꝶ & regum & pontificum: & ſic fuit in ſua proſperitate: de quo tractabitur in ſequenti & vltimo cantico. Quantum ergo ad primam partem huiꝰ noni cantici, eſt aduertendũ, ꝙ tota pulchritudo eccleſiæ conſiſtit in ornatu virtutum & donorum, & gratia ſacramentorum: & pulchra diſpoſitione mẽbroꝶ. ſ. in varietate ſtatuuꝫ & graduum & officioꝶ. Et ideo Salomon ter deſcripſit pulchritudinẽ eccleſię, ſcdm ꝙ Chriſtꝰ ſucceſſiue ter ipſam dotauit & decorauit per diſcurſum temporis. Nam primo deſcripſit pulchritudinẽ eccleſię in ſtatu apoſtoloꝶ ſcdm ꝙ eã dotauit & decorauit ſponſus ante ſuam paſſionem: quando miſit apoſtolos ad prędicandũ in omnem ciuitatem & locum quo erat ipſe venturus. vt patet Matth. x. & Lucæ. x. & etiaꝫ ſcdm ꝙ eam decorauit Chriſtus in nocte paſſionis per longum ſermonẽ. vt patet Ioan. xiij. vſqꝫ ad xvij. capitulũ. quaꝫ pulchritudinẽ cantauit Salomon in quinto cantico. Secũdo decorauit Chriſtus eccleſiã ſuã in populo gentili per prędicationẽ apoſtoloꝶ in principio: quãdo fuit quaſi aurora cõſurgens. cui cõmunicauit eadem ornamenta ſpiritualia & dona gratiarũ: quę dederat eccleſię cõuerſæ de populo iudaico. quam pulchritudinẽ cantauit Salomon ĩn cantico p̃cedenti. Nunc autem in hoc nono cãtico cantat pulchritudinem quam Chriſtus dedit ſponſæ ſuæ in ſuo profectu tẽpore pugnæ. Quę quidẽ pulchritudo conſiſtit in copia & varietate diuerſorum ſtatuũ & graduũ & dignitatũ & mẽbroruꝫ & officioꝶ eccleſię. qui quidem ſtatus & officia intelligunt per mẽbra officialia & ornamenta pulchræ mulieris. quę quidem eccleſia magis profecit in copia & diſtinctione graduũ & membroꝶ & officioꝶ in plebe gẽtili q̃ in plebe iudaica.

S ¶ Sed Salomon deſcribit diſpoſitionem membroꝶ huius ſponſæ modo oppoſito. Nam in quinto cantico incepit deſcribere membra ſponſę a capite procedẽdo ad alia mẽbra. Hic aũt incipit a pedibꝰ ſeriatim ꝓcedẽdo vſqꝫ ad caput. cuiꝰ ratio eſt. Naꝫ eccl'ia de populo Iſraelitico incepit creſcere a maioribꝰ vſqꝫ ad minores. nã primo fuit vocata & electa virgo Maria: q̃ erat de ſtirpe regia. & exinde Ioannes baptiſta & apl'i, q erãt de eadẽ ſtirpe ꝓ maiori pte. Et oẽs iſti fuerũt pricipes & maiores & capita eccl'ię. Ex ꝯſequẽti aũt vocati ſunt minores. ſ. diſcipuli. poſtea multi deuoti qui ſecuti ſunt Chriſtum. In eccleſia autem de populo gentili primo vocati ſunt minores & populares & infirmi: ſed poſtea venerunt martyres: poſtea virgines & confeſſores: poſtea doctores & poſtea venerunt imperatores & reges & magni pontifices, qui fuerunt capita eccleſiæ & totius mundi. Et ideo Salomon deſcribens pulchritudinẽ eccleſiæ conuerſæ de populo gentili incepit a pedibus ſponſæ qui ſunt plebei & populares.

¶ Vnde eſt aduertendũ ſicut ſupradictuꝫ eſt: ꝙ ſicut mulier habet diuerſa membra quibꝰ exercet operationes ſuas: ita Salomon ponit hic decem membra huius ſponſæ: per quæ intelliguntur decem membra ſiue ſtatus & gradus officiales eccleſiæ: quæ ſunt pedes, femora, vmbilicus, venter, vbera, collũ, oculi, naſus, caput, comę. Vnde per pedes huius ſponſæ intelliguntur populares: quibus ambulat iſta ſponſa. Iteꝫ crura & femora huius ſponſæ ſunt duo populi ad fidem conuerſi. ſ. iudaicus & gentilis: in quibus tota eccleſia conſiſtit. Baſes autem aureæ quibus ſuſtentatur tota eccleſia, ſunt fides & charitas. Iſti duo populi cõuerſi ſunt cõnexi ſub vna ſtructura fidei & catena charitatis. Vmbilicus aũt huiꝰ ſponſæ eſt matrix eccleſię, vbi cõcipiũtur & regenerant fideles p baptiſmũ. Vẽter vero eſt ipſa ciuitas dei triplici muro ſepta. ſ. fide, ſpe, & charitate: in quo ventre & ambitu continentur oẽs fideles: ſicut triticũ in aceruo & horreo. Duo vbera huius ſponſæ ſunt duo teſtamenta: quorum lac ſugũt fideles vel ſunt duo ſtatus. ſ. ſacerdotũ: qui præbẽt fidelibꝰ lac gratię ſacramentoꝶ: & ſtatus doctoꝶ & prędicatoꝶ: qui perhibent lac doctrinę ſacrę ſcripturę, & paſcũt fideles doctrina & exemplo. Collum autẽ huius ſponſæ ſunt prælati: qui tan q̃ ſpeculatores ponuntur in eccleſia ad præuidendum gladiũ venientem cõtra eccleſiã: vt clamẽt clãgentes buccina. Ezech. xxxiij. Oculi etiã ſunt doctores & prælati: quibꝰ videt eccleſia credenda & agenda. ſ. quæ ſunt neceſſaria ad vitaꝫ actiuam & cõtemplatiuã. Naſus etiam prælati ſunt eccleſię qui naſo diſcretionis diſcernunt inter leprã & lepram: & ſunt etiam iudices qui diſcernunt inter iuſtũ & iniuſtũ, tribuentes vnicuiqꝫ qđ ſuũ eſt. Caput aũt eccleſię eſt duplex. Vnũ principale: a quo deriuatur omnis virtus & poteſtas in eccleſiaꝫ & iſte eſt Chriſtus. Et alterum dicitur caput vicariũ, exercẽs & gerens vices Chriſti. & iſte eſt ſummus pontifex in tota eccleſia: & quilibet epiſcopus in ſua diœceſi, & quilibet rex in ſuo regno quo ad tẽporalia. Comę autem huius capitis ſunt omnes populi fidelium dependentes a capite Chriſto: vel ſunt omnes virtutes & poteſtates ex Chriſto deriuatæ. Per ſupradicta ergo mẽbra pulchrę mulieris deſignat Salomon quaſi omnia officia & gradus & dignitates & ſtatus eccleſię in communi. Quę quidẽ officia & gradus & dignitates maxime viguerunt in eccleſia conuerſa de populo gentili. Et iõ dr̃ terribilis vt caſtroꝶ acies ordinata. nã quot dignitates & officia continet: tot choros & exercitus caſtrorum dicitur habere ad pugnandũ contra inimicos infideles. Chriſtus ergo volens explicare & commendare pulchritudinẽ eccleſiæ ſponſę ſuę in optima diſpoſitione membroꝶ, incipit a pedibus, dicens. O eccleſia ſponſa mea filia principis. i. populi gentilis principantis in mũdo. hoc dicit: quia ſolus populus gentilis, vnde pro maiori parte eccleſia eſt egreſſa, principabatur & dominabatur per imperatores & reges & principes: cum populus iſraeliticus vbiqꝫ ſeruiret. & ideo appellat eam filiã principis. Dicit ergo. Qꝫ pulchri ſunt greſſus. i. pedes tui in calciamentis. ſ. populi tui bene inſtructi & morigerati. nam ſicut calciamenta reddũt pedes honeſtos: ita boni mores decorant populum. Vnde per greſſus pedũ calciatorum intelligũtur affectiones & opationes p bonos mores di-

Sf

tectę & ordinatę: quod primū quęrit̃ & aſpicit̃ in populo & ecclesia Chriſti. Item per calciamenta intelligit conſtantias fidei & charitatis: quib' calciati fideles abſq; metu calcabāt ſupra ſerpentes & ſcorpiones nō timentes minas principum. Sed quia iſti populi fideles ſunt duo ex iudęis & gentilibus conuerſi, & ſub vna catena & iunctura & nexu fidei & charitatis cōnexi & colligati: ideo ſubdit. Iuncturę femoꝝ tuorum. i. duoꝝ fidelium populoꝝ ad vnā fidē cōuerſoꝝ ſunt ſicut monilia quę fabricata ſunt manu artificis. i. iſta fides & charitas quę coniungunt iſtos populos ſunt ſicut catenę aureę fabricatę manu Chriſti artificis: qui tanq̄ lapis angularis ex duobus parietibus fecit vnum: & ex vtraq; plebe fecit vnam eccleſiam fabricatā & colligatā talibus monilibus & aureis cōpedibus & vinculis charitatis & fidei. Deinde cū dicit. Vmbilicus &c. cōmendat Chriſtus eccl'iam ſponſam ſuā in fœcūditate matricis ad cōcipiendā copiā prolis. Et comparat vmbilicū. i. matricē eius ad craterem ſiue baſſinū plenum vino: in quo nunq̄ deficit poculū. Ita in vmbilico eccleſię, quę eſt illa piſcina aquę baptiſmalis in qua regenerantur fideles, nunq̄ deficit aqua ad baptizandū: quia cōtinue emanat gratia ſacramētoꝝ ex latere Chriſti: & recipitur in vmbilico eccleſiæ. Deinde cū dicit. Venter tuus. cōparat vētrem eccleſię ad horreū cōtinens aceruū tritici: in quo continentur infinita grana tritici. ita in vtero eccleſię continetur infinita multitudo fidelium. ideo dicit. O ſponſa venter tu' eſt ſicut aceruus tritici in horreo. i. ſicut horreum continens aceruū tritici. i. eſt copioſus & fœcōdus in multitudine prolis & filioꝝ. Et iſte venter tuus non eſt vallatus adulterino cōmercio: ſed caſtiſſimo cōnubio: quia eſt vallatus liliis & ſeptus roſis caſtitatis & fidei. quia iſti filij eccleſiæ non ex voluntate carnis nec ex voluntate viri: ſed ex aqua & ſpiritu ſancto ſunt regenerati: & ex deo nati ſūt: Itē duo vbera tua ſicut duo hinnuli gemelli capreę. i. duo ſtatus. ſ. ſacerdotum & prędicatoꝝ, ex quib' filij ſugunt lac ſacramentoꝝ & doctrinę ſcripturarū: ſunt pulchra & plena ſicut vbera capreæ: quæ duo hinnuli gemelli ſugūt. quaſi dicat: ꝙ ſicut duo hinnuli gemelli ſugunt vbera matris & nutriuntur: ita duo populi gemelli ex iudęis & gentilib' cōuerſi ſugunt vbera matris eccleſię: quę ſunt plena lacte ſacramentoꝝ & doctrinæ & intelligentię ſacrę ſcripturę. quaſi dicat: ſicut duo vbera capreæ copioſe nutriunt duos gemellos: ita vbera eccleſię copioſiſſime nutriunt iſtos populos ad vnā fidem cōuerſos: & hoc ex copia lactis ſacramentoꝝ & fidei articulorū & duorum teſtamentoꝝ: quę diſpenſantur per ſacerdotes & ꝑdicatores. Deinde cū dicit. Collum tuum &c. cōparat collū eccleſię ad turrim eburneaꝫ fortiſſimā & candidā. Et iſti ſunt milites & imperatores & reges & principes chriſtianoꝝ, q eleuati ſupra corpus eccleſię defendūt eam armis tēporalibus. Item collum eccleſię ſunt prælati: qui ponuntur tanq̄ ſpeculatores ſupra turrim vt pręuideant inimicos venientes contra eccl'ſiā. Vnde ſicut ſupra collū hōis quę eſt turris ei' ponūtur tres ſpeculatores. ſ. oculi ad videndū: & naſus ad diſcernendum: & voluntas tanq̄ caput ad eligendum & eliciendū operationes, & imperandū: ita pariter ſupra turrim eccleſię ponuntur prælati tanq̄ ſpeculatores: vt per ſcientiā ſacrę ſcriptorę videant tanq̄ per oculos: & per dona gratiarum diſcernant tanq̄ per naſum: & per ꝑteſtatem eccleſiaſticam eligant & imperent tanq̄ per caput: immo tanq̄ capita eccleſiæ. Ideo dicit ſponſus. O ſponſa collum tuū. ſ. prælati & principes eſt rectum & altum & altiſſimū & fortiſſimū ſicut turris eburnea. ſ. rectum per iuſtitiam: altum in dignitate & ad præuidendū: albū in puritate: fortiſſimū ad defendēdos fideles. Item oculi tui qui ſunt prælati per ſcientiam ſacræ ſcripturæ, & obligantur inuigilare ſupra populū & præuidere ne veniat gladius inimicoꝝ non ſolū peccatorum: ſed etiam infideliū & hæreticoꝝ: ſunt clari ſicut duę piſcinæ fontales quæ ſunt in Eſebon in terra Baſan vltra Iordanem: quæ ſunt in porta filię multitudinis. Vnde eſt aduertendum ad literam: ꝙ in porta Eſebon erant duæ piſcinæ fontales plenæ aqua clariſſima & tranſparenti propter eius mundiciaꝫ: ad quas piſcinas cōueniebat cōtinue multitudo mulierum ex partibus & populis circunſtantibus ad hauriendā aquaꝫ propter eius ſalubritatem & claritatē. & ideo Eſebon dicebatur filia multitudinis: non ſolū ꝓpter copiam populi quā in ſe cōtinebat: ſed etiam propter multitudinem mulieruꝫ: quę ad hauriēdā aquā ex cōfinib' cōcurrebāt. Et ideo dicit ꝙ duo oculi eccleſiæ ſunt clari: & tranſparentes ad penetrāda myſteria ſacrę ſcripturę: & ad ꝓuidenda mala futura: ſicut ſunt illę duę piſcinę Eſebon. Item Eſebon dicit̃ etiā filia multitudinis inquantum ex ea veniebat multitudo ciboꝝ & arietum & victualiū in terrā ꝓmiſſionis, vt dr̃ Deu. xxxij. ſcꝫ vt ſugeret mel de petra: oleumq; de ſaxo duriſſimo: butyrum de armento: & lac de ouibus: & adipem de armento arietum filioꝝ Baſan &c. Sufficit ꝙ ꝑ oculos intelligit doctores qui penetrant & ſpeculantur myſteria ſacrę ſcripturę & prælatos qui vigilant ſuper gregē Chriſti. Item ſubdit. Naſus tuus ſicut turris Libani. Ad cui' intellectū eſt notandum, ꝙ ſicut doctores & prælati & ſacerdotes dicuntur oculi inquantum per eos videt eccleſia: ita etiā dicūtur naſus inquātum per eos diſcernit. nam ſicut naſus. i. olfact' diſcernit inter odores conuenientes & diſcōuenientes & bonos & malos: ita prælati & ſacerdotes & ſcribę & docti tenent̃ diſcernere inter leprā & leprā peccati: vt poſſint cōuenientē medelam adhibere: & tenentur diſcernere inter veram & falſam doctrinā: ne hæretici inficiant eccleſiā. ideo prælati & ſacerdotes ponūtur ſpeculatores ſuper gregē eccleſię ad pręcauendum mala futura. Vnde eſt aduertendū: ꝙ inter montē Libani & Hermon eſt introit' a terra ꝓmiſſionis in Emach & campū Damaſcenū: vbi rex Tyri cōceſſit Salomoni partem terrę: vbi ædificauit altam turrim Salomon: vbi poſuit cōtinuos ſpeculatores. quę quidē turris reſpicit contra Damaſcū. Et ſimiliter Salomon ędificauit plures altas turres per montes eminētes terrę ꝓmiſſionis. & ideo ſpeculatores qui erant poſiti in turri quę reſpicit cōtra Damaſcū: videntes gentes armoꝝ veniētes ex Damaſco: & intrātes introitum Emach: ilico faciebāt ſignū: cui reſpondebāt ꝑ ordinem omnes alię turres. Et ſic in paruo ſpatio temporis aduentus inimicoꝝ ſciebatur in Hieruſalē & per totam terraꝫ ꝓmiſſionis. & ſic oēs ſe pręparabāt ad cauendas inſidias inimicoꝝ & ad reſiſtendū eis. Ita ergo pariter eccleſia quę eſt quędā alta turris quę reſpicit cōtra Damaſcum. i. contra homines ſanguineos & terrenos & peccatores, poſuit ſupra ſe prælatos & ſacerdotes tanq̄ ſpeculatores: vt diſcernant inter catholicos & infideles & hæreticos, & inter lepram & leprā peccati: & pręmoneant ſimplices vt caueant peccata & hæreſes & ſciſmata. Et ita Auguſtinus epiſcopus Hipponenſis tanq̄ bonus ſpeculator exiſtens ſupra turrim quę reſpicit contra Damaſcū. ſ. ſupra culmen & apicē epiſcopalis dignitatis quando perſenſit Iulianū miſcentē venenū & fermentū Pelagianum inter bonā maſſam eccleſię: ilico cōgregauit concilium omniū epiſcopoꝝ Numidię: & declarauit doctrinaꝫ Pelagianoꝝ eſſe hęreticā & peſtiferam. Et ſuper hoc ſcripſit epiſtolā ad Innocentiū papam, vt inuigilaret ſup gregē ſuū & auiſaret totam Europā. Et ita pariter ſcripſit oībus epiſcopis Aphricanis & orientalibus. Et vt magis eradicaret & eliminaret illud peſtiferum venenum: ſcripſit libros de baptiſmo paruulorum: & de natura & gratia: & hypognoſticon: & libros cōtra Iulianū, & cōplura alia volumina contra illam ſectā. Et ita pariter facit beat' Hieronym', & Athanaſius, & Hilarius. & cęteri ſacri doctores & prælati cōtra ſectā Arrianā & alias peſtiferas ſectas. Et ideo dicit̃ ꝙ naſus eccleſiæ eſt ſicut turris Libani quæ reſpicit contra Damaſcum. Nam ſicut Libanus qui eſt candidus & mūdus reſpicit contra Damaſcum qđ interpretatur ſanguineus: ita pariter tur-

tis eccleſiæ reſpicit & inuigilat contra ſanguineos & hęreti
cos & peccatores,vt eos arceat ab eccleſia.
T ¶ Deinde eius dicit.Caput tuũ vt Carmelus.cõparat caput
.i.pręlatos eccleſiæ ad mõtẽ Carmeli,qui eſt altiſſim⁹ mõs
in terra ꝑmiſſionis poſt Libanũ.vñ ſicut p Libanũ intelligit
Chriſtus qui eſt caput principale ipſi⁹ eccl'ię:ita p Carmelũ
intelligiẽ papa.qui eſt caput vicariũ gerens vices ipſi⁹ Chri-
ſti.vnde carmelus interpretaẽ cognoſcẽs ſiue ſcientia circun
ciſionis.per qđ deſignaẽ papa & oẽs pręlati:qui non ſolum
debent cognoſcere & diſtinguere inter lepram & leprã pec-
cati & hęreticę prauitatis::ſed etiã debent circũcidere & eli
minare omne peccatũ ab ouibus ſuis,& omnẽ hęreticã pra
uitatẽ ab eccleſia.Et ideo dicit.Caput tuũ.i Papa & oẽs pręſ
lati qui capita eccleſię ſunt,alti,& eminentes,& ꝓſpicien-
tes vt Carmelus:& ſcindentes omne peccatũ:& omnẽ hęre
ſim & falſam doctrinã ab eccleſia.Et etiã quia per caput ec
cleſiæ primo & principaliter intelligitur Chriſtus:a quo de-
riuantur omnia bona ſpiritualia & omnis virtus & gratia &
poteſtas in eccleſiam:ideo ſequiẽ.Comę capitis tui ſicut pur
pura regis.Nam ſicut comę deſcendunt a capite ſupra totuꝫ
corpus:ita omnes poteſtates pręlatoꝝ & imperatoꝝ & re-
gum deſcendunt & procedunt & deriuantur a Chriſto ſuper
eccleſiã.Et ſic omnes pręlati & imperatores dicunẽ Comæ
capitis eccleſię,qui eſt Chriſtus.Et dicunẽ etiam purpura re
gis Chriſti:quia poteſtatẽ & auctoritatẽ Chriſti induũẽ pręſ
lati & reges ad regendã eccleſiã & chriſtianã religioneꝫ.Et
dicitur iſta purpura regis iuncta ſiue vincta.i.tincta canalib⁹
Nam ſicut purpura tingitur & rubricatur tinctura & colore
coccineo in canalib⁹ fictilib⁹ ita veſtis humanitatis Chriſti
primo fuit tincta ſanguine paſſionis.Deinde ex illa veſte hu
manitatis per vulnera tanq̃ per canales decurrit & fuit deri-
uatus ſanguis Chriſti in totam eccleſiam.vnde virtus ſacra-
mentorum rubricata ſanguine Chriſti deriuata fuit per vul-
nera tanq̃ per canales in eccleſiam.Item per eandẽ rationẽ
deriuata fuit eccleſiaſtica poteſtas in apoſtolos:& per apo-
ſtolos tanq̃ per canales deriuata eſt eadẽ poteſtas in omnes
ſucceſſores.Et iſta eſt illa veſtis purpurea ſanguine Chriſti ru
bricata:quę veſtit & ornat & decorat totam eccleſiã.Et ſic
ergo oẽs pręlati & reges dicunẽ Comæ capitis Chriſti:indu-
ti veſte purpurea regiæ poteſtatis Chriſti.
V ¶ Iterũ eſt aduertendũ:ꝙ capilli & coma idem ſunt:ſed ſo
lum differũt in reſpectu.Dicunẽ eñ capilli inquantũ deriuã-
tur & procedunt & dependent a capite.Sed dicunẽ comę in
quantũ ornant & decorant caput & faciem & totũ corp⁹ mu-
lieris.Et ideo reputaẽ decens & honeſtũ vt mulier nutriat co
mã.i.ad Corin.xj.Et ideo inquantũ capilli procedũt & depẽ
dent a capite,nõ ſolũ pręlati,ſed etiam totus populus chri-
ſtianus dicunẽ capilli & coma Chriſti: quia oẽs dependim⁹
& trahim⁹ originem ſpiritualem a Chriſto tanquã a capite
& ſic omnes dicimur chriſtiani.Per eandem rationẽ omnes
chriſtiani dicunẽ comę capitis Chriſti rubricatę ei⁹ ſanguine
per eccleſiaſtica ſacramenta. ſed quia martyres magis rubẽt
ſanguine Chriſti q̃ cęteri,ideo magis merentuẽ dici comę &
purpura Chriſti tincta canalibus. Nam non ſolum rubent
ſanguine Chriſti per eccleſiaſtica ſacramẽta:ſicut cęteri om-
nes chriſtiani:ſed etiã ſpeciali modo rubent ſanguine Chri-
ſti:quia ipſi realiter ſecuti ſunt per martyriũ:& lauerũt ſtolas
ſuas in ſanguine ſuo:vt inquit Auguſt. ſuper Apocalypſim.
X ¶ Et ideo martyres tenent ſupremum locum in eccleſia.
Quinq; ergo genera capillorum dependent a noſtro capite
Chriſto,& deriuantur in eccleſiam ſponſam ſuam:& deco-
rant eam.Nam primo deriuatur omnis gratia & virtus ſacra
mentorum:& deriuantur omnia dona gratiarum & merito
rum.Secundo deriuantur omnes fideles per gratiã ſacramẽ
toꝝ regenerati. Tertio deriuatur omnis eccleſiaſtica pote-
ſtas in oẽs pręlatos & ſacerdotes ad diſpenſandã gratiaꝫ ſa-
cramentoꝝ & omnem iuriſdictionẽ:& ex cõſequenti a chri-
ſto deriuãtur omnes prælati habentes talẽ poteſtatẽ.Quar
to per eandẽ rationẽ a Chriſto deriuãtur oẽs principes ſę-
culares per ſęcularẽ poteſtatẽ:quia omnis poteſtas a domi-
no deo eſt.& omnis poteſtas fuit tradita Chriſto a patre in
cælo & in terra.Matth.xxviij.Quinto autẽ & ſpeciali mo-
do deriuantur martyres & virgines.eo ꝙ imitati ſunt Chri-
ſtum in morte ſua:& ſequuntur agnũ quocunq; ierit.Omnia
ergo iſta quinq; genera capilloꝝ faciunt vnam comam ſan
guine Chriſti rubricãtem & purpuratam, a Chriſto capite
procedentem:& in totam eccleſiam ſponſam eius deriuatã,
ipſam ornantem & decoranteꝫ.quę non ſolũ dicitur coma:
ſed etiã purpura legis iuncta canalibus vulnerum Chriſti:a
quibus tingitur & purpuratur. Quæ quidem purpura to-
tam eccleſiam ornat & decorat.de qua diciẽ pſalmo.xliiij.
Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circundata
varietate.Poſtq̃ ergo Chriſtus lauit eccleſiam ſponſam ſuaꝫ
in canalibus ſuę paſſionis:& ornauit eam & decorauit pur-
pura regia ſuo ſanguine rubricata:& per conſequens reddi
dit ipſam pulchram nõ habentẽ rugã neq; maculã:ſed oib⁹
ſupradictis bonis ornatam:& optimo ordine mẽbroꝝ & of-
ficiorum diſpoſitã:volẽs eam cõmendare dicit. O chariſſi-
ma ſponſa quam ego charo ꝑtio mei ſanguinis redemi & la
ui:& ornaui:q̃ pulchra es in diſpoſitione mẽbroꝝ & graduũ
varietate & dignitatũ: & q̃ decora es i ornatu virtutũ & gra
tiatum:& per conſequẽs q̃ beata es in delitijs ſpiritualibus
quib⁹ gaudes & lætaris cum tuo ſponſo. ¶ Sed quia iſta ec- Y
cleſia ſponſa Chriſti per talia bona ſibi a ſponſo collata fuit
eleuata & exaltata ſuper omnem humanam facultatem:&
eminet ſup oẽs alias nationes:ſicut palma ſup oẽs alias ar-
bores.Nã ſicut palma ſuperat oẽs alias arbores in rectitu-
dine & altitudine & fructu:& ideo ꝓpter ei⁹ altitudinem &
eminentiã:quia videẽ cælum attingere:datur victoribus in
ſignũ triũphi.Ita ergo eccleſia ſiue chriſtiana religio exce-
dit & ſuperat oẽs alias religiones in rectitudine veritatis:qa
ſola ipſa continet veritatẽ colendo vnũ verũ deũ trinum &
vnũ incarnatum in filio &c. ¶ Et ſic cõtinet rectã veritateꝫ Z
in cultu latrię:& ipſa ſuperat alias nationes in altitudine di-
gnitatis quia cælum attingit.naꝫ licet peregrinamur in hoc
ſæculo:tamen cõuerſatio noſtra in cælis eſt:quia non ſumus
hoſpites & aduenæ:ſicut homines terreni & cęterę natiões
ſed ſumus iam ciues ſanctoꝝ & domeſticiẽ dei nunc per grãs
& in futuro per gloriã.& ſic eccleſia in altitudine dignitatis
& conuerſationis iam attingit cælum.Item eccleſia eſt ſimi
lis palmę & nobilior cæteris religionibus in dulcedine & ꝑ-
fectione fructus:nam nulla alia religio facit fructus merito-
rios niſi ſola chriſtiana,nec colligit fructuẽ gratiæ & gloriæ
niſi ſola iſta:nec ex alia religione de⁹ colligit fructus ſibi ac-
ceptos niſi ex ſola iſta.nã ex iſta collegit primo illũ fructum
ſibi ſapidũ & ſuauẽ ſup oẽs fruct⁹.ſ.virginem Mariã matrem
ſuã:& ex iſta arbore collegit Ioannẽ baptiſtã & oẽs apl'os &
& diſcipl'os poſtea martyres & virgines & doctores & cõfeſ
ſores.Et ideo dicit ſpõſus.O ſponſa chariſſima q̃ pulchra es
& decora in delitijs & fructibus ſpiritualibus.nã ſtatura tua
& altitudo dignitatis aſſimilata eſt palmę quę ſupereminet
oẽs alias arbores in rectitudine & altitudine & dulcedine
& perfectione fructus.Sicut autem ſtatura tua eſt aſſimilata
palmæ:ita vbera tua ſunt aſſimilata botris ſiue vuis & race-
mis ipſi⁹ palmę.Nam ſicut fruct⁹ palmæ qui ſunt dactyli,ex-
cedunt omnes alios fructus in ſuaui dulcedine:ita vbera ec-
cleſiæ ſiue dulcedo & ſapor lactis vberum eccleſiæ excedit
oẽs alios ſapores.quod quidẽ lac vberum eccleſię eſt lac gra
tiæ ſacramentorum & fidei articuloꝝ & obſeruãtiæ præce-
ptorum.Et diciẽ etiã lac duoꝝ teſtamentoꝝ:qđ ſuperat oẽs
alios liquores & ſapores. ¶ Sed eſt vlteri⁹ valde aduerten- A
dum,ꝙ licet omnia hæc ſupradicta ſint bene & catholice
dicta quo ad expoſitionẽ vltimoꝝ verſuũ:tamen Salomon
mai⁹ ſacramentum vult etiam nobis detegere. Ad cuius

intellectũ eſt notandum, ꝙ apud omnes nationes & religio
nes palma denotat & ſignat victoriam. & ideo palma da-
batur victoribus in ſigum triumphi: & ſic arbor palmę dicit
arbor victoriæ. vt dictum eſt.

A ¶ Sed quia in nulla alia arbore quis adeptus fuit tantum
triumphum: nec tantam victoriam quantam & qualẽ ade-
ptus eſt Chriſtus in cruce cõtra mundum & diabolum: quia
ibi triumphauit de diabolo & morte: & recuperauit prædaꝫ
de poteſtate diaboli. ideo bene merito cõmuniter in ſacra
ſcriptura per palmaꝫ intelligitur arbor crucis: quę eſt arbor
ſummę victorię. Et non ſolum dicitur arbor triumphalis ra-
tione pręfatę victorię: ſed dicitur arbor fructifera aſſimilata
palmę ratione copiæ fructuuꝫ diuerſorum. Nam omnia bo-
na in toto iſto cantico ſupra memorata: & omnes fructus ſpi
rituales ſupradicti fuerũt germinati & collecti ex arbore cru
cis. & ſic crux fuit illa arbor quę cum Chriſto ſupradictos fru
ctus germinauit. Ideo Chriſtus vt deducat ſponſam ſuaꝫ ad
amorem ſuę paſſionis, & ad deuotionem & cõtemplationẽ
& venerationem crucis: ex qua Chriſtus collegit omnia bo
na illa, & cõmunicauit eccleſię, dicit. O ſponſa mea per vnio
nem: & chariſſima per redemptionẽ & p̄tium mei ſanguinis
quo te redemi, multuꝫ mihi obligaris: quia tota tua pulchri-
tudo & copia bonoꝶ quibus te ditaui & decoraui, procedit
ex mea paſſione. Et ideo ſtatura & altitudo tua aſſimulata ẽ
palmę. i. arbori crucis fructiferę: ex qua collegi omnia bona
quę tibi conceſſi: & etiam te feci altam & fructiferam ſicut
arborem palmę, id eſt ſicut arborem crucis. Nam ſicut tunc
germinauit omnes fructus redemptionis & ſalutis per paſſio
nem meã: ita tu aſſidue germinas eoſdẽ fruct⁹ per eccleſiaſti
ca ſacramenta & cõmunicas omnib⁹ fidelib⁹. quaſi dicat: eoſ
dem fructus quos ego ex mea paſſione in cruce collegi: eoſ-
dem tu diſpenſas per eccleſiaſtica ſacramenta. Ideo ſtatura
tua & dignitas aſſimilata eſt palmę. Ex iſta ergo arbore pal
mæ O ſponſa chariſſima dedi tibi pedes rectos ad recte per
hunc mundũ ambulandum: & bene calciatos: ne ſpinę & ve
pres tibi nocerent in tua peregrinatione: & dedi tibi femo-
ra fortiſſima ad totum corpus eccleſię ſuſtinendũ: & dedi ti-
bi vmbilicum fœcundum ad fideles concipiendos & rege-
nerandos: & dedi tibi ventrem plenum tritico ſacramento-
rum ad eos nutriendos: & dedi tibi duo vbera gratię ſacra-
mentorum & fidei articuloruꝫ & donorum ſpiritus ſancti ad
eos potandos: & dedi tibi collum ſuper omnes alias natio-
nes ſurſum eleuatum ad cęlum attingendũ: & dedi tibi ocu-
los ad myſteria profunda penetranda: & naſum ad inter bo
na & mala diſcernendum: & caput ad iudicandum: & dedi
tibi comas ſanguine meo rubricatas ad tui decorem & orna
tum. quæ bona omnia adeptus ſum & collegi ex arbore cru
cis in mea paſſione: & cõmunicaui tibi. Ex quo patet, ꝙ ſta-
tura tua aſſimilata eſt palmæ & arbori crucis: quia oĩa bo-
na quæ habes inde collegiſti.

## Secunda pars huius Noni Cantici.

DIxi. Aſcendam in palmam:
Et apprehendam fructus eius.
Et erunt vbera tua ſicut botri vineæ:
Et odor oris tui ſicut odor malorum:
Guttur tuum ſicut vinum optimum:
Dignum dilecto meo ad potandum:
Labiiſqꝫ & dentibus illius ad ruminandum.
Ego dilecto meo: & ad me conuerſio eius.
Veni dilecte mi:
Egrediamur in agrum:



Commoremur in villis.
Mane ſurgamus ad vineas:
Videamus ſi floruit vinea:
Si flores fructus parturiunt.
Si floruerunt mala punica.
Ibi dabo tibi vbera mea.
Mandragorę dederunt odorem in portis no-
ſtris.
Omnia poma noua & vetera ſeruaui dilecte
mi.

DEinde cum dicit. Dixi: aſcendam in palmam &c.
exequitur Salomon ſecundam partem huius can
tici: in quo introducit eccleſiam ſponſam Chriſti
ad loquendum & reddendum vices amoris ſpon-
ſo ſuo.

¶ Ad cuius intellectum eſt notandum: ꝙ poſtq̄ ſponſa audi B
uit a ſponſo omnia ſupradicta: & cognouit amorem eius er-
ga ſe: quia diſpoſuerat ipſam in taꝫ optima diſpoſitione mẽ-
brorum: & decorauerat & ornauerat ipſam tot & tantis or-
namentis: & ditauerat eam tam magnis & pręcioſis bonis:
& armauerat eam tam fortibus armis ad pugnandum con
tra omnes inimicos: & dixerat vltimo, ꝙ omnia bona colle
gerat ex arbore crucis: & ideo aſſimilauerat eam arbori pal
mæ in rectitudine & altitudine & vtilitate fructus. Ideo ſpõ
ſa non ingrata: ſed auida ad reddendum vices amoris pro
tantis bonis receptis, reſpondẽdo ſponſo ait. O ſponſe tu di-
cis ꝙ ſtatura mea aſſimilata eſt palmæ: & ꝙ omnia bona
deſcenderunt ab arbore palmæ. ſ. crucis triũphalis: ideo vo-
lẽs te imitari ſequẽdo te per crucẽ & martyriũ: ego dixi, aſcẽ
dam in palmam: id eſt deliberando dixi & propoſui aſcen-
dere in palmam martyrij, id eſt tollere crucem & ſequi te. &
hoc dixi, & ꝓpoſui in crucẽ aſcẽdere: vt apprehendam fru-
ctus eius. Vnde poſtq̄ tu dediſti mihi arma ad pugnandũ. ſ.
fidem & charitateꝫ & dona ſpirit⁹ ſancti, volo illa exercere
contra diabolum & tyrannos & hæreticos.

¶ Iterum eſt notandum, ꝙ per palmã ad quam aſcendit ec C
cleſia ſponſa Chriſti, intelligit campus pugnæ & victoriæ.
vnde ſicut Chriſtus aſcendit in crucem ad pugnandum pro
nobis cõtra diabolũ: ex qua arbore collegit fructus noſtrę re
dẽptionis & ſalutis: ita eccleſia aſcendit in palmaꝫ, id eſt in
campũ victoriæ & pugnæ ad pugnandum contra tyrannos
& infideles pro fide Chriſti: & contra carnem & mundum
& contra hæreticos. Et ideo facti ſunt quatuor exercitus q
aſcenderunt in palmam ad pugnandum. Nam primo aſcen
dit chorus ſiue exercitus martyꝶ ad pugnandũ contra prin
cipes & tyrannos & infideles. Secundo aſcendit exercitus
virginũ & cõtinentium ad pugnanduꝫ contra carnem. Ter
tio aſcendit in campum pugnæ & palmæ exercitus cõtem-
platiuoꝶ & monachoꝶ ad pugnandum cõtra mundum &
pompã eius. Quarto aſcendit exercitus doctoꝶ ad pugnan
dum contra hæreticos. Iſti ergo quatuor exercitus aſcen-
derũt in arborẽ palmę ſiue in campũ pugnę ad pugnandũ.
Et ideo eccleſia ſuperius dicta eſt terribilis vt caſtroruꝫ acies
ordinata. Et dictũ eſt etiam ſuperius. Quid videbis in Suna
mite niſi choros. i. exercitus caſtroꝶ. Sed quia oĩes iſti ex-
ercitus finaliter triũpharũt de inimicis ſuis: ideo dicunt col-
legiſſe fruct⁹ victorię ex arbore palmę: ſiue ex arbore crucis:
qđ idem eſt qđ arbor ſiue cãpus pugnæ & victoriæ. Vnde
ſicut quatuor genera pugnatoꝶ aſcenderũt in palmã ad pu
gnandũ: ita eccleſia quatuor genera fructuũ collegit & ap-
prehẽdit ex arbore palmę. Nam primo collegit martyres ſi-
ue fructum & victoriã martyrij. Secundo collegit virgines
& continentes. Tertio cõfeſſores & monachos. Quarto do-
ctores cum ſuis ſcriptis & doctrinis. Oẽs iſti quatuor exerci-

tus dicũtur pugnatores: quia vita chriſtiani ſi ſecundũ euangeliũ viuat, pugna & martyriũ & crux eſt: vt inquit Auguſtinus ſup Ioan. Et de quocunq; iſtoꝝ dicit ſaluator Matthei. xvi. Si quis vult poſt me venire abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuã & ſequatur me. Et ſic etiã ſcdm Auguſtinũ oẽs cõiugati viuentes ſcdꝫ euangeliũ tollunt crucẽ ſuã & ſequũtur Chriſtũ ſuo mõ. De oĩb⁹ ergo iſtis ſupradictis dicit ſpõſa. Aſcẽdã in palmã, & apprehendã fruct⁹ eius: quia oẽs iſtos fruct⁹ collegit eccleſia ex arbore palmæ: & ex oĩbus his collegit fructus meritorum. quos fructus repoſuit in ſuo horreo ſiue cellario. Et iſti theſauri quos eccleſia diſpenſat filijs ſuis ſimul cum meritis paſſionis Chriſti: quando concedit indulgẽtias: & fundit orationes, dicens: Per merita paſſionis Chriſti & ſanctorum eius. Dicit ergo ſponſa. Aſcendaꝫ in palmã, id eſt in arborẽ pugnæ & crucis & victorię & apprehendã fructus eius: & tunc vbera tua O ſponſe erunt mihi ſicut botri vineæ, martyres proferendo: quia exinde colligam martyres effundentes ſanguinẽ pro Chriſto: qui erunt tanq̃ vin demia in torculari. Itẽ odores tui q ſunt viri ſancti & virgines & continentes & religioſi & confeſſores & contemplatiui, effundentes odorẽ ſanctitatis & bonæ famæ, erunt ſicut odor pomoꝝ. Naꝫ ſicut poma pretioſa bene matura expirant ex ſe bonũ odorẽ: ita viri ſancti & honeſti emittunt odorẽ bonę famę vita & exemplo. de quib⁹ ait apl's. ij. ad Corint. ij. Bonus odor ſumus vobis. quaſi dicat ſponſa. Ego apprehendã & colligaꝫ ex iſta palma virgines & cõtinentes & cõfeſſores & viros ſanctos expirantes bonos odores ſuę bonę famę & ſanctitatis. ſicut fuit beat⁹ Paulus primus eremita, & Antonius, & Benedict⁹, & Franciſcus, & beatus Dominic⁹, & Auguſtinus. quorum odores duxerunt alios ad bene viuenduꝫ. Item g ttur tuũ erit mihi ſicut vinũ optimũ. quaſi dicat: doctores qui ſunt guttur tuũ emittunt vinum optimũ ſuę doctrinę & ſuorum ſcriptoꝝ. quod quideꝫ vinũ erit dignum & bonum & acceptum dilecto meo Chriſto ad potandum, & labijs & dentibus illius ad ruminandum.

D ¶ Ad cuius intellectum eſt notandũ, ꝙ vinũ ſapientię & intelligentiæ qd ſancti doctores expreſſerunt ex vinea ſacræ ſcripturę, intantũ fuit de ſe optimũ & ɔtinẽs veritatẽ, ꝙ fuit dignũ acceptari a Chriſto & eccleſia ſponſa ei⁹. & ideo dicit ꝙ fuit dignũ ad potãdũ. i. acceptandũ ipſi Chriſto & eccl'iæ. Et fuit dignũ & dulce labijs & dẽtib⁹ Chriſti & eccleſię ad ruminandũ. Nã eccl'ia per ſuos p̃dicatores continue ruminat ſcripta & doctrinam Auguſtini, & Hieronymi, & Baſilij, & alioꝝ doctoꝝ. Item doctores ſcolaſtici poſteriores continue ruminant dicta ſacrorum doctoꝝ prioꝝ ea declarãdo & in ſuis quæſtionib⁹ diſputando. Et ſic vinũ illoꝝ ſacrorum doctorũ quod eccleſia collegit ex vinea & arbore palmę ſemp ruminatur nobis & a nobis ad fidem noſtram cõfirmandã, & cõtra hæreticos cõfundendos, & ad vitã & cõuerſationeꝫ noſtram dirigendã. Omnes ergo iſtos fruct⁹ ſupradictos collegit eccleſia ex arbore palmę. Sed quia in tali collectione fructuum cauſatur quędã mutua & reciproca & cõuerſa collatio & exhibitio: ideo ſubdit. Ego dilecto meo: & ad me conuerſio eius. ¶ Ad cuius intellectũ eſt notandum ſecun-

E dum Auguſtinuꝫ de verbis apoſtoli: ꝙ tota noſtra latria & ſeruitus erga deum non eſt niſi quędam mutua & reciproca retributio. Nam primo deus eſt donator & largitor bonoꝝ: & ex cõſequenti pro gratiarum actione retribuim⁹ ipſi latriam ſeruitutem. Nam quia primo ipſe ex nihilo creauit nos: ideo retribuimus ipſi adorationẽ cum ꝓſtratione ratione ſummę maieſtatis & poteſtatis. Et quia gubernat nos & ꝓuidet nobis de bonis tẽporalib⁹: ideo retribuimus ipſi vices per oblationẽ. Sed quia redemit nos, ideo retribuim⁹ ipſi vices per laudes continuas: & patimur martyrium & pſecutiones ꝓpter iuſtitiam fidei eius. Et ſic ſemper deus eſt primus largitor: & per conſequens latria & bonæ operationes noſtrę non ſunt niſi quędam retributiones gratiarũ. & ideo dicit Auguſtinus ꝙ martyriũ martyrum non fuit niſi quędã retributio in ſignum latriæ. quia prius pro nobis obtulit ſe & pro nobis mortuus eſt. Et virginitas virginum, & continentia & labor & afflictio carnis ſanctoꝝ fuit etiam quædã retributio. Item ſi martyres mortui ſunt pro Chriſto: prius Criſtus dedit eis gratiã & fortitudinẽ ad toleranda tormenta: & ad reſiſtendũ tyrannis: & prius dedit apoſtolis os & ſapientiã & dona ſpiritus ſancti ad loquendũ ante reges & p̃ſides: & ad pugnandum cũ eis. Et ita dedit gratiã & virtutẽ virginibus & continentibus ad pugnandum contra carnem & dedit gratiam confeſſoribus ad pugnandum contra mundum & antiquum ſerpentem: & dedit ſapientiam & veram intelligentiam doctoribus ad intelligendas ſacras ſcripturas: & ſic ediderunt multa ſcripta, & pugnarũt & triumpharunt de hęreticis. Ex quibus patet ꝙ martyria martyrum & continentia virginũ & bona opera confeſſorũ & omnium iuſtorum & omnis doctrina doctoꝝ non fuerunt niſi quędaꝫ retributiones: quia retribuebãt deo per effectũ quod ab eo prius acceperant per gratiam. Et ſic quicquid offert eccleſia Chriſto ſponſo ſuo non eſt niſi quędam retributio & gratiarum actiões pro beneficijs pri⁹ receptis. & ſic eſt quædam mutua & reciproca & conuerſa retributio. Iõ dicit ſpõſa. Ego offero dilecto meo omnia iſta bona: & ad me conuerſio ei⁹: quia econuerſo ipſe primo mihi tribuit omnia bona: quia ex arbore palmę . . . prius iſta bona collegi. Item ipſi mihi gratis omnia iſta bona gratiæ tribuit: ſed ego retribui ipſi bona latriæ: ſed ad me conuerſus retribuit mihi bona glorię ſic ꝙ ipſe eſt primus & vltimus in largiendo. ideo ſemp eſt ad me conuerſio & retributio eius. Et ideo ſubdit. Veni dilecte mi: egrediamur in agrum &c.

¶ Ad cuius intellectũ eſt notanduꝫ: ꝙ cum hoc carmen ſit nuptiale: Salomon ponit cauſas qui accidunt inter amantes & ſponſos carnales, applicando ad Chriſtum & eccleſiam, qui ſunt ſponſi ſpirituales. vnde accidit quandoq; ꝙ puella eligit ſibi ſponſum vltra ſcitum: immo contra voluntatem parentum: & ſic clam diligit ſponſum & oſtendit ipſi amorem cum magna difficultate in abſconſo. ſed cum hoc peruenit ad notitiam parentum, affligunt ſponſam ne loquat̃ nec iungatur ſponſo tali: ſed adijciat ipſum & iungatur alteri ad nutum parentum & conſanguineoruꝫ. Sed cum illa ſumme diligat ſponſum cui primo promiſit fidem, nullo pacto vult acquieſcere parentibus. Cuꝫ autem parentes atrociter affligant ipſam, non conſentientes: immo repugnantes matrimonio per ipſam contracto, habentes odio ſponſum quẽ ipſa elegerat: tunc illa vehementer ſollicitat ſponſuꝫ vt educat ſe de domo parentum & ducat extra ciuitatem, vbi libere reddat ipſi vices amoris: & ſtent: & morentur ibi vſquequo ira parentum ſit placata & conſentiant parentes in matrimoniũ & reducant eos in ciuitatem & in domũ ſuam. Et hoc frequenter accidit in ſponſalibus carnalib⁹ & mũdanis: quę dicũtur clãdeſtina ſponſalia: quę poſtea approbantur p parentes & eccleſiã. Ita ergo accidit eccleſię ſponſę Chriſti tẽpore pſecutionũ iperatoꝝ: & maxime in pſecutione Diocletiani & Maximiniani. Nam tũc tẽporis multę puellę cõtemnentes nuptias carnales, deteſtantes ritum & ſupſtitionem gẽtilitatis, ꝓmittebãt Chriſto virginitatem: & deſponſabant̃ Chriſto per fidem & baptiſmũ vltra voluntatẽ parẽtum. vt patet de beata Chriſtina, & Margarita, & Barbara quas parentes infideles affligebant vt Chriſtum ſponſum denegarent. Hoc idem fecit magna multitudo vtriuſq; ſexus in illa tempeſtate: qui contra voluntatem non ſolum parentum: ſed cõtra decreta imperatoꝝ & regum & totius gẽtilitatis Chriſto per baptiſmũ deteſtantes idololatriã adhęſerunt. In qua tempeſtate fuit mota tam grandis perſecutio cõtra chriſtianos & eccleſiã ſponſam Chriſti: ꝙ in decem annis fuerũt occiſa infinita milia martyrũ per totũ orbem: nec Chriſtũ negarũt. vnde perſonę eoꝝ capitali ſententia & va

rijs & atrocibus tormentis puniebantur: & bona temporalia fiſco adiudicabantur. Et ſic tota eccleſia vndiq; affligebatur & vexabatur intolerabiliter: intantum ꝙ multi Chriſtiani videntes intolerabilia tormenta alioꝝ, & arbitrantes ſe illa non poſſe pati: potius elegerunt fugere ad montes & ſpeluncas: & ibi deo ſeruire: q̃ Chriſtum negare.

G ¶ Et ita fecit Paulus primus eremita: qui videns tormenta quæ patiebantur martyres in Alexandria ſe non poſſe tolerare, fugit in deſertũ: quẽ poſtea ſecuti ſũt multi alij chriſtiani: & ſic incepit ordo eremitarum & monachorũ in ægypto in illa perſecutione. qui quidem monachi & eremitæ poſtea creuerunt in magnum numerũ per totum orbem. Et non ſolum fugerunt ad montes in illa perſecutione hoies ſimplices ſed etiã papa, & epiſcopi. & ſacerdotes: qui per totã illã perſecutionẽ latebãt in ſpeluncis. Et ſic illa eccleſia fugit de domo parentum ſuoꝝ. ſ. de populo gentili cuius erat filia: & latebat & morabat̃ in villis & ſpeluncis ſeruiendo Chriſto ſpõſo ſuo. Et hoc eſt qd intendit ꝑphetice exprimere Salomon in hac parte. Vnde quia ſuperius dixit ſponſa. Ego dilecto meo: & ad me cõuerſio eius. i. ſicut ſponſus dilectus meꝰ dat mihi bona gratiæ: ita ego dilecto meo tribuo latriã ſeruitutem. & ſicut ego tribuo & exhibeo dilecto meo latriã ſeruitutẽ: ita cõuerſio eius eſt ad me. i. ecõuerſo ipſe dabit mihi, & expecto bona glorię ab eo. Sed quia impedior & ꝓhibeor ab imperatoribꝰ & tyrannis exhibere libere latriam ſeruitutem Chriſto ſponſo meo: quia volunt me cogere Chriſtum negare: ideo potius volo fugere ad montes. Et ſic eccleſia cõuerſa ad Chriſtum ſponſum, dicit. O dilecte mi: licet imperatores & tyranni atrociter perſequantur & diris tormentis affligant me: vt deſeram te: & adorem idola nefanda: tamen nunq̃ deſeram te cui ſemel voui fidem: ſed ſequendo cõſilium tuũ qui dixiſti Matthæi. x. Si perſecuti vos fuerint in vna ciuitate: fugite in aliam: ſic ego volo fugere furias tyrannorum. Ideo veni dilecte mi, fugiamꝰ ad tempus furiã perſecutorum: & egrediamur in agrũ extra ciuitates: & cõmoremur in villis & ruribus & erimitorijs & ſpeluncis: & ibi in eremo ſeruiã tibi in hymnis & orationibus & ſacrificijs. Et mane ſurgamus ad vineas eacolendas: ibi celebrando diuina officia in abſconſo propter metũ tyrannoꝝ ne impediant & prohibeant nos. Et ibi expectabimus & videbimus ſi floruerunt vineæ: & ſi flores vinearũ & aliarũ arboꝝ parturiũt fructus, id eſt ibi expectabimus vſquequo ſit placata ira imperatorũ & principum & tyrannoꝝ cõtra chriſtianos. i. vſquequo tu illumines eos & reddes beniuolos erga eccleſiã, & cõuertantur ad fidẽ. prout fuit cõpletũ per cõuerſionẽ magni Cõſtantini. vt patebit. Hoc aũt dicit, quia vinea populi gentilis licet in principio eſſet horrida & inculta: tamen paulatim videns miracula & ſigna quę per martyres & viros ſanctos fiebãt, incepit florere, & ſic cũ labore parturiuit fructus fidei & parturiebat vſq; ad Conſtantinũ. quia multi interim conuertebantur ad fidẽ. vt patet in hiſtorijs martyꝝ. Vnde dum beatus Vrbanus papa latebat in rure & prędio beatę Cęciliæ: ipſa Cęcilia ſemp florebat & fructus ſalubres parturiebat in ciuitate. & ſic conuertit ſponſum ſuum Valerianum & Almachium fratrem eiꝰ: & miſit eos ad Vrbanũ: qui cũ cæteris ſacerdotibꝰ latebat in ſpelũcis & in illo rure. ideo Vrbanus gratias agens dicebat. Domine Ieſu Chriſte ſeminator caſti conſilij ſuſcipe fructus quos in Cæcilia ſeminaſti: quia Cæcilia famula tua quaſi apis tibi argumentoſa deſeruit. Et ſic in illa perſecutione paſſa ſunt multa milia martyꝝ & virginum vtriuſq; ſexus & ætatis. Et ſic in illa vinea ſemper florebat & parturiebat fructus martyꝝ dum eccleſia latebat & morabatur in villis & in agris. Et ideo dicit. Videamus ſi floruerunt mala punica, ſcilicet flores virginũ & martyrum. & dum mala punica, id eſt martyres florent & parturiuntur in ciuitatibus: ego dabo tibi in agro vbera mea. ſ. vbera latrię: quia nunq̃ ceſſabo a diuino cultu in hymnis & orationibꝰ & ſacrificijs & ieiunijs, orando pro eccleſia: vt tu comprimas & humiles corda imperatorum & infideliũ gentilium ad fidem, ne amplius perſequantur eccleſiã. Et ideo mandragoræ, per quas intelligitur fœcunditas eccleſiæ, iam dederunt odorem ſuum in portis noſtris.

¶ Ad cuius intellectum eſt notandum ꝙ mandragora eſt quoddã pomũ genitum in radice cuiuſdã hærbæ facientis folia ad modũ paruæ lactucæ. Et ſic Mandragoræ ſunt tanq̃ tubera terræ valde odorifera habentia ſimilitudinem humani vultus: & habent hanc proprietatem, vt dicunt hęrbarij: ꝙ ſi quis defert ſecum Mandragoras, attrahit cęteros ad amorem & nutum ſui. Item habent aliam proprietatem, ꝙ ſi mulieres manducant Mandragoras diſponuntur faciliter ad fœcunditatem & conceptum prolis. Et ideo Ruben attulit Mandragoras matri ſuæ Liæ: vt diſponeretur ad cõcipiendum. quę dixit Iacob viro ſuo: dormias mecum hac nocte pro Mandragoris. Geneſis. xxx. Ideo Salomon per quandam metaphoram diuinas & internas inſpirationes & illuminationes appellat Mandragoras in hoc loco: eo ꝙ quando deo placuit in illa perſecutione deus inſpirauit multa corda hominum. quæ quidem inſpirationes tanq̃ Mandragorę generabant fructus fidei in mentibus gentilium: & trahebãtur ad fidem Chriſti: & ſic pro fide Chriſti ſe morti offerebant. Item poſt illam perſecutionem: immo in eadẽ perſecutione ex nutu dei & propter horridam ęgritudinem Diocletianus ceſſauit a perſecutione. Et poſtea deus inſpirauit in Conſtantinum Mandragoras ſpiritualium inſpirationum: qui tractus & conuerſus ad Chriſtum reuocauit exiliũ Chriſtianorum: & magnificauit eccleſiã vt patebit. Ideo dicit ſponſa ꝙ Mandragorę: ſcilicet virtus ſpiritus ſancti & inſpirationes dederunt odorem ſuum in portis noſtris: ſcilicet ĩ principibus & imperatoribus qui ſunt portę populi gentilis. vel in portis eccleſiæ: per quem odorem fuit fœcundata & multiplicata eccleſia. quaſi dicat: fœcunditas & augmẽtum eccleſiæ iam apparet in portis noſtris. Et hoc dicit ſpõſa: quia dum ipſa orabat in agro latenter & in eremo: multi ad fidem conuertebantur & poſtea martyrio coronabantur in populo in ciuitatibus. Et quia ex omni ſexu & ætate: ſcilicet iuuenes & ſenes & virgines innuptæq; puellæ ad fidem Chriſti continue conuertebantur & martyrio coronabantur: ideo ſubdit. Omnia poma noua & vetera dilecte mi ſeruaui tibi: id eſt obtuli martyres ex omni ſexu & ętate. nam ego ſeruaui & obtuli tibi poma noua ſicut fuerunt Cęcilia & Agnes, & Agatha, & Lucia, & Catharina, quę in puerili ętate paſſæ ſunt. Et obtuli tibi poma vetera: ſicut fuerunt Marcellinus, & Vrbanus, & multi alij: qui in ſenectute paſſi ſunt in illa perſecutione. Hoc etiã dicit: quia in illa ętate multi conuertebantur ad Chriſtum: alij in pueritia: alij in adoleſcentia: alij in ſenectute. Vnde quædã puellæ dedicabant & conſecrabant deo virginitatem ſuam: & quædam vi duæ ſeruabant continentiam: & quidam ſenes ſegregabantur ad montes ad ſeruiendum deo. Et ſic ſponſa continue offerebat Chriſto ſponſo ſuo poma noua & vetera. Hoc etiam poteſt intelligi de doctoribus: qui continue offerebãt Chriſto poma noua & vetera prædicando & probando ipſum eſſe verum deum & hominem & Meſſiam in lege promiſſum per auctoritates & ſcripturas noui ac veteris teſtamenti iuxta illud Matthæi decimotertio. Omnis ſcriba doctus profert de theſauro ſuo noua & vetera.

H

## Tertia pars huius Noni Cantici.

Quis mihi det te fratrem meum: ſugentem vbera matris meæ: vt inueniam te ſolum foris: & deoſculer: & iam me nemo deſpiciat?

Apprehendam te & ducam in domum matris meæ.
Et in cubiculum genitricis meæ.
Ibi me docebis.
Et dabo tibi poculum ex vino condito.
Et muſtum malorum granatorum meorum:
Lęua eius ſub capite meo: & dextera illius amplexabitur me.
Adiuro vos filię Hieruſalem:
Ne ſuſcitetis:neq; euigilare faciatis dilectam: donec ipſa velit.

HAec eſt tertia pars huius noni cantici:in qua rex Salomon explicat deſiderium eccleſię redeundi ab eremo ad ciuitates:mitigata rabie tyrãnorum,expectando pacem & tranquillitatẽ eccleſiæ per conuerſionem totius populi gentilis.

I ℂ Ad cuius intellectum eſt notandũ ſicut dictum eſt:ꝙ iſta ſponſa erat filia populi gentilis ſecundũ carnem:quę ad fidem Chriſti nouiter erat conuerſa contra voluntatem ſuæ matris.ſ.gentilitatis. Et dictum eſt qualiter gentilitas affligebat filiam ſuam.ſ.eccleſiam eo ꝙ vltra voluntatem immo ↄtra voluntatẽ ſuã deſponſauerat ſibi Chriſtum in ſponſum. Et ideo iſta ſponſa fugit in eremum cum Chriſto ſponſo ſuo non pro ſemper:ſed ad tempus,vſquequo mitigaretur ira principum & totius gentilitatis matris ſuę:vt mitigata ira conuerteretur ad eum gentilitas & conſentiret Chriſto ſponſo eccleſię. Et ideo ſicut ſponſa carnalis q̃ fugit a domo mřis & parentũ cum ſponſo ſibi clandeſtine deſpõſato:dũ eſt in illo exilio ſemper deſiderat redire ad domum matris & inducere matrẽ & parentes ad amorem ſponſi & conſenſum ſui coniugij.ita pariter eccleſia ſacerdotum dum erat in eremo quaſi relegata propter metum & crudelitatem tyrãnorũ ſemp continue orabat deum vt conuerteret corda principum & tyrannoꝝ,& conuerteret & mollificaret iram & ſęuitiam gentilitatis matris ſuę vt Chriſtũ reciperet:& ipſa eccl'ia poſſet libere & publice Chriſtũ ſponſũ ſuuʒ colere & eius nomen ꝑdicare:& legẽ euangelicam promulgare per oia regna mundi.qđ completũ eſt per conuerſionẽ magni Conſtantini.Nã cũ beatus Syluеſter metu diræ ꝑſecutionis ꝑ magna tꝑa lateret cum ſuo clero & ſacerdotibus in montibus Serapinis ſemp orando pro pace eccl'ię:ex monitu apoſtolorum Petri & Pauli fuit vocatus & q̃ſitus per magnũ Conſtantinum imperatorem.qui putans ad mortem vocari:obnixe exhortabatur totũ clerũ ſuũ ad martyriũ ꝑferẽdum pro fide Chriſti.Sed multo & longe aliter fuit fauorabilis toti eccl'ię imperator q̃ Syluеſter putabat: quia fuit ipſe imperator baptizatus & ad fidẽ Chriſti conuerſus. Et intãtum fuit toti eccleſię benignus effectus:ꝙ ipſe ſuum palatiũ lateranenſe in eccleſiã ſaluatoris fecit conſecrari. Et generalem licentiã & facultatẽ conceſſit:vt eccleſiæ in honorem Chriſti poſſent per totum orbem nouiter fabricari: & templa idolorum in eccleſiam conſecrari:& lex euãgelica per totum orbẽ publice ꝑdicari. Et ſic ad exemplum imperatoris oẽs reges & principes mũdi fuerũt baptizati:qui de theſauris ſuis eccleſias fabricarunt & ditarũt. Et ſic eccleſia per vniuerſum orbẽ fuit magnificata:& ſponſum ſuum Chriſtum ſine timore publice fuit prædicando confeſſa. Et tunc ſurrexit maxima copia doctoruʒ.ſ.Athanaſius,Baſilius, Gregorius, Nazanzenus,Chryſoſtom⁹,Auguſtinus,Hieronym⁹, Ambroſius,& cæteri,qui publicis prædicationibus omnes populos inſtruxerunt:& ſuis ſcriptis ſacras ſcripturas expoſuerunt:& ſuis diſputationibus omnes hæreticos deuicerũt:
& ab eccleſia eliminauerunt. Et ſic patet qualiter eccleſia de omnibus inimicis finaliter triumphauit.& hoc intendit explicare in hac parte. Dicit ergo ſponſa exiſtens in illo exilio ad ſponſum. Quis det te fratrẽ meum.i.quis dabit mihi fratrem meũ ſugentem vbera mřis meę.i.ad ſugendũ vbera matris meę:quaſi di.O Chriſte tu es frater meus per carnis aſſumptionem:quia ſumus filij eiuſdem humanitatis.

ℂ Vñ nota ꝙ Chriſt⁹ dupliciter dicitur frater eccleſię ſpõſę ſuę.vno modo per carnis aſſumptionem inquantum eſt homo:quia omnes participamus eandeʒ humanitatem:& ſumus filij Adam. Alio modo dicitur Chriſt⁹ frater eccleſię inquantum eſt eius ſponſus:quia ſunt duo in carne vna. Iõ ſponſa appellat Chriſtum fratrem. K

ℂ Iterum eſt aduertendum propter id quod ait,Sugentem vbera matris meę:ꝙ eccleſia illa conuerſa de populo gentili habebat duplicem matrem.ſ.vnam carnalem ex qua deſcendebat ſecundum carnem:& illa erat gentilitas ſiue generatio gentilis. Habebat aũt alterã matrẽ ſpũalẽ:q̃ eſt virgo Maria. Nam poſtq̃ Chriſt⁹ eſt frater adoptiuus & ſpõſus eccl'ię:& virgo Maria eſt mater Chriſti naturalis:ergo eſt mater adoptiua ipſius eccleſię. Poteſt ergo eſſe duplex ſenſus in hoc verſu. primo ꝙ dicat ſponſa ad Chriſtũ. Quis det te fratrem meũ ſugentẽ.i.q ſuxiſti vbera Marię matris meę:vt inueniam te foris? Alio modo poteſt intelligi referendo iy matrem ad gentilitatem matrẽ carnalẽ ipſi⁹ eccleſię:& tunc ſenſ⁹ eſt verus & conformis literę.quaſi di.ſpõſa. Quis erit ille deus & ille imperator illuminatus per deũ:q det & concedat te Chriſtum fratrẽ & ſponſũ meũ:vt ſugas vbera gentilitatis matris meę acceptando ab ea ſeruitutẽ latrię.ſ.vt tota gẽtilitas conuertatur ad fidem:& exhibeat tibi vbera latrię:ſicut ego facio:& per conſequens ſicut ſugis vbera mea:ita ſugas vbera toti⁹ gentilitatis matris meæ:quaſi di. Vtinam deus pater & tota trinitas illuminet imperatores & reges & totã gentilitatẽ:vt ego quæ ſum in hoc exilio poſſim reuerti ad ciuitates & pp'los:& ad gentilitatẽ matrẽ meã:& poſſim eã baptizare:vt ſponſus meus ſugat vbera matris meę,acceptando ei⁹ latriam. In hebręo habetur. Quis mihi det vt tu tanq̃ frater meus ſugas vbera matris meę.& tunc litera eſt magis clara & conformis huic expoſitioni. Et ideo ſequitur. Inueniaʒ te ſolum foris & deoſculer te:& me nemo iaʒ deſpiciat. Ad cuius intellectum eſt aduertendum:ꝙ hic loquitur ad moduʒ eorum qui primo contraxerunt ſponſalia clandeſtina:qui primo ſe oſculantur in abſcondito:ſed poſtq̃ parentes conſentiunt in matrimonio,& matrimonium eſt notuʒ toti populo:tunc ſponſi ſe oſculantur in publico abſq; erubeſcentia. Ita pariter fecit primitiua eccleſia de populo gentili. Nã primo fuerat clandeſtine Chriſto deſponſata contra voluntatem & ſcitum parentuʒ,eo modo quo ſupradictũ eſt:poſtea metu parentum fugit ad montes:& erat ibi in agro per totam perſecutionem Diocletiani:& ſic ibi oſculabatur ſpõſum in abſcondito & ſecreto. Sed poſtq̃ beatus Syluеſter cũ ſuo clero reuerſus eſt in ciuitatem:& baptizauit Conſtantinum:& conceſſa eſt facultas chriſtianis publice prædicandi euangeliuʒ:& ædificandi eccleſias:& diuina officia celebrãdi:tunc eccleſia oſculabatur ſponſum ſuum in publico & in itinere & in plateis:vbi publice confitebatur Chriſtum & eius legem euangelicam,& hoc intẽdit dicere ſponſa, cum ait. Quis mihi det et concedat te Chriſtum fratrem meum vt ſugas vbera totius gentilitatis matris meę eius latriam acceptando:vt publice inueniam te foris:ſcilicet in itinere & in platea:& ibi ſolum oſculer te publice coram omnibus tuum nomen confitendo & ꝑdicando:vt in tali prædicatione & cultu nemo iaʒ amplius me deſpiciat nec perſequatur ſicut factum eſt vſq; ad præſentem diem:quia per deceʒ imperatores fui afflicta & infeſtata fugiendo per nemora. In Hebræo habetur. Quis mihi det:vt tu tanq̃ frater meus ſugas vbera matris meę:vt inueniſſẽ te in vico & oſcularer te:

& nemo me deſpiceret.& tunc litera eſt magis clara.& ideo
ſequitur. Apprehendã te in domũ matris meę.Et hoc dicit:
quia illa ſponſa introduxit Chriſtum in domũ matris ſuæ.ſ.
ad populũ gentilem,qñ in populo gentili publice nomen
Chriſti p̄dicauit & eccleſias conſtruxit.vnde ſicut in princi-
pio apl'i conuerterunt illã paruam eccleſiam ex ppl'o genti-
li:ita poſtea illa parua eccleſia multis tribulationibus affli-
cta cõuertit totũ reſiduũ gentilitatis:& p cõſequẽs cõuertit
matrẽ ſuã:& introduxit ſponſũ in domũ gentilitatis matris
ſuæ.Et ideo ſequitur. Et ibi me docebis.quaſi di.poſtq̃ in-
troduxero te in domũ matris meę:& publice potero nomẽ
tuum p̄dicare:tunc ibi me docebis.i.dabis mihi doctores:q
bus reuelabis ſecreta ſacrę ſcripturę & referabunt & declara
bunt ſcripturas vtriuſq; teſtamenti:& defendant eccl'iam cõ
tra hæreticos.hoc aũt dicit:quia ilico poſt cõuerſionẽ Con-
ſtantini fuit in eccleſia copia magnoꝝ doctoꝝ:ſicut fuit A-
thanaſius,Baſilius,Gregorius, Nazanzenus, Ambroſius,
Hieronymus,Hilarius,Auguſtinus:& cęteri:qui ſpiritu ſctõ
illuſtrati gloſſarũt ſcripturas & inſtruxerũt fideles,& debel
larunt & exterminarũt hæreticos.Sed quia ſcientia eoꝝ nõ
fuit ab alio niſi a Chriſto,q eos per ſpm̃ ſãctũ edocuit:ideo
dicit:Ibi me docebis.Sed quia eccl'ia eẽt ingrata recipiẽdo
tot beneficia a ſpõſo:niſi redderet vices amoris p exhibitio
nẽ latriæ:ideo ſubdit ſponſa.Et dabo tibi poculum ex vino
condito.i.ſicut tu me docebis ſecreta ſacrę ſcrituræ aperien
do,ita ego dabo & offerã tibi poculuꝫ p̄dicatiõis ex vino cõ
dito.ſ.ex intelligẽtia ſacrę ſcripturę:q̃ eſt dulcior omni vino.
vñ dictuꝫ eſt qualiter intelligentia & veritas euangelica eſt
quoddã vinũ conditum & expreſſum ex vinea ſacrę ſcriptu
tę veteris teſt.Et hoc vinũ conditũ expreſſerũt doctores ex
ſacra ſcriptura & obtulerunt Chriſto.quod quideꝫ vinum fuit
dignũ & ſapidũ dilecto Chriſto ad potandũ:& dentibus.i.
populis ei' ad ruminãdũ,prout dictũ eſt ſupra.Itẽ ſpõſa nõ
ſolum obtulit ſponſo poculũ ſacræ ſcripturę:ſed etiã poculũ
ſacramenti altaris ex vino condito & conſecrato.Et ita pari
ter offert poculoꝫ alioꝝ ſacramentoꝝ & fidei articuloꝝ,&
poculũ obſeruantię p̄ceptoꝝ & operũ miæ.quod poculum
eſt ſponſo valde ſapidum & acceptum.Sed quia eccl'ia non
ſolum offert Chriſto merita paſſionis:ſiue vinũ paſſionis ei'
in ſacramentis:ſed etiã offert vinũ meritoꝝ ſanctorum mar
tyrum,& virginũ,& confeſſorum:ideo ſubdit. Et dabo tibi
muſtum maloꝝ granatorũ meorum.vnde per mala grana
ta intelliguntur principaliter martyres,q pro Chriſto ſangui
nẽ fuderunt:& ex conſequenti intelligũtur oẽs cõfeſſores &
ſancti & iuſti,qui oẽs continenť ſub vna pelle & tegmine fi-
dei & charitatis.ſicut enim in malo granato continenť mul
ta grana rubea ſub vna pelle:ita omnes fideles rubricati ſã
guine Chriſti continenť ſub gremio eccleſię. Muſtum ergo
iſtoꝝ maloꝝ granatoꝝ.ſ.ſanctoꝝ martyrũ ſunt merita eo
rũ expſſa ex martyrio & laborib',quos pro Chriſto ſuſtule-
runt.vñ hoc muſtũ maloꝝ granatoꝝ offert eccleſia Chriſto
ſpõſo ſuo in feſtiuitatibus quas celebrat in memoriã ſancto-
rũ.Item hæc merita ſanctorum offert quotidie eccleſia ſimť
cum paſſione Chriſti in ſacramento altaris:vt patet cum di
cit in canone.Communicãtes & memoriã venerantes in pri
mis glorioſę virginis Marię & beatoꝝ apoſtoloꝝ & marty
rũ.Et hoc eſt muſtũ malorũ granatoꝝ & poculũ quod eccle
ſia offert quotidie Chriſto ſpõſo ſuo.Ex ſupradictis ergo pa
tet:qualiter iſta eccleſia ſponſa Chriſti exiuit in campũ pu-
gnę terribilis vt caſtrorum acies ordinata cum multis choris
& exercitibus caſtrorũ bellicoꝝ.Et pugnauit diu contra ini
micos ſuos:ſed tandẽ diuicit eos & triũphauit de oĩbus.Nã
per martyres deuicit omnes tyrannos:& per virgines & con
tinentes triumphauit de carne:& per monachos & eremi-
tas & religioſos triũphauit de mundo & diabolo & pompis
eius & p doctores triũphauit de hęreticis. Et ſic poſtq̃ tpe
Cõſtãtini deuicerat oẽs ſupradictos:& fuerat tota gẽtilitas



conuerſa:tunc ſponſa abſq; timore & erubeſcẽtia oſculabať
ſponſum in publico:& erat in eius amplexu & fauore ei' le-
gem euãgelicã p̄dicando & publice diuina officia celebran
do.Et ipſe ſponſus iam publice fauebat ſpõſæ tenens eam i
ſuo amplexu fauorabili:qñ Conſtantin' dotauit eã magnis
munerib' & diuitijs & dñio tẽporali & amplo patrimonio.
Videñs ſe ergo ſpõſa in tanto honore & pſperitate & fauore
ſpõſi cõſtitutã,cõcludit dicens. Læua eius ſub capite meo:&
dextera illi' amplexabiť me.i.tã Chriſtus ſponſus meus ho
norificauit me intantũ q læua eius.ſ.dñiũ temporale & co-
pia bonoꝝ tpaliũ eſt ſub capite meo ad ſuſtentãdũ ſtatũ ho
norificũ in hoc mundo:& dextera illius.i.poteſtas eius ſpi-
ritualis quã mihi cõceſſit ad regendã eccleſiam,amplexabi
tur me.q̃ſi di.q Chriſtus ſponſus meus amplexabit me to-
tã læua.i.brachio ſiniſtro.ſ.copia bonoꝝ tpaliũ ſub capite
meo:& dextera.i. poteſtas eius ſpũalis erit ſupra me.& ſic
vtroq; brachio amplexabitur me.ſ.tẽporali & ſpũali.Et ſic
iam in ſuo amplexu pſpero & fauorabili tam victrix q̃ triũ-
phatrix:& dña totius mundi fauorata.Sed quia ſpõſa agẽs
gratias glorificata fuerat in Chriſto:eo q amplexus fuerat
eam ſupponendo læuã copię bonoꝝ tpalium ſub capite ad
ſuſtentendum ei' honorificũ ſtatũ:& ponendo dexterã bo
noꝝ ſpũaliũ ſup eã.& p cõſequens ſponſa iã quieſcebat:q̃ſi
dormiens in amplexu ſponſi liberata a perſecutionib' & la
boribus:ideo ſponſus eius exhortatur & adiurat filias Hie-
ruſalem.i.oẽs deuotos fideles ne incitent & ĩpediant eã ab
illa quiete & proſperitate in qua manet:& ne ſeparent eã
ab amore & fide ſponſi: nec impediant ipſam a cultu la-
trię. Iõ ait ſponſus.O filię Hierl'm adiuro & admoneo vos
ne ſuſcitetis.i.ne impediatis nec euigilare faciatis dilectaꝫ a
ſomno cõtẽplationis & latrię:donec.i.dum ipſa velit. ¶ Ad M
maiorẽ intelligentiã hui' eſt valde notandum:q Salomon
in hoc libello enumerat & memorat tres amplexus huius
ſponſi ad ſponſam:& poſt quemlibet amplexũ facit adiura
tionẽ:& adiurat filias Hierl'm ne ſuſcitent ſpõſam. Qui q-
dẽ tres amplexus cum ſuis adiurationibus referuntur ad di-
uerſa myſteria.vnde primus amplexus fuit incarnationis &
humanitatis ſuſceptionis:qñ verbũ æternũ filius dei aſſum
pſit & vniuit ſibi illã humanitatẽ pſonaliter in vnitate ſup-
poſitali. Hunc aũt amplexũ incarnationis memorauit in cã
tico ſecundo,cũ dixit.Dũ eſſet rex i accubitu ſuo &c. Et hoc
magis explicabatur in fine huius cantici,cũ dicit. Lęua eius
ſub capite meo &c.ſed ilico ſubdit ſpõſus:dicẽs.Adiuro vos
filię Hierl'm per capreas ceruoſq; cãporũ.i.per patriarchas
& prophetas:ne ſuſcitetis nec euigilare faciatis dilectam.ſ.
humanitatẽ aſſumptaꝫ ab vnitate perſonali:qua eſt verbo
vnita donec ipſa velit.Et adiurat per patriarchas & prophe
tas:eo q eis fuit ſub iureiurando promiſſum myſterium in-
carnationis & aduentus Chriſti in carnem. Hoc autem di-
cit:quia qđ ſemel Chriſt' aſſumpſit:nũq̃ dimiſit.vnde licet
in triduo anima fuerit a corpore ſeparata per mortem ta-
men verbum neutiũ dimiſit.Secundus autẽ amplexus fuit
filij dei ad eccleſiam de ppl'o Iſraelitico tẽpore eius oſten-
ſionis & prędicationis:quia tunc Chriſt' recepit in ſuo am-
plexu eccl'iam congregatam de ppl'o Iſraelitico.qñ vocauit
apl'os & diſcipulos & alios fideles de illo ppl'o ad fidem.&
hoc per prædicationem & miracolorum operationeꝫ. Quẽ
amplexum memorauit ſponſa in fine tertij cantici,cum di-
xit Inueni quẽ diligit anima mea:tenui euꝫ eũ nec dimittã
donec intromittam illum in domum matris meę.ſ.ſynago-
gę & in cubiculum genitricis meę.i. plebis Iſraelitice,quæ
genuit me ſecundum carnem. Qđ fuit impletũ:qñ Chriſtus
miſit apl'os ad prædicandũ in oẽm ciuitatẽ & locũ quo erat
ipſe venturus:in qua p̄dicatione multos conuerterunt & ba-
ptizauerunt:vt patet Lucę.x.Et ſic illa eccl'ia apl'oꝝ intro
duxit ſponſum in domum matris eorum per fidem. Hoc
idem fecerunt poſt receptionem ſpiritus ſancti:quia in illa

die baptizati ſunt ad tria milia de illo populo:& multo plu res in diebus ſequentibus:vt patet in actibus apoſtolorum. Et ſic patet qualiter illa ſponſa introduxit Chriſtũ in domũ matris ſuę:vt amplecteretur eã ſpõſus:& ſic manſit illa ecclesia in amplexu ſpõſi.Sed quia illa ſponſa ſimul conuerſa nunq̃ receſſit ab amplexu ſponſi, ideo ibidem ilico ſubdit ſponſus adiurando filias Hieruſalem : dicens. Adiuro vos
N filię Hierl'm per capreas ceruoſq; cãpoꝛ &c. ¶ Tertiꝰ amplexus fuit qñ Chriſtꝰ ãplexꝰ eſt eccleſiam de populo gentili:quãdo Chriſtus amplexus eſt eã cũ multo fauore:ꝓut dictum eſt in hoc Cantico nono.ad quem amplexum ſequitur tertia adiuratio ad filias Hieruſalem. ſed iſta adiuratio non facta eſt cum conditionibus ſupradictarũ duarũ adiurationũ.Nã illa adiuratio facta ẽ p capreas ceruoſq; cãpo rũ:iſta aũt tertia nõ:ꝓut pꝫ in litera.Cã cuiꝰ põt eẽ iſta.Nã lꝫ iſta eccl'ia nũq̃ erit ſeparata ab ãplexu,ſponſi facta vna cũ eccleſia conuerſa de plebe Iſraelitica:eo q licet fluctuet cõtinue:tñ nunq̃ ſubmergeẽ nauicula Petri:tñ q̃a patriarchæ & ꝓphetę nõ præfixerunt nec limitarunt tp̃s huius ecclię a Cõſtantino & a tpe eiꝰ ꝓſperitatis vſq; ad ſecundũ aduentũ Chriſti:iõ ſpõſus non adiurauit filias Hieruſalẽ p capreas ceruoſq; cãpoꝛ in hac tertia adiuratiõe. Alia cauſa põt eſſe eo q ppl's gentilis non habuit patriarchas nec prophetas q porphetarẽt amplexũ huius ſponſe ad Chriſtũ,nec aduẽtũ Chriſti ad populũ gentileꝫ:ſicut habuit populus & plebs Iſraelitica.Ideo hęc tertia adiuratio non fit per capreas ceruoſq; camporum.Et hoc de nono cantico.

## Sequitur Decimum Canticum.

Vę eſt iſta quæ aſcẽdit de deſerto:Delitiis affluens : Innixa ſuper dilectum ſuum.
Sub arbore malo ſuſcitaui te.
Ibi corrupta eſt mater tua.
Ibi violata eſt genitrix tua.
Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum.
Vt ſignaculum ſuper brachium tuum.
Quia fortis eſt vt mors dilectio.
Dura ſicut infernus ęmulatio:
Lampades eius vt lampades ignis atq; flammarum.
Aquæ multę non potuerunt extinguere charitatem.
Nec flumina obruent illam.
Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ ꝓ dilectione:quaſi nihil deſpiciet eam.

Oc eſt decimum & vltimũ Cãticũ:in quo Salomon cantat ꝓſpeſitatẽ & pacẽ eccleſiæ ſponſæ Chriſti.illi datã & conceſſam poſt cõuerſionem Cãſlantini.in quo quatuor fecit.Nam prio deſcribit quandã admirationeꝫ de felici ſtatu huius ſponſę.Secundo deſcribit quandã exhortationem ſponſi ad ſponſaꝫ: ne ip̃m obliuiſcatur,allegando beneficia id collata.Tertio memorat ꝓpreſſũ & cõtinuũ exercitiũ ſponſę vt ſatiſfaciat ſponſo & reddat vires amoris.Quarto explicat finale præmium deſideratum,& vltimatũ terminũ beatitudinis ſpõſę vel ponit vocationem ſpõſæ ad ſuperioreꝫ felicitatẽ & altio rẽ ſtatũ.Secundũ:ibi.Sub arbore malo ſuſcitaui te.Tertium ibi.Soror mea paruula eſt.Quartum:ibi.Mille tui pacifici:
O ¶ Quantum ad primum ergo Salomon introducit chorũ adoleſcentularũ admirantiũ ſubitã ꝓſperitatẽ huiꝰ ſponſę.Ad cuiꝰ intellectũ eſt aduertendũ:prout ſupra viſuꝫ eſt: q iſta ſponſa a principio ſui.ſ.poſt Chriſti aſcenſioneꝫ ſemp fuit afflicta & abiecta:& pugnauit in campo cum inimicis. Sed obtenta victoria & triumpho de omnibus,fuit magnificata p magnũ Conſtantinũ:intantũ q imperator largitus ẽ ipſi vrbem Romanã cum toto patrimonio ipſi adiacenti:& dedit ipſi.lxxij.ciuitates:& duo milia oppidorum (vt fertur) in Italia & inſulis adiacentibus.Et ſic magnus Cõſtantinus relicta Italia i poteſtate Syluestri vicarij Chriſti:elegit ſibi ſedẽ apud Bizantiũ Thracię:q̃ poſtea Conſtantinopolis.i. ciuitas Conſtantini nuncupata eſt. Et ſic exinde oẽs reges terræ & imperatores & principes ſubiecerũt colla iugo Chriſti & ecclię ſponſę eius.Et ſic eccl'ia manſit dña mundi delitijs ſpũalibus & etiã tpalibus affluens:& manſit innixa & reclinata in fauorabili amplexu Chriſti ſponſi ſui.Videntes ergo adoleſcentulę & filię Hierꝫ.i.minores ciuitates & oppida ad Chriſtũ conuerſę,& ſimplices fideles tam ſubitam mutationem ſponſę de aduerſitate in proſperitatem:& de ꝑſecutione & afflictione in copiam delitiarum admirantes dicunt.Quæ mulier eſt iſta q̃ aſcẽdit de deſerto &c.In quibꝰ verbis tria bona explicat:q̃ faciunt ad felicẽ & ꝓſperũ ſtatũ huius ſponſę.Primo quia aſcendit de deſerto.i.quia exit de campo pugnę & perſecutionis:& aſcendit ad ſtatum pacis felicitatis.Secundo q aſcendit delitijs affluens:p quod explicatur copia & ſufficientia bonorum ſpũalium & tpalium: & plenaria poteſtas ſup totum orbem,tradita ip̃a Chriſto ſponſo ſuo.Tertio dicitur q erat innixa & reclinata ſupra dilectũ ſuum.ſ.Chriſtum ſponſum ſuũ:quia tenebat ip̃am amplexam vtroq; brachio.ſ.tpali & ſpũali:p quod denotaẽ eiꝰ ſecuritas & quies & fauor.Et ideo filię Hieruſaleꝫ quas ſpõſus adiurauerat ne excitarent ſponſam dormientem in eius amplexu:videntes tam ſubitam mutationem ab aduerſitate in ꝓſperitatẽ dicũt.Quæ eſt iſta quę aſcendit de deſerto delitijs & diuitijs affluens innixa ſup dilectum ſuum? ¶ Ad P
cuiꝰ maiorẽ euidẽtiã eſt notãdum:q iſta ſpõſa ter exiuit ad oſtẽſionẽ ppl'oꝝ:& diuerſimode.& ideo filię Hierl'm tribꝰ vicibus admirantes interrogauerunt de ſtatu huius ſponſæ. Nã primo aſcẽdit p deſertũ Iſraeliticũ:ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris & vniuerſi pulueris pigmentarij:vt dictũ eſt in quarto cantico.quod fuit qñ eccleſia apoſtolorum pegrinata eſt cum ſponſo ſuo p totam terram promiſſionis cum ſignis & virtutibus & miraculis:vt ibi dictum eſt:vt patet p totum diſcurſum euangelicũ. Et iõ filię Hieruſalem & adoleſcentulę.i.oẽs populi terræ promiſſionis admirantes opa Chriſti mirabilia:& opa diſcipulorum,q etiaꝫ in noie Ieſu Chriſti ſanabãt infirmos & eiiciebãt dæmonia vt patet Lucę.xj. & Matthæi.x.dicebant.Quæ eſt iſta quæ aſcendit p deſertũ &c.Et dicebaẽ illa ſponſa aſcẽdere eo q Chriſtus aſcendebat Hieroſolymam ad campum paſſionis ad crucifigendũ.Secũdo iſta ſponſa exijt & progeſſa eſt per deſertum populi gentilis:& hoc quaſi aurora cõſurgẽs:pulchra vt luna:electa vt ſol:terribilis vt caſtrorum acies ordinata ad pugnandum parata.vt dictum eſt cantico octauo. Et ideo videntes eam filię Sion & reginę & cõcubinę, laudauerunt eã de fortitudine & mirabilibus actibꝰ eius:& admirantes dicebant.quæ eſt iſta quę progreditur quaſi aurora conſurgens &c.ꝓut ibi dictũ eſt.Et dicebatur ſpõſa ꝓgredi per deſertum:eo q procedebat & perſeuerabat in ſua cõtinua pugna contra inimicos.Tertio auteꝫ quia iſta ſponſa poſt cõuerſionẽ Conſtantini exiuit de deſerto pugnę & perſecutionis:& delitijs affluens innixa ſup dilectũ ſuũ ſponſum aſcendit in tam altum culmen dignitatis & proſperitatis:iõ filię Hierl'm admirantur,dicentes.Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto &c.Filiæ ergo Hieruſalem de populo iudaico mirabantur in quarto cantico virtutes & mirabilia opera huius ſponſæ:quæ fiebant in nomine Chriſti ſponſi eius

Sed in octauo cãtico filię Hierl̃m.i.cõuerſi de pplo gentili
mirabantur fortitudinẽ & multiplicem pugnam & victoriã
huius ſponſę contra inimicos. In principio autem huius de-
cimi cantici admirantur eius ꝓſperum & felicẽ ſtatũ:eo mõ
quo dictũ eſt. Fuit ergo iſta ſponſa ſtico poſt Chriſti aſcẽſio-
nem & ſpiritus ſancti miſſionem quaſi aurora conſurgens a
nocte legis & tenebris idololatriæ:poſtea creſcẽdo fuit pul-
chra vt luna:poſtea magis lucida incipiens habere docto-
res facta eſt electa vt ſol:poſtea tpe imperatoꝝ pſequentiũ
facta eſt terribilis vt caſtrorum acies ordinata ad pugnãdũ
contra eos & omnes alios inimicos.ſed habita victoria de
omnibus facta eſt per conuerſionem Conſtantini,diuitijs &
delitijs affluens innixa & reclinata ſuper dilectum ſuũ tanq̃
dña mũdi. Item iſta ſponſa fuit quaſi aurora conſurgens in
lege naturę:& pulchra vt luna in lege veteri:ſed fuit electa
vt ſol in Chriſti aduentu:ſed fuit terribilis vt caſtroruꝫ acies
ordinata in tempore perſecutionum:ſed fuit delitijs affluẽs
& innixa ſuper dilectum poſt conuerſioneꝫ Conſtantini. &
hoc eſt quod intendit dicere Salomon in hac prima parte.
Deinde cum dicit. Sub arbore malo ſuſcitaui te &c. introdu-
citur ſponſus ad exhortandam ſponſam ne integrata obliui-
Q ſcatur amoris ſpõſi & bñficioꝝ receptorum. ¶ Ad cuius in-
tellectũ eſt aduertendũ:ſicut frequenter dictum eſt:ꝙ oia
bona quę poſſidet eccleſia emanant ex paſſione Chriſti:&
hoc tam bona temporalia q̃ ſpiritualia.nam manifeſtum ẽ
ꝙ omnis virtus & gratia ſacramentoꝝ traxit virtutẽ ex paſ-
ſione Chriſti. Et omnia dona ſpiritus ſancti quæ dantur in
confirmatione,dãtur per merita paſſiõis Chriſti. & oia me-
rita Chriſti:q̃ diſpenſat eccleſia per indulgentiarum largi-
tionem,emanant ex paſſione Chriſti. & ſic eſt dicendũ de
omnibus bonis ſpiritualibus. Et non ſoluꝫ bona ſpiritualia:
ſed etiam bona temporalia data ſunt eccleſię propter me-
rita paſſionis Chriſti. Nam Conſtantinus:vt infra patebit:
dotauit eccleſiam magna copia bonorum temporalium:vt
fieret particeps,& conſeq̃ret̃ merita paſſionis Chriſti:& ſic
omnes reges & principes Chriſtianoꝝ ędificauerũt ecclias
& ditarunt eas:& multi milites & ciues inſtituerunt benefi-
cia in ecclia:vt participarent merita paſſionis Chriſti & ſic
eſt dicendum de omnibus eleemoſynis & oblatiõibus & de-
cimis & primitijs quæ dantur eccleſię. Sed quia talia bona
adeptus eſt nobis Chriſtus in arbore crucis:ideo dicit Chri-
ſtus ad ſponſam:ꝙ ſub arbore malo ſuſcitaui eam a morte
ęterna:& in arbore crucis ſuſcepit pro ea mortem & paſſio-
nem:& adeptus eſt copiam & ſufficientiam meritoruꝫ & bo-
noꝝ ſpũalium & temporalium ad ditandum & magnificã-
dum ipſam. ideo ex copia tantorum bonorum non debet ſu-
perbire:nec extolli:nec poſita in tanta felicitate debet ſpõ-
ſum obliuiſci:nec ab ei⁹ amore recedere:quia in arbore cru-
cis caro pretio ſui ſanguinis redemit eam:& a morte ęterna
ſuſcitauit:& innumeris bonis ditauit. Et per conſequens ſpõ-
ſa ſemp memor tantorum beneficiorum debet vices amo-
ris rependere quia amor non niſi ęquali amore compara-
tur & perſoluitur. ſed maiorẽ dilectiõnẽ nõ potuit Chriſtus
oſtendere ſponſę q̃ pati & mori pro ea:& facere eam conſo-
ciam & participẽ & conſortẽ ſuoꝝ meritorum & fructuum
eorum:ergo ſponſa non poteſt recõpenſare nec rependere
vices tantæ dilectionis:niſi ꝙ moriatur pro Chriſto:vel ei⁹
præcepta & voluntatem obſeruet. Dicit ergo ſponſus o ſpõ-
ſa non ſupbias nec te extollas in ſupbiam & faſtũ eo ꝙ po-
ſita es in tam alto culmine dignitatis:& copia bonorum &
delitiarũ & in tam proſpero ſtatu:quia hoc nõ habes ex na-
tura tua nec gr̃ie tuo:quia ex Adam & natura corrupta non
habes niſi malum puta mortem tam temporalem q̃ ęternã
& ab eis nõ traxiſti niſi oẽm miſeriã & infirmitatẽ:a me au-
tem habes omnem gratiã & ſalutem:quia ſub arbore malo
ſuſcitaui te a morte peccati & omni miſeria. ¶ Vnde malus
eſt quędã arbor fructifera excellens in fructu ſuper omnes

arbores:ſicut dicit ſponſa in cantico ſecundo. Sicut malus
inter ligna ſyluarũ:ſic dilectus meus inter filios. In hebræo
autem habetur. Sub pomo ſuſcitaui te. & ideo per malũ ſi-
ue pomum intelligitur arbor crucis:quæ protulit nobis fru-
ctus incõparabiles meritorum ſub qua arbore crucis Chri-
ſt⁹ ſuſcitauit totum genus humanum a morte ęterna. Vnde
ſicut Adam comedendo fructũ prohibitum ſub arbore ſciẽ-
tiæ boni & mali, ꝓcipitauit totũ genus humanum in morteꝫ
vbi corrupta & ſauciata fuit tota humana natura mater no-
ſtra,vnde trahimus originem:ita per oppoſitũ Chriſtus ſer-
uando obedientiam patris,guſtando in cruce amaritudinẽ
paſſionis:ſuſcitauit genus humanuꝫ a morte ęterna:& ſana-
uit ab omni infirmitate & miſeria. Ideo dicit Chriſtus: Sub
arbore malo.i.ſub arbore crucis ſuſcitaui te.qa ſup.ibi.i.ſub
arbore prohibita corrupta eſt tota natura mater tua:& ibi
ſ.in paradiſo terreſtri ſub eadem arbore violata eſt natu-
ra mater tua.nam voluntas quæ ante erat libera facta:vio-
lata per carnem & ſenſualitatem corruptam quaſi violatur
& cogitur violentia complacentiæ ad peccandum & omne
nefas perpetrandum:quia manet prona ad malum & cum
violentia & difficultate facit bonum:quia regnum cæloruꝫ
vim patitur propter corruptioneꝫ naturę:& violenti rapiũt
illud. Et iõ quia iſta lr̃a eſt trãſpoſita debet ſic ordinari in
conſtructione.ſ.quia ibi.ſ.in paradiſo terreſtri & horto deli-
tiarum ſub arbore prohibita tota natura mater tua fuit cor-
rupta:qñ primi parentes comederunt fructum prohibitum:
& ibi fuit violata.i.violenter expoliata genitrix tua omnib⁹
bonis gratuitis:quando Adam volens deſcendere ab Hie-
ruſalem in Hiericho incidit in latrones qui ipſuꝫ expoliaue-
runt & ſauciauerunt. & ſemiuiuo relicto abierunt:ideo ego
ſumens te ſuper humerum meum ſuſcitaui te ſub arbore cru-
cis &c. qa ibi in arbore crucis germinauit fructus meritorum
ad ſanandum vulnera tua:& ad ſuſcitandum te a peccato p
baptiſmum & cætera ſacramenta. ¶ Item aliter poteſt in- R
telligi iſta litera,referendo ly mater ad ſynagogam & legeꝫ
veterem & gentilitatem:& ly genitrix tua,ad p̃ſentem ec-
cleſiam. quaſi dicat. O ſpõſa ego te ſuſcitaui ſub arbore cru-
cis:& ibi in cruce corrupta & mortua & extincta eſt mater
tua ſynagoga ſil' cũ lege Moyſi:quia mecum fuit crucifixa
& mortua & ſepulta:& etiaꝫ genitrix tua:ſcilicet gentilitas
ibi fuit violata cum ſuis ſuperſtitionibus:quia ibidem fuit
diabolus conuictus:& de populo gentili violenter eiectus
& fugatus. Alia autem tranſlatio ſecundum hebræum ha-
bet ſic.ſ. Ibi corrupta eſt mater tua:ibi violẽter parturiuit te
genitrix tua. & tunc explicatur maius ſacramentum. Nam
ſub arbore crucis Chriſt⁹ ſuſcitauit nos a morte ęterna:quã
incurrimus in Adam propter eſum ligni prohibiti. & ibi.ſ.
in cruce Chriſti corrupta & mortua eſt mater noſtra tam gẽ-
tilitas q̃ ſynagoga. ſed ibidem crux quæ eſt mater noſtra,cũ
magna violentia & dolore Chriſti peperit & parturiuit to-
tam eccleſiam ſponſaꝫ ex latere Chriſti. Crux ergo ſiue cha-
ritas Chriſti,quę eſt mater noſtra,parturiuit nos cum violẽ-
tia & dolore per latus Chriſti. Et ſic vtraqꝫ expoſitio eſt ſa-
tis conformis literę & catholicę fidei & veritati. & ideo ſub-
dit ſponſus,dicens. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum.
quaſi dicat. Si ita eſt ꝙ ego te ſuſcitaui ſub arbore crucis a
duplici morte quam incurriſti in Adam:& fui clauis in ma-
nibus clauatus:& lancea pforatus in latere:& ex latere meo
parturiui te cum immenſo dolore & violentia:& pro te fui
vulneratus:& ferro & flagellis ſignatus in toto corpore:er-
go pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum per fidem & cha-
ritatem:& vt ſignaculũ ſuper brachium tuum p operationẽ
& effectum:ſicut ego te dilexi per affectum & effectuꝫ. qua-
ſi dicat:ꝙ ſi deus præcepit filijs Iſrael vt portarent ſigna
legis in fronte:& digito:& manu eo ꝙ liberauerat eos de
Aegyptiaca ſeruitute:& de manu Pharaõis in mari rubro:
ergo maiorem cauſam habes tu portãdi ſignaculum meæ

paſſionis in corde per affectum:& in brachio per effectum.
vnde hoc dicit quia non ſufficit portare nomen Chriſti in ſo
lo corde:ſed etiã in ore & opere, ipſum publice confitendo
& prædicando:ſicut ipſe publice pro nobis in cruce paſſus
eſt. Et ideo corde credit̃ ad iuſtitiaꝫ:confeſſio aũt oris fit ad
ſalutẽ. Et reddit cãm quare tenemur ĩpm corde diligere &
ore & opere cõfiteri, dicẽs. Quia fortis eſt vt mors dilectio.
quaſi di. tantum fuit fortis dilectio & charitas quã in corde
erga vos geſſi, & ope oſtendi: ꝙ vſqꝫ ad montem crucis me
ſponte exhibui. & æmulatio fuit dura vt infernus. i. tantum
fuit dura æmulatio. i. ſtimul⁹ amoris erga vos: ꝙ me fecit in
infernum deſcendere: vt inde antequam prædam repeterẽ:
& fideles veteris teſtamẽti liberarem. fuit ergo illa æmula-
tio dura & laborioſa. Et non ſolum liberaui illos præſcitos
de inferno: ſed omnes iuſtos futuros prę̃ripui nec in illum lo
cum deſcenderent. Ergo maior fuit iſta liberatio totius ge-
neris humani ab æterna morte & ſeruitute ſpũali: q̃ fuit li-
beratio Iſrael de Aegypto & ſeruitute tpali. In hebræo au-
tem habetur. Dura vt infernus inuidia. & tunc eſſet ſenſus:
ꝙ inuidia qua Iudęi occiderũt Chriſtũ ꝓ nobis fuit dura &
crudęlis, ſicut pœna inferni: ſiue ꝙ pœnę quas Chriſtus ꝓ
nobis paſſus eſt ex inuidia Iudęoꝝ fuerũt durę & crudeles:
ſicut dolores inferni. ſed forſan magis eſt conformis tranſla
tio noſtra cũ ſuperiori expoſitiõe. Eſt verum ꝙ ſicut hoc no
mẽ ſtimulus ſiue æmulatio apud nos eſt æquiuocũ ad amo
rem & ad inuidiam ſiue odium: ita pariter vocabulum poſi
tum in hebręo. ſed Iudęi moderni accipiunt & pronunciãt
alteram ſignificationem. Sed ſignificatio quam accipit ſu-
perior expoſitio videtur magis conformis: vt dictum eſt: qa
illa dilectio & charitas quaꝫ Chriſtus geſſit erga nos dedu-
xit ipſum vſqꝫ ad mortem crucis. & ille ſtimulus amoris fecit
ĩpm deſcendere vſqꝫ ad infernũ, ad prædam antiquam re-
petendam, & infernum expoliandum. Et ideo ſubdit: ꝙ lã-
pades eius. ſ. dilectionis, & ſtimuli amoris quos erga nos geſ
ſit: fuerunt ſicut lampades & faces & ardores ignis atqꝫ flã-
marum. quaſi di. qꝫ ſicut ardor ignis & flãmę totaliter cõbu
runt & cõſumũt facem, & lignum, & carbonẽ: ita ignis & ar-
dor charitatis totaliter cremauit Chriſtũ tãq̃ verũ holocau
ſtum in ara crucis pro nobis: qa tm̃ fuit copioſa apud eũ re-
dẽptio: ꝙ totũ ſanguinem ꝓ nobis effudit & exhauſit. Et iõ
ſubdit: ꝙ tantũ fuit fortis ille ignis & ardor & flamma chari
tatis: ꝙ aquę multæ non potuerunt extinguere charitatem
.i. ꝙ nullę mię, nec perſecutiones: ne tormẽta: nec flagella:
nec mors potuerunt extinguere charitatem & amorem: qn
ꝓ nobis Chriſtus moreretur. & per conſequens ille ignis &
ardor charitatis fuit maior & fortior quocũqꝫ igne materia-
li: quia nõ eſt ignis nec flamma tam grandis quin extingua
tur ꝑ multam aquam. Item nec flumina iræ & ꝑſecutionum
obruerunt illã charitatem. Vnde eſt aduertẽdũ: ꝙ per aq̃s
multas intelligit perſecutiones quas Chriſtus paſſus eſt in
ſua pegrinatione ante mortẽ & paſſionem: quia multas in-
iurias, & opprobria, & labores paſſus eſt: vt patet ꝑ totũ di
ſcurſum euangelicũ. quæ quidem ꝑſecutiões & labores nũq̃
potuerunt extinguere charitatem eius nec retraxerunt euꝫ
ab incepto opere redemptionis. iteꝫ per flumina intelligit
irã ſcribarum & phariſęorũ: & poteſtatẽ Pilati gerentis vi-
ces imperatoris. Sed nec iſta flumina potuerunt obruere &
ꝓſternere illã charitatẽ: ergo fuit fortior & firmior & immo
bilior illa charitas Chriſti: q̃ quælibet turris vel domus ſi-
ta iuxta flumina: quia non eſt turris tã fortis ſita iuxta flumi
na: quin corruat ſi illa flumina exceſſiue inundent. Sed cha
ritas Chriſti nunq̃ potuit corruere nec obrui per violentiam
& inundationeꝫ perſecutionũ ſcribarũ & ſacerdotũ nec ĩpe
ratoriæ poteſtatis quã Pilatus exercebat: qa mors & paſſio
Chriſti miniſtrata ꝑ eos non potuit retrahere Chriſtum ab
ardore charitatis. Et ideo concludit Chriſtus ꝙ maiorem
charitatem nemo poterat oſtẽdere pro amico: q̃ ĩpe oſten-
dit pro nobis. nã non ſolum dedit pro nobis bona tẽporalia
& bona fortunę ſed dedit ꝓ nobis ſeipſum ad mortem quia
maiorem hac dilectionem nemo habet. vt animam ſuã po
nat quis pro amicis ſuis. Io. xv. Et ideo ſubdit: ꝙ ſi dederit
homo omnem ſubſtantiã ſuam pro dilectione: quaſi nihil
deſpiciet illã. quaſi dicat: non ſunt comparanda bona tẽpo
ralia ad vitam hominis. Nam ſi hõ dederit omnem ſubſtã
tiam ſuam. i. omnes diuitias & bona tẽporalia pro dilectio-
ne vnius amici: quaſi nihil deſpiciet eã ſubſtãtiã & bona tẽ
poralia reſpectu illius qui dat ſeipſum & vitam pro amico:
quia multi dant & offerunt bona temporalia pro amico:
ſed nolunt dare vitam ſuam nec mori ꝓ eo: & ſic magis dili
gunt ſeĩpos q̃ bona tpalia & amicum: quia pellem ꝓ pelle
& cuncta quę homo habet dabit ꝓ aĩa ſua: vt patet. Iob. ij.
Sed Chriſt⁹ oĩa bona tẽporalia dedit pro nobis: quia paup
venit in hunc mundum: & paup voluit viuere: vt nos diuites
faceret in ſuo regno. Item magis dilexit nos q̃ vitam ſuam:
quia ſeipſum & vitã ſuam obtulit ad mortem pro nobis: vt
nos viuificaret: & a morte liberaret. Ex quibus patet quali
ter charitas Chriſti exceſſit omnia bona mundana: & omnẽ
dilectionẽ aliorũ. & iõ dicit: ꝙ ponamus hanc ſuam charita
tẽ, & mortẽ, & paſſionẽ, & ei⁹ nomen, & legem euangelicã.
in corde noſtro per affectuꝫ: & in brachio noſtro tanq̃ ſigna
culum per operationem & effectum. Hanc autem charita-
tẽ impriuit Chriſtus martyribus ſuis: qui pro eo reddẽdo vi-
ces amoris paſſi ſunt carceres & tormenta vſqꝫ ad mortẽ. Et
iõ ſicut cõmendat ſuã charitatẽ erga nos: ita cõmẽdat cha
ritatẽ martyrũ & alioꝝ ſanctoꝝ erga ſeĩpm. Sed forſan etiã
improperat in hoc loco igratitudinẽ malis ꝑlatis & chriſtia
nis: qui ſaginati. pinguedine & copia bonoruꝫ temporali-
um: quę ex meritis Chriſti crucifixi poſſident, elati in ſuper-
biã contẽnunt Chriſtũ & bona ſpũalia: & cõuertuntur ad tẽ
poralia. qđ forſan iam tũc preuidẽs Salomon in ſpũ ꝓphe
tico, iam in perſona Chriſti improperat ingratitudineꝫ ma
chriſtianis & prælatis: & etiam regibus & principibus. quia
oĩs poteſtas deriuatur a Chriſto crucifixo: cui data fuit a pa-
tre in cælo & in terra. Matth. xxviij.

SOror noſtra paruula.
Et vbera non habet.
Quid faciemus ſorori noſtrę
In die quando alloquenda eſt?
Si murus eſt: ædificemus ſuper
eum propugnacula argentea.
Si oſtium eſt: compinguamus illud tabulis ce-
drinis.
Ego murus: & vbera mea ſicut turris:
Ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem repe-
riens.

QVia ſuperius in prima parte huius cantici Chriſt⁹
explicando beneficia quæ nobis cõtulit & chari
tatem quam nobis oſtendit, exhortatus eſt ſpon
ſam: vt redderet ſibi vices amoris, dicens. Pone
me vt ſignaculum ſuper cor tuum &c. Nunc in hac ſecunda
ꝑte explicat quibus modis debet ſponſa ipſi reddere vices
amoris. ¶ Ad cuius intellectum eſt aduertenduꝫ ꝙ omnia S
ꝓcepta charitatis reducuntur ad duo. ſ. declinare a malo. &
facere bonum. vnde deus in lege veteri & noua nil aliud q̃-
rit a nobis. Ideo ait per os Dauid pſal. xxxij. Declina a ma-
lo & fac bonum. Et nil aliud Chriſtus quærit a nobis niſi vt
reddamus ipſi vices amoris. Sed quia nemo poteſt declina-
re a malo niſi viriliter reſiſtat tentationibus mundi, & car-
nis, & diaboli: & nemo poteſt operari ſiue facere bonũ niſi

exercendo opera miſericordię erga proximum:& opera la
triæ erga deum:ideo ſponſus duo facit in hac parte. Nam
primo exhortatur ſponſam.vt declinet a malo continue pu
gnando & reſiſtēdo mūdo,& carni,& diabolo.Et hoc oſtē-
dit & præcipit metaphorice:inquantū eccleſia eſt quoddā
oppidus & præſidium ſiue ciuitas bene munita:in qua fide-
les ſemp pugnant contra inimicos obſidētes & infeſtantes
eam.Secundo exhortatur ſponſam ad bene operandum,&
exercendū opa miſericordię erga ꝓximum:& opera latrię
erga deū:inquantum eccl'ia eſt qdā vinea in qua omnes di-
uerſimode laborant pro vltimo præmio adipiſcendo,& fru
ctum paſſionis conſequendo & lucrando.Scda pars erit ibi.
Vinea fuit pacifico.Quantū ad primum eſt aduertendum:
ꝙ eccl'ia nouiter conuerſa de ppl'o gētili tpe Conſtantini di
cta eſt paruula:eo ꝙ nunc erat nouitia in fide:& ideo dice-
batur non habere mamillas ſapientię & intelligentię ſacrę
ſcripturę:quia veniens nouiter ex ſupſtitione gentiliū & cu-
rioſitate philoſophoꝝ nondū nouerat ſcripturas ſacras vtri-
uſqꝫ teſtamēti:nec aſcenderat ad arcē euāgelicā verę ſapiē
tiæ per Chriſtū ædificatā.Vnde ſicut dictū eſt in quarto can
tico,ſacra ſcriptura vtriuſqꝫ teſtamenti:& intelligentia eius
dicunt̄ duo vbera eccl'ię:quæ cōtinue propinant lac doctri-
næ & gratię ſacramentoꝝ.Itē ibidē altitudo & ſublimitas
euāgelicę intelligētię dr̄ collum eccl'ię & turris Dauid ędifi
cata cū propugnaculis:ex qua pendēt mille clypei & oīs ar-
matura fortium.Eccleſia ergo dicitur habere vbera:inquan
tum habet ſapientiā euangelicā & grãs ſacramentoꝝ ad nu
triendos filios.& dicitur turris munita:inquantum eſt eleua
ta:& attingit ardua & profunda:& habet arma ſapiētię ad
repellendos incurſus inimicoꝝ.quam quidem turrim Chri-
ſtus q eſt ſapientia patris,in eccl'ia ędificauit. Vñ dicitur ꝓ-
uer.ix.Sapientia ædificauit ſibi domū.i.eccl'iam:& excidit
columnas ſeptē.i.ſeptē ſacramenta ſup quæ ſuſtētatur eccle
ſia,& ſeptē dona ſpūs ſancti,ad defendendum eā.& amiſit
ancillas ſuas:ſcilicet apoſtolos & doctores & ꝑdicatores:vt
ſimplices & infirmos vocarent ad arcem & ad mœnia ciui-
tatis.& ſubdit.Si quis eſt paruulus:veniat ad me. Ex ſupra-
dictis patet ꝙ eccleſia nouiter conuerſa de populo gentili
tempore Conſtantini paruula erat:quia nondum attigerat
arcem ſapientiæ:quia nouiter erat vocata ad arcem p Syl-
ueſtrum & alios ꝑdicatores:& ſic nōdum ipſa habebat ma
millas ad propinandum lac cæteris:immo beatus Syluester
& cæteri prælati eccleſię propinabant ipſi mamillas ad ſu-
gendum.Cum ergo iſta ſponſa ſoror Chriſti tunc nouiter cō
uerſa eſſet paruula & inermis & infirma & nouitia,non ha
bens mamillas lactis euangelici ad ꝓbendum cęteris:tunc
ſponſus eius Chriſtus ilico poſt conuerſionem Conſtantini
ꝓbuit ipſi copiam doctorum ex nouiter conuerſis:ſicut fue-
runt Chryſoſtomus,& Ambroſius,& Hieronymus,& Baſi-
lius apud Græcos,& Ambroſius,& Hieronymus,& Augu
ſtinus apud latinos:in quibꝰ abundauit copia lactis:vñ oēs
accepimus.& tūc illa ſpōſa iā facta eſt ꝓuecta,habens ma-
millas ſapientię.Itē ipſe Chriſtus qui eſt ſapientia,p eoſdē
doctores ædificauit arduam & munitiſſimā arcem in eccle-
ſia ad tuendos fideles,& repellendos infidelium & omniuꝫ
inimicoꝝ icurſus.nā oēs libri quos Auguſti.& cęteri docto-
res ſcripſerunt:non ſunt niſi quędā arma defenſiua ad tuen
dos fideles contra inimicorum incurſus,& ſunt quedā vbe-
T ra ad eoſdem nutriendos.❡ Sed quia iſti doctores tanq̄ an
cillę diuinę ſapientię continue clamitant & vocant paruu-
los vt veniant ad arcem:vt ibi tueantur,& comedant paneꝫ
& bibant vinum quod diuina ſapientia miſcuit in menſa:iō
oportet ꝙ iſta turris munita & ciuitas altis mœnibus mura
ta habeat oſtium per quod introducat paruulos ad arcem
& ciuitatem:& ſic eccleſia dicitur arx & turris ardua & altiſ-
ſima habens lac ad nutriendum:& propugnacula ad defē-
dendū:& oſtium ad introducendum fideles & paruulos ad



arcem.quæ oīa data ſunt eccl'ię per Chriſtum ſpōſum eius.
Et hoc eſt quod intendit dicere Salomon in hac parte.vñ
ait ſponſus ad angelos ſodales ſuos. Soror noſtra eccleſia
nouiter conuerſa de populo gentili,quam nouiter nobis in
coniugium ſociauimus:paruula eſt & nouitia in fide.
Ideo mamillas lactis intelligentię noui ac ve.teſt.nondum
habet:quia non fuit nutrita & lactata niſi curioſitate philo
ſophorum & ſupſtitione idoloꝝ.Quid ergo faciemus ſorori
noſtræ in die qñ alloquenda eſt.i.quando erit de fide & in-
telligentia ſacrę ſcripturę interroganda:& ad diſputanduꝫ
contra hæreticos vocanda:& ad expugnandos & extirpan
dos & eliminandos eos ab eccleſia concitanda:quaſi dicat:
oportet vt ipſi præbeamus auxilium:& ex paruula & iner-
mi faciamus eam magnaꝫ,& fortem,& altam:& muniamꝰ
eam altis muris,& mœnibꝰ,& turris ꝓpugnaclis.& iō(ſi ꝓ
quia)quia murus eſt.i.quia eam muris & mœnibus muniui
mus & ſepſimus,ędificemus ſuper eum propugnacula argē
tea.i.imperatores & principes ad defendendum eccleſiam
armis ſęcularibus contra incurſus infidelium:vt illi qui ante
erant eccleſię perſecutores & impugnatores ſint eius de-
fenſores & fautores:vt imperatores & reges terræ:qui
propter idola perſequebantur ante chriſtianos:nunc ad fi-
dem conuerſi deleant idola propter Chriſtum:& fabricent
nouiter eccleſias in honorē Chriſti:& templa idolorum in
eccleſias Chriſti faciant conſecrari. Item ſi pro quia oſtium
eſt.i.feci eam oſtium in ea ad introducendos fideles ad arcē
eccleſię & mœnia ciuitatis:ideo compinguamus & coniun
gamꝰ & claudamus illud tabulis.i.portis cedrinis.i.faciamꝰ
ipſi portas cedrinas:qui ſunt doctores & prælati & miniſtri
eccleſiæ:qui introducunt paruulos & ſimplices in eccleſiam
per eccleſiaſtica ſacramenta.Vnde doctores & prædicato-
res vocant paruulos ad arcem ſuis ſcriptis & prędicationibꝰ:
ſed prælati & miniſtri & ſacerdotes introducunt eos p oſtiū:
miniſtrando eis eccleſiaſtica ſacramenta. V
❡ Et nota ꝙ prælati & doctores & miniſtri eccleſię dicunt̄
portę eccleſię inquātum introducunt bonos in eccleſiam:
& excludunt malos per eccleſiaſticam poteſtatem.ſed dicū
tur portę cedrinę quo ad quatuor proprietates & conditio-
nes,quas debet habere omnis bonus prælatus & miniſter
eccleſię:ſicut habet cedrus. X
❡ Naꝫ quatuor proprietates habet cedrus.Primo enim eſt
arbor altiſſima ſuper omnes alias.Secundo ꝙ eſt odorifera.
Tertio icorruptibilis & immunis ab omni tinea.Quarto ꝙ
fugat & interficit ſerpētes:& omne animal venenoſū fugat
Has ergo proprietates debet habere omnis bonus prælatꝰ
& miniſter eccleſiæ. Primo ꝙ ſit altus in ſcientia ſacrę ſcri-
pturę:vt ſciat inuigilare ſuper gregem,& vocare paruulos
ad eccleſiam per ſacram doctrinam. Secundo ꝙ redoleat
fragrantia & odore virtutum & bonę famę & vitę:vt non ſo
lum verbo ſed potius exemplo vitæ diſcant & ſequantur ip
ſum ſimplices & minores.Tertio ꝙ ſit incorruptus & mun-
dus ab omni vitio ne alios iſiciat.Quarto ꝙ habet eccleſia
ſticam poteſtatem:vt per eccleſiaſtica ſacramēta omne ve-
nenum peccatorum extiguat.& hæreticos,& obſtinatos,&
icorrigibiles mucrone excommunicatiōis excludat. Tales
ergo prælati & eccleſię miniſtri dicuntur portę cedrinę ipſiꝰ
eccleſiæ.Sed omnia munera & bona ſpiritualia ſupradicta
recepit eccleſia a Chriſto ſponſo ſuo poſt conuerſionē ma-
gni Conſtantini:quia tunc facta fuit turris altiſſima & muni
ta & inexpugnabilis & ſecura.ideo dicit ſponſa. Ego murus
.i.facta ſum murus & ciuitas & turris bene murata & vbera
mea facta ſunt ſicut turris.quia prælati non ſolum nutriūt
fideles lacte ſacramentorum & doctrinę ſacræ ſcripturæ:ſꝫ
etiam defendunt fideles & eccleſiaꝫ contra hęreticos:& ſic
non ſolum ſunt vbera ad lactandum:ſed turris ad defendē-
dū:quia p eandeꝫ doctrinā nutriunt & defendūt fideles &
ꝑuos cōtra magnos hæreticos & ifideles. Et oīa iſta habui

reperiens quaſi pacem coram eo.ſ.ſpõſo meo Chriſto per
conuerſionem Conſtantini & aliorum imperatorum & re
gũ.quia ex quo facta ſum libera corã eo quaſi pacẽ & quie
tem reperiẽs, liberata ex prẹteritis perſecutionibus & affli
ctionib⁹:ego iam ſum murus.i.ciuitas bene murata & mu=
nita:& vbera mea facta ſunt turris altiſſima & fortis, & p̄=
ſidium munitiſſimum.

Y ¶Et nota q̄ notanter dicit: quaſi pacem reperiens: q̄a li=
cet iſta ſponſa reppererit pacem quieſcẽdo a perſecutione
idololatrarum & gentilium tamen non quieuit ſimpliciter
& abſolute ab omni pugna & perſecutione: q̄a paulo poſt
Conſtantinum incidit in perſecutionem hẹreticorum ma=
xime Arrianorum:quẹ perſecutio fuit ſęuiſſima & atrociſſi
ma p vvandalos in Africa:& per Gothos in Europa.ſ.Ita
lia & Hiſpania:& per conſtantium imperatorem & Iuſti=
nam in Italia & Grẹcia:vt patet i eccleſiaſtica hiſtoria. S₃
poſtea ſurrexit ſecta Mahometica:quẹ atroci⁹ & vehemẽ
tius vexauit & continue infeſtat eccleſiã.& ſic eccleſia tan=
q̄ turris muniſſima ſemper pugnat contra inimicos.

Z ¶Vlterius eſt aduertẽdum q̄ tota iſta particula poteſt itel
ligi & exponi moraliter & myſtice referendo ad naturam
corruptã.Vnde ſupra dixit ſpõſus: q̄ tota natura mater no
ſtra fuerat corrupta quo ad ſenſualitatem & potentias na=
turales ſub arbore prohibita:& q̄ ibi fuit violata:id eſt ab
oibus bonis gratuitis & habitibus originalibus violẽter ex
poliata.& ſic manſit prona ad oẽ malum:& inepta ad bo=
nũ faciendũ.& ſic manſit paruula & infirma nõ habẽs ma
millas ad eliciendũ ex ſe lac alicuius boni operis: & mãſit
imbellis:quia diabolus & aper de ſylua deſtruxerat ſepes
& murũ eius.Et ideo ipſa reſiſtere nõ poterat diabolo,nec
mundo,nec carni:niſi per gratiam Chriſti & eius ſacramẽ=
ta muniretur & armaretur.Et ideo Chriſtus reperiens eam
ſicut paruulam & expoliatam & inermẽ & ibellẽ muniuit
eũ muro ſacramẽtorũ:& armis virtutũ.Et hoc eſt quod di=
cit.Vnde ait ſponſus de ſpõſa:q̄ ſponſa & ſoror noſtra ſci
licet tota humana natura & quælibet aia,paruula eſt de ſe
in fortitudine & non habet de ſe mamillas nec aliquod bo
nu₃ ſpirituale:eo q̄ in natura fuit corrupta & oibus bonis
expoliata.Quid ergo faciemus ſorori noſtræ in die quan=
do alloquenda & impugnanda eſt ab inimicis ſcilicet car=
ne & mundo & diabolo:quaſi dicat. oportet q̄ muniam⁹
& roboremus eã per gratiam:poſtq̄ nil boni habet per na
turã.Ideo ſi murus eſt:muniamus eã muro fidei & ſpei &
charitatis.& poſtq̄ ſic fuerit muratus:ædificem⁹ ſuper mu=
rum eius propugnacula argentea donoru₃ ſpiritus ſancti:
& omniũ moralium virtutum:& ſi eſt oſtium: id eſt quia fe
cimus oſtium in ea per quod intramus ad eam per baptiſ=
mum:tunc inpingamus & claudamus eam tabulis.i.portis
cedrinis humilitatis & deuotionis & bonę vitę & ſanctę cõ
uerſationis.tunc aia deuota ſic muro virtutu₃ munita dicit.
Ego ſum murus.i.bñ murata & roborata:ex quo facta ſu₃
pacem reperiens:id eſt poſtq̄ per Chriſtum & eccleſiaſtica
ſacramenta ſum deo pacificata & reconciliata.

Vinea fuit pacifico: in ea quæ habet po
pulos.
Tradidit eam cuſtodibus.
Vir affert pro fructu eius mille argenteos.
Vinea mea coram me eſt.
Mille tui pacifici:& ducenti his qui cuſtodiũt
fructus eius.

Haec eſt ſecunda particula tertię partis huius de
cimi cantici:in qua rex Salomon oſtẽdit q̄ ſpõ
ſa non ſolum obligatur ad reſiſtendũ malo:&
declinandũ a malo, pugnando contra mundũ
& carnem, & diabolum,& mẽbra eius:qui ſunt hẹretici &
praui hoines & ifideles :ſed adhuc obligatur facere bonũ
erga deũ & proximũ:vt reddat ſpõſo vices amoris.Et ideo
ſicut in ſuperiori particula ꝓbauit ſiue monuit ſponſus qua
liter ſponſa ſemper contra hoſtes debet pugnare:& hoc in
quantũ eccleſia eſt quẹdã ciuitas mœnibus & muris muni
ta:in qua continue:pugnãt fideles:Ita in hac particula mo
net:vt ſponſa ſemper laboret operando & faciendo bonũ:
inquantum eccleſia eſt quẹdam vinea in qua fideles conti
nue laborant diuerſimode vnuſq́ſq₃ in ordie ſuo.& dicit q̄
iſta vinea non eſt ſita in loco arcto:ſed eſt toto orbe diffu:
ſa in ea parte & regione quæ habet populos :id eſt vbicun
q₃ ſunt populi & in omni parte mũdi habitabili ibi eſt iſta
vinea Chriſti regis pacifici.Et dicit q̄ iſtam vineã toto or=
be diffuſam tradidit cuſtodibus cuſtodiendam & cultorib⁹
excolendam.Nam primo ipſe Chriſtus rex pacificus plan
tauit iſtam vineã in terra promiſſionis in illo collegio apo
ſtolorum & diſcipulorum & iuſtorum vtriuſq₃ ſexus: vt di=
ctũ eſt in cantico tertio & quinto.Et poſtea rigauit eã ſan=
guine ſuo:vt dictũ eſt in cantico ſexto.Poſtea tradidit eam
apoſtolis qui ipſam vineã per totũ orbẽ ſuis prædicationi=
bus ampliarunt & ſuo ſanguine rigarunt. Et ſic iſta vinea
produxit ſuos palmites ab Hieruſalem vſq₃ ad fines terræ
& a mari vſq₃ ad mare:& a flumine vſq₃ ad termios orbis
terrarũ.pſal.lxxj.& .lxxix.quia in oẽm terrã exiuit ſon⁹ eo
rũ:& prẹdicatio apoſtolorũ:& i fines orbis terrę verba eo=
rum.pſalmo.xviij.& ad Rom.x. Et ſic iſtã vineã continue
ampliarunt & roborarũt prẹlati qui fuerũt ſucceſſores apo
ſtolorũ:& roborarũt eã martyres & cẹteri fideles multo la
bore.Sed iã fuit perfecte ampliata & confirmata & pacifi
cata per conuerſionẽ Conſtantini.Et tunc Chriſt⁹ non ſo=
lũ tradidit eã prẹlatis ad cuſtodiendũ ſpiritualiter: ſed etiã
iperatoribus & regibus & principibus chriſtianis ad regen
dum & cuſtodiendũ temporaliter:& cẹteris fidelibus exco
lendam.vt vnuſquiſq₃ in ſuo ordine laboraret i hac vinea.
Et ſic non ſolum poſuit cuſtodes:ſed etiam cultores: vt ex=
colerent & laborarẽt in ea dum dies eſt: anteq̄ veniat nox
in qua nemo poterit operari.Ioannis nono.Et ſic omnes
laborãt in hac vinea vſq₃ ad ſero & veſperam mũdi. Mat=
thẹi vigeſimo.vt vnuſquiſq₃ colligat fructum & recipiat de
narium in fine laboris:vt patet ibidem.Et ideo dicit q̄ vi=
nea fuit pacifico:id eſt ipſi Chriſto: qui omnia pacificauit
in ſanguine ſuo:& attulit pacem mundo.in cuius natiuita=
te cantarunt angeli.Gloria in excelſis deo.Lucę.ij.Iſti er=
go pacifico fuit quẹdam vinea quam ipſe plãtauit in ea re=
gione & parte mundi quẹ habet populos: id eſt vbicunq₃
ſunt populi:& tradidit & commiſit eam cuſtodibus.i.præ=
latis & regibus cuſtodiendam: & cultoribus, ſcilicet omni=
bus fidelibus chriſtianis excolendam.vnde ſicut omnes p̄
lati et principes mundi ad cuſtodiendam et regendam hãc
vineam vnuſquiſq₃ in ſuo ordine ſunt per Chriſtũ conſtitu
ti:ita omnes fideles ſunt ad laborandum vnuſquiſq₃ in ſua
hora et ætate vocati et deputati:et ſic tradita eſt cultorib⁹
et cuſtodibus. ¶Vnde nota q̄ propter tria Chriſtus dici= A
tur pacificus. Primo quia duo teſtamenta, nouum ſcilicet
et vetus per ſeipſum adunauit et concordauit: et tanq̄ ter=
minus communis vtriuſq₃ teſtamenti fuit:ſcilicet finis vni⁹
et principium alterius. Secundo quia per ſanguinem ſuu₃
nos deo patri recõciliauit et pacificauit. Tertio quia duos
populos ſcilicet Iudaicum et gẽtilem ſub vna fide et eccle=
ſia congregauit et pacificauit.et ideo dicit. Vinea fuit paci
fico in ea.ſ. eccleſia q̄ habet populos:ſcilicet duos ſub vna
fide coniunctos: ſcilicet Iudaicum cum gẽtili. ideo dicitur
princeps pacis.i.Eſaię nono. Sed ſicut apoſtoli ampliarũt
iſtam vineam per totam orbem: et ditauerunt eam bonis
ſpiritualibus:ita poſtea Conſtantinus et reges et principes

chriſtianorum dotarunt & ditarunt eam bonis temporalibus. Nam primo Coſtantinus ſlico poſt cõuerſionem conſecrauit palatium ſuum in eccleſiam Saluatoris iuxta portam Lateranẽ: & poſtea ędificauit duas baſilicas in honorem apoſtolorũ Petri & Pauli: & donauit eccleſię vrbem Romam cum toto patrimonio adiacenti: & .lxxij. ciuitates in Italia cum multis alijs oppidis. Et relicta Italia elegit ſibi ſedem apud Conſtantinopolim in Græcia. & ſic exemplo eius multi reges & principes facti Chriſtiani: aut tẽpla idolorum in eccleſias conſecrauerũt: aut nouas eccleſias i honorem Chriſti ædificauerunt: & eas ampliſſimis donis & muneribus dotarunt & ornarũt. Totũ hoc aũt fecerunt putantes per bona tẽporalia merita paſſiõis Chriſti adipiſci & participare: & quaſi emere fructus huius vineæ. Ideo dicit Chriſtus. ꝙ vir, id eſt Conſtantinus & qlibet alius rex aut princeps catholicus & deuot⁹ chriſtianus, afferet Chriſto mille argenteos pro fructu huius vineę emendo & adipiſcendo. Et ponitur numerus determinatus pro indeterminato magno numero: quia multa milia nũmorũ & talẽtorũ & ponderũ argenti obtulit & expoſuit Conſtãtinus & alij reges pro fructu huius vineę acquirẽdo: quia ineſtimabile fuit pretiũ quod Conſtantinus largitus eſt eccleſiæ cũ ipſi tradidit vrbem Romã quæ erat caput mũdi: & hoc cũ ſuo adiacenti pr̃imonio. & ſic eſt dicendũ de cęteris regib⁹ & principibus xp̃ianorũ. Sꝫ ne qs putaret ꝙ poſtq̃ Chriſt⁹ tradidit iſtã vineã ſupradictis cuſtodibus tuendam & regẽdam in abſentia ſua poſt aſcẽſionẽ: ꝙ propter hoc ceſſauerit ab eius cura & cuſtodia, nec amplius intenderit in ei⁹ tutela: ideo ſubdit: Vinea mea corã me eſt: id eſt ſemp eſt ante oculos meos: & inuigilo ſup eã: quia principaliter cuſtodio eam rogando patrẽ ne deficiat fides Petri. Lucę.xxij. qa niſi dominus cuſtodierit ciuitatẽ: fruſtra vigilat q cuſtodit eã. quia ſemp mitto angelos meos ad docendos pręlatos & populos. eos docendo & auiſando vt pręcaueant futura pericula: & etiam ad exterminandos inimicos & Saracenos: vt ſępius cõpertum eſt: vt patet & legitur in hiſtorijs Hiſpaniæ: & in hiſtoria Hieroſolymitana. Ex quibus patet ꝙ hæc vinea ſemp eſt coram Chriſto ad Cuſtodiam. Deinde cum dicit. Mille tui pacifici &c. explicat diuerſitatem meritorum & pręmiorum laborantium in hac vinea.

B ℂ Ad cuius itellectum eſt aduertendum: ꝙ pręſens eccleſia reſpectu futuræ quandoqꝫ in ſacra ſcriptura dicitur ager in quo ſeminamus. Sed futura eccleſia dicitur horreum, in quo reponimus fructus glorię quos hic ſeminamus p gratiam. quia hic ſeminamus temporalia: vt colligamus ſpiritualia. & ideo dicit apoſtolus ſecundę ad Corint. ix. ꝙ qui parce ſeminat in hoc agro huius eccleſię parce metet pro alio ſęculo: & qui ſeminat in benedictionibus .i. abundantia, de benedictionibus .i. abundanter metet in alio ſęculo. Item pręſens eccleſia quãdoqꝫ in ſacra ſcriptura dicitur vinea: in qua omnes laboramus per gratiã plantando & colendo: vt colligamus fructus glorię i alio ſęculo. Ideo dicit apoſtolus .j. ad Corint. iij. ꝙ qui plantat & qui rigat in hac vinea vnũ ſunt: vnuſquiſqꝫ autem propriam mercedem accipiet ſecundũ laborẽ ſuum. Hoc idem patet. Matthęi. xx. de illis qui per totam dies laborarunt in hac vinea: in ſero autẽ acceperunt denariũ p̃o mercede. Ex qbus patet: ꝙ totum tempus huius vitę & vineę eſt tempus laborandi, & colendi, & lucrandi, & merendi: & tempus eccleſię futurę eſt tempus metendi, & colligendi, & pręmiandi, & fruendi, Hic ergo laboramus: vt ibi colligamus, & metamus, & pręmiemur, & fruamur: & hic negotiamur: vt ibi otiemur, & ſatiemur, & quieſcamus. ℂ Eſt verũ ꝙ ſecundum menſurã

C et quantitatem meritorum laboris huius vitæ erit ibi quãtitas & menſura fructus et pręmiorum: quia vnuſquiſqꝫ propriã mercedem accipet ſecundũ proprium laborẽ vt inquit apl̃s. Et ideo dicit Saluator, Matthęi xiij. ꝙ ex illo agro qdam collegerunt fructum trigeſimũ: quidã ſexageſimum: quidam autem centeſimum: prout quis magis aut min⁹ laborauit. Sed quia Chriſt⁹ verus Salomon & pacificus plus laborauit in hac vinea q̃ oẽs cæteri: ideo abſqꝫ proportiõe maius pręmiũ & maiorem numerũ fructuũ & præmiorum collegit & meruit colligere ex hac vinea: quia eã p̃rio plãtauit & excoluit: & tandem proprio ſanguine rigauit & augmentauit. Poſt Chriſtũ autem magis laborarunt in hac vinea apoſtoli & martyres, q̃ doctores: & magis doctores q̃ eremitę & cęteri confeſſores: & magis religioſi q̃ coniugati. ergo ſi fideles coniugati merentur fructum trigeſimum: tunc religioſi boni merentur ſexageſimum: & doctores cẽteſimum: & apoſtoli & martyres ducenteſimum. & per cõſequens Chriſtus qui primo vineam plantauit: & ſanguine ſuo rigauit: meretur milleſimũ imo infinitũ. & ideo ſedet a dextris .i. in potioribus bonis patris. Et ideo deus pater tanq̃ iuſtus & principalis iudex, & diſpẽſator pręmiorum, dicit ad Chriſtũ inquantũ homo eſt. Mille tui pacifici & ducenti his qui cuſtodiũt fructũ eius. Vnde ly tui eſt genitiuus caſus huius pronominis tu. i. mille fructus meritorum & p̄miorum erunt tui Chriſti pacifici In hebręo autem habetur. Mille tibi Salomoni: id eſt pacifico et tũc ẽ litera magis plana. quaſi dicat Deus pater: Mille fructus meritorũ dabuntur tibi pacifico qui plãtaſti hanc vineã: & rigaſti eã ſanguine tuo: et per conſequens quia plus laboraſti. ſed ducenti fructus meritorũ in pręmiũ dabuntur his: ſcilicet p̄latis & principibus, qui cuſtodiũt fructũ eius. & ponitur vtrobiqꝫ numer⁹ determinatus pro indeterminato. Nam Chriſtus in plantatione & rigatiõe hui⁹ vineę infinitũ nũerum meritorũ adeptus eſt: non ſolũ pro ſe: ſed etiã vt poſſet mẽbris ſuis diſpẽſare: quia ſemp ſucceſſiue diſpẽſat merita ſuę paſſionis quæ collegit ex hac vinea. tamen nunq̃ explenẽ eius merita nec deficiunt. merita autem quæ dantur cuſtodibus ex vinea ſunt finita.

ℂ Sed cauſa quare ſunt ſub nũero ducẽtenario iſta merita menſurata: eſt iſta. Nam dicit ſaluator. Mat. xiij. ꝙ ex illo agro per Chriſtũ ſeminato quidã collegerũt fructũ trigeſimũ: ſicut fuerunt & ſunt oẽs iuſti coniugati: & quidã ſexageſimõ, ſicut ſunt virgines & continentes & religioſi: & quidã centeſimũ: ſicut ſunt martyres. Sed quia pręlati & paſtores habent duplicẽ laborẽ in hac vinea: quia ſimul ſunt cultores, ſicut cęteri: & vltra hoc ſunt cuſtodes in vigilando ſuper gregem, ipſum pręedicationibus & ſacramentis eccleſiaſticis paſcendo & nutriendo: ideo colligunt duplicẽ fructũ ex hac vinea. nam ſi cęteris dantur centum fructus meritorum: ergo cuſtodibus & pręlatis in duplo laborantibus dabuntur ducenti. & hoc eſt quod intendit dicere. Sed adhuc reſtat magnum dubium Nam ſi Chriſtus tũc collegit mille: id eſt innumerabiles fructus meritorũ ex hac vinea: quãdo pro nobis paſſus eſt: & eam plantauit: ſed poſtea cuſtodes & cultores colligunt continue hos fructus ſecundũ quãtitatem laborum: queritur an Chriſtus poſt paſſionem & aſcenſionem ſuam colligat fructus hui⁹ vineę ſimul cum cuſtodibus & cultoribus? Ad hoc reſpõdetur: ꝙ ſemper & cõtinue Chriſtus colligit fructus huius vineę: & iſta vinea parit ipſi fructus nouos. D

ℂ Ad cuius intellectum eſt notandum: ꝙ oĩa bona quæ fiunt in hac vinea tam per cultores q̃ per cuſtodes, pariunt triplicem fructum: et hoc triplici et diuerſo reſpectu: eo ꝙ omnis bona operatio iuſti cẽdit in triplex bonum: et triplicem fructum. Nam eleemoſyna quam facit vnuſquiſqꝫ iuſtus amore Chriſti: cedit in fructũ latrię reſpectu Chriſti: quia offertur ipſi in latriam: et cedit et parit fructum miſericordię reſpectu proximi: inquãtum ſubuenit ipſi: et releuat i pſum a miſeria: et parit fructũ meritorũ reſpectu largi E

entis & facientis eleemoſynam. Item bona quæ faciunt pręlati & ſacerdotes in eccleſia exercendo & miniſtrando ſacramenta: & celebrando diuina officia: & orationes. Primo pariunt Chriſto fructum latriæ inquantum illa acceptat in ſeruitutem & latriam ſibi gratam. Secundo pariunt toti populo fructum gratię. Tertio pariunt prælato fructum meritorū. quia duplicem fructum colligit propter duplicem laborem. Item bonus prælatus & prędicator & religioſus triplicē fructum parit in bene viuendo & operando. Nam primo parit Chriſto fructum latriæ. Secundo parit ſibi fructum meritorum. Tertio parit cuilibet proximo & toti populo fructuꝫ boni exempli quia propter exemplum eoruꝫ omnes videntes, deum glorificant. Ideo dixit ſaluator omnibus prælatis & religioſis. Matthęi quinto. Sic luceat lux veſtra coram hominibus vt videant opera veſtra bona: & glorificent patreꝫ veſtrum qui in cælis eſt. Per oppoſitum autem mali pręlati & ſacerdotes & religioſi male viuendo, primo offendunt deuꝫ Secundo occidunt animam ſuam. Tertio ſcandalizant populum. Ex quo patet qualiter non ſolum cultores ſcilicet populus, & prælati cuſtodes: ſed etiam Chriſtus ſemper & continue colligit fructus ex hac vinea: quia continue colligit latriam quæ conſiſtit in tribus bonis: ſcilicet in adoratione: & oratione: & oblatione. & continue colligit numerum electorum ex hac vinea. Et ideo multo plures fructus colligit Chriſtus ex hac vinea q̄ omnes prælati ſimul & cuſtodes. & ideo Deus pater arbiter & iudex dicit: Mille fructus dabuntur tibi pacifico ex hac vinea: & ducenti his qui cuſtodiunt fructū eius. Tacet autem de cultoribus: quia ſi cuſtodibus dantur ducenti: ſignum eſt ꝙ cultoribus dimidio labore laborantibus dabūtur centum fructus: aut ſexaginta: aut triginta, vnicuiqꝫ ſecundum quantitatem ſui laboris. vt patet Matthæi decimotertio. Et ſic patet qualiter cultoribus debetur centeſimus fructus huius vineæ: & cuſtodibus ducenteſimus. ſed Chriſto plantatori debetur milleſimus. Item cuilibet cultori huius vineæ debetur centeſimus fructus, ſcilicet pręmium eſſentiale per diuinam viſionem. ſed martyribus & doctoribus & prælatis, qui fuerunt ampliatores & cuſtodes huius vineę, debetur fructus duplex: ſcilicet ducenteſimus. quia vltra pręmium eſſentiale debetur ipſis aureola tanq̄ præmiuꝫ accidentale. Chriſto autem plantatori debetur fructus milleſimus, id eſt plenitudo omnium meritorum & pręmioruꝫ ad diſpenſandum. Et ſic ſedet a dextris, id eſt in potioribus bonis patris.

QVæ habitas in hortis:
Amici auſcultant te
Fac me audire vocem tuam.
Fuge dilecte mi:
Et aſſimilare capreę hinnuloqꝫ ceruorū ſuper montes aromatum.

HAec eſt quarta & vltima pars huius decimi cantici: in qua ſponſus vocat & appellat ſponſam ad recipiēdū præmium vltimatum ſui laboris & peregrinatiōis: quod eſt præmium gloriæ. Vnde poſtq̄ ſuperius vocauit eam ad laboranduꝫ in vinea: ex qua collegit fructus meritorū: nunc finaliter vocat eam ad quietem in patriam cæleſtem: vt ibi recipiat vltimatum finem & præmium beatitudinis: & colligat fructus gloriæ.

F ¶ Ad cuius intellectum eſt primo notandum: ꝙ iſta ſponſa tria petiuit in primo cantico dum erat in ſtatu veteris teſtamenti. Nam primo petiuit oſculari a ſponſo: ſecundo trahi: tertio introduci in thalamum ſiue cellaria eius. Sed plebs gētilis idololatria denigrata petiuit alia tria: ſcilicet cum ſponſa Iſraelitica ſociari: & paſci: & ſub vmbra ſponſi quieſcere ſimul cum illa quæ omnia compleuit ſponſus. Nam primo iam oſculatus eſt ſponſam Iſraeliticam per incarnationem ex ea carnem ſumendo. Secundo iam traxit eam & vocauit per prædicationem: & iam introduxit eam in cellarium gratiæ per mortem & paſſionem & eccleſiaſtica ſacramenta vt patuit a cantico ſecundo vſqꝫ ad ſextum & ſeptimum incluſiue. Item iam compleuit petitionem plebis gentilis: quia iam vocauit eam per apoſtolos: & dealbauit eam a nigredine idololatriæ: & ſociauit eam cum plebe Iſraelitica ſub vna eccleſia: & pauit eam eodem pabulo gratiæ ſacramentorum & doctrinæ: & fecit eam quieſcere ſub vmbra ſuæ protectionis & quietis: & introduxit eam in cellam vinariam: & in vineam eccleſiæ. vt patet ab octauo cantico vſqꝫ ad decimum incluſiue. Poſtq̄ autem ſponſus compleuit petitionem ſponſæ quo ad omnia quæ pertinebant ad gratiam: nunc in calce totius libri, & in fine cantici vocat eam ad cellarium gloriæ. id eſt in patriam cæleſtem: vt introducat eam ad vltimas nuptias: & ad thalamum & amplexum gloriæ: & paſtum vltimæ & æternæ fruitionis ſuper montes aromatum. quod complebitur in die iudicij quo ad vniuerſam eccleſiam: & complebitur particulariter in fine cuiuſlibet iuſti. Vocabit ergo ſponſus ſponſam in nouiſſimo die ad recipiendum fructus gloriæ, dicens. Quæ habitas in hortis amici auſcultant te, fac me audire vocem tuam.

¶ Ad cuius intellectum eſt notanduꝫ: ꝙ dum Chriſtus fuit peregrinatꝰ in carne mortali in hac via, ipſe loquebatur familiariter cum ſponſa prædicando & miracula faciendo: & ipſa loquebatur cū ſponſo petendo neceſſaria. quia Magdalena familiariter loquendo ab ipſo petiuit veniam ſuorum peccatorum & ſic omnes infirmi familiariter loquendo petebāt ſanari ab eo. & oēs apoſtoli & diſcipuli familiariter loquēdo cū xp̄o petebāt doceri ab eo. & ideo dicebat ſponſa in cantico tertio. Dilectus meus loquitur mihi, & ego illi. Sed poſt aſcenſionem iam ſponſus non locutus eſt ſponſæ familiariter & perſonaliter, niſi per amicos angelos mediantes. & hoc durabit vſqꝫ ad ſecundum aduentum in nouiſſimo die, quando nobis loquetur: poſt quod erit iudicium. & tunc introducet ſponſam ad vltimas nuptias: ſcilicet gloriæ: & ibi ſponſa perſonaliter loquetur ſponſo verba laudis: & ſponſus gaudebit ſuper ſponſam: & abſque medio perſonaliter audiet vocem ſponſæ. Vnde eccleſia per tria genera amicorum loquitur ſponſo pro ſtatu iſto. Nam primo loquitur ipſi per angelos, qui reuelant ſanctis hominibus & perfectis voluntatem dei per viſibiles apparitiones, auiſando eccleſiam de periculis futuris: vel reuelando nobis ſecreta myſteria. Vnde angelus domini extraxit Petrum de carcere. & angeli reuelarunt apoſtolis propinquam ruinam Hieruſalem monentes eos vt recederēt inde. vt patet in eccleſiaſtica hiſtoria. & ſic angeli ſūt mediatores inter ſponſam & ſponſum: prout fuit figuratum in viſione Iacob, qui videbat angelos deſcendentes de cælo & aſcendentes per ſcalam Geneſis. xxviij. Et ſic dicit Hieronymus ſuper Matth. ꝙ angeli deferūt orationes noſtras apud deum. Et ita etiam dicitur in canone miſſæ. Supplices te precamur omnipotens deus, iube hęc pferri p angelum tuum I ſublime altare tuū. Et ſic patet qualiter angeli ſunt mediatores inter ſponſam & ſponſum. Secundo ſunt mediatores ſancti qui in patria ſunt. Nam quia nos ſumus indigni exaudiri: ideo interponimus virginem matrē xp̄i: & oēs alios ſctōs, vt intercedant inter nos & Chriſtum ſpōſum. ideo dicimꝰ. Sctā Maria ora p nobis. & ſctē Petre ora p nobis. Tertio ſunt mediatores ipſi ſacerdotes: q au

diunt peccata noſtra per ſacramentũ confeſſionis. Ex quib⁹ patet ꝙ pro ſtatu iſto ſponſus non audit ſponſam familiariter niſi per amicos ſuos ſcilicet angelos & ſanctos & ſacerdotes tanq̃ per mediatores. Sed poſt diem iudicij quia nulla erit miſeria: nulla neceſſitas: ideo non erit opus interceſſione nec aliquo mediatore. Sed liberata a miſeria huius mundi ſponſa deum facialiter videbit: & facialiter eum in ſęcula ſęculorũ abſq; aliquo medio laudabit & eo fruetur. Et hoc idẽ pręſtabitur vnicuiq; iuſto: quoniã ab hac mortali vita ad aliã vitam immortalẽ transferetur. Et hoc eſt quod dicit ſpõſus in fine huius cantici. vnde ait. o ſponſa quæ habitas in hortis eccleſiæ militantis offerendo mihi fructus latrię: & laborando in vinea: amici mei: ſcilicet angeli & ſancti & ſacerdotes auſcultant te: & audiunt vocem tuã tanq̃ mediatores per me deputati: & ipſi deferunt mihi vota tua tanq̃ interceſſores. ergo veni ad patriã cœleſtẽ & recipe fructum vltimæ beatitudinis: & fac me in patria audire perſonaliter vocem tuã. ſcilicet ſimul cum angelis me in ſęcula ſęculorũ laudando. hoc autẽ dicit ſponſus: quia ibi in patria ceſſabunt oblationes & ſacrificia: & ceſſabit omĩs labor, ſed ſolũ vacabitur dei laudibus. vt inquit Auguſtinus. xxij. de ciuitate dei. capitulo vltimo. Quia beati qui habitant in domo tua dñe in ſęcula ſæculorũ laudabunt te. pſal. lxxxiij.

H ¶ Vlterius eſt notandũ. ꝙ duplices nuptias celebrauit Chriſtus cũ eccleſia ſponſa ſua Primę fuerunt nuptię redẽptionis & incarnationis & myſticæ vnionis: & ad has vocauit ſponſus ſponſã in prĩo aduentu. Secundę nuptię dicuntur nuptiæ glorificationis: ad quas vocabit Chriſtus ſponſã ſuã in ſecũdo aduentu. de quibus dicitur apoca. xix. Gaudeamus & exultemus quoniã venerunt nuptię agni: & vxor pręparauit ſe. Et hoc oſtendit Salomon in calce & fine totius libri. Nam poſtq̃ Chriſtus per ſupradicta decẽ cantica vocauit ſponſã ad primas nuptias dicens, Veni de libano ſponſa mea: & celebrauit cũ ea nuptias redẽptionis dicens. Venite amici & comedite & cętera. Et ornauit eã ornamentis gratiæ: vt patuit cantico quinto & nono: ideo in fine huius libelli vocat eã in ſecundo aduentu ad nuptias glorificationis dicens. Quę habitas in hortis &c. Deinde ſponſa prębet ſponſo ſpontaneũ aſſenſũ cũ dicit. Fuge dilecte mi: aſſimilare caprę hinnuloq; ceruorũ ſuper montes aromatum.

I ¶ Ad cuius intellectũ eſt aduertendũ. ꝙ iſta ſponſa in ſtatu vete. teſta. petebat trahi a Chriſto: & currere in odorẽ vnguẽtorũ eius: ſed quando venit Chriſtus in carnẽ effudit ſua vnguenta gratiæ: ad quorũ odorẽ cucurrit ſponſa: vt patet per omĩa cantica ſupradicta. Ideo poſtq̃ experta ẽ odorẽ vnguẽtorũ gratiæ in præſenti: hinc eſt ꝙ in fine huius peregrinationis petit trahi a ſponſo in cæleſtẽ patriã: & currere in odorẽ vnguentorũ gloriæ eius. ideo dicit, fuge dilecte mi &c. q̃ſi dicat: aſcende in cęlũ & trahe me poſt te: & currã in odorẽ vnguentorũ tuæ glorię. Et ſic patet qualiter Salomon ſiue iſta ſponſa concludit finẽ ſui cantus in hoc lib. cũ principio. Nã in principio petebat currere poſt chriſtũ in odorẽ vnguentorũ gratię: in fine autẽ petit & deſiderat trahi & currere in odorẽ vnguentorũ gloriæ.

K ¶ Etiã iterũ eſt notãdũ. ꝙ caprea dicitur capra ſylueſtris. quæ quidẽ caprea habet quatuor proprietates: quarũ prĩa eſt: ꝙ valde fugit conſortia hominũ. Secunda: ꝙ in currendo & fugiendo eſt aĩal velocius & leuius cæteris animalibus. Tertia ꝙ ſẽper petit ardua & cacumina montiũ inacceſſibilia. Quarta: ꝙ cũ cætera aĩalia tã volatilia q̃ quadrupedia cum vulnerantur aut inſequuntur a venatoribus dimittant filios & fugiant: caprea tamen vexata a venatoribus nunq̃ dimittit nec deſerit filiũ: ſed innuit ipſi dando ſignum fugæ: & trahit ſemper filium ſecum præuium vel ad latus: & animando & concitando filium ad fugã trahit: & ducit ipſum ſecum ad ardua & prærupta cacumina montium inacceſſibilia hominibus: & ſic ſaluat ſe & filium. Et eaſdem quatuor proprietates habet ceruus. & ideo filius ceruí dicitur hinnulus: eo ꝙ annuit & paret nutui & ſigno matris fugiendo conſortia hominum: & velociter ſequendo matrem vſq; ad cacumina montium vt ſaluetur cum matre vel hinnulus dicitur ab hinniendo: & eſt quoddam animal ſimile ceruo quod vulgariter dicitur capreolus: quę quidem animalia maxime abundant in Corſica: quæ ſunt velociſſima curſu, ſimilia capreis ſupradictis quo ad proprietatem. Chriſtus ergo per has quatuor proprietates fuit ſimilis capreæ hinnuloq; ceruorum in die aſcenſionis. Nam primo ipſe fugit conſortia & miſerias hominum mortalium. Secundo fugit & aſcendit velociter: quia in paruo ſpatio aſcendit vſq; ad cælũ empyreũ. Tertio petiuit ardua & altiora: quia aſcendit ſuper omĩs cælos & hierarchias angelorũ. Quarto non dimiſit fideles filios ſuos: immo eduxit eos de ergaſtulo & periculo inferni: & collocauit eos ſimul ſecũ in cælo. quia quãdo Chriſtus aſcendit in altum, captiuam ſecum duxit captiuitatẽ. pſalmo ſexageſimoſeptimo. Et ita faciet in nouiſſimo die: quia in corpore glorificato ab iſta mundana miſeria liberatã ſponſam ſuam vniuerſalem eccleſiã collocabit ſuper montes aromatũ cæleſtis beatitudinis. & hoc idem facit continue de qualibet anima iuſti poſt tranſitũ ab hac vita mortali. Et hoc eſt quod vult explicare ſponſa in fine huius cantici: & totius libelli nuptialis & paſtoralis. vnde ait. O ſponſe tu dicis ꝙ faciam te audire præſentialiter in cælo vocem meam: & non loquar tibi amplius per amicos & interceſſores: ſed perſonaliter loquar tibi. & ego dico tibi: ꝙ iam cupio diſſolui ab hoc corpore & vita mortali & miſera & periculoſa: & cupio eſſe tecum in cælo. Ideo fuge dilecte mi ab hac mortali vita: & non ſis ſimilis lupo: & cæteris animalibus quæ deſerunt filios & fugiunt vt ſolum ſaluent ſeipſa. Sed aſſimilare & eſto ſimilis capreæ hinnuloq; ceruorũ qui non deſerunt filios: ſed ſecum fugiendo ducunt & trahunt filios ad ardua montiũ: & ſic liberant & ſaluant eos. Fuge ergo tu ſuper montes aromatũ. id eſt ſuper montes altiſſimos & arduos cælorũ: & hierarchias angelorũ vbi ſemper ſpirãt aromata gloriæ. Et fugiendo ad tales arduos montes: duc me tecũ: ſicut caprę & cerui ducunt ſecũ hinnulos ſuos. quaſi dicat. fuge tu: quia ego ſequar te. ſicut hinnulus ſequit̃ matrẽ. vnde hinnulus dicit̃, quia annuit & obedit nutui matris: & ſequitur eã: ita ego ſequar te in montes aromatum: & currã in odorem cæleſtis gloriæ & fruitionis. in quibus montibus Chriſtus paſcit oues ſuas hęrbis virentibus. de quibus dicitur Ezechie. trigeſimoquarto. Ego ipſe requirã oues meas & viſitabo eas: & liberabo eas de omĩbus locis in quibus diſperſę fuerant in die nubis & caliginis: & educam eas de populis & congregabo eas de terris: & inducam eas in terrã ſuam & paſcam eas in paſcuis vberrimis & in montibus excelſis Iſrael erunt paſcua eorum. Ibi requieſcent in hęrbis virẽtibus: & in paſcuis pinguibus. Item pſalmo ſexageſimoſeptimo. Mons dei mons pinguis: mons in quo deo beneplacitũ eſt habitare in eo: etenim dominus habitabit in finẽ. Et ſic patet qualiter ſponſa petit fugere cum ſponſo de fœtoribus huius mundi: & habitare ſuper montes aromatum cæleſtis beatitudinis & fruitionis vt ibi ſponſus audiat vocem laudis eius.

¶ Ex omnibus ergo ſupradictis in ſupradictis decẽ canticis L patet, qualiter Chriſtus ſponſus eccl̃ię vtriuſq; teſtamenti cõpleuit deſideriũ & oẽs petitiones quas ſua ſpõſa faciebat in veteri teſtamento: quas petitiones cãtauit in primo cantico. Nam primo petebat oſculari oſculo incarnationis. Sc̃do petebat vt Chriſtus incarnat⁹ effunderet ſua vnguẽta odorifera ad reparandam naturã humanã: & traheret ipſam vt ipſa poſſet ipm̃ ſequi: & poſt ipm̃ currere in odorem vnguentorum eius. Tertio petebat vt ipſam introduceret in cellaria ſua: vt ibi poſſet ſatiari talibus vnguentis, & quieſcere cum ſponſo. Quarto plebs gentilis peregrina ſorde idololatriæ denigrata petebat dealbari. Quinto cũ plebe Iſraelitica ſo-

dari.Sexto cum ea paſci bonis ſpiritualibus. Septimo ſub
vmbra ſponſi quieſcere & tutari. Has quidem petitiones
Chriſtus adimpleuit.nam primo venit in carnem & per gõne
eſt oſculat⁹ ſponſam vniendo ipſi naturam noſtram in vni-
tate ſuppoſiti:& poſtea vniendo ipſi totã eccleſiam in vni-
tate myſtica:vt patuit in ſecundo cantico. Secundo adim-
pleuit ſecundam petitionem:quia effudit decem genera vn
guentoꝝ aromaticoꝝ quibus ad ſe traxit oẽs fideles:& om-
nes cucurrerunt & currunt poſt eum in odorem vnguento-
rum eius:vt patuit in tertio & quarto cantico. Item tertio
adimpleuit tertiam petitionem:quia ſponſam introduxit
in thalamum ſuum:& ipſam dotauit & ornauit bonis & or-
namentis ſpiritualibus:vt patuit in quinto cantico. Item
quarto adimpleuit ſextam petitionem:quia de cruce om-
nes vocauit ad comedendum & bibendum ſaluiferum ci-
bum & potum ſuæ paſſionis: vt patuit in ſexto cantico.
Item adimpleuit quartam & quintam petitionem:quia ple
bem gentilem per apoſtolos ſuos a nigredine idololatriæ
dealbauit:& ornamentis ſpiritualibus decorauit:& cũ ſpon-
ſa de populo Iſraelitico in vnam eccleſiam ſociauit:vt pa-
tuit in cantico octauo & nono Item ſeptimo adimpleuit
ſeptimam petitionem:quia ſponſam ſuam ex vtroq; popu-
lo congregatam ſub proſpero fauore ſuo amplexus eſt: &
ſub vmbra & amplexu ſuo protexit:& copia bonorum ſpi-
ritualium & temporalium ditauit & locupletauit .quia diui-
tijs ſpiritualibus & temporalibus affluens innixa ſuper dile-
ctum ſuum tempore Conſtantini & eius ſucceſſorum in mũ-
do apparuit.quam dilectus eius ſub arbore malo,id eſt ſub
vmbra crucis ſuſcitauit: & in ciuitatem eccleſiæ muro in-
expugnabili & propugnaculis munitam ad pugnandum
contra hæreticos & infideles introduxit : & exinde in vi-
nea huius eccleſiæ per gratiam ad laborandum & lucran
dam mercedem collocauit. Tandem autem ad ſupernos
montes aromatum ad fruendum per gloriam appellauit.
vt patuit in iſto decimo & vltimo cantico. Ex quibus
omnibus patet. qualiter Chriſtus ſponſus eccleſiæ in ſuo
aduentu compleuit totum deſiderium ſponſæ ſuæ:& ſatiſ-
fecit omnibus ſeptem petitionibus qoas expoſuerat in pri-
mo cantico.

¶ Vlterius eſt etiaꝫ aduertendũ ſicut dictũ fuit in principio:
& etiã in cãtico ſecũdo:ꝙ Salomõ in hoc libello voluit cãta
re & deſcribere mutuum amorem Chriſti ad eccleſiã ſponſã
ſuam:& econuerſo: & quomodo Chriſtus voluit oſtendere
omnia ſigna & effectus amoris erga ſponſam ſuam:ſcilicet
eccleſiam,quos poteſt oſtendere amicus ad amicum.Vnde
dictũ fuit in ſecundo cantico:ꝙ viginti ſunt effect⁹ veri amo
ris & charitatis. Primo quia zelat non patiens malum in
amato.Secundo quia non patitur moras abſentiæ. Tertio
quia cum diligentia quærit amatum. Quarto quia trahit
amantem & amatũ.Qointo quia languefacit amanteꝫ.Se-
xto quia liquefacit cor eius ab omni duritia. Septimo quia
vulnerat cor eius.Octauo quia inebriat amantem. Nono
qoia inflammat.Decimo quia vrit.Vndecio qu̾ia vnit amã-
tem cum amato.Duodecimo quia fortiter inhæret. Deci-
motertio quia fortiter tenet poſtq̃ repperit amatum. Deci-
moquarto quia ordinat voluntatem & oĩes actus amantis
erga amatum.Decimoqointo quia nõ quærit quę ſua ſunt
ſed quę amati.Decimoſexto quia ad morteꝫ ſe exponit pro
amato.Decimoſeptimo quia magis eſt in amato q̃ in ſeipſo.
Decimooctauo quia transformat amantẽ in amatũ.Decio-
nono quia in eo extaſim & ſoporẽ facit. Vigeſimo quia in
amato ſtatuit inæternũ quieſcere.Et ideo Chriſtus tanq̃ ve
rus ſponſus & amator humanę naturę & eccl̃ię ſpõſę ſuę oẽs
ſupradictos viginti effect⁹ oſtẽdit erga eccl̃iam ſponſam ſuã
nam primo non patiens maluꝫ culpæ nec maculam peccati
nec iugũ ſeruitutis in ſponſa ſua:nec patiens moras ei⁹ abſen
tiæ:de cælo in terram deſcendit:& venit in ſimilitudinẽ car

nis pc̃ti:vt pc̃tũ noſtrũ dãnaret in carne:& tolleret culpam
noſtram:& nos a ſeruitute pc̃ti liberaret.& ſic oſtendit pri-
mum & ſecũdũ effectũ amoris:vt patuit in ſc̃do cantico.Iteꝫ
cũ diligentia & labore cum ſua prædicatione & doctrina &
operatione miraculoꝝ nos quęſiuit:& ad ſe traxit vt patuit
in tertio & quarto cantico.Et ſic oſtendit tertium & quartuꝫ
effectũ amoris. Item quærendo nos amore languit:& totus
liquefactus fuit:& amor noſter vulnerauit cor eius:vt patuit
in cãtico.v.Et ſic oſtendit quintũ & ſextũ & ſeptimũ effectũ
amoris.Itẽ charitas inebriauit ip̃m in cruce:& inflammauit
& vſſit:& transformauit ip̃m in amorẽ ſuæ ſponſæ,intantuꝫ
ꝙ extaſim mortis fecit in cruce.quia dũ ibi dormiuit cor ei⁹
vigilabat in noſtra redẽptione.vt patet in cantico.vj.in qua
cruce oſtendit oẽs effectus amoris.vt poteſt patere intuen-
ti & deuote contemplanti oĩa q̃ dicta ſunt in illo.vj.cantico:
& etiã in decio cãtico:vbi dicit Chriſtus:Sub arbore ſuſcita-
ui te &c.Itẽ ibidẽ.Pone me vt ſignaculũ ſup cor tuum:quia
fortis eſt vt mors dilectio:& dura vt infernus æmulatio.lãpa
des ei⁹ lãpades ignis atq; flãmarum &c.Sed vltimũ effectũ
amoris,qd̃ eſt inæternũ velle quieſcere in amato,oſtendit
Chriſtus erga ſponſam in fine toti⁹ libelli cũ vocauit eam ad
æternas nuptias gloriæ,dicens. Quæ habitas in hortis:fac
me audire vocẽ tuam &c.Sed oẽs hos ſupradictos viginti ef-
fectus amoris oſtendit eccleſia erga Chriſtũ ſponſũ ſuũ,vo-
lens rependere & reddere vices amoris quo ad ſuã poſſibili-
tatem:quęrendo ſponſum & currendo poſt ip̃m:& tenendo
ip̃m fortiter:vt patuit in cãtico.iij.& .vj.& patiendo pſecutio
nes & tormẽta vſq; ad mortẽ pro fide ſponſi:vt patuit in.ix.
cãtico.& iugiter laborando in vinea ſponſi:vt patuit in.x.cã
tico.Et tandẽ vocata ad vltimas nuptias glorię fugiẽdo peri
cula & miſerias hui⁹ ſęculi ſecuta eſt ſponſum.vt patet in cal
ce & in fine totius libelli.Ex quib⁹ patet qualiter Salomon
in hoc libello prophetice cãtauit mutuum amorẽ Chriſti ad
eccleſiam,& ecõuerſo:quẽ Chriſtus oſtendit in ſuo aduentu
operando noſtram redemptionem & reparationem.

¶ Sed quia qd̃ dicit apl̃us de tota eccl̃ia.ſ.ꝙ eſt deſponſata N
vni viro Chriſto:verificat̃ etiã de qualibet aĩa fideli.vt inq̃t
Aug.lib.de ſc̃tã virginitate:hinc eſt ꝙ ꝓ maiori parte oẽs ſã
cti exponẽtes hũc librũ nõ multũ curarũt de ſenſu ꝓphetico
quia iam p̄ſupponebãt fidẽ:ſed oẽs inſudarũt circa ſenſũ mo
ralẽ,inquantũ aĩa cuiuſlibet fidelis debet laborare reddere
vices amoris ſponſo ſuo Chriſto:& q̃rere euꝫ per bona opa:
& relictis reb⁹ mondanis iungi & inhęrere ſp̃i per bona opa:
& per grãm & fidẽ & charitatẽ:vt poſt hanc vitã mortalem
iungat̃ ſp̃i per gloriã.Et hęc fuit ſancta ſollicitudo oĩm ſan-
ctoꝝ antiquoꝝ circa expoſitionẽ hui⁹ lib.Sed quia nouim⁹
noſtris tp̃ib⁹ fidẽ minui & tepeſcere:& ex diminutione fidei
charitatem frigẽſcere:qd̃ forte accidit ex ignauia ex dimin-
tione ſtudij ſacrarũ literarũ:quia a maximo vſq; ad minimũ
omnes ſtudẽt auaritiæ & honorib⁹ hui⁹ ſęculi:vt inq̃t apl̃s:&
quia etiã nouim⁹ nr̃is tẽporib⁹ cõplures recidiuantes a vera
fide & intelligẽtia ſacrę ſcripturę apoſtataſſe:& ad vomituꝫ
cerimoniaruꝫ legis Moſaicę animũ diabolica fraude dece-
ptum reuocaſſe:& forſan in mortifero ritu perſeueraſſe:ideo
mihi viſum fuit lib.pſal.Dauid:& in hoc lib.cãticoꝝ Salo-
monis cum diuino auxilio ſenſum propheticũ perſcrutari:&
inueſtigare:vt myſteria verę fidei euangelica.q̃ maxime in
his duob⁹ libris prophetice latebãt:in lucem ſimplicibus ſa-
cerdotib⁹ & cęteris fidelib⁹ manifeſtentur:ne Iudęi obſtina
ti & cęci cum ſuis mendacib⁹ & callidis figmentis poſſint ve
ritatẽ fidei in ſcriptura ve.te. latentẽ ſimplicib⁹ chriſtianis oc
cultare:& ad falſum ſenſum ꝑuertere atq; retrahere.& ideo
cum charitate & humilitate rogo oẽs fideles Chriſtianos:vt
cũ charitate velint legere hũc libellum Salomonis cum prę
ſenti expoſitione.Quia nihil aliud oſtẽdit,niſi qualiter Chri
ſtus deus & homo,verbũ incarnatũ,eſt metrum & menſura
& principium & fons & largitor omnium bonorum & repa-

ratot hũanę naturę lapſę per peccatũ primoꝝ parẽtũ. quaſ quidẽ naturã ſanauit & reparauit per decẽ vnguenta q̃ effudit per totum mundũ: prout dictũ eſt in primo cantico. ſine quo nihil eſt bonũ, nihil ſanctũ, nihil perfectũ, nihil ſanum, nihil validũ & firmũ. Qua quidẽ expoſitione habita faciliter vnuſquiſq; mediocriter eruditus poterit ad expoſitioneſ moralẽ peruenire, applicãdo ea quę dicuntur de tota eccleſia, vnicuiq; animæ fideli & deuotæ.

[S]Ed quia dictum fuit in primo cantico qualiter tota humana natura expectabat & petebat Chriſtũ vt ſanaret eaſ per effuſionẽ vnguẽtoꝝ ſuorũ vt in odorẽ eoꝝ oẽs poſſent currere poſt Chriſtũ: & dictũ eſt etiã per oia cãtica ſequentia qualiter Chriſtus effudit vnguenta aromatica ſuæ ꝑdicationis & mortis & paſſionis quibus reparauit ruinã humanę naturæ: & ſanauit infirmitates omniũ noſtrũ: & ſic cõcluſũ eſt in fine hu' libelli Chriſtum fuiſſe metrũ & menſurã & principiũ & fontẽ oim bonoꝝ & reparatorẽ humanæ ruinę: ideo ad maiorẽ decla-

O rationẽ eoꝝ quę dicta ſunt, ¶ Quęritur vtrũ ſolus Chriſtus ſit metrum & menſura & largitor oim bonoꝝ: & reparator humanę naturę: ita ꝙ a nullo alio ruina humanę naturę potuerit reparari: ſed ꝙ oporteat oẽs currere in odorẽ vnguentorum ei' ad quodlibet bonũ cõſequendũ. Et arguiť primo ꝙ non. Nã ante aduentũ Chriſti fuerunt multi viri ſancti & virtuoſi in ve. te. qui ꝑter xp̄m cõſecuti ſunt virtutes. qa Chriſtus nondũ venerat. ergo Chriſt' nõ eſt principiũ & largitor omniũ bonoꝝ. Itẽ ſcdo: nõ ſolũ in populo hebręoꝝ: ſed etiã in populo gentili fuerunt multi philoſophi virtuoſi: ſicut fuit Socrates & Plato & Pythagoras & cęteri: & apđ Roma. fuerunt multi viri famoſi, qui geſſerunt & fecerũt opa memoratu digniſſima: ſicut fuit Brutus & Fabritius & Cato & Scipiones & Marcus Regulus: & cæteri quos Romana cõmendat hiſtoria: & tamẽ illi nunq̃ habuerũt notitiã de Chriſto. Item hoc idẽ patet apud Sarracenos: inter quos reperiť magna iuſtitia: & multi viri eleemoſynarij & miſericordes. ſed Sarraceni non colunt nec ſequuntur Chriſtũ nec legem ei':

P ergo ſequitur ꝙ præter Chriſtũ ſunt boni. ¶ In oppoſitum autem eſt illud Ioan. j. Omnia per ipſum facta ſunt. & vidimus eũ plenũ gratiæ & veritatis. de cui' plenitudine omnes accepimus. Item cap. xv. Sine me nihil poteſtis facere. Item actuũ. iiij. Nõ eſt aliud nomẽ ſub cælo: in quo nos oporteat ſaluos fieri &c. ¶ Reſpondeť. ꝙ veritas hu' quęſtionis cõ-

Q prehendit quaſi totã theologiã viatoris. ideo vt ab omnib' ſimplicibus fidelib' intelligať & capiať: oportet ꝙ humano & ſimplici mõ ꝑtractet: quia hic nõ moueť niſi ad ſimplicẽ intelligentiã ſimpliciũ ſacerdotũ & religioſoꝝ & ceteroꝝ fideliũ. Ideo ꝓ ei' deciſione erũt qoatuor articuli. Nã i primo declarabunť quidã termini cũ quibuſdã diſtinctionib', ne laboremus in ęquiuoco. In ſecũdo aũt videbiť qualiter humana natura bona per deũ creata: fuit per peccatũ primoꝝ parentũ diſſipata. Tertio vero videbitur qualiter per Chriſtuſ fuit ſufficienter per gratiam & gloriã reparata. In quarto autem articulo mouebunť & ſoluentur quædam dubitationes multum vtiles & neceſſariæ.

R [Q]Vantum autem ad primum articulum eſt primo aduertendũ. ꝙ iſta tria nõia. ſ. ꝑfectio ſiue ꝑfectũ, & optimũ, & bonũ, idẽ ſubſtantialiter ſignificant: ſed differunt penes modos ſignificandi. Nam perfectio diciť inquãtũ ꝑficit rẽ: & ſic perfectũ dř qđ per aliquã perfectionẽ perficiť. Optimũ aũt diciť inquantũ eſt optabile & appetibile ꝓpter talẽ ꝑfectionẽ. Bonũ vero diciť inquantum beat. i. cõtẽtat & ſufficiẽter ſatiat appetitũ. Et ſic omne perſectũ eſt appetibile: & oẽ appetibile dũ poſſideť beat & cõtẽtat & ſatiat & quietat appetitũ habẽtis. Nec ẽ curandũ de cõſuetudine grãmaticoꝝ, q̃ hoc nomẽ optimũ ꝑ ſupplemẽtũ aſſignãt in cõparatiõe ſummi grad' reſpectu hoi'nc is bonũ: dicendo bonũ melius optimũ. ¶ His ergo habitis po S

nitur prima diſtinctio: ſcilicet ꝙ bona ſunt in triplici genere nam quædam dicunť bona naturæ: quædã bona gratiæ: & quędã bona glorię. Nec eſt neceſſe poni quartũ genus. nam bona moralia & bona fortunæ ſunt per ſe bona naturæ: ſed propter peccatũ primi hominis amiſerunt nomen poſt lapſum: prout patebit. Vnde bona naturæ hominis ſunt illa q̃ naturaliter perficiunt eius naturam ad ſuas naturales operationes ſibi proportionatas. Bona autem gratiæ ſunt perfectiones ꝑter naturam a ſolo deo gratis datę: & naturę ſuperadditę ad ſublimandom eã ſupra eius facultatẽ: vel ad ſupplendũ defectũ eius. prout patebit in tertio & in quarto articulo. Bona vero glorię ſunt illa q̃ ſupernaturaliter & perfecte beatificant hominẽ in altero ſęculo. ¶ Scđa diſtinctio. T

Bona naturæ ſunt in quadruplici genere. nã quędã dicunť bona ſpeciei: & quędã bona modi: & quædã bona ordinis: & quędã bona finis naturę hois ꝓportionati. Bona quippe ſpeciei ſunt illa quę immediate perficiũt ſpeciẽ ab intrinſeco ſicut ſunt potentię aiæ q̃ oriunť ab aia: & per cõſequẽs fluũt ex principijs ſpeciei: & ſunt accidentia conſequentia formã & principia operandi & viuendi: ſicut ſunt potentię & vires vegetatiuę & ſenſitiuę & appetitiuę & intellectiuę. Iſta enĩ dicunť bona naturę ſpeciei, quia imediate ab intrinſeco perficiunt naturam ſpecificã: & ſunt immediata principia operandi. Sed eſt aliud bonum perficiẽs ſpeciem ab extrinſeco qđ eſt eſſe actualis exiſtentię influxũ a primo ente, perficiẽs & actuans & ſuppoſitãs naturam: & conſtituens eam in eſſe actualis exiſtentię. & ideo Ariſtoteles primo poſteriorum genus & differentiam ponit in primo modo dicendi per ſe: eo ꝙ ſunt principia eſſentialia ipſius ſpeciei. Sed accidentia propria cõſequentia formã ponit in ſecũdo modo, eo ꝙ fluunt ex principijs ſpeciei & ex forma: ſed eſſe actualis exiſtentię ponit in tertio modo, eo ꝙ actuat & perficit totam ſpeciẽ cũ ſuis potentijs: & cõtrahit ipſam ad actũ indiuidualem & perſonalẽ: & ſic cõpetit primę ſubſtantię. Eſt verum ꝙ Boeti' in libello de hebdomadibus ponit eſſe exiſtentiæ in ſecundo modo dicendi per ſe, tanq̃ primum bonum naturale qđ omnia appetunt. & ſic patet qualiter potẽtię alę & eſſe actualis exiſtentię dicuntur bona naturalia ipſius ſpeciei immediata. Bona autẽ naturalia modi dicũtur habitus & diſpoſitiones potẽtiarum animę: eo ꝙ naturaliter modificant & perficiunt eas & habilitant ad ſuas naturales operationes: ſine quibus potentię non poſſent exercere operationes ſuas, nec exire in actum ſentiendi. nam ſicut potentię ſenſitiuę nõ exirent in actũ ſentiẽdi, niſi actuarenť & diſponerenť per ſpecies ſuoꝝ obiectoꝝ: ita pariter potẽtia intellectiua non intelligeret niſi diſponereť per ſpecies intelligibiles aot habitus obiectoꝝ. & ſic habit' & diſpoſitiones dicunť perfectiones potentiarum. Bonum aũt ordinis naturæ hominis eſt ꝙ partes inferiores ſubijcianť & obediant ſuperioribus. ſ. ꝙ caro & ſenſualitas obediant rationi: & voluntati rationali: & voluntas obediat deo: & ſit cõformis per oĩa diuinę voluntati. Iſta ergo ſe habent per ordinem: ſcilicet anima: potentiæ: habitus ſiue diſpoſitiones: & ordo operationum ſiue ordo in operando. Bonum tandem naturalis finis ipſius hominis eius naturę proportionati erat ante lapſum vt perpetuaret vitam felicem in illa terreſtri paradiſo cum dominio & imperio ſuper omnia animalia & plãtas & mineralia, vtendo eis libere ad ſuam facultatem. & hoc erat ipſi pręmium meritum & promiſſum pro eius laboribus. & ſic patent quatuor bona naturę homini debita & ꝓportionata. ¶ Tertia diſtinctio: ꝙ licet oẽs grę conueniant V

in hoc ꝙ omnes ſunt a ſolo deo gratis datę & naturę ſuperadditę: tamẽ aliqua eſt gřa q̃ non ſolũ eſt a deo gratis data: ſed etiã eſt gratũ faciẽs habẽtem. & iſta eſt gřa habitualis q̃ datur in baptiſmo, & cõfirmatione, & pœnitẽtia: quæ perſ

cit totā eſſentiā aiæ:& facit hoiem deo gratū & acceptū ex
ſolis meritis xp̄i:cuius hō p talē gratiā imaginē gerit & xp̄o
cōfiguraᵵ.oēs aūt aliæ gīę pficiūt potētias aię:& nō ſemper
gratificāt habētē apud deū:ſicut eſt gr̄a poteſtatiua ordinis:
& gr̄a ſanitatū & prophetię,& gr̄a ſermonū &c.q̄ quidē do
na gratiarū danᵵ ad vtilitatē totius ecclīę:prout ait apl̄s pri
X mę ad Corint.xij.❡Quarta diſtinctio:q̄ p̄ter gratias habi
tuales ſupradictas reperiᵵ & memoratur in ſacra ſcriptura
q̄dam gratia q̄ diciᵵ motiua & auxiliatiua liberi arbitrij:ſine
qua homo poſt lapſum nō pōt reſiſtere tentationibus inte-
rioribus nec exterioribus:nec vitare pc̄ā nec implere diui-
na p̄cepta:vt infra patebit.Quā quidem gratiam defendit
Aug.contra Pelagianos:& diuidit eam in p̄uenientē & inci
pientē & operantē & ꝑficientē &c.Et magiſter ſententiarū
in.ij.diſtin.xxvj.diuidit eā in p̄uenientē & ſubſequentem.in
quas partes nō poteſt diuidi gr̄a habitualis gratifica:q̄ licet
habeat gradus tn̄ introduciᵵ in inſtanti p ſacramēta.iſta aūt
daᵵ p̄ter ſacramēta:vt infra patebit.❡Quīta diſtinctio.q̄
bonoꝝ glīę quędā ſunt bona corporis,ſicut immortalitas ſi
ue impaſſibilitas:& charitas & ſubtilitas & agilitas:& q̄daꝫ
ptinēt ad aiam,ſicut viſio diuinæ eſſentiæ:& quędā ptinent
ad vtrūq̄,ſicut viſio humanitatis Chriſti:& fruitio.& ſecura
poſſeſſio:quia hō glorificatᵘˢ poſt reſurrectionē p ſenſus exte
riores videbit humanitatē Xp̄i:& per oculos mētis videbit
hūanitatē cū diuinitate.& ſic totus homo videbit totū Chri
ſtum.& totus homo in corpore & anima beatificabiᵵ & frue
Z tur bonis glīæ. ❡Scdo eſt valde aduertēdū & notandū:q̄
tres perplexus fuerūt apud philoſophos ante aduentū Xp̄i:
quos ipſi nunq̄ potuerunt ſoluere,nec ad eoꝝ cauſæ cogni-
tionem peruenire.Quorum primus eſt:q̄ omnibᵘˢ eſt inſitᵘˢ
naturaliter quidā appetitᵘˢ cuiuſdā ſtatᵘˢ vitæ felicis abſq̄ omni
defectu & miſeria:puta quia oēs naturaliter deſiderant vi-
tam immortalē:quia oē ens appetit pmanere in hoc ſeculo:
& deſiderat hanc immortaleꝫ vitā ſine oi defectu & miſeria
cum ſufficientia omniū bonoꝝ ad ſatietatē appetitᵘˢ:quam
vitam oēs putāt eſſe beatam.Sed quia videbāt philoſophi:
q̄ talis ſtatᵘˢ nō poteſt haberi in hac vita:nec vnq̄ aliquis ha
buit iſtū ſtatū:iō mirabanᵵ philoſophi vn̄ inerat oibus talis
appetitus:& vnde priuatio talis ſtatus:cū appetitus natura-
lis nō ſit fruſtra.quia videnᵵ iſta duo cōtradicere.ſ.q̄ ſit na-
turalis appetitᵘˢ omībᵘˢ inſitus:& q̄ ſit fruſtra.& ſic erant phi-
A loſophi in hoc perplexu ante aduentū Chriſti.❡Secundus
perplexus philoſophoꝝ fuit:q̄ oēs experimur in nobis quā-
dam peruerſam inclinationē in carne & ſenſualitate totali-
ter cōtrariam & repugnantē ſupradicto naturali appetitui:
& tollentē & impedientē totaliter effectū & finem eius:im-
mo inducentem ad totum oppoſitū.& hoc videmus manife
ſte.nam inclinatio praua & appetitᵘˢ carnis ducit hominē in
varias & peſſimas infirmitates abbreuiātes vitam hoīs vſq̄
ad interitum:vt patet de gula & luxuria.Item luxuria non
ſolū inducit varias ægritudines:ſed etiā cauſauit in mundo
varia bella & ſeditiones & homicidia:vt patet de bello Tro
iano propter raptū Helenæ:& de bello fraterno Thebano-
rum:& inter Atreū & Thyeſten:& de bello Tarquiniorum
propter ſtuprum Lucretię &c.Item ꝑpter cupiditatē domi-
nandi & diuitias acquirendi multi perierunt:vt nō ſolū ſęcu
laris:ſed etiā ſacra teſtaᵵ hyſtoria.quę oia impediūt & aufe
runt vitā hoīs:& inducūt infinitas miſerias cōtra oēm felici-
tateꝫ:quā naturaliter vnuſquiſq̄ deſiderat & appetit.& iſte
fuit ſecūdus perplexus quē philoſophi nunq̄ potuerūt abſol-
B uere.❡Tertius perplexusᵘˢ apud philoſophos fuit q̄ omnes
philoſophi cognouerunt iſtum inordinatuꝫ appetitū ſenſiti
uum eſſe peruerſum in homine cōtra totū ordinem naturæ
& totius vniuerſi. Nam in ordine naturæ omnia inferiora
ſubordinantur & obediunt ſuperioribus:vt elementa obe-
diunt corporibus cæleſtibus:& cæli obediunt intelligentijs
mouentibus:& omnes intelligentiæ obediunt primę & mo
uent ꝑpter deū amatū:& deſideratum:vt patet.xij.meta-
phyſicæ:& primo cæli:& primo meteoroꝝ.In ſolo aūt hoīe
repetitur iſte peruerſus ordo.quia ſenſualitas & caro quę ē
pars inferior & vilior:ſemper pugnat aduerſus ſpiritū & ani
mam.i.aduerſus rationē:quę eſt ſupior & nobilior & ſemꝑ
reſiſtit ipſi:& vt plurimū trahit volūtatē rationalē:vt ſibi cō
ſentiat i ſuo prauo appetitu.& ſic licet vnuſquiſq̄ cognoſcat
talem prauam inclinationē eſſe cōtra rationē:& cōtra virtu
tes morales & cōtra legē dei:tamē oēs pro maiori parte tē-
poris ſequuntur ſenſualitatē cōtra cōſcientiam & diuina p̄ce
pta:& tn̄ ante aduentuꝫ Chriſti nullus philoſophoꝝ potuit
reddere rationē vn̄ ꝓueniat talis puerſitas in ſolo hoie:& ta
le monſtrum in humana natura:immo volentes philoſophi
inquirere de hac puerſitate inciderunt in diuerſos errores.
Vnde Anaxagoras dixit hoc mōſtrum accidiſſe in principio
mūdi q̄n oia erant ꝯfuſa in illo chao q̄ q̄n ille intellectus ſe
parando diſcordia & cōbinando concordia creauit oia recta
& ordinata in ſua natura:tamē nō recte cōpaginauit hoieꝫ
quia cōpaginauit carnē ſic male diſpoſitā & diſcordē cū aia
rationali.& ideo ſicut tunc in illo chao iſta duo erant diſcor
dia:ita & nunc:ideo ſemp diſcordāt & pugnāt inter ſe adui-
uicē in hoie cōtra totū ordineꝫ vniuerſi.Alij aūt philoſophi
dixerūt hoc euenire ex cæleſtibᵘˢ cōſtellationibᵘˢ,ſub quibus
hoies generanᵵ & naſcunᵵ.Ariſtoteles aūt non auſus eſt cla
re ſoluere hanc difficultatē:immo q̄nq̄ videᵵ ſibi cōtradice-
re.Nam quandoq̄ dicit ſenſualitatē eſſe naturaliter inclina
tam ad malū:ſed cū grandi difficultate per virtutes morales
poſſe domari:& quandoq̄ dicit q̄ felicitas quę per morales
virtutes acquiritur,eſt donū deoꝝ.& per cōſequens etiā ipſę
morales virtutes,in quarū operatione conſiſtit & acquiritur
felicitas,eſſent donū dei & non naturæ.& ſic Ariſtoteles
non potuit reddere huiᵘˢ cauſam.Manichęi aūt volentes red
dere cauſam huiᵘˢ pверſi ordinis & monſtri dixerunt in hoie
eſſe duas animas,vnā bonā factā ex ſubſtantia principis lu-
cis:alterā malā factā ex ſubſtantia principis tenebraꝝ.iō in
homine erat cōtinua pugna.Origeniani aūt ſibi falſum no-
men imponētes dixerūt ante huiᵘˢ mūdi cōſtitutionē oēs aīas
fuiſſe in cælo cōuerſatas:& peccaſſe cōtra deū:iō fuerūt po-
ſtea poſitę in corpore male cōplexionata:& iō eſt continua
pugna inter carnē & animā.Quas quideꝫ deteſtabiles opi-
niones improbat Auguſt.cōtra Manichæos in lib. de dua-
bus animabus:& in lib.de natura boni.Ex quibᵘˢ patꝫ:q̄ nec
philoſophi nec hęretici potuerūt ſoluere tres ſupradictos p-
plexus:eo q̄ non nouerūt ſacras ſcripturas,in quibus fuit no
bis reuelatū qualiter iſta mala fuerūt humanę naturę infli-
cta in pœnam peccati primorum parentum:vt in ſequen-
ti articulo patebit.
❡Sed nunc reſtat quartᵘˢ pplexᵘˢ q̄ ſcādalizat & facit titubare C
ſimplices chriſtianos in hoc tpe.nō nos videmᵘˢ hoies ſciēti-
ficos & ſacris lr̄is eruditos:q ex ſacra ſcriptura ſciunt reddere
cauſas ſupradictoꝝ maloꝝ:& ſoluere pplexᵘˢ ſupradictos:&
ſciūt & prędicāt qualiter nemo poteſt euadere pœnas ęter
nas:nec cōſequi vitā æternā niſi per obſeruantiā legis euan
gelicæ:& ſciunt q̄ ſuperbᵘˢ deus reſiſtit:humilibᵘˢ autem dat
gratiā:& tamen cōplures eoꝝ videmᵘˢ inflatos tumore ſup-
biæ.Item ſacra ſcriptura quam prædicamus nihil aliud cla-
mat niſi bona temporalia eſſe tranſitoria & falſa:& per cō
ſequens contemnenda:& bona futura quærenda:tamen
nos videmus complures eorum eſſe ſanciatos auaritia &
luxuria & ambitione honorum & dignitatum:& ſic fa-
ciunt totum oppoſitum eorum quæ ſciunt & prædicant.
Item videmus omnes principes & reges terræ & præla-
tos eccleſiæ ſcientes ſe reddituros rationem de ſuis omni-
bus ſubditis a maximo vſq̄ ad minimum:& hoc ſub comi-
minatione pœnæ æternæ:& tamen plures eorum extor-
quentes bona tēporalia cū ſollicitudine ita contēnunt ſalu-
tem & vtilitatem populi:ac ſi nunq̄ eſſent morituri nec rōnē

deo redditur]:ideo iſte pplexus ſcādalizat ſimplices fideles
& facit eos titubare. Sed inferi⁹ ſoluet̃ iſte perplexus:vbi vi
debitur qualiter p̃ter ſcientiā & fidē eſt neceſſaria gr̃a auxi-
liatiua liberi arbitrij ad vitandū oē malū:& adimplenda di
D uina præcepta. Et hoc de primo articulo.

QVantum autem ad ſecūdum articulum
ponunt̃ octo cōcluſiones de mente Auguſtini cō-
tra Pelagianos. Quarū prima eſt iſta.ſ.ꝙ Adam
fuit creatus cū oībus quatuor bonis naturę. Iſta cōcluſio ſic
probatur ex ſacra ſcriptura Geñ.j. Nā oīa q̃ fecit deus erant
valde bona.i.integre & perfecte bona & non diminute ſcđꝫ
integritatem & ſufficiētiam ſuæ naturæ:vt dicit gloſſa. Quia
oīa fecit deus in numero pondere & menſura. Sapientię.xj.
aut ſub ſpecie & modo & ordine:& per cōſequens ꝓpter ali
quem finem.vt inquit Aug.iiij.ſup Geñ. ergo ſequit̃ ꝙ de⁹
creauit hoīem cū oīb⁹ bonis ꝓportionatis eius naturę:& ſuf
ficientib⁹ ad integritatem & neceſſitatem eius. Sed quatuor
ſunt bona neceſſaria ad integritatem & ſufficientiā huma-
næ naturę.ſ.ſpecies, modus, & ordo, & finis homini ſufficiēs
& ꝓportionatus:vt dictū eſt. ergo cum omnib⁹ iſtis bonis fu
it creat⁹ homo. vñ bona ſpeciei hoīs ſunt potētiæ & ꝓprieta
tes & vires & eſſe:quib⁹ homo operatur. Sed quia hō oībus
inferiorib⁹ debebat p̃ſidere.ſ.mineralibus & plantis & aiali
bus:ideo fuit creatus cū oībus virib⁹ eoꝝ:vt cū oīb⁹ cōueni-
ret. ideo habet eſſe cū mineralib⁹:& habet oēs vires aīæ ve
getatiuæ cū plātis & oēs potētias ſenſitiuas cū aīalib⁹:& ha-
bet appetitiuam potētiā cū eiſdē. Sed vltra iſtas inferiores
potentias habet vires ipſius animę intellectiuę.ſ.intellectū
& memoriā & volūtatē:q̃ pertinēt ad partē rationalē, i qua
cōuenit homo cū angelis. Habet ergo oēs vires ſenſitiuas
vt cognoſcat oīa ſenſibilia:& habet intellectū vt cognoſcat
oīa intelligibilia. & ſic aīa intellectiua hoīs cōtinet virtualiter
ter oēs vires inferioꝝ:& oēs alię cōtinent̃ in ea, ſicut trigo-
num in tetragono:vt ait Ariſtoteles ſcđo de aīa. Oēs autē
iſtæ vires dicūtur bona ſpeciei humanę, eo ꝙ immediate ſe
quuntur formam:& ſunt immediata principia operandi. Sꝫ
quia oīa fecit deus cū ſuo modo & diſpoſitione ad expedite
operandum:ideo creauit iſtas vires in hoīe cum ſuis habiti-
bus:vt abſq; impedimento & mora poſſet faciliter operari.
Vnde ſicut creauit oēs arbores in illo paradiſo cū fructib⁹ ſu-
is:ita creauit intellectū & voluntatem & appetitū ſenſitiuū
hoīs cū habitibus ſuis:quia aliter anima hominis nō fuiſſet
valde & integre bona:& ſic creauit intellectū cū oīb⁹ habiti
b⁹ intellectuatib⁹.ſ.cum habitu intellectus, quo immediate
adhæſit primis principijs:& cum habitu potentię, quo im-
mediate incepit cōtemplari primas & ſuꝑiores cauſas altiſſi-
mas.i.deū & intelligētias:& cū habitib⁹ oīꝫ ſciētiarū reꝝ na-
turalium & mathematicalium:quo ilico ſpeculabatur oñia
naturalia:quia ilico impoſuit noīa oīb⁹ rebus creatis ſcđꝫ na
turas ſuas:vt ptꝫ Geñ.ij. Item habuit Adam habitū pruden
tię de oīb⁹ agibilib⁹, & habitum artis de oīb⁹ factibilibus. Itē
nō ſolum intellectus ſed etiā appetit⁹ ſenſitiuus & ſenſualitas
fuit creata habituata cū oīb⁹ habitibus virtutum moralium:
puta cū habitu tēperantiæ quę modificabat concupiſcibilē
circa omnia delectabilia & vtilia:& cum habitu fortitudinis
circa oīa terribilia:& cum cæteris habitibus modificātibus
ſenſualitatē circa bona vtilia:& circa honores &c. quos quidē
habitus habebat ſine impedimento alicuius paſſionis.

E ¶ Item ſicut creauit intellectū & ſenſualitatem cū ſuis ha-
bitib⁹:non creauit voluntatem ſine ꝓprio habitu naturali,
quę eſt iuſtitia modificans ipſam volūtatē ad recte volendū
& eligendū & imperandū. vñ iuſtitia dr̃ ꝑpetua volūtas tri-
buens vnicuiq; qđ ſuū eſt.i.eſt perpetuus & integer habit⁹ vo
luntaris:quo voluntas tribuit vnicuiq; qđ ſuū eſt. per quem
habitū ipſe Adaꝫ regulabat oēs ſuas opationes erga deū &
hoīes & erga ſeipſum. nā tribuebat deo veram latriā ipſi de-
bitā:& oībus mutuum obſequium. Et recte voluntas impe-
rabat ſenſualitati:& cęteris animātib⁹ & plantis & minerali
bus vtebat̃ in facultatē ſuā. Nō eñ volūtas fuit creata min⁹
integra & perfecta cū ſuo ꝓprio habitu iuſtitiæ, q̃ intellect⁹
cū ſuis habitib⁹ ſcientificis & intellectiuis & q̃ iraſcibilis & cō
cupiſcibilis cū ſuis habitib⁹ & virtutib⁹ moralib⁹:& iſta dice-
batur originalis iuſtitia in Adā. Dicebat̃ eñ originalis, īquā
tū ab origine creationis cum cęteris habitib⁹ traxit ipſam:&
etiam inquantū oīb⁹ ſuis poſteris p generationem cōmunicaſſet
ipſam. ¶ Vnde oēs iſti habit⁹ ſupradicti dicebant̃ etiā origi- F
nales & naturales:primo inquantū ab origine fuerūt cōcrea
ti ad modificandas vires naturales in ſuis operationib⁹. Scđo
inquantū erant ꝓportionati & neceſſarij ipſi naturę ad ſu-
as naturales operationes exercendas, abſq; impedimento
aliquo. & ſic pertinebāt ad integritatē:& ideo cōputabātur
inter bona naturæ. Sed vltra hæc bona modificātia & ha-
bilitātia vires naturales hoīs, fuit neceſſariū bonū ordinis in
potentijs ſupradictis. qui qoidem ordo cōſiſtit in debita cō-
formitate virium & partium inferiorum ad ſuperiores. & iō
phantaſia erat ſubdita intellectui:& ſenſualitas erat ſubdi-
ta & obediens voluntati rationali:& vniuerſaliter tota caro
& corpus erat ſubditum ſpiritui:& voluntas hominis cū om
nibus virib⁹ erat ſubdita & obediens & tota intenta diuinæ
voluntati. & in hoc conſiſtebat tota originalis iuſtitia ipſius
Adam:& debitus ordo eius. & iſte ordo dicebatur naturalis
in Adam. Nam ſicut omnia elementa naturaliter ſubdun-
tur cœlis:& cœli parent intelligentijs mouentibus:& intel-
ligentię parent diuinæ voluntati:quia mouent ꝓpter deum
amatū & deſideratū.xij.metaphyſicę:ita ſcđꝫ ordinē natu-
ræ ſenſualitas debet parere volūtati rōnali:& volūtas debet
parere deo. Et ideo ſpecies:modus:& ordo:& omnia prędi-
cta cōputantur inter bona naturę hominis. Sed quia ſpecies
& modus & ordo tendunt in aliquem finē naturæ proportio
natum:ideo naturalis finis & pręmium hominis erat habita
re & viuere in hemiſpherio auſtrali:qui dicitur paradiſus vo
luptatis:eo ꝙ ibi duxiſſet vitam beatā cū oīb⁹ bonis natura
ralibus abſq; defectu aliquo bonoꝝ naturaliū ſine morte:
& liber ab omni infirmitate & dolore & iuſtitia. Quę quidē
bona prouenīebāt trib⁹ ex cauſis. Primo ex aſpectu cęli. naꝫ
ſcđm Ptolemæū:& Ariſtotelē ſcđo cæli:hemiſpherium au-
ſtrale eſt vertex & caput & ſuperior pars mundi:ideo illę ſtel
læ ſūt fauorabiliores mittentes vberes & fauorabiles & ſa-
lubres influentias. & ideo propter fauorem cæli in illa parte
nulla cauſatur nec accidit peſtilentia:nec ſterilitas nec vetu
ſtas:nec calor exceſſiuus:nec tenebra:ſed aura placida & ſa
lubris & tēperatiſſima in lumine & calore:& vniformis ꝓut
dictū fuit pſal.lxxj. Et ſic cōſeruabat oēs plantas ſucceſſiue cū
fructib⁹ earū:& ſic etiam cōſeruaſſet Adā cū eius poſteris in
eſſe ſalubri. & ſic prima cauſa erat aſpect⁹ cæli. Secunda ve-
ro, locus ille qui eſt ſub tali aſpectu. Tertia cauſa vitæ perpe
tuandę ſine infirmitate & morte, erat lignum vitæ. & ſic pri
mi parentes affluebāt omnibus bonis naturalib⁹ abſq; ali-
quo defectu. & in his cōſiſtebat tota eórum naturalis felici-
tas & beatitudo tam corporis q̃ animæ. Nam per intellectū
contemplabantur omnia creata & increata:licet nō viderēt
deū per eſſentiā:& per volūtatē habebāt qcquid boni natu-
ralis volebāt:& nihil mali volebāt. & in corpore nullū pa-
tiebātur defectū. & iō erat Adā felix & beatus naturali beitu
dine:quia felicitas nil aliud eſt niſi tranquillitas animi oī tri
ſtitia & defectu vacātis:& bonū ſufficiēs delectās habētem.
Ex quib⁹ patet ꝙ primi parentes fuerunt creati cum oībus
bonis naturę in ſua integritate. Quę quidē bona ſunt ſpecies
mūd⁹:& ordo:& ille finis & poſſeſſio illius loci cū ſuis bonis
in quo Helias & Enoch ducūt vitā felicem vſq; ad ſecundū
aduentum Chriſti. Quæ quidem felicitas intantum dici-
tur naturalis, inquātum eſt proportionata humanæ natu-
ræ. ¶ Ex quibus patet ꝙ omnes habitus quos modo G

morales appellamus:tunc poterant dici naturales quadrupliciter.Primo q͂ a principio erant inditi naturæ. Scdo inquantū erant naturę proportionati,non excedentes naturam.Tertio q͂ pertinebāt ad integritatē naturę.Quarto q͂a oēs poſteri traxiſſent illos habit⁹ ab origine & natiuitate.Sꝫ poſt lapſum iam non poſſunt huiuſmodi habitus dici naturales ſed morales:eo q͂ per longam moram & frequentes actus nouiter acquirunt.vñ tunc in Adā habitus pręceſſerunt paſſiones & act⁹:ſed modo poſt lapſum in nobis paſſiones & actus præcedunt habitus:qui contra paſſiones refrenandas ex actibus generantur.Item illa habitatio paradiſi erat homini naturalis:eo q͂ erat ſup oia animantia naturæ hois proportionata & collata.

H ℂ Scda cōclo:q͂ ꝑter illa quatuor bona naturalia ſupradicta primi parētes fuerūt creati in gr͂a ſupnaturali gratū faciēte.qđ ꝓbaṫ ex auctoritate Augu.ſup Geñ.dicentis: q͂ primi parētes poſt lōgā vitā ſine morte & dolore fuiſſent tranſlati in vitā meliorē ad cæleſte regnū:ſed talē vitaꝫ nō potuiſſent conſequi naturaliter per bona naturę:quia ſicut p habit⁹ intellectuales naturales non potuiſſent videre diuinā eſſentiā: ita nec per ſolū habitū naturalem originalis iuſtitię meruiſſent illud ſupnaturale premium:nec frui diuina eſſentia. Et ideo eſt dicendum,q͂ habuerunt gratiā gratificā ſuper naturalem ſublimantem eos vltra & ſuper humanas facultatem ad merendum illā vitā ſupnaturaliter beatā:quia p ſolā originalē iuſtitiā nō poterāt mereri niſi illā præſentem beatitudinem humanę naturę ꝓportionatā,in qua erant:qui ponebat eos extra nec vltra humanā facultatē.Et ideo dicūt quidā q͂ illa originalis iuſtitia vel erat radicata in gratia gratificata cū fide,& ſpe,& charitate:vel erat iuncta cū ip̄a:vt vltra pręſentem beatitudinē poſſent mereri futurā.Et iō ē dicendū q͂ vltra habitus naturales intellect⁹ & voluntatis habuit Adam habitus theologales.ſ.fidem,ſpem,& charitatē de Chriſto futuro ſaluatore:quē in ſpū ꝓphetico ꝑuidit incarnandū,qñ fuit in illo ſopore.q̄ quidē virtutes nō fuerūt ſine gr͂a.Ex hoc patet q͂ Adā nō ſolū habuit gr͂am gratificā pro illo ſtatu ſed etiā gr͂am & donū prophetię:quia in illo ſopore pręuidit myſteriū incarnationis:& etiā eccleſię ſurgentis ex latere Chriſti per formationē Euę ex ſua coſta:vt inquit Aug ſup Ioan.& ſup Geñ.Qđ quidē myſterium explicauit prophetice Adā qñ ſurgens a ſopore dixit:hoc os ex oſſibus meis &c.

I ℂ Tertia cōclo.q͂ primi parētes per pctm̄ lꝫ nō ꝑdiderit bona ſpeciei q̄ ſunt vires naturales ip̄ius aiæ & corporis:tñ ꝑdiderunt modū & ordinē & finē:quia fuerunt expoliati oibus bonis & habitib⁹ oim potētiarū qb⁹ expedire & recte & ordinate opabanṫ:& ꝑ ꝯñs fuerūt expoliati illa originali iuſtitia cū ſuo ꝑmio.qđ ꝓbat Au.li.hypognoſticō rñſione pria.Nā ilico poſt eſū ligni ꝓhibiti nouerūt ſe nudos.i.oib⁹ bonis gratuitis & gratificis expoliatos.Et iō abſcōderūt ſe & fugerūt a facie dñi.Ge.iij.Hoc idē ait ſaluator Lu.x.p parabolā illi⁹ hois q deſcēdēs ab Hierl̄m in Hiericho incidit in latrones:q̄ expoliauerūt & ꝑcuſſerūt eū:& ſemiuiuo relicto abierūt &c. vbi dicit Aug.q͂ bene merito prim⁹ hō fuit oib⁹ bonis expoliat⁹.Nā ſicut ip̄e fuit auerſus a deo ꝑdēdo originalē iuſtitiā: ita de⁹ fuit auerſus ab eo auferēdo bona q̄ ipſi cōtulerat.Nā perdendo originalē iuſtitiā perdidit omnia bona naturalia quæ per illā iuſtitiā poſſidebat:& perdendo iuſtitiā originalem,perdidit etiam gratiā per quam expectabat:& potuiſſet conſequi futuram beatitudinē.Item perdidit bonū ordinis:quia perdidit liberū impꝰiū q͂ volūtas rōnalis habebat ſupra ſēſualitatē:quia ſicut volūtas rationalis imperabat:ita ſenſualitas & caro obediebat & parebat:ſed poſt lapſū non paret:ſed potius imperat:vt patebit. Et ſicut predidit bonū modi & ordinis:ita etiā bonū finis:quia fuit expulſus ab illa paradiſo delitiarū & pręſent ipſi felicitate i naturaliter ꝓportionata:& ſic fuit expulſus ab illo hemiſpherio auſtrali in hoc hemiſpheriū aquilonare:vbi tanq̄ exules oēs poſteri viuim⁹ cū iugi miſeria expoliati oib⁹ illis bonis.Ex ſupradictis trib⁹ cōcluſionib⁹ ſoluiṫ prim⁹ ꝑplexus philoſophorū. ſcilicet vnde ineſt nobis appetitus vitæ immortalis & impaſſibilis & felicis quam nemo in hac vita poteſt habere:quia talis appetitus eſt naturalis,nec eſt fruſtra poſtquā aliquis in hoc ſæculo potuit poſſidere prout primi parentes ante lapſum. Et ideo ex priuatione illius ſtatus manet nobis inſitus talis appetitus:quia priuatio eſt cauſa appetitus.

ℂ Quarta concluſio:q͂ homo per peccatum non ſolum fuit expoliatus omnibus bonis modi & ordinis & finis naturalis:ſed etiam fuit percuſſus & ſauciatus in omnibus potentijs & in tota perſona:& hoc quintuplici vulnere:propter qđ non poteſt libere nec faciliter operari.Prima pars patet per præcedentem concluſionem. Secunda autem, tres patet ꝑ ſingula ad experientiam:& prout experimur in nobis. Vñ primo,homo fuit ſauciatus in complexione vulnere infirmitatum & ægritudinū & morboꝝ:quia nō eſt aliqua pars in homine quę non ſit ſubiecta alicui ægritudini immo multis puta quia accidit hopthalmia: in oculis vertigo in cerebro pleuriſis in pleura:& colica paſſio in colo &c.prout tradidit Auicēna in quarto &.v.canone.quæ quidem mala inducūt finaliter mortem.Ex quo patet q͂ mors & febris & oēs iſtæ infirmitates iam non poſſunt dici mala naturalia ſed pœnalia:quia in pœnā peccati inflicta.Itē ſcdo fuit homo vulneratus & ſauciatus vulnere improbi laboris in toto corpore: quia ille qui abſq͂ labore poterat viuere:cui terra ſponte dabat omnem fructum & oia animalia:& plantæ & mineralia erant ipſi ad libitum ſubiecta:nunc non poteſt acquirere victum & veſtitum abſq͂ intolerabili labore:quia vnuſquiſq͂ cum ſudore & labore & dolore veſcitur pane ſuo ex ſentētia domini.Geñ.iij. Et iō oia iſta bona tēporalia quæ de ſui natura ſunt bona naturaliter & ad neceſſitatē hominis creata & in principio liberaliter collata:nunc peruerſo noie dicunṫ bona fortunæ ratione modi acquirendi & poſſedendi:quia tūc naturaliter erant oia cōmunia:ſed nūc cū labore & fraude vt plurimū acquirunṫ & ab indignis poſſidenṫ.& iō mutato noie dicunṫ bona fortunę.Itē tertio fuit homo vulneratus in ſenſualitate vulnere prauę cōcupiſcētię.Nā ſenſualitas q̄ erat ſubordinata rationi & habituata tēperantia & fortitudine & cōtinētia & parſimonia &c.expoliata hmōi virtutib⁹ moralib⁹ & ſibi naturaliter inditis,fuit ꝑcuſſa & ſauciata vulnere inordinatę cōcupiſcētię:quę eſt fomes & cauſa oim maloꝝ:in qua ſenſualitate ſic expoliata & ſauciata ſucceſſerūt oēs animi paſſiones:quę dicuntur ęgritudines animi:puta gaudiū & triſtitia,ira & odiū,& inuidia &c. quæ nō poſſunt refrenari niſi per morales virtutes nouiter acquiſitas.Et ſic iſti habitus virtuoſi qui ante erant bona naturalia & indita iam non poſſunt dici bona naturalia,ſed moralia:quia cum longa mora & labore ſunt nouiter acquiſiti ex frequentatis actib⁹.nec morb⁹ cōcupiſcētię,nec paſſiones poſſunt dici mala naturalia:ſed pœnalia,id eſt in pœnā pcti inflicta.Nam habitus naturales pręceſſerūt paſſiones & cōcupiſcentiā in ſenſualitate:& paſſiones & cōcupiſcentia modo ꝑcedūt virtutes morales:& ſic neutra dicunṫ iam naturalia.Ex quo patet:q͂ ſenſualitas fuit vulnerata morbo cōcupiſcentię ꝑ quā inclinaṫ ad oñe malū:& eſt ſegnis ad omne bonū:& rebellis ſemꝑ & repugnās rationi & inſurgens & colluctans aduerſus ſpiritum.Itē quarto tota pars rationalis fuit ſauciata multiplici vulnere.Nam intellectus qui per habitus intellectuales cōcreatos poterat cōtēplari nō ſolū naturalia,ſed etiam ſupernaturalia p habitū intellect⁹ & ſapiētię & habitū ſcientię cōcreatę,& hoc abſq͂ phantaſmatib⁹:quia poterat,ad libitū intelligere ꝑ phātaſmata vel ſine phantaſmatib⁹:nunc omnibus illis habitibus expoliat⁹ non poteſt intelligere ſine

K

phantaſia: quia neceſſe eſt intelligentẽ phãtaſmata ſpecula
ri: vt patet. iij. de aia. Et ſic neceſſe eſt vt intellect⁹ conuerta-
tur ad phantaſiã ſi vult intelligere. & ita pariter voluntas qa
fuit expoliata originali iuſtitia qua oia recte volebat: & diui
næ voluntati erat conformis: fuit cõuerſa in ſuis operationi-
bus ad ſenſualitatem corruptã & appetitũ ſenſitiuũ corru-
ptum & depraauatum. Et iſta pœna rationabiliter fuit homi
ni inflicta: vt inquit Augu. Nam poſtq̃ voluit auerti a deo &
ab eius volũtate: & cõuerſus ad mulierem vt ſibi cõplaceret
tunc intellectus expoliatus bonis naturalibus fuit conuerſus
ad phãtaſiã de neceſſitate in ſua opatione: & volũtas ad ſen
ſualitatem: & ſuperiora ad inferiora. i. ſpiritus ad carnẽ &c.
vnde eueniunt homini oia mala. nam intellectus frequẽter
decipitur per phantaſiã in ſuo iudicio: & voluntas depraua
tur per ſenſualitatẽ in ſua opatione. Et ideo qa intellect⁹ nõ
poteſt habere ſcientiã de reb⁹ niſi p phãtaſiã: inde eſt ꝙ fre
quenter decipitur circa diſpoſitionẽ rerũ. & ideo philoſo-
phi primi volentes ex ꝓprijs virib⁹ inquirere naturas & cau
ſas rerũ: decepti ceciderũt in varios errores: vt pꝫ. j. & . ij. Me
taphyſicę. & . j. phyſicoꝝ. & primo de gñatione. & . j. de aia.
Item nõ ſolũ fuerunt decepti in intellectu ſpeculatiuo circa
naturas rerũ: ſed etiã eſt i itellectu practico circa cognitionẽ
boni honeſti & vtilis & delectabilis: ex cui⁹ errore accidit pra
ua electio in voluntate. Ex quib⁹ oib⁹ pꝫ infirmitas noſtri
intellect⁹ & aliarũ potentiarũ: & patet etiã puerſus or-
do inter eas: quia intellect⁹ decipit̃ a phantaſia: & volũtas
ab intellectu practico decepto: & allicit̃ a ſenſualitate cor-
rupta. vnde modũ hui⁹ pueſi ordinis & deceptionis ponit
L Ariſto. iij. de aia: & . iij. & . vij. ethicoꝝ. ¶ Vñ eſt aduertendũ
ꝙ in hoie ſunt cõſiderandę duę partes principales. ſ. pars ra
tionalis & ſenſualitas prout cõprehendit ſenſus exteriores
& interiores. ſ. phantaſiam & appetitũ ſenſitiuũ. vñ phãta-
ſia ſequitur ſenſum: & appetit⁹ ſequit̃ phantaſiam. phanta-
ſia aũt iudicat de ſenſatis conuenientib⁹ vel diſcõuenienti-
bus ſiue delectabilibus & triſtabilibus. & ſic omne delecta-
bile aut vtile dicit bonũ: & omne triſtabile aut inutile dicit
malum: & ſic appetitus qui diuiditur in traſcibilẽ & cõcupi-
ſcibilem ſequitur omne delectabile aut vtile tanq̃ bonum:
& fugit omne triſtabile tanq̃ malum: & ſic ſequitur honores
& dignitates & oĩa ardua ſibi apparentia bona: & concupi-
ſcibilis optat & ſequitur voluptates carnis & pecunias & cę
tera ſibi concupiſcibilia tanq̃ bona: & vtraqꝫ ſcilicet iraſcibi
lis & concupiſcibilis fugit om̃ia triſtabilia tanq̃ mala.
M ¶ Item in parte rationali ſunt duæ potentiæ diſtinctæ: ſcili
licet intellectus & voluntas. vnde ſicut appetitus ſequit̃ phã
taſiam & ſenſum: ita voluntas in primo actu ſequitur intel-
lectum. Sed iſte intellectus habet duas portiones. ſ. ſuperio-
rem, qui dicitur intellectus ſpeculatiuus: & inferiorem, qui
dicitur intellectus practicus. vnde ſicut intellectus ſpeculati-
uus ſpeculatur ſpeculabilia: ita intellectus practicus cogno-
ſcit & ratiocinatur de agibilibus. Sed iſte intellect⁹ practic⁹
adhuc habet duplicem portionem. ſ. vnam ſuperiorem per
quam cognoſcit & iudicat de agibilibus in vniuerſali, prout
ipſi offeruntur per legem diuinam vel humanam. Et habet
aliam portionem inferiorem per quam iudicat de particula
ribus, prout ipſi offeruntur per phantaſiam. & tunc intelle-
ctus practicus iungitur phantaſię & fit vnũ cum ea in intelli
gendo: & ſic iudicat de bonis delectabilibus & vtilibus ſecũ
dum apparentiam & iudicium phantaſiæ: & ſic peruertitur
in ſuo iudicio. Nam ſicut ante per ſuperiorem portionem iu
dicabat legem dei eſſe bonam: & per conſequens obſeruan
dam: & omne malum eſſe vitandum: & omne adulteriũ aut
furtum & homicidium eſſe malum: & per conſequens vitan
dum: & ſic tunc non decipiebatur in ſuo iudicio. Et tunc vo
luntas ſequens tale iudiciũ intellectus in prima ſua operatio
ne volebat legem dei obſeruare: & omne homicidium &
furtum & adulterium tanquã malum vitare: & ſic voluntas
dicebatur recta & bona. Ita poſtea cũ phantaſia offert intel
lectui practico aliquod bonum delectabile aut vtile parti-
culare per appetitum ſenſitiuum optatum: & intellectus iũ
ctus phantaſiæ, & deceptus iudicat illud eſſe bonum & ſe-
quendum: tunc voluntas in ſecundo actu ſequens intellectũ
deceptum: & conuerſa ad appetitũ prauum fit ſimul vnum
cum eo. Et ſic deprauata volũtas ſequitur deſideriũ ſenſua-
litatis appetẽdo illud bonum apparens. ſ. vtile aut delecta-
bile: licet ſit nociuũ & malũ: & cõtra legẽ diuinã & humanã
& cõtra bonos mores: & ſic cauſat̃ peccatũ in volũtate in ta-
li electione & executione. & ſic patet qualiter vterqꝫ decipi
tur, tam intellectus q̃ voluntas, per cõuerſionẽ ad ſenſualita
tem. & ideo dicit Ariſtoteles. iij. ethicoꝝ. ꝙ omnis malus eſt
ignorans. i. deceptus: quia licet cognoſcat in vniuerſali: tamẽ
decipitur in particulari per cõuerſionem ad phantaſiam &
ſenſualitatẽ: vt patet de incõtinente. vij. ethicorum cui⁹ dece
ptio cauſatur ex falſo diſcurſu argumentationis quia arguit
in quatuor terminis: ideo potius videtur habere opinionem
q̃ ſcientiam de particularibus. Nam primo in maiori propo
ſitione dicit omne adulterium tanq̃ malũ eſſe vitandũ: eo ꝙ
eſt contra legem: ſed qñ offert̃ ipſi iſta mulier, licet in minori
propoſitione deberet dicere: hoc eſt adulteriũ: ergo vitãdũ:
tamen alterando terminũ dicit hoc eſſe bonũ delectabile
& ſic concludit: ergo ſequendũ: & ſic peccat in forma arguẽ
do in quatuor terminis. & per cõſequens cauſatur peccatum
& ignorantia in intellectu practico & error & prauitas in vo
luntate ſequendo intellectum & ſenſualitatem: & ex conſe-
quenti cauſatur culpa in anima. Et ideo dicit Ariſtoteles. iij
de anima: ꝙ voluntas quę ponit̃ quaſi mediũ inter intelle-
ctum & appetitũ ſenſitiuũ: ſi ſequitur intellectũ: prout iudi-
cauit in vniuerſali: tunc ipſa dicit̃ recta & iuſta quia intelle-
ctus vt ſic dicitur rectus. Sed ſi voluntas ſequitur ſenſualita-
tem ſiue appetitũ inferiorẽ: & intellectũ practicũ deceptum
& deprauatũ per phãtaſiam: tunc volũtas rationalis dicitur
praua & iniqua. & facta beſtialis ſimul cũ ſenſualitate: quia
tunc volũtas iam nõ eſt recta nec rationalis: ſed praua & be
ſtialis & mõſtruoſa effecta per cõſortium ſenſualitatis: quia
agit cõtra naturam. Nam ſicut tota primi mobilis natura li-
ter trahit oẽs orbes inferiores motu recto ab oriente in occi
dentẽ: ita intellectus & tota pars rationalis naturaliter de-
beret ad ſe & ſecũ trahere phantaſiã & totã ſenſualitatem:
& non ecõuerſo. Et ideo quando ſenſualitas trahit ad ſe vo-
luntatem & partẽ rationalẽ: tunc talis motus & act⁹ eſt per-
uerſus & mõſtruoſus & nõ naturalis. & ideo ſicut per motum
primi mobilis rectũ nunq̃ cauſat̃ malũ nec peccatũ nec mõ-
ſtrum in natura nec aliquis defectus: ſed ſolũ cauſat̃ eclipſis,
aut cauſant̃ ſterilitates aut peſtilentię aut tẽpeſtates per or
bes inferiores qui mouentur in circulo obliquo contra motũ
primi mobilis: ita pariter per primam operationem partis
rationalis nunquã cauſatur deceptio in intellectu practico:
nec peccatum in voluntate. ſed quando ſenſualitas trahit
ad ſe partem rationalem ad ſuum libitũ: tunc cauſatur pecca
tum & monſtrũ in anima. quia tunc intellectus fit quaſi phã
taſia: & voluntas fit ſenſualitas. quia nec intellectus per ſe
nec ſenſualitas per ſe eſt ſufficiens principium ad mouendũ
ſiue ad ꝓſequendum: ſed ex his fit vnum principium ſuffi-
ciens ad proſequendũ bonum vtile vel delectabile. Ex qui-
bus patet. ꝙ totus iſte diſcurſus per Ariſtotelem explicatus
eſt contra naturam non ſolum ipſius animæ: ſed etiam con-
tra ordinem ipſius vniuerſi: in quo ſemp inferiora obediunt
ſuperioribus. Et hunc eundem peruerſum ordinem noſtraꝝ
potentiarũ memorat Apoſtolus. ad Romanos. viij. vt infra
patebit. & ſic Ariſtoteles & omnes philoſophi bene conce-
dunt talem motum & modum eſſe peruerſum & prauum
& monſtruoſum: & contra naturã & ordinem vniuerſi. tamẽ

nunq̄ potuerunt puenire ad cognitionē cauſe: vñ tale mon-
N ſtrū pueniat in hoie. ¶ Et hoc accidebat eis:qa nō nouerāt
ſacrā ſcripturā: in qua nobis eſt reuelatū qualiter hec mon-
ſtruoſitas & putriditas fuit iflicta toti generi hūano in poenā
pctī primoꝝ parentū:eo ꝙ oēs potētię fuerūt expoliatę omi
bus bonis habitib' concreatis: & fuerunt vulneratę quītupli
ci vulnere .ſ. vulnere multiplicis ęgritudinis in cōplexiōe: &
vulnere laboris & doloris in toto corpore pro victu & veſti-
tu acquirendo: & vulnere & morbo concupiſcētię in carne:
& vulnere prauę cōuerſiōis & electiōis in pte rōnali .ex quo
infligit vulnus culpę & pctī in aia. Sed vtrū vulnus concupi-
ſcentię dicat aliquā formā poſitiuā ſuperadditā ſenſualitati,
an dicat ſolam priuationē modi & ordinis:longū eſſꝫ hic di
ſputare. Forſan dicetur in expoſitiōe euangelicę veritatis ſu
per illud Luce .x. de illo hoie q deſcēdit ab Hieruſalē in Hie
richo: quē latrones nō ſolū expoliauerūt:ſed etiā pcuſſerunt
& ſauciarūt: & plagis ipoſitis & ſemiuiuo relicto abierūt &c.
Sed ſufficit ad pręſens ſcire:ꝙ ſicut ſenſualitas ſiue appetit'
ſenſitiuus fuit ſauciatus vulnere prauę cōcupiſcētię & inclina
tiōis ad voluptuoſa & delectabilia & vtilia q̄ ſunt falſa bona
ita voluntas rationalis fuit vulnerata quodam vulnere caeci
& inordinati amoris & complacētię, vt cęteris omiſſis velit
ſenſualitati complacere. Et ideo dicit Aug. libro de pfectiōe
iuſtitię hominis: ꝙ ex tali vulnere manet noſtrū liberū arbi
